





GAUDEO.
John Carter Brown.







D. D. IOANNIS DE SOLORZANO PEREIRA,

I. V. D. EX EQVETSRI MILITIA D. IACOBI, ET IN SVPREMIS CASTELLÆ, & Indiarum Consiliis Senatoris;

DE INDIARVM IVRE;

SIVE

DE IVSTA INDIARVM OCCIDENTALIVM GVBERNATIONE,

TOMVS SECVNDVS,

In quo omnia quæ ad seruitia personalia, Tributa, Decimas, & Commendas Indorum spectant, exactissime pertractantur.

CVM TRIPLICI INDICE, VNO CAPITVM, ALTERO legum, Canonum & Locorum S. Scripturæ; Tertio denique Rerum & Sententiarum notatu digniorum copiosissimo.


EDITIO NOVISSIMA, PRIORIBVS LONGE CASTIGATIOR.



LVGDVNI,
Sumptibus LAVRENTII ANISSON.

M. DC. LXXII.

CVM SVPERIORVM PERMISSV.





CENSVRA

Eruditissimi D. Emanuelis Aualcarcel, sanctæ Placentinæ Cathedralis Ecclesiæ Canonici Doctoralis meritissimi.

EX Commissione D. Licentiati D. Laurentij de Iturrizarra, huius Matritensis Villæ, ac Curiæ Vicarij generalis, vidi, & diligenter auidéque perlegi Librum hunc, cui titulus: *Disputationum de Indiarum iure, siue de iusta Indiarum gubernatione, Tomus alter, quinque libris comprehensus*, Auctore Dom. Doctore D. Ioanne de Solorzano Pereira, in earundem Indiarum Supremo Senatu meritissimo Consiliario, illúmque in omnibus eximiæ Auctoris eruditioni respondere perspexi, quem nostra Hispania generalem Præceptorem agnoscit, & exteræ Nationes ob egregia alia scripta quæ iampridem in lucem emisit, plurimum suspiciunt, ac venerantur. Et enim vltra dilucidam, & peculiarem notitiam, quam præbet omnium ciuilium, politicarum, & Ecclesiasticarum quæstionum, quæ in vastis illius Noui-Orbis prouinciis se se possunt in secularibus, & Ecclesiasticis negotiis offerre, incomparabili, & laboriosa tot Regiarum ordinationum, atque schedularum concatenatione suffultam, plures alias examinat, in scholis, & foro vbique locorum valdè vtiles, ac frequentes, easque admirabili adeò, & multiplici eruditione, dispositione, præcisione, distinctione, ac Magistrali dexteritate exornat, trutinat, & resoluit, vt ne spicilegium quidem in ipsis aliis reliquisse videatur; & totum hoc opus veluti vtriusque iuris communis, ac Regij compendium, & omnium disciplinarum encyclopœdiam verè nominare possimus. Quapropter, & quia nihil omninò continet, quod Catholicæ Fidei, sacris Canonibus, vel bonis moribus aduersetur, quin potius omnia tanti Auctoris pietatem, sinceritatem, & in subleuatione Indorum ardentem zelum redoleant, opus hoc dignum censeo, vt in commune vtriusque iuris studiosorum, & vtriusque Orbis cultorum bonum, & vtilitatem typis mandetur, & auctori summæ gratiæ reddantur, quòd tantis talibusque vigiliis, ac lucubrationibus Hispaniam nostram illustrare, & à calumniis aduersariorum, & hæreticorum vindicare non desinat, & sibi ad immortalitatem iter aperiat. Nam vt ait Propertius:

At non Ingenio quæsitum nomen ab æuo
Excidet Ingenio stat sine morte decus.

Dat. Matriti 27. Martij ann. 1636.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

EL Licenciado don Iuan de San Cebrian, Visitador, y Vicario general de la Villa de Madrid, y su partido, &c. Por la presente doi licencia, por lo que toca à la juridicion Eclesiastica, para que se pueda imprimir, è imprima este Libro, por quanto por decreto, y orden del señor Licenciado Lorenço de Iturrizarra, Vicario desta Villa, que està ausente, le ha visto, y aprobado el señor Doctor Manuel de Valcarcel, Canonigo Doctoral de la santa Iglesia de Plasencia, y de su censura y aprobacion consta, que no ay en el cosa que contradigo à nuestra santa Fè Catolica. Dada en Madrid à 26. de Março de 1636. años.

El Licenciado San Cebrian.

Por su mandado, *Eugenio Lopez, Notario publico.*



INDEX LEGVM, ET CAPITVM Vtriusque iuris, & Regij, & Locorum S. Concilij Tridentini, & Sacræ Scripturæ, quæ in hoc libro peculiariter exponuntur, expenduntur, vel illustrantur.

Prior numerus, paginam, sequens paginæ numerum signat.

Ex Digesto Veteri.

L. in

Index Legum.

Index Legum.

C. Ecclesias

Index Legum.

Index Legum.



INDEX CAPITVM, SIVE Quæstionum, & Disputationum, quæ in his Libris continentur, & disputantur

NVMERVS PAGINAM INDICAT.

LIBER PRIMVS.

In quo de Personis, & Seruitiis Indorum.

XXVI. D

LIBER II.

In quo de Commendis Indorum.

LIBER III.

In quo de rebus Ecclesiasticis, & Regio circa eas Patronatu.

quibus

LIBER IV.

In quo de Gubernatione Seculari, & Magistratibus, Cancellariis, Proregibus, & Supremo Consilio Indiarum, eidem gubernationi Præpositis.

LIBER V.

In quo de Regalibus Indiarum.

PROTESTATIO.

Si quidpiam vspiam hoc in Libro, aut alibi, me ignaro, elapsum quod Catholicæ Fidei, aut Christianæ Religioni aliquatenus adversari; vel ignauo, quod Doctoribus minus probari contingat. Id omne indictum, inscriptum, & sacrosanctæ Romanæ censuræ, ac cuiuslibet melius sentientis correctioni subiectum ex debito voveo, ex animo volo.

IOANNIS



IOANNIS DE SOLORZANO PEREIRA, DE INDIARVM OCCIDENTALIVM IVRE, ET GVBERNATIONE.

LIBER PRIMVS,

In quo de perſonis, & ſeruitiis Indorum.

CAPVT PRIMVM.

De ſtatu & libertate Indorum in communi; & de origine & damnatione ſeruitÿ perſonalis eorum, quod ſub tributorum colore iniuſtè ab aliquibus vſurpatur.

SVMMARIVM.

1 *Libri huius inſtitutum proponitur.*
2 *Perſonarum inſpectio, & tractatus prior eſſe debet.*
3 *Indi, omni iure inſpecto, liberi ſunt.*
4 *Reipub. Hiſpanorum, & Indorum commixtio aliqua ſeruitia ipſorum Indorum requirit.*
5 *Seruitij perſonalis nomine, quid in prouinciis Indiarum genericè, & quid ſpecialiter intelligatur?*
6 *Seruitium perſonale Indorum, quod aliqui Commendatarij ob priuatum ſui commodum introduxerunt, vnde originem habuerit?*
7 *Seruitij perſonalis Indorum damna qui tangant & doleant?*
8 *Seruitium perſonale Indorum, quod Commendatariorum cupiditas introduxit, ſemper à Noſtris piiſſimis Regibus prohibitum fuit.*
9 *Schedulæ plures referuntur, quæ ſeruitium perſonale Indorum Commendatariis grauiter prohibuerunt.*
10 *Caput inſtructionis Dom. Proregis D. Franc. à Toleto de tollendo ſeruitio perſonali Commendatariorum, perpenditur.*
11 *Seruitium perſonale in aliquibus Prouinciis remanſit, etiam poſt tributorum taxationem, ſed adhuc ceſſare iuſſum fuit.*
12 *Schedula anni* 1601. *perpenditur, quæ vulgò vocatur,* la del ſeruicio perſonal.
13 *Schedula anni* 1609. *qualiter prohibeat ſeruitium perſonale à Commendatariis exigi ſolitum, & Indos omnes taxari iubeat?*
14 *Excellentiſſ. Dom. D. Petrus Fernandez à Caſtro laudatur, & qualiter de Auctoris promotione curauerit?*
15 *Chilenſi in Regno ſeruitium perſonale exercent Commendatarij Indorum, licèt illud pluries reformari iuſſum fuerit.*
16 *Seruitium perſonale, quod Commendatarÿ in Indos exercent, omni iuri & rationi repugnat.*
17 *Libertas quid ſit, & in quo conſiſtat?*
18 *Liberis hominibus libertas infringenda, aut oneranda non eſt.*
19 *Commendatarÿ Indorum moderatis tributis, vel ſeruitiis contenti eſſe debent.*
20 *Operæ libertorum quod ius præſtent Patronis eorum?*
21 *Exactiones nouæ, illicitæ, & violentæ ſemper reprobatæ, & punitæ.*
22 *Domini, qui nouis, vel duris impoſitionibus vaſſallos grauant, in Bulla Cœnæ excommunicantur.*
23 *Commendatarÿ Indorum iuſtè prohibentur ſeruitia perſonalia ab eis exigere.*
24 *Vaſſalli non poſſunt compelli ad ſeruitia, vel* tributa

tributa inconsueta, aut immoderata, & num.26.

L. vnica, C. ne operæ à collat. exigantur, lib. 10. *& similes, illustrantur.* *ibid.*

25 *Prouinciales duplici onere, vel collecta non sunt grauandi.*

27 *Coloni, & adscriptitij nouis & violentis seruitiis onerari non possunt.*

28 *Domini, qui suis vassallis seruitium imponunt, & salarium iustum non soluunt, furtum committunt, & ad restitutionem tenentur.*

29 *Commendatarij Indorum in seruitio personali exigendo, præscriptione tueri non possunt.*

30 *Iudicis interuentio & auctoritas solet excludere præsumptionem fraudis, & violentiæ.*

31 *Præscriptio ex annuis præstationibus solet induci etiam contra rusticos & mulieres.*

32 *Præscriptio seruitij personalis contra Indos dicitur corruptela, & est prohibita per Regias schedulas.*

33 *Vsucapionem vbi lex impedit, bona fides non prodest.*

34 *Libertati semper fauendum est in præsumendo & iudicando.*

35 *Malæ fidei possessores censentur, qui aliquid habent, vel faciunt contra legis prohibitionem.*

36 *Præstationes illicitæ & violentæ non recipiunt præscriptionem, etiam immemorabilem.*

37 *Diui Gregorij locus expenditur pro tollendis iniustis & violentis vassallorum præstationibus.*

38 *Ioan. Matienci opinio seruitium personale approbantis, refertur, & damnatur.*

39 *Tributum bene potest, & sæpe solet consistere & taxari in aliquarum operarum præstatione.*

40 *Nouo in Regno Granatensi tributa Indorum vocant* Demoras, *& quare?*

41 *Seruitia personalia, quæ Commendatariis præstantur, in totum abolere, tutius est, & quare?*

42 *Delictis via aperienda non est.*

43 *Acostæ sententia circa hoc genus seruitij personalis refertur.*

1 QVÆ prioribus † illis libris scripsimus, quos nuper circa iustam harum Indiarum Occidentalium inquisitionem, acquisitionem, & retentionem luce donauimus, ea, vt *ibidem* aduertimus, præstolantur, quæ ad earundem gubernationem spectant. In quibus proponendis & exponendis, vt recto ordine procedatur, ab Indorum personis, earumque statu, & conditione initium capessemus; † quarum in omnibus iuris quæstionibus priorem, potioremque inspectionem esse debere, optimè docuit I. C. *in l. 2. D. de stat. hom. l. si quæramus 6. D. de testam. l. quidam referunt 14. D. de iure codicil. §. vlt. Instit. de iur. natur. l. 2. §. post originem, de orig. iur.*

3 Et planè † ipsos Indos Naturali, ac Ciuili Iure inspecto, & seriis, ac repetitis Regum nostrorum iussionibus & schedulis liberos esse, & vt liberos tractari debere, satis luculenter probatum reliquimus in *lib. 3. prioris voluminis, c. 7. per tot.* & optimè supponit elegantissimus P. Ioseph. Acosta *lib. 2. de procur. Ind. salut. c. 7. pag. 235.* quem *ibidem num. 53.* retulimus, & iterum grauiter repetit. *lib. 3. c. 17.* sic inquiens: *Atque inprimis Indos non esse seruitute mulctatos, sed liberos prorsus, & sui iuris, ex iis, quæ in lib. 2. disputata sunt, sumimus. Etenim & publicæ leges ita statuunt, & consuetudo diuturna, & ratio constans, ac certa, quòd qui nulla iniuria lacessunt, non possint reddi belli iure captiui.*

Sed cùm rerum vsus, & † mixtæ iam, ac communis eorumdem Indorum, & Hispanorum Reipublicæ vtilitas, & necessitas, aliqua munia, siue seruitia induxisse, aut etiam extorsisse videatur, quibus illi addici, & distribui cœperunt, quæ isthæc, & qualia sint, & quatenus iuxta iuris regulas subsistere possint? hoc libro sigillatim percurrere, & distinctis capitibus trutinare conabimur. 4

Et vt à seruitio † personali incipiamus, hoc quidem nomine in his Prouinciis generaliter intelligere solemus, quicquid vtilitatis ex ipsorum Indorum labore, operáque percipitur, siue agrum tuum excolant, siue gregem pascant, siue domum ædificent, siue pabulum, ac ligna comportent, siue onusti eant, siue cursores litteras deferant, siue textrinis, aut fodinis inseruiant, vt egregiè aduertit Acosta *vbi suprà.* Sed in specie tamen, & magis contracto vocabulo, propriè hoc seruitij personalis nomen ad eos applicari solet, qui semotâ publicarum causarum, & functionum contemplatione, ob suum dumtaxat priuatum commodum, & vtilitatem Indorum personas grauare, & eos, atque eorum liberos, sine vlla sexus, vel ætatis differentia, perpetuæ seruituti mancipare videntur; legibus, quæ contrarium sanxerunt, subdolis quibusdam cauillationibus, & fraudulento colore delusis. 5

Hoc autem seruitium † inde (vt apparet) originem habuit, quòd cùm principio detectionis harum regionum, Indi Hispanis commendari cœpissent, vt illos protegerent, & in Fide Catholica diligenter instruerent, & huius curæ ratione Indi ipsi certum illis pensum, siue tributum præstare iuberentur (de quo inferiùs secundo Libro pleniùs agemus) eiusmodi Hispani, qui ita Indos in commendam acceperant, tributi loco, plenam in eos, & eorum bona dominationem vsurparunt, nullum opus, quantumvis durum, & laboriosum prætermittentes, quod illis, tanquam seruis de lapide emptis, non imperarent; maximè quando prædicta tributi præstatio non in pecunia numerata, aut aliis speciebus, & terræ fructibus designata fuit, sed in certis quibusdam operis, & famulitiis, quæ interdum Indi aliquot anni temporibus, patronis suis præstare iussi fuerunt. Sub hoc enim velamine eos vexare, & detinere solebant causantes iniunctum sibi munus, vel pensum non absoluisse, vel minus rectè fecisse. 6

De quo personali † seruitio, & de damnis illius occasione Indis in variis prouinciis illatis, latè agit, & grauiter dolet, ac queritur Episcopus Chiapensis in suo tractatu triginta propositionum, *proposit. 28. & seqq.* Ioseph. Acosta *d. cap. 17.* Fr. Michaël ab Agia Franciscanus in tribus responsis de seruitio persona- 7

personali, Limæ typis excussis, ann. 1604. *pag.* 8. *cum seqq. & pag.* 42. *& seqq.* vbi se peculiarem tractatum de eodem argumento scribere memorat, qui nec dum in lucem prodiisse videtur, Ioan. Matienzus *in tract. manuscripto de moderat. Regni Perù; lib.* 1. *cap.* 13. Fr. Ioan. à Torquemada *in Monarch. Ind. lib.* 5. *cap.* 14. *pag.* 678. *& cap.* 24. *pag.* 709. *& cap.* 59. *pag.* 796. & Ant. de Herrera *in sua Hist. gener. Indiar. decad.* 1. *lib.* 7. *cap.* 8. *pag.* 137. *lib.* 9. *cap.* 10. *pag.* 322. *& seqq.* & *decad.* 4. *lib.* 6. *cap.* 2. *pag.* 128. *cap.* 11. *pag.* 150. *& lib.* 10. *cap.* 6. *pag.* 269. *& seqq. & alibi passim.*

8 Vbi eximiam,† & indefessam Regum nostrorum curam, & solicitudinem, iam inde ab antiquis temporibus, memorant, in curando, vt hoc seruitium personale omninò cessaret, & tam Indi, quos in Noua Hispania, *Naborios* vocant, quàm alij Regni Peruani, & aliarum prouinciarum, qui eo premebantur, in libertatem deducerentur, & certa, ac leui tributi taxa, formàque præscripta, nihil prætereà aliud, neque Regio Fisco, neque patronis, quibus commendati erant, soluere cogerentur.

9 Sed hoc manifestiùs † constabit ex innumeris legibus, schedulis, & instructionibus, quæ ad hoc diuersis temporibus expeditæ reperiuntur. Quarum, vt aliquas memorem, notabilis admodum est illa, quæ inter nouas leges (quas vocant) anni 1542. edita fuit, & plures turbas, & seditiones excitauit, dum generaliter sanxit: *Que ninguna persona se pudiesse seruir de los Indios por via de Naboria, ni Tapia, ni otro modo alguno contra su voluntad*, quæ extat *in* 4. *tom. impress. pag.* 292. Alia quoque expedita est Vallisoleti 22. Februarij ann. 1563. quæ habetur *eodem tom. pag.* 294. *& in Ordinat. Mexic. fol.* 173. quibus longè dissertiùs damna, & inconuenientia referuntur, quæ ex his seruitiis personalibus sequebantur, siue Indi in illorum præstatione taxati essent, siue à Commendatariis pro tributorum solutione, & commutatione ad ea præbenda compellerentur, & ne id in posterum fiat, præcipitur, etiam cum Indis, qui Regiæ Coronæ assignati fuerint, sed taxæ solius moderata quantitate soluta, in reliquis liberi esse, & liberè degere permittantur. Eodem anno 1549. schedula alia Guatemalensi Cancellariæ missa videtur, *d.* 4. *tom. pag.* 297. qua patronorum durities, & excessus prohibetur, qui mulieres populorum sibi commendatorum, priuatis carceribus detinebant, vt sibi lanificia, & alia seruilia, & laboriosa opera nomine tributorum præstarent. Et anno 1555. Regiis epistolis, quarum verba habentur *d.* 4. *tom. pag.* 296. Mexicanis Auditoribus iniunctum est, ne vllo modo hæc seruitia personalia permitterent, neque eorum præstationi, etiam Indos delinquentes, in perpetuum manciparent: *Si no que en todo se guarden, y cumplan las prouisiones, y cedulas que estan dadas, para que no aya los dichos seruicios personales, ni se tassen ningunos Indios en esto, sino en los frutos de la tierra, conforme à las prouisiones que estan dadas.*

10 Postmodum verò † anno 1568. cum Excellentissimus ille, & nunquam pro meritis laudatus Prorex Dom. D. Francisc. à Toleto ad Regnum Peruanum gubernandum mitteretur, qui illud, vt Numa alter, multis, & præclaris legibus & ordinationibus stabiliuit, inter reliqua; hoc in mandatis accepit, vt habetur *eod. tom. pag.* 294. *Y los repartimientos que vacaren, quando los huuieredes de proueer, darlosbeis sin seruicio personal, pues las personas à quien proueyeredes los tales Indios vacos, holgaràn de tomarlos sin el dicho seruicio; y de esta manera se podrà ir cumpliendo lo que por Nos està mandado cerca de ello. Y en los titulos de las Encomiendas que hizieredes, vaya expressado, que no han de tener seruicios personales.*

Et licèt hic † vigilantissimus, ac præstantissimus Prorex in huius seruitij formis, damnisque tollendis, mirum in modum laborauerit, & totum ferè Peruanum Regnum personaliter lustrans, Indos ab hac, & aliis oppressionibus liberare studuerit, & certis fixisque tributorum, siue capitationum præstationibus in pecunia, & aliis speciebus, pro regionum varietate taxauerit, adhuc tamen in Caraquensi, Quitensi, Popayanensi, Arequipensi, Tucumanensi, Paraguayensi, Argentina & Chilensi prouincia, & in Guatemalensi, & aliis Nouæ-Hispaniæ, & Noui Regni Granatensis; eius vestigia remanserunt, provt latiùs refert Agia *vbi suprà resp.* 1. *pag.* 8. *&* 42. Vnde cùm ad eiusdem Peruani Regni gubernationem Dom. D. Ludouicus à Velasco aliquibus postmodum annis mandaretur, idem caput in Instructionibus sibi datis, accepit, ann. 1595. vt patet *ex* 1. *tom. impress. pag.* 320. *& in* 4. *pag.* 301. extat schedula alia ann. 1581. missa ad Licentiat. Monzonium Noui Regni Quæstorem (quem Visitatorem appellant) qua cauetur, vt personalia seruitia, quæ ibi ab Indis Regiæ Coronæ adscriptis, exigebantur, omninò aboleri faciat, & ad certam tributorum taxam reducat. Et deinde apud D. Laurent. 19 Octobr. ann. 1501. alia Quitensi Cancellariæ expedita fuit, quæ illud idem seruitium, eiusque duritiem, & inueteratam corruptelam prolixè narrat, & damnat, atque in posterum emendari debet. 11

Et anno 1601. die 24. Nouembr. Vallisoleti altera illa famigerata schedula prodiit, ad dictum Dom. Proregem D. Lud. à Velasco directa, quæ vulgò, *La del seruicio personal* appellatur, & in ea, distinctis capitibus, omnes eius species recensentur, & quid in vnaquaque cauendum, quid tolerandum summo studio discutitur. Et cùm in secundo, Indorum libertatem generaliter asseruisset, & vt voluntariè, quibus velint, & quo pretio velint, suas operas locent; in tertio Commendatariorum hac in parte excessibus enarratis, hæc verba subiecit: *Para cuyo remedio ordeno y mando, que de aqui adelante no aya, ny se consienta en essas prouincias, ni en ninguna parte de ellas los seruicios personales, que se reparten porvia de tributos à los Indios de las Encomiendas, y que los juezes, ò personas que hizieren las tassas de los tributos, no los tassen por ningun caso en seruicio personal, ni le aya en estas cosas, sin embargo de qualquiera introduccion, costumbre, ò cosa que cerca de ello se aya permitido; sopena que el Encomendero que vsare de ellos, y contrauiniere à esto, por el mismo caso aya perdido, y pierda su Encomienda: lo qual es mi voluntad que assi se cumpla y execute, y que el tributo de los dichos seruicios personales* 12

se commute y pague como se tassare en frutos de lo que los mismos Indios tuvieren, y cogieren en sus tierras, ò en dinero, lo que desto fuere para los Indios mas commodo, y de mayor aliuio, y menos vexacion.

Denique (vt alia omittam) cùm superioris schedulæ implementum ob aliquas difficultates, quæ sese obtulerunt in eius executione, comperendinatum fuisset, alia † non minus no-
13 bilis, & certè magis prouida, promulgata fuit Aranjuecij 26. Maij an. 1609. Dom. Peruano Proregi Marchioni Montisclario directa, cuius ordinationem & expeditionem pro summo suo
14 ingenio, & ardenti in Indos propensione † curauit Excellentiss. ille, & nunquam pro meritis satis laudatus Princeps Dom. D. Petrus Ferdinandez à Castro, Lemensius Comes, & in supremo Indiarum Consilio ea tempestate meritissimus & vigilantissimus Præses, qui me ad Senatoris Peruani munus, Regi nostro Philippo III. proposuit, & de profectione tractantem magnis, & enixis votis commonuit, vt prædictæ schedulæ omnimodam obseruationem pro virili curarem, in cuius 27.*cap.* apertè deciditur: *Que no puedan los Indios por sus delitos ser condenados à ningun seruicio personal de particulares*, & *in cap. seq.* illud anni 1601. sub grauioribus pœnis contra iudices negligentes reperitur, & quòd tributa Indorum omninò in fructibus, quos eorum prouinciæ produxerint, taxentur, & persoluantur, aut in pecunia, prout ipsis magis conducere visum fuerit.

15 Porrò † cùm ad Regias aures peruenisset, eiusmodi seruitij genus cum magna Indorum iactura adhuc in Chilensi Regno durare, peculiaris alia schedula expedita fuit 8. Decemb. ann. 1610. & eidem Marchioni Montisclario directa, qua vt illud reformaret, strictè præcipiebatur. Cuius executionem curans Excellentiss. Princeps Esquillacensis, ipsius Marchionis in Proregali dignitate successor, ex anno 1617. vsque ad annum 1620. lectissimos aliquos viros, & me vnum inter illos, ac minimum quidem elegit, & plures sessiones indixit, à quibus, & in quibus hac de re componenda sedulo tractaretur. Et cum ea quæ opportuna visa sunt, ordinata fuissent, nescio an adhuc omnino vsu recepta fuerint, illius Regni incolis validè reclamantibus, qui magnum sibi, & præcipuè rei rusticæ & pecuariæ, ex hac reformatione præiudicium generari causantur, quorum conseruationi studendum, eadem ipsa schedula cauet.

Sed ne existimet aliquis, nos Regiis dumtaxat iussionibus, & schedulis aduersus prædictum personale seruitium insurgere, operæpre-
16 tium erit, aliquas rationes † in medium adducere, quibus eius iniquitas, & durities magis, ac magis, ex iuris etiam communis regulis, detegatur. Et in primis considero, quòd cùm Indi
17 (vt sæpè diximus) liberi sint, & libertas † sit naturalis facultas eius, quod de se, ac rebus suis quisque facere velit, *l. libertas* 4. *D. de stat. hom.* §. *& libertas*, *Inst. de iur. person. l.* 1. *tit.* 22. *p.* 4. cum aliis, quæ vltra Scribentes, ibidem erudite notat Conan. *lib.* 2. *commen. cap.* 1. *ex num.* 3. Corrast. *in Rubr. de seruit. num.* 13. Alex. *lib.* 4. *Genial. c.* 10. & Bellarmin. 1. *tom. controuers. lib.* 3. *de laic. cap.* 7. ferendi non fuerunt isti Patroni, siue Commendatarij, qui Indis, & Indorum bonis tanquam seruis abutebantur, *d. l. libertas* 4. §. *seruitus, D. de stat. hom. l.* 1. §. *nam apud*, *D. de his qui sunt sui*, § *in potestate*, *Inst. eod.* §. *seruitus, &* §. *serui autem*, *Inst. de iur. person.* Cùm iniquum sit, † liberorum hominum libertatem infrin- 18
gere, aut nimis onerare, vel eis liberam rerum suarum administrationem auferre, *l. Titio centum* 70. §. *Titio centum* 2. *D. de cond. & demonstr. l.* 2. *D. si à parent. quis fuer. manum. l.* 1. §. *quæ onerandæ, & l.* 2. *in fin. D. quar. rer. act. non detur. l.* 2. *D. de liber. hom. exhib.* quæ iniuriarum actionem ei, qui hoc vsu impeditur, concedit, cum aliis, quæ plenè congerit Bart. & eius Addit. *in* §. *Titio centum*, Alex. *cons.* 102. *vol.* 2. & Nos *infr. cap.* 3. *n.* 48. *& seqq.*

Debueruntque prædicti Patroni † modera- 19
tâ tributi, siue seruitij exactione contenti, quod Indi sibi propter tuitionem, vel administrationem præstare iubentur, ab illorum vexatione supersedere, & non tam operas seruorum, quàm libertorum exigere, † quæ nullum ius in per- 20
sonam, imò neque in rem præstare videntur, *iuxta gl.* & DD. *in Rubr. D. de oper. seruor. & de oper. libert. gl.* 1. *in l.* 2. *D. de vsufr. leg. & in l.* 2. *verb.* Diminutione, *D. de oper. seru.* §. 1. *Inst. de acquisit. per adrogat. l.* 1. *tit.* 31. *p.* 3. cum aliis, quæ tradit Ant. Gom. *lib.* 2. *var. c.* 15. *num.* 1. Zasius *lib.* 1. *singul. intell. c.* 3. *num.* 7. & Goueanus *lib.* 1. *lect. c.* 7. licèt Alex. *in l.* 1. §. *si vsusfructus, nu.* 3. *D. ad leg. Falc.* & Cepola *in tract. de seruit.* 1. *p. c.* 2. *n.* 7. in libertorum quoque operis ius in re concedendum existiment.

Secundò perpendo, † nihil magis in iure cu- 21
rari, quàm vt illicitæ, & violenter, ac tyrannicè impositæ exactiones, & præstationes prohibeantur & reprimantur, *l. illicitas* 6. *in princ. D. de off. Præsid. cap. quia cognouimus* 10. *q.* 3. *tot. tit.* 11. *lib.* 6. *Recop. l.* 15. *&* 16. *tit.* 27. *lib.* 9. *l.* 19. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recop.* cum pluribus aliis, quæ de nouis, aut iniustis impositionibus vitandis, vltra alios, tradit Couar. *in Reg. possess.* 2. *p.* §. 4. *num.* 1. *&* 5. Auendañ. *de exeq. mand.* 2. *p. c.* 4. *num.* 9. Ioan. Oroscius *in l. solent*, *num.* 18. *D. de off. Proconsf.* Menchac. *lib.* 2. *contr. illust. cap.* 83. *num.* 27. Ioan. Gutier. *lib.* 1. *pract. q.* 92. *num.* 2. Villalob. *lib.* 4. *commun. opin. pag.* 84. *col.* 1. Gail. *lib.* 1. *pract. obseru.* 17. Mysing. *cent.* 5. *obseru.* 8. vbi quòd sine licentia Principis nemo potest subditis, aut colonis nouas collectas imponere, & Bouadilla, plurimos referens, *in Polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 82. *& seqq. & num.* 117.

Quamobrem † seuerissimè simul, atque san- 22
ctissimè Romani Pontifices inter atrocissimos casus sedi Apostolicæ reseruatos, illum semper numerandum putarunt, cùm Domini Christiani populorum sibi subditorum ceruices, vel nouis pensionum oneribus premunt, vel auctioribus cumulant, vt constat ex Bulla Cœnæ ann. 1568. casu 4. Syluest. verb. *Excommunicatio* 7 §. 54. *&* verb. *Gabella* 3. §. 7. Nauar. *in manual. c.* 27. *n.* 58. & in nostris terminis ex Acosta *d. lib.* 3 *cap.* 15. *in fine.*

Vnde rectissimè † Reges nostri Patronis, 23
siue Commendatariis inhibere potuerunt, ne insolitis illis, & violentis seruitiis personalibus Indos sibi commendatos grauarent, vt *in ead. l. illicitas*, §. *ne potentiores*, *cap. Regum officium* 23. *q.* 5. cum aliis; & vt nihil ab eisdem, præter consueta, & à Regibus ipsis taxata, aut moderata seruitia exigere possent, vt expresè dispositum † est *in l. vnica*, *C. ne opera à colla-* 24
tor.

tor. exig. lib. 10. ibi: *Operarum præbitionem, quæ illicitè à prouincialibus hactenus expetita est, sinceritas tua cessare præcipiat, l.* 1. *& 2. C. ne rusticani ad vll. obseq. deuocent. lib.* 12. *l.* 1. *& per tot. C. ne quis lib. inuitus act. reip. gerere cogatur, lib.* 11. *Auth. de mandat. Princ.* §. *illud, Auth. de collatorib.* §. *ad hoc iubemus, optim. text. in Auth.* vt iudices sine quoquo suffrag. in princip. ibi: *Illa agere quærentes, quæ vtilitatem nostris subiectis introducendo, omni eos onere liberent, & omni damno extrinsecùs illato, citra publicum censum, & iustam, legitimámque collationem.*

25 Quibus conueniunt alia iura, † quæ Prouinciales duplici onere prægrauare, vel duas eodem tempore collectas soluere vetant, *l. nauis,* §. *cùm autem, D. ad leg. Rhod. de iact. l. Titia,* §. *qui inuita, D. de leg.* 2. *gloss.* & DD. *in l.* 1. *C. de mulierib.* & in quo loco *lib.* 10. *gloss. in l. honorem, D. de mun. & hon.* Bart. & Platea *in d. l.* 1.

26 *C. ne operæ à collat. exig.* Vbi † multi in terminis illum textum expendunt, ad probandum Barones & Dominos vassallorum non posse suis subditis operas imponere vltra conuentionem, vel consuetudinem antiquam. Quod & sequitur Alex. *cons.* 148. *n.* 10. *lib.* 6. Greg. Lop. *in l. fin. tit.* 7. *p.* 5. verb. *Nueuamente*, Baëça *de decim. tut. & curat. c.* 30. *n.* 4 Aloisi. Ricc. *in prax. for. Eccl. decis.* 628. *n.* 3. & Tusch. *lit. A. concl.* 240.

27 Et idem † in colonis, & adscriptitiis, quòd nouis seruitiis violenter onerandi non sint, sed in pristina sua conditione relinquendi, & conseruandi, probat *opt. text. in l. cùm satis* 22. vers. *Caueant, C. de agric. & censit. lib.* 11. *cap. dilecto, de offic. Archid.* vbi quòd terminata seruitia suos terminos excedere non debent, Angel. qui alia plura adducit, *cons.* 9. Franc. Marc. *decis.* 72. *p.* 1. Vvaremund. *in verosim. iur. fol.* 79. *num.* 33. Menoch. *cons.* 671. *num.* 9. & 10. *vol.* 7. Rosental. *de feud.* 1. *p. cap.* 8. *concl.* 22. *n.* 4. *fol.* 616. Husan. *in tract. de hominib. propr. fol.* 171. *n.* 68. Gail. *lib.* 1. *obseru. c.* 17. *ex n.* 1. & *lib.* 2. *c.* 62. & Mysing. *cent.* 5. *obs. pract. c.* 8.

28 Quare † si domini suis vassallis, vel colonis, præciperent, quòd facerent eis aliquod seruitium in vineis, siue oliuis, vel aliis possessionibus, eisque iustum salarium, seu mercedem non soluerent, furtum vtique vel rapinam committerent, & ad restitutionem tenerentur, vt tradit Archid. Florent. quem refert & sequitur Auiles. *ind. c.* 24. *Prat.* verb. *Titulo*, & aliis pœnis puniri possent, quibus nouas exactiones, siue vectigalia sine Principis licentia imponentes, subiici solent, iuxta text. *in l. si publicanus, D. de publican. l. vlt. C. noua vectig. inst. non poss. cap. innouamus, de censib.* cum traditis à Couar. Bouadilla, & aliis suprà relatis, Salicet. Schard. & & Card. Albano in notis ad Bart. *d. l. vlt.* & Dec. *cons.* 358. incip. *Placet.*

29 Tertiò † facit, quia non possunt dicti Patroni, siue Commendatarij, se vlla iuris ratione, in possessione huiusmodi seruitij personalis ab Indis exigendi, eo titulo, & colore defendere, quòd pluribus annis eo vsi sint, locorum iudicibus videntibus, & patientibus, imò & eorum auctoritate interueniente, à quorum manibus Indos ipsos ad dictum seruitium accipere solent. Quod plerúmque † fraudis, & violentiæ præsumptionem excludit, *l. non est verosimile* 23. *D. de eo quod met. causa, l. si Præses, D. de* 30

transact. l. si seruus, in fi. C. quod cum eo, l. 1. *C. de his qui propr. met. iud. non appell.* cum latè traditis à Corn. *cons.* 214. *n.* 6. *lib.* 3. Ant. Gom. 2. *var. cap.* 14. *num.* 28. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 126. *ex n.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 1054. *vol.* 2. Gail. *lib.* 2. *obseru.* 93. *n.* 17. & Menes. *in l. transactionem quæ dominij, num.* 2. *C. de transact.* Nam etsi in aliis † annuis præstationibus, quæ diù, & vniformiter continuantur, induci soleat præscriptio, etiam contra rusticos & mulieres, *l. cum de in rem verso, D. de vsur. l. si certis annis, C. de pact. l. litibus, C. de agric. & censit.* vbi latè DD. Balb. *de præscrip. in* 1. *p.* 3. *part. princ. q.* 10. *n.* 5. & 31. Couarr. *d.* §. 4. *n.* 2. & Horos. & Menchac. *in locis sup. citatis*, & Nos in alio latiùs dicemus. Hoc tamen in casu, † ad excusandum seruitium, de quo agimus, talis consuetudo, seu præscriptio allegari non potest, nam potiùs corruptela dicenda est, vt *in c. fin. de consuet.* quæ passim in dictis Regiis schedulis, & præcipuè in illa anni 1601. *c.* 2. expressè damnatur & prohibetur in verbis, quæ *sup. n.* 12. retulimus, quæ sumpta videntur ex Auth. *vt nulli iud.* § *cuius*, & aliorum iurium ad eandem rem mentionem faciemus *infr. c.* 4. *n.* 60. & *seqq.* 31 32

Et vbi lex † inhibet vsucapionem, bona fides possidenti nihil prodest, *l. vbi lex* 24. *D. de vsucap.* vbi Bart. & Paris. & Alban. *in addit. ad eundem*, Barth. Socin. *reg.* 17. verb. *Alienari*, & *cons.* 86. *n.* 8. *vol.* 1. Præsertim cùm hîc bona fides interuenire non possit, quia † semper pro libertate præsumendum, & in dubio iudicandum est, *l. lege Iulia, D. de manumissionib. l. inter pares, D. de re iud.* Et absque dubio malæ fidei possessores Commendatarij censeri debent, † qui contra tot Regia præcepta, Indos personalibus seruitiis affligunt, *l. quemadmodum, C. de agric. & censit. lib.* 11. ibi: *Malæ fidei namque possessorem esse nemo ambigit, qui contra legum interdicta mercatur, l. cùm lex* 47. *D. de fideiuss. l. si sponsus* 5. § *si vxor viri, D. de donat. inter, cap. vigilanti, & cap. fin. de præscript. cap. possessor, de reg. iur. in* 6. 33 34 35

Vnde in his præstationibus † non cadit præscriptio, vt notat Luc. de Pen. *in l. hac lege, col.* 1. *C. de aquæductu lib.* 11. Gram. *vot.* 12. *n.* 17. Couar. *d.* §. 4. *n.* 1. nec sufficiet probatio immemorabilis consuetudinis nisi simul probetur subditos sua sponte, non per vim, talia onera subiisse, quia alias lex inusitatas, & indebitas exactiones per tyrannidem, violentiam, aut concussionem factas esse præsumit, vt expressè docent Ioan. Andr. Henric. Abb. & reliqui *in c.* quod latenter, *de reg. iur. in* 6. Innoc. *in c. bonæ, de postul. Prælat.* Guid. Pap. *cons.* 1. *n.* 12. & *cons.* 65. *n.* 4. Couarr. qui de communi testatur, *d. n.* 1. Menchac. *lib.* 2. *controuers. cap.* 83. Ioan. Garcia *de expens. cap.* 9. *num.* 3. & alij relati à Bouadill. *d. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 118. 36

Et huic simile est, † quod tantopere dolet, & emendari suadet D. Gregor. *lib.* 9. *Regist. epist. cap.* 1. vbi Victoris Feusaniensis Episcopi plenam doloribus querelam se proponere inquit, Innocentio Africæ Præfecto, vt & malos ab actione propera corrigat, & ab iniustitia, quam sustinent, bonos eruere curet: & sic scribit: *Quæritur siquidem supradictus frater noster, multas in illis locis violentias, multáque alia contra Dei timorem Africanos Iudices exercere Denique vt duplicia illic tributa (quod auditu intoleran-* 37

tolerandum est) exigantur. Et quia huius mali emendatio vestræ specialiter auctoritatem dignitatis spectat petimus & subtili indagatione perquirere, & ita hoc (Deo vobis imperante) debeatis corrigere, quatenus afflictis succurratis, & huius emendationis exemplo, alios in futuro prauis actionibus arceatis.

Ex quibus notanda, & reiicienda venit opinio
38 Ioan. Matienz. † *d. lib.* M. S. *de moderat. Regn. Perù p.1. cap.13.* dum existimat, melius cum Indis actum fuisse, si tributum in seruitio personali soluere cogerentur, quàm in pecunia, & aliis rebus, in quibus posteà ex dictis legibus & schedulis taxari, & æstimari cœperunt. Nam etsi non inficier, inter varia tributorum
39 genera, † illud satis cognitum. & interdum iustissimum esse, quod ex operis subditorum conflatur, vt latiùs alio loco dicemus, & egregiè explicat Dom. Sot. *lib.3. de iust. & iur. q. 6. art. vlt. vers. Hæc omnia pensionum genera*, & hoc etiã inter Indos practicari possit. & soleat in aliquibus prouinciis, quæ nihil aliud habent, quod commodè quærere, & porrigere possint, certis dumtaxat anni diebus, & dierum horis designatis, in quibus Indi suis Patronis ruri, aut domi inseruire debeant, & tributum in mercede operarum soluant, atque com-
40 pensent. Provt † in Nouo Regno Granatensi hodiéque vsitatur, vbi has operas, vel hoc genus tributi vocant *Demoras*, quasi per hoc tempus Indi apud Commendatarios morentur, & degant. Cùm tamen ob ipsorum Indorum
41 † imbecillitatem. & Patronorum superbiam & auaritiam, semper in exigendis dictis operis excedatur, & quamvis valdè moderatæ sint, plurimas fraudes, ac colores inueniant, vt Indos plus debito, & solito grauent, & semel sibi addictos, nusquam dimittant, longè securius visum est, illam taxarum formam vbique serua-
42 ri, & † viam delictis non aperire, iuxta text. *in l. conueneri, D. de pact. dotal. l. si vnus 28. §. illud, & §. pact. quæ turpem, D. de pact.* (vbi cum Cuiac. legendum est, *à Republica*, non vt in vulgatis, *à re priuata*) cum traditis ab Alphan. *in repertat. collect.757.* Rom. *cons.* 466. & Couar. *lib.2. var. c.14. num.4.* & ita in nostris terminis aduertit Agia *vbi sup. pag.4. & seqq. & pag.22. & 23.* & Ioseph. Acost. *d. c.*
43 *17. pag.342.* docens, † iniquum sanè per se non esse, vt seruitium personale tributi loco accipiatur, dummodò peruersitas illa caueatur, ne huiusmodi onera inæquabiliter Indos premant, sed per sortes vicésque suas; tùm vt huic detrahatur de illius tributo, quod ipse seruiuit, ac non huius sudoribus alius lucrum faciat. Itémque illud prouidendum, ne ob eas seruiendi vices sibi, rebúsque suis in necessariis desint: *Quæ quidem omnia* (subdit) *dictare, facile est, perficere verò, aut infecta emendare, perquam difficile.* Et reddit rationem in eod. lib.c.15. inquiens. *Quamvis enim rectè, & sapienter constituta Respublica, quamvis æquis legibus temperata; facilè improborum temeritate violatur, cùm sit nihil, quod non humana peruersitas, si relinquatur sibi, conuertat in peius.*

CAPVT II.

De alterius personalis Indorum seruitij vsurpatione, & reprobatione, quatenus in priuatum, ac domesticum Hispanorum famulitium inuiti distribuuntur.

SVMMARIVM.

1 *Seruitij priuati Indorum species alia proponitur.*
2 *Seruitium Indorum, dum ad famulandum & inseruiendum in domibus Hispanorum distribuuntur, Matienz. & Acosta probare videntur, & huius verba referuntur.*
3 *Schedulæ plures recensentur, seruitium Indorum in priuatorum domibus inhibentes.*
4 *Indos, quos vocant* Mitayos, *accipere, Proregibus, Auditoribus, & aliis Regiis ministris prohibitum est.*
5 *Officiales Regij Indos R. Coronæ tributarios, ad sibi famulandum addicere, prohibentur.*
6 *Patroni, siue Commendatarij Indorum, non possunt Indos commendatos ad priuatum domus suæ seruitium compellere.*
7 *Pratores, siue Correctores Indorum, itémque eorum Parochi, coacto illorum seruitio vti prohibentur.*
8 *Seruitia priuata, & coacta Indorum omninò tolli iubentur schedula anni 1601. & quòd voluntarij conducantur.*
9 *Schedula anni 1609. idem expressiùs, & generaliùs iubens, refertur.*
10 *Seruitia domestica Indorum anteà præstari solita, qualiter Prorex, & Senatus Limanus à se abdicauerit?*
11 *Iudex, vel Magistratus, qui corrigere alios desiderat, à se inchoare debet disciplinam.*
12 *Officiales & Ministri Regij in seruitiis Indorum soluto congruo & taxato pretio, priuatis præferri debent.*
13 *Hispani non possunt Indis coactis ad priuatum sui seruitium vti, etiamsi seruitio carere se dicant.*
14 *Vtilitas, quæ resultat Hispanis ex priuatorum coacto Indorum seruitio, non præponderat damnis, quæ Indi patiuntur.*
15 *Nemo cum alterius iactura ditandus, vel accommodandus est.*
16 *Ciceronis elegans locus expenditur, contra eos, qui ex alieno damno lucrum parant.*
17 *Hispani notantur, quòd in Indiis aliis alii seruire recusant.*
18 *Hispani, vt ad seruiendum, & laborandum in Indiis adducantur, Regiæ schedulæ iubent.*
19 *Adriani Imperatoris festiuum factum, & dictum refertur.*
20 *Manus manum lauat, adagium, & alia similia.*
21 *Prodicus sapiens gratis nullum erudiit, & quibus adagiis vteretur?*

ILlud etiam seruitium personale ad priuatam vtilitatẽ spectare videtur, quod Hispani multis in locis iam dudum introduxerunt, & hodie etiam, Regiis licèt iussionibus refragantibus, non minus frequenter, quàm perniciosè conseruant, dum ad suarum personarum, ac domorum seruitium, 1
&

& famulitium Indos sibi per vices à locorum Prætoribus distribui petunt, & facilè consequuntur, quos *Mitayos de seruicio* in hoc Regno Peruano vocamus. Quibus exigua mercede, siue salario per menses, aut hebdomadas persoluto, nihil non graue, & laboriosum iniungunt, & inuitos, & reluctantes in obsequio stare compellunt contra rubrum & nigrum, *C. ne operæ à collatorib. exig. & ne rustic. ad obseq. deuen.* & alia quæ *in c. præced.* notauimus.

2 Quod quidem † seruitij genus non omninò damnat Ioan. Matienz. *d. tract. M. S. de moderat. Regn. Peru 1. par. cap. 11.* dummodò Indi vicissim mutentur, illisque abeuntibus in manu propria merces labori competens persoluatur. Acosta etiam *libr. 3. de procur. Ind. salut. cap. 16. pag. 346.* sub eisdem legibus hanc consuetudinem admittere non veretur, cùm harum regionum incredibilis incommoditas, & seruientium penuria id, veluti suo iure, deposcat, atque ita concludit: *Neque illud vituperandum, quòd peculiares ob causas ad domestica ministeria quibusdam locis Indi attribuuntur, vt in Xenodochiis, in religiosis domibus, tum etiam publicorum, nobiliumve hominum, aut contrà grauiter affectorum, & indigentium seruitiis suo ordine, & ratione assignantur. Abusio tamen illa amputanda est, & pro iniqua ducenda, cùm in eiusmodi Mitayos (sic enim vocant, siue mercenarios) iustum pretium imminutum est, vel maiora, quàm vires ferant, imperantur, vel diutius retinentur, quàm pro ratione præscripta, quæ iniuriosa sunt omnia, & ex improbitate hominum potius, quam ex vllo vero iure profecta. Neque bona vnquam fide ista vsurpata sunt, sed magna vel temporis, vel hominum corruptione.*

3 Sed nihilominus † contrarium semper expressis, & per varia tempora repetitis, nostrorum Regum legibus, & schedulis, cautum inuenitur. Nam vt omittam illam anni 1543. quæ extat *in 4. vol. impr. pag. 263.* & Indos in omnibus benè tractari iubet, & vt vassallos liberos de se, & suis operis liberè disponere posse, quod iterum expressiùs adhuc cauetur in alia sched. anni 1566. ad Quitensem Cancellariam directa,

4 *eod. tom. pag. 284. & 351.* Posteà † lata fuit alia Tauri 21. Septembr. ann. 1551. ad Proregem Nouæ-Hispaniæ, quæ reperitur *in Ordin. Mexic. pag. 144.* vbi disertè prohibet, ne Proreges, & Auditores Indiarum hoc personali Indorum seruitio, quovis colore, aut prætextu in domibus suis vtantur. Et idem anteà sancitum fuerat in alia Vallisolet. 29. April. an. 1549. quæ inseritur in aliis, quæ habentur *1. tom. pag. 345.* Et cum omnes Auditorum negotiationes interdixisset, inter alia sic habet: *Ni os siruais de los Indios de agua, ni yerua, ni leña, ni otros aprouechamientos, ni seruicios, directa, ni indirectamente, sopena de la nuestra merced, y de perdimiento de vuestros oficios.* Aliis quoque schedulis anni 1548. & 1573. *2. tom. pag. 241.* districtè præci-

5 pitur † Regiis Officialibus Sanctæ-Marthæ, & Argentinæ prouinciæ, ne vllo modo Indos Regiæ Coronæ tributarios, in suum priuatum seruitium, vel vsum addicant.

Et cùm per aliam schedulam Vallis. 22. Febr. ann. 1549. in Regno Peruano hoc seruitij genus cessare iussum fuisset, & nihilominus Regiis auribus delatum esset, Patronos, † siue

6 Commendatarios Indorum eo, cum magno excessu, vti solere, schedula altera edita fuit Monzonij Aragonis 2. Decembr. an. 1563. cuius copia extat *d. 4. tom. pag. 294. & seqq.* quæ iubet: *Que no se consienta que los Encomederos tengan en sus casas Indios de que se siruan personalmente, occupados en traer yeruas para sus cauallos, agua, leña, y en la labor de sus huertas, y viñas, y heredades, y guardas de ganados, &c. Y que se prouea, como los Indios que siruieren à los Españoles, los siruan de su propria voluntad, y no de otra manera alguna; y se dè orden como à los Indios que assi siruieren à Españoles, ò à otra persona, se les pague su salario y soldada enteramente, &c.*

Et idem generaliter rescriptum fuit Quitensi Cancellariæ, pro tollendis omnibus his seruitiis personalibus priuatorum, apud D. Laurent. 19. Octob. an. 1591. *d. 4. tom. pag. 299. & seqq.* Et ad Dom. D. Lud. à Velasco Proregem Peruanum an. 1594. Et multis aliis schedulis passim prohibetur, † ne ipsi Prætores, siue Correctores, quos 7 dicunt, Indorum, aut eorum Parochi, hos *Mitayos* accipiant, in quo ij plurimum semper excedunt, qui aliis exemplo esse debuissent.

Porrò cum isthæc omnia satis profecisse non viderentur, vt prædictum seruitium cessaret † rursus Vallisolet. 24. Nouembr. ann. 1601. in 8 generali illa schedula, quæ vocatur, *del seruicio personal*, idem multò enixiùs, & sub pœnis grauioribus imperatur, & *cap. 2.* cauetur: *Que no se den Indios à nadie en particular, sino que si pareciere conuenir, compelan à los Indios à que trabajen, y se salgan à alquilar à las plaças, y lugares publicos, y acostumbrados, para que los que los huvieren menester, assi Españoles, como otros Indios, ora sean ministros Reales, ò Prelados, Religiones, Sacerdotes, Dotrineros Hospitales, y otras qualesquiera Congregaciones, y personas de qualquier estado que sean, los concierten, y cojan alli por dias, ò por semanas; y ellos vayan con quien quisieren, y por el tiempo que les pareciere, de su voluntad, y sin que nadie los pueda tener contra ella, tassandoles los jornales, &c.*

Et denique in prouida illa schedula † ann. 9 1609. quæ de eodem seruitio personali agit, cuius meminimus *sup. cap. 1. num. 13.* postquam plura alia, ad fauorem, & subleuationem Indorum concernentia, statuta sunt, *cap. 20. & 30.* deciditur, vt nullo casu, nulliusve priuatæ personæ contemplatione, siue Ecclesiast. sit, siue sæcularis, etiam Proregum, Auditorum, & Inquisitorum, coacta Indorum seruitia distribuatur: *En ministerios domesticos de casas, huertas, edificios, leña, yerua, y otros semejantes.* Et subdit: *Porque aunque esto sea de alguna descomodidad para los Españoles, pesa mas la libertad, y conseruacion de los Indios.*

Quod Regium mandatum † cùm directum 10 fuisset D. Proregi Marchioni de Montesclaros, illúdque in hoc Regno Peruano exequi, & impleri enixè curasset, primùm à se ipso incipiens, nullos deinceps Indos *Mitayos* ad seruitium domus suæ admittere voluit, idémque vt faceremus Regij huius Limani Conuentus Senatores commonefecit. Quod facilè, vt par erat, ab omnibus impetrauit, vt vel sic cæteris † idem li- 11 beriùs, & efficaciùs imperare possemus, *arg. text. in l. si vxor, §. index adulterij, D. ad leg. Iul. de adult. cap. iudicet 3. q. 8.* & iuxta illud Theodosij ad Honorium filium documentum

apud Claudian. in 4. ipsius Honor. Consulatu:
In commune iubes si quid, censesvè tenendum,
Primus iussa subi; tunc obseruantior æqui
Est populus, nec ferre negat, cum viderit, ipsum
Auctorem parere sibi.-----
Et Ouid. Fastor.6.
Sic agitur censura, & sic exempla parantur,
Cum iudex, alios, quod monet, ipse facit.

Quibus similis Tertul. lib.1. de patient. *Oportet (* inquit) *commendationem alicuius rei adortos ipsos priùs in administratione eius rei deprehendi, ne dicta factis deficientibus erubescant.* Quintil. *declam.3.* Miles Marianus *pag. mihi* 37. *Hæc enim conditio superiorum est, vt quicquid faciunt, præcipere videantur, & perniciosissimum est malæ rei maximus quisque Auctor.* & Cassiod. lib.6. epist.21. pag.154. *Esto vitæ continens, vt possis in alios esse iudex. Prima æquitas est, à se Præsules inchoare, vt debeant criminosi metuere, quem nequeunt similem reperire.* Et lib. 10. epist. 5. sub persona Theodadi Regis: *A domesticis inchoare volumus disciplinam, vt reliquos pudeat errare, quando nostris cognoscimur excedendi licentiam non præbere.* Et plurima alia, quæ in eandem sententiam congessit Ioan.Britan. omninò videndus, in notis siue comment. ad Suet. Tranq. in Neron. *c.19. pag. mihi* 223. Tiraq. *de pœn. temp. caus.31. n.38. & 39.* & Nos *infr. hoc eod. lib. cap.16.ex n.39.*

12 Et in eandem prohibitionem tendit † quod de officialibus Regiis, qui rusticanorum operis & obsequiis vtuntur, contra *l.2. C. ne rustic.* ad vlla obsequia devocentur, *lib.10.* tradit Chassan. *in consuet. Burgund. tit. de confiscat. §.1. num.31.* quem refert & sequitur eruditiss. D. Franc. Alfar. *in tract. de offic. Fiscal. gl.20. n.373.* Vbi hinc ortum habuisse putat Regias ordinationes, quæ idem Indiarum Auditoribus prohibent. Quas tamen ita posteà iustè temperatas fuisse inquit, vt eodem modo, & eadem mercede, qua aliis ciuibus communiter, possint quoque, imò & teneantur Indi Auditoribus inseruire.

13 Neque his † officere potest, quòd Hispani famulorum ministerio carebunt. Nam vt in dictis schedulis dicitur, id euitari potest, si Indos voluntarios conducant, quorum seruitio vtantur, vt in Hispania contingit, quos proculdubio invenient, si eos benignè tractauerint, & iustam mercedem opportunè persoluerint, vel alios Hispanos, aut Æthiopes, aut Hybridas Indorum, vel Æthiopum (quos *Mestizos* & *Mulatos* vocant) in suum seruitium adsciuerint, quorum semper, & hodiernis præcipuè temporibus, magna, & quidem otiosa, imò & perniciosa propago in his regionibus reperitur.

14 Et † vt maximè aliqua commoditate, aut vtilitate Hispani ob prædicti seruitij interdictionem priuarentur, id tamen damnis, quæ Indi eius ratione patiuntur, nequaquam præponderat, vt preclarè dicitur in *d. sched.* ann. 1609. Neque naturalis, & ciuilis iuris regulas infringere debet,

15 quibus neminem † sua libertate priuandum monemur, vel cum alterius iactura accommodandum vel locupletandum, *l. libertas, D. de reg. iur. l.2. D. si à parent. quis fuer. manumis. l. vxorem, in fin. D. de manumis. test. l. nam hoc natura, D. de cond. indeb. l. iure naturæ, D. de reg. iur. c. locupletari, eod. tit. lib.6.* vbi Pet. Fab. Ranard. Pechius, & alij plura notarunt, & Pet. Rebuff. in *l. vnica, C. de eo quod interest, n.180.* & conducit elegans Cicer. † locus *lib.2. offic.* 16
dum inquit: *Detrahere aliquid alteri, & hominem cum alterius incommodo sua augere commoda, non minus contra naturam videtur, quàm mors, quàm dolor & reliqua, quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis.*

Et cùm Hispani in propria patria commorantes, † alij aliis famulentur, & quibuscumque 17
ministeriis inseruiant, ferendi non sunt, si ad Indicas regiones aduentantes, statim superbiant, velintque Indorum seruitio, seu famulatu potiri. Quem factum nationis nostræ æmuli nobis obiiciunt, vt constat ex Hier. Benzon. & eius Additionatore *in sua Hist. Noui Orb. lib.2. cap.8.* Et damnant plures Regiæ schedulæ, quas inferiùs adducemus, & præcipuè illa d. an. 1609. §.2. Quæ † Proregibus, & Gubernatoribus 18
iubent, vt Hispanos ad seruiendum, & propriis manibus laborandum, præmiis, pœnisque propositis, in his prouinciis inducant: *Sin hazer distincion de Indios, Españoles, Negros, y Mestizos, y las demas naciones, porque todos conuiene que se enseñen, y apliquen à trabajar, como se ha hecho en las demas Republicas del mundo, à que tienen tanta auersion, vnos por floxeda, y otros porque desdeñan el trabajo, como si fuisse cosa vil, no aduirtiendo, que la ociosidad en la gente vagabunda es digna de ser reputada por infamia.* Quod nullo modo meliùs consequetur, quàm si domestico, & coacto Indorum seruitio priuentur.

Possumúsque eis † ob oculos ponere illud, 19
quod de Adriano Rom. Imp. Ælius Spartian. & alij historici in eius vita scripserunt, & Aldus Manutius post Erasmum in Adag. *Senes mutuum fricant, pag.329.* Is enim in balneo veteranum quempiam, seruuli penuria, sese marmoribus affricantem conspicatus, eum & seruulis aliquot, & sumptibus donauit. Quod reliqui veterani feliciter cesisse videntes, cœperunt & ipsi complures sub oculis Imperatoris sese marmoribus affricare, vt hoc modo Principis elicerent benignitatem. At ille euocatis senibus, iussit, vt alius alium vicissim defricarent, atque ita pueris nihil opus fore. Qui locus posteà in vulgi fabulam, & Adagij vsum cessit: *Fricantem refrica.* Eique † similia sunt illa: *Mutuum* 20
muli scabunt, Tradunt operas mutuas, & Manus manum lauat, de quibus idem Erasm. meminit, & de vltimo Seneca in libello de morte Claudij, & Distichon inter Græcanicas sententias, quod ita ipse Adagiographus latinitate donauit.
Vrbs seruat vrbem, seruat itidem vir virum,
Manus manum, digitúmque digitus abluit.

Et Xenocrates Philosophus Platonic. in lib. de morte, quem ex nostris refert Pet. Greg. *lib.* *27. syntagm. cap.2. num.5.* vbi ait, † quòd Pro- 21
dicus sapiens gratis nullum erudiit, & semper habebat in ore Epicarmi illud: *Manus manum lauat; dans aliquid, aliquid accipe.*

CAPVT

CAPVT III.

An illud seruitij genus magis permittendum videatur, quod quidam ab Indis extorquent; quos vulgò Yanaconas *vocant, & velut adscriptitios, agrorum, villarúmque suarum culturæ inseruire debere contendunt?*

SVMMARIVM.

1 *Seruitium* Yanaconarum *an iustum sit?*
2 Yanaconæ *qui Indi dicantur in Regno Perù, &* Naborij *in Noua Hispania? & ex quibus causis illorum seruitium iustificetur?*
3 *Indi vagi, & errantes qualiter Hispanis, sub* Yanaconarum *titulo, in seruitium dari solerent?*
4 Yanaconarum *vsus maximè percrebuit in Argentina prouincia, & quare?*
5 *Indi in prouinciis Perù, qui dicantur* Atunrunæ, *& qui* Yanaconæ.
9 Yanaconarum *seruitium in Argentina prouincia, quomodo in R. Consilio temperatū fuerit?*
7 *Prorex D. Francisc. à Toleto, quid circa Yanaconas Argentinæ prouinciæ statuerit.*
8 Yanaconæ *transeunt cum prædiis.*
9 Yanaconarum *vsum, & seruitium qui Auctores probent.*
10 L.12.tit.10.lib.5.Rec. *quæ Indorum donationes prohibet, ad* Yanaconas *non pertinet.*
11 *Indi, cùm possint ad agrorum culturam mitti, multò faciliùs qui in eisdem fundis sunt, poterunt retineri.*
12 *Nihil refert, quid ex æquipollentibus fiat.*
13 *Æquipollentis admissio semper debet permitti, vbi intentio legis per eam non violatur, sed melioratur.*
14 Yanaconæ *liberi manent, & liberam testandi facultatem habent.*
15 Yanaconæ *sunt veluti coloni partiarij in fundis, quibus adscripti sunt.*
16 *Coloni partiarij qui sint, & Auctores qui de illis agunt.*
17 *Vassalli Hispaniæ, qui dicuntur* Solariegos, *quo iure censeantur.*
18 *Seruorum vna est conditio, licèt in ministeriis differant.*
19 *Hominum liberorum plures sunt differentiæ.*
20 *Adscriptitij qui essent, & quo pacto fierent, & qui de eis agant.*
21 *Colonos adscriptitios qualiter definit D. Aug.*
22 *Adscriptitij vocabantur aliquando censiti, & tributarij, & quare?*
23 *Adscriptitij inde dicebantur, quòd fundo, quem colebant, adscriberentur: & quo pacto id fieret?*
24 *Adscriptitij etiam per absentiam, vel militiam* 30. *ann. liberari non poterant à cultura terræ, cui adscripti essent.*
25 *Lex cùm satis,* C. de agric. & censit. & l. eum qui, C. de fund. rei priuat. lib. 11. *illustrantur & conciliantur.*
26 *Adscriptitij si fugiant à fundo, cui adscripti sunt, sui furtum facere dicuntur.*
27 *Adscriptitij dicuntur pars fundi, & glebæ adhærere.*
28 Lex sed etsi 15. §. 1. D. de euiction. *explicatur, & à Cuiac. emendatione vindicatur.*
29 *Adscriptitij habebant libertatem conditionatam, aut conductionatam.*
30 *Parabolani non erant Medici hospitalium, sed homines eis adscripti, ad curam infirmatorū.*
31 *Metallarij, Curiales, Cohortales, Fabricenses, Murileguli, & alij similes conditionatam, libertatem habebant.*
32 *Galli Geltæ Hæduos velut seruos, seu adscriptitios habebant.*
33 *Homines manus mortuæ, siue vassalli Taliabiles sunt apud Gallos veluti adscriptitij.*
34 *Vassalli de Remensa qui dicantur in Cathalonia.*
35 *Mansarij vassalli in Italia qui, & vnde dicantur.*
36 *Vassalli seruitutis qui dicantur in Aragonia, & alibi.*
37 *Coloni adscriptitij quibus modis fieri, & acquiri possint.*
38 Yanaconarum *vsus, & seruitium exemplo aliarum nationum defendi potest.*
39 *Leges de similibus ad similia porrigi solent, & tempori, ac loco, publicisque necessitatibus accommodari.*
40 Yanaconarum *seruitium Regiis schedulis approbatum videtur.*
41 *Ordinationes D. Proregis D. Francisci à Toleto de seruitio* Yanaconarum, *Regiis schedulis approbata sunt.*
42 *Leges, etiamsi aliquo respectu duræ, aut iniustæ videantur, non facilè mutandæ sunt, & quare?*
43 *Schedula Regia, quæ tractat de seruitio* Yanaconarum, *explicatur.*
44 Yanaconæ *non possunt recedere à fundis, quibus adscripti sunt, nisi priùs in eis necessarias operas fecerint.*
45 Yanaconarum *vsus vbi fieri possit, restringendus est.*
46 *Prohibita ne in vsum transeant, cauendum est.*
47 *Error, cui ab initio non resistitur, maiores vires assumit.*
48 *Indi in plena, & integra libertate conseruari iussi sunt.*
49 *Libertas infringitur, cogendo aliquem, vt in certo loco moretur.*
Lex Titio centum 70. §. Titio centum, de condit. & demonstr. *& aliæ similes explicantur & illustrantur.* *ibid.*
50 *Manumissionis in actu dabatur seruis facultas viuendi vbi vellent, & abeundi quo vellent.*
51 *Conditio standi in certo loco, non nisi seruis, vel libertis imponi solebat.*
52 *Carceris pœna est seruitutis species.*
53 Yanaconarum *seruitium, & detentio aliquibus legibus Indiarum interdicta reperitur.*
54 Yanaconarum *seruitium præscriptione defendi non potest, cùm sit libertati contrarium.*
55 *Indi non sunt domini libertatis suæ, vt nec membrorum.*
56 *Libertatem suam nemo recusare potest.*
57 *Liber qui sui natura est, non potest per pactum se adscriptitium, vel alterius hominē facere.*
Pactum inducens perpetuam seruitutem, vel operarum præstationem, an valeat. *ibid.*
58 Lex vlt. C. de transact. explicatur.
59 *Mala non sunt facienda, quamvis inde prouenire possint bona.*

60 Yanaconæ

60 Yanaconæ *plures iniurias sub duris, & iniustis dominis patiuntur.*

61 *Voluntatem contra meam quod fit, satis dicitur in perniciem meam fieri.*

62 *Voluntatis interesse datur.*

63 *Adscriptitiorum exemplum, ad* Yanaconas *applicari non posse, ostenditur.*

64 *Adscriptitij quo iure induci, & defendi cœperint.*

65 *Adscriptitiorum vsus in Hispania non est receptus,*

66 *Indiarum prouinciæ debent iudicari legibus & consuetudine Hispaniæ, cui sunt vnitæ.*

67 Yanaconarum *vsus hodie tolli deberet, cessante causa eius dissimulationis.*

68 *Belli causa inductum, cessante bello, cessare debet.*

69 *Libertatis tutela ad ius publicum spectat.*

70 *Indos profugos, aut vagantes qui cepit, & reduxit, an eos sibi applicari, petere possit.*

71 *Indos, qui se vendunt propter famem, aut aliam necessitatem, quatenus emptor vt seruos detinere possit.*

72 *Vagabundos qualiter capi, & in seruitio detineri permiserit Rex Ioannes I.*

73 Yanaconæ *duris & insolitis seruitiis onerandi non sunt.*

74 Yanaconæ *bonis spoliandi, salariis defraudandi, aut iniuriis afficiendi non sunt.*

75 *Domini, qui seruos, vel parentes, qui filios crudeliter vexant, eos manumittere, aut emancipare coguntur.*

76 *Barones & Domini, qui vassallos malè tractant, eis priuandi sunt.*

77 Yanaconæ *non possunt sine prædiis; quibus adscripti sunt, aut prædio vendito retineri, & in alind transferri.*

78 *Adscriptitios si quis simpliciter donet, fundum quoque, cui seruiunt, donasse censetur.*

79 *Accessorium, quando est inseparabile, & dignius principali, ipsum secum trahit.*

80 *Vassalligium ignorantiæ quod dicatur? & est reprobatum.*

81 *Indi licèt regulariter directè, vel indirectè vendi non possint, hoc fallit in* Yanaconis, *siue adscriptitiis.*

82 Yanaconæ *vbicunque reperiantur, tributa Regi, vel suis Commendatariis debita, soluere cogendi sunt.*

83 *Schedulæ aliquæ referuntur de* Yanaconarum *tributis agentes.*

84 *Adscriptitij, vel colonarij ab exactoribus tributorum grauiter inquietandi non sunt, & quare.*

EX his paulatim in illam aliam quæstionem, nobiliorem certè, & difficiliorem deuenisse videmur, vtrùm † scilicèt magis iusta, & 1
legitima sit aliorum Indorum possessio & occupatio, quos Hispani aliqui priuatam vtilitatem tantummodò respicientes, in suis domibus, prædiis, metallorum fodinis, & aliis quæstuosis negotiationibus rętinent, eo titulo & colore, quod tales Indi, iam ab antiquo. proprias & naturales sedes reliquerint, & se prædictis Hispanis sociantes, atque aggregantes, posteáque in eorum domibus, & possessionibus assuefacientes, ibi vxores duxerint, & propriis laribus veluti translatis, ac constitutis, liberos procreauerint, antiquíque, & originarij soli memoriam amiserint? Prætexunt quippe Hispani † ex hoc capite sibi in 2
eiusmodi Indos, eorúmq; liberos: & descendentes Ius quoddam seruitij & famulitij, veluti in adscriptitios, aut colonarios competere, neque eos (quamvis maximè velint) à suis prædiis abire patiuntur. Eò magis, quòd plurimi iudices, ad quos Indorum querimoniæ perueniebant, eosdem, causa cognita, seruitium, siue famulatum, quem præstare cœperant, continuare iubebant, nec nouos dominos mutare sinebant, nisi ab antiquis nimis asperè tractari cōstaret, vel debitis salariis, & vitæ subsidiis temerè defraudari.

Quinimò † interdum etiam, quamvis nulla 3
possessio ab Hispanis prætexeretur, solebant tamen iudices, illis petentibus, & seruitio egere dicentibus, Indos, quos vagos, & incertæ sedis, siue soli comperiebant, sub certis legibus, & conditionibus in perpetuum cōcedere, & assignare. Quos Indos communi nomine in hoc Regno Peruano *Yanaconas* vocant, & in Mexicano *Naborios*, proprio gentis vocabulo, quasi seruientes homines dicas. Et in Argentina prouincia † maximè hoc seruitium frequentatur, 4
in qua antequam Dom. Prorex D. Francisc. à Toleto gubernationis habenas suscepisset, Indi duas in classes distributi reperiebantur. Alij námque † quos *Atunrunas* dicunt, in suis op- 5
pidis, & reductibus permanserunt, proprios *Caciques*, siue *Curacas* agnoscentes, ibidémque iniuncta sibi seruitia, & tributa regulariter exhibentes. Alij verò cùm ad Hispanorum domus, & fundos diuertissent, ibique per annos aliquot constitissent, eis inurbanis, & rusticis operibus inseruiebant, & ab illis fidei doctrinam accipiebant, & vestem prætereà annuam, certaque terræ iugera, quæ Indi tanquàm propria possidebant, & dominorum instrumentis colebant. Quo pacto, ab aliis seruitiis & tributis, quibus *Atunrunæ* subiecti erant, liberabantur.

Cùm autem super hoc in Regio Consilio † 6
disceptatum fuisset tandē placuit, vt Regia Cācellaria, quæ in dicta prouincia fūdata fuit anno 1561. nihil noui disponeret, sed rebus eo, in quo erant, statu relictis, nullos deinceps Indos à suis oppidis abire permitteret, neque Hispanos, quæsitis anteà *Yanaconis*, exueret. Missóque paulò pòst † ad hoc Regnũ prædicto Pro- 7
rege, ei inter alia huius rei cognoscēdæ, & prouidendæ cura commissa fuit. Quo cùm illi prouinciam personaliter perlustrasset, & omnia, quæ vtrinque allegabantur, exactè cognouisset, dictos *Yanaconas*, qui prædiis rusticis inseruiebant, Hispanis, sub legibus suprà relatis, & aliis, quas oportere iudicauit, adscripsit, ratus sic cōmodius omnibus subueniri, & nihil referre, quòd Indi ad propria municipia reuocarentur, vel in domibus, & prædiis Hispanorum sub publica registri, siue matriculæ fide, & professione relicti, eis easdem operas exhiberent, ad quas præstandas ex suis oppidis euocari, & distribui solebant. Vnde † si dicti fundi, & prædia 8
venduntur, aut quovis modo per contractũ, vel vltimam voluntatem ex aliis personis ad alias transire contingit, Indi quoque illis assignati, cum eisdem possessionibus transeunt; quia quēadmodum eas deserere nequeunt, ita nec noui possessores illos mutare vel expellere possunt.

Quam Indos gubernandi, & distribuendi rationem † nimis probat Ioan. Matienz. qui cōsi- 9
liis,

liis, & visitationi dicti Proregis interfuit, *in tract. M.S. de moderat. Reg. Perù 1. p. cap.* 8. vbi refert se idem tractasse in alio libro *de stylo Cancellariæ, tit.* 1. *præeminent.* 17. *cas.* 20. *declarat.* 9. *gloss.* 4. & repetit. *in l.* 12. *tit.* 10. *glos.* 1. *num* 5. *lib.* 5. *Recopil.* Et hoc ipsum non obscurè sentit Acosta *d. lib.* 3. *de procur. Indor. salut. cap.* 17. Agia *in suis respons. de seruit. personali Indor. pag.* 52. & eruditiss. Licent. Petrus Ruizius Bejaran. qui fuit quondam magnus in Regiis Consiliis Aduocatus, & postea obiit dictæ Argentinæ Cancellariæ meritus, & emeritus Senator, in peculiari syntagmate, quod ad defendendum prædictum *Yanaconarum* seruitium, scripsit. Ipse quoque idem Matienz. cùm posteà typis edidisset commentarios non malè dolatos circa *lib.* 5. *nouæ Recop.* incidens *in l.* 12. *tit.* 10. quæ Indorum donationes fieri prohibet, sic *num.* 5. concludit. *Ad Indos verò Yanaconas*
10 *dictos*, † *lex ista adaptari non potest. Nam licèt legibus Indiarum hi prohibeantur seruire inuiti, vt in l.* 22. *Indiar. multis tamen iustis rationibus hac in prouincia permittitur, vt seruire possint in fundis, & prædiis, & possessionibus Hispanorum, vbi ipsi libenter habitant, & fundos colunt, sibi ipsis, & dominis prædiorum, iusta mercede eis designata. De quibus latè egimus in lib. moderationis Perù par.* 1. *cap.* 8. *&* 24.

Pro cuius opinionis confirmatione sequentia argumenta expendi posse videntur. Primum
11 quòd cùm receptum sit, † propter communem Regni vtilitatem, & vbertatem Indos operibus rusticis, & aliis necessariis laboribus, etiam inuitos, mancipari posse, & ad eos subeundos vicissim ex suis municipiis deduci, vt *in capitib. sequentib.* latissimè disputabimus; multò facilius admittendum videtur, si in eisdem prædiis, quæ colere tenebantur, resideant, maximè, cum ibidem commorantes, à plurimis aliis vexationibus liberentur, quas in suis oppidis frequenter patiuntur; & Hispani quibus addicti sunt, eos defendant, in Fide, Religione, & moribus politicis, officiisque mœchanicis instruant, & quæ opus habent ad vitæ sustentationem, hilariter subministrent. Nihil enim
12 † referre solet, si quid per æquipollens fiat, *l. fideicommissa* 11. §. *si cui, D. de leg.* 3. *l. si mater* 3. *C. de instit. & substit.* Ias. *num.* 20. & reliqui DD. communiter *in l. Gallus*, §. *& quid si tantum, D. de liber. & posth.* Anton. Gom. 1. *tom. var. cap.* 2. *num.* 6. *&* 7. latè Euerard. *in locis legalib. loco* 101. *Ab æquipollentibus*, Ioan. Gratian. *regul.* 82. *num.* 4. & Cardin. Tusch. *pract. conclus. iur. verb.* Forma, *conclus.* 417.

Maximè quando legis, vel hominis intentio per eiusmodi implementum non violatur,
13 sed melioratur. Quo † casu, etiam in prohibitoriis, & vbi præcisa formæ obseruatio requiritur, æquipollentis admissio concedi solet, *l. diligenter* 5. *iuncta l. vltim.* §. *fin. D. mandat. l. iam tamen*, §. *in hac, D. indic. solui, l. si quis mihi bona* 6. §. *sed etsi mandaui, D. de acq. hæred. cap. licèt, el* 2. §. *testes autem, de testib. Clem. exiui*, §. *vt autem, de verb. sign.* cum aliis traditis à Bart. *num.* 3. Ias. 23. Galiaula 24. *in d.* §. *& quid si tantum, eod.* Ias. *in l.* 1. §. *si stipulanti, circa fin. D. de verb. obligat.* Tiraq. *in l. si vnquam, verb.* Libertatis, *num.* 48. *C. de reuoc. donat.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæst.* 15. *num.* 19. *col.* 4. & Gratian. *regul.* 305. & Gail. *de pignoration. cap.* 9. *num.* 2. *& libr.* 1. *obseruat.* 2. *numer.* 3. *& libr.* 2. *obseruat.* 13. *numer.* 13.

Secundò facit, quòd licèt plurimis legibus, & schedulis libertati, & bonæ, ac suaui tractationi Indorum valdè consultum sit, & vt inuiti in nullis locis, vel operis detineantur, vt *supr. cap.* 1. *&* 2. tradidimus. In proposita † tamen quæstione, libertate priuari non videntur, 14
cùm liberi maneant, & rerum, ac filiorum suorum dominium, & potestatem habeant, & testandi liberam facultatem, & solùm cogantur in terris, siue possessionibus Hispanorum manere, quibus se ipsi voluntariè ab antiquo aggregarunt, & addixerunt. Easque † non tam 15
seruili more, quàm colonorum iure, ac modo colere, qui olim partiarij dicebantur, quia fructus cum domino fundi pro dimidia, vel tertia, aut alia quota eorum parte, culturæ causa, partiebantur. De quibus † agit text. *in l. si merces* 28. §. *vis maior, D. locati*, Plin. *lib.* 9. *epist.* 37. & alij, quos refert Brisson. & reliqui, qui de verbis iuris scripserunt, verb. *Partiarius colonus*, Ant. Vsillus *in* §. *item Seruiana, ex num.* 30. *Inst. de act.* Cuiac. *in notis posth. ad d.* §. *vis maior*, & Carrotius *in tract. de locat. tit. de remissione merced. quæst.* 4. *num.* 3. Quod non est illorum libertatem infringere, sed ad propriam sui, & simul communem Reipublicæ vtilitatem illos dirigere, vt *in cap. sequenti* dicemus. Et in Hispania sæpè contingere vide- 16
mus in † vassallis, qui vocantur *Solariegos*, qui 17
passim à dominis venduntur, æstimantur, & taxantur. & tamen non ideò seruorum nomine, vel appellatione censentur, vt constat *ex l.* 3. *tit.* 25. *par.* 4. vbi Gregor. Lup. *& ex l.* 2. *tit.* 11. *libr.* 4. *Ordin.* vbi Didac. Perez *col.* 1518. *& seqq.* & ex traditis ab Speculatore *in tit. de feudis*, §. *quoniam*, vers. *Sed numquid homo emens, num.* 37. & Hugone de Celso *in repert.* verb. *Solariegos*.

Tertiò considerari † potest, quòd licèt in 18
seruorum conditione nulla sit differentia, quoad hoc vt vnus sit magis seruus, quàm alius, quamvis in officiis, & ministeriis plurimum differre soleant, iuxta text. *in l. & seruorum, D. de statu homin. &* §. *vltim. Instit. de iure personar.* iunctis his, quæ vltra Scribentes *ibidem* notat Alex. *lib.* 3. *Genial. cap.* 25. vbi latè Tiraquel. *in notis*, Mercerius *lib.* 1. *opin. cap.* 9. Ant. August. *in l. sed etsi milites*, §. *planè ignominia, D. de excusat. tut.* Pancirol. *in thesaur. variar. antiq. lib.* 1. *capit.* 55. Petrus Popma *in tract. de operis seruor.* & Petr. Richard. *in notis ad Petron. Arbit. pag.* 125. In liberis autem hominibus † plures differentiæ considerari 19
possunt; quarum quatuor enumerat glos. *in d.* §. *vlt.* & octo glossa alia elegans, & magistralis *in Rubr. C. de agric. & censit.* Vbi multum in nostris terminis de colonis, † & adscriptitiis 20
hominibus loquitur, qui in variis prouinciis Populo Romano subiectis, licèt re, & nomine liberi essent, ita tamen conditionatam, & restrictam libertatem habebant, vt à fundis, quibus vel legis, aut Magistratus alicuius auctoritate, vel triginta annorum præscriptione, vel ratione originis semel addicti fuerant, recedere non valerent, eorumque culturæ inseruire compellerentur, & ad aliud officium, militiam, vel ministerium adspirare non possent,

vt conſtat ex l. quemadmodum 7. l. omnes pro-
fugi 8. l. colonos 14. l. litibus 20. l. ne diutius 21.
l. cùm ſcimus 22. C. illo tit. de agric. & cenſit. l.
1. C. de colon. Palæſtin. l. 1. C. de colon. Thracen-
ſib. l. 1. C. de colon. Illirican. l. 1. C. de fugit. colon.
l. ſuper patrimoniali 4. C. de mancip. & colon. pa-
trim. lib. 11. l. curâ peruigili; C. qui militare poſſ.
lib. 12. d. c. 3. de immunit. Eccleſ. text. & ibi gloſſ. in
c. 2. de Iudæis, text. opt. in l. 89. tit. 18. p. 3. vbi Gre-
gor. Lup. cum multis aliis, quæ de iſtorum
colonorum, & adſcriptitiorum natura, one-
ribus, & differentiis doctè & copioſè vltra
Scribentes, præcipuè Cuiac. in dict. iuribus, &
in l. licèt, C. de locato, pag. 422. & Abb. in d.
c. 3. tradit Roman. conſ. 555. per tot. Bald. conſ.
328. lib. 3. Benedict. in c. Rainutius, verb. Et v-
xorem, n. 395. & ſeqq. Chaſſan. in conſuet. Bur-
gund. Rubr. 9. n. 4. Matth. de Afflict. ad conſt.
Neapol. pag. 89. & 90. Nauar. lib. 1. conſ. 1. q.
44 Couar. in c. quamvis pactum, 2. p. §. 1. Co-
nan. lib. 2. comment. cap. 10. Alu. Valaſc. de iur.
emphyt. q. 37. per tot. Briſſon. Prateius, Hot-
tom. & nouiſſimè Ioan. Calin. de verb. iur.
verb. Coloni, & verb. Adſcriptitius, Forcatul.
in Rubr. D. de ſeruit. n. 10. Duaren. in l. 1. eod.
tit. Huſanus in tract. de homin. propriis, Borrell.
de præſt. Reg. Cathol. c. 64. n. 39. & ſeqq. Azor.
inſtit. moral. p. 2. lib. 2. c. 31. verſ. Secundò quæ-
ritur, Toletan. in lucerna Rubr. iur. ad d. tit. C.
de agric. & cenſit. vbi Sebaſt. Næuius in ſiſtemat.
& Ximen. in concord. alios adducunt, & no-
viſsimè illuſtriſſ. Archiep. Bracharenſ. D. D. Ro-
der. Acuña in notis ad cap. 7. diſt. 94. pag. 434.
Vlricus Hunius lib. 1. quæſt. tract. 2. q. 5. Cal-
liſt. Remirez in tractat. de lege Regia Regni
Arag. §. 34. in princ. Cardin. Tuſch. practic.
concl. iur. litt. A. concl. 217. & Vincen. Car-
roc. in tract. de locato & conducto, 1. p. q. 5.
quæſt. 2. princip. fol. 4. Guido Pancirol. in the-
ſauro var. antiq. lib. 1. cap. 77. p. 105. noſter D.
Franc. Amaya Pincianus Senator meritiſſimus
lib. 1. obſeru. c. 6. n. 27. p. 67. & nouiſſimè D. Franc.
Merlinus quæſt. for. cap. 83.

21 Vnde † D. Auguſt. lib. 10. de Ciuit. Dei c.
1. Coloni (inquit) appellantur, qui conditionem
debent genitali ſolo propter agriculturam ſub do-
minio poſſeſſorum, id eſt, prædia in quibus ſunt
22 nati, dominis colere tenentur. Qui † cenſiti etiam,
& tributarij, & adſcriptitij aliquando dice-
bantur, quia non tantùm priuatum dominis
cenſum perſoluebant, ſed etiam pro agris,
quos proprio nomine colebant, publico cen-
ſui obnoxij erant, & ob id libris cenſualibus
adſcribebantur, l. 1. C. de tyron. lib. 12. l. 2. C. in
quib. cauſ. colon. cenſit. dom. lib. 11. l. 2. C. ſi va-
gum mancip. pet. in C. Theodoſ. l. 4. l. colonos, l.
cùm ſcimus, C. de agric. & cenſit. l. quicunque, C. de
23 re milit. lib. 12. Niſi mauis † adſcriptitios voca-
ri, quaſi terræ, quam colebant, adſcriptos, vt
inſinuat Feſtus Pompeius lib. 1. de verb. ſign. dum
ait, Adſcripti dicebantur, qui in colonias nomina
dediſſent, vt eſſent coloni.

Ad quod, vt aduertunt Abb. Caſſan. & alij
ex ſuprà relatis, duplex ſcriptura publica requi-
ri ſolebat: prior, quâ adſcriptitius expreſſim
domino ſoli promitteret, quòd nunquam ab
eo recedet; altera, in qua ſe adſcriptitium eſſe
profiteatur, quæ ſine omni neceſſitate, vel
compulſione fieri debet, d. l. cùm ſcimus, §. 1. &
l. colonus nunquam, C. de agric. & cenſit. l. 84.
tit. 18. p. 3. quæ harum ſcripturarum tenorem
apponit. Et hoc facto, † adeò culturæ terræ, 24
cui ſe adſcribebant, obligati erant, vt ab ea
liberari non poſſent, etiam ſi per triginta an-
nos in aliqua militia ſtetiſſent, iuxta l. cùm ſa-
tis 22. C. de agric. & cenſit. lib. 11. Quam † de 25
adſcriptitiis, & non de aliis liberioribus colo-
nis loqui, notare debemus, ne alias implacabili-
ter pugnet cum l. eum qui, C. de fund. rei priua-
tæ, eod. lib. vt aduertit Accurſ. ibid. & in l. omnes,
C. de præſcript. trigint. Conanus d. cap. 10. n. 5. &
Cuiac. in d. l. cùm ſatis.

Et hæc propter † ſui furtum facere dicuntur, 26
in ead. l. cùm ſatis, & in l. præſenti, §. cùm au-
tem, verſ. Sanè ſi ſeruus, aut colonus, C. de his
qui ad Eccleſ. confug. Et glebæ † adhærere, ſiue 27
partes fundi eſſe, quæ cum eo tranſeunt, d. l.
quemadmodum, & d. l. cùm ſatis, C. de agric.
& cenſit. lib. 11. l. ſi quis 20. C. de Epiſcop. &
Cler. l. poſſeſſionum, C. commun. vtriuſq; iudicij,
l. 3. (quam ita interpretatur Forcatul. vbi ſuprà)
D. de diuerſ. & temp. præſcript. Melior tex. † in 28
l. ſed etſi 15. §. 1. D. de euict. ibi: Sed etſi ſeruus
euincatur. Quam ego olim Salmanticæ, dum
tract. de euictionib. legerem, de his ſeruis ad-
ſcriptitiis omnino accipiendam docui, vel de
aliis propriis ſeruis, qui veluti partes, & in-
ſtrumenta fundi erant, iuxta l. inſtrumento, D.
de fund. inſtructo, l. ſi quis inquilinos, de leg. 1.
& vincti, ac compediti ibidem opera ruſtica
facere compellebantur, iuxta ea, quæ ex Oui-
dio, Tibullo, Columela, Plinio, Seneca, &
aliis latè, & diligenter obſeruat Briſſon. lib. 1.
ſelectar. cap. 9. Vt ſic ceſſaret vanus labor Cu-
iacij, lib. 2. obſeruat. cap. 20. & in tract. 6. ad Afri-
can. ad l. 24. eod. tit. & nouiſſimè in notis poſt-
humis ad illum textum, qui contra omnium
Codicum fidem, legendum contendit: Sed etſi
ſeruitus euincatur, quem probat Gothofred. ibid.
& Balduin. in Scæuol. pag. 240.

Quartò facit, † quia non ſolùm in prædi- 29
ctis colonis, & adſcriptitiis reſtricta, & con-
ditionata, ſiue (vt Cuiacius dicendum monet,
in dict. l. licèt, C. de locat. col. 422.) Condu-
ctionata libertas, apud Romanos reperiebatur;
ſed etiam in Parabolanis, † de quibus agitur 30
in l. Parabolani, & l. placet, C. de Epiſcop. &
Cleric. Quos licèt Accurſius ibidem, Medicos
eſſe interpretetur, quem defendit Tiraq. de No-
bil. c. 31. n. 438. & Gregor. Lop. per tex. ibi
in l. 3. tit. 17. p. 6. verb. Phyſica. Verius eſt, fuiſ-
ſe quoſdam deputatos ſeruitio hoſpitalium,
Eccleſiarum, vel Xenodochiorum, qui, vt
adſcriptitij à cultura agrorum recedere non
poterant, ita nec iſti à ſeruitio ægrorum, qui
in noſocomiis reſidebant, vt docet Alciat. lib.
4. diſpunct. c. 9. Cæl. Rhodig. lib. 19. lect. an-
tiq. cap. 11. Corraſ. in l. in ſumma, n. 7. D. de
ſtat. hom. Baëza de inope debitore c. 2. n. 17. Go-
mez de Meſcua de poteſtate in ſeipſum lib. 2. c. 17.
n. 26. Remirez in d. tract. de lege Regia, §. 34.
n. 2. Thadæus Soacius in princ. Inſtit. de iure
perſon. & Caſaubonus in notis ad Hiſt. Auguſt.
pag. 151.

Et idem inualuit † in metallariis, curiali- 31
bus, cohortalibus, fabricenſibus, murilegulis;
& aliis, de quibus in peculiaribus titulis vo-
luminis agitur, vt poſt Accurſ. Plateam, & Luc.
de Pena in d. Rubr. C. de agric. & cenſit. pro-
ſequuntur Couarr. Baëza, & alij in locis ſup.
citatis,

citatis, Cæl. Rhodig. *lib.* 4. *lect. antiq. cap. fin.* Camill. Borrell. *de præstan. Reg. Cathol. cap.* 18. *num.* 44. *& seqq.* & Gomez de Mescua *d. cap.* 17. *num.* 23.

Et aliæ nationes, in casibus similibus, eandem gubernationis formam frequentarunt.
32 Nam † apud Gallos Celticos, vt refert Iul. Cæsar de bello Gallico lib. 6. *Summa auctoritas antiquitus erat in Haduis, magnæque eorum erant clientelæ. Plerique vbi aut ære alieno, aut multitudine tributorum, aut iniuria premuntur, sese in seruitutem dicant Nobilibus, in hos eadem ferè sunt iura, quæ dominis in seruos; nam plebs penè seruorum loco habetur, neque iis petentibus ius redditur, neque honos vllus communicatur.* Cuius loci mentionem facien-
33 tes, hodiernam † Galliæ consuetudinem in hominibus, quos vocant *Manus mortuæ*, id est, vassallis taliabilibus, & adscriptitiis, referunt, & defendunt Guido Papæ *decis.* 36. 311. 314. *&* 361. Guillelm. Benedict. *in d. c.* Rainutius, verb. Et vxorem, *à num.* 956. Cassanæ, *in consuetud. Burgund. Rubric.* 9. *de Mains mortes, per tot.* Rhenat. Choppin. *ad leg. Andegauens. lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 9. *&* 10. *& de Deman.* Franc. *lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 6. *&* 7. *& de priuil. rustic. lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 1. *n.* 2. Petr. Greg. *lib.* 10. *syntagm. cap* 11. *num.* 4. Baeza *d. cap.* 2. *num.* 23. Cuiac. *vbi sup.* Ant. Mornac. *in notis ad leg.* 3. *C. de defensor. ciuit. pag.* 175 & alij relati à Remirez *d.* §. 34. *num.* 2.

34 Vbi † aliorum similium vassallorum meminit, qui in Principatu Cathaloniæ dicuntur *de Remenza*, de quibus etiam agit Hieron. Zurita *in Annal. lib.* 1. *cap.* 6. *pag.* 11. *& lib.* 10. *cap.* 52. Iacob Cancer. 1. *p. var. cap.* 15. *n.* 82. & Anton. Oliuan. *de iure Fisci cap.* 9. *n.* 17 *&*
35 18. Qui † in Ducatu Mediolanensi, & alibi in Italia *Mansarij* dicuntur, eò quòd in loco, & villis domini manere, & ei certa seruitia præstare deberent: vel à *Manso*, hoc est, paruo fundo, quem à Domino ad sui victum accipiebant, vt ei inseruirent, nec nisi finito seruitio à Mansaria, vel Massaria recedere possent, vt docet Speculat. *in tit. de feud.* §. *quoniam, num.* 38. Aluarot. *in prælud. feud.* vers. *Sunt præterea*, col. 8. Bald. *cons.* 327. *lib.* 3. Rofred. Beneuent. *de libellis p.* 5. *in Rubr. de villanis, & in Rubr. de manentibus*, Cuiac. *per text. ibi in cap.* 1. §. *si quis de Manso, si de inuestit. feud, fuerit controuers.* post Bald. ibidem qui inquit: *Mansus est prædium, in quo manent homines*, Hottoman. *de verb. feudalib.* verb. *Mansus*, Card. Tusch. *pract. concl. iur.* verb. *Adscriptitij, concl.* 217. *n.* 4. Camil. Borrel. *de Magist. edict. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 33. *& seqq.* & D. Ioan. à Pareja Primarius Salmanticensis rude donatus, nunc Pinciani Conuentus Senator meritissimus, *in repetit. typis excusa sup. cap.* 1. *de censib. num.* 2.

36 In Aragonia quoque † hodie vsitantur vassalli quidam, qui *seruitutis* dicuntur: nam licèt reuerà serui non sint, tamen de omnibus generibus seruorum aliquid participant, & ita Dominis, & Baronibus subsunt, vt ab eorum villis, aut oppidis abire non possint, prædiaque illorum colere teneantur, & absolutam, siue despoticam potestatem, absque appellationis remedio subire. Quod item passim adhuc obseruari legimus in Dania, superiori Germania, Palatinatu, Ducatu Megapolitano, & Sabaudiæ, Vvestphalia, & in Comitatu Oldemburgico. Quorum vsum, & seruitium latiùs recensent, & iuris regulis subsistere tradunt Freder. Husannus *in d. tract. de homin. propriis, per tot* Gail. *in tract. de pignorat. obseru.* 8. Heringius *in tract. de fideiuss. cap.* 7. *num.* 317. *& seqq.* Bartholom. Blarerus *in repet. legis diffamari, C. de ingen. manum. cap.* 2. *n.* 23. Masuerius *in praxi, Rubr de succes. n.* 15. Nauar. *d. cons.* 1. *tit. de constitut. q.* 44. *n.* 83. Marta de iurisdict. 1. *par. cap.* 27. *&* 4. *p. cap.* 43. *num.* 22 Camill. Borrell. *d. c.* 18 *n.* 2. *&* 3. & in addition. ad Specul. Bellugæ, *Rubr.* 46. §. *donum*, verb. *Parangaria*, Callistus Remirez *d.* §. 32. 33. *& seqq.* & Nos *infrà cap.* 8. *ex n.* 42

Quintò facit, quòd cùm hæc ita se habeant, & prædictorum † colonorum, & adscripti 37
tiorum conditio Regis, aut legis auctoritate, vel pacto & conuentione, vel præscriptione, aut origine, & natiuitate induci possit, *l. vnica, C. de mendicant. valid. lib.* 11. *l. vnica*, vbi gloss. *C. de colonis Thracens. l. vlt. C. de metallariis, d. l. cùm scimus, in princip. & in* §. *illud quoque, d. l. cùm satis*, §. *cùm autem Anasthasiana, l. originarios, l. definimus, l. mulier, l. ne diutiùs, cum aliis, C. de agric. & cens. lib.* 11. *d. l.* 89. *tit.* 18. *p.* 3. Mirum non est, † si 38
eorum exemplum in his Indiarum partibus, eisdem circumstantiis concurrentibus, vsurpetur, & Indi in agris, ac fundis, vbi se ab antiquo voluntariè adscripserunt, vel vbi nati, aut Proregum auctoritate assignati sunt, manere cogantur, *argum. text. opt. in d. l. vnic. C. de colon. Palæstin.* ibi: *Sed exemplo aliarum prouinciarum*, & de colon. Thracens. ibi: *Ipsi quidem originario iure, &c.* Leges † enim de 39
similibus ad similia porrigi solent, *l. neque leges, l. non possunt, l. nam* vt ait Pedius, *D. de legib. l.* 1. *tit.* 38. *p.* 7. vbi gloss. *fin. l. quemadmodum* 7. *C. de agric. & censit. lib.* 11. vbi etiam in edictis prohibitoriis, ratione fauoris publici, hanc extensionem licitam esse docemur; & tempori, loco, ac rationi accommodari debent, & quæ necessaria sunt, sedulo prouidere, cap. erit autem lex. 4. *dist. l. humanum, C. de legib.* ibi: *Si quid de cætero in publica, priuataue causa emerserit necessarium*, cum aliis, quæ circa earum ornatum tradit Panormit. *in cap. translato, n.* 4. *de constit.* Villaguta *in tract. de extens. leg.* 1. *par. per tot.* Menoch. *de arbitr. casu* 84. Mercer. *lib.* 1. *opin. cap.* 5. Didac. Perez *in addit. ad Seguram in l. vnum ex familia*, §. *sed si fundum, num.* 98. *D. de leg.* 2. Andr. ab Exea *in Rubr. de constit. n.* 41. *& seqq.* Mendoça *de pact. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 5. *&* 33. Salas *de legib. q.* 65 *disp.* 6. *sect.* 5. Suar. *lib.* 1. *cap.* 4. *& seqq.* & Christophor. Anguianus *in eod. tract lib.* 1. *controuers.* 1. *n.* 9.

Præsertim † cùm videamus, prædictum 40
Yanaconarum seruitium ad Regni conseruationem, & ipsorum Indorum bonum conducere, iudicatum fuisse, & iustis, atque æqualibus legibus temperatum à dict. D. Prorege D. Franc. à Toleto, postquam de hac re (vt diximus) exactissimam cognitionem habuit. Quod non solùm tacita Regum nostrorum permissione, siue dissimulatione approbatum conspicitur, sed etiam expressis aliquibus schedulis, & instructionibus, & præcipuè in illa

illa seruitij personalis anni 1601. de qua sæpè loquuti sumus, *cap.5.* vbi referr, quòd dictus D. Prorex, conuenientissimas circa hos Indos Yanaconas, *y los de la Coca*, ordinationes promulgauit, quæ in Regio Indiarum Senatu confirmatæ fuerunt, easque obseruari præcisè iubet, dummodo prædictæ nouæ schedulæ non aduersentur, & Indorum suaui tractationi, doctrinæ, & salarij solutioni sub seueris animaduersionibus consulatur: *Con que vayan de su voluntad à las Chacaras que quisieren, y no sean detenidos en ellas por fuerça, con paga, ni sin ella.*

Quibus verbis, vt apparet, vim legis accepisse
41 videntur dictæ † ordinationes, non secus ac si ab ipso Rege factæ fuissent, *l.2. §. omnia, C. de veter. iur. enucleand. cap. si Apostolica, de præb. in 6.* Etenim cùm hoc in Regno prædicta consuetudo inualuisset, non nisi cum graui damno, & rerum turbatione tolli potuisset, vt tradunt Bejaran. & Agia *in locis sup. num 9. relatis.* Et † secundùm sen-
42 tentiam Aristot. *lib.2. Polit. cap. de Politia Hippodam. Non debet lex mutari, quandocunque reperiatur iniusta, & inueniatur alia melior, nisi sit magnum grauamen, quia maius erit damnum, quod incurretur propter mutationem frequentem legum, quàm id, quod patientur, tolerando legem aliqualiter iniustam.* Cui affine est, quod docet I. C. *in l. minimè, & in l. quod non ratione, D. de legibus, & in l. in rebus, D. de constit. Princip.* vbi plura notant DD. & Nos latiùs ostendemus *infra cap. seq. n.69 & seqq. & lib 2 cap.30.*

In eo tamen † dictæ schedulæ verba nota-
43 ri, siue taxari possunt, quòd hos *Yanaconas*, quos adscriptitiis, ex ordinationibus D. Proregis similes facimus, cum aliis Indis aduentitiis, siue conductitiis confundit, & eis abeundi quo velint, & cum quo domino velint, liberam facultatem tribuit. Quod quidem ita intelligendum, siue saluandum putat Agia vbi
44 *sup.* Si priùs † in fundis, quibus se adscripserunt, voluntarias, & necessarias operas fecerint, ad quod compelli possunt, vt dicitur *in cap.9.* eiusdem schedulæ, aliter enim adscriptitij proprios agros deserere, & dominos mutare non possunt, & fugientes reuocari iubentur, *l. omnes omninò 6. l. omnes profugi 8. l. originarios 11. l. cùm satis 22. cum simil. lib. sup. notatis.*

Sed licèt superiora omnia, ad dicti *Yanaconarum* seruitij defensionem, non ineptè considerari videantur: Ego † tamen si hic
45 articulus hodie in disceptationem adduci permitteretur, indubitanter consulerem, vt vbi sine magno incommodo Reipub. fieri possit, cessare iubeatur, & vt nullo modo in posterum extendi, & augeri sinatur. Etenim se-
46 cundùm † sententiam Cassiodori *lib.2. var. epist.36. Cauendum est, ne transeat in vsum, quod constat esse prohibitum.* Et † error, cui
47 ab initio non resistitur, vires maiores assumit, & pro veritate reputatur, *cap. error, 86. dist. cap. si ea 50. 23. quæst 4. cap.2. de hæret. cap. loci nostri 35. q.9.* cum aliis, quæ congerit Card. Iacobat. *de Concil. lib.4. art.4. numer.175. & lib.9. art. 12. num.136.* Ioann. Neuizar. *in silua nupt. lib.4. num.125.* & eruditiss. Dom. Valençuela *in monitor. contra Venet. 5. par. num.137. & seqq.*

Pro qua opinione † in primis considero 48
eximiam illam curam, piámque diligentiam, quam Reges nostri semper habuerunt, vt Indi ad Fidem conuersi, sua libertate integrè fruerentur, & nullis coactis seruitiis manciparentur, vt planè constat ex his, quæ in præcedentibus capitibus exarauimus. Quæ libertas, vt ibi etiam diximus, cùm nihil aliud sit, quàm naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, *l.4. §. libertas, D. de stat. homin. §. & libertas, Inst. de iure personar. l.1. tit.22. p.4. & repetimus infr. cap. seq. numer.5.* Dubium non est, † quin vel ex eo solo graui- 49
ter infringatur, quod quis certo in loco semper, vel assiduè morari cogatur, *l.2. D. de liber. homin. exhib. l. Titio centum 70. §. Titio centum, D. de cond. & demonstr. cap. dilecto, de maiorit. & obed. l. pen. C. de oper. libert. l. si quis fugitiuus, §. idem rectè, D. de ædilit. edict. l. qui neque, §. solutum, D. de verb. sign. Auth. quomod. oport. Episcop. ordin. §. si verò, collat.1.* Et conducit † Cic. *Paradoxa 5.* 50
vbi libertatem appellat *facultatem viuendi vt velis, & vbi velis.* Quod in ipso actu manumissionis & significari, & scribi moris erat, vt constat ex vetusto quodam exemplari relato à Cuiac. *lib.14. obseru. c.27.* Persio satyr.3. & 5. & Plauto *in Menæchm.* dum ait:

Mea quidem Herclè causa liber esto, atque ito quò voles.

Atque † ideò talis conditio, vel grauamen 51
rarò olim imponebatur aliis, quàm seruis, aut libertis, quibus alimenta relinquerentur, vt *in dict. §. Titio centum, l. Mæuia 44. D. de manumiss. testament. l. libertis 18. §. vltim. l. seruos, D. de alim. legat. l. annua 20. §. Attia, D. de annu. legat.* quas in optimis quæstionib. expendunt, & illustrant Alex. *cons. 102. vol. 1. Roman. singul. 689.* Palac. Rub. *in Rubr. de donat. inter. § 2. num.3.* Capic. *decis.135.* Ant. Gom. *2. tom. var. cap.10. num.24. & 1. tom. cap.12. num.79.* Forcat. *in Rubr. de seruit. num. 10.* Morla *in ead. Rubr. numer.33.* Nauarr. *in Manual. cap.14 num.20. & in cap. statuimus, num. fin.19. quæst.3.* Couarr. *in 2. par. cap.7. in princip. num.5.* Gregor. Lop. *in l.89. titul. 18. par.3.* verb. *Para siempre jamas*, Eman. Costa *lib.2. selectar. cap.19. numer.5.* Anton. Quesada *lib. singul. diuers. quæst. iur. capit. 8. numer.2.* Gail. *libr.2. de pace publica capit. 2. num.20.* Callist. Remirez *in tractat. de leg. Regia, §.32. num.34.* Gomez de Mescua *in d. tractat. de potest. in se ips. lib.2. cap.18.* & latè & optimè Thom. Sanchez *de matrim. lib.1. disp.* 52
40. per tot. Et de pœna † carceris loquens, & quòd sit seruitutis species, maximè vbi perpetuus est, idem Alexand. *cons.133. num. 5. lib.2.* Roland. *cons.2. num.48. vol.1. & cons. 57. num 4. lib.3.* Marc. Anton. Eugen. *cons. 76. num. 160. lib.1.* & alij relati à Menoch. *de arbitr. lib.1. q.89. n.4.* & Valençuela *d. monit. 3. par num.216.*

Vnde † in nostris terminis lege 22. India- 53
rum ann. 1542. expresè hæc detentio *Yanaconarum*, & *Naboriorum* prohibita fuit, & in alia prouisione 11. Martij ann. 1550. quæ inseritur in alia Matrit. 23. Nouemb. an. 1566. & extat *in 4. tom. impress. pag.392.* expressè iubetur: *Que no se encomienden, ni consientan Yanaconas en el Perù, ni se pueda seruir ninguno*

guno de Indios por via de Naboria , ni Tequio, ni otro modo alguno contra su voluntad , y sin les pagar su trabajo. Porque el encomendar se los dichos Yanaconas, se tiene por cosa perjudicial y que no conviene , &c. Idemque præcipit alia schedula data Tauri 21. Septemb. ann. 1551. & expressius alia Matrit. 19. Nouemb. ann. 1539. quæ habetur in *d. 4. tom. p.* 323. vbi mentionem facit de his Indis , qui se Hispanorum prædiis , vel seruitiis voluntariè , & ab antiquo aggregauerant, & nihilominus iubet : *Que se les de a entender à los dichos Indios Yanaconas , ò Naborios que son libres , para poder hazer de si lo que quisieren , tomando el amo que mas les contentare , y mejor los tratàre , sin que en ello aya inducimiento , cautela , ni engaño alguno, ni seam atraidos, ni apremiados à ir, ni estar en otra parte , ni con otras personas algunas , sino con quien ellos quisieren estar de su voluntad, &c.*

Secundò considero his iuris principiis , & schedularum iussionibus non obstare , quòd Indi se voluntate suâ Hispanorum prædiis ad-
54 scripsisse , & in eis longo tempore degisse , dicantur. Nam † eisdem schedulis , & præcipuè illâ anni 1601. *cap.* 2. quælibet præscriptio, vel consuetudo libertati Indorum contraria, damnatur. Quod tetigi *sup. c.* 1. *n.* 33. & Ius commune disponit, dum generaliter docet, in liberis hominibus vsucapionem non dari , neque naturali libertati vllam præscriptionem , etiam longissimi temporis officere, *l. vsucapionem* 9. *D. de vsucap.* §. *sed aliquando, Instit. eod. l. fin. C. de præscript. long. temp. qua pro libert. l.* 6. *tit.* 29. *par.*
55 6. vbi Greg. Lup.

Et voluntas † Indorum , qui minorum , & rusticorum iure, & priuilegiis vtuntur, vt infrà trademus, in perniciem libertatis ipsorum trahi non debet neque impedire vt eam reuocent , & à dictis fundis, & dominis quando voluerint, recedere possint ; cùm nemo etiam maior , & volens, fit dominus membrorum suorum, *l. liber homo, D. ad leg. Aquil.* quam latè exornant plures, quos refert Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 1. &
56 8. & Gomez de Mezcua *vbi sup. lib.* 1. *cap.* 1. *cum seqq. & lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 29. Nec † libertatem suam recusare possit, *l. nec si volens, l. interrogatam , l. libros, C. de liber. caus. l. conuentio , D. eod. cum* aliis , quæ adducit Baeza *in d. tract. de inope debitore , cap.* 1. *ex num.* 5.
57 *ad* 17.

Ex quibus † receptissima opinio est apud plures , & valdè graues vtriusque iuris Interpretes , neminem , qui natura sua liber sit , & status controuersiam non patiatur , posse per pactum, vel transactionem se adscriptitium , &
58 hominem alterius facere. Quam probant Accurs. & Bart. *per text.* †. ibi *in l. fin. C. de transact.* & sequuntur Bald. *num.* 2. Odofred. Paul. Fulgos. Salicet. Alberic. & Alex. ibid. & Alciat. *num.* 18. Padilla *num.* 3. idem Bald. *in l. si qua pecunia, C. de oper. libertor.* Boer. *in consuetud. Bituricens.* tit. *Des costumes & vsages* , §. 1. verb. *Suite*, col. 2. Fortun. Garcia *in l. manumissiones, D. de iustit. & iure* , Afflict. *in constit. Neapolit. Quia frequenter*, num. 8. vers. *Sed in contrarium.* Vaconius *lib.* 1. *declar. iur. cap.* 15. Borell. *de præstant. Reg. Cathol. d. cap.* 18. *num.* 9. *& seq.* Conan. *lib.* 1. *commentar. cap.* 5. *num.* 7. Hernestus Costmanus *disp.* 1. *thesi* 6. & Cuiac. *lib.*

12. *observ. cap.* 35. Quia licet aliquando tolerari soleat pactum perpetuum de operis præstandis , iuxta notata per Matth. Colet. *de process. executivis, lib.* 1. *c.* 5. *num.* 73. & 74. pactum tamen inducens perpetuam libertatis priuationem, invalidum est , *vt in dict.* §. *Titio centum* , Capic. *decis.* 135. *num.* 4. Hopingk. *de iure protect. tess.* 35. *litt. B.* & Magerus *de aduocatia armata , cap.* 6. *num.* 32. vbi quòd imò etiam libertatem onerari leges abhorrent , *l.* 1. §. 1. *D. quarum rerum actio non datur , l.* 4. *C. de oper. libert. l.* 6. *C. de ingen. manum. l.* 6. *C. de liberali causa*, Natta *cons.* 500. *num.* 13. & Surd. *de alim. tit.* 8. *priuil.* 65. *num.* 4.

Et eodem modo respondere possumus ad id, quod assertores contrariæ sententiæ considerant , de commoditatibus & vtilitatibus , quas Indi ex Prædicto seruitio consequuntur. Nam si † id prohibitum est, non sunt facienda mala, 59
quamvis ex eis bona aliqua prouenire possint, *cap. forte* 24. *q.* 1. cum aliis, quæ adduxi 1. *to. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 127. Præterquàm † quòd negari non po- 60
test , plurima esse damna , plurimósque labores , quos Indi , ita semel addicti, sub aliquibus iniustis, duris, & auaris dominis patiuntur, qui cùm ruri degant, Dei timore posthabito, nullam legem obseruant , nullúmque iudicem, aut censorem verentur.

Et vt maximè Indis per hoc seruitij genus consuleretur , vbi tamen ipsi illud exosum habentes, ab eo cuperent liberari , valdè iniquum videtur , eos inuitos , & reluctantes detinere, aut fugientes reducere & reuocare : cùm satis † dicatur in perniciem meam fieri , quod fit 61
contra meam voluntatem , quamvis ex eo lucrum, & commodum consequuturus sim, *l. vltim. D. de vsu. & habit. l. quamvis melius, D. de vsufruct.* Ex quibus ita notant DD. singulariter colligentes, dari † interesse voluntatis , de quo 62
per gloss. *in l. cùm servus* , verb. *Furti* , *D. de condict. causa dat.* Alex. *in l. cùm quid , num.* 1. *D. si cert. pet. & cons.* 55. *in fin. vol.* 2. Ias. *in l.* 2. *num.* 99. *C. de iure emphyt.* Cagnol. *in l. inuito, num.* 3. *D. de reg. iur.* Tiraq. latissimè *lib.* 1. *de retract. in præfat. num.* 25. Dueñas *reg.* 171. & Pinel. *in Rubr. C. de rescind. vendit.* 1. *par. cap.* 2. *num.* 24. *in fin.* Vnde Cassiodor. *lib.* 1. *var. epist.* 38. inquit : *Non est beneficium , quod præstatur inuitis , nec cuiquam videtur vtile , quod aduersa voluntate conceditur*, & dixi alia *in* 1. *to. lib.* 2. *c.* 13. *num.* 90. *& seqq.*

Tertiò facit , quia exempla , † quæ de ad- 63
scriptitiis colonis , & aliis vassallis adduximus , qui olim vigente Romano Imperio , & hodie in aliquibus prouinciis conditionatam & restrictam libertatem habent , neque à fundis & villis , quibus adscripti sunt, abire sinuntur, ad Indos nostros propriè applicari non possunt. Adscriptitij † namque illam conditionem 64
subire cogebantur , quia olim bello fortè capti fuerant, vel ex antiquo iure, & consuetudine illarum prouinciarum, illis se legibus, & seruitiis voluntariè mancipare potuerunt , earum Regibus , ac Principibus id consentientibus , vt ostendunt omnes Auctores, qui de eis agunt, in locis supr. relatis, & Callistus Remirez , omninò videndus , *d. tract. de lege Regia Arag.* §. 32. *& seq.* At verò in Indis , vt sæpè probauimus , nullum captiuitatis , & seruitutis ius exercere permissum est. Neque † in Hispania 65
tale

tale vſquam adſcriptitiorum hominum genus
receptum videmus, vt obſeruat Nauarr. *dict.*
66 *conſ.1.tit.de conſtit.num.*83. Cuius † legibus, &
moribus Indiarum prouinciæ iudicari debent,
cùm eius dominio acceſſerint, iuxta tex. & quæ
ibi Bart. & cæteri notant, *in l.ſi conuenerit*, §.1.
D.de pignor.act. & alia, quæ latè congeſſimus *in
1.to.lib.3.c.1.n.*47. & infrà *hoc to.lib.*4. dicemus.

Neque his obſtat, quod de ordinationibus
Proregis D. Franciſc. à Toleto retulimus, quæ
aliquibus Regiis ſanctioribus approbatæ vi-
dentur: nam aliis pluribus, vt diximus, re-
probatæ ſunt & omnimodæ Indorum liber-
67 tati conſultum. Et permiſſio † illa, ſiue to-
lerantia dictorum *Yanaconarum* Argentinæ pro-
uinciæ, magis ratione vitandi ſcandali, quàm
iuſtitiæ, vel æquitatis contemplatione proceſ-
68 ſit. Vnde † pacis lenitas ſopire debet, quod
belli calamitas introduxit, vt aliàs dicitur *in
l. vnica, in princip. C. de cad. toll. cap. 1. §.pri-
uilegia, & §. ſententiæ quoque, de pace Conſtan-
tiæ*, vbi Odofred. & Bald. Barbatia *conſ.1.
lib. 3.* & plures referens Tiraquell. *in tractat.
de ceſſante cauſa*, verſ. *Bello ceſſante, num.*44.
quibus fauet Tit. Liuius *lib.*34. vbi cum de
legis Oppiæ derogatione ageret, quæ lata
fuerat in medio ardore belli Punici, inter
alia ſic ait: *Quas tempora aliqua deſiderant
leges mortales, & temporibus ipſis mutatas
video. Quæ in pace latæ ſunt, plerúmque bellum
abrogat, quæ in bello, pax.* Et Iudices, ac Ma-
giſtratus, tam ſupremi, quàm inferiores, ple-
næ libertatis Indorum ſe, quantum poſſibile
fuerit, vindices, atque aſſertores præſtare de-
69 bent; cùm eius † tutela ad ius publicùm ſpe-
ctet, *l. fin. §. ſin verò, C. de teſtam.manumiſ.l.
ſi quis rogatus* 53. *D. de fid. commiſ. libert.*
cum aliis notatis à Bart. *in l.1. n.2.* vbi Deci.
n.2. C. de inſtit. & ſubſtit. & Ant. Queſada *di-
uerſ.quæſt.iur.q.16.n.9.*

Ex quibus ego in facti contingentia con-
tra aliorum opinionem reſpondi, audiendum
70 non † eſſe quendam Commendatarium, qui
ſibi perpetuo, ac veluti adſcriptitio, & co-
lonatio iure, Indos quoſdam applicari pete-
bat, quos ipſe, longè à ſuis oppidis, & redu-
ctionibus profugos, & in montibus, & cryptis
deliteſcentes, ſub ea lege, ſiue præmio, ſe
ſuis ſumptibus, & laboribus quæſiturum, & ad
ſedes proprias reuocaturum, pollicebatur.
Hæc enim conuentio libertati Indorum præ-
iudicabat; licèt ſecus fortè dicendum eſſet,
ſi non perpetuum ſeruitium deſideraret, ſed
temporale, eatenus duraturum, quatenus
expenſis, & laboribus remunerandis, & In-
dis propter fugæ delictum puniendis, cauto,
& prudenti iudici ſufficere videretur, argu-
71 ment. eorum, † quæ in ſimili de Iapponiis,
qui ſe, aut filios ſuos vendunt propter famis
neceſſitatem, notat Molinà *de iuſtit. & iur. tract.
2.diſp.*35. & Ego *1.tom. lib.3.cap.7.num.*116. Re-
bellus *de obligat. iuſt.lib.1.quæſt.10.n.22. & ſeqq.*
Et legis Regis Ioannis I. factæ Briuieſcæ, quam
refert Montalu. *in Repert.* verb. *Vagabundi*, quæ
72 † diſponebat, vt vagabundi, qui de labore ma-
nuum ſuarum viuere nollent, per quemcunque
Regnicolam capi poſſent, vt ei per menſem ſi-
ne ſalario, vel præmio, ſolis victualibus præſti-
tis inſeruirent.

Interim verò dum, prædictum *Yanacona-
rum* nomen, & ſeruitium in his prouinciis
penitus exulare iubetur, illud breuiter, & vti- 73
liter moneo, eos † non eſſe à dominis, quibus
inſeruiunt, inſolitis laboribus, & ſeruitiis
onerandos, ſed conſuetis dumtaxat, *dict. l.
cùm ſatis* 22. verſ. *Caueant, C. de agricol. &
cenſ. lib.*11. cum notatis à Barulo, Platea,
& aliis ibidem, Angelo *conſ.*9. Franc. Marc.
*deciſ. Delphin.1. part. deciſ.*72. Iacob. Me-
noch. *conſ.*671. *n.9. &* 10. Symphorema ſup-
plicat. Cam. Imper. *in voto reconuent. fol.*
102. *col.*1. & Vuaremund. *veroſimil. iur. n.*33.
*fol.*79. Et longè minùs † ſuis bonis ſpoliari, 74
ſalariis defraudari, aut iniuriis, & ſæuitiis af-
fligi debere; nam id ſtrictè in D. Proregis
ordinationibus ſtatuitur, & ex iuris commu-
nis regulis ſumptum videtur, quæ ſicut † do- 75
minos, aut parentes, ſi in ſeruos, vel filios ſæ-
uiant, & eos malè, & crudeliter tractent, ad
eoſdem manumittendos, vel emancipandos
compellunt, *l.2. §. dominorum, leg. ſi domi-
nus, D. de his qui ſunt ſui, §. ſed & maior,
Inſt. eod. l. Diuus Hadrianus, D. ad leg. Pomp.
de parric. l. ſi lenones, C. de Epiſcop. aud.*
Ita pariter † Barones & dominos vaſſallorum, 76
aut adſcriptitiorum, qui homines ſibi ſubdi-
tos vexant, & crudeliter tractant, eorum ſer-
uitio, & iuriſdictione, ac poteſtate, qua abu-
tuntur, per dominum ſuperiorem priuan-
dos decernunt, vt egregie docuit Bartol. &
Platea *in l.2. C. in quib. cauſ. coloni domi-
nos accuſ. poſſ. lib.*11. Bald. *per text.* ibi *in
dict. §. dominorum, num.1. & in cap.1. §. pu-
blici latrones, de pace tenend.* Ioan. Fab. *in d.
§. ſed & maior*, Luc. de Pen. *in l.ſi coloni, q.
12. C. de agric. & cenſit.* Roman. & Alex. *in l.
diuortio, §.ſi fundum, D.ſolut.matrim.* Iaſ. *in Au-
thentica qui rem num.5. C.de ſacroſanct. Eccleſ. &
in prælud.feudal.num.6. & 9 idem Roman.conſ.*37.
*n.*1. Guido Pap. *deciſ.*62. Boër. *deciſ.*132. & 304 *n.*
7. Grammat. *deciſ.*104 & innumeri alij, quos re-
fert & ſequitur Roland. *conſ.*18. *ex n.*16. *lib.*3.
Menchac. *li.1.controuerſ.illuſtr.c.8.n.*7. Menoch.
de arbitr.lib.2.caſu 138. Gail. *lib.1. obſeru.17.n.7.*
Ant. Faber. *in Cod. Fabrian. lib.3.tit.18. definit.2.*
D. Valençuela *in d.monit.cõtr.Venet.4.par.n.*274.
& ſeqq. Calliſt. Remirez *d.tract.de leg.Reg.Arag.*
§.33.*n.*8. & Næuius *in ſiſtem. ad. d.l.1.C.in quib.
cauſ. coloni. lib.*11. & dicemus inferiùs *lib.2.
c.24.n.55. & ſeqq.* vbi de commendis Indorum
tractabimus.

Quibus illud conſequens eſt, vt prædicti
domini prædiorum intelligant, illis potius,
quàm ſibi, & propter publicam magis, quàm
propter priuatam vtilitatem, dictos Yana-
conas permitti, ac concedi. Quà † propter 77
eos per ſe, & ab agris ſeparatos vendere, per-
mutare, aut alienare non poſſunt, neque præ-
dio vendito, illos ſibi ex pacto reſeruare: cum
tamen è contrario rectè poſſint cum eiſdem
fundis venditis, veluti in acceſſionem tranſi-
re, ſiue venditio ſimpliciter fiat, ſiue cum iu-
ribus ſuis, vt expreſsè docet Imperat. *in l.2.*
vbi gloſſ. verb. *Colonos, & in l.quemadmodum
7. l. cùm ſcimus, & in l. cùm ſatis, C.de agric.
& cenſit. lib.*11. vbi Bart. & Platea, Roman.
conſ.355. n.2. Tiraq. *de retract. lignagier, §.26.*
gloſſ.1. *num.*18. & aliis relatis Couarr. *in dict.
cap. quamvis pactum, 2. part. relect.§.1.fol.*134.
Carrotius *dict. tract. de locato fol.*4. Cardin.
Tuſch.

Tusch. *d. concl.* 217. latè Callist. Remirez *d. tract. de lege Reg.* §. 34. *num.* 2. *&* 6. *&* §. 36. *n.* 8. & alij DD. supr. citati.

78 Quibus addo † adeò hoc certum esse, vt si dictorum adscriptitiorum, siue *Yanaconarum* donatio simpliciter fiat, quia sine fundo esse nequeunt, ipsius quoque fundi donatio fieri censeatur, *ex text. optim. in l. quisquis* 3. *d. tit. C. de agric. & censit.* per quam ibi hoc ita notanter aduertit Ioann. Platea *num.* 3. & Bart. *in l.* 3.
79 §. *fin. & in l. vltim. D. de seruit. rustic.* Quia † concessio accessorij inseparabilis à principali, ipsum principale vincere, & secum trahere solet, maximè quando potentius, & dignius esse conspicitur, *l. alienatio*, *D. contrah. emt. l.* 2. *C. de præd. nauicular. lib.* 11. *l.* 1. *in fine*, *C. de ann. & trib. lib.* 10. *cap. debitores*, *& cap. mulieres*, *de iur. iur.* cum aliis, quæ vltra Scribentes *ibid.* eruditè notat Hippolyt. de Marsil. *in tract. de fideiuss. num.* 63. Petr. Pechius *in reg. accessorium*, *de reg. iur. in* 6. & Petr. Fab. *in l. cùm principalis*, *D. eod.* Et hoc regulariter in aliis etiam vassallis dominorum procedere solet, † quorum vassalligium, vbi sine terra conceditur, dicitur, *Vassalligium ignorantiæ*, quod reprobatur *cap. peruenit de censib.* Luc. de Pen. *in d. l. cùm scimus, col.* 2. & Greg. Lop. *in l.* 2. *gloss.* 1. *tit.* 15. *par.* 7.

81 Rursus & illud adjicio, † stante nimirum hac *Yanaconarum*, siue adscriptitiorum Indorum permissione, practicari non posse illud aliud Nouarum, quas vocant, legum capitulum, quod iubet, ne vllo titulo, vel causa, Indi vendi, donari, aut ex aliis personis in aliàs transferri, vel directè, aut indirectè in contractum deduci possint, quod multis aliis schedulis posteà etiam prohibitum reperitur, & in mandatis, siue instructionibus Proregum enixè cauetur, vt constat *ex cap.* 54 eius, quæ data fuit Dom. D. Ludouico à Velasco Proregi Peruano ann. 1595. *in d.* 4. *tom. pag.* 321. & in alio loco latiùs dicemus. Etenim (vt suprà vidimus) natura huius seruitij talis est, vt fundi possessores sequatur, & sub hac speciali lege concedi solitum est, vt etiam aduertimus *sup. n.* 77.

82 Denique notandum est, † quòd cùm hi Indi ex suis oppidis, & reductionibus profugi, & Hispanorum prædiis addicti, tributa, quæ Regi, vel Commendatariis præstare solebant, hoc modo defraudare cœpissent, prouide illud posteà statutum fuit, vt meliori, quo fieri posset modo, in æstimum siue catastrum reducerentur, & competentem tributi quantitatem pro virili soluere cogerentur. Ad
83 quod † *in d.* 4. *tom. pag.* 292. duo capita Instructionum eadem ferè verborum serie, ann. 1563. ad Præsidem Quitensem, & ann. 1568. ad Proregem Peruanum data reperiuntur, quæ sic habent *Haseme hecho relacion, que en las Prouincias del Perù se ha acostumbrado dar à vnos repartimientos de Indios, y à otros, Indios de seruicio, que se llaman Yanaconas: y que como despues por Nos fue mandado, que no huviesse seruicio personal de Indios, vnos de los dichos Yanaconas se quedaron en soldada con sus amos, y otros viuen en estancias de Españoles, y otros se han juntado, y hecho sus problaciones en los lugares y partes que les ha parecido, de los quales ninguno paga tributo à Nos, ni à otro ninguno, por no estar debaxo de Encomiendas, y que seria bien que à los tales mandasse pagar lo que buenamente pareciesse, conforme à la calidad y grangerias de las tierras donde viuen, como hazian los demas Indios, y se mandasse assi cumplir. Informarosheis de lo que en esto passa, y proueereis en ello lo que vieredes que conuiene, y de justicia pudieredes, y se debiere hazer. Y si os pareciere que tributen los dichos Indios, el tributo que se les impusiere, ha de ser para Nos, y dareis orden como se cobre por nuestros oficiales, y embiarnosheis relaciō de lo que en ello hizieredes.* Ad Præsidem quoque Audientiæ Nouæ Galleciæ alia schedula expedita fuit, *eod. tom. pag.* 293. ann. 1565. quæ iubet, vt Indos, qui in metallis, prædiis, vel aliis Hispanorum possessionibus detinentur, solita tributa Regi dependant. Et cùm Dom. D. Francisc. à Toleto se hoc in Regno Peruano curasse scripsisset, tale responsum accepit ann. 1571. *Tambien referis auer en esse Reino mas de cincuenta mil Indios Yananonas, y que justificadamente podrian tributar, como los demas, y que los vais haziendo reducir à pueblos particulares, especialmente à las ciudades, y que desde luego contribuyan para la doctrina, y hecho esto, trataniades de lo demas; lo qual ha parecido bien, y assi lo hareis.*

In quo tamen admonendi sumus, † exactores non debere hos Indos adscriptitios, vel colonarios propter tributa non soluta grauiter inquietare, ne propterea cogantur culturam deserere, vt disponit text. *in l. colonos* 11. vbi Bart. & Platea, *C. de agric. & censit. lib.* 11. *l. omnes*, *C. de Episcop. & Cleric.* & latiùs diducit Frid. Husanus *in d. tract. de homin. propr. cap.* 23. Symphorema supplicat. Cameræ Imper. *tom.* 2. *par.* 3. *supplic.* 13. *fol.* 18. & aurea Bulla Caroli IV. Imper. *de immunit. Princip. Elector. c.* 11. quam refert Sebastian. Næuius *in system. iur. ad l.* 1. *C. de colonis Illiric. lib.* 11. 84

CAPVT IV.

In quo in communi discutitur, an iustum, vel iniustum censeri debeat, Indos inuitos, & reluctantes ad urbana & rustica seruitia personalia, Reipublicæ necessaria, vel vtilia compellere?

SVMMARIVM.

1 *Quotidiana quæ sunt, pleniùs tractari debent.*
2 *Indi an inuiti ad seruitia Reipublicæ vtilia compelli possint?*
3 *Indos ad nullum omninò seruitium inuitos adigi debere, plures docti & pij viri opinantur.*
4 *Indorum libertas infringitur, si inuiti seruire cogantur.*
5 Lex 4. de statu homin. & §. libertas, Inst. de iur. person. *illustrantur.*
6 Lex 1. & 2. C. ne quis liber inuitus actum Reip. *exercere cogatur*, lib. 11. *expenduntur.*
7 *Ministeriis duris, & laboriosis serui tantùm compelli solent.*

 8 *Argumen*

personalibus Reipublicæ necessariis non releuentur.

136 *Schedula Quitensis expenditur, seruitium personale permittens, quod publicam vtilitatem concernit.*

137 *Capita instructionis expenduntur, Proregibus publica seruitia personalia Indorum iniungentia.*

138 *Schedulæ ann. 1601. & 1609. circa seruitium personale in quibusdam rebus conseruandum, expenduntur.*

139 *Seruitia personalia cùm tolli iussa fuissent, graues difficultates obortæ sunt, & quid super eis nouissimè cautum.*

SVperioribus quæstionibus explicatis, nunc illa altera suboritur, quæ non minorem difficultatem, quàm vtilitatem continet, & in fo-
1 rensi vsu quotidie versatur; ac propterea † pleniùs tractari debet, *argum. text. in l. legaui 26. D. de libert. legat.* ibi: *Et pleniùs rogo, quæ ad hæc spectant, attingas, quotidiana enim sunt, l. iusto 44. D. de vsucap.* ibi: *Propter assiduam, & quotidianam comparationem seruorum, l. iam dubitari, D. de hæred. instit. l. certi iuris 17. C. de iudic. Nouella 94. c. 2. in medio,* Bart. *in l. 1. de suspect. tutor.* iunctis aliis, quæ tradit Rodulph. Forner. *lib. 1. rer. quotid. c. 1.* Pinel. *in Rubr. C. de bonis mat. 2. part. n. 45.* vers. *Sunt hæc,* Collant. *in proœm. ad pragm. de los labradores fol. 4.* & Bouad. in Polit. *lib. 1. c. 4. pag. 4.*

An scilicet, dato quod Indi, proprio, & priuato iure, vel commodo, à nemine in seruitute, vel famulatu inuiti retineri debeant;
2 possint tamen † publica legum, & Magistratuum auctoritate, etiam nolentes, & reluctantes, alternis vicibus, & temporibus, congruáque mercede taxata, inter Hispanos distribui, vt eis saltem in operibus rusticis, aliísque vrbanis officiis, & ministeriis inseruiant, quæ ad communem Reipublicæ vtilitatem, atque vbertatem, totiúsque Regni conseruationem, & incrementum conducere videbuntur?

3 In qua quæstione † plures passim doctores pariter ac pios, & religiosos viros agnoui, qui Indorum causam agentes, & miseram, atque abiectam conditionem dolentes, & iniurias, & oppressiones, quas sæpè horum seruitiorum occasione patiuntur, hanc coactionem absolutè, & generaliter damnant, & Regias aures assiduis litteris, & querelis, super ea tollenda, implere non desinunt. Pro quibus hæc, quæ sequuntur argumenta, validè pugnare, videntur.

4 Primum, † quia si Indi (vt sæpè diximus, & probauimus) liberi sunt, & in hoc naturali statu libertatis tot ita enixis, & repetitis nostrorum Regum prouisionibus, instructionibus, & schedulis tueri, & conseruari iubentur, consequens est, vt ad nullum seruitium priuatis impendendum, compelli possint, cum libertas (cuius definitionem, atque effectus exposui *in cap. præcedenti, num. 47. & seqq.*) sicuti ex eo infringi videtur, quòd quis in loco aliquo semper stare cogatur, vt ibi retulimus, ita & in eo, quòd inuitus ad seruiendum
5 alteri mancipetur. Est † enim libertas naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, hoc est, *facultas viuendi vt velis, & vbi velis, l. 4. de stat. hom. §. libertas, Inst. de iur. personar.* cum similibus. Quæ verba veluti exponens Aristot. *lib. 6. Politicor. c. 2.* cùm primum libertatis signum proposuisset; *Alterum autem est* (inquit) *sic viuere, vt velis Hoc enim libertatis aiunt esse proprium; siquidem serui est, viuere non vt velit.* Et Persius *satyr. 5.*

Vindicta postquàm meus à Prætore recessi,
Cur mihi non liceat, iussit quodcunque voluntas?

Et elegenter Balduin. *in d. §. libertas, num. 12.* libertatem esse *liberam quandam, & plenam potestatem, rerúmque pro arbitrio gerendorum facilitatem, nullis aliunde impedimentis interturbatam. Nam & Festus facultatem interpretatur facilitatem.*

Atque, hoc est, † quod in eisdem ferè no- 6
stræ quæstionis terminis ex eadem ratione deduxerunt Impp. *in rubr. & nigro, C. ne quis liber inuitus actum Reipub. exercere cogatur, lib. 11. nam in leg. 1.* sic aiunt: *Si, vt proponis, decreto ordinis ad libertatem ductus es, non debere te inuitum, actum Reipublicæ administrare, curator Reipublicæ non ignorat: præsertim cùm serui huiusmodi officia administrare debeant,* & in l. 2. *Si cùm ingenuus esses, ad actum gerendum à Republica compelleris; auxilium Præsidiis, & iuris præsidia (prout vsus exigebat) implorare potuisti.* Quibus in locis Accursius actum, de quo loquuntur, de seruilibus, & laboriosis operibus, & ministeriis rectissimè interpreta-
tur. Ad quæ serui † tantùm compelli solebant, 7
vt *in l. 1. & fin. C. de seruis Reip. eod. lib.* & idem sequuntur Bart. Odofred. Angel. Platea, Iacob. Areti. Iacob. Rebuff. Lucas de Pen. & cæteri Scribentes ibidem.

Quibus non incongruè adiicere possumus,
quòd † cum de rebus ad personas argumentum 8
in iure & vsitatissimum, & validissimum sit, *l. qui furere,* vbi notauit Bald. & Alberic. *D. de stat. homin. l. si quis inquilinos, §. si ita legatum, D. de legat. 1.* cum aliis, quæ congerit Euerard, *in topicis legal. loco 38. per totum.* Quinimò † & personæ rebus quibuslibet, quantumvis pretiosissimis, præponantur, *l. sancimus, C. de sacrosanct. Eccles. l. iustissimè, D. de ædil. edict. §. in pecudum, Inst. de rer. diuis.* cum aliis. Mirum non est, si Indorum personis ab his coactis, durisque seruitiis præstandis, eximi debere dicamus, cùm
nemo † inuitus ad res suas locandas regula- 10
riter compelli possit, *l. legem 16. l. ne cui 32. C. de locato, l. 18. tit. 8. par. 5.* cum aliis, quæ latè congerit, Ant. Gom 2. *tom. var. cap. 3. n. 5.* Mysinger. *centur. 4. obseru. 23.* & Corrasius *de locato, tit. de libert. per tot.* quod idem in venditionibus, & emptionibus dicitur *in l. inuitus, C. de contrah. empt. l. nec emere, C. de iure deliber.*

Et generaliter † in quibuslibet rebus, qua- 11
rum dominos (ratione naturalis libertatis) esse liberos arbitros, & moderatores docemur *in l. in re mandata, C. mandati, l. 3. tit. 5. par. 5.* quam benè illustrat D. Couar. *lib. 3. var. cap. 14.* Gomez *d. 2. to. cap. 2. num. 51.* Didac. Perez *in l. 2. tit. 23. lib. 3. ordinam.* Corrasius *lib. 7. miscell. cap. 20.* & ante omnes Cic. *in Orat. pro Balbo,* vbi inquit: *Hæc sunt fundamenta firmissima Romanæ libertatis, sui quemque iuris & retinendi, & omittendi dominum esse.*

Secundò considero, quòd vltra plures alias schedulas, & prouisiones Regias, quæ seriò, & enixè iubent, vt Indorum bonæ, ac suaui tractationi in spiritualibus, & temporalibus, modis omnibus consulatur, de quibus latè diximus *in 1. tom. lib.3. cap.6. ex num.28.*

12 Aliæ quoque † reperiuntur, quæ non minus piè & generaliter præcipiunt, Indos eodem iure, & modo haberi, & censeri debere, quo reliqui Hispani Regum nostrorum vassalli, prout etiam tetigimus *d. lib.3. cap.7. ex n.56.* & patet vel ex antiqua illa instructione Regum Cathol. dat. Nicol. de Ouand. ann.1501. ibi: *Que procurasse con vigilancia y cuidado, que todos los Indios de la Española fuessen libres de seruidumbre, y que no fuessen molestados de alguno, sino que viniessen como vassallos libres.* Et ex c. nouarum legum ann.1543. 4. tom. pag.263. ibi: *Iten, teniendo, como tenemos, à los naturales de las dichas nuestras Indias por nuestros vassallos libres, como lo son los de estos nuestros Reynos, an si nos tenemos por obligados à mandar. que sean bien tratados en sus personas y bienes, &c.* Et idem expresè cauetur in schedula Vallisolet. 28. Febr. ann.1551. & aliis, quæ habentur in 4. tom. impres. pag. 307. & seqq. Et in Ordinat. huius Limensis Prætorij, cap.70. ibi: *Procurando que los indios sean mui bien tratados, è instruidos en nuestra santa Fè Catolica, y como vassallos nuestros libres, que este ha de ser su principal cuidado.* Extat quoque alia grauissima schedula Philippi II. Vlyssip.27. Maij ann.1582. vbi excessus hac in re factos seuerè reprehendit, iubétque, *Que los Indios sean bien dotrinados en las cosas de nuestra santa Fè Catolica, mantenidos en justicia, y amparados en su libertad, como subditos y vassallos nuestros.* Et ponderari possunt verba proœmij nobilis illius schedulæ ann.1601. quæ vocatur, *Del seruicio personal*, cuius sæpè meminimus, ibi: *Y deseando yo acudir al remedio de ello, para que los Indios viuan con entera libertad de vassallos, segun, y de la forma que los demas que tengo en essos, y en estos Reynos, y otros, sin nota de esclauitud, ni de otra sugecion, mas de la que como naturales vassallos deben, &c.*

13 Quæ cùm ita se habeant, † & in Hispania nostra, & multò magis inhis Indiarum prouinciis, Hispani, Regum nostrorum vassalli, ratione dumtaxat iurisdictionis, eis subsint, & in reliquis omninò liberi sint, vt docet text. *in l.1. & 2. tit.25. De los vassallos, par.4.* & ibi Greg. Lop. omninò videndus, *l.1. & seqq. tit.3. lib.4. Ordin. & tit.4. lib.6. Recop.* vbi Perezius & Azeued. Hugo Celsus *in repert.* verb. *Vassallus*, Peregrina *eod. verb.* & latè Bouadilla *in Politica lib.2. c.15. & cap.18.* atque ita ad nullum seruitium, vel famulitium personale inuiti compelli soleant, etiam quouis sa-
14 lario sibi oblato, vt quotidiana praxis ostendit. Idem pari ratione in Indis obseruandum, & practicandum videtur, qui eisdem Hispanis vassallis æquiparantur, † argum. text. *in l.1.* vbi DD. *D. legat.1.* & eorum, quæ latè congerit Alex. *in l.1. §. lex Falcidia, num.9. D. ad leg. Falcid.* Ias. *in §. ex maleficiis, n.39. Inst. de action. & Roman.* & eius Addit. *cons.147.* ubi concludit, generale esse in omni adæquato vt habeat eadem priuilegia, quæ habet id, cui fit adæquatio, & Alex. *cons.58. In causa mota, n.7. lib.7.* vbi notanter resoluit, quòd adæquatio vnius rei ad alteram, operatur, vt quidquid pluris priuilegij habet res, cui fit adæquatio, censeatur communicatum rei adæquatæ. Quod etiam in statutis, & aliis strictis, & odiosis dispositionibus procedere, si æquiparatio est regularis, & vniuersalis, pluribus probat Cardin. Tusch. *in pract. conclus. iur.* verb. *Adæquatio, concl.174.* & verb. *Æquiparatorum, conclus.308.* Euerard. *in loco, à simili, & in loco, à pari*, Tiber. Decian. *resp.6. n.27. respons.42. n.32. & respons.45. n.35. vol.1.* & nouissimè plures alios congeres noster Aluarez de Velasco nuper pro meritis, pro litteris, in Senatorum Audientiæ Sanctæ-Fidei Noui-Regni Granatensis euectus, *in axiomat. iur. litt. A. n.180. & 301. cum seq.*

Tertiò facit, † quia ratio publici boni, quæ 15 prætexitur, vt Indi ad hæc seruitia inuiti distribuantur, Indos ipsos magis, quàm Hispanos, Hybridas, aut Æthiopes liberos grauare non debet, sed longè quidem minus, si res æquabili, vt par est, trutina ponderetur. Nam Indi, cùm natura sua modico sint contenti, & paruis, atque angustis laribus habitent, parum commodi, & vtilitatis reportant ex domorum ædificiis, metallorum operatione, agrorum, vinearumvè cultura, pecorum pastu & custodia, lanificiis, atque textrinis, & ex reliquis operibus, ac ministeriis, quibus frequenter addici solent. Hispani verò ex huiusmodi occupationibus, tum publicè, tum priuatim, ingens lucrum consequuntur, & quæstuosas vbique negotiationes exercent. Atque adeò † ferendi non videntur, si statim 16 atque in has regiones delati sunt, nimio fastu superbiant, & tumeant, & nullis se laboriosis operibus aptos reddentes, natosvè credentes, omnia Indorum laboribus, & sudoribus facere velint, quos vel hac de causa oportebat his oneribus liberare, vt tandem Hispani discant se illis socios adiungere, & aliquid propriis manibus operari, vt tetigimus *sup. c.2. n.16.*

Quod † nisi in his prouinciis introduca- 17 tur, parum stabilem, & diuturnam earum conseruationem fore futuram, multi prudentes, & cordati viri quotidie vaticinantur, existimantes plurimum oportere, vt Hispani non Indorum sudoribus parta commoditate fruantur, sed iuxta diuinam sententiam Genes. *cap.* 3. in sudore vultus sui, suo pane vescantur, & Apostoli obtemperantes monitioni ad Ephes. 4. *vers.28. Qui furabatur, iam non furetur, magis laboret operando manibus suis, quod bonum est*: & ad Thesalon. vers.11. *Rogamus autem vos, fratres, vt abundetis magis, & operam detis, vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis, & vt honestè ambuletis ad eos, qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis*: vt tandem illud Psalm.27. mereantur audire: *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit.*

Et ita iam dudum † plurimis schedulis Re- 18 giis caueri cœpit, vt harum prouinciarum Proreges & Gubernatores diligentiam, quam possint, maximam circa hoc adhibeant, & Hispanos, Hispanorúmque ex Indis, & Æthiopibus

thiopibus Hybridas, ad eadem ministeria, quibus Indi compelli solent, dirigant, & impellant, vt constat ex quadam ad Noui Regni Granatensis Cancellariam directa, Matrit. 15. Ianuar. ann.1569. 4. tom.impress. pag 343. ibi: *Os informeys, y sepays que Mestizos ay en essa tierra, y à los que assi huuiere en ella, los hagays seruir à señores, ò aprender oficios, ò cultiuar la tierra, &c.* Et ex illa ann.1601. c.2. ibi: *Y cue de la misma manera sean compelidos los Españoles de condicion seruil y ociosa que huuiere; y los Mestizos, Negros, y Mulatos, y Zanhabigos libres, y que no tengan otra ocupacion, ni oficio, para que todos trabayen, y se ocupen en el seruicio de la Republica, &c.* & c.16. vbi idem quoad metalla præcipitur, & ne gens otiosa in his partibus permittatur.

Sed inter omnes caput effert, & peculiari commendatione digna videtur, illa Aranjuetij 26. Maij ann.1609. quæ summa cura, de his Indorum seruitiis personalibus agens, *in 2. cap.* monet, vt ea, si possibile sit, per seruos in posterum in hoc Peruano Regno præstentur & exequantur, & statim subdit: *Cuyos vezinos y moradores, assi estraños, como naturales, de condicion seruil y reis reduciendo al trabajo y ocupacion de las minas, y las otras labores, sin hazer distincion de los Indios, Españoles, Negros y Mestizos, y las demas naciones, porque todas conuiene que se vayan introduciendo en estos exercicios, como se ha hecho en las demas Republicas del mundo, à que tienen tanta auersion, vnos por floxedad, y otros porque desdeñen el trabajo, como si fuesse cosa vil, no aduirtiendo, que la ociosidad en la gente vagabunda es digna de ser reputada por infamia.*

Nec contentus Rex noster Piissimus & Prudentissimus Philippus III. hæc ibi ita iustè & prouide disposuisse, eadem die aliam specialem, & magis luculentam schedulam ad id idem expediri mandauit Peruano Proregi Dom. Marchioni de Montesclaros, quæ † eandem
19 Hispanorum in Indias colluuionem, & quantumvis vilium, & humilium elationem; ac laborum auersionem & ignauiam præfatur. Iubétque vt maxima, qua possit, dexteritate curet, vt alicui agrorum, metallorum, aliorúmque publicorum operum laboribus assuescant, vt sic aliis exemplo esse possint, & pessima præsumptio & consuetudo vilipendendi eiusmodi functiones, & vitam otiosam degendi, penitus aboleatur, ne super Indorum humeros totum pondus recumbat.

Possumúsque in dictarum schedularum confirmationem, & contra Hispanos, qui lucra, & commoda sua inepti, & otiosi, Indorum sudoribus comparare volunt, illud † expende-
20 re, quod Christus Dominus *Matth.23.* in simili casu contra Scribas & Pharisæos obiecit: *Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere*, de quo memini 1. *tom. lib. 3. cap. vltim. numer.* 19.
21 Necnon etiam † leoninæ societatis adagium, quod, vt Erasmus ibidem obseruat ex Æsopi fabella sumptum, in eos iactari consueuit, qui omne commodum sibi desumunt, reliquis vi suo labore fraudatis. Adquod rectè putat re-
22 spexisse † Vlpian. I. C. *in l. si non fuerit* 29. §. *Aristo, D. pro socio*, dum inquit: *Aristo refert Cassium respondisse, societatem talem coiri non posse, vt alter lucrum tantum, alter damnum sentiret: & hanc societatem leoninam solitum appellare, &c.* circa cuius explicationem, & illustrationem plura adducit Cota in memorab. verb. *Societas*, Zoanet. *rer. quotid. cap.* 39. Couarr. *lib.3.var.c.2* vers. *Secunda conclusio*, Decian. *respons.97. num.53. lib.2.* Gail. *lib.2. pract. obseru. c.24.* & D. Pichard. *in §. de illa, Inst. de societate, in fin.* Egóque olim † hunc textum Salmanticæ, non sine 23
aliquo audientium plausu, perpendi, contra celebrem illum Doctorem Ioannem Legionensem, qui, cùm alij in eadem schola pro captu nostro legeremus, & laboraremus, duas sibi Primarias Cathedras conferri desiderabat, & in vnam personam plurimorum stipendia coadunari † contra text. *in cap. quia nonnulli,* 24
de clericis non resident, l. nemo 5. l. fin. C. de assessorib. l. quisquis 6. C. de postul. l. his quidem 5. C. qui milit. poss. vel non, lib.12. l. hac parte 10. C. de proxim. sacr. scrin. l. quisquis 14. C. de cohortalib. l.1. C. de præposit. agent. in reb. eod. lib.12. l.28. tit. 4. lib.2. l. 4 titul.3. lib. 7. Recop. vbi alia adducit Azeuedus, & in Curia Pisana *lib.2. cap.22.* Bernard. Diaz, & eius Additionator *in praxi Canon. cap.58.* Bouad. *in Polit. lib.2. cap.21. n.68. & lib.3. cap.8. num.68.* & nouissimè Dom. Valençuela *consil. 135. n.85. vol.2.* Quibus tamen non refragantibus, † ille voti compos euasit, supremo Se- 25
natu censente, vnius Cathedræ retentionem, in qua se rude donatum contendebat, alterius petitioni, & relectioni non obstare, strictis etiam Academiæ, & iuris vtriusque legibus, quæ contrarium præcipere videbantur, propter eminentem, & iam pridem expertam tanti Præceptoris peritiam, aliquantulum temperatis.

Quartò considero, † quòd etiamsi Hispani prædictis Indorum seruitiis ad sua publica, & priuata commoda indigere dicantur, adhuc videtur, eis, cum adeo graui, & ingenti ipsorum Indorum labore & coactione, subueniendum non esse, ex vulgata reg. *leg. nam hoc natura, D. de condict. indeb.* iunctis aliis, quæ ad eam ornandam collegi *sup. hoc lib. cap.2. n.15. & in 1. tom. lib.2 cap.8. num.126.* Queis addere possumus elegantissima verba Cassiodori *lib.12. variar. epist.13.* vbi inquit: *Vltra omnes crudelitates est, diuitem fieri velle de exiguitate mendici. Amentur honesta lucra, horreantur damnosa compendia: nullus audeat inde tollere, quod possit collecta dispergere. Addendo perdidit, qui retinendo collegerit: & paupertatem potius ad se trahit, si exigentium pecunias non repellit.* Et libr. 9. epist.3. ibi: *Honesta sunt lucra, per quæ nemo læditur, & benè adquiritur, quod à nullis adhuc dominis abrogatur. Neque iustum est, augeri patrimonia locupletum, per damna miserorum.* 26

Maximè † cùm iam Hispanorum numerus, & seruorum Ætiopum in his prouinciis augeri cœperit, qui possunt dictis operis, & ministeriis incumbere, & alij aliis inseruire, provt in Hispania, & cæteris nationibus contingere videmus, vt dicitur in schedulis suprà relatis. Necnon, † cùm citra vl- 28
lam coactionis, & iudicialis distributionis necessita

necessitatem Indos conducere possint, qui voluntariis pactionibus & conuentionibus; suas operas locent (quos in hoc Regno Peruano *Mingas* vocamus) dummodò cum eis bona fide (vt oportet) agatur, & competens labori merces præstetur. Sic enim audio in Noua-Hispania quàmplurimos reperiri. Et † in labo-
29 riosis iuxtà ac periculosis Potosiensis montis argenti fodinis plures duplo, vel triplo esse, qui se voluntariè effossionibus, & operationibus metallorum addicant; quàm qui ex præscripto, inuiti, & obtorto collo, ex diuersis prouinciis ad eundem laborem Magistra-
30 tuum Imperio distribuantur. Aureos † enim, vt ille inquit, compedes inuenit, qui beneficia inuenit. Neque segnities, aut ingratitudo, quæ Indis obiici solet, hæc vincula disrumpet, cùm ea vel ad retinendos in officio nequissimos seruos potentissima, & validissima sint, vt scitè, & argutè ostendit Penicu-
31 lus Parasitus † apud Plautum in Menæchm. his verbis.

Homines captiuos qui catenis vinciunt,
Et qui fugitiuis seruis indunt compedes,
Nimis stultè faciunt, mea quidem sententia.
Námque homini misero, si ad malum accidit malum.
Maior libido est fugere, & facere nequiter.
Nam se ex catenis eximunt aliquo modo,
Tam compediti ianuam lima proterunt,
Aut lapide excutiunt clauum, nugæ sunt eæ.
Quem tu asseruare rectè, ne aufugiat, voles.
Esca, atque potione vinciri decet.
Apud mensam plenam homini rostrum deliges.
Dum tu illi quod edet, & quod potet præbeas.
Suo arbitratu, & affatim quotidie,
Nunquam ædepol fugiet, tametsi capital fecerit.
Facilè asseruabis, dum eo vinclo vincies.
Ita isthæc nimis lenta vincla sunt escaria.
Quàm magis intendas, tanto adstringunt arctiùs.

32 Et satis constat, † eos ad res gerendas, & quoslibet labores patiendos meliores, & aptiores esse quos nulla vis, aut necessitas seruire coëgit, sed obtemperare sua quæque voluntas adegit: nunquámque Imperia detrectare, nisi qui violenter, contumeliosèque sint habiti, vt præclare, de Principibus, & subditis loquens, scripsit Herodian. *lib.* 1. Et non minus eleganter Marc. Anton. Verus, relatus à Maiolo *in diebus Canicul. tom.* 4. *colloq.* 4.
33 *pag. mihi* 296. dum dixit, † neque pecuniæ vim tyrannidis luxuriam explere posse: aut stipantia satellitum agmina tueri Principem, nisi ipsi, quos regit, animum imperanti, beneuolentiámque accommodent. Quod nouerat satis Theodosius, dum Honorio dicebat, teste Claudiano in 4. eius Consulatu:

Non sic excubiæ, non circunstantia pila.
Quàm tutatur amor; non extorquebis amari:
Hoc alterna fides, hoc simplex gratia donat.

Quippè ij demum diù, tutóque imperant, qui non metum ex crudelitate, sed amorem ex bonitate ciuium suorum animis instillant. Quibus congruunt alia, quæ solita eruditione ex Græcis & Latinis Auctoribus congerit Petr. Faber. *lib.* 2. *Semestr. cap.* 2. *pag.* 17. *& seq.* Et magis ad rem nostram † illud Terent. 34
in Adelphis.

Errat longè, mea quidem sententia.
Qui Imperium credat grauius esse, aut stabilius.
Vt quod fit, quàm illud, quod amicitia adiungitur.
Mea est sic ratio, & sic animum induco meum,
Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet.
Si sperat fore clam, rursum ad ingenium credit.
Ille, quem beneficio adiungas, ex animo facit.
Studes par referre, præsens, absénsque idem erit.

Etenim, vt non minus rectè idem Comicus docuit in Heautontim. Act. 4. Scen. 5.

Nulla † est tam facilis res, quin difficilis fiet. 35
Quam inuitus facias.----

Et hoc est, quod latiori calamo prosequitur Aristot. *lib.* 5. *Ethic. c.* 3. dum permultum interesse ostendit, vtrum sponte nostra quid faciamus, an inuiti, vel per metum, aut terrorem: & Scipio Amiratus *in dissert. Politicis sup. Tacit. lib.* 15. *discurs.* 7. Et de † nostris 36
Indis nominatim agens, & quòd tam ad conuersionem, quàm ad seruitium eorum, plus cum illis suauitate & blanditie, quàm crudelitate, vel coactione proficiemus, Hieronym. Benzo, & eius Additionator. *lib.* 1. *suæ Hist. Ind. c.* 17. qui habetur *in* 4. *tom. Hist. Amer. pag.* 78. *& seqq.* & dicam alia infr. *lib.* 4. *c.* 2. *ad finem.*

Quintò † superior sententia ex eo magis 37
ac magis fulciri, & corroborari potest, quòd cùm nimia Hispanorum cupiditas, quæ omnium malorum radix est, eos, volentes breui tempore diuites fieri, in tentationem inducat, & desideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, iuxta sententiam Apostoli 1. *ad Timot.* 6. Indi eis valdè circumspectè auctoritate publicâ ad hæc seruitia personalia dispertiendi sunt, ne sub eorum prætextu ipsis abutantur, alia duriora & grauiora onera illis iniungentes, & imperantes, & longiùs à suis domibus, vxoribus, & liberis adducentes, ita vt veluti exules facti, semetipsos, vt aliis prosint, exinaniant, & ab Æthiopibus, aliísque vilissimis sæpè hominibus contumeliam, & iniurias patiantur, vt aliàs de Scholasticis dicitur *in Auth. habita, C. ne filius pro patre*, & latiùs notaui, & reprehendi *in* 1. *tom. lib.* 3. *cap. vlt.* Quibus damnis nunquam satis obuiam iri potuit plurimis, & sanctissimis Regiis schedulis, & mandatis circa hæc, & alia, quæ bonam Indorum tractationem, & plenam libertatem concernunt, diuersis temporibus expeditis, de quibus etiam egimus *eod. lib.* 3. *cap.* 6. *&* 7.

Vnde † meliùs & congruentius esse vide- 38
tur, prædicta coacta seruitia in totum adimere, & ex præteritis damnis futura cauere, quàm post grauiùs vulneratas, vel omninò consumptas Indorum reliquias, remedium quærere, *l. vnica. C. quando liceat vnicuique, l. vlt. C. in quib. caus. in integ. restit. l.* 2. *C. vnde vi,*

vi, in C.Theodos. ibi: *Reparationem negotij semel interfecti postulare*, cum aliis traditis à Franc. Iureto *in notis ad lib.2.* epist. Symmachi *pag.90.* & Rebuff. *ad leges Gallicas, tract. de sententiis prouisionalib. num.98.pag.146.* vbi allegat *l.2.C. de iur.& fact. ignor.* ibi: *Sera prece tibi subueniri desideras*, & *l.2.C.de hæred.vel act. vend.* ibi: *Nam vt satis tibi detur sero desideras, &c.* quæ iura notat etiam, & illustrat Annæ. Rob. *lib. 4. rer.iudic.cap.6.* & Ego *lib.3. cap.1. num.9.* quibus nunc addo verba Nazianzeni in Orat. ad Sancta lumina: *Miserum est serum consilium capere, ac tum damni sensu affici, cùm nulla ratione acceptum incommodum sarciri potest*: quia vt inquit Tacitus in vita Agricolæ: *Natura infirmitatis humanæ tardiora sunt remedia, quàm mala.* Et vt optimè etiam Nazarius in Panegyr. ad Cæsar. Constantin. *Facilior, & multo proclinior lædendi, quàm commodandi semper est via, vulnerare integrum, quàm sauciato mederi; dissipare rapta, quàm diuulsa componere.*

Præsertim † cùm satis euidenter appareat, quòd
39 si huiusmodi seruitia tot Indos delere, & vastare potuerunt, cum ipsi plurimi, ac ferè innumeri erant, & Hispani pauci, & tot prædiis, metallis, aliisque negotiationibus non intenti: multò faciliùs hodie vastabuntur, & absumentur, quando Indi ita diminuti, ac dissipati, & Hispani ex aduerso, Hispanorúmque facultates, ita supra mo-
40 dum adaucti conspiciuntur. Hæc † enim onera continuare, non est eos diligere, & benè tractare, vt Regiæ schedulæ iubent, sed potiùs odio prosequi, & internecionem deducere, cùm teste Cornel. Tacit. *in Agric.cap.8. Proprium humani ingenij sit, odisse quem læseris.* Et multò minùs dici potuerunt in libertate conseruari, quæ verbis potiùs, quàm rebus constare videbitur, si tot officiis, & oneribus prægrauentur, contra text. *in l.2.in fin.C.comm.de legat.cap.vltim. iuncta gloss.*
41 *2. de offic. deleg.* Et eorum, † quæ de captiuitate filiorum Israël in Ægypto, tradit nouissimè elegantissimus Marquez *in Gubernat. Christian. lib.1. cap.2. pag.7.& 8.* Qui licèt verè, & propriè in ea serui non fuerint, sed potiùs velut hospites, & aduenæ, ita tamen durè, & asperè ab Ægyptiis opprimebantur, & tot laboriosis seruitiis,
42 & operibus insudare compellebantur; vt † eos multis in locis pleno ore *Seruos* sacra Pagina vocet, Exod. 1. *& seqq.* & Philo Iudæus *lib.1. de vita Moysis*, Tertull. *lib. 2. contra Marcion. cap. 20.* & D.Garcias à Loaisa *in notis ad Chronic. D.Isid.ætate 3.num.7.* & tetigi *lib.3. cap.vlt.*
43 *num.12.& seqq.* Et meritò † dicere poterunt Indi illud Saluiani *lib. 6. Omnes captiui cùm semel redempti fuerint, libertate potiuntur; nos semper redimimur, & nunquam liberi sumus.*

Sextò tandem, & vltimò, ne per mendicata (quod aiunt) suffragia ambulare videamur, †
44 plures etiam schedulas, & peculiares prouisiones Regum nostrorum in fauorem eiusdem opinionis reperire, & expendere possumus, quæ suprà dicta damna, & oppressiones Indorum latè, & grauiter recensentes, & exprobrantes, hæc seruitia, & alios labores, & molestias, quibus subduntur, in totum cessare. & transgressores seuerè puniri, iubent, vt constare poterit ex piis illis, & antiquis prouisionibus ann.1526.& 1528.& 1551. quæ habentur *in 4.to.impress.pag.222.& 259.& 277.* ibi: *Por quanto nuestra voluntad es, que los dichos Indios no sean molestados con tributos, ni otros seruicios reales, ni personales, ni mistos, mas de como lo son los Españoles, que en essa prouincia residen, y se dexen holgar, para que mejor puedan multiplicar, y ser instruidos en las cosas de nuestra santa Fè Catolica*, & aliis, quæ subiiciuntur *pag.294. cum multis seqq.* vbi in vna ann. 1563. concluditur: *Proueais como los Indios que siruieren à los Españoles, que allà residen, los siruan de su propria voluntad, y no de otra manera alguna, &c.* Et in alia 19.Octob. ann.1591. ad Quitensem Cancellariam directa, idem multò expressiùs deciditur, & iterum, ac seorsum Licent. Marañonio, eiusdem Cancellariæ Visitatori, illius implementum iniungitur in alia eiusdem datæ, vbi semper Regiæ intentionis esse, & fuisse dicitur, ne his seruitiis Indi manciparetur, quia inter alia damna, multum eorum conuersionem impediebant.

Quod etiam † grauiùs adhuc, & piùs ordina- 45
tum reperies dominis Peruanis & Mexicanis Proregibus Marchioni de Cañete, D. Lud. à Velasco, & Comiti de Monterei in schedulis & instructionibus ann. 1593. & sequentium annorum, quas reperies *1.tom.pag.319. & 4.tom.pag. 263.* in quibus eorum fides, & pietas requiritur, vt eiusmodi seruitia toties cessare iussa, tandem ab humeris miserorum Indorum excutiant, ne aliàs ipsos penitus, vt cœperunt, perimant & consumant.

Et denique † cùm super hoc diu ac multum 46
disceptatum, & deliberatum fuisset, tandem schedula illa seruitij personalis ann. 1601. cuius sæpè mentionem fecimus, edita fuit, in cuius præfatione, seria, & multoties repetita dictorum seruitiorum prohibitio refertur, & damna, quæ ex eorum dissimulatione orta sunt, & modus in illis deinceps obseruandus præfigitur: *Porque son causa de que los Indios se vayan consumiendo y acabando, con las oppressiones, y malos tratamientos que reciben, y las ausencias que de sus casas y haziendas hazen, sin quedarles tiempo desocupado para ser instruidos en las cosas de nuestra santa Fè Catolica, ni para atender à sus grangerias, ni al sustento de sus mugeres, ni hijos, de donde pende su conseruacion y aumento, &c.* Et idem notatur in altera illa nobilissima schedula ann. 1609. quæ licèt aliqua seruitia sub certa moderatione permittat, plurima tamen prohibet, & illa præstari iubet: *De manera, que no viuan oprimidos, con nota y ocupacion de esclauos.*

Quod item † cùm sæpè iniunctum fuisset 47
Mexicanis Proregibus, & nihilominus parum Regias iussiones proficere compertum esset, Piissimus, ac Præstantissimus Rex noster Philippus IV. quem pia Numina nobis incolumem seruent, anno 1628. strictiùs idem, expressiúsque mandauit, & ad schedulæ calcem propria manu subiunxit: *Que mirasse el Virrei como procedia en executar esto, porque se le auia de pedir estrecha cuenta dello, y hazer graue cargo de la omission en la residencia.*

Verum autem verò † licèt superior opinio 48
pia, & laudabilis sit, & tot argumentis defendi posse videatur, adhuc tamen & sunt; & fuerunt in his Regnis plures alij non minus pij, docti, ac prudentes Theologiæ, & Iurisprudentiæ Professores, & in gubernatione Politica præstantissimi, ac versatissimi viri, qui attentè, & diligenter inspecta & considerata Indorum natura, atque harum prouinciarum statu, & dispositione,

ſitione, & mutuis nexibus, quibus iam Indorum, & Hiſpanorum Reſpublica in ſpiritualibus & temporalibus vniri, & coagmentari cœpit, contrariam ſententiam ſecure defendunt, affirmantes, prædicta perſonalia Indorum ſeruitia, quæ in vtilitatem publicam diriguntur, ſine earundem prouinciarum notabili iactura tolli, & aboleri iam poſſe. Neque prorſus à iuris regulis diſſentanea videri, dummodò competens labori merces ſeruientibus tribuatur, & cum minimo ſalutis fortunarúmque ſuarum incommodo, mutuáque & congruenti viciſſitudine eiuſmodi onera compellantur, & alia requiſita ſeruentur, de quibus in cap. ſequens latiorem ſermonem habebo.

49 Pro qua ſententia † apertè pugnat Ioann. Matienzus *in tract. manuſcript. de moder. Reg. Perù 1. par. c.5. & ſeqq.* & apertiùs & elegantiùs Ioſeph. Acoſta *lib.3. de procurand. Indor. ſalut. cap.17.* vbi *pag.*344. reſoluit, quòd opinio contraria etſi dictu appareat liberalis, atque honeſta, tamen factu tam eſt difficilis, & abſurda, vt nihil præterea. Et idem latiùs proſequitur, & defendit fr. Michaël ab Agia in trib. reſponſ. quæ de hoc ſeruitio perſonali Limæ (vt ſupra dixi) typis excuſſit, & à plurimis eiuſdem ciuitatis Lectoribus & Doctoribus approbata ſunt, vbi conſuluit Dom. Proregem D. Ludouicum à Velaſco, hac de cauſa ſuperſedere poſſe implementum, & executionem illius ſchedulæ ann. 1601. cuius ſæpè meminimus, quę dicta ſeruitia omninò tollere videbatur. Egóque cum illis, & præter illos hæc, quæ ſequuntur, argumenta conſidero.

50 Primum, † quia in qualibet Repub. rectè & politicè conſtituta, quemadmodum diuerſa officia, & miniſteria neceſſaria ſunt, atque adeò alij agrorum culturæ; alij Foro, alij negotiationibus, & mercaturæ, & alij aliis artibus ſiue liberalibus, ſiue mœchanicis applicantur: ita etiam illud præcipuè deſideratur, & cum primis neceſſarium eſſe cenſetur, vt ſecundùm naturam, quidam ſeruiant, qui labori idonei ſunt, quidam imperent, qui ratione potius præſtant, dummodò alij aliis adiumento ſint, & citra omnem æmulationem, & excuſationem vnuſquiſque pro ſorte, ac conditione ſua, functiones Reipublicæ ſubeat, præcipuè eas, quæ generaliter omnibus proſunt, & ſine quibus vita hominum conſtare non

51 poteſt. Ex his † enim officiis facit Reſpub. vnum corpus, collectum ex pluribus hominibus, tanquam ex membris ſe mutuò iuuantibus, vt latè, & eleganter Plato & Ariſtotel. *in ſuis lib. de Rep. ſiue Politicis*, ſcriptum relinquere, Demoſthen. *in orat. de Republic. ordin.* Heraclides *in lib. de Rebus publicis*, Cicer. *in orat. pro Roſc. Amer.* Plin. *lib.*18. *de nat. hiſt. cap.5.* Vlpian. I. C. *in l.1. D. quod cuiuſque vniuerſit.* Bonifac. Pontif. *in epiſt.1. ad Eulalium*, relatus *in cap. ad hoc* 89. *diſt.* & plurimi alij, quos refert Petr. Gregor. *lib.4. de Rep. c.2. & ſeqq. & lib.6. c.1.* Anton. à Gueuara *in horolog. Princip. lib.1. c.36.* vbi cum Plutarcho in lib. de doctrin. Princip. plebeios, & agricolas facit pedes Reipub. & aliorum hominum ſtatum connumerat: & nouiſſimè, ac latiſſimè Calliſtus Remirez *in tract. de lege Reg. Arag. ex §.5. vſq. ad §.16.* Vbi

52 † ſigillatim omnia membra corporis Politici ponit, & in §.14. agricolas, paſtores, ac mercatores iecur repræſentare oſtendit, & *in* §.16. artifices & epifices eiuſdem corporis digitos eſſe Quod etiam optimè proſequitur P. Ioan. Pineda *in Eccleſiaſt. c.9. verſ.16. n.10. pag.*916.

Et conducit † exemplum D. Pauli 1. *Cor.*12. 53
ibi: *Sicut corpus vnum eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis, cùm ſint multa, vnum tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus. Nec poteſt oculus dicere manui: Opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus: Non eſt is mihi neceſſarij.* Hoc enim idem in Repub. accidit. Et vt idem D. Paul. ſubiungit, omnia inuicem membra ſolicita eſſe debent, vt non ſit ſchiſma in corpore, & quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſaria ſunt. Atque ideò † nemo poteſt ſe excuſare, vbi ad agricul- 54
turam, vel alia officia, vel onera Reipublicæ neceſſaria deuocetur, vt pluribus probant Platea, Lucas de Pen. & alij per text. ibi *in l.1. & 2. C. ne ruſtic. ad vll. obſeq. deuocentur, lib.11. & in l. mœchanicos, C. de excuſat. artif. lib.10.* Gregor. Lop. *in l.6. tit.21. par.2.* Did. Perez *in l.2. tit.12. lib.8. Ordin.* Quia ſecundùm † Pla- 55
to. *lib.36. epiſt.9. ad Archit. Tarentin.* nemo ſibi ipſi tantùm natus eſt, ſed Patriæ, & Reipub. cui conſentit Cic. 1. *offic. Senec. lib. de vita beata cap.*30. Vlpian. *in l.1. §.15. D. de ventr. in poſſ. mittend. & in l. poſtliminium, §. filius, D. de captiu.* & D. Thom. *lib.1. de Regimine Princip.* † vbi inquit, 56
tunc ciuitatem eſſe perfectam, quando ſinguli ciues ſe inuicem iuuant, & ſuo munere rectè funguntur. Argumento ſimiliter vtens corporis humani, de † quo ad Myſticum ſiue Politi- 57
cum frequens eſt illatio, *cap. ita Dominus* 19. *diſt.* Ioan. de Lignan. *de cenſur. Eccleſ.* § 4. Alban. *de poteſt. Papæ, 2. par. n.*176. Card. Iacob. *de Concil. lib.9. art.2. n.*62. & alij quos referam *infr. num.78. & ſeqq.*

Sed præſtat vt de hac re Alphonſum Regem noſtrum loquentem audiamus † *in l.4. titul.* 58
20. *par.2.* quæ ita ait: *Criar debe el pueblo con mui gran femencia los frutos de la tierra, labrandola, è endereçandola para auerlos de ella. E porende todos ſe deben trabajar, que la tierra onde moran, ſea bien labrada. E ninguno de eſto con derecho non ſe puede eſcuſar, nin debe. Ca los vnos lo han de fazer por ſus manos, è los otros, que non ſupieren, ò no les conuiene, deben mandar como ſe faga. E à todos comunalmente debe placer, è condiciar, que la tierra ſea bien labrada, ca deſde que lo fuere, ſerà abondada de todas las coſas que le fuere meneſter. Porque bien aſſi como à todos place con ſu vida, aſſi les debe placer con aquellas coſas que la han de mantener. E non tan ſolamente dezimos eſto por las heredades, de que han los frutos, mas aun de las caſas en que moran, ò tienen lo ſuyo, è de los otros edificios, de que ſe ayudan para mantenerſe. Ca todo eſto deben labrar en manera, que la tierra ſea por ello mas apueſta, è ellos ayan ende ſabor, è pro.*

Ex quibus fit, † iniuſtum non videri, quòd 59
Indi, qui natura ſua magis apti ſunt, quàm Hiſpani, ad prædicta munia ſuis manibus peragenda, iuſtis ad id conditionibus compellantur, Hiſpanis ſimul eos in eiſdem miniſteriis induſtria, & ingenio ſuo pro virili dirigentibus, & iuuantibus, vt *in d. l. partita cauetur.* Teſte enim Ariſtot. *lib.1. Polit. cap.3.* & Soto *de iuſt. & iur. lib.4. q.1. art.2. col. in fin:*

60 Hi † videntur nati ad seruiendum, quibus natura dedit corpora robustiora, & plus vigoris ad laborandum; minus autem in intellectu, & stannum dumtaxat infudit, nihil autem auri, vel argenti, vt inquit idem Arist. *eod. lib. cap.* 2. post Platon. *lib.* 3. *de Repub. col. pen.* quos refert Matienz. *in dialog. Relator.* 5. *par. cap.* 4. *num.* 10. & Ego 1. *tom. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 22.

61 Naturæ † quippè hæc voluntas est, iuxta eundem Philosoph. *d. cap.* 3. *in fin. Vt inter liberorum corpora, & seruorum aliquid intersit. Horum quidem firma fecit, & robusta, ab vsus vitæ necessarios: illorum erecta, inutiliáque ad eiusmodi munera, & opportunitates, vtilia au-*

62 *tem ad vitam ciuilem, &c.* Et teste † Seneca *de vita beata cap.* 5. homines hebetis naturæ in numerum pecudum, & animalium ab ipsa natura redacti videntur, *quoniam his nulla ratio est, illis parua.*

63 Secundò facit, quia † etsi fateamur (vt certè fatendum est) nullam legem, aut morem praua, & iniusta continentem, quantumvis longo tempore muniatur, tolerandum esse, quia vt scribit Iustinian. *nouell.* 134. *Quæ improbè excogitata sunt, ea ne longa quidem consuetudine confirmari volumus*; & qui veritas rerum gestarum erroribus non vitiatur, *l. illicitas*, § *veritas*, *D. de offic. Præsid.* Neque tam spectandum

64 est, † quod Romæ diu, & sæpè factum est, quàm quod fieri debuit, vt I. C. *in l. sed licèt, D. de offic. Præsid.* & Demost. *in orat. contra Androtion*: ait *Ne dicas, quòd factum sit hoc sæpè, sed quòd sic oportuerit fieri*: facit text. *in cap. fin. de consuet.* tum innumeris aliis, quæ nouissime congerit Borrell. *de Magistrat. lib.* 2. *c.* 2. & notabilis doctrina Lucæ de Pen. *in d. l.* 1. *C. ne rustici ad vll. obseq. deuoc. lib* 11. vbi in-

65 quit, † quòd qui sciens vtitur iniusta consuetudine, iniuriarum actione tenetur. Pro quo facit celebris text. in eisdem terminis seruitij personalis loquens, *in Auth. vt nulli ind.* §. 1. ibi: *Neque verò angariis, aut iis, quæ vocantur epidemiticis, aut alia quauis dispositione grauare nostros subditos, neque consuetudinem nominare, aut quærere, quod forsitan aliqui prædictorum in proprium lucrum iniustè adinuenerunt. Malè enim adinuenta, malæque consuetudines, neque ex longo tempore, neque ex longa consuetudine confirmantur.*

66 Cùm tamen hæc † personalia seruitia, quæ ad communem Reip. vtilitatem conducunt, si iustè, vt oportet, & moderatè exerceantur, iniqua non sint, sed potiùs tanquàm iusta & omninò necessaria, in plurimis Indiarum partibus iam inde centum, vel octoginta ab hinc annis, siue ab earundem conquisitione introducta fuerint, & ipsis Regibus, Regiísque Ministris, & Gubernatoribus scientibus, ac patientibus, imò & iubentibus, ac iuuantibus, vsu recepta: proculdubio affirmare debemus, magni ponderis, & momenti hac in re esse tot annorum obseruantiam, & consuetudinem; & seruitia illa legitimè præscripta videri, quamvis excessus & abusus, si qui in eis fiunt, præscribi, & defendi non possint, in quibus fraus, corruptela, & iniquitas adsit, argum. eorum, quæ de vi antiquæ consuetudinis, & obseruantiæ latè tradidimus *d.* 1. *tom. lib.* 2.

67 *cap.* 24. *num.* 88. & text. optimi † in *l. Imperatores, in fin. D. de pollicitationib.* ibi: *Esse enim tolerabilia, quæ vetus consuetudo comprobat*, & magis in nostris terminis *in l. cum satis*, §. *caueant, C. de agric. & censit. lib.* 11. & Ioan. de Platea *in l.* 1. *ad fin. C. ne operæ à collator. exig.* Vbi ex eo text. † notat, quòd Baro- 68
nes non possunt imponere operas subditis suis, argument. *l.* 2. *C. vt rustici ad null. obseq. aduoc.* hoc tamen limitandum esse inquit, nisi conuentio, vel consuetudo aliud inducat, vt *in d.* §. *caueant*, & gloss. celebris *in cap.* 2. verb. *Dintius*, de Iudæis, quæ ex eodem text. deducit, quòd ex tempore seruitus acquiritur; & seruitia consueta præstari debent, *cap. seruitium* 18. *q.* 2. *l.* 1. §. *sicut*, *D. de aqua pluu. arcend. l. si quis diuturno*, *D. si seruit. vindicetur*, *l.* 1. & 2. *C. de seruit. & aqua*, cum aliis, quæ nouissimè adducit Mageius *de Aduocatia armata cap.* 1. *n.* 241. vbi inquit, † quod illa quæ approbanti- 69
bus Imperatoribus introducta, vsúque laudabili multo tempore frequentata sunt, ab omni reprehensione aliena, vtilitati autem publicæ maximè proficua esse præsumuntur, per text. notabilem *in l. si quis donaturus*, & ibi glos. *de vsufr. & cap. ex parte, de censib.* per quem notat Bald *in l. quicunque notabil.* 4. *C. de seruis fugit.* id quod consuetum est fieri, non dici arbitrarium, sed necessarium.

Præsertim † cùm consuetudo multoties 70
faciat licitum, quod aliàs illicitum esset, Auth. *de defensor. ciuit.* §. *quia verò*, & notanter Oldrad. *consil.* 207. Bart. Abb. Ias. Decius, & alij, quos plenè congerit Tiraq. *de pœn. temper. caus.* 42. Couarr. *de sponsalib.* 2. *par. cap.* 7. *p.* 3. *num.* 5 Salazar *de vsu & consuet. cap.* 2. *num.* 1. Bouadilla *in Politica lib.* 2. *cap.* 10. *numer.* 36. & Ego latiùs *d.* 1. *tom. lib.* 2. *cap.* 14. *numer.* 72. & *cap.* 24. *num.* 81. Et † ab ea recedere tutum, 71
& sanum non sit, vbi in Repub. illius immutatio maius fortè nocumentum afferre posset, quàm si in antiquo robore permaneret, vt cum Arist. & aliis diximus *sup.* 6. *prox. n.* 42. Et in
† his prouinciis forte contingeret, in quibus 72
Hispani hoc ab initio lacte nutriti, & cum Indis iam commixti, & veluti coagmentati, si eorum operis, personalibúsque seruitiis penitus priuarentur, plurima rei familiaris incommoda necessariò subirent, & alia forsitan molirentur, quæ & ipsis Indi, & toti Reipub. maius nocumentum adducerent.

Quapropter † periculosam in Repub. esse, 73
& quoad fieri possit, vitandam legum, & morum antiquorum mutationem, cùm eam repentina etiam vitæ, statúsque mutatio sequatur, & tristissimi interdum euentus, pluribus exemplis ostendit Plato *lib.* 6. *de legib.* lex nostra 18. *tit.* 1. *par.* 1. *cap. quis nesciat* 11. *dist. cap. consuetudines*, *de consuetud. cap. fin.* vbi glos. *de religios. domib. cap. vnico*, *eod. tit. lib.* 6. *l. testamenta* 18. *C. de testament.* Aristot. omninò legendus, *lib.* 6. *Polit. cap.* 6 Diodor. Sicul. *lib.* 12. *pag.* 281. Cornel. Tacit. *lib.* 15. *Annal.* Paliargus *in annotat. ad eum obseruat.* 121. Cochier. *in aphor. pol. lib* 2. *cap.* 4. *pag.* 83. Simancas *de Repub. lib.* 4. *c.* 10. Lælius Zechus *de Principe lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 10. Pineda *sup. Ecclesiast. pag.* 985. Salas *de legib. disp.* 18. *sect.* 1. Petr. Andreas Canonherius *in quæst. ad Tacit. pag.* 254. Scipio Amiratus *in disertat. Polit. ad eundem Tacit. lib* 1. *discurs.* 8. *pag.* 21. Marcus Mantua *in Enchirid. rer. singular. lib.* 1. *cap.* 5. & Thucydid. relatus à Menchaca *de success. creat.*

lib. 2.

*lib.*2. §.20.*num.*194.*&* §.30. *num.*212.vbi Cleonis orationem commemorat, qui longè melius cum Repub. agi dicebat, quæ malis moribus, & legibus constanter vtitur, quàm cum ea, quæ bonis, sed inconstanter; & Ego plura alia adducens in allegatione de Præcedentia; *& infr. lib.* 2. *cap.*30.*n.*100.*& seqq.* & nouissimè post hæc scripta, D. Valençuela *cons.*114.*n.*28.*& cons.*146.*n.* 47.*& cons.*184.*num.*6.*vol.*2.

74 Et hæc fortè † de causa apud Persas lege vetustissima cauebatur, ne mutari vllum edictum, aut lex vllo modo posset, quam Rex Persarum condidisset, vt habetur in Hist. Daniel. *cap.*6. & Esther 8. & prosequitur Brisson. *de Imper. Persar. lib.*1. *pag.*24. *& seqq.* Est enim

75 † vsus grauissimus iuris censor & explorator, vt scribit quodam loco Liuius, relatus à Balduino *in* §. *ex non scripto*, *Inst. de iur. natur.* vt non possit non æquum esse, & vtile, quod is probauit sæpius facto periculo. Et vt Mecænas ad Augustum dixit apud Dionem *lib.*51.*Hi-*

76 *stor.* † *Optimum est ambitiosa certamina prorsus scindere: atque adeò nec nomina noua, aut aliud quid ex quo dissidia oriri possunt, permittere.* Et meliùs Thucyd. lib.3. *Neque cognouerimus quòd multo melior sit status ciuitatis, quæ licèt deterioribus firmis tamen legibus vtitur, quàm illius, quæ bonis quidem, sed irritis*: & lib.52. *Positas semel leges constantes seruate; nec vllam earum immutate: nam quæ in suo statu eadem manent, etsi deteriora sint, tamen vtiliora sunt Reipublicæ his, quæ per innouationem, vel meliora inducuntur.*

Vnde multum ad rem, de qua agimus, legimus,

77 † quòd cùm Romæ similibus viguisset consuetudo, vt Plebeij Patribus & Nobilibus in prædictis ministeriis inseruire, & operari solerent, Plebiíque tentassent, nunc antiquum morem inuertere, & se ab onere, quo grauari dicebant, eximere, eáque de causa in Auentinum, siue, vt alij putant, in Sacrum montem secessissent, parum abfuit, quin prorsus Respub. Romana collaberetur. Quo vsque

78 † Mennenius Agrippa ad plebem missus Orator, eleganti illa humani corporis fabella, ac similitudine Plebeiorum mentes leniuit, ostendens, quòd quemadmodum humani artus, si ventrem tanquàm otiosum deserant, & suum illi ministerium negent, eo pacto, & ipsi quoque deficient, cùm ille acceptos cibos per omnia membra distribuat: sic Senatus & Populus, Nobiles & Plebeij quasi vnum corpus effecti; discordia peribunt, concordia verò, & mutuo auxilio vigebunt, & quòd Plebs pro Nobilibus operata fuerit, ab eisdem, aliis in rebus cumulatè distributum præsentiet. Cuius historiæ meminit Tit. Liuius *lib.*2. eleganter Seneca *lib.*2. *de ira*, *cap.*31. Dionys. Halicarnas. *lib.* 6. Volaterran. & Carol. Stephan. *in Dictionar.* verb. *Agrippa Mennenius*, Valles de sacra Philosoph. *cap.*74. vers. *Tria mihi*, Petr. Greg. *lib.*1.*de Repub.cap.* 1. Corras. Euerlin. & alij nostri iuris DD. per text. ibi *in l.*2. §. *deinde cum esset in ciuitate*, *D. de orig. iur.* Gaspar Dornaus in Mennenio Agrippa, qui totam Politicam ad eius apologum refert, Paul. Riccius, Paulus Paruta, & plurimi alij, quos nouissimè congerit Ioan. Andr. Canonher. *in Aphorism. Hippocr. Polit.* 1. *par. pag.*181.*& seqq.* & Martin. Delr. *in Adag. sacr.*2. *tom. adag.*308.*pag.*397.

Est enim exploratissimum, † ad sustentandam, subleuandámque humanæ vitæ inopiam, 79
homines hominibus indigere, & cùm non omnes apti sint ad omnia, quod aliis deest, ab aliis mutua vice suppleri debere, vt præclarè ostendit Erasm. in Adagiis: *Manus manum fricat*, *Multæ manus reddunt onus leuius*, & similibus, & eleganter Alciat. *Embl.* 160. vbi sic ait:

Loripedem sublatum humeris fert lumine captus;
Et socij hæc oculis munera retribuit.
Quo caret alteruter, concors sic præstat vterque:
Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.

Vbi Brocensis, & Claudius Minoës in commentariis plura notarunt: cui Emblemmati simile est illud aliud Batillij 81. quod sumere potuit ex Pierio Valeriano *in Hieroglyph. lib.* 49. *fol.*365.

Vt Cereris, pariter sese ipsa rotantia pressas
Bina simul fruges aspera saxa terunt:
Sic nisi iuncti aliis, non omnia possumus omnes.
Alterius sic res altera poscit opem.

Et aureo carmine complexus est Cyrus Theodoricus in amicitia exulante, loquens de necessaria artium tam liberalium, quàm illiberalium coniunctione, & harmonia, sic inquiens:

Homines sociantur per me artibus suis;
Nam quærit eccl fullo calcearium.
Equitum magistro gratus est freni faber;
Agrum colenti, mœchanicus coniungitur,
Breuiter habeto: qualibet ars cuilibet,
Piscator omnis indiget re rustica,
Eget piscatore rura qui colit,
Ille panes dans, ipse pisces accipit.
Sic omnis opifex quærit alterius opem,
Hic denique modus ciuitatem promouet.

Et præsensit † Cicer. *lib.*1. *Offic.* inquiens: *Homines hominum causa sunt generati; vt ipsi inter se alij aliis prodesse possint: & in hoc naturam debemus Ducem sequi, & communeis vtilitates in medium afferre, mutatione officiorum, dando, accipiendo: tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines societatem.* Et rursus in Lælio: *Sic nos nati videmur, vt inter nos esset societas quædam.* Et Anonymus quidam, qui hanc sententiam, & totam illam Menenij fabellam, hoc eleganti carmine comprehendit: 80

Incusant auidi pedes, & manus otia ventris,
Omnia solus habes lucra labore carens.
Nos labor edomuit, te fouit inertia sorbes
Omnia, quæ nostri cura laboris emit,
Disce pati famis acre iugum, vel disce labori
Credere, téque mei cura laboris alat.
Sic ventri seruire negat. Se venter inanem
Comperit, orat opem, nil dat auara manus;
Ille preces iterat, iterum fugit illa precantem
In stomachi fundo torpet, obitque calor.
Victa fame natura fugit, vis arida fauces
Obseruat, & solitum non sinit esse cibum,
Vnde epulas dat sera manus, sed corporis ægri
Perdita non reparans machina tota perit.
Nemo sibi satis est, eget omnis amicus amico;
Si non vis aliis parcere, parce tibi.

Tertiò, † qua cùm eiusmodi opera, ac 81
ministeria, quibus in his prouinciis Indos applicari retulimus, ita necessaria Reipublicæ sint,

ſint, vt nullo modo, vel certè cum magno incommodo, aliter gubernari & conſeruari poſſint. Non ideò tolli, & ceſſare debent, quòd Indis aliqua damna ex eorum præſtatione contingant. Nam certum eſt, ac tritum iuris vtriuſ-
82 que proloquium, † Ex duobus malis minimum eſſe eligendum, *cap. quod David, cap. ſi aliquid, cum ſeq. 22. quæſt. 4. c. ſi quod verius 33. quæſt. 2.* & DD. *in cap. inter opera, de ſponſalib. l. quoties nihil ſine captione*, vbi Philip. Dec. Mainer. Cagnol. Petr. Faber. Rauard. & alij, *D. de regul. iuris, l. ſi procurator rei*, vbi gloſſ. *D. de dol. except.* cum aliis, quæ in pulchris caſibus notant Paul. Caſtrenſ. *in l. 1. D. ſi quis caution.* Alexand. *in l. ſi conſtante, §. fin. col. penult. D. ſolut. matrimon.* Menchaca *lib. 1. controuerſ. illuſtr. cap. 48. num. 2.* Thom. Sanchez *de matrim. lib. 2. diſp. 39. num. 12.* & meliùs *diſp. 41. num. 45.* Camill. Borrel. *de Magiſtr. lib. 2. cap. 2 num. 104.*

83 Et hoc eſt, † quod veteres appellabant, *Malum neceſſarium*, Adagij loco hanc dicendi formam vſurpantes, quoties aliquid ſuſtinetur, & toleratur, quòd Reipub. in communi vtile ſit, quamvis aliqua inde damna ſequantur, vt explicat, & optimis exemplis illuſtrat Eraſmus in Adag. *Neceſſarium malum*, & de vxoribus loquens Aul. Gell. *lib. 1. noct. Attic. cap. 7.* & magis in noſtris terminis Ariſtot. *dict. lib. 2. Polit. cap. de Polit.* Hippodam. cuius ſup. meminimus, & Xenophon. relatus à P. Ioan. Pineda *in comment. ſup. Eccleſiaſt. cap. 10. verſ.*
84 *8. pag. 985.* Vbi † eos, qui clauum Reipub. tenent, nauium gubernatoribus ſimiles facit, qui in diuerſam partem non nauigant, ſtatim atque aliquod impedimentum occurrit, ſed illud, provt commoditas poſtulat temperando, enitendóque, donec ventus ſecundus adſpiret, eò tandem, quò volunt, perueniunt. Et Plautus in Sticho, ibi: *E malis multis, malum quod minimum eſt, id minimum eſt malum.* Nam
85 etſi aliquando, † propter malum cohærens, bonum prohiberi ſoleat, vt *in cap. denique, diſtinct. 21.* vbi benè notat Dom. D. Roder. ab Acuña *num 5. pag. 150.* Sæpius tamen videmus malum permitti, propter bonum quod ex malo oritur, vt latè probat Petr. Gregor. *de cenſibus q. 3. num. 5.*

86 Nam † qui ſemper leges corrigant, aut mutent, vt nouis, quæ ſubinde pullulant, ſceleribus corrigendis occurrant, ij certè in noua quotidie, & maiora incommoda incidunt, vt ſi Hydram reſecarent, vt Plato *lib. 4. de Repub.* dicebat. Et idem facient, qui leges alioqui iuſtas, ac vtiles, propter earum abuſum, aut, prauorum hominum exceſſus abrogari ſuadent provt in his Indorum ſeruitiis contrariæ partis aſſertores fieri debere contendunt: eò quòd acerbè (vt inquiunt) ab Hiſpanis tractentur, debito ſalario fraudentur, inſolitis, & grauibus laboribus, etiam in diebus feſtiuis premantur,
87 & aliis iniuriis afficiantur. Hæc † enim omnia operabuntur quidem, vt maiori cura leges & iudices ad punienda, & cohibenda huiuſmodi delicta conſurgant; non tamen efficere debent, vt ſeruitium ipſum omninò adimatur, ſi moderatè impenſum, non prorſus iniuſtum eſſe conſtiterit, & eius duritiem (ſi quam habeat) communi totius Regni vtilitate penſari.
88 Abuſus † quippè, & exceſſus, qui occaſione rerum, aut legum iuſtarum, & vtilium à malis hominibus perpetrari ſolent, ad eas tollendas, vel damnandas neutiquam ſufficit; alioqui & elementa ipſa, & Religionem Religioniſque actus auferre oporteret, cùm circa hæc, quæ bonis æquè neceſſaria, ac ſalubria eſſe conſtat, multa quotidie mala, & abuſus à malis exerceri, & committi videamus, vt optimè in ſimili caſu aduertit, & pluribus exemplis illuſtrat Ouidius *lib. 2. de triſtibus*, ibi:

Nil prodeſt, quod non lædere poſſit idem. Petr. Gregorius *lib. 6. de Republica cap. 2. num. 11. & lib. 13. ferè per tot.* & præcipuè *cap. 19.* Tiraq. *de Nobilit. quæſt. 33.* vbi reſoluit, † propter merca- 90
torum abuſus, mercaturam ipſam iniuſtam, inutilem, aut ignobilem iudicandam non eſſe, Ioſeph. Acoſta *lib. 3. de procur. Indor. ſalut. cap. 22. pag. 369.* vbi ita eleganter conclùdit cum D. Chryſoſt. *homil. 3. in 1. ad Corinth. Neque enim (vt ſcitè dixit Chryſoſtomus) vino, ſed vinolentiæ fræna adhibenda ſunt. Eadem certè cauſa, & pecunias nullas eſſe iubebunt, vt auaritiæ occurrant, & pretioſos pannos, vt faſtus retundatur, & fœminas ipſas ſepelire oportebit, ne libidine concitentur viri. Quin potiùs oculos eruent, & linguam adiment, ne tanta peccemus. Omninò † nihil eſt adeò ſanctum, adeò* 90
benè prouiſum diuinitùs, quo non in perniciem ſuam abuti poſſit humana malitia. Et idem anteà docuit Seneca *lib. 5. nat. quæſt. in fin.* quem, & alia citauimus 1. *tom. lib. 3. cap. 6. num. 105. & ſeqq.* & elegantiſſimè Quintilian. *lib. 2. inſt. orat. cap. 16.* his verbis: *Quo quidem modo nec Duces erunt vtiles, nec Magiſtratus, nec medicina, nec ipſa denique ſapientia. Nam & Dux Flaminius, & Gracchi, Saturnini, Glauciæ, Magiſtratus, & in medicis venena, & in iis, qui Philiſophorum nomine malè vtuntur, grauiſſima nonnunquam flagitia deprebenſa ſunt. Cibos aſpernemur, attulerunt ſæpè valetudinis cauſas. Nunquam tecta ſubeamus, ſuperhabitantes aliquando procumbunt. Non fabricetur militi gladius, poteſt vti eodem ferro latro. Quis neſcit ignes, aquas, ſine quibus nulla ſit vita: & (ne terrenis immorer,) Solem, Lunamque præcipua ſiderum, aliquando etiam nocere.* Et vide alia infrà *lib. 2. cap. 24. num. 81.* & apud Magerum *de Aduocatia armata cap. 1. num. 328. pag. 34.* vbi etiam *num. 225. pag. 27.* oſtendit peſſimum ac frequentem eſſe abuſum rerum bonarum.

Neque his oberit, quòd in aliis prouinciis ſimilia ſeruitia non vſitentur; † nam vnaquæ- 91
que, vt ſenſu, ita & propriis ſuis legibus & moribus abundat; cap. *ius Quiritum, 1. diſtinct. cap. vtinam 76. diſtinct. l. obſeruare, D. de offic. Proconſul. l. 1. §. vltim. D. de ventr. inſpic. l. 1. D. de vſur.* ibi: *Vſurarum modus ex more regionis, vbi contractum eſt, conſtituitur, l. ſemper in ſtipulationibus 34. D. de regul. iur. l. licet 8. C. de locato*, ibi: *Mos regionis, l. tutor 7. §. quæ autem, D. de adminiſtr. tutor.* ibi: *Secundùm morem prouinciæ, l. ſunt quædam 9. D. de extraordin. crimin.* ibi: *Sunt quædam, quæ more prouinciarum coërcitionem ſolent admittere, &c.* cum aliis, quæ adduxi *dict. 1. tom. lib. 2. cap. 25. num. 54. & ſeqq.* Neque ſufficit leges facere, † niſi locis, & 92
prouinciis, quibus fiunt, aptæ, & vtiles ſint, & ſine earum interitu, aut turbatione ſer-

uari

vari possint. Quia leges Reipubl. cui feruntur, non Respub. legibus accommodanda est, vt præclarè scripsit Aristot. *lib.7. Polit. cap.7.*
93 *& in Rhetor. ad Alexand.* D. Isidor. † *in cap. erit autem lex*, 4. *distinct.* ibi: *Secundùm patriæ consuetudinem, loco, temporique conueniens*, D. Augustin. *lib.3. de confes. cap.3. l.1. tit.1. lib.2. Recop.* ibi: *E que sea conueniente à la tierra*, Suarez *de legib. lib.1. cap.9. num.19.* Soto *de iustit. & iur. lib.4. quæst.5. art.3.* Simanc. *de Repub. lib.4. cap.14.* Mastrill. *de magistrat. lib.3. cap.3. num.74* Boëtius Epon. Frisius *lib.1. Heroic. quæst. de iure sacro qui.4. pag.7.* Claud. Canticula. *lib.1. de offic. iud. cap.4. & 6.* nouissimè Camill. Borrell. *de Magistr. edict. lib.2. cap.7. n. 13.* idemque docuit Athenæus *lib.12. Dypnosoph. cap.22.* vbi hac de causa leges Platonis irridet, quippè quarum obseruatio homines nouos, & nouam ciuitatum formam desideraret. Et huc pertinent illud Pyndari apud Erasm. in Adagio: *Polypi mentem obtine*:

Próque loco nunc hunc fieri, nunc expedit illum.

94 Vbi & alterius † Adagij meminit, *Lex est ipsa regio*, quo significari inquit, vnicuique regioni quædam peculiaria esse instituta, quæ hospites non damnare, sed pro virili nostra imitari, atque exprimere debeamus. Neque enim facilè lex aliqua per omnia vniformis, in vniuerso genere humano constitui potest, vt post alios copiosè ostendit Auctor tractatus de maiorat. Electorum Imperij *lib.3. cap.1.*

95 Præterquàm quòd † si antiqua & præsentia aliarum gentium & nationum monumenta reuoluimus; non deficient aliquarum exempla quæ aliis ita subiacebant, & hodie subiacent, vt licèt vnaquæque earum persona in peculiari huius vel illius domini mancipio non sit (vt nostris Indis contingit) tota tamen ipsa gens, vel natio alij in communi subdatur, & inuita detineatur, atque inæquali Imperio cum victoribus, vel valentioribus ciuibus mixta, non Politico, sed Despotico, & herili iure gubernetur, & in ministeriis seruilibus, quæ sibi iniunguntur, laborare cogatur. Tales enim Hebræos apud Ægyptios fuisse *suprà hoc capite num.40. & 41.* probatum relinquimus. Et eodem seruitutis genere Lacedæmonis in Helotas Thessali in Pænestas, Thraces in Clarotas, Cares in Leleges, Thebani in Messenios, Persæ in Megarenses vsi reperiuntur, vt constat ex Athenæo *lib.6. cap.7. ad fin.* vbi Casaubonus, Plutarch. *in libell. de Herodot. malignit.* Dione Chrysost. *Orat.15.* & aliis, quos refert Bisciola *lib.8. subcisiuar. lect. cap.7.* & meliùs ex Dionys. Halicarnas. *lib.2. Rom. antiq. §. cæterum*, vbi tradit, prisco Thessalos, & Athenienses, clientibus superbè abusos fuisse, operásque liberis, & ingenuis hominibus minimè conuenientes, illis imposuisse, & si quando imperata non fecissent, verbera intentasse. Et vt Gallorum in Hæduos dominationem omittam, & aliorum adscriptitiorum in, Mansariorum, & Manus mortuæ hominum conditionem, de quibus dixi capite præcedenti *n.26. & seqq.*

96 Idem etiam hodie † in Germania obseruari, apertè ostendit Ioann. Aubanus *lib.3. de morib. omnium gent. cap.12. in fine*, inquiens, nobiles in plebejos, & rusticanos nullum ius sibi non vsurpare, his verbis: *Dominis crebrò per annum seruiunt, rus colunt, & semine conspergunt, fructus metunt, & horreis importunt, ligna secant, domos ædificant, fossas effodiunt. Nihil est, quod seruilis, & misera gens ipsis debere non dicatur: nihil etiam quod iussa facere absque periculo recusare audeat, delinquens grauiter mulctatur.* Quod item refert, & prosequitur Hæringius *in tractatu de molendinis, quæst.6. num.3.* sic inter alia inquiens: *Rusticos pauperes cogunt, vt in molendina eorum oleum perducant, ac torcularia trahant, & tamen sitiant.* Et meliùs, ac latiùs Martin. Magerus *de Aduocat. armata cap.6. n.729. & seq. & cap.9. n.693. pag. 404.* vbi occasionem huius vassalligij ex historiis petitam adducit: & cum Zassio tradit hos homines in omnibus, & per omnia neque seruos, neque adscriptitios, neque colonos, neque capite censos, neque libertos; neque statu liberos esse, sed nouam quandam speciem facere, de omnium illorum natura & conditione aliquid participantem.

Quartò facit, † quia si res benè & vt oportet consideretur, si seruitij personalis iusta, & 97
debita forma custodiatur, inueniemus proculdubio, de eo dici posse, quod veteri etiam Adagio circumfertur, *Malum bono pensatum.* Etenim quamvis eius occasione Indis aliqua dãna & vexationes contingant, negari tamen non, potest, quin plura quoque commoda, & vtilitates recipiant. Nam Indi, qui cum Hispanis huius seruitij ratione conuersantur, meliores, & sapientiores euadunt, multisque officiis, & artificiis exercentur, & instruuntur, quorum alioqui expertes manerent. Ditiores etiam efficiuntur, accepto salario, quod sibi ob operas, quas præstant, impenditur, eóque sua tributa persoluunt: & quod magis considerandum est, meliùs, ac firmiùs in Fide Catholica imbuuntur, & confirmãtur, & à suis variis, & idololatriis auocantur. Vnde non est mirum, aut multum, vt prædictis operis, & ministeriis Hispanos iuuent, à quibus ipsi vicissim talia bona recipiunt. Imò generaliter † quemadmodum sapiens, eò quòd sapiens 98
sit, tenetur ignorantem docere & dirigere, & sapientia & diligentia sua meliorem efficere, vt aliàs dicitur *in l. Attilius Regulus, D. de donat.* ita ignorans, & hebes, pro captu suo, sapientem iuuare tenetur, non quòd eius sit seruus (hoc enim iam alibi latè impugnauimus) sed quòd vsu rerum ita exigente, aliter, vt diximus, Politicus status constare non possit.

Et hoc est, † quod præsensit D.Thom. 2.2. 99
quæst.57. art.3. dum inquit, non habere naturalem rationem, quòd ignorans sit seruus magis, quàm alius, absolutè considerando, sed solùm secundùm aliquam vtilitatem consequentem, in quantum vtile est huic, quod regatur à sapientiori, & illi, quod hoc iuuetur. A quibus non longè absunt, quæ in simili notauimus *dict.1. tom. lib.2. cap.7. n.56. & seqq. & cap. 9. num.29. & lib.3. cap.5. num.7.* Et D. Paul. 1. *ad Corinth.9.* † vbi docet, iustum non esse, vt 100
temporale seruitium neget, qui spiritualia beneficia accipit: *Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os boui trituranti. Numquid de bobus cura est Deo? An propter nos vtique dicit? Nam propter nos scripta sunt: quoniam debet in spe qui arat, arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi. Si nos vobis spiritualia*

seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Si alij potestatis vestræ participes sunt, quare non potiùs nos?

101 Quintò † considero, quòd etsi meliùs & satiùs esset, coacta hæc Indorum seruitia cessare, & illos dumtaxat prædictis ministeriis incumbere, qui mercede pacta, sponte sua vellent operas suas Hispanis locare, vt Auctores, & aliquæ schedulæ pro contraria opinione perpensæ, insinuare, & probare videntur: certiùs tamen est, & omnibus, qui indorum naturam, & conditionem norunt, valdè exploratum, non posse hæc in mera, & absoluta eorum volunta-
102 te relinqui. Nam nulli, † vel pauci intra breue tempus reperirentur, qui se dictis seruitiis locarent, & propriis tuguriis, ac municipiis relictis, itinera ardua, & laboriosas operationes appeterent, quas ipsi magnopere fugiunt, cùm sint supra modum hebetes. & ignaui, & hodierno, cóque tenuissimo victu contenti, socordes, more pecudum, vitam turpiter transigant, nullam fermè de crastino curam habentes, neque rem familiarem augentes, neque instructas demus, vel pretiosas vestes, aliásve diuitias desiderantes, quibus pro more, & statu suo minimum egent; nihil aliud, vt plurimùm, quàm desidiam, latebrásque quærentes, quibus Hispanos fugiant, & dies, ac noctes ebrietati, luxuriæ, aliisque vitiis, & interdum idololatriæ,
103 vacare possint. Vt constat † ex his, quæ de Indorum ingenio, & motibus latè tradidimus 1. *tom. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 27. *& seqq.* & in nostris terminis benè obseruat Matienzus *in tractat. M. S. de moderat. Reg. Perù* 1. *part. capit.* 4. *&* 5. Ioseph. Acosta *de procurat. Indor. salu. libr.* 3. *capit.* 9. vbi egregiè prædictam ignauiam exaggerat, *& capit.* 17. *pagin.* 343. vbi inquit: *Quòd si Barbarorum ingenio & voluntati indulgendum est, nihil operis vnquam fiet, nihil negotij conficietur: quippè qui otio desideant, ac sibi etiam ipsis vix necessaria laborent: alios verò nisi vi, aut metu perculsi, nihil faciant:*
104 *& pagin.* 347. persuasum quodammodo † Indis à suo *Zupaio* (id est diabolo) videri, nihil vt Christianis spontè impertiant, etiam si eos cernant in maximis periculis constitutos, sed per vim omninò & iniuriam. Et idem probat & ostendit. fr. Michaël ab Agia *in d. respons. de seruitut. personar. pagin.* 24. 25. 41. *&* 68. & fr. Alfons. Ramos *in histor. Virg. de Copacauana libr.* 1. *cap.* 10.

105 Vnde † semper salutare iudicatum est, imò verò istorum Barbarorum Reipublicæ, vtcunque constituendæ, omninò necessarium, eos laborare, negotiari, curis, & occupationibus distineri.

Et hac de re (vt benè aduertit idem Acosta *d. cap.* 9.) Ingarum Proceres ingenio sine dubio peracri, iudicióque præstantes, in eo præcipuè rectam istorum, ac diuturnam administrationem esse censuerunt, vt quam maximè exercerentur, miniméque vacare sinerentur.
106 Itaque vbi † necessaria, aut vtilia deerant, etiam rebus superuacaneis destinabantur, vt qui eorum disciplinam cognouerit, meritò miretur, quod veteres narrant, etiam vermiculorum colligendorum certam mensuram quibusdam imperatam, alios saxis vltrò citróque voluendis, aut laboriosis, inutilibúsque aggeribus, & ædificiis construendis seriò occupatos, vt tetigimus 1. *tom. libr.* 2. *capit.* 12. *numer.* 6. *&* 7.

Et nunc addimus † notanda verba Trajani Bocalini Ragguaglio 8. qui cùm Asinos apud Apollinem miseram suam conditionem querentes inducat, ob id quòd ab omnibus onerentur, & malè tractentur, Apollinem respondisse refert, id ipsos pigritiæ, & stoliditati suæ potius quàm Patronorum sæuitiæ imputare debere: *Per li quali brutissimi mancamenti, y Padroni erano forzati à furia di bastonate spingerli à far quel lauoro, che essi non habeano spirto di far da loro stessi con la propria viuacità dell' ingegno. E che quei, che de le crudeltadi, che vedeuano vsar contra qualsiuoglia, voleuano far esato iudicio, facea bisogno, che non tanto hauessero riguardo al genio dicolui, che vsaua la seuerità, quanto à la qualita de costumi di chi si deleua di essere maltractato.* 107

Et quamvis fateamur, † in oppido de Potosi Indos aliquos inueniri, qui suas operas laboriosis & periculosis metallorum effossionibus locent: id tamen ex eo contingit, quòd cùm ob notissimas illas, & ditissimas argenti fodinas ex variis prouinciis iam inde ab antiquo plures Indi ad illum locum mitti soliti fuerint, & multi ibi etiam post finitum coactum laborem remanserint, hi se statim voluntariè locare solent, cùm iam se extra proprias sedes, & patrias constitutos conspiciant. Cæterùm in aliis vrbibus, hac ratione cessante, nulli, vel pauci, vt diximus, reperientur, qui quavis, etiam ingenti, mercede oblata, functiones istas publicas obire velint: & vt aliquos reperiri daremus, adeò excessiuum pretium exigerent, vt non conueniret Hispanis eos conducere, neque fundorum, aut metallorum fructus his expensis persoluendis sufficerent. Et paria † sunt, aliquem non adesse, vel cum difficultate adiri, aut reperiri posse, *l. in contractibus, in fin.* vbi Bartol. & DD. *Cod. de non numer. pecun.* & aliquid esse impossibile, vel multum difficile, *l. apud Iulianum, §. constat, D. de legat.* 1. *l.* 4. *§. non est statu liber. D. de stat. liber.* Et rem non habere, vel habere inutilem, aut inanem, *l. nam is, D. de dolo, capit. inter corporalia, §. sicut, de transl at. Episcop.* gloss. *ini l. fin. C. de plagiar.* 108 109

Qua ratione obuiam etiam iri potest alteri obiectioni, † de Hispanis vagis, Hybridisque ex Indis, aut Æthiopibus, eisdem personalibus seruitiis addicendis & mancipandis. Nam licèt hoc plurimis & sanctissimis schedulis iussum sit, quia vnusquisque debet operam suam publicis vtilitatibus exhibere, vt aliàs dicitur *in l. semper, §. quibusdam, D. de iur. immunit. & supr. numer.* 54. probauimus: adhuc tamen, vt benè aduertunt Auctores suprà relati, & præcipuè Acosta *d. capit.* 17. *pagin.* 343. *& sequentib.* multa sunt, quæ nullo modo Hispani in his locis per se facere queant, proptereà quòd vel laboriosa, vel sordida ducunt, & naturæ, ac complexioni eorum in his regionibus omninò contraria. Et vt quàm maximè velint, non possunt tamen tanta perficere, quale est humum effodere, rudera egerere, lateres cogere, onera baiulare, iumenta agere, cæteráque seruilia, quæ si desint, breui omnis ciuitas deleatur, necesse est. Quota enim ista portio est hominum præ multitudine necessaria? 110

Vnde

111 Vnde † cùm non possint Indi in totum à prædictis oneribus excusari, satius aliquando visum est, si soli agere sinantur, quàm vt Hispanis, & Hybridis mixti, varia damna, & iniurias experiantur, quas inæqualium societas adducere solet, vt egregio Emblemate ostendit Alciat. *Embl.* 165. sic inquiens:

Raptabat torrens ollas, quarum vna mettallo,
Altera erat figuli terrea facta manu.
Hanc igitur rogat illa, velit sibi proxima ferri,
Iuncta vt præcipites vtraque sistat aquas.
Cui lutea: haud nobis tua sunt, commercia curæ,
Ne mihi proximitas hæc mala multa ferat.
Nam seu te nobis, seu nos tibi conferat vnda,
Ipsa ego te fragilis sospite sola terar.

Et multis schedulis Regiis cautum est, quæ districtè prohibent Hispanos, Hybridas, aut Æthiopes inter Indos commorari, de quibus alio in loco dicemus.

112 Idémque efficit, † vt non satis supradictis periculis subueniatur per emptionem seruorum Æthiopum, quos multi, Indorum loco, his oneribus, siue laboribus, de quibus tractamus, substitui posse opinantur. Nam etsi id etiam aliquibus schedulis proponatur, multæ tamen regiones sunt, & plura seruitia, quibus Æthiopes nullo modo citta imminens vitæ periculum applicari possunt. Neque omnibus Hispanis ad eos emendos facultas suppetit. Et quamvis in hac Regum vrbe, & in Mexicana ingens istorum seruorum numerus quotidie venire soleat, qui per alias etiam Regni prouincias copiosè diffunditur; multos tamen citò mori contingit, quorum pretia vix, aut ne vix quidem, agrorum, vel fodinarum quæstus æquare potest. Et vt plures supersint, nusquam tamen sufficiunt ad omnia necessaria Reipub. munera subeunda, nisi etiam seruorum dominis aliqui Indi distribuantur, quos Æthiopibus sociare non conuenit, vt aduertunt Matienzus & Bejaranus in locis supr. relatis, & Agia *in dict. respons. pag.* 20. Dicente Moyse *Deuter.* 22. *Non arabis in boue, & asino simul*, quòd interpretatur text. *in cap. in noua* 16. *quæst.* 7. id est: *Homines diuersæ professionis nationis, aut conditionis in vno officio non sociabis, quia in vno, eodémque officio non debet dispar esse professio.* Ad quod etiam respicit text. *in cap. cùm causam* 27. *de elect. cap. cum ad nostram, cap. cùm ad magistrum*, eodem tit. *cap. presbyteros* 16. *quæst.* 1.

Quibus addere possumus, quòd quamvis supra dictæ rationes deficerent, adhuc tamen
113 iustè † in dubium vocari posset, vtrum conueniens, & opportunum sit, ita liberam & absolutam facultatem concedere, tot seruos Æthiopes in has adeò remotas, & dispersas regiones adsportandi, & introducendi. Certè enim hoc, non sine causa, multoties in supremo Consilio prohibitum esse videtur, vt constat ex historiis, quas refert Ant. de Herrera *in histor. gener. Ind. decad.* 3. *lib.* 1. *cap.* 16. *pag.* 33. *& lib.* 5. *cap.* 8. *pag.* 207. *& lib.* 6. *cap.* 1. *pag.* 223. *& decad.* 4. *lib.* 10. *cap.* 7. *pag.* 272. Et idem colligitur ex plurimis schedulis, quæ reperiuntur *in* 4. *tom. impres. pag.* 381. *& seqq.* Licèt non ignorem ibidem, & alibi, apud eundem Herrer. *decad.* 1. *lib.* 8. *cap.* 9. *pag.* 274. *decad.* 2. *lib.* 2. *cap.* 20. *pag.* 67. *lib.* 5. *cap.* 3. *pag.* 146. *& decad.* 4. *lib.* 2. *cap.* 5. *pag.* 37. plures alias schedulas & ordinationes reperiri, quæ eorundem seruorum commercia in his prouinciis non solùm non inhibere, sed desiderare, aut etiam iubere videntur. Vt sic magna † nostrorum 114
hac in parte incuria, siue væcordia notari possit, quòd in his regionibus plures longè seruos Æthiopes quàm Hispanos liberos morari permittant, quàm similiter in Atheniensibus grauiter increpauit Athenæus *lib.* 6. *dipnosoph. cap.* 7. inquiens, descriptionem factam fuisse Athenis à Demetrio Phalereo quot essent illi, qui regionem Atticam habitarent? ac Atheniensium viginti & vnum millia fuisse reperta. Inquilinorum decem millia, seruorum quadraginta millia.

Sed verò † tutius semper iudicatum est, his 115
domesticis hostibus Rempub. supra modum non onerare. Quinimò eos nec in magna, nec in parua quantitate permittit Bodin. *lib.* 1. *de Repub. cap.* 5. quem licèt nouissimè & elegantissimè improbet P. Mag. Marquez *in Gubernat. Christ. lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 13. *&* 14. ibidem tamen ingentem, & suspectum numerum damnat, & hanc inquit fuisse causam: cur Pharao timuerit filios Israël, quia multiplicabantur. Romæ
† quoque legimus seruili quodam bello, Spar- 116
taco ductore, vrbem periclitatam. Cuius historiæ mentionem facit I.C. *in l.* 3. §. *si seruus, D. de acquir. possess.* Horatius *lib.* 3. *Od.* 14. ibi:

Spartacum si qua potuit vagantem
Fallere testa.-----

Athenæus *lib.* 6. *dypnosoph. cap.* 7. *&* 8. Sabellicus *Ænead.* 3. *lib.* 4. Baptista Pius *annotat. poster. c.* 52. Cota *in memorab. iur.* verb. *Spartacus*, Connan. *lib.* 3. *comment. cap.* 9. *num.* 10. & Marquez *vbi sup.*

Et est simile, † quòd de alio bello seruili
apud Scythas scribit Iustinus *lib.* 2. & tangit 117
Claudian. *lib.* 1. *in Eutrop.* quem refert Martin. Delrius *in Adag. sacr.* 2. *tom. adag.* 266. *pag.* 303. inquiens, quòd cùm Scythæ longinquo distenti bello, domi defuissent, coniuges, viduitatis pertæsæ, se seruis domesticis miscuerunt. Inde nata iuuentus, redeuntes dominos arcere à finibus. Prælia nonnulla commissa: cùm nihil reduces armis proficerent, consilio inito, placuit alia experiri: rebelles inuadunt, non arcubus, aut contis, sed loris, & flagris armati: naturâ seruis insitus pauor flagrorum: itáque fugere conspectum, & sonum seruiles animi. Claudiani
verò † carmina sic habent: 118

----- *Quid Martia signa*
Sollicitas: non est iaculis, hastisve petendus:
Conscia succumbent: audito verbere terga
Vt Scytha post multos rediens exercitus annos,
Cùm sibi seruilis pro finibus obuia pubes
Iret, & arceret dominos tellure reuersos,
Armatam ostensis aciem fudere flagellis.
Notus ab inceptis ignobile repulit horror
Vulgus, & addictus sub verbere torpuit ensis.

Et Athenæus *lib.* 6. *dypnosoph. cap.* 7. circa finem narrat, † Atticos etiam seruos, per quos 119
vinctos metalla exercebant, à dominis defecisse, ac custodes interemisse, & diu Atticam regionem deuastasse. Serui enim quot, tot hostes, vt præter alios tradit Laurent. Beyerlinch. *in Chronog. pag.* 206. vbi memorabilem historiam narrat ex Pontano *lib.* 3. *de obed. cap.* 25.

& aliam Pineda *in Salom. pag.*529. & in ipsis nostris Indiis Herrera *decad.*3. *pag* 158. *&* *decad.*4. *pag.*123. *&* 272

120 Sextò † facit, quòd his, quæ diximus, suppositis & stantibus, verè affirmari non potest, libertatem Indorum infringi, hac seruitij personalis coactione mediante. Nam multoties ex iusta causa etiam in liberis hominibus, in qualibet Reipub. legum auctoritate, & ob commune bonum, similia onera, & grauamina apponi consueuerunt, quæ tamen non efficiunt, vt illi liberi esse desinant, cùm & libertas ipsa definiatur, facultas eius, quod cuique facere libet, nisi quid iure prohibeatur, §. *libertas*, *Inst. de iur. person.* & Persius *d. Satyr.* 5.

Cur mihi non liceat iussit quodcunque voluntas,
Excepto: siquid Masuri Rubrica vetauit.

121 Quò respiciens † Demosthenes relatus à Balduin. *ibid. numer.* 17. rectissimè inquit: *Si leges abrogentur, & cuiuis licentia faciendi quidquid voluerit, data sit, non solùm Resp. pessum ibit, sed nec quicquam intererit inter nostram, & fera-*
122 *rum vitam.* Et D. Ambr. *lib.*2. *epist.*7. † rescindendam insipientibus potestatem esse, non adjiciendã libertatem. Quia iuxta tritum illud. *Libertas liber-*
123 *tate perit.* Et liberum † quem ad malè faciendum relinqui, potiùs quædam imperfectio eiusdem libertatis esse videtur, vt benè notauit Martin. Delrius *in Adag. sacr. d.* 2. *tom. adag.*246. *pag.* 279. & Ferdin. Rebell. *de obligat. iust. lib.*2. *q.*14. *sect.* 1. *num.* 9. & dixi *in* 1. *tom. lib.*2. *cap.*9. *num.*67. *& seqq.* Vnde Archilocus dixit: *Legum serui omnes esse debemus, vt liberi esse possimus.* Aliúdque est
124 † seruum esse, aliud seruire, qualis esse in addictis quæstio solet, vt rectè ostendit Quintil. *lib.*5. *c.*10. *& lib.*7. *cap.*3. *& colligitur ex l. ei quoque* 11. *D. ex quib. caus. maior. & l. quod autem* 10. *& seq. D. de liber. caus.*

125 Et subiectionem † Politicam non repugnare, neque contrariam esse Christianæ libertati, rectè cum multis docet Bellarmin 1. *tom. controuers. lib.*3. *de laicis, capit.*10. post D. Thom. 1. *p. q.*96. *art.* 4. vbi inquit: *Tunc ergo aliquis dominatur alicui vt seruo, quando eum, cui dominatur, ad propriam vtilitatem sui, scilicet dominantis, refert: tunc verò dominatur aliquis alteri vt libero, quando dirigit illum ad proprium bonum eius, qui dirigitur, vel ad bonum commune.*

126 Et magis in nostris terminis, † apud Principem & Remp. potestatem esse, subditos, & vassallos ad similia opera compellendi, absque eo, quòd iniuriæ, violentiæ, vel iniustitiæ notam incurrant, concors est omnium Theologorum doctrina, quam latè prosequitur Sotus *lib.*4. *de iust. & iur. quæst.*4. *art.*1. *& lib.*5. *q.*3. *art.*5. *concl.*2. Victoria *de potest. ciuil. num.* 6. Molina *de iust. & iur. tract.*2. *disp.* 22. *&* 23. Rebellus *vbi supr.* 1. *par. lib.*2. *q* 9. *num.*5. vers. *Ad primum, pagin.* 100. vbi quòd ciues aliquando ad multa per Magistratum compelli possunt, ad quæ non tenentur ex charitate, neque ex iustitia, & Agia *d. respons. pag.*56. *& seqq.* vbi in specie de subiectione seruitij personalis Indorum loquitur, & eam neque diuino, neque naturali iuri contrariam esse
127 demonstrat. Cùm † eius naturæ sint, vt nec totam libertatem, nec totam seruitutem pati possint, vt aliàs de Romanis dixit Galba apud Tacit. *lib.* 1. *hist.*

128 Idemque generaliùs † de quibuslibet hominibus, & præcipuè pauperibus, otiosis, atque vagantibus, sub iusta mercede ad seruiendum & laborandum in operibus publicis, & aliis Reip. muniis, cogendis, & compellendis, optimè docent † Impp. *in l.* 1. *C. de mendic. valid. lib.*11. 129
vbi Bart. & Platea. *Idem* Bartol. Angel. & Balduin. per text. ibi *in Authent. de Quæstore*, §. *si verò*, cuius verba sunt: *Si verò huius terræ fuerint, & corporibus quidem validis vtantur, vitæ autem eis decens non est occasio; hos non frustra esse terræ onus permittere: sed tradere citiùs eos, vt operum publicorum attinet artibus, ad ministerium, & præpositis panificantium, stationum, & hortos operantibus, aliisque diuersis artibus, aut operibus, in quibus valent simul quidem laborare, simul autem ali, & segnem ita ad meliorem vitam traducere.*

Ad quod etiam spectat † insignis illa *l. nostra* 130
4. *tit.*20. *par.*2. *cuius supr. num.* 58. *meminimus, l.* 1. *&* 2. *tit.*4. *lib.*2. *& tit.*14. *lib.*8. Ordinam. *l.* 11. *tit.*12. *lib.*1. *& l.*2. *tit.*11. *lib.* 8. *Recop.* quæ ita notabiliter inquit; *Todo hombre, ò muger que fuere sano, ò tal que pueda afanar, sean apremiados por los Alcaldes de las ciudades, y villas y lugares de nuestros Reinos, que afanen, y vayan à trabajar y labrar, y que viuan con señores, ò que aprendan oficios en que se mantengan, y no los consientan que esten valdios, y lo hagan ansi pregonar, &c.* quibus arridet illud. Matth. *cap.* 20. *Quid statis hic tota die otiosi? Ite & vos in vineam meam.*

Et plurima alia, quæ ad † dictam coactionem, 131
& otiosorum punitionem confirmandam, & illustrandam adducunt Athenæus *lib.* 6. *dypnosph hist. cap.* 7. Plutarch. *quæst.*7. *fol.*7. *ante finem*, Montalvus, Hugo Celsus, & Auendañus *in suis repertor.* verb. *Vagabundi*, & verb. *Mendicantes.* Idem Auend. *de exequend. mandat.* 2. *part. cap.*6. *num.*2. Ripa *de peste tit. de remed. vbert. num.*166. Petr. Gerard. *singul.*66. *num.*9. Peguera *in quæst. crimin. q.*3. *&* 4. Bouadill. *in Polit. lib.*2. *cap.*13. & plures alij relati à Camill. Borello *in tract. de Magistr. edict. lib.*3. *cap.*16. *& lib.*4. *cap.*14. & Petro Petra *in tract. de potest. Princip. cap.* 15. *num.*4. Nihil enim † potest Reipublicæ nocen- 132
tius esse, quàm si homines otio, & ignauia marcescere permittantur, in cuius detestationem plurima quidem facilè congere possem, nisi otiosum esset cùm de otio agamus, ea velle transcribere, quæ abundè legi possunt apud D. Gregor. *in Registr. cap.*1. *relatum in cap. nonnunquam, de consecr. dist.*1. Polyantheam verb. *Otium*, Balduin. & Bouadill. *vbi supr.* Cæl. Rhodigin. *lib.*11. *lect. antiq. cap.*1. *&* 3. Petr. Gregor. *de Republ. lib.*23. *cap.*7. Matienz. *in dialogo relat.* 1. *part. cap.*1. *numer.* 5. Rutil. Benzonium *de anno Iubilæi pag.* 509. *& seqq.* Simon Maiol. *in dieb. Canicul. to.*4. *colloq. pag.*242. Martin. Delrium *d.* 2. *tom. adag. sacr. adag.*212. *&* 297. & Agiam, *de otio nostrorum Indorum agentem*, vbi *sup. pag.* 49. *&* 50. & nouissimè plures congerentem Callist. Remirez *in tract. de lege Regia Arag. in initio nu.*75. Camill. Borrell. *d. cap.*16. *per tot. & in tract. Hispano sermone scripto, Del honesto trabajo, y daños de la ociosidad*, & Ritershusium *ad Nouell.*80. *part.*12. *c.*15. *pag.*697. *& seqq.*

Quibus addo † Alciat. & Brocens. ac Minoëm. 133
eius Commentatores *Embl.*81. vbi otium damnans, eorumdem Indorum mores veluti exprimere videtur, qui hodierno, vt diximus, cibo contenti,

tenti, nullam de craſtino curam habent, contra illud præceptum Pythagoræ, quod *ibidem* ipſe Alciat. pungit, & latiùs exponit *libr. 1. Pareg. cap. 17.*

Quiſquis iners, abeat, nam in chænice figere ſedem
Nos prohibent Samij dogmata ſancta ſenis.
Surge igitur, duróque manus aſſueſce labori:
Det tibi dimenſos craſtina vt hora cibos.

134 Etenim † vt præclare etiam ſcribit Caſſiodor. *libr. 1. epiſt. 39. Natura humana ſicut duris laboribus inſtruitur; ita per otia torpentia fatuatur.*

135 Septimò & vltimò facit, † quòd non ſolùm iuris communis regulis, verùm peculiaribus etiam harum Indiarum legibus, ſchedulis, & ordinationibus eadem hæc Indorum ignauia iam pridem notata reperitur, & dictis ſeruitiis ad Reipub. vſum, & conſeruationem neceſſariis, ſub iuſtis formis, & temperamentis, diſtribui iubentur, quidquid aliàs aliter ob varias temporum, & relationum cauſas diſpoſitum fuerit. Ita enim videmus in antiquis Mexicanis ordinationibus ann. 1530. caueri, ne Indi otioſi, & vagabundi eſſe permittantur. *Sino que trabajen en ſus haziendas y labranças, ò en oficios, ſi los tuvieren, en los dias que fueren de trabajo, y ſean induſtriados como ganen ſoldada y ſe approuvechen de la tierra labrandola.* Anno quoque 1552. epiſtola quædam Guatemalenſi Cancellariæ expedita reperitur, *2. tom. impreſſ. pag. 137.* quæ iubet, vt Auditores, quibus terræ viſitatio committitur, inter alia curent, vt Indi rem familiarem, & ruſticam curent, & ab ignauia reuocentur, ea ratione reddita: *Porque ſe dize, que ſon holgazanes, y ſi no ſe prouee que trabajen para ſu prouecho, no tendran ningun genero de policia, ni aprouechamiẽto, lo qual ſeria en daño ſuyo.* Et eodem anno, & ſequentibus alia ſchedulæ eidem Cancellariæ, & Peruanæ miſſæ videntur, quæ extant *in 4 to. pag. 301. & ſeqq. & pag. 352.* quæ idem enixè prohibẽt, & vt Indi, qui otioſi & vitioſi eſſe dicuntur: *Sean compelidos à vſar los oficios que tuvieren, y à trabajar en labores de campo, y obras de ciudad, &c.* Et in capite epiſtolæ miſſæ ad Audientiam Mexicanam ann. 1555. *4. tom. pag. 311.* dicitur: *Que ſe tiene entendido por notorio, que los Indios de ſu condicion ſon inclinados à holgar, y que ai neceſſidad que ſean compelidos y apremiados à trabajar, porque de ſu voluntad no lo haran. Y que aſſimiſmo ſe tiene entendido, que la Republica de los Eſpañoles en ninguna manera ſe podria ſuſtentar ſin ſer ayudados de los Indios, y que aſſi era juſto mandar, que los Indios trabajaſſen, è ſembraſſen, y ſe ocupaſſen, y hizieſſen ſus oficios.*

136 Ex alia † item ſchedula Quitenſi Prætorio miſſa 19. Octobr. ann. 1591. apparet multa quidem relata fuiſſe, quæ ad tollenda, vel moderanda hæc ſeruitia perſonalia ſpectabant: ſed tamen Rex noſter Philipp. II. decidit, ſeruitium, quod omninò tolli, & ceſſare iubetur, illud eſſe, quod Indi ſuis Commendatariis abſque vlla mercede præſtare compellebantur, *de quo ſup. cap. 1.* latè loquuti ſumus: *Pero el que hazen por ſus jornales, es forzoſo, y para ellos tolerable, ſi ſe les haze el tratamiento y paga que conuiene.*


137 Mandatis quoque, † ſiue inſtructionibus Dom. D. Ludouici à Velaſco, electi Peruani Proregis 21. Iulij ann. 1595. *1. tom. pag. 319. & ſeq.* duo capita extant, quorum vnum 47. in ordine, Indorum quidem laboribus, & grauaminibus obuiam iri feriò admodum iubet, ſed ſtatim tamen addit: *Eſto con tanta moderacion y prudencia, que los dichos naturales no dexen de ſeruir en todo lo neceſſario, como lo es para ellos miſmos, &c.* Alterum quod eſt 51. (relata Indorum ignauia) iubet, vt vnuſquiſque in officio, quod didicerit, laborare compellatur. Et qui officia non habent, agriculturæ & ædificiis, aliiſque operibus publicis deducantur & conducantur: quoniam otioſitas multorum vitiorum mater exiſtit. Cui ſchedulæ mirè conuenit Hadriani Imp. epiſtola ad Seruianum Conſulem, quam refert Flauius Vopiſc. in Saturnino & Alban. Spinaſat. *in politiſmo fol. 20.* vbi primores Chriſtianos Alexandriam habitantes per D. Petrum inſtitutos, ita ciuilem rationem ordinaſſe memorat, vt nemo viueret otioſus: *Quin potius* (inquit) *alij vitrum conflent, ab aliis charta conficiatur, habeantque podagroſi, quod agant: cæcis detur negotium quod procurent, exciſi quod faciant, habeant: ne chiragrici quidem apud eos otioſi viuant, &c.* vſque adeò viſa (vt Horatius ait) vitanda improba Syren deſidia.

Et poſſem quidem ſexcentas alias ſchedulas, ad hunc ſcopum tendentes, facili negotio congerere; ſed vt ad nouiores, & nobiliores accedam, in illa Valliſoleti † 24. Nouembr. ann. 1601. quæ vo- 138
catur *Del ſeruicio perſonal*, etſi id cordi Regi noſtro Piiſſimo Philipp. III. fuiſſe videatur, vt coactiones, & grauamina, quæ Indis occaſione horum ſeruitiorum inferebantur, in poſterum tollerentur, & ad id ſumma cura, multa prouiderit; benè tamen adſpexit, aliqua munia eſſe, quæ ſi Indi ſubire non cogerentur, ipſorum Indorum, & ſimul Hiſpanorum Reſpub. magnum detrimentum acciperet, & ita in metallorum fodinis eos excuſari noluit, vt patet ex *cap. 13.* & in aliis operibus eam cautionem adhibuit, vt Indi, quamvis à coactis diſtributionibus reuelarentur, non ideò tamen otioſi manentes, in neceſſariis laborare deſinerent, vt apertè conſtat ex *cap. 11.* cuius verba, quæ etiam iterum epilogantur *in cap. 28.* hîc libens insererem, niſi prolixitatem vererer.

Et denique, † cùm in huius ſchedulæ imple- 139
mento, quatenus in plurimum Indos ad ſeruitia perſonalia compelli, prohibebat, multæ, ac graues difficultates ſeſe obtuliſſent, quæ ab eius executione ſuperſedere fecerunt Peruanum Proregem D. Ludouic. à Velaſco, cui præcipuè directa fuerat; idem Rex noſter Philipp. III. maturiori conſilio habito, & naturali Indorum ignauia conſiderata, aliam expediri mandauit, Aranjuecij 26. Maij ann. 1609. quæ tandem ſtatuit, vt pro rebus vtilibus, & Reip. neceſſariis, Indi, vt anteà, diſtribui, & ad operas ſuas ſub moderata mercede præſtandas, per vices compelli poſſent, aliquibus tamen cautionibus additis, vt exceſſus, & iniuriæ ceſſarent, quæ anteà hac occaſione illis irrogari ſolebant, de quibus *in cap. ſeq.* latiorem ſermonem inibimus. Cuius ſchedulæ priora tantùm verba hîc inſerere contentus ero, quibus hoc, quod diximus, ſatis luculenter exprimitur. Ea autem præmiſſa præfatione ingentis deſiderij ſubleuationis Indorum, ſic habent.

Primeramente ordeno y mando, que ſe hagan los repartimientos de Indios neceſſarios para labrar los campos, criar los ganados, beneficiar las minas de oro, plata y azogue, y los obrajes de lana y algodon, pues de ſu labor reſulta la comun vtilidad

vtilidad de todos essos Reinos, que arriba queda referida, y presupuesta la repugnancia que muestran los Indios al trabajo, no se puede escusar el compelerlos.



CAPVT V.

De cautionibus, siue conditionibus, quæ in dictis seruitiis personalibus requiruntur, vt eorum iniustitia tollatur, & durities, ac pernicies temperetur.

SVMMARIVM.

1 *Auctor sententiam suam proponit, circa materiam tollendi seruitij personalis.*
2 *Indi, quo casu ad seruitia personalia ob publicam vtilitatem compellendi sint, per vices mutari debent.*
3 Lex placuit 8. C. de Palatinis sacrar. largition.lib.12.explicatur.
4 *Mittendarij qui dicantur in aliquibus legibus Voluminis?*
5 Mitayos *vocant Peruani Indos, qui per vices ad seruitia mittuntur, & cur?*
6 Lex ab honoribus, C. de muner. & honor. l. actores 4. C. de exact. tribut. l. vniuersi, C. de legationib. lib. 10. *explicantur.*
7 *Leuius id portatur, quod à pluribus portatur.*
8 Lex & qui originem 3.§.Præses,D.de muner. & honor. *explicantur.*
9 *Munera personalia non semper eisdem debent iniungi.*
10 *Indorum* Mitayorum *mutationes qualiter faciendæ ex sententia Matienzi & Acostæ?*
11 *Vicissitudo, & mutatio rerum in omnibus est iucunda.*
12 *Schedulæ Regiæ expenduntur,quæ Indos seruitiales per vices mutari iubent.*
13 *Vtopiensium ordo in mutandis agricolis.*
14 *Seruitia personalia, quæ Indis, vel aliis quibuslibet publicæ vtilitatis causa iunguntur, consueta & moderata esse debent.*
15 L. cùm patronus 22. §. vltim. & l. medicos 26. D. de oper. libertor. *exponuntur.*
26 L.locum 17.§.ex eo, D.de vsufruct.& l.continuus,§.cùm ita,D.de verb.oblig. *expenduntur.*
17 *Operæ moderatæ à libertis Patronis præstari debent.*
18 *Seruitia indefinitè debita, qualiter dominus feudi à vassallis exigere possit?*
19 *Vassallus, quæ remedia intentare possit contra dominum, insolita, vel immoderata seruitia exigentem?*
20 *Villæ obligatæ ad operas, quas præstare debeant?*
21 *Seruitium domino tempore belli à vassallo promissum,qualiter accipiendum?*
22 *Operæ grauiores, & inconsuetæ, num vrgente necessitate, exigi possint?*
23 *Seruis etiam moderatæ operæ, & cum aliqua vacatione iniungendæ sunt.*
24 *Vtopiensium mos in designandis horis operariorum.*
25 *Indorum coacta seruitia cum magna moderatione, & sine graui eorum incommodo exigenda,ex Acosta, & aliis.*
26 *Schedulæ Regiæ referuntur,quæ seruitiis Indorum modum præfigunt.*
27 *Indi non sunt cogendi nocturnis horis laborare.*
28 *Operæ sunt diurnum officium.*
29 *Operis per colonum debitis, nocturnæ non veniunt regulariter.*
30 *Auctor Indos Huancauelicenses noctu in fodinas adigi non permisit.*
31 *Noctem ad requiem laboris diurni natura hominibus dedit.*
32 *Indi,ita demum alienis seruitiis addicendi sunt, vt priùs operibus sibi ipsis necessariis consulatur.*
33 *Charitas vbi non est,non est iustitia: & benè ordinata incipit à se ipso.*
34 *Ius non patitur,vt quis sibi,& suis deficiat,vt aliis prosit.*
35 L.suo victu, & l.aut certè, D. de oper. libert. *cum aliis expenduntur & illustrantur.*
36 *Necessitas prouidendi super propriis rebus,excusant à cura de alienis.*
37 L. vltim. D. de muner. & honor. *explicatur.*
38 *Munus personale nullum est, quod non habeat aliquod detrimentum seruientis.*
39 *Actione nulla tenetur,qui sibi prospicit, etiam cum damno alterius.*
40 *Indos ita ad seruitia publica adigi debere, vt priùs suis necessitatibus consulant, pluribus Auctoribus & schedulis comprobatur.*
41 *Indi ad seruitia solùm intra septimam partem dari iubentur.*
42 *Leges,quæ Indorum seruitia moderata esse iubent, non solùm pia sed etiam Reip.vtilissimæ sunt.*
43 *Indos benè tractari expedit,vt conseruetur & augeantur.*
44 *Gillas Agrigentinus qualiter seruos suos tractaret?*
45 *Liberorum procreatio in releuatione vassallorum consistit, ex Nazario.*
46 *Schedulæ duæ expenduntur, quæ Indos sibi, vel filiis suis aliquando necem inferre solitos, tradunt, vt fugiant seruitia personalia.*
47 *Indi inualidi, aut qui plenam pubertatem non habent,ad seruitia personalia mittendi non sunt.*
48 *Pubertas plena post annum 18.contingit.*
49 *Minores à præcepto ieiunandi vsque ad 21. annum liberantur.*
50 *Minores si deliquerint, mitiùs puniendi sunt.*
51 *Schedulæ expenduntur, quæ Indos ætate minores ab oneribus releuant.*
52 *Indi olim antequam matrimonium contraherent,à tributis,& seruitiis liberari solebant, & qualiter hoc emendatum?*
53 *Fœminæ à seruitiis personalibus liberæ esse debent.*
54 *Collecta si imponatur in locum seruitij personalis,fœminæ eam præstare non debent.*
55 *Fœminarum à seruitiis excusandarum, quæ sit ratio?*

57 *Senes & infirmi à seruitiis, & muneribus personalibus liberi sunt.*
58 *Feudum non amittit vassallus, qui ob senectutem, vel ægritudinem seruitium præstare non potest.*
59 *Schedula anni 1583. expenditur, quæ Indos impeditos, vel vxores, aut filios infirmos habentes, à seruitiis personalibus liberat.*
60 *Senectuti debetur quies, & reuelatio à ieiuniis.*
61 *Indi qui publicis seruitiis, & ministeriis distribuuntur, longè à suis municipiis abducendi non sunt.*
62 L. 1. l. pro locis, l. nemo, C. de annon. & tribut. *& similes expenduntur.*
63 *Ratio temporis, & viarum in omnibus habenda est.*
Iudicis arbitrio relinquitur, quis locus remotus dicatur; ibidem.
64 L. sed & hæc, §. non solùm, D. de procurat. *illustratur.*
65 *Itineris longi vitandi causa multa in iure statuta sunt.*
66 *Indi non solùm ad loca remota ad seruiendum deduci non debent, verùm neque ad intemperata, & suæ saluti contraria.*
67 *Intemperies aëris, vel loci multa operatur.*
68 Cap. 2. de Iudæis, vers. Quod si quisquam, *expenditur.*
69 *Cœli, & soli patrij mutatio, maximè ad loca intemperata nocentissima est, & è contrario repetitio saluberrima.*
70 *Patria propria cuique suauis, & amabilis est.*
71 *Iudex etsi habeat arbitrium vbi pupillus educari debeat, intelligitur intra patriam pupilli.*
72 *Ioseph Acostæ verba expenduntur, pro Indis ad intemperatas regiones non deducendis.*
73 *Indos faciliùs ad longinquas, quàm ad contrarias suæ temperiei regiones deduci posse, benè obseruat Ioan. Matienzus.*
74 *Schedulæ expenduntur, quæ Indos ad loca remota, vel intemperata deduci prohibent.*
75 *Salarium, siue merces competens Indis, qui seruiunt, in propria manu præstari debet.*
76 *Merces operarij, seu mercenarij singulis diebus præstari debet, & quare; licèt in aliis rebus contrà obseruetur.*
77 *Indis salarium præbendum est, etiam pro diebus in eundo, & redeundo consumptis.*
78 *Absentiæ necessariæ tempus pro seruitio computatur.*
79 *Medicus debet habere sumtus in eundo & redeundo.*
80 *Operæ si in loco vbi Patronus moratur, præstandæ sint, vecturæ sumptûs ipse præstare debet.*
81 *Iter qui facit ob alterius vtilitatem, eius sumptus ab eo petere potest.*
82 *Operarius dignus est mercede sua, quæ retardari non debet: plura loca Sapripturæ ad hoc.*
83 *Isaiæ locus* cap. 21. vers. 9. *agens de anno mercenarij, expenditur & illustratur.*
84 *Ioseph. Acosta, & alij qualiter mercedem Indorum* Mitayorum *statuant?*
85 *Schedulæ Regiæ referuntur, quæ de salario, siue mercede Indorum seruientium pertractant.*
86 *Indorum seruientium salarium qualiter taxari iubeatur?*
87 *Schedulæ seruitij personalis ann.* 1601. *&* 1609. *de salariis Indorum agentes, expenduntur.*
88 *Indis, publicis ministeriis inseruientibus, victui, & vestitui necessaria moderatis pretiis exhibenda sunt.*
89 *Indi seruientes si ægrotent, qualiter, & quomodo curari, & refici debeant?*
90 *Indos sibi ob ministerium publicum distributos nemo vendere, vel in alios vsus transferre potest.*
91 *Indi occasione seruitiorum à Religione Christiana abducendi non sunt.*
92 *Religionis consideratio in omni re debet esse præcipua.*
93 *Indorum doctrina & Religio præcipuè, & super omnibus nostris Regibus iniuncta est.*
94 *Caput instructionis Peruani Proregis circa instructionem Indorum, expenditur.*
95 *Indi seruitiales in Fide instruendi sunt, & festa obseruare debent.*
96 *Schedulæ expenduntur, quæ seruitium Indorum saluti consulunt: & præcipuè illa anni 1546.*
97 *Seruitiis personalibus, quantum fieri potest, abstinere debemus, quia ferè impossibile est, vt leges pro eorum iustificatione latæ præcisè seruentur.*
98 *Hispani admonentur, vt cum Indis, sibi ad seruiendum designatis, blandè se habeant.*
99 *Indos qui durè habent, aut afficiunt, qualiter à Deo puniantur.*
100 *Indorum vexationibus quæsita, citò amittuntur, & rarò ad nepotes perueniunt.*
101 *Diuitiæ malè quæsitæ nunquam proficuæ, neque tutæ sunt, ex Diuus Gregorius & aliis.*
102 Deuter. 14. & Prouerb. 28. *loco ponderantur, & explicantur.*
103 *Indi Hispanis ad seruiendum designati, aliqua vi, vt munera sua expleant, adigi, & corrigi possunt.*
104 *Seruis nullum otium relinqui debet.*
105 *Ecclesiast. locus* capit. 37. vers. 25. *exponitur.*
106 *Adagium*: Phryx verberatus melior: *& alia similia exponuntur.*
107 *Indi paternali potiùs, quàm herili more tractandi, & corrigendi sunt.*
108 *Indos qui crudeliter vexant, aut castigant, eorum seruitio priuandi sunt.*

HÆc quidem sunt, quæ pro tollendis, vel conseruandis personalibus Indorum seruitiis, de quibus tractamus, ad vtramque partem expendi posse videntur. In quo † lubrico, 1 & difficili iuris articulo, ego, vt meam sententiam proponam, negantem planè, vt tutiorem, & æquiorem amplecterer, si ipsorum Indorum ignauia, & communis huius Indici Imperij necessitas, & vtilitas omnimodam in eorum seruitiis libertatem & subleuationem permitteret. Sed quoniam ita experientia comparatum est,

eſt, vt neque cum illis ſatis commodè, nec ſine illis vllo modo, iuxta præſentem rerum ſtatum, viuere poſſimus, non verebor ex conſiderationibus, & argumentis *in cap. præced.* relatis, affirmantem opinionem tueri, quæ eiuſmodi coacta ſeruitia defendit, dummodò in illis exigendis, & exhibendis ſequentes leges ſiue cautiones obſeruari curentur, quibus neglectis, vix, erit, vt à tyrannidis, & iniuſtitiæ nota excuſari poſſe videantur.

2 Primò igitur † diligenter curandum, & cauendum eſt, ne in prædictis perſonalibus ſeruitiis totum pondus in aliquibus Indis reclinet, aliis quietè & otioſè viuentibus; ſed ita potius diſtribuatur, vt labor æqualiter ad omnes perueniat, & alternis vicibus illum ſubire cogantur, per annum, ſemeſtrem, bimeſtrem, aut etiam per menſes, vel hebdomadas, provt operæ qualitas poſtulauerit, vt
3 in ſimili notat Platea per text. *ibi † in l. placuit* 8. *C. de Palatin. ſacr. largit. lib.*12. vbi Palatinos ſacrarum, vel priuatarum largitionum, qui ad Prouincias mitti iubentur, ſingulis annis mutari Imperatores ſtatuunt, & ex certo numero eligi, eóſque *Mittendarios* ap-
4 pellant. Qua voce † etiam vtuntur *in l.3. & 7. eod. tit. & in l.2. C. de canone largitional. titul. lib.*10. & Caſſiodor. *lib.*11. *var. epiſt.* 47. cum aliis traditis à Canano *lib.*4. *commentar.c.*15.*num.*4. & Briſſon. & Kalino *de verb. iur. verb. Mittendarij*, Bullenger *de Imp. Roman. lib.* 6.*c.*52.*p.*601. & Pancir. *in Theſaur, var. lect. p.*276.
5 Eſtque ei quodámodo ſimili, qua † in hoc Reg. Peruano hos ſeruientes Indos, proprio ipſorum idiomate, vocare ſolemus, ſcilicet, *Mitayos*, quæ tamen non miſſos, vel mittendos, ſignificat, ſed homines, qui per vices ad ſeruiendum mutuantur, ex hac nimirum viciſſitudinis neceſſitate, de qua loquimur, tracta nuncupatione.

6 Idem probat text. † *in l. ab honoribus, C. de muner. & honor. in l. vniuerſi, C. de legationib. & in l. actores* 4. *C. de exactor. tribut. lib.*10. vbi Gloſſ. *verb. Immanitas* (malo legere, *immunitas*, vt habetur *in C. Theodoſ.*) id
7 portari † leuiùs rectiſſimè docet, quod à pluribus portatur; argumento text. *in Auth. de nat. in cur. ded. in Princip. l. omnium, C. de omn. agro deſert. & l.2. de priuileg. dom. Auguſtæ lib.*11. & facit Adagium: *Multæ manus reddunt onus leue*, de quo diximus *ſuprà cap.4. num.*79. & text. *in l. legato, D. de vacat. mun. l. Paulus* 8. *D. de legationib.* & meliùs, & ad noſtrum propoſitum aptiùs,
8 & atque apertiùs, *in † l. & qui originem* 3. §. *Præſes prouinciæ, D. de muner. & honor.* vbi ita Vlpian. ſcribit: *Præſes prouinciæ prouideat, munera, & honores in ciuitatibus æqualiter per vices ſecundùm ætates & dignitates, aut gradus munerum, honorúmque, qui antiquitùs ſtatuti ſunt, iniungi: ne ſine diſcrimine, & frequenter his oppreſſis, ſimul viris, & viribus Reſpublicæ diſtituantur.*

9 Ex quibus † meritò poſt Plateam *vbi ſuprà* concludit Auendañ. *in c. Prætor.* 2. *par. c.*14. *n.*11. in muneribus perſonalibus talem ordinem ſeruandum eſſe, vt qui ſemel laborauit, ſeruiendo Reipub. cum perſonali labore ſuæ perſonæ, non debeat ſemper in tali labore durare, ſed diuidatur labor, ponendo alios in eo-
10 dem officio. Et idem † in noſtris terminis notat Matienzus *in d. tract. M. S. de moder. Reg. Perù*, 1. *par. c.*4 5. & 9. vbi de his ſeruitiis perſonalibus agit, & qualiter Indi, ad ea mittendi ſint: & Acoſta *de procur. Ind. ſalut. lib.*3. §.17. *pag.*342. in illis verbis: *Vbi peruerſitas illa cauenda eſt, ne huiuſmodi onera inæqualiter Indos premant, ſed per ſortes, vicéſque ſuas, &c.* & *pag.*344. ibi: *Tum etiam inter ipſos iuſta oneris viciſſitudo ſeruetur, ne aliorum remiſſio aliorum ſit tribulatio, ſed ex æqualitate, vt dixit Apoſtolus*, & *cap.*18. *pag.*354. de loquens de iis, qui ad metalla operanda mittuntur: *Ad vltimum, vt labor ipſe diſtribuatur commodè per vices ſuas, ne diutiùs contra voluntatem ſuam à patria abeſſe cogantur. Neque vna prouincia ſemper oneretur, altera ſemper in otio degat.* Eſt
enim in rebus † omnibus, & præcipuè in la- 11
boribus, non tantùm iucunda, verùm & prorſus neceſſaria mutatio, & viciſſitudo, vt conſtat ex illo prouerbiali carmine Ouidiano *in epiſt. Phædræ*:

Quod caret alterna requie, durabile non eſt,
Hæc reparat vires, feſſáque membra leuat.

Quod etiam notauit Fab. Quintilian. *Orat. Inſtitut. lib.*1. *cap.*3. dum inqnit: *Danda eſt omnibus aliqua remiſſio: non ſolùm quia nulla res eſt, quæ perferre poſſit continuum labore; atque ea quoque, quæ ſenſu, & anima carent, vt ſeruare vim ſuam poſſint velut alterna quiete retenduntur, &c.* & docuit Ariſtot. *lib.*2. *Rhetor. & lib.*7. *Moral.* Eudem. & Virgil. *Ecloga* 3.

Alternis dicetis, amant alterna Camænæ.

Quos, & alios refert Eraſm. *in Adag. Iucunda viciſſitudo rerum.*

Et ita † in ſpecie plurimis Regiis ſchedulis, 12
& prouiſionibus hæc Indorum mutatio, ſiue alternatio ſtrictè præcipitur, quæ habentur *in tom* 4. *impreſſ. pag.*280. cum multis ſequentibus. Et vt alias antiquiores omittam, in illa ann. 1601. *cap.*15. *in fin. & cap.*18. concluditur: *Que no ſe repartan à cada pueblo mas Indios de los que le cupieren, conforme à ſu poblacion, y que ſe tenga mucho cuidado con que los Indios que huuieren cumplido ſus mitas, no ſean obligados à boluer à ellas, ni al ſeruicio de las minas, haſta que aya llegado ſu tanda, y que los hagan boluer luego à ſus caſas.* Et *cap.* 24. loquens de fodinis argenti viui, quas vocant, *de Huancauelica*: idem ſtrictiùs diſponit, & miniſteria laborioſæ illius operationis etiam inter ipſos Indos, actualiter ei inſudantes, mutari: *Para que aſſi ſu mayor trabajo, como lo que fuere aliuio, ſe reparta igualmente entre todos.* Et idem diſponitur in altera ann. 1609. *cap.*5. ibi: *Que la mita y repartimiento ordinario no pueda ſacar de cada pueblo ſino la ſeptima parre de los vezinos que huuiere à la ſazon y tiempo del repartimiento. Conſiderando, que no ſe debe tanto atender à la mas, ò menos ſaca de la plata y oro, como à la conſeruacion de los Indios, ſin cuyo trabajo y diligencia ceſſaria la labor y beneficio de las minas, &c.* & *cap.* 12. 13. & 16. hoc idem repetit, & vt nullo modo in eiſdem Indis laboris aſſiduitas permittatur: atque etiam vt ſua vice functi, ſtatim ad ſua mancipia reuertantur; & nullo prætextu violenter detineantur: *Porque de eſtas detenciones violentas, ſe les ſiguen innumerables daños, y es de los abuſos que con mayor cuidado aueis de impedar y caſtigar fauoreciendo y cautelando ſu libertad,*

libertad,de tal manera,que no padezcan violencia, ò compulsion alguna.

13 A quibus non longè abeſt † Vtopienſis inſulæ inſtitutum, quod in ſua Vtopia refert Thom. Morus *lib.2. pag. mihi* 51. & ex eo, nimis laudans, Rhenat. Choppin. *de priuil. ruſtic. lib.2. 1.par. c.*8. inquiens, quòd in ea Repub. nullæ extant ruſticæ familiæ,quæ in viris, mulieribúſque pauciores habeant, quàm quadraginta præter duos adſcriptitios ſeruos, quibus pater, matérque familias graues, ac maturi præficiuntur, & ſingulis tricenis familiis Phylarcus vnus. E quaque familia viginti quot annis in vrbem remigrant,hi,qui bienniũ ruri compleuere. In horum locum totidem recentes ex vrbe ſubrogantur. Vt ab his, qui annum ibi fuere, atque ideò ruſticarum peritiores rerum, inſtituantur, alios anno ſequenti docturi: ne ſi pariter omnes ibi noui & agriculturæ rudes eſſent,aliquid in annona per imperitiam peccaretur.

14 Secundò caueri oportet,vt prædicta perſonalia ſeruitia, quæ Indorum humeris imponuntur, non ſolùm neceſſaria, vel vtilia eſſe Reipub. comperiantur, vt *ſuprà* retulimus, verùm & conſueta ſint, & moderata,quoniam regulariter omnes, qui ſeruiunt, nimis onerandi non ſunt, neque graui, aut inſueto labore vexandi: *l. cùm ſatis, §. caueant, C. de agricol. & cenſit. l. 1. C. de quib. cauſ. colon. dom. accuſ. poſſ. lib.*11. vbi Platea & Iacob. Rebuff. & Tiraq. *de nobilit. priuil.*37. *n.*37. ſed illud otium, & ſpatium eis concedi debet, quod eorum quieti, & ſaluti
15 conueniat: vt probat elegans † text. *in l. cùm Patronus* 22. *§. vlt. D. de oper. libert.* ibi: *In omnibus operis precipuè obſeruandum eſt, vt temporis ſpatia, quæ ad curam corporis neceſſaria ſunt, liberto relinquantur*: & *in l. medicos* 26. *D. eod.* ibi: *Dummodò liberas operas ab eis exigeret, hoc eſt, vt acquieſcere eos meridiano tempore,& valetudinis,& honeſtatis ſuæ rationem habere ſineret.*

16 Et facit † text. *in l. locum* 17. *§. ex eo, D. de vſufr.* ibi: *Quamvis vſufructuarius, nec contrariis quidem miniſteriis, aut inuſitatis, artificiam eius corrumpere poſſit, nec ſeruum cicatricibus deformare*; & *in cap. non mediocriter* 24. *de conſecrat. diſt.*5. vbi etiam in ſpiritualibus immoderatam ciborum egeſtatem, ſomni penuriam, vel corporis afflictionem D. Hieronym. reprehendit, & *in l. continuus* 137. *§. cum ita, D. de verb. obligat.* vbi Vlpian. reſoluit,ei, qui ſe aliquo loco dare promiſit, tempus commodum boni viri arbitrio concedi debere, quò illuc peruenire poſſit: *Vt neque duplomate, id eſt, diebus,ac noctibus,& omni tempeſtate contempta,iter continuare cogatur; ſed habitâ ratione temporis, ætatis,ſexus,valetudinis id agat vt maturè perueniat,&c.*

17 Quod idem † in materia operarum præſtandarum, docuit etiam, & ad æquum arbitrium remiſit Celſus I. C. *in l. ſi libertus ita* 30. *D. de oper. libertor.* per quem in materia feudorum te-
18 nent communiter DD.† ſeruitia indefinitè debita,moderare per dominos à vaſſallis exigenda eſſe,conſiderata ex æquo, & bono feudi,& vaſſalli conditione,vt conſtat ex Bald. *n.*1.& 2. Præpoſit. *n.*1. Afflict. *n.*29. Aluarot. *n.*3. Laudenſ. *n.*24. *in c.*1. *in quib. cauſ. feud. amitt.* Ardizzon. *in tract. de feud. c.*67. Borcholt. *c.*1. *n.*28. & ex aliis relatis per Roſenthal. *in epitom. feudal.* 1. *par. c.*8. *concl.* 22. *n.*4. *pag.*459. & Gail. *lib.*1. *obſeruat.*17. *n.*3. & *lib.*2. *obſeru.*62. *n.*12. Vbi addunt, † poſſe vaſſal- 19
lum contra dominum inſolitas,vel immoderatas operas,ſeruitiavè exigentem,actione iniuriarum agere, & implorare officiũ ſuperioris,vt domini ſuppreſſionẽ reprimat, prout & ante eos tradiderat Speculat. *in tit. de feud. §. quoniam,* Pileus *q.*61. Iaſ. *in prælud. feudal. n.*69. Roman. *conſ.*37. *n.*1. Grammat. *deciſ.*104. & Menchaca *lib.*1. *controuerſ. illuſt. cap.*8. *n.*17.

Quibus adiicio text. *in d. l. placuit* 8. *C. de Palatin. ſacr. largit. lib.*11. per quem ibi notat Ioan.
de Platea, † villas obligatas, ad operas non 20
continuas,ſed ſucceſſiuas,& præſtitu poſſibiles, adſtringi. Et Iſern. *in cap.*1. *§. ſimiliter, n.*5. *de Capitan. qui curiam vendid.* Vbi † inquit,ſeruitium 21
tempore belli promiſſum à vaſſallo, pro feudo ſibi conceſſo,intelligi debere,de ſeruitio paruo aliquo tempore præſtando, non autem pro toto ipſo belli tempore,cum magno ſui detrimento. Quod dictum referunt, & extollunt Afflict. *vbi ſuprà n.*38. Marin. Frecc. *in tract. de ſubfeud. lib.*2. *§. quinta auctoritas, n.*14. & Iacob. Menoch. *conſ.*671. *n.*9. & 10. *vol.*7. Vbi hinc generaliter colligit,ſemper ſeruitia moderatè,& iuxta rationem exigenda eſſe, & cum minimo detrimento eorum,qui illa præſtare debent. Et idem nouiſſimè proſequitur Borrell. *de Magiſtrat. lib.*4. *c.*9. *ex n.*44. & *c.*14. per totum.

Et num † ob vrgentem aliquam neceſſita- 22
tem operæ grauiores conſuetis,& tolerabilibus exigi poſſint? optimè diſputat Guido Papæ *conſ.*1. *n.*12. Craueta *conſ.*702. *n.*25. Menchaca *lib.*2. *controuerſ. illuſtr. c.*83. & Ioan. Garcia *in tract. de expenſis c.*9. *n.*3. Et eſt videndus Simon Maiol. *in dieb. Canicul.* 2. *tom. colloq.*5. *de aula & caula.* Vbi † rectè aduertit,non ſolùm homines 23
liberos,qui nobis famulantur, verùm proprios quoque ſeruos nimiis laboribus onerandos non eſſe,ne illis ſuccumbant; ſed & vt lætum quandóque, atque feſtium diem tranſigant, ipſis committendum, hiſce enim vacationibus vires recolligunt, atque impenſiùs poſteà laboribus inſiſtunt. Et ſtatim docet, & probat, ad hunc etiam modum ruſticos (ſub quibus agricolas & paſtores comprehendit) ſuas habuiſſe ab antiquo per certas vices à laboribus vacationes, quin etiam certa quædam, & feſtiua conuiuia, quæ ab illis, poſt operum præſertim, atque laborum præfunctionem, animi recreandi, reficiendíque cauſa agitantur. Quod † etiã 24
mirè iuuat mos Vtopienſium relatus à Thoma Moro in eorum *Rep. lib.*2. *pag.*65. & *ſeq.* vbi de opificibus agens, & qualiter hi in aliquibus prouinciis à ſummo mane, ad multam vſque noctem perpetuo labore fatigentur, apud Vtopienſes inquit contrarium per eorum Magiſtratus curari, quos Syphograntos vocat. *Qui cùm in horas viginti quatuor æqualas diem connumerata noctè diuidant, ſex dumtaxat operi deputant, tres ante meridiem, à quibus prandium ineunt, atque à prandio duas pomeridianas horas cùm interquieuerint, tres deinde rurſus labori datas cœnâ claudunt, quum primam horam ab meridie numerent, ſub octauam cubitum eunt. Horas octo ſomnus vindicat: quidquid inter operis horas ac ſomni, cibique medium eſſet, id ſuo cuiuſque arbitrio permittitur, &c.*

25 Sed ne longiùs abeamus, hoc ipsum, † de personali Indorum seruitio loquentes, optimè animaduertunt Matienzus & Agia *in locis suprà relatis*, & eleganter, vt solet reliqua, Ioseph. Acosta *d. lib.3. de procur. Ind.salut. c.17. pag.344.* ibi: *Et cum minimo salutis, fortunarúmque suarum incommodo ab Indis ista exigantur*: & *pag.346. Abusio tamen illa amputanda est, & pro iniqua ducenda, cùm in eiusmodi Mitayos (sic enim vocitant) siue mercenarios iustum pretium imminutum est, vel maiora, quàm vires ferant, imperantur, vel diutiùs retinentur, quàm pro ratione præscripta, quæ iniuriosa sunt omnia, & ex improbitate hominum potiùs, quàm ex vllo iure profecta. Neque bona vnquam fide ista vsurpata sunt, sed magna vel temporis, vel hominum corruptione.* Et *c.18. pag.354.* ibi: *Ne laboribus immodicis opprimantur, ad hæc, vt & valentibus opportuna alimenta suppeditentur, & ægrotantibus opportuna solatia non desint.*

26 Extántque † innumeræ Regiæ iussiones, & schedulæ, hoc ipsum singulis propè verbis cauentes, quæ reperiuntur *in 4. tom. impress. ex pag.294.* Et *in 1. tom. pag.321. c.51.* ponitur instructio Peruani Proregis, quæ eiusmodi seruitia moderata esse iubet, ibi: *Y que el trabajo sea moderado, y que sepan los que excedieren en esto, que han de ser grauamente castigados.* In alia quoque schedula missa Quitensi Cancellariæ 19. Octob. ann.1591. seriò præcipitur: *Que los dichos Indios sean bien tratados y pagados.* Et in illa ann.1601. etiam de Indis loquente, qui non coacti, sed voluntarij ad culturam agrorum suas operas locant, hæc verba subnectuntur: *Con que esto sea con la limitacion de tiempo moderacion de trabajo, justificacion de jornales, y certificacion de la paga en sus manos, que vos declararedes, y ordenaredes, como està dichos, &c.* Et *c.26. Y an si mismo vereis lo que està ordenado acerca de las horas del dia que han de trabajar los Indios, assi en las minas, como en las demas labores. Y si aquellas fueren contra su salud, y de mucha incomodidad, y vexacion suya, señalareis las horas y tiempo de cada dia, que huuieren de trabajar, sin que el trabajo sea excessiuo, ni mayor de lo que permite su complexion y fuerças, y de manera que no reciban daño en su salud, &c.* Et denique illa ann. 1609. quæ, vt sæpè diximus, prædicta seruitia personalia sub pluribus cautionibus tolerat, in hac bona, & suaui *Mitayorum* tractatione, eorumdémque seruitiorum moderatione, singulis propè verbis insistit, & *in cap.11.* id Proregis curæ committens, ita piè, & grauiter loquitur: *Que señaleis las horas que huuieren de ocuparse cada dia, con atencion à sus pocas fuerças, ruin complexion, y à la costumbre que generalmente se guarda en todas las Republicas bien ordenadas. Y porque de la ocupacion excessiuo en estos ministerios, les resulta injuria y peligro à su salud, mando, que no puedan trabajar mas tiempo, ni los Indios de mita, ò repartimiento, ni los que fueren de su voluntad à estas labores del que vos ordenaredes, so las penas que parecieren conuenientes.* Et tandem *in cap.33. & 34.* huius rei curam & executionem Proregibus & Auditoribus strictis, & enixis verbis, & sub grauibus pœnis iniungit, ita vt nullo modo patiantur, *Que los Indios voluntarios, ò repartidos, padezcan violencias, vexaciones, injusticias, ni genero de seruidumbre.*

Quæ omnia nos monent † valdè curandum 27 esse, vt in prædictis ministeriis, atque adeò etiam in ipsis metalli fodinis, Indi nocturno tempore laborare non compellantur: vbi id cōmodè exequi potest. Nam † operas esse diur- 28 num officium, & luce explicari constat, vt *in l.1. D.de oper.libert.* Nox verò ad quietem data est naturæ beneficio mortalibus, vt inquit Tit. Liuius *decad.4.lib.10.* Quo fit, † vt etiam operis per 29 colonum domino debitis, nocturnæ non veniát, nisi fortè tempore necessitatis, & ingruente hostium incursu, aut inueterata consuetudine debeantur, vt docet Bart. *in l.si non sortem, §. libertus, D.de condict.indeb.n.11.* Iacob. & Homag. *n.34.& seqq.* & alij, quos refert & sequitur Fred. Husanus *in tract. de homin prop. cap.7. num.97. & 98.*

Qua ratione † ego dum Huancauelicæ essé, 30 Indos, quos ibi *Tutarunas*, vocabant, id est, noctu laborantes, tollendos curaui. Nam etsi hi cum aliis mutari dicerentur, qui interdiu laborabant, quos *Punchaorunas* appellant, nusquam tamen suaderi potui, quin hæc nocturna defatigatio illis durior & nocentior existeret, & naturę priuilegium adimeret, quę noctem † indul- 31 sit veluti in diurni laboris compensationem, vt egregiè cecinit Valer. Flacc. *lib.5. Argonaut.*

Nox hominum genus, & duros miserata labores
Rettulerat fessis optata silentia rebus.

Auson. *in Monosyllab.*

Longa dies operosa viro: sed temperies nox

Et meliùs Basil. Seleuc. *in Transfig.Dom.1. Quòd hominū vita & laboriosa sit, & laboribus obstructa, mundi Opifex diem labori aptauit: nox autem irruens, & delassatum nacta hominem, quò quietem indulgeat, lecto tradit; membra quidem illa somno resoluit, naturæ verò concedit solemne tempus, quo vires paulatim colligat.*

Tertiò curandum est, † vt Indi, qui in præ- 32 dictis ministeriis publicæ vtilitatis intuitu, seruire coguntur, ea cautione distribuantur, & alienis laboribus mancipentur, vt priùs propriis ipsorū commodis, & necessitatibus consulatur, ita vt sibi, suisque familiis, ac municipiis, siue (quas vocant) communitatibus superesse, & prospicere possint. Nam vbi † non est charitas, non potest 33 esse iusticia, *cap.vbi 24 q.1.* Charitas autem benè ordinata à nobis ipsis incipere debet, *l. Præses*, vbi Gloss. & DD. *C.de seruit. & aqua*, ibi: *Cùm sit durum; & crudelitati proximum, ex tuis prædiis aquæ agmen ortum, sitientibus agris tuis, ad aliorum vsum, vicinorum iniuria, propagari; l. fin.tit.23.p.1.* Cassiodor. *lib.1.var.epist.34.ad Fost.* ibi: *Copia frumentorum prouinciæ debet primùm prodesse, cui nascitur: quia iustius est, vt incolis propria fœcunditas seruiat, quàm peregrinis commerciis studiosæ cupiditatis exhauriat. Alienis siquidem partibus debet impendi, quod superest: & tunc de exteris cogitandum, cùm se ratio propriæ necessitatis expleuerit*: cum aliis, quæ congerit M. Mantua *in Enchirid. rer. singul. cap.267.* & Claud. Prat. *Gnosecon. general. iur. lib.5. tit.3.c.1.* Craueta *cons.112. num. 14.* Franc. Personat. *miscell. q.7.* Dueñas *regul.33.* Menoch. *de præsumpt. lib.3. præsumpt. 89. & 91.* Alphanus *in reportat. num.184. fol. 59.* Fuscus *sing.60. litter. C.* & Afflict. *decis. 290. n.8.* Neque † vllo iure, aut ratione præ- 34 cipi

cipi poteſt,vt quis omnino ſibi,& ſuis neceſſaria,ac profutura relinquat, vt aliorum vtilitatibus ſeruiat,vt probat textus optim.iuncta gloſſ. *in cap.medicamentum,de pœnit. diſt.1.cap.qui vlt. ordinatè,de pœnit.diſt.3. cap. quieſcamus 42. diſt. cap.ſi non licet 23.q.5.l.ſi quis à libertis,§.ſolent, verſ.De alimentis,*iuncta Gloſsâ *verb.Liberto,D. de liber.agnoſc.*† *l.ſuo victu,l.aut certè,D.de oper.*
35 *libert.*ibi:*Satis tempus ad quæſtum faciendum, vt ali, poſſit, habeat,* vbi multum in terminis docuit I. C. quod priùs quis pro ſuo victu agere,& ſatagere debet, quàm pro eius,cui miniſterium præſtare tenetur.

36 Ac proinde † aliis iuribus admonemur, neceſſitatem prouidendi ſuper propriis rebus, excuſare ab opera ſuper alienis imponenda, *l. ſi longiùs*, ibi: *Vel rei ſuæ familiaris periculo, D.de iudic.l.licèt autem.* ibi:*Aut occupatio negotiorum propriorum,D.de recept.arbitr.l.ſed ſi quis ex conſignatoribus, D.quemad.teſtam.aper.l.apparitores,C.de exact.tribut.lib.10.l. non ſolùm,§.fin. D.de excuſat.& temp.ear.*ibi:*Scilicet ea, quæ impedimento eſt, quominùs quis ſuis rebus ſupereſſe*
37 *poſſit.*Optim.text.† & valdè notandus, *in l. vlt. in princip.D.de muner.& honor.*vbi Arcad. I. C. generaliter definit:*Munera perſonalia ſunt, quæ animi prouiſione, & corporalis laboris intentione, ſine aliquo gerentis detrimento perpetrantur.*Quod
38 tamen ego, ea mente dictum exiſtimo, † non quòd vllum perſonale munus, ſeruitiumvè ſit, in quo aliquod detrimentum, vel incómoditas ſeruientis non interueniat, ſed quia aliter Reſpublica maius damnum pateretur,quod ipſum quoque ſeruientem grauiùs incommodaret, iuxta ea, quæ circa eiuſdem legis expoſitionem notant Bart.& DD ibid. Petr. Gregor.*lib. 18. ſyntagm. cap.20.* Andr. Gail. *lib.2. obſeruat. 52.* & Bertazol. *in tract. clauſul.clauſ.21.gloſſ.5. & ſeqq.*

39 Et hinc etiam deſcendit, † nulla actione teneri, qui propter ſuas mercedes conſeruandas, alienas proiecerit,*l.qui ſeruandarum 14. D. de præſcript.verb.* Neque eum,qui ſibi, etiam cum damno alterius proſpexerit,*l.ſi quis fumo, D. ad leg.Aquil l.1.§.denique, D.de aqua pluuia,* Gloſſ. *in d.c ſi non licèt 23 q.5.*Gloſſ.*verb.Cum alterius, in cap.primum 21.q.2.* quibus conuenit Terent. illud in Andria:

Hens proximus ſum egomet mihi.

Et alibi,dum inquit:

Verum illud verbum eſt,vulgò quod dici ſolet:
Omnes ſibi malle melius eſſe,quàm alteri.

Quod ſumere potuit è Platone *lib.5.de legib.*vbi Græcum illum verſiculum citat:

Nemo ſe ipſo diligit quemquam magis.

Cui ſimilis eſt alter relatus à gl.*in dict.l. Præſes:*

Alpibus ille perit,qui ſe plus diligit vllum.

Et adducam alia infra *lib.2. cap.16.n.78.& cap. 24 num.109.*

40 Et in ſpecie † quæſtionis, de qua loquimur, idem tradit Acoſta *d. lib.3. c.17.* ibi: *Itemque; illud prouidendum, ne ob ſeruiendi vices ſibi, rebúſque ſuis in neceſſariis deſint:& cap.18 pag.354.* ibi:*Mox in fortunis quoque ſuis non peſſimè conſuli ſentiam,&c.* Eáque propter in antiquis ordinationibus Mexicanæ Cancellariæ ann.1528. quæ habentur *in tom.impreſſ.per Pugam, fol.25.* cauetur:*Que no ſean eſtoruados los Indios de hazer ſus ſementeras y labranzas por ocuparlos en las haziendas,y grangerias de los Eſpañoles,y que ſe prouea como en los tiempos de las ſementeras ſean mas releuados,y ſe les dè lugar, para que las hagan,como mas buenamente ſe pudiere hazer.* Et in aliis ſchedulis ann.1551.ſtatuitur: *Que de tal ſuerte ſe repartan los Indios à los dichos ſeruicios, que hagan poca falta en ſus caſas y haziendas.*Et in alia 30.Maij ann.1583. ſuper memorali grauaminum,diſponitur: *Que los Indios labren ſus tierras y haziendas,y le ocupen en eſto.* Idémque præcipitur *in c.51. inſtruction. Proreg. Peruani, 1. tom. impreſſ. pag.320.* dum dicit: *Que los Indios que fueren oficiales,ſe ocupen en ſus oficios, y que los labradores cultiuen,y labren la tierra, y hagan ſementeras de maiz,y de trigo,dandoles tierras en que labren,ſin perjuizio de tercero, y los mercaderes, que entiendan en ſus tratos y mercaderias, &c.* Et ideò *in* † *ſchedula ann.1609. cap.* 41
5. & 12. quorum mentionem fecimus *ſupra, n. 12.*expreſsè deciditur:*Que no ſe puedan ſacar de cada pueblo mas Indios de los que cupieren en la ſeptima parte,porque les quede lugar baſtante para acudir al beneficio de ſus haziendas, y à la labranzas y grangeria de ſus comunidades,&c.* Et in alia antiquiori,miſſa ad Dom. D.Antonium à Mendoça Proregem Peruanum 25. Deceb.ann. 1551.*4.tom.pag.313.*ita Indi ad fodinas mitti poſſe proponuntur:*Con que los tres meſes de las ſementeras les dexen eſtar en ſus tierras, para que puedan ſembrar.*

Quæ quidem leges, † non minorem pruden- 42
tiam,quàm pietatem,vel humanitatem Regum noſtrorum oſtendunt. Sunt enim intolerabilia ea onera, per quæ alimenta ſubditis ſubtrahuntur,vt notant DD.per text,ibi *in l. cùm Patronus 22.§.vlt.D.de oper.libert.* Et † vel ad ipſo-
rum Indorum procreationem, & conſeruatio- 43
nem hæc circumſpectio,ſuauíſque laborum, & ſeruitiorum moderatio, ac viciſſitudo maximè expediens,& neceſſaria ſemper exiſtimatur, vt præclaro exemplo docuit Stobus *ſerm.60. relatus in Theatr. vitæ human. vel.14. lib.1. pag. 2897.* inquiens. Quod † Gillas Agrigentinus,
hoſpitio exceptus apud hominem durum, & 44
vndecunque facientem quæſtum,qui ne dormire quidē famulis permittebat, ſed alius aliud operabatur noctu:eundem & ipſe poſteà,cùm in Agrigētum veniſſet,ſuſcepit,& conuocatis famulorum pueris,qui permulti erant,nuces,& carycas diſtribuit.Interrogante autem hoſpite, vnde tot pueri à famulis meis,dixit,mihi generantur. Volens oſtendere,ita tractádos eſſe ſeruos,vt ad procreandos etiam liberos legitimè ſint apti.

Idémque † inſinuauit Nazarius Conſtantini 45
Imperatoris Panægyriſta,qui ad hoc,vi parentes liberorum procreationi,& educationi libentiùs indulgeant,hanc onerum alleuationem vehemēter conducere,his elegantiſſimis verbis teſtatur: *Septem millia capitum remiſiſti, quartam amplius partem noſtrorum cenſuum, remiſſione iſta viginti quinque millibus dediſti vires,dediſti opes, dediſti ſalutem.Nam & tum liberi parentes ſuos cariores habent,& mariti coniuges non grauatè tuentur, & parentes adultorum no pœnitet filiorum,quorū onera ſibi remiſſa lætantur.*Et extant † duæ ſche- 46
dulæ *in 4. tom. impreſ. pag.267. & ſeq.*Vlyſſiponæ expeditæ 27. Maij, ann.1582. vna ad Cancellariam Noui-Regni Granatēſis directa, & altera ad Archiepiſcopum Mexicanum, quæ Regiis auribus intimatum fuiſſe narrant,& dolent:*Que por huir de las vexaciones que con oca-*

sion de estos seruicios se suelen hazer à los Indios, muchos se ahorcan, y otros se dexan morir, sin comer, y otros toman yeruas venenosas, y que ay madres que matan à sus hijos en pariendolos, diziendo, que lo hazen por librarlos de los trabajos que ellos padecen, y que han concebido mui grande odio al nombre Christiano, y tienen à los Españoles por engañadores, &c.

47 Quartò, † erga personas quoque Indorum, qui ad prædicta seruitia mittendi sunt, eadem diligentia caueri oportet, vt ij tantùm seligantur, qui viribus, & robore præstent, & laboribus, quibus addicuntur, sufficere possint. Quapropter pueris, & adolescentibus vsque ad plenæ pubertatis annos, meritò similia onera irrogari non debere, tradunt Consulti *in l.2. §.impuberes, D.de iur.immunit.l.2. D.de vacat.muner. l.ætatem, D.de censib.l.2.* vbi Platea, Rebuff. & alij, *C. de his qui*
48 *sponte mun. sub. lib.* 10. Plena † autem pubertas impletis demum decem & octo annis contingit, vt pluribus docet Accurt. verb. *Plena, in l. arrogato, D. de adoption. & in l. Mela, in princip. D.de aliment.legat.* Ioan. Igneus *in l.1. §.impubes, numer.36. & in l.excipiuntur, numer.3.D.ad Syllanian.* Guillel.Mainer, *in l.pupillum qui, numer.14.D.de reg.iur.* Ant.Gom. *libr.3.var.cap.1. num.63.* Eman.Acosta *in repetit.capit. si pater, 1. par. verb. Impuberes, in princip.* Cuiac. *in l.1.& in l.minor, D.de minor.* Ioan.Gutier. *in Authent. Sacramenta puberum, C.si aduers.venditio in princip.* & alios referens Farinac. *in praxi crimin. q. 92. num. 20.* Non enim oportet teneros annos duritiis, oppressionibúsque concutere, & veluti
49 obicem naturæ ponere, ne in hominum corpus virilem vigorem immittat. Vnde † & ieiunandi præcepto ab Ecclesia, vsque ad vigesimumprimannum, liberantur, teste Syluestr.*in summa, verb.*
50 *Ieiunium, num.18.* Menoch. *de arbitr. cent.6.cas. 599.numer.1.* Et † si deliquerint, mitiùs, & benigniùs puniuntur, vt latissimè tradit Tiraquell. *de pœn.temp.causa 7.*& Farin.*in praxi crim.q.92.*
51 *per totam.*

Indéque fluxisse videntur † plures schedulæ Regiæ, quæ in specie seruitiorum, de quibus agimus, hanc ætatis definitionem statuunt, inter quas, vna data Pintiæ 26. Febr. ann.1538.quæ extat *in 4.tom.impress.pag.322.* Indos minores quatuordecim
52 annorum nullo modo onerari permittit. Quinimò & id vsus receperat, † vt Indi sub parentum potestate constituti, ante quàm matrimonium contraherent, tributis, & seruitiis liberi essent, quousque hoc sublatũ fuit in capite cuiusdam epistolæ Regiæ 5. Iulij, ann.1578.ad Nouæ-Hispaniæ Proregem directæ, *d.4.tom.pag.322.*eò quòd per fraudem multi matrimonium contrahere differebant, iussúmque: *Que no fuessen los tales releuados de los seruicios publicos, à que acuden los demas, sino que como gente valdia y vagabunda los cargassen algo mas, para que ayuden à releuar à los otros.*

53 Eadem ratio, quæ in minoribus militat, facit etiam, † vt fœminis in istis seruitiis, & muneribus personalibus parcere debeamus, vt probat text. *in l.3.§.corporalia, D.de mun.& hon.* ibi: *Corporalia munera sexus fœminis denegat, l.nullius 44. C.de Decurion.lib.10.*ibi: *Quia Mulierum infirmitas nunquam huiusmodi functionibus reddit obnoxios, à quibus ipsa habetur immunis*, & notat Platea *in l.apparitores, C.de exact.tribut. lib.10.* Decius, Mainer. Petr. Fab. & alij *in l. 2. D. de reg. iur.* Frider. Bruckaman. *in tractat. de differen. vtriusq. sexus, part.1. membr.3.art.8. num.1. & seqq.* & Auendañ. *de exequend mand. 2.par. cap.14.num.12.* Vbi hoc adeò verum esse addit,
† vt etiam si in locum istius seruitij subrogetur 54
alia collecta, fœminæ ad eam non teneantur, ex doctrina Baldi *in l.etiam, in fine, C.de execu.rei iud.*quam sequitur Platea *in l.indictiones, C.de annon.& tribut.lib.10.* & Ripa *in tract. de peste. 2. par. vers.Sed quæritur, num.435. & vers.Discussa, num.150.*

Cuius rei † ratio in infirmitate & mollicie 55
fœminarum consistit, vt dicitur in d. l. nullius, quæ etiam operatur, vt in pluribus aliis à iure releuentur, vt latè ostendit, & prosequitur Tiraquel. *de pœn.temper. caus.7. num.3. & causa 9. per totam*, & facit illud Columell. *libr. 12 de re rustic. in proœm.* vbi inquit: *Iure à natura comparata est, mulier ad domesticam diligentiam; viri autem ad exercitationem forensem, & extraneam. Itaque viro calores, & frigora perpetienda, tum etiam itinera, & labores pacis ac belli: mulieri deinceps, quòd omnibus his rebus fecerat inabilem, domestica negotia curanda tradidit.* Et est videndus Petr. Gregor. *libr.7. de Republ. capit. 11.* vbi alia tradit, & † meritò 56
Platonem, & alios reprehendit, qui in Reipublicæ oneribus & functionibus, tam in pace, quàm in bello æqualia onera fœminis ac viris imponenda esse censuerunt. De quo etiam agit Magerus *de Aduocatia armata capit. 7. numero 223.*

In senibus † quoque, quinquaginta quinque 57
annis, vel sexaginta maioribus, eadem excusatio admittenda est, tum propter senectutis honores, & priuilegia; de quibus in capite de tributis Indorum latiùs agemus, tum etiam quia in horum munerum personalium materia ita expressè dispositum est, *in l.maiores 3. & in l. semper 5.D.de iur.immunit.l.2. §.vltim.D.de Decurion. l. 2. §.quem ita, & §.corporis, D.de vacat. muner.l. postliminium, §.final.D.de captiu.l.1.& 2. C.qui morb.se excus.* vbi DD. *l.1.* vbi Cynus & Salicet. *C.qui ætat. se excus.lib.10.* in quibus idem disponitur de valetudinariis, reliquisque, qui corpore infirmi, & debilitati sunt, de quibus, & de senibus, & quando eorum immunitas arbitrio iudicis relinquatur, plura eleganter cumulauit Menoch. *libr.2.de arbitrar.cent.1. cas.59.& 60.*Euerard. *in loco de liberto ad vassallum, num.6.* & Chassanæus *in Catal glor.mund.par.12.consid.47.* vbi de spatio ad valetudinem concedendo, & de valetudinis commodis tractat. Et generaliter, † quòd 58
feudum non amittat vassallus, qui ob ætatem, puta minorem, vel extremæ senectutis, seruitium præstare non valet, pluribus iuribus comprobat Ardizzon.*in summ.de feud.cap.69.*Andr.de Isern. & Aluarot. *in c.1. §.præterea.in fin.* quid sit inuestit. Guido Pap. *decis. 435.n.4.*Botrinius *de seruit vassall.p 3.cap.3.* §. 2. & Camill. Borell. *de Magist.edict. lib.4. c.9.n.50.* Et ita expressè cautum inuenimus † in illa schedula, super memoria- 59
li grauaminum expedita, apud D.Laurent. 31. Maij, ann.1583. *Que los impedidos y reseruados, ò los que tuvieren las mugeres, ò los hijos enfermos, no vayã à estos seruicios.*Et huc referri potest, † quod 60
de senibus Quintil. senior *declam.* 306. his verbis scribit. *Est præcipuum ius senectutis quoniam non omnia subit omnis ætas. Non perpetuò Senatorem citat Consul: est sua legislationibus quies, cũ*

hos

hos habueris annos , iam non militabis , &c. Et non minus eleganter Propert.*lib.2. eleg.25.Miles depositis annosus secubat armis,*

Grandæuique negant ducere aratra boues

Putris & in rauca requiescit nauis arena,

Et vetus in templo bellica parma vacat.

Vnde sexagenarios etiam à reiunio excusari, ob virtutis vigorisque defectum, calorisque frigefactionem,docet Ricard. *in 4.sentent. dist.15.* dicitque communem Nauar. *in Man. cap.21.n.16.*Azor *inst.moral.lib.7.cap.28.vers.Quartò quæritur,*& alios referens Gratian.*discept.805.n.22.* Et quod ad muneris excusationem æquiparentur infirmis, idem Azor *d. lib.7. cap.7. q.12.* & Gratian.*d.cap.805.num.4.cum seqq.*

61 Quintò † non minori studio cauendum est,ne Indi,occasione dictorum seruitiorum , longè à suis prouinciis , & reductionibus extrahantur, sed in vicinioribus,provt magis fieri possit , locis distributi,ministeria publica subeant,nisi aliqua vrgens , publicáque necessitas contrarium exposcat.Hoc enim ratio ipsa desiderat,& similibus casibus ita sæpè iure statutum inuenimus

62 † *in l.1.l.pro locis,l.nemo, C. de annon. & tribut. lib.10.l.2.C.de priuil. dom.* August. lib.11. & in Auth.de collator.§. nullus authent. cum pluribus aliis,quæ in eisdem iuribus notant Bart. & Platea *in l.forma,D.de censib.*Gail.*li.2.obseru.52. n.11.& 12. & de seruitiis feudorum extra districtum non præstandis,*Rosental.*in tract.de feud.1. par.c.5.concl.50.num.2.* Frideric.Husanus *de hominib.propr.ca.2.4.& 56.*Camill.Borrell.*de præst. Reg.Cathol.c.18.& de Magistr. edict.lib.4.c. 4. n.3.*Quibus conueniens gloss.*in c.fin.80 dist.*merito

63 scriptum reliquit,† in omnibus , temporis, & viarum rationem haberi oportere,& ex iudicis arbitrio pendere,quis locus remotus dicatur vbi id specialiter per legem , vel statutum cautum non fuerit.Cui gloss. similis est alia *in c.3. verb.In remotis,de tempor.ordin.lib.6.* quam refert & sequitur Bart.*in l.4.§.si tam vicinum, D. de damn infect.*& ibidem Alex.*in fin.* Bald. *in l.si vicinis,C.de nupt.*Luc.de Pena *in l.quicunque 1. C.de omni agro deserto lib.11.* Valençuela Piscator.*in comment.ad d.l.pro locis,& ad d.l.quicunque,*& latè Menoch.*de arbitr.cent.3.cas.222. & cent.6.cas.550.& cas.565.*

64 Et conducit † elegans text. *in l.sed & hæ, §. non solùm,D. de procurat.& in l. sancimus, C. de Aduocat.diuers.iudic.*vbi scribitur , durù esse, quòd Procurator, vel Aduocatus,qui mercede, salarióque præstituto,pro cliente postulare , & patrocinari promisit , huius promissionis causa prouinciam exire debeat.Et *in l.quod nisi, D.de oper.liber.l. Mænia, §. vxore, D. de annuis legat.*

65 Vbi † ex causa longi itineris , non tenetur libertus sequi Patronum vagantem. Quemadmodum nec partes tenentur coram arbitro comparere,si eas extra prouinciam vocet , *l. si cùm dies,§.si arbiter,D.de recept.arbitr.*nec corã iudice Apostolico,qui virtute rescripti,reum in iudiciũ vltra duas diætas,extra suam diœcesim trahere nititur:*c.nonnulli,de rescript.* Imò & vltra propriam diœcesim,si actor,& reus in ea domicilium habeant:*c.statutum,§.1.eod.tit.lib.6.* Nec testis ad testimonium dicendum,per longinqua itinera trahi debet:*l.3.§.fin. D.de testib.* Ioann. Garc.*de Nobilit.gloss.18.§.6* Quibus addi possũt plurima alia,quæ locorum distantia, & viarum, atque itinerum pericula præstare solent,de quibus latè agunt DD.*in d.l.pro locis,& in d.l.quicunque,*& Nos alibi pleniùs prosequemur.

Et † *suprà* dicta quidem tunc præcipuè obseruari debebunt,vbi Indi exportantur non solùm in loca remota,verùm etiam diuersam temperiem ab oppidis ipsorum habentia , quæ eorum saluti damnosa,& contraria esse cognoscatur,hoc enim vehementer fugiendum est,vt docent Gloss.& DD.*in d.l.nemo,& similibus,*& Gl. *in cap.tribus,de consecr.dist.1.cap.quorundam 74. dist.* Vbi aëris † intemperiem summè fugiendam esse proclamant. Eóque spectat illud Ouidij *lib.2.de arte amandi*: 66 67

Cùm modò frigoribus premimur , modò soluimur æstu ,

Aëre non certo corpora languor habet.

Et latè Menoch. *de arbitr. cent 5. cas.432. num.12* & Thom. Actius *de infirmitat. par.1. cap.41. num.11.* & eos referens Borrell. *de Magistrat. lib.3.cap.12.n.vlt.* vt docet,ob aëris,locíque intemperiem posse Episcopum de vna ciuitate in aliam transferri.Melior textus † *in cap.2.de Iudæis,vers.Quod si quisquam,*vbi licèt Iudæis permittatur habere in suis fundis Christianos colonos adscriptitios siue originarios, qui eis hoc seruitium debeant,eo tamen ipso,quòd illos ad alium transferunt , vel in alio obsequio retinere volunt,ius colonarium amittunt,provt etiam disponitur *in l. definimus , C. de agric. & censit. lib.11.* 68

Experientia quippè,quæ est optima rerũ magistra:*c.quàm sit, de elect.lib.6.* sæpè compertum † est,grauissimus morbis subiacere eos, qui patrium solum,& cœli,aërisque temperiem mutare coguntur,sub quo nati, & educati sunt:quẽadmodum ex aduerso nullum remedium promptius esse solet , ad depellendas infirmitates in alienis prouinciis acquisitas, quàm ad proprias & natiuas redire,etiam si fortè (vt multoties accidit)peiorem,ac terriorem temperationem habeant,vt ostendit, & multis exemplis comprobat Gomez de Miedes *in tractat. de sale lib.3. num.24.*Et eò tendit,I.C.*in l.1.D.si quid in fraud. Patron.* ibi : *Vel cæli , vel quod illic educatus sit, &c* & *in l. qui habebat 99. D. de legat.3.* Vbi † propria patria cuique maior,suauior, & præstantior quavis alia esse dicitur.Quod etiam docuit Accurs. *in l. fin.C. si seruus exportand. ven.* & late ex omni litteratura illustrat Tiraq.*in l.6. connub. num.56.* & Cassanæ. *in Catal. glor. mund. part.12. consid.17.* Ego *in 1. tom. lib.1. cap.16. num.1. & 2.* & alios adducens D. Valençuela *consil.36. num.56. & seqq.* vbi inter alia , illud Senecæ citat *lib.9. epist.67. Vlysses ad Ithacæ suæ saxa sic properat , quemadmodum Agamemno ad Mycænarum nobiles muros : nemo patriam , quia magna est , amat , sed quia sua.* Cui mirè conuenit Ouid. *lib.1. de Ponto, Eleg.4.* 69 70

Non dubia est Ithaci prudentia,sed tamen optat

Fumum de patriis posse videre focis.

Nescio quâ natale solum dulcedine cunctos ,

Ducit,& immemores non sinit esse sui ?

Quid melius Roma?Scythico qui frigore peius ?

Huc tamen ex illa Barbarus vrbe fugit.

Et vterque sumpsit ex Homero *Odyss.1. Caterùm Vlysses cupidus, vel fumum exeuntem videre patriæ suæ , sic mori opta.* Iust. Lips. *de constantia cap.10.* vbi inquit : *Vis magna est iaciendi & attrahendi in natali solo , quòd primam corpore isto*

isto pressimus, pedibus institimus, cuius aërem hausimus, in quo infantia nostra vagijt, pueritia lusit, iuuentus exercita, & educata, est vbi familiare oculis cœlum, flumina, agri; vbi longa serie cognati, amici, sodales, & tot gaudij illecebræ, quos frustra terrarum alibi quæras.

71 Atque † ita arbitrium, quod ius concedit iudicibus, circa designandum locum, vbi pupillus educari debeat, de quo per Menoch. de *arbitr. cas.* 186.& Vincent. de Franch. *decis.* 350.*&* eundem Valençuel. *d. cons.* 36. *n.* 30. debet restringi intra patriam, vt probatur *in l.*1.*D. ubi pupill. educ. deb. & in l.* 4. 9. *&* 14 *tit.* 16.*& l.*2. *tit.*17. *par.*6.*&* docet idem. D. Valençuel.*ubi suprà num.*66.

72 Et in terminis † nostrorum Indorum loquens Acost. *d. lib.* 3. *de procur. Ind. salut, cap.* 18. *pag.*354. in illis verbis: *Deinde ut valetudini consulatur, ne aut contrario valde cœlo utentes traducantur, aut è longo valde tractu enocentur, aut laboribus immodicis opprimantur:* & Matienz. *d. tract. de moderat. Regn. Perù* 1. *par. cap* 9 Vbi

73 † tamen non valdè insistendum esse dicit in eo, quòd Indi in prouincias longinquas deferantur, dummodo diuersæ, eisque contrariæ temperiei non sint.

74 Pluribusque † Regum nostrorum schedulis, & ordinationibus utrumque passim comprehensum, & quantum fieri potest, cautum, ac prohibitū esse videtur. Nam schedula data Pintiæ 28. Febr.ann. 1551. postea renouata, & strictiùs seruari iussa per alias, datas apud D. Laurent. 6. April. ann. 1574. & 31. Maij ann. 1583. appertè deciditur. *Que los Indios por razon de los dichos servicios no sean llevados donde mueran, ò enfermen por los caminos, ò por el temple.* Et per aliam 2. Decemb. ann. 1563. quæ extat 4. *to. impress. pag.*302. iubetur. *Que las Audiẽcias del Perù no consientan que vengan Indios alquilados à servir à las ciudades de Españoles de mas de ocho, ò diez leguas.* Et in alia *ibidem* inserta *pag.* 303. ann. 1558. disponebatur, ne Indi, nisi ignaui, & otiosi essent, ad locandas suas operas inuiti compellerentur, & statim subijcitur: *Y a estos que assi viuierum ociosos, que no entendieren en lo susodicho, no les compelereis à salir de sus lugares, saluo para que vengan à pueblos de Españoles, donde no aya Indios para trabajar: y a los que assi huuieren de venir para trabajar, no los sacareis, ni consentireis que sean sacados de mas lexos que de dos leguas, ò tres, auiendo necessidad, &c.* Rursusque in alia schedula an. 1575. quæ loquitur cum Dom. D. Francisc. à Toleto Protege Peruano, *eod. tom. pag.* 314. deciditur, vt ita fodinis de Indis prouideat: *Que no se lleuem de tierras frias à calientes ni de calientes à frias:* quod iterum repetitur in quodam *cap. epistolæ ann.*1589. missæ ad Proregem Peruanum Dom. Comitem del Villar *d.* 4. *tom, pag* 316.

Et generaliter, *Que no se consienta, que sean sacados de sus temples y naturales, por las muertes, y graues daños que de esto se les siguen*, dispositū est per schedulas & prouisiones an.1528. *d.*4. *tom.pag.*262.& ann.1541. & 1543.*eod.tom.pag.* 280.*& seqq.* inter quas illa ad. Marchionem D. Francisc. Pizarrum, grauia damna recenset ex mutatione Indorum ad Prouincias suæ temperationi contrarias. Et tandem illa sæpè allegata schedula ann.1601.*cap.*23. Indos tãtùm viciniores distribui permittit, *Sin que la mudança sea de tierra caliente à fria, ni por el contrario.* Et illa alia ann. 1609.*c.*8. idem quoad fieri possit, obseruari iubet. Adijciens tamen. *Y si esto absolutamente no se pudiere escusar, hareis en esta parte lo que sufriere la capacidad y estado de las cosas, echando siempre mano de los mas cercanos: pero con tal respeto, que el aliuio y beneficio de los vnos no recambie en agrauio de los otros.*

S E X T O requiritur, † ut quibus casibus Indi 75
in prædictis operis, & seruitijs laborare coguntur, competens eis merces, siue salarium, iuxta terræ cōsuetudinem, & seruitij meritum in manu propria, & absque ulla retardatione soluatur. Hoc enim ita in similibus casibus iure communi cautum reperitur, *in l. cursum, C. de cursu pub.lib.*12.*l.nullus*, vers. *Depublico, C. de fabricens. lib.* 11. cum aliis traditis à Platea *in l.* 1. *C. ne rustican. ad ull. obseq.eod.lib.*& Rhenato Chopp. *de priuil. rustic. lib.*2. 1.*par. c.*8. Vbi 76
† hoc adeò verum esse docet, vt quamuis alias iuris regula sit in locatione rerum, pensionem inciuiliter peti, nisi omnibus partibus eius temporis præteritis, de quo inter partes conuenerat, vt post Accurs.*in l.ade, C. de locato, & inl.*1 §.*si pensio. D. de migrandum*, docet Bart. *in l.* 1. §. *Diuus. D. de var. & extraord. cogn.* In operarum tamen locatione, præsertim rusticarum, pecunia dietim operariis soluenda est, quia magis in sumptus diurnos, quàm salarij nomine erogari videtur, argumento eorum, quæ docent I.C. *in l.legatus antequàm, D. de legation.l. si verò non remunerandi*, §.*vltim. D.mandat.l.*1. §. *Diuus*, & ibi Bart. *D.de var.& extraordin.cognit.* idem Bart. *in l.aduersus, C. de locato*, & Geoponicon Græcus Auctor, *lib.*2.*de re rustica, cap.*76. vbi inquit, quòd villicus operum ephemerida, siue diarium habere debet.

Quod † etiam ad dies in itinere eundo, & re- 77
deundo consūmtos, meritò extendunt Bald.*in l.liberti libertæque, num.*15.*C.de oper.libert.* Bart. *in l. suo victu, D.eod.*& plures schedulæ Regiæ, de quibus *infrà hoc cap.n.*78. Quia dum sunt extra pro- 78
priam domum, absentes sunt, † & tempus absentiæ pro seruitio computatur, *l.abesse, & l.qui mittuntur, vers. Similiter, D.ex quib.caus. maior.* ibi: *Et dum eat in castra, ac redeat miles, Reipublicæ causa abest: quòd & eundum sit in castra militaturo, & redeundum.* Facit etiam text. *in l. quod nisi*, §.*ex prouincia, D.de oper.libertor.* quem ibi notat Bart. & dixit † singularem Ludouic. Roman. 79
*singul.*386. pro Aduocato & Medico, cui constitutum est diurnum honorarium, vt illud habere debeat etiam pro diebus, quibus steterit in itinere eundo & redeundo. Quod & voluit Gloss. *in l. desertorem*, §. *si ad diem, D. de re milit.* Bald. *in l.*1. *C. de suffragio*, Felin. *in cap.*1. *ad fin. de libell. oblat.* & Ripa *in l. quominus, num.* 19.*& seqq. D. de fluminib.* vbi vtiliter tangit illam quæstionem, quando disposita in termino, censeantur disposita in via, per quam peruenitur ad terminum? Quod etiam pluribus probat Bouadilla *in Politica lib.*2. *cap.*21. *num.* 240. *pag.*954. Carroc. *in cap. cùm quid, de reg. iur. in* 6. 1. *par. ad sup. num.*8. *cum seqq.* Flores de Mena *in pract. quæst.q.*8. & Parlad. *differ.* 130. per totam.

Et generale esse, vt operæ, † si in loco, vbi 80
moratur Patronus, præstandæ sint, eius vectura, ac sumptu fiant, ostendit I. C. *in l. opera.* 21. *D. de*

de oper. liber. Colerus *in tract. de aliment. lib.*1. *cap.*13.*n.*91.*& seq.* & Daniel. Moller. *ad constit. elect. Saxon. par.*1. *constit.*51.

81 Et idem est in quouis casu, † in quo aliquis in alterius commodum iter fecerit, quia eius sumptus ab eo petere potest, *l.*2. *D. de annuis legat.* cum aliis traditis à Bald. *in d. l liberti, C.*
82 *de oper. libert.* Dignus quippè est † operarius cibo, & mercede sua, vt habetur *Matth. & Luc.*10. & in lege Domini *Leuit.*19. iustè præcipitur: *Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane*; & *Deut.*24. *Eadem die reddes ei pretium laboris sui ante Solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam: ne clamet contra te ad Dominum: & reputetur tibi in peccatum*; & *Tobiæ* 4. *vers.*15. *Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui apud te omninò non remaneat.* Et qui eam iniustè morantur, aut fraudant, Ecclesiasticum attendant *c.*34. dicentem: *Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Qui effundit sanguinem, & fraudem facit mercenario, fratres sunt*: & Malachiam Prophetam *c.*3. per quem Dominus se pollicetur testem velocem in eos, qui calumniantur mercedem mercenariorum seruorum. Nec minora promittit Iacobus Apost. *cap.* 5. dicens: *Ecce merces operariorum vestrorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabbaoth introiuit.* Circa quod alia in optimis quæstionibus notant Ioan. de Annan. *in c. nauiganti, n.*35. *de vsur.* Bonif. de Vitalin. *in Clement. dudum, §. verùm, de sepultur. & in Clem.*1. *de magist. n.*49. Baëza *de decima tutor. c.*2. *n.*25. & Martin. Delr. *in Adag. sacr.*1.*tom.*
83 *adag.*729. *pag.*325. Vbi explicans † illud *Isai. c.*21. *vers.*16. *In anno mercenarij*, cum Cyrillo & Procopio notat, pro integro, & perfecto dici: cui nihil deest, neque superest, quem neque recipientis mercedem inopia, neque soluentis religio proferri, aut procrastinari sinit. Qui enim in seruitute sudorem tolerat, & se mercede addixit alteri, subtiliter, & accuratè semper init rationem temporis suæ conductionis; & anxiè illud diebus singulis computat, vt diurno penso absoluto, mercedem recipiat.

84 Sed vt propiùs ad Indos † nostros, *Mitayos*, accedamus, idem in eorum salariis, siue mercedibus persoluendis, meritò desiderant Matienz. *d.*1. *par. de gubern. Reg. Perù c.*4. 5. *&* 9. Agia *in respons. de seruit. person. pag.*41. & meliùs omnibus Acosta *d. lib.*3. *de procul. Ind. salut. c.*18. *pag.*354. vbi ad iustificadam compulsionem eorum, qui metallorum operationi subduntur, inter alia requirit: *Vt fortunis quoque suis non pessimè consuli sentiant, sed pretio iusto tam molestus eorum labor compensetur, finanturque lucella sua interim quærere*; & *cap.*17. *pag.*341. vbi terribilem sanè clamorem esse, inquit, qui pro subtracta mercede aures Dei aduersus potentes, & diuites, interpellat, imò & qui vel morantur, vel imminuunt, vel quouis modo defraudant pretium sudoris alieni. Et statim ita notanter & eleganter prosequitur: *Ne mihi igitur obsoletum à te cibum prorrectum commemores, ne vestem annuam, aut agelli portiunculam illius vsibus relictam referas. Adest iustus arbiter Deus, qui se etiam testem pro paupere, & quidem velocem pollicetur. Quæ res, quænam æstimatio iusta sit, vt scrupulus omnis tibi eximatur? Si lege præscriptum est pretium, vt in rebus plerisque est, ne alium quæras interpretem, quicquid de legitimo detrahis, rapina est. Si nulla lex est, communis æstimatio bonorum, atque prudentium ponet modum, aut etiam vtriusque, locantis, inquam, & conducentis mutua pactio, dummodò dolus omnis, & vis absit. Quo toto genere multum, ac sæpè peccant & Patroni Indorum, & Prætores, & ipsi passim Parochis dum subditis, pro rerum occasionibus, multa imperant, nulla, aut pauca persoluunt, qui neque à culpa eximi, neque à satisfactione excusari vllo modo possunt, quamvis obsequendi facilitatem, & promptam operam Indorum prætexant. Igitur cuiuis operæ, cuiuis labori Indorum mercedem suam reddendam esse, perspicuum est.*

Quæ omnia præ oculis habentes Reges nostri Piissimi, † plurimas schedulas & prouisiones variis temporibus expediri fecerunt, quæ 85
hanc congruam taxationem & veram, atque præsentem solutionem mercedis Indorum, qui vel compulsi, vel voluntarij seruitiis incumbunt, summo studio curari mandarunt, quæ reperiuntur *in* 4.*tom. impress. pag.*296. cum multis sequentibus. Inter quas admodum notabilis est illa, Guatemalensi Cancellariæ directa, Pintiæ 11. Ianuar. an. 1559. quæ ita enixè hoc desiderare videtur, vt licèt per alias schedulas salarij moderatio Magistratuum arbitrio iuxta laboris, & regionis modum, ac morem, relinqueretur, hæc tamen eius pactionem voluntati Indorum reseruat, sic inquiens: *Con tanto que el jornal que se les huuiere de dar, sea aquel que ellos se concertaren; sin que en el precio de ello se les ponga tassa, pues siendo libres, como lo son, hande gozar de toda libertad, como lo gozan nuestros vassallos de estos Reynos.* Quod 86
tamen quia in causa esse posset, † vt Indi excessiuam mercedem petentes, necessariis operis, laboribúsque deficerent, per aliam schedulam eadem die latam, & per aliam 2. Decemb. ann. 1563. *d.*4. *tom. pag.*301. Magistratibus, & Regiis Audientiis taxari præcipitur, habita temporum, prouinciarum & itineris, ac laboris ratione, & ita vt in omnibus semper Indis, quoad fieri possit, consulatur. Et in instructionibus Proregum, quæ habentur 1. *tom. pag.*319. *&* 329. hoc idem eos summoperè commendatur: *De manera, que se crezcan los jornales todo quanto sufriere la tierra, y que las pagas se hagan à los mismos Indios que trabajaren, y no à sus Principales, ni à otra persona alguna.* Sed nullibi meliùs & pleniùs hæc omnia 87
dispósita & exposita sunt, † quàm in schedulis seruitij personalis sæpè à me allegatis ann. 1601. *cap.*17. *&* 26. & ann. 1609. *cap.*9. Nam & taxationem mercedis ita faciendam constituunt, de metallarij, vel agricolæ damnum sentiant, dum Indis fauere curamus, & itineris pretium, quia minor est labor, minus esse debere aperiunt, quinque vel sex leucis pro quolibet die computatis, & vt solutio realis fiat, & in propria ipsorum Indorum manu, vt fraudibus, quas aliter patiuntur, obuiam eatur.

Septimò curandum est, † vt Indi, qui his 88
operis & seruitiis distribuuntur, & præsertim qui metallicis laboribus assignantur, mode-

ratiori, quo fieri possit, pretio ea omnia ibidem reperiant, quæ ad sui sustentationem necessaria esse videbuntur. Ne alioqui plus expendere, quàm possint lucrari, cogantur, & ob alienas vtilitates famis, & nuditatis iniurias sustineant. Quod ita primùm cautum inuenio in quadam schedula data Matriti 5. Martij ann. 1571. 4. *tom. impress. pag.*312. Et posteà latiùs pleniúsque prouisum in d. schedula ann.1601. *cap.*27. ibi: *Otrosi encargo à vos el mi Virrei, y à mis Audiencias y Gouernadores, y otras qualesquiera justicias, que pues los Indios es gente natural en la tierra, y tan necessitada, tengais particular cuidado de que sean acomodados en los precios de los bastimentos, y que los que se les vendieren en los assientos de minas, y en otras partes y labores donde trabajaren, sean à precios justos, y moderados, y que antes los hallen mas baratos que la otra gente, por ser pobres, y viuir de su trabajo, castigando con rigor y demostracion qualquier excesso que en esto huuiere.*

Et est omninò notanda illa alia schedula anni 1609. *c.*3. vbi cùm prudentissimus legislator nullum non lapidem mouerit, quo hæc coacta seruitia, quæ necessitas extorquet, suauiora reddantur, sic inquit: *Como quiera que sea, tratareis luego de aliuiar los Indios por los medios mas eficaces que sufriere la materia, ordenando, que à los Mitayos, è Indios de repartimiento se les den los mantenimientos, y ropa de sus personas à precios moderados, y castigando rigurosamente à los que hizieren lo contrario. Para parte de cuyo efecto serà medio de importancia, que en los assientos de minas, especialmente en Potosi, hagais albondigas, donde se reduzgan y recojan todas las rentas de especies que se benefician y entran en mis Reales caxas de las Encomiendas, incorporadas en la Corona, para que estas especies se distribuyan en la forma dicha, y à moderados precios entre los Indios solamente que estuuieren ocupados en las minas labore donde fueren repartidos, &c.* Quibus consequenter † eædemmet schedulæ sanctissimè prouident, vt Indorum curationi subueniatur, quos in eisdem laboribus infirmari contigerit: sic enim habet illa an.1601. *c.*17. *Que sobre todo se tenga mui particular cuidado de su salud, y buen tratamiento en lo espiritual y temporal, y que los enfermos sean mui bien curados.* Et in illa an.1609. *c.*32. *Especialmente os encargo la buena y cuidadosa cura de los enfermos que adolecieren en la ocupacion de las labores referidas, ora sean de mitas, ù repartimiento, ò voluntarios, para que tengan el socorro de medicinas, y regalos necessarios.* 89

90 Octauò † caueri etiam debet, ne quod ob publicas & vrgentes totius Regni necessitates permittitur, priuati ad peculiare sui commodum vertant, & hos Indos operarios aliis vsibus applicent, eosvè recipere audeant, si proprios fundos, aut fodinas non possideant, quibus illi inseruire possint. Et multò magis ne eos vllo modo vendere, vel cum prædiis, aut sine prædiis in alios vllo modo transferre possint. Quod Peruano Proregi Marchioni de Cañete iniunctum fuit per sched. Matr.29. Decemb. an.1593. 4. *tom.impres. pag.*300. & posteà datum in mandatis, siue instructione Dom. D. Ludou. à Velasco ann.1593. *c.*53. *to.*1.*pag.*320. & pleniùs, grauiúsque prohibitum, & pœnitum per schedulam ann.1601.*vers.*7.19. & 21. ann.1609.*vers.*15. Circa quas, quia *infra hoc lib. cap.*17. latiorem disputationem inimus, hîc ampliùs immorari supersedemus.

Nonò & vltimò, † quod planè primum esse 91 debet, curandum est, ne Indi occasione horum seruitiorum in Fide, ac Religione Christiana, quam semel susceperunt, graue aliquod detrimentum, aut impedimentum accipiant, neuè in diebus festiuis laboriosis istis operationibus opprimantur. In omnibus quippè rebus † præcipua semper esse debet Fidei, & Religio- 92 nis consideratio, qua neglecta, reliqua vbi promoueri creduntur, pessum eunt: *l. sunt personæ, D. de relig. & sumpt. funer. l. sancimus, C. de sacros. Eccles.* Constant. Imp. *in Nouell. tit.*2. ibi: *Præcipuam Imperatoriæ Maiestatis curam esse perspicimus, veræ Religionis indaginem, cuius si cultum tenere potuerimus, iter prosperitatis humanæ aperimus inceptis.* Iunctis aliis, quæ latè congessimus 1. *tom. lib.*1. *cap. vlt.num.* 89. & *seqq.* & *lib.*2.*cap.*11.*n.*33.*cap.*13.*n.*60.*cap.* 16.*ex n.*59. & *lib.*3.*cap.*4.*ex n.*37.

Id quod † in hac, de qua agimus, Indorum 93 Oeconomia multò magis seruari debet, quorum dominationem & gubernationem Reges nostri Piissimi sub hac se conditione suscepisse sæpissimè protestantur, vt diximus *dict.*1. *tom. lib.*2. *c.*24. & præter alia satis ostendit caput 1. instructionis Proregis Dom. D. Francisc. à Toleto ann.1568. quod extat 4. *tom. impress. pag.* 263. Vbi † hæc cura illi primo loco notabili- 94 ter commendatur. Et in nostris terminis † ita 95 aduertit Matienz. *d.* 1. *par. cap.*34. & Acosta *d. lib.*3. *de procurand. Ind salut. c.*18. *pag.*354. ibi: *Primum igitur doctrinæ spiritualis ministri in his, qui metalla operantur, ne desint, vt sint qui Missas celebrent, qui in Fidei rudimentis erudiant, qui morituros confessione excipiant, cæteraque necessaria administrent, ne commercio finito, cura quoque Euangelij concidat.*

Dispositumque † in plurimis schedulis re- 96 peritur, & præcipuè in illa de Fuensalida 26. Octobr. ann.1546. 4 *tom. pag.*271. vbi cùm damna; & conscientiæ pericula, quæ ex contrario abusu sequebantur, recensuisset, subiungit: *Porque vos mando, que veais lo susodicho, y proveais como los Domingos, y fiestas de guardar no trabajen los Indios de essa prouincia edificios, ni cosas publicas, en ninguna de las ciudades, villas, ò lugares que en ella ouiere pobladas de Españoles, y sobre ello les pongais à los tales Indios, y à las personas que se lo mandaren, las penas que os pareciere.* Idem deciditur in alia 10. Octob. ann.1575. ad Proreg. D. Francisc. à Toleto eod. 4. tom. pag.314. quæ iubet: *Que à los Indios que se embiaren, y echaren à trabajar à las minas, la justicia los visite à menudo, y haga que sean dotrinados en las cosas de nuestra santa Fè Catolica, y prouea lo que mas conuenga para su conuersion, y conseruacion de salud y vida, &c.* Et aliud caput epistolæ ann.1589. ad alium Proregem Peruanum *pag.*316. ita Indos fodinis addici permittit: *Como no sea mudando temple, ni que se les siga daño en su salud, è teniendo doctrina, è justicia que los ampare, y comida con que se sustentem, è buena paga de sus jornales, y hospital donde se curen, y sean bien tratados, y regalados los que enfermaren. Y que esto sea à costa de los mineros, pues resulta en su beneficio*

beneficio el repartirse los dichos Indios. In illa quoque schedula sæpè repetita ann.1601. *c.6. & 9.* declaratur: *Que los Indios que se dieren para las chacaras y labores del campo, no ayan de trabajar las fiestas, y que para que viuan Christianamente, y puedan ser dotrinados, se procure, que esten todos empadronados. Y que en las dichas chacaras y heredades se escojan sitios para la viuienda de los Indios que siruieren en ellas, que sean saludables, y à proposito, para que puedan ser dotrinados, y industriados en las cosas de nuestra santa Fè Catolica; y los que enfermaren, visitados, y curados, y se les administren los santos Sacramentos.* Et *cap.17.* loquens de Indis metallariis, iubet: *Que sobre todo se tenga mui particular cuidado de su salud, y buen tratamiento en lo espiritual, y temporal, y que los enfermos sean mui bien curados, &c.* Et in alia non minus nobili schedula d. ann.1609. *cap.32.* sic habetur: *Sobre todo lo qual atendereis con mucha vigilancia à que los jornalero oyan Missa, y no trabajen el dia de fiesta en beneficio de los Españoles, aunque tengan Bulas Apostolicas, y priuilegios de su Santidad, y los mineros digan que lo hazen voluntariamente, pues esto no se verifica jamas, y como quiera que sea, tiene inconuenientes mui grandes. Y hareis que viuan Christianamente, sin los vicios y borracheras, de que nuestro Señor se ofende tanto, &c.* Qua de re, & & de aliis dubiis, quæ circa obseruationem festorum erga Indos oriri solent, infra *hoc eod. lib. c.26. ex n.79.* Deo dante, latiorem, ac prolixiorem sermonem habebimus.

97 Nunc verò, † vt huic tandem finem imponamus; quoniam omnes superiores leges & cautiones ad vnguem seruare in tanta hominum, rerum, prouinciarúmque diuersitate & peruersitate, Magistratuúmque distantia difficile est: illis autem non seruatis, Indorum ad prædicta seruitia coactio, non iniustitiam tantùm, verum tyrannidem quoque, aut rapinam redolere videtur, meritò video plures doctos, pios & graues viros in ea consulenda aut approbanda hærere pariter & horrere; ipsúmque supremum Indiarum Consilium (quod non minori prudentia, quàm pietate refulget) ita variè, & semper quidem parcè, & strictè sup. hoc articulo rescripsisse.

98 Quapropter † Hispanos nostros, qui Indorum laboribus, & sudoribus in dictis seruitiis, vel in aliis quomodolibet abutuntur, & acerbiùs cum Indis, quàm cum mancipiis agere solent, cum Iosepho Acosta *d. lib.3. c.9. & 18.* moneo, atque obtestor, vt videant, quas patri pauperum, & iudici orphanorum rationes redditurì sint. Desinántque iam tandem ignaui ipsi, auari, & in humani, ignauiæ sese Indorum iactare, salutique, & fortunis consulere; & sub falso publicæ disciplinæ, ac prouidentiæ nomine, priuatis suis commodis, insatiabilíque cupiditati, cum tanto Barbarorum dispendio insistere & inhiare Ne si duri † esse per-
99 gamus in miseros, neque nostræ cupiditatis ardorem eorum lacrymæ extinguant, multus, ac creber Indorum clamor cœlos omnes penetrans, ad ipsum æquissimi iudicis tribunal irrumpat, variásque clades, & calamitates experiamur, quæ iis, qui pauperes opprimunt, & calumniantur, vt augeant diuitias suas, *Eccles.10. Prouerb.22. & Iob 27.* Dominus comminatur. De quibus etiam plura, hanc eandem admonitionem facientes, *sup.1.tom.lib.3.cap.vlt. ex num.5.* retulimus.

Inter alia notantes, † ob has fortè pauperum 100
oppressiones, violentásque alieni sudoris exactiones, plerísque nostrarum Indiarum hominibus diuitias ita comparatas, non solùm adiumento non fuisse, verùm, vt Iob vbi sup. prænuntiat, Deo iustissimè vindicante, certi exitij, & ruinæ causam potissimam extitisse. Quod in simili grauiter notasse reperitur † D.Greg. *lib.4.* 101
Regist. epist.33. vbi ad Constantiam Augustam scribens, multa seuerè loquutus adiungit: *Idcircò fortassè tantæ expensæ in hac terra minus ad vtilitatem proficiunt, quia cum peccati aliqua admixtione colliguntur. Præcipiant ergo, Serenissimi Domini, nihil cum peccato colligi. Nam scio, quia etsi parum Reipub. attribuitur vtilitatibus, ex eo multum Respub. adiuuatur*: cui addo Alciatum *Emblem.28.* vbi Claud. Minoës, & Brocens. alia congesserunt, Ouid. *lib.1. Amor. Eleg.10.*

Non habet euentus sordida præda bonos.

Euripid. *in Erictheo*:

Opes legitimas magis quàm rapinas
Colere decet: neque enim diuitiæ iniustæ
Vnquam constantes sunt.

Democrit. apud Stobæum *Serm.90. Diuitiæ malis artibus comparatæ, infamiæ nota inter homines insigniuntur.* Solon. apud Cæl. Rhodig. *lib.20. cap.25. Diuitias habere quidem cupio, per iniuriam verò consequi nolim, subsequitur enim mox supplicium.* Et aptiùs ad rem, de qua agimus, † *Deut.14. Omnis anima, quæ comederit sanguinem alterius, peribit de populis suis;* 102
& Prouerb.28. *Qui coaceruat diuitias vsuris, & fœnore, liberali in pauperes congregat eas*: qui locus explanatur in illo *Iob 20*: *Diuitias, quas deuorauit, euomet: & de ventre eius extrahet eas Deus*: & meliùs *cap.27. Si comportauerit quasi terram argentum, & sicut lutum præparauerit vestimenta, præparabit quidem, sed iustus vestietur illis, & argentum innocens diuidet.*

Sed licèt hæc vera sint, & ita se habeant, 103
non tamen negamus, † casu quo Indi Hispanis iustis conditionibus seruiunt, aut famulantur, aliquam honestam, & moderatam vim, atque compulsionem, vel terroris significationem illis inferri posse, vt iniunctis sibi ministeriis sedulam operam nauent. Etenim, † vt in- 104
quit Acosta *d. cap.9. pag.308.* Barbari omnes ingenio sunt seruili, seruis verò nullum otium esse debere, etiam in prouerbium abiisse, docet Aristot. *lib.7. Politic. c.15.* quod otium petulantes faciat. Id quod noster Sapiens præclarè monuit † *Eccle.33. Mitte (inquit) seruum* 105
in operationem, ne vacet: multam enim malitiam docuit otiositas. Quem locum exponens Martin Delrius *in Adag. sacr. 2. tom. adag.452. pag.571.* ita cum Cardinali Hugone enodandum iudicat: *Debentur asino cibaria, ne deficiat; virga, ne lasciuiat; onus, vt proficiat: sic seruo panis, ne succumbat; disciplina, ne erret; opus, ne insolescat.* Cui simile est aliud † Adagium profanum: *Asi-* 106
no gramen, & baculus: & *Phryx verberatus melior*, & Hispanum: *Del pan, y del palo,* in quibus plura notauit Erasmus. Verùm, vt idem noster Acosta rectissimè subiicit *d. lib.3. c.17. pag. 348.* † paternali potius, quàm herili more, ac amore Indos hac in parte tractare debemus.

Qua

Qua in re multum plerúmque iusti, & æqui limites transiliuntur: quorsum enim verbera, si verba sunt satis? quorsum plagæ, si vel metus incussus hominem subigit? Quod qui seruare
108 neglexerint, † & crudeles, ac nimis austeri in Indos fuerint, eorum seruitio se indignos reddunt, neque fugientium reuocandorum ius habent, argumento eorum, quæ in vassallis feudalibus, vel censitis notat Luc. de Pena *in tit. si coloni, C. de agricol. & censit. lib. 11*. Capicius *in inuestit. feud. verb. feuda amittuntur, vers 52*. Borrell. *cons. 30. & 31. cent. 2. & de Magistr. lib. 4. c. 9. n. 52*.

CAPVT VI.

De eisdem seruitiis personalibus in specie ac primùm de eo, quod publicis, vel priuatis ædificiis, Ecclesiis, atque aliis operibus exhibetur.

SVMMARIVM.

1 *D. Michaël Gomez de Luna & Arellano, Hispalensis Senator meritissimus, laudatur, & eius opinio circa operas, & seruitia Indorum.*

2 *Indi ad opera, & ædificia publica compelli possunt.*

3 *Ædificiorum, viarum, pontium, & similium publicorum operum constructio, & reparatio maximè curari debet.*

4 L. ad instructionem, C. de sacrosanct. Eccl. *cum simil. illustratur.*

5 L. 4. tit. 20. par. 2. *expenditur.*

6 *Romani maximè soliciti fuerunt de operibus publicis, & vrbis ornatu.*

7 L. 2. §. si quis, & l. vlt. D. ne quid in loco pub. *cum aliis plurimis, ruæ agunt de vtilitate, & necessitate operum publicorum, illustrantur.*

8 *Ædificia qui construit, animosus vel magnanimus dicitur.*

9 *Ædificia apum exemplo commendantur, & qualiter Cyrum & Darium extulerint?*

10 *Indos ad ædificia, & alia publica opera compelli posse, qui tradant?*

11 *Schedulæ aliquæ referuntur, quæ Indos ad ædificia distribui prohibent, & plures quæ iubent.*

12 *Indi tunc debent ædificiis, & aliis operibus publicis, vel priuatis inuiti mancipari, vbi Hispani, vel Indi deficiunt, qui voluntariè suas operas locent.*

13 *Indi quo casu publicis, vel priuatis ædificiis distribuuntur, nihil aliud præter laborem præstare debent.*

14 *Indi qualiter teneantur ad Templorum & Monasteriorum constructionem & reparationem.*

15 *Habitatio sub alimentorum appellatione continetur.*

HIs ita circa difficilem hanc seruitij personalis Indorum tractationem generaliter constitutis, operæ pretium me facturum existimo, si specialiter modò singulas functiones, quibus in his Regnis adigi solent, ad incudem reuocauerim, earúmque iustitiam, vel iniustitiam Critolai, quod aiunt, libra perpenderim, quamvis nouissimè post hæc scripta, ex rationibus *suprà* relatis, in communi probari videam
à docto † pariter, ac nobili viro, D. Mich. de 1
Luna & Arellano, nunc Hispalensi Senatore meritissimo, & mihi ob ingenuos mores & artes valdè probato, in terso illo tractatu de iuris ratione *lib. 3. c. 12. in fin.* Vbi postquam priorum mearum lucubrationum pro ea, qua pollet comitate & ingenuitate, honorificam mentionem fecit, concludit: *Indos omnes Occidentales naturali quodam iure, & pudore teneri Hispanico & Americo nostro Regi Philippo operas præstare pro tanto beneficio accepto, quo eos à fœdissima seruitute, sine stultitia redemit, & meliores vsu rationis, eloquentia ac ingenti diligentia reddidit, quando honesta, & sine periculo vita præstare iubentur, & secundum differentiam ingenij, naturæ, doctrinæ, & institutionis Indorum huiusmodi Barbarorum, arg. l. eius 16. in princ. l. 38. D. de oper. libert. l. 12. D. de leg. 3. l. 31. D. de solution. & hoc ab aliis inuasoribus, veluti Batauis, posse defendi interdicto quod fructuario proponitur, scilicet vnde vi, l. Aquilius, in fine, D. de donat. iuncta l. 3. §. vnde vi, D. de vi & vi armata.*

Et in primis, † cùm neque vita humana, 2
neque publicus, & necessarius vrbium, atque oppidorum vsus, & ornatus absque ædificiorum constructione, pontium, fontium, & viarum fabricatione, & reparatione transigi possit, vt præclarè docuit Aristot. *in suis Polit.* in-
quiens: † *Secunda & huic proxima est vrbanarum rerum cura, tam communium, quàm priuatarum: vt cum decenti ornatu ædificia, & viæ conseruentur, & collapsa reficiantur.* Et Iustinian. *in Auth. de mandat. Princip. §. deinde, coll. 3.* ibi: *Sed etiam pro vbertate necessariorum, & portuum, & operum ciuitatum diligentiam habebis*: meritò his laboribus subeundis Indi obligari solent, quotiescunque id Reipub. necessitas, vel vtilitas exigit. Idémque eisdem de 3
causis † ad quoscunque alios ciues productum 4
videmus *in l. ad instructionem, C. de sacros. Eccles. l. ad portus, l. omnes, la 2. C. de oper. publ.* cum similib. quibus conueniens de iure nostro *l. 1. & 3. tit. 11. par. 2.* & meliùs *l. 4. tit. 20. par. 2.* æquè prouidam, ac communem omnium curam in hoc, atque in agrorum cultura desiderat, vt constat ex illis † verbis: *E non tan so-* 5
lamente dezimos esto por las heredades, de que han los frutos, mas aun de las casas en que moran, ò tienen lo suyo, è de los otros edificios de que se ayudan para mantenerse. Ca todo esto deben labrar en manera que la tierra sea por ello mas apuesta, è ellos ayan ende sabor y pro.

Et ad eundem finem ob eandem rationem
spectant innumera alia priuilegia, & † edicta, 6
quibus Romani olim suam semper curam, & solicitudinem in ædificiis constituendis, & conseruandis manifestarunt, quorum vestigia extant apud Cicer. *in 6. Verrina*, Plin. *lib. 10. epist. ad Trajan.* Cassiodor. *lib. 4. epist. 30. & 31.* Et
aliud I. C. † *in l. 2. §. si quis nemine, & l. vlt. D.* 7
ne quid in loco pub. vbi ne vrbis aspectus ruinis deformetur, sustineri iubetur ædificium, quod nemine prohibente, in publico factum est, *l. Prætor 20. §. hoc interdictum, D. de noui oper. nuntiat.* vbi interdictum illius tituli prohibitorium

rium esse dicitur : *Ne quis prohibeat facere volen-
tem eum , qui satis dedit. Pertinet enim ad decus
vrbium ædificia non derelinqui , l.1.& per tot.D.
de damn.infecto*,vbi ex hac causa agitur beneficio
illius tituli , ad damna reficienda & præuenienda,
quæ ex ruinis ædificiorum timeri possent, *l.cæte-
ra 43.D.leg.1.l.Senatus 52.D.de contrah.emption.*
vbi ea, quæ ædibus iuncta sunt legari , vel vendi
separata ab ædificiis non possunt , ne ea hoc pa-
cto demoliantur, *l.1.D.in quib.caus.pign.l.inter-
dum 5.cum l.seq. D.qui potiores, l.si ventri 6.§.1.
D.de priuileg. creditor.* vbi eadem ratione cre-
ditor antefertur , qui ad domus reparationem pe-
cuniam mutuauit, *l.quod si vir 15.D.de donat.in-
ter vir.* vbi licèt donatio inter coniuges prohibi-
ta sit;valet tamen, si ad refectionem domus com-
bustæ facta fuerit,*l.1. D.de tign.iniunct.l.adeò 7.
§.cùm in suo,D.de acquir.rer.domin.§ cùm in suo,
vers. Quod ideò, Inst. de rer. diuis.* vbi alienum
tignum,vel materies ædificiis iniuncta,separari ab
eis non permittitur , ne domus dituatur, *l.2.C.de
ædificiis priuatis.* Vbi ædificiorum dominis pro-
hibetur , ea ita demoliri , vt publicus deformetur
aspectus, *l.præscriptio 6.C.de oper.publ.* vbi nul-
la præscriptione obstante, tolli iubentur quæcun-
que in foro,vel in publico loco contra ornatum,
& commodum , ac decoram faciem ciuitatis ex-
tructa noscuntur , *l. 2. C. de prædiis nauicular.
libr.* 10. Vbi quòd ex domibus decus vrbium
augentur.
8 Et † ex amplis earum ædificiis, qui animosus,
siue magnanimus iudicatur , vt per Bart.Plateam,
& Penam, *ibid.*Boër. *in tract.de seditiosis,§.1.nu-
mer.25.*& Redinum *de maiest.Princip.verb.Ma-
gnanimus, num.2. & 3.fol.*107. tradit alia Bal-
duin. *in d.§.cùm in suo ,* vbi hunc articulum di-
ligenter examinat ; & vltra eum latè illustrant, &
prosequuntur Guido Papæ *cons.1.num.7.* Siman-
cas *lib.8.de Republ. cap.13.& 14.* Conan. *libr.3.
commentar.cap.6.num.7.* Petr.Vellei. *in l.1. D.de
iust.& iur.libr.4.num.12.* idem Velleius, & Ioan.
Corras. *in l.Præses 7.D.de off.Præsid.*idem Cor-
ras. *in l.1.D.de seruitut. num.34.* Menes. *in l.al-
tiùs,numer.21. C.eod.* Donell. *in tract.de pignor.
cap.4.* Ræuard.*ad ll.12.Tabu.cap.22.*Balduin. *ad
easdem ll.cap. 12.* Pinell. *in l.1. C.de bon.matern.
3.par. num.66.* Mantua *singul.555.* Petr. Gregor.
lib.2. de Republ.cap.9.& 10. & Bouadilla,omni-
nò videndus, *in Polit.lib.3.cap.5.per tot.* & Do-
nell.& Osuald. *lib.2. comment.iur.ciuil.cap.5.* &
de variis ædificiorum formis apud diuersas natio-
nes agens Alex. ab Alex. *lib.5.genial.cap.24.an-
te fin.* & Ælian. *de hist. animal. lib.1. cap. 59. &*
9 *lib.5.cap.13.* Vbi † vel ex apum exemplo dedu-
cit insitum à natura ipsa brutis animantibus ædi-
ficandi studium. Et subdit vtrumque Cyrum &
Darium ex ædificiis seu hortis , quæ propria ma-
nu construxerant , magnam gloriam adeptos,tam
apud Persas , quàm apud Græcos & Lacedæ-
monios.
10 In nostræ autem † quæstionis terminis eius-
dem coactionis in prædictis operibus iustitiam,&
necessitatem agnoscunt Matienz. *in tract.M.S.de
moderat.Regn.Perù, 1.par.cap.9.*Agia *in respons.
1. de seruit.personali,*& Ioseph.Acosta *de procur.
Indor.salut.lib.3.cap.17.pag.*340. ibi : *Siue do-
mum ædificet,& pag.*343.vbi hoc multò planiùs,
& securiùs procedere inquit: *Vbi agimus de ea co-
actione , quæ affertur , cùm ipsorum interest . vt
cùm sibi ipsis oppidum, ædesvè ædificare iubentur,
aut templa extruere, aut fundos colere,cæteràque
rei, vel publicæ, vel familiaris officia ; est enim in
aperto res , cùm etiam ingenui omnes ad ista com-
pellantur , cùm militia , pacisvè negotia ita fieri
exigunt : Magistratúsque cùm ista & indicit,&
vrget,pro officij sui munere facere, non dubitatur.*
Et pa.346.ibi:*Neque verò improbandũ,quòd mer-
cenarij conductitij certo die,& loco adesse Magi-
stratuum decreto solent,quódque publicis operibus,
vt pontibus reficiendis, viis expediendis, aliisque
id genus destinentur.*
Et quamvis † in schedula quadam 11. Martij 11
ann. 1550. prohibitum sit : *Que no se echen peo-
nadas de Indios , para hazer Iglesias , ni Mona-
sterios, aunque los Encomenderos se obliguen à lo
tomar en cuenta , ò parte de paga de sus tributos:*
& per aliam Metimnæ Campensis , 20. Martij
ann.1532.quæ reperitur *in 4.tom.impress.pag.298.
& in ordinat.Mexican.fol.72.& 75.* præsuppo-
ni videatur , pariter interdictum esse : *El dar In-
dios para labrar casas de Españoles, y se manda,
que no se les den , sino los que quisieren trabajar
de su voluntad , y pagandoles mui bien sus jor-
nales* : in quadam tamen epistola Mexicano Pro-
regi directa ann. 2574. *d. vol.4. pag. 315. & in
sched. ad Quitensem Cancellariam* 9. Octobr.
ann. 1591. apertè hæc seruitia Indorum permit-
ti videntur:*Que se den de repartimiento para edi-
ficar, y reparar las casas de los Españoles , y otras
obras publicas, como sea con moderacion , y buena
paga en mano propria.*
Eadémque compulsio approbatur per aliàs
schedulas Vallisolet.1558 & Monzonij 1563.*eod.
tom.pag.302.& seq.*Quæ † tamen insinuant: *Que* 12
*esto ha de ser donde no huviere Españoles, ni In-
dios, que voluntariamente , se al quil en para las
labores , y edificios publicos , y particulares.* Ex-
tat quoque alia sched. Valisol.27. Nouembr.ann.
1553. quæ habetur *in ordinat.Mexican.fol.186.
Y manda , que para los edificios que hazen Vir-
rei, y Oidores en las casas Reales , tomen Indios,
y les paguen, y en caso que sean obligados los In-
dios à hazer las obras de las casas Reales , se en-
tienda de las necessarias.*In eisdem Mexicanis or-
dinationib. *fol.* 125. reperitur altera ann. 1551.
quæ ita † demùm his publicis operibus Indos 13
adigi iubet , vt nihil aliud præter laborem perso-
nalem præstare cogantur , & hic pro rata tributa
compenset. Verba sic habent : *Asimismo somos
informados , que los pueblos que hazen las obras
publicas en essa ciudad de Mexico , que son mu-
chos,son cempelidos y apremiados à poner los ma-
teriales de su casa , y el trabajo de sus personas,
sin que por razon de ello se les descuente en sus tri-
butos , y que sobre ello son mui molestados : y que
por otra parte pagan los tributos enteramente , y
reciben notable agrauio , y daño en esto. Porende
Nos vos mandamos , que veais lo susodicho , è in-
formados de lo que en ello passa , proueais en ello
como los dichos pueblos no reciban agrauio.* Et in
quodam capite epistolæ Regiæ ann. 1575. 4 *tom.
pag.* 315. scribitur Proregi Mexicano. *Que sien-
do necessario se apremien los Indios à trabajar en
las minas , sacandolos por repartimientos de sus
pueblos,como se haze para las obras publicas, è se-
menteras.*
In Templis quoque, siue † Ecclesiis Cathe- 14
dralibus, & in Parochialibus & Monasteriis ædi-
ficandis , maximè vbi in municipiis ipsorum ta-
les Ecclesiæ exigendæ sunt , Indi ad certam ex-
pensarum

pensarum partem, & ad personalem laborem præstandum compelli solent; idque pluribus Regiis schedulis cautum est, & quotidiè à dominis Proregibus prouisiones ad idem expediuntur. De hoc tamen articulo *infrà lib. 3. c. 23.* vbi de Ecclesiasticis tractamus, latiùs à nobis agendum est, ideóque in præsentiarum plura adiicere non oportet.

15 Sed † illud dumtaxat pro huius capitis colophone subnectere, ædificiorum necessitatem & vtilistatem, vel ex eo commendari, quod habitatio sub appellatione alimentorum comprehenditur, *l. legatis, D. de alim. legar. gloss. in l. cùm hi. §. transigit, D. de transaction.* Angel. *cons.* 28. Alexand. *cons.* 178. *lib.* 1. Anan. *cons.* 37. Bertrand. *cons.* 180. *vol.* 1. Pract. Papien. in *forma libelli pro legato rei singul. vers. Condescendo ad decimum art.* Bonifac. Rugerus *in cons.* 19. *n.* 20. *lib.* 1. & alij apud Martin. Colerum *in tract. de aliment lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 3. & Petr. Surd. *eod. tract. tit.* 2. *q.* 3. *n.* 5. Vnde eadem ratio hoc seruitium iustificabit, quæ agriculturæ & rei pecuariæ, de quibus statim dicemus.

CAPVT VII.

De agricultura, aliorumque rusticorum operum necessitate, & vtilitate: & an, & quatenus Indi licitè eis inseruire cogantur?

SVMMARIVM.

1 *Indi vt agriculturæ inseruiant, compelli possunt.*
2 *Schedulis plurimis iubetur, vt Indi ad agrorum culturam distribuantur, quæ referuntur.*
3 *Schedula ann.* 1601. *licèt neque ad agrorum culturam coactum Indorum seruitium permiserit, eos tamen otiosos esse non patitur.*
4 *Schedula seruitij personalis ann.* 1609. *Indos etiam inuitos agriculturæ, & aliis ministeriis publicis destinari posse, sub certis legibus sanxit.*
5 *Homines quilibet necessitate vrgente, agriculturam exercere debent.*
6 L. 4. tit. 20. part. 2. *expenditur, & exornatur.*
7 *Agriculturam per Indos exerceri oportere, & quare? ex doctrina Aristot.*
8 *Indicæ Regiones vt plurimum irriguæ sunt.*
9 *Indi experientissimi sunt in aquis irriguis per canales ducendis.*
10 *Regiones aliquæ Indiarum (vt & in Arabia) absque aquis pluuialibus, vel irriguis vberrimos fructus producunt.*
11 *Agriculturæ laus, & commendatio ex Cicer. & aliis.*
12 *Agricultura magni habita à priscis, & nobilissimis Romanis.*
13 *Locupletes cur dicantur, qui diuites sunt?*
14 *Adoriæ nomen cur pro laude, siue gloria vsurpatum?*
15 *Fundus quid sit, & vnde dicatur?*
16 *Agriculturæ necessitatem & dignitatem, qui extollant, & illustrent?*
17 *Agricolæ sunt Iecur Reipublicæ, seu Pedes secundùm Plutarch. & quare?*
18 *Agricolæ magnis fauoribus, & priuilegiis prosequendi sunt.*
19 *Inuecta & illata in prædium rusticum, non sunt pignori obnoxia ob priuilegium agriculturæ.*
20 *Fortunij ratio defenditur ab impugnationibus Mendozæ.*
21 *Agricolarum boues, aratra, & alia instrumenta pignorari non possunt, ob fauorem agriculturæ.*
22 *Phryges qualiter punirent furantes instrumenta, vel occidentes boues agricolarum?*
23 *Boues mactari qualiter prohibuerint Athenienses?*
24 *Vitulorum carnibus vesci Valentiniani lege prohibitum, & Regiis pragmaticis renouatum, & quare?*
25 *Boues aratorij etiam ad cursum publicum transferri non poterant.*
26 L. 1. C. de agricol. & censit. libr. 11. *exornatur.*
27 *Feriæ messium, & vindemiarum.*
28 *Agricolæ etiam semota pragmatica Regiæ, feriarum tempore executari non poterant.*
29 *Agricolationi inseruientes à fundis exire non poterant.*
30 *Agricolæ nec regna, nec Reges curare debent secundùm Aristot.*
31 *Seruitus rustica olim durior fuit, quàm vrbana, & quare?*
32 *Agricultura ferè omnis per seruos vinctos Romæ exerceri cœpit.*
33 *Gabella non debetur ex fructibus rei rusticæ, aut pecuariæ.*
34 *Annonæ cura semper maxima esse debet.* L. 1. §. cura carnis, D. de off. Præf. vrb. *illustratur*, ibid.
35 *Caritas cibariorum ciuitates habitatoribus viduat.*
36 *Apuleij locus expenditur.*
37 *Agriculturæ, & rei pecuariæ in Indiis fauerì iussum est.*
38 *Vinea & vindemia frugum nomine continetur.*
39 *Glandis appellatione omnis fructus venire solet.*
40 *Vinearum plantationem, & culturam in Indiis permittendam & fauendam aliqui tradunt.*
41 *Vineis Indorum seruitium dari, quinimò & vineæ plantari in prouinciis Indiarum prohibentur, & quare?*
42 *Linum & sericum plantari, & operari in Indiis prohibetur.*
43 *Vineis & oliuetis, & aliis rebus similibus Indos distribui prohibent schedulæ vltimæ seruitij personalis, quæ referuntur.*
44 *Schedula* ann. 1610. *quæ vinearum plantationibus in Peruani prouinciis obuiam iri iubet, refertur.*
45 *Sacchari plantagini, & opificio Indi dari prohibentur, & quare?*
46 Annirij *foliis tinctoriis Indi seruitiales darì prohibentur.*
47 *Vinearum plantatio in prouinciis Indiarum an*

an iustè prohiberi potuerit ?

48 *Princeps licitè potest aliquarum rerum venditionem, & exportationem prohibere.*

49 L.1.& 2.C quæ res vendi non poss.& C.quæ res exportari non debeant, *exornantur.*

50 *Vinearum nouas plantationes in Italia, & alibi prohibuit Domitianus.*

51 *Domitianus cur non perseuerauerit in edicto de succidendis vineis ? & de acuto libello contra eum huius rei causâ vulgato.*

52 *Domitiani edictum de succidendis vineis etiam post eius mortem durasse, ex Philostrato, & aliis.*

53 *Eusebij Cæsariensis locus expenditur, & emendatur.*

54 *Probus Imperator vbi, & qualiter permiserit vineas plantari ?*

55 *Flauij Vopisci locus expenditur, & emendatur.*

56 *Arnaldus Ferronus, & Rhenatus Choppinus quid sentiant de multitudine vinearum in Gallia ?*

57 *Peruano in Regno vineas succidi debere, vel pensione grauari, ob earum multitudinem, & de schedulis nouissimè super hoc promulgatis.*

58 *Fr. Benedictus Peñalosa plura scripsit de damnis vinearum Peruanarum, & quòd saltem quinta earum pars Fisco addici deberet.*

59 *Vinearum plantationem in Granatensi pago prohibuerunt Reges Catholici.*

60 *Lycurgus legem tulit de extirpandis vitibus, & ob id à Baccho punitum, Poëtæ fabulantur.*

61 *Vinum, saccharum, & similia, non sunt humanæ vitæ omninò necessaria.*

62 *Priuilegia agricolis de non pignorandis rebus agriculturæ necessariis concessa, ad vinitores non extenduntur.*

63 *Vinea & olivueta non comprehenduntur appellatione satorum, nec noualium.*

64 *Agricolæ magis indigent frumento, quàm aliis fructibus liquidis.*

65 *Feriis vindemiarum etiam hodie vinitores gaudent.*

66 *Matthæi Lupecij Braui sententia laudatur, de vino, & vinitoribus non fauendis.*

67 *Vinum an sit connumerandum inter bona, vel inter mala ? & Auctores qui de hoc differunt.*

68 *Accursij sententia damnatur, dum vini vsum probat, & bonum appellat.*

69 *Vini & vitis laudes & vtilitates, qui tractent & extollant ?*

70 *D. Sebastianus à Sandoual, Senator Panamensis, laudatur, & eius libellus pro defensione vinearum Peruanarum.*

EAdem quoque publicæ vtilitatis, ac salutis
1 ratio operatur, vt † ad culturam agrorum
iidem ipsi Indi sub prædictis legibus, & temperationibus
adigantur. Quod absque dubio
procedit, vbi de communibus ipsorum fundis
colendis differitur, vt optimè obseruat Acosta
d. lib.3.c.17. In fundis autem Hispanorum, præcipuè
ex quibus frumenta omnis generis, &
aliæ Indicæ, & Hispanæ fruges humanæ vitæ
necessariæ colligi solent (quos in hoc Regno
Peruano, *Chacaras*, & in Mexicano, & aliis,
Estancias, vocitamus) eandem Indorum distributionem
licitam, & inexcusabilem esse pluribus
ostendit idem Acosta *vbi sup.* Matienz.
de moderat. Regn. Perù 2. par. cap. 13. & Agia
d. respons. pro seruitio person. pag.6.

Idque † ita plurimis tum antiquis, tum no- 2
uioribus Regum nostrorum schedulis & ordinationibus
cautum videtur, quæ reperiuntur *in
4.to. impress. ex pag.190.* Et licèt † in illa *ann.* 3
1601. Indorum coactio in his quoque operis
cessare iussa fuerit; eadem tamen præcipit vt Indi
ad plateas exire, & ibi quibus voluerint, operas
suas locare, compelli possint. Et sæpè repetit,
nullatenus permittendum, vt ob Indorum
ignauiam totius Reip. annona, & sustentatio periclitetur;
& præcipuè *in proœmio, & in § 10. &
24.* vbi additur Regiæ intentionis esse, vt in omnibus
rebus Reip. necessariis occupentur: *Porque
de esto pende la conseruacion de essas prouincias,
y porque lo contrario seria en destruicion de
ellas, y de los mismos Indios, y no poderse sustentar
à si, y a sus mugeres.*

Hoc quoque † longe expressiùs decidītur in 4
illa alia schedula seruitij personalis ann. 1609.
tam in proœmio, quàm in capitibus sequentibus,
quæ tandem statuit: *Que no se hizesse nouedad
en quitar los repartimientos de Indios, para
el seruitio de Chacaras, Estancias y otras labores,
y ministerios publicos, por los inconuenientes que
de lo contrario resultarian y se auian començado à
experimentar, y por ser tan interessados los mesmos
Indios en el beneficio de las dichas haziendas,
como en cosa en que consiste la conseruacion destas
prouincias: y que ansi solo se procure, que no los
opriman con nota y ocupacion de esclauos: y se prohiban
los demas repartimientos, que no miran
tanto al bien comun, como à las grangerias, y comodidades
particulares de los Españoles, y se
guarden las demas condiciones y aduertencias,* de
quibus *sup. hoc lib. cap. 5.*

Neque iniustum † videri potest, quòd Indi 5
ad hæc munia, quæ naturæ eorum propria, &
conformia esse videntur etiā inuiti distribuantur,
cùm & reliqui homines eidem labori, vbi
opus est, incumbere debeant, iuxta illud Eccles.
*c.7. Non oderis laboriosa opera, & rusticationem
creatam ab Altissimo,* & textum sæpe citatum
† *in d.l.4 tit.20 par.2.* ibi: *Todos se deben traba-* 6
*jar, que la tierra onde moran sea bien labrada, è
ninguno con derecho de esto se puede escusar, nin
debe, l.1.tit.11.ead.part.* ibi: *E labrarla, porque ayā
los omes los frutos de ella mas abundantemente.*
Cui conueniunt alia, quæ de rusticis & otiosis
ad hæc opera compellendis, tradit Lucas de Pena
in l.1.C.ne rusticani ad ciuil. mun. & *in l. mechanicos,
C.de excus. artif. lib.10.* Greg Lop. *in l.6.
tit.21.part. 2.* Matienz. *in tract. M. S. de moder.
Regn. Perù 1.p.c.40.* & Nos latiùs *sup. c.4. ex n.
126.* Præsertim cùm † hæc munia per Hispanos, 7
aut Æthiopes ad id conductos, vel emptos, facilè
expediri non possint, vt idem Matienzus
animaduertit, sintque propria Barbarorum, aut
seruorum, qui non omnes vnius generis sint,
neque animo elati: vt ita & ad faciendum opus
vtiles sint, & nihil noui ab his metuatur, iuxta
doctrinam Arist. *lib.7. Polit. cap.10. in fine.*
Et, vt plurimum, † in his regionibus agri- 8
cultura non tam aquis de cœlo pluuiis, quàm
irriguis fieri soleat, vt aliàs de terra Ægypti
testatur sacra Pagina *Deut. 11.* ibi: *Non*

est sicut terra Ægypti, de qua existi, vbi in horto-
rum morem aquæ ducuntur irrigua, &c. In quo
9 † labore, & canalibus ducendis Indi iam ab anti-
quo experientissimi sunt, vt latè obseruat fr. Ioan.
à Torquem. *in Monarch. Ind. lib.* 13. *c.* 31. *& seqq.*
10 Licèt † non ignorem alicubi nullam aquam cœ-
li, vel terræ reperiri, & tamen omnia ad saturitatẽ
adolescere, vt in Arabia, & alibi contingere, nar-
rat Simon Maiol. *in dieb. Canicul. tom.* 1. *colloq.*
11 17. *de proprietate locor. pag.* 542. Quæ omnia † in
agriculturæ, vt diximus, necessitate & vtili-
tate fundantur, de qua loquens M. Tull. *lib.* 1.
Rhetor. ad Heren. inquit, nihil meliùs, aut v-
tiliùs Reipub. esse, propter fructus aridos,
qui sine colonorum labore nasci non solent.
Et *lib.* 1. *de officiis* : *Omnium rerum, ex qui-*
bus aliquid acquiritur, nihil est agricultura
melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil ho-
mine libero dignius. Vnde multis laudibus
commendatur ab eod. Cicer. tùm alibi, tùm
in lib. de senectute, & ab Aristophane *in Pace*,
vbi ait :

O cunctis hominibus grata pacis
Fida nutrix, prona, opifera, procuratrix
Filia, & soror. Hæc omnia me nominabat.
Sed quodnam tibi nomen est? Agricultura.

12 Et † à priscis illis Romanis tanti habita fuit,
vt nobilissimi quique ei, non citra summum ho-
norem, & delectationem operam darent, laureató-
que vomere, ac triumphali aratore, hoc est, ipso-
rum Imperatorum manibus agri colerentur, vt
pulchrè scribit Plin. *lib.* 1. *nat. hist. cap.* 3. *& lib.* 18.
13 *cap.* 3. Vbi † viros probos, & diuites hinc locuple-
tes dictos subiungit, quasi loci, id est, agri plenos,
Valer. Maxim. qui pulchrè loquitur, & optima
exempla adducit, *lib.* 4 *cap.* 4. Et eandem etymolo-
giam reperio obseruatam apud Agellium *lib.* 10.
noct. Attic. cap. 5. & apud veteres Grammat. *in li-*
bello de propr. & differ. lat. Serm. ibi : *Locuples à*
copia locorum. Diues quia diuidendi facultatem
habet: idem etiam sentit D. Isidor. *lib.* 10. *etymolog.*
Locuples quasi locis plenus, & possessionum plu-
rimarum possessor; quod probat ex Tullio *lib.* 2.
de Repub. vbi sic ait: *Multaque ditione ouium &*
boum, quod tunc res erat in pecoribus, & in loco-
rum possessionibus : ex quo pecuniosi locupletes
vocabantur. Et Fest. Pompei. *lib.* 1. *de verb.*
14 *sign.* Vbi † *Adoream* (inquit) *olim laudem*
siue gloriam appellatam, quia gloriosum eum
putabant, qui farri, quod, ADOR, *vocabant,*
copia abundaret. Vnde Horat. *lib.* 1. *epist.* 15.
in fine :

Vos sapere, & solos aio bene viuere, quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.

15 Et Seruius *ad lib.* 2. *Georg.* ait † fundum dici ab
eo, quòd sit rerum omnium fundamentum, siue, vt
inquit D. Isidor. *origin. lib.* 14. *c.* 13. quòd in eo fun-
detur, & stabiliatur patrimonium. Quamvis M.
Varr. *lib. de ling. Lat.* inde dictum tradat, quòd plu-
rima quantumvis fundat. Et Brechæus *in l. quæstio*
est 115. *de verb. signif.* quòd sit quasi fundamen-
tum eius rei, quæ solo fundatur.

16 Quibus adiici possunt † plurima alia, quæ de
eiusdem agriculturæ necessitate, & dignitate latis-
simè congerit Guillerm. Benedict. *in cap. Rainu-*
tius, verb. Et vxorem, decis. 5. *ex n.* 356. Matth. de
Afflict. *ad consti. Neapolit. pag.* 221. *n.* 8. *& seqq.* vbi
inquit, agricultura nihil melius, nihil vberius, ni-
hil dulcius, nihílque homine libero dignius: Tiraq.
de Nobil. cap. 2. *per tot.* Boër. *decis.* 321. Turnebus
lib. 27. *aduersarior. cap.* 16. Petr. Greg. *lib.* 4. *de Re-*
pub. cap. 8. *& lib.* 18. *syntagm. c.* 22. Menoch. *de ar-*
bitrar. lib. 2. *cent* 4. *cas.* 378. Bobadilla *in Politica*
lib. 3. *cap.* 3. *n.* 61 *& seq.* Scipio Amiratus *lib.* 3. *dis-*
sert. Polit. cap. 3. vbi refert Leonem Imperato-
rem dicentem, duas artes ad sustinendam, ac ser-
uandam Rempub. vtilissimas esse, agriculturam,
propter militum alimenta : & militiam propter
agricolarum tutelam, & has duas artes cunctis
præferendas esse, quia cæteræ aliquando super-
uacaneæ sunt, hæ nunquam non necessariæ. Col-
lantes *in pragmat. de los labradores, lib.* 1. *c.* 1.
Mornacius *in notis ad l. idem Labeo,* 22. *§. fi-*
lius, D. famil. ercíscund. pag. 505. Pineda *de reb.*
gest. Salomon. lib. 3. *cap.* 22. *§.* 1. *pag.* 138. & *lib.*
6. *cap.* 22. *§* 1. *pag.* 471. *& in Eccles. cap.* 2. *vers.*
5. *pag.* 262. *& cap.* 5. *vers.* 8. *pag.* 557. Matth
Lopez Brauo *de Rege & regend. ratio. lib.* 3.
pag. 3. *& seqq.* Nauarrete *discurs. polit.* 39. *per tot.*
omninò videndus, *Alphabet. curiositatis* 1. *par.*
fol. 27. Prosper. Rondell. *in tract. de vinea, vin-*
demia, & vino, cap. 5. *pag.* 15. vbi plura agri-
culturæ singularia congessit, Dom. Episcopus
de la Pax *in lect. sup. Decret. pag.* 387. *& seqq.*
Torquem. *in Monarch. Ind. lib.* 13. *cap.* 31. *&*
seqq. vbi de nostrorum Indorum agricultura,
& nouissimus Callistus Remirez, qui pluri-
mos congerit, & agricolas † Iecur Reipub. es- 17
se ostendit, *in tract. de lege Reg. Aragoniæ,*
§. 14. Quos Plutarch. ad Trajan. Imp. scribens,
pedibus etiam æquiparat, & in eis totius cor-
poris Reipub. molem sustineri, ac moueri
demonstrat, indéque multis priuilegiis, & fa-
uoribus adiuuandos esse concludit. Provt &
facit, † ipsum referens, & sequens Lucas de 18
Pena *in l.* 1. *& in l. nunquam, circa fin. C. de*
agricol. & censit. lib. 11. Benedict. *vbi supr.*
num. 338. 434. Mantua *obseruat.* 10. Tiraq.
d. tract. de Nobilit. cap. 32. Collantes, & alij
ex sup. relatis, & latè & eleganter Choppin.
in integro tract. cui titulum fecit *priuileg.*
rusticorum, Mornacius *in notis ad Cod. sup.*
l. 4. *C. de defens. ciuit.* & *Auth. de agricultores,*
C. quæ res pignor. Carrocius *in tract. de lo-*
cato, 1. *par. tit.* 1. *fol.* 4. de nostris Indis a-
gens Agia *d. resp. de seruit. person. pag.* 16.
Et extat Motus proprius Pij V. plura priui-
legia concedens in fauorem agricolarum, &
rei frumentariæ, editus die XI. Octobr. ann.
1576. *in vol. Motu propr. pag. mihi* 70. quæ
etiam vt plurimum continentur *in d. pragm.*
de los labradores, ann. 1594. quæ hodie est *l.*
5. *tit.* 17. *lib.* 5. *Recop.*

Inter quæ † illud notabile refert Fortun. Gar- 19
cia *in l. item quia, D. de pact.* nempè quòd licèt in-
uecta & illata in prædium vrbanum, ipso iure ta-
citæ hypothecæ subiaceant, vt deciditur *in ead. l.*
item quia, & in l. eo iure, cum aliis, in quib. caus.
pignor. In prædiis tamen rusticis colonorum bona
non debeant tacito pignoris iure teneri, vt *in l. in*
prædiis, eod. tit. & in l. certi iuris, cum similib. C. de
locato, quia cùm plerúmque ad agriculturam
spectent, ne generali quidem obligatione,
quantumvis expressa, venirent. Quam † ra- 20
tionem licèt impugnare conetur Ferdinand.
à Mendoça *d. l. item quia, cap.* 4. *n.* 11. sustine-
ri tamen non immeritò potest, cùm hoc sem-
per à prudentissimis legumlatoribus ob fa-
uorem agriculturæ cautum inueniamus; † ne 21
agricolarum boues, aratra, ligones, vomeres,

& id genus reliqua pignoris iure à quopiam temerariis ausibus caperentur, *d. Auth. agricultores, cum aliis, & d. pragmat. vers.* 1. latè & doctè, post alios, Magerus *de Aduoc. armata, cap. 9. n.* 421. *pag.* 376. Quippè quia ne agriculturæ vtilitas impediatur, nō solùm ipsis agricultoribus, verùm & instrumentorum rusticorum libertati cauisse veteres Græcos, narrat Diodor. Sicul.
22 *li.* 2. Et apud † Phryges, vt refert Stobæus *serm.* 42. & Ælianus *de hist. animal. lib.* 12. *cap.* 34. si quis instrumentum agricolationi aptum furto sustulisset, vel bouem aratoré excidisset, is mor-
23 te mulctabatur. Cui legi † aliam Atheniensiū similem refert idem Ælianus *lib.* 5. *de var. histor. cap.* 14. quæ bouem mactari prohibebat, quoniam ille quoque agricola esset, & humano generi laborum socius, cuius vltima verba agnoscit, imò repetit Plin. *lib.* 2. *nat. hist. cap.* 45. ibi: *Socium enim laboris agrique culturæ habemus hoc animal:* qui idem *lib.* 8. *cap.* 45. & Valer. Maxim. *lib.* 8 *c.* 1. scribunt, à Pop. Rom. damnatum fuisse patremfamilias, quòd bouem aratorium pueruli sui desiderio mactasset. Et Diu. Chrysost. *in orat.* 64. auctor est, legem latam fuisse à Demonassa Cypriorū Regina, ne liceret occidere bouem aratorem. Quam cùm filius eiusdem violasset, à Regina matre interfectus est. Et conueniūt alia, quæ recolit Bald. *de pign. c.* 12. *circa fin.* Alexand. ab Alex. *lib.* 3. *gen cap.* 12. Ouid. *lib.* 15. *Metamorph.* & meliùs *lib.* 4. *Fastor.* ibi:

A boue succincti cultros remouete ministri.
Bos aret: ignaram sacrificate suem.
Apta iugo ceruix non est ferienda securi,
Viuat, & in dura sæpè laboret humo.

Collantes *d. lib.* 1. *cap.* 3. *& seqq.* & Renat. Choppin. *d. tract. de priuil. rustic. lib.* 1. *cap.* 7. Et apud
24 † D. Hier. *lib.* 2. contra Iouinian. legimus à Valēte Imper. legem per Orientem latam, ne quis vitulorum carnibus vesceretur, propter agriculturæ fauorem. Quæ omnia hodie etiam apud nos Regiis sanctionibus in vsu, & praxi esse videmus. Imperator quoque Constantinus, teste Cuiac.
25 *lib.* 4. *obseru. c.* 20. edicto sanxit: † ne boues aratorij, etiam deficientibus iis, qui cursui publico destinati erant, ab his, qui iter faciunt, abstraherentur, *l.* 1. *de angar. & perangar. in C. Theodos.* de quo pluribus agit Radulph. Forner. *lib.* 1. *de quotid. cap.* 18. Quandoquidem hæc sunt:

----- Duris agrestibus arma,
Queis sine nec potuere seri, nec surgere messes.
Vomis, & inflexi primum graue robur aratri,
Tardaque Eleusinæ matris voluentia plaustra,
Tribulaque, trabeæque, & iniquo pondere rastri;
Virgea præterea Celei, vilisque supellex,
Arbuteæ crates, & mystica vannus Iacchi.

Vt scitè canit Virgil. 1. *Georgic.*

26 Idem quoque † Imp. Constantinus statuit, *in l.* 1. *C. de agric. & censit. lib.* 11. ne vnquam sationibus, vel colligendis frugibus insistentes agric. ad extraordinaria munera vocarentur, cùm prouidentia sit, his necessitatibus opportuno tem-
27 pore prouidere. Vnde manarunt, † & originem habuerunt feriæ, quæ eisdem agricolis messium, & vindemiarum temporibus olim concedebantur, de quib Plin. *lib* 18. *c.* 26. & Vlpian. *in l.* 1. *D. de feriis, l.* 37. *tit.* 2. *p.* 3. cum aliis, quæ eruditè tradit Albanus Spinasatus *lib.* 2. *Polit. c.* 4. Ræuard. *lib.* 2. *coniectaneor. c.* Bris omnino legendus, *in repet. ad leg. Dominic. C. de spectacul. pag.* 217. Cuiac. *lib.* 4. *obseru. c.* 20. Choppin. *d. tract. lib.* 1. 2. *p. c.* 7. Didac. Perez *in l. vnic. tit.* 7. *lib* 3. *Ordinam. col.* 987. & nostra pragmat. *suprà relata,* vbi Collantes *lib.* 2. *per tot.* Parlador. *differ.* 79. *c.* 1. *cum seqq.* & Felician. à Vega *vbi suprà* Qua pragmatica extante, † cessare hodie videtur 28
quæstio illa, an eiusmodi feriarum tempore, executio aduersus agricolas fieri posset: quam ea semota, affirmatiuè resoluisse videntur Specular. *in tit. de feriis, ad fin.* Maran. *de ordin. iud.* 4 *p. dist.* 16. *n.* 6. Greg. Lop. *in l.* 36. *tit.* 2. *par.* 3. *num.* 10. & Parlad. *lib.* 2. *quotid. cap. fin.* 5. *par.* §. 4.

Et † quod semper valdè curatum fuerit, ne 29
rustici, siue liberi, siue adscriptitij, aut serui agricolationibus inseruientes, à propriis fundis exirent, vel litium, aut aliarum curarum ratione vrbes frequentarent, optime ostendit Aristot. *lib.* 6. *Polit. cap.* 4 vbi ait, agricolas, † nec regna, nec 30
Reges curare debere, & Polybius *lib* 4 quos refert Mornacius *in notis ad lib.* 1. *Cod sup. l* 4. *C. de defensor. ciuit. pag.* 176. & melius ac latius cum Columella, & aliis Brisson. *lib* 2. *selectar. c.* 9. à quo habuit noster Pineda *in Eccles. cap.* 10. *vers.* 15 *pag.* 1011. & Pet. Faber. *lib.* 2. *semest. cap.* 5. *pag* 59.

Qui † hinc deducit seruitutem rusticam olim 31
duriorem fuisse, quàm vrbanam; nempe quia
† illam (vt plurimum) serui vincti, & compediti 32
exercebant, vt ostendit Columel. *lib.* 1. *de re rust. c. vlt. & lib.* 11. *c.* 1. Seneca *lib.* 7 *de benef cap.* 10: *O miserum, si quem delectat sui patrimonij liber magnus, & vasta spatia terrarum colenda per vinctos!* Ouid. *lib.* 1. *de Ponto eleg.* 7. *ad Græcinum*, de se loquens:

Hæc facit vt viuat fossor quoque compede vinctus,
Liberáque à ferro crura futura putet.

Cui similis est idem *lib.* 4. *Trist. eleg.* 1. Tibull. *lib.* 2 *eleg.* 7. Iuuenal *satyr.* 11. & Martial. *lib.* 9. *epigram.* 23. vbi ita ait:

Vt Setina meos consumat gleba ligones,
Et sonet innumera compede Tuscus ager.

Ex quo illa apud Plin. *lib.* 18. *cap.* 3. *de imminuta agriculturæ dignitate querela: At nunc* (ait) *eadem illa vincti pedes, damnatæ manus, inscripti vultus exercent.*

Et ex eodem etiam fonte dimanat aliud non minus nobile quàm vtile priuilegium, ne † scilicet ex fructibus agriculturæ, aut pecorum, vul- 33
gò, *Labrança y criança,* vectigal persoluatur, de quo pluribus agit Azeued. per text. ibi *in l.* 10. *&* 11. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recop. & in cons.* 17. per tot. Gutierr. *lib.* 3. *pract. q.* 78. & Gironda *de gabellis.* Quia vt inquit Dion. Cassius *lib.* 1. *hist Rom. c.* 3. *&* 8. Athenienses à nonnullis reprehensi sunt, quod cùm agricolarum instrumenta violari vetuissent, de ipsismet agricolis non grauandis, aut detinendis, nihil sanxerunt. Multoque nobiliorem esse dicit Indorum legem, qui considerantes quantum agricolarum ordo afferat in Republica momenti, & ipsorum studia, ac beneuolentiam multi facientes, sanxerunt, nullas agricolis molestias à quoquam inferri, quia propter communem vtilitatem nati, vt amicis, sic hostibus maximo adiumento esse possunt. His enim modis, & priuilegiis annonæ, & vbertati publicæ consulitur, ac prouidetur.

Cuius cura † semper maxima esse debet, vt 34
late prosequitur Ripa *in tract. de peste, tit. de remed. ad procur. vbertatem,* Petr. Greg. *lib.* 19. *syntagm. cap.* 6. latissimè Bobadil. qui alios plurimos refert *in Polit. lib.* 3. *cap.* 3. *&* 4. *per totum*, & elegan

elegantissimus noster Matth. Lopez Brauo in
aureo libello de Rege, & regendi ratione lib. 3.
Et insinuat Vlpian. in l.1. §. cura carnis, D. de
off. Præf. vrb. Circa quam benè notat Mornac.
35 in omissis pag. 1072. † caritatem cibariorum,
seu edulium, efficere tandem, vt vel florentis-
simæ ciuitates desolatæ, viduatæque sint ha-
bitatoribus, nec tanto numero frequentari so-
36 leant. Ad quod probandum † adducit Apul.
lib. 1. Metamorphos. siue de Asino aureo, vbi
ædilem quendam sic loquentem inducit: Quid
tam magnis pretiis pisces friuolos indicatis, &
florem Thessaliæ regionis, instar solitudinis, &
scopuli, edulium caritate deducitis?
37 Et ita † Reges nostri Prudentissimi & Pro-
uidentissimi, ab initio detectionis, siue con-
quisitionis huius Noui Orbis, enixè studue-
runt, vt in eius prouinciis agricultura, & res pe-
cuaria introduceretur, vt narrat Ant. de Her-
rera in Histor. gener. Ind. decad. 4. lib. 6. cap. 11.
pag 1.0 & lib 10. cap. 5. pag. 269. vbi tradit, qua-
liter plures rusticorum siue laboratorum colo-
niæ ex Hispania deductæ, & in has regiones
missæ fuerint, vt rei rusticæ operam darent.

Sed vt à diuerticulo in viam, quod dicitur,
redeamus, hæc planè, quæ de agriculturæ fa-
uore, & Indis ad eam distribuendis retulimus,
38 † ad vinearum quoque sationem, & vindemiæ
operationem non ineptè, iure communi inspe-
cto, extendi posse videntur, cùm largo modo,
vindemia frugum nomine comprehendatur, vt
in l. frugem 77. D. de verb. signif. l. 1. D. de feriis,
& gloss. verb. Frugibus, in d. l. 1. C. de agricol. &
39 censit. lib. 11. Sicut † appellatione glandis omnis
fructus venire solet, qui nascitur, & renascitur, l.
1. D. de glande leg. l. qui vener. ũ, §. glandis, & l. silua,
§. glans D. de verb sign. cum traditis à glos. & Ab-
bate in c. salubriter, de vsur. Corseto in sing. verb.
fruct & Card Tusch. eod. verb. concl. 484 Et ita in
40 nostris † terminis concludit Ioan. Matienz. d.
tract. de moder. Reg. Perù 2. par. c. 13 vbi defendit
plurimũ oportere, vt in his Indiarum prouinciis
vinearum plantatio, & cultura admittatur: quod
& insinuat Agia d. respons. pro seruit. pers. pag. 53.
41 Sed iuxta † Regias & peculiares, quæ de
hac re agunt, ordinationes, contrarium statu-
tum reperitur, vineis scilicet Indos dandos non
esse, quia earum plantatio in his prouinciis
semper inhibita fuit, cùm ex aliis causis, tum
maximè ne commercium cum Hispania hac in
parte cessaret, vt præter alias antiquiores caue-
tur in cap. 40. Instruct. Proregis Peruani Dom. D.
Ludouici à Velasco ann. 1595. tom. 1. impress. pag.
318. vbi sic exorditur: En las instrucciones y
despachos secretos que se dieron à don Francisco
de Toledo, quando fue à gouernar aquellos Rei-
nos, se le ordenò, que tuuisse mucho cuidado de no
consentir, que en ellos se labrassen paños, ni pu-
siessen viñas, por muchas causas de gran conside-
racion, y principalmente, porque auiendo allà
prouision bastante de estas cosas, no se enflaque-
ciesse el trato y comercio con estos Reinos, &c.
42 Et in eod. to. pag 330. extat † aliud cap. 19. In-
struct. Proregis Mexicani, quo ei eadem ratione
iniungitur, ne linum, & sericum ea in prouin-
cia seminetur, & operetur, Que se informe si han
plantado en aquella tierra morales y linares, y no
consienta passen adelante en esto, basta que otra
cosa se prouea. Idem etiam cauetur & ad oliue-
ta producitur in d. sched. seruitij personalis
ann. 1601. § 8. quæ sic habet: I comoquiera † que 43
en differentes ocasiones se ha ordenado à los Vir-
reyes, vuestros antecessores, que no permitan, ni
den lugar à que se planten viñas ni oliuares en
essas prouincias, y despues que no se acrecienten
las plantadas, he entendido, que son muchas las
que estan plantadas, y para el beneficio y labor
de ellas, es mi voluntad, y mando, que tampoco se
den Indios de repartimiento, y que en el tomar In-
dios de su voluntad para ello, y en la venta de
las viñas y oliuares, y en todo lo demas que à
esto toca, se tenga la misma orden que en lo delas
Chacaras, so las mismas penas, y que las hagais
executar con grandissimo rigor. Et in illa alte-
ra ann. 1609. c. 24. ibi: Que para la cosecha,
sementeras, y demas beneficios de la Coca, cul-
tura de las viñas y oliuares, no repartais ningu-
nos Indios, por los inconuenientes grandes que
hasta aqui se han experimentado en los repar-
timientos de esta calidad. Et extat † schedula 44
14. August. ann. 1610. ad Peruanum Proregem
Dom March. Montisclarium directa, quæ suprà
dictam prohibitionem plantationis vinearum
& oliuarum recensens, eam spretam fuisse gra-
uiter queritur; iubétque, vt mandata exequan-
tur, ea ratione reddita, quia hoc supra modum
expediat: Pana la dependencia que conuiene ten-
gan essos Reinos de estos, y para la contracion y
comercio.

Idemque † eadem ratione deciditur in can- 45
narum dulcium plantagine & cultura, ex qui-
bus mel & saccharum conficitur, illa superad-
dita, quod cùm huius arboris natura calidam
terram desideret, Indi in ea operantes, facilè
ægrotare solent, vt expressè proponitur in d.
sched. ann. 1601. § 4. quæ nullo modo Indos ad
hoc opus compelli, vel etiam voluntariè loca-
ri permittit, quamuis cum Hispanis aliquam su-
per his laboribus societatem iniisse dicantur.
Idemque, & enixius, adhuc cauetur in d. sched.
ann. 1609. § 21. vbi solum arbitrium relinquitur
ad Indos voluntarios permittendos, En la
corta y acarreo de las cañas, si pareciere, que en
estas dos ocupaciones cessan las causas referidas.

Et pariter † in Noua Hispania ex eisdem 46
causis prohibitum reperio Indorum seruitium,
quod ad tinctoria illa folia colenda, & colli-
genda dirigitur, quæ vulgò vocantur, Añir, vt
constat ex schedula quadam ann. 1579. quæ
cum Mexicanis Auditoribus loquitur: & meliùs
ex quodam capite epistolæ ann. 1581. ad Gua-
temalensem Audientiam in 4. tom. impress. pag.
317. & seq. vbi relatis damnis, quæ Indi ex hoc
seruitio recipiunt, ne voluntarios quidem ad
illud conduci permittit, ea pia ratione addita,
quòd salus & conseruatio ipsorum, quibuscun-
que lucris præponi debeat.

Quod autem † vinearum plantatio in his 47
prouinciis prohibita sit, ne commercium His-
panicum hac in parte intercideret, mirum, aut
nouum videri non potest, cùm multoties alia
similia exempla apud Auctores reperiantur.
Quibus admonemur, † licitè Principes posse, 48
publicæ vtilitatis causa, aliquarum rerum
vsum, vel exportationem, non solùm ad prouin-
cias hostium, vel Barbarorum; sed etiam ad re-
gna amica, vel sibi subiecta prohibere, vt con-
stat † ex l. 1. & 2. C. quæ res vend. non poss. & 49
C. quæ res exportari non debeant, vbi de vino
& oleo specialiter loquuntur Impp. l. 22. & 23.
tit. 5.

*tit.5.p.5.*vbi Greg.Lop.Alex.*conf.*130 *lib.7.*Roder.Suar.*alleg.*18 *n.3.*Boër.*decis.*178.Cepol.*cons.* 131.*lib.2.*Capic.*decis.*150.Brisson.*lib.4.select.c.4.* Borrel.*de præstant.Reg.Cathol. c.6.n.7. & c.9.n.* 48.*& seq.*Auiles *in c.52* Prætor.Trentacinq.*var. resol.lib.3.resol.3.de verb.oblig.*Cabed.*decis. Lusitan.*115.*&* 47.*par.2.*Tho.Valasc.*alleg.*62. Stracha *de mercat. 2. par. n.4. & p.4. c.1. sub Rub. Mercatura in quibus rebus possit exerceri*, Nauar. *in cap.ita quorundam,notab.*1.*n.4.de Iudæis*, Hier. Laurent.*decis. Auenionen.*40. Afflict. *in proœm. constit.Regn Sicil.q.3.n.5.*Camill Gallin.*de verb. sign.lib.7.c.23.n.9.*Iul.Clar.*lib.5. sententiar.§.fin. q.77.n.25.*Fachin.*lib.1.controuers.c.1. vers. Sunt autem*, vbi loquitur de prohibitione venationis & piscationis,& ex aliis,quæ nouissimè congerit Ægid.Bened.*in comment. ad leg. ex hoc iure, D.de iust.& iur.1. par. c.7. n.20.* & ex pluribus schedulis,quæ serica,vel bombycina Regni Sinarum in his Indiarum prouinciis vænalia haberi,aut quouis modo portari strictissimè prohibent,de quibus alio in loco latiùs agemus.

50 Et in ipsis † vinearum terminis de Domitiano Imperatore narrat Sueton. in eius vita *c.7.* edicto publico vetuisse,ne quis in Italia nouellaret,vtq;in prouinciis vineta succiderentur,relicta vbi plurimũ,dimidia parte:nimirùm quòd cùm summam vbertatem vini, frumenti verò inopiam conspiceret, existimauit, nimio vinearum studio negligi arua. In quo † edicto exe-

51 quendo licèt non perseuerauerit, vt idem Suet. subdit *c.*14.compulsus propter libellos Græcos hac de causa, contra eumà Eueno, vt putatur, Philosopho sparsos,quos Latinos reddidit Beroald.*in comment.ad eund.Suet.*& Angel. Politian.*in Miscell.c.26.*in hunc sensum, sic enim loquitur vitis:*Vel si me ad radicẽ comederis, tãtùm tamen vini producam, quantum immolando Cæsari possit infundi.*ad eos, allusisse putant Ouid.*1. Fastor.*

Rode Caper vitẽ,tamen hinc cum stabis ad Aram,
In tua quod spargi cornua possit,erit.

52 Adhuc tamen † seruatum videtur sub Imperatoribus insequentibus, vt promiscui non esset iuris vitem instituere,sed eorum tantum, qui à Principe veniam impetrassent, vt obseruat Casaub.*ad Sueton.d. c.7.*& constat ex Philostr. *in vita Apollon.lib.6.*& vberius in vita Scopeliani Sophistæ,quem dicit totius Asiæ nomine legationem obiisse ad Domitianum, deprecaturũ edicti huius executionem. Sed addit Philostratus causam aliam latæ legis,quoad Asiam prouinciam attinet,nempè: *Seditiones sæpè ortas ex*

53 *temulentia.* Et idem tradit † Euseb. Cæsariens. *in Chron. ann.*94.vbi loquens de eodem Domitiano,sic inquit:*Domitianus prohibuit vites in vrbibus seri*:quem notat Læuin.Torrent,*ad Suet.d. c.7.*& loco illius: *In vrbibus*,reponendum putat: *in Italia.*Sed excusat Arnold. Bontacus *in notis ad Euseb.*coniiciens,pro, *In vrbibus*, legendum forsan,*In vrbe*,nisi intelligas dictum pro *In aruis vicinis vrbibus*,vineta enim non nisi vrbibus,& locis habitatis plerúmque adiacent. Et ad idem Domitiani edictum de excidendis vineis, respiciens Statius *lib.4.siluar.in via Domitiana*,sic ait de eodem Imp.loquens:

Qui castæ Cereri diù negata
Reddidit iugera,sobriásque terras.

Et eiusdem meminit Sabellicus *Ænead.7. lib.4. & Ænead.7.lib.7.* & Cæl.Rhodig.*lib.11.lect.antiq.c.11.*& de peculiari prohibitione vinearum in Hispania noster fr. Ioan.à Ponte *in conuen. vtriusq. Monarch.lib.2.c.23.pag.*149. & nouissimè fr.Bened.à Peñalosa *in excellent Hisp.excell. 5.c.7.*Illúdque in Galliis,& Pannoniis, & Mœsiis obseruatum,† quousq; Probus Imp. vineas 54
eos habere permisit,apertè indicat Eutrop. *lib. 9.hist.Roman.*loquens de eodem Prob.Imp. ibi, *Vineas Gallos & Pannonios habere permisit*: vbi Henric.Glarean.*in annot.*ita arguit: *Ergo ante Probum in Gallia & Pannonia non fuere vites*, & ad idem tendit Aurel.Vict.*2.par.hist.c.37.* & eius epitome *c.52.*ibi:*Eodem modo hic*, scilicet Probus,*Galliam,Pannoniasque & Mœsorum colles vinetis repleuit*;vbi Andr.Scot.*in not.* ita ait, *Ne quis autem in Italia nouellaret, cauit Domitianus,Suet.c.7.*Et † Flau.Vopisc.*in Probo*, vbi 55
etiam Hispanos addit,sic inquiens: *Gallis omnibus,& Hispanis,ac Britannis hic permisit, vt vites haberent,vinumque conficerent. Ipse Almam montem in Illirico lecta vite consecuit.* Vbi Casaubon. subiungit: *Vites instituuendi,aut colendi quantum quis vellet,neque in Italia, neque in prouinciis ius fuit; coërcebatur enim eius rei libertas lege Domitiani,quã refert Suet.c.7.* Et statim tradit,cur Vopiscus de Britannis meminerit? quorum terram vinetis non esse aptam,omnes sciũt, & reponendum putat, *Pannoniis*, vt cum aliis historicis conueniat. Licèt eum excusare, & ab hac nota,& emendatione defendere tẽtet Theodor.Marcil.*in not.ad Suet.d.c.7.* & Probum non tã vineta in his prouinciis permisisse,quàm iussisse contendat. Pro quorum concordia videri possunt, quæ eruditè obseruat Ant. Clarus Siluius *lib.singul.ad leges XII.Tabul.pag.*164. Sed Arnald.Ferron.† *lib.2.comment.ad consuet.* Burdigal.*tit.*8.§.20.*in fin.*Domitiani & Probi edicta 56
vt iacent,intelligit, & cùm suis temporibus in Gallia vinearum numerum excreuisse dicat,quia earum cultura ita quæstuosissima est, vt quouis fœnore maiora reddat emolumenta,iuxta Colu-mell.*lib.4.de re rust.c.3.*Domitiano Cæsare opus esse inquit,qui vineas iubeat,exscindi,quas Probus, vt Galli reficerent, apud veteres permisit. Quod idem obseruat Renat. Chopp. *de priuil. rustic.lib.2.c.7.n.*4 conqueriturque, quòd nimio vinearum studio in Gallia negligantur arua, & minatur aliquem venturum Domitianum Cæsarem,qui prohibeat earum plantationem.Additque Probum Cæsarem Gallis vineta reficere permisisse, quæ Domitianus Imp. præceperat amputari, & refert nouissimam legem Francicam, qua modus statutus est vinearum sationi, mandatumque Præfectis prouinciarum, vetare cauere,ne quis nouellaret in Gallia,ac vites immodicas consereret, posthabito agri frumentarij cultu, sed duas saltem vt fundorum partes exarandas curaret,sparsisque frumenti seminibus exercendas.

Quã legem in his Peruanis † prouinciis strictè exequendam, vel vineas in totum succidẽdas,ego consulerem, nisi iam in eis multorũ reditus,& patrimonia consisterent. Quibus tamen ob huius pœnæ dissimulationem,aliquam pecuniariam multam Fisco Regio pendendam imponi posse,his diebus tractatum videtur, expedita ad id Regia schedula data Matr. 20.Maij ann. 1631. in cuius confirmationem & defensionem videri possunt, quæ lato calamo † de dãnis vi- 57
nearum Peruanarum,& eis eradicandis, vel saltem pro quinta parte Fisco addicendis scripsit fr.Bened.Peñal.*vbi sup.ex c.7.ad 20.* Quod ta-

men

men executioni adhuc mandatum non fuit, ob aliquas vinitorum contradictiones, quæ ad Regium Senatum remissæ sunt, & in eo pendent.

Et est videndus Dom. Præses Couarrub. *in pract. cap.* 37. *n.* 4. vbi relatis Domitiani, &
59 Probi constitutionibus, addit aliam † prohibitionem, quam Reges nostri Catholici fecerunt, ne vineæ in Granatensis vrbis pago, qui vulgò, *Vega*, nuncupatur, ex eisdem rationibus plantarentur, & ex ea, vt facilior esset, ac vberior pastus animalibus, quæ ad eandem vrbem ducerentur. Et refert Platonem *lib.* 2. *de legib. in fin.* dicentem, vrbem pluribus vineis non indigere. Quod etiam nouissimè prosequitur Prosp. Rendella *in tract. de vinea, vindemia, & vino, par* 2. *c.* 2. Vbi addit, ante Domitiani tem-
60 pora, † Lycurgum Thraciæ Regem legem tulise de extirpandis viribus, atque exinde dedisse locum Poëtarum fabulis, qui eum à Baccho ob eam legem punitum scribunt, vt patet ex Homer. *Iliad.* 6. Ouid. 4. *Metamor.* Horat. *lib.* 2. Od. 19. ibi:

Thracis & exitum Lycurgi.

Fracast. *lib.* 1. *de intellect.*

Sensit Lycurgus vitibus impiam
Ausus securim mittere.------

Et notat Plutarch. in comment. quomodo adolescens Poëtas audire debeat, & Cabotius in Horat. supra. Vbi existimat ab hoc Lycurgo Mahumetem vel genus duxisse, vel eius decretum repetiisse, ac Turcis sanxisse.

61 Quod verò † vineis, oliuetis, & sacchari operationibus, aliisque similibus rebus Indi dari prohibeantur, inde natum videtur, quòd hi labores sint eorum saluti contrarij, vt suprà dictæ schedulæ exprimunt, & præcipuè quod eiusmodi fructus non sint humanæ vitæ omnimodo necessarij, magísque ad voluptatē quàm ad Reipub. sustentationem, & conseruationem
62 pertineant. Quæ ratio efficit † vt priuilegium agricolis iam olim concessum, & per Regiam nostram pragmaticam renouatum, de non pignorandis, vel executionis causa capiendis bonis ad agriculturam destinatis, de quo *supra num.* 21. loquuti sumus, ad ea non pertineat, quæ vinearum culturæ destinata sunt, vt ex more, & vsu forensi ad interpretationem d. pragmaticæ tradit Parlador. *in sesquicent. differ.* 79. *cap.* 1. *n.* 1. & idem, eo non relato, pluribus argumentis probat Collant. *in comment. ad d. pragm. lib.* 1. *cap.* 4. *n* 4. *& lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 6. Vbi idem in ipsis vineis & oliuetis concludit, quia
63 † nec satorum, nec noualium appellatione comprehenduntur, ex sententia Iason. *in l. si quis legauerit, n.* 3. *D. de legat.* 1. Et quia agricolæ
64 † magis indigent frumento, quàm aliis fructibus liquidis, vt notat Bart. *in Auth ad hæc, C. de vsur.* & frumentum pro sui bonitate, & necessitate cætera excellit, vt dixit Gloss. fin. *in*
65 *l. frugem, D. de verb. signif.* Quamvis † in feriis vindemiarum, hoc est, ne vinitores vindemiarum tempore pro debitis ciuilibus capi possint, de quib. egimus *supra n.* 26. contrarium teneat ipse Parlad *lib.* 2. *quotid. cap. fin.* 5. *par.* §. 7. *n.* 25. & Collantes *d. cap.* 4. *n* 4. *& seqq. &*
66 *lib* 2. *c.* 7. *n* 5. Et † conducunt, quæ grauiter, & eleganter disserit Matth. Lopez Brauo *d. lib.* 3. *de Rege & regendi ratione pag.* 7. vbi licèt agricolis multum fauendum esse suadeat, in vinitoribus tamen oppositam sententiam tenet, quoniam plures homines, regionésque hunc hodie ignorant potum, olímque omnis à mundi ortu, vsque ad eius interitum prima ignorauit ætas, plúsque deliciis, quàm necessitatibus indulget, & plures tùm animi, tùm corporis morbos parturit, quàm repellit. De qua quæ-
stione, † & an vinum inter bona, vel inter ma- 67
la sit connumerandum? & quòd nocumenta vtilitates vincant, pluribus ex Medicorum, & Philosophorum Schola adductis latè agit Plin. *lib.* 14. *per totum, & lib.* 23. *cap.* 1. Cæl. Rhodig. *lib.* 28. *antiq. lect. cap.* 28. *& seqq.* Maiol. 1. *tom. dier. Canicul. colloq.* 21. *de plantis, pag.* 658. *& seqq.* Hier. Cardan. *de variet. lib.* 6. *c.* 24. Adrianus Turneb. omnino legendus, in integro libello, quem de vino, & vini damnis scripsit. Eruditiss. P. Ioan. Pineda *in Ecclesiast. cap* 2. *vers.* 3. *num* 2. *pag.* 241. *& num.* 8. *pag.* 248. & Ioan. Funger. qui noctè ad vtramque partem plurima congerit *in etymolog. verb. Vinum.* Et hùc tendit ipsius etymologia, nam multi sic dictum putant, quòd vim inferat menti, vt per Kalinum *de verb. iur. verb. Vinum*, & Propertius *lib.* 3. *eleg.* 33. de eo canens, sic inquit:

Vino forma perit, vino corrumpitur ætas, &c.

Vt sic appareat † perperam, vel ridiculè di- 68
xisse Accurs. *in l. minor* 35. *verb. Litis, D. de minor.* minorem locupleriorem factum videri ex mutua pecunia ab altero minore ei tradita, si minor, qui mutuo accepit, eam consumserit in bonos vsus, vt si biberit vinum. Licet no-
uissimè † de admirandis vini virtutibus, & ex- 69
cellentiis librum scripserit Andr. Canonher. & ante eum aliqua tradiderit Cassanæ, *in Catal. glor. mund. par.* 12. *consid.* 84. Matth. de Afflict. *ad const. Neap. lib.* 1. *Rubr.* 42. *num.* 15. *fol.* 140. vbi ad id ponderat *l.* 3. §. *qui arbores*, ibi: *Maximè qui vites, D. arbor. furt. cæsarum, & l.* 1. §. *arbores, D. de arbor. cædend.* & appellat dignissimum liquorem, quem producit vitis, videlicet vinum, de quo Sacerdos conficit sanguinem IESV CHRISTI in Missa, Mantua *in lib. Paralip.* §. 25. vbi agit de intellectu *l. milites*, §. *qui vitem, D. de re milit.* Auendañ. *de exeq. mand.* 1. *par. c.* 1. *post num.* 28. & nouiss. Prosper. Rendella *in tract. de vinea, vindemia, & vino*, ferè per totum, vbi inter alia explicat cur apud Horat. *lib.* 1. *de Varum*, vitis sacra appelletur:

Nullam Vare, sacra vite prius severis arborem.

Et in terminis vinearum Peruanarū † D. Seba- 70
stianus Sandoual qui nuper in Senatorem Panamensem meritò adlectus fuit, in satis docto libello, siue iuris allegatione, quā pro eisdem defendendis supremo Indiarum Consilio dicauit, in qua plura de agricultura & vinei eruditè congessit, & sigillatim expendit omnia argumēa, quæ Bened. Peñalosa in contrarium adduxerat, & eis respondere conatur.

CAPVT

CAPVT VIII.

De cultura arboris in prouinciis Peruanis admodum nobilis, & Indis vsque ad superstitionem amabilis, cui nomen est Coca: *& an fundis, quibus nascitur, iustè Indi distribuantur? & obiter aliqua de eiusdem arboris foliorum vsu commercio, atque etiam de Peto, vel vt alij dicunt Nicosio, siue Vabaco.*

SVMMARIVM.

1 Coca, *herab qualis?*
2 *Indi non solum amant & comedunt herbam Cocam, sed eam superstitiosè venerantur.*
3 *Indi*, Coca *in os demissa, putant se ad laborem effici vegetiores.*
4 Cocam *herbam magni olim ad plura fecerunt Peruanorum Reges, & qui de illa scribant.*
5 Coca, *quòd famem adimat, superstitiosum putat Martin. Delrius.*
6 *P. Ioann. Norembergius è Societate I su laudatur, & eius verba de herba* Coca *ad litteram referuntur.*
7 *Herbarum quarundam vis refertur, quæ famem, & sitim sedant.*
8 *Lotum herbam qui comedunt, nunquam bibunt, & de Lotho arbore.*
6 *Herbarum & lapidum quorundam proprietates miraculosæ, remissiuè.*
10 Coca *Indis vendita, ingentem olim quæstum Hispanis reddebat.*
11 *Culturæ fundorum, vbi* Coca *nascitur, Indi nunquam assignati sunt, & quare?*
12 *Schedulæ referuntur, quæ fundis* Cocalibus *Indos distribui vetant.*
13 Cocæ *vsum, & mercimonium adimere, aliquæ Regiæ schedulæ iusserunt.*
14 *Ordinationes plures circa vsum herbæ* Coca, *& culturam fundorum, in quibus nascitur, referuntur.*
15 *Culturam, vsum, & negotiationem herbæ* Coca *Indis tolli non oportere, tenet Matienz.*
16 *Aurum & argentum Barbaris non præbendum, sed subtili ingenio auferendum est.*
L 2 C. de comm. & mercat. *exornatur. ibid.*
17 Cocam *qui Indis vendunt, an peccent?*
18 *Vendens quod in se bonum est, vel indifferens, non peccat, etiam si emens illo ad malum vti possit.*
19 *Iudæis an liceat vendere ramos ad celebranda sua Scenopegia?*
20 *Scenopegia Iudæorum quæ essent?*
21 *Indos seruire faciens in prædiis vbi* Coca *plantatur, an, & quando peccet?*
22 *Iura & leges nihil proficiunt, si executores desunt.*
23 *Tabaci culturæ & beneficio Indi dari non debent, & quare?*
24 *Tabacus quibus aliis nominibus appelletur, & vbi nascatur.*
25 *Tabaci infinitas probè virtutes, proprietates, siue vtilitates tribuũt Auctores, qui referũtur.*
26 *Tabaco qui nimis & cum excessu in puluere, vel fumo vtuntur,* & *præsertim Monachi, reprehenduntur.*
27 *Tabacum grauiter detastatur quidam Modernus Poëta, cuius carmina referuntur.*

HIs opportunè peculiarem quæstionem subiungere possumus, de fundorum, siue prædiorum quorundam cultura, quæ in aliquibus humidis, & valdè calidis huius Peruani Regni conuallibus, vulgò, *Andes*, dictis, reperiuntur. Vbi † arbusculæ nascuntur, erecti viri proceritatem habentes, quæ singulis quaterni mensibus reuirescunt, quarúmque, folia ab indigenis *Coca* appellantur, & plurimi haberi, ac æstimari solent. Ita vt non † solùm ea comedant, sed etiam superstitiosè colant, ac venerentur, diuinum aliquid, ac supernaturale illis inesse credentes. Vnde ad plurima eis abutuntur, & † si vel tantillum intra buccas demiserint, putant se ad laborandum effici vegetiores. Et siue quia vis hæc verè ipsis foliis insit; siue quia imaginatio, vt dicitur; facit casum experientia compertum est. quantum roboboris, eis intra os retentis, consequantur, inediam, & sitim non sentientes, & quantum è contrario deficiat, vbi illis carere contigerit. Quapropter olim ipsorum † Indorum peruanorum Reges, quibus Ingarum nomen fuit, hanc *Cocam* magno in pretio, & in deliciis habuerunt, eius vsum plebi inhibentes, & magnam copiam in sacrificiis Idolorum ad eorum honorem adolentes, & concremantes, vt latè & eleganter recenset Pet. Cieza *in hist. Peruana* 1. *par. c.*96. August. de Zarate *in eadem Iust. lib.* 1. *cap.* 8. Ioseph. Acosta *in lib. Hispano de histor. nat. & morali Indiar. Occidental. lib.*4. *c.*22. vbi formam, naturam, ac proprietates huius arboris egregiè depingit. Et ab eo desumens Ioan. Borer. *in suis relat. vniuers.*4. *par. lib.*3. *pag.*102. vbi agum, an expediens sit huius herbæ vsum Indis interdicere? Franc. Hernand. Medic. *in tract. de herb. Indiar.* vbi eius effigiem, naturam, & vsus exponit, & addit, *Esse etiam Indis pro nummo, huiusque plantæ commercio emporia seruere*, & Doctiss. Marc. Delr. *in disquisit. Magic. lib.*2. *q.*21. *circa fin. vers. Vltimum erat, pag.*103. vbi resoluit † superstitiosum esse, putare quòd ea famem adimat, & nouissimè plura alia tradens, quæ à suis maioribus accepit, & ex relationibus Patris Blasij de Valera desumsit, Garcias Lassus Inca *in sua Incarum historia lib.*8. *c.*15. Dictionarium trium linguarum, *verb. Ceca, pag.*130. vbi eius definitionem, & effectus adducit, Ant. de Herrera *in hist. gener. Indiar. decad.*7 *pag.*78. & nouissimè, & latissimè Ant. Cornejo, insignis Medicus & Philosophus, *de simplicibus Indiar. cap. de la Coca*, & D. Franc. Torreblanca *de iure spirit. lib.*3. *cap.*15. vbi tamen illam vocat *Cacaore*, per librarij fortè mendacium, quibus ille liber scatet, & pleniùs cæteris de eadem herba agens Eruditiss. † P. Ioann. Noriemberg. *de hist. nat. lib.*14. *c.*25. *per tot.* cuius verba ob eorum elegantiam hîc inserenda censui: *Hayo dicitur frons Cocæ arbusti, ab Indis* Cuca, *dicti, quam ferè continuè mandunt, propterea ex nimio vsu non leuis ex ea quæstus inter Hispanos. Dicunt Barbari spiritus, & vires hauriri ex illa cum calce præmansa. Credunt id nonnulli super*

perstitiosum. Credo immeritò, licèt alioqui in summa superstitione sit Barbaris. Valera noster similem dicit esse viti, raro ramo, multo delicatóque folio; optimi odoris, sed haud nimium suauis. Hanc plantam auro, argento & gemmis anteponunt Barbari; summa diligentia plantant, colunt, decerpunt folia singillatim exsiccant ad Solis æstum, sicca mandunt, non glutiunt, contenti odore & succo. Diurnant cum illis solis, fortes & constantes in operis, & laboribus, licèt ieiuni. Maxima & plurima est operæ puluis in arte Medica: Stabilit ossa confracta, vulnera tumentia componit, frigefactiones, & frigiditates pellit, aut obstat, putrefacta & verminosa mundat, & recreat. Cùm plantatur, si radix duplicetur, arescit surculus. Folia ter aut quater in anno possunt colligi, tanta plantæ vtilitas religioni, siue superstitioni mancipauit; crebrum inde sacrificium dæmonis; eo tempore quo colliguntur folia, maximè interdicta licentia scelerum. Ipse dæmon punit peccantes: torquet plures ad tempus. In nonnullis regionibus virginibus solum licet legere, eximio ornatas cultu, summáque reuerentia, aliis neque accedere. Verebantur, ne audaciam lueret subitus languor, aut turbo. Multi paralysim, aut membrorum contractionem, aut æstum febris comparabant. Arbusta pro numinibus habita, vocant Mama Coca, hoc est, matres Coca, seu Deæ Coca.

7 Quibus ego addo, † non vsquequaque mirandum, aut nouum censeri debere, quòd *Coca* in ore retenta, famem, & sitim temperet, cùm apud Plin. *lib.* 11. *c.* 54. & *lib.* 25. *c.* 8. & Nuncupatorem Dioscoridis legamus, Scythas, Scythicam herbam inuenisse, gustu quidem perdulcem, cuius magna commendatio, quòd in ore eam habentes, famem, sitímque non sentiant. Idem præstat apud eos Hippice dicta, quòd equis quoque eundem effectum præbeat. Tradúntque his herbis Scythas duodenos dies durare in fame, & siti. Ex eodem etiam Plin. *lib.* 18. *c.* 14. constat, Oryzam, & Lupulum famis tædia valdè lenire, qui calida maceratus, non insuauiter seruit palato: quem refert Scipio Amirat. *lib* 12. *dissert. Polit. discurs.* 3. *pag.* 173. Brisson. *lib.* 2. *facetiar. c.* 41. noster Bobadill. *in Polit. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 2. Et Strabo tradit
8 *lib.* 3. & *lib.* 17. apud † Æthiopes Sole perustos, ne gens siti fortè deficiat, Lotum herbam compertam fuisse, cuius radicem qui in cibum sumpserint, nunquam bibunt, Lotophagíque dicuntur. De qua meminit etiam Simon Maiol. *in dieb. Canicul.* 1. *to. colloq.* 4. *de contingent. pag.* 117. & *colloq.* 20. *de herb. pag.* 643. & ante eum Theophr. *de caus. plant. lib.* 4. *c.* 7. & Polybius *lib.* 12. qui idem tradunt de frutice, qui nascitur ex arbore, etiam Loton, seu Lotum dicta, oliuæ vt hic inquit, siue vt ille, pyri magnitudinem habente. Cuius meminit idem Strab. *sup. fol.* 791. ibi: *Nam Lotos arbor multa in ea est, fructu suauissimo*: & expressiùs Theophr. arborem & herbam ita complectens, *Quod Loto euenit arbori, fructum Loto herbæ proximum parieti.*

9 Et de aliis † herbis, arboribus, & lapidibus miraculosas virtutes & proprietates habentibus & an id ad Magiam naturalem pertineat, latissimè & nouiss. scribit D. Franc. de Torrebl. Villalpando in tractatu omnigena eruditione referto, *de iure spirit. lib.* 1 1. *c.* 2. *per tot.* licèt ibi de hac nostra *Coca* non meminerit.

His ergo de causis, † cum Hispani Indorum 10
ad hæc folia *de la Coca*, propensionem agnoscerent, atque ex eorum venditione ingentem quæstum conficerent, cum in solo Potosiensi colle dimidium millionem quotannis ex hac negotiatione corrogarent, vt obseruat Acosta *vbi sup.* imò & integrum millionem, si credimus Ioan. Matienz. *in tract. M. S. de moder. Reg. Perù* 1. *p. c.* 44. *& seqq.* plures agros colere cœperunt, in quibus prædictæ arbusculæ producerentur, vulgò, *Chacaras de Coca.* Et cùm ad eos colendos, Indos sibi distribui postulassent, in quæstionem deductum est, an id licitè fieri posset?

Sed planè † semper à viris prudentibus re- 11
ceptum est, & à nostris Regibus multis schedulis & prouisionibus cautum, ne in eiusmodi fundis Indi inuiti laborare cogantur, & vix permissum videtur, vt voluntariè operas suas ad hoc locare sinantur, eò quòd vallium, vbi *Coca* producitur, temperies calidissima sit, & Indorum saluti, præcipuè eorum, qui ex montanis regionbus aduehuntur, omninò contraria, vnde plurimi, qui in eis laborant, citissimè pereunt. Et cùm ratio compellendi Indos ad opera rustica, ex communi, & necessaria totius regni conseruatione, vel vtilitate sumatur, vt *suprà* probauimus; in *Coca* illa nequaquam procedit, cuius beneficium Hispanis ad vitæ sustentationem, necessarium non est solúmque ad quæstum, & merum lucrum adspirant, quòd ex Indorum labore, & calamitate consequi non debent, *l. nam hoc natura, D. de condict. indeb. l. de submersis, C. de naufrag. lic.* 10 *cum similib.* Et dato, quòd Indi ea opus habeant, ipsis eius seminatio, & collectio relinqui deberet, quos scimus olim parcissimè ea vsos fuisse, cùm ad Reges tantùm, & Regni Proceres pertineret, vt Acosta & Garcias Lassus *vbi sup.* testantur.

Quæ omnia † præuidens, & prouidens Re- 12
gia quædam schedula Tolet. 22. *Decemb.* 1560. quæ posteà repetitur per alias *ann.* 1563. & 1567. & reperiuntur *in* 4 *to. impres. pag.* 318. refert grauia damna & mortes Indorum, quæ ex calida & laboriosa huius herbæ culturasequebantur, & quòd magis dura censetur, quàm operatio metallorum, ac propterea iubet, ne deinceps Indi inuiti vllo modo ad eam distribuantur, & vt graues pœnæ contrarium facientibus irrogentur. Idem quoque cautum fuit in ordinationibus, quas ad beneficium *de la Coca*, edidit Dom. Peruanus Prorex Comes de Nieua *cap.* 2. & 3. quas refert Matienz. *d.* 1. *par. cap.* 51. Et aliis omissis, nouissimè in illa sæpè allegata schedula seruitij personalis *ann.* 1601. *cap.* 24. vbi ita cauetur: *Que para la cosecha, sementera, y los demas beneficios de la Coca cultura de las viños, y oliuares, no repartan ningunos Indios, por los inconuenientes grandes que hasta aqui se han experimentado, en los repartimientos de esta calidad.*

Quinimò, † cùm sæpèsæpiùs actum fuerit de 13
huius arboris, siue herbæ vsu, & commercio omnino tollendo & extirpando, ita vt neque Indi voluntarij ei incumbere sinerentur, altera Regia schedula, edita fuit Matriti 18. *Octob.* 1569. quæ extat 4 *to. pag.* 319. & refert qualiter Indi ad suas idololatrias, & alia maleficia superstitiosè, & à dæmone illusi abutantur, & quòd in eius cultura plurimi pereunt, quia in terra

terrá valdè calida & humida nascitur. Iubetque vt deinceps, vel in totum hæc cultura tollatur, vel saltim ita consulatur Indis, qui voluntariè ad eam operas suas locare voluerint, vt minùs, quàm fieri possit, periclitentur. Quod ipsum non minùs piè & prouidè dictum, & cautum inuenio in Concilio Limensi 2. *ann.* 1567. *par.* 1. *Canone* 124. *pag.* 23. his verbis: *Que la Coca es cosa sin prouecho, y mui aparejada para el abuso y superstiçion de los Indios, y de comerla los Indios, tienen poco fruto, y de beneficialla muchos trabajos, y por su ocasion han perecido y perecen muchos: y assi se desea que los Gouernadores quiten à los Indios el trabajo de beneficiar la Coca, ò alomenos no los fuercen contra su voluntad.*

Sed quoniam in hac cultura in totum tol-
14 lenda, aliquæ difficultates oblatæ fuerunt: † de eius saltem damnis temperandis seriò actum fuit in Regiis ordinationibus *ann.* 1573. *d.* 4. *tom. pag.* 319. *& seqq.* quæ omnes in fauorem Indorum tendunt, qui huic beneficio, seu labori *de la Coca,* deseruiunt, eiusque culturam moderantur, ita vt, *Ninguna persona pueda tener Chacara de Coca, demas de quinientos cestos de cosecha de Coca en cada mita, &c.* Et posteà edita fuit alia schedula *ann.* 1574. *eod. tom. pag.* 322. *Que manda, que no se contrate la Coca por reuendedores, sino fuere en los assientos de minas.* Quibus ordinationibus alias plures adiecit Dom. Prorex D. Franciscus à Toleto, & alias suo modo confinxit Matienz. *d. tract. M. S.* 1. *par. c.* 51. Qui tandem concludit,
15 cessante † Indorum coacto labore nec iustum, nec expediens esse, vt Hispanis hæc cultura, & negotiatio interdicatur, tùm quia Indi, si ea priuentur, maximum dolorem accipient; tum etiam quia occasio cessabit auri, & argenti à Barbaris eruendi, quæ mediante hoc com-
16 mercio, vtiliter, & suauiter exercetur, † iuxta consilium Impp. *in l.* 2. *C. de commer. & mercat.* ibi: *Non solùm Barbaris aurum minimè præbeatur, sed etiam si apud eos inuentum fuerit, subtili auferatur ingenio.* Quò etiam spectant verba Ciceronis *in orat. pro Lucio Flacco, post medium,* & alia, quæ tradit Ant. Guibert. Costanus *lib. singul. quæst. iur. cap.* 3. *num.* 3.

Neque obstat, quòd Indi, non solum infideles, verùm etiam iam baptizati, *Coca* ista superstitiosè, vt dicitur, vti soleant, & aliquando eam suis sacrificiis & idololatriis immis-
17 ceant. Nam licèt † hoc argumento aliqui tollendam esse censuerint, & peccare Hispanos, qui eam Indis diuendunt, maximè si statum & conditionem emptorum diligenter non quærant, & an tales sint, vt de eis prædicta peccata timeri non possint, *arg. text. in cap.* 15. Act. Apostol. vbi simili ratione Neophytis prohibitum fuit ne comederent ex idolothytis; & eorũ, quæ de his, qui mulieribus fucos, & aleatoribus aleas, & inebriari solitis vinum vendunt, tradit D. Anton. *in sum.* 2. *p. tit.* 1. *c.* 23. §. 13. Angel. & Tabiena, *verb. Ars,* Rosella *verb. Negotiatio,* Gabr. *in* 4. *dist.* 15. *q.* 3. *dub.* 4. Maior. *ibid. q.* 15. fr. Eman. Roder. *in sum.* 2. *par. cap.* 76. *num.* 15. & fr. Ioan. Baptista *in suis aduert.* 1. *par. in tabula verb. Afeites, & verb. Vino, & verb. Vender naipes y dados.* Contrarium tamen in specie nostra resoluendum est: nam cùm hic frutex naturalis sit, nihilque in se mali, vel incommodi habeat; eius plantatio & venditio inhiberi non debet, vel venditores in peccati periculum ducere, ob id, quòd aliqui Indi eo abutantur, arg. eorum, quæ de abusu rerum in se vtilium, & bonarum non curando, tradit Petr. Greg. *lib.* 5. *syntagm. c.* 4. *n.* 10. & Nos latiùs *sup. hoc eod. lib. c.* 4 *num.* 82. alioqui nec auri, argenti, piperis, & tritici Indici, vulgò *Agi, y Maiz,* venditio permittenda esset, cùm his quoque rebus Indi interdum in suis sacrificiis, & idololatriis vtantur. Et quoties † id, 18
quod venditur, bonum in se, vel indifferens est, nullatenùs vendens peccatum admittit, nisi delicti inde patrandi aliquam notitiam, vel suspicionem habuerit; tunc enim, si reperta non excusat, aut vendicat, tegere vt conscius criminosa festinat, vt aliàs dicitur *in d. l.* 2. *C. de commerc. in fine.* Et in similib. quæstionib⁹, securè probat Abulens. *in cap.* 6. *Matth. q.* 5. Syluest. *verb. Ars, q.* 4. vbi refert Archidiac. idem tenentem, & Petr. de Aragon. *in* 2. 2. *q.* 10. *art.* 4 *dub.* 1. *circa secundam conclus. vers. Tertiò dico,* Bañez *ibid. art.* 11. Caiet. *art.* 4. Mag. Lorca *art.* 9. *q.* 10 *num.* 5 Alcocer *in tract. de ludo, c.* 60. & communis omnium Theologorum recentiorum *in d.* 2. 2. *q.* 10. *art.* 4. vbi tractant, quando infidelibus vendi possint aliqua, quæ ipsi in sua peccata conuertent. & P. Ferdin. Rebell. *de oblig. iust. lib.* 9. *q.* 18. *sect.* 3. *ex n.* 25. *pag.* 671. *&* 672. vbi tractat, quando & quomodo liceat vendere venena & alia prohibita, ex quibus malus vsus sequatur, & Iudæis Agnum Paschalem. Quibus adiicio † insigne 19
consilium Nauarri, primum in ordine *sub tit. de Iudæis,* vbi multum in nostris terminis disputat, an liceat Christianis colere prædia, in quibus nascuntur plantæ Myrti, vt earum ramos posteà vendant Iudæis, qui eos emunt ad celebranda sua Scenopegia: id est, † festa quæ- 20
dam, quibus, agentes sub tabernaculis, ex ramis, frondibusque inumbrationis causa compositis, memoriam renouabant eius temporis quo Ægyptiorum seruitute liberati, in solitudine sub tentoriis agitauerant. Et resoluit, tales venditiones licitas esse, nullumque peccatum continere, si vendens delicto non cooperetur, & solùm ad aliquem finem bonum id faciat, puta, ad quærendam sibi pecuniam, qua se sustentet, vel aliàs ea honestè vtatur. Et in ipsis nostris terminis *de la Coca,* idem expressè sentit Ferdin. Zurita *quæst. Indicis, q.* 30. *per totam,* & fr. Thom. à Iesu *in tract. de procur. omn. gent. salute, pag.* 228 *& pag.* 823.

Et pariter non peccabit, † qui Indos volun- 21
tarios in prædictis prædiis, *de la Coca,* retineat, quamuis eorum aliquos ob calorem, vel laborem ægrotare, vel mori contingat, quia volenti non fit fraus, neque dolus, & damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi, non aliis imputare debet, vt in regulis iuris cauetur. Si verò eos nimis grauet, aut vexet, vel coactis vtatur, etiam si ipse vim immediatam non intulerit, sed Prouinciæ Rectores, aut ipsorum Indorum Gubernatores, quos, *Caciques,* vocamus, cum quibus nundinatio hæc frequentissima esse solet; tunc absque dubio damnorum inde prouenientium reatum incurret, cùm is, qui causam damni dat, damnum dedisse videatur, *cap. qui causam, de reg. iur. in* 6.

vbi

vbi Petr. Pechius plura notauit. A quibus peccatis, & ab aliis iniuriis, quæ in hac negotiatione erga miseros Indos committuntur, vix est, vt quisquam ei intendens, liberetur, nullæque leges, aut pœnæ sufficiunt, vt illæ satis vitari possint, vt rectè aduertit Matienz. *d. c.* 51. Quamobrem plurimum expedit, vt Gubernatores, ac Prætores Indorum in his inquiren-
22 dis, ac tollendis inuigilent: † cùm parum sit iura condere, nisi sint, qui ea exequantur, *l. 2. §. post originem, D. de origin. iur.* Magistratus quippè exequentes, robur, & effectum dant legibus, & sententiis, vt optimè tradit Isern. *ad constit. Sicil. fol.* 154. *col.* 1. & alia congerens Marcus Mantua *in glossario c.* 51. *pag.* 41. & Nos latiùs alio in loco dicemus.

Nunc illud adiicientes, quod hæc omnia, quæ de Indis inuoluntariis *Cocæ*, operationi non distribuendis, retulimus, longè maiori
23 ratione obseruari, & practicari debebunt † in cultura & beneficio alterius herbæ, quæ in his nostris Indiis Occidentalibus, & præcipuè in Insulis, quas vocant, de Barlouento, primum reperta fuit, & iam totum ferè orbem impleuit, & ad omnes morbos depellendos proficere existimatur, cui nomen est *Tabaco*, licèt alij illam † *Petum*, vel *Nicosiam*, alij *Herbam*
24 *Regiam* appellent. Nam & hæc quoque in terris valdè calidis & humidis, atque intemperatis (vt plurimum) nascitur, & licèt ingens quæstus ex ea colligi soleat, adhuc tamen neque ipsis Indis, neque Hispanorum Reipublicæ ita vtilis & necessaria mihi videtur, vt pro ea hominum salus prodigi debeat. Sem-
25 perque suspectas, vel incertas habui tot † ac tantas virtutes & proprietates, quas ei attribuunt plurimi Auctores, qui Latino & Hispano sermone de eis integros libros ediderunt. Et præcipuè Monardes *part.* 2. & Franc. Hernandez, & Ant. Corneius *in cap. de Tabaco*, P. Euseb. Noriemberg. *de Hist. naturæ, lib.* 15. *cap.* 65. *pag.* 358. *& seq.* & nouissimè D. Franc. Torreblanca *de iure spirit. lib.* 8. *cap.* 1. *ex num.* 13. Et vt aliquatenus veræ sint, illorum exces-
26 sum excusare non possum, qui † passim singulis propè horis, imò & momentis puluerem, vel fumum ex ea naribus, aut ore recipiunt. Nam hoc nihil aliud est, quàm medicamentum in vitium conuertere, cùm ab assuetis passio non fiat, aut si quæ fiat, in graue cerebri & stomachi damnum redundet, vt pluribus nouissimè probat Eduard. Vestonus, omninò videndus, *in Theatr. vitæ ciuil. lib.* 3. *cap.* 29. *pag.* 314. *& seqq.* qui præsertim Monachos, huic vitio nimis indulgentes, reprehendit. In
27 cuius quoque † detestationem, & huius plantæ nociuam in Europam introductionem, quidam modernus Satyricus, & elegans (vtinam ita pius) Poëta, ita grauiter inuehit:

Planta nocens, ô lethifero planta horrida fumo
Quam bona diuersis natura dimouerat oris:
Quis te planta nocens tristi vectare carina
Instituit demens, nostrisque ostendere terris?
Scilicet infelix raperet cùm sæcula Mauors
Deformisque fames, morbique, cadensque senectus
Proh dolor! & sæuæ legerent aconita nouercæ,
Heu etiam in nostras deerant hæc fata ruinas?
Quis sordes facinusque tuum dirosque vapores
Explicet, & fœdo surgentia nubila fumo?
Talis auernali corrumpit spiritus auras
Missus in astra lacu, moriturâque germina soluit;
Vicinumque pecus, volucrumque intercipit alas.
Talis & inferni subter mala limina mundi,
Vrget odor manes, cùm lampada tristis Erynnis
Soluit, & extinctæ fumant post prælia tædæ.
Planta nocens, ô lethifero planta horrida fumo.
Te si semifero iactasset Cacus ab ore,
Alcidem vicisset odor. Te sæcula prisca,
Si nossent, poterant vacuis præferre cicutis,
Et de Cerberea natam te dicere spuma.
Tum si quis patriam violasset cæde senectam,
Huic mites nimium flammas, huic lenta putassent
Flumina, fumiferi potasset nubila Peti.

CAPVT IX.

De re pecuaria, siue de iustitia, vel iniustitia eiusdem personalis Indorum seruitij, dum inuiti pascendis, & custodiendis pecudum, & armentorum gregibus assignantur.

SVMMARIVM.

1 *Pecorum procreatio & conseruatio, maximè necessaria est vitæ humanæ.*
2 *Pascua interdum veniunt appellatione fundi. Et res pecuaria est viua agricultura, secundùm Aristot.*
3 *Pascuorum status etiam pro agrorum cultura mutari non debet.*
4 *Adam fuit agricola, & Abel filius eius, pastor ouium.*
5 *Ægyptij populi in tres status diuidebantur.*
6 *Pecuariæ rei multi ex Patriarchis, & Romanis Ducibus insudarunt.*
7 *Diuitiæ antiquorum in quo consisterent?*
8 *Pecuniæ verbum à pecudibus nomen accepit.*
9 *Verba multa antiquorum à pecoribus originem trahunt, & quare?*
10 *Mulctæ olim cur in bobus, & ouibus fierent?*
11 *Pecuariæ rei vtilitatem qui commendent, & prosequantur?*
12 *Indi pro pascendis, & custodiendis gregibus dari debent.*
13 *Grex quid propriè significet? & quòd interdum hoc nomen ad homines extendatur, &* num. 15.
14 *Armentum ab arando, quasi aramentum, putat M. Varro.*
15 *Pecuaria in re, greges anserum, gallinarum, & similium collocare videtur Martialis, cuius epigram. refertur.*
16 *Pulli gallinarum qualiter apud Vtopienses, Memphitas, Ægyptios, & alios, sine incubatione educantur, & inde Flauio Vopisco lux allata in epistola Hadriani Imp. quam refert.*
17 *Indorum distributionem ad pecora pascenda, & custodienda, qui probent?*
18 *Indi olim, & hodie qualiter pastoritiam artem exercuerint, & exerceant?*
19 *Schedulæ plures recensentur, quæ Indos pastores distribui iubent.*

20 *Schedula*

20 *Schedula ann.* 1541. *quæ montes & pascua in Indis communia esse iubet, exponitur.*
21 *Stabula Hispanorum circa agros, & sata Indorum ædificari prohibentur.*
22 *Pascere animalia sua in alieno agro nemo potest.*
23 *Ordinationibus D. Proregis D. Francisc. à Toleto, qualiter cautum fuerit seruitium Indorum pro pascendis gregibus? Et quid in illis desideretur?*
24 *Salarium Indorum pastorum cur minuerit Prorex D. Francisc. à Toleto? & quòd eius opinatio falsa fuerit.*
25 *Labor durus est, qui laboranti victum non ministrat.*
26 *Salarium Indis pastoribus augeri debet, & quare?*
27 *Pastorum officium durissimum, & laboriosissimum est, & militiæ simile, ex Virgil.*
28 *Pastor Indus non nisi octingentis ouibus præficiendus est, & amissas soluere debet.*
29 *Salarium maius debetur, vbi quis periculum rei sibi commissæ in se suscipit.*
30 *Pastoribus Indis plures oues pascendæ, & custodiendæ iniunguntur, quàm Regiis ordinationibus constitutum est.*
31 *Gregis appellatione docem oues, val quinque porci continentur.*
32 *Indus pastor plus soluit pro ouibus amissis, quàm pro salario lucratur.*
33 *Pastor de amissis ouibus tenetur, & quid probare debeat, vt excusetur?*
34 *Pastores Indi faciliùs excusandi sunt de ouibus amissis, & quare?*
35 *Dolus tantùm præstatur in contractibus, qui gratia vnius ex contrahentibus dumtaxat celebrantur.*
36 *Pastor si probet ouium pestem, vel mortalitatem in eadem prouincia, liberatur.*
37 *Indos pastores in custodia ouium à dolo, & culpa in totum excusare non conuenit, & quare?*
38 *Pastor si fiat lupus, meritò tenetur actione furti.*
39 *Indi qualiter excusentur de ouibus amissis per quoddam caput schedulæ seruitij personalis ann.* 1609. *quod expenditur.*
40 *Remedia dictare in materiis Indorum facile est, difficile verò perficere, aut infecta emendare.*
41 *Morbos sentire, & demere non est eadem ratio, ex Ouid.*

AGriculturæ tùm necessitate, tùm antiquitate, proxima est pecorum procreatio, &
1 conseruatio, † cùm sine his humana vita transigi nequeat, nisi quis fortè Pythagoricum institutum sequatur, qui ab omnibus carnibus abstinuit, vt Iuuenalis scribit *satyr. vlt.* & ventri indulsit non omne legumen. Vnde pascua,
2 † fundi etiam appellatione, aliquando veniunt, & eius partes esse censentur, vt ait Scæuola *in l. Seiæ* 20. §. *tyrannæ*, *D. de fundo instructo*, & post alios prosequitur Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centr.* 3. *casu* 245. & consonat Aristot. *lib.* 6. *Politic. cap.* 4. vbi inquit, studium rei pecuariæ, magnum habere commercium cum agricultura; & *lib.* 1. *cap.* 5. *paulò ante med.* vbi greges pascere, vocat viuam agriculturam.
3 Pascuorúmque † status regulariter mutari non potest, etiam pro cultura agrorum augenda, vt benè, & practicè obseruat Couart. *in pract. c.* 37 *n.* 4. à quo habuit Tusch. *verb. Pascendi, concl.* 111. *num.* 7. Et Genes. 3. & 4. legimus,
† Adamum à Deo agricolam constitutum, vt 4
operaretur terram, de qua sumptus est: eius verò filium Abel ouium pastorem effectum. Et
Didior. Sicul. *lib.* 1. inquit, † Ægyptium po- 5
pulum in tria quondam hominum genera distributum, Agricolas, Pastores, & Opifices; quod etiam memorat Aristot. *lib.* 7. *Polit. c.* 10. vbi addit Italos priùs fuisse pastores, deindéque ad agriculturam deuenisse.

Et alibi passim reperimus, † plurimos ex 6
antiquis Patriarchis, & Romanæ Reip. Ducibus, eisdem ministeriis grauiter insudasse, vt præter alios ostendit Valer. Max. *lib.* 3. *cap.* 4. sic inquiens: *Incunabula Tullij Hostilij agreste tugurium cœpit. Eiusdem adolescentia in pecore pascendo fuit occupata: validior ætas Imperium Romanum rexit, & duplicauit.* Nemesianus *Ecloga* 2. *vers.* 72.

Dij pecorum pauere greges, formosus Appollo,
Pan doctus, Fauni Vates, & pulcher Adonis.

Virgil. 3. *Greg. in princip.*

Te quoque magna Pales, & te memorande canemus
Pastor ab Amphriso.——

Tibul. *lib.* 2. *eleg.* 2. & *lib.* 3. *eleg.* 4. & alij passim, ex Græcis & Latinis Poëtis.

Eóque respiciens D. Isidor. *lib.* 17. *etymologiar. cap.* 2. † *Diuitiæ* (inquit) *antiquorum in* 7
his duobus erant: bene pascere & bene arare: quod latiùs diducit Tiraq. de Alex. *lib.* 4 *Genial. c.* 15. & Lælius Bisciola *lib.* 3. *horar. subseciuar. cap.* 9. Et M. Varro *lib.* 3. *de ling. Lat.*
Pecuniosus † (inquit) *à pecunia magna dictus* 8
est, pecunia autem à pecu, à pastoribus enim horum vocabulorum origo. Festus quoque Ponpeius *lib.* 15. *de verb. signif. verb. Aggregare*, & *verb. Pecunia*, idem eleganter ostendit: nam cùm docuisset verbum illud ab ouium gregibus deriuatum, quæ inuicem sibi iunctæ quiescunt, subiungit, † non esse mirum, si quorun- 9
dam verborum frequens vsus ex pecoribus pendeat, cùm apud antiquos opes, & patrimonia ex his præcipuè constiterint, vnde adhuc pecunias, & peculia dicimus. Columella etiam idem apertè significat *lib.* 6. *de re rust.* dicens. *In rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi, eadémque quæstuosissima, propter quod nomina quoque & pecuniæ, & peculij tracta videntur à pecore, quoniam id solùm veteres possederant, & adhuc apud quasdam gentes vnum hoc vsurpatur diuitiarum genus.* Quibus verbis alia similia D. August. refert Gratian. *in cap. totum quidquid* 1. *q.* 3. & consentit Ouid. *lib.* 5. *Fast.* sic canens.

Cætera luxuriæ nondum instrumenta vigebant,
Aut pecus, aut latam diues habebat humum:
Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est.

Et Plin. *lib.* 18. *c.* 3. vbi simul declarat, † cur 10
mulctæ olim in bobus & ouibus fierent, & cur multa nobilium familiarum Romanarum cognomina ab agrorum fructibus, & pecudum differentiis profecta fuerint, vt Fabij, Pisones, Lentuli, Cicerones, Bubulci, Bupecij, Iuuenci, Porci, Tauri, Vituli, Vitellij, Suilli, Capriani, Ouini, Caprini, Equini. Quod etiam obseruat Plutarch. *in Publicola*, & plurima alia

11 alia † de hac specie rusticationis, & eius vtilitate, & dignitate tradentes, Tiraquel. qui innumeros refert, *in tract. de nobilit. cap.32.* Choppin. *de priuil. rusticor. lib.2. par.2. c.1. & seqq.* Petr. Greg. *lib.18. syntagm. c.22. & seqq.* Pineda *de reb. gest. Salom. lib.3. c.12. n.5. pag.* 141. & in Ecclesiast. *cap.2. vers.7. pag.*273. Matute *de Prosapia Christi pag.*12. & nouissimus Callistus Remirez, plura de pastoribus cumulans, *in tract. de lege Reg. Arag. §.*14. Petrus Gillius ad Æliani historiam, vbi etiam nobilissimos Reges habitos fuisse diligentissimos pecuarios scribit. Thom. Garzonus *in Platea vniuers.* & Vicent. Burgund. *in Speculo tom.1.lib.*18 Guido Pancirol. *in Thesaur. var. lect. pag.*365. & *pag.*374. vbi quòd in pascuis opes antiquorum consisterent, nondum inuento tritico, & de pascuorum vectigalibus, Torquem. *in Monarch. Indiana lib.13. c.33.* vbi de antiquorum Indorum pascendi ratione plura commemorat; & nouissimè, post hæc scripta à me visus Anton. Ferdin. Oterus *in tract. de pascuis, & iure pascendi, in proœm. per tot.* vbi plura alia eruditè congessit.

12 Ex quibus † descendit, quòd cùm operibus Reipub. necessariis, aut etiam in communi vtilibus, Indi deseruire teneantur, vt *sup. c.4. & seqq.* probauimus, meritò huic pascendorum, custodiendorúmque gregum, & armentorum oneri

13 subiungentur. Dicitur autem † grex propriè (vt hoc obiter aduertamus) minorum pecudum, vt ouium, caprarum, suum, proindéque ab armento, aut equitio separatur, quod pro maioribus animalibus sumitur, puta vaccis, equis, mulis, & similibus, *l.1. §. vlt. D. de rer. vindicat. l. vetus* 68.

14 *l. quid ergo* 70. *§. sed quod, D. de vsufr.* Et † M. Varro *lib.4 de ling. Latin.* vbi armenti vocem ab arando deducit, quasi aramentum: quod & probari videò à D. Isid. *lib.12. etymol. c.1.* ibi: *Alij armenta tantùm boues intelligunt, quasi Aramenta. Discretio autem est inter armenta & greges: nam armenta equorum, & boum sunt: greges verò caprarum & ouium*, & sequitur Laurent. Valla *lib.4. elegan. c.42.* ex Ouid. *lib.* 4. *Metamorph.*

Mille greges illi, totidenque armenta per herbas
Pascebant.--------

Et Virgil. *lib.3. Georgic.* ibi:

Hoc satis armentis: superat pars altera curæ
Lanigeros agitare greges, hirtasque capellas.

Quanquam non ignorem, equarum quoque, & armentorum greges dixisse Cicer. *in Verrin. & Philipp.* 3. ac bouem in grege videri ponere Pomponium *in l. si grege* 22. *D. de legat.*1. cum aliis, quæ obseruant Brisson. Brrutius, Hottoman. Prateius, & nouissimus Calinus *de verb. iur. verb. Grex.*

15 Quinimò † in re pecuaria, etiam greges anserum, gallinarum, columbarum, gruum pauonum, piscium, aprorum, & similium animalium, quæ industria hominum cicurari solent, ponere videtur Choppin. *d. cap.*1. refertque Martial. *lib.* 3. *epigr.*57. lepidè describentem Villam Faustini, vbi.

Truces in alta valle mugiunt tauri,
Vitulúsque inermi fronte prurit in pugnam.
Vagatur omnis turba sordidæ cohortis,
Argutus anser, gemmeique pauones,
Nomenque debet, quæ rubentibus pennis,
Et picta perdix, Numidicæque guttatæ,
Et impiorum phasiana Colchorum.
Rhodias superbi fœminas premunt galli,
Gemit hinc palumbus, inde cereus turtur.
Auidi sequuntur Villicæ sinum porci,
Matremque plenam mollis agnus expectat.

Et conducit illud Horatij *lib.1. epist.3.* de auibus loquens:

Ne si fortè suas repetitum venerit olim
Grex auium, &c.

Et per translationem hominum quoque, militum, & puerorum gregem dici reperio à Plauto *in Prologo Asinar.* & *in Aulularia act.3. scen.3.* Terent. *in Eunucho*, Liuio *lib.*8. & Sueton. *in Caligula cap* 18.

Et qualiter Vtopienses † pullorum infinitum 16 gregem, vel multitudinem educant, narrat Thom. Morus *in sua Eutopia, lib.2. pag* 57. inquiens, quòd non incubant oua gallinæ, sed magnum eorum numerum calore quodam æquabili fouentes, animant, educántque, hi simul, atque è testa prodiere homines vice matrum comitantur, & agnoscunt. Quod quamquam iste Auctor in ficta illa sua Repub. per fictionem comminiscatur; Memphi tamen præclarissima Africæ vrbe vere contingere narrat Leonius *p.*8. & ex eo Maiol. *in colloq.6 de auibus pag.*197. tradens, pullos ibi, absque incubatione gallinarum procreari: *Excluduntur enim arte quidam. Nam plus mille ouis vase testaceo inclusis, subiicitur ignis lenis: post septimum autem diem in lucem animantia prodeunt: venundanturque nec numero, aut pondere, sed mensura.* Et statim addit in insula vulgò, *del Moro*, sub Rege Ternate solo Solis calore, oua gallinarum, arena, vel puluere infra quatuor vlnarum mensuram condita, fœtificari, exclusósque pullos, absque matris cura nutriri: quod & ante ipsos docuit Aristot. *de hist. animal. lib.6. c.2.* inquiens: *In Ægypto, ouis fimo terra obrutis, pullos excludi. Et Syracusis compertum esse, oua sub storia in terra posuisse aliquem, atque ita editos fuisse fœtus. Iam verò & in vasis quibusdam tepidis iniecta oua, spontè pullos deprompsere*: quæ notare volui, tum quia suspicor nullibi meliùs hanc fœtificationem prouenire posse, quàm in nostris Insulis & Indiis Occidentalibus. Tum etiam quia mihi vsui fuerunt ad intelligendum epistolam Hadriani ad Seruianum, quam refert Flauius Vopiscus *in Saturnino*, vbi de Ægyptiis loquens, inquit: *Nihil illis opto, nisi vt suis pullis alantur, quos quemadmodum fœcundant, pudet dicere.* Nimirum propter fimum vel stercus, vnde talis fœcunditas prouenit.

Eamque Indorum † ad prædictum munus distributionem agnoscit, & probat Acosta *lib* 3. *de procur. Indor. salut. c.*17. ibi: *Siue gregem pascat*, & Matienz. *de moder. Reg. Perù* 1. *par. c.*11. & 2. *par. c.*13. *in fine*, vbi multa considerat pro vtilitate & necessitate conseruandi in his prouinciis pecudum causas, siue stabula, quæ alicubi *Estancias*, alibi *Hatos*, & aliis nominibus nuncupamus. Et idem facit Agia *in suis respons. de seruit. pers. pag* 6. & Torquem. *in Monarc. Ind. lib.13. c.*31. & *seqq.* Vbi simul recenset, 17

† qualiter Indi olim, & hodie attem pastoritiam 18 exercuerint, & exerceant. Et Garcias Lassos Inca *in suis commentariis Regiis de Incarum historia lib.8. & 9. c.16. & seqq.* vbi refert, quando, & qualiter Hispani ad has prouincias Peruanas varia maiorum, & minorum pecorum genera adspor-

spportare

ſportare cœperunt, & quàm citò in magnos greges excreuerint, Indis ſemper ad eos paſcendos, ac cuſtodiendos vtentes, qui commodiùs huic labori intendere poſſunt, cùm paſcua & ſtabula in frigidis, & montanis locis, vt plurimùm, reperiantur.

19 Quibus arrident † plures, variis temporibus editæ, Regum noſtrorum Prouiſiones, Schedulæ, & Ordinationes, quæ hanc Indorum ad prædictũ ſeruitij genus diſtributioné, non probare tantùm, verum & imperare videntur, quæ reperiuntur *in 4. tom. impreſſ. pag. 301. cum multis ſeqq.* Et licet in illa *ann.* 1601. omnia coacta Indorum ſeruitia tolli videantur; hoc tamen ex proœmialibus, & ſæpè repetitis eiuſdem ſchedulæ verbis exceptum videtur, vt aduertit Agia *d. pag.6.* Ita enim inquiunt libertati Indorum proſpiciendum eſſe, vt iis, quæ ad prouinciarum conſeruationem, & ſuſtentationem, ipſorumque Indorum pariter, atque Hiſpanorum bonum ſunt neceſſaria, vllum præiudicium non generetur, vt latiùs dixi *ſup. c. 4. ex n.*48 Et euidentiùs demonſtrat altera ſchedula *ann.* 1609. ſuperioris declaratoria, quæ ſæpè repetit Indos ad paſcendos, & cuſtodiendos greges diſtribui debere, & vel in primo cap. ſic exorditur: *Primeramente ordeno, y mando, que ſe hagan los repartimientos de Indios neceſſarios para labrar los campos, criar los ganados, &c.* In alia quoque ſched. ann. 1618. quæ perſonale ſeruitium Regni Chilenſis aboleri iubet, ita id temperandum eſſe monetur: *Que no ſe falte à la labrança y criança*: & in alia data Vlyſſipone 24. Auguſti ann. 1619. huic Regiæ Limanæ Audientiæ directa, eadem Indorum diſtibutio probatur, ea tamen lege: *Que ſe mire mucho por el bien dellos, de manera que no ſean granados, ni ſe los reparta mas numero del que les toca, y deben dar, ſin admitir en eſta parte pretenſiones, ni diligencias de los que los pidieren para ſus comodidades, y fines particulares, pues lo contrario es exceſſo en perjuizio de partes, y contra todo buen gouierno.*

20 Et hunc † etiam procreandi, ac propagandi pecudes finem, ſiue ſcopum reſpicit illa alia nobilis prouiſio D. Caroli V. Imp. data en Fuenſalida 28. Octobr. ann. 1541. quæ extat *in 1. tom. impreſſ. pag. 61. & 62.* vbi cauetur: *Que todos los montes, paſtos, terminos y aguas de las prouincias de las Indias ſean comunes, para que todos los vezinos dellas puedan gozar de ellos libremente: y aſſimiſmo puedan hazer, y hagan cabe qualeſquier bohios que ouiere en las dichas prouincias, cauañas, y traer ſus ganados junto à ellos, ò apartados, como quiſieren, &c.* Quod tamen

21 † (vt alibi latiùs tradẽmus) ita accipiendum eſt, dummodò ſtabula, & paſcua circa Indorum populos, & ſata, vel aquas non exerceantur, neque in aliis locis, vbi eis, vel etiam aliorum Hiſpanorum fundis damno eſſe poſſint. Hoc enim grauiter prohibitum eſt ſchedulis ann. 1550. & 1555. quæ reperiuntur *in lib. impreſſ. Ordinat. Mexican fol.* 173. Et iuris com-

22 munis regulis adiuuatur, † quæ ſtatuunt, neminem poſſe in alieno agro animalia ſua paſcere, *l. quintus, ad leg. Aquil.* Alex. *conſ.* 35. *Viſo proceſſu, n.7. lib.4.* Craueta *conſ.* 153. *in princip. l. fin. C. de paſcuis publ. lib.11. l. iniuriarum, §. fin. & l. ſeq. D. de iniur. l. per agrum, C. de ſeruit. cum ſimilib.* Couar. *cap.37. pract.* Tuſch. *litt. S. concl.* 111. vbi tamen hoc limitant, niſi adſit præſcriptio, vel ius paſcendi in alieno agro iunctis pluribus aliis, quæ de damno in alieno paſturagio à pecudibus dato, & de eius ſatisfactione, oppidorumque circa hæc variis ordinationibus, tradit nouiſſimè Ant. Otetus *in d. tract. de paſcuis, c.* 12. 13. *& ſeqq.*

Extant quoque diuerſorum Proregum ordinationes, & præcipuè illius Indiani Numæ, ſiue Nomothetæ Dom D. Franciſc. à Toleto, qui bus præfigitur modus, † quo Indi paſtoricio 23 huic miniſterio, de quo agimus, diſtribuẽdi ſunt, & ſalarium, quod huius laboris ratione conſequi debent In quibus tamen plures docti, & graues Viri aliquam emendationem deſiderant, quatenus iubent, vt Indi, qui huic oneri deſtinantur, ſex continuos menſes in eo ſine mutatione deſeruiant, cùm tamen in aliis ſeruitiis breuiora tempora deſignentur. Necnon etiam, dum eiſdem Indis paſtoribus, quos *Agnatyes* vocant, viginti duos argenteos nummos, & dimidium in ſingulos menſes pro ſalario, & victu præſtituunt, quod in ſingulos dies ſex dumtaxat aſſes reddit vulgò, *Tres quartillos*, cùm tamen Indis, qui in aliis miniſteriis, non magis grauibus, & oneroſis occupantur, duos argenteos nummos, vltra victũ, ſalarij nomine pendi, idem Prorex ſtatuerit Neque † placet diſcrimi 24 nis cauſa qua motus fuiſſe videtur, nempe quòd Indi paſtores, cùm vagi, & otioſi per campos obambulent, poſſunt oculis ad gregis ſibi commiſſi curam attendere, & ſimul manibus aliquid operari, ex quo amplius ſibi lucrentur Nam in hoc euentus, & experientia cõtrarium oſtendit, cùm pecudum domini Indos paſtores otioſos eſſe non ſinant, & quicquid præter id operãtur, ſibi quoque, & ſuis vtilitatibus cedere putantes, ab illis extorqueant. Et prætereà impoſſibile eſſe videtur, vt ſex illi aſſes ſufficiant ad laborem Indorum compenſandum, qui vel in ſola cuſtodia gregis impenditur, cùm vix ad victum illius diei, quantumvis tenuem, comparandum in his prouinciis ſufficiat Duruſque, & † iniuſtus ſem- 25 per ille labor reputari ſoleat, qui laboranti miſerabilem ſaltim alimoniam, prænij, aut mercedis vice, non præbet, *cap. Eccleſias, verſ. Item Apoſtolus 13. q.1. c. Epiſcopos, de offic. Ordin. lib 6.* cum aliis, quæ tradit Roman *conſ.* 25. *per tot.* & *conſ* 344. vbi apoſtillæ plures concordantes adducunt.

Vnde † ſemper iuri, & rationi magis con- 26 ſentaneum eſſe putaui, vt his Indis opilionibus, ſiue paſtoribus ſalarium augeatur, idémque aſſignetur, quod cæteris præſtari ſolet, qui in aliis miniſteriis deſeruiunt, prout diſponi videtur in quadam ſchedula ann. 1591. ad Quitenſem Cancellariam directa 4 *tom. pag* 299. ibi: *Y moderar el numero de los que ſe reparten para la guarda de ganados y acrecentarles los ſalarios, proueyendo como ſe les de lugar para oir Miſſa y acudir à la doctrina, &c.* Nam vt verum eſſe concederemus, minùs illos, quàm alios laborare; hoc leuamen, aliis grauioribus incommodis repenſatur. Etenim cùm per ſex continuos menſes inſeruiant, diutiùs à ſuis municipiis, & domunculis, ſiue tuguriis abeſſe compelluntur, & vel vxores, ac liberos, friuoláque quæ habent, deſerere, vel ſecum, Biantis inſtar, omnia hæc adſportare Vtrumque autem quàm ſit durum, & aſperum, nemo non videt. Vt omittam † alios huius

huius officij labores, quos optimè expressit Vir-
gil. 3. *Georg.* Baptist. Mantuan. *Eclog* 6. *&* 9.&
efficiunt vt pastores militibus quoad vitæ genus
affinitate quadam coniunguntur, vt colligitur ex
Aristot. *lib.6. Polit. c.4.* & Virgil.*d.lib.3.Georg.*
ibi:

—— Omnia secum
Armentarius Afer agit, tectúmque larémque
Armaque Amycleúmque canem, Cressumque pharetram
Non secus ac patriis acer Romanus in armis.

Et præterea † cùm eisdem ordinationibus prę-
28 finitum sit, vt octingentis ouibus pascendis, ac cu-
stodiendis vnus dumtaxat Indus pastor inuigilet,
& vt earum, quæ eius culpa perierint, vel amissæ
fuerint, pretium soluere debeat, quod incommo-
dum, & periculum in aliis seruitiis neutiquam im-
minet, planum est, eiusmodi † grauaminum
29 occasione, augeri quoque salarium debere, *argum.*
text.in c.nauiganti, de vsuris, ibi: *Pro eo. quòd pe*
riculum in se suscepit, l. fundi partem 80. *D. de*
contrah. empt. l. *si sterilis* 22. §. *si tibi fundum,*
D. de act. empt. cum latè adductis à Tiraq. *de re-*
tract. lignag. §.1.*gloss.*18.*n*.8. Pinel. *in Rubr.C.*
de rescind. vendit. c.2.n.29.& in l.2.C. eod..*p.*
30 *cap. fin. n* 23. Maximè quam † nusquam nume-
rus ille octingentarum pecudum seruatur, sed
plures multo pastori Indo quamvis inuito &
reluctanti, committi solent, & singulos greges,
quos vulgò *Manadas* appellamus, mille ca-
pitum, vel mille & ducentorum efficiunt.
31 Cùm † de iure communi gregis nomen decem
ouibus, aut quinque porcis contineatur, vt do-
cet I. C. *in l. oues, D. de Abigeis,* vbi Bart. *num.*
2. idem Bart. & Angel. *in l. sicut,* § 1. *D. quod*
cuiusque vniuersit. & obseruat Conan. *lib.4.com-*
*mentar. c.6. n.*10 Rebuff *in l. Neratius* 85. *D.*
de verb. signif. Forcat. *in upid. Iurisp. cap* 13.
Cuiac. *lib* 6 *obseruat. c.*8 & Petr. Pithæus *in*
32 *not. ad fragm.*.*C pag.*93. Quò fit, † vt ferè sem-
per plures amitti, vel perire contingat, quàm vt
à pastore, seruit j tempore explete nedum integro
salario, quod lucratus est, verùm neque reliquis
suis fortunis, exsolui possint, quòd quidem omni
iure reprobatum existit, *l. illicitas,* §. *ne tenuis, D.*
de offic. Præsid. vbi Bald. & DD. & alij rela-
ti ab Alphano *collectan.*524. *l.*1 *&* 2. *C. de*
*exactor. tributor. & C. de superexact. lib.*10. *& l.*1.
*& per tot, C. de execut. & exact. lib.*12. cum aliis.

Et planè, † quamvis non ignorem, iuxta iu-
33 ris communis regulas, pastorem de ouibus amis-
sis teneri, neque bonam eius excusationem esse,
quod lupus eas comederit, vt late tradit Specu-
lat. *in tit. de act. seu petit.* § 3. *vers Item nota quòd*
si, in fin. & Abb. *in cap. innotuit, de elect.* quapro-
pter ei probatio mortis incumbit, *l. si fundum,* 10.
§. *Imperator, D. locat. l. si creditor* 4. vbi docet Cyn.
D. de pignorat. act. Accurs. & post eum Bald. Paul.
& Petr. Peralta *in l. cùm ita* 33. §.1. *ff. de leg.* 2. Ias.
in l. si pascenda, C. de pact. vel saltim pellem
domino ostendere debet, addito iuramento,
quòd sine dolo, aut culpa sua mors interuenerit,
cui standum est, nisi dominus contrarium docere
potuerit, vt probat text. optim. *de iure nostro*
*Regio in l.*15. *tit.*8. *par.*5. *& in l.*2. *tit.*21. *lib.*
9. *Ordinam.* quarum argumento ita contra
Bald. *vbi sup.* & Alex. *cons.*158. *lib.*2. qui tra-
ditionem pellis, etiam cum iuramento suffi-
cere negant, rectè docet Palac. Rub. *in repet.*
*cap. per vestras, notab.*6. §.11. *num.*12. Didac.
Perez *in l.*12. *tit.*14. *lib.*2. Ordin. Cassanæus
*in consuet. Burgund. Rubr.*1. §.5. *num.*176 *in fin.*
Auendañ *de exequend. mandat.* 1. *par. cap.* 2.
*num.*18 Ant. Gom. *lib.2. var. cap.* 3. *col. penul.* Car-
din. Tusch. *litt. C. concl.* 118. & Bobadill. *in*
*Polit. lib.3. cap.*15. *num.*125. *pag.*394 *& lib.*5. *c.*1.
*num.*155. *pag.*588. In his tamen † miseris Indis, 34
aut miserandis, supradicta omnia nimis limi-
tari debere putarem, cùm inuiti prorsus ad
custodiendos eiusmodi Hispanorum greges
accedant, nec tam ex contractu suo obligen-
tur, quam ex præscripto legis, vel ordinatio-
nis, aut Magistratus ita iubentis: nec dicta
custodia directo ad aliquam eorum vtilitatem
inducatur, vel indicatur, sed præcipuè, & prin-
cipaliter in bonum, & augmentum Hispano-
rum, qui gregum domini sunt. Atque ita sub
leui quauis occasione, vel culpa capitum mor-
tuorum, vel amissorum puniri, aut eorum lui-
tione mulctari non debeant, quemadmodum
in † cæteris contractibus obseruatur, qui gra- 35
tia vnius ex contrahentibus fiunt, scilicet
deposito, commodato, & similibus, *l. contra-*
ctus 22. *D. de regulis iur. l. si vt certo,* § *nunc*
videndum, el primero, & §. *interdum, D. com-*
mod. ibi: *Nam quia nulla vtilitas eius ver-*
satur, apud quem deponitur, meritò dolus præ-
statur solus; & ibi: *Vel si sua dumtaxat causa*
commodauit.

Quamobrem non iustè in hoc casu practicari
posset † illa notabilis doctrina, quam ponit 36
Bart. & post eum Ioan. de Platea *in l. qui ad*
præsens 4. *C. de murilegul. lib.* 11. *per text.*
ibi, nempè quòd si pastor, vel custos proba-
uerit, sub illud ipsum tempus in illa regione
aut prouincia, morbo, vel peste grassante, sub-
latas fuisse mortalitate aliorum prouincialium
oues, nihil amplius probare teneatur. Quod
licèt textus ille nullatenus probet, arbitrio
tamen iudicis relinquendum mihi videtur, qui ex
variis causis æstimabit, an id admittendum sit, &
in istis Indis, vt diximus, facilè ad eorum fauorem
propendebit.

Quos tamen à dolo † & lata culpa, quæ dolo 37
similis est, *l. quod Nerua, D. depositi,* excusare non
conuenit: nam experientia constat, eos natura sua
admodum furaces esse, & aliquando traditas sibi
pecudes abegisse. Vnde via delictis aperienda non
est, *l conueniri, D. de pact. dotal. d. l. contractus, D.*
de reg. iuris, ibi: *Excepto si conuenerit, ne dolus*
præstetur, nam hoc bonæ fidei iudiciis contra-
rium est. Et † pastor, si fiat lupus, meritò tene- 38
tur actione furti, vt probat text. & ibi Bald. &
alij, *in l. si seruus, C. de furt. exornat* Colerus
*decis.*207.

Atque hæc quidem, quæ pro Indorum pa-
storum † fauore considerauimus, respexisse vi- 39
detur *d. Regia schedula ann.*1609. *c.*20. quod
ego, his iam calamo traditis, inspexi, ita enim
notabiliter inquit: *Que los Indios que guardan*
ganados, no esten obligados à pagar al ganadero
las cabeças que perdieren en su tiempo, si por este
riesgo que toman sobre si, no se les diere al-
gun precio equiualente, y este serà el que vos
señalaredes, con condicion que lo tasseis, segun
el merito y valor del peligro à que se ponen
los pastores, y à las otras circunstancias de cada
prouincia. Quod tamen licèt iustissimè cautum,
nunquam tamen praxi obseruatum conspexi, vt
& in reliquis ferè contingit, quæ Indorum fa-
uorem

uorem concernunt, in quibus, vt rectè scribit Acosta *d. c.* 17. *Remedia † dictare facile est,*
40 *perficere verò, aut infecta emendare, perquam difficile.* Sicut & facile est (vt Ego dicere soleo) cognoscere damna & inconuenientia, quæ in multis rebus, quæ in his prouinciis Indiarum vsitantur, contingunt, & experimur, meliorem autem formam inuenire vtique difficillimum. Nam vt alias inquit Ouidius:

Non † eadem ratio sentire & demere morbos;
41 *Sensus inest cunctis, tollitur arte malum.*

CAPVT X.

De Gynæciis, siue textrinis, & lanificiis vulgò, Obrages; *& an illis iustè Indi deseruire cogantur?*

SVMMARIVM.

1 *Indi an iustè textrinis distribuantur.*

2 *Indi hodie in pannis conficiendis, & aliis lanificiis, vtilissimi sunt.*

3 *Victus verbo vestis etiam continetur, & n.* 25.

4 L. quos nos 234. §. fin. & l. verbo victus, de verb. signif. *explicantur.*

5 *Legatum alimentorum extenditur ad vestem, & ad lectum, siue stragulum.*

6 *Laurent. Vala malè reprehendit I.C. quòd dixerint, verbo victus vestes contineri, & eius argutiis plenè respondetur.*

7 *Homines sine veste viuere non possunt, nisi belluas imitentur.*

8 *Furari qui potest ob tegendam nuditatem, ac propter famem.*

9 *Gynæcia apud Romanos, maximè in vsu fuisse, & homines eis adscripti.*

10 *Gynæciarij & Murileguli, & alij ab his officiis abesse non poterant, & ideò mancipia vocabantur.*

11 L. qui textrini 6. C. de Murilegul. *& aliæ de mancipiis Gynæciarum, & textrinorum agentes explicantur.*

12 *Gynæcium vnde dicatur, notato errore Accursij? & qui Gynæciarij & textrini?*

13 *Bona Dea cur apud Romanos appellaretur Gynæcia?*

14 *Gynæconitis est domus mulierum, & Gyne mulier, quæ iam peperit.*

15 *Narsetem Eunuchum, licèt magnum Ducem, in Gynæcium mulierum Sophia mandauit.*

16 *Indos ex textrinis plus lucri, quàm damni accipere, multi opinantur.*

17 *Gynæcia, siue* Obrages de comunidad, *Indis multum proficua esse dicuntur.*

18 *Gynæciorum seruitio dari solent pueri decennio maiores, & de aliis eorum vtilitatibus.*

19 *Dom. Prorex D. Francisc. à Toleto, qualiter, & quàm prudenter ordinationes Gynæciorum disposuerit?*

20 *Gynæciis Indos distribui licitè posse, qui Auctores tradiderint?*

21 *Leges iustæ nasci solent ex malis moribus, & quando recipi, & exequi debeant?*

22 *Legislator vltra finem, quem, vult, ligare non prætendit.*

23 *Gynæciis Indos distribui, iam pridem vsitatum est.*

24 *Schedulæ plures referuntur, quæ Indos Gynæciis distribui, probare videntur.*

25 *Indi Gynæciarij non nisi ex locis, duabus tantùm leucis distantibus à Gynæciis, extrahi debent.*

26 *Gynæcia cum Indis coactis minimè toleranda, sed potiùs tollenda, & diruenda esse, Auctor opinatur, & quare?*

27 *Vestes verbo victus propriè non comprehendi, plurimi tradunt.*

28 *Panni, & alia stamina quæ ex Hispania adducuntur, Hispanorum vsui sufficiunt.*

29 *Gynæcia, vt permittenda essent, libera & aperta esse deberent, & cum Indis voluntariis, vt sunt aliqua in Noua Hispania*

30 *Schedula Guatimalensis refertur, quæ strictè prohibet Commendatariis, mulieres claudere, & cogere ad lanificia.*

31 *Caput elegans schedulæ ann.* 1601. *pro tollendo seruitio personali Gynæciorum, expenditur.*

32 *Schedula ann.* 1602. *& cap. instructionis ann.* 1595. *Indi Gynæciis distribui prohibentur.*

33 *Gynæcia quibus rationibus non fuerint sublata, tot schedulis eorum demolitionem iniungentibus.*

34 *Schedula ann.* 1609. cap. 1. & seqq. *Gynæcia conseruari, & Indos illorum seruitio distribui permittit, sub multis legibus, & conditionibus, quæ referuntur.*

35 *Fr. Ioan. à Torquemada censet sanctissimam esse legem, quæ Gynæcia aperiri, & Indos eorum voluntarios esse iubet.*

36 *Gynæciorum conseruationi, & seruitio licèt aliquæ schedulæ conniueant, semper tamen Regiæ voluntatis esse videtur, vt si fieri possit, tollantur, & ad hoc plures schedulæ expenduntur.*

37 *Patronis, siue Commendatariis Indorum Gynæcia in suis commendis habere, prohibitum est schedul. ann.* 162.. *licèt non seruetur.*

38 *Æthiopes cum Indis in Gynæciis misceri, prohibitum est per sched. ann.* 1612.

39 *Schedulæ, quæ Gynæcia locari vetant, referuntur, & explicantur.*

40 *Gynæcia locari, quæ prohibent schedulæ, de Gynæciis priuatorum accipi debent, non de iis, quæ sunt de Communitatibus Indorum.*

41 *Pueros decennio maiores Gynæciis distribui non conuenit, licèt aliter vsitetur.*

42 *Pueritia duris laboribus oneranda non est: sed suis studiis & ludis relinquenda, ex Arist. & aliis.*

CVm iustitiam Indos ad labores & functiones publicas compellendi, ex eorundem operum necessitate, aut communi saltem totius Regni vtilitate metiamur, meritò nunc in quæstionem vocari potest. An † iustè pannorum, a- 1
liorúmque staminum textrinis siue officinis distribuantur quæ in hoc Regno Peruano, & in Mexicano frequentissimæ sunt, & vulgò *Obrages*, appellari solent. In quibus Indi † omne la- 2
nificij genus exercent, & licèt initio nihil nisi rudum, & impolitum operarentur hodie tamen optimos pannos conficiunt, qui cum iis ferè cōparari possunt, qui ex Hispania magnis sūptibus & itineribus adsportentur. Et planè cùm pro iis, quæ

quæ ad victum pertinent, Indi, etiam inuiti, & reluctantes ad laborandum compelli possint, vt in præcedentibus demonstrauimus, æqua lance
3 dicendum videtur, † pro his quoque laborare teneri, quæ ad vestiendos & operiendos homines diriguntur. Nam verbo victus vestem etiam, & reliqua cultui corporis necessaria contineri constat, vt docuit Labeo relatus ab Vlp. *in l. verbo victus* 43. *D. de verbor. signific.* melior text. *in l. quos nos* 234 *§. final. D. de verb. signif.* vbi ita scribit I. C.
4 † *Verbum viuere quidam putant ad cibum pertinere. Sed Offilius ad Atticum ait, his verbis & vestimenta contineri, sine his enim viuere neminem posse*; & idem tradit *in d. l. verbo victus.* Vnde rectè docuit Accurs. *in l. fin. D. de aliment. & cibar. legat.*
5 † eum, cui alimenta legata sunt, pro veste quoque, & lecto, siue stragulo agere posse; cuius doctrinam sequuntur, & pluribus ornant Bald. *in l. 1. C. de Episc. aud. Roman. cons* 146. *col.* 1. Bertrand. *cons.* 159. *in fin. vol.* 1. Auiles *in c.* 17. Prætor. *verb. A razonables, n.* 5. & DD. per text. ibi *in l.* 1. *§. mulier, D. de ventre in possess. mitt.* vbi I. C. cibum, potum, vestitum, & lectum in victu connumerat. Idémque verbo sustentationis comprehendi probat opt. text. *in cap. omninò*, & ibi Cardin. Alex. 31. *dist.* & *in l. si cum dotem, §. sin autem in sæuissimo, D. solut. matrim.* & alia congerens Tiraquel. omninò vidend. *in tractat. de Nobil. c.* 31. *n.* 352. Mysing. *obseru.* 12. *cent.* 3. & *in §. item si de dote, n.* 4. *Inst. de act.* nouissimè Mager. *de Aduocat. armat. c.* 10. *n.* 312. & *seqq.* Petr. Surd. *de aliment. titul.* 4 *quæst.* 2. *ex num.* 1. vbi post Bart. & alios hoc extendunt ad cætera omnia, sine quibus corpus humanum sustineri non potest, & quæ hominum natura demonstrat. Et conducit Cic. *de amicit.* dum inquit: *Multi diuitias despiciunt, quos paruo contentos, tenuis victus, cultúsque delectat*; & *lib.* 1. *offic. Vita, victúsque communis in amicis vigent maximè, vestimentum, & habitatio continentur.*

6 Et licèt † Laurentius Valla *lib.* 6. *elegant. c.* 56. I. Consultos nimis Grammaticè reprehendat, quia dicunt, victus appellatione vestes quoque venire, eò quòd victus, inquit, venit à viuendo, sed viuere possumus sine vestibus, vt in Æthiopia, & plaga Æquinoctiali Soli proxima. Hoc tamen attendendum non est, quia vt benè tradit Alciat. *in d. l. verbo victus*, nos hîc Æthiopum leges non interpretamur, sed Romanorum, & Hispanorum, qui sine vestibus viuere non solent. Cui etiam non minus
7 rectè subiungit Rebuff. *ibid. col.* 329. † quod viuere sine vestibus communiter non possumus & saltem aliquo operimento indigemus, nisi belluas imitari velimus, iuxta *d. l. quos nos, §. vlt.* & *l. legatis, D. de aliment. & cibar. legat.* & licèt quidam sine vestibus viuant, hoc tamen regulam non infringit, cùm Legislatores ea, quæ frequenter, & facilè fiunt, prospicere soleant, *l. nam ad ea, D. de legibus.*

Et vt Ciceronem missum faciam *lib.* 3. *de orat.* vbi inquit, vestem frigoris causa primò repertam, post adhiberi cœptam ad ornatum etiam corporis. Illud mihi videtur magis quoque contra Vallæ ineptiam stringere, quod Philosophi omnes, qui vitam iuxta naturæ necessitates tantùm formandam instituunt, paucis naturam contentam dicunt, scilicet cibo & vestimento, quasi hæc naturæ necessaria, sic D. Paul. 1. *ad Timoth.* 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus.* Ad quod respexit etiam Iuuenal. *satyra* 14.

——— Mensura tamen quæ
Sufficiat census, si quis me consulat edam,
In quantum sitis, atque fames, & frigora poscunt, &c.

Et Farinacius omninò videndus, *de furtis, quæst.* 74. *n.* 68. vbi probat, quòd † quemadmodum 8
potest quis licitè furari ob redimendam famem, ita & propter vestitum, & tegendam nuditatem.

Secundò, † pro eodem labore Indis iniungendo, perpendi potest Romanorum exemplum, qui Gynæciariis, Murilegulis, Baphiariis, & aliis similibus officialibus vtebantur, qui in texendis, tingendis, ac conficiendis ex lana, & Murice Imperatorum vestibus occupabantur. Quorum non libera, & vicissitudinaria, vt nostrorum Indorum, sed veluti seruilis conditio erat, ita, † vt his officiis perpetuò addicti, simul cum liberis, & vxoribus, ab eisdem exire non sinerentur, *l.* 2. *l. edicimus* 7. *l. æternam* 8. *l. Murileguli* 11. *C. de Murilegul. Gynæciar. & Bastagar. l. vlt. C. de metallar. l.* 1. *C. de fugit. colon.* Vnde & mancipia vocari solebant, † *l. qui textrini* 6. *d. tit. C. de Murilegul. lib.* 11. ibi: *Qui textrini nostri mancipia, l.* 2. *eod. tit. in C. Theodosian. In qua est mancipium Gynæcij, l.* 4. 5. 9. 14. & 15. *tit.* 20. *in eod. Cod. Theodos.* cum aliis, quæ circa prædicta ministeria vltra Alciat. Cuiac. Gothofred. & alios Scribentes in his iuribus, obseruat. Connan. *lib.* 4. *comment. c.* 7. Brisson Berrucius, Prateius, Sicardus, & nouissimus Kalinus *de verb. iur. verb. Gynæcium*, Martin. Colerus *in tract. de aliment. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 62. *pag.* 535. Tiber. Decian. *respons.* 42. *n.* 29. *vol.* 2.

Vbi † meritò rident, & reiiciunt errorem 12
Accursij qui *in d. Rubr. C. de Murilegul.* Gynæcium deriuari putat à *Gyne*, quod est nudus, quasi nudus lana vestiatur. Est enim certius Gynæcium, siue Gynæceum verbum Græcum esse, quod illam domus partem apud Græcos significabat, quæ præcipuè fœminarum lanificio, & textrinæ deputata erat, indéque Gynæciarios dici cœpisse, qui fœminis mixti, ea opera exercebant, & posteà, qui in publicis Gynæciis conficiendis, & texendis vestibus Principis, operam dabant. Quapropter Gynæcij, & textrini nomen confunditur, siue pro synonymo sumitur *in d. l.* 5. & 6. *C. de Murileg.* & *in l.* 24. *C. de annon. & tribut.* ibi: *Textrinis vel Gynæciis*, iunctis aliis, quæ præter supra dictos Auctores, notat Vitruuius, & eius Additionator Guillelm Filangius *lib.* 7. *de Architect. cap.* 10. Alex. ab Alex. *lib.* 5 *Genial. c.* 24. Qui † etiam animad- 13
uertit, Bonam Deam apud Romanos Gynæciam appellatam, & huius nominis rationem adducit *lib.* 3. *c.* 12. & *lib.* 6. *c.* 8. Et Cæl. Rhodig.
† qui Gynæcontis meminit, quæ est domus 14
mulierum, *lib.* 26. *antiq. lect. c.* 32. & Gynem, inquit, esse mulierem, quæ iam peperit, *lib.* 7. *c.* 15. & Gynæca, pro menstruis mulieribus sumi, *lib.* 14. *cap. vlt.* Et hinc Paulus Diaconus in Iustin.
† loquens de Sophia, & Narsete, inquit, illam 15
huic, quòd Eunuchus esset, hoc mandasse, vt cum pueris in Gynæcio lanarum pensa diuideret, quod etiam refert Aimoynus Monachus *lib.* 3. *de gest. Franc. c.* 10.

Tertiè

Tertiò, in fauorem eiusdem seruitij non-
16 nulli considerant, quòd illud † non solùm Hispanis, & in communi vtile esse videtur, verùm & ipsis Indis valde proficuum, cùm labor, qui in illis impenditur, nimis onerosus non sit, eiusque occasione Indi intra limites patrios reperiant, in quo operari possint, & argentum acquirere, quo tributa sua commodiùs exsoluant, vestibúsque, & stragulis, minori pretio comparatis, vtantur quæ alioqui, si hæc Gynæcia cessarent, tam ipsis, quàm Hispanis plurimi comparanda essent, vt experientia
17 compertum affirmant. Maximè † cum plurima ex illis ad Indos ipsos pertineant, quæ vocamus, *Obrages de las comunidades de los Indios*, & ex eorum administratione, siue locatione ingentes reditus singulis annis percipiant, quibus aliis sibi necessariis commodè, & vtiliter prouidetur. Addúntque in eisdem textrinis
18 † pueros etiam decennio maiores occupari solere, & pro seruitij modo salarium lucrari, quamuis iidem vsque ad XIIX annum tributa non præstent. Et tandem omnes hac via ab otio, & aliis variis reuocari, atque in ciuilem & sociabilem vitam perduci, & meliùs in Fide Catholica instrui, cùm hæc omnia seriò, & prudenter cauta reperiantur in Ordinationibus, quæ ad eadem textrina reliquit Dom.
19 Prorex D. Francisc. à Toleto. Vbi etiam † seruitij quota præfigitur, leucæque assignantur, ex quibus Indi deducendi sunt, & tempora, quibus vicissim immutari debent: vt sic omnis durities & iniustitia à prædicto seruitio abesse videatur.

20 Quibus argumentis † (licèt non ita distinctis, & exornatis) illud admittere, & probare videtur Acosta *lib. 3. de procur. Ind. salut. cap. 17.* Matienz. *d. lib. M.S. de moderat. Reg. Peru 2. p. c. 13* & omnium latissimè Agia *in d. respons. seruit. person. pag. 7. 26. 48. & seqq.* vbi, licèt in schedula ann. 1601 huiusmodi coactum ad textrina seruitium cessare expressè iubeatur, ipse tamen, nimis animosè, defendit, adhuc sustineri debere, dummodo iniuriæ, & vexationes tollantur, quæ Regem nostrum piissimum mouisse videntur, vt dictam schedulam promulgaret.
21 Iustæ etenim leges, vt † ipse inquit, ex malis moribus nascuntur, iuxta doctrinam Arist. *lib. 2. Rhetor.* Macrob. *lib. 3. Saturn. c. 17.* & Taciti *lib. 15. annal.* ibi: *Vsu probatum est, leges egregias, exempla honesta, apud bonos ex delictis aliorum gigni.* Et tunc demum recipi, & exequi debent, vbi earum ratio vrget, & in casibus, quos expressè designant, vt doctè tradit Bald. *in l. fin. q. 5. C. de hæred. inst. & in l. fin. & Auth. cui relictum, col. 4 per tex.* ibi, *C. de indict. viduit. tollenda.* Cessante verò, vel correcta legum ratione, ipsæ quo-
22 que cessare solent, † cùm legislator vltra finem, quem cupit, ligare non prætendat, *l. adigere, §. quamuis, D. de iure patr. c. mirandum, de seruis non ordin. c. fin. de præbend.* iuncta *l. non omnis, D. si cert. pet.* & doctrina Glos. notabilis *in l. 1. § prudentia, de legit. tut.* Bald. *in l. 1. C. qui admit.* & aliorum plurium, quos latè congerit Tiraquel. *in tract. de cessante causa, verb. Ratione legis cessante,* & Euerard. *in topic. legalib. loco 80. pag. 119.*

23 Et iuxta superiorem opinionē † Proreges & Gubernatores harum prouinciarum, iam inde à primis conquisitionis earum temporibus, Indos prædictis Gynæciis assignare soliti sunt, quorum ministerio lana carpi, in filum, & stamina duci, texi, & expoliri consueuit, variis ad hoc & necessariis ordinationibus, vt *supra* diximus, constitutis. Nec † desunt plures schedulæ, & proui- 24
siones Regiæ, quæ eiusdem seruitij mentionem facientes, illud approbare videntur, dummodò vexationes insolitæ cessent, & Indi competenti salario remunerentur, vt constat ex multis, quæ quotidie ad dicta textrina visitanda quin & de nouo cum Indorum distributione erigenda, expediri solent, & ex illa 15. Octob. ann. 1691. ad Quitensem Cancellariam *to. 4. impress. pag. 299.* ibi: *Y que tambien conuernia, que à los Indios que andan en los obrages, se les pague cada año à razon de à treinta y cinco pesos, como està ordenado, &c.* Et alia de Ventosilla 7. Octob. an. 1601. cum Prorege D. Ludou. à Velasco loquente: *La qual manda remediar los excessos, y malas pagas de los obrages de la prouincia de Quito.* Et ex alia seruitij personalis ann. 1609 *c. 19.* quæ aliquā Indorum vtilitatem in his textrinis considerat, eos † tamen non vltra duas leucas accersiri iubet, & 25
in rebus nō valdè laboriosis occupari, his verbis: *Que à los obrages no se reparti'an Indios, si no fuerē vezinos del lugar donde estuuieren entablados, ò de dos leguaren contorno. Y vos procurareis que acudā à las cosas faciles de este ministerio pues dessa codiçia en estos oficios les resultan las grādes vtilidades que se saben.* Quinimò in aliis schedul. ann. 1610. in quibus Gynæcia quatuor denuò fundari, Excellentiss. Lemensium Comiti permissum est, ad dimidiam leucam Indi coangustantur: quod tamen postea ad duas, vt in aliis, porrectum fuit.

Sed † licèt *supra* dicta ita se habeant contra- 26
riam tamen in hoc articulo sententiam ego non grauatè defenderē quam à multis quoque piis, & expertis viris amplecti video. Scilicet magis iustum, & expediēs esse, vt dicta Gynæcia in his prouinciis omninò cessare iubeantur, vt saltem Indi in eis laborare non compellantur. Nam in primis † negare possumus in vestibus, & stragu- 27
lis, quæ ibidem conficiuntur, eandem rationem, quæ in agricultura, versari, cum certius sit sub verbo victus propriè, & strictè cibaria tantùm contineri, vt docet Alciat. *in d. l. verbo victus, in fin.* Matienz. *in l. 1. gloss. 6. n. 1. & 2 tit. 14. lib. 5.* Recop. & Bobad. *in Polit. lib. 3. c. 4. n. 109 litt. G.* Et vt daremus contrarium receptius, & humanius videri. Cùm tamē panni, † & alia diuersa stami- 28
na quæ ex Hispania & aliis partibus adducūtur, Hispanorum vsui sufficiant, quibus hoc cōmercium non deserere, aut eneruare vtilius esse cēsetur: vel si ea adhuc operari cupiant, possint id suis, ac suorum famulorum manibus exercere, Indósque relinquere, qui nullam ex hoc labore vtilitatem consequuntur, quin potius plurima damna, & vexationes, ita vt multi perire cogantur: & tenues vestes, quibus ipsi vtuntur, & opus habent vnusquisque iuxta patrium morem sibi conficiat, citra vllam textrinorum necessitatem: inde fit, vt rationes in contrarium perpensæ, parum stringant, & hoc seruitium, cùm excusari possit, & in communi vtile non videatur, meritò auferri, & antiquari debeat, † prout iam mul- 29
tis ab hinc annis in pluribus Nouæ-Hispaniæ prouinciis sublatum videmus, in quibus nullus Indus inuitus ad Gynæcia deducitur, sed qui voluntariè in eis laborare vult, pacto priùs salario, suas operas locat, & cùm sibi visum est, inde recedit, & se alio pro libito transfert, quod ibi vocant, *Obrages abiertos*, vt refert Torquemada *in Monarc. Ind. lib. 5. cap. 70. pag. 833.*

30 *pag.833* Inuenio quoque † *in 4 tom. ſched. impreſſ.pag.297.* ſchedulam quandam ann.1549. ad Guatemalenſem Cancellariam directam, quæ diſtrictè prohibet: *Que ni aun los Encomenderos puedan encerrar las Indias en corrales, para que hilen.y texan la ropa de algodon, que los han de dar de tributo, ſino que en ſus caſas lo hagan.y alli entiendan en ello, de manera, que no reciban, ni ſe les haga agrauio alguno.* Sed omitti non poteſt

31 † integrum caput quartum illius ſchedulæ ſeruitij perſonalis ann.1601. quod ſerio admodum iubet, ne in his textrinis Indi etiam voluntarij, & ſub qualibet mercede, aut quouis prætextu admittantur, grauibus pœnis tranſgreſſoribus irrogatis, his verbis: *Otroſi, porque he ſido informado, que, el trabajo que los Indios han padecido, y padecen en los obrages de paños, è ingenios de acucar, es mui grande, y exceſſiuo, y contrario à ſu ſalud, y cauſa de que ſe ayan conſumido y açabado en el muchos: probibo, y expreſſamente defiendo: y mando, que de aqui adelante en ninguna prouincia, ni parte de eſſos Reinos, puedan trabajar, ni trabajen los Indios en los dichos obrages de paños de Eſpañoles, ni en los ingenios de acucar, lino, lana, ſeda, ò algodon, ni en coſa ſemejante, aunque los Eſpañoles tengan los dichos obrages, è ingenios en compañia de los miſmos Indios, ò en otra qualquier manera, ſino que los Eſpañoles que los quiſieren tener, aunque ſea en compañia de los Indios, ò en otra qualquier manera, los ayan de beneficiar con negros, ò otro genero de ſeruicio, que los pareciere y no con Indios, aunque ſe diga, que lo hazen de ſu miſma voluntad, ſin apremio, fuerça, ni perſuaſion alguna, con paga, ni ſin ella, ni aunque interuenga conſentimiento de ſus Caciques, ò autoridad de la juſticia, ò en otra forma alguna. Con que lo ſuſodicho no ſe ha de entender, ni entienda con los obrages, que los miſmos Indios tuuieren, ellos ſolos entre ſi, y ſin mezcla, ò compañia, ni participacion de Eſpañoles de ningun eſtado, condicion, ò calidad que ſeã: porque los dichos obrages, que fueren de puros, y ſolos Indios, ſe ha de permitir, que ſe puedan ayudar vnos à otros. Todo lo qual es mi voluntad, y mando, que aſſi ſe cumpla preciſamente, ſin embargo de qualeſquier leyes y ordenanças, cedulas, y prouiſiones, que en contrario deſto eſten dadas, que ſi neceſſario es, por la preſente las reuoco, y doi por ningunas. Y que las juſticias no puedan condenar, ni echar à los Indios à ſeruicio de los dichos obrages, è ingenios, por pena de ningun delito, como lo han acoſtumbrado haſta aqui: y que los que eſtuuieren en ellos en eſta forma, ò en otra qualquiera manera, los ſaquen, y pongan en libertad, commutandoles la pena en otra, qual les pareciere. Y encargo, y mando à vos el mi Virrei, Preſidentes, y Oidores de mis Audiencias Reales de las dichas prouincias del Perù, Quito y Charcas, y las demas à ellas anexas, que hagais executar lo ſuſodicho irremiſſiblemente, ſopena à las juſticias y juezes que contrauinieren à eſto, de ſuſpenſion de oficios por dos años, y docientos ducados por la primera vez, y por la ſegunda doblado. Y à los dueños de los obrages, e ingenios que tuuieren en ellos los dichos Indios en otros docientos ducados por la primera vez, y deſtierro de vn año de donde fueren vezinos: y por la ſegunda, la pena doblada; y por la tercera, demas de la miſma pena, que no ſe le permita ni puede tener de alli adelante obrage, ni ingenio. Y ſi vos el mi Virrei, y los Preſidentes y Oidores de mis Audiencias, teniendo noticia de ello lo diſſimularedes y dexaredes de remediar, y caſtigar lo ſuſodicho, me tendre por deſſeruido. Y es mi voluntad, que ſea caſo de reſidencia y viſita, y que ſe os haga cargo dello, y que ſe me dè cuenta de la culpa que reſultare, para que yo mande proueer ſobre ello. Y ſi los Oidores que ſalieren à la viſita de la tierra, lo diſſimulare y no lo caſtigarẽ, incurran en pena de ſuſpenſiõ de ſus oficios, por vn año, y que lo ſuſodicho ſe execute inuiolablemente.*

Alia quoque † ſched. 7. Octob. ann.1603. 32
cùm adhuc prædicta damna durare dicerentur. Protegi Dom. D. Ludou. à Velaſco iniunctum fuit, vt dictam ſchedulam ſeruitij perſonalis executioni mandaret. Et in Inſtructione eidem Protegi data ann.1595. *1. tom. impreſſ. pag.318. exeat cap.47.* cuius etiam meminimus *ſupra cap. 7. n.41.* vbi refertur, iam inde à tempore Proregis Dom. D. Franciſc. à Toleto, mandatis illi ſecreto traditis, cautum fuiſſe: *Que no conſintieſſe, que en eſtos Reinos ſe labraſſen paños, por muchas cauſas de gran conſideracion, y principalmente porque auiendo alla preuiſion baſtante de eſtas coſas, no ſe enflaqueciesſe el trato y comercio con los de Eſpaña.* Y *reprehende el deſcuido y exceſſo que ha auido pòr lo paſſado, en dexar fundar muchos obrages, como ſi no huuiera prohibicion.* Y *aunque no los manda quitar y demoler, por buenos reſpetos, y conſideraciones, que para ello dize auer auido, ſe le encarga, y ordena, que para lo de adelante no de licencia alguna para fundar nueuos obrages de paños, ni reparar los que ſe fueren açabando, ſin conſultar lo primero con ſu Mageſtad, con las cauſas y fundamentos con que ſe pidiere, y con ſu parecer, y el de la Audiencia, de lo que conuiene, conforme al intento dicho.*

Verum † quoniam his iuſſionibus non ob- 33
ſtantibus, adhuc Proreges, & Gubernatores in tollendis dictis dextrinis, Indiſque ab eorum laboribus ſubleuandis, ſuperſederunt, multorum Regni nobilium, aliorúmque pauperũ, viduarũ & hoſpitalium, quinimò & ipſorum Indorum damna, & diſpendia cauſantes, quorum reditus, & ſubſtanita in illis, vt plurimùm, conſiſtebat; & alias prætereà rationes, quas *ſuprà num 3. & ſeqq.* cum Agia conſiderauimus, quibus omnibus pias noſtrorum Regum, & Supremi Indiarum
Conſilij aures implerunt. Tandem † effe- 34
ctum eſt, vt Regia alia ſchedula circa idem ſeruitium perſonale lata ann.1609. cuius ſæpè mentionem fecimus, alterius ſched. ann. 1601. executio ſuſpenderetur, Gynæciis, & Gynæciariis Indis in priſtino ſtatu relictis, ita tamen, vt illis rigoroſum ſalarium aſſignaretur, & vltra duas leucas euocari non poſſent, neque ad alia miniſteria traduci, vt conſtat *ex cap.1. d. ſched.* quod ſic exorditur: *Primeramente ordeno, y mando, que ſe hagan los repartimientos de Indios neceſſarios, para labrar los campos, criar los gañados, beneficiar las minas de oro, plata, y azogue, y los obrages de lana y algodon, pues de ſu labor reſulta la comun vtilidad de todos eſſos Reinos, que arriba queda referida.* Et *cap.9.* ibi: Y *preſupueſto que aunque ſeria de gran deſcomodidad para los Indios, y para los Eſpañoles, que los obrages ſe cerraſſen, podrian paſſar ſin ellos, hareis executar la lei, y taſſa*

juſta

iusta de sus iornales, sin el respeto y atencion que arriba digo, en las mas labores; de manera, que los Indios obrageros queden satisfechos, y pagados de su trabajo. Y no consintais que se repartan a los obrages que no los quisieren con esta condicion, &c. Et *cap.* 19. ibi: *Que a los obrages no se repartan Indios, sino fueren vezinos del lugar donde estuuieren entablados, ò de dos leguas en contorno. Y vos procurareis, que acudan a las cosas faciles deste ministerio, pues de sus crianças en estos oficios les resultan las grandes vtilidades que se saben.* Et *cap.* 23. ibi: *Que ningun minero, dueño de Chacaras, obrages, y ganado, ni otra persona alguna de qualquier estado y calidad que sea, pueda seruirse de los Indios Mitayos, y de repartimiento, sino es de aquellos que se le repartieren, y estos no los han de conuertir en diferentes vsos del efecto à que fueren destinados por su mita, ò repartimiento. Y el que contrauiniere en algo desto, incurra en pena de mil pesos, aplicados por tercias partes, caza de comunidad de aquel pueblo, juez, y denunciador, y de alli adelante no se les repartan, ni puedan repartir Indios para ningun efecto.* Quam legem Mexici summa cura exequi studuisse Dom. Proregem D. Ludouic. à Velasco refert Torquemada *in Monarch. India. lib.* 5. *cap.* 70.
35 *in fine*, & *pag.* 833. inquit: *Que † fue proueida de pecho mui Christiano, y santissima su execucion, si Dios quiere que se guarde. Porque como abre los obrages, y los pena en razon desto, y dexa à los Indios gente voluntaria, libre, y no forçada, mueren los obrageros.*

36 Sed licèt † hæc ita permissa fuerint, semper tamen Regiæ intentionis fuisse videtur, vt prædicta Gynæcia parcissimè exercerentur, & Proreges ad vnguem obseruarent, quod sibi in mandatis iniunctum fuerat, de illis de nouo citra Regium iussum non erigendis. Indéque manauit schedula quædam data Aranjuecij 29. April. ann. 1603. quæ Proregem Dom. D. Ludouic. à Velasco hac de causa reprehendit, monerêque iubet, quot, & qua auctoritate, & vtilitate in hoc Regno reperiantur? qui in illis deseruiant? & an ea penitus demoliri conueniat? vel pannis, qui ibidem conficiuntur, aliquod tributum imponere? Quod etiam repetitum inuenio in alia schedula Arandæ 14. August. ann. 1610. Proregi Dom. Marchioni Montisclario directa, & in altera ad Proregem Dom. Principem Squilacensem dat. Burgis 21. Nouembr. ann. 1615.

37 Extat quoque † caput epistolæ missæ ad Regiam hanc Limensem Cancellariam 28. Maij ann. 1621. quo disponitur, ne patronis Indorum permittatur, vt intra proprios, vel finitimos suæ commendæ populos eiusmodi textrina habeant, his verbis: *Y no permitireis que los Encomenderos tengan obrages dentro de sus Encomiendas, ni tan cerca dellas, que se pueda recatar, que se aprouecharàn de los Indios, y de sus seruicios personales*, &c. Quod tamen executioni mandatum non est, nec mandari potest, nisi omnia ferè demoliantur; nam Commendarum colore, & calore, in earum locis, vt plurimum, constructa reperiuntur. Prout similiter non obseruatur alia ordinatio,
38 quæ vetat, † ne Æthiopes cum Indis in hoc labore misceantur, propter damna, quæ ex eorum commixtione experientia monstrauit, de quibus agit epistola Ventosillæ 28. Octobr. ann. 1612. Dom. Marchioni Montisclario directa, quæ ita habet: *Y està mui bien el auer ordenado, que en los obrages no trabajen negros mezelados con Indios, por el daño que a los Indios resulta de la compañia de los negros.*

Neque alia, † quæ eadem Gynæcia locari 39 vetat, de qua loquitur alia epistola Turrisellana 22. Februar. ann. 1602. ad Proreg. Dom. Ludouic. à Velasco, quæ ita inquit: *Pues dezis, quan en perjuizio y daño de los Indios es, que se arrienden los obrages de paños, y que auiendo lo entendido assi, luego que llegastes à esse Reino, no lo permitistes, me ha parecido bien que no se arrienden los dichos obrages, como no se harà de aqui adelante, sino que en todo se procure el bien y aliuio de los Indios.* Quod tamen, † vt antinomia cesset, 40 ad Gynæcia priuatorum restringendum videtur; nam in his, quæ ad Indorum municipia, siue communitates pertinent, talis locatio valdè probatur in alia epistola ad Proregem Dom. Principem Squilacensem, Matrit. 28. Mart. ann. 1618. vbi hoc cap. reperitur: *Quedo aduertido del vtil, que dezis se va consiguiendo, de auer arrendado algunos obrages de las Comunidades de los Indios, lo qual ha parecido que està bien, y os encargo procureis el beneficio delos Indios, y Comunidades.*

Et planè, † quod in his textrinis receptum 41 est, vt pueri decennio maiores eorum operationi distribuantur, quamvis neque tributis, neque aliis laboribus, vsque ad decimum-octauum ætatis annum onerentur, vt diximus *supra cap.* 5. & dicemus *infra cap.* 19. multi probare solent, & in ordinationibus, quas vocant, *de Obrages*, Dom. Proregis D. Franc. à Toleto *cap.* 2. expressè permittitur. Sed mihi durum & iniustum videtur, nam vt quidam nouissimus Politicus inquit: *Suis † etiam stu* 42 *diis relinquenda est pueritia, ne videamur naturam arguere, quæ hanc ætatem imbecillem esse iussit, & intempestiua semente sapientiæ, nondum præparatum ingenium corrumpamus. Sit illis innoxia lasciuiendi venia, fruantur denique adhuc miserantis naturæ indulgentia, nec ante humanarum mentium supplicia, quam meruerint, tolerent.* Neque planè comperio, quomodo paruuli isti grauibus pensis, & laboribus onerati, & veluti in ergastulis sub sæuissimis sæpè tortoribus constituti, adolescere possint, & virilem vigorem recipere, aut (quod magis curari debet) in Christiana Religione proficere, vel Hispanis mutuis beneuolentiæ nexibus sociari, cùm eodem Politico teste, quæcunque suppliciorum metu colimus, eadem tristi fastidio auersari soleamus, & concepta à puero odia, nescio qua horroris consuetudine, ad senium quoque deducamus. Vnde Aristot. *lib.* 7. *Polit. cap.* 17. docuit, pueros non laboribus onerandos, ne crescere impediantur. De quo meminit etiam Petr. Gregor. *lib.* 5. *de Repub. cap.* 1. *num.* 3. Seneca *lib.* 2. *de ira, cap.* 21. ibi: *Crescit licentia spiritus, seruitute comminuitur*, & in Tragœd. Hippolyti: *Propria describit Deus officia, & æuum per suos ducit gradus.*

CAPVT XI.

De eodem seruitij genere in Angariis & Parangariis, mansionibusque viarum, vulgo, Tragines y cargas, y seruicio de los Tambos:

SVMMARIVM.

1 *Terra eadem non fert omnia.*
2 *Galieni Cæsaris iocus imprudens.*
3 *Deus cur noluerit omnia in eisdem prouinciis nasci?*
4 *Caroli V. Imp. elegans epistola refertur.*
5 *Commerciorum causa homines per varias prouincias discurrunt.*
6 *Mercatoris officium qualiter definiat Marsilius Ficinus?*
7 *Mercatores à discurrendo nomen habent apud Hebræos.*
8 *Viarum & viatorum ratio publicè curari debet; vt mutuò adire se homines possint, & commercia exercere.*
9 *Indi quo pacto viatoribus, siue itinerantibus distribui cœperint?*
10 *Indi, qui ad seruitium mansionum deputantur, quales?*
11 *Indos ad viatorum, & mansionum seruitium iustè distribui, qui tradant?*
12 *Indos angariari, siue onerari, licèt prohibitum sit, aliquando tamen excusari non potest, & num. 1..*
13 *Indos Mansionarios, siue* de los Tambos, *& eorum seruitium qualiter definiant Acosta & Matienzus?*
15 *Vtilitas commerciorum, & promiscui vsus multa suadet.*
16 L. si quis mancipiis, §. si impubes, D. de instit. act. *ponderatur, & explicatur.*
17 L. penult. C de hæred instit. l. quod si minor § non semper, D de minor. l. si ad pupillum 11. D. de auctor. tutor. *expenduntur.*
18 *Mercatores & negotiatores semper fouendi, & iuuandi sunt.*
L. 2. D. de nundinis & l. semper, §. negotiatores, D. de iure immun. *exornantur, ibid.*
19 *Angarias & parangarias, qualiter exercerent Romani?*
20 L, 1. C. de cursu publ. lib. 12. & l. neminem, C. de sacros. Eccles. *explicantur.*
21 L. ab his. 10. D. de vacat. muner. & l. vlt. §. patrimonium, de muner. & honor. *exponuntur.*
22 *Angariæ & parangariæ erant munus patrimoniorum, pro oneribus baiulandis.*
23 *Angarij milites, & angariæ militares.*
24 *Parangaria, siue perangaria, in quo differrent ab angariis?*
25 *Princeps vt subditos parangarios faciat, debet esse iusta causa.*
26 *Ioann. Otaloræ error notatur in expositione vocis & vsus angariæ & parangariæ.*
27 *Angaria omnis ad Regem tantùm pertinet, vel de eius licentia.*
28 *Mansionum pro itineribus, curam, quas hodie dicimus,* Mesones y ventas, *qualiter exercerent Romani?*
29 L. penult. C de cursu pub & l. 9. C. de annon. & tribut. in C. Theodos. *explicantur.*
30 L vlt. §. hi quoque, D. de muner. & honor. l. nemo, C de annon. & tribut. *& alia de mansionibus viarum agentes, explicantur.*
31 *Præsides prouinciarum qualiter in mansionibus diuertere, & earum curam habere deberent?*
32 *Cursui publico, & viarum mansionibus, siue stationibus destinati, vocabantur manicipes, vel mancipati, & de variis officiis eorum.*
33 *Catabulenses qui, & quid Catabulum, cui seruire B. Marcellus R. P. damnatus fuisse dicitur.*
34 *Equorum ducenta millia apud Sinas ad itinerantium vsum disposita sunt.*
35 *Reges Peruani notabiles admodum vias & mansiones militares fecerunt, ad exercitus ducendos & reficiendos.*
36 *Indi olim etiam à suis regulis onera ferre, & itineribus seruire, cogebantur.*
37 *Indos ad onera portanda in itineribus petere, vnde originem habuerit?*
38 *Indi si oneribus, & aliis ministeriis itinerantium non applicarentur, non essent, qui eis commodè inseruire possent, & quare?*
39 *Mercatores, & negotiatores dispendiis grauandi non sunt.*
L. semper, § negotiatores, D de iur. immunit. *expenditur, & illustratur*, ibid
40 *Cassiodori elegans locus expenditur.*
41 *Schedulæ aliquæ, & Regiæ ordinationes referuntur, quæ Indos moderatè onerari posse permittunt, vbi id excusari non possit.*
42 *Indi, Indorúmque oues parcissimè itinerantibus dari, & nunquam, etiam volentes, ipsi onerari possunt, & quare?*
43 *Christiani homines seruis, vt iumentis, vti non debent.*
44 *Onerum portatio valdè corpus eneruat.*
45 *Schedulæ plures referuntur, quæ Indos vllo modo onerari posse vetant.*
46 *Schedula seruitij personalis ann. 1609. quid tandem statuerit circa onera, & seruitia Indorum in itineribus?*
47 *Indi sub quibus cautionibus onerandi, & itinerantibus distribuendi sunt.*
48 *Indorum diminutio ex eo maximè nascitur quòd cum vxoribus manere non sinuntur.*
49 *Mansionibus viarum qualiter Indos distribui, vel non distribui, variis schedulis cautum fuerit.*
50 *Indorum vt labor, & onus cesset in itineribus quid Regiis schedulis cautum fuerit.*
51 *Mansionarios Indos pro mulis, vel equis amissis, aut abactis non teneri, schedulis Regiis cauetur, quæ referuntur.*

NOn minus certum † quàm vulgatum est, 1
non omnia in eadem terra, siue prouincia, produci, vt tetigi 1. *tom lib. 1 cap. 7. n. 5. & lib. 2. cap. 20 num. 53. & 54.* & docet Plato *lib. 31. dialogo de Repub. siue de iusto, col.* 10. quem refert noster Bobadilla *in Politica lib. 3. cap. 4. num. 57.* & alia tradens D. Præses Valençuela *cons.* 180. *num. 42. vol. 2.* vnde, scitissimè dixit Virg. *lib. 1. Georg. vers.* 54.

Et

*Et quid quæque ferat regio, & quid quæque ferre
recuſet.*
Hic ſegetes, illic veniunt feliciùs vuæ,
Arborei fœtus alibi, atque in iuſſa vireſcunt
*Gramina: nonnè vides croceos vt Tmolus odo-
res,*
India mittit Ebur, moles ſua thura Sabæi?&c.
Idem iterum *lib.2.verſ.109.*
Nec verò terræ ferre omnes omnia poſſunt.
Vbi Ludouicus Cerda ſimilia verba Herodoti,
& Iſocratis diligenter expendit; & Sydonius
Apollinar. *in Panagyr. ad Maiorian. poſt
princip.*
*------Tum quæque ſuos prouincia fructus
Expoſuit; fert Indus ebur, Chadæus amomum,
Aſſyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabæus,
Athis mel, Phœnix palmas, Lacedæmon oli-
uam,
Argos equos, Epirus equas, pecuaria Gallus,
Arma Calybs, frumenta Lybes, Campanus Iac-
chum.
Aurum Lydus, Arabs guttam, Panchaia myr-
rham,
Pontus Caſtorea, blattam Tyrus, æra Corin-
thus,
Sardinia argentum, naues Hiſpania defert.*
2 A quibus † non abludit locus Galieni Cæſaris,
licèt imprudenter effuſus, apud Trebell. Pollio-
nem in eius vita, & Renat. Chopp. *de priuil.
ruſtic. lib.2. 2. par. c.3.* qui cùm nuntios acce-
piſſet de variis orbis terrarum partibus, quæ à
Romano Imperio deſciuerant, quæ ſingulæ ſe-
orſum variarum opum, ac fructuum pro ventu
commendabantur, riſiſſe fertur, ac dixiſſe: *Num-
quid ſine iis eſſe non poſſumus?*
3 Quod † ſumma prouidentia Deum ordinaſſe,
ſcribit B. Chryſoſt. *in cap.5. epiſt.1. ad Corinth.
homil.34. Vt inde homines commerciorum cauſa
cogeret commiſceri.* Quæ verba mutuaſſe vide-
4 tur elegans † illa epiſtola Imperatoris, ac Regis
noſtri Caroli Quinti, quæ extat *4.to.impreſſ.pag.
212.* vbi ſic inquit: *Vna de las coſas que mas co-
mun parece entre todas las gentes, es, el vſo de
los comercios y contrataciones que tienen entre ſi:
porque como la ſuma Sabiduria de Dios en todas
las partes del mundo cria coſas de mucho proue-
cho para los hombres, las quales en otras no ſe
hallan, mediante la continuacion de los tratos, y
reſcates, ſe buſcan, y adquieren, y ſe vienen à cono-
cer y hermanar vnas prouincias con otras.*
5 Quæ cùm ita ſe habeant, † & homines tàm
eorundem commerciorum gratia, quàm vrgen-
tibus aliis de cauſis frequenter ſoleant ſuas ſedes
mutare, & cum domo, ac ſupellectili itinera
longa ſubire, merceſque etiam, quibus
negotiantur, deducere, quia vt docet Marſil.
6 Ficin. *in epiſt. lib.2. Mercatoris † officium eſt,
veridica fide, & diligentia, externis alimentis
ciuitatem, & ſe ipſum alere* Vnde † mercatores
7 apud Hebræos *Sahhar*, aut *Sahharim*, dicti ſunt,
à verbo *Sahhar*, quod eſt circuire, & merces
per fora circumferre, & vt Horat. inquit *lib.1.
epiſt.1.* extremos currendo ad Indos, per mare, per
terras pauperiem fugere, vt doctè, ſicut ſolet
alia, obſeruat Pineda *de rebus Salomon. lib 4.*
8 *cap.24. § 3. num.7.* Meritò neceſſarium † fuiſſe
videtur, vt inducta iam in his Occidentalibus
regionibus Politica, & ſociabili viuendi forma,
tùm inter Hiſpanos, tùm etiam inter ipſos Indos,
variiſque vrbibus, coloniis, ac municipiis, in
locis adeò remotis, & inter ſe diſtantibus, con-
ſtitutis, itinerum quoque, ac viarum ratio con-
ſtitueretur, quibus ſe mutuò adire homines poſ-
ſent, ſecuriùſque, ac faciliùs commercia ſua
exercerent, & frequentarent, iuxta text. *in l.1.
& per tot. D. via publ. & itinere publico reficien-
do*, Iuſtin. *in conſtit.25. de Prætore Licaoniæ,
l.6. & 7. tit.29. l.1. & per tot. tit.31. part.3.*
cum latè adductis à Bartol. & DD. ibid. Cæpol. *de
ſeruit. ruſtic. c.3. n.17.* Ioſeph. Ludouic. *com-
mun. concl.76.* Petr. Greg. *lib.1. ſyntagm. cap.2.
num.5. lib.3. cap.13. num.4. lib.32. cap.9. num.
2. & 3. & lib.47. cap.8. num.4.* Boër. *deciſ.44.*
Franc. Mingon. *ad conſuet. Andegauenſ. fol.24.
col.1.* Pontan. *ad conſuetud. Bloiſenſ. tit.3. art.
17. fol.170.* Papo *ad conſuet. Borbon. §.261.*
Myſinger. *obſeruat.60. centur.1.* & noſtro do-
cto & diligenti Bobadilla *in Polit. lib.3. c.3. n.16.
pag.99.*
Hoc autem vt commodius fieret, † Indi ini- 9
tio à Magiſtratibus peti, & paulatim veluti ex
neceſſaria, ſiue aſſidua iuriſdictione, concedi cœ-
perunt, qui Hiſpanis iter agentibus, duces eſſent
& in aliis miniſteriis ſeruirent, ſuiſque ouibus,
quibus pro iumentis vtuntur, ſarcinas eorum
deferrent, & interdum propriis humeris baiu-
larent, vbi id rei, vel loci qualitas exigebat,
Quos Indos in Noua-Hiſpania *Tamemes* appel-
lant, & in hoc Peruano Regno, *Apires*, ſiue
de Tragines y Carga. Illiſque adduntur † alij, 10
qui ad eandem itinerantium vtilitatem, & ſuble-
uationem in publicis manſionibus, quas *Tambos*
dicimus, viciſſim reſidere coguntur, ibique via-
toribus aquam, ligna, herbam, & alia, quæ vſus
exigit, miniſtrare, & mulas paſcere, ac cuſtodire.
De quorum onerum iuſtificatione, † dummo- 11
do Indi plus ſolito & debito non grauentur, &
aliæ conditiones ſeruentur, quas *ſupra c.5.* retuli-
mus, parum dubitat Ioan. Matienz. *in d. tract.
de moder. Reg. Perù, 1. par. cap.* & Ioſeph. A-
coſt. *lib. de procur. Ind. ſal. cap.17. pag.348.*
Vbi reſoluit, quòd quamvis pluribus latis legi-
bus, † Indi onuſti iter capere prohibiti ſint: ta- 12
men conſuetudo omnium propemodum ſecus ha-
bet, haud unque regionum incredibilis incommo-
ditas, & penuria id veluti ſuo iure depoſcit: &
hoc per ſe neque iniquum eſſe, neque pernicio-
ſum, ſi æquo plus non vrgeantur, & pretium
non iuſto minus præſtetur. Neque habere hanc
rem plus miraculi, aut violentiæ, quàm quod
in Europa baiuli onera, etiam grandia, dato pre-
tio, quouis, vndeuis portant. Et *pag.346.* de
Indis manſionariis ſermonem habens, ita in-
quit: *Quæ, † ſi vera ſunt, manifeſtum eſt, non* 13
*eſſe ab æquitate alienum; quòd publica diuerſo-
ria per vices ſuas, quas Mitas ipſi dicunt, Indi
& incolere, & viatoribus neceſſaria præbere, pre-
tio dato, iubentur, quod ex veteri, Ingarum diſ-
ciplina noſtri accepere, vt alia pleraque plena
prudentiæ.* Et Matienz. *d. cap.10. Mitayos de
Tambos ſon los que ſe dan para traer yerua y le-
ña à los paſſageros, y para lleuar cargas de vn
tambo à otro. Eſtos ſe repartieron en el Perù por
el Gouernador Vaca de Caſtro, por ordenanças
que hizo, conforme à las del Inga, que haſta oi
ſe guardan, en que repartio los pueblos que auian
de ſeruir en cada Tambo.* Idem in vtroque caſu,
neceſſitate vrgente. & non aliter, concedit A-
gia *in reſponſ. pro ſeruit. perſon. pag.56.* & Dom D.
Didacus Ramir. qui poſteà obiit Epiſcopus Car-
thaginenſis,

thaginenſis, in quodam memoriali, ſiue libel-
lo, quod pro tollendis damnis & vexationibus
Indorum Regio Indiarum Senatui dicaui, §.
14 11. Vbi inquiunt, † hæc onera hodie etiam
in multis partibus vſitari, præcipuè in prouin-
cia Guatemalenſi, & vix, ac ne vix quidem mul-
toties excuſari poſſe.

Pro qua opinione Ego vltra prædictos Au-
ctores ſequentia argumenta perpendo. Primum,
15 quod † cùm dicta ſeruitia in communem to-
tius Regni vtilitatem dirigantur, & commer-
ciorum faciliorem vſum, atque expeditiorem
reſpiciant non debet nouum, aut mirum vi-
deri, ſi aliquid durius, vel aſperius contra
ſtrictas & ordinarias iuris regulas admitta-
16 tur, vt conſtat ex celebri, † ac difficili text. *in
l. ſi quis mancipiis 17. § ſi impubes, D de inſtit.
act.* vbi quamvis ſciamus dominum mortuum,
eſſe, recte tamen eius inſtitori ſolui poſſe, reſ-
pondet I. C. nec mandatum domini morte, vt
in aliis cauſis finiri: *Propter vtilitatem promiſ-
cui vſus*, id eſt, commerciorum ampliandorum
ratione, vt benè, reiecta alia interpretatione
Accurſij, exponunt Cuiacius & Gothofred.
in notis ibidem, idem Cuiac. *in tract. 8. ad A-
frican. ad l. eius qui in prouincia, ſi cert. pet.* &
Euerard. Broncorſt. *cent 2 controuerſ cap. 46.
verſ. Secundò aduerſatur.* Et idem probare poſ-
17 ſumus † *ex l. penult. C. de hæred. inſtit* vbi pro-
pter neceſſarij vſus vtilitatem permittit Impe-
rator hæreticos in teſtamentis, & contracti-
bus teſtimonium perhibere, & *ex l. quod ſi
minor 21. § non ſemper, D. de minor.* ibi: *Ne
magno incommodo huius ætatis homines afficiantur
nemine cum his contrahente, & quodammodo cõ-
mercium eis interdicatur,* & *ex l. ſi ad pupillum*
11. ibi: *Expediendarum rerum gratia, D. de
auctor. tut.* Quibus addere licebit plurima alia,
18 quæ de † commerciis inſtituendis, atque fo-
uendis, mercatoribúſque iuuandis, & multis
priuilegiis, & exemptionibus afficiendis, tra-
dit notabiliter Bald. *in Rubr. de cleric. peregr.*
& I. C. *in l. 2. de nundinis* & *in l. ſemper, §. ne-
gotiatores, D. de iure immunit.* ibi: *Nam remu-
neranda pericula eorum, quin etiam cohortanda
præmiis merito placuit, &c.* Idem probatur *in l.*
1. vbi Rebuff. & Pyrrhus Englebermæus, *C. de
nauicular. l. 1.* vbi Ioan. de Platea, *C. de profeſ-
ſor. & medic.* & alia latè congerens Tiraq. *de
Nobilit. q. 33. n. 13.* Petr. Gregor. *lib. 4. de Re-
pub. c. 7.* Ioan. Boterus *de ratione ſtatus lib. 8.
§. de induſtria*, Ribadeneira *in Princ. Chriſtiano
lib. 2. c. 11.* Auendañ. tit. *de las excepc. n. 56.* &
nouiſſimè Calliſt. Remir. *de lege Reg. Arrag. §. 14.*
Scacc. *de commerc. § 1. q. 1. n. 66. & ſeqq.* &
Petr. Faber *lib. 1. ſemeſt. cap. vlt. pag. 121.* vbi
citat Euphronium quendam, cuius meminit
interpres Ariſtophanis in Pluto, ſic dicentem
*Ex ciuibus quidam, cùm facultatum ſuarum tri-
butum vrbi eſſet pendendum, vt illud vitarent,
negotiationem ſuam cauſabantur. Immunitas enim
mercatoribus, quippè Rempub negotiatione ſua ma-
gnopere iuuantibus, conſeruabatur.*

Secundò, pro eadem opinione conſidero
19 Romanorum exemplum, † qui non ſolùm in
cipiente, verùm ſtante etiam, & iam florente
Romana Repub. ob eandm itinerum peragen-
dorum commoditatem, & annonæ, atque alia-
rum mercium tranſuectionem, prouinciales
compellere ſolebant, vt prædicta onera in ſe
ſuſciperent, & de aliis locis ad alia in ſuis
plauſtris, & animalibus tranſportarent. Quæ
munia Angarias & Parangarias appellabant,
de quibus agitur † *in tit. C. de curſu publ. an- 20
gar. & parangar. lib. 12. l. neminem, C. de ſa-
croſ. Eccleſ. l. 2. C. de Epiſcop. & cler. l. 2. C.
de quib. muner. nem. liceat ſe excuſ.* & apud Ve-
getium *lib 1. de re milit. cap. 3. & lib. 2 c. 19* Fó-
que † pertinent iura, quæ de exhibitione, ſi- 21
ue præſtatione iſtorum Angariorum tractant,
*in l. ab his oneribus 10. §. angariorum, cum l.
ſeq. 11. de excuſat. & vacat. muner l. vlt. D. de
muner. & honor* vbi *in §. patrimonium*, docet
† Arcadius I C hoc fuiſſe patrimoniorum mu- 22
nus, poſſeſſionibuſque, ſiue patrimoniis indi-
ctum. Quod ſequitur Suidas *verb. Angarias*,
Briſſon Kalin & alij *de verb. iuris ſub eod.
verbo*, Balduin. *ad Nouell. 17. præcep. Præſ pag.
mihi 25.* vbi illum textum exponens, qui iu-
bet, vt Præſes prouinciæ ſuo ſemper ſumptu
iter faciat, neque vllis Angariis prouinciales
oneret: *Angarias* (inquit) *vocat ſeruitutem
illam vehendorum impedimentorum, vel onerum
baiulandorum.* Idem tradit Ioann. Mauricius *in
repet. l. vnic. C quo loco mulier. pag. 31.* vbi
cum Accurſio & Alciato *in d. l. neminem*, in-
quit: *Angaros vocem eſſe Perſicam, deſignan-
tem nuntium. Vnde Græci Angarias deduxerunt,
angaroſque baiulos, necnon onera ſubeuntes, ap-
pellabant. Hinc nos hodie ruſticos Tangaros vo-
camus* (vnde fortè & Hiſpanum Tagarote.)
*Quod Angariæ munus patrimoniale habitum eſt,
quaſi plus in eo impenſæ, quàm operæ exigatur,
ſitque rei deſumpta determinatio ab eo, quod ma-
ius & efficacius viſitur, iuxta l. ſi quis, D ſi cert.
petat.* Quod etiam cum Suida probare videtur
Theſaurus linguæ Latinæ, *verb. Angaria*, Al-
ciat. *in l. neminem, num. 2. C. de ſacroſ. Eccleſ.*
Bulengerus *de Imper. Roman. lib. 6. cap. 28.* Re-
gner. Sixtinus *de regal. lib. 2. cap. 13. num. 2. &
ſeqq.* Tiraquel. *in Alex. lib. 1. Genial. cap. 27.
litter. H.* & nouiſſimè Iacobus Gutherius *de
offic. domus Auguſtæ, lib. 3. cap. 14. verſ. Anga-
riæ porrò.* Et ab his non diſſentit Iuſtus Lipſius
lib. 1. de militia Rom. dialogo 5 vbi de militibus,
† qui *Angariabantur*, & de angariis militari-
bus loquitur, & Iſac. Caſaubonus, qui alia 23
eruditè congeſſit *in notis ad hiſt. Auguſt. pag. 33.
& ſeq. & pag 229.* & eruditiſſimè Guido Pan-
cirol. *in notitia vtriuſque Imperij, 1. part. cap.
6. & in Theſaur. variar. antiq. lib. 3. cap. 31. pag.*
376 qui propriè Angarum fuiſſe tradit, tranſ-
uehendarum rerum Principis, armorum, ve-
ſtium militarium, & ſimilium, neceſſitatem, ob
quam prouinciales citra vllam excuſationem,
boues, iumenta, & plauſtra, & nautæ naues
præſtare tenebantur. Quæ † vbi vltra vſitatum 24
numerum, aut ad alias vias, vel tramites præ-
ter conſuetos, indicebantur, vocabantur *Pa-
rangaria*, ſiue *Perangaria*. De quibus etiam
plura vtilia congerit Archid. per textum ibi
in cap. quia 10. q. 3. Matth. de Afflict. *ad conſt.
Neapol. pag. 57. num 3. & pag. 216. num. 1.* Petr.
Greg. *lib. 18. ſyntagm. cap. 20.* Mingonius *ad
conſuet. Andegauenſ. fol. 61. col. 4.* Brun. *conſ.*
110. Regnerus Sixtinus, qui eas inter Rega-
lia conſtituit, *de regalib. c. 5.* Roſental. *de feud.
1. par. c. 5. concl. 70. & ſeqq.* P. Molina *de iuſt. &
iur. tract. 2. de tributis, diſp. 661.* Borell. *in ad-
dit. ad Bellug. Rubr. 46. §. donum, verb. Paran-
garia,*

garia, idem Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. cap.19. & de Magistrat. lib.2. c.2. n.97.* Vbi
25 inquit, quòd † vt Princeps subditos Parangarios faciat, debet esse iusta causa; & nouissimè alios referens, Callist. Remir. *in tract. de lege Reg. Arag.* §.14 Tusch. *litt. A. conclus.* 330.
26 Et ex his venit explodendus error † nostri Otaloræ *in tract. de nobilit.* 1. *par. c* 3. *n.*23. qui Angariæ, & Parangariæ nomen accepit, pro qualibet iniusta, vel iniustissima impositione, vel extorsione à superiore indicta, dicique putat à verbo *Ango*, quod est affligo, siue crucio.
27 Licèt verum sit, † quòd omnis Angaria pertinet ad Regem, & quòd nemo potest angariare vassallos sine expressa Regis licentia: *l.*2. *l. nullus erectione* 11. *C. de cursu publ.* 2.7. & aliis *tit.*10. *lib* 6. *Recop.* Matth. de Afflict. & reliqui Feudistæ *in d. cap. vn. quæ sine Regalia, verb. Angariæ*, Bart. *in l.*1. *n.*5 *C. de excusat. muner. lib.*10. Bald. *in l. cùm multa, n.*5. *C. de bon. quæ lib.* Natta *conf.* 85 *n.*3. & 5. Sixtinus *vbi supra n.*44 & *seq.* Mastrill. *de magistrat lib.* 3. *cap.*10. *n.*333. & *seqq.* Rosental. *de feud. cap.* 5 *de Regal. concl.*71 *per tot.* Otalora *d. n.*23 *ad fin.* Auiles *in c. Prætor. cap.*24. *n.*1. & *seqq.* Greg. Lopez *in l.*6. *verb Debenlos seruir, tit.* 25. *p.*4 Cardinal. Tusch *litt. A. concl.* 30. & vide Sebast Næuium, qui alios plures adducit, *in system. ad l. fin. D. de muner. & honor.* & quæ de aliis Angariis, qui cursoribus similes erant, *infrà cap seq.* trademus.

Tertiò pro eodem seruitio, quod Indi, vt diximus, in viarum mansionibus præbent, eorundem Romanorum exemplum perpendo,
28 apud quos passim † legimus, itinera certis stationibus, siue mansionibus diuisa, quæ hodie Hispano vocabulo corruptè appellantur, *Mesones y ventas*, & his deseruiendis, ac curandis, equisque alendis, qui ibi ad itinerantium commodum seruabantur, homines, certis quibusdam legibus, ex muneris necessitate
29 destinatos fuisse, vt constat † *ex l penult. C. de cursu publ. in Cod Theodos.* vbi Arcad. Imp. inquit: *Per stationes singulas idoneos mancipes volumus collocari*; *l.*9. *de annon. & tribut. eod. C.* vbi Constantin. statuit, vt pabula ad mutationes, mansionésque singulas animalibus cursui publico deputatis, certo & denuntiato
30 tempore deuehantur. Et de his etiam † intelligendus venit I C. *in l. vlt.* §. *in quoque, D. de muner. & honor.* vbi eos inquit, qui ad mansiones destinantur, muneribus personalibus adstringi. Valentin Imp. *in l. nemo* 8. *C. de annon. & tribut.* vbi ait, neminem possessorum ad instruendas mansiones, vel conferendas species longius delegandum, & Constant. *in l.*2 *C. de luch aduoc. & in l.*119 *C de Decurion. in Theodos.* vbi multa inquit à prouincialibus indignè postulari non modo in ciuitatibus, sed etiam mansionibus, dum animalibus alimoniæ sine pretio ministrantur.
31 Præsides † quoque, prouincias obeuntes, cùm ad priuatos ire non possent, ad mansiones diuertebant, vt apparet *ex l.*4. *C Theodos. de off. Rector. prouinc.* quæ etiam indicat eosdem Præsides instruendarum, & reparandarum mansionum curam habuisse. Quinimò cursus
32 † publici exercitatio mancipium, vel mancipatus dicebatur: *l.*3. & 5. *C. de cursu pub. in Theodos.* & mancipes, qui stationibus præficiebantur: *l.*24. 26. 36. & *penult. eod. tit. & C.* quorum alij satagebant, vt animalibus necessaria præstarentur, & alij ipsa animalia publica curabant, & currentia comitabantur, Catabulenses † vocati, quorum officium Catabu- 33
lum dicebatur, de quibus agit Martyrologium 17. Kalend. Februar. loquens de Beato Marcello R.P. qui à Maxentio vt seruiret Catabulo, cum custodia publica fuit deputatus.

Et de eisdem mansionibus, eatúmque ministris, & ministeriis latè etiam agit Aurel. Cassiodor. *lib.*3. *var. epist.*16. & *lib.*4. *epist.*47. & *lib* 5. *epist* 11. Simmachus *lib.*2. *epist.*27. vbi Iuretus *in notis pag.*89 Iul Cæsar Bulenger *de Imper. Rom. lib.*6 *cap.*40. *pag.*587. Guido Pancirol. omninò videndus, *in notitia vtriusque Imperij* 1 *par. cap.* 6. & *in notis lib.*1. *cap.*77. *pag.*107. & *seqq. verb. Mutatio*, Brisson. & alij *de verb. iur. verb. Mansio.*

Et in Sinarum † prouinciis, equorum du- 34
centa millia in hospitiis ad itinerantium vsum disposita fuisse, recolit Simon Maiol. *in dieb. Canicul. tom.*1. *colloq.*23. *de memorab. pag.*721. Magisque in nostris terminis † in his Peruanis 35
prouinciis Ingas earum olim Imperatores, à Cuzquensi vrbe, quæ eorum Regia erat, duas vias militares direxisse in septingentas leucas id est, ad plura, quam bis millemilliaria Italica, aut fortè etiam propè ad ter mille milliaria, quarum vna per Alpes, altera per valles ducebat, atque in his viis ad singulas septenas leucas diuersoria constituta fuisse, in quibus singulis semper nudus, exarmatus famelicus quadraginta, aut ampliùs millium hominum exercitus, subitò appellens vestiri armari, pasci in longum tempus posset. Quod etiam Surius scribit *in commentar. anno Domini* 1558. & Ego velut oculatus testis, affirmare possum, qui per has vias aliquoties incessi, & in his mansionibus, siue *Tambis*, vbi prædicta seruari dicebantur, semirutis iam, & iniuriis temporum penè collapsis, euerti.

Quartò considero, † quòd Indi huius ser- 36
uitij ratione (si cum debito moderamine, vt diximus, exerceatur) iustè queri non possunt, cùm ipsis, tempore suæ infidelitatis, sub tyrannis Principibus, quibus seruiebant, eadem hæc, & alia multo maiora, & duriora onera paterentur, & assuefacti fuerint onerari, onustósque incedere, imò verò hodie quoque se suis sarcinulis ipsi onerent, quæ sæpè non leuius pondus habent, quàm quod à nostris imponitur, vt optimè aduertunt Matienz *d tract. de moderat. Reg. Perù* 1. *par. c.*10. Acosta *d. lib.* 3. *de procur. Ind salut. cap.*17. *pag* 346 & 348. & Otalora *d. tract. de nobilit.* 1. *par. c.*3. *n.*23. qui de Indis Peruanis expresse loquuntur. Et idem de Mexicanis scribit Anton. de Herrera *in histor. gener. Indiar. Occidental. decad.*2. *lib.* 5. *c.*9. Vbi narrat † initium, quod Hispani ha- 37
buerunt petendi hos Indos *de carga, y para tragines, porque tratando como Hernando Cortes en la prouincia de Zempoala fue bien recebido y agasajado del Señor della dixe que al boluerse à los nauios, pidio hombres de carga, que llaman Tamemes, porque Geronimo de Aguilar, y Marina, que eran sus interpretes, dixeron, que era vso de aquella tierra, que los señores daban hombres que lleuassen laropa de los huespedes, ò embaxadores, y con estos que dieron, fueron los Castella*

*Castellanos mas descansados, y pudieron lleuar
mas prouision de comida, y de alli adelante siem-
pre se vsò pedir hombres de carga, &c.*

38 Et plane si Indi his ministeriis † non appli-
carentur, non essent, qui eis sufficere possent,
maxime in hoc Regno Peruano, in quo (vt
plurimum) mercium euectiones, præcipuè vini,
& aliarum, quæ ad victum desiderantur, in oui-
bus, siue arietibus indigenis fiunt, quorum cu-
ra propriè ad Indos spectat, neque enim alij ho-
mines tarditatem huius gregis ferrè valent. Et vt
concederemus per Hispanos famulos, vel per
seruos Æthiopes eiusmodi munia peragi posse,
id adhuc admitti non oporteret, propterea quòd
vltra modum augeretur stipendium, quod istis
persolui deberet, & annonæ, aliæque merces
Reipub. necessariæ multum grauarentur, ipsique
mercatores lucri vice in damnum inciderent.
39 Quod fauoribus, † & priuilegiis aduersatetur,
quibus eos iuuari oportere, *supra* retulimus, vt
egregiè ostendit I. C. *in d. l. semper 5. § negotia-
tores, D. de iur. immunit.* ibi: *Vt qui peregrè mu-
neribus quidem publicis cum periculo, & labore
fungerentur, à domesticis vexationibus. & sum-
ptibus liberarentur, cùm non sit alienum dicere,
etiam hos Reipub. causa, dum annonæ vrbis ser-*
40 *uiunt, abesse.* Et elegantius Cassiodor. † *lib. 2.
epist. 26.* vbi cùm sub nomine Theodorici Regis
scriberet, quòd Apuliæ & Calabriæ negotiato-
res publici non grauarentur, sic ait: *Quaprop-
ter beneficia nostra erga negotiatores, qui no-
stris titulis necessarij comprobantur: omnibus mo-
dis facite custodiri: ne genus hominum, quod
viuit lucris, ad necem possit peruenire dispendiis.*

41 Quibus omnibus † arridere videntur, aliquæ
Regum nostrorum ordinationes, qui licèt sem-
per erga Indos piissimi fuerint, aliquando tamen
ob itinerum incommoditatem, & alias rationes
suprà relatas, Indos onerari permiserunt. Nam
in nouis, quas vocabant, Indiarum legibus ann.
1543. *cap. 24.* sic habetur: *Iten, mandamos, que
sobre el cargar de los dichos Indios, las Audien-
cias tengan especial cuidado que no se carguen, ò
en caso que esto en algunas partes no se pueda es-
cusar, sea de tal manera, que de la carga immo-
derada no se siga peligro en la vida, salud y con-
seruacion de los dichos Indios, y que contra su vo-
luntad de ellos, y sin se lo pagar, en ningun caso se
permita que se puedan cargar, castigando mui gra-
uemente al que lo cõtrario hiziere, y en esto no ha
de auer remission por respeto de persona alguna.*
Quam legem explicans schedula quædam data
Vallisolet. 1. Iunij ann. 1549. quæ rursus impleri
iubetur per aliam Escorial. 4. Iul. ann. 1570.
quæ habentur 4. *tom. impress. pag. 304. & seqq.*
Etsi initio hoc genus oneris, etiam pro mercibus
& victualibus ferendis, strictè prohibuisset, po-
steà tamen *in vers. Otrosi*, id permittit, vbi ex-
cusari non potest, dummodò Hispani Indos sua
auctoritate non cogant, nec onerent, sed id per
locorum iudices expediatur. Alia quoque schedula
Vallisol. 26. Febr. ann. 1538. *d. 4. tom. pag. 323.*
dum Indos onerari prohibet, quousque decimum-
quartum ætatis annum attingant, per argumen-
tum ab speciali insinuare videtur, puberes iam,
& adultos, vbi necessitas postulat, iustè compel-
li. Et per aliam prouisionem Imp. Carol. V. dat.
Monzonij 13. Septembr. ann. 1533. *d. 4. tom.
pag. 309.* expressè permittitur: *Que queriendose
cargar los Indios Tamemes de la Nueua-España
de su voluntad, lo puedan hazer, con tanto que
lo que lleuaren no exceda de dos arrobas de peso,
y entre en ellas su comida.* Idem disponitur per
aliam schedulam Toleti 14. Iunij ann. 1579. Me-
xicanæ Audientiæ directam, *eod. tom. pag. 308.*
quæ concludit, vt non aliter Indi onerari sinan-
tur, quàm vbi id omninò excusari non possit, &
tunc non aliter quàm si ipsi ad hoc sponte sua
operas suas locare voluerint, & sub onere mode-
rato, & iusti salarij præfinitione.

Verumautemuerò, quamvis hæc ita disputari
potuerint, & viris, vt diximus, cordatis impossi-
bile videatur, has Indorum onerationes omnibus
locis, & temporibus prohibere: nihilominus ta-
men † cum hac occasione plurima damna & gra- 42
uissimæ vexationes ab itinerantibus miseris Indis
irrogari soleant, & locorum, ac desertorum so-
litudines, in quibus onerari, & itinerare contin-
git, Magistratuum, aut Correctorum copiam
non permittant, qui eorum querimoniis succur-
rere possint, ac præterea ob assiduas istas pere-
grinationes à domibus, & vxoribus suis abesse
cogantur, vnde liberorum procreationi, atque
educationi deficiunt, & maximam diminutionem
accepisse comperiuntur; meritò pluribus aliis Re-
gum nostrorum iussionibus iam inde ab antiquis
temporibus caueri cœpit, vt Indi, Indorúmque
oues, & animalia parcissimè Hispanis iter agen-
tibus præbeantur; ipsi verò Indi nullo modo,
quouis prætextu, aut colore onerari, mercésque
aut sarcinas Hispanorum propriis humeris baiula-
re sinantur, etiam si sponte sua se ad id, magna
mercede allecti, conducere vellent.

Considerarunt quippè, iustum non esse, In-
dos, quos semper liberos manere, & liberaliter,
ac suauiter tractari desiderarunt, vt latè ostendi-
mus 1. *tom. lib. 3. cap. 7.* pecudum vicem, &
officium hac in parte subire: † cùm Christiani 43
homines etiam seruis vt iumentis vti non debeãt,
vt præclarè scripsit D. Aug. *lib. 1. de serm. Do-
mini in monte cap. 19.* Clemens Alex. *lib. 3. Peda-
gog. c. 11.* & Nos *dict. cap. 7. n. 41. & seqq.* Et cùm
nihil sit, † quod magis corpus eneruet, & vires 44
confringat, quàm onerum subiectio, vt tradit Abu-
lens. *super Exod. c. 1.* & Agia *d. respons. de seruit.
person. pag. 51.*

Atque ita † prisca illa prouisione Carol. V. 45
circa bonam Indorum tractationem data Toleti
4. Decembr. ann. 1528. *in 4. tom. impress. pag.
259.* & inter ordinationes Mexicanas Vasci de
Puga *fol. 34.* sic deciditur: *Primeramente porque
somos informados, que muchos de los Españoles,
diziendo, que faltan bestias para lleuar sus man-
tenimientos y prouisiones, y otras cosas para el ser-
uicio de las personas y casas, y tratos, y de otra
manera, de vnos lugares à otros, toman de los
Indios que hallan, y las mas vezes por fuerça, y
contra su voluntad, sin se lo pagar, los cargan, y
hazen que lleuen acuestas todo lo que los dichos
Españoles quieren. Y assimismo los Españoles que
tienen Indios encomendados, les hazen lleuar car-
gas para mantenimiento de los esclauos, que andan
en las minas, largas jornadas, de cuya causa, y
por el mucho trabajo que dello reciben los dichos
Indios, se mueren, y otros huyen, y se van, y
ausentan, y dexan sus assientos, y lugares: Por-
ende mandamos, y defendemos firmemente, que
aora, y de aqui adelante ningun Español de nin-
guna*

guna calidad y condicion que sea osado de cargar, ni cargue Indio alguno, para que lleue cosa acuestas de ningun pueblo à otro, por ningun camino, ni en otra manera publica, ni secretamente, contra la voluntad de los tales Indios, ni de su grado, con paga, ni sin ella, sino que lo lleuen en bestias, ò como quisieren,&c.

Idem non minus enixè disponitur in schedula Pintiæ 1. Iunij ann. 1549. & in altera, quæ eam renouat, data Escoriali 4. Iulij ann. 1570. *d. 4. tom. pag.* 305. quibus declaratur, per illam legem ann. 1543. quam *suprà num.* 41. retulimus, Regiæ intentionis nunquam fuisse, nec esse, vt Indi vllo modo, vel casu onerari permitterentur, his verbis: *Y ansi declarando la dicha lei, por la presente prohibimos, è inuiolablemente defendemos, que agora, ni de aqui adelante so color de la dicha lei, ni en otra manera alguna, directè, ni indirectè, ningunos Españoles, mercader, ni fator, ni otra persona alguna que sea, que tenga origen destos Reinos, ni fuera dellos, de essas partes, vezinos y moradores, ò estantes en las dichas Indias, de qualquier estado y condicion que sean, puedan cargar, ni carguen, ni hagan cargar Indio, ni Indios algunos con mercaderias, è otras qualesquier cosas, lleuandolas de vnas partes à otras, para vender, y contratar con ellas, porque nuestra intencion y voluntad, al tiempo que mandamos hazer la dicha lei, è al presente es, que por ninguna via, ni color que sea, ninguna persona pueda cargar, ni cargue, ni hazer cargar Indios, aunque sea en parte de essas dichas Indias, donde no aya caminos abiertos, y bestias de cargar, porque no tuuimos, ni tenemos esto por necessidad bastante. Nuestra voluntad ha sido y es, que por ninguna via, ni manera, ni necessidad que sea, ninguna persona de las susodichas de qualquier estado y condicion que sean, pueda cargar, ni cargue, ni haga cargar Indios algunos, en poca, ni en mucha cantidad, ni para mucho camino, ni para poco, ni con mucha, ni poca carga, ni con paga, ni sin ella, porque en este caso nuestra determinada voluntad es, de quitar, y prohibir de todo en todo, que ninguna persona cargue Indios en essas dichas Indias, conforme à la dicha lei.*

Et eodem tendit caput instructionis Proregis Mexicani ann. 1550. quod habetur 1. *tom. impress. pag.* 79. vbi, vt faciliùs Indi ab his oneribus liberarentur, operam dandam fuisse inquit, vt viæ aperiantur, & sternantur, & pontes locis opportunis construantur & ædificentur. In alia quoque schedula & capite instructionis ad Præsidem, & Regiam Quitensem Cancellariam, data Matriti 13. Nouembr. ann. 1563. *eod. 4. tom. pag.* 308. Indi in omnimodam libertatem asseri præcipiuntur, & vt omninò à baiulatione onerum releuentur, & vt hoc commodiùs fieri possit, viæ aperiantur, atque sternantur, & pontes construantur: *Porque nuestra determinada voluntad es, que dando orden en lo susodicho, por ninguna via se carguen los dichos Indios, porque cessen tantas muertes y daños, como por esta causa se les pueden recrecer, &c.* Et idem disponitur in instructione Proregis Peruani ann. 1595. *c.* 48. 1. *tom. pag.* 320.

Et cùm Prorex Peruanus Dom. D. Ludou. à Velasco Regiis auribus intimasset formam, quam in Regno illo obseruabat, & obseruari reperetat, erga Indos, pro prædictis euectionibus concedendis, hoc responsum accepit in epistola data Vallisol 10. Febr. ann. 1601. *También se ha entendido lo que dezis de los Indios que andan ocupados en los tragines: y como quiera que aueis de procurar, como os mando lo hagais, que en estos tragines que se hizieren con bestias, y otros animales, se ocupen los menos Indios que fuere possible, y no se pudieren escusar, no permitireis que se carguen los dichos Indios en ninguna manera, y si se hiziere, lo castigareis, y hareis castigar, &c.*

Posteà quoque eodem anno 1601. Vallisol. 24. Nouembr. schedula illa seruitij personalis edita fuit, quæ commemoratis antiquis super hoc editis, & dolens impletas non fuisse, eiusmodi onera omninò ab Indorum humeris excutere cupiens toto *cap. 5. definit.* vt nullo modo etiam voluntarij eis deinceps subiiciantur, neque ad id distribui à locorum gubernatoribus possint, sub pœna suspensionis, & aliis pecuniariis, & corporalibus, quas onerantibus infligit. Iubétque quamlibet consuetudinem contrariam non obstare, & Prælatorum Ecclesiasticorum, & Regularium, Magistratuúmque secularium in his exequendis, sedulam operam & diligentiam exposcit.

Quæ tamen omnia † cùm ita strictè seruari non possent, ob rationes quas *suprà* considerauimus, & Proreges, ac Gubernatores Regem nostrum, Regiúmque Consilium de illis admonuissent, tandem illa altera schedula emanauit ann. 1609. de eodem seruitio personali agens, quæ in hoc, de quo loquimur, circa Indos onerandos, & viatoribus, viarúmque mansionibus addicendos, hanc formam præscripsit cap. 31. *Principalmente prohibo, que en ninguna manera, ni ocasion, por mucho que inste la necessidad, consintais que los Indios se carguen, aunque la carga sea ligera y voluntaria, porque si se diesse lugar à que fuessen trabajados por esta via, serta mui grande su opression; y solo dispenso, en que puedan lleuar la cama del Dotrinero, ò del Corregidor, quando se mudaren de vn lugar à otro, pero esto con tres limitaciones. La primera, que la carga se diuida en diferentes Indios, mas, ò menos, segun el peso, ò calidad que fuere, y la jornada sea corta, y proporcionada con el aliento y fuerças de los Indios. La segunda, que se les pague el jornal que vos señalaredes, tassandolo en iusto valor. La tercera, que en la prouincia que esto se tolerare, no aya bestias, carneros de carga, ni otros bagages, porque auiendolos, no han de seruir los Indios en este ministerio. Y porque es mi voluntad que esto no se haga, pudiendose escusar, os encargo, que en las partes donde huuiere falta de bestias, y carneros, procureis introduzirlos, para que desta suerte cesse el trabajo de los Indios. Y porque me han informado, que suelen encargarse de guardar los bagages, y haziendas de los Españoles, y en caso que sin culpa, ò por descuido suyo, se vayan, ò los hurten, son conuenidos ante mis iusticias, y condenados à pagar el valor de los bagages, y haziendas susodichas: quiero, y es mi voluntad, que de oi en adelante no puedan ponerse contra ellos demandas semejantes, ni incurrir en pena alguna, ciuil, ni criminal, en ningun caso de este genero. Pero doios arbitrio y facultad, para* 46

que no pudiendose escusar sin grande vexacion de essas prouincias, conserueis los repartimientos de los Tambos, requas, y carreterias, con condicion que no vayan Indias a los dichos Tambos, de que resultan grandes ofensas à nuestro Señor, si no fuere acompañadas con sus maridos, padres, ò hermanos, y que à los Indios que se ocuparen en sus ministerios, se les dè cumplida satisfacion de su seruicio: para lo qual hareis la tassa que os pareciere, y regulandola con el derecho, y las circunstancias de cada prouincia. Iordenareis, que el peso y viage de las requas y carreterias, se reparta en tres, ò quatro caminos, mas, ò menos, como mejor os pareciere; porque los Indios no anden tanto tiempo fuera de su casa, y puedan atender mejor à la conseruacion de sus vidas, y haziendas. Y como quiera que sea, aiustareis el alquiler que huuieren de ganar, de manera, que queden enteramente pagados de su trabajo, y del seruicio de sus requas y carretas.

47 Quod tamen † vt in eadem schedula *c.5.* deciditur, & Nos monuimus *suprà c.5.* ita temperandum est, vt illi tantùm Indi his, & aliis seruitiis distribuantur, qui ex septima parte congruè deduci possint, & longiùs à suis prouinciis non euocentur, ne diù vxores, ac proprios lares derelinquere compellantur. Quod quia minus exactè adimpletur, & in tanta locorum distantia plures ex Hispanis Indos semel iuxta legis normam à Magistratibus receptos, ad libitum vexant, magna eorum iactura, & diminutio consequitur. Quæ in aliis laboribus non ita sentitur, vbi suas secum vxores ducere solent.

48 Et vt † viri cordati dicere solent, Indorum paucitas, quam hodie experimur, non tam nascitur, ex duritie laborum, quibus subduntur, quàm ex eo quòd ab vxoribus abstracti, liberorum procreationi, & educationi operam dare non possunt, contra commune votum omnium legislatorum, qui semper ei super omnibus prospexerunt, vt dicemus *infrà lib.2.c.16.*

49 De mansionibus † autem, vulgò *Tambos*, idem inquit Matienz. *d. 1 par. c.10.* & Acosta *d. cap.17.* & vltra ordinationes, quæ de earum seruitio reperiuntur, editæ à Dom. Prorege D. Franc. à Toleto, quibus vix est, vt quicquam adiici possit, extat peculiaris schedula Aranjuecij 2. Martij ann. 1596. ad Regiam Argentinam Cancellariam directa, quæ ad petitionem Indorum prouinciæ *de Chicuito* declarauit, vt prouideant, *Que los dichos Indios no sean compelidos à seruir por sus personas en los dichos Tambos a los passageros, ni a dar carneros de carga, sino que cumplan con proueer los Tambos de pan, vino y carne para los passageros, y de maiz para las caualgaduras, y tener persona en ellos para este efecto.* Et idem disponitur generalius, *Para todos los Indios del Collao, y prouincia de Vrcosuyo*, per aliam schedulam Araniuecij 2. Mart. ann. 1598.

Pluribus item aliis schedulis, quæ extant in 1 tom. impress. pag. 97. & seqq. summa cu-

50 ra præcipitur: † *Que para el buen auio, y passage de los caminantes, y aliuio de los Indios, y que no los carguen, se abran caminos, y se hagan puentes donde no las huuiere, y el gasto necessario se reparta entre los lugares, y personas que recibieren dello beneficio. Y que los Corregidores visiten las ventas, mesones, ò Tambos, y casas de acogimiento para los caminantes, que huuiere en su gouernacion, y den orden que las aya en los lugares que les pareciere ser necessarias, aunque sean de Indios, y entre ellos, de manera que los caminantes hallen de comer por sus dineros en los pueblos y partes por donde passaren, y à los Indios sea pagado el acogimiento y hospedage, y cosas de comer, y yerua que dieren para los Españoles, y sus criados, y caualgaduras.* In schedula etiã seruitij personalis ann 1609. *cap.* 1. Mansionum siue *Tamborum* seruitium permittitur Ita tamen, † vt Indi, qui in eis mulas, vel equos itinerantium custodiunt. pro amissis, vel abactis dolo cessante non teneantur. Et vt fœminæ ibidem seruire non compellantur, nisi suis maritis, patribus, vel fratribus sociatæ, vt ex eius verbis latiùs patebit. quæ *suprà n.46.* retulimus.

CAPVT XII.

De seruitio, siue onere cursus publici ad litteras deferendas, vulgò in hoc Regno Peruano, de los Chasquis, *& obiter aliqua de cursu publico, & Romanorum Veredis ac Parauæredis, & pœnis eorum, qui alienas litteras aperiunt, vel intercipiunt.*

SVMMARIVM.

1 *Indi an iustè cursui publico ad deferendas litteras mancipentur?* & num 3.
2 *Absentes non aliter communicari possunt, quàm per nuntium aut per epistolam.*
4 *Epistolæ absentes præsentes faciunt, & scitu dignorum certiores reddunt.*
5 *Epistolæ iucundiores sunt, quàm absentium amicorum imagines, ex Senecæ sententia.*
6 *Epistolam in communi, qualiter definiat Iustus Lipsius.*
7 *Epistola Principis, qualiter definiatur à Theophilo?*
8 *Epistolæ etymologia à verbo Græco deducitur, quod mittere significat.*
9 *Tabellarij olim appellabantur epistolarum latores, & cur?*
10 *Epistolarum portatores, cur Hispanè* Correos, *vel* Estafetas *appellemus?*
11 *Stapedarum vsus qualis? & an Romanis cognitus?*
12 Chasquis *apud Indos Peruanos qui, & quare dicantur?*
13 *Indorum Peruanorum Reges qualiter Indis* Chasquis *dictis, vterentur, & eos dispositos haberent?*
14 Chasquis *Peruani & Mexicani, qualiter hodie currant, ex Acosta & Maiolo.*
15 *Seruitium Indorum,* Chasquis *dictorum, iustum, & necessarium esse, multi asserunt.*
16 *Persæ, qualiter cursores in viis publicis dispositos haberent?*
17 *Romanorum mos in habendis, & disponendis publicis cursoribus refertur.*
18 *Cursus equorum, qualiter dispositus fuerit à Romanis?*
19 *Vehicularis cursus quis, & quare diceretur?*
20 *Equi publici, & cursuales qui, & quare sic dicti?*

dicti? Et de veredis, & quòd nemo eis sine licentia Principis vti posset.
Euectionis nomen quid significet? ibid.
21 L. 2. D. de in ius vocando,& l. continuus 137. §. cùm ita,D. de verb. & totus tit. C. de cursu publ. *exponitur.*
22 L. 12. C. de curiosis, lib. 12. *emendatur.*
23 *Cursus publici munus, in quo differat ab angariis & parangariis?*
24 Postas *cur dicantur equi, cursui publico destinati.*
25 *Angari etiam dicuntur fumi, vel foci per turres dispositi ad denuntiandum hostium incursum.*
26 *Dom. D.Ludou. Gudiel & Peralta Regij supremi Consilij Senator, & Calatrauensis Militiæ eques, citatur,& laudatur.*
27 *Indorum, quos* Chasquis *dicimus, seruitium non est nouum, nec valdè dolendum.*
28 *Turcæ, qualiter exerceant cursum publicum?*
29 *Veredorum, siue Postarum, primus inuentor quis fuerit?*
30 *Cursores, siue tabellarij olim Mansatici, siue Mansores appellabantur, & quare?*
31 *Indi, vt ab onere, siue seruitio cursus publici excusentur, sæpè actum est.*
32 *Cursus publici seruitium per nullos alios commodiùs, quàm per Indos exerceri posse, experientia monstrauit. Et referuntur schedulæ de hoc agentes.*
33 *Schedulæ referuntur, quæ Indis* Chasquis *faueri, & eos competenti mercede donari, statuunt.*
34 *Cursoris maioris Indiarum officium qualiter egregio viro Galindæ de Caruaial, & eius hæredibus concessum fuerit?*
35 *Indos cursores celeriter, & leuato velo suis salariis integrandos esse, quadam sched. præcipitur.*
36 *Litteras, siue epistolas Regi, Regióque Consilio quilibet libere scribere potest, & de pœnis aperientium, vel intercipientium.*
37 *Schedulæ aliquæ referuntur, quæ litteras alienas intercipere, vel aperire grauiter vetant,& puniunt.*
38 *Litteras alienas intercipientes, vel aperientes, pœna falsi,& aliis puniuntur.*
L. 2. D.de falsis, & cap. cùm olim, de offic. iud.de leg. *illustrantur, ibid.*
39 *Cicero grauiter Antonium accusat, quòd eius litteras aperuisset.*
40 *Litteræ ad nos missæ, nulli alij communicandæ sunt, priùs quàm eas legamus.*
41 *Iulij Cæsaris magnificum factum in litteris alienis non aperiendis.*
42 *Athenienses qualiter litteras ad Philippum Maced. quamuis acerbus eorum hostis esset, missas, aperire noluerint.*
43 *Humanitatis commune ius est, litteras alienas non aperire,ex Apuleio.*
44 *Litteras sibi commissas amittens, negligens, aut tardius tradens,puniri potest.*
45 L. fin. C. de fabricensib. lib. 11. *expenditur ibidem.*
46 *Litteras missiuas Indi, velut aliquid viuens reputabant, & reuerebantur.*

EAdem promiscui vsus, & communicationis inter homines necessitas, & vtilitas, de qua in *superiorib. capitib.* egimus, viam aperire, sterneréque videtur quæstioni, quam in præsenti disputandam suscipimus. An † scilicet, iustum censeri debeat illud aliud seruitij genus, quod in hoc Peruano Regno Indi per vicos,& per vices subire coguntur, vt de aliis prouinciis in alias publicum cursum exerceant, hoc est, litteras, siue epistolas deferant, tam quæ ad Regium seruitium, quàm quæ ad priuatorum commodum expediuntur? Dixi autem in Regno Peruano, nam in Noua-Hispania, & aliis ei adiacentibus regionibus, audio, per Hispanos nuntios (quos *Correos* à currendo vocamus) hoc munus in plurimum exerceri solere. 1

Et planè † cùm inter absentes non aliter colloqui, vel contrahi possit, quàm per nuntium, vel per epistolam, *l. 2. D. de pactis, l. 1. §. vlt. D. de contrahend. empt. l. 2. D.de obligat.& act.* latè Magerus *de aduocat. armata. cap. 9. n. 29. & seqq.* & multa quotidie contingant,quæ pro bono totius Regni statu, ac gubernatione, necnon etiam priuatorum vtilitate, in remotis quibusuis locis celeriter renuntiari conueniat. admittendum quidem videtur, iustè † Indos,si nimis non vexentur, nec debita mercede fraudentur,huic muneri subiugari,cùm absque reciproca nuntiorum, & epistolarum missione homines transire non possint. Hæc † enim sola res est, quæ homines absentes præsentes facit, vt dicebat Turpylius apud D.Hieronym. *epist. 42.* eiúsque inventio, & vsus eò tendit, vt tradit D. Ambr. *ad Sabinum,* & Cicer. *lib.2. epist.ad Curionem,*vt certiores faceremus absentes,si quid esset, quod eos scire,aut nostra, aut ipsorum interesset; & vt disiuncti locorum interuallis, affectu hæreamus. Quod quàm necessarium, & iucundum sit, admonet Seneca *lib.2. epist.* 40. in hac verba:† *Si imagines nobis amicorum absentium iocundæ sunt, quæ memoriam renouant, & desiderium absentiæ falso, atque inani solutio leuant: quanto iocundiores sunt litteræ, quæ vera amici absentis vestigia, veras notas afferunt?* Vnde epistolam † rectè definit Iust. Lips. *lib. 2. de instit. epist. cap.2.* vt sit *scriptum animi nuntium ad absentes, aut quasi absentes.* Quamuis vbi à Principe scribitur, aliam diffinitionem tradat Theophyl. *in §. sed quod Principi, Instit. de iure nat.* inquiens: *Epistolam † esse rescriptum Principis ad relationem Magistratus alicuius, de re quapiam dubia emissum.* Quò pertinet idem text. ibi: *Quodcunque ergo Imperator per epistolam decreuit, l. 5. §. 1. de iure immunit. l. 3. §. si quis, & §. ei licet, D. de iuris & fact. ignor. l. 1. D. de constit. Princip.* cum multis aliis, quæ adducit Brisson. Hottoman. & Kalin. *de verb. iur.verb. Epistola.* 2 3 4 5 6 7

Quinimò & ipsius nominis † etymologia hanc præcisam cursorum necessitatem ostendit, dictæ enim sunt epistolæ à verbo Græco, ἐπιστολεῖν quod mittere significat, quasi missorias,siue missas dicas, vt ait D. Isidor. *lib. 6. etymol. cap. 8.* & ita necessarium est, vt sint, qui eas deferant, & transmittant. Quos † olim Tabellarios appellabant, quod ante chartæ, & membranarum vsum, in dolatis ex ligno codicillis epistolarum colloquia scribebantur, & vltrò citróque certiores absentes faciebant, vt inquit idem D. Isidor. *vbi supra* & ante eum Festus Pompeius *de verb. signific. verb.* 8 9

verb. Tabellis, & D. Hieron. *d. epist.* 42. & nouissimè Iul. Cæsar Bulenger. *de Imperio Romano*
10 *lib.* 4. *cap.* 7. *pag.* 447. Nos autem hodie † eiusmodi nuntios Hispano vocabulo, *Correos* appellamus, nomine, vt apparet, à currendo desumpto, & interdum etiam *Estafetas*, à verbo Italico *Estafa*, quod stapedam, vulgò *Estribo* significat, quasi hic eques, & stapedæ insistens, celeriter litteras deferat, & ab aliis tabellariis pedestribus differat, vt benè aduertit Dom. Sebastian. à Couarruuias in suo erudito Thesauro linguæ Hispanæ, *verb. Cerredor.* & *verb. Esta-*
11 *feta.* Et de stapedarum vsu, † & inuentione si quis velit plura, & an à Romanis cognitæ fuerint? videat Iust. Lips. *lib.* 3. *de militia Romana dialog.* 7. Cæl. Rhodig. *lib.* 22. *lect. antiq. cap.* 3. *circa fin.* vbi inquit ab Interprete Auicennæ vocari subsellares, quia sub sella propendeant. Et Iul. Cæsar. Buleng. *de Imp. Rom. lib.* 3. *cap.* 21. vbi etiam de stratoribus agunt, & quod esset eorum officium, & qualiter vicem stapetarum supplerent?

12 In hoc verò † Peruano Regno, vt ad institutum magis accedamus, prædictos cursores, siue tabellarios proprio Indorum vocabulo *Chasquis* vocare solemus, siue equis, siue pedibus currant. Quod nomen, materna eorum lingua, à capiendo originem trahit, quasi hic celeriter caperet, quod ab alio nuntium acciperet, & sic deinceps in alterius manus eadem diligentia, & velocitate transferret. Sciendum est
13 enim † etiam ante Hispanorum aduentum, hoc onus (inter alia grauiora) Indis à suis tyrannis impositum fuisse, vt sic incredibili planè facilitate, & celeritate eorum omnium notitiam habere possent, quæ etiam in longinquis, & remotis regionibus agerentur, vt de Regno Mexicano testatur Acosta *lib.* 6. *hist. natur.* & *moral. Ind. Occid. cap.* 10. Fr. Ioan. à Torquemada *in Monarc. Ind.* & de hoc Regno Peruano idem Acosta *eod. lib. cap.* 17. vbi sic notabiliter inquit: *De Correos y Postas tenia gran seruicio el Inga en todo su Reino: llamabanles Chasquis, que eran los que lleuaban sus mandatos à los Gouernadores, y traian auisos de ellos à la Corte. Estaban estos Chasquis puestos en cada Topo, que es legua y media, en dos casillas, donde estaban quatro Indios. Estos se proueian, y mudaban por meses de cada comarca, y corrian con el recaudo que se les daba à toda furia, hasta darlo al otro Chasqui, que siempre estaban apercebidos, y en vela los que auian de correr. Corrian entre dia y noche cincuenta leguas, con ser tierra la mas de ella asperissima. Seruian tambien de traer cosas que el Inga queria, con gran breuedad; y assi tenia en el Cuzco pescado fresco del mar (con ser cien leguas) en dos dias, ò po-*
14 *co mas. Despues † de entrados los Españoles, se han vsado estos Chasquis en tiempo de alteraciones, y con gran necessidad. El Virrei don Martin Enriquez los puso ordinarios à quatro leguas, para lleuar, y traer despachos, que es cosa de grandissima importancia en aquel Reino, aunque no corren con la velocidad que los antiguos, ni son tantos, y son bien pagados, y siruen como los ordinarios de España, dando los pliegos que lleuan à cada quatro, ò cinco leguas.* Hactenus Iosephus Acosta, à quo habuisse videtur Maiol. *in diebus Canicul. tom.* 1. *colloq.* 4. *de contingentibus, pag.* 127. vbi sic ait: *Referunt Neoterici, qui orbem lustrarunt, in Nouo-Orbe in Mexico Temistitam, tabellarios non minore celeritate percurrere eadem terrarum spatia, vt equi solent, fuisséque nonnullos, qui quatriduò leucas septuaginta transuolarint. At compertum est, vbi succedere sibi solent tabellarij, videlicet singulis quaternis leucis, vna die litteras fuisse delatas vltra leucas septuagintaquinque, nostro Romano more, ad millia passuum trecentorum.* Et latiùs extendit Garcilassus Inca in suis commentariis Regiis, siue de Incarum historia *lib.* 6. *cap.* 7. *fol.* 136. & Americ. Vesput. *in relat. suæ primæ nauigationis, pag.* 138. inter relationes Noui-Orbis, vbi narrat, de quibusdam Indis adeò in currendo velocibus, vt ipsæ etiam mulieres vnam, aut duas leucas incessanter percurrere nihili putent, & in hoc nos Christicolas multum præcellant.

Qui † iustitiam huius seruitij ex *suprà* di- 15
ctis non malè defendunt, cùm Indis nouum non sit, qui tempore suæ infidelitatis illud, vt vidimus, agnouerunt; nec graue, cùm hodie frequentiùs mutentur, competentique mercede remunerentur, & non pedites, sed equites iter facere soleant, post Hispanorum aduentum, qui equorum copiam, & vsum inter eos introduxerunt. Idem defendit ipse Acosta *de procur. Ind. salut. lib.* 3. *cap.* 17. *pag.* 340. ibi: *Siue litteras cursor deferat*, & latiùs Matienzus *de moder. Reg. Perù* 2. *par. cap. vltimo.*

Potéstque prædicta consuetudo ex alia omninò simili communiri, † quam primum à 16
Persis inuentam, narrat Herodot. *lib.* 8. & Xenoph. *lib.* 8. *Cyripædiæ* à Cyro institutam scribit, & post eos Alex. *lib.* 1. *Genial. cap.* 27. Is enim certas stationes in via publica, dimensis itineribus, statuit, vbi equi, & homines collocati, vnius diei iter celerrimè conficiebant, cum verò ad proximam stationem peruenissent, quæ euenerant, ibi manentibus nuntiabant, & illi statim aliis sequentibus, donec celeriter nuntium ad Regem peruenisset.

Et apud Romanos † eundem morem viguis- 17
se, pluribus documentis, & testimoniis comprobari potest. Nam Augustus primò iuuenes, qui acta in prouinciis ad se citò perferrent, modicis interuallis, per vias militares disposuit; deinde vehicula, quibus idem semper currentes ad se nuntium perferrent, vt apertè constat ex Sueton. *in Aug. cap.* 49. Quod etiam cæteri Romani Principes obseruarunt, vt Auctor est Plutarch. *in Galua c.* 8. singulis enim circiter quinquaginta milliariis veredos, & rhedas ad currendum certis locis disposuerunt, vt iter diei conficerent. In Italia tamen remanserunt, qui pedibus currebant, vt refert idem Sueton. *in Vespas.* Cursum ve-
rò † equorum ita instituerunt, vt prouincia- 18
lium pecunia equi cum hominibus ad currendum destinatis alerentur. Quod licèt Seuerus Imperator posteà aboleuerit, id fisci onus esse iubens, vt ait Spartian. *in Seuero*, stabula tamen in quibus equi alebantur, & muli quoque, ac mulæ, & boues, qui interdum etiam
huic cursui deseruiebant, † (vnde & vehicu- 19
laris cursus dicebatur) prouincialium sumptibus reficiebantur. Et in pabulis, & pecuniis equorum deputatorum cursui publico conferebant, vt ostendit textus *in l.* 2. *C. de lucris*

aduocat

aduocat. lib. 12. *l.* 2. *C. de curiof. & ftationar.*
eod.lib. Vbi Bart. Platea, Rebuff. & alij, *l.com-*
perimus, C.de curfu publ. & Rofent. *de feud.* 1.
20 *par. c.*5. *concl.*71. & 72. Qui equi, † quoniam
ad publicum,& commune bonum parabantur,
equi publici, & curfuales, & interdum veredi
appellabantur, neque priuatus quifquam eis fi-
ne peculiari Principis diplomate vti poterat,
quæ licentia Euectio vocabatur, vt ad inter-
21 pretationem totius *tit.C.de curfu pub.* Et † *l.*2.
ibi. *Qui in caufa publica in equo publico tranfue-*
hitur D.de in ius vocand.l.continuus 137.§. *cùm*
ita, ibi: *Diplomate vfus D.de verb. obligat. l. eos*
27. §. *vlt.* ibi: *Qui falfo diplomate vias com-*
meauit, D. ad leg. Cornel. de falf l. vlt. §.1. &
*penult. D.de muner.& honor. l.*1. *C. de numerar.*
22 *l.*2. *C. de commeatu.* † *l.* 12. *C de curiof. lib.*12.
in qua *Euictionibus* pro *Euectionibus* antea le-
gebatur. Et aliorum plurimorum iurium, vl-
tra Scribentes ibidem, obferuat Corraf *lib.* 5.
Mifcell. cap. 12. optimè Guido Pancirol. *in*
notitia vtriufque Imper. 1. *par. cap.*6. & *in*
Thefaur. variar. lib. 3. *cap.* 31. *pag.* 377. Brif-
fon. & alij *de verb. iur. verb. Curfus publicus,*
& *verb. Euectio*, Anton August. *in l.* 6. §. *Phi-*
lofophos, D. de excufat. tut. Budæus *in notis*
pofter. ad d. l. eos, Ræuard. *lib.*2. *var. cap.*15.
Parlador. *lib.* 2. *quotidian. cap.* 19. *num.* 5.
Iuft. Lipf. *de milit. Rom. dialog* 5. Zipteus
de Magiftrat. lib. 3. *c.* 19. & Symmach. omni-
nò videndus, *lib.* 7. *epift.* 105. vbi Iuret. Caf-
fiodor. *lib.* 1. *var. epift.* 29. & *lib.* 4. *epift.* 47.
ad Godifcalc. & *lib.* 5. *epift.* 5. & *lib.* 11. *epift.*
9. & *lib.* 6. *epift.* 6. vbi huius curfus curam in-
ter alia Magiftro officiorum iniunctam, fic
prodit: *Veredorum quin etiam opportunam*
velocitatem, quorum ftatus femper in curfu
eft, diligentiæ fuæ diftrictione cuftodit, vt fo-
licitudines noftras, quas confilio iuuat, bene-
ficio celeritatis expediat. Cuius verba tran-
fcribit Lucas de Pena *in l.* 3. *C. de caftrenf. &*
minifter. lib. 12. Iacob. Cuiac. *in Parat. ad tit.*
C.de offic. Magiftr.offic. & *in l.*1. & 2 *C.de curiof.*
*lib.*12. latè Pancirol. *in notit. Imp.Oriental. cap.*
64. & 71. & *in Thefauro var. quæft. pag.* 189.
276. & 377. vbi agit de curfu publico Roma-
norum, curforibus & fcholá eorum Menoch.
de arbitrar. cafu 229. Tiraq. *ad Alexand. lib.*1.
*Genial.c.*27.*litt.H.* & nouiffimè, alia tradens,
Callift. Remirez *de lege Regia Aragon.* §. 26.
*n.*58. & *feq.* Marinus Freccia *de fubfeudis lib.*2.
*tit. quis dicatur Dux,n.*41. vbi optimè de Curfu
publico, & eius origine loquitur, Borrell. *de*
*præftant. Regum Cathol.cap.*19. *n.*27. vbi tradit
qualiter hoc munus in Regno Neapolitano
exerceatur, & *in tract.de Magiftratib. lib.*4.*cap.*
9.*n.*39. & *feqq.* Iacob.Guter. *de offic.domus Au-*
*guft. lib.*3.*cap.*14. *in princip.* & Bulenger, *de Im-*
per. Romano lib. 6. *cap.* 28. & 29. *pag.* 577.
Leander. Galganetus *de iure publico lib.* 4. *tit.*
48. Regner. Sixtinus *de Regalib. lib.* 2. *cap.*13.
*num.*2. & *feqq.*
23 Qui † Auctores, & præcipuè Pancirol. *vbi*
fupra ex prædictis iuribus benè deducunt, Cur-
fus publici munus, etiam vbi vehicularis erat,
diftinctum effe à munere Angariæ & Paran-
gariæ, de quo *in cap. præcedenti* locuti fumus:
licèt hæc ob nominis, & vfus fimilitudinem
nonnulli Scriptores confundant, & pro eodem
vfurpent, vt conftat ex Budæo, & Anton. Aug.
fuprà Pyrrho Engleberm. *in l.* 1. *C. quemadm.*
ciuil. mun.indic. Cæl. Rhodig. *lib.* 18. *lect. an-*
*tiq. cap.*8. & Hottom. *de verb. iur. verb. Anga-*
rus: vbi cum Hefychio Angaros † *Poftas*, qua- 24
fi pofitas Curforum ftationes appellat: & An-
gariam interpretatur, qua curfus publicus fit,
Parangariam verò in obliquum, cum quibus
fentit nouiffimè, alia adducens, nofter D. Io-
feph. Pellicer in doctis fuis ad Gongoram lu-
cubrationibus, *pag.*283. vbi & Barclai meminit,
qui in Argenide *lib.* 1. fimilitudine hinc ducta
† Angaros vocat focos per turres difpofitos, 25
quibus mira celeritate hoftium aduentus per
vniuerfam prouinciam denuntiabatur. Et eft
videndus Suidas relatus à P. Radero *in expla-*
*nat.ad Q. Curtium, pag.*30. vbi, *Aftandæ* (inquit)
funt tabellarij fibi iure fuccedentes, qui & An-
gari dicuntur. Sunt autem nomina Perfica. Et
† Dom. D. Ludouic. Gudiel & Peralta, nunc 26
fupremi Senatus Confiliarius digniffimus, &
equeftris Calatrauenfis Militiæ infigniis pro
meritis decoratus, in docta Allegatione, quam
cùm effet in eodem Senatu Fifci Patronus, ty-
pis excufit in ardua illa lite, quæ vocatur, *De*
*las Eftafetas,n.*57. & *feq.* vbi horum Curforum
originem & formam apud omnes ferè natio-
nes, eruditè recenfet, & de noftris Indianis
Chafquis *n.*64. fpecialiter meminit. In quibus
ftationibus, qui Curfum publicum exercebant,
mancipia, vel mancipes dicebantur, vt tetigi-
mus *fup. cap. prox.num.*10. Et hic repetendum
cenfemus, ne quis † Indorum noftrorum con- 27
ditionem, & coactionem hac in parte mire-
tur, cùm apud alias gentes, publici vfus ne-
ceffitas, fimiles functiones induxerit.
Et quidem † grauior videtur in re eadem 28
Turcarum confuetudo, vt refert Leonic. Cal-
chondylas *lib.* 9. *de geft. Turcar.* & ex eo noti-
tia Rom.Imper. *d.cap.*6. Fr. Hieron. Romanus
*in Repub.Turcar.c.*20. & Bulenger. *d.lib* 6. *cap.*
39. *pag.* 586. Nam veredis non vtuntur, fed
præcones habent, citiffimo gradu maximos
curfus peragentes. Hi quemcumque obuium
equitantem habent, defcendere iubent, eiúfque
equum confcendentes, quantum poffunt, im-
pellunt: fi alium inuenerint, idem agunt, & illi
fatigatum equum tradunt.
Quibus alia addit Camill. Borell. *d. cap.*19.
n. 8. vbi refert, † quis fuerit primus Veredo- 29
rum, fiue *Poftarum* inuentor, & *lib* 4. *de Ma-*
*giftrat. cap.*9. *num.*39. & *feqq.* vbi inter alia fub-
dit, † dictos Curfores, fiue Tabellarios olim 30
Manfaticos, vel Manfores etiam appellatos,
quòd in aliquibus locis, fiue manfionibus, vt
diximus, difpofiti effent. Caffanæus *in Catal.*
glor. mund. 6. *par. confid.* 7. Rhenat. Choppin.
*de domanio Franciæ lib.*3.*tit.*29. *n.*31. *ad fin.* Bu-
lenger. *d. lib.*6. *cap.* 33. *ad fin.* vbi, *Poftæ* (in-
quit) *quibus hodie vtimur, dicuntur quafi pofitæ*
ftationes equorum curfualium, quorum vfus cùm
intercidiffet, à Maximiliano Cæfare, tum à
Ludouico XII. & Francifco I. Franciæ Regib.
reftitutus eft.
Neque exiftimet aliquis piam Regum no-
ftrorum folicitudinem defuiffe, in hoc quoque
munere ab Indorum humeris remouendo. Nam
fæpè † actum eft, vt per Hifpanos, vel Hybri- 31
das, quos *Meftizos*, vel *Mulatos* vocant, aut
per Æthiopes liberos exerceretur. De quo
inter alias, extat fchedula quædam, data apud

D. Laurent. 22. Septembr. ann. 1593. *tom. 4. impress. pag* 324. Dom. Proregi Marchioni de Cañete directa : & caput epistolæ ann. 1602. ad Proreg. D. Ludou. à Velasco, vbi ita habetur : *En dos capitulos de las dichas cartas me auisais lo que aueis hecho, y orden que aueis dado, en que se pagasse à los Indios lo que se les debia de jornales atrasados, y de los que han seruido de Chasquis, ò correos, y que dabades orden, que se ocupassen en esto Españoles, por aliuiar de este trabajo à los Indios : todo lo qual, y lo que mirais por el bien de los Indios os agradezco mucho, y os encargo lo continueis de manera, que essos naturales (como lo tengo encargado) sean aliuiados, y pagados de su trabajo.*

32 Sed tamen † experientia monstrauit, nullo modo, neque ab vllis hominibus commodiùs ac faciliùs, quam ab Indis, subiri posse, vt ex cuiusdam Regiæ epistolæ capite declarabitur, eidem Proregi D. Ludou. à Velasco missæ. Vallisolet. 3. Febr. ann. 1603. cuius hæc sunt verba: *Assimesmo dezis, como se iba pagando à los Chasquis, ò correos Indios, lo que se les debia de los jornales atrasados : y que auiendo querido releuar de este trabajo à los Indios, y reduzir este ministerio à que lo hiziessen correos Españoles, auiades hallado en ello algunos impedimentos, por los malos caminos, y aspereza de la tierra, que no bastan cauallos, ni mulas, y tarda mucho mas vn correo Español en passar qualquiera sierra, y haze mayor costa que vn Indio suelto; y que al cabo carga todo sobre los mesmos Indios, porque assi como assi son ellos los que corren, y passã el trabajo, sin lleuar el prouecho que tenian, y que estan descontentos de esto. En lo qual hareis lo que mas os pareciere que conuiene para todo, mirando por el bien de los Indios, y guardandose lo que esta proueido en lo de los seruicios personales.*

33 Quibus tamen schedulis, & in aliis, quæ quotidiè expediuntur, semper cauetur, vt Indi cursores benè tractentur, & competenti salario remunerentur. Et cùm Prorex Dom. Martinus Enriquez hos *Chasquis* Pyratarum causa in locis maritimis disponere cœpisset, & aliqui de hoc apud Regium Consilium, Indorum nomine, quererentur, emanauit altera Regia schedula Pacis Iuliæ 30. Septemb. ann. 1580. *d. 4. tom. pag.* 324. quæ hoc totum Proregi remisit : *Para que prouea lo que mas conuenga sobre el poner Indios Chasquis à manera de postas, à que estaban acostumbrados en tiempo de sus Ingas, y pagarles su trabajo y jornal.*

34 Rursus etiam, † cùm in his Indiarum prouinciis Cursoris maioris officium egregio illi, & nobili viro Dom. Doct. Galindez de Caruajal, Regio Consiliario, Caroli V. Imp. largitione concessum fuisset ann. 1525. quæ habetur *in 2. tom. impress. pag.* 301. (licèt altera schedula ann. 1564. Licentiato Castro directa, *pag.* 305. superioris fortè non meminens, tale officium in Indiis admitti prohibeat) & nepos, hæresque in eodem officio D. Doct. Galindez, D. Didac. à Caruajal ex Equestri Ordine D. Iacobi, ingentem pecuniarum vim ex salatiis Indorum Cursorum deberet, hocque ad Regias aures peruenisset, sched. quædam edita fuit Matr. 2. Iulij ann. 1618. qua
35 leuato † velo, & sine strepitu, & figura iudicij, etiam executiui, contra illum procedi iubetur, quousque dictum æs alienum plenè, & integrè satisfaceret.

Sed quoniam de litterarum tabellariis, siue portitoribus sermonem habemus, silentio præteriri non possunt aliæ schedulæ Regiæ, quæ reperiuntur *in 2. tom. impress. ex pag.* 309. & alibi passim, † quibus præcipitur, vt nullus harum 36
prouinciarum incola prohibeatur Regi, Regióque Consilio, quicquid sibi visum fuerit per litteras admonere. Atque item, vt nemo, sub grauissimis pœnis, tabellarios impediat, & alienas litteras intercipiat, aperireve audeat. Inter quas notabilis † est quædam, data Toleti 31. Iulij 37
ann. 1529. quæ extat inter ordinationes Mexicanas Vasci de Puga *fol.* 21. vbi Mexicani Auditores notantur, quòd secus facere essent soliti, serióque cauetur, ne id in posterum faciant, perpetui exilij à prouinciis Indiarum, & Regnis Hispaniæ, pœna, transgressoribus irrogata. Eique similis est alia Pardi 17 Febr. ann. 1575. quæ videri poterit *d. 2 tom. pag* 313. Sed notabilior, ac recentior est altera ann. 1592. quæ ibidem etiam inseritur, quam hîc ad litteram in lectorum gratiam, quia valdè notabilis est, inserere libuit.

El Rei. Marques de Cañete, Pariente, mi Virrei, Gouernador, y Capitan General de las Prouincias del Perù, ò a la persona, ò personas à cuyo cargo fuere el gouierno de ellas. Yo he sido informado, que algunas vezes acaecido, que las cartas, pliegos, y despachos que algunas personas de essas prouincias me escriben, y embian, y las que dellas van de vnas partes à otras, las han tomado, y abierto, y detenido algunos de los que han gouernado, mediante lo qual he dexado de ser informado de cosas tocantes al seruicio de Dios, y al buen gouierno y administracion de justicia de essas partes, y los mismos que se escribian vnos à otros, han recebido mucho daño, manifestandose sus secretos: lo qual ha sido causa de que atemorizados, no osan, ni se atreuen à escribir, recelando que se les pueda seguir de ello algunos inconuenientes. Y porque este es el instrumento con que las gentes se comunican; y demas de ser ofensa de nuestro Señor abrir las cartas, estas han sido, y deben ser inuiolables à todas las gentes, pues no puede auer comercio, ni comunicacion entre ellos por otro camino, ni le ai para que yo sea informado del estado de las cosas de essas partes, ni para que los agrauiados, que no pueden venir con sus quexas, me den cuenta dellas: y de necessidad cessaria, ò se impediria notablemente el trato y comunicacion, si las dichas cartas y pliegos no anduuiessen, y se pudiessen embiar libremente, y sin impedimiento: y conuiene lo mucho que se dexa entender, no dar lugar, ni permitir cosa semejante, pues demas de lo subredicho es opression, y violencia, y inurbanidad, que no se permite entre gente que viue en Cristiana Policia: os mando, que hagais pregonar en todas las ciudades, y pueblos de Españoles de esse distrito, que ninguna justicia, ni persona priuada, ni particular, Eclesiastica, ni seglar, se atreua à abrir, ni detener las dichas cartas, ni à impedir, que ninguno escriba: so pena, à los Prelados y Eclesiasticos, de las temporalidades, y de ser auidos por estraños de mis Reinos: y à los Religiosos, de ser luego embiados à España: y à los Iuezes y justicias, qualesquier que sean, de priuacion perpetua irremediable de sus oficios: y à estos, y à las demas personas seglares, de destierro perpetuo de las Indias, y de açotes y galeras à las personas en quien se pudiere

executar

executar esta pena para exemplo. Y vos, y los que os sucedieren en el cargo, terneis particular cuidado de executarlo en los arriba contenidos. Y por ningun caso, que no sea de manifiesta sospecha de ofensa de nuestro Señor, o peligro de la tierra, no abrireis, ni detterneis vos, ni ellos las dichas cartas, ni despachos: porque, demas de que de lo contrario me terne por deservido, mandare proveer del remedio que convenga. Fecha en Burgos a 14 de Septiembre de 1591. años. YO EL REI *Por mandado del Rei nuestro señor, Iuan de Ibarra.*

Et sanè iustissimè prædicta schedula adeò grauiter in eos excandet, qui epistolas aliis directas
38 aperiunt, † cùm hoc scelus graue semper in vtroque foro fuerit reputatum, & pœna falsi, aliisque sæuerioribus punitum, vt constat *ex l. 1. D. ad leg. Cornel. de fals.* vbi DD. & *in cap. cum olim magister, de offic. iud. deleg. cap. ad audientiam, de crim. fals. l. eum qui 14 § si epistola, D. de furtis*, vbi Vlpian. edisserit, cui competat actio? an ei qui misit epistolam, an ei ad quem missa est? Nauarro *in Manual. Latino cap. 18. n. 53* & latiùs *in cap. Sacerdos, num. 50. & 51 de pœnit. dist 6.* & ex relatis à Franc. Viuio *decis 62* Menoch. *de arbitr. casu 311. n. fin. & casu 538* Bernard. Diaz, & eius Additionator Salcedo *in praxi crimin. canon. cap. 103.* Honded. *consil. 105 n. 8. & 80.* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 7. cap. 17.* Bobadilla *in Polit. lib 2. cap. 5. num. 29. & 30.* Molina *de iust. & iure, tract. 4. disp. 30.* Emanuel Rodr. *in addit. ad Bull. Cruc. §. 9 n 97* Nicol. de Passeribus vsque ad nauseam *in tract. de script. priuata lib. 3. q. 12.* Heuia *in Labyrinth. 2. par. cap. 11. n. 38* vbi loquitur de nostris Indis, & de schedula cuius modò meminimus, Tusch. *litt. L. concl. 371. pag. 429.* Vurmser. *in obser. Cameræ lib. 1. titul. 47. obseru. 25* Mangon. *ad consuet. Andegauens. fol. 39. col. 1. n 9.* Iul. Clar. *§ falsum. vers. Aperiens*, & latissimè Farin. *de falsitate, q. 150. n. 114. & seqq.* & nouissimè Viscontus *in concl. iur. verb. Litteras, pag. 167.* vbi alios adducit.

39 Vnde † procedit grauis illa, & elegans querela Ciceronis aduersus Ant. Philip 2. quòd eius litteras aperuisset, palámque omnibus legisset, vbi vocat eum omnis humanitatis expertem, & vitæ communis ignarum, & quòd qui hoc faciunt, tollunt è vita vitæ societatem, & colloquia amicorum absentium. Et de eodem crimine queritur Seneca *lib. 2. de ira, cap 23.* Plutarch. *in Sertor.* & Apuleius *Apologia 2.* pro se ipso, quos refert Anton. Mornacius *in notis ad l. si quis testamentum, §. 1. D. ad leg. Aquil. pag. 479.* addens præclarum exemplum Macrini apud Herodian.
40 *lib. 4.* Quo † simul ostendit, nulli vnquam communicandas esse litteras, quas ab aliquo accepimus, priùs quàm nos ipsi legerimus. Sed præcla-
41 rius est illud † Iulij Cæsaris, de quo Seneca vbi sup & nouissimè Magist. Marquez *in Gubernator. Christ. lib. 1. cap. 21. pag. 124.* is enim, cùm tabellarium apprehendisset, qui ad Pompeium totius ferè Romanæ nobilitatis litteras deferebat, lectisque illis, certior fieri facilè posset de iis, qui aduersarij sui factionem sequebantur, maluit tamen eas igni tradere, quàm inspicere, & vt Seneca concludit: *Gratissimum putauit genus veniæ, nescire quid quisque peccasset.* Et est
42 etiam † pulchrum exemplum Atheniẽsium, quod refert Apuleius *in Apologia 2. pro se ipso.* Alexand. *lib. 2. genial. cap. 19.* & Decian. *sup. num. fin. ad finem.* Qui cùm Philippi hostis litteras, quas ad Olympiadem scripserat, intercepissent, eas inuiolatas reddiderunt, ne thori genialis, & secreta coniugij panderentur. Quod Apuleius † factum ab illis dicit: *Propter commune ius humanitatis.* 43

Quibus addo, † quòd aliquando etiam litteras sibi commissas negligens, vel amittens, aut tardiùs tradens, puniri solet, & debet, vt prosequitur Iacobus Thomingius *decis. 34. part. 2.* & Tiber Decian. *d. tract. lib. 7. cap 15. num. fin. ad med.* qui ad id citat † *l fin. C. de fabricensibus lib. 11.* vbi tamen solùm tractatur de pœna irroganda Præsidibus, siue aliis iudicibus, qui eorum, quæ à Principe per litteras sibi iniunguntur, executionem aliqua tarditate distulerint, vt ibi benè exponunt Platea, Lucas de Pẽna, & alij. Et qualiter olim † Indi litteras missas velut aliquid viuens esse putarent, cùm viderent per eas Hispanos ab Hispanis longe distantibus, de rebus, quæ illic accidebant, certiores fieri, recolit post alios Simon Maiol. *in dieb. Canicul. colloq 23. de mirabilibus. pag. mihi 7 6.* ex nostro Ouieto *in hist. Indica lib 2. cap. 6.* 44 45 46

CAPVT XIII.

De effossione, & operatione metallorum; & an liceat Indos ad hoc laboriosum onus distribuere, & inuitos fodinis, siue mineralibus mancipare? Relatis, & illustratis argumentis, quæ pro affirmatiua parte vrgere videntur.

SVMMARIVM.

1 *Metallis effodiendis an Indi inuiti distribui possint, sæpè tractari, & controuerti solet.*
2 *Indos licitè metallis effodiendis mancipari posse qui tradant.*
3 *Metallorum effossio, & operatio non minorem curam, & industriam requirit, quàm agricultura.*
4 *Metallorum effossio non minus necessaria est in Indiis Occidentalibus quàm agricultura.*
5 *Fodinæ, siue mineralia Indiarum si excoli desierint, iam Indorum, quàm Hispanorum Respub. concidet.*
6 *Iosephi Acostæ elegantia verba referuntur.*
7 *Vtilitatis obiectu, omnes diligentiùs commoueri solemus, & etiam irrationalia.*
8 *Mercatorum cupiditas Indos quærit, ex Horatio.*
9 Cap. fin. 7. q. 1. *ponderatur & illustratur.*
10 *Cassiodori elegantia loca expenduntur, de vtilitate, & necessitate eruendi metalla loquentis.*
11 *Metallum rarò proditur, vt studiosius expetatur.*
12 *Honesta sunt lucra, quæ ex metallorum effossione parantur.*
13 *Homo sine metallis non potest parare victum & vestitum.*
14 *Iusta Indiarum retentio in Fidei propagatione, & conseruatione subnititur.*

 15 *Diuitiæ*

15 Diuitiæ Noui Orbis si deficiant, Fidei, & Religionis propagatio in eo facta, & facienda, periclitabitur,

16 Diuitiarum cupiditas incentiuum præbet, ad Fidem diligentiùs inter Indos disseminandam.

17 Diuini Consilij arcana in conuersione Noui Orbis meritò miratur Ioseph. Acosta.

18 Necessarium aliquid esse, variis modis dici solet.

19 Hispanorum & Indorum Respub. vbi iuncta esse cœpit, se mutuò iuuare debet.

20 Indi quibus rationibus debeant metalli fodinarum seruitio intendere.

21 Catholici Hispaniæ Reges præcipuam curam, & sumptus in Fidei defensione impendunt.

22 Hispani homines, vel Æthiopes, & alij serui, non sunt apti ad mineralia Peruana exercenda, & quare?

23 Tributa noua quando iustè à Principe imponi possint?

24 Tributa vt possint indicere Principes, quæ necessitas, & quæ eius probatio desideretur?

25 Necessitate vrgente Ecclesiæ, & templorum vasa à Regi sumi possunt.

26 Rex positus in necessitate de bonis subditorum disponere potest, vel non soluere, aut differre quod debet.

27 Necessitas multa operatur, & à multis excusat.

28 Tributa grauia imponere sub colore vtilitatis, vel necessitatis, tyrannicum est.

29 Reges iustè, & licitè faciunt, si diuitias quærunt ad sui Regni sustentationem, vel subleuationem.

30 Salomon an peccauerit immensas diuitias coaceruando? remissiuè,

31 Pecuniæ & diuitiæ sunt nerui Reipubl.

32 Respublica, quæ pecuniis caret, simultatibus, & nodis plena est.

33 Metalli fodinas quærere, & colere, honestissimus modus conquarendarum diuitiarum semper habitus est.

34 Cassiodori & Pacati elegantia loca expenduntur, de metallis eruendis.

35 Diuitias absconditas retinere, malum est.

36 Exemplo quæ fiunt, iure fieri putantur.

37 Metalla effodere antiquissimum, & apud omnes nationes vsitatissimum est.

38 Crasi diuitiæ immensæ, & vnde?

37 Semiramis metalla per captiuos exercuit.

40 Attici vinctis seruorum Myriadibus metalla colerunt, & qualiter hi ab illis defecerint.

41 Macedonia ex effossione æris singulis diebus singula talenta pendebat Alexandro Magno.

42 Carthagine quadraginta hominum millia vni argento effodiendo laborarunt.

43 Metallis quærendis, & effodiendis qualiter variæ nationes insudauerint.

44 Argentum an arte fieri possit? remissiuè.

45 Pluto cur Dis fuerit appellatus?

46 Ictimulorum lex circa numerum operariorum in auri fodinis.

47 Metalli fodinæ variæ, quæ variis in prouinciis, & præcipuè in Hispania cultæ fuerunt.

48 Hispaniæ subterranea cur inhabitare dicatur Pluto?

49 Indorum Reges Peruani, & Mexicani metalla effodiebant.

50 Romani magnam curam adhibuerunt in metallis quærendis, & excolendis.

51 Machab. locus lib. 1. cap. 8. expenditur.

52 L. 4. & 5. C. de metallis & metallar. lib. 11. explicantur.

53 Metallarij erant quasi seruilis conditionis.

54 Metallarij qui esse volebant, quid Fisco pendere deberent?

55 Metalla Principes supremi sibi reseruare soliti sunt, & per Publicanos exercere.

56 Fridericus III. Imper. valdè studuit metallorum tractationi.

47 Metallarij laudibus, & fauoribus prosequendi sunt, & quare?

58 L. 1. C. de metallar. lib. 11. expenditur, & illustratur.

59 Steph Forcat. notatur, quòd Hispanos inuidè reprehendit ob inquisitionem, & effossionem metallorum.

60 Metallorum effossio, & operatio ob id tantùm deseri non debet, quòd aliquod periculum laborantes incurrant.

61 Princeps benè potest compellere subditos ad opera Reipub. vtilia, & necessaria, etiam cum aliquo eorum periculo.

62 Subditos licèt Princeps sine causa cruciare non possit, benè potest aliquando eorum vitam mortis periculo exponere.

63 Bello iusto, non solùm defensiuo, verùm & offensiuo, vassalli etiam inuiti militare, qualiter, & quando compelli possint?

64 Bella per limites externos ad id conductos quam per ciues proprios exercere, satius ducebant Vtopienses.

65 Manus sicuti debet se exponere periculo, ad conseruationem capitis, ita vassallus, ad defensionem sui Principis, vel Reipub.

66 Vassallus licèt non teneatur mori pro domino, tenetur tamen se pro eius tuitione in vitæ discrimen exponere.

67 Medici corporales & spirituales tempore pestis suum officium, etiam cum vitæ periculo, exercere debent.

68 Triremibus remigandis an vassalli liberi, & insontes inuiti mancipari possint?

69 Triremium labor grauissimus est, & an veteribus notus?

70 Membra qualiter debeant caput protegere, & defendere?

71 Indorum distributiones, & coactionem ad metalla, variæ consultationes præcesserunt.

72 Consueta, vel constituta, quæ sunt ab antiquo, in dubium vocari, vel facilè mutari non debent.

73 Præsumi semper debet pro legibus, & iussionibus Principum, & quare?

74 Iosephi Acostæ elegantia verba referuntur, de mineralibus per Indos elaborandis.

75 Senatores, & viros graues aliquid sæpè per errorem, vel cum animæ periculo consuluisse, credendum non est.

76 Metallorum indagatio, & operatio magni semper à nostris Regibus habita, & commendata fuit.

77 Reges nostri licèt aliquando hæsitauerint circa Indos metallis addicendos, posteà id permiserunt.

78 Schedula anni 1551. refertur, quæ minera-

lia

lia per Indos voluntarios laborari permittit.

79 *Schedulæ aliquæ expenduntur, quæ Indos etiam reluctantes, metallis fodiendis distribui iusserunt, vbi id necessarium videretur.*

80 *Dom. D. Francisc. à Toleto Peruano Proregi iniunctum fuit vt Indos Potosiensibus & Guanauelicensibus fodinis ex prouinciis vicinioribus assignaret.*

81 *Schedulis pluribus, Indorum ad metalla coactio, tum dispositiuè, tum enuntiatiuè iniuncta reperitur, quæ referuntur.*

82 *Epistolæ caput ann. 1601. Peruano Proregi missæ, refertur, quæ inprimis Indos mineralibus distribui constituit.*

83 *Schedula seruitij personalis ann. 1601. qualiter Indos metallis adici concedat?*

84 *Schedula ann. 1601. illa altera seruitij personalis, quæ metalla per Indos voluntarios, aut Æthiopes coli, statuerat, secretò temperata fuit.*

85 *Dom. D. Ludouic. à Velasco qualiter Indos à metallorum operatione euocare cunctatus fuerit.*

86 *Schedula seruitij personalis ann. 1609. coactum Indorum ad metalla seruitium, expressè conseruari præcipitur.*

87 *Schedula anni 1620. mineralium cura, & Indorum ad ea seruitium commendatur, dummodò eorum vexationes reprimantur.*

DE metallorum nomine, origine, & differentiis, & de admirabili eorum copia: & fœcunditate, qua nostræ Occidentales Indiæ in pluribus prouinciis abundant, *infrà lib. 5.* (Deo iuuante) latum sermonem habebo. Nunc autem institutam tractationem prosequendo, illud tantùm in quæstionem deducam, vtrum
1 † Indi his metallis eruendis, & operandis adigi, & distribui possint? In qua non solùm dissentire video plures viros prudentes, & religiosos, qui tum antiquis, tum præsentibus temporibus de ea tractarunt, & tractant; verùm & ipsas schedulas, ac prouisiones Regias circa hunc difficilem, & quotidianum articulum variis occasionibus expeditas. Quod efficit, vt laxiore calamo in eo exponendo & discutiendo procedere debeamus, ex his, quæ sup. c 4. in princip. tradidimus, quibus addo multum in nostris fodinarum terminis loquentem D. Petr. Chrysolog. *serm. 91.* dum inquit: *Aurum de terra legere qui nouerunt, vbi diuitem senserint venam, ibi quicquid est artis, quicquid loboris impendunt.*

Magnum igitur hoc, seu profundum (vt meliùs loquar) iter aggrediendo, in primis affir-
2 matiuam partem, atqua ita licitè † Indos huic oneri subiugari, sub iusta tamen mercede, & cum aliis conditionibus, & qualitatibus, de quibus plenè egimus *supra hoc lib. c. 5.* expresse tenet Ioann. Matienzus *in tract. M.S. de moderat. Regn. Perù 1. par. c. 40.* cum tribus seqq. elegantissimus P. Ioseph. Acosta *de procurand. Indor. salut. lib. 3. cap. 18.* Fr. Mich. ab Agia *in* sæpè *allegatis respons. de seruitio person. pag. 60. cum seqq.* Et vidi de eadem re aliud manuscriptum, nec malè dolatum responsum D. Petri Muñiz Almæ Metropolitanæ Limensis Ecclesiæ, meritissimi olim Decani, & Theologiæ sacræ Doctoris præstantissimi: & alias præterea consultationes Reuerendiss. quondam Dom. D. Hieronymi à Loisa, eiusdem Ecclesiæ Archiepiscopi, aliorúmque doctorum virorum, quos, calatis ad hoc comitiis, rogasse videtur Peruanus Prorex D. D. Franc. à Toleto, qui eidem sententiæ subscripsisse videntur.

Pro qua primo loco considerari potest, † in 3
metallorum effossione, & operatione non minorem curam, & industriam considerari, quàm in agricultura, & aliis operibus, de quibus supra locuti sumus: nam metalla a perscrutando, nomen inuenerunt, vt suo loco dicemus, nec nisi obsterricante auaritia produntur, vt inquit Plin. *lib. 33. c. 4.* & Pined. *de reb. Salom. lib. 4. c. 16. §. 1. & seqq.* Et similiter, † non minus, 4
sed imò magis vtilia, & necessaria videri, ad harum prouinciarum conseruationem, & propagationem, cùm præcipui earum fructus, atque prouentus in metallis auri, & argenti consistant. Quibus cessantibus (vt cessare necesse est, si Indi huic labori non mancipentur) manifestum est, eisdem prouinciis grauissimum, ac præsentissimum periculum imminere; & commercia, quæ cum Hispania exercentur, citissimè defectura: atque omnes † pariter totius 5
Reipub. tam Indorum, quam Hispanorum neruos concidere, & relaxari, qui his veluti tibicinibus, & retinaculis mutuò sustinentur, & coagmentantur. Quā rationem apertè exprimit *cap. 67.* Instructionis Proregis Peruani, de quo *infrà n. 76.* & benè expendunt Auctores *supra* relati, præsertim Ioseph. Acosta *d. c. 18.* cuius elegantia verba ita se habent: † *At si metalla* 6
curari desierint, si argentum è venis non eruatur, subuersis à radicibus montibus, vt est apud S. Iob cap. 28. si aurum ex fluuiorum obicibus non cogatur, mineraliáque cætera negligantur, actum est Indorum negotium, & Respub. interiit. Neque alios fructus Hispani tanto Oceani circuitu quærunt, neque alia ex causa, vel mercatores negotiantur, vel iudices præsident, vel ipsi quoque Sacerdotes plerúmque euangelizāt. Argentum, aurumque si desit, & se subducat ex oculis, omnis frequentia, omnis commeatio, omnis ciuilis, & Sacerdotalis concursus breui euanescet, &c.

Et † ne quis nouum hoc, aut mirum existimet, audiat Cicer. *lib. 3. offic.* dicentem: *Omnes* 7
commouemur diligentius, cùm aliqua species vtilitatis obiecta est, Lucret. *lib. 5. de natura rerum*:

Nusquam hominum genus incassùm frustráque
laborat.

Et Martial. *lib. 1. epig. 152.* qui ad irrationalia idem etiam extendit, dum inquit:

In steriles campos nolunt iuga ferre iuuenci,
Pingue solum lassat, sed iuuat ipse labor.

Vera quippè est, & antiqua illa Horatij sententia *epist. 1. lib. 1.* qui mercatorum † cupidi- 8
tatem Indos quærere docuisse, quasi id præsagiens, quod nos oculata fide experimur, his verbis admonuit:

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Et *lib. 1. Od. 5.*

Luctantem Icariis fluctibus Africum
Mercator intuens, otia, & oppidi
Laudat rura sui: mox reficit rates
Quassas indocilis pauperiem pati.

Eleganter Tibullus *lib. 1. eleg. 10.* in princip.
Lucra petens habili tauros adiunxit aratro,

Et

Et durum terræ rusticus vrget opus:
Lucra petituras freta per parentia ventis,
Ducunt instabiles sydera certa rates.

9 Facit † text. *in cap. fin. 7. q. 1.* ibi: *Cùm laborem suum sine fructu esse considerant, in loco alio ad laborem cum fructu migrant.* Et illud quod ab Epicteto in altercatione Hadriani dictum circunfertur: *Qua ratione homo lassus non fit? lucrum faciendo.*

10 Sed præstat, † vt Aurelium etiam Cassiodorum audiamus, aureè de hoc labore metallorum loquentem, & præ cæteris, qui ad alios terræ fructus consequendos diriguntur, vtilem, & necessarium esse, probantem *lib. 9. epist. 3.* his verbis: *Si labor omnis assiduis adeò diuersos exigit fructus, vt aurum, argentúmque solita commutatione mercetur, cur non ipsa diligénter exquirimus, propter quæ poscere alia videbamur? I alia diues inferat nobis & aureos fructus. Omnis prouentus acquiritur, vbi metallum fuluidum reperitur. Nam quid necesse est terram multiplici fœcunditate lassari, si ipsa magis pretia in ea potuerint inueniri? Frumenta vobis vsualiter Natura industria suffragante, concedit, passim se*
11 *vina profundunt:* † *metallum raro proditur, vt studiosius expetatur.* Et infrà: *Cur enim iaceat sine cultu, quod honestum potest esse compendium? Aurum siquidem per bella quærere, nefas est: per maria, periculum: per falsitates, opprobrium: in*
12 *sua verò natura, iustitia.* † *Honesta verò sunt lucra, per quæ nemo læditur: & bene acquiritur, quod à nullis adhuc dominis abrogatur.* Et iterum *lib. 4. epist. 34. Non est enim cupiditas eripere, quæ nullus se dominus ingemiscat amisisse. Primi enim dicuntur aurum Eacus, argentum Indus Rex Scythiæ reperisse, & humano vsui summa laude tradidisse. Quod nos in contrarium negligere non debemus. Ne sicut latentia cum laude sunt prodita, ita inuenta cum vituperatione videantur esse neglecta.* Quod latiùs etiam prosequitur Georg. Agricola *de re metall. lib. 1. pag. 8. & seqq.* Vbi eorum argumentis respondens, qui metalla nec quærenda, nec fodienda esse tradunt, pluribus contrarium probat, & apertè
13 ostendit † hominem sine metallis non posse parare ea, quæ suppeditant ad victum, & ad vestitum.

14 Secundo facit, † quòd cùm iusta harum Occidentalium regionum acquisitio, & retentio eo præcipuè titulo muniatur, quod nostri Catholici Regis Christianam Fidem in eis annuntiare, propagare, ac conseruare tenentur, vt latè *in lib. 2. & 3.* primi tomi tradidimus: eodem planè argumento, attentiùs curanda, & defendenda videtur metallorum effossio, quæ mediante Indorum opera, atque industria conficitur. Quoniam si
15 diuitiæ † deficiant, quæ inde conflari solent, quantumuis pius, & sanctus eorundem Regum zelus, & affectus persistat, qui his auri, & argenti cardinibus principaliter non mouentur, vt tetigimus *dict. 1. tom. lib. 1. cap. vlt. ex num. 99. & lib. 3. cap. 5. ex num. 6.* gentes tamen, quæ iam has prouincias inhabitant, & quotidie de nouo in eas traiicere solent, illas proculdubio relinquent, vt *suprà* considerauimus, & Archiepiscopi, Episcopi, Proreges, Magistratus, aliique spirituales & sæculares ministri reditibus necessariis destituerentur, vnde se commodè alere possint. Regiáque tributa, & vectigalia deficient, quibus militum copias, & militares classes magnis quotannis sumptibus ad earundem prouinciarum defensionem, & hostium depulsionem, armari, & expediri videmus. Atque adeò Fides ipsas paulatim collabetur, quæ inter istas Barbaras gentes tot laboribus, ac sudoribus plantata conspicitur. Ipsique, Hispanorum commercio, tuitione, ac directione cessante, ad idololatriam, & ferinos mores, quos anteà habebant, redibunt, nec diuini verbi Prædicatores securi inter eos poterunt permanere.

Quod etsi nobis vitio verti non immeritò possit, apud quos auri, argentique cupiditas plus valere videatur, quàm ardor, & charitas, vt tot animalium millia CHRISTO Domino lucrifiant; non tamen omninò mirandum, aut exprobrandum videtur, † cùm Deus ipse pro summa bo- 16
nitate, ac prouidentia sua, vt gentes adeò remotas, & Barbaras Euangelio adiungeret, aurum, argentúmque his terris tam copiosè donauerit, hisque veluti illecebris nostrorum ingenia, & animos disposuerit, vt Indorum conuersioni simul incumberent, & quos sola charitas animarum fortè non commoueret, diuitiarum saltem cupiditas inescaret.

Cui considerationi grauiter insistens Ioseph Acosta *vbi supra* † meritò cum D. Paulo *Roman.* 17
11. altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei compellat; quis enim non diuini consilij arcanum suspiciat, atque admiretur, qui aurum, argentúmque, omnium mortalium perniciem, salutem Indorum esse voluerit? Et in hoc ponderat illum alium D. Paul. locum ad Philipp. 1. *Dummodò siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuntietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo*; de quo Nos pluribus egimus *d. lib. 2. tom. 1. cap. 18. n. 36. & seqq.* & huc etiam transferri possunt alia loca Scripturæ sacræ, nempè *Cantic. cap. 8. Isai. 60. Psalm. 64. & Iob 28.* quæ eodem sensu explicuimus *d. 1. tom. lib. 1. cap. 15. n. 40. & 41. & num. 56. & seqq.* cum Basil. Pontio *in 1. p. quæst.* siue *disputat. expositiuarum, q. 8. c. 4. p. 475. ad finem.*

Tertiò facit, quòd si Reipublicæ vtilitas & necessitas hæc Indorum seruitia iusta reddere potest, vt sæpè retulimus, apertè constat, nullum ex variis modis in præsenti casu deficere, quibus † res aliqua necessaria dici solet, vel necessi- 18
tatem importare, quos recenset Tusch. *litt. N. concl. 18. & 19.* & Rutil. Benzon. *de anno Iubilæi lib. 1. c. 10. pag. 62. & 67.* Nam hæ prouinciæ Indiarum aliter (vt diximus) conseruari non possunt: & † vbi cum Hispano Imperio, ac Mo- 19
narchia iunctæ esse cœperunt, & omnes, siue Indi, siue Hispani vtrobique habitantes, sub eodem Rege constituti, æquè etiam tenentur communibus eiusdem Regis, & Monarchiæ necessitatibus, periculisque succurrere, & se mutuò iure debent, membraque membris compati, suis quæque ministeriis diligenter fungentia, vt latè probatum reliquimus *suprà hoc eodem lib. cap. 4. ex num. 50.* Ac per consequens † Indi, qui na- 20
tura sua magis apti metallis effodiendis, & expoliendis esse videntur, in hoc munere inseruire, & laborare debent, vt Regi nostro diuitiæ, ac facultates suppetere possint, quibus eadem, quæ possidet, Regna ab hostium inuasione defendat; Fiscum, quem nimis exhaustum habet, reficiat; & quod præcipuum est, Fidem, & Catholicam Religionem aduersus hæreticos, & infideles tueatur, atque promoueat; quam ei esse † præcipuam 21
cura m,

curam, omnes agnoscimus, & pluribus probat Redinus de Maiestat. Princip. verb. *Imperatoriam*, num. 3. Borrell. omnino videndus, *de præstant. Reg. Cathol. cap. 45 num. 34.* & Dom. Valen-
22 çuela *consf. 99. num. 27.* Quot dianis † enim constat experimentis, Hispanos homines, aut Æthiopes seruos huic labori aptos neutiquam esse, propter temperamenti diuersitatem, & alias rationes, quas tradit Agia *dict. respons. de seruit. person. pag. 25.* & Nos *sup. hoc lib. cap. 4. ex num. 110.* Et vt apti essent, adhuc tamen (vt ibi etiam diximus) si eorum opera metallarij vterentur, plus dispendij, quàm compendij consequerentur, propter mercedis incrementum, & alias expensas, atque pericula, quæ necessariò subire debent.

Dictas porrò causas, & rationes ad extorquendum hoc Indorum seruitium prætexi, ne-
23 mo succensêre debebit, cùm † ob easdem ab Hispanis noua tributa, seruitia, & impositiones iustè exigantùr, vtilitate, & necessitate publica ita suadente, argum. text. & eorum, quæ ibi notant DD. *in cap. super quibusdam, § præterea, de verbor. signif. cap. tributum 23. quæst. 8. cap. quia 10. quæst. 3.* vbi notanter Archidiacon. *cap. innouamus, de censib. l. vectigalia, D. de publ. & vectigal. l. 1. C. vectigal. noua inst. non poss.* cum alijs, quæ latiùs adducam *infrà hoc lib. cap. 18.* & refert Bobadilla *in Politica lib. 5. cap. 5.* Ceuallos *pract. commun. 1. tom. quæst. 578.* Addition. ad Guidon. Papæ *decis. 414.* & copiosè Dom. Valençuela *consf. 99. per tot.* vbi tractat de seruitijs, & donatiuis à subditis in casu necessitatis Regi præstari solitis

24 A quo, inquiunt, exactam, † atque scrupulosam eiusmodi necessitatis informationem exigendam non esse, sed eius probabili affirmationi, siue testificationi credi debere; neque etiam expectandum, vt necessitas ad miseriam vltimam vergat, sed vt vrgeat, vel immineat, sufficere; argum. text. *in l. fin. C. in quib. caus. in integr. restit.* ibi: *Non etiam expectandum est, vt insularuat, & sic deinde agi possit*; & sentent. Cicer. *lib. 2. offic.* vbi inquit: *Non est dubium propter ærarij tenuitatem, tributum esse conferendum, vt omnes intelligant, pro salute Reipublicæ necessitati parendum*, quibus alia adiiciunt Bobadilla & Valençuela *vbi sup.*

25 Et facit; † quod habetur 4. *Regum cap. 18.* & alibi sæpe, vbi Ecclesiæ, & templorum vasa, necessitate vrgête, licitè per Reges sumi posse docentur. Et idem tradit *l. 9. tit. 2. lib. 1. Rec.* eo tamē addito, quòd postea illa integrè restituere de-
26 beant, & *l. 1. tit. 1. part. 2.* vbi dicitur, † Regem positum in necessitate, ita sibi de bonis, ac facultatibus subditorum succurrere posse, ac si ea hæreditario iure ad illum pertinerent. Quod latiùs prosequitur Dom. Valençuela *d. consf. 99. num. 5. & 6.* & est Doctrina D. Thom. *in 2. 2. quæst. 62. art. 8. in solut. ad 2.* vbi tractat, qualiter ex eadem ratione excusetur Rex à restitutione, vel solutione eorum, quæ debet, vel dilationem petere possit? De quo sunt videndi Caietan. Bañes, & Aragon. ibid. & latiùs & meliùs Ludouic. Lopez *in summ. cap. 114. cum seqq.* vsque *ad cap. 121.* Nauarr. *in Manuali Latin. cap. 21. ex num. 62.* & Couarr. *in Reg. peccatum, 1. par.*
27 *in princip. num. 2.* Et plurima alia, † quæ de necessitate, & eius effectibus congerit, post alios, Romanus *in l. si verò, §. de viro, fallent. 54. D. solut. matrim.* Roland. à Valle *consf. 43. n. 20. cum seqq. vol. 2. & consf. 21. n. 14 vol. 1.* Medices *de fortuit. casib. 1. par. q. 6. per totam*, Dueñas *reg. 102.* Craueta *consf. 6. num. 91.* Tiber. Decian. *respons. 20. num. 14. & 36. vol. 1.* Petr. Gerard. *singul. vlt.* Bolognet. *consf. 1. n. 169. cum seqq.* latissimè Pictauian. *decis. Pedemont. 68. n. 28.* Simon de Præt. *de interpret. vlt. volunt. lib. 1. fol. 125. & seqq.*

Quartò, in fauorem eiusdem sententiæ consi-
dero, quòd † licèt semper execrabilis, ac repre- 28
hensibilis fuerit aliquorum Regum, & Imperatorum Tyrannis, qui, sub publicæ vtilitatis, vel necessitatis colore, grauia, & noua tributa, & onera suis subditis imponebant, de quibus latè agit Petr. Gregor. *lib. 3. de Repub. cap. 4. & 5. & lib. 6. cap. 13. n. 8.* Cuiacius *lib. 10. obseru. cap. 7.* Cromerus *lib. 23. de reb. Polon.* & Nos *infrà hoc lib. cap. 18.* vbi de tributis Indorum agemus. Nusquam tamen † notatum, vel prohibi- 29
tum reperitur, quòd Reges iustis, ac permissis arbitriis vtentes, patrimonia sua, & Fiscales reditus augere conentur: quin potius mortaliter Principem peccare, Doctores existimant, qui pro virili non curat, auri, & argenti thesauros congerere, vt expeditionibus bellicis paratus existat, & subditos, quantum possit, à tributorum oneribus liberet, vt constat *ex text. in cap. Principes, cap. administratores, 23. q. 5. cap. alius 15. q. 6.* D. Thom. *lib. 2. de regim. Princip.* Nauarr. *in Manual. c. 25. n. 2.* Pineda Franciscan. *in Agricult. Christian. dialog. 20. §. 5.* Petr. Gregor. *lib. 2. de Republ. cap. 9.* & aliis relatis à Bobadilla *in Polit. lib. 2. c. 12. n. 70. & lib. 5. c. 5. n. 8. verb. Para estas*, Rutil. Benzon. *de ann. Iubilæi lib. 2. pag. 164.* M. Anton. Perez *in Laurea Salmant. certam. 5. expositiuo de hominum præfect. c. 3. pag. 277. & c. 4. pag. 284.* M. Marquez, omninò legendus, *in Gubernat. Christian. lib. 1. c. 3. pag. 27. & 28.* illustriss. & eruditiss. D. Archiepisc. Bracharens. D. Rodericus Acuña *in notis ad cap. his igitur, dist. 23. pag. 159.* Vbi an peccauerit † Salomon immensos diuitiarum 30
cumulos coaceruando: & nouissimè & elegantissimè Maucler. *in Monarch. Gallic. lib. 2. 3. par. cap. 11.* vbi idem pluribus probat, & Zipæus de Magistr. *lib. 4 cap. 30. n. 4 pag. 411.*

In pecunia quippè, & diuitiis Principum, Rei-
publicæ neruos † esse, nemini dubium est, vt 31
docet Vlpian. *in l. 1. §. in causa, D. de quæstion. l. lex quæ tutores, C. de admin. tutor.* Nouella Leonis Imp. 52. vbi Gottofred. *in notis M. Tull. in Orat. pro Leg. Manil.* Cornel. Tacit. *lib. 20. Annal.* ibi: *Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt.* Anton. Perez *d. c. 3. n. 30.* & latissimè Petr. Andreas Canonher. *in quæst. & discurs. sup. Cornel. Tacit. pag. 224. & seq.* Forner. *lib. 1. selectionum cap. 20.* & Cuiac. *lib. 6. obseruat. cap. 19.* noster Bobadilla, qui plures alios refert, *in Polit. lib. 5. cap. 4. num. 1. & seqq.* & Scipio Ammiratus *in differt. polit. lib. 18. cap. 9. pag. 297.*

Vndè meritò † scriptum reliquit Polybius lib. 32
5. nihil non seditionibus, ira, ac simultatibus plenum in Republica, vt & in priuata vita, accidere consueuisse, quando præcisis sumptibus necessaria deficiunt. Et M. Tull. *lib. 1. epist. vlt. ad Brutum*: quòd maximus in Repub. nodus est inopia rei pecuniariæ; quibus alia addit Iust. Lips.

Lips. d. lib.4. Polit. c.11. & lib.6. cap.2. & 4. Dom. Valençuela d. cons.99. num.3. & seqq. & Simon Maiol. in dieb. Canicul. 3.tom. colloq.2. pag.395.

Inter prædicta verò media, & arbitria, quibus iustè Principes diuitias, & thesauros congerere pos-
33 sunt, illud planè iustissimum † semper, & honestissimum iudicatum est, vt metalli fodinas, quæ in suis Regnis existunt, perquirere, & effodere faciant, atque ita ex latentibus terræ thesauris, ibi inutiliter quiescentibus, Regias gazas adaugeant, suisque, & populorum sibi commissorum necessitatibus, & vtilitatibus
34 consulant. Quod præclarè admodum † extulit Cassiodor. d. lib.9. epist.3. cuius verba sup. n. 10. retulimus, vbi etiam subiungit: *Officinis solemniter institutis, montium viscera perquirantur, intretur beneficio artis in penetrale telluris, & velut in thesauris suis, Natura locuplex inquiratur, &c.* & non minus eleganter Latinus Paccatus in Panagyr. ad Theodos. vbi Maximum Tyrannum reprehendens, quòd non contentus eo diuitiarum cogendarum modo, quo alij Cæsares vsi fuerant, eas violenter à iustis possessoribus abrogabat, sic inquit: *Neque enim, qui Regibus mos est, exercendis inuigilabat metallis, vt latentia Naturæ bona in vsum accerseret, & pararet in noxias, nullo pauperiore, diuitias: Parum ille pretiosum putabat aurum, quod de montium venis, aut fluminum glareis quæsitor Bessus, scrutator Callaicus eruisset.*

35 Atque huc nimirùm pertinet, † quod de damnis, aut malis diuitiarum reconditarum ex illo Eccles. cap.2. *Coaceruaui mihi argentum & aurum*, tradit Ioan. Pineda de reb. gest. Salom. lib. 7. cap.13. pag.520. & Mart. Delr. in Adagiis sacr. 2.tom.adag.409. pag.533. vbi pluribus probat, thesauros, & sapientiam communicari debere, sic explicans illud Eccles.20. *Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus*, cui conuenit illud Ptolemæi Regis Ægypti, initio 2. ad Iudæos epistolæ: *Thesauri occulti, & fontis obsignatæ, quæ est vtilitas in vtriusque.* & Lucani in carmine ad Pisonem:

Abdita quid prodest generosi vena metalli,
Si cultore caret?

Et idem pulchro Emblem. docet Sambuc. pag. 206.

Aurum, dum latitat, nihil venis, atque cauernis
Profuerit, fuluæ ni effodiantur opes.

36 Quintò facit, † quòd cùm ea, quæ exemplo fiunt, iure fieri, putare homines soleant, vt ait Cicer. lib.3. de Orat. iuncta l. exemplo, C. de probat. Gloss. notab. in cap. vlt. 21. dist. & traditis à Felino in cap.2. de præsumpt. & à Mein tract. de crim. parricid. lib.1. cap.2. pag.5. Non videtur improbari posse hæc consuetudo, Indo-
37 rum vassallorum mineralibus addicendi, † cùm eadem omnium ferè sæculorum, ac nationum
38 vsus admiserit. Sic enim † inuenimus Cræsum Lydorum Regem gazas, & thesauros suos supra modum impleuisse, ita, vt inter prodigiosè diuites numeretur, vt prodit Herodot. lib.1. Plutarc. Cic. lib.4. de Finib. & Erasmus in Adag. Cræso ditior, & Cræsi pecuniæ teruncium addere.
39 Et Semiramidem † metalla per captiuos exercuisse, teste Diodoro Siculo, Suida, Rhodigin. & aliis, quos refert Pineda de reb. Salomon. pag. 186. & 197. & Bobad. in Polit. lib.1. c.9. n.20. Athenæus quoque lib.6. c.7. circa fin. scriptum reliquit, † Atticos per vinctas seruorum myria- 40
des metalla operari solitos fuisse, & ex Posidonio narrat, ipsos seruos à dominis defecisse, atque omnes metallorum custodes interemisse, arcemque Sunij occupasse, ac diu deuastasse Atticam regionem.

Et in Macedonia † legimus, ex effossione 41
æris singula talenta in singulos dies Alexandro pendi solere, vt refert Alexand. ab Alex. lib.4. dier. Gen. cap.10. ante fin. vbi eius Additionator Tiraq. plura alia suo more congessit. Cuius etiam metalli Macedoniciingens vectigal Romanis impensum fuisse, Liuius testatur lib.45. & Cassiodor. in Chron. ann. ab Vrbe condita 597. Et eò pertinet l.7. de metallariis Illyrici, in C. Theodos. & Petr. Greg. lib.3. de Repub. cap.4 n. 19. Strabo quoque lib.3. Geograph. (& ex eo recolens Maiol. in dieb. Canicul. 1. tom. colloq. 19. pag 426. & Guidus Pancirol. in Thesaur. var. antiq. lib.3. pag.372.) Auctor est, † olim 42
iuxta Carthaginem, quadraginta hominum millia vni argento effodiendo operam impendisse.

Et idem de aliis nationibus, † & de variis mo- 43
dis, ac formis, quibus aurum, argentum, & alia metalla quærere, & exercere solebant, latè post alios, tradit Theatr. vitæ humanæ pag.591. & pag.3626. & sequentib. Posseuin. in Bibliot. lib. 12. c.65. Borrell. de præstant. Reg. Cathol. cap. 28. per tot. Vbi etiam disputat, an † argentum 44
arte fieri possit, Pineda in comment. sup. Iob, 2. tom. c.38. vers.4 pag.484. & latiùs de reb. Salom. lib.1. cap.15. ex pag.197. ad 239. Maiol. d. colloq.19. Forcatul. de Gallor. Imper. & Philosoph. lib.2 pag.48. & 49. vbi tractat, cur Pluto, † quem 45
metallorum, siue diuitiarum Deum fabulosa antiquitas finxit, Dis fuerit appellatus? Nimirùm quia diuitiæ omnes terris inclusæ, è terris oriantur, & recidant omnia in terras. Terrena autem omnis vis, atque Natura Diti Patri dicata sit, teste M. Tullio lib.2. de natur. Deor. & plura doctè & copiosè cumulans, Guido Pancirol. vbi sup. & Bolenger. d. c.22. vbi † addit, extare legem cen- 46
soriam Ictimulorum auri fodinæ, qua in Vercellensi agro cauebatur, ne plus quinque millia hominum in opera publicani haberent, Fr. Thom. Maluenda de Anti Christo lib.6. cap. 12. vbi Potosienses nostras argenti fodinas extollit. Et nouissimè † Fr. Ioan. à Ponte Dominican. de con- 47
ven. vtriusque Monarch. lib.1. cap.26. & lib.3. cap.7. & 16. vbi de argenti beneficio & purgatione, & Asiæ & Africæ, & nostræ Hispaniæ copiosis metallis, & mineralibus agit, & quàm innumera hominum millia eorum effossioni, & operationi incubuerint, & occubuerint. De quo etiam videri possunt, quæ minutatim scribit Seneca lib. natur. quæst. Diodor. Sicul. lib.7. cap.9. Plin. lib.33. cap.4 & ex eo Hispano sermone, doctus noster Bernard. Aldrete de orig. linguæ Hispanæ lib.1. c.21. pag.133. & Cæl. Rhodigin. lib.18. c.22. vbi docet, hac ex causa † dici sole- 48
re, Hispaniæ sub terranea Plutum inhabitare: & Pineda vbi sup. vbi Serarium reprehendit, quòd Hispaniæ diuitias, aurique, & argenti fodinas, vel nullas fuisse, vel iam ad Indos transiisse, scriptum reliquerit.

Ipsos quoque Incas, † & Motechumas antiquos 49
Peruanorum & Mexicanorum Reges, siue Tyrannos, eosdem Indos, de quibus agimus, metallis fodiendis addicere solitos, & hinc magnam diuitia

diuitiarum copiam conflare, pluribus probat Ioseph Acosta *in hist.nat. & morali Indiar. lib 6. c. 15.* & Garcilas. Inca *in comment. Regiis*, siue *de Incarum origine*, *lib.5. cap.7. lib. 6. cap.2. & lib.8 cap.24.* nimirum, quia Indis suis pro seruis vtebantur, vt tetigimus *in 1.tom. lib.2. cap.16. num. 6.* & ostendit caput Regiæ epistolæ anni 1574 ad Proregem Mexicanum scripta, quod extat *4.tom. pag.315.* ibi: *Para labores, y obras publicas, y otras, á que ellos desde su infidelidad estaban obligados.*

50 Sed † ne Romanos prætermittamus, qui reliquis nationibus iustiores, & sapientiores quondam habiti fuerunt, vt dixi eodem *1.tom. lib.6. cap.7.n.72.& seqq.* Hi quidem, vbicunque Imperium, & dominationem suam extendebant, in metallis inquirendis, & eruendis, montibúsque hac de causa súsdeque, voluendis, omnem curam, & operam impenderunt, vt prolixè narrat Plin. *d.lib 33.de natur. hist. cap.4* & passim reliqui Auctores suprà citati: habetúrque, & quod magis est, laudari videtur † *lib. 1. Machab.c.8.* ibi: *Et audierunt prælia eorum, & virtutes bonas, quas fecerunt in Galatia, & quia obtinuerunt eos, & duxerunt sub tributum & quanta fecerunt in Regione Hispaniæ, & quòd in potestatem redegerunt metalla argenti & auri, quæ illic sunt, &c.* 51

52 Et manifestè constat † *ex toto tit. C. de metallis & metallariis, & procuratoribus metallorum lib. 11.* vbi, quod plus est, *in l. 4. & vlt.* satis ostenditur, homines fuisse his metallorum laboribus peculiariter mancipatos, qui si ab eis aufugerint, vndecunque reuocari iubentur. De quorum † metallariorum, & aliorum similium officiorum quasi seruili conditione, plura colligere possumus ex Cuiacio, omninò videndo, *in recit.posth. ad Cod. sup. l. 5. C. de præscript. trigint. col. 937. & in d. tit. C. de metallar.* vbi etiam Alciat. & Pyrrhus Ænglebertn. & Toletan. in lucerna Rubricar. & latiùs, & elegantiùs Bulenger. *de Romano Imperio lib. 9. cap. 23. pag. 719. & seqq.* vbi addit, † quòd quicunque volebat metallarij officium profiteri, priùs præstabat Fisco octo scrupulos in baluca, id est, in arenato, vel minuto auro puro. Qua † de causa metallorum fodiendorum ius ipsi Romani, & postmodum aliæ gentes inter Regalia computarunt, & propriè ad locorum supremos Principes pertinere sanxerunt, qui ea inter vectigalia habebant, quæ & publicanis locabantur, vt inquit Plin. *d. lib. 33. capit.4.* Bulenger. *d. capit.22.* Pancirol. *in d. Thesauro, pag. 372.* cum aliis, quæ tradit Vvesemb. *consil.95. numer.14. & cons.60.* Rosental. *de feud. 1.par. cap.5. concl.89.* Regner. Sixtin. *de Regal. tit. de metall.* Ægidius Bossius *in praxi, eod. tit. de metall. num.3.11. & 13* Ioann. Garcia *in tract. de expens. capit. 22. numer. 47.* Vincent Carroc. *de locato, par.4. tit. de remiss. merced. q.10.* Ioan. Kalin. *in lexico iuris, verb. Mineræ*, & latissimè Farin. *3.tom.crim.q.104.ex num.33.* Petr Heigius *1.part.quæst.Miscell.q.13.* Rauchbar. *q.23. Modest. Pistor. cons.4.num.7.* & Rhenat.Chop. *de doman.Franc.lib.1.c.vlt.* & Nos latiùs dicemus *infr. lib.5. cap.1.* Atque hoc iure, & vsu metallorum à mineralibus extrahendorum, passim hodie Germani, & aliæ nationes vtuntur.
53
54
55
56

Et de Federico III. Imp. narrat † Munster, *in Cosmographia*, & ex eo recolit Theatr vitæ Human. *vol.5.lib.2.pag.1229.* summum studium adhibuisse in re metallica, & vbicunque licuit, metallicam rem tractauisse.

Et quòd † metallarij non sint reprehendendi, sed potius laudandi, quia labore proprio sibi & Reipublicæ prosunt, optimè docuit Bald. *in tract. de vi turbat pag.127.n.100.& seqq.* & venustè Phalæreus Demetrius apud Athen. *lib.6. lipnosoph.* eam rationem addens, quòd frequenter, propriis consumptis, incertorum gratiâ, quæ se consecuturos sperabant, non receperunt, quæ verò habebant, abiecerunt, & tradens plura alia Cassanæus *in Catalogo gloriæ mundi, par.11.consid. 38.* & Ioan. Guidus *in tract. de mineralib. lib.4. tit.15 ex num.1.* & DD. *in d. l. 1. C. de metallar.* † per text. ibi: *Is labore proprio, & sibi & Reipubl. commoda comparet.* Quæ omnia † exsibilandum præbent Forcat. *lib.1. de Gallor.Imper. & Philosoph. pag. 44.* vbi inuidè Hispanos notat, quasi nimis cupidos & auaros, quòd metalla effodiant. 57 58 59

Sextò facit, quòd licèt concedamus, ex hoc seruitio, quod Indi in metallorum fodinis præstare coguntur, magnum eis laborem iniungi, ægritudines causari, & interdum mortis etiam periculum imminere. Adhuc † tamen, si hoc periculum non est admodum euidens, & ineuitabile; sed tale potiùs, quod multi euadunt, licèt alij deficiant, non debet eius occasione, & timore metallorum opera deseri, quam tot rationibus, Reipublicæ vsibus non solùm vtilem, verùm & necessariam esse probauimus. Est quippe † apud Principem coërcitiua quædam potestas, vt subditos sibi homines iuxta eorũ qualitatem in his ministeriis deseruire compellat, quæ totius Reipublicæ conseruationi, & necessitati expedire videantur, aliàs non esset sibi sufficiens, neque communi bono consuli posset, vt latè probant Sotus, Victoria, Molina, & alij, quos retulimus *sup.hoc lib.cap.4 vers.Sextò facit, n.120.& seqq.* 60 61

Et ita in eisdem ferè nostris terminis receptum est, † Principem potestatem habere, vt vitam subditi aliquando exponat mortis periculo, licèt cruciare illum nisi ob proprium peccatum non possit, vt post Sotum & Victoriam eleganter docet Molina *de iust. & iure, tract.2. disp.25. & in disp.662. n.1.tom.3.* Petr.de Arag. *in 22. q.64. art.6.* & latiùs P.Gabr. Vazquez, omninò videndus, *in 1.2. 1.tom. disp.135. n.11.* P.Mag Lorca *in 2.2.lect.3.disp.36.ex n.45. ad 60.* Gomez de Mescua *in tract. de potest. in se ipsum lib.1.cap.2. num.18. & seqq. & lib.2. cap.2.* Callistus Remirez, qui alios adducit, *in tract. de lege Reg. Arag.§.31.num.13.* Camill. Borell. *in tract. de Magistr. edict. lib 4. cap 9. & 14.* & Agia *in d. respons. de seruit. person, in d. 3. par. pag.56.* 62

Quibus non relatis, idem in nostro casu defendit Matienz. *d. tract. de moder. Regn. Perù, 1.par.cap.40.* belli exemplum adducens, † quod vbi vrget, omnes militare compelli possunt, se pariter ac patriam in communi periculo defendentes, *l.nullus, C de cursu pub. lib.12. l.3.4.& 5. tit.19 par t.2.* siue tale bellum sit defensiuum, siue offensiuum, dummodò illud iustum & licitum sit, & ex iustis causis susceptum, vt rectè docent Bañes *in 2 2 q.64 à num.5.dub.1.* Gregor. de Valentia *disp. 3. q.16. de bello punit. 2. & 3.* 63

Leonard. Leſſ. *lib.2. de inſtit. & iur. cap.4. in fin. num.* 49. & alios referens Ameſcua *de poteſt. in ſe ipſum lib.2. cap.2.num.16.* qui ad id expendere potuerunt plura loca ſacræ Scripturæ, in quibus decem in caſibus bellum motum, & ad id populum compulſum fuiſſe videmus, nempè Geneſ. *cap.* 14. Reg. *cap.*23.24. *&* 26. 2.*cap.*10. 11.12. *&* 18. 3.*cap.*15.16. *&* 20. 4.*cap.*3. Iudic. *cap.*15.*&* 20. Zachar.14.& Oſee 10. & Machab. *cap.*1.3.*&* 4 & tradit alia, loquens in ſimilibus ruſticorum ſeruitiis, Heringius *in tract. de molendinis, q.*10. *num.*24. *& ſeqq. & q.*43.*ex n.*49. Quod tamen aliqui reſtringere ſolent, ſi Principis reditus, Regnique tributa, ad tale bellum inferendum, vel propulſandum nequaquam ſufficerent, aut aliæ gentes non eſſent, quæ ſe ad id voluntariè conducerent, *argum. l.ſi quis in hoc, in fin. C. de Epiſcop. & Cleric.* & eorum, quæ tradit Lucas de Peña *in l.*1.*C.ne ruſtican. lib.*11. *col.*6. *num.*1. & Thom. Maurus in Vtopia *lib.*2.
64 vbi inquit, † Vtopienſes, ſicubi bellum habituri ſint, id per milites externos peragere, licèt magno ſtipendio conductos, eos enim libentius, quàm ſuos ciues obiiciunt diſcrimini.

Nititur autem prædicta coactio, ea etiam
65 ſimilitudine, † quòd ſicut manus exponit ſe periculo ad conſeruationem capitis, ſic ciuis, vbi oportuerit, ſe eidem periculo exponere debet, pro Reipublicæ, vel Principis ſui conſeruatione, vt latè. & optimè docet D.Thom. 1.*par. q.*6. *art.vlt.* Ioan.de Terra-Rubea *in tract. contra rebelles art.*32. *verſ.*1. Ameſcua, Remirez, & alij *vbi ſup.* Greg. Lopez, omninò videndus, *in l.*5.
66 *tit.* 21. *part.*4. *verb. Por ellos*, vbi concludit, † quòd licèt vaſſallus non teneatur omninò mori pro Domino, tenetur tamen vitam in periculo propter illum exponere: vaſſallóſque ſeruis, & famulis comparat, qui pro dominis quodvis periculum ſuſcipere debent, *l.*1 *§ hoc autem, & §. potuiſſe, l.cùm domus, D.ad Syllanian.*

67 Poteſt etiam aliud ſimile ſumi, † de coactione medici corporalis, vel ſpiritualis, Magiſtratúſque ciuilis, vt tempore peſtis, etiam ſi vero ſimiliter contagionis periculum timeant, à loco vbi reſident, exire non poſſint, quin potius ibidem ægrotantium curationi, & ſacramentorum, aut iuſtitiæ adminiſtrationi diligenter incumbant, & reliqua prouideant, quæ infirmorum ſalutem, & Reipublicæ leuamen reſpiciant, de quo plenè agit Ripa *in tract.de peſte, cap.*7.*n.*88. *& ſeqq.* Bañes *in* 2.2.*q.*33. *art.*3. *col.*1222.*in fine*, Mauarr. *in Manual. cap.*24. *num.*10. Eman. Roder. *in ſumm.* 2.*par. cap.*9. *num.*2. Bobadilla *in Polit.lib.*5.*cap.*5. *num.*26. Rutil. Benzonus *in tract. de fuga tempore peſtis lib.*1. *diſp.*1. *q.*1. *& concl.* 1. & plures referens Gomez de Ameſcua *in tract. de poteſt. in ſe ipſum lib.*2.*cap.*4. *num.*5. *& ſeqq.*

68 Et denique facit † aliud exemplum Agia *vbi ſup.pag.*68. ex communi vſu Venetorum Ligurum, & aliarum nationum deductum, quæ quotidie bellorum occaſionibus, aliiſvè communibus Reipublic. neceſſitatibus imminentibus, non ſolùm ſubditos cogere ſolent, vt ſe numeris militaribus referant, ſed etiam homines liberos, inuitos, & reluctantes, triremi-
69 bus mancipant. Quamvis † hic labor duriſſimus, & viliſſimus ſit, & damnationi in metallum æquiparetur, atque in eius locum ſucceſſerit, vt tradit Grammaticus *deciſ.*32.*num.*4. *&* 5. Afflict. ad conſtit. Neapol. 3.*par. num.*5. Paul. Granat. *in Theoremat. iur. cap.*3. *num.*10. Farin. *in prax.crim.lib.*1.*tit.*3.*q.*19.*num.*14. Acoſta *d.lib.*3. *cap.*18. *pag.* 350. *in princ.* & nouiſſimè Vincentius de Franc. *deciſ.*140. *num.*8. Næuius, qui alios adducit, *in l. aut damnum, §. in metallum, D. de pœn.* Mornac. *in not. omiſſis l.*1. *§. cùm patronus, D. de offic. Præfect. vrb. pag.* 1072. & Petr. Faber *lib.*2 *ſemeſtr. capit.*5. *pag.* 51. vbi probare contendit, hanc triremium pœnam veteribus etiam cognitam fuiſſe, de quo etiam Brodeus *lib.*2. *miſcell.cap.*30. & latè Ian. Langlæus *lib.* 10. *ſemeſtr. capit.* 5. *per tot.*

Et conducunt alia, † quæ de obligatione 70
membrorum in capite protegendo, ac defendendo copioſè congerit Petr. Andr. Canonherius *Aphoriſm. polit. Hippocrat. pag.* 213. vbi refert carmina cuiuſdam Poëtæ ſic canentis:

Eſt corpus quod in his viget inuiolabile terris
Robore membra valent, conſilióque caput.
Poſcit opem pia membra caput, nec membra recuſant:
Mutuus hic demum conſolidatur Amor.
Fit, fieri longo nequit, vt quod tempore tandem
Cur: capitis curam nam Deus ipſe gerit.
Quàm benè dum caput eſt ſaluum, ſalua omnia membra;
Ergo vt viuatis membra fouente caput.

Septimò & vltimò, atque efficaciùs quidem, pro eadem opinione perpendo, antiquam huius Regni Peruani, & Mexicani conſuetudinem, Indos huic labori diſtribuendi, plurimis Regiis prouiſionibus, ordinationibus, ſchedulíſque ſubnixam. Quas † variæ hominum do- 71
ctorum, & in rebus Indiarum magna experientia præditorum conſultationes præceſſerunt. Ac præſertim Excellentiſſ. (vt diximus) Proregis D. Franc. Toleto, qui etiam hac de cauſa (vt alter Oſiris mundi oculus dictus) totum hunc Peruanum orbem luſtrauit, & quid quæque prouincia ferre poſſet, diligenter inſpexit, & prudenter diſpoſuit, ac poſtea Regio Indiarum Conſilio communicauit. Vbi de eadem materia multoties ſumma cura, & ſtudio actum, & diſputatum fuiſſe notiſſimum eſt.

Quò fit, † vt ſuperfluum, imò & ſuper- 72
bum videri poſſit, hoc denuò in dubium vel examen vocare, cùm ſecundùm Caſſiodor. *libr.* 10. *var. epiſt.*2. conſuetudo tanto certior iudicanda ſit, quanto vetuſtior, quia facilè mutari non poteſt, quod per longa ſæcula cuſtoditur. Et ſemper † debeat præſumi pro legi- 73
bus, & iuſſionibus, quas noſtri Reges in negotiis ita arduis, & grauibus edunt, maximè tantorum Patrum conſilio, & auctoritate interueniente, iuxta ea, quæ latè adduximus 1.*tom. lib.*3. *capit.*2. *per tot. l. fin. C. de fideiuſſor. cap. cùm M. de conſtit. l.humanum* 8. *C.de legib.* & tradita à Nauar. *lib.*5. *conſiliorum, ſub tit. de Simon. conſ.*18. *num.*3. Sarmient. *lib.*3. *ſelect.cap. pen.* Padilla *in l. fin. num.* 10. *C. de diuerſ. reſcript.* Annæ. Robert. *lib.* 2. *rer. iud. capit.* 11. *fol.* 168. & Ioſeph. Acoſta *d. libr.* 3. *cap.* 18. *ad finem*, † vbi in noſtris terminis hoc argumen- 74
to vtens, ita concludit: *Et quoniam graui maturáque Theologorum, iuriſque prudentium conſultatio*

consultatione, non ita pridem totum hoc, de mineralibus per Indos elaborandis, negotium tractatum est, extántque leges prouinciales scriptæ, quo ordine, quauè moderatione metalla eruantur, vt saluti commodisque Indorum prospectum sit, non mihi videor tantorum virorum sententiam improbare, multóque minus leges alias debere præscribere, quibus tam aspera Indorum conditio tēperetur.

75 Neque enim † est credendum Senatores, & viros graues multoties sine consilio, & cum animæ periculo aliquid statuisse, & rationi status, magis quàm propriæ conscientiæ indulgere voluisse, contra textum *in cap. si dominus* 11. *q.* 3. & ea, quæ in simili tradit Couarr. *in pract. cap.* 35. *num.* 3. *vers.* 5. Calderin. *de vsuris, cons.* 11. *in fin.* Nauar. *in Manual. cap.* 17. *n.* 283. *vers. Pro affirmatiua*, Sarmient. *de redit. Eccles.* 2. *par. cap.* 4. & nouissimè Callistus Remirez *in tract. de leg. Reg. Aragon.* §. 20. *num.* 93. *pag.* 167.

Et vt dictarum schedularum relationem aggrediamur, quanti semper momenti fuerit habita hæc mineralium indagatio, ac metallorum
76 operatio, optimè, † inter alia ostendit, *cap.* 67. *Instructionis Proregis Peruani ann.* 1595. *tom.* 1. *impress. pag.* 324. vbi dicitur: *Tambien os encargo mucho que tengais mucha cuenta con la labor y beneficio de las minas descubiertas, y en procurar que se busquen y labren otras de nueuo, pues la riqueza de la tierra es el neruio principal para su conseruacion, y de su misma prosperidad resulta la destos Reinos, que es en ellos tā importante y necessario quanto lo terneis entēdido*

77 Et † ob has, & alias considerationes, quas suprà retulimus, Reges nostri, licèt aliquando hæsitauerint, permittere posteà cœperunt, vt Indi huic labori subiugarentur.

78 Primò enim † per quandam schedulā ann. 1551. directam Dom. D. Antonio de Mendoza, & aliam ann. 1573. & 1575. Dom. D. Francisco à Toleto, Peruanis Proregibus, quæ reperiuntur *in* 4 *tom. impress. pag.* 313. *& seqq.* eis iniunctum fuit, vt inquirerent, an expediens esset, Indis licentiam concedere, vt metallis operam darent; & si oportere iudicarent, eam illis concederent, qui se spõnte sua, huic labori addicere vellent, certis laborandi horis, & iusti competentisque salarij taxatione præfixa, & ea cautione adhibita, vt benè à metallariis haberentur, damnumque ex hac operatione non caperent.

Idem quoque Proregi, & Audientiæ Mexicanæ eodem tempore scriptum fuisse videtur, & cùm ab eis responsum esset, paucos vel nullos Indos reperiri, qui voluntariè metallorum labori operas suas conducere vellent, ac proptereà oportere, vt huic muneri adeò necessario, sicut & aliis, etiam inuiti, distribuerentur,
79 † rescriptum eis fuit in Regiis epistolis anni 1574. & 1575. quæ habentur *d.* 4. *tom. pag.* 315. vt Indos compellerent, sicubi id necessarium esse iudicarent, sub prædicta iustæ mercedis, & moderati laboris cautione, & ne longè à suis regionibus ad alias contrarij temperamēti adducerentur, ea ratione reddita, quòd aliter vtraque, iam simul mixta, Hispanorum, & Indorum Respublica sustentari & conseruari non poterat.

Eadem tempestate, ob eandem quoque ra-
80 tionem, † similis ordo datus videtur Proregi Peruano Dom. D. Franc. à Toleto, qui prouidas (vt diximus) circa hanc Indorum distributionem, ordinationes edixit, & Potosiensibus argenti, ac Guancauelicensibus argenti viui fodinis Indos ex prouinciis vicinioribus assignauit. Cuius factum probatur, & ad alia mineralia de nouo reperta extendi iubetur *in capite epistolæ* 10. *Ianuar. ann.* 589. ad Proregem Peruanum Dominum comitem del Villar, quod extat *dicto* 4. *tomo pagina* 315. *& seq.* & quia notabile est, hic omitti non potest; *En muchas de las cartas que me aueis escrito, y particularmente en la de ocho de Mayo deste año, referis las muchas minas que cada dia se van descubriendo en essas prouincias, y la gran suma de plata que de ellas se sacara, si se pudieran dar Indios para su labor y que por ser naturalmente inclinados à vicios, ociosidad, y borracheras, cuyo remedio con ste en ocupallos, fuera bien repartirlos para las minas. E porque auiendose platicado sobre esto, ha parecido, que sin embargo de lo proveido por cedulas antiguas, cerca de que no fuessen compelidos à este trabajo contra su voluntad, se les podria mandar, que vayan à ellas: lo hareis de aqui adelante, no mudando temple, de que se les siga daño en la salud, è teniendo doctrina, è justicia que los ampare, è comida con que se sustenten, è buena paga de sus jornales, y hospital donde se curen, y sean bien tratados, y regalados los que enfermaren. Y en quanto à los salarios de doctrina y iusticia, porque ha parecido iusto que sea à costa de los mineros, pues resulta en su beneficio el repartirse los dichos Indios, è que tambien paguen lo que pareciere ser necessario para la cura de los enfermos: verlobeis, y en conformidad de lo que sobre esto dexò ordenado para Potosi, y Guancauelica el Virrei don Francisco de Toledo, lo proueereis como mejor os pareciere, tomādo sobre todo el parecer de essa mi Real Audiencia, y de personas platicas, è inteligentes, y de lo que se determinare, è hiziere me auisareis.*

Post quas schedulas, † plurimæ aliæ passim 81
editæ sunt, & eduntur quotidie quæ tum enuntiatiuè, tum dispositiuè hanc Indorū ad metalla distributionem apertis verbis iubent, atque confirmant. Inter quas eminet illa Matriti 14. Ianuar. ann. 1594. ad Proregem Peruanum Dom. March. de Cañete *d.* 4. *tom. pag.* 306. & similes aliæ quarum meminimus *sup. cap.* 5. *num.* 6. quæ Indos, qui ad metalla coguntur, benè tractari iubent. & salarium competens, etiam pro eundo, & redeundo, assignari.

Extat etiam † caput epistolæ Vallisoleti 10. 82
Febr. ann 1601. ad Proreg Peruan. Dom. D. Ludou. à Velasco, quo cauetur, vt super omnia alia seruitia, hoc præ oculis habeat, his verbis: *Queda entendido lo que dezis acerca de la falta que ai de Indios para la labor de las minas, y la dificultad que ai en quitarlos de otros seruicios, como la Audiencia era de parecer, para labrar las mas forçosas, y encargoos mucho, que vos procureis acomodarlo todo; de manera, que no se falte à la conseruacion de la Republica, y beneficio de las minas, y de los mismos Indios, y à su buen tratamiento, entretanto que mas particularmente se os ordena en esto lo que se huuiere de hazer, y auisarmebeis de lo que en todo huuiere, y se hiziere.*

Eodem † anno, & loco, 24. Nouemb. edita 83
fuit,

fuit, & ad eundem Proregem missa, illa schedula, quæ super seruitiis personalibus nouam formam imponere voluit, & in ea, *cap.*13. cum multis sequentibus propter Reipublicæ vtilitatem, & inexcusabilem necessitatem Indi mineralibus assignati soliti, conseruari iubentur. Ita tamen, vt, si possibile fuerit, deinceps voluntarij conducantur, & Hispanis, Æthiopibus, Hybridis, aliisque otiosis hominibus ad eundem laborem delectis, Indi subleuentur, & ne longiùs ire cogantur; circa easdem fodinas municipia, & reductiones eorum fiant, qui ibidem laboraturi sint.

Et licèt *in cap.*15. hæc distributio pro vno dumtaxat anno fieri iubeatur: *El qual se señala de termino à los mineros, para que dentro del se prouean de esclauos, y de gente de seruicio, para*
84 *el beneficio de las minas.* Eadem tamen die † altera schedula secreta eidẽ Proregi directa fuit, quæ iubet, vt priorem exequi supersedeat, si re maturè inspecta, & consulta, cognouerit, eius implementum aliquas difficultates habere, & metallarios sibi per seruos, aut Indos spontaneos prouidere non posse, quia Regiæ intentionis non est, vt quæstuosa hæc fodinarum operatio cesset, vel minuatur, quemadmodum & agrorum cultura, & pecorum procreatio; cùm hæc omnia pariter ad Reipublicæ vtilitatem
85 conducant. Quod quidem † dictus Dom. Prorex magno studio habito supersedit, & suæ comperendinationis causas ad Principem retulit. Postmodúmque epistolam accepit Vallisol. 3. Febr. ann. 1603. quæ eius factum veluti probans, disponit, vt Indos ad metalla compellat, & vt huic labori supersint, ab aliis seruitiis personalibus non ita vtilibus, eosdem releuari procuret.

86 Et tandem † anno 1609. altera schedula seruitij personalis superioris reformatoria edita fuit, quæ re penitius perspecta, & intellecta, dictum coactum Indorum ad metalla seruitium conseruari, & continuari permisit, interim dum tempus, & Indicarum regionum dispositio, cõmodiorem aliam operandorũ metallorum formam offerret, & sub aliis cautionibus, quas *sup. c.*5. retulimus. Vbi & *in c.*4. *in fine* eiusdem schedulæ pleniorem mentionem habuimus.

87 Quibus adiicio † notabilem aliam, & nouiorem schedulam Matrit. 3. Decembr. ann. 1620. qua Rex noster iubet, vt magnis vigiliis, rei dominicæ prouentus, & reditus augere curemus, & inter alia media, quæ proponit, hoc primo loco recenset, vt auri & argenti fodinarum excauatio conseruetur, & promoueatur, omniáque media, quæ ad hoc excogitari possint, quærantur, & applicentur, Indíque necessarij ad hoc opus adigantur, interim dum disquiritur, an, & quibus in locis serui Æthiopes ei possint vtiles esse: quod & nouissimè circa Huancauelicenses argenti viui fodinas iterum post varias altercationes & consultationes resolutum fuit ann. 1653. vt latiùs refero *infrà hoc lib. c.*15. *num. vlt.* Et possem quidem plures alias schedulas, de re eadem agentes, facili negotio congerere, nisi quæ iam ob oculos positæ sunt, satis supérque, & quod dici solet, vsque ad nauseam, ad institutum nostrum comprobandum, sufficere videntur.

CAPVT XIV.

De rationibus, & argumentis, quæ in quæstione proposita pro negatiua parte (Indis nimirum à metallorum laboribus releuandis) considerantur: & quàm durum semper hoc seruitij, imò supplicij, genus fuerit iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Indos inuitos ad metalla distribui non posse, multi opinantur.*
2 *Metallorum per Indos coactos effossionem, & operationem defendere, arduum est.*
3 *Indi natura sua liberi sunt, & vt tales haberi & tractari iubentur.*
4 *Metallorum labor est plus, quàm seruilis, & olim sceleratis tantùm hominibus humilioribus pœnæ causa iniungi solebat.*
5 *Damnati in metallum mortuis similes reputabantur, & plura de hac pœna, & eius effectibus.*
6 L. seruitutem 209. D. de regul. iur. *explicatur.*
7 L. 3. D. de muner. & honor. *ponderatur.*
8 *Damnatio in opus metalli, in quo differret à damnatione in metallum.*
9 *Damnatio in opus metalli lenior reputabatur, quàm in metallum.*
10 *Metallariorum frontes olim inscribi solebant, ex Sueton. & aliis.*
11 L. si quis in metallum 17. C. de pœn. *illustratur.*
12 *Fronti damnatorum in metallum, calumniatorum, & furum, quæ litteræ scriberentur?*
13 *Loca D. Isidor. & Tertul.* 13. *de damnatione in metallum agentia, expenduntur.*
14 *Baldus qualiter describat, siue designet pœnam damnationis in metallum.*
15 *Pœna damnationis in metallum nunquam admissa est in foro Ecclesiastico, & quare?*
16 *Martyrij coronam consequebantur Christiani propter Fidem in metallum damnati.*
17 *D. Ambros. locus expenditur, metalli pœnam morte grauiorem esse tradentis.*
18 *Supplicium quod protrahit pœnam, acerbissimum est, ex Seneca.*
19 *Jeremiæ locum* Thren. 4. vers. 1. *qualiter de damnatis in metallum exponat Petr. Fab.*
20 *Triremium pœna lenior est, quàm metalli, & qualiter describat eam Cassiodorus?*
21 *Metallariorum labor non potest vocari seruitium, sed supplicium.*
22 *Indi natura fragiles, durum metallorum onus diu ferre non possunt.*
24 *Damnis alterius nemo cum graui periculo vitæ suæ succurrere tenetur.*
25 L. hæ demum 38. D. de oper. libert. *explicatur.*
26 *Vassallus, imò & seruus, non tenetur dominum defendere cum euidenti periculo propriæ vitæ.*
27 *Vitæ propriæ magis quàm alienæ consulere quilibet*

quilibet tenetur.
28 Res arduæ,& admodum difficiles sub humano præcepto non cadunt.
29 Legis vnum ex principalibus requisitis est,vt sit possibilis,imò & non valde difficilis.
30 Impossibile bifariam capitur secundùm Arist.
31 L.4.§. non est statu liber, D.de statu lib. exponitur.
32 Lex non debet eadem onera imponere pueris, & senibus,quæ aliis validioribus.
33 Lex nulla vel præceptum humanum vi sua obligare potest ad periculum mortis subeundum.
34 Indi non magis iustè ad metalla compelli posse videntur,quàm ad mortem damnari.
35 Paria sunt occidere aliquem, vel deducere ad locum vbi occidatur.
36 Metalli fodinarum labor quàm ingens sit, & quàm magnam stragem hominum facere soleat,ex Plinio.
37 Diodor.Siculus concludit, rarò diutius viuere eos,qui metallis inseruiunt.
38 Senecæ elegans locus expenditur de metalli fodinarum errore,& horrore.
39 Plauti locus expenditur, vbi pœnam metalli duriorem facit pœnis inferni.
40 Cassiodori metalli fodinarum descriptio refertur.
41 Mineralium excauandorum duritiem plures Auctores exaggerant: & ferreæ ætati tribuunt.
42 Iosephi Acostæ elegantissima verba referuntur de horrore mineralium,qui hodie apud Indos excauantur.
43 Fodientem spectare non potuit Sybarita.
44 Argenti viui fodinæ cæteris nocentiores sunt, & quare?
45 Auctor fuit Gubernator, & Visitator fodinarum argenti viui Huancauelicensium, & quid de earum labore sentiat?
46 Bellum sine sanguine,& mineralia sine multorum strage exerceri non possunt.
47 Labore,& discrimine magno pulchra, & pretiosa quæque comparantur.
48 Raritas res commendat.
49 Argenti viui fossores,& artifices citò moriuntur, & quare ex Matthæolo & Dioscoride,
50 Argentum viuum penetrat ossa excauantium, & sæpè in eorum tumulis, consumptis cadaueribus reperitur.
51 Argentum viuum est venenum omnium rerum,& in quibus vasis seruari possit.
52 Cardanus vocat aurum Regem metallorum, & argentum viuum tyrannum.
53 Argenti fodinarum odor inimicus est omnibus animalibus,& maximè canibus.
54 Metallorum loca omnia sunt aspera, & tenuia.
55 Metalli fodinas dæmones variis spectris infestare solent,& fossoribus nocere.
56 D.Franc.à Torreblanca laudatur,& eius libri de Magia,& de iure spirituali.
57 Indi,qui hodie metalla effodiunt,an rectè comparentur cum damnatis in metallum?
58 Indi ad metalla compulsi, non possunt dici liberi, & sunt deterioris conditionis quàm serui.& quare?
59 Indi metallarij hodie ferè nunquam requiescere possunt,nec per vices mutari, cùm ad paucos redacti sint.
60 Damnationis in metallum pœna decennium non excedebat.
61 Indi metallis addicti,non solùm in perpetuum hac pœna damnari videntur,verùm & hæreditario iure in filios transmittere.
62 Damnatorum in metallum pœna, non solùm morte,sed aduersa valetudine cessabat.
63 Dedititij liberti,qui olim dicentur? & quòd Indi metallarij sint peioris conditionis.
64 L.vnica,C.de ditit.lib.tollen.& §.libertinorum,Inst.de libert.& aliæ exornantur.
65 Delictorum conscientia in his,qui ad metallum damnantur,& aliis delinquentibus,pœnæ rigorem quodammodo temperat.
66 Indi nullum peccatum admisisse videntur, propter quod, magis quàm alij ad metalla damnari possint.
67 Pœna sine culpa esse non debet.
68 Pœnam irrogari aliquando posse sine culpa vbi subest causa, qualiter accipiendum sit? & num.seqq.
69 Ius Canonicum semper æquitatem & pietatem præ oculis habet.
70 Odio, vel occasione aliena, nemo grauari debet.
71 Pœnis ciuilibus, hoc est,non corporalibus aliquando quis punitur ob delictum alienum,& exempla.
72 L.quisquis, §.filiis,C.ad leg.Iul.Maiest. explicatur,& exornatur.
73 P.Gabriel Vazquez notatur,dum dicit, stultè loquutos Impp.in d.§.filiis.
74 Lenitati & misericordiæ tribui,quòd filiis proditorum vita relinquatur, quomodo recipiendum sit?
75 Pietatis,vel æquitatis nomen aliquando actioni iustitiæ tribuitur.
76 Æquum sæpè sumitur pro iusto.
77 Seruitium,quod vocant personale, commendatariis præstari solitum,non est ita graue, & durum,ac seruitium metallorum.
78 Indi metallis inseruientes,non possunt non multis miseriis, & cruciatibus affici, & quare?
79 Serui qui Pyrenæorum montium argenti fodinas excolebant, quàm grauiter vexarentur,& verberarentur, ex Ioan. Gerundensi.
80 Vexationes Indis metallariis illatæ,plenè vindicari non possunt,& quare?
81 Delicta occulta sæpè humanis iudiciis puniri non possunt.
82 Metallarij diuitiis intenti,parùm curant leges, & iura,quæ Indos benè & suauiter tractari disponant.
83 Mens pecuniæ auida non abstinet à vetitis.
84 Auaritiæ damna ex Salustio.
85 Metallis præfecti crudelissimi sunt, & semper fuerunt.
86 Indos meliùs tractant commendatarij, quàm metallarij,& quare?
87 Mercenarij & pastoris,elegans differentia, ex D.Chrisost.
88 Indi commendatariis suis inseruientes,non relinquunt proprios lares, & prouincias, vt metallarij.
89 Indi metallarij, quàm grauiter sentiant pro-

prios lares, & terras relinquere.

90 *Indi cùm onerari prohibeantur, multò magis metallis addici, prohibendi sunt, & quare?*

91 *Indi eo ipso, quòd metallis addicuntur, onerari iubentur, cùm metalla, & alia plura, suis scapulis portare cogantur.*

92 *Indorum ingens, & periculosus labor describitur in extractione, & adsportatione metalli.*

93 *Argumentum de maiori ad minus, validissimum est in iure.*

94 *Simonis Maioli, & Olai Magni verba de labore metallorum agentia referuntur.*

95 *Margaritis legendis, siue expiscandis Indi distribui non possunt.*

96 *Margaritarum pretium semper maximum fuit.*

97 *Schedulæ plures referuntur, quæ Indos margaritis legendis distribui prohibent.*

98 *Margaritis legendis, qui operam nauant, multa pericula subeunt, quæ referuntur.*

99 *Metallarij non minus laborant, & periclitantur, quam Conchileguli, & insignis locus Plinij ad hoc.*

100 *Metallariorum durior conditio est, quàm carceratorum.*

101 *Carceris descriptio & pœna, ex Cassiod. & aliis.*

102 *Carceris pœna æquiparatur damnationi in metallum, morti, & seruituti.*

103 *Reipublicæ mixtæ Hispanorum & Indorum durationi, & conseruationi officit potiùs, quàm prodest seruitium mineralium, & quare?*

104 *Reges super omnes diuitias vassallorum saluti, & augmento prospicere debent.*

105 Caput 40. nouarum legum ann. 1542. *Indos à tributis, & aliis oneribus releuari iussit, vt multiplicari possent.*

106 L. 17. tit. 23. part. 2. *& elegans ponderatio Greg. Lop.* ibid. *circa procurandam subleuationem, & conseruationem Indorum expenditur.*

107 *Fidei plantatio, & progressus inter Indos impeditur per eorum coactionem ad metalla.*

108 *Indi metallis addicti non possunt gustare suauitatem legis Christi, nec eius meditationi vacare.*

109 *Labor & langor animum hebetant, & naturam debilitant.*

110 *Hispanorum Respublica quòd sit mixta cum Rep. Indorum, non sufficit, vt totum onus Indis imponi debeat, Hispanis in otio manentibus.*

111 *D. Paulus qualiter fatigatus, suis manibus operatus fuerit, dum Euangelium prædicauit.*

112 *Vsuræ cur prohibitæ sint, & earum detestatio.*

113 *Census, siue annui redditus qui in Hispania frequentantur, agriculturam & commercia minuunt, & otia augent.*

114 *Vsurarum, & laboris metallorum, qui per Indos exercetur comparatio.*

115 *Salarium, quod Indis metallariis præstatur, vix respondet minimæ parti laboris eorum.*

116 *Minerarij si Indis soluerent salarium labori eorum æquipollens, parum lucri perciperent.*

117 *Metallariorum diuitiæ non tam ex fodinis, quàm ex coacto Indorum sudore, ac labore proficiscuntur.*

118 *Metallarij duplici iniquitate peccare videntur.*

119 *Indos mineralium laboribus mancipari, plures Regiæ ordinationes prohibent, quæ recensentur, & num. seqq.*

120 *Prouisio Imp. Caroli V. refertur de Indis ad metalla non cogendis, & alia, quæ solùm voluntarios permittit.*

121 *Indos, non solùm à mineralium labore, verùm & à victualibus ad mineralia deferendis, quædam prouisio liberat, quæ per aliam correcta videtur.*

122 *Schedulæ aliquæ ponderantur, quæ Indos metallis inseruire prohibent.*

123 *Licent. de la Gasca laudatur, & prouisio ab eo facta, de Indis etiam voluntariis ad mineralia non deducendis, Regiis schedulis comprobata.*

124 *Indorum diminutionem, & à Fide auersionem Regiæ quædam schedulæ tribuunt seruitiis, & operis metallorum, quibus premuntur.*

HIs planè, quæ *in superiori capite* diximus consuetudo Indos ad metalla cogendi, satis probabiliter, & efficaciter defendi videtur. Sed quoniam † pro contraria sententia multa multi, 1
& olim & hodie expendere solent, miseram hac in parte Indorum conditionem dolentes, & iniurias ac vastationes, quas huius seruitij occasione patiuntur, exaggerantes, operæpretium me facturum existimo, si ea (solita diligentia) illustrata, in medium adduxerim, vt ita veritas suis admota contrariis, manifestior appareat, videatque Rex, ac dominus noster Pius pariter, ac Catholicus, † non minus arduum esse huius oneris 2
iustitiam defendere, quàm ipsum aurum & argentum ex imis terræ visceribus promere, vt benè aduertit eruditus & Religiosus P. Franc. Coëllus è Societate IESVS. *in libello manuscripto*, quem pro hac negatiua parte aduersus aliũ Fr. Michaëlis ab Agia contrariæ assertoris, elucubrauit, de quo, & de Auctoris laudibus latiùs meminimus 1. *tom. lib. 2. cap. 23. n. 7.*

Primò igitur in fauorem huius opinionis consideratur, quòd † cùm Indi tum natura sua, tum 3
perpetuis & enixis Regum nostrorum votis & ordinationibus liberi sint, & vt reliqui liberi vassalli haberi, & tractari iubeantur, vt fusiùs diximus *d. 1. tom. lib. 3. cap. 5. & 6.* nullo modo, aut iure huic metallorum labori mancipari posse videntur, cùm † eius onus non sit liberis homini- 4
bus imponendum, quin potius seruile semper, aut plusquàm seruile fuerit iudicatum, eique olim nonnisi homines valdè scelerati, & flagitiosi, atque ij quidem humiliores, supplicij causa inseruire cogerentur; vt sic mortem, qua digni erãt, non tam effugerent, quàm multoties in tanto labore reciperent, essetque illis mors solatium, & vita supplicium, vt aliàs dicitur *in l. quisquis, §. 1. C. ad leg. Iul. maiest.*

Vnde † in metallum damnari dicebantur, & 5
serui pœnæ effecti, maximam capitis minutionem patiebantur, qua libertatem simul cum ciuitate amittebant, & in posterum mortuis similes erant,

erant, quia iam non sibi, sed pœnæ viuebant, vt constat *ex l. in metallum, D. de iur. Fisc. l. aut damnum* 8. §. *est pœna, l. quidam sunt* 17. *l. si quis aliquid* 38. §. *qui nondum*, §. *instrumenta*, §. *qui aborsionis, & §. qui vini, D. de pœn. l. metalli supplicium* 11. *C. eodem tit.* §. *maxima, Inst. de capit. minut.* §. *cùm autem, Inst. quib. mod. ius part. potest. soluit.* Ac proinde eis relicta, tanquam si mortuis relinquerentur, pro non scriptis habebantur, *d. l. quidam, l. 3. D. de iis quæ pro non script. l. 2. C. de hæred. inst. l. intercidit, D. de cond. & demonst. conditione, Si liberos non suscepissent*, statim atque damnati erant, deficiebantur, *l. ex facto* 18. §. *si quis rogatus*, el 1. *D. ad Trebel.* donationes inter virum & vxorem, eadem damnatione, non secus ac morte, confirmabatur, *l. cùm hic status, & l. sed si mors, D. de donat. inter. l. res vxoris, C. eod. & serui, damnati*, ac posteà indulgentia Principis liberati, in potestatem veteris domini non redibant, sed Fisco tanquam noui homines, aut reuiuiscentes addicebantur. *l. 2. & l. frustra, C. de senten. pass. l. generaliter*, §. *si seruus, D. fideicom. libert.* iuncta *l. cùm*
6 *quis* 38. *& similib. D. de solutionib.* & † *l. seruitutem* 209. *D. de reg. iur.* ibi: *Seruitutem mortalitati ferè comparamus*: quam rectè P. Faber, Ræuard. & alij interpretes, de hac seruitute accipiunt, quæ ob pœnam, in metallum damnatis, irrogabatur, & quod ait Consultus: *Ferè mortalitati comparari*, sic explicant, non quòd aliqui sint casus, in quibus seruus pœnæ mortuò non compararetur, sed vt significet, eam seruitutem subire, propè esse naturaliter inte-
7 rire. Adeò † vt in dubium vocauerit I. C. *in l. 3. D. de muner. & honor.* an is, qui semel in metallum damnatus, posteà, imperiali indulgentia, restitutus fuisset, licitè posset à muneribus excusari, veluti in solatium exantlati laboris, fortunam, & casus tristiores suos opponens.

8 Idémque contingebat † in alia pœna, quam quis non in metallum, sed in opus metalli dari, vel damnari dicebatur, de qua *in l. 1. D. de requir. reis, l. 8. & 9. D. d. pœn. l. 3. §. 1. D. de re milit. l. 3. §. pœna, D. de crim. stellion.* cuius & alterius differentiam, in eo tantùm constituere videntur I. C. *in d. l. aut damnum* 8. §. *inter eos, D. de pœn. & in l. 5. D. de extraordinar. cognit.* quòd, qui in metallum damnantur, grauioribus vinculis premuntur, qui in opus metalli, leuioribus; quódque refugæ ex opere metalli, in metallum dantur, ex metallo, grauius coërcentur. Quamvis Græci interpretes *lib. 60. Pandect. tit. 30.* (meo iudicio melius) distinguere soleant, quòd in opus metalli dari, est damnari ad coquendum egestum è terra metallum, & purum aurum, vel argentum faciendum; in metallum dari, est damnari ad fodiendum terram, & metallum eruendum.

9 Et ita † leuior iudicabatur pœna operis, quàm metalli, vt apertè ostendit *d. l. 5. & l. 5. D. de effractorib.* & plura alia circa has pœnas, licèt non ita clare, & succinctè tradentes, interpretes, in dictis iuribus, & Brissonius, Schardus, Kalinus, & alij, *de verb. signif. verb. Metallum*, Alciat. *lib. 1. parerg. cap. 39.* Roland. qui plurimos refert, *cons. 2. num. 54. vol. 1.* Ascan. *Clement. de patr. potest. cap. vltim. num. 33.* Menchac. *lib. 3. controuers. illustr. cap. 101. n. 6.* Mich. Crass. *de success.* §. *institutio, q. 6.* Petr. Gregor. *lib. 31. syntagm. cap. 36 & lib. 3. cap. 10. à num. 17.* Cuiac. *lib. 18. obseru. cap. 13.* Petr. Fab. *in d. l. seruitutem. & in l. quod attinet, circa finem, D. de reg. iur. & lib. 2. semest. cap. 5. pag. 58. & seq. & lib. 3. cap. 8. pag. 95.* Eduard. Calder. *lib. 3. var. lect. cap. 4. n. 9.* Ioseph. *de Rusticis in l. cùm auus, D. de condit. & demonst. lib. 5. c. 9. in princip.* Rebellus *de oblig. iust. lib. 1. q. 1. lect. 2. n. 19.* Henricus Salmutius *in notis ad Pancirol. 1. tom. de reb. deperd. pag. 326.* & meliùs cæteris Card. Baron. *in Martyrolog. sub die xvj. Februarij, pag. mihi* 87. & in nostris terminis Ioseph. Acosta *lib. 3. de procur. Ind. salut. cap. 18. in princip.* vbi inquit: *At istud durissimum videtur Imperium, cùm metallis effodiendis mancipantur, quod vsque adeò criminosum, & graue à priscis est iudicatum, vt quemadmodum ad triremes hodie damnantur propter insolentia crimina homines facinorosi, ita olim ad fodienda metalla damnarentur, quod capitali supplicio proximum erat.*

Quibus addere possumus † Sueton. *in Ca-* 10
lig. cap. 87. vbi inquit: *Multos honesti ordinis, deformatos, prius stigmatum notis, in metalla damnauit*: & Senec. *lib. 3. de ira, & lib. 4. de beneficiis cap. 37. Varia vinculorum genera, variæ pœnarum lacerationes membrorum, inscriptiones frontis.* Quam stigmatum inustionem, posteà prohibuit † Imp. Constant. *in l. si* 11
quis in metallum 17. *C. de pœn.* & de ea plura tradit Cassanæ. *in Catal. glor. mundi, 6. par. consid. 46.* Iacob. Toming. *decis. 7. n. 17.* Misynger. *pract. obseru. cent. 2. cap. 46.* Tiber. Decian. *lib. 2. crimin. cap. 20. num. 6.* Roder. Maran. *in prax. iud. par. 4. distinct. iudicior. num. 8. & 9.* & Pancirol. *in Thesaur. var. lect. lib. 3. cap. 241. pag.*
308. vbi credit, † impressam fronti fuisse pri- 12
mam litteram delicti, quod commiserat is, qui in metallum damnabatur, sicut calumniatoribus littera K. inscribebatur, quæ ob calumniam illam notam inustam fuisse denotabat, quod lege Remia inductum fuit, vt Auctor est Cicero *in orat. pro Rosc. Amerino.* Et ob id, ita inusti, *stigmatici* vocabantur, vt Dion. appellat, *lib. 97.* aut *litterati, vel inusti, & inscripti*, quo sensu Plautus in Aulularia, furem appellat, hominem trium litterarum, fortè, quòd hæ tres litteræ *Fur* fronti eius inscriberentur.

Et de eadem damnatione ad metallum, ita
etiam loquitur † D. Isidor. *lib. 5. orig. cap. vlt.* 13
Metallum est, vbi exules deputantur ad eruendam venam, marmoráque secanda in crustas. Et melius, atque elegantiùs Tertull. *lib. de cultu fœmin. Terra, scilicet, planè generosior, quoniam in maledictorum metallorum feralibus officinis, pœnali opere deplorata, nomen terræ in igne relinquit, atque exinde de tormentis in ornamenta, de suppliciis in delicias, de ignominiis in honores, metalli refuga damnatur.*

Digna quoque peculiari relatione videntur
† verba Baldi *in l. eam quam, num. 18. C. de fi-* 14
deicommiss. vbi sciendum esse inquit: *Quòd mors triplex est, scilicet, naturalis, ciuilis per deportationem, & plus quàm ciuilis, & hoc dupliciter, vel mala, vt quia damnatus in metallum, vel bona, vt quia frater minor, &c.* Et Farinacij *in*

prax. crimin. titul. de delict. & pœn. quæst.19. num.17. vbi inquit: *Primum Bannum maximum est damnatio in metallum: secundum in opus metalli, quod est minus, quàm damnatio in metallum: tertium deportatio: quartum relegatio. Addi potest & quintum, eiectio scilicet a ciuitate.*

15 Qua de causa † hæc metalli pœna, siue damnatio, propter sui crudelitatem, & inhumanitatem, & quia morti æquiparabatur, nunquam recepta, neque admissa fuit in foro Ecclesiastico, quia Ecclesia, quæ est pietatis, & æquitatis mater, *cap. ad Romanam, cap. omnis oppressus 2. q. 6. cap. vn. §. sed diuersorum, de alien. feudi*, non admittit tam durum, & immane supplicium, vt optimè obseruat Hier. Zanetin. *in tract. different. iur. Ciuil. & Canon. different. 176. num. 253. tom. 12. tract....*

16 Ad quod † olim Tyranni, Christiano nomini infensi, Fideles damnare solebant, qui si ibi decessissent, martyrij corona ab Ecclesia condecorati leguntur, & si superuixissent, CHRISTI Confessores appellabantur, vt patet in vita B. Clemen. & obseruat Baronius in Martyrolog. *vbi sup.* & Fr. Ioan. à Puente *in Monarc. lib. 3. cap. 16. pag. 107.*

17 Nec abest † D. Ambr. *in fine epist. 29.* dum ad Theodos. Imp. scribens, hoc supplicium grauiorem esse ipsa pœnali morte censuisse videtur. Sic inquiens: *Vt catenatorum ordines innumeros spectent de Christiano populo, vt captiua videant colla plebis fidelis, vt condantur in tenebras. Dei seruuli; vt feriantur securibus, dentur ignibus, tradantur metallis, ne pœna citò transeat.*

18 Nimirum † quia (teste Seneca *lib. 2. de benef.
cap. 5.*) *Acerbissima crudelitas est, quæ trahit
pœnam, & misericordiæ genus est citò occidere.*
Quem locum expendens Petr. Faber *lib. 3. se-*
19 *mestr. cap. 8. pag. 95.* similem ei fecit † illum
Ierem. *in Threnis cap. 4. vers. 9. Melius fuit oc-*
cisis gladio, quàm interfectis fame, quoniam isti
extabuerunt, consumpti à sterilitate terræ. Et
subdit hoc ideò dici, quia ad excidenda metalla, in steriles grauiorisque aëris insulas damnati, olim pœnæ causa relegarentur. Et
20 † huic pœnæ vt *sup. cap. proximo ex num.*
68. diximus, aliqui hodie comparare solent damnationem ad triremes, de qua, licèt longo interuallo leuiori, ita scribit Cassiod. *lib. 4. epist. 25. Etenim remigum labor operosus, valentes animo, & viribus quærit, vt confidentia mentis procellis obuiare possit vndosis: quid enim audentius, quàm illud infidum, ac vastissimum mare intrare paruo nauigio, quod eluctari facit desperationis sola præsumptio?*

Secundò considero, quòd licèt demus & concedamus, alia Reipublicæ munia, ob commune eiusdem bonum, & conseruationem posse, & debere inter Indos, etiam inuitos, & reluctantes distribui, vt fusè in capitibus præcedentibus probatum reliquimus. Hoc tamen quod in metallorum effossione, & operatione
consistit, à superiori regula excipiendum vide-
21 tur, cùm illud † adeò ærumnosum, & gra-
ue sit, vt non tam seruitij, quàm supplicij
capitalis nomen mereatur, ad quod homines,
vt diximus, liberos, nihil male commeritos,
adigere, inhumanum, atque iniquum valdè
22 videtur. Maximè † ipsorum Indorum natura,
& fragili, atque ignaua conditione considerata, quæ diù tantùm ac tam periculosum onus ferre non potest.

Seruitia quippè, † quæ ciues Reipublicæ, & 23
vassalli dominis præstare tenentur, semper de moderatis & consuetis intelliguntur, vt probat Menoch. *cons. 671. nu. 9. & 10. lib. 7.* & Nos multis ostendimus *sup. cap. 5. ex n. 14.*

Et alterius † damnis, & multo minus lucris, 24
nemo cum graui suæ vitæ periculo occurrere
tenetur, vt latè resoluit Amescua *de potest. in*
se ipsum lib. 2. & 3. & seqq. & Rebellus *de obli-*
gat. iust. lib. 1. quæst. 14. sect. 8. num. 58. pag. 123.
quod in liberto respectu patroni, optimè pro- 25
bat Callistratus I. C. † *in l. hæ demum 38. D. de oper. lib.* inquiens: *Hæ demum impositæ operæ intelliguntur, quæ sine turpitudine præstari possunt, & sine periculo vitæ. Nec enim si meretrix manumissa fuerit, easdem operas patrono præstare debet, quamvis adhuc corpore quæstum faciat: nec Arenarius manumissus tales operas: quia istæ sine periculo vitæ præstari non possunt.*

Et idem in vassallo, quòd non teneatur do- 26
minum defendere cum euidenti periculo vitæ propriæ, imò neque feudum amittat, si se defendens, dominum occiderit, notabiliter docuit Gloss. verb. *Potuerit, in cap. vnic. §. 1. de alienat. feud. pater. cap. 2. in fine, de feud. amitt.* Bald. *in cap. 1. vers. Quintò quæritur, quib. mod. feud. amittatur*, Zassius *in tit. ad quid vassall. dom. teneatur, num. 37.* Ripa, qui de communi testatur, *in l. fin. num. 66. C. de reuocand. donat.* Padilla *in l. Præses, num. 7. C. de seruit. & aqua.* & plures alios referens Henric. Rosental, *de feudis, 2. tom. cap. 8. conclus. 28. num. 5.* & Borrell. *de Magist. edict. lib. 4. cap. 9. & 14.* & Rebell. *d. lib. 1. quæst. 10. num. 19. & sect. 1. num. 1. pag. 75.* vbi etiam in seruis resoluit, quòd seruitiis valdè grauibus, ac periculosis non teneantur. Quod etiam ante eum docuerat Sotus *de iustitia & iure lib. 4. quæst. 2. art. 3.* & alij, quos refero *sup. cap. 5. num. 14. & seqq.*

Quibus arridens plura, quæ de iure vitæ 27
propriæ tuendæ, & periculis abhorrendis, hominibus à natura insito, tradit Vlpian. & DD. ibidem *in l. vt vim, D. de iustitia & iur.* Menchac. *controu. illustr. lib. 1. cap. 20. n. 22.* & Gomez de Amescua *in tract. de potest. in se ipsum, dict. lib. 2. per totum.* Necnon etiam communis
alia Theolog. & Canonist. sententia, † qui 28
docent, res arduas, & admodum difficiles, sub humano præcepto non cadere, vnde S. Thom. *in 1. 2. quæst. 95. art. 3. in corpore* ait: *Attenditur enim humana disciplina, primum quidem quantum ad ordinem rationis, qui importatur in hoc, quod dicitur iusta. Secundò, quantum ad facultatem agentium, debet enim esse disciplina conueniens vnicuique, secundùm suam possibilitatem, obseruata etiam possibilitate naturæ. Non enim eadem sunt imponenda pueris, quæ imponuntur viris perfectis.*

Et ideò † inter alia requisita legis, inquit 29
D. Isidor. *in cap. erit autem, 4. distinct.* possibilem esse debere, quæ possibilitas intelligitur,
vt difficilis, & ardua non sit. Nam † vt ait 30
Aristot. *1. de cœlo*, bifariam capitur impossibile, vno modo simpliciter, altero pro eo, quod non benè, non facilè factibile est, & idem in-
sinuat I. C. † *in l. 4. §. non est statu liber*, ibi: 31

Aut

Aut si tam difficilem, imò penè impossibilem conditionem adiecerit, D. de statu lib. quòd secundùm Sotum, *lib.1.de iustitia & iur. quæst.5. art.*
32 *3. col. penult.* ex ciuium ingenio, & conditione sumi debet: † *Non enim pueris* (inquit) *& ætate nondum firmis, senioùè confectis, eadem imperari exercitia debent, & laborum grauamina, quæ aliis firmioribus & validioribus.* Et sequitur Tabiena *in summa, verb. Lex, num.*19. Medina *in 1.2.quæst.95. artic.3.* Greg.de Valentia *tom 2. controuers. disp.7. quæst.5. de potestate legum humanarum, cap.2. vers. Iam probatur, pag* 873. *col.1. in princip.*

33 Et hoc † multo certius & euidentius esse, quando interuenit periculum mortis, quia tunc nulla lex,vel præceptum humanum vi sua obligare potest, nisi accidentaliter cum eo concurrat aliqua obligatio naturalis, vel diuina, quæ idem iubeat, & suadeat, expresè contra Caietan. *in 1.2.quæst 96.art.4.* tenent magis communiter reliqui Theologi ibidem, vt testatur Nauarr. *in Manual.cap.25.num.*84 Syluest.*in summ. verb. Metus, num.7.* Sotus *d.lib.1. quæst.6. art.4.* paulò *ante finem,* Medina *vbi supr. quæst.96. art. 4. vers. Sequitur grauissimum dubium,* Henric. *de impedim.matrim.lib.12.n.6.* Greg.de Valentia *in 1 2.disp.7.q.5.punct.6. q.fin.vers.Cæterùm contraria sententia.*

34 Quò fit, † vt cùm in casu de quo agimus, nullum naturale, vel diuinum præceptum concurrat, sed imò eis repugnet hæc Indorum ad metalla compulsio, non videatur aliquo iusto titulo, vel colore posse defendi. Non magis quàm si eos morte damnare vellemus; de iure
35 † enim paria sunt aliquem occidere, vel perducere in locum, vbi occidatur, aut pereat, *l. si boues 54. D. ad leg. Aquil. §. final. Inst. eod. cap. 4. de sentent. excommun. cap. non inferenda 13. q. 3.*

36 Tertiò, † in maiorem suprà dictorum confirmationem, & ne quis putet hæc Indorum vexamina, salutis dispendia, & mortis pericula, quæ in mineralibus quotidie contingit, nos ex nostro Marte confingere, aut hyperbolicis verbis extollere, audiat,si lubet, Plin. *lib.*33. *cap.*4. vbi elegantissimè, varias auri legendi, & excoquendi formas commemorat, & ad hanc perueniens, quæ in montium excauatione consistit, qualis hæc est,quæ hodie in nostris Indiis, vt plurimùm exercetur, sic inquit: *Tertia ratio opera vicerit gigantum.Cuniculis per magna spacia actis, cauantur montes ad lucernarum lumina. Eadem mensura vigiliarum est, multisque mensibus non cernitur dies. Arrugias id genus vocant, siduntque rimæ subitò, & opprimunt operarios, vt iam minus temerarium videatur è profundo maris petere margaritas, tanto nocentiores fecimus terras.Relinquuntur itaque fornices crebri montibus sustinendis, occursant in vtroque genere silices. Hos igni & aceto rumpunt; sæpius verò, quoniam in cuniculis vapor, & fumus strangulat, cædunt fracturis, C.L. libras ferri terram agentibus, egeruntque humeris, noctibus, ac diebus, per tenebras, proximis tradentes: lucem nouissimi cernunt. Si longior videtur silex, latus sequitur. Fossam ambit quietè. Tamen in silice facilior existimatur opera. Est namque terra ex quodam argillæ genere glareæ mixta (Candidem vocant) propè inexpugnabilis. Cuneis eam ferreis aggrediuntur,& iisdem malleis, nihilque durius putant,nisi quod inter omnia auri fames durissima est. Peracto opere ceruices fornicum ab vltimo cædunt, dantque signum ruinæ. Eamque solus intelligit in cacumine montis eius peruigil. Hic voce ictuvè repentè operarios reuocari iubet,pariterque ipse deuolat. Mons fractus cadit à se se, longo fragore, qui concipi humana mente non possit, & flatu incredibili. Spectant victores ruinam naturæ,&c.* cuius verba transtulit Bern. Aldrete *lib.1. de orig. ling.Castell. cap.21.pag.133.* subdens, in Hispania hoc per Romanos maximè vsitatum fuisse, & quod licèt plures Hispanienses eo tempore bello perierint, plurimi tamen sub metallorum laboribus defecerunt, & exemplum harum nostrarum Indiarum adducit.

Diodor. † etiam Siculus multa de ærumnosa 37
hac occupatione commentus, *lib.6.c.9.*ita concludit: *Verùm cùm die ac nocte in labore perseuerent, multi ex nimio labore moriuntur, cùm nulla eis ab opere detur requies, aut laboris intermissio: sed verberibus ad continuum opus coacti,rarò diutius viuunt.*

Neque abest † Seneca *lib. 5. natur.quæst. c.5.* 38
Qui licèt hanc metallorum effossionem antiquam esse scribat, & veluti per manus à maioribus traditam, semper tamen eam,vt duram & immanem notat,his verbis:*Sæculum nostrum non novis vitiis, sed iam antiquitus traditis, laborat, nec nostra ætate primum auaritia, venas terrarum lapidūque rimata, tenebris malè abstrusa quæsiuit. Illi quoque maiores nostri, quos celebramus laudibus, quibus dissimiles quærimus nos esse, spe ducti, montes ceciderunt, & supra lucrum sub ruina steterunt. Ante Philippum Macedonem Reges fuere, qui pecuniam in altissimis vsque latebris sequerentur,& relicto spiritu libero in illos, se demitterent specus, in quos nullum noctium dierúmque perueniret discrimen, & à tergo lucem relinquerent. Quæ tanta spes fuit? quæ tanta necessitas hominem, ad sydera erectum, incuruauit, & defodit, & in fundum telluris intimæ mersit, vt erueret aurum, non minore periculo quærendum, quàm possidendum: propter hoc cuniculos egit, & circa prædam luculentam incertámque reptauit, oblitus dierum, oblitus naturæ melioris, à qua se auertit. Nulli ergo mortuo terra, tam grauis est, quàm istis, supra quos auaritia ingens terrarum pondus iniecit, quibus abstulit cœlum, quos in imo, vbi illud malum virus latitat, infodit. Illò descendere ausi sunt, vbi nouarum rerum positionem, terrarum pendentium habitus, ventósque per cæcum inane experirentur, & aquarum nulli fluentium horridos fontes, & altam perpetuamque noctem, deinde cùm ista fecerint, inferos metuunt.*

Et melius † Plautus in captiuis circa finem, hanc pœnam duriorem illis appellat,quæ in inferno vsitentur, sic inquiens:

Vidi ego multa sæpe picta, quæ sub Acheronte fierent
Cruciamenta: verumenimverò nullus adæquè est Acherons;
Atque vbi ego fui in lapidicinis, illic ibidem est locus,
Vbi labor, & lassitudo est omnis exigenda ex corpore:
Nam vbi illò adueni, quasi patriciis pueris, aut monedulæ,
Aut anates, aut coturnices dantur, quæ cùm lusitent.

Itidem

Itidem huc mihi aduenienti; vpupa, quæ me delectet data est.

Vbi Lambinus *vpupam* à Plauto, pro malleo accipi tradit, qui dabatur lapidicinas ingredientibus, ad secandos, & confringendos lapides.

Sed præstat † Cassiodori verba subiicere, qui
40 eximium hunc laborem ita graphicè pingit, *lib.9. var. epist.3. Cameris enim ingeniosa præsumptione reuolutis, talpinum animal imitantes, itinera fodiunt, quæ nullis ante patuerunt. Sic ambitio nihil relinquit absconditum, nec vbi interdum sustinere possit extremum. Intrant homines caligines profundas, viuunt sine superis, exsulant à Sole, dum sub terris compendia quærunt, nonnunquam lucis gaudia derelinquunt. Est aliquando illis ruina via sua, & reditus procurare nequeunt, qui pedibus suis semitas operosis manibus effecerunt. Sed quibus cautior ars, vita felicior est, intrant egentes, exeunt opulenti, sine furto diuitias rapiunt, optatis thesauris sine inuidia perfruuntur: & soli sunt hominum, qui absque vlla nundinatione pretia videntur adquirere. Mox enim, vt supernæ luci fuerint restituti, minuta quæque grauiora discernentibus aquis, à genitrice terra separant, ac fictilibus recondita, vasta fornace decoquunt, donec soluant vtiliter in liquorem.*

41 Hactenus † Cassiod. vltra quem, de eodem graui & periculoso metallorum labore, plura etiam omninò legenda tradit Petrarcha *de remed. vtr. fortunæ lib.1. dial.54. pag.199.* Mart. Delr. *in Adag. sacris, 2. par. adag.165. pag.138.* explicans illud *Prouerb.2. Quærere sicut pecuniam, & effodere sicut thesauros,* Simon Maiol. *in dieb. Canicul. 1.10. colloq.19. pag.426. & seqq.* Noster eruditiss. P. Ioan. Pineda *de reb. Salom. lib.4. cap.15.* & Nos infr. *cap. seq. n.9.* vbi ostendimus, hac de causa, hanc metallorum extractionem ferreæ ætati à Poëtis tribui, quasi ferrei roboris, & duri cordis esse videantur, qui hoc primum ausi, vt præter alios canit, aut veriùs plorat Annæus Seneca in Octauia, sic inquiens:

Sed in parentis viscera intrauit suæ
Durior ætas, eruit ferrum graue,
Aurúmque, &c.

Et vt alia omittam, silentio tamen præterire non possum locum alium Iosephi Acostæ *d. lib. 3. cap.18.* qui de nostris Indis, & argenti fodinis in specie pertractans, longè grauiùs in illis laborari, ac periclitari, quàm in antiquis, his verbis testatur: †
42 *Deinde compertum est in eo labore multos absumi, vel fatigatione fractos, vel discrimine extinctos. Horror est dicere, quæ mineralium, intra ipsa abditissimæ telluris viscera delitescentium, facies fit, quæ vorago, vt verè Tartarus ipse patere videatur. Neque ineptè Poëtæ olim, gazas apud Plutonem reconditas, fabulati sint. Chrysostomus homil.44. in Matth. sui temporis laborem hominum in extrahendo metallo miratur, narratque eloquenter, verùm illa omnia præ nostris fumus, & vmbra sunt. Perpetua atque horrenda nox, aër crassus & subterraneus, descensus prolixus, & perdifficilis, cum durissima rupe sæua contentio, statio periculosa, si vestigium nutet, actum est, humeris vectatio permolesta, per gradus obliquos, & malè hærentes ascensio, cæteraque etiam cogitatu grauia. Ad hæc cùm argenti venæ in præruptis plerumque, & inaccessis rupibus sitæ sint, terraque inhabitabili, vt curentur, à patria extorres veniunt, solum aëremque mutantes, facillimè valetudine afficiuntur.*

Quartò facit, † quòd si quidam Sybarita fo- 43
dientem sub aperto cœlo spectare non potuit, vt tradit Athenæus *lib.11. dymnosophist.* & ex eo Theatr. vitæ hum. *vol.2. lib.5. pag.421.* quanto magis horreret, si metallorum lubricos fossores aspiceret? Et † præsertim vbi argenti viui effo- 44
diendi labor est, cuius vel tenuissimus puluis dum excauatur, vel halitus, cum igne circumclusus, exhalatur, præsentem necem affert, vt inquit Ioseph. Acosta vbi sup. vel saltim morbum, qui intra breue tempus fossores, & fornacarios absumit, vt illi sciunt, qui planè vident, iuxta illud Plauti *in Truculent. actu 2. scena 6.* Hoc est, qui Huançauelicenses Peruani Regni, eiusdem argenti viui nobiles & dites fodinas, inspexerunt. In quibus † Ego ex anno 1616. vsque 1619. 45
Gubernatoris, & Visitatoris (vt vocant) munus exercui, & licèt pro illis reparandis, Indisque ibidem inseruientibus subleuandis & refouendis, plura prouiderim, vitámque sæpè in subterraneis illis specubus ac meandris inspiciendis, & disponendis, manifestissimis periculis exposuerim: fateri tamen cogor, parum profecisse, vt tanti laboris durities, ac periculum vitaretur, Indorúmque, qui ad illum compelluntur, internecionés omninò cessarent. Nam † vt bellum si- 46
ne sanguine, & multorum strage confici nequit, vt vulgari circumfertur adagio; ita hoc durum, & arduum ministerium, nisi multorum vitæ prodigantur, exerceri non poterit. Et † cùm aliis verum 47
sit illud Horatij *serm.1. satyr.9.*

Nihil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.

Tum maximè in rebus pulchris, & pretiosis certissimum est, quia, vt in diuersorum gnomis scribitur, & ex Platone, & aliis comprobat Aldus Manut. in Adagiis: *Difficilia quæ pulchra,* cui addo Plinium de herba Mali loquentem *lib. 25. cap.9,* ibi: *Ita quæ præclara sunt, non contingunt nisi magno negotio;* & *lib.8. cap.16.* ibi: *Leonis catuli informes nascuntur, vix ingrediuntur semestres: non mouentur nisi bimestres: ita quæ egregia futura sunt, sero proueniunt. & lentis actibus absoluuntur:* & Menandr. dicentem:

In infinitis pulchra fiunt laboribus:
Laborare necessè est volentibus fortunatos esse.

Et Claudian. in nuptiis Honorij:

Non quisquam fruitur veris odoribus
Hybleis latebris, nec spoliat fauos,
Si fronti caueat, si timeat rubos.
Armat spina rosas, mella legunt apes,
Herculem duri celebrant labores, &c.

Et quod † raritas res commendet text. *in cap. si* 48
officia 11. dist.58. latè Tiraq. *de nobilitat. cap. 37. n.22.* Greg. Lop. *in l.18. tit.13. par.2. glos. 4.* Mendoça *in 2. tom. Reg. cap.3. n.1.* ante eos Plin. *d. lib.8. cap.43. Asinæ per omnem gignunt vitam, cùm homo tam maturè desinat parere: ita facilior, & perpetuus prouentus rerum vilium; egregia rarò contingunt.*

Sed vt ad rem redeamus, † in eandem senten- 49
tiam scribit Mattheolus, relatus à Bisciol. *lib.16. horar. subsec. cap.7.* raros admodum fossores, & artifices argenti viui, tametsi robustissimo corporis temperamento, durare in opere ad quatuor vsque annos, quod noxius, & perniciosus est metalli

metalli halitus, totius corporis inferens tremorem, neruis debilitandis. Et Dioscorid. *lib.5. cap. 7. Potum* (inquit) *vim habere pestilentem, quod suo pondere exest intima.* Idemque Bisciola *eod.*
50 *lib. cap.4.* subiungit, † adeò argentum viuum in excauantium corpora, & ossa penetrare : *Vt reperiatur etiam in tumulis defunctorum, nam consumptis cadaueribus, exit purissimum : item intra medullas hominum, atque animalium, quæ cùm per os & nares eius vaporem intus admiserint, gelatur, & sic ossa penetrat.*

51 Plinius † quoque *d. lib.33. cap.6.* quem sequitur D. Isid. *lib.16. etymol. cap.18.* & Simon. Maiol. *1. tom. colloq. 10. pag.606.* inquit, quòd est venenum rerum omnium, exedit, ac perrumpit vasa, permanans tabe dira. Qua de causa in vasis tantùm testeis, siue pellibus animalium conseruari potest : nam ærea, ferrea, plumbea refugit, & corrumpit. Et hæc forrasse
52 ratio est, † cur Hieron. Cardan. in lib. de subtilitate, vt aurum nominauit Regem metallorum, ita argentum viuum tyrannum, licèt hoc irrideat Scaliger. *exercit.88.*

53 Addit etiam idem Plin. *eod. cap.6.* aliam causam, quæ vel sola sufficere posset ad laborem argẽti fodinarum, de quo agimus, refugiendum, nimirum odorem ex argenti fodinis inimicum esse omnibus animalibus, sed maximè canibus, quod de aliis antris recolit, Maiol. *d. 1. to. colloq. 15. de. Antris, pag.501.* & de pluribus fodinis, quæ siccæ fossoribus obsunt, quarumque aër venenatus homines necat, Theatr. vitæ humanæ *pa.4002. & 4083.*
54 Et generaliter quòd omnium metallorum loca aspera & tenuia esse oporteat, optimè obseruat Strab. *lib.3,* & ex eo Fr. Ioan. à Ponte *in conuen. vtriusq. Monarc. lib.3 c.28. pag.174.* & de montibus Hispaniæ, vbi aurum inuenitur, testatur Plin. *d. lib.3. cap.4.* inquiens, quòd sunt aridi, steriles, & in quibus nihil aliud gignatur, hoc tamen bono auri, coguntur esse fertiles.

Auget quoque eiusdem laboris duritiem, & simul miseram eorum conditionem ostendit, qui ad illum damnãtur, vel compelluntur, quòd in † his
55 fodinis, vbi magni, & profundi specus aperiuntur, subterranei multoties dæmones Fauni, & vitunculi mõtani, aliaque phantasmatũ spectra apparere solent, quæ grauiter laborantes infestant, quasi diuitias ibi latentes custodiant, & ægrè ferant superis referari. De quo multa relatu iucunda recensuit Georg. Agricola *in lib.10. de animant subterran. & de re metallica lib.6. pag.173. & 174.* Theatr. vitæ humanæ *vol.3. lib.6 1. pag.789.* Vierus *de præstigiis dæmon. lib.5.* Simon Maiol. *d. colloq. de metal. 29. pag.426.* aliàs *597. & 2. to. colloq.2. de vaticiniis, pag.182.* Cigogna *de Magia omnifaria lib.3. cap. vlt. pag.422. & seqq.* Matt. Delrius *in disquisit. Mag. 1. par, lib.2. q.12. in fin. & q.27. sect.2. vers. Sanè huc pertinet, & in d. Ad.g.165* vbi, hos dæmones metallicos nimis sæuos esse inquit D. Franc. Torreblanca, quem † ab studiis Salmanticensibus ob magnam & assiduam in ea propensionem plurimum diligo, *lib.2. de Magia cap.29. ex n.35. & 38.* & recolit nouis-
56 simè in libris de iure spirituali, quos, iudicio meo, meliùs de iure, siue cognitione spirituum indigitare posset, *lib.4. cap.8. sect 5. fol.113.* & P. Ioan. Pineda *de reb. gest. Salom. lib 4. c.22. n.20. pa.240.* aliàs *235.* vbi de Amodeo dæmone thesorum Præside tractat, & vide *infrà cap.17. nu.49.*

Quintò facit, quòd suprà dictarum considerationum vim non effugiet, qui dixerit, diuersum 57
esse statum, conditionem, siue rationem eorum, qui olim apud Romanos, in metallum damnari solebant, ab ea, qua hodie Indi per nostros eisdem metallis inseruire coguntur: cùm damnati (vt diximus) serui essent, & pro mortuis habiti, nihil sibi acquirere possent; Indi verò liberi maneant, & competenti mercede, siue salario remunerentur, & non in perpetuum, sed per vices, mutari, huic labori, non pœnæ, sed Reipublicæ causa, deseruiant. Nam adhuc, qui hanc negatiuam partem defendunt, considerare solent, † Indos ita compulsos, 58
magis nomine, quàm re ipsa liberos dici, cùm genus seruitutis sit coacta libertas, vt ait Quintil. relatus à Damhouder. *in prax. verb. Libertas,* & alienis commodis, & vtilitatibus insudantes, id quod sibi liber, facere nequeant, *§. libertas, & §. seruitus, Instit. de iur. person.* cum similibus. Et salario, quo donantur, tantus ac tam periculosus labor neutiquam compensetur, peiusque, & acerbius, quàm serui tractari, & accipi soleant, pro quibus domini, vt pro re pecuniaue sua diligenter inuigilant, quod pro Indis non faciunt, scientes, quòd etsi aliqui in labore deficiant, alij eorum loco sibi distribuendi sunt.

Quod damnum, † ea quæ prætexitur Indo- 59
rum vicissitudine, aut mutatione non euitatur, cùm iam ad paucos redacti, ferè nunquam quiescere permittantur, atque adeò grauius onus subeant, quèm in metallum damnati, † quorum 60
pœna decennium non excedebat, quamvis sine præfinitione temporis imposita esset, *l. damnum 12. l. in metallum 22. l. sine præfinit. 23. D. de pœnis. l. seruus sub pœna 20. C. eodem,* iunctis aliis, quæ ad eorum explicationem, & conciliationem cum *l. capitalium 28. §. Diuus, D. eodem,* vbi dicitur, quòd in opus metalli nemo ad tempus damnari debet, tradunt Baldus *cons.34. lib.1.* Cynus, Salicet. & alij *in dict. l. seruus,* Felinus *num.9.* & reliqui Scribentes communiter in cap. ex litteris, de constit. Aluar. Valasc. *de iure emphyt. q.1. n.13.* Duaren. *lib.1. disp.... cap.14.* Cuiac. *lib.6. obseru. cap.25. & 26.* & notatorum contra Robert. *sub nomine Mercatoris, cap.28.*

Indi verò † in perpetuum damnati videntur, 61
& quod magis est, non solùm in personis suis seruitium, aut supplicium extinguitur, sed indesinenter, veluti hæreditario iure, ad filios, nepotes, & posteros transit. Quod in damnatis † in metallum non contingebat, quorum pœ- 62
na, non tantùm morte, verùm & aduersa valetudine cessare iubebatur, *d. l. in metallum, D. de pœn.* cui conueniunt, quæ ad Trajan. Imper. scribit Plin. *lib.10. epist 40. & 41.* & tradita à Iacob. de Bellouisu *in prax. crim. lib.2. cap.11. n. 19.* & Duareno *vbi sup.* Ita vt meritò Indicum Saluiano dicere possint, quòd semper redimuntur (id est, per tot autem captiui manent, vt tetigi *supr. cap.4. num.43.* & cum Ieremia *cap.5. Lassis non dabatur requies, serui dominati sunt nostri; non sunt qui redimeret de manu eorum.* Aut, veriùs cum Mardochæo, Esther 7. *Traditi sumus, vt conteramur, iugulemur, & pereamus, atque vtinam in seruos & famulos venderemur, esset tolerabile malum.*

Vnde † & eosdem Indos dedititiorum etiam 63
conditione

conditione peiores appellare possumus. Qui licèt in vita serui essent, morientes tamen liberi manebant, & bona ac filios suos omninò liberos
64 relinquebant, † *l. vnica, C. de dedit. liber. toll. §. libertinorum, Inst. de libert. §. fin. Instit. de success. libert.* Gaius *lib. 1. instit. tit. 1.* Alciat. *in l. liberti, num. 2. D. de verb. signif. & lib. 1. parerg. cap. 16.* Tiraq. *in l. si vnquam, verb Liberti, num. penult. C. de reuocand. donat. & in notis ad Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 10.* Conan. *lib. 2. comment. cap. 6.* Costan. *lib. singul. quæst. iur. cap. 2.* Turneb. *lib. 7. aduersar. cap. 22.* Mercer. *lib. 1. opinion. cap. 11.* Ferand. *lib. 2. explicat. cap. 18.* Pet. Pithæus *lib. 2. successiuar. cap. 9.* Brissonius, Schordus, & alij *de verb. signif. verb. Dedititij*, & Hierony. Elenus *lib. 2. diatriuar. pag 72.*

Sextò considero, suprà dicta omnia, eò quidem grauiora, & magis dolenda videri, quòd qui ad metallum, vel triremes damnantur, propter scelera
65 sua patiuntur, † eorumque conscientia supplicij immanitatem quodammodo temperant, iuxta illud Ouid. *epist. 5.*

Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est,
Quæ venit iniustè pœna dolenda venit.

Claud. *in Cons. Manlij*:

Qui fruitur pœna, ferus est legúmque videtur
Vindictam præstare sibi, cum viscera felle
Canduerint, ardet stimulis, fertúrque nocendi
Prodigus, ignarus causæ.

Et Lucæ *cap. 23. vers. 41. Et nos quidem iustè, nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali*
66 *gessit.* At verò † Indi nullum delictum, vel peccatum admisisse reperiuntur, propter quod magis quàm alij homines huic labori mancipari debeant, quin potius mansuetudine, & humilitate sua, atque aliis obsequiis, semper de nobis benè meren-
67 tur. Vnde succedit regula iuris, † quæ docet, pœnam sine culpa esse non posse, *dict. l. capitalium. D. de pœn. l. aliud est fraus, D. de verbor. signif.* cum vulgatis.

Quibus non plenè satisfiet, si fortè dicamus,
68 pœnam † interdum etiam sine culpa irrogari, si aliqua iusta causa interuenerit, quæ id requirere videatur, quales eas esse diximus, quæ metallorum operationem extorquent, vtpote rem omninò Reipub. necessariam, arg. text. *in cap. sine culpa, de reg. iur. in 6.* ibi: *Sine culpa quis puniri non potest, nisi subsit causa*: & celebris Gloss. *in cap. agnoscentes, de const.* cum aliis, quæ notauimus *tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 32.* Nam hæc
69 limitatio, non solùm de iure Canonico, † quod semper pietatem præ oculis habet, *cap. cùm haberet, de eo qui duxit in matrim. cap. fin. de præscript.* Ancharr. *cons. 79. in princ.* Tusch. *litt. C. concl. 26. & litt. I. concl. 578.* & Seraph. *decis. 819. num. 8.* verùm ciuili etiam inspecto, ad pœnas corporis afflictiuas extendi non potest, præsertim si graues, & capitales sint, vt in damnatione in metallum contingit, iuxta ea, quæ suprà fusè probauimus. Tales enim pœnæ, etiam si causa vrgentissima subsit, imponi non possunt, si culpa deficiat, quia aliàs iniustæ & crudeles repu-
70 tarentur, † cùm nemo debeat aliorum odio, vel occasione prægrauari, *l. crimen paternum, D. de pœnis, l. sancimus, C. eod. l. 1. C. ne filius pro patre, & ne vxor pro marito*, cum similib. Gloss. celebris *in summ. 1. q. 4.*
71 Et solùm procedit † quo ad alias pœnas ciuiles, puta priuationem honorum, bonorum, aut successionis, vt in crimine læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ videmus, respectu filiorum, qui his pœnis affici solent, quamvis paterni sceleris conscij non fuerint, propter varias, & iustas causas, quas considerat text. *in cap. cùm secundùm leges, de hæret. lib. 6. & in l. quisquis, §. filij verò, C. ad leg. Iul. maiest.* iunctis aliis, quæ adduxit Tiraq. *in l. si vnquam, verb. Donatione largitus, n. 333.* latè & optimè Petr. Faber *lib. 3. semest. cap. 8.* Couarr. *lib. 2. variar. cap. 8. per tot.* Simancas *in Cathol. instit. tit. 9.* Petr. Greg. *lib. 35. syntagm. cap. 1. n. 25. & seqq.* & nouissimè Radulph. Forner. *lib. 3. rer. quotid. cap. 17.* & Nos *in tract. de crim. parricid. lib. 2. cap 10. pag. 156.*

Neque † obstat, quòd Arcadius & Hono- 72
rius Impp. *in d. §. filiis*, se illis vitam Imperatoria specialiter lenitate concedere, scribant, quibus verbis supponere videntur, iuris rigore inspecto, iustè quoque eos morti affici potuisse. Nam vt omittam opinionem Ioan. Ignei, *in l. vlt. D. ad Syllanian.* & Budei *in l. 1. D. ad leg. Iul. maiest.* qui putant, illam legem, vt iniquam, esse correctam per *d. l. sancimus*, & Corras. *in l. qui liberos, D. de ritu nupt. n. 62.* & Ioan. Mercerij *lib. 2 opin. cap. 14.* qui rationes Imperatorum iniustas, & minus sufficientes appellant. Inuenio quidem Fr. Alfons. à Castro *lib. 2. de iusta hæret. punit. cap. 2. in fin. vers. Hactenus Augustinus*, scriptum reliquisse, se meritò mirari, quòd tanti Impp. illud dicere veriti non fuerint.

Et de eadem re † sermonem habens Par. Ga- 73
br. Vazquez *in 1. 2. q. 83. cap. 3. in fin.* ausus est affirmare, stultè id ab Impp. dictum fuisse. Quod licèt liberè, & inurbanè effusum videatur, cùm Augustos illos ita sugillare non deceat, qui Christianissimi Impp. Theodosij liberi fuerunt, ac ipsi per se prudentissimi, & Religionis Christianæ ardentissimi vindices, ac D. Ambrosij lacte innutriti, cui eos parens optimus commendauit. Adhuc tamen prædicta verba demonstrant, quàm certum semper, à doctis quibusque Auctoribus indicetur, quod diximus, neminem scilicet sine culpa, etiam si adsit causa, duris & corporalibus pœnis iustè affligi posse.

Et † quod Impp. vbi lenitati, & misericordiæ 74
suæ, vitæ indulgentiam attribuunt, ita congruè, & nouè explicari potest, vt non eò tendat, vt sentiant, de rigore iustitiæ, si vellent, in liberos proditorum mortis etiam supplicium exercere potuisse, sed quòd impropriè, & largo modo, sibi benignitatis hoc in casu gloriam vsurpent, eo sensu, quo sæpè Principes, pios, & benignos vocare solemus, vel ob id tantùm, quòd maiorum, aut similium tyrannidem, & crudelitatem nō exerceāt, licèt id non solùm de æquitate, sed de iustitiæ rigore facere tenerentur. Pietatis, † vel æqui- 75
tatis nomen actioni iustitiæ tribuentes, ob comparationē alienæ tyrannidis, vel immanitatis, vt in simili Cicero, duram illam, & crudelem gladiatorū concertationem, quæ tanquam cruenta & inhumana meritò prohibetur, *in l. 1. C. de gladiat. lib. 11.* æquitatis nomine decorauit *in orat. in Pison.* his verbis: *Quo quidem in spectaculo mira Reip. æquitas erat, vter eorum periisset tanquàm lanista.*

Et † eodem fortè sensu, idem Cicer. in orat. pro 76
Cœcina, Aquilium Gallum hoc nomine laudat, quòd iuris ciuilis rationem ab nunquam æquitate seiunxi

ſeiunxiſſet, & Sen. *lib.2. controu.5.* in æquitatis tractationem cadere inquit etiam, quæ iuris ſunt. Nam ſæpè æquum ſumitur pro iuſto, quaſi in neutram partem pendeat, ſed æqualiter vni, ac alteri faueat, cui opponitur iniquum, *l. diem proferre, §. ſtari 2. de arbitris*, cum traditis à Rebuff. *in l. bonorum 49. verſ. Æquè, D. de verb. ſignif.*

77 Septimò facit, † quòd ſi ſeruitium perſonale, quod ij, quibus Indi commendati erant, cœperant introducere, illorum opera, & labore tributi nomine vtentes, meritò tanquam durum & aſperum damnari probauimus *ſup. hoc libr. cap. 1.* & in illud ita grauibus verbis inuehitur F. Mich. ab Agia *d. reſponſ. de ſeruit. perſon. pag. 8. & 24.* Mirum videtur, quòd ab eodem, vel ab aliis probari poſſit metallorum coacta operatio, cùm illud ſeruitium per ſe omninò iniuſtum non eſſet, licèt ratione exceſſuum, qui à Patronis, ſiue Commendatariis Indorum fiebant, durum redderetur, & iuſtè prohibitum fuerit. Hoc autem quod metallis impenditur, & in ſe iniuſtum ſit, vtpotè ſeruis dumtaxat, vel facinoroſis hominibus dignum, & ſiue eius duritiem, ſiue exceſſuum timorem conſideremus, longè quidem acerbiùs, & periculoſiùs.

78 Nam † cùm opus ipſum, quod exercendum eſt, ita arduum, & laborioſum ſit, impoſſibile eſſe videtur, vt in illo Indi benè accipiantur, & ab Hiſpanis, qui rem metallicam curant, vulgò *Mineros*, ac præcipuè ab eorum adminiſtris, multis non iniuriis, pugnis, flagris, & verberibus afficiantur. Alioqui tam duro labori ſegnius, quàm oportebat, intenderent, niſi maiorum tormentorum, quæ ab illis comminantur, cruciatum formidarent, vt in illis contingit, qui ad triremes damnantur, quorum laborem hac de cauſa operoſum, & deſperatum appellat Caſſiod. *lib. 4. epiſt. 25.* cuius verba retulimus *ſup. num 20.*

79 Et de ſeruis, qui olim † ad effoſſionem metallorum in Pyrenæis montibus cogebantur, multum in noſtris terminis ſcripſit Ioan. Gerund. *in Paralipom. rerum Hiſpaniæ lib. 1.* his verbis: *Serui qui ad metalla Pyrenæorum montium olim deputati erant, incredibilem quæſtum afferebant dominis. Die noctúque in labore perſeuerantium multi ex nimio labore moriebantur, cùm vix vlla eis ab opere daretur requies, ſed verberibus ad continuum opus cogerentur. Quidam tamen robuſtiori corpore, ac animi vigore plurimum temporis in ea verſabantur calamitate, quibus mors vita erat optabilior.*

80 Cui ſanè damno, † nunquam ſatis iri obuiam potuit, licèt multæ, & ſeueriſſimæ leges quotidie in fauorem Indorum edantur; nam cùm in ſolitariis, & ſubterraneis, vt plurimum locis hæc delicta contingant, ſuccedit illud Iuuenal. *ſatyr. 13.*

81 *Tam † facilè, & pronum eſt ſuperos cotemnere teſtes,*
Si mortalis idem nemò neſciat.

Et Prudentij *lib. 2.*
Nec formido malum, falluntur publica iura
Lex armata ſedet, ſed neſcit crimen opertum.

82 Præſertim † in hoc hominum genus, de quibus dicere poſſumus, quod alter Poëta:
Ius, & iura negant homines, & numina fallunt,
Nec Iouis Imperium, nec Phlegetonta timent.

Lucro quippè, & diuitiis intenti, omnia ſpernunt, & veram efficiunt illam ſententiam Leon. Papæ *epiſt. 9.* relatam *in capit. verùm, 25. diſt. Mens † pecuniæ auida, nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſſis, nec pietati adhibere conſenſum.* 83 Cui etiam conuenit † illud Salluſt. 84 in Catilin. tranſcriptum ab Agellio *lib. 3. noct. Attic. cap. 1.* & Maiolo *in dieb. Canicul. 1. tom. colloq. 19. pag. 430.* dum dixit: *Auaritia pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſapiens concupiuit, ea, quaſi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effœminat, ſemper infinita, & inſatiabilis, & neque copia, neque inopia minuitur.* Et elegans locus D. Chryſoſt. *homil. 44. in Matth.* quem refert Ant. Mornat. in notis omiſſis *ad l. 1. §. cùm Patronus, D. de offic. Præfect. vrb. pag. 1072.* vbi hanc † metallorum pœnam in eo maximè acerbiorem notat: 85 *Quòd metallarij, ſeu metallorum foſſores traduntur acerbis immanibuſque hominibus, & nullum familiarium, amicorumvè vident, ſed eos ſolos, qui metallis præfecti ſint.*

Quæ aſperitas † non ita grauis in patronis 86 reſpectu ſeruitij perſonalis Indorum, quos ſibi commendatos habent, timeri poteſt, cùm ius tributorum, quod ab illis percipiunt, in eorundem perſonis corporibuſque conſiſtat, ipſiſque deficientibus, extinguatur, arg. text. *in princip. Inſtit. de vſufr.* vnde credendi non ſunt, vſquequaque illorum curam, ac ſalutem negligere, præſertim cùm ſub hac lege, & iuramento eos in feudum recipiant, arg. *l. cùm de indebito, D. de probation. & l. milites, §. vlt. in fin. D. de re milit.* ibi: *Ne videatur pater ad ſupplicium filium obtuliſſe*, vbi gloſſa hoc addit: *Non eſt veroſimile patrem velle mori filium.* Quod ſecus in mineralium dominis accidit, cùm hi, de præſenti dumtaxat lucro ſatagentes, Indos vſque ad internecionem vexare ſoleant, in quibus nullum peculiare ius obtinent, quin potius illis extinctis aliorum (vt diximus) diſtributionem ſperent. Vnde † ſuccedit illud D. Chryſoſt. 87 *homil. 59. in Ioan. Hæc enim inter paſtorem, & mercenarium eſt differentia, alter propriæ, contemptis ouibus, alter ſua contempta, ouium ſemper ſaluti inuigilat.*

Et prætereà, † qui ſeruitium perſonale ſuis 88 commendatoribus præſtant, non longè à ſuis domibus, & municipiis abducuntur, ſed imò in eis manentes, penſum exſoluunt. Qui verò ad metalla aſſignantur, ex longinquis, ac diuerſi ferè ſemper temperamenti regionibus, propriis relictis laribus, ad alias frigidiſſimas, & inhabitabiles deferuntur. Quod † du- 89 riſſimum, & nocentiſſimum eſſe ſatis probauimus *ſupr. cap. 5. num. 61. & ſeqq.* & Indi ipſi ita grauiter ſentiunt, vt ſæpè, quaſi ad mortem ducantur, vltimum vale ſuis vxoribus, liberis, & amicis pronuncient. Quod vel ſolùm ſufficiens eſſe videtur, vt maior huius metallici operis, quàm ſeruitij perſonalis durities, & iniuſtitia eſſe cenſeatur.

Octauò † aliud argumentum deſumi po- 90 teſt ex iis, quæ *ſupr. cap. 11.* cum eodem Agia, & aliis, de prohibita, & meritò multis ſchedulis tolli, ac puniri iuſſa Indorum oneratione, congeſſimus. Nam ſi hoc ita graue, & iniuſtum ſemper iudicatum fuit, non ſatis conſtare poteſt, quomodo aliis legibus, vel prudentis alicuius viri auctoritate defendi poſſit durior hic, & aſperior labor, qui eiſdem Indis

dis in effossione, & operatione metallorum infligitur. Nam Indos onerari, onustósque incedere, per se quidem neque iniustum est, neque eis valdè perniciosum, aut nouum, cùm ab antiquissimis annis tempore Incarum, ita assuefacti fuerint, & hodie quoque se suis ipsi sarcinulis onerent, vt cum Ioseph. Acosta perpendimus *d.cap.*11. *num.*36. At verò eosdem Indos, longis itineribus veluti captos, & compeditos ad fodinas adigere, & ibi intra profundos terræ specus, sub perpetua nocte laborantes includere, hoc non potest non durum & iniustum
91 censeri: cùm † in tali opera præter alia damna,& pericula,quæ suprà retulimus, istud quoque corporale onus,quod tantoperè ab illis auferri curatur,supra modum immineat. Nam à suis domibus excedentes,necesse est, vt friuola sua,tristémque supellectilem suis humeris, vel arietibus portent,& frequenter vxores,ac liberos,necnon etiam annonam,siue cibaria,quibus se,& suos alere possint,interim dum in metallorum labore persistunt,cùm in locis vbi metalla generantur,nihil de victualibus reperiatur,quod maximo pretio non constet.

92 Postquàm verò † effossioni, & extractioni metallorum incumbunt, satis liquet ipsorũ humeris metalla vectari,& quidem non per aperta & consueta itinera,vbi purum spiritum haurire possint, & vbi libitum fuerit onus deponere, paulatimque requiescere, sed per subterranea loca cœli prorsus luce & aëre fermè carentia, per Dædaleos anfractus,ac labyrinthos,per scalas & ascensiones obliquas,ac malè constantes, in quibus non minus manibus quàm pedibus gradiendum est,onere interim saxorum metallicorum à tergo pendente,& pondere suo in præcipitium (quod sæpè contingit) miseri baiuli connitente. Qui vbi illæsus exierit, & veluti ex inferis ad superos remeauerit, non tamen ideò miserabilem illam sarcinam ponit,sed per rupes præruptas,& loca nimis frigida,atque saxosa ad domum vsque, vel officinam Minerarij deferre compellitur, quamvis multæ schedulæ iubeant, vt id terræ ouibus deuehatur. Quæ omnia ne-
93 cesse † est tanquam duriora, & grauiora, vitari debere dicamus, si commune pondus ab Indorum humeris tot ac tantis legibus & rationibus remouemus, argum. text. in cap. licèt vniuersis,vbi Gloss. *de testib. l. quicunque, in fine, C.de fide instrum. & iure hastæ fiscalis,lib.*10. & eorum, quæ de vi argumentationis à maiori ad minus, siue à paritate,aut maioritate rationis, latè & eruditè tradit Euerard, *in loco à maiori, pag.*111. & Aluar. Velasco *in axiom. iur. litt. A.num.*464.

94 Sed nec † omittenda sunt verba Simoni Maioli, quæ ad durum hoc & graue onus, de quo loquimur, respicere videntur *d. colloq.*19. *pag.* 596. dum scribit: *Terra è fodinis eruitur magno labore, sed maiore periculo: nam quid aliud sibi fodiunt ij operarij, qui in id laborant, quàm euidentissimum profundissimumque sepulcrum, aditum sibi parantes auri fossione, vt subterraneis meatibus ad inferos properent, facilius per aurum transeuntes, id enim est manifestissimum in Septentrionali plaga, in qua adeò sunt ingentes, in longumque porrectæ metallorum fodinæ ad lucrum tantùm excauatæ, sinuosissimis latebris, vt in iis plurimi fame tabéque moriantur, velut labyrintho inextricabili occlusi, sed & lapsu è sublimi quandoque ruunt, atque inde extrahi nullâ ratione possunt, immensam ob profunditatem, tametsi præ maximis clamoribus lamentari exaudiantur, Olaus lib.*6.*cap.*5.

Nonò facit † multis quoque Regiis schedulis cautum esse, ne Indi vllo pacto in harum prouinciarum, & insularum mari, conchiliis margaritarum legendis, & extrahendis distribuantur, vulgò, *Para pesqueria de perlas.* Licèt earum pretium & olim, & hodie maximum fuisse, & esse sciamus, & pluris quàm metalla æstimari, vt constat ex his, quæ tradit Plinius *libr.* 9. *capit.* 35. ibi: *Principium ergo culmenque omnium rerum pretij margaritæ tenent*, Macrob. *libr. Saturn. capit.* 17. Solino *in Polysth. cap.* 54. Simon Maiol. 1. *tom. colloq.* 18. *de lapidib. pag.* 578. & *seqq.* Ioseph Acosta *in histor. Ind. lib.*4. *cap.*15. & Garcilassus Inca *in suis comment.* 1.*par. lib.*8. *cap.* 23. 95 96

De qua prohibitione † plures extant Regum nostrorum constitutiones, id semel, ac bis, ac tertiò imperantes & agentes, vt refert Ioseph. Acosta *d. cap.* 18. *pag.* 351. & patet *ex* 3. *tom. impress. pag.* 362. *cum seqq.* quæ denuò obseruari iubentur per Philipp. III. *in schedul. ann.* 1601. *capit.* 11. vbi deciditur, vt per Æthiopes hæc piscatio, vt hodie fit, peragatur; Indi verò nullo modo ad eam compellantur. Et idem disponitur *in alia schedul. ann.* 1609. §. 25. vbi idem strictiùs cauetur, etiam si Indi se voluntariè huic labori subiiciant, ea addita ratione, quòd experientia comparatum sit quantum hic labor eorum saluti præiudicet, & officiat. Quod meliùs etiam, & piùs, & ad rem, de qua agimus congruentiùs expressum fuerat in alia ordinatione anni 1542. ibi: *Item, porque se nos ha hecho relacion, que de la pesqueria de las perlas, por auerse hecho sin la buena orden que conuenia, se han seguido muertes de muchos Indios y negros: mandamos, que ningun Indio libre sea lleuado à la dicha pesqueria contra su voluntad, so pena de muerte. Y que el Obispo, y el Iuez que fuere à Veneçuela ordenen lo que les pareciere para que los esclauos, que andan en la dicha pesqueria, assi Indios, como negros, se conseruen, y cessen las muertes: y si les pareciere, que no se les puede escusar à los dichos Indios y negros el peligro de muerte, cesse la pesqueria; porque estimamos en mucho mas, como es razon, la conseruacion de sus vidas, que el interesse que nos puede venir de las perlas, &c.* 97

Quam prohibitionem † multum laudat & extollit Agia *d. respons. pag.* 55. Ea nimirum ratione, quòd opus illud nimis laboriosum, & asperum esset, & Indorum, qui in eo occupantur, saluti contrarium, propter conclusæ respirationis periculum, quod, quàm graue & nociuum sit, optimè tractat Galenus *libr.* 6. *de vsu partium*, *cap.* 8. & *libr.* 6. *de morb. vulg. com.* 2. & propter alia damna, quæ in vnionibus à profundo quærendis, & educendis, Indis vrinatoribus resultabant, De quibus ita oculatus testis scribit Acosta *vbi supr. In oppido Rio de la Hacha vocato, cùm essem, comperi duram Indorum seruitutem; extrahendis conchiliis, summo mane in ratem imponebantur, in pelagus descendebant, magnæ sæpe profunditatis, vbi integrum penè* 98

hora

horæ dimidium halitu compresso, vrinatorum more, conchilia, ostreáque conquirerent, immenso labore, summo periculo, cibus semper parcissimus: commercium omne interdictum; custodia omnibus nocturna communis: vitæ ratio molesta, ac liberis hominibus prorsus aduersa.

99 Quæ cùm ita se habeant, † pari etiam, aut maiori ratione, ad eundem modum sisti, & prohiberi debere similes & maiores metallorum effodiendorum ærumnas; multis videtur, vt refert idem Acosta *pag.351.* post Plin. *lib.33. c.4.* relatum *sup.n.36.* ibi: *Vt iam minus temerarium videatur è profundo maris petere margaritas, tantò nocentiores fecimus terras.* Nam in mineralibus etiam dura seruitus inuenitur, obscura profunditas, respirationis defectus, victus exilis & tenuis, & labor quidem molestior, ac diuturnior. Tum verò exitiale periculum, cum cœli mutatione, laboris molestia, rei ipsius discrimine impendere videatur interitus.

Quapropter non incongruè vltra alia, quæ de huius seruitij immanitate sup. ex n. 36. tradidimus, paucis mutatis ei applicare possumus,
100 † quod de carceratis scribunt Impp. *in l. omnes 23. C. de pœn.* ibi: *Sit satis immensorum cruciatuum semel luisse supplicia, ne ij, qui diu priuati sunt auræ communis haustu, & lucis aspectu, non intra breue spatium exilij pœnam sustinere, iterum compellantur.*
101 Et elegantiùs † Cassiodor. *lib.11. var. epist.40. in formula indulg.* ibi: *Carcer est cella gemituum, tristitiæ domus, apud superos Plutonis hospitium, locus perpetua nocte cæcatus, in quo non vnum tormentum sustinet reus, qui ante quàm incurrat necis exitus à supernis probatur abscissus. Primum pedor ille, collega catenarum abominabili mœrore discrutiat, auditum alieni gemitus, & lamenta conturbant, gustum ieiunia longa debilitant, tactum pondera prementia defatigant; lumina diutiùs tenebris obtusa, torpescunt. Non est vnum clausis exitium, multifaria morte perimitur, qui carceris squallore torquetur.* Quibus alia adiunxi *in meo tract. de crim. partic. lib.1. cap.23.* Et nunc addo D. Valençuelam *in monit. contra Venetos, 3. par. num. 214. & seqq.* vbi probat, Carceris † pœnam, damna-
102 tioni in metallum, & morti æquiparari, & seruitutis speciem dici, post Innocent. *in cap. qualiter, el 2. de accusat.* quem refert, & sequitur Roland. à Valle *cons.2. n.53 vol.1. & cons.57. n.40. & seqq. vol.3.* Ascanius Clement. *in tract. de patr. potest. cap. vlt. n.33.* Conrad. Brunus *de hæret. cap.12. num.6.* Simancas *eod. tract. tit.16. nu.15.* & Matienz. *in l.... tit.4. lib.5. Recop. gloss.3. num. 7.*

103 Decimo considero, † quòd illa eadem ratio, quam contrariæ partis assertores, vt potissimam expendere solent, ad metallorum laborem Indis miseris iniungendum, nempè, quod aliter ipsorum, & Hispanorum Respublica, quæ iam vnita, & commixta esse cœpit, his in prouinciis durare non poterit, & spiritualis simul eorundem Indorum disciplina, & alimonia deficiet, cuius conseruatio modis omnibus curari & promoueri debet. Hæc, inquã, ratio potest aduersus eos facilè retorqueri. Nam si Indi, vt experientia demonstrat, huius laboris occasione, ita notabiliter, ac celeriter pereunt, & diminuuntur, neutra Respublica breui tempore cõsistere poterit, quæ diuersis hisce membris cõpacta, non minus manuum ac pedum, quàm reliquarum partium conseruationem desiderat. Planè enim Nabuchodonosoris statua, quæ ex auro, argento, atque ære constructa, testaceis pedibus nitebatur (quibus, quidam Indos similes faciunt) simul atque illi confracti sunt, tota dilapsa, & in puluerem redacta fuit, vt habetur Daniel. 2. & in nostris terminis aduertit P. Ioã. de Silua Franciscanus in Memoriali, quod pro hoc seruitio tollendo Regi nostro dicauit ann. 1621. cuius copiam nunc nactus sum, cùm iam hæc prælo tradere destinarem.

Vnde Politici dicere solent, † Reges super 104
omnia, subditorum saluti, & incolumitati consulere debere, quia illis deficientibus, diuitiæ, & imperia ipsorum Principium durare non possunt, vt constat *ex l.1. D. solut. matrim. l.2. C. de indict. vid.* ibi: *Augeri enim magis nostram Rempublicam, & multis hominibus legitimè progenitis frequentari, quàm impiis periuriis affici volumus*, cum aliis, quæ adducit Ræuard. *ad leg. 12. Tabul. cap.9. & lib.2. coniect. cap.10.* & Mag. Marquez *in Gubernatore Christ. lib.1. cap. 16. pag.94.* Alph. Carrança *in disp. de partu cap.2. §.4, num.1. & seqq.* & Scipio Ammirat. *in discurs. Polit. ad Tacit. pag. 264.* & multum in nostris terminis † *cap. 40. nouarum legum* 105
ann.1542. Quod de Indis Hispaniolæ, & aliarum adiacentium sermonem habens; qui præ nimio labore consumi dicebantur, expresè iubet: *Que los dexen holgar, y no se siruan de llos, ni paguen tributo, para que multipliquen.* Sic nimirum pluris (vt oportuit) eorum augmentum, quàm temporalia, quæcunque lucra considerans, vt aliàs dicitur *in l. vnica, C. vt iud. sine quoque suffrag. in princ.* & in aliis iuribus, quæ *infrà cap. seq. ex n.48.* trademus. Quibus valdè in nostris terminis addo † piam pondera- 106
tionem doctissimi nostri Greg. Lopez *in l. 17. tit.23. par. 2. verb. Con las cargas,* qui text. illum expendens, quatenus iubet, ne milites dum expeditiones faciunt, *Cansen las bestias con las cargas, porque mueren muchas de ellas, ò se dañan, que es cosa que se torna en gran menoscabo de la hueste,* sic subdit: *Si ista lex ita diligenter prouidet, ne bestiæ seu iumenta moriantur, quanto magis debet esse curæ in partibus Indiarum maris Oceani, ne ipsi homines Indi illarum partium incolæ, & naturales, qui vt asini onerantur, ita seruentur, ne moriantur;* quod etiam multum conducit ad ea, quæ de Indis non onerandis dixi *suprà cap.11. per tot.*

Ipsa quoque † Fidei plantatio, & propaga- 107
tio, vel deficiet sanè, vel parum progredi poterit operoso hoc metallorum labore durante. Quomodo enim isti nouæ plantationis palmites, suaui mansuetudinis imbre irrigari poterunt, & in Catholica Fide proficere, si ab iis à quibus annuntiatur, & suadetur, videant se ad tam durum opus compelli, & absque vlla requie, vel intermissione vexari, contra id quod ipse Christus Dominus *Matth. 11. in fine* in eum credentibus pollicetur: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris, iugum enim meum suaue est & onus meum leue.*

Et cùm † nos illis dicere debeamus, gusta- 108
te, & videte quoniam suauis est Dominus, Beatus vir qui sperat in eo, *Psalm. 33. vers. 9. 1. Petr.*

Petr.2.in princip. Ipſi contra, nihil ſe ſuaue vi-
diſſe, aut expertos fuiſſe, dicere poſſint. Imò
neque Fidei meditationi & contemplationi va-
care ſinantur, quæ vt radices agat, id ſummo-
pere exigit, iuxta illud *Pſalm 45. Vacate & vi-
dete, quoniam ego ſum Deus*: iuncta interpre-
tatione D.Auguſtin. *in Pſalm.70. fol.*310. *col.*2.
tom. 8. & pluribus aliis, quæ Nos circa hoc
idem intentum latè congeſſimus, 1.*tom. libr.* 3.
109 *cap.vltim.num.*5.*cum ſeqq.* Maximè cum † (teſte
Quintil. *declam.* 13.) ex aſſiduitate laborum
naſcatur animi hebetatio quædam, & languor,
& labor, & languor naturam debilitent, *cap.ni-
hil* 7. *q.*1.

110 Et prætereà, † quamvis metallorum effoſ-
ſionem, & beneficium, in commune totius Re-
gni bonum tendere concedamus, ſi tamen vtra-
que (vt dicitur) Reſpublica iuncta & coag-
mentata eſt, & vnum corpus conſtituit, nulla
quidem iuſta, vel ſufficiens ratio reddi poſſe vi-
detur, ob quam totum pondus infirmis Indo-
rum humeris relinquatur, ipſique contra liber-
tatem, & voluntatem ſuam alieno lucro ſerui-
re cogantur, cum tanto ſuo incommodo, patria
ſæpè liberiſque deſertis. Hiſpani autem, quo-
rum præcipuè vtilitas, vel cupiditas agitur, qui-
que inter Indos eo titulo, veluti hoſpites, & ad-
uenæ dègimus, vt eorum bono, & temporali, ac
ſpirituali ſaluti conſulamus, inertes, & otioſi
vitam agamus, nullis laboribus, nulliſque peri-
culis, vel vnum digitum admouentes, contra id,
quod Chriſtus Dominus, Matth.*cap.*23. Phari-
ſæis increpaſſe narratur, dum dixit: *Alligant
autem onera grauia, & importabilia, & impo-
nunt in humeros hominum, digito autem ſuo no-
lunt ea mouere.*

111 Planè † D. Paul. longè aliam viam ſequu-
tus videtur, cùm 1. *Corinth.* 4. ſe laboraſſe di-
cat, ſuiſque manibus operatum; idemque eni-
xius repetat, & aliis fidelibus conſulat, 1.*Theſ-
ſalon.* 2. & 4. & 2. 3. ſic inquiens: *Memores
enim facti eſtis, fratres, laboris noſtri, & fatiga-
tionis, nocte, ac die operantes, ne quem veſtrum
grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium
Dei. Rogamus autem vos, fratres, vt abunde-
tis magis, & operam detis, vt quieti ſitis, & vt
veſtrum negotium agatis, & operamini manibus
veſtris, ſicut præcepimus vobis, & vt honeſtè am-
buletis ad eos, qui foris ſunt; & nullius aliquid
deſideretis. Ipſi enim ſcitis quemadmodum opor-
teat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus
inter vos, neque gratis panem manducauimus ab
aliquo, ſed in labore, & fatigatione, die, ac
nocte operantes, ne quem veſtrum grauaremus,
&c.* Et *Act.* 20. *Argentum, & aurum, aut
veſtem nullius concupiui, ſed ipſi ſcitis, quo-
niam ad ea, quæ mihi opus erant, & iis, qui me-
cum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ; omnia oſten-
di vobis, quoniam ſic laborantes oportet ſuſcipe-
re infirmos. ac meminiſſe verbi Domini Ieſu, quo-
niam ipſe dixit: Beatius eſt magis dare, quàm ac-
cipere.*

112 Ob quam, vel ſimilem certè rationem, vſu-
ræ omni iure prohibitæ ſunt, & duræ, atque
iniuſtæ cenſentur, eò quòd ſub illis mutuans,
cum damno proximi, ipſe otioſus exiſtens, cu-
pidè lucrum expectat. Vnde Ariſtot. *libr.* 4.
Ethic. cap. 1. *ad finem*, & 1. *Polit. cap.* 6. & 7.
quem referunt Innoc. Bald. & alij *in Rubr. de
vſur.* Ioann. Bapt. Gemin. *in pract. eodem tit.*
§. 5. *num.* 1. & Conrad. *de contract. q.* 22. *con-
cluſ.* 2. vſuram turpe lucrum, turpem quæſtum
appellat, ac fœneratores pares eſſe cenſet latro-
nibus, leonibus, depopulatoribus, & tyrannis
Et D.Chryſoſtom. *homil.*38. *ſup. Matth.cap.*21.
*col.*2. *poſt med.* & *homil.* 57. *cap.*16. & 17. ſic in-
quit: *Super omnes mercatores plus maledictus eſt
vſurarius, quid enim irrationabilius inueniri po-
teſt, quàm vt ſine agro, & pluuia, & aratro
ſeminare contendas. Has ob res omnes, qui hanc
peſtiferam agriculturam adinuenerunt, zizania
metunt, quæ igni æterno tradentur.* Cicero quo-
que *libr.* 2. *off. in fine*, dare ad vſuras, idem
eſſe cenſuit, atque hominem occidere. Et lo-
quens de † cenſibus, ſiue annuis reditibus, qui 113
apud nos permittuntur & vſitantur, & quòd
eorum introductio, agriculturam perdiderit,
& homines ignauos & otioſos effecerit, pru-
denter & eleganter noſter Matth. Lopez Bra-
uo *in aureo libello de Rege & regendi ratione, lib.*
3. *fol.* 19. & *ſeqq.* vbi concludit, Cenſum eſſe
vſura deteriorem. *Plures enim, & lethalius in-
ficiens, magis in dies negotia minuit, & otia auget.
Communis inde ignauia, inde luxus, villarum de-
populatio, & euerſio*; quem refert & ſequitur
Nauaretus *in ſuis doctis diſcurſ. polit. diſcurſ.* 39.
*pag.*270.

Quod † veriùs & propriùs de hac metallo- 114
rum negotiatione, quæ inter Indos & Hiſpanos
peragitur, dicere potuiſſent, cùm Indi ad me-
talla coacti, non in bonis tantùm, verùm & in
perſonis periclitentur; & vſuræ, ac cenſus, li-
cèt non ex corpore pecuniæ debeantur, quia
pecunia pecuniam non parit, ex noua tamen
obligatione, & conſenſu promittentis, qualem-
qualem acquiſitionis titulum præbeant, vt in-
quit I.C. *in l.vſura* 121. *D.de verb.ſignif.* Quod in
his fodinis non reperitur, cùm Indi † ad eas 115
inuiti ducantur, & ſalarium, quod accipiunt, vix
minimæ parti laboris, quem impendunt, reſpon-
deat. Quem † ſi Minerarij pro merito ſolue- 116
rent, parum aut nihil lucri perciperent, vt in il-
lis accidit, qui Indos voluntarios mèrcede priùs
pacta conducunt.

Quò fit, † vt dicere poſſimus, has totas diui- 117
tias, quas illi ex fodinis deducunt, & otiosè vi-
uentes, vanè, turpiter, prodigalitérque profun-
dunt, ex coacto & fraudato Indorum labore, ac
ſudore procedere, duplici † ſic profectò iniqui- 118
tate peccantes, & quòd aliena diripiunt, & quòd
iis in ſuis vanitatibus, & turpitudinibus abu-
tuntur, vt vtar verbis D. Bernard. *ſerm.*23. *ſup.
Cant.col.penult.in princ.*

Decimò & vltimò pro eadem parte perpen-
do, quòd licèt aliquibus Regiis ſchedulis, &
iuſſionibus, hoc Indorum ſeruitium probari
videatur: vt *in cap. præcedenti ex num.*78.
retulimus, aliis † tamen diſtrictiſſimè prohibe- 119
tur, tum quatenus eorum bonæ & ſuaui tracta-
tioni in omnibus conſulere iubent, de quibus
latè egimus 1.*tom. lib.*3. *cap.penultim.* Tum ſpe-
cialius, dum nullo modo metallis extrahendis
mancipari permittunt. Qua de re videri poteſt
Anton. de Herrer. *in hiſtor. gener. Ind. libr.* 10.
*decad.*3. *cap.*10. *pag.*373. vbi † refert Carol.V. 120
Imper. ann. 1529. graui edicto ſanxiſſe, ſub
pœna confiſcationis bonorum, & amiſſionis
Indorum, vt in inſulis, quas vocant, *de Bar-
louento*, nemo eoſdem Indos ſibi commendatos,
vel alio modo poſſeſſos, in fodinis excauandis
exerceret,

exerceret,sed dumtaxat in aliis leuioribus & facilioribus operationibus,iubens,vt Indi ad metalla fodienda, vel conchilia legenda non cogerentur. Et *in 4.tom.impress.pag.215* extat alia prouisio eiusdem Imp. ann.1526. qua olim ordo nouis detectionibus præfigebatur, vbi licèt Indos voluntarios ad hæc opera sub certis conditionibus conduci permittat, cogi tamen sub grauissimis pœnis prohibuit.

121 Et in alia † prouisione ann.1528. *eod.to.pag.259.* non solùm ad metalla compelli prohibetur, verùm & ad deferenda victualia, vel alias res, iis qui in fodinis laborant, quod tamen, quantum ad victualium sub iusto pretio delationem, posteà apertè derogatum videtur per schedul. Matrit.5.Mart.an.1571.*d.tom.pag.312.*

122 Alia quoque † sched. ann.1580. *eod.tom.pag.265.* Mexicanæ Audientiæ directa, eam reprehendit, quòd plenè Indorum libertati, & suaui tractationi non consulerint, præcipuè in hac metallorum operatione. Et *pag.312.* reperitur quædam prouisio ann. 1568. in qua renouatur altera ann.1549. quæ statuunt, vt ij, qui Indos commendatos habuerint, eos nullo modo ad aurum & argentum effodiendum compellere

123 possint. In Archiuio † etiam huius regalis Limensis Cancellariæ reperio epistolam, eidem missam,Matr.19.Nouemb.ann.1551.ex qua constat, insignem illum & prudentem virum Dom. Lic.de la Gasca, huius Peruani Regni Gubernatorem, & reparatorem,eo consilio fuisse, vt Indi etiam sponte sua in metallis laborare non sinerentur. Eius namque epistolæ caput.ita notabiliter inquit: *La prouision que dezis que hizo el Obispo de Palençia al tiempo que en essa tierra estuvo, para que se sacassen de las minas los Indios, que contra su voluntad, ò con ella estuviessen en ellas, è lo que despues vosotros proueistes, me ha parecido bien, para remediar parte del daño que essos naturales reciben. Pero porque del todo cesse, està por su Magestad acordada prouision, para que no se echen en ninguna manera Indios à minas, la qual con esta os mando embiar duplicada, terneis cuidado de que se guarde, y cumpla en todo y por todo, como en ella se contiene.*

124 Idem quoque † Imp.in ordinationibus factis Toleti ann.1528.cùm recensuisset damna,& vexationes, quæ ex iis,& aliis,Indis inferebantur, in posterum eas cessare iubet. Ea addita ratione: *Porque, demas de ser esto en tanto desseruicio de Dios nuestro Señor, y tan cargoso à nuestra Real conciencia, y contra la Religion Christiana,porque todo es estoruo para la conuersion de los Indios à nuestra santa Fè Catolica, que es nuestro principal deseo, y intencion, y lo que todos somos obligados à procurar, viene tambien desto mucho inconueniente para la poblacion, y perpetuidad de la tierra, porque à causa de los excessiuos trabajos que se les han hecho, y hazen, han muerto, y mueren muchos.*

Et in alia schedula data Pintiæ ann.1549. de mineralium labore specialiter loquitur, Indósque vllo modo ad illum compelli strictissimè prohibet, illa eadem ratione: *Porque no solo es en diminucion de sus vidas, sino tambien grande estoruo à su conuersion à la santa Fè Catolica.*

CAPVT XV.

De superioris quæstionis resolutione, vbi negatiua opinio magis probatur, & argumentis in contrarium adductis suo ordine respondetur.

SVMMARIVM.

1 *Auctor in quæstione cogendorum Indorum ad metalla, problema constituit.*
2 *Senatus quod maturè deliberauit, sequendum est,& rem velut iudicatam inducit.*
3 *Senatores rem à Senatu decisam tutari, & exequi debent, etiam si ipsi contrarium censuerint.*
4 *Hispanæ Monarchiæ conseruatio metallorum per Indos operationem extorquet.*
5 *Leges temporis necessitatibus, qualitatibus, & circumstantiis accommodari solent.*
6 *Opinio negatiua in quæstione Indorum metallicorum, quomodo & quando retractari, & defendi possit?*
7 *Agricultura est iustior modus acquirendi, & naturæ conformior, quàm extractio metallorum, & quare?*
8 *Negotiatio, & mercatura, an sit iusta, & honesta?*
9 *Metallorum perscrutatio, vt & mercatura, licèt per se turpis, & iniusta non sit, propter circunstantias tamen talis reputari solet.*
10 *Metallorum extractionem nociuam esse, vel ipsi Ethnici agnouerunt, quorum insignia aliquot loca referuntur.*
11 *Seneca auri & ferri cognationem, in quo constituat?*
12 *Auri repertionem perniciosam fuisse, ex Horatio & Philomuso.*
13 *Ferrum auro & argento vtilius, & necessarius esse,putat Thom. Morus.*
14 *Sambuci emblema expenditur.*
15 *Virgæ, quæ diuinæ,vel potius magicæ dicuntur, quibus aliqui thesauros scrutantur, an aliquid veri portendant? & de antiquo earum vsu.*
16 *Oseæ locus* cap.4. vers.12. *explicatur.*
17 *Indi sunt, qui minus participant de rebus,quæ ex Hispania aduehuntur.*
18 *Indos nimis grauare,ob commercia aliis vtilia, iustum non est.*
19 *Indiarum prouinciæ, non solùm propter aurum & argentum, verùm & propter alios terræ fructus, vtiles,& expetibiles sunt.*
20 *Iulius Scaliger irridetur, dum dicit, nihil in Indiis Occidentalibus oriri, aut reperiri præter simias, & quisquilias.*
21 *Auri & argenti fodinæ, omninò non deserentur, etiam si Indos ad earum laborem non compellamus.*
22 *Indi plures, & ditiores auri & argenti fodinas Hispanis manifestarent, nisi se, ad earum operationem cogendos, timerent.*
23 *Metalla sua plures nationes obtexerunt, ne ab aliis expeterentur.*
24 *Indi Orientales cur aurum, & alia metalla spreuerint?*

78 *Indi*

78 *Indi ſemel metallis addicti, imò & eorum poſteri, ſemper in hoc labore perdurant.*

80 *Indorum clamor, ne ad cœlum aſcendat, verendum eſt.*

81 *Diuturnitas temporis peccatum non minuit, ſed auget.*

82 *Veritati compertæ nemo vllo prætextu præſcribere poteſt, ex Tertull.*

83 *Schedulis reſpondetur, quæ Indos metallis diſtribui permittunt, aut iubent.*

84 *Seruitium Indorum in metallis, licèt aliqui probauerint, plures tamen, & grauiores damnare ſolent.*

85 *Seruitium Indorum in metallis, qui probant, vel facilè ab hac ſententia deſciſcunt, vel impoſſibiles conditiones adiiciunt.*

86 *Dubitans applicat animum ſuum ad plura, & neſcit quid eligat, aut vbi pedem figat.*

87 *Difficile quod valde eſt, impoſſibile reputatur.*

88 *Morti proximus non creditur mentiri, vel adulari, vel eſſe immemor ſalutis æternæ.*

89 *Dom. D. Fr. Hieron. à Loaiſa Archiepiſc. Limenſis, retractatio refertur circa Indorum ſeruitium in metallis.*

90 *Fr. Michaël ab Agia retractatio de Indis Huancauelicenſibus argenti fodinis non addicendis.*

91 *Indorum Huancauelicenſium releuatio his diebus in quæſtionem deducta, & quo exitu terminata.*

HÆc ſunt, quæ in hac difficili & quotidiana quæſtione pro vtraque parte magis vrgere
1 videntur. In qua † Ego ferè problematicus hæreo, & Lectori, quam magis probet electionem conſtituo. Nam prior, vltra graues rationes, quibus munita conſpicitur, hodiernum vſum, & Regiam Regiique Senatus adprobationem, vel
2 permiſſionem habere videtur, † de quorum maturo iudicio dubitare non licet, præſertim in re tam graui, & toties trutinata, tot oculis ſpectata, tot inſinuata ſenſibus, vt aliàs dicitur *in l. hac conſultiſſima, in fin. C. qui teſtam. fac. poſſ.* & Ego in ſimili 1. *to. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 41. *& ſeqq.* vbi plures allego. Et nunc addo, hocadeò verum eſ-
3 ſe, † vt vel ipſi Senatores, qui contrarium ſuffragium tulerint, poſt rem tamen à maiori parte deciſam, nullo deinceps modo eam impugnare, ſed potiùs defendere, & exequi debeant, vt exemplo ſuo apud Romanos ſæpè oſtēdit M. Cato, & totus ipſe Senatus, quem Plin. Iun. *lib.* 6. *epiſt.* 13. hac de cauſa mirificum vocat, quòd ſingulis re integra diſſentire fas eſſet, peracta verò, quod pluribus placuiſſet, cuncti tuerentur. Accedit his communis totius Hiſpanæ Monar-
4 chiæ vtilitas, & neceſſitas, † quæ eandem ſententiam ſequi, & praxi recipere vel ab inuitis extorquet; cuius vel ſola contemplatione poſſumus argumentis contra eam adductis facilè reſpondere. Nam vt doctè & prudenter docet noſter Gregor. Lop. per text. ibi *in l.* 11. *tit.* 1. *par.* 1. *verb.*
5 *Mudar*, † aliud eſt licitum tempore guerræ, quod eſt iniuſtum tempore pacis, & ſicut medicus obſeruat tempora, ita & Iuriſperitus: & non ſemper eadem res eſt virtus, vt tradit D. Greg *in lib.*
6 28. *moral. c.* 14. Cæterùm his ceſſantibus, † & temporum anguſtiis eandem quæſtionem rurſus in diſceptarionem adduci permittentibus, provt & ipſæ ſchedulæ Regiæ fore futurum inſinuant, quæ ideò hanc Indorum coactionem ad tempus dumtaxat indulſerunt, vt ex ipſarum verbis apparet, magis quidem in negatiuam opinionem inclinarem, vtpotè in vtroque foro ſecuriorem, & ſolidioribus rationibus innitentem.

Neque ita tenendo, difficile erit argumentis in contrarium adductis ſatisfacere. Primum enim ex ſimilitudine agriculturæ, & laboris metallorum, eorúmque præciſa neceſſitate ad Remp. ſuſtentandam, euitari poterit, ſi animaduertamus;
† agriculturam iuſtiorem modum acquirendi eſſe, 7
magiſque naturæ conformem, quàm cæteros, qui reperiri poſſunt, vt præter alios Auctores in eodem argumento relatos, benè obſeruat Adam Contzen. *lib.* 8. *Polit. cap.* 11. & Franc. Zipæus de Magiſtr. *lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 12. *& cap.* 21. *per tot.* Homines quippè proprio labore, & ſudore ſuſtentat, qui priorum Patrum peccatum conſequitur, iuxta illud *Geneſ.* 3. *Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Vnde Auguſt. lib. vnic. de hæreſ. ad Quod vult Deum, *fol.* 10. *col.* 8. *in med. tom.* 6. *Agricultura* (inquit) *eſt omnium artium innocentiſſima*: & Eccleſ. *cap.* 7. *verſ.* 16. *Non oderis laborioſa opera, & ruſticationem creatam ab Altiſſimo.*

Negotiatio † autem, & mercatura non eſt ita 8
conformis iuri naturali, quia interuenit in illa maior cupiditas, & fit minori labore. Non tamen eſt contraria, quia aliquod periculum habet, aliquem etiam laborem. & eſt Reipub. vtilis, & ſic eſt indifferens ſecundùm eundem Auguſtinum dicentem: *Negotiari hominibus aliquando licet, aliquando non*, relatum *in cap. fornicari* 88. *diſt.* D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 77. *art.* 4. *per tot.* Contzen *vbi ſup. cap.* 10. & Zipæum *d. cap.* 20. *num.* 10. Quamvis ſancti alibi inhoneſtum, & iniuſtum cenſeant, iuxta illud *Sap.* 7. *Quoniam non cognoui litteraturam* (vel ſecundùm aliam lectionem *negotiationem*) *introibo in potentias Domini*, de quo latiùs differam *infr. lib.* 5. *cap.* 11.

Metallorum † autem perſcrutatio, & opera- 9
tio non eſt per ſe iniuſta, neque inhoneſta, vt per Caſſiodor. & alios, in eodem primo argumento, & in quarto relatos. Nam turpe non eſt homines metallis laborare, quæ à terra producuntur, in qua eis Deus liberum dominium conceſſit, vt habetur *Pſalm.* 113. *verſ.* 16. *Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum.* At verò talia metalla effodere cum damno, & violentia proximorum, ſine proprio labore, & periculo; & cum prodigalitate profundere, quod tanto Indorum ſudore, ac ſanguine comparatur, hoc nullo modo ab iniuſtitia excuſari poſſe videtur, ex doctrina Diui Thom. & communi Theolog. 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. *in corp.* Eſtque per conſequens hic labor negotiationi ſimilis, quæ licet indifferens ſit, adhuc tamen, quia à communiter accidentibus lucri cupiditati, & aliis multis fraudibus, ac peccatis ſuppoſita eſt, turpis & iniuſta ipſis ſanctis Patribus appellatur, vt præclarè oſtendit D. Auguſt. *concl.* 2. *ſup. Pſal.* 33. *col.* 7. *pag.* 92. *tom.* 8. *& Pſalm.* 70. *pag.* 310. *col.* 2. & D. Thom. *d. q.* 77. *art.* 4.

Quod etiam † in metallis contingere, vel ipſi 10
Ethnici agnouerunt, qui hinc mundi damna

originem habuisse queruntur, nec frustra à Deo intimis terræ visceribus recondita esse, vt tetigi *sup. cap. prox. num.*40. & constat ex Ouid.1.*Metamorph.* ibi:

Nec tantùm segetes alimentaque debita diues
Poscebatur humus: sed itum est in viscera terræ;
Quasque recondiderat, stygiisque admouerat vmbris,
Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum
Prodierat, prodiit bellum quod pugnat vtroque.

Silio Italico de Hispaniæ nostræ mineralibus loquens *lib.*10.*epistol.*16. & melius Plin. *in proœm. lib.*33. *Persequimur omnes telluris fibras viuimusque subter excauatam, minerantes dehiscere aliquando, aut intremiscere illam, ceu verò non hoc etiam indignatione sacræ parentis exprimi possit, imus in viscera eius, & in sede Manium opes quærimus.*

11 Cui conueniens † Seneca *lib.*1. *de benef. c.*9. *Video* (inquit) *ferrum ex iisdem tenebris esse prolatum, quibus aurum, & argentum, ne aut instrumentum in cædes mutuas deesset, aut pretiũ.*

12 Et ideò † Horat. *lib.*3. *carmin. Odæ* 3. meliùs cum hominibus actum fuisse ostendit, si illud repertum non fuisset, his verbis:

Aurum irrepertum, & sic melius situm
Cùm terra celat. Spernere fortior,
Quàm cogere humanos in vsus,
Omne sacrum rapiente dextra.

Eúmque imitatus Iacob. Philomusus de Auro inter alia, sic habet:

Aurum destructor vitæ Princepsque malorum,
O quàm difficilis nectis vbique dolos!
O vtinam natum nunquam mortalibus esses!
Dulcia suppeditas, quæ nocumenta viris.
Te propter pugnæ fiunt, & bella mouentur,
Ad prædam, & cædes corpora nostra trahis,
Scrutamur montes, atque in ima viscera terræ,
Nec tutum poteris subtus habere locum.

Quod idem sentit, & grauiter, & philosophicè prosequiter Thom. Morus *in Vtopia pag.*37.
13 docens, † aurum & argentum ad nihilum deseruire, & ex sola hominum auaritia æstimationem accepisse, longéque magis ferrum necessarium esse.

14 Et conducit † Emblema Sambuci pag. 283. vbi hanc hominum auaritiam, & simul eorum vanitatem, qui ad scrutandos thesauros, virgis ferreis (quas Virtutum vocant) vtuntur, his carminibus notat:

Quid non spes lucri passim promittit auaro,
Quod non attentant, quod pretiumue negant?
Viscera perfodiunt terræ, & Phlegetontea rura
Scrutantur, nihil est tutum ob auaritia
Perrepcant montes cum tupibus, vnde metalli
Spes leuis ostensa est, ferrea virga notat.
Hanc manibus prensam, velli vt magnete, trahiuè.
Aiunt, hoc diues prosilit iudicio.

15 De † quibus virgis, & an aliquid veri portendant latè agit Cigogna, omninò videndus, *in tract. de Magia omnifaria lib.*3. *cap. vlt. pag.*441. Georgius Agricola *de re metallica lib* 2. & conducunt, quæ de virga diuina, & eius vsu tradit Erasm. *in Adagio, Virga diuina* & de virga augurali Cicer. *lib.*1. *de diuinat.* Agel. *lib.*5. *cap.* 8. Alex. *lib.*1. *Genial. cap.*28. *ad fin.* Cælius Rhodigin. *lib.*7. *antiq. lect. cap.*29. Nicol. Remigius *lib.*1. *dæmonolog. cap.*25. Petr. Bisnfeld. *in confess. malef. prælud.*6. Petrus Gregor. *de Republ. lib.*12. *cap.*20.*n.*7. vbi de his virgis metallorum, & melius Martin. Delrius *lib.*4. *disquis. Magicar. cap.*11. *quæst.*7. *sect.*3. & eruditè nouissimus D. Franeisc. Torreblanca *de iure spirituali, lib.* 18. *cap.*19. *per totum*; vbi hunc morem diuinandi per palos, seu virgas ex parte descortizatas, & certis notis inscriptas, antiquissimum, & vsitatissimũ fuisse, & esse apud varias nationes ostẽdunt, & *Palomantiam*, siue *Rabdomantiam* vo-
cari, & huc inter alia referunt † illud *Osee* 4.*vers.* 16
12.*Populus meus in ligno interrogauit, & baculus eius annuntiauit ei*, cum D. Hieron. Theophylacto, & aliis,

Quibus non aduersatur, quod in eodem primo argumento supponitur, aliter, scilicet, commercium, & statum istarum prouinciarum conseruari non posse. Respondetur namque, quòd
† ex his omnibus, quæ ex Hispania aduehuntur, 17
& in quibus hæc commercia consistunt, qui minus participant, sunt ipsi Indi, nullis quippè pannorum, linteorum, sericorum, aulæorum, & similium rerum vsibus egent, sed tenui victu & vestitu contenti, his commodè vitam transigunt, quæ in propria vniuscuiusque
patria nascuntur. Vnde † non est iustum, eos su- 18
pra modum vexare, ob id tantùm, vt vigeant commercia, quæ aliis, & non ipsis, vt pluri-
mùm, sint profutura. Mxaimè † cùm alij fructus 19
in his prouinciis reperiantur præter aurum, & argentum, de quibus vltra Acostam, Garcil. Incam, & alios, agit eruditissimè Pat. Ioann. Pineda de reb. Salom. *lib.*4. *cap.*16. §.5. *num.* 3. Quorum occasione, & habitari, & frequentari vtilissimè possunt, & commercia retineri, vt in Noua-Hispania, & aliis plurimis totius orbis regionibus accidit, quamvis nullam, vel non adeò ingentem metallorum copiam producant.
Irridendus † enim planè est, & exsibilandus Iul. 20
Scaliger. dum *in exercit.*99. aduersus Cardanum, imprudenter scribit, in nostris Indiis nihil humanæ vitæ commodum nasci, nihilque præter Simias reperiri, Cercopithecos, Quisquilias, Somnia. Et Belgæ matronæ faciem vnam longè anteferendam esse Helenis Indicis vniuersis. Hoc namque quàm sit falsum, & absurdum, satis apparet ex his, quæ adduxi 1. *tom. lib.*1. *cap.* 7. & experientia demonstrat, quæ vbi adest, aliis argumentis frustra certatur; D. Valençuel. *cons.* 121. *num.*113. & Carrança *de partu c.*9. *num.*9. cùm constet omnibus rebus, & fructibus ad humanam vitam necessariis, abundare, præter aurum, & argentum, in quo vltra alias prouincias excellunt.

Quorum etiam † commercium nequaquam 21
excludimus, ob id quòd Indos ab hac coactione liberemus, cùm multis aliis modis extrahi possint, de quibus infrà dicemus, quemadmodum olim extrahebantur, antequam Indi ad metalla
cogi cœpissent. Qui ipsi † plures fortè, & di- 22
tissimas quidem auri, & argenti fodinas nobis quotidie manifestarent, nisi earum laborem sibi iniungen

iniungendum esse timerent, ob quem, nobis infesti, eas quantum maximè possunt, occultant, vt experientia comperimus, & aliquibus exemplis ostendit Theatr. vitæ humanæ *volum.1. lib.1. pag.106.* loquens de lapide Bezaar, ex Ioan. Metello, *& volum.10. lib.1. pag 2390.* vbi loquitur de Indorum auaritia, & auri fodinis.

23 Quod planè mirandum non est; † cùm nos ipsi Hispani, olim, & aliæ nationes, legem tulisse memorentur, vt nemo ex suis aurum, vel argentum, aut pretiosa alia inquirere, & habere posset, ne ab exteris hac de causa peterentur, & vexarentur, vt tradit Aristot. *lib. de mirab. auscultat.* Diod. Sicul. *lib.6. cap.5.* vbi idem tradit de Balearibus, eam rationem adiiciens: *Quòd existimarent, hoc pacto, cùm auro, atque argento carerent, sese facilè omnes vitæ insidias euasuros*, Pineda *de reb. Salom. lib.4. cap.4. §.7. pag. 201. & cap.22. pag.234. & seqq.* & Fr. Ioan. à Ponte *in conuen. vtr. Monarch. lib.3. pag.105.*

24 *&* 140. Orientales † quoque, Indos hac & aliis de causis, aurum spreuisse, & metallorum imperitos fuisse, narrat Strabo *lib.15. de situ orbis*, & ex eo Theatr. vitæ human. *vol.10. lib 1. pag.36.*

25 32. Et † Cyrinensibus aurum incognitum, & Balytaces, atque alias gentes illud, vt pestem abhorruisse, latè recolit Simon Maiol. *in dieb. Canic. 1. tom. colloq....pag.315. & colloq.19. pag. 428. & seqq.*

26 Quibus adiicio, † esse in hoc Peruano Regno aliquos Indos, qui ea superstitione ducuntur, vt suum Incam resurrecturum credant, eique omnes thesauros, & diuites auri, vel argenti fodinas, quarum notitiam habent, pertinaciter seruent: neque vllis suppliciis, vel obsequiis Hispanis re-

27 serare velint. In quo videntur † malis geniis similes esse, qui dediti auaritiæ esse dicuntur, non tam, vt thesauris ipsis potiantur, quàm vt eos asseruent Anti-Christo filio perditionis, vt ei ad sumptum sufficiant, vt post Laurentium de Anania *lib.2. de natura dæmonum*, refert Cigogna *de Magia lib.3. cap. vlt. pag.420.* Martin. Delrius *lib.2. disquisit. Mag. quæst.11. num.10.* & Pineda *dict. cap.22.* vbi rectè aduertunt, hoc parum à vero abhorrere, cùm re ipsa ita futurum, vt dæmonis arte, & industria Anti-Christus immensorum thesaurorum inuentione potiatur, tradant Hugo Ætherianus *lib.23.* de regressu animarum, Anselmus in Elucidario, Maluenda *de Anti Christo lib.6. cap.11.*

Secundo autem argumento, ex eorundem thesaurorum necessitate desumpto, ad Fidem in his partibus conseruandam, & propagandam, quæ istis veluti retinaculis sustentatur, ex suprà

28 dictis etiam responderi potest. Nam † si alia sunt, quæ commercium conseruare possint, fidei quoque incrementum nequaquam periclitabitur; quæ olim magnum progressum in his regionibus fecit, antè quàm Indi ad metalla compellerentur, & ob hanc coactionem potius impeditur, quàm promouetur, vt *sup. cap. prox. n.98. & seqq.* probatum reliquimus.

29 Nam † etsi negare nolimus Deum Opt. Max. multoties, occultis suis iudiciis, ad eandem fidem promulgandam, & extendendam, his, atque aliis mediis, & occasionibus vsum, ab ipsius tamen Dei bonitate, & auctoritate aberrabit, qui existimarit, non nisi auri & argenti illecebris Euangelij lucem clarescere, & coalescere posse

30 Hæc enim † ipsius verbi virtute, & operatione diffunditur, & credentes à suis erroribus, & languoribus sanat, immundosque spiritus contra nitentes procul expellit, iuxta illud D. Luc. *cap.6. Et multitudo copiosa plebis ex omni Iudæa, Ierusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerant, vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis, & qui vexabantur ab spiritibus immundis, curabantur. & omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat; & sanabat omnes.* Quæ † verba, *eum tangere*, ex- 31
ponens venerabilis Beda *sup. Marc. c.5.* ait: *Dominum tangit Ecclesia; cùm ei per fidei veritatem appropinquat*, & alij Expositores communiter eandem expositionem in eodem loco sequentes, inquiunt: *Tangere est fideliter credere.*

Vnde piè credendum est, † Deum ab hac Euan- 32
gelij regula Indos non excepisse, qui cùm per fidei annuntiationem ipsum iam agnoscere, & tangere cœperint, eiusdem quidem virtute, & suaui mansuetudinis imbre, magis quàm durissimis, & iniuriis, ac peccatis plenis metallorum oneribus in Religione confirmabuntur, & aliis mediis vtetur, quæ nunc nostram mentem excedunt. Nam vt inquit Apost. 1. Corint. 3. *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.*

Cuius † etiam disciplina admonemur, quòd 33
si in hac coacta metallorum effossione, & operatione, aliquod peccatum, & iniustitia committitur, ea vti non debeamus, quantumvis fidei deserendæ, vel propagandæ periculum immineret. Teste enim † Apost. ad Roman. 3. quem in si- 34
mili refert Caiet. 2.2. q.10. art.8. *vers. Ad secundum*, blasphemiæ speciem, & damnationem iustam incurrunt, qui faciunt mala, vt eueniant bona: *Nō est blasphemari, & sicut aiunt, quidam, nos dicere: Faciamus mala, vt inde eueniant bona, quorum damnatio iusta est.*

Nulla quippè de causa † etiam pro salute ho- 35
minum peccandum est, vt egregiè docet August. *lib. contra mendac. cap.17.* relatus *in cap. faciat 22. q.2.* sic inquiens: *Faciat etiam homo pro temporali salute hominum, quod potest: cùm autem ad hoc ventum fuerit, vt tali saluti, nisi peccando consulere non possit, iam se existimet, non habere quod faciat.* Quod adeò verum est, vt nec pro argumento gratiæ Dei possit peccatum fieri, cùm sit medium contrarium ipsi gratiæ, vt docet idem Apostol. d. epist. ad Roman. cap.6. quibus alia doctè addit D. Valençuela *in monit. contra Venet. 5. par. n.200. cum seqq.* & Nos *1. tom. lib. 2. c.8. & cap.19. n.13.* Et quòd ptopter † malum 36
cohærens multoties relinquendum sit, id idem quod aliàs in se bonum erat, egregiè docet D. Acuña per text. ibi, *in cap. denique, dist.21. num.5. pag.150.*

Ad tertium autem, & quartum argumentum respondeo, quòd etsi verùm sit, hanc Indiarum, & Indorum Rempub cum Hispaniæ Regno coniunctam esse, & Regem nostrum ad vtriusque, & fidei simul defensionem, ac ingruentium bellorum erogationem diuitiis, & thesauris egere, quæ ex metallis Indicis colliguntur, quorum contractio omni semper iure Regibus permissa, imò & necessaria videtur; vt ostendunt Auctores in eisdem argumentis relati, & Contzen *lib.8. Polit. cap.5. & cap.12.* vbi specialiter agit de metallorum & fossilium cura, & Zipæus de Magistr. *d. lib.3. cap.20.* Adhuc tamen † id non euincit, 37
Indorum humeris totum hoc pondus relinquendum

dum eſſe, ex rationibus cap. præcedent. 3. 4. 5.
6. & 9. conſideratione perpenſis. Quin potiùs
omnia vtriuſque Reip. membra, mutuò ſe iuua-
re deberent, ne aliàs in leoninæ ſocietatis notam
inciderent, de qua in l. ſi non fuerit 29. § Ariſt.
D. pro ſocio, cum aliis, quæ tradit Andr. Gail.
lib. 2. obſeru. cap. 24. & Nos ſup. cap 4. num. 21.
38 Maximè † Indorum iniuriis attentis, & damnis
ac vitæ periculis, quæ huius ſeruitij occaſione (vt
diximus) patiuntur. Quibus durantibus, neceſſe
eſt, vt breui tempore omninò deficiant, atque
adeò citiùs eædem ipſæ Reſpublicæ corruant, qua-
rum conſeruationem hoc pernicioſo moderami-
ne procuramus, vt tetigimus ſup. cap. proxim.
39 num. 103. & ſeqq. Et † exemplum ſiue experi-
mentum tot immenſarum regionum, & prouin-
ciarum oſtendit, quæ hac de cauſa omninò va-
ſtatæ, & indigenis orbatæ reperiuntur, vt præter
alios quos ſuprà retulimus, conſtare poterit, ex
P. Ioann. Pineda lib. 4. de reb. Salom. cap. 16.
num. 4. vbi ſic ait: *Quantus autem eruendi me-
talla, & exercendi fodinas labor, & quanto cum
vitæ diſcrimine & fatigatione obeatur, deſcrip-
ſit veriſſimè Plin. lib. 33. c. 4. & Diod. lib. 6. c. 9.
& quotidiana in Orbe nouo exempla demonſtrant:
in cuius inſula, quam Hiſpanam vocant vnus is
labor quinquaginta, aut ſexaginta non amplius
annorum ſpatio, prius indigenas omnes conſumpſit
quàm metalla, & in exhauſtis fodinarum the-
ſauris, exhauriendi labor effoſſores exhauſit, &
timor eſt non vanus, fore, vt in reliquis pro-
uinciis, quæ ampliſſimæ ſunt, & metallorum re-
fertiſſimæ, incredibili metalla effodiendi, & eruen-
di labore, indigenæ breui exhauriantur vniuerſi,
&c.* Quod etiam tradit, & nobis valdè vitio ver-
tit Ioan. Metellus in epiſt. quæ operibus Oſorij
præfixa reperitur, & alij, quos refero infr. cap. ſeq
num. 79. & 80.
40 Cui malo prudens † quilibet Princeps, ac
Legiſlator proſpicere debet. Nam capitali demp-
to, & lucra, & ſocietas pereunt, vt aliàs dici-
tur in l. verum, §. ſocietas & in l. ſi id quod, D.
pro ſocio, cum aliis, & vt eleganter inquit Caſ-
ſiodor. lib. 4. epiſt. 36. *Melius eſt præſentia dam-
na contemnere, quàm exiguo quæſtu perpetua
commoda non habere*, & vt ait D. Ambroſ. 2. of-
fic. cap. 28. quem refert Gratian. in cap, aurum
habet Eccleſia 12. quæſt. 2. & Annæ. Robert. lib.
41 2. rerum iudicat. cap. 11. fol. 168. † *Melius eſt
ſeruare animas viuentium, quàm metallorum*, cui
conuenit illud Trajani apud Plin. Iun. lib. 10.
epiſt. 116. *Princeps non minus hominibus cuiuſque
loci, quàm pecuniæ publicæ debet velle eſſe con-
ſultum*: & Innoc. VIII. in cap. 1. de off. Legati
in 6. *Officij noſtri debitum, remediis inuigilat
ſubditorum, quia dum eorum excutimus onera,
dum ſcandala remouemus, ab ipſis nos in eorum
quiete quieſcimus, & fouemur in pace.* Idémque
inſinuat text. in cap. frequenter, de reſtit. ſpo-
liat. & apud nos l. 2. tit. 10. par. 2. & proſequi-
tur Feder. de Senis q. 185. n. 1. Rimin. iun. conſ.
56. n. 75. lib. 1. Marius Mutta ad conſuet. Pan-
hor. n. 14 & ſeq. Aponte de poteſt. Proreg. tit. de
regal. impoſit. in princ. n. 42. & ſeqq. & nouiſ-
ſimè eruditiſſimus, pariter ac Religioſiſſ. P. Ioan.
Ant. Velazq. Societatis Ieſu fulgentiſſimum Sy-
dus, quem olim Salmanticæ, dum Iuriſprudentiæ
operam daret, inter chariſſimos, & clariſſimos
Auditores habuiſſe, valdè lætor, & glorior, in
terſo illo opere, quod in lucem emiſit, de opti-
mo Principe lib. 3. annot. 12. & 13. pag. 365. &
ſeqq. Vbi pluribus probat Principem debere ad
vtilitatem, & conſeruationem ſubditorum cuncta
moliri, & quòd tunc maximè ſuum negotium agit,
cùm id agit, vt publicum agat.
Et ita † Rex noſter Piiſſimus, etiam ſi in val- 42
dè vrgenti pecuniarum neceſſitate poſitus eſſet,
priùs omnia alia tentare, & vaſa, ac calices Ec-
cleſiarum, ſi opus eſſet, alienare deberet, ſum-
mi Pontificis ad hoc impetrata licentia, quam mi-
ſeros iſtos humiléſque vaſſallos metallorum in-
ternecione damnare. Hominum quippè † cauſa 43
reliqua comparata ſunt, l. 1. §. cùm igitur, D.
de ſtat. hom. l. iuſtiſſimè, D. de ædil. edict. § 1.
Inſtit. de iure perſon. §. in pecudum, Inſtit. de
rer. diuiſ. & pro eorum ſalute, vita, imò & cap-
tiuitate redimenda, bona Eccleſiæ venundari per-
mittuntur, & Religionis fauor, alioqui eximius,
poſtponitur, l. ſancimus 18. C. de ſacroſanct.
Eccleſ. Auth. niſi rogati, C. ad S. C. Trebell.
Auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. ſed & hoc præſenti,
collat. 9. cum aliis, quæ tradit D. Couarr. cap. 14.
num. 7. Viuius commun. opin. 39. Fuſcus ſingul.
109. Seraph. de priuil. iuram. cap. 52. n. 6. & Caual-
can. deciſ. 40. num. 131.
Et planè † cùm de Marco Aurelio, & Anto- 44
nino Seuero legamus in publica ſubhaſtatione,
aurum, argentum, gemmas, veſtes, & pretioſa
omnia, quæ ipſi in priuato ſuo, & Auguſtarum
patrimonio habebant, vendidiſſe, vt ingruenti-
bus bellis occurrerent, ne nouis tributis ſubditis
ſuis moleſtiam inferrent, vt poſt Iul. Capitoli-
num, & alios tradit Bobadilla, omninò viden-
dus, in Polit. lib. 5. cap. 5. n. 10. Et de † Ery- 45
threo, quòd tributum extraordinarium, etiam
in magna Reip. neceſſitate conſtitutus, exigere
noluit, ſed potius magiſtratu abire maluit, vt re-
fert Petr. Greg. lib. 3. de Rep. cap 9. numer. 16.
longè magis Reges noſtri, à grauiori hoc me-
tallorum onere Indis inferendo, abſtinere debent,
† pro quibus etiam proprium ſanguinem funde- 46
re, vbi oporteret, ſummo pontifici promiſerunt,
vt conſtat ex Bulla conceſſionis Alexandri VI.
poſt princip. ibi: *Sed omni conatu, ſtudio & dili-
gentia, nullis laboribus, nullis impenſis, nulliſque
parcendo periculis, etiam proprium ſanguinem ef-
fundendo, efficere, &c.*
Poſſemuſque, ſi contrà feciſſet, illud eis con- 47
gruenter obiicere, quod Veſpaſiano dicebat Apol-
lonius apud Philoſtratum lib. 5. cap. 13. *Ne ma-
gni facias tributa, quæ cum dolore, & gemiti-
bus hominum cogeruntur.* Semper † rámque ſta- 48
tus ratio, quæ vtilitatem temporalem, & non
Deum primo loco præ oculis habet, vel ab eius
præceptis, & iuſtitiæ regulis deuiat, iniqua, dam-
noſa, & inutilis reputatur, vt tradit Fracheta
in Principe par. 1. fol. 38. Rhenat. Choppin. de
ſacra Polit. lib. 3. tit. 7. n. 12. & alios referens
D. Valençuela in monitorio contra Venetos, 5.
part. n. 187. & 198. Et † qui prudens eſt, licita 49
duntaxat inquirit, ad quæ prudentia dirigit, quæ
non poteſt eſſe comes iniuſti, vt ait Plato in
Mennone, Ariſtot. 6. Ethic. cap 7. & lib. 3. Po-
lit. cap. 3. D. Ambroſ. lib. 1. offic. cap. 27. D. Iſidor.
lib. 2. de ſummo bono c. 1. & alij, quos refert Iu-
ſtus Lipſ. lib. 1. ciuil. doctr. cap. 7. & idem Dom.
Valençuela vbi ſup. ex num. 177. vſque ad 186.
Ioan. Boterus lib. 2. de ratione ſtat. cap. penult.
de religione, vbi † concludit, neceſſarium eſſe, 50
Principem nō priùs facere aliquid decidi in Con-
ſilio

filio Status, quàm visum, ac discussum fuerit in alio consilio conscientiæ, & nouissimè Callist. Remir. *in tract. de lege Reg. Aragon.* §.8. *num.* 15. & 16. & 22. & Simon Maiol. *in dieb. Canic. to.*1. *colloq.*19. *pag.*430. vbi, optimis exemplis
51 adductis, ostendit, † lucra iusta vbique tuta esse, etiam in naufragio, iniusta verò neque domi. Quo alludens Catsius *emblem. eth.*49. aptissimè dixit:

Per scelus immensas quid opes cumulasse iuuabit?
Turpiter è manibus res male parta fluit.

Et dixi alia *sup. hoc lib. c.*5. *ex n.*100. & idem monet Adam Contzen *lib.*8. *Polit. cap.*6. vbi modicas diuitias iustè quæsitas præferendas esse probat.

Quapropter licèt dicere non possimus Reges,
52 † qui thesauros, & diuitias congerere curant, in peccatum incidere, peccabunt tamen, si eas cum graui damno, & iniuriis vassallorum congregant, vel vbi congregatas, passim, & sine causa profundunt, vt docet D. Thom. 1. 2. *q.*105. *art.*1. *ad* 2. & *regimine Princip. lib.*1. *cap.*7. D. Antonin. *in sum.* 2. *par. tit.*1. *cap.*2. Innocent. & alij, *in cap. innouamus, de censib.* Nauarr. *in Manual. cap.*25. *n.*2. & 6. Roland. qui plura congerit, *cons.* 34. *n.*26. & 27. Greg. Lop. *in l.*9. *tit.*7. *par.*3. *verb. Semejante*, Azeued. *in l.*1. *tit.*11. *n.*3. *lib.* 6. *Recop.* Bobadilla *in Polit. d. lib.*5. *cap.*5. *num.*9. & 10. Sotus *de iustitia & iur. lib.*3. *q.*6. *art. vlt.* Greg. de Valent. *in* 2. 2. *q.*2. *disp.*5. *q.*5. *punct.*6. *vers. Porrò vt tributum*, & Ioan. Boter. *vbi sup. lib.* 7. *fol.*118.

53 Quia † veræ diuitiæ, & thesauri Regum in subditorum leuamine, & hilaritate consistunt, illis enim benè se habentibus, fiscus vbi opus
54 fuerit † omnes eorum opes, promptas & cumulatas habebit, arg. text. *in l.*2. *C. de omn. agro deserto lib.*11. ibi: *Cuius substantia alias possessiones sustentare consueuerat, & succissis quasi quarundam virium neruis reliqua labuntur, &c. l. cùm ratio*, §. *si verò*, *D. de bon. damnat.* melior text. *in Auth. vt indic. sine quoq. suffrag.* §. *cogitatio igitur*, *collat.*2. ibi: *Considerauimus enim, quia licèt quæstus immodicus imminuitur Imperio, attamen nostri subiecti incrementum maximum percipient, si indemnes à iudicibus conseruentur, & Imperium & fiscus abundabit, vtens subiectis locupletibus*; quæ verba eleganter transfert, & auget nostra *lex Regia* 14. *tit.*5. *par.*2. cuius, & aliorum ad hoc idem meminimus *sup. cap.*
55 *præced. n.*100. Eoque † respiciens Bald. *cons.*410. *n.*5. *lib.*5. *fol.*108. inquit: *Nam thesaurus Principis non est fiscus, sed subditi benè se habentes*, & Dio Cassius *lib.*52. relatus à Bobadilla *vbi sup.* & à Villadiego *in Polit.* 1 *par. c.*5. *fol.*149. *n.*
56 27. sic habet: † *Diuitiæ magnæ magis à Principibus parum expendendo, quàm multùm à subditis extorquendo congeruntur.* Optimum quippè vectigal parsimonia, secundùm Cicer. *lib.*4. *de Rep.* optimus text. *in l.*18. *tit.*5. *par.*2. Ego *cap. seq. n.*72. & *seqq.* & tradunt alia omninò videnda, Tiber. Decian. *resp.*25. *n.*63. *vol.*1. & plures alij relati à Ceuall. *pract. comm. q.*578. *ex n.* 22. & Valençuela *d. cons.*99. *n.*49. & *in discurs. stat. & belli pag.*99. *ex n.*3. vbi eam ratio-
57 nem reddunt, & exornant. † Quòd secundùm Aristot. similis est operatio Regis ad subditos, patris ad filios, pastoris ad oues, boni autem pastoris est, tondere pecus, non deglubere, vel ad viuum vsque radere, vt ex Tiberio *in eius vita* refert Sueton. *cap.*32. Puteus *de syndic. cap. de Reg. excessib. cap.*1. *n.*15. Simanc. *de Rep. lib.*9. *c.*24. *n.*10. & Roland. à Valle *cons.*91. *n.*42. *lib.* 2. & dixi Ego 1. *tom. lib.*2. *cap.*23. *n.*144. & facit Alexandri Magni Apophtegma, de quo Villad. *vbi sup. Olitorem odi, qui radicitus herbas excidit.* Pecus quippè † pingue pastori pro- 58
dest, vt pluribus probat Scipio Ammiratus *in discurs. ad Tacit. pag.*85. Et vt præclarè dixit Marc. Curius, quem, post alios, refert Maiol. *in dieb. Canic.* 1. *tom. pag.*600. † Melius est im- 59
perare aurum possidentibus, quàm aurum habere. Quod & tradit Thom. Morus *in Vtopia pag.* 41. omninò legendus, & pluribus illustrat noster Nauarrete qui etiam videndus erit, *in discurs. Polit. discurs.*18. Franc. Zipæus *de Magistrat. lib.* 4. *cap.*30. *ex pag.*410. & Contzen *d. lib.*8. *Polit. cap.*9. & 13.

Neque quidquam roboris superioribus detra-
het, quòd prædictæ † metallorum diuitiæ, vt in 60
contrario argumento perpenditur, per nostros Reges in iustis, & legitimis bellis, vt plurimùm, expendantur. Nam cùm hæc bella, quantumvis in se iusta, & defensiua sint, & ad Hispaniæ Monarchiæ commodum maximè necessaria; respectu Indorum, de quibus nunc sermonem habemus, non possint eos à maioribus malis, oppressionibus, ac periculis liberare, quàm quæ modò in metallorum laboribus patiuntur, aptè huc communem illam & veram Iurisprudentum, & Theologorum sententiam transferre poterimus, qui do-
cent, † bella, etiam iusta, à Principibus ineun- 61
da non esse, si maiora, ac grauiora subditorum dispendia, & calamitates ex illis consequantur, quàm ab ipsis hostibus timeri potuissent, vt cum Cyno, & aliis resoluit Guid. Pap. & eius Addit. *decis.*113. *in fine*, Pet. Bellinus *in tract. de re militari*, *tit.*7. *num.*7. *volum.*16. diuers. Gregor. Lop. per text. ibi *in l.*1. *tit.* 13. *part.*3. & *in l.*1. *gloss.*2. *tit.*23. *part.*2. vbi præclarum illud dictum Aristot. refert: *Fac vt bellum sit vltimum opus tuum*, Couarr. *in regul. peccatum*, 2. *part.* §.9. D. Thomas, varia in hoc D. Augustini loca perpendens, *in* 2. 2. *quæst.*40. *art.*1. Sotus *de iustit. & iur. lib.*5. *quæst.*3. *art.*5. *vers. De conclusionibus*, Victoria *de potest. ciuili*, *num.*13. cuius hæc sunt verba: *Nullum bellum est iustum, si constat geri maiori malo Reipub. quàm bono, & vtilitate, quantumvis aliunde suppetant tituli, & rationes ad bellum iustum. Probatur quia si Respublica non habet potestatem inferendi bellum, nisi ad tuendum se resque suas, atque se protegendum. Ergò vbi ipso bello attenuatur potius, atque atteritur, quàm augetur, bellum erit iniustum, siue à Rege inferatur, siue à Republica.* Et idem sequitur Bañez *d. art.*1. maximè *quæst.*2. Henric. *lib.*4. *de irregular. cap.*13. *gloss.*1. Gregor. de Valenc. 2. 2. *disp.*3. *quæst.*16. maximè *punct.*2. Molin. *de iustitia & iure tract.*2. *disp.*89. & *seq.* & *disp.*102. *in fine*, *vers. Illud etiam*, vbi notanter, & quæstioni nostræ conuenienter conclu-
dit, † Principem in bello inferendo non mi- 62
nus posse esse iniustum aduersus suam Rempub. quàm aduersus alienam, cui illud inferre parat, nimirùm si tale bellum futurum sit in detrimentum maximum suæ Reipublicæ, vel quia subditos suos maximis periculis exponat, vel quòd reditus publicos in eo insumat, aut Rempub. nouis tributis, & exactionibus grauet,

grauet, & tradit alia nouissimus Zipæus *dict. lib. 4. cap. 7. & 8.*

63 Quibus addere possumus, † quòd ibi dicta bella gerenda essent, iniustum etiam censeri deberet, vt eorum vires & nerui, qui in his metallorum diuitiis consistere dicuntur, super Indos tantummodò reclinarent, cùm ipsi sint, qui minus gaudent ex prospero, vel contrario euentu bellorum, & secundùm doctrinam Cyni, Guidon. & Bellin. *vbi sup.* in casu necessitatis, quæ suggerat bellum indici, non debeat Princeps vnam tantum ciuitatem, vel prouinciam onera-

64 re. Et vbi agitur de † conseruanda Monarchia, onera ad id necessaria, provt melius fieri possit, inter omnia Regna, siue prouincias, ex quibus talis Monarchia conficitur, diuidi debent, vt benè etiam notat, & prosequitur Nauarrete *discurs. Polit. 23. pag. 151. & seqq.*

Ad quintum autem argumentum, ex variarum nationum exemplo desumptum, quæ subditos sibi homines ad metallorum effossionem cogebant, provt ipsi Peruanorum & Mexicanorum Indorum Reges olim coëgisse commemorantur; respondere possumus, † exemplis re-

65 rum erroneè, aut iniustè gestarum nunquam vtendum esse, *l. illicitas, §. veritas, l. sed licèt, D. de offic. Præsid.* cum aliis, quæ adduximus

66 *sup. hoc lib. 1. cap. 4. ex num. 63.* Quia † neque vsus in malis regulariter excusat, vt pluribus probat Dom. Acuña *in notis ad cap. 1. dist. 11. n. 1.*

67 *pag. 59.* Quin potius, qui ea, quæ † mala esse cognoscit, continuat, æquè delinquit, ac ille qui ea primus induxit, vt grauiter & eleganter docuit Plin. iun. *in Panegyr. ad Trajan. pag. 333.* ibi: *Tu nihil referre iniquitatis existimas, exigas quod deberi non oportuerit, an constituas, vt debeatur.*

68 Præter quàm † quòd rarò inueniemus, vlla in regione, nisi sub Barbaris fortè, aut Tyrannis Principibus, liberos, & innoxios homines, inuitos & reluctantes, ad opus ita arduum, atque asperum compulsos fuisse. Nam per captiuos, dedititios, aut facinorosos metallorum operatio frequentius exerceri solebat, vt ostendunt Auctores in argumento relati. & Zipæus *vbi sup. lib. 3. c. 20. n. 3.*

69 Et quod † de Romanorum metallariis scribunt Impp. *in titulo C. de metallariis, lib. 11.* nihil his aduersatur. Nam *l. 1.* de illis expresè agit, qui sponte sua ad metallorum exercitium confluebant, quos & ob id, octo auri scrupulos in balluca fisco pendere, grauat, & reliquum, quod collegerint, eidem fisco potissimum distrahere, vt præter Alciat. Pyrrhum, & Cuiac. ibid. obseruat Bullenger. *de Rom. Imp. lib. 9. cap. 23. pag. 719.* & Pancirol. *in thesaur. var. lect. lib. 3. pag. 371.* Et lex vlt. eiusdem tituli, quæ metallarios abire non posse, & vndecunque ad metalla cum sua progenie reuocari debere disponit, de aliis loquitur, qui ex condicto, siue ex conducto, se, & suam sobolem metallorum operationi manciparunt, qui ob id conditionatam libertatem habere videbantur, neque ab hoc onere vlla temporis præscriptione, nisi fortè annorum XL. eximi poterant, vt doctè aduertit Cuiac. ibid. & in recitatum posth. *ad l. 4. & 5. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* vt de adscriptitiis, & aliis conditionatæ libertatis hominibus, qui se similibus functionibus obnoxios fecerunt, di-

70 ximus *sup. c. 3. ex n. 20.* Vnde † eadem lex vlt. eiusmodi homines metallicos vocat, quamvis propriè, alij liberi metallorum fossores, dicantur, *Metallarij*, & *Metallici*, ij tantùm, qui in metallum damnati datique sunt: vt obseruat Brisson. *de verb. signif. lib. 11. verb. Metallarij*, & colligitur *ex l. 8. §. in ministerium, l. 10. §. 1. & l. 36. D. de pœn. & l. 9. C. eodem tit.* & est notanda *l. 3. eiusdem tit. C. de metallar.* quæ *laboriosas* appellat, eiusmodi metallorum effossiones.

Sexto quoque argumento, ex aliis exemplis desumpto, in quibus publicæ, ac communis necessitatis causâ, potest Princeps, vel Respublica subditos sibi ciues, ad bella, triremes, & alia quæque opera, etiam laboriosa & periculosa, cōpellere. Respondendum † est, iura & Auctores 71 pro hac doctrina in argumento relatos, non de qualibet necessitate intelligendos esse, sed multas quidem, & graues ad id conditiones requirere, & ita vrgens, atque imminens totius Regni Reipublicæuè periculum, vt ipsi, qui morti exponuntur, eandem etiam mortem timere possent, nisi pro virili patriam defenderent, & quasi pro aris (quod dicunt) & focis acertimè dimicarent. Vnde pro bello voluntario hæc coactio nequaquam permittitur, neque pro vtili, aut iusto, sed pro omninò necessario, quod sine maiori eorundem subditorum damno excusari non possit, vt latiùs patebit ex conclusionibus, quas doctè in prædicto articulo deducit Molin. *d. tract. 2. de iust. & iur. disp. 25. in princ.* Arag. *in 2. 2. q. 62. art. 3. col. 230. vers. His tamen non obstantibus*, & communiter cæteri Theologi post D. Thom. *in 2. 2. quæst. 40.* præcipuè Bañez *dub. 1. 2. & 3.* & Greg. de Valent. *disp. 3. quæst. 16. punct. 2.* Et ad similem bellandi causam respicere videtur D. August. contra Faustum, relatus *in cap. quid culpatur 23. quæst. 1.* dum inquit: *Quid culpatur in bello, an quia moriuntur quandoque morituri, vt dominentur in pace victuri?*

Quæ omnia † coactioni Indorum ad metalla 72 applicari non possunt, cùm ita vrgens necessitas non interueniat, quæ talem coactionem iustificet, neque se periculo exponant, vt maius in se, ac suis periculum vitent, sed vt Hispanos sudoribus suis locupletiores efficiant, & vt plurimum, vt Regi nostro pecuniæ suppetant, quibus militum stipendia persoluere, & alias bellorum expensas supplere possit. Ad quam † contributio- 73 nem faciendam, nullus vsquam Auctorum scripsit, subditos teneri vitam suam periculo mortis exponere. Nam etsi ex necessitate præliandi, nasci quoque videatur necessitas ad belli sumptus contribuendi, iuxta doctrinam D. August. *lib. 22. contra Faustum cap. 74.* vbi inquit *Matth. cap. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari*, bella probari, ad hoc † enim tributa præstantur, vt 74 propter bella necessaria militi stipendia præbeantur, cui conuenit responsum Vlpiani *in l. agri 27. vers. Stipendium, D. de verb. signif.* ibi: *Et sanè appellatur ab intributione tributum, vel ex eo, quòd militibus tribuatur*, & alia, quæ tradit Valentia *in 2. 2. d. disp. 3. quæst. 16. punct. 1.* Hoc † tamen non ita æqualiter procedit, vt 75 quod de bello dicimus, de contributione dicamus, quæ magis remota est, præsertim vbi præsens, & imminens bello auro & argento, quod per hanc coactionem extrahitur, non euitatur, sed futuri tantùm damni calamitas præuenitur. Alioqui probandum esset, quòd † quemadmo- 76 dum

dum poteſt quis in caſu præſentis, & vrgentis neceſſitatis, alienis rebus citra furti peccatum ſibi conſulere, poſſet etiam futuri mali prætextu, eadem facultate vtens, aliena diripere, quod non tam iuſti timoris, quàm manifeſtæ cupiditatis ſpecimen contineret, vt oſtendunt DD. *in cap. quod non eſt licitum, de regulis iuris in Decretal. & in cap. ſi quis propter, de furtis, & in cap. diſcipulos, de conſecratione, diſtinct. 5. & in cap. ſicut, 47. diſtinct.* & innumeri relati per Tiraquel. *de pœn. temperand. cauſ.* 33. *numer.* 21. Cæpol. *in Authent. ſed nouo iure, numer.* 89. *C. de ſeruis fugit.* Iul. Clar. & eius Additionat. Baiard. *in §. furtum, num.* 97. & 98. & Farinac. *in tract. de furtis, quæſt.* 174. *num.* 68. & 69.

77 Quibus † etiam vtiliter addere poſſumus, diſparem adhuc eſſe bellorum,& metallorum coactionem. Nam rarò accidit, vt quis prædicto modo ad bellandum, vel remigandum cogatur, & vt cogi contingat, breui tempore ſe à periculo expedit,& fortè victor euadens, honorem,
78 & diuitias conſequitur: Indi † verò, ſemel metallis addicti, continuò, in hoc labore torquentur, quin & ſucceſſiuè eundem ad filios & poſteros transferunt, nullamque requiem, præmium, vel honorem ſperant, ſed qui viui euadunt, pauperiores ſemper, & debiliores ad domeſticos redeunt. Vixque in propriis laribus pedem figentes,iterum repetitis vicibus ad metalla reuocantur. Vnde neceſſe eſt, vt breuiter pereant: nam teſte Ariſtotel. *lib.* 10. *Ethicor. c.* 14. *Nemo laborem continenter ſubit; humanæ enim res laborem ſempiternum non poſſunt pati;* & Agell. *lib.* 11. *noct. Attic. c.* 2. *Vita humana propriè vt ferrum eſt, ferrum ſi exerceas, conteritur. Item homines exercendo conteri.*

79 Rurſus † in bello multa interdum operatur induſtria, plures etiam fortitudo à periculis eximit, & qui militare coguntur, ex omnium ciuium genere deligi ſolent. At in metalla ſolos (vt ſæpè diximus) Indos adigi conſtat, qui tanquàm infirmiores, & debiliores ſubleuari deberent. Et nulla induſtria, nullis viribus ab ingruentibus fodinarum caſibus, & periculis, & ab ægritudinibus, quæ inde contrahuntur, ſibi conſulere poſſunt, multóque minus ab iniuriis, flagris, & aliis oppreſſionibus, quas à fodinarum dominis, vel œconomis, qui eiuſmodi operibus præſunt, frequenter & immeritò pa-
80 tiuntur. Vnde † verendum eſt, ne clamor eorum ad cœlum aſcendat, & exceſſus noſtros graui, licèt ſera, pœna compeſcat, iuxta illud quod in ſimili traditur *Exod.* 3. *vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorum, qui præſunt operibus, & ſciens dolorem eius, deſcendi, vt liberem eum:* & *Eccleſ.* 21. *Deprecatio pauperis ex ore vſque ad aures Domini perueniet, & iudicium illius feſtinatò adueniet;* cum aliis, quæ contra eos, qui Dei patientia abutuntur, congerit Gaſpar Sanctius *ſup. Iſai. c.* 45. *n.* 20. & Nos 1. *tom. lib.* 3. *c. vlt. num.* 33. & *ſeqq.*

81 Denique ſeptimo & vltimo argumento reſpondeo, antiquam conſuetudinem Indos ad metalla cogendi, quæ in eo perpenditur, non obſtare. Nam † ſi illa iniuſta, aut irrationabilis eſt, vel peccatorum nutritiua, vt ſuprà probauimus, temporis prærogatiua nequaquam defendi poteſt, ſed eo magis dolenda, ac eliminanda videtur, *l.* 2. *C. quæ ſit long. conſ. cap.* 1. *de feud. cognit. cap. vltim. de conſuetud. cap. non ſatis,* ibi: *Diuturnitas temporis peccatum non minuit, ſed auget, de ſimonia.* Et diximus *ſupr. hoc lib. cap.* 1. *num.* 32. & *ſeqq.* de ſeruitio perſonali Indorum tractantes, quòd eorum Patroni, ſiue Commendatarij vſurpare cœperant, cuius corruptelam, ſi conſuetudo defendere non valuit, longè minus excuſare valebit duriorem hanc metallorum operationem, de qua in præſenti tractamus, vt dixi *ſupr. cap.* 14. *num.* 86. maximè comperta veritate damnorum, quæ ex ea proficiſcuntur, † qui teſte Tertul. *lib. de velandis vir-* 82
ginib. Nemo præſcribere poteſt, non ſpatium temporum, non patrocinia perſonarum, non priuilegia regionum.

Idémque † reſpondere poſſumus ad ſchedu- 83
las & Regias iuſſiones, quibus hoc ſeruitium probari retulimus. Nam hic non inquirimus, quid prouiſum & ſtatutum fuerit, ſed quid iuſtè, & licitè prouideri debeat, & cùm plures etiam aliæ ſchedulæ (vt diximus) reperiantur, quæ iſtud onus grauiter vetant, & damnant, non temerè coniectari poſſumus contrarias ex ſiniſtris relationibus proceſſiſſe, Regéſque noſtros piiſſimos, & eorum prudentiſſimos, & vigilantiſſimos Conſiliarios aliud ſtatuturos, vbicunque de Indorum, atque Indiarum ſtatu, & de iniuriis, & calamitatibus, qua patiuntur, veriores, puriores,& minus fucatas relationes acceperint.

Quo pacto diſſolui etiam poteſt, quod in 84
eodem argumento ſubiecimus † de multorum grauium, atque eruditorum virorum auctoritate, qui pro hoc coacto ſeruitij genere conſuluerunt. Nam cùm alij non minus graues, & experti contrarium nunc cenſeant, & olim cenſuerint, quæſtio adhuc diſputationem admittit, & maturiorem deliberationem expoſtulat. Maximè † cùm hi ſemper in eadem 85
opinione perſtiterint, quod eſt argumentum veritatis, *l. illa inſtitutio* 32. *D. de hæred. inſt.* ibi: *Nam ſatis conſtanter veteres decreuerunt, &c.* Multi verò ex illis ſententiam mutauerint, & adeò difficiles, aut penè impoſſibiles conditiones, ad dictam coactionem permittendam adiecerint, vt coacti ipſi quoque, videri potuerint, aut certè negandi magis, quàm affirmandi animum habuiſſe, arg. eius, quod tradit Accurſ. *in l. de ſtatu* 15. *D. de teſtam.* vbi ait, † quòd dubitans applicat ani- 86
mum ſuum ad plura, & neſcit, quid eligat, & Bald. *conſ.* 298. *vol.* 1. vbi inquit: *Quòd conſcientia dubia non dicitur conſcientia, quia non habet, vbi figat pedem intellectus.* Cuius & aliorum memini 1. *tom. lib.* 3. *capit.* 3. *num.* 81. Et † doctrinæ Pauli I. C. *in l.* 4. §. *non eſt ſta-* 87
tu liber. D. de ſtat. liber. ibi: *Aut ſi tam difficilem imò penè impoſſibilem conditionem adiecerit, &c. & l. fin. in princ. D. de manum. teſtam.* ibi: *Cùm teſtator impediendæ magis, quàm dandæ libertatis gratia, ita ſcripſiſſe intelligatur,* iunctis aliis, quæ adducit Farin. *in fragment. crimin.* 1 *par. litt. D. numer.* 143. Magon. *deciſ. Florent.* 2. *numer.* 9. & noſter Aluarez de Velaſco *de priuil. pauper. par.* 1. *q.* 53. *num.* 15.

Cuius rei ſufficiens teſtimonium præbere poterit notabilis illa retractatio, quam fecit eximius ille, & Reuerendiſſ. huius almæ Eccleſiæ

clesiæ Limensis Metropolites Dom. D. Er. Hieron. à Loaisa, & morti quidem proximus,
88 quo † tempore nemo mentiri, vel adulari præsumitur, aut immemor esse salutis æternæ, *l. fin. C. ad leg. Iul. repet. cap. litteras, de præsumpt. cap. significauit, de homicid.* cum latè traditis ab Alciat. *præsumpt. 4. in fine*, Menoch. *eod. tract. lib 5. præsumpt. 5.* Petr. Surd. *decis.135.* Osasc. *decis. Pedemont. 79. num.20.* & Ioseph. de Rusticis *in l. cùm auus, D. de condit. & demonstr. lib.5. cap.2. num.69.* Dicta
89 porrò retractatio sic habet: *In Dei † nomine Amen. En la mui noble, y mui leal ciudad de los Reyes, Prouincias destos Reinos del Perù, à veinte y cinco dias del mes de Otubre de mil y quinientos y sesenta y siete años, el Ilustrissimo y Reuerendissimo señor don Geronimo de Loaisa, Arçobispo desta ciudad, del Consejo de su Magestad, dixo, Que en la Iunta que el señor don Francisco de Toledo, Virrei destos Reinos, hizo, para tratar de la labor de las minas, parecio determinado, y firmado de su Señoria, y de muchos Prelados y Letrados, que los Indios podian ser compelidos à se alquilar para labrarlas, con ciertas condiciones, y ordenanças. Y aunque su Señoria ha escrito al dicho señor Virrei, que no entendio, que se auian de compeler, por ser contra su libertad, y pedidole lo remedie, y no los consienta compeler, no se ha hecho; por lo qual ha escrito à su Magestad, y à su Real Consejo de Indias, suplicandole, mande remediarlo. Y porque con esto todauia tiene escrupulo de conciencia, de nueuo declaraba, y declarò, que no tiene por licito compeler à los Indios à se alquilar en la labor de las minas, y de nueuo suplicaba, y suplicò à su Magestad, y à su Real Consejo, y al dicho señor Virrei lo remedio en lo de adelante, y se reparen los daños que han recebido los Indios en lo que hasta ora se ha hecho, para el descargo de las conciencias de todos los que lo han hecho, aconsejado, y consentido, y encargaba, y encargò à sus albaceas y à qualquiera dellos, que hagan que esta su declaracion venga à noticia de su Magestad, Consejo, y del dicho señor Virrei.*

90 Et similem † aliam retractationem circa eos Indos, qui Huancauelicensibus argenti viui fodinis adigebantur, fecit Religiosus ille, & non malè doctus Franciscanus Pater Fr. Mich. ab Agia in suis responsis de seruitio personali in fine, ab iis, quæ anteà dixerat, desciscens, & notabiliter inquiens, quòd postquam eas personaliter lustrauit, & experiendo Indorum labores, damna, atque ægritudines, quas ex illis contrahere solent, agnouit, concilium mutare compellitur, & fateri, Regem nostrum ad Indos ab hoc labore leuandos teneri, in quo si durare cogantur, omnes, qui vspiam sunt, citò absumendos esse testatur, prout latiùs in eius retractatione continetur, quam breuitati consulens hîc inserere supersedeo.

91 Quæ † omnia à me his diebus expensa, & allegata fuerunt, dum in Regio Indiarum Senatu hæc quæstio de releuandis Indis Huancauelicensibus seriò, ac grauiter tractaretur, ad consultationem Excellentissimi Peruani Proregis Comitis de Chinchon. Quæ tamen, variantibus Senatorum suffragiis, Potentissimo Regi nostro transmissa, & ab illo pluribus aliis grauissimis & prudentissimis viris commissa, eo tandem consilio terminata fuit, vt tantisper Indorum coactio ob vrgentes vtriusque Regni necessitates, & imminentia bella continuaretur, dum ex Hispania, Germania, & aliis prouinciis, magnis quantumvis sumptibus, ingens argenti viui copia comparari posset, quæ Huancauelicense Sarcophagum excusare valeret.

CAPVT XVI.

In quo traditur, quibus modis metallis effodiendis, & diuitiis in Nouo-Orbe canquirendis, citra Indorum notabilem iacturam, vel iniuriam, consuli possit?

SVMMARIVM.

1 *Deus resarciet thesauros, qui leuatis Indis minui videntur.*
2 *Thesauri impietatis nihil proderunt, & locus Prouerb. 10.*
3 *Regibus Portugalliæ quid consuluerint graues viri circa negotiationem Æthiopum?*
4 *Metallorum operatio non est iniqua, si iustè exerceatur.*
5 *Status ratio, quæ iustitiæ cancellos transgreditur, pessima iudicatur.*
6 *Christianus censendus non est, qui non salua Religione & pietate Rempub. administrat.*
7 *Principi si pietatem lædat, nihil prosunt diuitiæ, & exercitus, ex Niceph. Callisto.*
8 *Diuites, leonibus similes, multoties ad inopiam & famem rediguntur, ex Iansenio.*
9 *Abundatia est in omni opere bono.*
10 *Argenti & auri fodinæ sæpè euanescunt ob iniustitias, quæ in illis patrantur, & exemplum de Bythoniensibus, & Boëmis.*
11 *D. Greg. Taumaturgus locum exsiccauit, ob lites & rixas, quas super illo duo fratres habebant.*
12 *Lydiæ fodinæ miraculosè exaruerunt, ob prælium earum causa motum.*
13 *Salinæ Athenarum subitò exaruerunt ob tributum super illis impositum, & idem in nostris de* Fuente Lapiedra.
14 *Argenti fodinarum Vilcabambæ in Perù, & aliarum Nouæ Hispaniæ mirabiles casus recensentur.*
15 *Fodinas per seruos ad hoc emptos exerceri non est valde improbandum, & si aliqui etiam hoc succenseant, & numeris seqq.*
16 *Schedulæ plures referuntur, quæ fodinas per seruos exerceri iubent, vbi id possibile fuerit, vt Indi ab hoc onere liberentur.*
17 *Dominorum in seruos lenitas exemplo Dei maximè commendatur.*
18 *Dominis non est valdè reprehendendum, si seruis ad sua commoda vtantur, etiam in operibus duris & laboriosis.*
19 *Serui qualiter pecudibus comparentur, & pro mortuis haberi, & iniuriæ incapaces esse dicantur?*
20 *Serui sunt veluti alia res domini, & habet in eos ius vitæ & necis.*
21 *Semiramis & Carthaginenses, qualiter per seruos fodinas tractauerint?*

22 *Pyrenæorum*

22 *Pyrenæorum montium metalla olim per seruos tantùm ad id deputatos excauabantur.*
23 *Metallorum operatio non erit ita dura & iniusta, si per Indos, & alios homines exerceatur, qui voluntariè ad hoc suas operas locent.*
24 *Indi, & alij homines non deficient, qui se voluntariè ad metalla conducant, dummodo competenti mercede donentur, vt in Potosi, Oruro, & in Huancauelica experimur.*
25 *Argenti fodinæ Nouæ Hispaniæ per Indos voluntarios, vt plurimum, exercentur.*
26 *Argenti fodinas Peruanas per Indos voluntariè conductos laborari, plures schedulæ iubent.*
27 *Voluntariè, & spontè sua qui se labori, etiam graui, supponit, non videtur iniuriam recipere.*
L.in diem,D.de aqua pluvia, & l.nemo videtur 145.de reg iur.*& similes expenduntur, & illustrantur, ibidem.*
28 *Indi plures reperientur, qui voluntariè suas operas ad metalla conducant, si eis remissio à tributis, & alia priuilegia concedatur.*
29 *Coloni Thracenses, qualiter à tributis liberarentur.*
30 *Schedula ann.* 1609. *quæ agit de seruitio personali Indorum, eos voluntariè locari, & in mineralium locis congregari, & municipia erigere, cupit, & monet.*
31 *Indi, qui se voluntariè ad metalla conducunt, quamvis maiorem mercedem, quàm coacti exigant, & recipiant, accusandi non sunt.*
32 *Pretium, siue mercedem operarij, iuxta seruitij modum, & commodum, vsus ipse, præfinire solet.*
33 *Diuites, qui fieri volunt ex sudore Indorum audiendi non sunt.*
34 *Delinquentes, & facinorosos ad metalla damnari,conueniens,& vsitatum est.*
35 *Triremibus flagitiosos addici, Regiis legibus admonemur.*
36 *Thomæ Mori verba referuntur, de vtilitate damnandi sceleratos ad metalla.*
37 *Ægyptij, qualiter damnare solerent delinquentes ad metalla, & eos seruare, ex Diod. Siculo.*
38 *Vtilitates plures sequentur ex damnatione delinquentium ad metalla.*
39 *Romani ob solam voluntatem quotannis plures homines variis in ludis perimebant.*
40 *Seruitus multis in casibus imponi potest pro pœna.*
41 *Mulieres etiam in metalla, & calcariam & alia similia opera damnari solebant.*
42 *Publicani, qui fodinas conducebant, vtebantur operis damnatorum ad metalla.*
L.1.§.1. D.de requir. reis, *exponitur, & illustratur, ibidem.*
43 *Mortis supplicium, rarò aliquæ nationes exercent, & reos mortis ad opera publica damnant.*
44 *Vtopienses reos mortis operibus publicis mancipant.*
45 *Sinenses reos capitales, ad muros Tartariæ reficiendos,damnant.*

46 *Sabacus Rex Æthiopum, qualiter facinorosos publicis operibus vtiliter addixerit?*
47 *Metallicam exercentes compellendi sunt damnatos ad hoc opus recipere, alere, & custodire.*
48 *Damnati ad metalla si fugiant, vel rebellent, qualiter puniendi sint?*
49 *Obiectionibus, quas quidam faciunt, contra operas damnatorum in metallum, respondetur.*
50 *Præclara, quæ sunt, non nisi magno negotio contingunt,*
51 *Metallarij, Indorum operis, & mansuetudini assuefacti, alia seruitia loco eorum admittere recusant.*
52 *Remp. ab inueteratis institutis ad aliam vitæ rationem traducere, & difficile est, ex Plutarcho.*
53 *Mens pecuniæ auida, pietati consensum non adhibet.*
54 *Consuetorum prauitas vbi cernitur, ab eis recedere debemus.*
55 *Nouiter instituta, si iusta sint, & pia, quamvis ab initio cum aliqua difficultate recipiantur, ipso vsu grata & vtilia redduntur, ex Plin. & Polyb.*
56 *Difficilia sunt multa, quia non audemus.*
57 *Damnati ad metalla sufficient ad hoc opus exercendum.*
58 *Metalla apud omnes prudentes prouincias solùm exercentur per seruos, vel per reos damnatos, aut homines conductitios, ex Franc. Zipæo.*
59 *Licitè parta maiores, ac meliores effectus operantur, & si non valdè exuberent.*
60 *Parum cum timore Domini melius est, quàm thesauri magni, & insatiabiles, ex Prouerb.*
61 *Argumentum ab effectu regulariter valet.*
62 *Thesauri ex America aduecti, cur parum Hispaniam ditauerint?*
63 *D. Gregorij locus refertur de parum proficua congestione diuitiarum malè quæsitarum.*
64 *Aduersa sæpè veniunt, & contingunt propter peccata.*
65 *Indi sunt qui minus participant de diuitiis Indiarum, earumque effectibus.*
66 *Hispani prodigaliter consumunt, & ad regna extranea tranferunt diuitias Indiarum.*
67 *Opulentia nimia mores corrumpit, & publicam tranquillitatem turbat.*
68 *Diuitiarum peregrinarum fluxu, & luxu, plures Respublicæ pessumierunt.*
69 *Indi ne in totum in metallis absumantur, remedia quærere oportet.*
70 *Vitia nostra, nec remedia pati possumus.*
71 *Hispani in regionibus Indiarum degentes, cogendi sunt ad laborem, & opera rustica.*
72 *Dom. Marchionis de Montesclaros dictum egregium refertur.*
73 *Socordia vires perimit, sed per exercitationem tollitur, ex Plutarch.*
74 *Parsimonia est optimum vectigal Principi, & eius vassallis.*
75 *Senecæ insignis locus refertur de vtilitate parsimoniæ.*

76 *Regna plura, etsi metallis careant, vel metallaria non exerceant, multum pollent, & abundant.*
77 *Hispania supra omnes nationes, auri, & argenti fodinis abundat, & cur parum exerceantur?*
78 *Principis præcipuus quæstus est vassallorum conseruatio.*
L. 14. tit. 5. par. 2. *ponderatur, & illustratur, ibidem.*
79 *Indi, vel ea de causa fouendi, & releuandi sunt, ne in totum deficiant.*
80 *Iusti Lipsij notanda verba de vastatione Indorum & Indiarum.*
81 *Indiæ Occidentalis imaginem, & miseriam qualiter fingat, aut pingat Euphormius in Satyrico.*
82 *Bellis, & eorum sumptibus qualiter Rex noster occurrere possit, etiam si Indi à fodinis releuentur?*
83 *Regni defensio virtute, & robore ciuium magis, quàm pecunia paranda est.*
84 *Virtute, quod effici debet, pecunia non est tentandum, ex Cicerone.*
85 *Pecuniæ, qui assuescit, nunquam ea saturabitur.*
86 Cap. sicut 47. distinct. *expenditur, & illustratur.*
87 *Senecæ Tragœdi elegans locus adducitur.*
88 *Ouidij & Petronij elegantia carmina de fomite auaritiæ Romanæ, expenduntur.*
89 *Victores semper diuitias, & delicias subactarum prouinciarum in suum Imperium transferre soliti sunt.*

VErum autem verò quoniam audire mihi aliquos videor, qui politicè magis, quàm Christianè præsentem huius Occidentalis Orbis statum considerantes, eius fortè interitum verebuntur, si coactum istud, & assuetum diu metallorum onus, ob prædictas causas, ab Indorum humeris excutiamus, aurumque, & argentum deficiat, quod ipsorum labore, & industria ex fluuiorum obicibus, atque abstrusis, & reconditis montium venis, & receptaculis hucusque erui, & expoliri solebat.
1 † Necessarium duxi, eorum timorem diuinæ bonitatis, ac prouidentiæ confidentia, & contemplatione discutere, quæ cùm nunquam in necessariis deficiat, & eos, qui rectà operantur, & pauperum miserentur, multifariam beare, & extollere consuescat, sperare iubet, aliis, atque aliis modis augendos esse thesauros; qui minui, & extenuari videri possent Indis à præfato grauamine releuatis,
2 iuxta † illud *Prouerb.* 10. *vers.* 2. & 3. *Nihil proderunt thesauri impietatis: iustitia verò liberabit à morte. Non affliget Dominus fame animam iusti, & insidias impiorum subuertet.*
3 Quibus † valdè simile est, quod inclytis Portugalliæ Regibus consuluerunt Molina *de iustitia & iur. tract.* 2. *disp.* 34 & 35. & Rebell. *de obligat. iust. lib.* 1. *q.* 10. *sect.* 1. & 2. hortantes, vt cœnosam illam, & multis dolis ac peccatis expositam, mancipiorum Æthiopum negotiationem dimitterent, quamvis alioqui quæstuosissima esset, & impinguandis, atque augendis Regiis iuribus vtilissima; *Quæ* (inquiunt) *Deus, cuius causa omittuntur, aliis modis vberrimè compensabit.*

Præter quam quòd, † nostræ intentionis non 4
est, fodinarum diuitias in totum occludere, quas Deus ipse hominum iuuandorum gratia, vt cætera procreauit, vt *suprà cap.* 13. ex n. 42. probatum reliquimus; sed dumtaxat monere, ne dum per Indorum laborem, ac sudorem illis extrahendis, & congregandis minus iustè satagimus, iis quoque, quæ licitè quæri possent, iustis Dei iudiciis priuemur, cuius patientia abutendum non esse, & apud quem pessimam † rationem status iudicari, quæ iustitiæ & 5
religionis cancellos transgreditur, *sup. etiam cap. prox. num.* 48. & *seqq.* luculenter animaduertimus: eodemque respicit D. Aug. doctrina *lib.* 19. *de ciuitate Dei cap.* 14. & 17. quam refert & laudat Rutil. Benzon. *de ann. Iubil. lib.* 5. *cap.* 4. *pag.* 503. & 504. vbi inquit: *Christianum † censendum non esse, qui non salua Re-* 6
ligione, & pietate Rempublicam administrat. Et
† Niceph. Callist. *lib.* 14. *cap.* 2. vbi, *Sola* (ait) 7
vera pietas satis est Principibus ad salutem: sicut contrà, absque illa, nihil prosunt exercitus, equi, satellites, ensium vis, virorúmque innumerabiles copiæ, aurum item, & argentum, plurima terræ iugera, & quicunque alius prætereà est apparatus. Cui conueniens † Iansenius 8
Psalm. 33. *num.* 10. frequenter euenire docet, vt diuites, leonibus potentia similes, ac leonum more, quanta potuerunt, vi ab aliis rapientes, ad inopiam redacti sint, & famem passi, cùm è contrario, vt dicitur *Prouerb.* 12. 14.
& 18. † *In omni opere bono erit abundantia, qui* 9
operatur terram suam, satiabitur panibus, qui autem sectatur otium replebitur egestate: & tradit alia Delrius *in Adagiis sacr.* 2. *tom. pag.* 190. *adagio* 187. *Substantia festinata minuitur.*

Quinimo, & in ipsis mineris, siue argenti fodinis, sæpe compertum esse, † vt propter lites, 10
& peccata fodientium, copiosa alioqui, & ditissima eorum metalla, euanescant, præclaro exemplo nobis ostendit Cromerus *de reb. Polon. lib.* 12. relatus *in Theatr. vitæ human. vol.* 17. *lib.* 8. *pag.* 3207. vbi narrat, Bythoniensibus in Polonia euanuisse metalla plumbi cum argento intermixto feracia, ob interfectos duos Sacerdotes ab oppidanis publico consilio, Petrum Parochum oppidi, & Nicolaum Concionatorem; & Dubrauius refert *lib.* 2. *histor. Boëm.* quòd cum Ceruomislius Boëmorum Princeps ad eruenda metalla rusticos traduxisset, fames grauissima Boëmiam inuasit.

Eadem quoque ratione † D. Greg. Thau- 11
maturgum lacum exsiccasse, quòd inter duos fratres litium causa esset, Greg. Nissenus in eius vita commemorat, & post eum Simon Maiol. *in dieb. Canicul.* 1. *tom. colloq.* 12. *Lacus, pag.* 433. qui etiam, *colloq.* 15. *Antra & hiatus, pag.* 493. ex Aristot. *de admirandis,*
cap. 50. recenset, † in metallis Lydiæ, iuxta Per- 12
gamum, quorum Cressus fuit auctor, consertum esse quoddam prælium, atque opifices in antrum, vnde metalla extrahebant, confugisse. Verùm ore obturato suffocatos, ipsósque, & omnia metalla, & metallorum vasa, lapidea facta esse. Neque abest Athenæi auctoritas *lib.*
3. *Dymnosoph. cap.* 1. vbi inquit, † Athenis 13
subitò salinas exaruisse, eò quòd super illas Lysimachus tributum imposuisset, nec nisi tributo

buto ſublato rediiſſe. De quo etiam meminit ex noſtris Cuiac. *lib.3.obſeru.cap.31.* & Pancirol. *in theſaur. var. lect. lib.3. cap.31. pag.371.* Quod pari modo ac ratione, patrum noſtrorum memoria, contigiſſe in Hiſpaniæ ſalinis, dictis *de Fuentel à piedra*, prope vrbem Antiquariam, communis, ac conſentiens illius prouinciæ fama vulgauit.

14 In hoc † quoque Peruano Regno à teſtibus fide dignis accepi, quòd cùm in argenti fodinis Vilcabambæ, ingens quædam vena detecta fuiſſet, quæ purum ferè, ac putum argentum oſtenderet, cui malleus (vt dicunt) ſtatim iniici poſſet, & lis grauis inter inuentores moueri cœpiſſet, eiuſque occaſione, interim dum cauſa terminabatur, ex præcepto iudicis oſtium peſſulatum, & obſeratum fodinæ antro impoſitum eſſet; poſteà cùm ad eandem acceſſiſſent, nihil penitus, quod argentum ſaperet inuenerunt. Et in Noua Hiſpania pariter contigit (vt mihi ſæpè Capitaneus Leſmes de Oña, & alij oculati teſtes ſeriò narrarunt) quòd cùm viator quidam per cuiuſdam rupis decliue, mulæ inſidens, iter faceret, muláque ferè labens, ferratis calcibus, puram ſub exiguo luto quaſi argenti laminam detexiſſet. Viator ſica, quod potuit, extraxit, & loco (vt oportebat) probè ſignato, cùm ad fodinam pro more manifeſtandam Regios Mexicanos iudices adiiſſet, ibi graues lites & fraudes inuentori moueri cœperunt, ac tandem cùm ad locum ab eo deſignatum acceſſiſſent, inuenerunt quidem rupem illam cum altera ei è regione oppoſita, nouo quodam, & repentino miraculo iunctam fuiſſe, & terram, ingentem illum theſaurum, ſuis iterum viſceribus abſcondiſſe, adeò vt via, quæ inter duas illas rupes antiqua, & frequens eſſe ſolebat, per alios deinceps anfractus ſternenda eſſet.

Inter varios autem modos, quibus citra grauem Indorum iniuriam, vel iacturam metallorum effoſſioni, & operationi conſuli poteſt, il-
15 le primo loco ſe offert; vt † per ſeruos ad hoc emptos, & diſpoſitos exerceatur, quem tanquam licitum, & honeſtum apertè, ſub quibuſdam cautionibus admittunt, & probant P. Franciſcus Suarez, & qui eum refert, & ſequitur Ferd. Rebellus *de obligat. iuſt. lib.1. q.10. num.12.* ne ingentes diuitiæ ceſſent, quæ ex hoc labore conſequi ſolent, & toti orbi adeò ſunt neceſſariæ.
16 Idémque † non tantùm præcipere, verùm ſummopere deſiderare & commendare videntur plures Regiæ ſchedulæ, de hac fodinarum materia tractantes, & præcipuè illæ, quæ ſeruitiis perſonalibus nouam formam præſcribunt, ann. 1601. & 1609. & recentior alia ann. 1620. quarum verba retulimus *ſup. cap. 13. num. 46.* dum enixè iubent, vt Indi releuari curentur, ſeruique eorum loco, vbi poſſibile fuerit, manci-
17 pentur. Nam etſi † in ſeruis quoque huius oneris durities taxari poſſit, iuxta text. *in §. ſed & maior, Inſtit. de his qui ſunt ſui*, & ea quæ diximus *ſup. cap. 5. num. 23.* & tradit D. Mich. de Arellano *de iuris ratione libr. 3. cap. 13. num. 2.* Petr. Fab. *lib.3. ſemeſt. cap.16. pag.225. & ſeqq.* vbi inter alia probat, dominorum in ſeruos lenitatem, exemplo Dei maximè commendari: & in noſtris terminis taxat Rebellus *d. q.10. n. 20. pag.72.* duriſſimum eſſe inquiens, Æthiopes recenter conuerſos, & baptizatos, ad metalla huius Noui Orbis adigere, & meliùs ſe Tur-

cas, & Mauros cum apoſtatis habere, quos *Renegados* vocant, quibus conuenit Sotus *de iuſt. & iur. lib.4. q.2. art. 3.* vbi ait, dominum non poſſe ſeruum exponere manifeſto vitæ periculo. Adhuc tamen † ius, quod in ſeruorũ per- 18
ſonas, ac vitam habemus, efficit quidem, vt minori iniuria etiam cum illorum periculo noſtris commodis conſulamus, *arg. l. in re mandata, C. mandat. l. ſed ſi lege, §. conſuluit, D. de petit. hæred.* ibi: *Dum re ſua ſe abuti putant.* Et † *l.2. D. ad* 19
leg. Aquil. vbi Caius I. C. *verſ. Vt igitur apparet*, ſeruos pecudibus comparat, & mortuis Vlpianus, & Paulus *in l. intercidit 59. D. de cond. & demonſtr. l. ſeruitutem, de regul. iur. & in l.3. D. de cap. minut.* & pro nullis haberi iure ciuili, & nullam iniuriam pati, *in l. quod attinet 32. D. de reg. iur. & in §. ſeruus, Inſt. de iniuriis*, & alia adducens Bonacoſa *in tract. de ſeruis & famul. q. 55.* & Magerus *de aduocatia armata cap. 11. num. 574. & 615.* vbi probant, quod † ſeruus eſt 20
veluti alia res domini, & habet in eum ius vitæ, & necis: idem Magerus *cap.13. n.69. & 423.* vbi quòd ſeruis ſumma parendi neceſſitas iure impoſita eſt, & ſalutem domini ſuæ propriæ præponere debent.

Quibus cohærenter apud Diod. Siculum, & alios Auctores, quos adduxi *ſupr. cap 13. n.38. & ſeqq.* comperimus, † Semiramim, quæ prima 21
metalla inueniſſe dicitur, ea non aliter, quàm per captiuos exercuiſſe, & Simon Maiol. *in dieb. Canicul. tom. 1. colloq. 19. de metallis, pag. 597.* ex Strabone *lib.3. de ſitu Orbis*, memoriæ mandauit, iuxta vnam vrbem Carthaginem, argento fodiendo quadraginta captiuorum hominum millia operam impendiſſe. Et idem accidiſſe
† in metallis Pyrenæorum montium, quæ olim 22
per ſeruos ad id deputatos cum incredibili quæſtu exerceri ſolebant, narrat noſter Ioan. Gerundenſ. *lib.1. Paralip. Hiſpaniæ*, cuius verba recenſui *ſupr. cap.14. n.74.* & tradit alia Georg. Agric. *de re metallica lib.1.*

Ex eadem ratione deſcendit, vt prædictum ſeruitium magis etiam tolerabile videatur, † ſi per 23
Indos fiat, qui ad id voluntariè ſuas operas locent, aut per Hiſpanos, Æthiopes, vel Hybridas, quos *Meſtizos*, vel *Mulatos* vocamus. Hi etenim omnes, † ſi congruo pretio, ac mercede donen- 24
tur, hoc onus, quamvis graue ſit, ſubire non recuſabunt, vt in noſtra Hiſpania contingit, & in Hermania, atque aliis prouinciis, vbi metalla effodiuntur. Quinimò & in Potoſienſi colle plures Indos voluntarios, quàm coactos deſeruire *ſupr. hoc lib. cap.4. n.32.* tetigimus; & idem affirmat Agia *dict. reſp. de ſeruit. perſ. pag.34.* dicens, eos, qui ex præſcripto diſtribuebantur, ſua tépeſtate fuiſſe 13400. Illos verò, qui ſpontaneas operas præberent, longè (vt plurimùm) hunc numerum exceſſiſſe.

Idem quoque ego in laborioſis illis Huancauelicenſibus argenti viui fodinis expertus ſum, dum ibi viſitatoris, ac gubernatoris munus exercui. Et ſcio in argenti fodinis *Oruro* vocatis, multis annis per conductos Indos, quos *Mingas*, vel *Mingados* appellant, ingentem argenti copiam extractam fuiſſe. Quod etiam † Nouæ- 25
Hiſpaniæ praxis admiſit. Nam præcipuæ eius mineræ, quæ vocantur *de San-Luis*, *de Pachuca*, & *de Zacatecas*, voluntariis dumtaxat Indorum operis, aut emptis ad hoc Æthiopibus, excoluntur.

26 Quod quidem † in hoc Regno Peruano sum-
mè item curari debere, dictæ Regiæ schedulæ
ann.1601. & 1609. & aliæ posteriores & ante-
riores apertis, & repetitis clausulis adhortan-
tur, quarum memini *d. cap.4. num.46.* Nam etsi
tanti, ac tam duri laboris, & seruitij damnum,
& tædium, in eis quoque, qui hoc modo suas
operas locant, notari possit, voluntas tamen,
ac libertas, quæ Indis in eius susceptione re-
linquitur, illud minus graue, & magis iuri na-
turali, & ciuili conforme efficere videtur,
27 cùm † nullam iniuriam, nullúmque damnum
posse videri accipere doceamur illos, qui vo-
lentes acceperint, *l. in diem addicto, D. de
aqua pluuia arcend. l.1. §. vsque adeò, D.de in-
iuriis, l. sed si vnius, in princip.* vbi Accurs.& *l.
si quis seruum* 23. *D. eod. l. generaliter* 78. *l.
nemo videtur* 145. *l. quod quis* 203. vbi Petr.
Faber, & alij, *D. de regul. iur.* cum traditis ab
Aristot. *lib.5. Ethicor.* Quintil. *declam.*11. *de di-
uite accusato, Nulla nisi inuito pœna est*: &
Gomez de Amescua *in tract. de potest. in seipsum
lib.1. cap.2. & lib.2. cap.19.* vbi an quis possit
locare operas suas in perpetuum,

Augebitúrque eiusmodi metallariorum, si-
28 ue operariorum numerus, † si aliquatenus à
tributis, quæ soluere debent, exonerentur,
& aliis prætereà priuilegiis, & exemptionibus
inuitentur, quæ communi Romanorum iure me-
tallariis concessæ sunt, in d. tit. C. de metallar.
& ad nostros Peruanos Indos deducit Matienz.
*d. tract. de moder. Reg. Perù, 5.par. cap.*10. &
loquens de iis, qui Huancauelicæ argentum vi-
uum effodiunt: Agia *vbi sup. 2.par. concl.7.pag.*
29 67. Facitque † quod in simili de colonis Thra-
censibus legimus *in l. vnica, C. illo tit. lib.*11.
cum notatis per DD. ibidem, Pet. Gregor. *lib.*
28. *syntagm. cap.23. n.5.* Amescuam *vbi sup. lib.
2. cap.17. n.23.* & alios allegans Mastril. *de*
30 *Magistrat. lib.3. cap.4. n.427.* Et extat † nobi-
lis schedula seruitij personalis ann.1609. quæ *in
cap.4.* hanc voluntariorum Indorum operationẽ,
& coadunationem eximiè in hoc ministerio com-
mendat. Monétque, vt, si possibile fuerit, in
ipsis mineralium locis, vel iuxta ea, eorumdem
Indorum reductiones, congregationes, ac mu-
nicipia fieri curentur, multáque priuilegia inco-
lentibus concedantur; qua de re in aliis quoque
schedulis actum est, quæ tamen ob varias, &
graues difficultates, quæ in his congregationibus
faciendis primo aspectu occurrere solent, hu-
cusque executioni mandatæ non sunt, vt in alio
loco dicemus.

31 Neque obstat, † quòd ij, qui se voluntariè
locauerint, maiorem mercedem paciscentur, at-
que ita fodinarum domini minorem quæstum, &
vtilitatem ex hac metallorum operatione, siue ne-
32 gotiatione percipient. Nam hic, † vt in cæteris
rebus, pretium iuxta seruitij modum, & commo-
dum vsus ipse inducere, & præfinire solet. Et quẽ-
admodum hodie, qui Indos voluntarios condu-
cunt, licèt eis maius salarium persoluant, aliquid
superlucrantur, idem ex post facto continget. Ne-
33 que audiendi esse videntur, † qui diuites fieri vo-
lunt, non tam ex metallis, quæ ex fodinis educunt,
quàm ex Indorum sudore, quem iniquè defraudãt,
contra *l. nam hoc natura, D. de condict. indeb. l. si-
ue hæreditaria, D de negot. gest. l. itaque fallo, §.1.
D. de furt.* cum aliis, quæ adduximus *suprà cap.
4. num.26. cum seqq.*

Tertiò, non minùs conueniens erit, † vt 34
otiosi, & flagitiosi homines, siue Hispani sint,
siue Indi, siue Æthiopes, serui, vel liberi, aut
ex mixto eorundem semine Hybridæ, quibus
valde hæ prouinciæ abundare noscuntur, sce-
lerum suorum pœnas, hoc vtili labore depen-
deant, curentque iudices alia supplicia in hoc
damnationis in metallum commutare, semper
atque id facinoris, ac facinorosi grauitas, qua-
litasue permiserit, vt in relatis schedulis Re-
giis seriò cauetur: & apud Romanos, & alias
nationes fieri solitum *sup. hoc lib. cap.* 14. *ex
num.5.* abundè probauimus. Et in simili † de 35
pœna triremium iure nostro Hispano admo-
nemur *in l.8. tit.11. lib.6. & in l.10. tit. 28.
lib.8. Recop.* Et valdè probat Thom. Morus
in † *Vtopia lib. 1. pag.25.* ibi: *Cur enim dubi-* 36
*ternus, eam viam vtilem esse castigandis sceleri-
bus, quam scimus olim tandiù placuisse Roma-
nis, administrandæ Reipublicæ peritissimis.
Nempè hi magnorum facinorum conuictos, in
lapidicinas, atque fodienda metalla damnabant,
perpetuis adseruandos vinculis, &c.* Et † Diod. 37
Sicul. *lib.3. cap.2.* relatus in Theatr. vitæ huma-
næ *volum.23. lib.2. pag.3969.* vbi ait, eos, qui
præsunt Ægypti finibus, qui ad Æthiopiam,
& Arabiam vergunt, vbi loca sunt metallo-
rum feracia, ex quibus aurum educitur, mag-
na hominum copia ad excudendum hoc aurum
vti solitos: *Ægypti enim* (inquit) *Reges, cri-
mine damnatos omneis, atque ex hostibus captos,
insuper ob aliquam falsam calumniam, aut Re-
gum iram in carcerem detrusos, interdum ipsos,
interdum vniuersam cognationem, auro effodien-
do deputant: simul sumentes facinorum pœnas,
simul magnum quæstum ex eorum labore per-
cipientes. Illi compedibus vincti, magnus homi-
num numerus, absque vlla intermissione die,
noctéque operantur; nulla neque requie con-
cessa, omnique ablata fugiendi facultate. Nam
barbari milites, diuersa inuicem lingua, eorum
custodiæ præsunt, quorum nullus, sermonis com-
mercio sublato, aut precibus, aut amore potest
corrumpi.*

Quod si in his regionibus practicetur, † vl- 38
tra auri & argenti beneficium, magnum aliud
& præstantius bonum in morum reformatio-
ne sequetur, cùm hodie multa flagitia impu-
nita relinqui soleant, vel leuius, quàm opor-
teat, vindicentur, eò quòd non prorsus vltimo
supplicio digna iudicibus videantur, & hæ me-
tallorum, aut triremium pœnæ in his prouin-
ciis in vsu non sint. Contrà verò, plures etiam
alij morte damnentur, qui si hoc seruitij, siue
supplicij genus introducatur, eius laborem, &
rigorem hilariter sustinebunt; æquitate simul
cum Reipublicæ vtilitate, & necessitate pen-
sata. Quo facto & Indi, qui hodie insontes tot
ac tantis laboribus, & periculis subiiciuntur,
ab eis, iustitia & ratione dictante, liberabun-
tur, vt sic augeri & refici possint, aliísque Rei-
publicæ muniis superesse. Et sontes, qui eidem
Reipublicæ onerosi, & perniciosi esse noscun-
tur, eodem supplicio vtiliter punientur, & ab-
sumentur, serui pœnæ manentes, quemadmo-
dum scribit Imp. Iustinianus *in §. pœnæ seruus,
Instit. quib. mod. ius patr. potest.* soluitur, vbi alia
addocunt Balduin. & alij.

Neque hoc nouum, aut durum censeri de-
bebit,

39 bebit, † cùm Romani vel ob solam voluptatem, publicámque lætitiam, tot hominum millia, quotannis damnare solerent, vt gladiatorum pugnas in publicis spectaculis edentes, se inuicem interimerent, vel cum bestiis feris in arena decertarent, vt latè præter alios tradit, & execratur Petr. Feb. *lib.1.semestr. cap.6. pag.38.* Guid. Pancirolus *in thesaur. var. lect. lib.1. cap.46. pag.57. & lib.3. cap.252. pag.316.* noster eruditiss. D. Franc. Amaya *lib.3. obseruat. cap.5. n.* 70. & tetigi Ego *lib.2. de Ind. iure cap.14. n.*
40 87. Et † multi sint casus, in quibus seruitus imponi possit pro pœna, quos eruditè recenset P. Lud. Molina *de iust. & iur. tract. 2. disp. 33.*
41 Adeò † vt etiam mulieres criminosæ ad salinas damnari solerent, vt tradit Vlpianus *in l. aut damnum* 8. §. *in ministerium, D. de pœnis*, & Pomp. *in l. mulier* 6. *D. de cap. & postlim. reuers.* & in calcariam, vel sulphurariam mitterentur, vt dicitur *in eadem lege aut damnum,* §. *in calcariam*, hoc est, ad calcem, vel sulphur effodiendum, non ad coquendam, vt ibi exponit Accurs. quem benè notat Pancirol. *vbi sup. lib.2. cap.138. pag.234.*

42 Et † publicanos, qui fodinas auri & argenti conductas habebant, vsos fuisse metallariis, qui in opus metalli damnati essent, satis ostendit I. C. *in l.1. §. 1. D. requir. reis*, Cassiodor. *lib.9. epist.3.* & Bulenger. *de Rom. Imper. lib.9. cap.22.*

43 Et in variis nationibus vsu receptum reperitur, ad mortis supplicium rarò procedere, & eius loco delinquentes ministeriis publicis mancipare, vt benè obseruat Balduin. *in §. serui autem ex eo, Inst. de iure person.* & Thomas Morus in ficta illa sua, sed eleganti Vtopiensium Republica, quam veluti aliarum Ideam confinxit *d. lib.1. pag. 25. & 26. & lib.2. pag. mihi* 115. vbi ita ait:
44 † *Sed ferè grauissima quæque scelera seruitutis incommodo puniuntur; id siquidem, & sceleratis non minus triste, & Reipublicæ magis commodum arbitrantur, quàm si mactare noxios, & protinus amoliri festinent. Nam & labore quàm nece magis prosunt, & exemplo diutius alios absimili flagitio deterrent. Quod si sic habiti rebellent, atque recalcitrent, tum demum velut indomitæ belluæ, quos coërcere carcer, & catena non potest, trucidantur, &c.*

45 Idem etiam † Sinenses fecere solent, apud quos rei capitales rarò morte damnantur, sed ad ingentes illos muros reficiendos mittuntur, quibus se à Tartaris diuidunt, & defendunt, vt tradit Nicol. Trigaultius in hist. Sinarum lib.2. & oculatus testis Eman. Mendez Pinto, qui ibidem pluribus annis laborauit, *in suis peregrination. fol.129.*

46 Et apud Diod. Siculum *lib.1. cap.5.* † de Sabaco Æthiopum Rege legimus, quod Ægyptiorum capite damnatos nequaquam mortis affecit pœna, sed opus facere vinctos compedibus per vrbes coëgit, quæ res non paruo extitit vectigali, multas enim ex eo seruitio pecunias contraxit, eorum opera multos aggeres construxit, fossas variis locis opportunas fecit. Ira & pœnæ acerbitatem leniuit, & inutilem pœnæ asperitatem in magnum commodum vertit.

Quibus non oberit, si fortè ex aduerso repli-
47 cauerit quispiam, † quòd ij, qui metallicam negotiationem exercent, Indos, vel alios delictorum causa damnatos, recipere recusabunt, alere, & custodire nolentes homines edaces, & contumaces, vt in simili inquit Terent. *in Phorm. act.2. scen.1.* vbi de iis agens, qui creditoribus addicuntur ob æs alienum, quod eis soluere nequeunt, Phormionem ita loquentem introducit:

Aliis aliud est periculum, vnde aliquid abradi potest,
Mihi sciunt nihil esse, dices, ducent damnatum domum;
Alere nolunt hominem edacem.

Cuius meminit Freder. Husanus *in tract. de hominib. propriis q.6. princip. n.20.* Nam ad id publica auctoritate compelli deberent, vt loco Indorum innocentum, quos hodie ita anxiè expetunt, & excoriant, hos pœnarum seruos acciperent, eosque, vt tales, alere, & ne aufugiant, cōpedibus, vel catenis seruare, aliisque suppliciis coërcere pro arbitrio possent, quemadmodum cum seruis Æthiopibus faciunt, & cum iis, qui ad triremes damnantur, & in terminis damnatorum in metallum obseruat Accurs. *in d. l. aut damnum, §. in metallum, D. de pœn. & in d. §. pœnæ seruus, Instit. quib. mod. ius patr. potest soluitur,* ibi: *Et ij ne fugerent, ligabantur, & pondere quodam opprimebantur, vt ferro, vel alio modo.* Vbi idem tradunt DD. præcipuè Aldobrandin. *n.69.* Husanus *sup. cap.7.* & latè Farin. *in prax. crim. lib.1. tom. 3. q.19.*

Vbi etiam differitur, † qualiter in aufugientes, & rebellantes procedendum sit? vt vel tempus pœnæ eisdem duplicetur, vel si incorrigibiles fuerint, trucidentur, vt ait Thom. Morus *vbi sup. d. pag.115.* & iterum *d. pag.26.* ibi: *Ipsi damnantur in opere, ac nisi atrociter commissum furtum est, neque clauduntur ergastulo, neque gestant compedes, sed liberi, ac soluti in publicis occupantur operibus detrectantes, ac languidius gerentes sese, non tam vinculis coërcent, quàm excitant verberibus; strenuam nauantes operam, absunt à contumeliis, noctu tantùm nominatim censiti, cubiculis includuntur; præter assiduum laborem nihil incommodi est in vita, aluntur enim haud duriter, qui publicæ rei seruiunt, &c.* 48

Rursus non obstabit, † si quis obiiciat eiusmodi media facilius concipi, & calamo scribi, quàm ad praxim reduci, & executioni mandari posse, ad tot metalla effodienda, & expelienda, quot Regi & Regno nostro necessaria esse videntur. Nam ad primum respondeo cum Plinio *lib. 25. cap.9.* & aliis adductis *sup. cap.14. num.47.* 49
† quæ præclara sunt, nunquam nisi magno negotio contingere, & difficultates, atque impedimenta, quæ in hoc, de quo agimus, opponi possunt, non tam ex re ipsa prouenire, † quàm quòd facili, & compendioso Indorum seruitio assueti, illud licèt iniustum, & perniciosum esse agnoscamus, deserere nolumus, & remediis locum dare recusamus, vbi quæ fuerant vitia mores sunt; teste enim Plutarch. *in moralib.* † *Vt difficillimum, ac periculosum est annosas arbores, quæ iam latè sparsere radices, reuellere loco, & alio transplantare. Ita Rempublicam longo tempore suis inueteratam institutis ad aliam vitæ rationem traducere non licet, citra maximos motus.* 50 51 52

Cui attridens † Leo Papa *in epist.9.* quæ habetur *in cap. verum, 45. distinct.* magis in nostris 53

terminis ait: *Mens pecuniæ auida, nec abstinere nouit à vetitis, nec gaudere concessis, nec pietati*
54 *adhibere concessum.* Sed non ideò minus, † vbi consuetorum prauitas cernitur, ab eis recedere de-
55 bemus, cap. fin. cum vulgat. de consuet. † sperantes ea, quæ de nouo iuxta rationis, & æquitatis normam statuuntur, paulatim etiam in mores coalitura, & ipso vsu nobis grata, & vtilia futura. Nam vt rectè inquit Plin. *in Panegyr. Multum in commutandis moribus hominum medius annus valet, in Principum plus.* Et melius Polyb. lib. 10. sic inquiens: *Sæpe ea, quæ initio non difficilia tantùm esse, verùm omninò fieri non posse videbantur, mox vt accessit tempus, & consuetudo facillima omnia euadunt,* vt statim etiam cum Plutarcho trademus, acciditque illud, quod non minus scitè, quàm verè Senec.
56 dixit † *epist.* 104. *Multa non audemus, quia difficilia, quæ quidem ideò sunt difficilia, quia non audemus.*

57 Ad secundum autem fit satis, † negando ex prædictis mediis sufficientem metallariorum numerum coadunari non posse, cùm in aliis pro-
58 uinciis contrarium appareat. In † quibus nunquam viri pij & prudentes aliis operariis vti solent, vt præter Auctores suprà relatos, non ffimè agnoscit Zipæus *d. lib. 3. de Magistrat. cap. 20. n. 13.* sic inquiens. *Igitur Principes, qui metalla in terræ visceribus latentia scrutantur, operis conductitiis, damnatis reis, hostibus captis, naturæ diuitias eruunt, ærarium insigniter iuuant, subditosque suos graui tributorum onere leuant.* Et vtcunque res cedat, & verum esse, experiundo agnoscamus, quòd minor auri, atque argenti copia ob hanc causam extrahatur, ea contenti esse
59 debemus, cùm † licitè parta, maiores, ac meliores fructus, & effectus, annuente Deo, ex illa sperare possimus, quàm ex ingentioribus diuitiis, quæ anteà ex sudore, ac labore, ne dicam sanguine
60 Indorum, conflatæ dicuntur, † iuxta illud *Prouerb. 15. vers. 16. Melius est parum cum timore Domini, quàm thesauri magni, & insatiabiles,* & tradita *sup. cap. prox. n. 51.*

61 Nam † si regulariter valet argumentum, quod ex effectibus sumitur, vt per Euerard. *loco 21. pag. 133.* & Camill. Gallinium *de verb. signif. lib. 5. cap. 17. num. 57.* non temerè coniectari licebit, thesauros hucusque extractos, vel ex hoc maximè onere Deo parum acceptos
62 fuisse, † cùm neque in bellis fidei hostibus inferendis, Regio patrimonio augendo, & his prouinciis illustrandis, ac conseruandis, ad quæ destinari dicuntur, aliquid profecisse videamus, quin potius omnia in peius lapsa, & extranea Regna nobis, nostræque Religioni contrária ex eisdem diuitiis locupletata, iuxta illud *Eccles. 10. Transferetur de gente in gentem propter iniurias, & contumelias, & diuersos dolos;* & *Prouerb. 22. Qui calumniatur pauperem, vt augeat diuitias suas, dabit ipse ditiori, & egebit.* Quæ maledictio terribilius etiam exprimitur *in sancto Iob cap. 27.*

63 Quo argumento in simili vsum reperio † D. Greg. *in regist. lib. 4. epist. 33.* cuius meminit Bobad. *in Polit. lib. 5. cap. 5. num. 11. ad finem,* & noster Ioseph. Acosta *de procur. Ind. salut. lib. 3. cap. 9. in fine,* vbi ad Constantiam Augustam Constantinopolitanam scribens, eámque rogans, vt marito Italiæ oppressionem, & miseriam ob multa, & varia tributa, quæ pendere cogebatur, repræsentaret, sic inquit: *Sed ego suggero ad hoc, vt & si minores expensæ in Italia tribuantur, à suo tamen Imperio oppressorum lacrymas compescat. Nam & idcircò fortassè tantæ expensæ in hac terra minus ad vtilitatem proficiunt, quia cum peccati aliqua admixtione colliguntur. Præcipiant ergo serenissimi Domini, nil cum peccato colligi: nam scio quia, etsi parum Reipublicæ attribuitur vtilitatis, ex eo multum Respublica adiuuatur. Quòd etsi fortassè contingat, expensis minoribus minus adiuuari, melius est tamen temporaliter nos non viuere, quàm vos ad æternam vitam obstaculum aliquod inuenire.* Et quòd propter † peccata veniant aduersa, text. *in Auth.* 64
vt non luxurien. contra nat. circa med. & in c. 2. de purgat. vulg. & habetur latè per Roch. de Curte *in c. fin. de consuet. col. 3. in fin.* & Hippolyt. de Marsil. *sing.* 530.

Estque (iudicio meo) grauior hic, de quo loquimur, casus, & magis durior, quàm ille de quo D. Gregor. scribit. Nam ibi in defensione eorum, qui soluebant tributa, totum illud expendebatur. At hic † Indi sunt, qui minus hac defensione 65
gaudent, & de vtilitate harum diuitiarum partici-
pant, quas † Hispani vbique prodigè consumimus, 66
& ad extranea Regna transferimus, ita vt nobis solùm otiositatis damnum, & agriculturæ aliorúmque laborum, & artium obliuionem, & contemptum reliquisse videantur, quibus sublatis Respublica perit, iuxta illud Herod. *lib. 5. post princip. Otiosum esse pro honestissimo habetur, agriculturam verò pro contemptissimo,* & alia, quæ adduxi *sup. cap. 7. per totum, & cap. 14. num. 110. & seqq.* vbi ex eadem ratione vsurarum prohibitionem, & censuum damna deduxi.

Et † ita similiter legimus ex fluxu, & luxu pe- 67
regrinarum diuitiarum, Spartanam, Romanam, & alias celebres Orbis Respublicas pessú ire cœpisse, vt cum Plutarcho, Tito Liuio, & aliis, obseruat Borrell. *de præst. Reg. Cathol. cap. 51. num. 28.* vbi de luxuria Asiatica, & quanta damna Romanis intulerit. Pet. Fab. *lib. 1. semestr. pag. 94.* vbi de luxu & voluptate Tarentinorum, Pineda Franciscan. *in Agricult. Christ. dialog. 19. §. 25.* Simon Maiol. *in dieb. Canicul. 1. tom. dial. de Metallis, pag. 599.* & eo tendens Iuuenal. *satyr. 6.* dum ait:

Prima peregrinos obscœna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt secula luxu
Diuitiæ molles.

Lucan. 1. *Pharsal.* ibi:

——————Sed publica belli
Semina, quæ populos semper mersè potenteis
Namque vt opes nimias mundo fortuna subacto
Intulit, & rebus mores cessere secundis, &c.

Et eleganter Aristot. *lib. 5. Politic. cap. 4. & 8. in fine,* dum generaliter docet † nimiam opu- 68
lentiam publicam tranquillitatem plerumque turbare, Cicer. *lib. 2. officior.* inquiens: *Corrupti sunt deprauatique mores admiratione diuitiarum.* Et meliùs Seneca *epist. 71.* vbi de Imperiorum, atque vrbium casu, & interitu agens: *Alias* (inquit) *destruent bella, alias desidia, paxque, ad inertiam versa, consumet, & magnis opibus exitiosa res luxus.*

His adiicere possumus, † quod etsi con- 69
tingeret, prædicta media vsquequaque sufficientia non esse, ad Indos subleuandos, &

argentum,

argentum, quod tantopere expetimus, extra-
hendum, alia quidem quæri deberent, ante-
quam in totum ipsi Indi pereant, & hæc Res-
publica dilabatur. Ne in nos aliquis illud Tit.
70 Liuij contorqueant † *lib. 1. in princip. Nec vitia
nostra, nec remedia pati possumus, meliùs erit re-
media ferre, quàm morbo perire.*
71 Quorum præstantissimum erit, † vt tam in
his regionibus, quàm in ipsa Hispania, His-
pani homines laborare cogantur, sciantque &
vomeri, & oneri manum iniicere, neque om-
nia ex Indorum labore, & sudore paranda.
72 Nam † vt præclarè dicere solebat Excellentiss.
Prorex Marchio de Montesclaros, qui summa
prudentia, & dexteritate Mexicanas & Perua-
nas prouincias diu gubernauit, & res Indicas
penitissimè calluit, tunc cum eis feliciter actum
erit, vbi hoc Hispani didicerint, & vel deficien-
tibus Indis, eorum vices obire, aut subire non
73 recusauerint. Et socordia, † quæ nunc eos
terret, atque ad hæc munia velut inhabiles red-
dit, mox ipsa consuetudine cessabit, vt egregiè
docuit Plutarch. in lib. de liberis educandis,
sic inquiens: *Socordia naturæ vires perimit, do-
ctrina tollit ignauiam. Facilia quæque ipsos fu-
giunt negligentes, difficilia verò cura; & vigilan-
tia capessuntur. Quæ corporis fortitudo non ob-
tunditur, & propter incuriam, mollitiem, ac ma-
lam hebetudinem non perit? Quæ autem imbe-
cilla adeò natura, quæ per exercitationem, atque
certamina ad maximas non augeatur vires? &c.*
Quò etiam tendit illud Ouidij *lib. 2. de arte
amand.*

> *Quod malè fers, assuesce; feres benè, multa
> vetustas lenit.*

Et 3. *Trist.* 2.

> *Pone metum, valeo: corpúsque quod antè la-
> borum.*
> *Impatiens nobis inualidúmque fuit,*
> *Sufficit: atque ipso vexatum induruit vsu;*
> *An magis? infirmo non vacat esse mihi.*

74 Optimum † quoque, & maximum vectigal
Princeps conflabit, si in se, & suis vassallis,
tam Indicis, quàm Hispanis, parsimoniam
amauerit, & antiquam viuendi normam in
vsum redegerit, sumptúsque superfluos, quan-
tum fieri possit, excusauerit. Nam vt inquit
Dion Cassius *lib. 52. Diuitiæ magnæ non tam
multa accipiendo, quàm non multos sumptus
faciendo colliguntur*, quem & plura alia in hanc
rem citat Bobadilla *lib. 5. Polit. cap. 5. num. 9.
& 10.* eruditè Petr. Fernandez Nauarrete *in
eleganti tract. de conseruat. Monarch. discurs.
31. & seqq.* & Matth. Lop. Brauo *d. lib. 3. de
regendi ratione*, & tetigi *in cap. praced. num. 56.*
prosequitúrque Franc. Zipæus *de Magistrat.
lib. 4. cap. 28. num. 6. & seqq.* & Adam Cont-
zen *lib. 8. Polit. cap. 9. & 13.* vbi ostendunt,
quod bona œconomia & parsimonia Princi-
pis, est præcipuus eius thesaurus. Quibus
75 addere possumus † Senec. graphicè, & graui-
ter hanc sententiam proponentem, & exor-
nantem *lib. de tranq. vitæ cap. 9.* his verbis:
*Placebit autem hæc nobis mensura, si prius par-
simonia placuerit; sine qua nec vllæ opes suffi-
ciunt, nec vllæ non satis patent: præsertim cùm
in vicino remedium sit, & possit ipsa paupertas
in diuitias se, aduocata frugalitate, conuertere.
Assuescamus à nobis remouere pompam, & vsu
rerum ornamenta metiri. Cibus famem domet,
potio, sitim: libido, quà necesse est, fluat. Dis-
camus membris nostris inniti, cultum victúmquè
non ad noua exempla componere, sed vt maio-
rum suadent mores; discamus continentiam au-
gere, luxuriam coërcere, gulam temperare, ira-
cundiam lenire: paupertatem æquis oculis aspi-
cere, frugalitatem colere, etiamsi nos pudebit
desideriis naturalibus paruo parata remedia adhi-
bere, spes effrænatas, & animum in futura emi-
nentem, velut sub vinculis habere, id agere,
vt diuitias à nobis potius, quam à fortuna peta-
mus, &c.*

Et certè † plura sunt regna, in quibus au- 76
ri & argenti venæ, vel non reperiuntur, vel
non effodiuntur, vt Germania, Italia, Gallia,
Belgium, & aliæ, quæ tamen non ideò minus,
& potentia, & robore valent, & ciuibus vrbi-
busque ornatissimis, ac numerosissimis flo-
rent, quia plures alij sunt modi ac viæ, quibus
pecunia per Principes quæri possit, de qui-
bus Adam Contz. *vbi sup. cap. 14 & seqq.* Ipsa-
que nostra † Hispania, quamvis dictorum me- 77
tallorum copia ab omnibus copiosissima, ac
ditissima prædicetur (vt constat *Machab. 1.
cap. 8.* Latino Pacat. Claudiano, Choppino,
& aliis, quorum meminit Didacus Valdes *de
dignit. Hispan. cap. 4. in fin.* eruditiss. Made-
ra *de excellent. Hispan. cap. 10.* Pineda *de
reb. Salom. lib. 4. cap. 15.* vbi, quòd propriæ
Hispaniæ nostræ diuitiæ contemnuntur, &
alienæ appetuntur, & insignis I. C. Alphonsus
Carrança *de monet. 1. part. cap. 3. & part. 3.
cap. 1.* & nos alio loco dicemus) parùm in eis
effodiendis insudat, ne subditos vexet, & con-
terat, quorum † leuamen, & conseruatio inter 78
præcipuos Principis quæstus, ac thesauros
connumeratur, vt etiam tetigi *sup. cap. præ-
ced. num. 49. & seqq.* & docet Imp. Iustin. *in
Auth. vt iudices sine quoque suffrag. §. cogita-
tio, & l. 14. tit. 5. part. 2.* ibi: *El mejor tesoro
que el Rei ha, è el que mas tarde se pierde, es
el pueblo quando bien es guardado, è entonces
son el Reino, y la Camera del Emperador, ò
del Rei ricos y abondados, quando sus vassallos
son ricos, y su tierra abondada.* Et tradit alia
Bobadilla *vbi sup. num. 10. verb. A este pro-
posito.*

Vnde nescio, quo iure totum hoc pondus 79
his in regionibus miseris Indis iniungi debeat,
quos vel ob id leuare, & reficere deberemus,
ne ipsæ, quæ expetuntur, diuitiæ, in totum,
ipsis deficientibus, deficiant, provt exteri iam
ominantur, & comminantur, & non citra na-
sum, aut satyram nobis obiiciunt, vt constat
ex his, quæ dixi *cap. proxim. num. 39.* Bar-
claio *in satyr. 2. par. pag. mihi 322.* & Iust.
Lips. *de constantia lib. 2. cap. 22.* vbi de stra-
ge, & vastatione harum prouinciarum agens
post alia, sic ait: † *Vbi tu es insularum maxi-* 80
*ma Cuba? vbi tu Hayti? vos Lucaiæ? quæ olim
sexcentis singulæ, aut denis hominum millibus
succinctæ, alibi vix quindecim ex iis retinuistis in
semen, ostende etiam te Paulum tu Peruana, tu
Mexicana ora. Heu miram miserámque faciem
immensus ille tractus, & verè alter Orbis va-
stus attritúsque apparet, non aliter, quàm si
cœlesti quodam igne deflagrasset!* Et † extat 81
notabilis schedula Regia eandem desolatio-
nem dolens ann. 1601. cuius verba retuli *su-
prà hoc lib. cap. 4. num. 46.* In qua etiam
subiungitur,

subiungitur, quod suprà dicere cœpi, nempè vt omnes Indorum misereamur, & pro eorum conseruatione laboremus, vel ea saltem ratione, quòd illis indigemus, omnibus vtiles sunt, & omnia illis deficientibus deficient. Quod iterum repeto, & auctoritate Concilij Limani communio *infrà hoc lib. cap. 27. num. 15. & 16.* Vnde & in prouerbium apud nos abijt: *Que no aurà Indias mas de mientras huuiere Indios.*

82 Neque in contrarium vrget ratio bellorum, quæ Rex noster Piissimus cum diuersis eisdemque potentissimis hostibus gerit, quibus sine ingenti pecuniarum vi obuiam iri posse nequaquam videtur, cùm omnes in Crassiano illo consentiant, atque conspirent: *Nullam auri vim satis esse Principi, cui sit alendus exercitus.* Nam thesauri ad hoc sufficientes non deficient, si alioqui Regij reditus, & prouentus, vt oportet,
83 administrentur, & † (quod præcipuum est) Reges & homines nostri sibi persuaserint, Regni defensionem, & hostium propulsationem ab his maximè diuitiis petendam non esse, sed potius à virtute, & fortitudine sua, qua sola Maiores nostri olim, cùm hoc Indico auro, & argento carerent, Imperium & gloriam Hispaniæ ita dilatarunt, vt eisdem quibus terra fini-
84 bus terminetur: teste † enim Cicerone *lib. 2. officior. Malè se res habet, si quod virtute ef-*
85 *fici debet, id tentatur pecunia.* Cui † si assuescamus, & in ea spem nostram, ac præcipuum munimentum constituerimus, quotidie magis eius cupiditate inescabimur, etiam si nobis dentur Persarum montes, qui, vt Plautus in Sticho inquit, esse auri perhibentur. Quò respiciens D. Ambros. *serm. 81.* relatur à Gratiano *in*
86 *† cap. sicut 47. dist.* sic ait: *Sicut ij, qui per insaniam mente translati sunt, non iam res ipsas, sed passionis suæ phantasias vident: ita etiam mens auari semel vinculis cupiditatis adstricta, semper aurum, semper argentum videt, semper reditus computat, gratiùs aurum intuetur*
87 *quàm solem.* Et eleganter † Seneca *Tragœd. in Hercule OEtæo.*

Cupit hic gazis implere famem,
Nec tamen omnis plaga gemmiferi
Sufficit, Istri: nec tota sitim
Lydia vincit: nec quæ Zephyro
Subdita tellus, stupet aurato
Flumine clarum radiare Tagum;
Nec si totus seruiat Hebrus
Ruraque diues cingat Hydaspes,
Intraque suos currere fines
Spectet toto flumine Gangem,
Auidis auidis natura parum est.

88 Et magis in nostris terminis † Ouid. *lib. 1. Fast.* vbi de Romanæ auaritiæ fomite ob diuitias partarum prouinciarum quotidie magis succrescente, sic inquit:

Pluris opes nunc sunt, quàm prisci temporis annis
Dum populus pauper, dum noua Roma fuit.
At postquàm fortuna loci caput extulit huius,
Et tetigit summos vertice Roma Deos:
Creuerunt & opes & opum furiosa libido,
Et cùm possideant plurima, plura petunt,
Quærere vt absumant absumpta requirere certant.
Atque ipsæ vitiis sunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit suffusa venter abunda;
Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Sed nescio an meliùs, & ad rem nostram accommodatiùs idem expresserit Petron. Arbiter, sic canens:

Orbem iam totum victor Romanus habebat
Quà mare, quà terræ, quà sidus currit vtrumque
Nec satiatus erat, grauidis freta pulsa carinis
Iam peragrabantur; si quis sinus abditus vltrà
Si qua foret tellus, quæ fuluum mitteret aurum
Hostis erat: fatisque in tristia bella paratis,
Quærebantur opes, non vulgò nota placebant
Gaudia, non vsu plebeio trita voluptas.

Nimirum † quia semper victoribus moris fuit, 89
ignotas quaslibet diuitias, & delicias subactarum prouinciarum in suum Imperium transferre, vt insinuauit Lucan. lib. 3.

——Tunc conditus imo
Eruitur templo multis intactus ab annis
Romani census populi, quem Punica bella,
Quē dederat Perses, quem victi præda Philippi.

Et meliùs Claudian. in Penegyr. Allicon.

——Instarque trophæi
Retulit ignotum gelidis vectigal ab oris.

CAPVT XVII.

De aliis quæstionibus circa Indorum vsum, & distributionem in eisdem metallis fodinis, aliisque seruitiis, vsu frequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Indi metallarij an illis distribui possint, qui fodinas non habent?*
2 *Seruitij personalis causa, & vtilitate cessante, illud quoque cessare debet.*
3 *Indi seruitiales vt illis solùm dentur, qui fodinas, vel prædia habent, pluribus schedulis cauetur.*
4 *Indos seruitiales qui dant, vel recipiunt, cum non habeant fodinas, vel prædia, quæ excolant, peccant, & ad restitutionem tenentur.*
5 *Indi dari aliquando possunt ad perscrutandas nouas venas metallorum.*
6 *Re aliqua permissa, permitti videntur ea omnia, per quæ peruenitur ad illam.*
7 *Præparatorij, & præparatiui, idem est indicium.*
8 *Metallorum vtilitas non potest perpetuari, nisi nouæ venæ quærantur, & subrogentur in locum aliarum, quæ deficiunt.*
9 *Destinata quæ sunt ad aliquam rem, eiusdem rei nomine, & iuribus gaudent ex ipsa destinatione.*
10 *Indos sibi ad metalla, vel prædia distributos, qui ad alia opera traducunt, vel aliis vendunt, aut locant, grauiter peccant.*
11 *Indi, quos vocant,* de Faldiquera, *& eorum nundinatio, semper damnata, & puniri iussa.*
12 *Vectigalia, & reditus Regis valdè minuuntur ex fraudibus, quæ fiunt in seruitio personali Indorum.*
13 *Vtilitatis publicæ, & bonorum, vel redituum ad Principem spectantium semper summa ratio habenda est.*
14 *Locare rem quam conduxit, licèt quis regulariter*

ter possit, hoc aliquibus casibus limitatur, & qui illi?
15 L.plenum 12. §.si vsus, D.de vsu, & habit. *expenditur.*
16 *Furtum committit, & ad restitutionem tenetur, qui rem, quam vtendam accepit, in alios vsus conuertit.*
17 *Indi non peccant, vbi pecunia redimunt excusationem seruitij mineralium.*
Vexationem iniustam potest quis pecunia redimere, ibidem.
18 *Indi non possunt vendi, neque in contractum deduci, etiam si prædia, vel fodinæ, quibus solent distribui, vendantur.*
19 *Indos seruitiales debent petere à Gubernatoribus, qui in aliorum fodinis, vel prædiis succedunt.*
20 *Iniuriam, quis recipere videtur, si non impetret à Principe, vel locum eius tenente ea, quæ aliis concedere soliti sunt.*
L.1. §.permittitur, de aqua quotid.& l.proximè 10.D.de ritu nupt. *ponderantur, & illustrantur, ibidem.*
21 *Adscriptitij possunt vendi cum fundo, & veniunt in eius accessionem, & fugientes ad illum vndecunque reuocantur, & quare?*
22 *D. Nicolaus Ferdinand. à Castro ex equestri Ordine D. Iacob. citatur, & laudatur.*
23 *Indos sibi distribui solitos, licèt dominus fodinæ vel prædij non possit expresè vendere, benè tamen potest prætextu concessionis eorum maius pretium pro ipso prædio, vel fodina petere.*
24 *Spes multoties potest æstimari, & in contractum deduci.*
25 *Expressa multoties nocent, quæ aliàs, tacitè comprehensa, non nocent, neque vllum vitium habent.*
26 *Alienari multa per se sola non possunt, quæ tamen cum vniuersitate bonorum transeunt.*
27 *Accessoriè frequenter licet quod principaliter non liceret.*
28 *Res plerasque propter accessiones eminus, quæ & solent rebus ipsis pretiosiores esse.*
29 *Fundi qui habebant adscriptitios, pluris apud Romanos æstimabantur.*
30 *Emptor, vel conductor fodinæ, aut prædij, cui Indi solent distribui, an agere possit de euictione, vel enormi læsione, si illi sibi à gubernatore posteà denegentur?*
31 *Casus futuros, aut iniuria iudicis prouenientes, emptor non præstat.*
L. Lucius 11. & l.si per imprudentiam, D.de euictionibus, *expenduntur, ibid.*
32 *Euenire quod potest, vel solet, quilibet prospicere debet.*
33 *Deceptus dici non potest, qui ius publicum sequitur.*
34 L.verum 12. §.sciendum, D.de minorib. *ponderatur, & illustratur.*
35 *Spei solius venditio, si posteà effectus non succedat, quando faciat locum euictioni, vel læsioni?*
36 *Argenti fodinis nouiter repertis Indos distribuere, prohibitum est, & reprobatur contraria opinio Patris Agiæ.*
37 *Indi cur nouis fodinis distribui prohibeantur?*
38 *Necessitatis, vel vtilitatis publicæ causa cessante, cessant etiam, quæ ob eam introducta sunt.*
39 Cap. quod pro necessitate 1. q. 1. & c.quod pro remedio 1. q.7. *expenduntur & illustrantur.*
40 *Gabellam, siue Alcaualam, quæ in Castella exigitur cessare debere, qua ratione putet Card. Toletus, qui reprobatur.*
41 *Argenti fodinis pauperibus, hoc est, parum proficuis, Indi non sunt distribuendi, & schedulæ, quæ ita iubent.*
42 *Medicamentis, quæ in se venenum continent, solùm vti licet, ad maius malum vitandum.*
43 *Indi cùm sint paucissimi, & fodinæ plures quotidie reperiantur, non possunt omnibus assignari.*
44 *Dom. D.Ludou.à Velasco apophtegma refertur, & laudatur.*
45 *Indi non possunt compelli, vt deferant victualia, & alia necessaria ad eos, qui in fodinis laborant, suis sumptibus, vel minori pretio.*
46 *Rusticani, & coloni ad alia obsequia euocandi non sunt.*
47 *Metallorum extrahendorum causa, an & quatenus liceat loca malè sana, aut etiam pestilentia intrare, aut inhabitare.*
48 *Pericula si timeantur, nauigare non licebit, nec iustis bellis operam dare.*
49 L.3. & l. Senatus 35. §.mortis, D.de donat. causa mortis, *expenduntur.*
50 *Periculum mortis si euidens sit in fodinis, peccant, qui eas ingrediuntur, & effodiunt.*
51 *Vitam pro omnibus mundi thesauris prodigere quis non debet.*
52 *Fodinæ, quæ habent venena, aut aliud virus innatum, vel pestilens, deserendæ sunt.*
53 *Solifuga aimal si sit in fodinis, deserendæ sunt, & quid sit Solifuga.*
54 *Dæmones truculenti si infestent laborantes in fodinis, deserendæ sint, & exempla de his, & de aliis, qui mites, vel sedati vocantur, & si subterranea habitant.*
55 *Clerici qualiter ab operatione, seu negotiatione metallorum prohibiti sint per schedulas Regias, quæ referuntur.*
56 *Metalla liberè per quoscumque, tam Hispanos, quàm Indos quæri, effodi, ac laborari posse generaliter permissum est.*
57 *Clericis quibus rationibus mineralibus intendere prohibitum sit?*
58 *Clerici ab omnibus actibus, in quibus humanus sanguis effunditur, abstinere debent.*
59 *Papa non potest Clericis licentiam concedere, vt sanguinem humanum effundant.*
60 *Negotiatio omnis, & maximè mœchanica, Clericis prohibita est, & schedulæ de hoc agentes.*
61 *Concilij Limensis verba referuntur, strictè negotiationem, & mineralium operationem Indorum Parochis prohibentis.*
62 *Clerici, qui hæreditario iure in argenti fodinis succedunt, quatenus in illarum vsu, & gaudio conseruandi sint?*

EX prædictis possumus facilè aliquarum quæstionum resolutionem deducere, quæ

quæ in his regionibus quotidie solent inter viros doctissimos agitari. Quarum illa sit prior,
1 † an Indi metallarij illis distribui possint, qui fodinas non habent, ex quibus aurum, vel argentum extrahi possit? Idémque pariter tractari licebit de aliis, qui agriculturæ prætextu iis assignantur, qui prædiis carent, ex quorum fructu annona Reipublicæ necessaria colligi valeat. Nam si eiusmodi coactorum seruitiorum duritiem, hac sola publicæ vtilitatis conside-
2 ratione defendimus, manifestè constat, † ea cessante, seruitij quoque iustificationem cessare, *l. adigere*, *§. quamvis*, *D. de iure patron. c. cùm cessante*, *de appell.* cum multis aliis, quæ copiosè congerit Tiraq. *in tract. de cessante causa*, *per totum præcipuè num.*91. 130. 210.
3 243. *&* 244. Atque ita † expressè decisum pluribus schedulis reperitur, & præcipuè in illis, quæ de seruitio personali vocantur anni 1601. *cap.*19. & anni 1609. *cap.*21. vbi cauetur: *Que en ningun caso se haga el repartimiento en las personas que quisieren los Indios para venderlos à los dueños de minas, y de ingenios, ni tampoco se den los dichos Indios de repartimiento, sino aquellos que actualmente, y por su cuenta beneficiaren los ingenios, y minas que tuuieren proprias, ò arrendadas, y lo mismo se entienda respeto de las demas haziendas.*

4 Eáque propter tam eos, † qui Indos sub hoc colore distribuunt, quàm qui recipiunt, contra iustitiam commutatiuam peccare, & ad restitutionem fraudati laboris, & sudoris Indorum, eisdem, quinimò & Reipub. ipsi, teneri, meritò affirmare debemus, ex traditis à Dom. Soto *lib.*4. *de iustitia & iure quæst.*6. *art.*1. *& seqq.* Caiet. *in* 2. 2. *quæst.*62. *art.*1. *ad* 3. & Ledesm. *quæst.*8. *art.*1. *dub.*15. Nisi fortè
5 † proponamus, fodinas non habentibus dari, ea tamen lege, vt illas, nouasuè earum venas in Potosiensi colle, aut circa alias fodinas iam detectas, & fundatas, inquirant, quod vulgò dicunt, *Catear vetas*, provt aliquando domini Proreges facere solent, & probatum reperio in quodam capite epistolæ ad Peruanum Proregem Dom. Principem Esquilacensem directæ, datæ Matriti 28. Martij anni 1620. Nam si in hac perscrutatione bona fide eorum opera vtantur,
6 excusari posse videntur, cùm † re aliqua permissa, illa quoque omnia permitti soleant, per quæ
7 perueniturad illam, & † præparatorij, ac præparati idem iudicium esse dicamus, *l. oratio* 16. *D. de sponsalib. l. ad rem mobilem*, *l. ad legatum*, *D. de procurat. l.*2. *D. de iurisdict. omn. iudic.* vbi latè Ias. & *in l. cùm quidam*, *num.*13. *D. de liber. & posthum. l. & si non claui* 21. §, *in argento*, *D. de auro & argent. legat.* vbi Bart. *l. deinde* 3. §. *itaque*, *D. de lib. exhib.* Felin. *in cap. parochianos*, *num.*6. *de sentent. excom.* Menoch. *lib.*4. *præsumpt.* 162. *num.*13. & latè DD. *in Rubr. C. de edendo*, & nouissimè Aluarez de Velasco *in axiomat. iur. litt. C. n.*99. *& litt. H, num.*14.

8 Neque enim † ipsa metallorum vtilitas, quæ prætenditur, posset esse perpetua, nisi in deficientium venarum locum, aliæ, atque aliæ subrogarentur, *l. eum debere* 32. vbi Bart. & DD. *D. de seruit. vrban. l. proponebatur* 76. *D. de iudic. l.*2. & ibi gloss. *tit.*3. *par.*3. §. *sed si gregis*, *Instit. de rerum diuis.* ibi: *In locum demortuorum capitum, ex fœtu fructuarius submittere debet*, *& in vinearum demortuarum, vel arborum locum alias debet substituere*, cum aliis.

Et nouum non est, † vt ea, quæ ad rem aliquam destinantur, iam tunc ex ipsa destinatione, ipsius rei appellatione, & iuribus in multis casibus gaudeant, *l.*3. §. *quid ergo*, *D. de contrar. & vtil. act. tut.* Auth. *de Eccles. tit.* §. *pro temporalibus*, cum adductis à Lasarte *in tract. de decim. vend. cap.*20. *n.*59. *& seqq.* Tiraq. *de retract. lignag. gloss.*7. §.1. *num.*106. *& seqq.* Brun. à Sole in locis communibus, *verb. Destinatio*, & Perez de Lara *de anniuers. & capellan. lib.*1. *cap.*20. *ex num.*51. 9

Secundò infero, † longè grauiùs peccare eos, & absque vllius excusationis prætextu ad restitutionem teneri, qui Indos sibi ad prædicta ministeria designatos, in alia conuertunt, quæ priuatum dumtaxat eorum lucrum, vel vtilitatem concernant: aut quod magis dolendum, & puniendum est, aliis sub maiori pensione, & mercede locant, pretium, quod pro iis capiunt imbursantes, & Indæ instar iustorum sanguinem tradentes, & vendentes, vel ab eisdem Indis, aut eorum Caziquis pecuniam accipientes, vt eos à labore sibi iniungi solito excusent, & liberè, quò velint, abire permittant. Quos Indos † vulgò vocant, *de faldriquera*, eorúmque vsurpatio, & nundinatio pluribus etiam Regiis schedulis, & edictis semper prohibita est, & præsertim illis dicti anni 1601. *cap.*20. & ann. 1603. 1609. *cap.*13. quæ mutationem ministerij sub pœna amissionis Indorum, & aliis grauioribus prohibent. Et aliis ann. 1608. 1616. 1618. & 1620. ad Audientiam Limensem, & Argentinam directis, cum multis similibus, quæ de dictis redemptionibus, siue nundinationibus agentes, eas perniciosum lucri genus, & furto grauius appellant; iubentque, vt transgressores seuerè puniantur, & fiscales super hoc vigilent: Potosiensique Prætori in syndicatu imputetur, si hoc ita atrox delictum impunitum reliquerit. Et inter alias rationes eam expendunt, quòd † huius fraudis occasione iura, siue vectigalia quintæ metallorum partis Regi præstari solita, valdè minuuntur. Cuius reditus incrementum hoc seruitij genus forsan induxit, aut certè magis tolerabile reddidit, & ita ei multum consulendum est. Nam † cùm de vtilitate, & bono Principis publicóque agitur, summam semper rationem habendam esse, apertè probat *l. iubemus*, *la* 1. *C. de sacrosanct. Eccles.* DD. per text. ibi *in l.*1. *D. solut. matr.* copiosè Hypolyt. de Marsil. *in sing.* 531. incip. *Vtilitas*, & in nostris ferè terminis Menoch. *cons.* 798. *num.*16. 10 11 12 13

Neque obstabit, quòd regulariter nemo prohibetur seruo pro opera mercedem imponere, *l. sed & ipsi* 13. *D. de vsu & habit.* vel rem quam conduxit alij fruendam locare, *l. nemo* 6. *C. de locat.* cum latè traditis a b Ant. Gom. 2. *var. cap.*3. *num.*11. & Vincent. Carrotio *in tract. de locato*, *tit. de sublocatione fol.*93. Nam in eadem lege subiicitur limitatio. *Si nihil aliud conuenit*, quæ huic casui adaptatur, stante dictarum schedularum ratione, & prohibitione. Et prætereà limitari solet, vbi rei, quæ sublocatur, aliquod damnum generari potest, vt tradit Panorm. *in cap. inter dilectos*, *de fide instrum.* 14

Syluest.

Syluest. *in summ. verb. Locatio, quæst.* 2. Ludou. Lop. *in instruct.* 2. *par. cap.* 50. *conclus.* 4. Eman. Roder. *in summ. cap.* 18. *concl.* 4. & latè Carroc. *vbi sup. num.* 4 & D. Pichard. *in Rubr. de locato, num.* 7. Quod in his Indis necessariò continget, cum verosimile sit, grauius à sublocationibus habendos, & vexandos esse, & durioribus operis onerandos, vt pretium maius solito, quod pro eis dederunt, extorqueant, & cum fœnore (vt dicunt) decumano resarciant. Et conducit
15 optimus † text. *in l. plenum* 12. §. *si vsus ministerij, D. de vsu & habit.* ibi: *Operas autem serui vsuarij non locauit; neque alij vtendo concedet; & ita Labeo. Quemadmodum enim concedere alij operas poterit, cùm ipse vti debeat?* Quod idem probat etiam text. *in* §. *item is, Inst. eodem tit. & l.* 21. *tit.* 31. *par.* 3. & text. opt. *in* §. *furtum, Inst. de obligat. quæ ex delict.* Vbi is
16 † furtum committere dicitur, qui rem, quam vtendam accepit, in alium vsum transfert, quàm cuius gratia ei data est, cui conuenit *l.* 20. *tit.* 13. *par.* 5. *& l.* 3. *tit.* 14. *par.* 7. & alia quæ adducit Molina Theolog. *de iust. & iure tom.* 2. *tract.* 2. *disp.* 524. *n.* 1. vbi probat, id omne, quod in contrauentionem eiusmodi legum accipitur, illicitum esse, & restitutionis necessitatem induce-
17 re. Indi † autem eiusmodi pecunias dantes minus culpandi videntur, cùm quilibet possit vexationem iniustam pecunia redimere, ex traditis ab Oldrad. *cons.* 280. *per totum.*

Tertiò infertur, adeò verum esse hoc Indorum seruitium respectu fundi, vel argenti auri-
18 uè fodinæ ob publicam vtilitatem concedi, † vt nemo priuatus possit propria auctoritate eos, etiam fundo, vel fodina vendita, vel locata in alium transferre. Hoc enim, dominium in eos, tanquam in seruos, habere significaret, argumento text. *in l. cùm manusuta* 80. §. *vlt. D. de contrah. empt.* quod strictè dictæ schedulæ prohibent, & alia ann. 1592. Pœnis etiam grauissimis aduersus tabelliones impositis, qui in contractibus, & scripturis, quæ de eiusmodi bonis celebrantur, Indorum mentionem faciunt.
19 Debéntque successores, † siue vniuersales, siue particulares coram gubernatoribus comparere, & ostensis possessionum suarum titulis, ab eorum manu Indos competentes accipere, qui
20 iniuriam † facere videbuntur, si dari solitos, absque iusta causa negauerint, iuxta celebrem doctrinam I. C. Vlpiani *in l.* 1. §. *permittitur, D. de aqua quotid. & æstiua,* ibi: *Nec est hoc beneficium, sed iniuria, si quis fortè non impetrauerit,* cui est similis text. *in cap. bonæ, de postulat. Prælat.* & Matth. de Afflict. *ad constit. Neapolit. lib.* 1. *Rubr.* 97. *in princip. num.* 22. ibi: *Quia licèt assensus sit gratia, tamen si sine causa denegatur gratia, fit iniuria.* Nam pro concesso habetur, quod Princeps facilè indulget, vt notat, post alios, Alphanus *ibid. in collect. Roman. singul.* 70. incip. *Vitis, num.* 3. & Cassadorus *decis. fin. sub tit. de adquir. rerum domin.* & conducit. *l. proximè* 50. *D. de ritu nupt.* ibi: *Magis enim debitam libertatem præstitit, quàm vllum beneficium in mulierem contulit.*

21 Neque in consideratione est, † quòd in adscriptitiis colonis contrarium obseruari videamus; cùm constet eos in contractum deduci posse, & in accessionem venditi fundi venire, imò nec fundo, cui adhærent, vendito, posse seorsim apud priorem dominum remanere, vt *in l. quoties, C. de agricol. & mancip. & in l. si quis prædium, C. de agricol. & censit. lib.* 11. cum aliis. Adeò vt vbicunque reperti fuerint, possint à nouo fundi domino, tanquam res propria repeti, & vendicari, vt tradit., & probat Nauarr. *lib.* 1. *cons.* 1. *quæst.* 14. & nouissimus D. Francisc. Merlinus *controuers. forens. cap.* 83. Nam id ea ratione procedit, quòd tales Adscriptitij, sunt veluti serui; & conditionatam, ac prædiis adstrictam libertatem habebant, vt latè diximus *sup. cap.* 3. *n.* 64. *& seqq.* quod in Indis contra se habet, qui omni iure liberi esse iubentur: vt sæpè etiam probatum reliquimus, & post hæc scripta ostendit † Nobilis pariter, ac certè supra ætatem eruditus, D. Nicol. Ferdinand. à Castro ex Equestri Ordine D. Iacobi, in suis exercit. Salmanticens. quas nuperrimè typis, veluti in gustum maiorum lucubrationum, mandauit, *exercit.* 1. *ex num.* 29. *ad* 48. vbi plura de eiusmodi adscriptitiis, & colonorum differentiis diligenter congessit. 22

Est tamen notandum, quòd quamuis specificè vendi, aut locari non possint, † non erit iniustum, nec reprobatum, si venditor, vel locator fundi, aut argenti fodinæ, maius pretium exigat, & reportet ob Indorum seruitium eisdem præstari solitum. Nam spes illa eosdem per nouum dominum consequendi, considerabilis est, cùm concessio frequens, & facilis sit, iuxta *dict.* §. *permittitur*: & ea quæ latè de spei † pretio, & æstimatione tradit Tiraq. *post leges connub. gloss.* 2. *num.* 26. *&* 38. cum multis seqq. *& de retract. conuention. gloss.* 3. *num.* 4. & noster Matienzus *in l.* 7. *tit.* 7. *Recop. gloss.* 1. *n.* 6. *& in l.* 10. *tit.* 8. *gloss.* 3. *n.* 17. *lib.* 5. *Recop.* 23 24

Et in iure sæpè contingit, † vt quædam nominatim expressa noceant, quæ aliàs omissa tacitè intelligi possint, nec sint obfutura, ac proinde dici soleat, expressa nocent, non expressa non nocent, *l. nonnunquam* 51. *D. de condit. & demonstrat. l. si quis Sempronium, D. de hæred. instit. l. expressa nocent, l. actus legitimi, D. de regul. iuris,* cum aliis, quæ adducunt DD. ibidem, & Emanuel Acost. *lib.* 1. *select. cap.* 21. Cuiac. *lib.* 2. *obseru. cap.* 2. Fachin. *lib.* 5. *controuers. cap.* 58. & Craueta *consil.* 484. Ac similiter euenit, † vt quædam sint, quæ licèt non possint sola alienari, tamen cum vniuersitate bonorum ad alios transire permittantur, vt in fundo dotali probat text. *in l. quædam sunt* 62. *D. de acq. rer. domin. & in iure patronatus, & rebus sacris, & religiosis,* gloss. & DD. ibidem, & *l. in modicis, D. de contrahend. emptione, cap. ex litteris, de iure patronat.* cum aliis traditis à Riminald. *in princip. Instit. quibus alien. licet, num.* 181. qui hoc ad vassallorum alienationem inducit *in l.* 1. *à n.* 9. *D. de offic. eius,* & ad varios & practicos iuris effectus expendunt Brisson. *ad leg. Iul. de fund. dotal.* Molina *de primogen. lib.* 1. *c.* 24. *n.* 19. Doct. Pichard. *in* §. 1. *n.* 16. *Instit. de inutil. stipul.* Rota *decis.* 489. incip. *Episcopus, in antiquis,* Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 54. *n.* 49. & alij relati ab Alphan. *in collect.* 558. & nouissimo Heringio *in tract. de molendin. quæst.* 31. *num.* 16. 25 26

Quibus addo celebrem gloss. *in Extrauag. vnica, de offic. deleg. inter communes, verb.*

27 *Executores, post medium*, † vbi ait, & probat,
*Quod frequenter licet accessoriè, quod princi-
paliter non liceret.* Et text. *in l. si in emptione,*
28 *D. de contrahend. emptione*, vbi † probatur,
quòd pleráſque res propter acceſſiones emi-
mus; quæ etiam ſæpè, propter ſui excellen-
tiam rebus ipſis, quibus adhærent, pretioſio-
res reputari ſolent, *l. qua ratione* 9. *§. ſed non
vt litteræ, D. de acquir. rer. domin. & §. ſi quis
in aliena, Inſt. de rer. diuiſ.* Vnde & inter Ro-
manos, fundi, qui adſcriptitios colonos ha-
bebant, longè pluris æſtimabantur, vt docet
Valaſc. *de iure emphyt. 1. par. quæſt. 32. num. 6.*
Felician. *de cenſib. in proœm. num. 4. verſ. Sed
non placet*, & Ameſcua *de poteſt. in ſe ipſum
lib. 2. c. 17. n. 23. & 24.*
29 Quod tamen non operabitur, † vt emptor,
vel conductor de euictione agere poſſit, aut
enormem, vel enormiſſimam læſionem alle-
gare, ſi fortè Gubernator, aut Magiſtratus,
qui prædictos Indos diſtribuendi ius habet,
eos ei ex motu animi ſui in totum denegaue-
rit, vel ad minorem numerum reduxerit, vt ſæpè
fieri videmus ex variis cauſis, quæ contingere
ſolent. Nam cùm hic euentus ab initio contra-
ctus ei quodammodo imbibitus eſſet, nihil eſt,
30 quòd † venditori emptor obiiciat, à quo nullam
huius rei nomine cautionem, vel expromiſſio-
nem accepit, *l. Lucius Titius* 11. *D. de euict.* ibi:
*Futurus caſus euictionis poſt contractam emp-
tionem ad venditorem non pertinere; l. ſi per
imprudentiam* 51. *D. eodem*, ibi: *Iniuria enim
quæ fit emptori, auctorem non debet continge-*
31 *re.* Et † id euenire poſſe proſpicere debuit, *l. ſi
quis domum* 9. *§. 1. D. locati, l. qui bona, §.
cùm inter, D. de damn. infect. l. ſi idem, in fine,*
vbi gloſſ. & DD. *de iuriſdict. omn. iudic.* cum
aliis, quæ ad exornationem huius Brocardici
cumulat Bart. & Iaſ. *in l. inter ſtipulantem, §.
ſacram, D. de verb. oblig.* Tiraq. *de retract.
lignag. §. 12. gloſſ. 1. num. 9.* & latè D. Ioann.
del Caſtillo *lib. 2. controuerſ. cap. 18. n. 26.*
32 Neque † vlla ratione deceptus dici poteſt,
qui ius publicum ſequitur, *l. nihil conſenſui
116. verſ. Non capitur, D. de regul. iur.* vel qui
benè rem gerens, facto poſtea, vel accidenti
33 aliquo læditur, † *l. verùm* 12. *§. ſciendum, D. de
minor.* vbi eam rationem reddit Vlpianus: *Quòd
euentus damni reſtitutionem non indulget, ſed in-
conſulta facilitas*, de qua pluribus agunt Bart.
& Bald. *ibid. num. 2.* Marant. *de ordin. iud. 6.
par. act. 2. n. 246.* Maurit. & alij relati per Padil-
lam *in l. de fideicommiſſo, n. 6. C. de tranſact.* &
Sfortia Oddus *in tract. de reſtit. 1. par. quæſt. 14.*
34 *art. 1.* Quod † ſecus dicendum eſſet, vbi ſpei ſo-
lius venditio ab initio facta fuiſſet, & culpa,
vel dolo venditoris aliquod damnum, vel læ-
ſionem emptor incurreret. Nam tunc & reſti-
tutionis, & *l. 2. C. de reſcind. vendit.* remedium
locum haberet, habita videlicet ratione pretij,
quod communiter datum fuiſſet pro ea ſpe, vt
notanter voluerunt Pet. Andr. Imola, & Anton.
de Burg. *cap. cùm cauſa, de emptione & vend.* &
Tiraq *d. gloſſ. 2. n. 38.*
35 Quartò, † ex ſuprà dictis etiam deſcendit,
non vſquequaque ſecuram eſſe opinionem P.
Agia *in reſponſ. 2. de ſeruitio perſonali, concl.
9. pag. 69.* vbi ait: *Licitum eſſe argenti fodinis,
quæ nouiter deteguntur, vel fundis, qui de no-
uo coluntur, Indos aliquos intra moderatam
quantitatem concedere.* Nam licèt hoc aliqui-
bus etiam antiquis ſchedulis permitteretur,
poſteà ſuperuenerunt illæ, de quibus ſæpè lo-
cuti ſumus, ann. 1601. & 1608. quæ id ſeriò &
enixè prohibuerunt. Idémque diſponitur in
alia ſched. Matrit. 10. Decemb. ann. 1607.
dum inquit: *Que de tal manera ſe acuda à las
minas de Oruro, y las de los otros nueuos deſ-
cubrimientos, que no ſe haga por ninguna via
repartimiento de Indios para ellas, ni para las
de azogue, que ſe deſcubrieren de nueuo, y que
los que de ſu voluntad fueren à trabajar à ellas,
no ſean, ni ſe tomen de los que trabajan en las
de Potoſi.* Quæ obſeruari ad vnguem iubetur
per aliam Matriti 3. Iun. ann. 1611. quarum
ratio eſt, † quòd cùm ex fundis, vel fodinis 36
hucuſque repertis, ſufficienter Reipublicæ
prouiſum videri poſſet, æquitati conſonum vi-
ſum fuit, coactionem Indorum, & duritiem
eiuſmodi ſeruitij hac in parte temperare.
Nam regulare eſt, † vt quæ ob neceſſitatem, 37
vel vtilitatem publicam contra ordinarias iu-
ris communis regulas indulgentur, eò vſque
dumtaxat extendantur, quò eadem neceſſitas
exigit, tam in tempore, quàm in quantitate, *l.
vnica. in princip. C. de caduc. tollend.* ibi: *Vt quod
belli calamitas introduxit, pacis lenitas ſopiret*;
melior text. *in l. Senatus, D. de offic. Præſid.* per
quem ita notauit Bart. *in l. 1. §. nuntiatio, D. de
nou. oper. nuntiat.* & gloſſ. & DD. *in cap. 2. de cu-
ſtod. Euchar. & in cap. Syracuſanæ, 28. diſt. & in
cap. quoniam multa, 48. diſt.* † *& in cap. quod* 38
*pro neceſſitate 1. q. 1. & in cap. quod pro reme-
dio, ead. cauſ. q. 7.* vbi dicitur: *Quòd neceſſitas pro
remedio reperit, ceſſante neceſſitate ceſſare debet
pariter, quod vrgebat*, cum aliis latè, & pulchrè
congeſtis à Tiraq. *in tract. de ceſſ. cauſa, verb.
Bello, num. 44. & verb. Neceſſitatis, num. 184.*
Quo argumento ductus Cardin. Tolet. *in ſum.
lib. 5. cap. 74.* gabellam † Hiſpaniæ, quam vul- 39
gò *Alcaualam* vocamus, intrepidè damnat,
quia finis, & ratio illius imponendæ ceſſauerit,
nempè bellum pro expellendis Hiſpaniâ Mau-
ris, quod in Granatenſi finitum eſt, in quo ta-
men meritò eum variis conſiderationibus ta-
xat P. Ioan. Zapata *de iuſt. diſtrib. 1. par. c. 19.
num. 17.*
Idémque efficit, vt fodinis, quæ paruum lu- 40
crum ex ſua cultura, & operatione reddunt,
quæ communiter appellantur, *Minas pobres*,
Indi dandi non ſint, & dati ſubtrahendi, quia
prudens Gubernator eorum vexationem per-
mittere non debet, vbi vberrimo metallorum
fœnore non penſatur, & ita expreſsè deciditur
in eiſdem ſchedulis, & in aliis Lermæ 10. No-
uemb. & Matrit. 22. Decembr. ann. 1612. vbi
Dominus Prorex Marchio de Monteſclaros
laudatur, quòd eiuſmodi pauperibus fodinis
Indos ademerit; inter quas fuerunt illæ *de
Oruro, Berenguela, & Garci-Mendoça*, illos
ad Potoſienſes tanquam ditiores traducens.
Quòd, quia poſteà innouauit eius ſucceſſor Do-
min. Princeps Eſquillacenſis, eiſdem fodinis
diſtribuens 550. Indos, notatus fuit, & eos tol-
lere iuſſus, in alia ſchedula, ſiue epiſtola ei di-
recta Matriti 16. April. ann. 1618. Et poſſe-
mus ad hoc idem plures alias expendere, quæ
(vt apparet) ſuprà dicta ratione nituntur; &
exemplo † medicamentorum, quæ in ſe vene- 41
num continent, ex quibus id ſolum ægrotanti
applicatur,

applicatur, quod ad maius malum vitandum expediens esse, prudens medicus arbitratur.
42 Etenim † cùm in his regionibus fodinæ detectæ plurimæ sint, & plures quotidie detegantur, Indi autem valdè consumpti, & vastati, ac vexati (vt sæpè diximus) reperiantur, si omnibus fodinis illi pauci, qui supersunt, inseruire cogerentur, aliis ministeriis, & sibi ipsis deficerent. Quod cernens, & intelligens Excell. ille, & experientissimus Peruanus, & Mexi-
43 canus Prorex † Dom. D. Ludouic. à Velasco vbi aliqui coram eo comparebant, fodinas denuò repertas laudantes, & Indos ad earum effossionem, & operationem petentes, respondere solebat, sibi magis ad vsum, & ad votū cessurum, si quis aliquam Indorum mineram propalasset, & interim dum hæc non reperiretur, aliis semper eorum distributionem denegaturum.

Quintò, eadem hæc iuris principia nos admonent, quid sentiendum, & iudicandum sit
44 de alio seruitij genere, † quod miseris Indis sæpè etiam iniungi solet, eos cogendo, vt gallinas, oua, pisces, maizium, atque alia comestibilia, ad fodinas, vrbes, & oppida Hispanorum adducant, herbámque ad esum equorum, & ligna, carbonem, & similia, domesticis vsibus necessaria; & hæc omnia inter eosdem Hispanos sub taxato, & moderato pretio, etiam inuiti, distribuant, in quo grauiùs, & sæpiùs ipsi Gubernatores, Magistratus, & aliquarum Curiarum Iudices, & quod magis dolendum est, ipsi Indorum Parochi, tam regulares, quàm sæculares excedere solent. Nam cùm hoc publicam necessitatem, vel vtilitatem principaliter non concernat, sed priuatam tantùm eorum, qui volunt hoc pacto sibi consulere, & viliori pretio mediante Indorum labore, & sudore hæc consequi, quæ si competenti mercede persoluerent, ab eisdem Indis, & ab aliis voluntariè, & abundanter habere possent, tolerandum planè non est, cùm incidat in speciem illicitarum impositionum, & exactionum, quas omni iure prohibitas esse, fusè probaui *suprà hoc lib. cap.* 1. *num.* 21. *& seqq.* & libertatem commerciorum contra omnes iuris ciuilis regulas adimat, *l. neque emere, l. inuitum, C. de contrahend. empt. cum simil.* Ipsósque Indos sæpe sæpiùs suis pecuniis, & magno pretio, & labore comparare compellat, quod posteà longè minori, iam in vrbem aduectum, sint vendituri.

45 Quod ita exprefsè decisum reperio in variis schedulis ann. 1552. 1567. 1573. ad Regales Cancellarias Mexicanam, & Argentinam directis, quæ extant *in* 4. *tom. impress. pag.* 296. *&* 310. *& seq.* vbi declaratur, eiusmodi impositiones in seruitij personalis, toties vetiti, & quidem durissimi, speciem incidere, & quòd deinceps Indi ab eis omni modo liberentur, vel iustis pretiis, & suauibus aliis mediis alliciantur ad victualium in vrbes exportationem, quæ ita rebus omnibus necessariis abundabunt. Necnon, vt ipsi Iudices, & Magistratus eodem pretio, quo cæteri ciues, hæc omnia, & in mercato publico comparent. Nam iuxta sententiam Cassiod. *lib.* 12. *var. epist.* 5 *in fine*: *Magnæ iniustitiæ genus est, aliud sibi iudicem velle, quàm potest generalitas sustinere.* Et in alia schedula Matrit. 17. April. ann. 1553. quæ habetur in ordinatione Mexican. impressis per Licent. Pugam disponitur, ne Indi ad venationes compellantur, & ad alia edulia, vel vtensilia Hispanis afferenda, quæ magis ad gulam, & voluptatem, quàm Reip. necessitatem concernant. Quibus arridet, † quod dicitur *in Rubro,* 46
& Nigro, C. ne rusticani ad vllum obsequium deuocen. & C. ne operæ à collatoribus exig. lib. 10. *& in l.* 1. *& l. colonos, C. de agric. & censit. lib.* 11. vbi, quòd rusticani, & coloni præter capitationem ad alia obsequia, vel ad alias operas cogendi non sunt, adeò vt nec bestias Præsidibus accommodare debeant, *d. l.* 1. *C. ne rustican. nec hospicium, l. deuotum, C. de metal. lib.* 12. nec balnea eisdem Præsidibus succendere, sint compellendi, *l.* 1. *C. ne tribu laua præs. lib.* 10. nec salgamum præstare, *l.* 2. *C. de salgam. hosp. non præstan. lib.* 12. cum aliis, quæ in eisdem iuribus Iacob. Rebuff. Ioan. de Platea. Lucas de Pena, & Valençuela Piscator, latè notarunt, Greg. Lop. *in l. fin. tom.* 7. *gloss.* 1. *ad fin. par.* 5. *& in l.* 6. *tit.* 25. *gloss.* 2 *par.* 4. Bart & DD. *in l. placet, C. de sacrosanct. Eccles.* & Cacheran. *decis.* 39. *num.* 19. *& decis.* 83.

Sextò, eadem iuris principia, quæ hucusque retulimus, lucem præstant ad decidendam quæstionem, quam inter alias, Indorum materiam concernentes, mouet Licent. Ferdin. Zurita in suo quæstionar. quæst. 21. an scilicet † propter metalla auri, & argenti licitum sit, 47
aliquem pestilentem, vel periculosum locum apud Indos incolere. Nam qui tenent, vtilitatis publicæ contemplatione, posse Indos his quantumuis duris, & periculosis metallorum operibus etiam inuitos mancipari, idem in eisdem; & Hispanis, qui prædicta loca incolunt, admittere debent, dummodò hæc diuitiarum exquirendarum cupiditas ad honestum aliquem finem ordinetur. Nam aliàs † non liceret na- 48
uigare, neque iustum bellum inire, vt constat ex traditis à D. Thom. 1. *par. q.* 60. *art.* 5. *& in* 1. 2. *q.* 114. *art.* 10. *& in* 2. 2. *q.* 26. *art.* 4. *&* 5. & resoluit Zurita *vbi suprà.* Hinc inferens, non teneri in talibus locis habitantes, conteri, & confiteri ratione illius periculi, quod ibi frequentatur, cùm omne elementum particeps sit humanæ necis, vt ait Georg. Agricola *lib.* 2. *de re metall. pag.* 13. Pro quo expendi potest † text. *in l.* 2. *& seqq. l. Senatus* 35. §. *mortis* 49
causa, D. de mortis caus. donat. ibi: *Aliàs ex metu mortis, aut ex præsenti periculo, aut ex futuro, siquidem terra, marique, tam in pace quàm in bello, & tam domi, quàm militiæ, multis generibus mortis periculum metui potest*: & Plin. *lib.* 18. *c.* 5. vbi ait, eos qui in locis pestilentibus assueuerunt, durare solere.

Planè † si impendentis mortis periculum 50
euidens esset, tunc contrarium quidem affirmare oportebit, vt idem Auctor exprefsè considerat, quia † non licet vitam pro omnibus mun- 51
di thesauris prodigere, text. & gloss. *in summ.* 83. *dist. cap. non satis* 86. *dist. in princip. l. sancimus, C. de sacros. Eccles.* Ripa *in tract. de peste, in princip. num.* 8. vbi quòd pestifera, & contagiosa loca habitantes, peccant, vti Deum tentantes, cum latè adductis, à Gomez de Amescua *in tract. de potest. in se ipsum lib.* 1. *cap.* 16. *ex num.* 7. *& lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 1. & in nostris terminis notat Georg. Agricola *d. tract. de re metall. lib.* 2. *pag.* 23. vbi metallarios monet, non fodere locos, vel fructuosissimos, quorum certa pestilentiæ signa percipiunt; etenim

etenim qui fodit pestiferos, ei vna ora satis est vitæ, alteram orco spondet.

Idémque docet *lib.* 3. *pag.* 172. *& seqq.* vbi,
52 in † ipsis subterraneis, propter virus innatum, aut halitum repressum, vel quia pestilentem auram exhalant, certa mors imminet, & ratio cum orco habetur, quia tunc nemo debet
53 in has fodinas descendere. Sicut neque † in illas, quæ Solifugas gignunt, hoc est (vt Solinus scribit) animal perexiguum, similéque araneis forma, sic dictum, quod diem fugiat, paulatim repat, & per imprudentiam supersedentibus pestem faciat, de quo pluribus agit Claudius Salmasius *in Plinianis ad eundem Solinum exercitationibus pag.* 100. *& seq.* Vbi tamen non Solifugam, sed Solipugam dicendum contendit, & idem esse cum eo, quod Græci *Phalangium*, & Bætici *Salpucam* appellant.
54 Aut in alias, † quæ à truculentis & homicidis dæmonibus infestantur, quos, si expelli non possint, nemo, non fugit, vt tetigi *sup. hoc lib. cap.* 14. *num.* 55. & latiùs narrat idem Georg. Agricola *in lib. de animant. subterraneis*, Ioan. Vierus de præstigiis dæmonum *lib.* 1. *cap.* 16. & Martin. Delrius *disquisit. Magicar. lib.* 2. *q.* 27. *sect.* 2. & nouissimus Torreblanca in locis quos refero *dict. num.* 55. vbi aiunt, in fodinis metallicis reperiri dæmones interdum mites, interdum truculentos. Et truculenti quidem, vel solo aspectu terribiles, plerúmque metallicis infesti, atque inimici sunt. Talis fuit Annebergius dæmon, qui operarios duodecim amplius, flatu interfecit, in specu, qui Corona rosacea appellatur; eo nomine relictus, quantumuis argento diues esset. Flatum verò emittebat ex rictu; cum equi specie, habentis procerum collum, & truces oculos, appareret. Eiusmodi etiam fuit Snebergius, nigro cucullo vestitus, qui in fodina Georgiana operarium è solo sublatum, in superiore loco maximæ illius concauitatis, quondam feracis argenti, collocauit, non sine corporis attritu. Quæstuosam etiam admodum fodinam deserere apud Turcas cogebatur Iudæus, à dæmone metallico, hominibus frequenter in forma capræ, aurea cornua gerentis, apparente. At sedatos illos dæmones alij, vt etiam Græci *Cobalos* vocant, quòd hominum sunt imitatores. Nam, quasi lætitia gestientes, rident: & multa videntur facere, interim nihil planè efficientes. Alij virunculos montanos nominant, quia plerumque apparent nani tres dodrantes longi. Videntur autem esse seniones, & vestiti more metallicorum, id est, birreto, indusio, & corio circumlumbos dependente. Innoxij sunt hi metallicis, & si interdum glareis operarios lacessunt, rarissimè tamen eos lædunt, nisi cachinno, aut maledicto lacessiti. Potissimum opus facere videntur in his specubus, è quibus metalla iam effodiuntur, vel ea effodi posse spes est, quo circa à laboribus non deterrentur metallici, sed omen inde capientes, alacriori sunt animo, & vehementius laborant, eósque exoptant.

Septimò, & vltimò. Hæc sanè omnia, & alia, quæ de duritie laboris, & operationis metallorum in superioribus diximus, facem nobis præferunt ad intelligendam rationem deci-
55 dendi † quarumdam antiquarum schedularum, quæ renouantur, & inuiolabiliter obseruari iubentur per aliam dat. Matr. 29. Martij ann. 1621. nempè, ne Clerici (præsertim Indorum Parochi) fodinis intendere possint, vel in hoc Indos suæ fidei, ac clientelæ commissos, vllo modo occupare, & exercere. Et expressiùs, & generaliùs in alia dat. Vienæ Nauarræ 15. Nouemb. ann. 1592. quæ Prælatis iniungit: *Que no consientan que Clerigos, ni Frailes beneficien minas, por ser cosa indecente, de que resulta escandalo, y mal exemplo.* Nam etsi per alias plures schedulas, † & præcipuè per quandam prouisionem 56
Dom. Imp. Carol. V. datam Granatæ 9. Decemb. ann. 1526. omnibus cuiuscunque generis personis, tam Hispanis, quàm Indis liberè permittatur, per se, vel per seruos, aut famulos, vel operarios suos, metalla vbicunque, & vndecunque quærere, & effodere sine tertij præiudicio. Hoc tamen in † Clericis limitatum, vel limitandum 57
videtur; fortè ob imminens periculum, in quod dicti operarij deducuntur, à quo Clerici maximè abstinere debent, † prout & ab aliis quibus- 58
libet actibus, in quibus sanguis humanus effunditur. Adeò vt dixerit Bald. *cons.* 432. *in princ. lib.* 5. quem refert & sequitur Tusch. *litt. C. concl.* 382. † Papam non posse Clericis licen- 59
tiam impartiri, vt sanguinem humanum effundant: & Concilium Limense 3. *act.* 2. *c.* 7. *pag.* 118. Clericis regulariter prohibeat ad bellum contra Indos, aut alias quascunque expeditiones militares proficisci, ea ratione reddita: *Quòd ibi agitur de plurimorum hominum fortunis, libertate, salute, ac sapè temeritate multorum, irreparabilia bello damna dentur.* Aut etiam ex eo, quod hæc occupatio metallica negotiationem, & ex magna parte mœchanicam sapit, quæ † Cleri- 60
cis etiam prohibita est, *cap. quanquam, de censib. lib.* 6. *c. negotiatorem, dist.* 86. cum aliis traditis ab Abb. *in Rubr. & c.* 1. *ne Cler. vel Monachi, & in cap. cùm non ab homine, n.* 2. *de iudic.* Socin. *in cap. si quis Clericus, n.* 16. *de foro compet.* Roman. *cons.* 346. *n.* 18. Tusch. *d. litt. C. concl.* 81. & in nostris terminis sched. ann. 1563. 1575. 1588. 1592. 1604. quæ referuntur in summario legum Indicarum *lib.* 1. *tit.* 9. *l.* 15. vbi ita in compendium rediguntur, *Que los Clerigos no traten, ni contraten, por si, ni por otros, ni sean Fatores de los Encomenderos.* Et expressiùs *in † Concil. Limensi* 3. 61
act. 3. *c.* 4 *&* 5. ad quod se refert dict. sched. ann. 1621. Vbi inter alia, quæ ad prohibendam negotiationem Parochorum statuit, sic habet, & cauet: *Neque Indos ad mineralia sibi curanda mittere, vel eorum operam locare. Sciant enim Parochi Indorum, mineralium officinas, siue ingenia, pannorum quoque lanificinas, cæterásque quæstuarias artes, sibi esse prorsus interdictas. Neque enim, qui euangelizandi ministerium susceperunt, Deo simul & mammonæ seruire possunt. Qui istorum quilibet egerit, etiam excommunicatione latæ sententiæ eo ipso se nouerit innodatum.* Quæ tamen ego parum, dum in Indiis essem, obseruari vidi; & ita † temperanda censerem, vt si 62
fortè Clericus in argenti fodinis, quibus Indi solent distribui, hæreditario iure succedat, hoc beneficio priuandus non sit, saltem interim dum in personas seculares ius sibi ad fodinas competens, bonis conditionibus transfert, & ita me in quæstione facti ad consultationem D. Proregis Principis Squillacensis Limæ consuluisse recordor.

CAP.

CAPVT XVIII.

De tributis, quæ Indi præstare compelluntur, & eorum iustitia, & an personalia, vel realia censenda sint?

SVMMARIVM.

1 *Tributorum præstatio, quæ per Indos fit, pertinet ad materiam seruitij personalis.*
2 *Tributa ab Indis in recognitionem dominij, & ex iustis aliis, ac legitimis causis persoluuntur, & quæ illæ?*
3 *Tributis in omnibus imponendis, & exigendis, quæ causæ soleant considerari?*
4 *Reip. nerui, & defensio in tributis consistit.*
L. 1. §. in causa, D.de quæstion. *& alia iura de causis tributorum agentia, expenduntur, & illustrantur, ibidem.*
5 L. 6. titul. 24. lib. 6. & l. 11. in fin. tit. 28. par. 3. *& aliæ similes explicantur.*
6 *Cassiodori locus expenditur, vbi in tributis constituit robur, & firmitatem Reipublicæ.*
7 *Tributorum materiam, & iustificationem examinant plures DD. qui recensentur.*
8 *D. Chrysostomi aurea verba referuntur de iustificatione, & vtilitate præstationis tributorum ad sustentationem Principis, & Magistratuum, & defensionem Reipublicæ.*
9 *Romani, & aliæ nationes prouinciis subiugatis varia tributa indicebant.*
10 L. ager 27. §. stipendium, D. de verb. sign. *& aliæ similes explicantur, & illustrantur*, & n. 5.
11 *Collectæ, tributa, & aliæ impositiones à iure Gentium originem habuerunt.*
12 *Tributa iustè imposita in foro conscientiæ, & sub peccato mortali debentur.*
13 *Tributa moderata iustè Indis imponi potuisse, qui Auctores affirment?*
14 *Tributa ab Indis præstari debere, declaratum, & decisum fuit, in quodam consessu Barchinonæ habito, ex Ant. de Herrera.*
15 *Schedulæ plures referuntur de tributis Indorum, & eorum norma, & taxatione disponentes.*
16 *Indi olim suis Regulis, & Tyrannis plura, & grauiora tributa, & seruitia præstabant, quàm hodie Hispanis præstant.*
17 *Mexicani Indi, qui pauperes erant, certam pediculorum pensitationem tributi nomine Motechumæ pendebant.*
18 *Indi Orientales quartam partem fructuum tributi nomine suis Regibus quotannis pendebant.*
19 *Indi Orientales tenuiores, rosas & flores pro tributo offerebant.*
20 *Indi etiam infideles, inter baptizatos commorantes, tributa soluere debent.*
21 Cap. iam verò 23. q. 6. *ponderatur.*
22 *Abulensis insignis locus in materia tributorum adducitur, & expenditur.*
23 *Tributa præstabant Romanis Iudæi, qui illis suberant, licèt sub religione diuersa.*
24 *Tributa non sunt exigenda ab Indis sub titulo, vel compensatione Euangelij, quod illis prædicamus, & quare?*
25 *Tributorum, quæ Indi præstant, partem aliquam assignare eorum Parochis, & prædicatoribus, iniquum non est.*
26 *Ministri salutis æternæ ali debent Indorum largitionibus, & prouentibus.*
27 *D. Pauli locus* 1. Cor. 9. *expenditur.*
28 *Operarius est dignus mercede sua.*
29 Cap. Ecclesias 13. q. 1. & cap. Episcopus, de offic. Ordin. *expenduntur, & illustrantur.*
30 *Altari qui seruit, de altari viuere debet.*
31 *Euangelij prædicationi vbi aliquod impedimentum causatur ex temporalium receptione, omittenda sunt, quamuis licitè exigi possent.*
32 *D. Paulus qualiter sine vllo præmio prædicauerit, & propriis manibus victum quæsierit, ob vitandum scandalum,* 1. Corint. 8. & 9. 1. Thessal. 2. & 2. 3. & Act. 20.
33 *Temporalia sæpè sunt dimittenda propter scandalum pusillorum, ex D. Thoma.*
34 *Tributa grauiora solent, & possunt imponi Gentibus, & nationibus nobis infestis, & iusti belli titulis subiugatis, & quare?*
35 *Romani prouincias perdomitas, earúmque personas, & prædia tributis onerabant.*
36 *Ioseph terram Ægypti qualiter Pharaoni tributariam fecerit?*
37 *Tertullian. Iustini, Plinij, & aliorum loca adducuntur de tributis variarum prouinciarum.*
38 *Tributa leuiora semper imposita fuerunt prouinciis, quæ se sponte dederunt.*
39 *Indis tributa leuiora imponenda sunt, & quare?*
40 *Prædia, & possessiones, quas Indi habebant tempore suæ infidelitatis, eis relinqui iubentur per Bullam Pauli III. & plures schedulas Regias.*
41 Cap. Iudæi, vers. Si qui prætereà, *de Iudæis, expenditur, & illustratur.*
42 *Tributa nulla imperari possunt Indis ratione soli, & prædiorum, & quare?*
43 *Italicæ prouinciæ, & Italica prædia, quæ essent, & quæ priuilegia haberent.*
44 *Tributa leuia, moderata, & taxata Indis imponi, semper nostri Reges curarunt, & iusserunt.*
45 *Schedula Pintiæ, & aliis cauetur, vt tributa Indorum in rebus, & fructibus taxentur, qui pro varietate regionum facilè ab illis haberi possint.*
46 *Dom. D. Franc. à Toleto Prorex Peruanus laudatur in visitatione, & taxatione, quam fecit pro tributis Indorum.*
47 *Tributorum Nouæ-Hispaniæ taxatio, quibus commissa, & qualiter facta fuerit?*
48 *Principes sub peccato lethali, & obligatione restitutionis debent moderari tributa iuxta facultates subditorum.*
Cap. super quibusdam, §. penult. de verb. signif. cap. non sanè 14. q. 5. *& alia iura de tributis agentia, expenduntur, & illustrantur, ibid.*
49 *Tributa iniustè, & tyrannicè imposita fraudari licitè à subditis possunt.*
50 *Indi minoribus, & leuioribus tributis, quàm alij vassalli onerari debent & quare?*

51 *Operarum, & seruitiorum personalium, prębitio inter tributa connumeratur.*

52 *Onere duplici nemo grauari, vel molestari debet.*

53 *Hybicas apud Plutarch. dicebat Antonio: Si vis duas collectas, da duas messes.*

54 *Indis, qui grauia tributa indicunt, vel indicenda suadent, eo pratextu, quòd otiosi sint; meritò à Iosepho Acosta reprehenduntur.*

55 *Tributa, quæ tum Indis, tum aliis imponuntur, quam proportionem, & æquitatem habere debeant?*

56 *Fr. Ioan. Zapata grauiter queritur de duritie, & augmento tributi Indorum Nouæ-Hispaniæ.*

57 *Rex noster piissimus multum debet curare, ne Indi grauium tributorum exactione vexentur, & repellere contrarium suadentes.*

58 *Tributa ea tantùm iusta, & secura putat Cassiodorus, quæ potest lætus possessor offerre, & Princeps cum bona conscientia accipere.*

59 *Regni vnica salus est, habere vassallorum opulentiam, beneuolentiam, & promptitudinem.*

60 *Neruæ Coccei Imp. Rom. exemplum in subditis subleuandis.*

61 *Marcus Antonius Imperator vasa sua omnia, & supellectilia vendere maluit, quàm prouincias tributis onerare.*

62 *Bonorum Regni consumptio, parit consumptionem vitæ vassallorum.*

63 L. & qui originem, §. Præses, D. de num. & honor. *expenditur, & illustratur.*

64 *Tributa nimia Rempublicam strangulant, & pauperes necant, ex Saluiano.*

65 *Tributa & vectigalia cum excessu imponentes, & exigentes, quàm grauiter peccent, & exempla quorundam Piorum Imperatorum.*

66 *Prouinciæ in perpetuum redduntur desertæ propter nimias exactiones, ex Cicerone; & contrà si releuentur, omnia augentur, & florent, & subditi multiplicantur.*

67 *Boni Regis officium quod? ex Xenophonte.*

68 *Diuitiæ veræ Principis, quæ sint? ex sententia Apollonij.*

69 *Atrum sordidúmque est aurum, quod ex lacrymis oritur.*

70 *Insolita si exigantur, consueta fortè cessabunt, ex Symmacho.*

71 *Principem tunc magis suos redditus augere cùm tributa minuit, ex Cassiodor.*

72 L. 2. tit. 10. part. 2. vers. Otro si, *ponderatur.*

73 *Principes aliqui referuntur qui grauia, & insolita tributa exegerunt, & quòd Tyrannidis notati fuerint.*

74 *Tyranni qui plus æquo vassallos tributis onerant, in sacra Pagina emunctores vocantur, & quare?*

75 *Tributa iniusta quidam Regi Gallico proponens, & suadens, quas pœnas dederit?*

76 *D. Franc. de Paula apud Ludouicum XI. Galliarum Regem dictum, & miraculum insigne, super graui, & iniusta tributorum impositione.*

77 *Manuel Comnenus, & Basiliscus Impp. qualiter à Deo puniti fuerint ob graues exactiones.*

78 *Tributa, quæ ab Indis præstantur, magis censenda, & appellanda sunt personalia, & capitationis, quàm realia, & quare?*

79 *Capitationis tributum apud Romanos quale esset, & quibus aliis nominibus vocatum?* L. vnica, C. de capitat. ciuium censib. exim. lib. 11. *& aliæ de hoc tributi genere agentes, declarantur, ibid.*

80 *Tributum, quod nos Hispani vocamus,* Moneda forera, *&* Martiniega, *quale sit?*

81 *Tributa, quæ ab Indis præstantur, vel ex eo solo, quòd in Regiis schedulis non deciditur, quòd sint realia, personalia censenda sunt.*

82 *Res qualibet libera esse præsumitur.*

83 *Tributum etiamsi contineat obligationem dandi aliquam rem, vel quantitatem, debet iudicari personale, & non reale.*

84 *Tributum dicitur personale, etiam si designentur & taxentur res, vel prædia, aut fructus, ex quibus solui debet.*

85 *Persona, quæ principaliter obligatur ad solutionem tributi, magis attenditur, quàm res, quæ solui debent.*

86 *Tributa Indorum in rebus certis solui iussa sunt, non vt sint realia, sed vt easdem res procreare, & conseruare compellantur.*

87 L. domini prædiorum 5. C. de agricolis & censit. lib. 11. & l. 1. C. de pascuis publicis, *ponderatur, & illustratur.*

88 *Indorum personæ sunt principaliter obligatæ pro tributis eorum, non autem prædia, vel alia bona.*

89 *Tributaria prædia ad quemcunque possessorem transeunt cum onere tributorum.* L. Imperatores, D. de publican. & vectigal. *& similes declarantur, ibid.*

90 *Indorum prædia, & bona licèt tributis obligata non sint, benè tamen capi, & detineri possunt pro eorum solutione.* L. 1. & 2. de capiend. pignor. trib. causa, & l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. *explicantur, ibidem.*

91 *Tributa Indorum mortuorum, vel absentium à præsentibus exigere iniquum est, & contra eorundem tributorum naturam.*

92 *Persona cessante, vel deficiente, cessat quoque onus, vel præstatio ei iniuncta.*

93 L. vnica, C. vt nullus ex vicaneis, lib. 11. *& plures similes, quæ prohibent alios pro aliorum tributis molestari, ponderantur, & illustrantur.*

94 *Tributa Indorum non in toto municipio, sed in vnoquoque tributario taxari separatim debent, ne alij pro aliis conueniantur.*

95 *Talea, vel tributum vbi imponitur loco, vel vniuersitati, superstites soluunt pro deficientibus, donec fiat nouum æstimum, secundùm opinionem Bart. receptam.*

96 *Bartolus sibi contrarius reperitur in eadem tractatione.*

97 *Consuetudo, vel statum, vt iuuenes soluant tributa pro senibus, vel absentes pro præsentibus, an valeat? & quas circumstantias requirat?*

98 *Indi ne pro aliorum tributis conueniantur, & affligantur expresè aliquibus schedulis*

dulis cautum est, quæ recensentur, & n. 96.

99 Lex quoties facit mentionem de remedio, disponere videtur, vt remedium interponatur, in casu de quo loquitur.

100 Tributa à viduis vxoribus, pro maritis, à filiis pro patribus, vel è contrario exigere, durum est, & omni iure prohibitum.

101 L. 1. & per totum, C. ne vxor pro marito, & C. ne filius pro patre, ponderantur, & illustrantur.

102 Cassiodori elegans locus expenditur.

103 Tributa etiam si mixta sint, hoc est personis pro rebus imposita, cessat collecta, si persona ex iusta aliqua causa à contributione eximatur.

1 AD eandem † quoque tractationem seruitij personalis Indorum pertinere videtur tributorum præstatio, quæ illis variè pro varietate locorum, & prouinciarum iniungitur, Regibus nostris facienda, vel de eorum consensu, & mandato priuatis, quibus ipsi hoc beneficium indulserunt, quos Indorum Patronos, Commendatarios, seu feudatarios appellamus.

2 De cuius † præstationis iustitia, & æquitate dubitare non licet. Nam siue Regem nostrum potentissimum verum, & absolutum harum Indiarum dominum esse fateamur, vt iam hodie absque dubio fateri debemus: siue earum generalem Protectorem, & Administratorem ad Indos gubernandos, defendendos, & Christiana Fide, Religione, & moribus imbuendos, iuxta ea, quæ in prioribus libris latissimè disputauimus, affirmare quidem debemus, iustum, & necessarium fuisse, & esse, vt Indi ipsi vicissim eidem aliquid contribuerent, quo, & supremam eius dominationem agnoscerent, sumptus iuuarent, & ministros, ac milites alerent, quibus hæ adeò extensæ, & hostibus Fidei infensæ prouinciæ, sartæ tectæ tueri, & tam pace, quàm bello, defendi, ac gubernari possent.

3 Has etenim † esse communes, & generales in omnibus Regnis tributorum soluendorum causas, apertè ostendunt I.C. *in l. ager 27. vers. Stipendium, D. de verb. signif. l. 1. §. in causa, D. de quæstion.* vbi Vlpian. docet † in causa tributorum Reip. neruos consistere, *cap. vnico, quæ sunt regal. in vsib. feud. cap. peruenit, cap. innouamus, de censibus, cap. tributum, & per totum 23. qu. 8. cap. si tributum 11. quæst. 1. cap. super quibusdam, de verbor. signific.* Nouella Iustiniani 149. & Nouell. 16. *de Præsid. prouinc. §. atque vt hæc*; elegans † text. *de iure nostro Regio in l. 6. tit. 24. l. 11. in fine, tit. 28. par. 3.* ibi. *E fueronles otorgadas estas cosas, porque ouiessen con que se mantouiessen honradamente en sus despensas, è con que pudiessen amparar sus tierras, y reinados, y guerrear contra los enemigos de la Fè, y porque pudiessen escusar sus pueblos de echarles muchos pechos, y agrauamentos, l. 53. tit. 6. part. 1. l. 5. tit. 7. par. 5. in princip.* ibi: *Guisada cosa es, l. 6. tit. 28. par. 3.* ibi: *Pechos, ò tributos son los que se pagan al Rei en señal del reconocimiento del señorio.* Eleganter † Cassiod. *lib. 12. var. epist. 16.* ibi: *Quoniam Reip. ordo tali constituto, & merito votorum sistere cernitur, quod pro cunctorum vtilitate præstatur. Diligenda sunt ista, vnde Respub. videtur esse firmissima. Quæ dum redeunte censu reficitur, statusʃui firmissimo robore continetur.* Iunctis alijs † quæ adduxi *sup. hoc lib. cap. 13. n. 23. & seqq.* & latè in hanc rem congerunt Scribentes *in Rubr. & l. 1. D. de publ. & vectigal. in Rubr. C. de annon. & trib. lib. 10. C. de censibus, lib. 11.* D. Thom. *2. 2. q. 63.* Archid. *in c. si quis Romipetas 24. q. 3.* Lucas de Pena *in l. annonas, C. de erogat. militar. ann.* Greg. Lopez, & eius Additionat. Humada *in l. 9. tit. 6. par. 1. gloss. 3. num. 11. cum seqq.* Otalora *de nobilitat. 1. par. cap. 2. & cap. 3. num. 5. & 6.* Nicol. Festasius, & Ægid. Amat. *in tract. de æstimo, & collectis,* Dionys. Gotthofred. *in notis ad Nouell. Leonis 25.* Ioann. Garcia *de expens. cap. 21. num. 35.* Menchac. *controuers. illust. cap. 8.* Nauarr. *in cap. fraternitatis 12. q. 2. à num. 46.* Iust. Lips. *lib. 4 ciuil. doct. c. 11.* & plurimi alij relati à Bobad. *in Politica lib. 5. cap. 5. n. 2.* Quibus addo Ioan. Baptist. Costard *cons. 1.* Vvesemb. *cons. 27. & 45.* Petr. Greg. *lib. 3. de Rep. cap. 4. & 7. & lib. 3. syntagm. cap. 3. & cap. 6. n. 3.* Petr. Andr. Canonher. *in Aphorism. polit. 1. tom. pag. 270.* Gail. *lib. 2. obseruat. 52. per tot.* Cuiac. *lib. 7. obseruat. cap. 3.* Blas Diaz Flores *var. quæst. cap. 22. fol. 193.* Sixtinum *de regalib. lib. 2. cap. 14. per tot.* Henric. Bocer. *in eod. tract. cap. 3. ex num. 196.* Lasart. *in præfat. ad tract. de decim. empt. & vend.* Auendañ. *de censib. lib. 1. cap. 1. per tot. & in tract. de iust. impos. tribut.* Molin. Theolog. *de iustit. & iure 1. par. tract. 2. disp. 75. & seqq.* Syluest. & alios Summistas, *verb. Tributum,* Lessium *de iust. & iure, lib.....cap. 33.* Salas *de legib. tract. 14. disp. 15. sect. 10.* Mag. Marq. qui elegantissimè loquitur, *in Gubernat. Christ. lib. 1. cap. 16. pag. 85. & seqq.* Valdes de eleemosyn. *4. par. num. 1. fol. 94.* Dom. Valençuelam *cons. 99. per totum,* Nauarrete *discurs. polit. 18. fol. 113.* Carol. de Tapia *decis. 23. num. 36.* Adam Gontzen *lib. 8. Politicor. cap. 7. & seqq.* Synopticas obseruationes de collectis, & contributionibus Imperij, *obseruat. 1. & seqq.* Andr. Coclæum, qui vtinam ita pius esset, ac doctus apparet, *in eod. tract. de contribution.* & nouissimè, ac prudentissimè P. Ioan. Ant. Velazq. *de opt. Princip. lib. 4. adnot. 15. pag. 479.* Barbos. *in l. competit, C. de præscript. trig. n. 7. & seqq.*

Et placet adscribere aurea verba † D. Chrysost. *homil. 23.* vbi easdem causas iustificandi tributa agnoscens, sic ait: *Innumera bona ciuitatibus per Magistratus obueniunt, quæ si sustuleris, omnia simul pessumibunt: ita vt neque vrbes, neque agri, neque domus, neque forum, aut aliquid aliud consistere queat, sed omnia simul subuertantur, potentioribus imbecilliores impunè deuorantibus. Propterea ab antiquis temporibus communi omnium sententia Principes à nobis sustentari debere visum est, ob id, quòd sua ipsorum negligentes, communes curant.* Et mox: *Quòd si Paulus, tunc, cùm Gentiles adhuc essent Principes, ista præcepit, multo magis oportet ea fidelibus exhibere.* 8

Qua de causa † Romani, & reliquæ ferè totius orbis nationes, vbi aliquas prouincias bello, aut alia ratione subiugabant, vel in suam ditionem recipiebant, statim illis tributa, & stipendia indicebant, modò prædiorum, modò personarum, siue capitum considerationem habentes, vt sic militibus præmia præstare possent, & ipsis prouinciis debellatis consulere; vt constat *ex l. 3. D. de censib. l. inter* 9

debitorem 42. *D. de pact. l. neque stipendium* 13. *D. de impens. in reb. dotal. fact. l. Iulianus* 13. *§. idem Iulianus, D. de action. empt. l. generali* 32. *§. fin. in fin. D. de vsufr. legat. l. filij* 21. *§. vlt. D. ad Municipal. §. per traditionem, Instit. de rer. diuis.* vbi Theoph. & Balduin. ita & benè notarunt, & latiùs Brisson. *de verbor. sign. lib.* 18. *verb. Tributum*, idem Brisson. *de Reg. Persar. ex pag.* 120. Petr. Gregor. *lib.* 11. *de Repub. cap.* 11. *num.* 5. Alex. ab Alex. *lib.* 4. *Genial. cap.* 10. Pancirol. *in thes. var. lect. lib.* 3. *cap.* 31. Cæl. Rhodig. *lib.* 28. *antiq. lect. cap.* 30. *& seqq.* Bullenger. *de Roman. Imp. lib.* 9. *cap.* 22. *& seqq.* Gontzen *d. cap.* 7. Iust. Lipsius *de magnit. Rom. lib.* 2. *cap.* 2. Vvolphan. Lazius *de Rep. Rom. lib.* 2. *cap.* 13. Durant. Cassellius *lib.* 2. *var. cap.* 4. & Alciat. Rebuff. For-
10 ner. & Bræchæus per text. ibi † *in d. l. ager.* 27. *§. stipendium, D. de verb. signif.* vbi Vlpianus huc respiciens ait: *Stipendium à stipe appellatum est, quòd per stipes, idest modica æra, colligatur. Idem hoc etiam tributum appellari, Pomponius ait, Et sanè appellatur ab intributione tributum, vel ex eo, quòd militibus tribuatur.* Cui conueniunt Festus Pompei. *lib.* 17. *de verbor. signif.* & Marcus Varro *lib.* 4. *de ling. Lat.* nisi quod hic, initio, pecuniam eam, quæ populo imperabatur, tributum appellatum esse inquit, eò quòd tributim à singulis proportione census exigeretur. Et tradit alia Pancirol. *in thesaur. var. lect. pag.* 243. & alibi passim, plurima de tributis adducens, & nouissimè D. Nicol. Ferdin. à Castro *exercit. Salmant.* 1. *ex n.* 21.

11 Atque † hac propter, collectas, munera, & tributa à iure Gentium initium habuisse, à quo & bella orta, regna condita, & dominia distincta, *l. ex hoc iure, D. de iust. & iur.* optimè notat & prosequitur Festasius *d. tract. de collect. §. exactio, n.* 1. Ægid Bened. *in d. l. ex hoc iure,* 1. *par. c.* 3. *n.* 11. Petr. Heigius 1. *par. q.* 17. *n.* 2. & ante eos Greg. Theolog. *in orat. ad Iulian.* ita scribens: *Ex peccato penuria nata est, perniciosæ cupiditatis mater, quæ bella peperit, à quibus orta sunt tributa, quibus in diuina condemnatione nihil grauius est, & acerbius, &c.*

12 Et † quod magis est, si iustè imposita sint, etiam in foro conscientiæ, & sub peccato mortali, & restitutionis obligatione solui debere, rectè docent D. Paulus *ad Rom.* 13. Panorm. & alij *in cap. innouamus, de censib.* Syluest. *in summ. verb. Gabella* 3. *q.* 8. Alphons. à Castro *de lege pen. lib.* 1. *cap.* 11. *& de iusta hæret. punit. lib.* 2. *c.* 14. *col.* 2. Couarr. *in reg. peccatum,* 2. *par. §.* 5. Soto, Nauarrus, Nauarra, Valentia, Lessius, Eman. Rodrig. & plures alij ex Theologis, & Summistis, quos refert & sequitur Fr. Ioan. Zapata *in tract. de iustit. distrib.* 2. *par. cap.* 19. *n.* 7. Marquez *d. lib.* 1. *cap.* 16. *§.* 3. *pag.* 95. Salas *dict. sect.* 10. Gontzen *d. c.* 7. *§.* 18. & Bobad. *d. lib.* 5. *Polit. c.* 5. *n.* 4. *litt. A.*

13 Et in † nostrorum Indorum terminis, quòd eis iustè moderata tributa imponi potuerint, benè ex sup. dictis principiis, & rationibus agnoscit, & probat Matienz. *in tract. M. S. de moderat. Regn. Peru* 1. *par. cap.* 12. *& seqq.* & Acosta *de procur. Ind. salut. lib.* 3. *cap.* 6. multis hoc sacræ Paginæ, & sanctorum Patrum locis, & doctrinis confirmans, & ita concludens: *Tributa ergo necessaria ad spiritualem, politicámque gubernationem, certa ratione moderata, ac definita, non iniquè Indorum gens pendere existimanda est, quam rem cùm & diuinorum librorum auctoritas, & ratio ipsa satis muniat, atque confirmet, neque nostrorum Theologorum, eorum quoque, qui causæ Indicæ studiosores sunt, aliquanta ab eis tributa exigi posse, quisquam neget, nihil est, cur in loco plano, & expedito amplius immoremur.*

Idem quoque (Acosta non relato) resoluit Zapata *vbi sup. cap.* 21. dicens: *Licitè & iustè Indis tributa constitui potuisse, & rectè ab eis exigi deberi. Non solùm ea, quæ primò à primæva huius Regni debellatione imposita fuerunt, de quibus non dubitamus; sed & ea, quæ de cursu temporis paucis ab hinc annis, nouiter constituta fuere, antiqua augendo, de quibus posset esse dissensio.*

Et Antonius Herrera *in hist. gener. Indor.* 14
decad. 4. *lib.* 6. *cap.* 11. recenset, † quòd cum anno 1529. in quodam consessu Barcinonæ habito à viris doctis, & religiosis ex Caroli V. Imperatoris, ac Regis nostri Opt. Max. iussu, seriò tractatum fuisset, quid Indi præstare deberent, resolutum fuit, nulla alia seruitia personalia præstare debere, quàm, quæ Hispani homines, & vassalli præstant, & decimas Deo, ac Regi tributa, quæ eis iustè, & commodè imponi possent, facultatum eorum, ac prouinciarum consideratione habita.

Eóque respiciunt † plures schedulæ, quæ 15
variis temporibus de hac tributorum materia expeditæ reperiuntur, & habentur *in* 2. *tom. impress. pag.* 135. *cum multis seqq.* in quibus, eorum iustificatione supposita, norma præscribitur, qua imponi, & exigi debeant. Et in schedul data Pintiæ 29. Septembr. ann. 1555. exprimitur, quòd hæc tributa Indi in recognitionem supremi dominij nostrorum Regum soluere debent. Quam rationem etiam expressit nobilis illa prouisio, quæ formam successionis Commendorum præscripsit, dat. Matriti 26. Maij ann. 1536. simul etiam adiiciens, hoc neque nouum, neque graue Indis futurum fore, cùm Reges nostri in eorum locum fuerint subrogati, † quibus ipsi Indi anteà parebant: 16
sub quorum tyrannide, vix credibile est, quàm graui tributorum, & aliorum seruitiorum onere premerentur, vt refert Acosta *in hist. naturali & morali Indiarum lib.* 6. *cap.* 15. *& de procur. Ind. salut. lib.* 3. *cap.* 9. *pag.* 308. Fr. Hieronymus Romanus *in Rep. Mund.* 3. *par. lib.* 1. *de Repub. Ind.* Antonius Herrera *d. histor. gener. Ind. decad.* 2. *lib.* 7. *cap.* 12. *& decad.* 3. *lib.* 4. *cap.* 17. Garcilassus Inca *in suis commentar. de Incarum historia lib.* 5. *cap.* 5. *& cap.* 15. *&* 16. Fr. Ioan. Torquemada *in Monarch. Ind. lib.* 5. *cap.* 16. *pag.* 685. *&* 716. & alij quos Ego congessi 1. *tom. de Ind. iure lib.* 2 *cap.* 12. *n.* 5. *& seqq.*

Adeò, vt teste eodem Herrera *decad.* 2. *lib.* 17
8. *cap.* 5. *pag.* 264. in Mexicana † prouincia, vbi Indi ita pauperes essent, vt nihil aliud haberent, quod tributi nomine Motechumæ eorum Regi pendere possent, pediculorum saltem certam pensitationem facere cogerentur, quos sacculis inclusos offerebant, quorum plures in Regis Palatio in camera ad hoc disposita, ab Hispanis repertos, commemorat. Vt sic minus mirabile videri possit, † quod 18
de aliis Indis agens tradit Alex. *lib.* 4. *Gen. cap.* 10. inquiens, Indos æquali omnes onere premi,

premi. Nam quartam fructuum partem Regibus, annis singulis, pendere cogebantur. Et Ioan. Metellus relatus *in Theatr. vitæ humanæ lib. 6. vol. 3. pag.* 813. vbi ait, † apud Indos, tenuiores, Regibus suis, munerum loco, rosas nostrates offerre solere, quibus eorundem Regum cubicula insternantur. Adeòque Regi Biznagarensi, quotannis, ex odoribus, & floribus tributa ad quinque prope millia Hispanicorum aureorum summam solui.

Et est adeò verum hæc tributa licitè ab In-
20 dis deposci, † vt etiam ab infidelibus necdum baptizatis, inter baptizatos commorantibus, exigi posse, optimè resoluat Acosta *d. lib. 3. de procur. Ind. salut. cap.* 13. etenim Principi subditi hi quoque sunt, posteà quàm terra hæc in illius ditionem venit; siquidem istis non minus ius dicit, & tutelam, ac defensionem impartitur, quàm cæteris: ac proinde quemadmodum olim Pagani Christiani tributa pendebant, cùm illi rerum potirentur, ita nunc temporis, Christianis Pagani non iniuria persoluunt. Ad quod probandum inter alia adducit sententiam D. Gregorij *lib. 3. epist. 26. ad Ianuarium*
21 *Episcopum*, † quæ habetur *in cap. iam verò* 23. *q.* 6. vbi non solùm communibus tributis, verùm etiam maioribus, rusticos infideles, inter fideles degentes, grauari posse, inquit, vt sic, ipsa exactionis suæ pœna, compellantur ad rectitudinem festinare. De quo Ego plura alia dixi *d. 1. tom. lib. 2. c. 18. n. 38. & seqq.*

22 Et potuit allegare † insignem locum Abulensis *sup. Matth. cap. 22. q.* 103. vbi exponens illud verbum Christi Domini: *Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari.* In quo secundùm D. Hieron. & Theophyl. Redemptor noster tributa sua Principibus dari præcepit, provt & exponit *l. nostra* 56. *tit. 6. part.* 1. in quæstio-
23 nem deducit, † an Iudæi, qui Romanis subditi erant, licèt sub religione diuersa, eis tributa præstare deberent? & ita multum ad propositum Indorum fidelium, vel infidelium, de quibus agimus, inquit: *An Iudæi tale, vel tale tributum Cæsari debeant? non potest patere, quia hæc est multum particularis consideratio. Sed an aliquid debeant? non potest dubitari; idque tum ob alias, tum etiam ob rationem publicæ administrationis, & tranquillitatis. Hæc enim omnia Cæsar præstabat; nam ponebat Præsides, & Iudices, qui feralia omnia definirent, & contentiones terminarent, & specialiter criminalia. Nam in ciuilibus Iudæi habebant Iudices de se ipsis; in criminalibus tamen non. Vnde non licebat illis interficere quemquam, vt ipsi dixerunt Pilato, Ioan.* 18. *& tenebat religionem in pace, cohibens omnes tumultus, & seditiones, & ad hoc habebat legiones, & Centuriones in Iudæa, qui erant Romani, vel Gentiles, vt seruarent tranquillum statum publicum: & faciebat, vt nulla alia gens pugnaret contra Iudæos: & si quis pugnare vellet, suscipiebat Cæsar defensionem patriæ. Ideò pro his multa debita erant ei, quia non debebat pro his omnibus militare suis expensis. Sic enim dicit Theophil. super hoc verbo: Tuetur te Princeps tuus ab hostibus, vitam tuam reddit tranquillam, pro his ergo teneris in censu. Sed hoc ipsum, quod soluis numisma ab eo habes, reddes ergo numisma Regium Regi: Paulus Orosius de Ormesta ait: Tributum præmium pacis est, nos tributa dependimus, ne bella patiamur.*

Prædicta tamen † eo primum sensu acci- 24
pienda sunt, vt nullatenus reputemus, hæc tributa ab Indis extorqueri in præmium, & compensationem Euangelij, & Baptismi illis communicati. Hoc enim nefas esset, vt benè obseruat Acosta *d. lib. 3. cap.* 7. & nihil profectò à Simonis vitio distaret, nisi quòd nefarius ille pecuniam pro gratia dare nitebatur, vt habetur *Actor.* 8. Nos verò gratiam pro pecunia dare desideraremus, quod minimè ferendum est: cùm, quæ gratis accepimus, gratis dare iubeamur, Matth. cap. 10. Quamuis non sit iniquum † ex eisdem tributis, quæ tui- 25
tionis, gubernationis, & supremi dominij recognitionis, atque aliis iustis titulis, de quibus suprà egimus, imponuntur, aliquid eorum Parochis, & animarum Pastoribus assignare (vt re ipsa fieri videmus) ex quo se competenter alere possint. Teste enim eod. Acosta *d. lib. 3. cap. 10. pag.* 113. † Ministri sa- 26
lutis æternæ ali debent Indorum largitionibus, & prouentibus, quos ipsi diuino verbi, & Sacramenti pane nutriunt. Cùm hoc non tam dispositionis humanæ, quàm diuini esse iuris notissimum sit, & omni lege definiri, † D. 27
Paulus omnium Gentium Doctor, his verbis ostendat 1. *Cor.* 9. *Quis militat suis stipendiis vnquam? quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? quis pascit gregem, & de lacte eius non manducat? Numquid secundùm hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os boui trituranti. Si nos spiritualia vobis seminamus, magnum est, si carnalia vestra metamus: Nescitis quoniam, qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt, & qui altari deseruiunt, cum altari participant.* Et idem † in lege Euangeli- 28
ca Christus Dominus non solùm permisit, verùm & ordinauit iis, qui Euangelium annuntiant, Lucæ & Matth. 10. ibi: *Dignus est operarius mercede sua.* Quarum † auctorita- 29
tum meminit text. *in cap. Ecclesias, vers. Item Apostolus* 13. *q.* 1. *& in cap. Episcopus, de offic. Ord. in* 6. & Ego alias adducens *sup. cap.* 5. *num.* 82. Et † inde etiam natum est adagium, 30
qui altari seruit, de altari viuere debet, de quo latè Roman. *consf.* 344. *in casu, num.* 1. & Cardin. Tusch. *litt. A. conclus.* 312. & alij apud Aluarez de Velasco *in axiomat. iur. litter. A. n.* 231. & Laborium *var. lucubrat. tit. 2. c.* 14. *num.* 5.

Licèt † hæc quoque omittere oporteat, vt 31
idem ipse Apostolus Paulus & verbis, & exemplis ostendit, ne aliquod impedimentum Euangelio, quod prædicatur, inferri possit, vt constat 1. *Corinth.* 8. *&* 9. *&* 1. *Thessal.* 2. *&* 4. *& Actuum* 20. Vbi † se suis manibus laborasse, 32
& operatum fuisse inquit, ne aliquem grauaret, dum Euangelium prædicabat, provt latiùs retuli *sup. cap. 14. num.* 111. Et † huc respicit D. 33
Thom. 2. 2. *q.* 53. *art.* 8. dum docet, quòd sæpè temporalia sunt dimittenda propter scandalum pusillorum.

Secundò animaduertere oportet, quòd licèt
† gentibus, & nationibus nobis infensis, & 34
iustis, ac legitimis belli titulis, & rationibus subiugatis, grauia tributa, pro victorum arbitrio, possint, & soleant imperari, ad eorum

rum temeritatem, vel contumaciam punien-
dam, vel damna, quæ intulerant, & ipsius belli
expensas resarciendas, vt pluribus exemplis ex
sacra Scriptura petitis, ostendit Acosta *eodem*
35 *lib.3. cap.7.* Et in † Romanis videmus, qui, vt
suprà tetigimus, non solùm personas, verùm
& prouincias ipsas perdomitas in potestatem
suam redigebant, earúmque vrbes, & prædia
tributis onerabant, quæ ratione soli, vel fundi
sibi tanquam veris, & nouis dominis ab anti-
quis possessoribus penderentur, vt *in d. l. ager,*
§. stipendium, cum similibus *sup.* relatis, & no-
tauit gloss. *in l.1.§.1.verb.Pendant,D.de publ. &*
vectigal. Abb. *in cap. de terris, n.3. de decimis,*
text. *in cap.si tributum 11. q.1. & in cap. sanci-*
tum 23. quæst.8. quæ propriè de his prædiorum
tributis loquuntur.

36 Ad quæ etiam † respicit illud Genes.47. vbi
sanctus Ioseph postquàm vniuersam terram
Ægypti subdidit Pharaoni, eandem Ægyptiis
reliquit, quinta portione frumentaria perpetuò
vsibus Regis addicta, vtpotè à quo illis præ-
37 dia concessa fuerant. Et † Tertull. *in Apolog.*
cap.13. ibi: *Si agri tributo onusti viliores, homi-*
num capita stipendio censa ignobiliora. Nam hæc
sunt notæ captiuitatis. Iustin.lib.1. *Sed ciuitates,*
quæ Medorum fuerant tributariæ, Plin. *lib. 12.*
cap. 7. Etiam ad Morinos vsque peruecta, ad
tributarium pertinet solum; cum aliis, quæ tra-
dit Ludouic. Montal. *in tract. de reprob. sent.*
Pilati, art.3. n.4 D. Valençuela *in monit. con-*
tra Venet. 4. par. n. 145. & Adam Gontzen *d.*
lib.8.c.7.n.15.

38 At verò † prouinciis, quæ spontè se dede-
bant, leuiora tributa semper imposita fuerunt,
vt de eisdem Romanis obseruat Guid. Panci-
rol. *in thesauro var. lect. lib.3. c.31. pag.368.* ad-
ducens exemplum de Anglis, qui impensis
tantùm alendi exercitus sunt onerati. Vnde de
eis dixit Strab. *lib.4 Geograph. Ad Britanniæ in-*
sulæ custodiam, nullo opus est præsidio, non enim
plus ordine vllo militum, vel equitatu aliquo in-
diget, vt ab ipsis tributa exigantur, æqualiter enim
constitutum ipsis vectigal. Idémque supponit
Petr. Greg. *lib.11. de Repub.c.11.n.5.* Gontzen
d.n.18.& seqq. Marquez *d.lib.1.c.16.§.3.pag.89.*
Acosta *c.7.*& alij ex *supra* citatis.

39 Vnde † cum in nostris Indis, vt plurimùm,
iure belli actum non fuerit, sed voluntaria de-
ditio interuenerit, & Regum nostrorum do-
minatio ad maius ipsorum bonum, tum tem-
porale, tum præcipuè spirituale introducta fue-
rit, vt dixi *dict. 1. tom. lib. 2. cap. 9. num. 21.*
& 22. & lib.3. cap. 7. num. 34. & 35. & alibi
sæpè, consequens est, vt tributa, quæ illis im-
posita sunt, vel imponenda fuerint, valdè mo-
derentur, & suauiter exigantur. Maximè eo-
rum tenuitate, ac paupertate considerata. Et
40 quòd † prædia, & possessiones, quas publicè, vel
priuatè possidebant, tempore suæ infidelitatis,
in eorum dominio, & libero vsu relictæ sunt, ex
voluntate, & iussu nostrorum Regum cum iu-
stitiæ, & æquitatis regulis conformata. Vt ex-
presse deciditur in Bulla Pauli III. cuius memi-
nimus *d. 1. tom.lib.2.c.8.num.77.& 79. & c.10.*
n.47.& in c.4.legum, quas nouas vocant, datis
Pintiæ 4. Iun.ann.1543. & in pluribus schedu-
lis *infra* citandis.

41 Et † desumptum videtur *ex cap. Iudæi 5.*
vers. Si qui prætereà, de Iudæis, vbi disponitur:
Quòd Iudæi, vel Sarraceni, qui Deo inspirante
ad Fidem se conuerterint Christianam, à pos-
sessionibus suis nullatenus excludantur: cùm me-
lioris conditionis ad Fidem conuersos esse opor-
teat, quàm antequam Fidem susceperant, habe-
bantur, &c.

Quod † benè (vt solet reliqua) præuidit 42
Acosta *d. lib.3. cap.7.* hinc deducens, quod ra-
tione soli, & prædiorum nulla tributa Indis
imperari potuerunt: *Neque enim* (inquit) *solum*
nostrum ipsi occuparunt, sed nos illorum, neque
ad nos ipsi, sed ad illos nos certè peruasimus.
Itaque Barbarorum terra subditur quidem Chri-
stianis Principibus, cùm primum populi ipsi
subduntur, sed nihil illius ratione Barbari de-
bent, quam à nobis mutuati non sunt, sed no-
bis cum potius communicarunt. Plurimum verò
interest, vtrum homines ratione loci subdantur,
an potius hominum causa locus ipse: hic enim res
nullo modo addicuntur, sed integrum ius penes
dominos manet. Vt & in † prædiis & prouinciis 43
accidebat, quæ apud Romanos iuris Italici esse,
iubebantur, de quibus agit Vlpian. & DD. *in*
l.7.& fin.D.de censib. Couar. *lib.4.var. c.1. n.11.*
Balduin. & alij *in §.per traditionem, Inst.de rer.*
diuis. & Briss. *de verb. signif.verb. Italica.*

Quapropter, refert Ant. Herrer. *in d. hist.*
gener. Indiar. decad. 1. lib. 7. cap. 8. pag. 237.
ann. 1509. circa ipsam primam Indorum de-
tectionem, Catholicos Reges sanxisse, † ne ab 44
Indis Hispaniolæ quicquam tributi nomine,
præter dimidium Castellani, exigeretur. Et
decad. 4. lib.9. c.14. ann.1521. ne ab Indis Me-
xicanis aliquid præter moderatam tributi ta-
xam à Commendatariis peti posset, & vt libri
harum taxationum conficerentur. Id quod in-
numeris propè schedulis, & Regiis, & proui-
sionibus cautum etiam videmus, quæ habentur
d.2.tom.impress.pag.136. & multis seqq.& apud
Matienz. *d.tract.de moder.Reg.Perù lib.1.c.13. &*
seqq. dum enixè iubent, vt Indorum tributa
vbique taxentur, & ea quidem moderatione, vt
Indi nullo modo grauentur, nec depauperen-
tur, quin potius ditescant, & minus longè præ-
stent, quàm Regulis olim suis, cùm infideles
essent, pensitare solebant, illisque necessaria re-
maneant ad suas infirmitates curandas, filios
alendos, filias dotandas, aliásque vitæ necessi-
tates commodè subleuandas.

Et † in quadam schedula dat. Pintiæ 2. Feb. 45
ann.1549. alia 29. Sept. ann. 1551. alia Men-
zonij 18. Decemb. ann. 1552. alia Matr. 26.
Iunij 1576. & alia nouissima Matr. 17. Maij
ann. 1601. quæ seruitij personalis formam dis-
posuit *cap. 3.* vt hoc commodiùs exequi pos-
sit, disponitur, vt eadem tributa in illis rebus
taxentur, & imponantur, quæ Indi ipsi pro va-
rietate regionum faciliùs habere, & frequen-
tiùs suis domibus alere, suis ex prædiis collige-
re, sui suè manibus operari, ac conficere solent,
ne aliter pro tributis soluendis soliciti, aliquid
damni, vel anxietatis incurrant. † Qua in re 46
multum excelluit cura & prudentia Dom. D.
Franc à Toleto Peruani Proregis, qui cum hanc
taxationem in mandatis habuisset totam illam
vastissimam regionem lustrauit & quid in vna-
quaque prouincia Indi soluere deberent, sum-
ma æquitate, & dexteritate definiuit, & in li-
bros, siue laterculos, redegit, quos hodie *de las*
tassas vocamus, de quo latè agit Matienzus vbi
sup.

ſup. qui eundem Proregem in hoc labore ſua iuuit induſtria, Acoſta *lib.3. cap.* 8. & Agia *in ſuis reſponſ. de ſeruit. perſon.Ind. pag.* 45. Et in
47 † Noua Hiſpania eadem taxatio commiſſa fuit Audientiæ Mexicanæ, & Proregi D. Antonio de Mendoça, vt refert Torquemada *in Monarch.Indiana lib.5. cap.*10. *& ſeqq.*

48 Et planè † cùm tributorum moderatio, & iuxta vires, ac facultates ſubditorum iniunctio, generaliter à Principibus valdè curari debeat, etiam ſub peccati lethalis, excommunicationis, & reſtitutionis obligatione, ex text. & DD. *in cap. ſuper quibuſdam, §. penul. de verb. ſign. cap. non ſanè* 14. *q.* 5. *c. quando, c. ſi Eccleſia, in fin.* 23. *q.* 4. *l.* 20. *tit. fin. par.* 3. *l.* 4. *tit.* 14. *lib.*6. Recop. Innoc.in c.innouamus, de cenſib. Hoſtienſ. *in ſumm. tit. de immun. Eccleſ. §. à quibus,* Alberic. *in l. neminem, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Syluest.*verb. Gabella* 3.*num.*10.Sot.*de iuſt. & iur. lib.*3.*q.*7. *art.*6. & Seq. cum aliis ex *ſup.* relatis, & latè adductis à Tiraq. *de tract. lign. in præfat. num.*69. Otalora *de nobil.*1.*par.c.*3. *n.* 13.Auendañ.*de exeq. mand.*2.*par. cap.*14. *num.* 2.*& ſeqq.* Auiles *in cap. Prat. c.*24. Greg. Lopez *in l.*2. *tit.*1. *part.* 3. *verb. Antiguamente,* & *in l. fin. tit.*7. *par.*5. *verb.Semejante,* Couar.*in reg. peccatum,* 2. *par.* §. 5. *in fin.* Valençuela Piſcat. *in l. omnes omninò, num.* 5. *C. de annon. & trib. lib.*10. Acoſta *d. lib.* 3. *de procur. Ind. ſalut. cap.*15. Bobad.*d.lib.*5. *c.*15.*num* 8.*& ſeqq.* Gontzen *d. cap.*7. §.21. & nouiſſimè Maucler. *in Monarch.*3.*par. lib.*2. *c.*9 *& ſeqq.* qui etiam
49 concludunt, † quòd vbi ſecus factum fuerit, licitè talia tributa fraudari poſſunt, poſt Abulenſ. *ſup. Matth.cap.*22. *q.*102.vbi allegans D. Chryſoſt. ait: *Tu autem cùm audieris, redde, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, illa ſcito dicere eum, ſolùm, quæ in nullo pietati nocent; quia ſi aliquid tale fuerit, non adhuc Cæſaris eſt, ſed dia-*
50 *boli.* In perſonis † quidem noſtrorum Indorum idem longè magis attendi oportet, cùm ex rationibus ſuprà relatis, tum etiam ob abiectam, & miſerandam eorum conditionem, quæ minus de expenſis in Regni defenſionem, & gubernationem faciendis, participat. Et quod cum tot, atque adeò grauia ſeruitia ſubire cogantur (de quibus in præcedentibus capitulis egimus) in tributis, quoad fieri poſſit, leuari debent,
51 cùm operarum, † & munerum perſonalium præbitio inter tributa connumeretur, ipſiſque tributis non minus vtilis, & neceſſaria ſit, vt latè docet, & probat Adam. Gontzen *d. lib.* 8.
52 *Polit. cap.*8. *pag.*637. Et † nemo debeat duplici onere moleſtari, nec vltra vires prægrauari, vt *in Rubr. & Nigro, C. ne operæ à collatoribus exigantur, l. priuatæ, & l. euidenter, C. de excuſat. muner. lib.*10. & tradit Pap. *ad conſtit. Burbon tit. de iuriſd.* §. 5 Caualcan. *deciſ.* 27. *num.* 33.*par.*1. D.Gregor. *lib.*9. *Regiſt. epiſt. cap.* 1. ibi: *Vt duplicia illic tributa (quod auditu intolerandum eſt) exigantur:* cum aliis, quæ latiùs congeſſi *ſup. hoc lib. c.*1.*n.*23. *cum multis ſeqq. & cap.proximo,n.*41.& cumulat Roſenth. *de feud.* 1. *par. cap.*5. & Petr. Heigius *q.*18.*n* 18. quibus addo † illud, quod apud Plutarch. Hybicas dicebat Antonio: *Si vis duas collectas, da duas meſſes.*

Quod attendens Ioſeph. Acoſta *d. lib.* 3. *de procur. Ind. ſal. cap* 9.10. *&* 15. meritò eorum opinionem damnat, qui ab Indis, eo prætextu, quòd otioſi natura ſint, ingentia tributa exigenda eſſe contendunt. Et probat † ea tantùm 54
iuſtè, & licitè imponi, & extorqueri poſſe, quæ ſufficere videantur ad finem, qui in eorum conuerſione, tuitione, & conſeruatione prætenditur, proportionis æqualitate in diſtribuendis eiuſmodi oneribus obſeruata, iuxta regulam generalem, quam in hac materia tradit Ariſt. *lib.* 5. *Polit. cap.* 8. Theologi omnes poſt D. Thom. *in* 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. Sylueſt. *verb. Gabella* 3. *q.*2. Sot. *lib.*1. *de iuſt. & iur. q.*6. *art.*8. & Caiet. *in ſumm.verb. Lex: Non enim* (inquit Acoſta) *inſtar apiarij id tantum mellis in aluearibus relinquendum eſt, quantum apibus alendis ſufficit, ne intereant, reliquum omne auferendum: neque vt greges detondendi ſunt, quibus vellera ita deſecamus, vt radices ſolùm denuò procreandæ lanæ ſaluas eſſe ſinamus, excepto igitur eo, quod & ſpiritualibus, & ciuilibus præpoſitis neceſſarium eſſe prudens, charitas ſanxerit, quicquid vltrà ſalutis Indorum prætextu nobis vſurpamus, pro rapina ducendum eſt.*

In eadem quoque ſententia reſidet Fr. Ioan. 55
Zapata *d. tract. de iuſt. diſtrib.* 2. *par. cap.* 21. *n.*8. *& ſeqq.* vbi refert tanquam oculatus teſtis, & per quadraginta annos expertus, quòd licèt annuum tributum, quod olim in Noua-Hiſpania à ſingulis Indis pendebatur, nempè *de ocho teſtones*, qui triginta duas dracmas, ſiue regales argenteos efficiunt, iuſtum, & moderatum videri poſſet, eorum facultatibus conſideratis: poſteà tamen, quàm praua quorundam ſuggeſtione additus fuit alter *toſton, los tres reales para el Rei, vna gallina, para que abunden, y medio real para los Iuezes.* Indi, qui pauciores, & pauperiores, quàm anteà reperiuntur, hoc onus ferre non poſſunt: *Quia neque victum* (inquit) *quo poſſint eſſe contenti, habent, pauperrimam domum habitant, bona permanen-* 56
tia non poſſident; cenſus, de quorum reditibus ſuſtententur, non imponunt: neque in craſtinum, quod obſeruent, acquirunt. Quia quaſi venditi quotidiana pecunia Hiſpanis deſeruiunt, & parua mercede conducti in longiſſimas terras, à ſuis propriis ſedibus toto cœlo diſtantes, inuiti feruntur, deſertis domibus, & per maiorem anni partem, quaſi à propriis exules, ab vxoribus diuiſi, à filiis alieni. Qui (aliquando vidi, teſtor coràm Deo) quando redeunt, & domum euerſam, & mulierem humatam, & filios diſperſos inueniunt. Et tunc, vnde huiuſmodi hanc contributionem accipiet, vt exactoribus ſoluat? An de horreo, vel de torculari? Aliquando tacitus anxiè perfert ſuam vicem lacrymabili ſingultu lamentatur: & aliquando iam contigiſſe hiſce oculis vidi (proh dolor) præceps ruit, vel ſuſpendium eligit, vt ſemel moriens, non repetitis mortibus diu moriatur. Hactenus Zapata.

Cuius querimoniam teſtari etiam poſſumus omnes quotquot horum pauperum miſerias, & ærumnas † agnoſcimus, & Regem noſtrum æquè 57
Pium ac Maximum precari debemus, vt eorum miſertus, quæ prouidè ſanxit, fideliter exequi curet, *l.* 2. *§ poſt originem, D. de orig. iur.* & ſeduci non patiatur aliquorum nebulonum relationibus, qui ipſi magnas diuitias ex magnis Indorum, vel aliorum vaſſallorum tributis, aut collectis promittunt. Nam ſecundùm † Caſſiod. *lib.*4.*var. epiſt.*36. *& lib.*11.

epiſt.

epiſt. 7. Tributa non debent à triſtibus exigi, & illa tantùm ſequenda ſunt lucra, quæ poteſt latus poſſeſſor offerre, & miles ſolemniter ſecurus accipere, quid enim acquiri putatur, vbi bona conſcientia perditur? aut in qua parte poſſit homo proficere, ſi innocentiam probatus fuerit amiſiſſe?

59 Et † vnica Regni ſalus, lex & ſubſtantia eſt
habere ſubditorum opulentiam, beneuolentiam, & promptitudinem, vt inquit Imp. Iuſt. *in Nouella* 161. §. 2. *de Præſid. prouinc.* Ego *ſup. cap.* 14. *num.*104. Martin. Mager. *de aduoc. arm. cap.*6.*num.*325.*& ſeqq.* elegantiſſ. P. Ioan. Ant. Velazq. *de optimo Principe lib.* 3. *annot.* 12. *cap.* 13. *pag.* 365. *& ſeqq.* & latè probat Scipio Amirat. *diſſert. polit. in Tacit. lib.* 15. *diſcurſ.* 7. & Petr. Greg. *lib.*3. *de Rep. c.*6.
60 *num.*35.*&* 36. vbi cum Dione refert † Neruæ
Cocæi Imperatoris exemplum, qui ciuibus Romanis cùm magna laborarent egeſtate, non tantùm agros ad ſubleuandam penuriam diſtribuit, ſed veſtes ſuas proprias, vaſa argentea, atque aurea, reliquámque ſupellectilem vendidit, atque aliis ſumma beneuolentia ero-
61 gauit. Et cum Sabell. *lib.*4. *Ænead.* 7. † quòd
Marcus Antonius Imperat. cognomento Philoſophus, cùm in conficiendo bello pecuniæ deficerent, omnia aurea vaſa, argentea, Cryſtallina, & myrrhina, cum omni principali ſupellectili ornatúque coniugis, publicè vendidit, ne tributa imperando, ciuitatibus, aut pro-
62 uinciis eſſet grauis. Quia † ex conſumptione
bonorum, ſequitur conſumptio vitæ vaſſallorum, vt notat Gloſſ. *verb. Vitam, in l. aduocati, C. de aduocat. diuerſ. iud.* DD. communiter *in Auth. quod mater, C. de reuoc. don.* Tiraq. *de nobilit. cap.*31. *n.*369. Menoch. *conſ.*1.*num.*280. latè Petr. Greg. *lib.* 3. *ſyntagm. cap.* 3. *num.* 10.
63 optimè Vlpian. † *in l. & qui originem, §. Præ-*
ſes prouinciæ, D. de mun. & honor. vbi ita ſingulariter inquit: *Præſes prouinciæ prouideat munera, & honores in ciuitatibus æqualiter, & per vices ſecundùm ætates, & dignitates, aut gradus munerum honorúmque, qui antiquitùs ſtatuti ſunt, iniungi, ne ſine diſcrimine, & frequenter his oppreſſis: ſimul viris, & viribus Reſp. deſtituantur.* Et melius Saluian. *lib.* 4. *de*
64 *gubern. Dei*, vbi † Rempublicam per nimia tri-
buta ſtrangulari, & pauperes necari his verbis ſcribit: *Romanorum Reſp. vel iam mortua, vel certè extremum agens ſpiritum; ea parte, quæ adhuc viuere videtur, tributorum vinculis, quaſi prædonum manibus ſtrangulata moritur: tributa pauperes necant.*

Idem quoque Petr. Greg. *d. lib.* 3. *de Rep. cap.*9.*n* 14. *& ſeqq.* & Adam. Gontz. *d. lib.* 8.
65 *cap.*7.*n.*4. *pag.*631. rectè & † doctè oſtendunt,
quàm grauiter peccetur in vectigalibus, ſeu tributis imponendis, & exigendis in exceſſu, & laudat beneuolentiam Darij Cyri, Alexandri Magni, Tiberij, Periclis, & aliorum Principum, qui hac de cauſa, vel nulla, vel leuia tri-
66 buta ſuis imperarunt. Quia † vt inquit Cicero
lib. 5. *ad Attic. epiſt.* 16. *Prouinciæ in perpetuum redduntur deſertæ miſeri homines, & efferati, ne dicam deſperati, exhauſtis facultatibus per nimias exactiones.* Cùm ex aduerſo, his releuati, omnia vigeant, & floreant, & vel ipſi liberi parentibus gratiores naſcantur, quos anteà (vt Indos facere diximus) exoſos habuerant, vt notaui *ſup. cap.*5. *num.*45. elegantia verba Nazarij, Panegyriſtæ Conſtantini, ad hoc probandum adducens. Quorum etiam meminit in noſtris terminis Mag. Marquez *in Gubern. Chriſt. lib.* 1. *cap.*30. *pag.* 205. Lælius Biſciola *lib.* 7. *ſucciſ. lect. cap.*10. *collat.* 509. & Ioan. Kalin. *in lexico, verb. Capitatio*, vnde
Xenoph. *in lib. de laudib. Ageſilai* † conſulit: 67
Boni Regis officium eſſe, vt plurimis eos bonis cumulet, qui ſub Imperio ſuo conſtituti ſunt, & Philoſtrat. *in vita Apollon. lib.*5. *cap.*13. Veſpa-
ſiano Auguſto hoc conſilium dedit: † *Diuitias* 68
igitur magni æſtima, non quæ in occulto repoſitæ iacent, quid enim hæ ab arenæ cumulo differunt? nec ea, quæ ex collatione tributorum à
gementibus hominibus proueniunt? † *Atrum enim* 69
ſordidúmque putandum eſt aurum, quod ex lacrymis oritur. Diuitiis autem optimè ſupra omnes Reges vteris, ſi eas egentibus communicaueris. Diuitibus autem permittes, vt facultatibus ſuis tutò frui poſſint.

Et conducunt alia, quæ adduxi *ſup. cap.*14.
*n.*100. *& cap.*15. *num.*49. † & elegans ſententia 70
Symmachi *lib.* 10. *epiſtol.* vbi inquit: *Quòd ſi exigantur inſolita, conſueta fortè ceſſabunt.* Et alia Caſſiod. *lib.*4. *epiſt.* 38. vbi tunc Prin-
cipem † ſibi magis conſulere, ſuóſque reditus 71
magis augere, cùm tributa minuit, in his verbis oſtendit: *Sed à nobis, qui fiſci vtilitatem ſtabili volumus diuturnitate conſiſtere, excludenda eſt diſpendioſa ſemper enormitas: ne augmento ſuo tumens ſumma deficiat, incipiatque magis deeſſe, quia immaniter viſa eſt accreuiſſe: & lib.*9. *epiſt.* 11. ibi: *Quia ſine querela ſuſcipi debet onus impoſitum, quod longis temporibus conſtat eſſe portandum;* cui conuenit D. Greg. *lib.*4. *epiſt.*3. ad Conſtantiam Auguſtam, cuius memini *ſup. cap.*16.*num.*63. Et text.
apud nos egregius † *in l.* 2. *tit.*10. *par.* 2. *verſ.* 72
Otroſi, vbi poſtquam alios modos recenſuit, quibus Rex vaſſallos ſuos ab aliis tutari, & defendere debet, hunc ſubdit: *Otroſi los debe guardar en tres maneras. La primera, de ſi meſmo, no les faziendo coſa deſaguiſada, lo que non querria que otros les fizieſſen, ni tomando de ellos tanto, en el tiempo que lo pudieſſe eſcuſar, que deſpues non ſe pudieſſe ayudar de ellos, quando los ouieſſe meneſter:* circa cuius legis illuſtrationem, plura, vbi opus fuerit, peti poſſunt ex Auctoribus *ſuprà* citatis, & præcipuè P. Velazquez *dict. lib.* 3. *annot.*12. *&* 13. Vbi quòd Princeps tunc maximè ſuum negotium agit, cùm non agit, vt publicum agat, & magis in ſpecie *lib.* 4. *annot.* 15. *pag.* 479. *& ſeqq.* vbi quòd optimus Princeps, & ſuorum amans, ſolùm æqua, & legitima tributa, & vectigalia à ſubditis exigit, Matth. Lopez Brauus *de Rege & regendi ratione lib.* 3. *fol.* 31. *& ſeqq.* vbi concludit: *Regnantem ergo ditat, & depauperat, quicquid ciues depauperat, & ditat.* & nouiſſimè Reuerendiſſ. P Mag. D. Fr. Gaſpar de Villaroël Epiſcopus Chilenſis meritiſſimus *in comment. ſup. lib. Iud. cap.*13. *pag.* 488. *num.* 14. vbi *quòd tributa introducenda ſunt, non vt Princeps augeatur; ſed vt populus defendatur.*

Vnde † ſemper damnati, & tyrannidis no- 73
tati fuerunt Principes, qui tributis grauibus, nouis, aut inſolentibus populos vexarunt, quales fuiſſe videntur ij, qui vectigal ex fumo, ex vmbra,

vmbra, ex Sole, ex aëre, ex vrina, ex legatis, hæreditatibus, contractibus, matrimoniis, artificiis, atque etiam à lenonibus, à meretricibus, ab exsoletis, & ex aliis rebus similibus corrogabant, vt constat ex traditis à Cuiac. *lib.* 10. *obs. cap.* 7. Petr. Greg. *de Rep. lib.* 3. *cap.* 5. *&* 6. *& lib.* 3. *cap.* 10. *num. fin.* Mart. Delr. *in Adag. sacr.* 4. *tom. adag.* 599. *pag.* 310. vbi notat in sacra
4 Scriptura † Tyrannos aptè vocari, *Emunctores*, qui plus æquo mulgendo, & emungendo etiam sanguinem subditorum eliciunt: veræ hirudines, cutem non missuræ donec sanguine repleantur, Pancirol. *in d. thesaur. var. lib.* 3. *capit.* 31. Valençuel. *in monit. contra Venet.* 4. *par. numer.* 145. & Contzen. *d. capit.* 7. § 21. vbi miserabilem, seu historiam, seu fabulam nar-
5 rat, de sera pœnitentia cuiusdam, † qui nouam quandam tributi impositionem Regi Franciæ suasit: quam libet nostris hisce scriptis inserere, vt simili exemplo fortè illi deterreantur, qui quotidie ad grauandos Indos nouas formas excogitant, & magis adulandi gratia, quàm bono publico consulendi, Regi nostro proponunt: *Ostenditur* (inquit) *Lutetiæ in foro frumentario os cloacæ, in qua sepeliri se iussit quidam, quem serò pœnituit mali consilij. Viderat Regem tristem, & sollicitum: causa mœroris erat angustia rei pecuniariæ. Is, quò Regem subleuaret, suasit, vt ex minutis etiam rebus, quas rustici deferunt in vrbem, vnum, aut alterum æreum nummulum exigeret, idque in biennium dumtaxat. Et cùm viderent ex ea in vrbe frequentissima colligi pecuniæ vim non modicam, ad hoc exemplum plures exactionem excogitatæ sunt. Qui dederat consilium, cùm videret se non idem auctoritatis habere in dissuadendo, quod habuerat in suadendo, in maximos animi mœrores incidit, adeò, vt de salute quoque sua desperaret & vt de se ipso pœnas sumeret inconsulti consilij, simulque moneret alios, ne ad eundem impingerent lapidem, testamento cauit, vt in eo loco sepeliretur, in quem totius illius fori sordes confluunt, in quo manet etiamnum in hunc vsque diem exactionis executio.*

Quibus addo † insigne dictum, ac miraculum B. Francisci de Paula, noui parentum nostrorum memoria Thaumaturgi, quod in eius vita recenset Ioannes Chappetus, Benedictus Gononius, & alij: is enim cùm Neapolim veniens, honorificè à Ludouico XI. Galliarum Rege susceptus esset, ab eodem rogatus fuit, vt permitteret construi in ciuitate sua Monasterium Ordinis sui, cui respondit Sanctus: Melius esset, vt pro salute animæ tuæ restitueres bona aliena, quam tam magnas faceres eleemosynas. Rex verba hæc ægrè & indignè accipiens, dixit ei: Et putásne me possidere aliquid malè quæsitum? Respondit Sanctus, & dixit, quòd per alienum intelligebat impositiones, & tributa, quibus popolum opprimebat, quòd sanguinem ipsius sugebat, qui clamabat, & postulabat vindictam a Domino. Et cùm iussisset sibi afferri aureum nummú, illumque fregisset, statim ex eo multæ sanguinis guttæ processerunt. Rex tam celebre miraculum videns, emendationem promisit. Et de † diuina punitione Manuelis Comneni ob id, quòd pauperes subditos grauibus exactionibus vexauerit, & deglubuerit, scribit Nizetas *lib.* 6. & de Basilico, qualiter Imperio priuatus, frigore, & fame perierit, simul cum vxore, & filiis, quia ne Sacerdotibus quidem, & contemptis opificibus pepercisset, omniáque essent plena lacrymarum inter illius exactiones, Procop. *de bello Vandal. lib.* 1. & Suidas *in Basilisco apud Baronium tom.* 6. *ann.* 477. Quapropter de Rege nostro Henrico III. tradit Bobad. *dict. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 10. quòd de tributis loquens dicere solebat, *Mas temo las maldiciones del pueblo, que las armas de mis enemigos.* Et est videnda clausula testamenti D. Ludou. Francorum Regis, quam refert Mag. Marquez *d. libr.* 1. *cap.* 30. *fol.* 204. & Elias Cretens. *in exposit. ad orat. Nazianz.* 9. quæ etiam tota in hoc argumento notabilis est, vbi sic ait: *Tributa satis per se grauia, ne per auaritiam nostram grauiora reddamus; neque mœroris pœnam ob infractum Dei præceptum nobis constitutum, augeamus; vitam scilicet hominum, qui nobis genere, & natura sociati sunt, insatiabili nostra cupiditate calamitosam reddentes.*

Tertiò ex eisdem doctrinis colligitur, hoc genus tributi, quod ab Indis exigitur, personale potius, quàm reale iudicari, & appellari debere, & ei simile esse, quod Romani † capitationis vocabant, & Cicero *libr.* 5. *epist. ad Attic. epist.* 16. σπικεφαλία, cùm vnusquisque 78
Indorum indistinctè, & vniformiter iuxta suæ prouinciæ æstimum, & descriptionem, nullóque respectu facultatum, aut possessionum suarum habito, certam pecuniæ, ac gallinarum quantitatem, vel frugum, lanificij, aut aliarum specierum taxatam, & definitam mensuram, soluere teneatur. Quod etiam iidemmet Romani *Anniuersarium Canonem*, appellabant, quasi fixum, regulare, & inuariabile tributum significantes: & exactores eiusmodi tributorum *Canonicarios*, vt constat ex *l.* 3. *in princip. de censib. l. vltim.* § *penultim. D. de muner. & honor. l. vnica, C. de annonis, & capitatione administrantium, l.* 8. *C. de sacrosanct. Eccles. l. vltim. de an. & tribut. lib.* 10. *l. vniuers. C. de capitatione ciuium censib. eximenda libr.* 11. *l. vnica, C. de colon. Thracens. l.* 1. *C. ne rustican. ad vll. obs. l. cùm antea* 10. *C. de agricol. & cens. eod. libr. l.* 2. *C. de prædiis Tamiac. l. final. C. de collat. fund. patrim. libr.* 11. *l.* 3. *C. quæ res vend. non poss. l. priuatæ* 10. *C. de excusat. mun. libr.* 10. *l. Iudæorum* 17. *C. de Iudæ. & cælicol. l.* 1. *& per tot. de Canone largition. titul. libr.* 10. *l.* 51. *tit.* 6. *par.* 2. cum multis aliis, quæ vltra Scribentes in eisdem titulis, & iuribus congerunt Brisson. Prateius, Schard. & Kalinus, *verb. Canon, & verb. Capitatio*, Bart. *in l. vnica, num.* 22. *vers. Et istud diuiditur, C. de mulier. & in quo loco lib.* 10. Platea *in Rubr. C. de ann. & trib. lib.* 10. Ias. *in l. placet* 1. *lect. num.* 8. *&* 2. *lect num.* 4. *C. de sacrosanct. Eccles.* Alex. *cons.* 67. *lib.* 2. vbi benè resoluit: *Quòd in capitatione nullo modo considerantur bona*, Petr. Gregor. *de Republ. libr.* 3. *capit.* 5. *num.* 7. Pancirol. *in thesaur. var. lect. libr.* 2. *cap.* 42. *&* 46. *&* 54. *& libr.* 3. *cap.* 31. *pag.* 374. Aluar. Valasc. *de iure emph. q.* 32. *num.* 2. Lucerna Rubr. *in tit. de indiction. num.* 4. *& in d. tit. de Canon. largit. numer.* 5. *gloss. in l.* 2 §. *si quid publici, D. de hæred. vel act. vend.* Bodin. *de Repub. lib.* 6. *cap.* 2. Montan. *de tutel. cap.* 7. *ex num.* 14. Otalor. *de nobil.* 1. *par. cap.* 2. *num.* 7. Mansuer. *in tract. de talliis num.* 4. Petr. Frider. Mundan. *lib.* 2. *de mand.*

c.45. num.4. Amatis, plura de tributo capitationis tradens, *in decis. Marchiæ* 159. Andr. Gail. *lib* 1. *obseru.*52. Bertazol. *de clausul. claus.* 21. *gloss.*7. *pag.*551. noster D. Laur. Ramir. de Prado *in sua Tessera legum* ,*pag.*19. Iust. Lips. *de magnit. Roman. lib.*2. *cap.*3. Iacob. Bornitius *de ærarij redit. lib.*6. *cap.*1. Nobilis I. C. Alphons. Carrança *de partu human. cap.*5. *sect.* 3. *num.*102. *pag.*377. Petr. Heigius *in miscel. quæst. par.*1. *cap.*18. Ioan. Baptist. Costa *in tract. de quota & rata* , *q.*108. *num.*6. *& seqq. & q.*72. *num.*72. Mag. Marquez *in Gubernat. Christ. dict. lib.*1. *cap.*16. *pag.*91. Franc. Sousa *in Rep. l. fœminæ* , *de reg. iur.* 2. *par. num.*3. & 4. Auctor Synopticar. *obseru. de tribut. cap.* 8. & nouissimè, post hæc scripta, D.Nicol.Ferd. à Castro *exercit. Salmant.* 1. *sup. dict. l.*1. *C. de capitat. ciuium* , *lib.*11. ferè per totam, vbi varias *Capitationis* formas, & acceptiones enumerat.

79 Et huius generis est tributum, quod † Hispanis vocatur, *De la Moneda forera*; nam quolibet septennio soluitur dimidium argenti pro quolibet capite, vel pro qualibet domo, non habito respectu ad bona, & datur in recognitionem Regalis dignitatis, vt notat Otalora *vbi sup.n.*8. Et etiam simile est alterum, quod dicitur, *Martiniega*, quo singuli vicini soluunt duodecim dipondia ratione personarum, vt per eundem Otalor. *eod. cap. num.*11.

Quæ sententia ex eo etiam magis suadetur,
80 quia † cùm in Regiis schedulis, de his tributis Indorum agentibus, expresè dictum non fuerit, quòd sint realia, debent proculdubio personalia censeri, iuxta text. *in cap. veniens, de transact.* Maximè cùm eisdem schedulis caueatur, vt Indorum bona, & prædia omni respectu libera sint, vt *sup. num.*40. probatum
81 reliquimus, & de iure † esse præsumuntur, *l. altius*, *C. de seruit. & aqua*, *l. cùm res*, *C. de probat.* & vtrobique DD. *l. si prius D. de noui oper.nunt.* cum aliis, quæ congerit Iaf. *in l. quominus, num.*179. *& seqq. D. de flumin.* & latè Menoch. *de præsumpt. lib.*3. *præsumpt.*89. *ex num.*1. *& præsumpt.*91. *num.*3.

82 Et hoc procedit † etiam si tributum consistat in dando, quia ex eo, quòd super personis impositum fuerit, nimirum in capita, aut per domos, vel focos, & vt dici solet, ad fumum, vel per fumantes, aut pro numero pecorum, vel magnitudine iugerum, vt in l.fumi, D.de censib. adhuc dicendum est personale, & capitationis nomen sortitur, vt expresè docet Bart. *in d. l. placet*, *num.*18. *per text. in l. ætatem*, *& in l. final. D. de censib.* & notata *in l.vlt. C. de agricol. & censit. lib.*11. & per Bald. *in Authent. defuncto*, *num.*12. *C. ad Tertul.*

83 Neque his oberit, † quòd cùm eisdem schedulis suprà num.15. relatis, dicatur, vt prædicta tributa taxentur, & soluantur de rebus, quas Indi seminant, alunt, vel operantur, aut in eorum prædiis, ac prouinciis nascuntur, & facilè reperiuntur, videntur mixta appellari posse, hoc est personalia, & realia, cùm personis pro rebus imponi videantur; & quamuis res ipsæ intrinsecè tributis non obligentur, earum tamen contemplatione tributa pendantur, iuxta ea, quæ notat Bart. & communis *in d.l.placet, num.*29. *& in d.l.vnica, num.*23. *in fin. C. de mulier. & in quo loco lib.*10. vbi idem in quibuslibet collectis resoluit, quæ personis pro rebus iniunguntur, iuxtà gloss. *in l. rescripto, §. fin. D. de muner. & honor.* & latè tradita ab Andr. Gail. *lib.*2. *obseru.*52. *num* 9. & 10. & Bertaz. *in tract. de clausulis*, *claus.*21. *gloss.*7. *pag.*551.

Nam cùm hîc † persona sit, quæ principaliter tributo supponitur, eiúsque tanquam digalioris præcipua consideratio in iure semper habeatur, *l. quidam referunt*, *D. de iure codicil.* respectus ille, qui veluti accessoriè, aut demonstratiuè ad res ipsas dirigitur, ex quibus tributum, aut collecta soluenda sit, eius nomen & substantiam non mutat, vt idem Bart. apertè fatetur *in d. l. placet*, *num.*26. *&* 29. & Calderin. *consf.*448. aliàs 6. *de censib. argum.* textus celebris *in l. quidam testamento* 99. *D. de legat.* 1. *l. Paulo Callimacho* 27. *§. fin. de leg.* 3. *l.* Lucius, *in fin. de alim. legat.* cum aliis, quæ notat Peralta, omninò videndus, *in l. si quis seruum, d.§ si quis ita, de leg.*2. & Ant. Gomez *in l.* 17. *Tauri, nu.*14. 84

Præsertim † in hoc nostro casu, in quo res illæ, quæ tributorum solutioni designantur, non eo animo notatæ videntur, vt vel ipsæ, vel prædia, in quibus nascuntur, tributis obnixæ, & obligatæ maneant; sed quoniam cùm Indi pigri sint, & ignaui, conueniens, & necessarium fuit, eas solutioni destinare, vt prædia colere, pecora pascere, aut alere, lanificia, & alia opera propriis manibus exercere compellerentur; atque hoc modo, & medio Reipub. vtilitati, & abundantiæ, & ipsorum commoditati simul consuleretur. Quod optimè notauit Matienz. *d. tract. M. S. de moderat. Reg. Perù.* 1. *par. cap.*13. & doceri videtur † *in l. domini* 5. *C. de agric. & censit. lib.*11. vbi inquiunt Impp. *Domini prædiorum, id, quod terra præstat, accipiant, pecuniam non requirant, quam rustici optare non audent, nisi consuetudo prædij hoc exigat.* Ad quod etiam respicit text. *in l.*1. *C. de Pascuis publicis*, *eod. lib.* & tradita à Boër. *decis.*263. & Pinel. *in Rubr. C. de rescind.* 2. *par. num.*8. 85 86

Et hinc descendit, † in his tributis, tanquam capitationis, & merè personalibus, personas tantùm Indorum obligatas esse; prædia autem eorum nihil debere, neque in eis locum esse decisioni text. *in l. Imperatores*, *D. de public. & vect.* ibi: *Ipsa prædia, non personas conueniri*, & ibi: *Ideò possessores etiam præteriti temporis vectigal soluere debere*, & *l. neque tempore*, *C. de muner. patrim. lib.*10. quibus cauetur † tributaria prædia ad quemcunque possessorem cum suo tributi onere pertransire, vt constat ex iis, quæ ibidem notanter tradunt Paulus, & Romanus, Matth. de Afflict. omninò videndus, *decis.*95. Capic. *decis.*29. *num.*26. Amatis *decis.*31. & Pinel. *in l.*1. *C. de bon. mat.* 2. *par. numer.*72. *vers. Nonò ampliatur*, vbi loquitur de prædiis fructuariis, & emphyteuticariis; vt emptor teneatur etiam pro tributis præteritis antequàm possideret; licèt verum sit † talia prædia, vt & reliqua bona Indorum, eis viuis, vel mortuis capi, & detineri posse pro tributis personalibus, quæ debere comperti fuerint, quemadmodum quotidie capi, & vendi videmus, quousque reliqua persoluantur, & de iure communi constitutum est *in l.*1. *&* 2. *C. de capiendis, & distrahendis pignoribus tributorum causa*, *lib.*10. *& in l. nemo carcerem*, *C. de exact. tribut.* 87 88 89

& in l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. eod. lib. vbi prosequuntur Platea, Lucas de Pena, Piscator, & alij, Palac. Rub. *in repet. Rubr. de donat. inter. in princ. n.*12. & latè Pereg. *de iure Fisci lib.*6.*tit.*4. & Nos *cap. seq. trademus.*

Ac rursus ex eodem etiam fonte promanat,
o quàm † sit dura, & iniusta illa praxis, quæ in hoc Peruano Regno, & in aliis Indiarum partibus inoleuit, dum æstimo, siue matricula facta alicuius oppidi, vel municipij Indorum, vulgò dicunt, *Repartimiento*, cui numeratis Indorum capitibus tributa respectiuè indicuntur, posteà, aliquibus eorum mortuis, vel absentibus, integra quantitas toti municipio in æstimi calculatione signata, ab illis exigitur, qui viui, & præsentes esse comperiuntur. Nam cùm huiusmodi tributa merè personalia esse probaue-
1 rimus, † consequens est, vt persona cessante, eorum quoque præstatio, & exactio pro ea parte cessare debeat, *l. in omnibus* 68. *D. de reg. iur. l.*1. *D. de iur. immun. l. legatarum* 33. *D. de leg.* 2. ibi: *Nec pro iis, qui soluendo non sunt, onerari cohæredes oportet, l. si vnus, §. ante omnia, D. de pactis, cap. priuilegium* 7. *de reg. iur. in* 6.
Melior † textus, qui in nostris terminis loquitur, *in l. vnica, C. vt nullus ex vicaneis lib.*11. vbi graue dicitur, & non solùm legibus, verùm etiam æquitati naturali contrarium, pro alienis debitis, & tributis alios molestari, *l. prouidendum, C. de Decurion. l.* 1. *C. de exact. tribut. lib.* 10. *l. hac definitione, C. de omni agro desert. lib.* 11. *Authent. vt non fiant pignorationes pro aliis personis, §.* 1. *ibi: Non enim habet rationem alium quidem esse debitorem, alium verò exigi, l.* 3. *tit.* 17. *lib.* 5. *Recop.* cum aliis, quæ ad huius conclusionis comprobationem, & exornationem adducit Dom. Sotus *lib.* 3. *de iustitia & iure, quæst.* 6. *art.* 7. *ad fin.* Ant. Gama, & eius Additionat. *decis. Lusitan.* 239. Bobadilla *in Polit. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 34. & Ioan. Matienz. *in d. tract. M. S. de moderat. Reg. Perù* 1. *par. cap.* 16. vbi † ex hac ratione resoluit, multum oportere, & oportuisse, ne taxæ toti municipio, siue, *Repartimiento*, in communi fiant, & addicantur, sed vnicuique Indorum, separatim, & pro suo capite; ita vt quilibet eorum sciat, & intelligat, quid fixè, & certè, soluere debeat, tam in pecunia, quàm in speciebus designatis, vt suæ talleæ solutione liberetur, vt multis schedulis Regiis prouisum est, quæ reperiuntur *in* 2. *tom. impress. ex pag.* 154. & præcipuè *in vna Pintiæ* 29. *Septembr. ann.* 1551.

Nam, qui contrariam praxim admiserunt, & à viuis, vel præsentibus exigunt tributa, quæ mortui, vel absentes soluere debebant, fortè nituntur † auctoritate Bart. *in l.* 1. *n.* 3. *C. de apoch. pub. lib.* 10. *& in l.* 4. *§. actor. n.* 8. *de re iud.* quam ibidem sequitur Ias. *num.* 21. & Platea *in ead. l.* 2. *num.* 3. *&* 4. *& in l. actores, C. de exactor. lib.* 10. Petr. de Antiboli *in tract. de collect. §.* 2. *num.* 52. & Dueñas *regul.* 178. vbi distinguendo concludit, quòd si tallea, siue tributum imponitur loco, vel vniuersitati, tunc si aliquis ex vniuersitate deficiat, vel aliqua bona eiusdem vniuersitatis depereant, non diminuitur tributum, sed à prouincialibus, & vniuersitate, quæ remanet, supplenda sunt, quæ deficiunt, cùm ea nunquam pereat, l. proponebatur, *D. de indic. l. sicut, D. quod cuiusque vniuers.* & in censibus, siue tributis loquens I. C. *in l. forma, §. quamquam, D. de censib.* & text. qui hoc sensu accipiendus est, *in l. actores, C. de exact. tribut. & in l.* 4. *tit.* 6. *lib.* 7. *Recop.* licèt † in eademmet specie, quòd 95
remanentes non debeant tributa deficientium, vel exemptorum supplere, teneat ipse Bart. sibi contrarius *in l. ab omnibus, in princip. de leg.* 1. vbi Imola, & alij DD. & Ioan. Andreas, & alij Canonistæ communiter, maximè Abb. *n.* 9. *&* 16. *& seqq. in cap.* 2. *de immun. Eccles.* & plura adducens Bobad. *vbi sup.*

Et est adeò verum, alios pro aliis ad tributorum præstationem cogendos non esse, vt contraria † consuetudo non valeat, si credimus 96
eidem Bart. *in d. l. legatorum, in princip. D. de legat.* 2. quia esset contra ius, & æquitatem naturalem, quamuis in hoc ipse sibi aduersetur *in l. fin. §. vlt. D. de muner. & honor.* dicens, quòd talis consuetudo, siue statutum valet. Quod etiam probat Aretin. *in l. cohæredi, §. cohæres, D. de vulg.* addens tamen, tale statutum restringi debere, vt odiosum, vt in simili notat Bald. *in l. cum lege, num.* 3. *C. de Episcop. & Cler.* Et idem sequitur Alexand. *in Addit. ad Bart. d. §. vlt. gloss. in Rubr. C. de decret. Decurion. lib.* 10. Bald. *in simili in l. si quis in tantam, col.* 2. *n.* 6. *in fin. C. vnde vi,* Ias. qui plura similia cumulat *in l. de quibus, n.* 47. *D. de legib.* & Peralta *in d. l. legato, n.* 3. *cum seqq.* Qui tamen benè, ad valorem talis statuti, auctoritatem Principis cum causæ cognitione requirit: & ad valorem talis consuetudinis, vt sit immemorabilis, & legitimè præscripta, quia tunc habet vim concessionis, & priuilegij, & supplet omnia alia requisita, *l. hoc iure, §. ductus aquæ, D. de aqua quotid. & æst. c. sup. quibusdam, §. præterea. de verb. signif. cum vulgat.*

Quod in proposita à nobis Indorum quæstione, tantum abest, vt interuenisse probari possit, † quod potius multis, & enixis Regum 97
nostrorum schedulis damnatum, & prohibitum fuerit quotiescunque ad eorum aures hæc querela peruenit, & præcipuè in illa data Vlyssiponæ 27. Maij ann. 1582. cuius verba sunt: *Somos informados, que entre los demas agrauios que los Indios reciben, es mui grande el rigor que se vsa con ellos; en que si en qualquier repartimiento, ò tassa faltan ciento, ò cinquenta Indios, que se han muertò, ò ausentado, hazen pagar por ellos à los que quedan, sin que les aprouecha quexarse, ni pedir iusticia. Y porque (como veis) es contra ella permitir que se les aga esta vexacion, y nuestra voluntad es, que se remedie; os mandamos, que si hallaredes, que en esto ai algun agrauio, ò excesso contra los dichos Indios, proueais que se remedie con toda diligencia, para que no sean molestados, &c.*

Quæ schedula expressa & decisiua huius quæstionis censeri debet, † cùm dicat, hanc exactio- 98
nem iniustam esse, & quòd ei in posterum competenti remedio occurratur, quia quoties lex facit mentionem de remedio, disponere videtur, vt remedium interponatur, in casu de quo loquitur, iuxta text. *gloss.* & DD. *in cap. quia G. de iudiciis, & in cap. ex multa, de voto,* ibi: *Ad hoc igitur respondemus, quòd in consultatione nostra ius editur, l.* 1. *in princip. & in §. ex hoc rescripto, vers. Cogenda, de vent. insp. l. negantes, C. de act. & obligat. cap. conquestus, de for. comp.*

Clem.1.vers.Nos igitur,de iur.iur.Clem.quia contingit,de Relig.dom.Clem.2 § 1.de Magistr,l. fin. C. de donat. inter. ibi : *Oportet Augusto remedio causam dirimi*,cum aliis.

Et idem repetitur † in alia sched. Pintiæ 3.
99 Maij 1605. ad Proregem Peruanum D. Comitem Montis Regij, Pardi 21. Febr. 1607. ad Dom. Marchionem de Montesclaros, S. Laurent.6. Iunij 1609. ad Audientiam Limensem, Lermæ 1. Maij 1610. ad eundem D. Marchion. Montesclaros.

Quibus pariter conuinci, & damnari videtur
alia durities, & iniustitia,quæ in aliquibus India-
rum Prouinciis contra omnes iuris regulas fre-
100 quentatur, viduas † nimirùm cogendo, vt pro
maritis defunctis tributa persoluant, & è contra-
rio maritos pro vxoribus, & vtrisque deficienti-
bus, liberos pro parentibus conueniendo, non
solùm ad tributa decursa, verùm & ad ea, quæ
post eorum obitum currunt, interim dum no-
uum æstimum, siue noua taxa conficitur, de
quo meritò dolet, & queritur Fr. Ioan. à Silua
101 Franciscan. *in suis Memorial. fol.87. & 89.* Et
est contra Rubrum, & Nigrum *C. ne vxor pro*
marito, vel maritus pro vxore, vel mater pro
filio conueniatur, & ne filius pro patre, vel pa-
ter pro filio emancipato, vel libertus pro patro-
no, vel seruus pro domino conueniatur, quibus
similis est text. *in Auth. vt nulli iud.* §.7. *collat.*
9. Nouella 52. & 134. l.3. de debit. & vad. in
legib. Longobardorum, & de iure nostro conso-
nat text. *in l.9. tit.31. par.7. l.25. in fin. tit.13.*
102 *par.5.* & † Aurel. Cassiod. *lib.4. var. epist.* 10.
vbi quàm sit iniustum filios pro parentum, & vi-
caneos pro aliorum vicaneorum debitis constrin-
gi,aut detineri,his verbis ostendit: *His multo acer-*
biora iungentes alienis debitis ad solutionem alios
trahi, solamque causam probabilem videri, si
aliqua debitori potuit in ciuitate coniungi. O ini-
quum persuasionis errorem! Diuiduntur causa
Germanis, filius obligationibus paternis, si non
sit hæres, exuitur; vxor maritalibus debitis, nisi
per successionis vincula non tenetur: & audacia
ad solutionem trahit extraneos, cùm absoluant
iura coniunctos. Pro quo etiam tandem expende-
103 re possumus, † quòd licèt eiusmodi tributa per-
sonis pro rebus imponi, & sic mixta esse conce-
deremus, iuxta doctrinam Bart. *in dict. l. placet,*
C. de sacrosanct. Eccles. num.27. & 29. cùm ta-
men negari non possit, personarum contempla-
tionem in hoc cursu principaliter habitam fuisse,
quotiescũque iusta aliqua causa interuenit,vt per-
sona à contributione eximatur, collectæ, vel
muneris solutio cessare debet, quamvis faculta-
tes supetere videantur, vt probat text. & Bart.
in l. libert. §. sola, D. ad municip. l. cùm ne-
que, C. de incolis, lib.10. Bart. *in dict. l. vni-*
ca, C. de mulier. num.34. Abbas *in cap. non*
minus, de immunit. Eccles. num.3. latè Alexand.
consil.68. num.3. vol.2. Decius, Socinus, Cur-
tius, Gabriel, & plures alij, cum quibus clarè
communem resoluit, Bursætus *cons.13. lib.1.*
num.31.

CAPVT XIX.

De eisdem tributis, & à quibus exigi debeant.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo prouinciæ multum attendi solet, & debet in materia tributorum.*

L. si publicanus, § fin. D. de pub. & vectig. *cum similibus illustratur, ibid.*

2 *Tributa omnes Indi soluere debent, nisi specialiter priuilegiati reperiantur.*

3 *Principis ad Regalia pertinent tributa, & in eorum exactione fundat suam intentionem.*

4 L 8.tit.11.lib.8.Recop.*ponderatur.*

5 *Fœminæ an tributa Indis iniuncta soluere teneantur?*

6 L.ætatem,D.de censib.*explicatur, & illustratur.*

7 *Tributi taxati dimidium soluunt Indæ in prouinciis Nouæ-Hispaniæ.*

L.cùm anteà 10.C. de agricol. & censit. lib.11. *ponderatur,ibidem.*

8 *Fœminæ Indæ in prouinciis Peruanis nihil præstant tributi,aut seruitij nomine.*

9 *Fœminas Indorum à tributis omninò immunes facere iustius videtur.*

10 *Tributorum exactio,vbi ea fœminæ debent mitiùs facienda est, & pro eis incarcerari non possunt.*

11 *Mulieribus viduis:ac pauperibus, qui tributa remiserint?*

12 *Indæ maritatæ, quarum viri absunt, vel ægrotant,à tributis releuari debent.*

13 *Maritum non habere,vel habere inutilem ad paria iudicatur,& num.12.*

14 Cap.vnic.an mutus,vel surdus in vsib. feudor. *ponderatur.*

15 *Tributorum præstatione, qui per ætatem, vel senium liberentur iure communi?*

16 *Bart. notatur, dum neminem, nisi in Syria, prætextu ætatis, à tributo capitationis excusari,docuit.*

17 L.ætatem 5.D.de censib. *explicatur, & illustratur.*

18 *Indi qua in ætate incipiant teneri ad tributorum præstationem,variè variis schedulis prouisum est,quæ referuntur.*

19 *Indi Noua-Hispania, & in Perù à qua ætate incipiant tributa præstare?*

20 *Indi ob minorem ætatem, vel senium eisdem rationibus à tributis,quibus à seruitiò personali liberandi sunt.*

21 *Leo Isauricus notatur,quòd ab infantibus tributa poposcerit.*

22 *Pueri, & senes regulariter à militia excusantur.*

23 *Indi infirmi,vel sontico morbo impediti, à tributis liberandi sunt.*

24 *Paria sunt non esse personam,vel inutilem reperiri,&* sup.num.13.

25 *Filij familias an & à quibus tributis liberi sint?*

26 *Indi vxorati,vel emancipati an debeant soluere tributa?*

alterius Commendæ, vel municipij, eius forum sequitur, licèt aliàs regula sit in contrarium.

SEd quoniam in his, quæ tributorum exactionem respiciunt, plurimum † attendi, & obser-
1 uari solet consuetudo prouinciæ, & regionis, *l. missi opinatores, C. de exact. trib. lib.*10. vbi Bald. Platea, & Valenz. Piscat. *l. si publicanus, §. fin. de pub. & vectig.* ibi: *In omnibus vectigalibus consuetudo spectari solet, l. locatio, §. earum, D. eodem,* ibi: *Quod nunquam exactum est pro vectigali, nunquam est præstandum, l. pro locis, C. de annon. & trib. lib.*10. vbi Rebuff. & Piscat. *num. vlt. l.* 2. *tit.* 1. *par.* 2. cum aliis, quæ tradit Bald. *in l.* 3. *col.* 2. *C. de nat. fœnor.* Specul. *in eod. tit.* Palac. Rub. *in repet. Rubr. de donat. inter.* 1. *par. num.*72. Alex. *cons.*124. *lib.*4. Capic. *decis.*118. Paris. *cons.*25. *lib.*1. Nicol. Festas. *de collect.* 2. *par. cap.* 1. *num.*16. Gaill. *lib.* 2. *obseru.*53. *num.*5. & 7. latè Bursat. *cons.*17. *num.*33. & *seqq. lib.* 1. & Baëza *de inop. debit. cap.*13. *num.*17. superest, vt videamus, quid in his, quæ ab Indis præstantur, Regiis iussionibus & istarum prouinciarum vsu, ac praxi statutum, ac receptum sit.

Et in primis hanc regulam genelalem constituo, quòd cùm eiusmodi tributa ordinaria, & (vt
2 suprà diximus) canonica sint, † nullus Indorum ab eorum præstatione excusari debebit, nisi aliquo priuilegio exemptus, vel alaqua iusta exceptione tutus, & excusatus reperiatur, *l.*1. vbi Gloss. *C. de apoch. pub. l.* 1. *l. omnes omnino, & l. penult. C. de ann. & trib. l.* 1. *C. de indict. l.* 1. *C. de immunit. nemin. conceden.* & *l.* 1. & ibi Gloss. *C. de super in dict. lib.*10. *l.* 2. *C. de quib. muner. cap. omnis anima, eod. cap. tributum* 23. *q.*8. & *l.* 6. *tit.*28. *par.*3.

3 Quia † Princeps in eis exigendis suam intentionem fundatam habet, & hoc ius inter eius Regalia connumeratur, vt tradunt DD. communiter per text. ibi *in cap. vnico, quæ sunt Regal. in vsib. feud.* Schuff. *cons.*59. *num.*26. *cent.* 1. Vuesemb. *cons.*27. *num.*20. & *cons.*45. *num.*8. & *seqq.* Petr. Heigius *q.*17. *num.*45. & latè Rosenthal. *de feud. cap.*5. *concl.*74. *in princip.* Regner. Sixtin. *de Regal. lib.*2. *cap.*14. Henric. Bocer. *in eod. tract. cap.*3. *ex num.*196. Flores de Mena *lib.*2. *var. quæst. q.*21. *num.*11. Bobad. *in Polit. lib.*5. *cap.*5. *num.*31. & Synop. *obseruat. de collect. & tribut. c.*2. Ac proinde eius obligatio omnes subditos comprehendit, vt post alios obseruat Otalora *de nobilit.* 2. *par. cap.* 1.
4 *num.* 1. † & probat *l.*8. *tit.*11. *lib.*2. *Recop.* ibi: *Pues el derecho resiste à su possession, y que nos tenemos fundada nuestra intencion contra quien no probare la tal exemcion, è immunidad.*

Vnde primò in quæstionem vocari potest, an
5 † fœminæ ad eiusmodi tributa præstanda teneantur? Et cùm per capita iniungi soleant, et suprà probauimus, consequens esse videtur, quòd illa soluere debeāt, ex iuribus suprà citatis, & *ex l. vnica, C. de mulier.* & in quo loco *lib.*10. vbi Ioan. de Platea, Lucas de Pena, & Ioan. Mauric. idem Platea *in Rubr. C. de annon. & tribut. eod. lib.* Flores de Mena, qui alios refert, *lib.*2. *var. q.*21. *n.*151. optimus
6 † text. *id d. l. ætatem, D. de censib.* vbi Vlpian. inquit, quòd *in Syriis à quatuordecim annis masculi, à duodecim fœminæ, vsq; ad sexagesimum quintum annum, tributo capitis obligantur.*

Atque ita † in omnibus ferè Nouæ Hispaniæ 7
prouinciis vsu receptum, & pluribus Regiis schedulis probatum reperio. Nisi quòd in quibusdam, fœminæ dimidiam dumtaxat capitationē persoluunt, hoc est duæ fœminæ tantum, quantum vnus vir. Quod sumi potuit *ex l. cùm antea* 10. *C. de agricol. & censit. lib.*11. vbi Impp. capitis normam olim censam scribunt, per singulos viros, binas verò mulieres, & hoc, in prouinciis ibi relatis, ita salubriter temperari iubent, vt deinceps binis, ac ternis viris, mulieribus autem quaternis viris, mulieribus autem quaternis, vnius pendendi capitis munus iniungatur; id est vna tantùm capitatio à duobus viris, vel à quatuor fœminis persoluatur, vt explicant Alciat. & Cuiac. ibid. Petr. Greg. *lib.*3. *de Repub. cap.*5. *n.*8. & Guid. Pancirol. *in thesaur. var. lect. lib.*2. *cap.*254. & nouissimè alia circa eiusdem textus expositionem eruditè adducens D. Nicol. Ferdin. à Castro *exercit. Salmant.* 1. *num.*44. *pag.*59. In pro-
uinciis † autem Peruanis fœminæ nullum tribu- 8
tum præstare compelluntur, sicuti neque alia munera, & seruitia corporalia, à quibus eas infirmitas sexus immunes efficit, vt inquit Vlpian. *in l.* 3. *§. corporalia D. de muner & honor.* & latiùs dixi *sup. hoc lib. cap.*5. *num.*47 & *seqq.*

Et planè † hoc iustiùs & securiùs esse videtur, 9
istarum gentium tenuitate considerata; & quòd nulla bona (vt plurimùm) habent, ex quibus maritus & vxor, eorúmque filij, ac filiæ tot tributa soluere possint, vt diximus cum Zapata *in cap. præced. num.*54. Idemque
efficere debet, † vt parciùs in tributis ab eis- 10
dem fœminis exigendis procedamus, in locis, vbi ea præstare iussæ sunt, iuris communis ac Regij decisiones sequentes, quæ mulieres pro collectis, tributis, gabellis, ac vectigalibus carcerari vetant, vt constat ex traditis à Festasio *in tract. de æstimo, & collect.* 3. *par. cap.* 1. *num.*21. Azeued. per text. ibi *in l.*10. *tit.*3. *l.* 2. *tit.*11. *l.* 3. *tit.*13. *lib.*5. Recop. Lasarte *de gabell. cap.*18. *num.*60. & Flores de Mena *d. lib.*2. *var. quæst. q.*21. *n.*152.

Maximè, † vbi tales mulieres viduæ, ac 11
pauperes fuerint, quibus, & orphanis Valerius Publicola tributum lubens remisit, vt refert Plutarchus *in eius vita*, & Petr. Greg. *d. lib.*3. *Repub. cap.*5. *num.*8. & idem Peruanos Incas fecisse tradit Acosta *in histor. moral. Ind. lib.*6. *cap.*15. & P. Agia *in tract. de seru. person. pag.* 45. & esse iuris regulis consentaneum ostendit Bald. *in Auth. defuncto, num.*12. *C. ad Tertul.* & Palac. Rub. *in rep. cap. per vestras, no-*
*tab.*2. *num.*8. & 12. Vbi hoc ampliat, † vt 12
procedat etiam in Indis maritatis, quarum tamen viri absunt, nec eas alunt, aut senes sunt, vel infirmi, & ad laborandum inutiles; nam &
hæ meritò viduæ appellati possunt, † cùm ad 13
paria iudicentur, non habere maritum, vel habere inutilem, aut inhabilem, iuxta Gloss. singularem *verb. Orbitates, in l. fin. C. de plagiar.* & *in cap.*2. *de transl. Episcop.* vbi Abbas, & eius Addit. *num.*16. cum latè traditis à Ias. *in l. quoties, D. qui satisd. cogant.* Hippolyt. de Marsil. *in l. vnica, C. de rap. virg. ex num.*211. Iod. Danhouder. & Euerard. *in loco à pari*, Velasco *de priuileg. pauper. in præfat. n.*9. Camil. Gallin. *de verb. signif. lib.*5. *cap.*16. *num.*275. & *lib.*10. *cap.*26. *num.*10. & nouissimè Dom. D. Felicianus à Vega Episcop. Pacensis *in c.*

ex

*ex tenore, de foro comp.num.*20.*pag.*514.vbi ex simili concludit:quòd Ecclesia,quæ habet Prælatum inutilem,dicitur vidua.Et † est text.huic casui accommodatus in cap.vnico, an mutus, vel surdus,vel aliter imperf.in vsib.feud.vbi probatur, quòd quando feudum in seruitio personali consistit,qui illud præstare non potest, perinde à feudi successione,vel retentione priuatur,ac si in rerum natura esse desiisset,circa quod plura ibidem congerunt Bald. Isernia, & Afflict. Hart. Pistor. *in quæst. feud.* 2. *par. q.*32. Vulteius *de feud. lib.* 1. *cap.* 9. *num.*64. & Schurff. *cons.* 36. *cent.*3.

Secundò, sexui proxima esse videtur ætatis consideratio. Et † inspecto iure communi à viris minoribus quatuordecim annis, & fœminis duodecim, senibúsque maioribus sexaginta quinque annis, census personalis, siue tributa capitationis non petebantur, vt *in d. l. ætatem* 5. *D. de censib. & in l. cùm anteà, C. de agricol. & censit. lib.*11. Intra hanc verò ætatem prædicta tributa soluere debebant, licèt plena pubertas ante completum decimum septimum annum non contingat, vt probat text. *in l. Mella, D. de alim. & cib.legat.* & dixi *sup. cap.* 5. *num.*24.

6 Neque † audiendus est Bart. *in d. l. vnica, C. de mulier.* & in quo loco, *num.*23. dum à tributo capitationis neminem ratione ætatis, vel sexus excusari docet, nisi sit priuata consuetudo, vt in Syria, de qua loquitur Vlpian. *in d. l. ætatem.* Nam licèt hoc etiam insinuare videa-

7 tur Accurs. ibidem, *verb. Syria*, veriùs † est tamen I. C. ibi generaliter loqui, vt eiusdem legis initium ostendit, iuncta *l. regula*, §. *fin. D. de iur. & fact. ignor.* ibi: *Nam initium constitutionis generale est*, & *l. fin. C. de ædif. priuat.* Neque obstat, quòd postea in Syria exemplum proponat. Nam exempla non restringunt dispositionem, *l. damni infecti* 30. *D. de damn. infect.* latè Crotus *in l.*1. *n.*30. *D. de acquir. poss.* Et causa ob quam Vlpian. ibi Syriæ mentionem facit, ea esse videtur, vel quòd ipse inde oriundus fuit, vt testatur *in l.*1. *D. eod. tit.* vel vt ostenderet, excusationem quidem ob ætatem generalem esse, siue vniuersalem, vt *in dicta l. cùm anteà*:ætatis verò maioris, vel minoris,quod ad hanc causam, definitionem, ex differentia, vel qualitate prouinciarum variari, provt & in aliis iuris articulis arbitrio iudicis relinqui solet, Gloss. *in cap. sedes, de rescript.* quam sequitur & exornat Marsil. *in l. quæstionis modum, n.*5. *D.de quæstion.*

Quod sanè in his Indiarum prouinciis máximè obseruatum inuenio, & variè pro temporum, & regionum varietate definitum. Nam

8 in † quadam prouisione Carol. V. dat. Cæsaraugustæ 9. Decemb. ann. 1518. quæ habetur *in* 2. *tom. impress. pag.*185. pro quolibet Indo, viginti annis maiore, tria auri pondera solui iubentur, & vnum pro maioribus quindecim annis, quoadusque ad vigesimum annum accedant. Et in quodam capite epistolæ Regiæ missæ à Dom. D. Martin Enriquez Mexican. Proregem 5. Iulij ann.1578. quod habetur *in* 4. *tom. impress. pag.*322. Indi maiores viginti quinque annis, & si sub patria potestate degant, tributum pendere iubentur, & non anteà, & in alio capite alterius epistolæ missæ ad Audientiam Guathemalensem, dat. Matr. 26. Maij ann.1573. senes masculi quinquaginta quinque annis maiores, & fœminæ quinquaginta, à tributis immunes declarantur.

Sed tandem obtinuit, † vt in Noua-Hispania. In his autem Peruanis prouinciis ex taxis, & ordinationibus Proregis Dom. D. Francisci à Toleto, quibus hucusque derogatum esse non video, Indi tributa soluere incipiunt, vbi plenam pubertatem, hoc est, decem & octo annis attingunt,& quinquaginta expletis ab hoc onere releuantur. 19

Quæ excusatio eisdem rationibus nititur,† quas *sup.cap.*5.*n.*41.*& seqq.* considerauimus, ad Indos non satis maturæ,vel in senium vergentis ætatis, à seruitiis personalibus releuandos, quibus addo Farinacium de senectute,& senectutis prærogatiuis plura adducentem,*in prax.crim.q.*92, *num.*22. *& seqq.* & Pet.Gregor.*d.lib.*3.*de Repub.cap.*5. *num.* 20

13. † vbi Leonem Isaurum Imperatorem Constantinop. qui dictus fuit Iconomachus, grauiter notat, quòd ab infantibus tributa poposcerit, quos simul ac nascebantur hac de causa inspici, atque describi mandauit. Et Petr. Bellinum *in tract. de bello*, 1. *par. tit.*7. † vbi ob easdem causas pueros, & senes regulariter à militia excusari probat. 21 22

Idémque generalius admittere, & practicare debemus † in quibuslibet Indis, qui aliquo perpetuo, & sontico morbo impediti reperiuntur. Nam & ij non solùm senibus,verum & mortuis, quantum ad tributorum functiones attinet, reputantur, & propterea quotidie in nouis taxis, aut æstimis, quæ ad hanc rem fieri solent, eximuntur, quia † paria sunt, non esse personam, vel inutilem reperiri, vt suprà retulimus, & tradit Hippolyt. Marsil. *in l.vnica,C.de rapt.virg.num.*212.*cum seqq.* 23 24

Et licèt † quoad alia tributa, & impositiones, filij familias sub patris potestate existentes, vrgeri non soleant, quoniam hi debent egenis parentibus subuenire, vt *in l.*2. *&* 4. *tit.*19. *par.*4. cum aliis, quæ latè tradit Aluarez de Velasco *in tractatu de priuilegiis pauperum* 1.*parte,quæst.* 11. vbi, quòd filius hac de causa possit egredi à Religione, quam professus fuit. In his tamen, de quibus agimus, contrarium deciditur in schedulis suprà relatis an. 1518. & 1578. nimirum, vt Indi ea persoluant, etiam si filiifamiliàs sint, dum tamen ad ætatem tributandi peruenerint. † In vxoratis autem, vel emancipatis, res in dubium vocari non potest, quamvis simul cum parentibus degant, & distinctos lares non habeant. Nam hi capitationem suam subire debent, vt docet Platea *in l. si hi qui, C. de filiisfamilias*, & quemadmodum pro his pat. teneatur *d. lib.*10. & Bobad. *in Polit. lib.*5.*cap.*5. *num.*28. quamvis (vt idem tradit) si agatur † de delectu ad militiam, contra obseruetur, quia vnum focale, siue vnam familiam constituere videntur, vt inquit Guiller. Mainer. *in l. aliud*, §. *refertur*, *num.*82. *D. de regul. iur.* & ante eos Barr. *in l.*4. §.*actor*, *D. de re iud.*Bald. *in d. Auth. defuncto*, *num.*11. *&* 12. *C. ad Tertul. & in l.*1. §. *quibus*, *q.*1. *D. quod cuiusque vniuers.* 25 26 27

Tertiò, excusari poterunt † Indi, qui nimis pauperes reperiantur. Nam hæc quoque causa communiter in aliis etiam personis capitationis remissionem indulget, vt ostendunt I. C. *in l. formam*, §. *illam æquitatem*, *D. de* 28

 censib.

censib. l. cura, §. *deficientium*, & §. *inopes*, *D. de muner. & honor.* & docet Gloss. *in l. omnes pensitare*, *C. de ann. & trib. lib.10.* vbi Bart. & Alexand. qui plura cumulat in Addition. ad eundem, Ioan. de Platea ibidem, & *in l. ad soluendum*, *C. decur. lib.10.* & *in l. fin. C. de iis qui num. liberorum, vel paupertate excusationem meruerunt*, ibi: *Quòd si quis propter censum tenuiorem vacationem meruerit*, & *in l. semel*, *C. de apoch. pub. num.1. ad fin. eodem lib.* Bald. *in d. Auth. defuncto*, *num.12.* & *cons.410.* incip. *Quaritur, vtrum dominus*, *num.6. lib.5.* & *in l. etiam*, *col. fin. C. de execut. rei ind.* Abbas *in cap. quod non est licitum*, *de regul. iur.* Ias. *in l. 4. num.21. D. de re iudic. ad fin.* Petr. de Vuald. *in tract. de collect. num.9.* Gerard. *in apost. ad Abbat. in cap. licèt*, *de censib.* & *in cap. quod non est licitum*, *de regul. iur.* Ioan. Ferat. Montan. *lib.6. de feud. c.6. in fin.* Gail. *de arrest. Imp. cap.9. num.20.* Franc. Marcus *1. tom. decis. Delphinat. q.458. num.12.* & latè Palac. Rub. *in repet. d. cap. per vestras 2. notab. num.8.* & *seqq.* Decius, qui testatur de communi, *in cap. 1. num.46. de probation.* & plurimi alij, quos refert & sequitur noster Aluarez de Velasco *in d. tract. de priuil. pauper. par.1. q.37. num.11.* &
29 12. Quia † vt inquit Bart. *in l. si vniuersi*, *C. de legat.* *Mal da chi non ha, dice la campana di san Pietro.* Cuius dictum refert, & sequitur Redin. *de maiest. Princip. verb. Sed*
30 *etiam legibus.* Et est simile † vulgari nostro Adagio, *Al que no tiene, el Rei le haze franco.* De quo *in l. nam is nullam*, *D. de dolo*, vbi Caius I. C. inquit: *Eum nullam actionem habere videri, cui propter inopiam aduersarij inanis actio est*, quod his verbis expressit Cassiod. *lib.12. var. epist.7.* *Spoliatus iure negat, quod affluens inferre dedicerat. Validas contra te apochas inuenerunt: inuictas securitates illis dedit calamitas sua, cui nihil videtur relictum, à tributis constat esse liberatum.* Et Martial. *lib.2. epigram.3.*

Sexte, nihil debes, nil debes, Sexte, fatemur,
Debet enim si quis soluere, Sexte, potest.

Et prosequitur Otalora *de nobilit. 2. par. cap.1. num.2.* & 4. vbi tamen concludit cum Bald. *in l. vnica*, *C. de sentent.* quæ pro eo, quod inter-
31 est, † quòd si paupertas intolerabilis sit, isti pauperes, licèt excusentur à præstationibus realibus, tenebuntur tamen ad facienda alia seruitia personalia, quæ corpore præstantur. In qua etiam sententia esse videtur Bald. *in d. Auth. defuncto*, *num.12.* Ioan. And. & Butr. *in d. cap. licèt*, *de mulier.* & in quo loco *lib.10.* & Auendañ. *in cap.14. Prætor. num.33.* Dum re-
32 quirunt, † quòd paupertas, vt excuset à tributorum solutione, tam in patrimonialibus, quàm in personalibus, adeò intolerabilis sit, vt operæ pauperis vix ad eius alimenta sufficiant, etiam si dietim pro quærendo victu laboret, & hoc probato, & non aliter cancellandum esse ab æstimo, in quo fuerit scriptus. Quod priùs notasse videtur Gloss. *in l. paupertas*, *D. de excus. tut.* à qua habuit ortum *l. nostra 2. tit.17. par.6.* ibi: *Otro si el que fuesse tan pobre, que non touiesse otro al porque guarecer, si non por labor de sus manos, &c.*

33 Quæ omnia † in his nostris Indis animaduersione digna videntur, nam cùm tributa ipsis iniuncta magis eorum operas & laborem, quàm facultates respexerint, & ita moderata sint, vt si otiosi, & ignaui esse nolint, facilè possint eorum oneri satisfacere, & proprio victui consulere, non debent temerè audiri, nec passim admitti, si hunc paupertatis prætextum obiiciant, cuius † æstimatio semper prudentis, & 34
cordati iudicis arbitrio relinquitur, vt ait Gloss. *in Auth. prætereà*, *C. vnde vir & vxor*, vbi Alber. Bald. & Salicet, *n.4.* Ias. *num.27.* Bart. *in rep. l. si const. num.14. solut. matr.* & communis secundùm Dec. *in d. Auth. num.15.* Greg. Lop. *in l.9. tit. 13. par.6. gloss. de lo suyo*, & Menoch. qui latè prosequitur, *de arbitr. cent.1. casu 65. per totum*, & Velascus alios allegans, *d. tract. de priuil. pauper. 1. par. quæst.4. in princip. num.75.* & *seqq.*

Planè † si hæc Indorum paupertas, & ino- 35
pia ex aliqua sterilitate proueniat, quæ in fructibus & speciebus contigisse probetur, quas tributorum nomine pendere consueuerunt, tunc in prædicta excusatione admittenda, & remissione facienda, faciliores esse debemus iuxta doctrinam Vlpiani I. C. *in* † *d. l. forma* 36
4. § *illam æquitatem*, *D. de censib.* ibi: *Illam æquitatem debet admittere censitor, vt officio eius congruat releuari eum, qui in publicis tabulis delato modo frui, certis ex causis non potuit, &c.* Et Impp. *in l.2. C. de alluuion.* ibi: *Hi quos inundatio Nili fluminis reddidit ditiores, pro terris, quas possident, tributorum præstationem agnoscant. Et qui suum deplorant patrimonium diminutum, alieno saltem functionis onere liberentur, & nostræ serenitatis largitate defensi, locorum etiam possessione contenti, pro agitandi censu examine, respondeant deuotioni.* Iunctis † aliis, quæ ad eandem exceptionem 37
fundandam congerunt Gloss. & DD. *in l. licèt 8. C. de locato*, *cap. propter sterilitatem*, *eodem titulo, l.22.* & *23. tit.8. p.5.* & latè congerit Cened. *in collectan. 116. ad Decret.* Morla *in empor. iuris tit.10. q.1. num.1.* & 6. & vltra relatos ab eis Bertachin. *in tract. de gabell. 2. par. num. 52.* Dueñas *re. ul.380.* Pinel. *in l.2. C. de resc ind. 1. par. cap.3. ex num.17.* & *21.* Menchac. *controuers. vsufreq. lib.3. c.54.* Aluar. Velasc. *de iur. emphyt. q.27. num.23.* Andr. Gaill. *lib. 2. pract. obser.23.* Dom. Gregor. Lop. Madera *lib. singul. animaduers. cap.16.* Carroc. *in tract. de locato*, *tit. de remiss. pension. quæst.1.* & *seqq.* & nouissimus & eruditissimus noster D. Francisc. Amaia sæpè à nobis laudatus, & laudandus, *lib.3. obseruat. iur. cap.3.* & latiùs Ego *in tractatu de sterilitate*, quem Salmant. anno 1605. dictaui *cap.1.* ex quo plura reperies apud D. Hieron. de Otero *diuers. quæst. 2. par. c.26.*

Neque obstat, † quòd prædicta iura in tribu- 38
tis realibus loquuntur, & talem casum videntur requirere, vt non solùm fructus, verùm & fundi ipsi, vel arbores, ex quibus colligendi erant, in totum perierint, vt aduertit Platea *in l. quicunque*, *la 1. C. de fundi patrim. lib.11.* & colligitur *ex d. §. illam æquitatem*, ibi: *Si agri portio Chasmate perierit, si vites mortuæ sint, vel arbores aruerint:* † est enim *Chasma* 39
hiatus terræ, quo fundus in vastam voraginem subsidet, vt pluribus ostendunt Brisson. Pratei. & Kalin. *in eod. verb.* & *verb. Labes*, Symmach. *lib.5. epist.7.* & eruditè, post alios, doctus Amaia *d. cap.3. num.9.* Nam licèt hæc tributa

Indorum non sint realia, sed personalia, vt suprà probauimus, cùm tamen eorum solutio pro maiori parte designata sit in fructibus, & speciebus, quæ ex fundis, & agrorum cultura colliguntur, consequens est, vt si ob calamitatem in ipsismet fundis, vel ob sterilitatem in illorum fructibus contingentem Indi valdè extenuati, & depauperati reperiantur, dictæ remissionis bene-
40 ficio iuuari debeant. Quia † etiam debitor generis, licèt genus petire non possit, *l. Incendium, C. si cert. petat. l. inter stipulantem*, §. *sacram, D. de verb. obligat. l. in ratione*, §. *diligentem, D. ad leg. Falcid.* cum aliis, si tamen illud genus debeat respectu certæ speciei, per eius interitum liberatur, & eandem remissionem ob sterilitatem consequitur, vt argum. text. *in l. Titia textores 35. §. fin. D. de leg. 1. l. in naue Saufei 34. D. locat. l. 1. in fin. C. de iure emphyt.* tradunt Ias. Decius, & alij *in l. quod te mihi, D. si cert. petat.* Albert. Brunus *in tract. de minut. num. 156.* Gasp. Rodericus *in tract. de annuis reddit. lib. 2. q. 7. num. 4.* & Ego *d. meo tract. manuscripto de sterilitate, cap. 1. num. 6. & 9.* & Oterus *d. cap. 26. n. 3.*

41 Et cùm prædicti † fructus industriales sint, & mediante Indorum operatione proueniant, *l. fructus 45. D. de vsur.* ibi: *Fructus percipiendo vxor, vel vir ex re donata, suos facit, illos tamen quos suis operis acquisiuit, veluti serendo, &c. l. bonæ fidei, D. de acquir. rer. dom.* iunctis aliis, quæ de fructibus industrialibus latiùs prosequitur Pinel. *in l. 2. C. de rescind. 2. par. cap. 4. n. 52* nihil est, quod eis
42 imputari possit, † si ob sterilitatẽ sua spe & labore fraudati, soluere illos recusent, quin potiùs: *Guisada cosa es, que como ellos pierden la simiente e su trabajo, el Señor pierda la renta*, vt dicitur *in, l. 22. tit. 8 par. 5. & in l. ex conducto, §. si vis tempestatis, D. locat.* quia ex nudis, & inutilibus agris, apud eos remanentibus, ex quibus nihil collegerunt, nihil iustè ab eis exigi potest, † argum. text.
43 *in l. vlt. §. vbi autem in vnum, C. de bon. quæ lib.* ibi: *Cùm enim nuda proprietas apud filium inueniatur, ex qua substantia possibile est eum sumptus litis dependere.*

Et hoc expressius confirmari potest ex senten-
44 tia † Cassiod. *lib. 3. epist. 22.* ibi: *Quid enim à domino agri exigas, quem eum non coluisse cognoscas*: & *lib. 4. variar. epist. 28.* vbi Rex Theodoricus ad Faustum præpositum scribens, iubet, vt Grauasianos, atque Pontonates respectu sterilitatis tributis non grauari sed releuari procuret: *Cùm sterilitas ieiuna locorum, nulla sibi augmenta fieri patiatur. Repugnante siquidem natura, qualibet cedit industria, nec predest studium laboris impendere, quem vbertas loci non cognoscitur adiuuare.* Et iterum *epist. 50. ad eundem Faustum*, vbi Campaniæ habitatoribus Vesuuij montis hostilitate vastatis, quam ibi graphicè, & eleganter depingit, remissionem tributorum pro modo læsionis acceptæ concedit: *Vt agrorum fructibus enudati, subleuentur onere tributariæ functionis, quod fieri debere nostra meritò pietas acquiescit, vt agris ibidem diligenter inspectis, in quantum possessoris laborauit vtilitas subleuetur, quatenus mensurata conferatur quantitas beneficij, dùm modus integre cognoscitur læsionis.* Et *lib. 3. epist. 4.* vbi eandem tributorum indulgentiam tribuit vniuersis prouinciis in Gallia constitutis, & hostili ferocitate vastatis, *Vt pro qualitate læsionis per indictionem quartam relaxatam agnoscant tributariam functionem, quia non gratulamus exigere, quod tristis noscitur solutor offerre.* Et in idem tendit Saluian. *lib. 4. de gubern. Dei*, ibi: *Nam illud quale, quàm non ferendum, & quod non dicam pati humanæ mentes, sed audire vix possunt, quod plerique pauperculorum, ac miserorum, cùm res amiserint, amissarum tamen rerum tributa petuntur. Cùm possessio ab his recesserit, capitatio non recedit, proprietatibus carent, & vectigalibus obruuntur.*

Nec deficiunt † Regiæ schedulæ, quibus hoc 45
idem præceptum, & declaratum reperiatur. Nam in quadam data Pintiæ 7. August. ann. 1549. & alia Monzonij 18. Decemb. ann. 1552. quæ habentur *in 2. tom. impress. pag.* 160. apertè cauetur, sterilitatis rationem in his Indorum tributis exigendis habendam. Et in alia Matriti 10. Aprilis ann. 1546. quæ extat inter ordinat. Mexic. Licent. de Puga, *fol.* 102. disponitur, vt Indi respectu grauis pestis, quam passi erant, à tributis releuentur, idémque dicitur in alia ann. 1556. quæ extat *in 2. tom. impress. pag.* 162. & iubet, vt pestis, & sterilitatis respectu nouæ taxationes fiant, ea adhibita moderatione, & consideratione, vt Indi commodè tributa sibi imposita persoluere valeant. Et ita † praxi receptum sæ- 46
pissimè vidi, & Indis prouisiones ab Dom. Proregibus dari, quibus ob allegatam, & probatam sterilitatem, vel alium casum fortuitum sine culpa eorum contingentem tributorum remissio, vel in totum, vel ex parte conceditur.

Quinimò † (quod plus est) apertè in eisdem 47
schedulis edocemur, remissionem propter sterilitatem semel factam, reuocandam non esse, etiam si aliis præcedentibus annis vbertas magna fuisse probetur. Nam quamvis hæc compensatio in conductionibus prædiorum admitti soleat, *l. licèt 8. C. de locato, cap. propter sterilitatem, eodem tit. l. 23. tit. 8. par. 5.* cum aliis. In tributorum functionem non æquè procedere visum fuit, cùm eorum solutio, non ex prædiis alienis, sed ex propriis ipsorum tributariorum facienda sit, quorum vtilitati cedere iustum est, quidquid commodi posterior annus attulerit, *l. 3. §. ne tamen, D. de vsufruct. l. ex hoc iur.* & ibi DD. *de iustitia & iure, l. solum 51 §. meum, D. de rei vindic.*

Ad quod fulciendum ponderari etiam potest communis Scribentium doctrina, quæ habet,
† quòd ij, quibus ob paupertatem tributorum 48
remissio facta fuerit, non sunt pro eorum solutione ampliùs molestandi, quamvis posteà ad pinguiorem fortunam deuenerint, de qua per Plateam *in d. l. omnes pensitare, C. de annon. & trib. in fin.* Bart. *in l. si cùm dotem, §. si maritus, D. solut. matrim.* Aretin. *in l. 2. D. quis, & à quo appell.* & ante eos Gloss. fin, *in l. illicitas, §. vltim. D. de offic. Præsid.* Sufficit † enim si 49
eo tempore, quo remissio facta fuit, qualitas paupertatis adfuerit, vt in simili tradunt Decius, & DD. *in Auth. præterea, C. vnde vir*, Ripa *in l. ex facto, num. 17. D. de vulgat.* & facit *l. si quis heredem, C. de inst. & subst. & l. quacunque, §. fin. D. de Publican. in rem act.* cum aliis, quæ cumulat Tiraquel. *in tract. de cessante causa.*

Neque contrarium probant † text. *in l. cura,* 50
D.

D.de muner.& honor.D in l.his oneribus,D.de vacat. muner. Nam prior intelligenda est, non vt sentiat tributum præteritum, & semel ob paupertatem remissum, repeti posse, sed futurum deberi, si eo tempore, quo causatur, iam paupertatis consideratio cessasse probetur. Posterior verò textus loquitur de eo, qui pendente appellatione iudicij super quæstione, an ita pauper esset, vt deberet à tributis reuelari? & sic antequam remissio effectum haberet, facultatibus auctus reperitur. Tum enim cùm per appellationem suspensus fuerit remissionis effectus, iuxta *l.1.§.fin.D.ad Turpil.* meritò prospera fortuna, quæ superuenit, eundem effectum, vtpotè necdum causatum, & in esse (vt aiunt) deductum retardat, vt ad vtriusque textus explicationem benè, præter alios, obseruat Valençuela Piscator *in d.l.omnes, num.12.& 13.* Et in nostris Indorum terminis optimè hæc omnia complexus videtur Ioseph. Acosta *de procur. Indiar. salute, lib. 3. cap. 16. pag. 336. &*
51 *sequenti.* Vbi resoluit, † nullo modo ab eis tributa deberi, nisi ex iis, quæ habent, commodéve habere possunt, congruenti sibi familiæque sustentatione seruata. *Quæ* (inquit) *si casu aliquo subtrahantur, veluti quia fortè accidit, vt anni inclementia agricola fruges vel vitiatas, vel perexiguas collegerit: accidit vt ægrotaret, vt vel tugurium ignis depastus sit, vel ouiculæ scabie interierint; neque premi molestè debent; neque in sequentes annos præsenti exactione onerari, &c.*

52 Notari tamen debebit † hæc, quæ de remissione ob sterilitatem retulimus, ad eam tributorum partem porrigenda non esse, quam Indi in pecunia numerata soluere iuxta æstimi formam tenentur. Nam cùm hæc pensitatio omni respectu personalis sit, nec respectum habeat ad fructus, qui ex prædiis colliguntur, sed ad id, quod ipsi suis operis, & laboribus conquirere possunt, sterilitatis consideratio, vel cuiuslibet alterius fortunæ, fructus prædiorum corrumpentis, aut euacuantis, haberi non debebit, cùm pecunia, quæ est in obligatione, nec perierit, nec perire possit, *l. incendium, C. si cert.*
53 *petat. cum similibus.* Nisi fortè † ex Indorum parte obiiciatur, mediante fructuum ariditate, se in eam inopiam deuenisse, vt nec pecuniam quærere, & habere potuerint. Tunc enim obtinere poterunt, si hoc sufficienter probauerint, magis ex capite paupertatis, quàm sterilitatis, & audiendi erunt, si vtramque exceptio-
54 nem simul proponant: † quia nemo prohibetur pluribus etiam diuersis defensionibus vti, ad eandem rem tendentibus, *l.is qui 5.l.nemo 8.D. de except.cap.nullus pluribus 20.de regul.iur.in 6.* vbi latè Petr.Pechius, & alij.

Ideò autem dixi: *Si sufficienter probauerint*, quia verior, & communior sententia habet,
55 quòd † quoties alicui resultat beneficium ex allegatione diuitiarum, vel paupertatis, ei incumbit illius probatio, iuxta text. & quæ ibid. tradit Lucas de Pena *in l.vltim.C.de iis,qui num. liber.lib.10.l.si creditores,in fin.D.de priuil. cred.* text.& DD. *in l.si creditores,in fine, D.de priuil. cred.* ibi: *Quòd si neque inopia laborantem creditores ostendere potuerunt*, quem ad hoc dicit notabilem Angel. *ibidem*, & idem tenet gloss. magna *in l.2. D.de probat. & in l.si verò, §. qui pro rei qualitate, D. qui satisd.cogant.* vbi Bart. Rod. Suar. *in tit.de las arras, num.12. & 13.* & latè Mascard. *de probat. concl. 1159. per totam,* & Fuluius Pacianus *in eod. tract. libr.1. cap.54. ex num.10.* vbi *num.13.* multum in nostris terminis cum Baldo concludit, † quòd si villa pe- 56
tierit se ab æstimo eximi ratione paupertatis, debebit paupertatem probare, & congerit alia Aluarez de Velasco *dict. tract. de priuil. pauper, 1.par.quæst.5.num.11.*

Quartò loco inquirere possumus, vtrum ab † eiusmodi tributorum solutione exempti sint, 57
aut esse debeant, ipsi Indorum Reguli, aut Gubernatores, quos in his Peruanis regionibus *Curacas*, & generaliter in omnibus Indiarum prouinciis *Caciques* appellamus, & ij, qui eosdem proximo loco in dignitate contingunt, quos dicimus, *Secundas personas*? Et sanè ex eo solùm titulo, quòd hi in Indos qualemqualem iurisdictionem, aut dominationem exerceant, à tributis eximi non videntur, cùm † do- 58
mini vassallorum hac excusatione non gaudeant, nisi alioqui nobiles esse probentur, vt latè prosequuntur plures Auctores, quos congerit Tiraq. *de nobil. cap.8. num.14* Petr. de Antiboli *in tract. de muner. 4.par. §.4. incip. de dominis, num.39.* Auend. *in cap.Prat. 2.par. c.14. num.31.* Ioann.Gutier. *lib.3. pract.q.16. num.17. cum seqq.* & alios referens Bobad. *in Polit.lib.2. cap.16. num.173. in fine, & lib.5. cap.5. num.32.* licèt contrarium tenere videatur Alber. *in l. 1. §.fin.D.de aqua quotid.* Guid. Papæ *decis.385.* & Boër. *decis.246.* ea (vt apparet) ratione nitentes, quòd vassallos habere dignitas sit, vt notat Bald. *in cap.1. §.Marchio,col.4.qui feud.dar.poss.* & DD. per text. ibi *in cap. Abbate sancti Syluani, in fine, de verb. signif.* quod tamen durum esset in practica consequi, maximè in tributis realibus, vt ait Auend. *vbi sup.* & Bobad. *d.nu. 173.litt.L.*

Sed † cùm dicti *Caciques*, & Secundæ per- 59
sonæ apud nos notoriè nobiles sint, & tempore suæ infidelitatis tales etiam fuisse dicantur, & ab Indis plebeiis plurimum venerétur, & suspiciantur, meritò vsu receptum, & ordinationibus Dom. Proregis D.Franc. à Toleto, aliisque Regiis iussionibus cautum inuenitur, ne ipsi, & eorum filij tributa persoluant. Quoniam † no- 60
biles personæ, tam Regio nostro iure, quàm aliorum Principum placitis, & cuiuslibet ferè prouinciæ consuetudine, immunitate in personalibus, & in realibus fruuntur, nisi vbi aliqua collecta extraordinaria imponitur, quæ totius Regni communem vtilitatem concernat, quia durum necessitatis telum omnes indifferenter penetrat, *l.1. C.de nauib.non excuss.lib.11.* cum latè adductis à Ioan. de Lignano *in cap. accedentes, de præscript.* Felin. *ibid. num.6.* Ægid. Thomat. *in tract.de collect. §.exactio, in princ. vsque ad num.17.* Franc.Marc. *decis. Delphin.457. numer.13.& seq.* Tiraq. *vbi sup.* Mansuer. *in prax. tit. de talleis, num. 2.* Guid. Papæ *decis. 384. & 391. & 392.* Pet. Heigius *1.par. q.18. num.22.* Vinc. Franch. *decis. Neapol.128. in fine,* Auend. *d.cap.14. num.25.* Petr.Greg. *lib.3.syntagm. c.8. ex num.5.& lib.8. cap. 20. num.10.* & Bobad. *d. cap.5. num.31.* Eodémque priuilegio, & immunitate gaudebunt † ipsorum *Cacicorum* vxores, 61
& viduæ, quæ radiis maritorum coruscant, forúmque ex eorum persona capiunt, & quandiu à secundis nuptiis abstinent, in defuncti viri coniu

coniugio manere censentur, vt probat text. *in l. fœminæ, D. de Senat. l. edicimus*, cum aliis, *C. de murilleg. lib.* 11. vbi latè noster Anton. Pichard. *mulieres* 13 *C. de dignitate l.* 12. *l. cùm proponas, C. de nuptiis, l. filij* §. 1. *D. ad municip. l.* 7. *tit.* 2. *par.* 4. Guid. Pap. *decis.* 380. Mansuer. *vbi sup. n.* 9. & Synoptica obseruatio *de tribut. cap.* 14.

Sed nequaquam extendendum erit ad alios,
62 † qui inter eosdem Indos *Principales* vocantur, *& Illacatæ*, & eisdem *Caciquis*, & Correctoribus in ipsorum tributorum exactionibus, & in aliis ministeriis Indorum gubernationem
63 tangentibus, suam operam nauant. Cùm † iure communi, & Regio decisum reperiamus, similes rectores, exactores, & tribunos, quos *Iuratos* dicimus (exceptis Hispalensibus) notarios, & alios quoslibet officiales publicos populorum, à tributis, & collectis non excusari, *l. actores* 4. *C. de exact. tribut. lib.* 10. vbi gloss. Bartol. Bald. Rebuffus, Platea, & Lucas de Pena, gloss. & Bartol. *in l. honorem, D. de muner. & honor.* Angel. *in l. Ædiles, D. de via publica*, Lucas de Peña *in l.* 1. *C. de immunit. nem. conced. lib.* 10. Boër. *decis.* 246. *num.* 2. Auend. *dict. cap.* 14. *numer.* 27. *l.* 16. *tit.* 4. *lib.* 4. Ordinament. vbi Didac. Perez, *l.* 11. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recopil.* vbi Azeued. quicquid in contrarium niti videatur Guid. Pap. *decis.* 398.

64 Sicuti neque ad eos, † qui duodecim liberos habent. Nam licèt hi ab aliis muneribus excusentur, vt *in l.* 1. *& per totum, C. qui numero liberorum se excusant, l. si quis Decurio* 24. *C. de Decurion. lib.* 10. vbi notant Bart. Iacob. Rebuff. Platea, & Lucas de Peña, iunctis aliis, quæ tradunt Ferdin. Paez, & Marcus Bertrand. *in tract. de excusat. parent. ob. num. lib.* Nicol. Eestasius *de collect.* 4. *par. cap.* 3. *ex num.* 71. Auend. *de exequend. mand.* 1. *par. cap.* 19. *num.* 26. Gutierr. *de tutel.* 1. *par. cap.* 21. Couar. *de spons.* 2. *par. cap.* 8. A tributis tamen personalibus, & aliis patrimonialibus, functionibus, & muneribus non excusantur, *l.* 2. *& l. sunt munera, D. de vacat. muner. l. rescripto*, §. *quæ munera, D. de mun. & honor. l.* 5. *C. de muner. patrim. l.* 1. *C. de his qui num. lib.* 10. vbi Gregor. Lopez *gloss.* 1. *tit.* 18. *par.* 3. cum aliis, quæ adducunt Couar. & Auend. *vbi sup.* idem Auend. *dict. num.* 26. *&* 2. *par. cap.* 14. Guid. Pap. *quæst.* 401. Boër. *decis.* 246. Cassan. *ad consuetud. Burg. tit. des justices*, §. 4. *vers. Et sur les hommes, num.* 55. Costa *de rata & quota, quæst.* 149. *num.* 8. Vincent. de Franch. *decis. Neapol.* 259. Ant. Thesaur. *decis. Pedem.* 267. & Fachin.
65 *lib.* 2. *controuers. cap.* 49. Qui † variè respondent ad text. *in dict. l. si quis Decurio*, quæ cùm loquatur in Decurionibus perpetuis, quocunque modo intelligatur, ad alios prouinciales, non habentes officium Decurionatus, extendi non
66 poterit. Nam † iura loquentia in materia immunitatis, & exemptionis à tributis, sunt intelligenda strictè, & in casu in quò loquuntur, iuxta *l.* 1. *D. de iur. immun. & l.* 1. *C. de immunit. nem. conced.* & tradita à Tiraq. *in tract. de re-*
67 *tract. lignag.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 233. Et † sic meritò miratur Auend. *d. num.* 26. *vers. Nihilominus*, quod quotidie dentur mãdata Regia in supremo Consilio, vt habens duodecim liberos excusetur à muneribus realibus, sicut à personalibus
68 Quod † tamen ego in his Indiarum partibus nusquam vidi, neque audiui, quod sub hoc prætextu, quisquam Indorum impetrauerit, & obtinuerit excusationem à tributis.

Quæ tamen † peculiari priuilegio concessa 69 est in prouincia Cuzquensi, quibusdam Indis, qui se ex Incarum sanguine ortos esse probarunt, & iis, qui ab illis ex legitimo matrimonio descendunt. Et in Noua-Hispania eodem immunitatis priuilegio vtuntur Tlaxcatletæ, eo quòd nostros valdè, & fideliter contra Mexicanos iuuarunt, vt præter alios tradit Zapata *de instit. distribut.* 2. *par. cap.* 20. *num.* 8. In quo forsitan nostri gloriosissimi Reges ob oculos illam tributorum indulgentiam habuerunt, quam ob similem causam † Theodoricus Got- 70 thorum Rex Arelatensibus concessit apud Cassiod. *lib.* 3. *epist.* 32. sic inquiens: *Constat apud nos fidelium non perire seruitia; Arelatensibus itaque tributa nostra relaxat humanitas. Quatenus & nos benemeritis vicissitudinem redidisse videamur, & ab illis cùm res poposcerit, solita deuotio non negetur. Satientur in libertate, qui pro nobis in angustiis esurire maluerunt. Sint læti, qui tristitiam fideliter pertulerunt. Non decet de tributis esse solicitum, qui pro nostra fidelitate casum vix potuit declinare postremum. Pretiosum vectigal iam nobis dederunt suæ fidelitatis, vt viles pecunias exigamus ab illis, qui gloriosas conscientias obtulerunt.*

Et eadem de causa † solent tributa remitti 71 Indis, aut moderatiùs taxari, qui iuxta alios barbaros, & infideles sibi, & nobis infestos habitant, & fines nostros sua cura, & armis defendunt. Quoniam, † qui propter bel- 72 lum, aut bellicas incursiones bona acquirere nequit, aut acquisita spoliatus amittit, in solidum conueniri, neque pro ciuilibus debitis in carcerem detrudi debet, vt notabiliter docuit Faber *in* §. *cum eo quoque*, *n.* 10. *Instit. de action.* quem ibidem Platea, Ias. & alij sequuntur, & vt singulare notauit Hippol. de Marsil *sing.* 241. incip. *Non debet addi afflictio*, & conducunt verba Cassiod. *vbi sup.* ibi: *Sint læti, qui tristitiam pertulerunt, &c.*

Est tamen aduertendum, has & similes immunitates, certo generi Indorum, & eorum posteris datas, nisi aliter in earum concessione exprimatur † non transire ad filios, qui ex fœ- 73 minis nati sunt, vt probat text. singularis *in l.* 1. *D. de iur. immun. & in l. vacatio, D. de muner. & honor.* quam commendat Decius *in l. fœminæ, n.* 57. *D. de regul. iur.* & sequitur gloss. *in l. si ita scriptum*, *verb. Vocabulo, D. de leg.* 2. & Couar. qui testatur de communi opinione *in cap. Rainaldus, in princ. num.* 13. *C. de testam.* Pinel. *in l.* 3. *C. de bon. matern. num.* 30. *cum. seqq.* & Valençuela Piscator *in l.* 1. *num.* 8. *C. de immunit. nem. conced. lib.* 10. ea nimirum ratione, quia hæc priuilegia odiosa sunt, & stricte interpretanda, vt supra retulimus.

Vnde etiam † generalis eorum concessio, & 74 confirmatio nullius, vel parui momenti esse dicitur, *cap. cùm dilecti* 10. *de confirmat. vtil. cap. qua inuocationis* 10. *de priuil. cap. quia diuersitatem, de concess. præb.* Gail. *lib.* 2. *obseru.* 1. *numer.* 3. *& seq.* Schurff. *cons.* 59. *numer.* 19. Rosent. *capit.* 5. *concl.* 86. *numer.* 1. Imò nec specialis, cùm tendit in præiudicium totius prouinciæ, aut aliorum subditorum, vt per gloss. & DD. *in l. vacuatis, C. de Decurion. lib.* 10. cum traditis ab Schurff. *vbi sup. num.* 27. Rosent.

d. num. 1.

*d. num.*1. & Cacheran. *decis. Pedemont.* 95. *per totam.*

75 Similiter † Indis recenter ad Fidem conuersis tributa per decennium remitti iubet elegans illa sched. 30. Ianuarij anni 1607. quæ repetitur, & publicri, atque obseruari iubetur in quodam capite alterius directæ D. Marchioni de Montesclaros Matrit. 5. Decembris ann.1608. estque rationi, & æquitati conformis, quoniam primordia conuersorum blandis refouenda sunt modis, nisi ab asperitate incipiant exterriti, ad priores lapsus recurrant, vt inquit D. Isidor. *lib.*2. *sent. ca.* 8. D. Greg. *lib.* 24. *moral. cap.*7. & Ego 1. *tom. lib.* 3. *cap. vlt. num.*7. *& seqq.* Mastrill. *de Magistrat. lib.*3. *c.*4. *num.*427. aptissimè Q. Curtius
76 *lib.* 4. † *In nouo & precario imperio, adhuc iugum eius rigida ceruice subeuntibus Barbaris, tempore opus est, dum mitioribus ingeniis imbuantur, & efferatos mores consuetudo permulceat.*

Quòd autem † Indi, qui à suis municipiis, si-
77 ue sedibus profugi in aliis consistunt, vel Hispanorum prædiis recepti *Yanaconæ*, efficiuntur, in eis vel vbicunque reperti fuerint tributa competentia persoluant, pluribus schedulis cauetur, quarum mentionem feci *sup. hoc lib. cap.*3.*n.*82. *&* 83. quibus addo aliam Matriti 18. Octob.ann. 1539. ad Gubernatorem Peruanæ prouinciæ directam, quæ pariter iubet, vt tributa ab illis Indis soluantur, qui materno eorum idiomate *Mitimaes* dicuntur, hoc est, ex aliis prouinciis ad alias confluentes, vel transportati. Etenim cùm hi quocunque vadant, vel reperiantur, sub eiusdem Regis ditione, ac tuitione consistant, meritò pari iure cum reliquis Indis, tam in tributis, quàm in reliquis seruitiis personalibus censeri debent; præsertim cùm ibi iam proprios lares rerúmque, ac fortunarū summam constituerint, *l. ciues, C. de incolis, lib.*10. *l.*1. *in princ. D. ad municip.* Gloss. *in l. vnica, C. de mulier. & in quo loco lib.*10. Neque hic applicari potest communis illa Doctorum exceptio, de forensi-
78 bus † à tributis (& maximè personalibus) eximendis, cùm ea in defectu iurisdictionis nitatur, vt tradunt Bart. & alij *in l. rescripto, §. fin. D. de muner. & honor.* Schurff. *cons.*59.*nu.*26. Gaill. *obseru.*53. *num.*14. *& de arrest. Imp. cap.*10.*num.* 5. Misynger. *cent.*5. *obseru.*22. Freder. Martin. *in tract. de censib. cap.*2. *num.*10. Ant. Gabr. *in commun. opin. tit. de iur. immun. concl.*2. *in princip.* Rosent. *de feud. cap.*5. *concl.*80. *num.*4. & Flores de Mena *lib.*2. *var. quæst. q.*21. *num.* 83. vbi resoluit, quòd hodie in nostris Regnis de generali consuetudine, nec ad munera, nec ad honores, commoda, vel incommoda vicinitatis, non curatur de origine, sed solùm de domicilio,
79 & incolatu, † & is dicitur vicinus, & gaudet commodis vicinitatis, qui in loco habitat cum domo, & familia. Et quòd originarius, qui originem deseruit, iam non est ibi vicinus, nec pro tali reputatur, vt cum pluribus concludit Burgos de Paz *in l.*3. *Tauri, par.*1. *conclus.*3. *num.*367.
80 *cum seqq.* Notabis † tamen ex ordinationibus Dom. Proregis D. Francisc. à Toleto, & ex generali ferè omnium Indiarum consuetudine, Indum vxoratum cum Inda, quæ alterius municipij, vel commendæ sit, eius municipium & commendam sequi debere. Pro qua consuetudine facit optimus text. *in l.*3. *tit.*3. *lib.*6. *Recop.* vbi Azeued. *num.*1. licèt aliàs regula sit in contrarium, quia mulier sequi solet forum, & domicilium mariti, *l. cum quadam puella, de iurisdict. omn. iud. l. exigere dotem*, vbi latè Barbosa *de iudiciis, l.*32. *tit.*2. *par.*3. *l.*27 *dict. tit.*3. *lib.*6. *Recop.* vbi etiam Azeued. Dueñas *regul.*377. Couarr. *in* 4. *Decret. cap* 6. *num.*7. Anton. Gomez *in l* 50. *Tauri n.*55. Boëtius *cons.*50.*n.*20. & Afflict. *decis.*226.

CAPVT XX.

De eorundem tributorum discußione, & taxatione, & per quos, & qualiter exigi debeant?

SVMMARIVM.

1 *Tributorum taxatio, & iustificatio pluribus schedulis commendatur, & qualiter?*

2 *Discussores, censitores, ac peræquatores, qui essent, & eorum officium.*

3 L. 1. & tit. de discussor. lib. 10. & l. 1. & *aliæ*, C. de censib. censitor. & peræquator lib. 11. *explicantur, & illustrantur.*

4 *Discussorum mentio apud Cassiodor. frequens, & eius emendatio.*

5 *Fisci vtilitas non consistit in tributorum enormitate, sed in suauitate, & diuturnitate.*

6 *Æstimum & noua taxa tributorum, quæ requirant, & de earum reuisione, & appellatione.*

7 *Discussores sunt odiosi, & onus probandi iustificationem discussionis in eos transfertur.*

8 *Discussione semel facta, & approbata, si tributarij læsionem, aut diminutionem allegent, quis eam probare debeat?*

9 *Tributariorum, & tributorum augmentum, aut diminutio quando allegari, & noua taxatio peti possit?*

10 L. fin. vers. Sed & ij, C. de ann. & trib. lib. 10. *explicatur, & illustratur, & n.*15.

11 *Æstimum nouum fieri non debet, nisi propter prouinciales mortuos, aut depauperatos, vel similem causam.*

12 *Schedulæ Regiæ referuntur, quæ ad æstimum nouum faciendum trium annorum lapsum, aut alias iustas causas requirunt.*

13 *Tributorum veteri æstimo, aut taxationi standum est, interim dum noua non fit.*

14 *Tributarij aliqui si deficiant, nouum æstimum non fit, quia ex aliis, qui nascuntur, suppleri censentur.*

15 *Conuentio super tributis cum Rege inita, æstimi, seu taxationis vices sortitur.*

16 *Principis licentia requiritur, vt pactiones, seu conuentiones super tributis, & collectis factæ valeant, & obseruentur.*

17 *Conuentiones, quas Patroni, siue Commendatarij Indorum cum suis Indis faciunt super tributis, non valent.*

18 *Indorum tutela, & releuatio, super tributis, & aliis, Proregibus & Præsidibus prouinciarum commendatur.*

19 *Schedulæ prohibentes conuentiones in tributis, & aliquid vltra taxam exigere, recensentur.*

20 *Conuentiones inter dominos, & vassallos regulariter*

72 *Indi non sunt interpellandi pro tributis, quando concurrunt ad audienda sacra in Ecclesiis, & quare? ex Regia schedula, & Concilio Limensi.*

73 *Indi nihil debent præstare pro apochis solutionis tributorum.*

74 *Tributa, quibus in locis Indi soluere debeant, & an ad domum Commendatarij exportare?*

75 *Tributa Indi, in qua moneta soluere debeant?*

76 *Tributorum partem, quam Indi in certis, & taxatis speciebus soluere iussi sunt, an si velint, in pecunia numerata, & ad taxæ pretium soluere possint?*

77 *Taxarum ratio in Regno Peruano, qualiter facta à Dom. D. Franc. à Toleto.*

78 L. *si quis stipulatus* 75. de solution. *explicatur.*

79 *Indos ad præstationem specierum iuxta antiquam taxam compellere, aliquibus durum videtur.*

80 *Tributarias species, vt in pecunia ad rationem taxæ soluere possint, aliqui Indi impetrarunt.*

81 *Vassalli Hispaniæ eosdem modios frumenti hodie dominis præstant, quàm olim, licèt valor frumenti auctus sit.*

82 *Sterilitas frugum vbi probatur, iustiùs poterunt Indi species in pecunia soluere.*

83 *Permutationes, quas Commendatarij faciunt cum Indis, semper sunt vitandæ, quia illis captiosæ, & damnosæ.*

84 *Indorum pro defensione multum Proreges, & Præsides inuigilare debent.*

85 *Idonei damna vix sentiunt, tenues leui dispendio vulnerantur, ex Cassiod.*

QVò verò eiusmodi Indorum tributa moderatiùs exerceantur, & alij pro aliis indebitè non vexentur,
1 † plurimæ prouisiones, & schedulæ Regiæ variis temporibus expeditæ reperiuntur, quæ extant *in 2. tom. impress. ex pag.* 135. *ad* 234. quibus seriò, enixè ac geminatè cauetur, quo pacto tributariorum capita sint censenda, & succrescentes puberes, in senescentium, vel demortuorum locum subrogandi, & noua æstima facienda, vel antiqua reformanda, vbi ob ingruentem pestem, vel aliam rationabilem causam id oportere visum fuerit: Proregibúsque, & Regalibus Curiis, cæterisque Præsidibus prouinciarum iniungitur, vt vel ex ipsis Auditoribus, vel ex aliis probatæ vitæ, ac fidei hominibus visitatores, & inspectores summa cura eligere satagant, qui ipsa Indorum municipia personaliter lustrent, Indos quærant, ac numerent, & in matriculas redigant, certumque illis, quoad fieri possit, pensum præscribant, quod deinceps siue viritim, siue tributim soluere debeant. Vt latiùs prosequitur Ioan. Matienzus *in lib. M. S. de gubernat. Regni Perù* 1. *par. c.* 16. *& seqq.* & Ioseph. Acosta *de procur. indor. salute, lib.* 3. *cap.* 15. *&* 16.

2 Quæ omnia † ex iuris communis regulis, ac præceptis petita videntur, quibus in similibus casibus similes iussiones, & cautiones stabilitæ sunt, & discussores, censitores, ac peræquatores cõstituti, qui fiscalium censuum, & tributorum debitores inquirerent, & describerent, æquaque & iusta tantùm impositione grauari curarent, de quibus † loquitur titulus *C. de discussoribus, lib.* 10 *&* 3
de censibus, censitoribus, & peræquatoribus, & inspectoribus, lib. 11. vbi gloss. & DD. præcipue Cuiac. & Lucerna Rubricarum. Nicol. Festasius *in tract. de æstimo & collect.* 1. *par. c.* 1. *per totum*, Pet. Greg. *lib.* 47. *syntag. cap.* 16 *per tot.* late Azeued. & aliis relatis, Flor. de Mena *variar. quæst. lib.* 2. *q.* 1. § 3. Iacob. Guther. *de offic. dom. Augustæ pag.* 629. *&* 647. Brisson. Sicard & Kalinus *de verb. iuris*, in
eisdem verbis, & passim † Cassiod. in formulis; 4
præsertim *lib.* 4. *epist.* 38. vbi piè, ac grauiter monet, vt taxatio benignè, & suauiter fiat: *Quia seruientium* (inquit) *imminutio est, huius illationis accessio, quantúmque pars illa proficit, tantum se hac*
firmitate subducit: & *lib.* 9. *epist.* 10. vbi vulgati Co- 5
dices pro *discussoribus* perperam legunt *discursoribus*, & addit, illum verè esse Principis censum, quem lætus possessor exsoluit.
Vnde est, † quòd eiusmodi æstimum debeat 6
à iudice approbari, & si aliquis conqueratur, reuideri, & ad illud faciendum illi omnes citari, quorum interesse putari possit, vt post alios, tradit Flores de Mena *d.* §. 3. *num.* 138. Qui etiam, si se grauatos senserint, ab eorundem discussorum, seu censitorum actibus appellare possunt, vt docet Gloss. *in d. l.* 1. *C. de censib. lib.* 11. *l. cùm post sententiam*, vbi Alciat. *C. de appellat.* vel per viam querelæ officium superioris iudicis implorare, vt *in d. l.* 1. *& l. qui grauatos, C. eod. tit. l.* 2. *C. de annon. & tribut. l.* 1. *& seqq. C. de discuss. lib.* 10. vbi Rebuff. Ioan. de Platea, Lucas de Pena, & latiùs noster Valençuela Piscator, horum discussorum fraudes, &
excessus sigillatim prosequuntur. Et valdè nota- 7
biliter tradunt, † adeò legibus exosos esse, vt si prouincialis excipiat se in matriculam redigi non debuisse, quia aliquam excusationem habeat, vel bona, ac possessiones suas minus valere, quàm in discussione taxatæ reperiantur, onus probandi, & discussionem iustificandi eo ipso in ipsum discussorem transferatur.
Quinimò, quod plus est; † etiam post discus- 8
sionem semel factam, & approbatam, tributarios audiri debere, eisque omninò credendum esse, si diminutionem allegent, non minus notabiliter scriptum reliquit Angel. *in addit. ad Bart. n.* 1. *in l. fin. C. de annon. & trib. lib.* 10. in quo tamen meritò ibidem à Piscatore reprehenditur num. 6. qui veriùs docet, ad hoc probandum, & obtinendum nouam discussionem, & æstimationem requiri. Nam contrarium bono publico repugnaret, quod in tributis sustinendis versatur: illi quippè facilè præiudicium pararetur, si eiusmodi nudis querelis, & assertionibus staremus.
Atque ita † quemadmodum post distributionem 9
in æstimo factam, & ab Indis cognitam, & acceptam, non est rursus mittendus inspector, quamuis dicatur ex nouo rerum, vel personarum augmento posse aliquid amplius superindici, & tributum augeri, vt notat Bald. per text. ibi *in d. l. fin. num.* 2. Ita etiam sola allegatio diminutionis, ad tributa minuenda non sufficiet, nisi noua, & vrgens causa proferatur, & ostendatur, quæ ta-
lem æquitatem expostulet, † vt *in ead. l. fin.* 10
vers. Sed & ij, qui potestati sunt, quam sic intelligendam probat Piscat. *ibid. num.* 5. subdens, hoc quoque ex indulgentia, & benignitate Principum nasci, quos decet etiam post factam æstimationem, vel conuentionem cum subditis initam, velle eos adhuc à tributis duriori-
bus

bus reuelari, ne his indictionibus, & penſita-
tionibus plus iuſto grauati, oneri ſuccumbant,
non enim vult lex quemquam ad impoſſibile
obligari.
11 Quamobrem † non niſi propter prouincia-
les mortuos, vel depauperatos, vel ſimilem
nouam cauſam, nouum æſtimum, & diſcuſſio-
nem fieri debere docet Bart. *in l.placet,num.27. C.de ſacroſ. Eccleſ.* quem alij DD. communiter
ſequuntur, & ſchedulæ Regiæ, quarum ſuprà
12 meminimus. Inter † quas reperitur vna dat.
Matr. 1. Iun. 1562. *d. 2. tom. pag.*164. quæ re-
gulariter trium annorum lapſum ſuper vlti-
mam computationem Indorum requirit, vt no-
ua alia fieri poſſit: quod tamen limitat, niſi pro-
betur mortalitate, vel alia calamitate plures
Indos defeciſſe, aut alio modo eorum interſit
nouam peræquationem fieri, vt diſponitur in
alia ſchedula Matrit. 10. Maij ann. 1542. *eod. tom. pag.*162.
13 Et his ceſſantibus, † interim dum noua taxa,
& deſcriptio non fit, ſuperiori eſt ſtandum, ne-
que tributum ſemel impoſitum minui, vel au-
geri poteſt, *l.omnes penſitare, & l.fin. C.de annon. & tribut. & l.placet, C.de excuſat. muner. lib.* 10.
l.vectigalia, D.de publ. & vectigal. vbi Bart. &
DD. & Flores de Mena *dict.* § 3. *num.* 141. Ne-
14 que † aliquorũ interitus ad impetrandã remiſ-
ſionem ſufficiet, cum alij eorum loco nati, &
ſubrogati cenſeri poſſunt, vt in eiſdem ſchedu-
lis expreſſè deciditur, & in ſimili probat tex. *in l. vetus, D.de vſufruct.* § *in pecudum, Inſt.de rer. diuiſ.* ibi: *In locum demortuorum capitum ex fœtu fructuarius ſummittere debet.* Quod Virgilius di-
xit, *ſufficere, lib.3. Georgic. verſu* 65.

Interea, ſuperat gregibus dum læta iuuentus
Solue mares, mitte in Venerem pecuniaria primus,
Atque aliam ex alia generando ſuffice prolem.

Vbi noſter inſignis Cerda adducit Columel.
lib.7.cap.3. & Cuiac. *lib.11.obſeru.cap.*36.

Idémque dicendum, & obſeruandum erit, vbi
citra vſitatam diſcuſſionis formam, conuentio
15 † aliqua Regio nomine cum eius officiariis ini-
tur, de certa tributi quantitate ab Indis præſtan-
da, hæc námque ſi ab eodem Principe, vel eius
locum tenente, confirmata, & approbata ſit,
diſcuſſionis vicem ſortitur, & operatur, inte-
rim dum noua cauſa immutari ſuadeat, vt do-
cet text. *in dict. l.fin. C.de annon. & trib. lib.*10.
ibi. *Vt apertè ſciat propria tantummodò capita-
tionis modum beneficio mei numinis ſubleuan-*
16 *dum.* Per quem textum † Principis licentiam,
& facultatem requiri, vt eiuſmodi pactiones,
& conuentiones ſuper exigendis tributis, va-
leant, & exequantur, optimè docuit Bald.
in l.cùm multa, C.de bon.quæ liber. Alexand. *con-
ſil.*145. *in princip.lib.*2. Platea *in l.placet, notab.* 2.
C. de excuſat. mun. lib. 10. Grammat. *voto* 12.
*num.*11. *& conſil.*98. *&* 147. Didac. Perez *in l.* 7.
*tit.*11. *l.*2. Ordin. *col.* 512. Valençuela Piſcator
*in dict. l.fin. num.*2. & Flores de Mena *dict. cap.*1.
§.2. *num.*87.

Quod mihi ſæpè in Limano Prætorio cau-
7 ſas iudicanti, obuium, & vtile fuit † ad eli-
dendas, & inſuper habendas Commendatario-
rum pactiones, quas ipſi paſſim cum ſuis In-
dis tributariis facere curant, dum ſentiunt plu-
res eorum morte interceptos, vel aliis caſibus
imminutos, ad noui æſtimi remedium confugere
velle. Minimè enim huiuſmodi conuentioni-
bus Indi ſtare tenentur, niſi à Rege, vel Prore-
ge cauſa cognita confirmatæ ſint, quia expe-
rientia docuit, ſemper eiſdem Indis damnoſas
eſſe, † quorum tutela, & releuatio tanquam 18
miſerabilium perſonarum Regalibus hac pro-
pter Cancellariis, & aliis iudicibus commen-
datur, *l.1. C.de contrar. iud.tut. l.fin.* vbi tradunt
DD. *C.de reſcind.vend. l.principalibus, D.ſi cert. petat.* & de taxatione, & moderatione tributo-
rum loquens, & quòd de iure ad Præſidem Pro-
uinciæ ſpectet ſuper hoc prouidere, text. forma-
lis *in l.3.§.Præſes Prouinciæ, D.de munerib. & honoribus.*

Præſertim † cùm de hoc extet ſchedula Re- 19
gia dat. 26. Octobr. ann. 1541. & declaratio le-
gum, quas nouas vocarunt ann. 1542. *tom.2. pag.* 234. quæ expreſſè ſimiles conuentiones
Commendatariorum prohibuit, & quidquam
ab illis petere, aut accipere, quod in taxa non
fuerit definitum, & moderatum, quæ cùm ſit
lex, *l.1. D.de conſt.Princ.* § *ſed quod Principe pla-
cuit, Inſt.de iure nat.gent. & ciuili,* quidquid con-
tra ipſam factum eſt, nullius momenti erit, *l.non dubium, C.de legib.cum vulgat.*

Maximè † cùm etiam in terminis iuris com- 20
munis certum ſit, nullas eſſe has conuentiones
inter dominos, & vaſſallos, vt tradunt Platea,
& cæteri Scribentes, *in dict. l.fin.* & poſt eos
Didac. Perez *in dict. l.* 7. ſicuti, & illæ, † per 21
quas aliqui ſe alicuius domini vaſſallos, aut
tributarios aliquo modo faciunt, aut recognoſ-
cunt, vt pulcrè docet Bald. *in l.tranſactione, C. de tranſact.* vbi latè Padilla *num.* 4. Neuizan.
*conſ.*12 *num.*8. Iaſ. *conſ.*81 *col.*2. *vol.*1. Bertrand.
*conſ.*163. *num.*4. *&* 5. *vol.*7. Et † eſt bonus tex- 22
tus *in l. libertas* 17. § *in adoptiua, verſ. Error, D. ad municipal.* ibi: *Error eius, qui ſe mu-
nicipem, aut colonum exiſtimans, munera ciuilia
ſuſcepturum promiſit, defenſionem iuris non ex-
cludit.*

Eſtque hoc adeò verum, † vt neque com- 23
munitas poſſit imponere ſuper ſuos tributa, ne-
que collectas, vt latè probat Celſus Hugo
conſ. 34. *per totum*, Octauian. *deciſ. Pedem.* 93.
Feſtaſius *de æſtimo, & collect.* 4 *parte, quæſt.* 11.
princip. num. 51. Vveſemb. *conſ.* 45. Schurff.
conſ. 59. *numer.*1. *&* 2. Neque † quilibet domi- 24
ni inferiores, licèt iuriſdictionem cum ſubdi-
ditis ab Imperatore in feudum recognoſcant,
Ægidius Thomat. *de collect.* § *neſcienter ali-
quid, ex princip. vſque ad numer.* 6. Franciſc.
Balb. *de præſcript.* 2. *par.* 5. *princip. quæſt.* 6.
numer. 4. Et † ſi neque Regalia, neque iuriſ- 25
dictionem habentes, collectas de facto impe-
rent, crimen læſæ Maieſtatis attingunt, *l.1. & l.3. ad leg.Iul.Maieſt.* Hieron. Gigas *in tract. de crimin. læſæ Maieſt.* 22. 27. *&* 55. niſi de conſue-
tudine, vel conceſſione legitimè acquiſita excu-
ſentur, Iacob. de Sanct Georg. *in tractatu de feud. verb. Qui quidem, num.*75. Additionat. Guid. Pap.
*deciſ.*304. Synoptica obſeruatio *de tribut. cap.*3.
& Flores de Mena *d lib.*2. *var.* 9.7. §.1. *num.*11.
& ſeqq. Qui † cautè legendus eſt, dum contra- 26
rium dicere videtur §. 3. *numer.* 105. ſcribens,
diſtributionem collectæ non eſſe de Regali-
bus, ideóque permitti cuilibet ciuitati, aut
oppido, abſque vlla Regis licentia, debet enim
intelligi, non de impoſitione, ſed de diſtribu-
tione inter ciues, ad meliorem exactionem fa-

cienda, poſt impoſitionem ſcilicet, & indictio-
nem à Rege imperatam,vt per Crauet.*conſ.*195.
& Menoch.*conſ.*28.*num.*3.*lib.*1. quos idem Flo-
res de Mena allegat.

27 Vnde eſt, † vt quamvis diſcuſſor, & inſpe-
ctor ad Indorum numerationem, & taxatio-
nem faciendam miſſus,prædictas conuentiones
à Commendatariis cum ſuis Indis factas, con-
firmet, & pro taxa deinceps ſeruari iubeat, vt
aliqui eorum ſæpè facere ſolent, non tamen ob
id maius robur obtineant, neque Indi à recla-
mationis remedio, & iuſti æſtimi petitione ex-
cludantur, vbi tam in hac confirmatione diſ-
cuſſoris, quàm in ipſa conuentione, circum-
28 ſcripti, & læſi reperiuntur. Ei namque † res il-
la diligenter inquirenda commiſſa fuit, non
componenda,aut donanda, *l, cùm ij, §.ſi Prætor
aditus,D.de tranſact. cap.fin. §.is autem, de offic.
deleg.* vbi DD. præcipuè Abbas, & latiſſimè
Corſetus *in repet. ad ipſum, Abbat. verb. In-
duſtria perſonæ*, propriamque, & veram, non
fictam, aut ſimulatam diſcuſſionem, & taxa-
tionem facere debuit, *l. quod ſi fortè, D. de ca-
ſtrenſi pecul. l.aſſumptio, D. ad municipal. l. fin.
cum vulgat. C.de iis, qui veniam ætatis impetra-
uerunt.*

29 Et ſi contrarium admitteremus, † facilè eſſet
Commendatariis litem cum Indis fingere, &
tales conuentiones, ſeu tranſactiones colluden-
ter inire, peteréque vt à diſcuſſoribus appro-
bentur,vt ſic,quod vna via ſibi prohibentur,per
aliam conſequerentur, contra iura vulgaria, &
textum in ſimilibus terminis optimum, & ex-
preſſum *in ead. l.cùm ij, §.eam tranſact.* vbi ſo-
lùm illæ tranſactiones approbantur, quæ me-
liorem reddunt conditionem alimentarij, non
quæ deteriorem: *Noluit enim oratio alimenta per
tranſactionem intercipi.*

30 Et † prædicta fraus,& colluſio faciliùs præ-
ſumitur inter dominum, ſiue Commendata-
rium, & Indos ſibi ſubditos, vt eſt bonus caſus
*in l.*1.*§.*1. *verſ.Quid ergo.* vbi Gloſſ. *verb.Com-
pellendus eſt, D.ſi quis omiſſa cauſa teſtam.* vbi
allegat text. *in d. §.eam tranſactionem*, & ſequi-
tur Bart. *ibid.* & Alban. & Schardius *in addit.
ad eund.* Alexand. *conſ.*209.*vol.*2. Capra *in com-
mun. concl. reg.*111. *num.*5. Craſſus *recep. ſent.
§. legatum, q.* 68. *num.*1. *&* *q.*74. *num.*7. cum
aliis traditis à Maſcard. *de probat. concl.*322. &
Menoch. *de præſumpt. lib.*5. *præſumpt.*26.*per to-*
31 *tum.* Sicut † etiam ſemper ius ſolet præſume-
re fraudem, & vim ex parte officialis contra
inferiorem, & in contractibus inter ipſos cele-
bratis, vt per Bald. *in tit. de pace conſt. verſ.
Pactiones, l.qui per potentiam,C.de omni agro de-
ſerto, libr.*11. *l.volumus, C.de teſtam. l.ſi per im-
preſſionem*, & ibi Alexand. *C. quod met. cau-
ſa*, cum aliis, quæ eleganter tradit Robert.
Maranta,omninò videndus,*diſp.*6.*n.*15.*cum ſeqq.*

Quapropter, cùm Indi ſint miſerabiles per-
ſonæ, & ignorantes, vt *infrà cap.*27. latiùs tra-
32 demus, ſicut † conuentio eis damnoſa nulla
erit, ita & tranſactio, ſeu diſcuſſoris approba-
tio, nullum effectum in eorum præiudicium
producit, iuxta text. & ibi communiter tradita
per DD. *in l.iuris ignorantia, C.qui admitti,& in
l.vbi, D.de edendo, l.fin. C. de teſtam.* latè Mau-
rit. *in tract. de reſtit. in integr. cap.* 84. *&* 85.
poſt Alexand. *conſ.* 14. *in fin. vol.* 2. *l.interpoſi-
tas, in princip. & in fine, C.de tranſact.* Neque
† ex ea conuentione, vel approbatione ſoluèn- 33
di tributa, vlteriùs obligatio nata fuit, vt de-
cidit in terminis text. *in l.cura, in princ. verſ.
Nec ſi per vim, D.de muner. & honor.* Hippolit.
conſ. 99. *numer.*2. Roman. *conſ.* 252. *num.* 5.
Ruin. *conſ.*196. *in fin. vol.* 1. Quia eas tantùm
conuentiones Prætor probare debet: *Quæ ne-
que dolo malo, nec contra leges, aut decreta Prin-
cipum fiunt, neque quo fraus cuique eorum fiat*; vt
ſunt expreſſa verba I.C. *in l.iuris gentium,§.Præ-
tor, D.de pact. & § dolo malo*, ibi: *Dolus fit ex
calliditate.*

Et quando iudex non exequitur ſuum offi- 34
cium, neque interponit ſuum iudicium, ſed po-
tius ſequitur conuentionem, vel tranſactionem
partium, perinde eſt, ac ſi illi non ipſe ſenten-
tiam ferrent, *l.Paulus reſpondit* 47. *verſ. Quæ-
ro,an ſi Titia,in fin.D.de bon.liber.* ibi: *Quoniam
non ſuum iudicium, ſed alienum ſecuta ſit.* Et † 35
omnes defectus & nullitates, quæ poterant al-
legari contra conuentionem, poſſunt allegari
contra talem ſententiam, vel approbationem,
l. ſi expreſſim, D. de appellat. gloſſ. 1. commu-
niter recepta *in l. cùm prolatis, in fin. D. de re
iudicat. l. ſi Prætor* 75. *§. Marcellus, D. de iu-
dic. l. cùm à te, D. de dolo, l. cùm non iuſto, &
l. ſententiam, D.de colluſ. detegen.* optimè Bart.
in l. ſi is ad quem, D. de acquir. hæred. Angel.
& Imola *in l. qui Romæ, §. duo fratres, D. de
verb. oblig.* & plura referens Decius *conſ.* 603.
numer. 14. Et quemadmodum † ſententia lata 36
ex falſis inſtrumentis, vel teſtibus eſt nulla,
*l. Diuus, D.de re iudic. l.*1.*& per tot.C.ſi ex falſ.
inſtr.l.ſub prætextu*, cum aliis, *C. de tranſact.* ita
lata prætextu falſæ, illicitæ, & reprobatæ con-
uentionis: falſum enim, (aut iniquum fundamen-
tum, & cauſa reddit ſententiam falſam & nul-
lam, Innoc. *in cap. quoniam contra falſam*, per
text. ibi *de probat. cap.inter cæteras cum materia,
de re iudic.*

In quorum conſequentiam † ſemper vidi ta- 37
les conuentiones, & approbationes tanquàm
nulliter, & de facto procedentes, de facto etiam
annullari & reuocari, iuxta doctrinam text. *in
l.*1. *§.D hoc edictum, D. ſi mulier ventr.* nomi-
ne, quem ad id putat ſingularem Roman. *ſing.*
266. & multis ornat Varitius *in tract. de nul-
lit. tit. quid ſit nullitas, col.* 3. remotiſque incon-
uenientibus,& ſublato iniuſto exceſſu, rem ad
ſuam naturam reducere, & iuſtam, ac mode-
ratam tributorum præſtationem,dumtaxat con-
ſeruare, ipſóſque Commendatarios ad reſtitu-
tionem excedentis ſummæ condemnare, ac
compellere, vtpotè, qui † nullum iuſtum ti- 38
tulum, nec bonam fidem prætendere poſſunt,
quæ cum dolo, & legum tranſgreſſione dari
non poteſt, *l.ſi ſeruus communis, §.quod ſi gerens,
D.de furtis, l. Celſus, D. de vſucap. cap. grauis*,
cum aliis *iur. vulgat. de reſtit. ſpol.* optimus
text. *in l. quemadmodum* 7. *in fin. C. de agricol.
& cenſit.* ibi: *Malæ fidei namque poſſeſſorem eſſe
nullus ambigit, qui aliud contra legum interdi-
cta mercatur*,& proſequitur latè Couarr. *in reg.
poſſeſſor.* 2.*par.* §.6. *num.*1. & Gilkenius *de præ-
ſcript.* 2 *par. per tot.* De quo † Commendatarij 39
iuſtè queri non poſſunt: *Quorum non fit cau-
ſa deterior, ſed formæ ſuæ redditur*: vt aliàs in-
quit. I. C. *in l.ſi vnus, §. pactus ne peteret, D.
de pactis.*

In eo quoque non minus grauiter † dicti diſ- 40
cuſſores

cussores Indorum excedere solent, quòd largitionibus Commendatariorum, corrupti, plures interdum tributarios, quàm re vera existant, describunt, vel Indorum Regulis, vulgò *Curacas*, ò *Caciques*, ob eandem, vel alias causas fauentes, aliquos supprimunt, & occultant, qui re vera describi potuissent. Quod vbi doloso & fraudulento animo fit, peccatum mortale in se habet, & restitutionis obligationem inducit, non secus ac in illis resoluimus, qui iustam tributorum solutionem impediunt, aut fraudant, vt tenent DD. communiter, præcipuè Valençuela, Piscator *in l. omnes omninò, C. de annon. & tribut. lib.* 10. *num.* 4. & probat *l* 4 *tit.* 14. *lib.* 6. *Recop.* in forma iuramenti ibi apposita. Quinimò in foro exteriori arbitrio iudicis puniri possunt, vt tradit idem Piscator *numer.* 5. & Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4 *casu* 397. *num* 6.

41 Et † officiales, exactores, & tabularij tributorum, qui aliquem non exemptum extra matriculam relinquunt, vel ei falsam immunitatis apocham dederint, quem necessitas tributariæ functionis constrinxerit, censitorum peræquatorúmque prouincialium iudicum peræquatione firmata, falsarij dici possunt, & flammarum supplicio puniuntur, vt probat text. *in*
42 † *l.* 1. *C. de immunit. nem. conced. lib.* 10. quem ibi Bart. Platea, & DD. merito notabilem appellant, & valdè singularem Roman. *singulari* 385. *Pone quòd notarius*, cùm pœna notarij falsum committentis in aliis casibus mitior sit, vt *in l.* 1. *ad finem, C. ad leg. Cornel. de fals. l.* 6. *tit.* 7. *par.* 7. cum aliis adductis à Iul. Claro *lib.* 1. *sent.* §. *falsum, vers. Fabricans*, Tiber. Decian. *libr.* 7. *crim. cap.* 23. & Menoch. *de arbitrar. casu* 306. & *seqq.* Atque adeò legem illam abolitam esse, & ordinaria falsi pœna puniri tabularium, qui tale instrumentum confecerit, benè obseruat Piscator *in ead. l.* 1. *num.* 5 *ad finem.*

43 Et quicunque † alij, qui tempore numerationis, & discussionis prouinciales occultauerint, aut exportauerint, tributa eorum soluere tenebuntur, & aliis prætereà pœnis puniendi venient, vt docet text. *in l. quisquis, l. si per æquatores, C. de censib. & censit. libr.* 11. *l. forma*, §. *si vites, D. de censib. l. si seruus nau.* §. *interdum, D. de furtis*, cum traditis à Luca
44 de Pena *in ead. l. quisquis.* Vbi † illam notabilem vocat contra Baronem, qui ex tyrannide, vel alia nequitia, cogit vassallos suos à villa, seu castro discedere, quòd teneatur pro eis, & pro bonis stabilibus, quæ deserunt, præstare Regiæ
45 Curiæ solitas functiones. Et ego non † minus notabiliter expendere solitus sum, pro *Caciques*, & Indis principalibus populorum Indicorum, qui vix se abstinere possunt à furto, & substractione plurium Indorum, quando tributantium discussio, & computum fit, vt tributa illorum Indorum sic substractorum, vel subreptorum, sibi exigant, & vsurpent, atque in proprios vsus conuertant.

46 Et planè † cùm in discussoribus hæc procedant, quos ideò ex viris probatis, & conscientiæ timoratæ eligi debere Regiæ schedulæ admonent, & maximè illa expedita Matrit. 1. Iann. ann. 1562. quæ habetur *lib.* 1. *impress. pag.* 164. Non minus curandum est, de exactorum electione, & reprimendis excessibus, quos in exigendis, & colligendis Indorum tributis quotidie committunt, qui eis molestiores, & grauiores esse solent, quàm ipsa tributa.

Quos † Exactores Veteres *Excussores* & *Compulsores* vocabant, quia debitores tributorum 47
diligenter inquirebant, & vsque ad peram (quod aiunt) & sacculum excutiebant, & soluere compellebant, *l. vltim. C. de apparit. præf. ann. l.* 3. *C. de lucris aduocat. l.* 2. *C. de excuss. & exactor. lib.* 12. & notat, vltra alios, Guido Pancirol. *in thesaur. var. lect. lib.* 1. *cap.* 77. *pag.* 105. & VVaremundus *cap.* 6. *verosimil. fol* 90. Eósque semper † duros, acerbos, & iniurios esse so- 48
lere, vel sacræ litteræ ostendunt, quæ hac de causa illos passim abominantur, vt patet Exodi *cap.* 22. ibi: *Si pecuniam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor*, & Iob *cap.* 3. & 39. & *Zachar.* 9. vbi inter alia beneficia, quæ Deus populo suo fecit, vnum tanquàm notabile commemorat, quòd illum ab exactoribus liberauit; sicut in contrarium in signum iræ minatur Isaiæ 3. & Lucæ 12. se missurum exactores crudeles, vt benè aduertit Petr. Greg. *lib.* 3. *de Repub. cap.* 9. *num.* 19. vbi alia de exactorum crudelitate, & eius remediis commemorat, Flores de Mena *d. cap.* 1. §. 3. *num.* 156. & Matth. Lopez Brauo *de Rege & regendi ratione lib.* 3. *pag.* 35. vbi concludit exactoribus idem esse fisci ministerio, ac ipsius prædæ præponi, & alia adducens Dom. Episcop. Chilens. Villaroenl. *in libr. Iud. pag.* 39. 96. & 620.

Qua de causa † graues pœnæ istis exactoribus 49
in officio suo excedentibus, vel plus iusto exigentibus à iure impositæ sunt, *l. omnes C. de annon. & trib. l.* 1. & *seqq. C. de exact. tribut. lib.* 1. *l. fin. D. de concuss.* Et † aliquos legimus, priscis 50
apud Romanos temporibus grauiter castigatos fuisse, eo nomine, quòd sub titulo tributorum, bona miserabilium populantur, vt Iulius Tutus Capito, & Pleminius, de quibus referunt Tit. Liuius *lib.* 2. *belli Punici*, & Cornel. Tacit. *lib.* 16. & 20. *annal.* morte hac de causa damnatos, bonáque illorum populis restituta, quibus fraudem, & damnum fecerant.

Estque † eò magis execranda eorundem exa- 51
ctorum crudelitas, quò personæ, à quibus tributa exigunt, pauperiores, & miserabiliores existunt, quales nostri Indi reuera comperiuntur, qui † optimè exactoribus respondere pos- 52
sent, quod Andronicos Temistocli respondisse narrant Plutarchus *in eius vita*, & Herod. *lib.* 8. scilicèt, quòd cùm ab eis peteret ingentem auri quantitatem, diceretque ad eam exigendam duos se Deos secum afferre, nempe suasionem, & violentiam: responderunt, se quoque duos summos Deos in sui fauorem habere, qui illos defenderent, nimirum summam paupertatem, & summam ei obtemperandi impossibilitatem. † Quæ aliquando talis in Indis reperi- 53
tur, vt in eis verificetur, quod olim sanctus Papa Greg. valdè dolens ad Augustam scripsit *lib.* 4. *epist.* 33. Corsicæ exactiones tam dure fieri, vt filios suos, insulares vendere congerentur, vt tributa persoluerent. Ipse quoque Dominus Amòs 2. Israëlis improbitatem execratur pro eo, *Quòd vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calceamento.* Et Isaias Propheta seuerè increpat eiusmodi rigidos exactores, dicens: *Percutitis pugno impiè, & omnes debitores vestros*

vestros repetitis. Quæ omnia à nostris cum Indis agitari, non ignorant, regionis Americæ experti, vt benè, & piè obseruat Acosta *de procurat. Indor. salute lib.3. cap.16. pag. 337.* Cui
54 addo verba † Saluiani *lib. 5 de gubern.* Dei. qui nostros Indos veluti intuens, ita de simili suorum temporum, & prouinciarum calamitate scriptum reliquit: *Sed quid possunt aliud velle miseri, qui assiduum, imò continuum exactionis publicæ patiuntur excidium, domos suas deserunt, ne in ipsis torqueantur; exilia petunt, ne supplicia sustineant, ad hostes fugiunt, vt vim exactionis euadant.*

55 Et ob hanc rationem † summoperè semper Reges nostri curarunt, vt cum Indis in hac exactione benignè, & suauiter ageretur, vt tradit Matienzus *d.1.par.cap.13. & 16.* & Agia *in suis respons. de seruit. person. pag.47.* Acosta *d. lib.3.*
56 *cap.15 pag.332.* vbi inquit, quòd † quæ nostris Barbaris in hoc, vt in aliis incommoda accidunt, hominum magis nequitiæ, quàm administrationis vitio referenda sunt.

57 Et cùm principio † detectionis Indiarum, ipsi Commendatarij tributa sibi debita propria auctoritate ab Indis perciperent, id propter excessus, quos committebant, variis schedulis prohibitum fuit, & cura hæc ipsis Indorum *Caciques*, & principalibus, seu Secundis Personis
58 (vt vocant) iniuncta est, à quibus † tamen innumeras vexationes, sine vlla remedij spe, recipiunt, nam contra eos miseri Indi loqui non audent, vt ait idem Agia *vbi sup.* & meliùs Ioseph. Acosta, omninò legendus *à cap.16. pag.338.* Et hac propter locorum Prætoribus eadem cura simul iniuncta fuit. Qui cùm peius cæteris (vt plurimùm) in hoc se habeant, cum graui Indorum iactura, aliquando tractatum fuit, vt hæc illis, & *Caciquis* cura tolleretur, vt patet ex schedula ann. 1550.

59 Et † Commendatarij petere, & impetrare solent, vt sibi prouisiones concedantur, quarum vi per se, vel suos procuratores hanc præstationem curare possint, interueniente tamen ad id manu, & auctoritate Rectoris prouinciæ.
60 Nemo quippè † in causa propria iudex esse debet, *l. 1. & 2. C. ne quis in sua causa, l. nullus 14. C. de Iudæ.* & in terminis exactionis tributorum text. *in l.2. C. de canone largitional. l. ab vnoquoque, C. de ann. & tribut. l. in fiscal. & l. missi opinatores, C. de exact. tribut.* vbi Bart. Platea, & Piscator, & Paris de Puteo *de syndic. verb. Negligentia, cap. 2. num. 3.* qui tra-
61 ctant, † qualiter exactores tributorum debeant coram ordinariis comparere, & qualiter Rectores, ac Præsides prouinciarum, & alij iudices ordinarij, si ad id requirantur, opem, & auctoritatem suam eisdem impertiri teneantur: & est elegans *decis. Boër. 55. num.4.* vbi in specie loquitur de hac exactione tributorum per dominos facienda.

62 Et † hodie de iure nostri Regni huius exactionis modus præfixus videtur *per legem 6. & 13. tit.14. lib.6. & l.13. tit.8. lib. 9. Recop.* Qui tamen in his Indiarum partibus non obseruatur, maximè vbi agitur de tributis Regiæ Coronæ applicatis. Nam vel ipsi Correctores ea exigunt, & ad officiales Regiæ Gazæ remittunt, vel cũ eiusmodi officiales plenã iurisdictionem in debitis fiscalibus exigendis exerceant, iudices executores pro tributis mandare solent, qui per se ipsos Indos excutiunt, & absque auxilio ordinarij pignorum, & personarum captione, & aliis duris, ac variis mediis ad solutionem tributorum compellunt.

Qui † quidem, & alij, qui eiusmodi exactio- 63
nibus operam nauant, crudeliter sæpè solent in miseros Indos, eorumque *Caciquos*, & principales sæuire, eos acriter verberando, & diuturni carceris tædio afficiendo, quod sanè valdè excusare deberent, cùm sit † contra textum ex- 64
pressum *in l. nemo, C. de exact. tribut. lib.10.* vbi sic Imp. Constantinus scribit: *Nemo carcerem, plumbatarumque verbera, aut pondera, aliáque ab insolentia iudicum reperta supplicia, in debitorum solutionibus, vel à peruersis, vel ab iratis iudicibus expauescat. Carcer pœnalium, carcer hominum noxiorum est, &c.* Ex quo notauit Bart. & reliqui DD. *ibidem*, quòd pro tributis, & aliis debitis publicis, & fiscalibus, non debet quis poni in graui, & diuturno carcere, nec nouitates aliquas pati in persona, maximè si bona habeat, vnde soluat, aut aliis ad id suauioribus modis allici possit. De quo etiam agunt Palac. Rub. *in rep. Rubr. de donat. inter, in princip. n.12.* Couar. *lib.1. var. cap.1. n.4. in fin.* Ioseph. Ludou. *decis. Perus. 32. num.1. par. 1.* Brunorus à Sole *in locis commun. verb. Capere, num.1.* Boër. *decis. 60. num. 3.* & Menchaca *contron. illustr. lib.2. cap.16. num.1.*

Erant autem † plumbatarum verbera, de qui- 65
bus Constantin. agit (vt hoc obiter aduertamus) quasi flagellum ex funiculis, in quorum summitatibus glãdes plumbeæ erant impactæ, & his terga, ac collum damnati hominis verberabantur. Pondera verò plumbea, quæ non ad cædendum, sed ad distrahendas iuncturarum compagines applicabant, cùm damnatis sublime suspensis, reuolutis brachiis eiusmodi pondera deorsum ad pedes alligarentur, quod hodie dicimus, *Tormento de garrucha*, de quibus agit Ammian. Marcel. *lib. 28. & 29.* Prudentius *in Peristephan. hym.1. in Roman.* Ambros. *epist.17. lib.2.* & ad interpretationem dicti text. & aliorum, Cuiac. *ibid.* illustriss. Cardin. Baron. *in Martyrol. die 6. Iunij* agens de Q. Artemio Martyre *pag. mihi 251.* & Brisson. Kalinus, & alij *de verb iur. verb. Plumbatæ.*

Sed an Indi, qui tributa soluere nequeunt 66
vt à carceribus, & compedibus liberentur, cessionem bonorum facere possint? in quæstionem potest, & solet vocari. Et sunt plures, qui hoc facilè non admittunt, eò quòd eiusmodi remedium in debitis fiscalibus exclusum arbitrentur, *ex d.l.nemo, l. sacrilegij, §. fin. D. ad leg. Iul. pecul.* & doctrina Bart. *in l.1. § Sabinus, num.2. D. de cess. bonorum,* Bald. & Castrens. *in l. propter honorem,* per text. ibi: *C. qui bon. ced. poss.* Ang. *in § fin. num.3. Inst. de action.* Guid. Papæ *decis. 211. num.4.* Socin. *reg.46. fallen.8.* cum quibus & aliis de communi testatur Valençuela Piscator *in d.l.nemo, num. 5.* Quibus adstipulatur, †
l.5. tit.9. lib.9. Recop. quæ debitores, aut condu- 67
ctores gabellarum expresse à beneficio cessionis excludit. Sed nihilominus contrariam sententiam in nostro casu, & similibus veriorem esse rectè censet Piscator *vbi sup.* iuribus, quæ contrarium probare videntur, sigillatim respondens, eò quòd nusquam tributorum, aut collectorum debitoribus hoc remedium denegatum reperiatur, nisi in specie *d. l. 5. Re-*
cop.

cop. quam contra æquitatem naturalem esse, secundùm quam cessioni renuntiari non potest, aduertit Baëza *de inope debit. cap.* 13. *à num.* 14. Azeu. *in l.* 5. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recop.* Flores de Mena *d. quæst.* 1. §. 2. *n.* 149. Couarr. *vbi sup. num.* 5. & vltra eos latè prosequitur Matth. Brun. *in tract. de cess. bon. q.* 11. *quintæ quæst. princip.* Menchac. *de succes. creat. par.* 1. *lib.* 1. § 6. *num.* 46. Bart. sibi contrarius *in l. is à quo*, *D. de aqua pluuia arcen.* vbi docet, quòd cedendo fundum regulariter liberatur quis à collectis, vti & ab alio quouis publico debito, *l. qui pater*, *C. qui bon. ced. poss.* §. *item si quis*, *Instit. de societ.*

8 † Ne sit deterioris conditionis, qui quasi inuitus, quàm qui vltrò obligatur, vt in simile arguit Brunus *d. tract. q.* 14. *q.* 4. *princip.* & Synopt. obseru. de tribut. cap. vlt. vbi benè addit durum, & inhumanum fore, quem ad impossibile redigere, cuius inopia actionem reddit inanem, l. nam is nullam, D. de dolo & paupertatis nullam habere rationem, quæ † tamen ex æquo & bono circa collectarum exactionem per censitores habenda est, vt *in cap præced.* retulimus, & probat Gloss. *in l. omnes pensitare, verb. Compelletur, C. de annon. & tribut. lib.* 10. Ioan. Ferrar. Montan. *lib.* 6. *cap.* 6. *in fin.* Franc. Marc. *decis. Delph. tom.* 1. *q.* 458. *num.* 12. & Andr. Gail. *de arrest. Imp. cap.* 9. *num.* 20.

Planè † compensatio regulariter in tributorum, & collectarum exactione admitti non solet, etiam de certo, & liquido debito, nedum de illiquido, vel simili, quod tractum, & causæ cognitionem desideret, *l. in ea*, *quæ*, vbi Castrens. *l. si ex venditione*, *C. de compensat. l. ob negotium*, *D. de eod. l. non vtique*, *§. si autem*, *D. de administ. rer. ad ciuit. pertin.* iuncta *l. fin. C. de compensat.* cum traditis ab Ægid. Thomat. *in tract. de collect.* §. *exposuimus*, *num.* 19. & Synoptica obseruat. vbi *sup. cap. vlt. in princip.* Quod tamen ego (& quod de excludenda in tributis bonorum cessione aliqui dicunt) in illis dumtaxat intelligerem, & practicarem, quæ fisco præstantur, & publicam causam respiciunt, non verò in aliis, quæ Indi priuatis Commendatariis persoluunt, etiam si hæc ex Regia concessione, & liberalitate percipiant. Nam † certi iuris est priuilegij, vel specialitatis ratione cessante, vel mutatione personæ, quæ est immediata causa priuilegij, priuilegium quoque cessare, & rem ad terminos iuris communis reduci, *l. Athletæ*, §. 1. ibi: *Quòd in præsidatu sunt*, *l. Geometræ*, ibi: *Donec curam gerunt*, *& l.* idem Vlpian. *D. de excusat. tut. l. Paulus*, & ibi Bart. *D. de acquir. hæred. l. licitatio*, §. *vlt. D. de publ. & vectigal. l. generaliter*, *C. de Episcop. & cleric. l.* 1. *C. de impon. lucrat. descripi. lib.* 10. Gloss. *in c. cupientes*, §. *insuper*, *vers. Et nihilominus*, *de elect.* Ioann. Monach. *in cap.* 1. *verb. E vestigio*, & ibi Archid. Ioann. Andr. & Ancharr. *de stat. Monach. lib.* 6. cum aliis, quæ copiosè more suo congerit Tiraq. *in tract. de cessante causa*, 1. *par. n.* 210. 217. *&* 242.

His alia de tributorum exactione, & solutione non incongruè subnectere possem, verùm quia ab eorum scriptis peti possunt, qui de re hac peculiares tractatus scripserunt, id tantùm addere contentus ero, † non esse interpellandos, nec concutiendos Indos pro solutione tributorum diebus festiuis, ac solennibus in Ecclesiis, vel circa eas, vbi ad audienda sacra concurrunt, hoc enim piè, & prouidè cautum est per Regiam schedulam datam apud Diu Laurent. 5. Septembr. ann. 1520. Ea nimirùm ratione, nec hoc timore ab eisdem templis, & sacris frequentandis abigantur, quod pariter sancitum inuenio *in Concilio Limensi* 3. *pag.* 176 vbi omnes Indorum citationes & negotiationes in Ecclesiis prohibuit, & ortum habet *ex l. nemo Martyres*, *C. de sacros. Eccles.* vbi DD. Ac similiter † non debere eosdem Indos quidquam pro apochis solutionis tributorum tabellionibus iudicibusuè præstare, *l.* 6. *tit.* 14. *lib.* 6. *Recop.* & schedul. data Pintiæ die 28. Febr. ann. 1551. quæ est *in* 2. *tom. impress. pag* 162. 73

Et multo minus † tributa ad partes remotas portare, sed in locis consuetis, & vbi ipsi resident, vel bona possident, pro quibus tributa persoluunt, *l. forma*, *D. de censib. l. rescripto*, §. *si quis*, *D. de muner. & honor. l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 7. *Recop.* Bart. & DD. *in l.* 1. *C. de mulier.* & in quo loco *lib.* 10. communis secundùm Alexand. *cons.* 52. *lib.* 5. *& cons.* 101. *n.* 4. *lib.* 1. *& cons.* 68. *num.* 10. *lib.* 2. Decius, Aretin. Paris. & alij, quos refert, & sequitur Valençuela Piscator *in l.* 2. *num.* 5. *C. de annon. & tribut.* vbi num. seq. infert, & probat, etiam consuetudine immemoriali induci non posse, quòd tributa extra loca, vbi sunt possessiones, exsoluantur. Ad quod etiam Regia schedula expedita videtur data 9. Octobris ann. 1553. *tom.* 2. *pag.* 253. cuius praxis in his Peruanis regionibus ea est, vt Indi suas taxas ad locum, vbi est caput territorij sui, & arcam, quam dicunt communitatis, deportent, ibique Prætori correctoriuè tradant, à quo solutionis apocham recipiunt, & salarium vecturæ, & itineris, iuxta *l. operæ* 21. *D. de oper. libert.* Qui mox, quæ fisco pertinent, ad Regios officiales sui districtus remittere debet, quæ verò Commendatariis, eis præstare. 74

Et † hanc solutionem pro ea parte, quæ in pecunia taxata est in auro, vel argento probaro, & publica forma signato facere debent, vt decidit, & exprimit alia Regia schedula data Matriti 13. Iulij ann. 1578. *tom.* 3. *pag.* 363. *& cap. epist. ad Proreg. Dom. D. Franc. à Toleto* 1. *Decemb. ann.* 1573. *tom.* 2. *pag.* 236. quia hæc est moneta, quæ in his regionibus currit, & vsitatur, & sic non infringitur iuris traditio, quæ habet, debitores tributorum, vel aliarum quantitatum in moneta qualibet vsuali, & currenti soluere posse, vt per text. *in l.* 6. *tit.* 14. *lib.* 6. *Recop.* Specul. *in tit. de solut.* §. *nunc aliqua*, *vers. Pone*, Oldrad. *cons.* 31. & plures alij, quos refert, & sequitur Parlad. 2. *quot. cap. fin.* §. 17. Couarr. *de veter. numism. collat. cap.* 7. §. 1. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 2. *per totam*, Ceuall. *pract. commun. q.* 219. Gail. *lib.* 2. *obseru. cap.* 73. Misynger. *cent.* 4. *obseruat.* 1. Annæus Robert. *lib.* 1. *rer. iud. cap fin.* Fachin. *lib.* 2. *controuers. cap.* 9. *&* 10. & in terminis tributorum loquens Piscator *in l. vnica in fine*, *C. de collat. æris lib.* 10. & conducit *l.* 6 *tit.* 21. *lib.* 5. *Recop.* 75

Sed circa hoc sæpè in quæstionem vocari vidi, an Indi, † quod in annona, & aliis speciebus tributi nomine præstare iubentur, iuxta formam, 76 & taxationem sibi præfixam, in pecunia numerata, si velint, soluere possint, etiam inuitis Commendatariis, eiusdem taxæ consideratione habita, non autem excrescentis valoris, quo dictæ species hodiernis temporibus æstimari solent,

vel possunt. Et breuiter resoluendum censeo, inspiciendum esse an in taxæ præfinitione pecunia tantùm in obligatione posita fuerit, species autem in facultate soluendi? An verò, licèt tota tributi quantitas pro singulis Indis in certa pecuniæ summa æstimata sit, hæc summa distinctè, partim in pecunia, partim in speciebus, tunc cer-
77 to pretio taxatis, solui iubeatur, prout † in hoc Peruano Regno ex ordinationibus, & taxationibus Dom. Proregis D. Francisci à Toleto, auctoritate Regia iam confirmatis, factum videmus. Nam primo casu, Indorum electio erit, quid, vel in quo soluere velint. Secundò verò non ita, cùm tam pecunia, quàm species illo pretio moderatæ, in obligatione positæ fuerint, & eam exactè adunguem impleri, tum ipsorum Commendatariorum intersit, tùm etiam Reipublicæ, cui consultum voluit Legislator in his speciebus designandis, & consignandis, vt Indi rusticis operibus, & aliis similibus operam darent, & fructuum ac vestium copia in Regno suppete-
78 ret. Quæ distinctio colligitur † ex text. celebri iuxta vnam eius lecturam, *in l. si quis stipulatus fuerit decem in melle 57. D. de solution.* vbi Gloss. alia iura similia allegat, & meliùs Bart. *ibid. num.3.* vbi docet, quòd quando illa stipulatio *decem in melle dabis?* eò animo concipitur, vt necessariò solutio in melle facienda sit, tunc debitoris electio non est, quia vtrúmque est in obligatione, *l.1. §. an potest, D. de const. pecun.* & hunc animum colligi, si taxata fuerit quantitas pretij, & æstimationis mellis, veluti si ita stipuler, decem mihi dabis in melle ad rationem vnius floreni pro quolibet cado? qui est propriè casus de quo loquimur; atque ita solutis speciebus, aliud pro alio ab Indis non soluitur, sed quod verè debitum erat, vt latiùs ad eiusdem textus illustrationem, vltra Angelum, Castrensem, & alios ordinarios ibidem, considerauit Lasarte *in tract. de decima vend. cap.7. num.6. & 7.* Oñ zius Pancoruinus *1. par. obser. cap.6.* Brisson. *de solution. lib.1. pag.195.* & Frederic, Husanus *in tract. de hominibus prop. 4. quæst. princip. memb.1. n.76. vers. Tertia quæstio est, pag. mihi 172. & seqq.* dum similem quæstionem resoluit; An dominus operas hominis sui possit in pecuniariam præstationem, & è contrario, pro libito conuertere.

Et iuxta hanc resolutionem semper in occurrentibus litibus iudicaui, licèt non defuerint, qui
79 contrarium secuti sint, † moti eo, quòd durum videatur Indos ad præstationem specierum iuxta antiquam taxam compellere, cùm hodie supra modum earum valor excreuerit, & Commendatarij, Indorum labore, & sudore, eiusmodi aug-
80 mento ditescant. Quamobrem † aliquæ Indorum prouinciæ, vt est illa *de Caquingora, & Calacoto en los Pacaxes*, Regias prouisiones ad pecuniam dumtaxat persoluendam impetrarunt. Cæterùm si hæc ratio constringeret, idem in vas-
81 sallis Hispaniæ obtinere deberet, † quos tamen scimus, eosdem frumenti modios nunc dominis soluere, quos centum ab hinc annis persoluebant, licèt multo pluris hodie, quàm olim triticum, & aliæ species similes æstimentur.

82 Planè † vbi Indi ob anni inclementiam fruges, vel vitiatas, vel paruas collegisse, aut alium tristem, & calamitosum casum allegant, & probant, vt ab specierum solutione excusentur, tunc, vt pecuniam pro illis soluant, Proreges decernere solent, & illam, ob eandem miserationem, non secundùm præsentis temporis, sed secundùm antiquæ taxæ pretium moderari, quod in conscientia eosdem Indorum Commendatarios, siue Patronos, etiam nemine iubente, facere debere piè, & iustè obseruat Acosta *d. lib.3. cap.16. pag. 336. & seq.* rectissimè, & multum in nostris terminis addens, † ne Patroni sinantur permuta- 83
tiones cum Indis facere, à quibus lege prohibentur. Solent quippè pro veste (exempli causa) argentum, pro frumento vestem, præ radicibus aliud aliquid, sæpè etiam ipsorum operas, quærere, quod totum periniquum experientia monstrauit. Et si enim pretium æquale videantur, & petere, & capere, tamen re vera, & sibi vtiliora, & Indis grauiora moliuntur. † Pro quibus defen- 84
dendis, & subleuandis in hoc, vt in aliis inuigilare debemus, ne miserorum ceruices, vel nouis pensionum oneribus premant, vel auctioribus cumulent, vel duriùs quàm par sit, duri semper exactores excutiant. Neque enim esse potest Proregis, Præsidisuè leue, aut venia dignum erratum, vbi vel studio partium, vel rei cognoscendæ negligentia, vel proprij sensus fiducia, in tanto negotio labitur. Nam vt præclarè inquit Cassiod. *lib 7. var. epist.14. in fin.* † *Idonei damna* 85
vix sentiunt, tenues autem leui dispendio vulnerantur, quando vel mediocri iniuria totum videtur amittere, qui exiguum cognoscitur possidere.

CAPVT XXI.

De decimis Indorum, & an, & ex quibus illas soluere debeant?

SVMMARIVM.

1 *Argumentum de tributis ad decimas validum, & frequens est in iure.*
2 *Indi ad Fidem conuersi an decimas soluere debeant? in quæstionem vocatur.*
3 *Decimas in totum ab Indis præstari debere, cùm tributa Regibus præstent, multi opinantur.*
4 *Decimæ debentur Deo, vt tributa Regibus, in signum dominij vniuersalis.*
5 *Concilij Lateranensis, & D. Clementis verba expenduntur circa præcisam obligationem decimarum.*
6 *Decimas non solùm positiuo, verùm naturali etiam, & diuino iure deberi, est communis opinio omnium ferè Canonistarum.*
7 *Decimarum obligatio, omnes fideles generaliter comprehendit, atque adeò & Indos.*
8 *Iudæi, & infideles inter fideles commorantes, an & quando decimas soluere debeant?*
9 *Indi non videntur à decimis excusandi ob rusticitatem, aut paupertatem, & quare, &c. num.15.*
10 *Decimarum præstatio est in rusticis lex Agraria prima.*
11 *Decima prius soluenda est, quàm tributum.*
12 *Rustici non solùm pro decimis, verùm & pro*

expensis

expensis in lite super illis causatis, possunt conueniri, & incarcerari.

13 *Rusticis ipsis, & agricolis utile est ad multa decimas soluere, ex D. Chrysost.*

14 *Decimam soluit animal quoddam in Lybia, ex iis, quæ venatur, vnde, qui eas detrectant, deteriores sunt Lybicis feris.*

15 *Pauperes non excusantur à solutione decimarum, & quare?*

16 *Decimarum solutio neminem pauperiorem effecit, sed potius ditiorem, & beatiorem.*

17 Caput decimæ, & cap. reuertimini 16. q. 1. *expenduntur.*

18 *Remissio ob sterilitatem denegari solet iis, qui decimas non soluerunt, & quare?*

19 *Sterilitas sæpè contingit ob peccata, & maximè ob detrectationem decimarum.*

20 *Decimas, qui non dat Deo, impio militi dabit.*

21 *Ecclesia, & Ecclesiastici in decimis ab omnibus exigendis, habent fundatam suam intentionem.*

22 *Indi non videntur excusandi à decimis, nisi ostendant peculiare priuilegium.*

23 *Regulam, vel præsumptionem iuris, qui contra se habet, probandi onus incumbit.*

24 *Intentionem suam, qui de iure fundatam habet, nihil amplius probare debet.*

25 *Erectiones Ecclesiarum Indiarum generaliter iubent decimas ab omnibus solui.*

26 *Concilium Mexicanum, & Limanum de decimis etiam ab Indis soluendis, specialem mentionem faciunt, & sunt approbata à sede Apostolica.*

27 *Concessio Pontificis plenum dominium tribuit donatario etiam sine traditione.*

28 *Schedulæ Regiæ plures referuntur, quæ Indos decimas soluere debere iubent, aut insinuant.*

29 *Ferdinandi Cortesij epistola, & iudicium circa decimas Indorum refertur.*

30 *Decimarum ab Indis exactio commissa fuit Proregi Peruano Dom. D. Franc. à Toleto, & quid ille responderit.*

31 *D. Franc. à Toleto Peruanus Prorex decimas simul cum tributis Indorum miscuit, & solui præcepit.*

32 *Comes del Villar Prorex Peruanus quid scripserit circa decimas Indorum, & quod responsum accepit.*

33 *Consuetudo multum operatur & valet in materia decimarum, sed requiritur, quòd sit vniformis, & legitimè præscripta.*

34 *Consuetudo immemorialis non potest allegari pro Indis, nec contra eos in materia decimarum.*

35 *Præscriptio quadragenaria vt valeat, & vtilis sit in materia decimarum, requirit expressam, vel tacitam approbationem Romani Pontificis.*

36 *Præscriptionem non decimandi ne Indi introducant Imp. Carol. V. prouidit.*

37 *Indos pro nunc non debere integrè decimas soluere, verius, & receptius est.*

38 *Indis non est mirum decimas remitti, cùm etiam tributa recenter conuersis remittantur.*

39 *Indi in multis prouinciis non possunt iam appellari Neophyti, sed adhuc blande cum eis agendum est.*

40 *D. Pauli locus, & exemplum expenditur, qui nihil pro prædicatione sumebat, ob vitandum offendiculum Euangelij.*

41 *Decimæ laudabiliter remittuntur, vbi sine scandalo requiri non possunt, ex D. Thoma.*

42 *Decimæ non solùm possunt, verumetiam remitti debent nationibus, quæ se velle conuerti dicunt, sine onere decimarum, ex Caietano.*

43 *Decimæ laudabiliter non exiguntur, quandò adest consuetudo legitimè præscripta eas non soluendi.*

44 *Decimæ secundùm veriorem opinionem Theologorum dimanant à iure diuino, quoad obligationem alendi ministros Ecclesiæ, sed quoad quotam sunt de iure positiuo.*

45 *Decimarum quotæ taxatio in summo Pontifice residet.*

46 *Azeuedus notatur, dum putat in Tridentino definitum esse, quòd decimæ debentur iure diuino.*

47 *Decimæ priuilegio, vel consuetudine ex causa in totum remitti, vel multum moderari possunt, data aliunde sufficienti sustentatione Ecclesiasticorum.*

Cap. in aliquibus, de decimis, *explicatur, & illustratur, ibidem.*

48 *Theutonici qualiter decimas soluant?*

49 *Concilij Lateranensis locus insignis expenditur, agens de quibusdam gentibus, quæ decimas ex more non soluunt.*

50 *Decimarum soluendarum obligatio non comprehendit speciale priuilegium, aut exemptionem habentes.*

51 *Indi cùm in taxis, simul cum tributis, decimas soluant, alia earum præstatione grauandi non sunt.*

52 *Consuetudine effici non potest, vt aliqui in totum eximantur ab obligatione decimarum.*

53 *Decimarum quota benè potest moderari, aut mutari ex iustis causis.*

54 *Decimas tuta conscientia non soluit ille, qui eis opus habet ad sustentationem, nec tenetur restituere, si posteà efficiatur soluendo.*

55 *Schedulæ, quæ decimas integrè ab Indis præstari iusserunt, nunquam fuerunt executioni mandatæ, sed imò per alias derogatæ, quæ referuntur.*

56 *Decimas consuetas tantùm, & consueto modo, Indi, ex nouis Indiarum legibus, præstare iubentur, nisi voluntariè alias soluere velint.*

57 *Indi vbi eorum status patitur, debent suaderi vt sicut Hispani decimas soluant.*

58 *D. Toribius Alfonsus à Mogrouejo Archiepiscopus Limanus laudatur, & quid consuluerit circa decimas Indorum.*

59 *Ioannis Matienzis iudicium circa decimas Indorum.*

60 *Iosephus Acosta fatetur iustum esse, vt Indi ministros Euangelij suis largitionibus alant.*

51 *Doct. Franciscus Carrascus scripsit de decimis Indorum, aduocans pro Decano, & Capitulo Cuzquensis.*

62 *Decimarum ab Indis præstandarum consuetam formam Auctor mutari non debere statuit.*

sentit, & quare?

63 *Decimarum solutionem detrectare non videtur qui quouis alio modo præstat necessaria ministris Ecclesiæ.*

64 *Pontifex potest populum eximere à præstatione decimarum, si ex aliis bonis, aut eleemosynis clero. & Ecclesiis satis prouisum sit.*

65 *Decimas, & tributa Indorum cum summa moderatione taxari debere, sentit Ioseph. Acosta, cuius verba referuntur.*

DE tributis quidem ad decimas, quas Indi
præstare debent, vel solent, opportunè
1 nunc noster sermo transitum faciet, † cùm de
illis ad has regulariter valeat argumentum, *cap.
tua nobis, de decimis, cap. decimæ 16. q.1.* cum
aliis, quæ latè congerit Euerard. locis *in legalib.
loco 72. A tributo ad decimam*, Cardin. Bellarm.
lib.1. controuers. cap.25. Ioan. Gutier. *lib.1. pract.
cap.18. num.7.* & Camill. Gallinius *de verb. signif.
lib.5. cap.16. num.398.* & alij apud nouissimum
Aluar. à Velasco *in axiomat. iur. litt. A.
n.547.* Et eo vtentes nonnulli hanc quæstionem
negatiuè resoluant, quam huius capitis scopum
2 præfixi. An † scilicet; Indi, vbi ad Fidem conuersi
sunt, decimas soluere debeant? vel sint eis aliquo
iure, ac ratione remissæ, vel remittendæ, aut temperandæ,
vt faciliùs, & commodiùs ad Fidem allici,
& in ea confirmari possint?

3 Primo enim loco considerant, † quòd cùm
Regibus, & dominis temporalibus in subiectionis,
& recognitionis signum tributa persoluant,
vt fusè in superioribus capitibus probatum reliquimus,
nulla est ratio, cur eos à decimarum
4 præstatione excusemus, † quæ Deo OPT. MAX.
in signum vniuersalis dominij præbentur, & ab
eo institutæ tanquàm debitum exigi possunt, vt in
simili docet text. expressus *in cap. parochianus, &
in d. cap. tua nobis, cap. cùm sit, cap. cùm tua,
de decimis, cap. præter hoc 32 dist. cap. omnes 6.
q.7.* Concil. Trid. *sess.25. cap.12. de reformat.* ibi:
*Cùm decimarum solutio debita sit Deo, qui eas
dare noluerint, aut dantes impediunt, res alie-
5 nas inuadunt.* Et magis † in nostris terminis
Concil. Lateranense generale sub Innocent. III.
cap.54. dum inquit: *Statuimus, vt in prærogatiua
dominij generalis exactionem tributorum, & censuum
præcedat solutio decimarum, &c.* Quod &
habet text. eiusdem Innoc. *in cap. cùm non sit in
homine 33. de decimis*, & D. Clem. *lib.2. const.
Apostol. cap.31. & 38.* vbi ait: *Episcopos, &
Sacerdotes, Principes, & Reges vestros putate,
& tributa tanquam Regibus penditote, de vestro
enim illos, & domesticos illorum, ali oportet, &c.*

Quorum, & aliorum iurium, atque auctoritatum
6 argumento, † decimas non solùm positiuo
Pontificium iure, verùm naturali quoque,
& diuino deberi communior est omnium ferè
Canonistarum opinio, vt post Gloss. & DD. *in
Rubr. & cap.1. de decimis, in Decret. & in Sexto*,
tradit Card. *cons.26.* Gigas *cons.119. num.2.*
Nauarr. *in Manual. cap.21. num.28.* Couarr.
lib.1. variar. cap.17. num.2. Rebuff. *de decimis,
q.1.* Did. Perez *in l.1. tit.5. lib.1. Ordin. col.117.*
Paul. Fusc. *de visit. lib.2. cap.21. num.40.* Alfons.
à Castro *lib.5. aduers. hæreses, verb. Decima*, Cresper.
in summ. Eccles. discip. eod. verb. Azeued.
in l.1. tit. de los diezmos, lib.1. Recop. Petr.
Gregor. *lib.2. syntagm. cap.22. num.21. & cap.
24.* & plures alios referens Cened. *in collect.56.
ad Decretum*, Ceuall. *1. par. commun. opin. q.
437.* Anastas. Germon. *de sacror. immun. lib.3.
c.19. à num.11.* & optimè disputans, pluresque
errores hæreticorum refutans, & de iure naturali,
& diuino deberi resoluens, Bellarm.
d. lib.1. controuers. cap.25. P. Franc. Suarez
de Religione, lib.1. cap.9. & 10. Marta *de iurisd.
2. par. cap.33.* Marescotus *lib.2. var. cap.
54. & 108.* & Galganetus *de iure publico lib.3.
tit.54.*

Secundò, pro eadem negatiua opinione considerari
potest, quòd prædicta obligatio, quemadmodum
adeò superiori, & generali ratione 7
fundatur, † ita ad omnes mundi homines, &
præcipuè ad Christianos generaliter pertinet,
*cap.1. 16. q.7. cap. tua nos, cap. in aliquibus,
& per totum, de decimis, l.2. tit.19. par.1.*
ibi: *Tenudos son todos los omes del mundo de
dar diezmo à Dios, è mayormente los Christianos,
porque ellos tienen la luz verdadera, y
son mas allegados à Dios; que todas las otras
gentes, &c.*

Quod cùm ita se habeat, non videtur dubitari
posse, quin in hac generali obligatione, &
dispositione Indi quoque comprehendantur, cùm
Christiani sint, & de gremio sanctæ Matris Ec- 8
clesiæ. Cùm † etiam Iudæi, & quicunque alij
infideles, Christianis Principibus subditi, ad
decimas soluendas compelli possint, maximè si
colunt prædia Christianorum, vt *in cap. fin. de
Iudæis, cap. de terris*, vbi Abbas *de decimis*,
iunctis aliis, quæ eleganter tradit Oldrad. *cons.87.
& cons.91.* quem refert & sequitur Carol. Tapia
in Rubr. de constit. Princip. cap.1. num.55. Mantua
consil.188. col.2. Ceuallos *pract. commun.
tom. vlt. cap. fin. num.360.* & latiùs rem discutiens
Rebuff. *d. tract. de decim. q.5. num.11.*
Moneta *de eod. tract. par.5. num.38.* & Ant. Ricciull.
omninò videndus, *in tract. de iure person. lib.
2. cap.9. per totum.*

Neque ab hoc præcepto † allegatio, vel ex- 9
cusatio rusticitatis Indis proficiet, quia rustici
nullum priuilegium habent, quo à decimis eximantur;
non magis, quàm à prædiario vectigali,
aut solario pensitando, vt benè obseruat Rhenat.
Chopp. *de priuil. rust. lib.1. par.1. cap.7.* 10
num.3. dicens, † quòd decimarum præstatio, est
in rusticis lex Agraria prima, fundisque vecti-
galibus imposita; vsque adeò, vt † priùs soluen- 11
da sit, quàm tributum, vt in dict. cap. cùm non
ab homine, & hinc concludens, non solùm
pro decimis, † verùm & pro expensis in lite 12
super decimis factis, rusticos conueniri, & in car-
cerem detrudi posse, ad hocque Arrestum Pari- 13
siensis Senatus allegans. Quibus conducit † locus
D. Chrysost. *homil. 18. in act. Apost. cap.8.*
vbi inquit: *Ad pacem ipsorum rusticorum agricolarum,
vtile esse decimas soluere, & ad securitatem
agri conducere*: vbi fortè legendum, *Et
ad saturitatem.* Et alter Simon Maiol. *in dieb.
Canicul. colloq.7. de quadrup. in fin.* vbi refert
(cum Æliano *lib.4. de hist. animal. cap.52.*) in 14
Lybia † animal esse, cuius nomen nondum est
cognitum, cùm enim venatu viuat, in vndecim
partes prædam semper diuidit, decem
quidem comedens, & vndecimam relinquens,
& subdit Maiol. *Vt hinc pateat Lybicis feris
deteriores esse, qui in agro decimam non dimittant,*

mittant, in vſum Eccleſiæ pauperúmque diſtribuendam.

5 Et pariter † prætextu paupertatis Indi ſe excuſare non poterunt, cùm & pauperes obligentur ad decimas ſoluendas, ſicut & alij, qui pauperes non ſunt, ex doctrina D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 87. *art.* 4. vbi Sotus, & alij, Alexand. de Ales 3. *par. quæſt.* 55. Rebuff. Sylueſt. & alij, quos refert & ſequitur P. Suarez *d. cap.* 16. *num.* 15. Marta *de iuriſdict.* 2. *par. cap.* 43. *ex num.* 25. Carraſcus *in quæſt. ſup. Recop. cap.* 6. §. 1. & antè eos Hoſtienſ. *in ſumm. de deci-*
6 *mis, num.* 16. Quia † ex decimarum præſtatione nemo eſt effectus pauperior, ſed imò, qui illas libentiùs Deo offert, & conſecrat, vberiores ſemper fructus conſequitur, & vt refert B. Auguſt. relatus ab Hoſtienſ. *vbi ſuprà Maiores noſtri ideò copiis omnibus abundabant, quia Deo decimas dabant.* Et idem magis in noſtris
17 noſtris terminis † repetit idem S. Doct. *lib.* 50. *hom.* 48. relatus *in cap. decimæ* 66. 16. *q.* 1. inquens, quòd *Decimæ tributa ſunt egentium perſonarum, quòd ſi decimam dederis, non ſolùm abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem corporis, & animæ conſequeris, &c.* Eóque etiam reſpiciens D. Hieronym. relatus *in cap. reuertimini, ead. cauſ. & q.* cum multa in eos dixiſſet, qui decimas ſoluere recuſant, illud Malach. adducit *cap.* 3. *Quia mihi non dediſtis decimas, & primitias, idcircò in fame, & penuria maledicti eſtis, & vos me ſupplantaſtis, ſiue fraudaſtis, atque priuaſtis gens tota* (id eſt) *ex toto gentiliter viuentes*, vt ibi explicat gloſſa.

18 Quod eſt adeò verum, † vt licèt remiſſio ob ſterilitatem colonis fieri ſoleat, l. licèt, C. de locat. cum ſimilibus, id tamen locum non habeat, vbi conductor in ſoluendis decimis negligens fuit, quaſi tunc damnum caſus fortuiti, culpa quoque eius datum videatur, vt argumento dictorum iurium tenet Ioan. Andr. Hoſtienſ. & Domin. quos refert, & ſequitur Gregor. Lop. *in l.* 22. *verb. Por ſu culpa, tit.* 8. *par.* 5. Viuius *lib.* 1. *commun. opin.* 153. & ad alia delicta extendens, & latè rem tractans Carrocius *in tract. de locato, tit. de remiſſ. penſion. q.* 8. *n.* 40. Benincaſius *de priuil. paupert.* 6. *ſpeciali in iudiciis, num.* 4. Cenedus *collect.* 116. *ad Decretal. n.* 3. & Caballinus *milleloq.* 594. vbi aliqua de cauſis ſterilitatis adducens, tandem concludit,
19 propter † peccata contingere; cui ſimilis eſt Symmachus *lib.* 10. *epiſt.* 54. vbi, quòd religio neglecta parit ſterilitatem, & Rebuff. *d. tract. de decimis, q. fin. num.* 12. vbi inquit: *Videmus armigeros ſpoliare ruſticos, quos non ſpoliarent, ſi iuſtas decimas, & integras ſoluiſ-*
20 *ſent*, † *quia, qui non dat decimas Deo, impio militi dabit. Vt minatur Auguſt. in cap. decimæ* 16. *q.* 1. & tradens alia Carraſc. *d. cap.* 6. §. 1. *num.* 7. *& ſeqq.*

Tertiò eadem opinio fulcitur ex eo, quòd quemadmodum fiſcus in exactione tributorum ſuam intentionem fundatam habere di-
21 citur, vt tetigimus *ſup. cap.* 19. *num.* 3. † ita Eccleſia, & Eccleſiaſtici in decimis ab omnibus fidelibus exigendis, vt probant iura in principio præcedentis argumenti relata, & text. *in cap. decimas* 47. *c. reuertimini* 65. *c. decimæ tributa ſunt* 66. 16. *q.* 1. *cap. parochianos* 14. *cap. ex parte Canonicorum* 21. *de decimis, & c.* 1. *eodem tit. in* 6. *& in Clement. cap. fin. de paroch. cap. vlt. vt litè pend. c.* 1. *in fin. de verb. ſignif. lib.* 6. *cap. dudum* 31. *de decim.* ibi: *Intentione tua de iure communi fundata petijſti*, vbi gloſſ. *verb. De iure, l.* 2. *&* 7. *&* 13. *tit.* 20. *par.* 1. *l.* 1. *&* 2. *tit.* 5. *lib.* 1. *Recop.* cum aliis, quæ poſt Diu. Thom. *in* 2. 2. *quæſt.* 87. *art.* 3. tradunt Card. Socin. Iaſ. & Bertrand. quos refert Rebuff. *de decim. q.* 7. *num.* 5. Perez *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 1. *Ordin. gloſſ.* 1. *verſ. Quartum dubium, col.* 190. Caputaquenſ. *deciſ.* 290.

Vnde Indi ab hac communi obligatione, & præſtatione excuſari poſſe non videntur, niſi † particulare priuilegium, ſiue exemptionem Apoſtolicæ ſedis ſe habere oſtenderint, 22
aut probauerint, vt in ſimili inquit Gloſſ. *in dict. cap. à nobis, cap. ad audientiam, cap. ex parte, cap. licèt, de decim.* vbi Hoſtienſ. Ioan. Andr. Panorm. & alij, Rota *diuerſ. coram Auguſtino lib.* 3. *deciſ.* 1592. Nam illi, † qui habet 23
contra ſe regulam, ſeu præſumptionem iuris, incumbit onus probandi, vt tradit Gloſ. recepta *in Rubr. de regul. iur. in* 6. *ad finem*, ibi: *Et potior eſt eius cauſa, pro quo facit regula, habet enim aduerſarius oſtendere neceſſe rationem, quare in illo caſu regula non loquitur*, Gloſſ. etiam *in l. omnis definitio, D. eod. tit.* Alciat. *de præſumpt.* 3. *par. in princ. num.* 3. & plures relati à Couar. *lib.* 2. *reſol. cap.* 6. *num.* 1. *& cap.* 12. *n.* 4. & Maſcard. *de probat.* 3. *par. concl.* 1222. *n.* 2. 7. *&* 10. Et è contrario, † qui de iure ſuam intentionem in de- 24
cimis fundat, nihil amplius probare tenetur, *cap. cùm in tua, cap. cùm contingat, de decimis*, Ant. & Cardin. *in cap. nobis, eod. tit. &* Rebuff. *in tract. de congrua portione, q. vlt. num.* 107. *&* 110. cum aliis.

Quod priuilegium nunquam Indis conceſſum eſſe comperimus, † quin potius in omni- 25
bus creationibus Eccleſiarũ Cathedralium iſtarum Indicarum regionum, quæ à ſede Apoſtolica confirmatæ ſunt, expreſſa mentio habetur de decimis, quæ ab Indis, vt & ab aliis fidelibus præſtandæ ſunt, & de earum diuiſione: &
idem inuenitur in † Concilio prouinciali Me- 26
xicano ann. 1546. & Limano ann. 1567. par. 2. Can. 82. pag. 58. & in altero ann. 1583. *act.* 3. *cap.* 13. *pag.* 157. *& act.* 4. *cap.* 12. *pag.* 192. vbi ita generaliter cauet: *Iuri communi, & antiquo inhærens ſancta Synodus, præcipit ſtrictè, decimas ſolui Eccleſiæ ex omnibus terræ fructibus, etiam ſilueſtribus, etiam ſpontè naſcentibus: nam ſi à Deo omnia dominantur, qui dat omnibus abundè ad fruendum, æquum ſanè eſt, vt ipſi dominatori per ſuos fideles aliqua ex parte reddatur. Primitiæ quoque de omnibus terræ fructibus dentur, ac per Prælatum iis, quibus de iure competunt, diſtribuantur*: quæ Concilia Pontificia quoque authoritate minuta ſunt, vt conſtat ex Bulla in eorum initio præfixa.

Vnde, licèt prædictis Eccleſiis iuris communis regulæ non aſſiſterem, poſſent quidem virtute huiuſmodi titulorum, & conceſſionum decimas Indorum percipere. Nam † per con- 27
ceſſionem à Pontifice factam, etiam ſine traditione acquiritur donatario plenum dominium rei, vt probat text. *in cap. ſi tibi abſenti, de præb. lib.* 6. *c. dilecti, de donat.* Bart. *l. fin. D. de conſtitution. Princip.* vbi notant Alberic. & Bald. idem Bald. *in l. ſi quando, la* 1. *C. de bon. vacant.*

lib.

lib.10.& in cap.ad audientiam,de præscrip. & in cap.de iudiciis, Angel. *in l.officium, D.de rei vind. in fin.* Alex. *cons.167.in causa dilecti. col.fin.vol. 2.& cons.3.vol.2.* Ias. *in prælud.feud.num.72.* Decius *cons.191. num.11. & cons.234. num.14. & cons.271.*

Quartò & vltimo, quòd si Regias schedulas inspiciamus, eisque (etiam in spiritualibus) robur aliquod dare velimus, virtute delegationis Apostolicæ, quam Reges nostri in his Indiarum partibus habere dicuntur, vt alio loco tra-
28 demus, Adhuc † tamen iisdem illis schedulis hæc Indorum à decimis exemptio satis firmiter adstrui, vel tueri non poterit, cùm nimis confusæ, variæ, & interdum contrariæ in hoc articulo reperiantur. Nam in primis ex Ant. de Herrera deducimus *in histor. general. Ind. decad. 4. lib.6. cap.11. anno 1529.* in quodam consessu Barchinonæ habito, de rebus ad Indorum conuersionem, & gubernationem pertinentibus, seriò tractatum, ibique resolutum fuisse, Indos nullis seruitio personali adstringi debere, non magis ac cæteros Regis subditos, & vassallos, & solùm debere Deo decimas soluere, nisi per aliquod tempus earum illis remissio fieret, & Regi tributa, quæ iuxta illorum vires, & regionis commoditatem æqua videri possent.

Et Fr. Ioannes Torquemada *in Monarch. Ind. 3. tom. lib.15. cap.1.* apponit epistolam
29 † Ferdinandi Cortesij scriptam Imper. Carolo V. in qua inter alia petit, & consulit, vt religiosi viri ad Indos conuertendos, & instruendos mittantur, illisque Indorum decimæ, ad vitæ sustentationem, & templorum constructionem necessariæ, applicentur, & quod reliquum fuerit, Regi reseruetur, impetrata ad hoc Romani Pontificis facultate. Et in Noua-Hispania comperimus, decimandi onus Indis iniunctum, ex schedula ann. 1536. ad Proregem D. Ant. de Mendoça directam. Et apertiùs ex Concilio Mexicano ann.1546.& schedula in eius confirmationem missa, quæ, saltem ex pecudibus, frumento, hordeo, & serico, Indos Nouæ-Hispaniæ decimare supponit. Quæ in Quitensi etiam prouincia obseruari iussa fuit per aliam anni 1554.& in Limensi per aliam ann.1557.

Et expressiùs per quoddam caput Regiæ epistolæ 28. Decemb. ann.1568. scriptæ Proregi
30 Peruano D. Franc. à Toleto, † quod iussit, vt illico remotis disputationum, & opinionum ambagibus, decimas integrè, & indistinctè ab Indis, & ab Hispanis ex omnibus rebus, & fructibus solui præciperet, & etiam personales moderatè taxatas, & hoc ita peracto, ex tributis Indorum illud omne detraheret, quod anteà pro doctrina, & subleuatione clericorum eis iniunctum erat. Quod tamen cùm ipse Prorex ita generaliter statui durum esse, & pluribus difficultatibus plenum, respondisset, ei iterum rescriptum fuit, in supremo Indiarum Senatu, rem maturiori consilio deliberandam, pendere, & vt ipse interim hoc negotium, quo melius, & commodius posset pro sua prudentia, & dexteritate disponeret. Quod
31 † implens, & executioni mandans, edixit, vt ex tributis Indorum salarium Parochorum deduceretur, quod in Peruano hoc Regno *Synodum vocant*, & prætereà fabricæ Ecclesiæ, cui subsunt, & hospitali, in quo curantur, certa alia quantitas ex eisdem tributis assignaretur, hocque tandiu duraret, quandiu Indi decimarum communi solutioni non assuescerent. Et cùm posteà in Limensis Audientiæ districtu introductum fuisset, vt Indi decimas soluerent de fructibus, quos colligunt ex rebus & fructibus, quas Hispani ex Castella as-
portarunt, † Prorex Comes del Villar consu- 32
luit, iustum videri, vt quod hoc valeret eisdem Indis ex taxis, & tributis iuxta cautionem D. Franc. à Toleto releuaretur, & responsum accepit *in epist.12. Februar. ann.1589.* prædicti D.Francisci, vestigiis hæreret, quæque ille in taxis ordinauit, modis, quibus melius posset, exequeretur.

Quæ omnes schedulæ, & aliæ, quæ reperiuntur in primo tomo impress. *ex pag.139.* apertè ostendunt, quantum in hoc articulo variatum fuerit, & hoc efficit, vt neque consuetudine decimas non soluendi, Indi iuuari posse videantur.
Nam etsi † hæc in decimis maximè admittatur, 33
& operetur, *cap. in aliquibus, de decimis*, Diu. Thom. *2. 2. quæst.87. artic.1.* Couarr. *lib.3. variar. cap.17. num.8.* Didac. Perez *in l.1. tit. 5. lib.1. Ordin.* Gutierr. *lib.2. Canon. cap.21. num.35.* Paris. *cons. 25. lib. 4. ex num. 21.* & plures relati à Patre Suarez *in tract. de Religione, lib. 1. cap. 12. num. 5.* & nouissimè D. Ioann. de Castillo *lib. 7. controuers. cap. 2.* vbi plura in materia decimarum congessit. Requiritur tamen, vt sit vniformis, & immemorialis, ac legitimè præscripta, vt resoluit Rebuff. *in dict. tract. de decim. quæst. 13. num. 53.* quod in nostro casu non proce-
dit ex suprà relatis. Et ex eo † quia non po- 34
test in his prouinciis dari tempus immemorabile, cùm sit recens Indorum detectio, & conuersio, & multò magis recens taxatio Proregis D. Francisci à Toleto, ad cuius vsque taxam, nihil fixum, & certum hac in
parte erat stabilitum. Necnon etiam † quia ad 35
inducendam in decimis quadragenariam vtilem, & validam præscriptionem, requiritur expressa, vel saltem tacita approbatio Romani Pontificis, vt post Gloss. *in c. cùm in tua. de decim.* tenet Abb. *ibid. col. fin.* Gloss. & idem Abb. in cap. cùm in aliquibus, eodem titulo, Hostiens. *in summ. de decim. q.7. num.16.* Rebuff. *vbi suprà* latissimè Mascard. *de probat. conc.424. num. 32. & 37.* & Suar. *dict. lib.1. cap.13. numer. 9.*
in fin. Extatque † expressa prouisiò Imper. Ca- 36
rol. V. dat. Tolet. 27. Februar. ann. 1534. *dict. 1. tom. pag.199.* quæ Mexicanæ Audientiæ iniungit, vt formam excogitet, qua mediante, Indi præscriptionem non decimandi inducere nequeant, & videat, an commodius sit, vt decimarum loco prædia, quæ anteà ad cultum idolorum colebant, nunc ad constructionem, & sustentationem Ecclesiarum,& clericorum excolere cogantur.

Sed his non obstantibus, affirmatiua pars superioris quæstionis verior, & receptior videtur, & in his Indiarum prouinciis frequen-
tiùs practicatur, scilicèt † ab Indis hodie, 37
vel pro nunc, non debere decimas exigi, & vt exigantur, id cum maximo temperamento, & moderatione faciendum esse. Pro qua, qui pugnant, sequentia argumenta, contrariis quidem non leuiora, aut adducunt, aut adduci possunt.

Primùm,

Primùm, quòd si (vt prædiximus) de tri-
8 butis ad decimas valet argumentum, † mirum videri non debet Indis recens conuersis decimarum præstationem remitti, cùm etiam tributa ad aliquod tempus remissa videamus,
9 vt dixi *suprà cap. 19. num. 74.* Et licèt † verè in multis prouinciis iam non possint appellari Neophyti, cùm tam ipsi, quàm eorum parentes baptizati fuerint, ex his, quæ aliud agens, considerat Couarr. *in Clement. si furiosus, 2. par. §. 2. num. 8.* & Zapata *de iustitia distributiua, par...cap....num...* Adhuc tamen cùm multi conuertendi supersint, & conuersi non vsquequaque in Religione Christiana confirmati videantur, oportet sanè cum illis blandè agere, & à decimarum integra grauique & rigorosa exactione abstinere, vt in simili colli-
0 gitur † ex eleganti loco D. Pauli *1. ad Corinth. 9.* vbi agens de obligatione exhibendi, & alendi ministros, & prædicatores sancti Euangelij, inquit, se hac potestate vsum non fuisse, sed omnia sustinere, ne quod offendiculum Euangelio Christi daretur.

1 Cuius loci auctoritate motus † D. Thom. *2. 2. quæst. 87. ad finem*, docet, laudabiliter Ecclesiæ ministros decimas non requirere, vbi sine scandalo requiri non possunt, propter desuetudinem, vel propter aliquam aliam causam.
2 Et magis in terminis † Caietan. *ibid.* in hæc verba: *Nota, quòd si gens aliqua vellet Fidem Christianam amplecti, sine onere decimarum, non solum Ecclesia posset eis hoc concedere, quia Ecclesiastica authoritate decimæ debentur, sed deberet hoc eis concedere, quia ministri Ecclesiæ maiorem debent habere curam spiritualium bonorum in populo promouendorum, quàm temporalium colligendorum, & Apostoli exemplo efficere deberent, ne decimarum onus præstet impedimentum Euangelio Christi.* Idem quoque sequendo D Thom. tradit Florentin. *in summ. 2. par. cap. 3. §. 6.* Syluest. *verb. Decima, q. 4.* & eos referens Ioan. Gutierrez *lib. 2. can. quæst. cap. 21. numer. 51.* Nisi † quòd hi D. Thomæ doctrinam intelligunt, quando adest consuetudo legitimè præscripta, quæ potuit obligationi decimarum derogare, & est videndus Fr. Raphaël de la Torre *in 2 2. 1. tom. pag. 459.* vbi Caietani doctrinam amplectitur, & prosequitur.

Secundò facit, quia licèt (vt diximus) multi affirment, decimarum præstationem iure Diuino institutam, & iniunctam fuisse, atque adeò ab omnibus fidelibus, sine remissione, aut excusatione, præstari debere. Plurimi tamen † ex Theologis, & nonnulli ex Canonistis seriò affirmare audent, hoc potius humano, & Pontificio positiuo iuri tribuendum esse, solúmque in Republica Hebræorum iure Diuino solui debuisse. Vel certè, quòd, & si origo præstationis decimarum, quatenus sunt necessariæ ad sustentationem ministrorum Ecclesiasticorum, à iure Diuino dimanet: attamen quota debeat esse hæc pars, quæ decimarum nomine, aut loco ministris præstetur, iuris quidem humani esse, & † potestatem, hanc quotam terminandi, in summo Pontifice residere, vt pro concordia pugnantium opinionum benè, post alios, resoluit Couar. *lib. 1. var. c. 17. num. 2.* Rebuff. *in tract. de decimis, q. 1. à num. 2.* Soto *de iust. & iur. lib. 6. quæst. 4. art. 1. & 6.* Less. *in eodem tract... lib. 2. cap. 39. dubit. 1. num. 6.* Ioann. Gutierr. *lib. 6. Canonic. quæst. cap. 21. num. 1. & 7.* Nauarr. *de redit. quæst. 1. num. 59 & in Manual. cap. 21. vers. Ex quibus*, vbi Pater Auila *in eius compendio*, ita breuiter summat: *Decima, quoad cotam, est iuris humani, quoad sustentationem est iuris Diuini*, Barbosa *in l. Titia, num. 35. D. solut. matrim.* Canisius *de decim. cap. 13. n. 3.* Ioan. Garçia *de expens. cap. 9. ex n. 90.* Henriquez *in summ. lib. 7. cap. 26.* Gabr. Vazq. *in opusc. tit. de beneficiis, cap. vnico, §. 1. dub. 1.* Cened. *in collect. 56. ad Decret.* Ceuall. *q. 437.* Bellarm. *lib. controuers. de cleric. cap. 25.* P. Suar. omninò videndus, *de Religione, lib. 1. cap. 10. num. 7. & seqq.* P. Marquez *in Gubern. Christian. pag. 181.* & Doct. Carrasc. *in quæst. sup. Recop. cap. 6. in princ. per tot.* † vbi benè notat Azeued. *qui in l. 1. tit. de los diezmos. lib. 1. Recop.* ausus fuit affirmare in Concilio Tridentino absolutè declaratum fuisse, decimas esse de iure Diuino; nam si id Concilium definisset, contraria tantorum Patrum sententia sine errore, & censura stare non posset, quod nequaquam probare debemus. Et nouissimè plura doctè congerens idem admittit Reuerendiss. Dom. D. Felician. à Vega Episcopus de la Paz *in suis relectionibus ad Decretales pag. 252. num. 43. & 44.* Dom. Præses Valençuela *cons. 114. vol. 2.* vbi plura de decimis vtiliter congerit, & D. Ioan. del Castillo *lib. 7. controuers. de tertiis, cap. 10. num. 8.* vbi alios plures adducit, & vltra eos, idem resoluit Britus *in cap. 2. de locato par. 2. à n. 30.* Reinosus *obseru. 50. à n. 1.* Bleinianus *de benef. lib. 1. cap. 4. à n. 9.* Aug. Barbosa *in Pastoral. 3. tom. tit. 1. cap. 6. n. vlt. & de iure Eccles. lib. 1. cap. 6. n. 9. & lib. 3. cap. 26. n. 6.* & Gilken. *in Auth. quas actiones, C. de sacros. Eccles. à num. 11.* 46

Ex quibus descendit, non solùm priuilegio Romani Pontificis, verùm & consuetudine, quæ idem operatur, *cap. super quibusdam*, vbi DD. *de verb. signif.* † effici posse, vt decimæ 47
ab aliquibus populis, vel personis in totum non exigantur, vel certè in moderata admodum quantitate, & ex aliquibus rebus, & fructibus, & non ex aliis; maximè si ex aliis bonis Ecclesiasticis, vel collationibus, quibus decimæ compensentur, clero sit satis prouisum, vt patet ex text. *ad hoc capitali & expresso in cap. in aliquibus, de decim.* & post D. Thom. *vbi sup.* tradit Couarr. *dict. cap. 17. num. 8. & 9.* Perez *in l. 1. tit. 5. lib. 1. cap. 12. num. 5. & seqq.* Less. *cap. 39. dubit. 5. num. 25. pag. 528.* & Sarmient. *de redit. Eccles. par. 4. cap. 2. num. 10.*

Idem quoque † docet, & latè prosequitur 48
Paul. Faris. *cons. 25. lib. 4. ex num. 21.* vbi allegat exemplum Theotonicorum, qui soluunt certas mensuras pro decimis, siue colligant fructus, siue non. Et Ego addo † insignem lo- 49
cum ex Concilio generali Lateran. 1215. Patrum sub Innoc. III. *cap. 53.* vbi præsupponit, in aliquibus regionibus, quasdam gentes esse permixtas, quæ secundùm suos ritus decimas de more non soluunt, quamuis censeantur nomine Christiano, iubétque, vt si his, alij, qui

qui tale priuilegium non habeant, prædia sua excolenda concesserint, decimas ex illis persoluant, vt fraus euitetur, & ad id si necesse fuerit, per censuram Ecclesiasticam compellantur, & subiungit: *Illæ quippè decimæ necessariò sunt soluendæ, quæ debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata.*

Tertiò pro eadem opinione considerari potest, quod etsi verum sit, obligationem præstandi decimas, omnes fideles generaliter comprehendere, vt in contrariæ partis
50 argumento probauimus, † hoc tamen non includit, nec comprehendit eos, qui peculiare priuilegium, vel exemptionem non decimandi habent, quales nostros Indos esse contendimus, vt colligitur ex *text. gloss.* Bald. & Angel. *in l. fin. C. sine censu, vel reliq.* Paul. Castrens. *cons.* 313. *num.* 5. *lib.* 1. Suarez *alleg.* 28. *num.* 20. latè Redoan. in tract. *de spoliis, quæst.* 13. *num.* 39. Franc. Lucan. *in tract. de fisco, & eius priuileg.* 3. *par. num.* 9. Maximè cùm supponamus Indos non esse totaliter
51 exemptos à prædicta præstatione, † cùm in eorum taxis, & tributis, & in copiosis oblationibus, & in aliis rebus, operibúsque, alia præstent, & soluant, quæ decimarum vicem sortiuntur, & ad congruam Ecclesiarum & ministrorum sustentationem sufficiunt, vnde duplici obligatione grauandi non sunt, l. vnica, C. ne operæ à collat. exig. cum similibus *suprà* à nobis expensis *hoc lib. cap.* 1. *num.* 25.

52 Et † licèt consuetudine effici non possit, vt aliqui in totum eximantur ab omnimoda obligatione decimarum, ex iis, quæ tradit Anchar. *cons.* 196. *q.* 1. Turrecrem. *in cap. reuertimini, num.* 2. 16. *quæst.* 1. Cardin. *in cap. vlt. de parochiis,* Rebuff. *de decim. quæst.* 13. *n.* 40. Gutierr. *d. cap.* 21. *num* 38. post Couarr. *d. cap.* 17. *num.* 8. & Carrasc. *d. cap.* 6. *num.* 1. & latè Marescotus *lib.* 2. *var. resolut. cap.* 95. *numer.* 28.
53 & 30. Benè tamen potest † quota moderari, vel modus præstationis mutari, vt suprà retulimus, præsertim vbi id exigunt causæ, & rationes, quæ in Indis considerantur, & summa eorum rusticitas, tenuitas, & paupertas, quæ eorum releuationem suadet. Nam licèt Auctores in argumento contrariæ partis adducti, docuerint, paupertatem à decimarum
54 præstatione non excusare, † Abbas tamen hoc indecisum relinquit, *in cap. cùm homines, de decimis,* & in eam sententiam magis inclinat, quòd ille, qui tenetur decimas soluere, si illis indigeat ad sustentationem, possit salua conscientia sibi retinere. Quod apertè sequitur Ant. Butr. *ibid.* intrepidè docens, quòd decimæ à pauperibus exigendæ non sunt, Valençuela Piscator *in l. omnes pensitare, num.* 7. *ad finem, C. de annon. & trib. lib.* 10. & Ceuallos *quæst.* 219. *num.* 21. & 23. vbi hoc ampliat, etiam si debitor perueniat ad pinguiorem fortunam. Pro quibus facit, quod in simili, de excusatione tributorum ratione paupertatis diximus *sup. cap.* 19. *num.* 31. *& seqq.* & alia, quæ nouissimè congerit Velasc. *in tract. de priuil. pauper.* 1. *par. cap.* 37. per totum, & *cap.* 27. *num.* 13.


Quartò, inspectis etiam Regiis prouisionibus, & schedulis, hæc pars probabilior videtur. Nam licèt illæ, quas *suprà* perpendimus, ab Indis decimas exigi iubeant. Nus-
quam † tamen executioni mandatæ fuerunt, 55
quin potius cognita eorum natura, & quòd in aliis rebus, & in ipsis tributis, quod opus erat ad Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum sustentationem præstabant, tandem iussum fuit, per quandam schedulam ad Audientiam Mexicanam directam, Pintiæ 14. Septemb. ann. 1555. quæ habetur *in* 1. *tom. pag.* 186. vt nihil noui fieret, & vt etiam in Noua-Hispania illa decimarum exactio cessaret, quæ de frumento, hordeo, sericóque fiebat, virtute dispositionis Concilij Mexicani, & schedularum ann. 1543. & 1544. obseruando, atque in vsum reducendo aliam schedulam datam Monzonij 2. August. ann. 1533. quæ extat *in dict.* 1. *tom. pag.* 133. & decidit, vt decimæ ex tributis deducantur. Et quoniam contra hanc schedulam virtute dicti Concilij Mexicani procedebatur per Archiepiscopum Mexicanum D. Fr. Alfonsum à Montufar, & alios Nouæ-Hispaniæ Prælatos, qui generaliter vtebantur censuris, *Clement. cupientes de pœnis, & Clement. Religiosi, de decimis,* contra omnes, siue Indos, siue Hispanos, qui integrè decimas non soluebant, expedita fuit Pintiæ alia schedula 10. April. ann. 1557. quæ districtiùs, & enixiùs præcepit, vt obseruaretur illa de ann. 1555. cuius item obseruatio iniuncta fuit Proregi, & Auditoribus Peruanis per aliam schedulam eiusdem datæ, quæ habetur *eod.* 1. *tom. pag.* 186. & 191. Vbi similes aliæ repeniuntur, Episcopo Quitensi, & Limano Senatui directæ, quibus iubetur, vt videant, & informent, an expediat, vt Indi de frumento, hordeo, & serico decimam soluant? vt in Noua-Hispania introduci cœperat, interim tamen nihil innouari, neque vltra decimas, in tributorum taxis comprehensas, exigi paterentur. Et idem decidunt aliæ schedulæ nouiores D. Regis nostri Philippi III. Pintiæ 30. Septembris ann. 1603. & Ventosillæ 15. & 25. April. ann. 1605. quæ referuntur in summario legum Indicarum, D. Roder. de Aguiar *lib.* 1. *tit. de los diezmos, l.* 38. quarum summa est, † vt 56
Indi consuetas tantùm, & consueto modo, decimas præstent, & vbi voluntariè illas soluere voluerint, Prælati attentè procedant, & Regiæ Cancellariæ curent, ne sub hoc prætextu iniuriam, & detrimentum patiantur.

Quibus ita suppositis, Ego in hoc discordantium opinionum, & schedularum conflictu,
vbi † res, & status Indorum id pateretur, non 57
vererer consulere, & hortari, vt decimarum præstatio illis, sicut Hispanis, iniungatur. Nam hoc securiùs est, & iuri diuino, ac positiuo conformiùs, vt ostendunt iura, & rationes pro priori opinione perpensæ. Quod idem consu-
luisse video, † insignem illum, & non minus ob 58
vitæ sanctimoniam, quàm ob dignitatem Reuerendiss. Dom. D. Toribium-Alfonsum à Mogrouejo Archiepiscopum Limanum, in quodam libello super hoc articulo ad Regium Senatum remisso, quem penes me habeo. Nec
valdè abest † Ioan. Matienz. *in tract. M. S. de* 59
gubern. Reg. Perù 1. *par. cap.* 38. nisi, quòd hic, Indorum decimas tantùm contrahit ad fructus, qui ex pecudibus, frumento, & aliis rebus, ex Castella ad Peruuium translatis,

colliguntur,

colliguntur, non verò ad fructus, quos indigenæ ante Hispanorum aduentum cognoscebant, & excolebant. In eadem quoque sententia esse videtur † disertissimus Ioseph. Acosta *lib. 3. de procur. Indor. salut. cap. 10. pag. 313.* vbi inter primos, ac præcipuos ministros, qui Indis necessarij sunt, Pastores animarum, & Doctores salutis æternæ connumerat: *Et hos (inquit) eorum largitionibus aliquos ipsi diuino Verbi, & Sacramenti pane nutriunt, non tam dispositionis humanæ, quàm diuini esse iuris notissimum est.* Et ad id allegat illud D. Paul. 1. *Corinth. 9. Deut.* 18. quod nemo debet propriis stipendiis militare, os boui trituranti alligandum non esse, qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edere, & operarium dignum esse mercede sua. Doctor
1 etiam † Franc. Carrasc. magis ex professo hanc quæstionem examinandam suscepit, *d. cap. 6. quæst. sup. Recop.* & tandem in eandem sententiam inclinat, tumultuariè in illo capite inserens allegationem, quam pro Decano, & Capitulo Cuzquensi contra Indos illius Diœcesis scripsit, dum Limæ aduocatus esset, & Ego in eadem lite, pro tribunali sedens, iudicantis munus obirem.

Interim verò dum super hoc congruens
2 resolutio sumitur, † nihil planè video, quòd secundùm iuris Diuini, aut humani regulas in stricta disputatione impediat, modum decimandi ab Indis vsitatum, & simùl cum tributis taxatum, seruari, quamvis, quod ita persoluitur, minus sit, quàm, quod re vera ex decimis omnium fructuum integrè persolutis, percipi potuisset. Quoniam hoc, priuilegio, vel consuetudine rectè concedi, aut
3 induci potest. Et † non videtur decimarum solutionem detrectare, qui quouis modo illud præstat, quod ad Ecclesiarum, atque Ecclesiasticorum congruam sustentationem sufficiens sit; cùm quota illarum non sit iuris Diuini, sed positiui, vt in argumentis secundæ opinionis ostendimus, & egregiè vltra alios ibi relatos obseruant Couarr. & Leonard. Less. *d. lib. 2. de iust. & iur. cap. 39. dubit. 5.*
4 *numer. 25.* dum apertè docent, † *Pontificem posse populum à soluendis decimis eximere si ex aliis bonis Ecclesiasticis, vel collationibus, quibus decimæ compensentur, clero sit satis prouisum*: & eiusdem opinionis esse videtur Gabr. Vazquez *in opusc. de benef. cap. 1. §. 1. dub. 4.* & in nostris terminis Acosta *d. lib.*
5 *3. cap. 9. pag.* 309. Vbi † tam in taxandis Indorum decimis, quàm tributis, summam moderationem desiderat, & vt non totum, quod soluere possint, ab illis extorqueatur; sed, quod fini, qui in eorum conuersione prætenditur, sufficiens sit, & ita concludit: *Excepto igitur eo, quod & spiritualibus, & ciuilibus præpositis necessarium esse prudens charitas sanxerit, quicquid vltrà, salutis Indorum prætextu, nobis vsurpamus, pro rapina ducendum est.*



CAPVT XXII.

De eisdem Indorum decimis, & variis quæstionibus circa eas vsu frequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Indi tuendi sunt in possessione soluendi decimas moderatas, & simul cum tributis taxatas.*
2 *Nouitas in materia decimarum semper suspecta, aut probibita est.*
L. 6. tit. 5. lib. 1. Recop. *nouitates in exactione decimarum vetans, illustratur, ibid.*
3 *Interdictum retinendæ, & reliqua remedia possessoria competunt pro continuanda, & conseruanda antiqua forma, & consuetudine decimandi.*
Cap. dudum 31. de decimis, *ponderatur, & illustratur, ibidem.*
4 *Manutentionis remedium competit Indis pro sua consuetudine decimandi.*
5 *Iudex ex officio potest prouidere manutentionem, iuxta antiquam formam, & consuetudinem decimandi.*
6 *Manutentio vt probetur, & concedatur in iudicio summario, vnus tantùm testis sufficit.*
7 *Vti possidetis agenti, non nocet notorius defectus tituli.*
8 *Interdicto retinendæ agenti, non obstat exceptio de dominio aduersarij, & ad quid oporteat illud articulari.*
9 *Indi non priuantur possessione, quam habent in modo decimandi, si per vim, aut dolum alia forma tentata fuerit.*
10 *Indi eo ipso dicuntur in sua possessione super modo decimandi turbari, quòd Ecclesiastici aliquid per vim, aut fraudem contra eam tentauerint.*
11 *Possessio violenta nihil operatur.*
12 *Indi, qui agunt de conseruanda sua antiqua forma decimandi sunt rei, & vt tales tuendi, nisi intentio contraria sit clarior luce meridiana.*
13 *Possessio antiquior semper præualet, & noua præsumitur violenta, & clandestina.*
14 *Limani Senatus sententia refertur in causa decimarum Ecclesiæ del Cuzco contra Indos illius Diœcesis.*
15 *Schedula quædam refertur, quæ iubet, ne fiat nouitas cùm Indis Cuzquensibus in modo decimandi.*
16 *Limanæ Ecclesiæ lis refertur, cum Indis illius Archiepiscopatus, super modo decimandi, & de eius exitu.*
17 *Audientiæ Limanæ rescriptum fuit, vt faueret Ecclesiæ eiusdem ciuitatis, tanquam Metropolitanæ.*
18 *Decimarum nomine, si quid ab Indis exigitur in Archiepiscopatu Limensi, & aliis, id omne de eorum taxis, & tributis detrahendum est.*
19 *Sententiæ vnius partem non potest quis respuere, & partem approbare.*
20 *Consuetudo, vel præscriptio in materia decimarum*

O 2

decimarum non extenditur de loco ad locum, vel de re ad rem, etiam ex paritate rationis.

21 *Consuetudo circumscribitur loco in quo est obtenta, & tantum habet de potentia, quamuis de actu.*

22 *Pacta sicut non extenduntur, ita nec consuetudo.*

23 *Præscriptionis, & consuetudinis voces solent promiscuè vsurpari, licèt re vera in pluribus differant.*

24 *Decimarum, & aliorum vectigalium exactio magis regulanda est ex regulis consuetudinis, quàm præscriptionis.*

25 *Præscriptio iuris non soluendi decimas, requirit titulum, aut possessionem immemorialem, quæ habet vim tituli.*

26 *Consuetudo non decimandi, vel certo modo decimandi, sufficit quòd sit quadragenaria, etiam sine titulo, & bona fide.*

27 *Azeuedus notatur, dum requirit ad valorem consuetudinis de non decimando, quòd sit immemorialis.*

28 *Consuetudo obtenta in aliqua prouincia, vel Episcopatu, debet seruari in diuisis ab eo.*

29 L. vnica, C. de Metrop. Beryt. lib. 11. & l. si eadem, D. de officio assessor. *ponderatur, & illustratur.*

30 *Episcopatu ab vno si alius, vel alij diuidantur, & creentur, eodem iure, quo antiquus, censendi sunt.*

31 *Loca, quæ accessoriè vniuntur alicui regno, vel Metropoli obseruant, & sequuntur leges, & consuetudines loci superioris.*

32 *Synodus siue salarium, quod Indi pro clericis præstant, exigendum est ante tributorum solutionem.*

33 *Commendatarij, siue Patroni Indorum debent decimas soluere de speciebus, quas pro tributis Indorum accipiunt, & de schedulis, quæ hoc præcipiunt.*

34 *Consuetudo Indorum in modo decimandi non est damnosa Ecclesiasticis, quia quod isti non decimant, decimatur posteà ab eorum Commendatariis.*

35 *Ecclesiastici si vellent ab Indis, & ab eorum Commendatariis integras decimas percipere, his eædem res decimarentur.*

36 *Redecimam iura semper prohibuerunt, & locus Concilij Lateranensis ad hoc expensus, & alia iura, & schedulæ Regiæ.*

Cap. cùm non sis, de decimis, *illustratur, ibidem.*

37 *Decimas personales Indi nullo modo soluere debent, imò nec Hispani, & de schedulis Regiis, quæ hoc disponunt.*

38 *Decimæ personales deberi videntur, vt prædiales, secundùm aliqua iura, quæ referuntur.*

L. 7. tit. 20. par. 1. *ponderatur, & explicatur, ibid. & n. 14.*

39 *Decimæ personales tolli, vel præscribi possunt, vbi prædiales sufficiunt.*

40 *Decimæ personales in tota ferè Hispania ex consuetudine legitimè præscripta non exiguntur.*

41 *Decimæ personales non sunt de iure diuino, vbi ex prædialibus Ecclesiasticis satis consulitur.*

42 *Decimæ an debeantur de salariis famulorum, iudicum, & aduocatorum, remissiuè.*

43 *Indi iustissimè à soluendis decimis personalibus releuari debent, & quare?*

44 *Decimas an soluere integrè debeant* Caciques *Indorum, & alij, qui inter eos tributa non soluunt,* & n 48.

45 *Verba generalia semper intelliguntur iuxta subiectam materiam, & rationem, qua nituntur, & præsertim in materia decimarum.*

46 Cap. dilecti filij, & cap. ad audientiam, de decimis, *ponderatur, & illustratur.*

47 *Priuilegia, & consuetudines in materia decimarum, restringuntur, quia sunt odiosa.*

48 *Decimas non magis à* Caciquis, *quàm ab aliis Indis solui debere Auctor putat, & rationes reddit.*

49 *Opera, & industria vnius sæpè pro pecunia alterius valet.*

L. societas §. 1. & l. si non fuerint, D. pro socio, *ponderantur, & illustrantur, ibidem.*

50 *Decimæ si longo tempore non petantur, remissæ videntur.*

51 *Decimarum causæ an per laicos iudicari possint? & alia quæstiones de decimis remissiuè.*

52 *Consuetudo non decimandi, vel non integrè decimandi, cessat, & vires amittit, vbi Ecclesiis incipit esse valdè nociua.*

53 *Populus nunquam ita liberari potest à decimis, quin Pontifex possit eas rursus imponere, quando opus esse iudicauerit.*

54 *Priuilegia quælibet, quorum occasione Ecclesia reducitur ad paupertatem, cassantur, & annullantur.*

55 *Priuilegium, quod multis incipit esse nociuum, vel absorbet in totum ius alterius, non valet.*

56 *Decimarum exactio, vt ab Indis suauiter fiat, Prælati admonentur.*

57 *Exactores decimarum Indorum solent esse iniqui, & fraudulenti, & de notabili cuiusdam versutia.*

EX his, quæ præcedenti capite diximus, multa inferre possumus, quæ non vtilia tantùm, verùm & omninò necessaria ad praxim huius quæstionis esse videntur. Quorum illud sit primum, † Indos, qui vel nihil, vel parum decimarum nomine soluunt, vel eas simul cum tributis pendunt, interim dum alia forma non constituitur, in hac possessione tuendos esse, nihilque contra eam per Ecclesiasticos nouari posse, † vt in simili disponitur *in l. 6. tit. 5. lib. 1. Recop.* & obseruat Couarr. *d. cap. 17. n. 8. vers. 9.* Aragon. *in 2. 2. pag. 952. corol. 1.* Ioan. Gutierr. multum in nostris terminis loquens, *d. c. 21. n. 39. in fin.* & nouissimè D. Valençuela *cons. 146. n. 52. fol. 290.* vbi pluribus probat, quòd nouitas in decimis semper prohibita est, & suspecta esse debet. Et idem sentire & probare censendi sunt Auctores omnes, qui in hac materia decimarum † interdictum retinendæ, & reliqua remedia possessoria concedunt, ex text. *in cap. dudum 31. de decim.* vbi id notat gloss. Butrius, Panormit. & reliqui, Ruin. *cons. 164. per*

per tot. lib. 5. Roland. à Valle consil. 9. num. 9. lib. 3. Rebuff. in tract. de decim. quæst. 9. num. 3. & 4. Menoch. de retinend. poss. remed. 3. quæst. 18. num. 134. Virgin. de Vocat. in tract. de interd. vti possid. cap. 2. num. 3. Atque † etiam manutentionem ex cap. cùm personæ, §. si verò, de priuileg. in 6. l. si in possessionem, & l. si ex possessione, C. vbi causæ status, vbi notat Castrens. num. 2. quòd quilibet est tuendus in sua possessione, cum aliis traditis à Lancellot. de attent. 2. par. cap. 17. num. 153. Capicio decis. 189. num. 5. & decis. 209. num. 12. & 13. Anton. Gama decis. 67. num. 3. Paleot. lib. 3. decis. 665. & Carrasc. ad leges Recopil. cap. 6. §. 3. n. 15.

Quod est adeò verùm, † vt vel iudex, ex officio possit hoc prouidere, si ex processu constet, Indos in ea possessione esse, vt tradunt Panorm. num. 21. & Butrius num. 11. in cap. cùm venissent, de inst. Benintend. concl. 62. & plures alij relati à Vocatio vbi suprà cap. 14. num. 23. qui addunt, † ad probandam & concedendam hanc tuitionem in hoc iudicio summario, siue *de interim*, vnum tantùm testem sufficere, & † agenti *vti possidetis* in hoc casu defectum notorium tituli non nocere, vt post Abbat. in cap. licèt causam, notab. 10. in fin. de probat. notat ibi Felin. num. 10. Henr. per text. ibi in d. cap. cùm venissent, col. fin. Ferretus cons. 7. num. 7. & plures alij apud Menoch. d. rem. 3. quæst. 79. num. 634. & 675. Couarr. in pract. cap. 17. num. 6. vbi agit, an ille, qui habet contra se iuris dispositionem, sit manutenendus? & Tusch. litt. P. concl. 441. vbi, quod possessor quamuis iniustus debet manuteneri.

Quia vt eleganter obseruat Imola, & Beroi. num. 37. in cap. 1. de rest. spoliat. † non obstat agenti interdicto retinendæ, quamuis de dominio aduersarij constet, & ideò frustra de eo opponitur, ad effectum obtinendi, benè tamen licitum est articulari de dominio, etiam ad effectum victoriæ, ad coadiuuandam possessionem. Nam in causis spiritualibus, prout sunt decimales, quando agitur possessorio, venit incidenter iudicium proprietatis ad colorandam possessionem, vt resoluit Menoch. d. rem. 3. num. 521. & q. 73. ex num. 88. & de recup. rem. 15. q. 36.

Neque Indi censendi sunt ab hac possessione cecidisse, vel prædictâ tuitione, aut manutentione priuandi, † si fortè per violentiam, aut per eorum incuriam, & animi demissionem, Ecclesiastici (provt passim contingit) integrè ab eis decimas exegerint, vel ex aliquibus rebus, aut fructibus, vltra id quod pro taxa præstare solent: nam eiusmodi actus nullum † ius eis tribuunt, vel Indis adimunt, quin potius ex hoc ipso dicuntur turbari in sua possessione, l. illicitas, in princip. & in §. veritas, & §. ne potentiores, D. de offic. Præsid. l. ne quicquam, §. aduocatos, D. de offic. Procons. ibi: *Cæterùm opprimi aliquem per aduersarij sui potentiam non oportet*, l. extat, D. de eo quod met. caus. l. 1. §. sed si inter, ibi: *Alter magis se possidere affirmat*, D. vti possid. Bart. & DD. in l. si prius, 5. oppos. n. 3. D. de noui oper. nuntiat. Bald. in l. ordinarij, num. 12. C. de reiuindic. Rebuff. ad leges Galliæ, tit. de remed. possessor. art. 1. gloss. 2. num. 3. & 36. Afflict. decis. 394. & Menoch. de retin. remed. 3. num. 297. & num. 468. Ant. Gam. decis. 54. n. 3. & Osasc. decis. Pedem. 55. num. 1.

Et † violenta possessio, aut introductio nihil operatur, ex latè traditis à Bald. & eius 11
Additionatore in tract. de vi turbatiua, §. 1. per totum, & Tusch. pract. conclus. litter. P. concl. 412. Quin potius ex quo † Indi per di- 12
ctas schedulas Regias, & longam consuetudinem sunt in dicta quasi possessione, & agunt interdicto retinendæ, sunt rei, vt in l. liberis, §. vlt. de liberal. caus. & tradit Bald. cons. 454. num. 1. lib. 1. Tiraq. in tract. le mort saisit. 6. par. declarat. 7. num. 1. Mieres de maiorat. 3. par. quæst. 16. num. 5. Quapropter qui vult eos vincere, & ad nouam formam decimandi compellere, siue agat, siue excipiat, debet ostendere titulum, priuilegium, aut consuetudinem contrariam, luce meridiana clariorem, vt in simili probat text. in d. cap. cùm personæ, §. nos volentes, de priuileg. & ibi DD. de priuil. lib. 6.

Et hoc est † quòd vulgò dici solet, anti- 13
quiorem possessionem semper debere vincere, & præualere; cùm noua, aut posterior præsumatur violenta, & clandestina, & quædam inuasio, cap. licèt causam, de probat. l. quamuis, §. 8. conductor, vbi Alexand. & alij, D. de acquir. possess. Ioan. Andr. in cap. sæpè, de rest. spoliat. Bart. Imol. Alexand. & cæteri in l. si de eo, §. fin. de acquir. poss. idem Bart. in l. 1. §. ait Prætor, D. vti possid. & in l. vnica, C. eod. Bart. Socin. cons. 54. lib. 4. num. 19. Paul. de Castr. cons. 44. lib. 2. num. 3. Bellon. cons. 11. num. 4. & 13. Honded. cons. 20. num. 21. Cephal. cons. 341. num. 5. lib. 3. & latè Bald. & eius Addit. d. tract. de vi turbat. §. 9. n. 151. & seqq. Menoch. de retinend. remed. 3. n. 225. & Tusch. d. concl. 412. vbi hanc doctrinam multis firmant auctoritatibus.

Ex quibus † in facti contingentia decisum 14
fuit in Limano Senatu, Indos Cuzquenses in antiqua possessione, soluendi tantùm decimas cum tributis taxatas, conseruari debere, quamuis Decanus & Capitulum Ecclesiæ eiusdem ciuitatis, eos ad integram, & ordinariam decimandi formam compellere vellet, & plures actus antiquos, & recentiores allegaret, in quibus se ita exegisse dicebat; ac proinde contrariam possessionem, vel consuetudinem acquisiisse. De qua lite meminit Doct. Carrascus d. cap. 6. num. 12. Et ego habeo † sche- 15
dulam Villisoleti expeditam 30. Septembr. ann. 1603. qua Proregi Comiti Montis-Regij iniungitur, vt curet, ne ab his Indis Cuzquensibus decimæ exigantur, sed antiqua eis consuetudo seruetur.

A qua lite non multum abfuit alia † Eccle- 16
siæ Limanæ, nisi quòd meliùs probauit, antiquum in eo Archiepiscopatu morem fuisse, ab Indis, decimarum iure vltra taxam exigere, ad rationem vnius pro decem, ex frumento, ouibus, & cæteris rebus, quæ dicuntur apud nos, *Frutos de Castilla*, & vnius pro viginti ex Maizio, Chuño, Papas, & aliis fructibus, vulgò dictis, *De la tierra*, quos ipsi ante aduentum Hispanorum habebant, vt etiam refert idem Carrasc. vbi suprà num. 11. & quædam schedula data Ventosillæ 7. Februar.

ann. 1602. in qua, cùm Limenſe Capitulum
quereretur, antiquam ſibi conſuetudinem cir-
cumſcribi, decimas ab Indis, qui voluntariè
eas, multis retrò annis obtulerant, percipien-
17 di, reſcriptum fuit † Audientiæ Limenſi, vt
partium iura illæſa ſeruaret, & de Eccleſiæ il-
lius, vtpote Metropolitanæ, commodis, & ſub-
leuatione ſatageret.
18 In quo tamen erit aduertendum, † id om-
ne, quod ita ab Indis exigitur in hac Diœce-
ſi Limenſi, & in aliis, ſi quæ ſunt, quæ ſimili
decimarum perceptione fruantur, ex eo de-
trahendum fore, quod ipſi (vt ſæpè diximus)
vice ſeu loco earundem decimarum in taxa ſub
nomine tributi præſtabant. Sic enim apertè
deciditur in ſchedulis Regiis *ſuprà num.* 15. re-
latis, & in ipſa taxatione Dom. Proregis D.
Franc. à Toleto, & in conſultatione Comitis
del Villar, cui occaſionem dedit hæc ipſa ex-
actio decimarum, quæ Limæ cœperat intro-
duci. Et quod magis eſt, in ipſis ſententiis,
quæ Limenſe Capitulum in prætenſa poſſeſ-
ſione conſeruari iuſſerunt. Quarum ſententia-
19 rum † non poteſt, nec debet, quod ſibi vtile
videtur amplecti, & quod damnoſum reſpue-
re, *l. neminem* 4. *l. grege* 6. *l. ſi cui res* 5. 8.
D. de legat. 2. *l. legatarius* 38. *D. de legat.* 1.
l. 1. vbi D. *D. de acquir. hæred. l. nam abſur-
dum* 7. *D. de bon. libert. l. ſi ex iis prædiis, C. de
euiction.* & in terminis ſententiæ, text. *& in l. ſi
ita ſtipulatus* 39. *D. de oper. liber.* ibi: *Quia
non debet ex parte obligationem comprobare, ex
parte tanquam de iniqua queri*: & ea naturali
ratione fundatur, quod duplici onere, ſeu præ-
ſtatione nemo grauari debeat, etiam in materia
decimarum, vt *in l.* 6. *tit.* 5. *lib.* 1. *Recop.* &
ſtatim dicemus.
Secundò, ex eiſdem principiis deducitur,
20 hanc conſuetudinem, † vel præſcriptionem,
quam Limæ per Eccleſiaſticos probatam &
obtentam diximus, non eſſe (vt à multis præ-
tenditur) ad alias prouincias, vel Epiſcopa-
tus porrigendam, in quibus eadem conſuetu-
do ita probata, & res contra Indos iudicata
non reperiatur, etiamſi eadem ratio, vel ſi-
milis in eis militare dicatur, vt docet Bald. *in
l. non dubium, C. de legib.* quem ſequitur
Auendañ. *de exequend. mand.* 1. *par. cap.* 4. *num.*
26. & in decimis loquens Abbas *in cap. olim,
col. penult. de conſuet.* vbi, quòd conſuetudo
non extenditur ad loca vicina, quando diſpo-
nit contra ius. Quod & tradit Caſtrenſ. *conſ.*
310. *lib.* 1. Aretin. *conſ.* 44. *in princ.* Iaſ. *in l. de qui-
bus, col.* 2. *D. de leg.* & ita fuiſſe tentum in Ro-
ta Romana *in vna Canarienſi decimarum Zuca-
ri*, teſtatur Mohedan. *tit. de decimis, deciſ.* 3. *aliàs*
69. *incip. In eadem cauſa Canarienſi.* Et agens
de præſcriptione decimali, & quòd acquiſita in
vno loco, non extenditur ad alium, tenet etiam
Hoſtienſ. *in cap. cùm contingat, ad fin. de decimis,
verſ. Si agitur*, Abb. *in cap. dudum, eod. tit.* Nec
conſuetudo, vel præſcriptio decimalis extendi-
tur de vna re ad aliam, Gloſſ. *ſingul. in cap. au-
ditis, de præſcript.* Rebuff. *de decimis, q.* 6.
num. fin. & q. 13. *num.* 61. *& q.* 14. *num.* 9. Quia
21 eſt regulare, † vt non habeant locum niſi in
caſu, & loco ſuo, vbi eſt ea conſuetudo, ſeu præ-
ſcriptio: eſt enim circumſcripta in loco, &
tantum habet de potentia, quantum de actu,
vt *in l.* 1. *§. Iulianus*, ibi: *Quoad vſque ingreſſus
eſt fundum*, vbi notat Bart. & omnes *de iti-
nere actúque priu.* Alexand. *conſ.* 122. *in fin. lib.*
4. *& conſ.* 16. *num.* 12. *& conſ.* 33. *num.* 7. *lib.*
5. Rebuff. *d. q.* 13. latè Felin. *in d. cap. auditis*,
Menoch. *de retinend. remed.* 5. *ex num.* 7. Et
† ſicut pacta non extenduntur, vt *in l. ſi vnus*, 22
§. ante omnia, D. de pact. Sic nec conſuetudo,
vt per Gloſſ. *in l. domini prædiorum, C. de agri-
col. & cenſit. lib.* 11.
Præſcriptionis † autem, & conſuetudinis 23
voces hic confundimus, quia ad rem, de qua
agimus, idem important, vt in ſimili inquit
Gironda *de priuil. num.* 1041. licèt non igno-
rem, in aliis varias inter hos terminos à plu-
ribus Auctoribus differentias conſtitui, pro-
vt referunt DD. *in cap. fin. de conſuetud.* &
omnium latiſſimè Aimon Crauet. *de antiq.
temp.* 4. *par. in princip.* Couarr. *in regul. poſſeſ.*
2. *par. §.* 3. *num.* 2. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5.
Recop. gloſſ. 6. Azor. *lib.* 5. *inſtit. moral. cap.*
18. *in fin.* Ioan. Gutierr. omninò videndus, *lib.*
2. *canon. q.* 21. *num.* 65. Pater Suar. *de Relig.
lib.* 1. *cap.* 13. Mager. *de aduocat. armata cap.*
9. *num.* 845. *pag.* 417. Parlad. *in ſexquicent.
different.* 39. *ex num.* 1. vbi breuiter ſummat,
quod conſuetudo ius publico tribuit, præ-
ſcriptio priuato, & in noſtris terminis Carraſ.
d. cap. 6. *§.* 3. *num.* 15. Et hanc materiam exa-
ctionis † decimarum, quæ non ab aliquo pri- 24
uato homine, ſed aduerſus communitatem,
vel certum hominum genus prætenditur, ma-
gis iudicandam eſſe ex natura, & regulis con-
ſuetudinis, quàm præſcriptionis, vt affirmant
DD. *ſuprà* relati, & Bald. *in tract. de præſcrip.*
4. *par. q.* 12. *num.* 5. & Alex. & eius Addition.
conſ. 69. *vol.* 2.
Quibus illud conſequens eſt, † vt licèt in 25
præſcriptione iuris non ſoluendi decimas, re-
quiratur titulus, vel poſſeſſio, de cuius initio
non ſit memoria, iuxta text. *in cap.* 1. *de præ-
ſcript. in* 6. quæ poſſeſſio vim habet tituli, &
priuilegij, & ex ea reſultat præſumptio tituli,
licèt non allegetur, vt per Gloſſ. *in l. hoc iure,
§. ductus aquæ, D. de aqua quotid. & æſt.* cum
aliis latiſſimè traditis ab Ant. Gabr. *lib.* 5.
comm. concluſ. tit. de præſcript. concl. 1. *num.*
47. *&* 54. *&* 59. Molin. Theolog. omninò
videndus *de iuſtitia & iur.* 1. *tom. tract.* 2. *diſp.*
75. In † conſuetudine tamen non deciman- 26
di, vel certo modo decimandi, aut de his, vel
illis rebus, vel à certo genere perſonarum de-
cimis exigendis, non eſt neceſſaria immemo-
rialis, ſed ſufficit lapſus quadraginta anno-
rum, etiam ſine titulo, & bona fide, & etiam
ſi aduerſetur iuris communis præſumptio, iux-
ta text. *in cap.* 2. *de conſuetud.* & alia, quæ
tradit Pariſ. *conſ.* 25. *num.* 6. *&* 27. *lib.* 4. Co-
uarr. 1. *variar. cap.* 17. *num.* 8. *verſ. Decimò*,
Did. Per. *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 1. *Ordin. col.* 225.
verſ. Et circa, Azor *d. c.* 13. *verſ. Sextò quæri-
tur*, & alij quos refert, & ſequitur Ioan. Gu-
tier. *d. cap.* 21. *num.* 65. & Parlador. *d. cap.*
39. *num.* 9. Vnde † cautè eſt legendus Aze- 27
ued. *in l.* 6. *tit.* 5. *lib.* 1. *Recop. num.* 4. dum di-
cit, quòd in hoc caſu articulandum eſt de con-
ſuetudine, & quòd illa debet eſſe immemo-
rabilis, & allegans Couarr. qui contrarium
probat, vt ex prædictis apparet.
Planè vt eò redeamus, vnde digreſſi fuimus,
ſi daretur caſus (prout dari poteſt, quia de eo
tractatur)

8 tractatur) in quo † Archiepiscopatus Limensis in alios Episcopatus diuideretur ob locorum distantiam, vel aliam iustam, & rationabilem causam, tunc, quod in eo obtentum esse diximus contra Indos, in aliis Episcopatibus ab eo diuisis, seu dismembratis, absque dubio obtinebit; sicuti & hodie in contrarium videmus, sententiam latam in fauorem Indorum Episcopatus Cuzquensis præiudicare, & nocere, non solùm eidem Episcopatui, sed etiam Guamangensi, & Arequipensi, qui ab eo diuisi fuerunt, vt benè notauit Doct.
9 Carrasc. *d. cap.6.* § 3. *num.* 14. *arg.* † *text.* celebris *in l. vnica*, *C. de Metropoli*, Beryto *lib.* 11. ibi: *Et vtraque simili dignitate perfruatur*, *& l. si eadem prouincia*, vbi Gloss. & DD. *D. de offic. assessor.* quibus probatur, quòd si vna prouincia in duas diuisa fuerit, noua illa, quæ fuit separata, & eius Magistratus, & incolæ, eodem iure censentur, quo anteà censebantur, & easdem res, personas, priuilegia, atque actiones conseruant, quas ante separationem habebant, argum. text. *in l. Caius* 84. §.1. *D. de leg.* 2. *l. planè, la* 1. §. *fin. de leg.* 1. *l. si quis duas*, §. *si quis partem*, *D.*
0 *com.* præd. & in terminis † Episcopatuum, & Parochiarum text. *in cap. præcipimus* 16. *q.* 1. *cap. ad audientiam*, *de Eccles. ædificand. cap. vacante*, *de præbend.* Quemadmodum è con-
1 trario videmus, quòd † loca, quæ accessoriè vniuntur alicui Regno, Principatui, aut Metropoli, debent sequi, & obseruare statuta, leges, constitutiones, & consuetudines loci superioris, cui vniuntur, vt notat Platea *in ead. l. vnica*, & prosequitur Castrens. 322.*n.*2. *lib.* 1. Roland. à Valle *in tract. de lucro doc. lib.* 1. *q.* 85. *num.*2. Hieron. de Monte *in tract. de finib. regund. cap.* 3. *num.* 4. Crauet. *de antiq. temp.* §. *transeo nunc ad quartum*, *num.* 55. Schrader. *cons.* 3. *num.* 30. & Ego latiùs *in* 1. *tom.lib.*3.*cap.*1.*ex num.*46.

2 Tertiò infero, † hoc, quod Indi, simul cum tributis, decimarum vice, & ad sustentationem clericorum exsoluunt, exigendum esse ab eis antequam tributa Commendatariis, seu Patronis eorundem Indorum persoluantur, vt apertè deciditur in Concilio Prouinciali Limensi 2. *ann.* 1567. *par.* 2. *cap.* 1. §. 6.
3 *pag.* 37. Quod † ea intentione disponi videtur, vt iidem Commendatarij, & ipse Rex, ac dominus noster pro commendis, & tributis, quæ sibi applicantur, posteà de speciebus, quas ab Indis pro solutione tributorum accipiunt, & decimatæ non reperiuntur, aliam decimam exsoluant, iuxta consuetudinem prouinciæ, in qua resident, vt præcipitur in schedula D. Imp. Carol. V. Vallisol. 3. Septemb. ann. 1536. & 29. April. ann. 1549. & D. Reg. Philip. II. 21. August. ann. 1556. quæ extant *in* 1. *tom. impress. pag.* 181. ex quibus designatur *l.* 27. *tit. de los diezmos*, quæ refertur *in summario Recop.* D. Roder. de Aguiar; vbi est alia *l.*26. vt decima etiam soluatur ex omnibus fructibus, & tributis ad Regem pertinentibus. Et de hoc expeditæ sunt litteræ executoriæ contra dictos Commendatarios in supremo Indiarum Consilio, & in Regio hoc & almo Prætorio Limensi. Idque efficit, vt omninò iustior & æquior videri debeat consuetudo, de qua loquuti sumus, scilicet de decimis ab Indis integrè non soluendis, † cùm quod ipsis hac 34
de causa remittitur, præstetur posteà ab eorum Commendatariis, & sic Ecclesiastici nullum damnum incurrant. Alioqui enim, † si deci- 35
mis integrè ab Indis perceptis, easdem etiam integrè a Commendatariis exigere vellent, sequeretur, quòd bis eædem res decimarentur, quod † iura minimè patiuntur, quæ sem- 36
per hoc prohibuerunt, vt constat ex Concil. Lateranens. gener. sub Innocent. III. *cap.* 54. vbi multum in nostris terminis inquit: *Statuimus, vt in prærogatiua dominij generalis exactionum tributorum, & censuum præcedat solutio decimarum, vel saltem ij ad quos census, & tributa indecimata peruenerint, quoniam res cum onere suo transit, per censuram Ecclesiasticam decimare cogantur, Ecclesiis, quibus iure debentur.* Et in idem tendit text. *in cap. cùm non sis*, vbi DD. *de decimis*, *& lex nostri Regni* 6. *tit.* 5. *lib.* 1. *Recop.* dum *Redecimam* exigi prohibet, circa quam plura vtiliter tradit Cenedus ibidem, Greg. Lopez *in l.* 1. *tit.* 20. *par.* 1. Ioan.Gutierr. *lib.* 2. *canon. cap.*21. *num.* 39.*& lib.*1.*pract. quæst.* 18. *&* 19. Couarr. qui alias similes leges Gallorum, & aliarum nationum adducit, *lib.* 1. *variar. cap.* 17. *num.* 8. Soto *lib.* 9. *de iustit. & iur. q.* 4. *art.* 2. *in fin.pag.mihi* 746. Et extat ad hoc Regalis Indiarum Senatus sententia, Carol. V. Imp. auctoritate firmata, quæ *cap.* 5. expresè in his Indis redecimas prohibet, vt refertur *in d. summar. tit. de los diezmos*, *l.*30. & in nostris terminis loquens Carrasc. *d. cap.* 6. §. 2. *num.* 15. & Ego alia adducens *infr. lib.* 3.*n.*8.*& seqq.*

Quartò infero, quòd cùm Indi, prædiales decimas, & alias similes non nisi eo modo, quo diximus, soluere debeant, longè maiori ratione † excusandi erunt à solutione de- 37
cimarum personalium, quas aliqui eis iniustè, & propter summam cupiditatem, & auaritiam iniungere conantur. Nam etsi Regia illa epistola 28. Decemb. ann. 1568. cuius memini *suprà cap. proximo num.* 28. curari iusserit, vt hæ quoque decimæ ab illis moderatè exigerentur, hoc tamen nunquam fuit executioni mandatũ, vt diximus in eodem cap. quin potius aliis pluribus schedulis, & prouisionibus Regiis generaliter cautum reperitur, vt non ab Indis tantùm, verùm ne ab Hispanis quidem, in his prouinciis habitantibus, decimæ personales exigantur, vt constat ex schedul. Matrit. 12. Iul.ann.1530. & Talaueræ 12. Iunij ann. 1541. & ex sententia Consilij Indiarum super decimis lata *cap.* 6. ex quibus generalem etiam legem de hoc agentem designatam reliquit D.Rod. de Aguiar *in d. summ.tit. de los diezmos*, *l.*24.

Quæ consuetudo, his Regiis edictis munita, valida, & iustissima est: nam licèt aliqui contrarium tenuerint, † & pro eis faciat text. *in* 38
cap. decimæ 16. *quæst.*1. *cap. Apostolicæ*, *cap. nostræ*, *cap. Pastoralis*, *de decimis*, vbi probari videtur, quòd in personalibus, sicut in prædialibus, Ecclesiæ habent fundatam suam intentionem, & text. optimus de iure nostro Regio *in l.* 7. *tit.* 20. *par.* 1. dum inquit: *Que no se puede ninguno escusar, que no dè ninguna cosa por diezmo de aquello que gana, maguer que diga, que no es costumbre de lo dar.*

39 Veriùs tamen, & receptiùs est † eiusmodi decimas personales in totum per legem, & consuetudinem tolli, aut præscribi posse, vbi prædiales sufficiunt ad congruam Ecclesiasticorum sustentationem, vel alio modo eis de necessariis prouidetur, vt expresse docet Henric. *in cap. peruenit, col. 5. de decim.* Hostiens. per text. ibi *in cap. in aliquibus, eod. tit. & in summ. quæst. 7. §. fin.* Rochus de Curte *in cap. fin. de consuet. n. 22.* Greg. Lop. qui de communi testatur *in l. 1. gloss. magn. tit. 20. par. 1.* & de magis communi Couar. *d. lib. 1. var. cap. 17. num. 8.* & plures relati à Menchaca *lib. 2. controuers. illustr. cap. 89. n. 8.*

40 Et esse † in nostra Hispania hanc consuetudinem generaliter receptam, quod ex opificum, & negotiatorum lucris decimæ non soluantur, tradit Sotus *de instit. & iur. lib. 9. quæst. 4. art. 2. col. 3.* Nauarr. *in Manual. cap. 21. num. 31.* vbi addit, non solùm in Hispania, verum in toto orbe Christiano esse consuetudinem legitimè præscriptam, non soluendi decimas personales; quod etiam sequitur Paz *in praxi 1. par. 2. tom. cap. 5. num. 34.* Gutierr. *d. lib. 2. Canon. quæst. cap. 21. num. 33.* & Azeued. *in l. 1. tit. 5. lib. 1. Recop. num. 12. & in l. 4.* per text. ibi, *eod. tit. & lib.* vbi dicit, quòd ita seruatur in pluribus locis: qui omnes ea
41 ratione nituntur, quia † decima personalis non est à iure diuino, stante, quòd ex aliis Ecclesiæ, & Ecclesiasticis commodè consulatur, & ita respondent *ad d. l. part.* & iura contraria, vt per Balb. *de præscript. 1. par. q. 7. & 47.* Couarr. *d. cap. 17. num. 8.* Greg. Lop. qui dicit communem *in d. l. 1. verb. Personal.* & *in l. 2. verb. Heredades, tit. 20. par. 1.* optimè Molina Theolog. *de iust. & iur. tract. 2. disp. 75.* vbi inquit, quòd licèt lege Ecclesiastica decimæ personales debeantur ex comparatis artificio, aut ex negotiatione, militia, & aliis similibus, & hæc consuetudo ex parte seruetur in aliquibus Ecclesiis, adeò vt famuli, qui stipendium pro suo seruitio quotannis accipiunt, decimas stipendiorum alicubi soluant, in Episcopatu Conchensi, & etiam in Placentino, *de las soldadas de los moços*, vt testatur Gutierrez *d. cap. 21. num. 34.* benè tamen valet, & introduci potest consuetudo in contrarium, eáque omninò seruari debet, quod etiam tradit Azor *lib. 7. instit. moral. cap. 35. vers. Septimò quæritur*, vbi concludit, personales decimas, quæ ex lucro, & artificio debentur, in desuetudinem abiisse, quia licèt de iure in eis, sicuti in prædialibus, Ecclesiæ fundent suam intentionem, attamen valet consuetudo in contrarium, & vtriusque opinionis Auctores refert, nostram sequendo, Ceuall. *pract. comm. q. 437.* & iux-
42 ta hæc intelligendum est, quod † agens de salariis famulorum, tradit Flores de Mena *lib. 1. quæst. cap. 8. §. 2. num. 57. & 58. §. 1. num. 45.* vbi, quòd decima non soluitur de salario iudicis, & *num. 66.* vbi, quòd nec de salario aduocati.

43 Et quidem † in Indis hæc consuetudo iustior, & æquior videri debebit, cùm adeò miserabiles sint, & vltra salarium, quod in taxa persoluunt, tot seruitia personalia in commune Reip bonum subire cogantur, & in proprias, & peculiares vtilitates ipsorum clericorum, qui eis Sacramenta ministrant, & in Ecclesiarum constructionem, reparationem, & ornamentum, & tot ac tam copiosas oblationes, & eleemosynas eisdem facere consuescant, quibus semetipsos exinaniunt, & de diuitibus pauperes fiunt, vt aliàs dicitur *in Authent. habita, C. ne filius pro patre.*

Quintò, ex prædictis etiam notari, & inferri potest, quòd si Indos à decimis ex eo liberamus, quòd simul cum tributis synodum, vel salarium ministris Ecclesiasticis necessarium persoluunt, dicendum videtur, † quòd 44
Indorum Reguli, hoc est, *Los Caciques, ò Curacas, y Segundas personas*, & alij, qui inter eos à præstatione tributorum liberi sunt, iuxta ea, quæ dixi *sup. cap. 19. num. 56.* debent de rigore iuris ad decimas soluendas ex cessante ratione compelli, quia aliàs omninò liberi ab hac obligatione, & præstatione manerent, quod nulla consuetudine induci posse suprà probauimus, etiamsi constaret per mille annos fuisse obseruatam, vt post alios tradit Marescotus *lib. 2. var. resolut. cap. 95. n. 28. & 30.* Quod in eisdem nostris terminis tetigit Matienç. *in tract. M. S. de moderat. Reg. Perù 1. par. cap. 38.* addens, iustum esse, vt eiusmodi Indi aliorum priuilegio non fruantur, tum ex prædicta ratione, tum etiam, quia diuites esse solent, & maiori, quàm alij iudicio, seu intellectu potiuntur, vnde oporteret, vt Christianis in totum moribus, & obligationibus assuescant. Cui Ego adiicio, quòd etsi verba Regiarum schedularum, quæ Indos eximunt à solutione decimarum generaliter de omnibus Indis loquantur, restringi tamen debent ad eos, in quibus militat ratio, quæ in eisdem schedulis exprimitur; † verba 45
enim generalia semper intelliguntur iuxta subiectam materiam, & secundùm id, de quo agitur, *l. si de certa, C. de transact. l. legatorum, §. 1. de leg. 1.* vbi notat Bart. quòd clausula generalis restringitur ad causas specificatas, Bald. *in l. si ex pluribus, D. de solution. & in l. quoties, C. famil. ercisçund. notab. 2.* vbi docet, quòd verba generalia indefinitè prolata recipiunt restrictionem per rem, de qua agitur, seu rationem, in qua nituntur, & hanc regulam in omni materia procedere resoluit Ias. *in d. l. si de certa, num. 5. vers. Sed illa glossa*, Peralta *in l. 1. num. 7. & 8. de leg. 1.* & in terminis decimarum quòd verba generalia non sint valdè amplianda, sed potius ad id, de quo agitur, & iuxta verosimilem mentem concedentis intelligenda, & restringenda, † pro- 46
bat textus expressus *in cap. dilecti filij 8. de decimis*, vbi priuilegiati de non soluendis decimis, tenentur soluere decimas de his prædiis, quæ ab aliis soluuntur. Et facit text. optimus *in cap. licèt 11. & cap. ad Audientiam 12. eod. tit.* vbi priuilegium, quod habent Cistercienses de non soluendis decimis de laboribus propriis, non extenditur ad noualia, cum aliis, quæ latè cumulat Rota Romana diuersorum *lib. 3. decis. 950.*

Cuius rationis ratio ea est, † quia eiusmo- 47
di consuetudines, vel priuilegia, quæ tribuunt exemptionem in materia decimarum, sunt nimis odiosa, & sic restringenda, quominus lædant ius commune, vt *in reg. odia, de reg. iur. in 6.* & in terminis priuilegij non decimandi Bald. *in l. 1. C. de legibus*, Oldrad. *cons. 168.*

Roman.

Roman. *conf.* 180. *in fine*, Butr. *in cap. olim, de verb. signif.* text. & DD. *in cap. sanè*, *de priuileg.* & plures relati à Carol. Tapia *in Rubr. de const. Princip. cap.* 6. & à nobis *suprà n.* 20. vbi tractauimus, quòd præscriptio, seu consuetudo non decimandi, non est extendenda de loco ad locum, nec de persona ad personam, etiam ex paritate rationis, ne dum in nostro casu, in quo dicti *Caciqui*, nullam se excusandi rationem habere videntur.

48 In quo tamen articulo, prædictis non obstantibus, † Ego nihil pro nunc innouandum censerem. Nam licèt Caciqui tributa non soluant, soluentes tamen suo labore & industria ad eorum collectionem, & præstationem excitant, & compellunt, & in fundis, seu prædiis iuuant, quæ pro communitatibus Indorum laborantur, & excoluntur, ex quibus dicta tributa, & simul salaria Sacerdotum, & alia ad fabricas, & ornamenta Sacerdotum necessaria præstari, vel subueniri solent; vnde quodammodo videri possunt tributa, & decimas in illis contentas præstare, † nam opere, & industria alicuius sæpè pro pecunia alterius valet, & interdum magis, vt *in l. societas* 5. §. 1. *D. pro socio*, ibi: *Cùm plerúmque pauperior opera suppleat, quantum ei per comparationem patrimonij deest*, *l. si non fuerint* 29. *D. eod.* ibi: *Plerúmque enim tanta est industria socij, vt plus societati conferat, quàm pecunia*, cum aliis, quæ vltra Bald. & DD. in his iuribus, eruditè congerit Decian. *cons.* 39. *num.* 13. *vol.* 1. Ioseph. Ludou. *comm. conclus.* 53. *num.* 30. *&* 31. Rota Genuens. *decis.* 159. Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 2. *num.* 2. & Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *sent.* 3. *cas.* 125. *n.* 2. *&* 3.
50 Vltra quod facit, † quòd cùm decimæ dictorum Cacicorum, & similium, tanto tempore aa Ecclesiasticis separatim petitæ, aut exactæ non fuerint, remissæ videntur, iuxta ea, quæ in simili tradit Rota *decis.* 1. *de decimis in antiquis*, Felin. *in cap. sicut*, *colum.* 3. *de rescript.* Archid. *in cap.* 1. *de decimis in* 6. & cum aliis Paris. *cons.* 15. *vol.* 1. *& cons.* 6. *n.* 1. *vol.* 4.

Atque hæc de decimis Indorum dixisse sufficiat; nam aliæ quæstiones, quæ subnecti po-
51 terant de † laicorum iudicum in his causis cognitione, & iurisdictione, & de quibus, à quibus, vbi, & quomodo decimæ præstandæ, & exigendæ sint in his partibus Indiarum, commodiùs pertractabimus *infrà lib.* 3. *c.* 1. *&* 21. vbi de eis in communi loquemur. Illud nunc pro huius capitis coronide adiecisse conten-
52 ti, quòd † vbicunque, & quandocunque constiterit, hoc priuilegium, siue hanc consuetudinem non decimandi, aut prædicto modo decimandi, incipere esse Ecclesiis valdè nociuam, cessare debebit, & alia forma constitui per quam eis sufficienter consulatur, vt docet celebris text. & ibi DD. *in cap. suggestum*, *de decimis*, Felin. *in cap. causam quæ*, *& in cap. nonnulli*, *eod. tit.* vbi dicit, quòd ex hac doctrina multa indies priuilegia cassantur, & meliùs Leonard. Less. *de iust. & iur. lib.* 2. *c.* 39. *dubit.* 5. *num.* 25. *pag.* 528. vbi concludit, nunquam † populum ita liberari à decimis posse, quin summus Pontifex, quando opus fuerit, possit eas rursus imponere, quia hæc potestas ei conuenit, quatenus est vniuersalis Pastor Ecclesiæ, quod ei iure Diuino competit, contra quod ius nulla præscriptio, aut lex humana valere potest.

Et idem contingit † in quibuslibet priuile- 54
giis aliàs validis, si eorum occasione probetur Ecclesias ad paupertatem deuenisse, *cap. ad hæc*, *cap. prohibemus*, *de decim. cap. cùm Apostolica*, *de his quæ fiunt à Prælatis*, notat Cardin. *in Clement.* 1. §. *præsenti*, *de censib.* Abb. *in cap. penult. de cleric. non resid.* vbi dicit, quòd quando priuilegium enormiter lædit Ecclesias, & maximè pauperes, tale priuilegium non valet, quod etiam repetit idem Abbas *in cap.* 1. *de rescript.* Et est † generale in quolibet priuilegio, quod multis incipit 55
esse nociuum, vt *in l. ex facto, D. de vulgari*, vbi Paulus Castrens. *num.* 5. *l. vacuatis*, *C. de Decurion. lib.* 10. *l.* 43. *tit.* 18. *par.* 3. vbi Greg. *l. originarios*, *C. de agricol. & censit. lib.* 11. vbi, quòd priuilegium absorbens in totum ius alterius non valet, cum aliis, quæ tradit Bart. *in l. annon. C. de extraord. crim.* Platea *in Rubric. C. de excusat. mun. lib.* 1. Capella Tolosana 446. Tiraq. *in tract. de pœn. temp. causa* 133. Benincas. *in tract. de priuil. paup.* 7. *speciali in contract. num.* 12. & Gironda *de priuil. num.* 334. 528. *&* 610.

Interim tamen † Prælatos, reliquósque Ec- 56
clesiasticos, & decimarum exactores admoneo, vt cum miseris Indis se benè, & suauiter habeant. Nam sæpè audiui maximas circa hoc iniquitates, fraudes, & vexationes in eorum perniciem moliri, & ad triremes quendam exactorem damnaui, † qui Indos coadunabat, 57
& si eorum quilibet frumenti, alteriusvè grani modios decem non haberet, vel decem gallinas, aut oues, ex quibus decimam deberet, commixtis omnium frugibus, vel gallinis, aut ouibus, decimam ex melioribus, & pinguioribus præripiebat, & sic ille pro cæteris soluebat, cuius ea esse contingeret, quæ exactori placeret. Et frumentum Hispanum, & Indicum, vulgò *Maiz*, vimineo, vel spartaceo modio metiebatur, quem posteà subleuando, cum ipso pondere magis, ac magis extenderetur, vix tota paupertini Indi collectione explebatur.

CAPVT XXIII.

De Indorum Municipiis, & Metrocomiis, vulgò Reducciones, ò Agregaciones, *& an eos in illa cogi, & perpetuum domicilium sortiri, expedierit, aut expediat?*

SVMMARIVM.

1 *Homo est creaturarum omnium dignissima.*

2 *Homo non solum diffinitur animal rationale, sed etiam sociabile, & politicum, seu ciuile.*

3 *Homines qui dicunt solitariam olim in campis, & montibus vitam degisse, ridet Petr. Greg. & quare?*

4 *Petr. Gregor. ab Auctore notatur, & qualiter homines primo illo sæculo sociabiles essent?*

5 *Homines plurimos primo illo sæculo in campis,*

&

& montibus siluestrem vitam egisse negari non potest.

6 *Homines quando, à quibus, & quare suasi fuerint in vrbes, & oppida conuenire, & ædificia coniungere, ac conferre?*

7 *Hominum in vrbes, & oppida coadunatio meritò iuri gentium tribuitur ab Hermogeniano J. C.*

8 L. ex hoc iure, D. de iustit. & iur. *explicatur, & communis eius littera, siue lectio defenditur.*

9 *Ciuilis, & sociabilis hominum vita est perfectissima, & Deo gratissima.*

10 *Ciuitas est principalissimum eorum, quæ humana ratione constitui possunt, ex D. Thoma, & quare?*

11 *Ciuitatis definitio, ex Arist. & Cicer.*

12 *Sociabilis vita est præstantior solitaria, & num. seqq.*

13 *Solitarium, aut bestiam esse, aut Deum, quo sensu dixerit Arist.*

14 *Oppida ab ope mutua, quæ ex illis resultat, dicuntur.*

15 *Gens nulla sine politia, & societate conseruari potest.*

16 *Princeps potest compellere ruri habitantes, vt veniant ad habitandum in ciuitatem.*

17 *Reges in hoc videntur instituti, vt subditorum politicam, & sociabilem vitam curent.*

18 *Indi etiam nolentes ad sociabilem vitam cogi, & in loca, & municipia certa redigi possunt.*

19 *Reges Hispaniæ semper enixè curarunt de reductionibus, & aggregationibus Indorum.*

20 *Schedulæ plures referuntur de Indorum reductionibus, & municipiis agentes.*

21 *Indi Nouæ-Hispaniæ aggregari iussi sunt, & quid ob hoc acciderit?*

22 *Indorum reductiones, non solùm vtiles, sed omninò necessarias esse, probant plures Auctores, qui referuntur, & n. seqq.*

23 *Dom. D. Francisc. à Toleto Prorex Peruanus multa prouidè disposuit pro Indis reducendis, & reductis gubernandis.*

24 *Fr. Ioann. Zapata notatur, dum incautè scripsit aggregationes Indorum esse perniciosas, & ab orco deductas.*

25 *Reductiones Indorum, vt iustæ, & vtiles sint, quid curandum, & quid fugiendum?*

26 *Indos qui ad Regiones contrarij temperamenti mutant, eos necant.*

L. fin. tit. 22. par. 2. *& doctrina Gregor. Lopez in ea ponderatur, ibid.*

27 *Reductio, & vitæ politicæ institutio, & si nunc Indis odiosa esse possit, hoc non est considerandum, & quare?*

28 *Saturni sæculo, qualiter gens per campos dispersa, coadunata fuerit, ex Virg. & Ouid.*

29 *Romani feras omnes gentes, quas bello domabant, statim ciuiles, & politicas reddere conabantur.*

30 *Romani sæpè solebant compellere subditos ad veteres sedes mutandas, & noua loca incolenda.*

31 *Metoëcia apud Romanos loca transmigrationis dicebantur, & alia de Metoëcis, & tributo dicto Metacio, & n. seqq.*

32 L. certa forma 4. C. de iure fisci, lib. 10. *latè explicatur, & emendatur, & n. seqq.*

33 *Colonias plures solebant Romani in prouincias debellatas mittere, & plura de eis remissiuè.*

34 *Subditi iustè possunt à Principe ex causa iusta in nouas habitationes, & colonias mitti, vel transferri.*

35 *Indorum velle, aut nolle attendi non debet in reductionibus faciendis.*

36 *Homines contra propria commoda laborantes, etiam inuitos, nolentésque seruare, & dirigere Reip. interest.*

37 *Peruani Reges solebant sæpè Indos ex aliis prouinciis in alias remotissimas transferre, qui sic translati* Mitimas *dicebantur.*

38 *Indorum reductiones possunt vocari Metoëcia, vel municipia, & metrocomiæ.*

39 *Municipia, & metrocomiæ, quæ essent, & quid apud Romanos significarent?*

40 *Metoëci non poterant apud Romanos locum sibi ad habitandum signatum, deserere, & in alium transire.*

41 *Indi in municipia reducti, & aggregati, ea deserere non debent, & si deserant, reuocari possunt, & quare?*

42 *Indorum in potestate, aut arbitrio esse non debet fuga sua Commendatarios mutare, vel tributis fraudare, aut iurisdictionem, quam non habent, transferre.*

43 *Domicilium quò velint transferre vassalli liberi regulariter possunt.*

44 *Schedulis antiquis dabatur licentia Indis, tanquam vassallis liberis, vbi vellent habitandi, & sedes mutandi.*

45 *Seruitutis species est, à certo loco non posse recedere.*

46 *Reclusus penè videtur, cui mutare solum liberum non est, ex Cassiodoro.*

47 *Homines conditionatæ libertatis, & tributis, aut seruitiis obnoxij, quales sunt Indi, non possunt domicilium mutare.*

48 *Vassalli etiam, si seruitium, quod debent, minimum sit, non possunt locum feudi deserere, & fugientes reuocari, & castigari possunt.*

49 *Vassalli, & homines proprij, fugientes, & sedes mutantes, vindicari possunt, & variis interdictis, & remediis repeti, & reuocari.*

50 *Princeps ex qualibet causa iusta potest vassallos etiam liberos compellere, ne à suis vrbibus, vel prouinciis recedant, & vt qui recesserint, reuertantur.*

L. vlt. de decret. ab ord. faciend. & l. quod promulgatis, C. de offic. Præf. vrb. *expenduntur; ibidem.*

51 *Originis iuri renuntiare quis non potest, licèt ei permittatur domicilium mutare, & originariæ ciuitatis causa potior esse debet.*

52 *Camill. Borrelli notabile axioma refertur.*

53 *Sinarum Reges, subditos in alienas regiones migrare, prohibent, & ideò valdè multiplicantur.*

54 *Indi à suis municipiis fugientes, & eos receptantes, peccant, & ad restitutionem tributorum, & damnorum tenentur.*

L. omnes profugi, C. de agric. & censit. lib. 11. *expenditur, ibid.*

55 *Vassalli*

55 *Vassalli à domino feudi fugientes, etiam ea, quæ lucrati sunt ei, restituere debent, ex Matth. de Afflict.*

56 *Indi à suis municipiis fugientes, non debent restituere, quæ lucrati sunt, imò neque tributa, si propter iniurias, & vexationes aufugerint.*

57 *Præceptum non dicitur contemptum, vbi datur aliqua iusta causa veniendi contra illud.*

58 *Patriam propriam solent plures relinquere, ob fugiendas iniurias, & tyrannidem.*

59 *Vassallus feudalis non potest reuocari ad locum à quo aufugit, ob crudelitatem domini, nec punitur ob fugam.*

60 *Terras, & possessiones sibi assignatas amittunt Indi, qui à suis municipiis fugiunt, & quando municipia ob eorum mortalitatem deserta remanent.*

61 *Terræ, & possessiones Indorum fugientium, vel defectorum, an Commendatariis eorum, vel Regio fisco applicentur?*

62 *Rex noster est dominus vniuersalis omnium terrarum, montium, & pascuorum Indiarum.*

63 *Reuersionis iure occupat Rex noster terras vacantes, quas Indis, & eorum municipiis concesserat, & plura de hoc iure, & eius specialibus, remissiuè.*

64 *Prædia Indis assignata non facilè ob absentiam eorum amittuntur, nec præscribuntur, & quare?*

65 *Municipia Indorum etiam si reducantur, vel aggregentur, aut mutentur, retinent sua priuilegia.*

HOmo, † qui est creaturarum omnium dignissima, *l. iustissimè* 44. *D. de ædilit. edict. l. qui vas*, *§. ex furtiuis*, *D. de furt. §. in pecudum*, *vers. Absurdum*, *Instit. de rer. diuis.* vbi Accurs. vulgaria Ouidij, & Virgilij carmina ad idem probandum adducit. Non solùm † rationale animal diffinitur, in quo à cæteris animantibus separatur, quæ vt Sallust. inquit in princip. coniurat. Catil. natura prona, atque ventri indulgentia finxit, sed etiam sociabile, politicum, seu ciuile, secundùm Arist. *lib.* 1. *Polit. c.* 2. Cicer. *in Lælio*, siue *de amicitia*, vbi ait: *Sic nos nati videmur, vt inter nos esset societas quædam*; & 4. *de fini.* vbi idem repetit, his verbis: *Hoc solum animal homo natum est, pudoris, ac verecundiæ particeps appetens coniunctionem hominum, ac societatem, l. vt vim, D. de iustitia & iur.* ibi: *Et cùm inter nos cognationem quandam natura constituerit*; cum aliis, quæ adducit D. Thom. *de regim. Princip. lib.* 1. *cap.* 1. Simancas *lib.* 1. *de reform. cap.* 9. *num.* 12. & 13. Menchac. *in præfat. controu. illustr. num.* 121. Dom. Greg. Lopez Madera *de excellent. Hispan. cap.* 1. *pag.* 2. latè Bobab. *in Polit. lib.* 1. *cap.* 1. Petr. Gregor. *de Repub. lib.* 1. *cap.* 2. & D. Mich. de Arellano *in suo* satis erudito *tract. de iuris rat. lib.* 4. *cap.* 1. & Leand Galganetus *de iure publico lib.* 4. *tit.* 16 *ex num.* 12.

Quod adeò verum est, † vt ridiculos eos esse putet idem Petr. Greg. vbi sup. qui audacter affirmant, homines primùm more ferarum vitam degisse in siluis, & montibus solitariam, donec à quibusdam in cœtum inducti sunt; quia eorum (inquit) naturæ, & diffinitioni (quæ diffiniti naturam exprimit, *l.* 1. *D. de dolo*) repugnaret, vllum fuisse tempus, in quo non fuerit societas, & communitas aliqua vitæ inter homines cùm hæc, non minus, quàm ratio intellectualis, naturalis ac veluti connata, atque insita sit omnibus hominibus, naturáque inter ipsos coaluerit, qua similis similem sibi diligit, diligentem sequitur, & id ipsum admittit, vnáque cum eo iucundissimè commoratur, ac degit.

In quo tamen † Ego cum Petr. Greg. non 4
vsquequaque conuenio. Nam & si probem, homines natura inter se fuisse, & esse sociabiles: quia aliàs nec procreari, nec multiplicari possent, negare tamen non licet, hanc talem societatem quondam paucorum fuisse, † & 5
qui primò illo sæculo in campis degebant, vt docet Lucretius *lib.* 5. *de natura rerum*, Ouid. 1. *Metam.* Virg. 1. *Georg.* Horat. *lib.* 1. *serm. satyr.* 3. Iuuen. *satyr.* 6. Cicer. *lib.* 1. *de Orat. & in orat. pro Sextio*, Vitruuius, Lactan. Firmian. Connan. Menchaca, & alij, quos refert Bobad. *d. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. Natal. Comes *lib.* 8. Mytolog. *cap.* 15. Forcat. *de Gallor. Imp. & Philosoph. lib.* 1. *pag.* 13. Mag. Marq. *in Gubern. Christ. pag.* 150. & Ego latiùs *in* 1. *tom. cap.* 8. *num.* 16. *& seqq.* Quousque † ab 6
aliquibus, qui prudentiores, & sapientiores esse cœperunt, reliqui rudiores edocti, & persuasi sunt, in vrbes, & oppida congregari, ac dissitas, & in antris, & montibus positas domus, & domicilia coniungere, atque ita in vnum ædificia conferre; vt se meliùs tueri, & iuuare possent, & belluis resistere, quas principiò vehementer infensas habuerunt, vt præter Auctores suprà relatos benè prosequitur Lactant. Firmian. *pag.* 48. Tapia *de vera homin. nobil. lib.* 1. *fol.* 86. Afflict. *in procem. constit. Neapol. num.* 1. Simancas *d. lib.* 1. *de Repub. cap.* 8. *num.* 5. 7. 8. & 23. Hippolyt. à Collibus *de increm. vrb. cap.* 1. Ioann. Boter. *de orig. vrb. lib.* 1. *cap.* 3. Mart. Magerus *de aduocatia armata*, *cap.* 5. *ex num.* 554. *pag.* 183. & Callist. Remirez *de lege Regia in initio numer.* 18. & 19. vbi alios allegat. Quod in diuersis orbis partibus veteres Historici, & Poëtæ Saturno, Mercurio, Orpheo, Amphioni, & aliis similibus tribuunt: & reiectis fabulis, *ex sacra Pagina Genes.* 4. à Caimo filio Adæ, & ab aliis, succedentibus temporibus, originem habuisse didicimus, quorum peculiarem mentionem facit Ioseph. *lib.* 1. *antiq. Iud. cap.* 4. Lactant. Firmian. *lib.* 6. *diuin. instit. cap.* 10. Histor. Scholast. *cap.* 28. Petr. Mexia *in Silua var. lect.* 1. *par. cap.* 28. Pineda *in Monarch. Eccles. lib.* 1. *cap.* 11. §. 3. *fol.* 37. Bobad. *vbi sup. num.* 4. Bellarmin. *tom.* 1. *controuers. lib.* 3. *cap.* 5. *pag.* 1320. Cassan. *in Catal. glor. mund. par.* 12. *consid.* 72. Ioann. Mariana *de Rege & Regis instit. lib.* 1. *cap.* 1. Arias Montanus in Phaleg. siue de gentium origine, & propagatione, & Gorop. Becanus *in lib. de originibus*, Aristot. *lib.* 1. *Polit. cap.* 3. & alij ex *suprà* relatis.

Ex quibus fluit † hanc politicam viuendi 7
formam, & hominum in vrbes oppida, & ædificia coitionem, quasi omnibus gentibus, & omnimodò necessariam, meritò iuri gentium tribui, ab Hermogeniano I. C. *in l. ex hoc iure*,

iure, *D. iust. & iur.* ibi: *Regna condita*
8 *ædificia collata.* Sic † enim legendum existimo, vt vulgati Codices habent, non *collocata*, vt ex Tuscho, siue Florentino Codice reponit Haloander. Taurelius, Rusardus, Cuiac. Gotthofred. & alij, quos sequitur Ioann. Horosc. *ibid. numer.* 28. moti eo, quòd ædificia collocari, non conferri dicuntur. Sed parum aduertentes I. C. ibi non tam de situ ædificiorum agere voluisse, quàm de eorum in aliquem certum locum collatione, & coniunctione, ex quibus (vt diximus) ciuitas siue oppidum constitueretur, communis vtilitatis gratia, auxiliáque inuicem sibi præbere possent, vt benè ibidem exponit Accurs. & ex Cicer. *vbi suprà* & in Somn. Scipion. & *in d. orat. pro Sextio*, & Diod. Sicul. *lib.* 1. *rer. antiq.* obseruat. Corras. *in ead. l. num.* 11. Ægid. Benedict. 1. *par. cap.* 6. & Hugo Donel. *lib.* 1. *comment. cap.* 7. quibus valdè fauet Iuuenal. *satyr.* 5. *Ædificare domos, laribus coniungere nostris*; & Quintilianus: *Natura* (inquiens) *præter cætera animalia indidit pectoribus nostris societatem quandam, quæ mutuo gaudere congressu, contrahere populos, contrahere vrbes edocuit.* A quo non abest Galen. *in lib. ad Trasybul. cap.* 17. dum ait: *Ne inter hostes, aut prorsus inter sceleratos homines ferasque bestias versaremur, ædes ciuitatésque construximus, & muris circumdedimus, Imperatores, ac Principes creauimus.*

9 Et hanc † hominum in oppida coitionem, & coadunationem, esse optimam, & Deo gratissimam, vel ipsi Ethnici agnouerunt, vt constat ex Aristot. *lib.* 3. *Polit. cap.* 1. *& lib.* 7. *cap.* 7. *& lib.* 1. *œconom. cap.* 1 & Cicer. in Som. Scipion. ibi: *Nihil est illi principi Deo, qui hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quàm concilia, cœtúsque hominum, iure societatis, quæ ciuitates appellantur.* Quem sequi videtur D. Thomas *lib.* 1. *Polit. cap.* 1.
10 dum ait: † *Ciuitatem esse principalissimum eorum, quæ humana ratione constitui possunt.* Nam ea mediante ex hoc mundo, qui secundùm D. Chrysost. est vrbs omnium hominum, communis ciuitas magna, vnaquæque gens se in propria domicilia congerit, ibique suo modo viuit, & peculiares leges statuit, sine quibus nulla communitas, nec societas. etiam latronum, esse potest, vt ait D. Aug. relatus à Bobad. *d. cap.* 1. *num.* 5. *in fin. & lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 8.

11 Et sic † ciuitas, vt ait idem Arist. 1. *Polit. c.* 2. *& lib.* 3. *cap.* 1. quem sequi videtur Cicer. *in orat. pro Sextio*, diffinitur: *Perfecta quædam multorum ciuium congregatio, qui antè dispersi, per vicos, vel nemora, in vnum conuenerunt.*

12 Et sociabilem † vitam esse præstantiorem solitaria, eúmque feræ similem, qui eam amat, quia consortij humani impatiens, non vt totus vacet contemplationi diuinæ, illique inhæreat, rectè docet Quint. *lib.* 1. *inst. orat. cap.* 2. vbi ait: *Congressum non hominibus solùm, sed mutis quoque animalibus naturalem esse*, idem D. Thom. 2. 2. *q.* 188. *art.* 8. explicans acutè,
13 & eruditè illud Aristot. 1. *Politic.* † dicentis: *Solitarium, aut bestiam esse, aut Deum*; & plura congerens Martin. Delr. *in Adag. sacris,* 2. *tom. adag.* 298. *&* 299. Exponens illud *Eccles.* 4. *Melius est duos esse simul, quàm vnum, & væ soli, quia cùm ceciderit, non habet subleuantem se*, & ex his, & aliis probans, quam vtilis humano generi sit amicitia, & plurium mutua, grata, & copulata societas, cùm alij aliorum ope, operis, opibúsque iuuentur, ad quod allegat Alciatum *emblem.* 41. quod inscribit: *Vnum nihil, duos plurimum posse.*

Et potuit magis in nostris terminis expendere, ipsis † vrbibus, de quibus agimus, factùm fuisse nomen *Oppidi*, nempè ab ope mutua, vt scribit Pompon. *in l. pupillus, de verb. signif.* D. Chrysost. *ad cap.* 13. *epist.* 1. *Corint. homil.* 14. ibi: *Cùm autem effecisset Deus, vt alter alterius egeremus, commistionem rursus effecit facilem, propteréaque, & vrbes construxit, & omnes simul, in vnumque coëgit.* Et tradens alia Mornacius *in notis ad l.* 5. *D. pro socio*, Alciat. Forner. & Bræcheus *in d. l. pupillus*, Ioan. Funger. *in etymol. verb. Oppidum*, Ioannes Hering *de molendinis*, *quæst.* 41. *numer.* 4. & nouissimè Mart. Magerus *de aduocat. armata cap.* 1. *num.* 256. *pag.* 28. vbi latè probat, quàm vtilis ad plura hominum societas existat. 14

Et his quidem iuris principiis inhærens, optimè, post alios, docet Nauarr. *in cap. nouit, de iudiciis*, *num.* 86. *col.* 104. † nullam gentem sine politia, & societate conseruari posse. Et non minus benè Roman. *cons.* 59. *num.* 1. posse † Principem per pœnas, & mulctas, atque etiam per banna, & confiscationem bonorum, compellere subditos ruri habitantes, vt veniant ad habitandum in ciuitatem. Quod sequitur, & iustis aliquibus conditionibus temperat Brunus *cons.* 132. *per tot. vol.* 2. Petr. Petra *de potest. Princip. cap.* 15. *numer.* 43. Neque abest noster Menchaca *in præfat. controuers. illustr. numer.* 119. *& seqq.* Vbi † ad hoc (inter alia) Reges, & Principes inuentos, & creatos scribit, vt politicam, & sociabilem vitam inter vassallos instituant, institutam foueant, atque conseruent, & veluti tutorum officio fungentes, eos dirigant, defendant, & tueantur, qui vel per ætatem, vel senium, vel morbum corporum, vel animorum, vel sexum, vel imbecillitatem, sese aduersus potentiores tueri non possunt, vel actiones suas ad id, quod sibi vtilius, naturalique rationi magis consentaneum est, dirigere nesciunt. Ad quod probandum alia etiam adducit Magerus *vbi sup. cap.* 3. *n.* 93. *&* 214. *& cap.* 6. *n.* 356. *&* 569. *& seqq.* & alij, quos retuli *sup. cap.* 4. *num.* 79. *& seqq.* 15 16 17

Quæ cùm ita se habeant, præiudicio quodam insinuasse videmur, † quantum oportuerit, & oporteat Indos natura sua, vt plurimùm, barbaros, & palantes, atque in campis sine vlla politie vitam pecudum more agentes, iuxta ea, quæ latissimè dixi *d.* 1. *tom. lib.* 7. *cap.* 7. ferè per totum, etiam nolentes, & reluctantes ad certa loca, & municipia redigere, vbi sociabiliter, & politicè viuere docerentur, vt sic ferinos mores relinquerent, & humanos, ac ciuiles acciperent, Christianámque Religionem (quod maximè optatum, & optandum fuit) intelligerent, & amplecterentur, in cuius prædicatione aliter nullus considerabilis progressus fieri posset. 18

Quod intelligentes, † & sui præcipuè muneris esse sentientes Piissimi, ac Præstantissimi 19

Reges,

Reges, & domini nostri, nullis non temporibus, ab ipsis initiis detectionis harum Indiarum Occidentalium, sæpissimè tractarunt, & consuluerunt de his Indorum reductionibus, & aggregationibus faciendis, & semper illas non solùm iustas, & conuenientes, verùm omninò necessarias esse deliberarunt, licèt aliquando in modo eas faciendi variatum fuerit, propter variam ipsorum Indorum naturam, indolem, ac temperiem, & alias, quæ sese in hac coactione, & compulsione offerebant difficultates, vt constabit ex his, quæ singulis propè paginis suæ historiæ generalis Indiarum tradit Ant. de Herrera, præsertim *decad. 1. pag. 177. 181. 223. 236. 274. 324. & 369. & decad. 2. pag. 23. 36. 56. 89. 104. & 329. & decad. 3. pag. 189.* vbi refert ordinationes pro Indis politicè viuere instituendis, *& pag. 223. 371. & seqq.*

20 Idemque, † non minus manifestè colligitur, ex innumeris schedulis antiquis, & modernis huc spectantibus, quæ reperiuntur *in 1. tom. impress. ex pag. 318. 322. & 335. & tom. 4. pag. 169. & 272. & seqq.* & præcipuè in illa Imp. Carol. V. 9. Octob. ann. 1549. ad Peruanam Cancellariam directa, & in aliis cum Peruano Prorege Dom. D. Francisc. à Toleto loquentibus, cui hæc reductionum cura enixè commissa fuit, quam ipse summis laboribus exantlatis tandem peregit, & cùm posteà plures Indi profugi à suis municipiis abesse comperirentur, ipsorum reductio, & municipiorum instauratio DD. Proregibus Peruanis D. Ludouico à Velasco, Montisclaro, & Squilacensi denuò mandata reperitur per schedul. & epistolas ann. 1601. 609. & 618. & aliis quampluribus. Quas etiam probat Concil. Limense *2. part. 2. cap. 80. pag. 57.* iubens: *Que la muchedumbre de Indios, que está esparcida por diuersos ranchos, se reduzgan à pueblos copiosos y concertados, como lo tiene mandado su Magestad Catolica.*

21 In Noua quoque Hispania, † cùm hæ reductiones, quas ibi *Aggregationes* vocant, à præstanti illo, & prudenti Duce Ferdinando Cortesio stabilitæ, & constitutæ fuissent, & posteà, temporum, & Hispanorum iniuria, valdè collapsæ, ac subuersæ; alias denuò fieri, & factas instaurari curauit Excellentissimus ille, & Piissimus Protex Comes de Monte-Regio, schedulis etiam, & prouisionibus Regiis sibi ad hoc demandatis, morem gerere cupiens: in quibus tamen exequendis, magnæ difficultates, & Indorum strages expertæ sunt, quia eorum aliqui voluntario suspendio vitam finire maluerunt, quã in designata sibi municipia reduci, vt refert Fr. Ioann. à Torquemada *in Monarch. Indiana lib. 5. pag. 753.* & Fr. Ioan. Zapata, qui hoc grauiter dolet, *in tract. de iustit. distrib. 2. par. cap. 21. num. 24.*

22 Prædictam sententiam, circa iustitiam, & præcisam necessitatem harum reductionum, apertè probat Ioann. Matienzus *in tract. M. S. de moderat. Regn. Perù 1. par. capit. 14.* vbi, & in capitibus sequentibus, municipiorum formam, & Indorum sic coadunatorum gubernationem, & ordinationem suo Marte confinxit. Quod quidem † summa prudentia, & dexte-
23 ritate in hoc Peruano Regno disposuit dictus Dom. Protex D. Francisc. à Toleto, cuius ordinationes hodie seruantur, & ab omnibus valdè laudatur, licèt in aliquibus aliquid immutare, vel addere oporteat, ob rerum, & currentium temporum varietatem. Idem etiam agnoscit P. Ioseph. Acosta *lib. 3. de procur. Indor. salute, capit. 19.* disertè docens: *Primam moderatoris curam esse debere, hos ferinos siluestrésque homines ad humanitatem traducere, vrbanisque institutis accommodare; frustra diuina, & cœlestia docebis, quem ne humana quidem capere, aut curare perspicias, &c.* & sequuntur Ioann. Boter. *in relat. vniuers. libr. 3. pag. 77. & sequentib.* Anton. Posseuin. *in Biblioth. pag. 167.* Thom. à Iesu *de procur. omn. gent. salute, libr. 6. capit. 4.* Fr. Augustin. Dauila *in histor. Mexicana libr. 1. capit. 33. pag. 124.* vbi tractat, in quibus sint vtiles, & in quibus damnosæ eiusmodi reductiones, & Frat. Alfons. Fernandez *in historiar. Ecclesiastic. nost. temp. libr. 1. capit. 51. & 52. pag. 182.* vbi agit de vtilitate harum reductionum, & qualiter Pius quintus felicis recordationis Bullam de eis faciendis, & Indis politicè instituendis ediderit.

Ex quibus notandus venit, † vel saltem cautè legendus, Fr. Ioan. Zapata, qui posteà fuit 24
Episcopus Guathemalensis, *in dict. tractat. de iust. distrib. 2. part. capit. 21. numer. 24.* vbi has congregationes generaliter damnat. *Et potius in totius Regni perniciem, & in pauperum Indorum miserrimam exactionem, quàm in Regni, Regis, & Reipubl. vtilitatem fuisse inuentas, ne dixerim ab orco deductas.* Debet enim intelligi, vt ex eiusdem verbis apparet, iniuriis suppositis, † quas Indi occasione harum redu- 25
ctionum ab Hispanis recipiebant, cùm propriis domiciliis exclusi, ab illis dirui, vel occupari viderent, & vagari extra tectum, & extra vrbem cogerentur. Vel vbi causa incolendi dicta municipia, longè à suis locis natalibus adducuntur, quibus diu assueuerant, & quorum temperiem mutare damnosum esset. Hoc enim omni cura, & studio à reductoribus fugiendum esse, prouidè, & expressè disponunt schedulæ *suprà* citatæ, & aliæ, quas expendi *sup. hoc libr. capit. 5. ex numer. 66.* vbi adduxi plura de damnis mutati temperamenti. Queis nunc addo † text. *in l. final. titul. 22. par.* 26
2. vbi noster Gregor. Lopez, *verb. Viuir*, notabiliter inquit: *Nota contra compellentes Indos frigidæ regionis, transire ad calidas regiones, ex quo multi moriuntur: sunt enim puniendi, quia eos necant.*

Cæterùm, his cessantibus, dubitare non licet, eiusmodi Indorum dispersorum aggregationem, & in vita politica institutionem, iustam, vtilem, & inexcusabilem esse. Quam, † 27
etsi fortè nunc eorum aliquos ægrè ferre contingat, priscis nimirum & incultis moribus assuetos, id considerandum non est, quoniam paulatim procedente tempore, tum ipsi, tum eorum posteri, huic melioris vitæ formæ assuescent, eaque regi, & potiri summopere lætabuntur, vt præclarè considerat Acost. *d. cap. 19. pag. 357.* & Saturni † sæculo contigisse canit Ouid. *1. Meta-* 28
morphos.

Tum primum subire domos, domus antra fuerunt,
Et densi frutices, & iunctæ cortice virgæ.

Et Virgil. 8. *Æneid.* loquens de eodem Saturno:

Is genus indocile, ac dispersum montibus altis

Composuit: legésque dedit, &c.------
29 Quo exemplo † Romani, feras omnes gen-
tes, quas armis subigebant, statim ciuiles, &
politicas reddere nitebantur, vt ostendit Strabo
*lib.*11. his verbis: *Romani multas gentes in po-
testatem redactas, feras ob locorum naturam,
vel quòd asperæ essent, vel portubus carerent, aut
ob frigus, aliisúe de causis habitando incommo-
das, commerciis antè ignotis docuerunt vti, &
de feris ciuilem vitam agentes redegerunt*: &
meliùs D. August. qui eos multum hac ratione
commendat, & laudat *lib.*5. *de Ciuitate Dei
cap.*12. 15. & 17. relatus *in cap. omnes*, § *ecce*
28. *q.*1. D. Thom. Iust. Lips. Thom. Bozius, &
alij, quos Ego congessi *in* 1. *tom. lib.* 2. *cap.*7. *num.*
72. & *seqq.*

Et quod magis ad rem, de qua agimus, per-
30 tinet, † frequenter etiam cogebant, veteres se-
des, & habitationes relinquere, & in alia loca
migrare, quæ *Metoëcia* dicebantur, hoc est
31 † loca transmigrationis, vel transmigratorum
incolarum, qui aliquando (Suida teste) huius
inquilinatus ratione quotannis tributum duode-
cim drachmarum soluebant, quod similiter *Me-
toëcion* à *Metoëcis*, hoc est extra patriam degen-
tibus appellabatur. De quibus agit I. C. *in l pu-
32 pillus* 33. *D. de verb. signif.* & † text. celebris,
qui hinc emendandus, & interpretandus venit,
in l. certa forma 4. *C. de iure fisci lib.*10. ibi:
Certa forma super Metroicis (lege *Metoë-
cis*) *data est, qui iussu Principis in aliam
ciuitatem translati sunt*, &c. Circa cuius ex-
plicationem, & simul circa formam, & causas
33 † coloniarum, quas Romani in prouincias de-
bellatas mittere solebant, plura tradunt Bart.
Andre. de Barulo, Iacob. Rebuff. Platea, Lu-
cas de Pena, Valençuela Piscator, Alciatus, Pyr-
rhus Ængleberm. Cuiac. & Gottofred. *ibid.*
Clemens Alexandr. & eius Addition. Heruetus
*pag.*103. Forcatu. *in Neciomant. iur. dialog.*18.
Vuolphang. Lazius *lib.* 2. *comment. Reipub.
Rom. cap.* 13. *pag.* 236. & *lib.* 12. *cap.* 2.
Cæl. Rhodigin. *lib.*13. *lect. antiq. cap.*9. Bris-
son. Schardus, Kalinus, & alij, qui *de verb.
iur.* scripserunt, *verb. Metocei*, Guido Pan-
cirolus *in thesaur. variar. lection. pag.*375. &
243. Iacob. Durant. Cassellius *lib.*1. *variar. cap.*
6. Bernard. Aldrete *de origin. ling. Castellanæ
lib.*1. *cap.* 21. *pag.* 133. Callist. Remirez *de
lege Regia*, §.32. *ex num.*27. & pleniùs cæ-
teris Dom. D. Laurentius Ramirez de Pra-
do à me sæpè, sed nunquam satis pro meri-
tis, & eruditione laudatus, *in sua Tessera
legum cap.* 3. *per totum*, *ex pag.*42. & nouis-
simus D. Nicol. Ferdin. à Castro *exercit. Sal-
mant.* 1. *num.* 44. *pag.* 49. vbi quod *Meta-
cium*, etiam dicebatur tributum, quod inqui-
lini soluebant, qui in aliam regionem migra-
bant.

Qui omnes pariter ex eadem lege deducunt
34 iussu † Principis, & ex iusta causa posse subdi-
tos in nouas colonias, siue vices, vel ciuitates
transferri; & subdit Iacob. Rebuff. hoc fre-
quenter per Principes fieri solere, vbi capie-
bant aliquam terram non sibi amicam. Extra-
hebant quippè inde homines fortes, & armi-
geros, & eos in alia loca transferebant, &
omnia bona, quæ habebant in illo loco, pu-
blicabant; & alius locus mensuratus eis assigna-
batur, vt *in dict. l.* & *in Rubr.* & *Nigro, C. nō licere
habitatoribus Metrocomiæ lib.*11. Quæ cum ita
se habeant, multo meliùs, & iustiùs poterunt In-
di, de quibus loquimur, ex cāpis ad vrbes, & mu-
nicipia, Religionis, & politicæ institutionis causa
transferri. Absque eo † quòd in hoc eorum velle, 35
aut nolle attendatur, cùm publica vtilitas semper
præferri debeat, *Authent. res quæ, C. comm. delegat.*
Et † homines vbi contra propria commoda la- 36
borare inueniuntur, etiam inuitos nolentesque
conseruare, protegere, & diligere, maximè ad Prin-
cipem ac Rempub. spectet, *argum. l. si pater,
C. de sponsal. l. cùm ratio*, §. *penult. D. de bon.
damnat. l.*5. & 6. *de tutel.* cum aliis, quæ tra-
dunt Decius, Cagnol. & Petr. Faber *in l. inui-
to* 65. *de regul. iur.* Seneca *lib.*6. *de benef. cap.*
14. 23. & 24. text. & Gloss. *in cap. ipsa pietas*
23. *quæst.*4. Ego latè 1. *tom. lib.*2. *cap.*13. *n.*99.
& nouissimè Mart. Magerus *de aduocat. armat.
cap.*11. *ex n.*389. *ad* 410.

Neque hoc Indis, & præsertim nostris Pe-
ruanis graue, aut nouum videri debebit, cùm
in eorum historiis legamus, † Reges Incas, qui 37
eis olim dominabantur, ex qualibet causa, faci-
lè eos mutare solitos, & in longinquas regiones
transmittere, & isti sic translati *Miimas*, vel
Mitimaes, appellabantur, quod, eorum sermo-
ne, translatos, siue aduenas significat, vt latè
comperies ex traditis ab Acosta *in hist. natur.
& moral. Indiar. lib.* 6. *cap.*12. Matienz. *d.
tract. de moderat. Reg. Perù*, 1. *par. cap.*25. &
Garcilasso Inca *in suis commentariis Peruanis lib.*
7. *cap.*1.

Et ex suprà dictis descendit, † non ineptè 38
has reductiones, siue aggregationes Indorum
Metoëcias vocari posse, quamvis Ego munici-
piis, vicis, & Metrocomiis eorundem Romano-
rum æquè similes esse existimem. Erant quippè
† municipia, & vici, minora hominum conci- 39
liabula, qui ibidem domicilium facientes, pro-
prio iure vtebantur, vnde & municipes dicti
fuerunt, vt constat *ex l. munus* 18. *D. de ver-
bor. significat.* vbi Alciat. Forner. Brechæus,
Gœdæus, & alij, & ex traditis à Petr. Crinit.
*de honest. discip. lib.*7. *cap.*6. Conan. *lib.*5.
commentar. cap. 9. *num.* 2. & Corras. *lib.* 3.
*miscell. cap.*6. *num.*3. Metrocomiæ autem, vil-
læ, siue pagi maiores, sic dicta, quasi matrices
pagi, siue capita minorum vicorum, aut pa-
gorum, & qualis est Metropolis inter vrbes,
talis est Metrocomia inter vicos, vt colligitur
ex dict. l. vnica, *C. non licere habit. Metro-
co. lib.* 11. & *l.* 8. *C. de exact. tribut.* vbi
Alciat. Cuiac. & alij, & notant Brisson. Kali-
nus, & reliqui Auctores, qui *de verb. iur.* scrip-
serunt, *verb. Metrocomia*, Guido Pancirol.
*in thesaur. var. lect. pag.*118. & alij apud Ca-
strum *vbi sup. num.*65. & *seqq.* Quod respon-
det formæ, & modo, quo in his regionibus vti-
mur, in condendis, & disponendis aggregatio-
nibus, seu vicis Indorum, & ita communiter
dicimus: *Los pueblos, y repartimientos de Indios,
y sus cabeceras.*

Et in eo quoque similitudo procedit, quòd si-
cut † Metoëci locum sibi designatum deserere nō 40
poterant, nisi licentia Principis præcedente,
quia in illum ita transferebantur, vt perpetuò
ibidem ipsi, & eorum posteri morarentur, nec
se inde auderent separare, vt notant DD. *in d.
l.*4. *C. de iur. fisc. lib.*10. præcipuè Andr. de Ba-
rulo *num.*4. iunctis locis T. Liuij, Cornel. Taciti,
&

& aliis, quæ adducit Vvolfang. Lazius *lib.* 12.
1 *de Republ. Rom.cap.*1. Ita † nostri Indi, municipia ad quæ reducuntur, & in quibus adnumerantur, & taxantur, deserere non possunt, & si deserant, ad ea etiam inuiti, & reluctantes rediguntur, quia aliter neque in Fide & Religione Christiana instrui commodè possent, quod præcipuè curatur, neque tributariis functionibus, & aliis muneribus, & oneribus personalibus, & realibus, quæ eis iniuncta sunt, deseruire, vt optimè aduertit Ioann. Matienç. *in dict. tract. de moderat. Reg. Perù* 1.*par.cap.*25. Herrera *in hi-stor. gener. Indiar. decad.* 2. *pag.* 104. & Fr. August. Dauila *in histor. Mexicana lib.* 1. *cap.* 33.
2 *pag.* 124. Et si contrarium admitteretur, † esset in eorum potestate pro arbitrio suo dominum, siue Commendatarium mutare, vel fraudare, aliúmque eligere, & iurisdictionem, quam non habent, transferre, contra ea, quæ in simili tradit Gigas *in tractatu de crimin. læsæ Maiest. tit. de rebell. quæst.* 11. *numer.* 4. Matth. Stephan. *in tract. de iurisdict. capit.*7. *num.* 172. *& seqq. & Synopt. obseru. de tributis, cap.* 20. *pag.*34.

3 Quod non debet cuipiam nouum, aut iniustum videri. Nam licèt verum sit † regulariter homines, & vassallos liberos liberam habere facultatem transferendi domicilium quocunque libuerit, *l. placet, l. domicilium, l. assumptio, §. de iure, l. non vtique, l. nihil impedimento, D. ad municipal. l.* 7. *tit.* 25. *part.* 4. *l. Recopilat.*
4 Quo exemplo † antiquis quibusdam schedulis ann. 1536. & 1566. & aliis, quæ reperiuntur *in* 4. *tom. impress. pag.* 284. *& sequentibus,* dispositum fuit, vt Indi, quia liberi sunt, possent pro libito suam habitationem mutare, & de vno loco, vel prouincia in aliam migra-
5 re. Species † enim seruitutis est à certo loco non posse discedere, *l. Titio centum* 70. *§. Titio centum, D. de condit. & demonstrat. l.* 2. *D. de lib. hom. exhiben.* cum aliis, quæ latè congessi *sup. hoc libr. capit.* 3. *ex numer.* 49. Quibus nunc addo Cassiod. *libr.*7. *form.*36. ibi:
6 *Quia † penè reclusus aduertitur, cui mutare solum, liberum non videtur. Quia cùm sit homo commutabilis, naturæ suæ desideraet habere qualitates,* & latè, & eruditè, vt solet, de eodem agentem D. Francisc. Amaiam *lib.*1.*obseru.cap.*6. *per totum.*

7 Id tamen † semper limitari solet in hominibus, qui habent conditionatam libertatem, & certis seruitiis, & tributis domino præstandis personaliter obligati sunt, quales nostri Indi esse comperiuntur, vt sæpè retulimus. Eiusmodi namque homines non posse solum vertere, nec locum suæ originis, domicilij, vel territorij in domini præiudicium deserere, & in alium transire, & si secus fecerint, ius esse eos in castrum, pagum, vel municipium, cui adscripti, & astricti sunt, atque in locum propriæ originis reuocandi, communis est omnium Doctorum, & præcipuè feudistarum sententia, quæ nititur auctoritate text. *in dict. l. certa forma, & in l. incola, & l. de iure, D. ad municip. Authent. de mand. Princip. §. si suscipientes,* vbi Gloss. *l. super, C. de mancip. & colon. patrim. libr.* 11. *l.* 2. *l. cùm satis* 23. *& l. omnes* 8. & ferè per totum, *C. de agricol. & censit. l.* 1. *C. de colon. Illiric. l.* 1. *C. de colonis Balestinis, eodem libr.* vbi Lucas de Pena, qui dicit de hoc extare capitulum Papæ Honorij, quod incipit, *Ad nouas communantias,* cuius etiam meminit Matth. de Afflict. post Andream de Isernia, simile capitulum Regni Neapolitani commentans, *libr.* 3. *constit. Neapolit. Rubr.* 6. *De reuocandis transeuntibus ad alienam habitationem, num.* 11. *&* 12. vbi notat, quòd hoc † procedit, etiam si seruitium, ad quod vassal- 48
lus tenetur, minimum sit. Et idem docet Bald. *in l. si plures, C. de condit. insert.* vbi quod si vassalli ratione curiæ, vel castri, recedunt, sint ad feudum reuocandi, & *in l.* 1. *C. de Lat. libert.* vbi, quòd licitum est domino propria auctoritate adscriptitium capere, & plagis mediocribus castigare, & latè prosequuntur idem Afflict. *decis.*265.*num.*75. *&* 81. Socin. Iunior *cons.*76.*n.*32. *vol.*3. Cephal. *cons.*28.*per tot.vol.*1. Ant. Botrin. *de seruit. vassal. par.* 2.*cap.*2. *in §. fidelitas, in fine,* Martin. Laudens. *de officialib. dom.*§.46. Paris de Puteo *in tract. de syndicat. tit. de excess. Baron. numer.*32. *&* Marin. Freccia *de subfeud. Baron. libr.* 2. *author.* 15. Petra *de potest. Princip. capit.* 3. *quæst.*4. *numer.*61. Sesse *in decis. Aragon.* 1.*par. decis.* 73. *numer.* 29. Vincet. de Anna *allegat.* 64. *sub numer.* 4. Camill. Borell. *de Magistrat. edictis libr.*4. *capit.*9. *ex numer.*9. Callistus Remirez *d. tract. de lege Regia, §* 32. *numer.* 32. & Fredericus Husanus *in tract. de hominib. propriis, cap.*7. *quæst.* 4. *in posteriori eius parte, num.* 70. Vbi † quòd ad vassallum, & hominem pro- 49
prium repetendum, competit rei vindicatio, & alia interdicta, & remedia, & cognitio Prætoria, *l.* 1. *§. per hanc, D. de rei vindicat. & l.*1. *C. eodem,* vbi DD. Menoch. *de recuper. possess. in prælud. num.*54. & nouissimè D. Franc Merlin. *controuers. forens. cap.* 83. & tetigi *suprà cap.*3. *numer.*26. *& seqq. & infrà libr.*2. *cap. penultim. num.*68.

Quinimò etiam cessante seruitiorum, vel tributorum obligatione, & præstatione, † ex qua- 50
libet alia causa publicæ vtilitatis, vel melioris, aut commodioris sui Regni gubernationis, vel conseruationis, posse Regem, vel dominum compellere vassallos, quantumvis liberos, ne à suis Regnis, vel dominiis exeant, & recedant, & pœnis propositis edicere, vt qui recesserint, intra certum tempus reuertantur, optimè docuit Ludou. Roman. *cons.*59. *num.*1. *& seqq.* ad hoc ponderans text. *in l. vltim. D. decret. ab ordin. facien.* vbi approbat I. C. municipalem constitutionem, qua cautum erat, ne quis extra proprium municipium agere, aut stare debeat, *& l. quod promulgatis, C. de officio Præfecti vrb.* vbi præfectus vrbis ad originariam ciuitatem iure licito reuocat originarios, in prouincia consistentes, quia licèt alibi domicilium constituere possit, vt suprà tetigimus: † iuri tamen originis renunciare non 51
possunt, *l. assumptio, in princip. D. ad municipalem, l. origine. C. de municip. & origin. libr.* 10. Quin potius originariæ ciuitatis causa semper potior esse debet, & ne ordinariis, & necessariis ciuibus denudetur, *l. libertus, §. præscriptio, D. ad municip. l. ciues,* vbi Gloss. *C. de incol. libr.* 10. cum aliis traditis à Bart. per text. ibi *in l. relegatorum, §. interdicere, D. de interd. & releg.* Ioan. Andr. *in Addit. ad Specul. tit. de compet. iudic. adit.* 42. Nicol. de Mellis *in repert. verb. Domicilium,* Alexand. *consil.* 100. *libr.* 3. Petr. de Antibol. *in tract. de mu-*

ner. & honor. par.1. num.4. & Quint. Mandoſ.
in regul. Cancell.16. quæſt.41. num.4. Quam
52 ſententiam his non relatis † ſequitur Borrell.
d.cap.9. in princip. hoc axioma, vel edicti ge-
nus in Principibus licitum eſſe contendens: *A
patria ne diſcedito, & alibi ad habitandum ne
ito, euntes reuocato*; & adducens exemplum
53 † Regnum Sinarum, qui mediante hac prohibi-
tione, infinita prope ciuium multitudine abun-
dant, in qua conſiſtit præcipuum regnorum
fulcrum, & ornamentum, *l. cùm ratio, §. ſi
res, D.de bon.damnat.* ſuboleſcente nimirum in-
dies prole, in alienas regiones migrationibus in-
terdictis, vt ſcribit Maffeus *lib.6. hiſtor. Ind.
Oriental.* Ioan. Gonçal. *hiſtor. Sinar. lib.1.& 3.*
& alij, quos retuli *tom.1. lib.2. cap.20. num.
46. & 50.*

Ex quibus duo nimis practicabilia, ſed parum
quidem perpenſa, & animaduerſa, in materia
iſtorum Indorum, ex ſuis municipiis fugientium,
54 deducere poſſumus. † Primùm, tam ipſos, quàm
eorum receptatores, & occultatores peccare, &
in vtroque foro teneri ad reſtitutionem tributo-
rum, quæ Rex noſter, vel priuati Commenda-
tarij ob talem fugam amiſerunt, imò &, ad re-
liqua damna, quæ ob defectum Indi fugitiui,
in ſeruitiis perſonalibus ſecuta ſunt, vt eſt tex-
tus expreſſus *in l. omnes profugi, C. de agri-
colis, & cenſit. lib.11.* ibi: *Omnes profugi
in alieno latebras collocantes, cum emolumen-
tis tributariis, ſalua tamen moderatione reuo-
centur, quique eorum labore in lucrum ſuum vſi
ſunt, tributa, quæ publicis perierunt functioni-
bus, exigantur.* Et in ſimili, loquens de vaſſal-
lis feudalibus, probat Afflict. *ad conſtit. Nea-
pol. dict. lib.3. Rubr.6. de tranſeunt. ad alien,
habit. num.8. & 9.* vbi, quod plus eſt † tales
55 vaſſallos teneri etiam, inquit, ad reſtituendum
fiſco, vel Baroni cui ſeruiunt, totum illud, quod
ex tali receſſu fuerint lucrati. Quod tamen Ego
56 † in noſtris Indis non admitterem, cùm non
ſerui, ſed liberi ſint, & ſibi, quæ lucrantur,
acquirant. Imò à reſtitutione fraudatorum tri-
butorum eos excuſarem, ſi iuſtam, & rationa-
bilem recedendi cauſam habuerint, puta quia
in municipio, in quo aggregati erant, perma-
nentes, nimis aſperè tractabantur, & multis
moleſtiis, & extraordinariis, atque indebitis
ſeruitiis vexabantur à ſuis Commendatariis, vel
ab ipſis locorum Rectoribus, provt frequen-
57 ter accidere ſolet. Vbi enim † datur ali-
qua iuſta cauſa veniendi contra præceptum,
non dicitur præceptum contemptum, vt *in
cap. breui, de iureiurando*, & per Ioannem
Andream *in cap. capientes, §. ſi verò, de ele-
ctione, lib.6.* Archiadiac. *in cap. eos, de ſen-
tentia excommun. eod.lib.* & notata *in cap.* Me-
tropolitanum *2.q.7.& in l.1.D.ſi quis ius dicenti
non obtemp.*

Excuſandique Indi videntur, ſi prædictis iniuriis
& vexationibus interuenientibus à vicis, & ag-
gregationibus fugiant, in quas inuiti redacti ſunt,
58 † cum etiam propriam patriam, & dulce natale
ſolum multi relinquere, & deſerere ſoleant, ob ſi-
miles iniurias, vel tyrannides vitandas, vt benè ad-
uertit, & exemplo elephanti, & caſtoris probat Fr.
Ioann. à Ponte *in conuen.vtriuſq.Monarch.7.par.
lib 3.cap.2 pag.10.*

59 Et in terminis feudorum, † quòd vaſſallus
non poſſit, nec debeat reuocari ad locum à quo
aufugit ob timorem, & crudelitatem domini, nec
ob id amittat feudum, rectè docuit Lucas de Pena
in l.ſi coloni, C. de agricol. & cenſit.lib.11. Ant.
Capicius *in inueſt.feud. verb. Feuda amittuntur,
num.52.* petr. de Gregor. Siculus *de conceſſ.feud.
par.8. tit. de iure boni tractam. num.4. & par.7.
q.4. num.5.* & Camill. Borrell. *conſil.30. & 31.
per tot.centur.2.& dict.lib.4. de magiſtrat. cap.9.
num.52.*

Secundum, quod dixi ex prædictis deduci
poſſe, illud eſt, † nempè Indos ſic in munici- 60
pia redactos, ſi ab illis aufugiant, vel morte
conſumpti, deſerta remaneant, vt quotidie (proh
dolor!) videmus contingere, terras commu-
nitatis dicti municipij, & reliquas ſibi priuatim
ad vitæ ſuſtentationem menſuratas, & aſſigna-
tas, amittere, neque in eis amplius vllum ius
prætendere poſſe, ſicut in Metoencis, veteranis,
vaſſallis feudalibus, & aliis ſimilibus contingit
vt probat text. *in dict. l.certa forma, C. de iure
fiſci lib.10.* vbi omnes DD. *l. penult. C. de ve-
teranis, l. penult. C. de protect.& domeſt. lib.12.
l. penult. C. de princip. agen. in reb. l. fin. C. de
metat. lib.11.* & proſequitur Bald. *in prælud.
feud. num.38. & 39.* Paris de Puteo *in tract. de
ſyndic. tit. de exceſſ.* Baron. *num.32. & ſeq.* Bor-
rell. *dict. cap.9. num.19. & ſeq.* & Calliſtus Re-
mirez *dict. §.32. num.32. & 34.* vbi ſimilem
conſuetudinem in vaſſallis Regni Aragoniæ ex-
pendit, & antiquam noſtri Regni Caſtellæ de
occupandis bonis vaſſallorum recedentium, qui
Solariegos appellatur, de quibus etiam agit
Ioann. Garcia *de expenſis, cap.9. num.62. &
ſeqq. & de nobilit. gloſſ.18 num.42.* Otalora *de
nobilitate par.2. cap.4. num.8.* Gregor. Lopez
in l.3. tit.25. par.4. verb. Solariego, Didac. Pe-
rez *in l.2. tit.11. lib.4.* Ordin. Baëza *de ino-
pe debit. cap.2. num.24.* & Gomez de Meſ-
cua *de poteſtate in ſe ipſum lib.2. cap.17.
num.18.*

Sed an † eiuſmodi terræ, & poſſeſſiones in 61
commodum commendatariorum cedant, & ve-
luti in ſolatium amiſſorum tributariorum, vel Re-
gi Regioque eius fiſco applicentur, non ſemel vidi
in quæſtionem vocari. Et præcipuè in quadam
cauſa illuſtriſſimi Marchionis de Oropeſa, qui
ſe non ſolum Commendatarium, ſed dominum ti-
tularem eſſe prætendebat locorum, & Indorum
vbi terræ vacauerant. Verùm nihilo magis ob-
tinere potuit, quia licèt in feudis id conſtitu-
tum ſit, & terræ, ac reliqua bona receden-
tium vaſſallorum dominis cedant, vt commu-
niter docent omnes Auctores *ſuprà* relati,
in noſtris tamen Indis contrà ſentiendum, &
obſeruandum videtur, † cùm Rex ac domi- 62
nus noſter regulariter fundet ſuam intentio-
nem quoad terras vacantes, vt poſt alios
probat Bobadilla *in Politica lib.2. cap.15.
num.52.* & Nos latiùs *infrà lib.5.* trademus,
& in ſpecie ſe eſſe vniuerſalem dominum om-
nium terrarum, montium, ac paſcuorum ha-
rum regionum, & prouinciarum pluribus
ſchedulis, & prouiſionibus declarauerit, de
quibus etiam ibidem tractabimus, ac per con-
ſequens, quas Indis reductis, & aggrega-
tis ex ſua benignitate fruendas conceſſit, eiſ-
dem Indis deficientibus ſibi reſeruaſſe videa-
tur, † & iure, quod vocant *Reuerſionis*, Re- 63
gio

gio fisco addicendæ, & applicandæ sint, arg. text. *in l.si vnus*, §.*pactus ne peteret, D. de pact. l. filio* quem pater, *D.de liber.& posth.* ibi: *Quia non translatus, sed redditus videretur, l. voluntate, §.fin. D.quibus mod.pign.* ibi: *In pristinam causam res redit soluta venditione*, optimus text. *in cap.1.de eo, qui finem fecit agnationi in vsib. feud.* cum multis aliis, quæ latè more suo congerit Tiraq. *in l.si vnquam, C.de reuocand.donat. verb.Libertis,num.35.* Cassan.*in catal.glor.mund. par.10. consid.5.* Marescot. *lib.1. var.resolut.cap.55.& libr.2. capit.23. à num.3.* Menoch. *consi.2. num.237. volum.1.* Cacheran. *cons.7. numer.51.* Monter à Cueua *in decis. Arag. 1. par. decis.1. num.8. & 14. & decis.17. num.37. & decis. 46. & 47.* & alij passim, qui loquuntur in feudis, & similibus causis, & reuersionis ius fauorabile esse probant, atque etiam in correctoriis, & in damnum tertij admittendum, de quo alia etiam in simili congero *infrà libr.2. capit.27. num.9.*

4 Non tamen † facilè quæuis Indorum fuga, & absentia ad spoliationem eorum trahenda est. Nam vt pupilli, possessionem terrarum suarum solo animo non amittunt, *l. pupillus 11.D. de acq.rer.dom. l.pupillum 19. D.de acq. possess.l. si is qui 27. in fine, eod.tit.* Maximè quando ob iniurias, & vexationes, quas patiuntur, se absentant, & abscondunt, vt probat text. elegans *in l.fin. vers. Otro si dezimos, tit.28. par.3.* quæ ideò tali in casu præscriptionem similium prædiorum inhibuit. De qua etiam nunquam, vel parcè admittenda in prædiis minorum, vel eorum, qui simili priuilegio fruuntur, latè agunt DD. per textum ibi, *in l. fin. C.in quib. caus. in integr. rest. non. est necess. l. 8. tit.29. par.3. l.9. tit.19. par.6. l.fin. in fin. tit. 14. ead. par.* Decius *cons. 556. num. 7.* Cassanæ *in consuet. Burgund. Rubr. 1. §. 8. num. 27.* Menchaca *de success. creat. libr. 1. §. 10. num. 49. & 60.* & Sfortia Oddus, plures allegans, *in tract. de in integr.*
5 *restit. part. 2. q. 88. art. 5. numer. 53.* Et Indi † quamvis reducantur, vel ex aliis municipiis in alia tranferantur, sua iura, & priuilegia retinent, ex regula subrogationis, vt per plura iura, & DD. concludit Curtius senior *cons. 26.* Bellon. *cons.1.num.8.* Alberic.*in l.si vsusfructus, D.quib.mod.vsusfr. amitt.* & Gail. *lib.2. obseruat. 61. num.8. & 10.*

CAPVT XXIV.

De eisdem Indis sic redactis politicè, & religiosè, quantum fieri possit, instituendis, tollendisque idololatriæ, ignauiæ, nuditatis, atque ebrietatis vitiis, & aliis vniuersæ eorum nationi ferè connatis.

SVMMARIVM.

1 *Indi ad municipia redacti, politicè instituendi sunt.*
2 *Gens nulla quantumuis barbara, sine legibus, & politia conseruari potest.*
3 *Homines, qui politia & legibus carent, feris similes sunt.*
4 *Hunni quid honestum, vel inhonestum sit, penitus ignorant, ex Marcellino.*
5 *Moribus, ac legibus ordinandæ prouinciæ, ex Cassiodoro.*
6 *Hispanorum mos appellandi,* Bestias, *homines rudes, & impolitos,vnde descendit?*
7 *Politicam institutionem Indorum, & saltim legi naturali conformem, multum curari iubet Concil. Liminense, cuius verba referuntur.*
8 *Schedulis plurimis politica Indorum institutio valdè commendatur, & Auctores, qui de ea agunt.*
9 *Naturalis legis praecepta, qui violant, armatâ etiam manu compesci possunt.*
10 *Indorum politica institutio non est difficilis, si prudenter, & patienter de ea tractemus.*
11 *Hominum genus nullum est ita ferox, quod excoli non possit.*
12 *Natura nos ad mentem optimam genuit,& faciliùs est secundùm naturam, quàm contrà eam viuere, ex Quintiliano.*
13 *Naturale id potest dici, quod natura optimè fieri patitur.*
14 *Indi non sunt de antiquis suis moribus ad contrarios illico traducendi, sed paulatim, & suauiter.*
15 *Legislator dicitur viuendi artifex, & qualiter leges iuxta regiones, & personas aptare debeat?*
16 *Legislator,& Gubernator etiam Barbarorum, quibus praeest, vtilitati, & commoditati consulere debet, ex Cicer.*
17 *Indi omnes eisdem legibus, & praeceptis politicis gubernari non possunt, & quare?*
18 *Regio qualibet vt suo aëre,ac terminis,ita suis legibus, & moribus definitur.*
19 *Leges aliæ aliis gentibus placent, nec generales in diuersis prouinciis sufficiunt.*
20 *Ritus,& consuetudines Indorum,& aliorum infidelium, legi naturæ, aut Christianæ Religioni non repugnantes, eis relinqui possunt, quando conuertuntur ad Fidem.*
21 *D.Greg. Magni insignis locus refertur.*
22 *Duris mentibus simul omnia abscindere impossibile est.*
23 *Locum summum, qui ascendere nititur, gradibus, non saltibus eleuatur.*
24 Cap. infideles 24. q. 4. cap. ad mensam 11. q.3. cap. sicut 9.vers. Nullus, de Iudæis, *expenduntur, & illustrantur.*
25 *Indis conuersis quatenus liceat maiorum suorum traditiones retinere.*
26 *Decreta plura Indici Senatus referuntur, quæ iubent, Indis antiquas suas bonas consuetudines conseruari.*
27 *Ecclesia semper,vbi potuit, infidelium conuersorum ritus, & festiuitates retinuit, causam tamen earum ad Christianum cultum traducens,& exempla.*
28 *Breuiarij veteris elegantia verba referuntur.*
29 *Bituricensium Lanionum notabilis, & Gentilica consuetudo refertur.*
30 *Schedula Regia adducitur, & latè explicatur, quæ iubet,ne Indis baptizandis capilli tondeantur.*
31 *Indorum consuetudo,nutriendi,& habendi capillos promissos,non est contraria religioni, aut legi naturali.*

32 *Capillorum longitudine, & promissione plures nationes vsæ sunt, & hodie vtuntur.*

33 *Capillorum dignitas, & ornamentum, ex D. Ambros. & aliis.*

34 *Consilij supremi Indiarum decretum refertur contra Religiosos, qui in Philippinis insulis Indos Sinas,* Sangleics *dictos religionis occasione tondebant.*

35 *Nomen quod Indus habebat tempore infidelitatis, si conuersus retineat, est signum quòd adhuc manet infidelis.*

36 *Nomina sua gentilitatis ab Indis conuersis retineri Concil. Limens. prohibet, & quare?*

37 *D. Pauli* 1. Corinth. 11. *locus exponitur.*

38 *Comam, qui delicatè nutriunt, pexunt, & crispant, effœminati censentur, & semper notati sunt etiam à Poëtis, & Ethnicis Scriptoribus.*

39 *Capilli molles, & nimis crispati, & compositi in viris, sunt luxuriæ nutrimentum, & infandæ Veneris pabulum.*

40 *Leuitici locus* cap. 19. Non attondebitis in rotundum caput vestrum, *exponitur.*

41 *Capillorum promissio, & nimia cura his temporibus à nostris introducta, hoc est abusus,* En criar, y rizar guedejas, y copetes *reprehenditur.*

42 *D. Ambros. tanquam fœminas notat, & sugillat viros, qui comam nimis curant, pexunt, & crispant.*

43 *Crispati, & calamistrati qualiter eleganti quodam epigrammate reprehendantur.*

44 *Godefridi Ambianensis Episcopi factum contra nutrientes, crispantes capillamentum.*

45 *D. Tyburij Martyris verba notabilia referuntur contra molles, & crispatos; & quòd Christus dedignatur eos seruos habere.*

46 *Incestæ cum matribus, filiabus, aut sororibus coniunctiones Indis permittendæ non sunt.*

Auth. de incest. nup. §. 1. collat. 2. *ponderatur, & emendatur, ibid.*

47 *Sodomia, hominúmque deuoratio, aut immolatio, omninò Indis prohibenda est: & de sodomiæ detestatione, & quòd hæresim sapit.*

D. Ioseph Vela, Senator Granatensis meritissimus, laudatur, ibid.

48 *Corporum humanorum ab aliis hominibus voratorum resurrectio qualiter futura? remissiuè ad Ioan. Filesacum.*

49 *Idololatria est seclus omnium grauissimum, & Deo maximè infensum, & summopere ab Indorum animis extirpandum.*

50 *Idololatriam, qui permittit gubernator, grauiter delinquit.*

51 *Amasias Rex, in aliis rectus; ob id tamen notatur* 4. Reg. 14. *quòd idololatriam non abstulit.*

52 *Excelsa vocat scriptura idola, & idololatriam, quia in montibus, & cacuminibus, vt plurimum, exercebatur.*

53 *Idololatriam Indi plures etiam iam conuersi, ob socordiam gubernatorum, & prædicatorum, in montibus, & in antris exercent.*

54 *Ministros diaboli, qui Indis idololatriam suadent, ab eorum consortio sepanrados esse, ex Concil. Limensi.*

55 *Fr. Bernard. de Cardenas egregius Concionator Franciscanus, refertur, & laudatur.*

56 *Indorum idololatria, vt omninò vitetur, & extirpetur, Rex noster, & eius Senatus multum vigilare, & prouidere debet.*

57 *Concilij Africani locus refertur de idololatria, quæ in Africa abditis exercebatur.*

58 L. 3. & 4. C. de paganis, *& aliæ similes* in Cod. Theodos. *de idololatria extirpanda agentes, referuntur, & illustrantur.*

59 *Ignauiæ, & desidiæ vitium Indis commune summa cura corrigi debet.*

60 *Indi, qui nudi incedunt, suadendi sunt, vt vestes assumant.*

61 *Nuditas corporis humani licèt non sit intrinsece mala, naturali tamen pudori repugnat, & ad vitia prouocat, & in omni honestâ Repub. prohibetur.*

62 *Nuditatem aliqui hæretici probarunt, & Auctores qui de eius vitio, & damnis scribunt.*

63 *Florales, & Lupercales Romanorum ludi, quià à nudis celebrabantur, reprehensi.*

64 *Polyxena laudatur ob curam in verendis corporis partibus, dum interficiebatur, tegendis.*

65 *D. Francisci nuditas coram populo, quo pacto excusetur à D. Bonauentura.*

66 *Americi Vesputij opinio circa Indorum nuditatem, taxatur.*

67 *Nuditatem in pudendis tegere naturale est, & primorum parentum documentum, ex D. August.*

68. *D. Pauli locus* 1. Corint. 12. *de honestandis, hoc est tegendis, ignobilioribus nostri corporis partibus, expenditur.*

69 *Ebrietatis vitium Indis commune, & valdè perniciosum tollendum est.*

70 *Indi frustra docentur Christianam Religionem, si ab eis ebrietatis vitium non remoueatur, & num. 73.*

71 *Ebrietas est dæmon voluntarius, & malitiæ ac perfidiæ, siue idololatriæ mater, & aliâ dea, & num. seqq.*

72 *Exodi locus* cap. 32. *explicatur.*

73 *Concilium Limense computationes Indorum idololatriæ fomentum appellat, & protestatur eis non sublatis Fidem inter illos firmari non posse.*

74 *Indorum ebrietatem tolli, ac puniri, & radices quibus inebriari solent prohiberi, plures Regiæ schedulæ iubent.*

75 *Potiones de Chicha, Sora, Pulque, & aliæ quibus Indi inebriari solent, referuntur, & Auctores qui de illis agunt, & de ebrietate Indorum.*

76 *Matrimonium ab Indis ebriis contractum an valeat? remissiuè.*

77 *Ebrietatis damna & vitia, plures Auctores exaggerant, qui referuntur.*

78 *Pristini exemplum ex Tertull. qui ob tumulentiam à Fide desciuit.*

79 *Compotationes Indorum priuatæ, & non multum damnosæ, acriter puniendæ non sunt.*

80 *Naturali*

80 *Naturali vitio parcendum est.*

81 *Indis conniuendum est, si aliquando inebrientur, cùm sint plures gentes valdè politicæ, quæ ordinaria tumulentia lætentur.*

82 *Hispani, & præsertim Magistratus, & Parochi, qui Indis vinum vendunt, & alias Potiones, quibus inebriantur, magis peccant, quàm ipsi Indi.*

83 *Salutis spes nulla restat; quando ab iis venena porriguntur, à quibus antidotum expectatur.*

84 *Vxores, & famulos viuentes simul cum maritis, vel dominis defunctis Indi cremare, vel sepelire solebant, & quòd hæc praua consuetudo illis tollenda sit.*

INdorum † in certa loca, & municipia reductionem, & coniunctionem, necesse est, vt prudens, Christiana, & politica gubernatio sequatur, eorumdem moribus, & fini, qui prætenditur consentanea. Nulla † quippè gens ita barbara, aut ferina reperiri potest, quæ vbi in populum sociari cœpit, aliquibus legibus, aut moribus non regatur, vel sine iustitia, & politia conseruari possit, vt docuit D. August. *libr.* 2. *de Ciuitat. Dei cap.* 21. Bart. per text. ibi: *in l. omnes populi ante num.* 1. *de iustit. & iur.* vbi ait, solos siluestres homines, his carere, quia etiam populo carent; quem sequitur Nauarr. *in cap. nouit, num.* 86. *de iudiciis*, & Petr. Faber *lib.* 2. *semestr. cap.* 2. *pag.* 20. vbi inquit, † tales homines, qui politia, & legibus carent, non in hominum genere: sed potius in ferarum, & bipedum bestiarum numero censeri debere, exemplum de Hunnis adducens, quos Marcell. *libr.* 31. *hist.* tradit, nullius † legis, religionis, vel superstitionis reuerentia districtos, inconsultorum animalium ritu, quod honestum inhonestumvè sit penitus ignorare. Cui conueniunt alia, quæ Ego congessi 1. *tom. lib.* 2. *cap.* 7. *ex num.* 13. Cassiod. *lib.* 5. *epist.* 39. sic inquiens: † *Decet prouincias Regno nostro: Deo auxiliante, subiectas, legibus, & bonis moribus ordinari, quia illa vita verè hominum est, quæ iuris ordine continetur. Nam belluarum ritus est sub casu viuere; quæ dum rapiendi ambitu feruntur, improuisa temeritate succumbunt, &c.* & nouissimè Cæsar Barthius *lib.* 3. *aduers. cap.* 5. *vol.* 116. vbi † hinc descendisse putat morem Hispanorum, & Italorum, dum *Bestias* appellant homines rudes, & impolitos, & tradita à Lælio Bisciola *lib.* 1. *horar. subsec. cap.* 21. vbi prosequitur qui olim, & qui hodie Barbari dici possint.

Et in terminis nostrorum Indorum, † eamdem politicæ institutionis curam multum requirit, & commendat Concil. Limense secundum, *Can.* 113. *pag.* 69. ibi: *Que se enseñe à los Indios à viuir con orden, y policia, y tener l'impieça, y honestidad, y buena criança; y que como acostumbran los Christianos, digan la bendicion à la mesa, y den gracias despues de comer. Y quando van à dormir se encomienden à Dios: y à menudo se persinen, y santiguen, y digan el Credo, y el Pater noster, y el Aue Maria, en loqual todo principalmente sean instruidos los Caciques, y Mayorales, para que los demas tomen exemplo.* Et adhuc melius idem Conc. Limense tertium *actione* 5. *cap.* 4. *pag.* 204. sic inquiens: *Cùm vita Christiana, & diuina, quam Fides Euangelica docet, exigat naturali ratione, atque homine non indignam, viuendi consuetudinem. Cùmque secundùm Apostol.* 1. *Corint.* 15. *priùs animale sit, deinde quod spirituale; illud vehementer parochis omnibus, cæterisque ad quos Indorum cura spectat, commendandum duximus, vt in primis dent operam sedulam, vt ferinis, atque agrestibus moribus depositis, humanis, ac politicis institutis Indi assuefiant. Cuius generis sunt, vt ad templa non sordidi, atque incompositi, sed loti & pexi, & mundi veniant: vt fœminæ caput velamine aliquo iuxta Pauli Apostoli* 1. *Cor.* 11. *institutionem tegant, vt domi mensas cibo, lectos somno capiendo adhibeant; vt domus ipsæ non caulas pecudum, sed hominum habitationem ordine, mundicia, decore referant. Ac si quæ sunt alia eiusmodi, quæ sanè non violento, & molesto imperio, sed paterna potius cura, & grauitate peragantur.*

Idem quoque † Piissimi nostri Reges sedulò, 8
& enixè plurimis schedulis, instructionibus,
ordinationibúsque curarunt, quæ reperiuntur
in 1. *tom. impress. ex pag.* 318. *& in* 4. *ex pag.* 269.
vbi, inter alia, elegans quoddam & satis prouidum summarium apponitur, multarum rerum, quæ ad politicum Indorum statum spectant. De qua cura meminit etiam Anton. de Herrera *in hist. gener. Indiar. decad.* 3. *pag.* 189. 365. *&* 370. & alibi passim, & benè prosequitur aliisque documentis, suo Marte confictis illustrat. Ioan. Matienç. in tract. M.S. de moderat. Reg. Peru, 1. *par. cap.* 14. *& seqq.* Acosta *in eleganti tract. de procur. Ind. salute*, præcipuè *lib.* 3. *per totum*, Boter. *in relat. vniuers. lib.* 3. *ex pag.* 77. Torquem. *in Monarch. Indian. lib.* 5. *pag.* 686. *&* 734. & Fr. Alfons. Fernand. Domincan. *in histor. Ecclesiast. nost. temp. libr.* 1. *capit.* 51. *&* 52. vbi laudat Motum proprium Pij V. P. M. quo hæc polities Indorum maximè commendatur, & vt legis naturalis præcepta obseruare co-
gantur, † quæ qui violant, armata etiam manu 9
compesci, & puniri posse, multi opinantur, quorum Ego latam mentionem feci, *dict. lib.* 2. *capit.* 12. *ex num.* 1. & nouissimè Scacc. *in tract. de sentent. & re iudicat. gloss.* 1. *q.* 1. *num.* 169. *&* 225. & Martin. Mager. *de aduocatia armata capit.* 9. *numer.* 430 *cum seqq. pag.* 377. vbi hanc rationem inter alias adducit ad bellum legitimè infidelibus inferendum, & dominium, siue patrocinium eorum acquirendum. Qui duo Auctores addendi sunt aliis à Nobis adductis *dict. cap.* 12. *& seqq.*

Neque est † cur hæc Indorum institutio ali- 10
cui difficilis videatur, barbaram eorum naturam,
& propensionem obiicienti. Nullum quippè † 11
hominum genus ita rude, aut ferox reperiri potest, quod patientia, solertia, & prudentia excoli non possit, vt præclarè docuit Plin. Iun. in suis epigramm. inquiens:

Sic hominum ingenia flecti ducique per artes
Non rigidas docta mobilitate decet.

Et ego alia adducens, *eodem lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 8. 90. *&* 92. eleganter Acosta *lib.* 1. *de procurat. Indor. salut. cap.* 8. *&* 17. *lib.* 5. *cap.* 15. Et in simili Quintil. *lib.* 12. *inst. orat. cap.* 11. vbi hanc obiectionem ignauiæ instituentium potius quàm instituendorum ruditati, his verbis attribuit: *Longam enim facit operam, quod repugnamus: breuis est institutio vitæ honestæ beatæque si cre-
das. Natura enim † nos ad mentem optimam ge-* 12
nuit: adeòque discere meliora volentibus promptum est, vt verè intuenti, mirum sit illud magis, malos esse tam multos. Nam vt aqua piscibus, vt sic-

ca terrenis, circumfusus nobis spiritus volucribus
conuenit: ita certè faciliùs esse oportebat secundùm
naturam, quàm contra eam viuere: & non minus
benè, quin potiùs ad rem, de qua agimus, ac-
commodatus *lib.9. cap.4.* sic inquiens: *Quorum*
si fieri nihil melius licebat, ne domibus quidem
casas, aut vestibus pellium tegmina, aut vrbibus
montes, ac siluas mutare oportuit. Quæ porrò ars
statim fuit? quid non cultu mitescit? cur vites
coërcemus manu? cur eas fodimus? rubos aruis exci-
dimus? terra & hæc generat. Mansuefacimus
13 *animalia? indomita nascuntur. Verùm* † *id*
est maximè naturale, quod fieri natura optimè
patitur.

14 Quæ sententia † eò faciliùs, & suauiùs in no-
stris Indis locum habebit, si de vno extremo ad
aliud non transferantur; nec statim velimus eos
Hispanis legibus moribusque censeri, vt relato
eleganti Plutarch. loco in Politica ad Traja-
num, optimè docet, & probat Acosta *d. lib.3.*
*de procur. Indor. salut. cap. vlt. pag.*380. Semper
15 † enim prudens Legislator, qui meritò, *viuendi*
Artifex, appellatur ab Adam Contzen *lib.15.*
politic. cap.6. §.2. leges sancire, & aptare debet
iuxta regionum, quibus scribuntur, temperiem,
dispositionem, conditionem, & capacitatem,
cap. erit autem lex, 4. distinct. cum similibus,
quæ adduxi *suprà cap.4. num.91. & seqq.* Et
16 † industria, atque humanitate sua earum vtilitati
benignè consulere, quamvis immanes, ac bar-
baræ sint, vt scriptum reliquit M. Tullius *in*
epist. ad Quint. Fratrem, sic inquiens: *Quòd*
si te sors Afris, aut Hispanis, aut Gallis præfe-
cisset, immanibus, ac barbaris nationibus, tamen
esset humanitatis tuæ consulere eorum commodis,
& vtilitati salutique seruire. Quem locum addu-
cens Fr. Ioan. à Ponte in conuen. vtriusq. Monarch.
lib.3. cap.21. §.1. optimè differit, an iustè potue-
rit Cicero Hispanos eo tempore barbaros, ac im-
manes vocare?

Vnde benè aduertit Michaël Balboa Cabel-
lo in miscellan. Austr. Manuscripta, non esse
17 † omnes Indos in communi eisdem legibus, ac
præceptis politicis instituendos, cùm constet, in-
specto tempore suæ infidelitatis, variis vbique
legibus, ac moribus gubernari solitos fuisse; pro-
vt varij erant ipsi Reguli, quibus suberant, hoc
est *los Caciques, ò Curacas.* Et quia, vt rectè
18 etiam quidam scripsit: *Qualibet* † *regio non ma-*
gis suo aëre, aut terminis, quàm suis moribus
19 *definitur.* Et aliæ † aliis gentibus leges placent,
vt latè prosequitur Tiraq. *in l.7. connub. num.*
19. & DD. per text. ibi *in c.1. de constit. lib.6.*
vbi dicitur, lege generali definiti non posse, quid
in variis, & diuersis prouinciis sit obseruandum.

20 Et non minùs rectè † Ioseph. Acosta *d. cap.*
vlt. & in hist. natur. & morali Indiar. lib.6.
cap.2. in fin. dum tradit, quòd etsi Christianis,
vt diximus, moribus, disciplinaque nostra sint
quidem barbari paulatim imbuendi, & omnes
sacrilegæ superstitionis, aut barbaricæ feritatis
ritus sensim amputandi: attamen si qua in re illo-
rum mores à religione, & iustitia non discre-
pant, facilà eos immutandos non esse, sed pa-
trias eis, ac gentilitias consuetudines, ab æquo
non abhorrentes, reliquendas, & secundùm eas
ius dicendum. Cuius doctrinæ luculentum Aucto-
21 rem profert † Greg. Magn. *lib.10. Regist. epist.*
71. vbi consuluit, Anglis recenter ad Fidem
conuersis, propria fana, & immolationes ani-
malium, quibus anteà vtebantur, relinqui de-
bere; dum tamen hæc in cultum veri Dei con-
uertere suadeantur: *Nam* † *duris* (inquit) *men-* 22
tibus simul omnia abscindere impossibile esse non
dubium est: quia † *is, qui locum summum ascen-* 23
dere nititur, gradibus, vel passibus, non autem
saltibus eleuatur.

Et potuit etiam, ad eandem sententiam magis
fulciendam, expendere † text. *in l. fin. C. de* 24
Paganis, cap. infideles 24. q.4. cap. ad mensam
11. q.3. cap. sicut 9. vers. Nullis etiam, de Iu-
dæis, cap. vlt. de diuort. cum traditis à D. Thom.
in 2.2. q.10. art.11. quem ibidem reliqui Theo-
logi communiter sequuntur, & Couarru. Azor.
& alij Auctores, quos Ego recensui 1. *tom. lib.*
2. cap.14. numer.29. & 30. Fr. Thom. à Iesu *de*
procur. omn. gent. salute, pag.172. & 504.
Anton. Ricciullus *de iur. person. extra Eccles.*
grem. exist. lib.2. cap.18. num.3. & de nostris
Indis agens, vltra Acostam *vbi suprà*, Zurita *in*
libello de quæstionibus concernentibus materiam
Indorum, quæst.25. vbi hinc deducit, † licere 25
Indis, indifferentes maiorum traditiones ob solam
antiquitatis obseruationem retinere, dummodò
in eis nihil impium, vel superstitiosum dete-
gatur; quamvis in eo rerum genere aliquatenus
virtutis modus excedatur, ex traditis à D. Thom.
1.2. quæst.18. art.11. & quæst.72. art.9. & in 2.2. q.
21. art.3. Nam si exceditur, non debet permitti,
nec excusationem præstare, iuxta sententiam B.
Ambr. *epist.15.* cuius elegantia verba statim *n.42.*
citabimus.

Et extant † plura Regia Indici Senatus decre- 26
ta, quæ idem expresè iubent, vt ipse Acosta te-
statur, & præcipuè nobilis quædam schedula Val-
lisol. 6. Augusti ann. 1555. quæ antiquas & bo-
nas Indorum consuetudines naturali legi, aut
Christianæ politiei non aduersantes, eisdem re-
linqui iubet, & nostris moribus, provt melius
visum fuerit, accommodari, & alias reperies *in*
4. tom. impress. pag.355. & 356. In quo † vete- 27
rem Ecclesiæ stylum amplectitur, quæ Gentilium
superstitiones, & festiuitates multoties in eorum
solatium retinuit, causam tamen earum immutans,
ac veluti sacris ritibus expians, & in religionis no-
stræ meliorem obseruationem traducens, vt præ-
ter locum, & exemplum Gregor. Magni, de quo
suprà, Cereorum festiuitate, & aliis similibus
agens, obseruat Beda *in lib. de temp. rat. cap.10.*
Baron. *in Martyrolog. 2. die Februar.* & Eque-
stribus certaminibus, prima die Augusti in ho-
norem natalis Claudij Cæsaris, vel ædium Mar-
tis consecrationis fieri solitis, teste Dione *lib.6.*
& posteà ad festiuitatem vinculorum sancti Pe-
tri, quæ eadem die celebratur, religiosè ab Ec-
clesia translatis, idem Baron. eadem die, Du-
rand. *in rational. diuin. offic. lib.7.* Rutil. Benzo-
nius *de anno Iubilæi lib.3. cap.5. in fin. & lib.4.*
cap.12. pag.464. Noster sæpè laudatus D. Laur.
Ramirez de Prado *in Pente contrarc. cap.49.*
pag.347. & seqq. & Fr. Ioan. à Ponte *in conuen.*
vtriusq. Monarch. lib.3. cap.13. pag.91. vbi † ve- 2
teris Breuiarij verba ad hoc nimis conducentia re-
censet, quæ sic habent: *Perspiciens* (Ecclesia) *quòd*
non de facili eos à tali consuetudine reuocaret, co-
gitando tractauit, vt obseruantia sic maneret, sed
potiori nomine militaret.

Et conducit nobile Arrestum Senatus Parisien-
sis, quod refert Mornacius *in d. l. fin. C. de Pa-*
ganis, circa conseruandam † consuetudinem 2
Lanionum

Lanionum Bituricensium, qui bouem pinguem, multis sertis redin itum, Bacchanalium tempore circumuehunt, & posteà eius carnes diuidunt, & percarè coëmentibus tribuunt;ac deinde conuiuia choreásque simul ag tant.

Vnde possumus deducere rationem decidendi
o ad aliá † schedulam ann.1581.quæ reperitur *in 4. tom. impress. pag.*360. & iubet, vt Indis, qui baptizandi sunt capilli non tondeantur, quorum ipsi prolixitate, & vsque ad scapulas extensione in multis prouinciis plurimum gaudent; ita vt infamiæ, & grauissimi supplicij loco habeant, si
1 quem fortè tonderi contigerit.Hæc etenim † cõsuetudo illis ægrè ferentibus, immutanda non est, cùm neque religioni, neque legi naturali repugnet. Quin potius & olim, & hodie plurimæ na-
2 tiones eadem vsæ, vel vti reperiantur, † vt de Lacedæmoniis testatur Plutarch. *in Lysandro, de Lusitanis*, Alex. ab Alex. *lib.5. Genial. cap.14.* & de omnibus Hispanis *in communi* Cæl. Rhodig. *lib.18. lect. antiq. cap.21. col.674. & lib.9. cap.29.* Rauis. Textor. *in officina*, 1. *tom. pag.* 370. & 372. *de Gallis*, inde *Comatis* dictis, Plin. Ammian. Marcel. & alij, de Persis Herod. de Britannis Cæsar, de Germanis Cornel. Tacitus, & de Nazaræis Numerorum *6. vers.5.* & latissimè Mendoça *in lib.1. Reg. cap.1. num.11. annot.10. sect.1. pag.391. & seqq.* quorum, & aliorum testimonia congessit Anton. Hottom. *in Dialogo de barba, & coma*, Iunius *eod. tract.de coma*, Læl. Bisciola, qui alios allegat, *lib.7.horar. subsec. c.5.* & de Galliæ Regibus Pet. Greg. *lib.3. de Repub. cap.2.* & de ritu nutriendi tondendiuè capillos, multa eruditè cumulans, Clemens Alexand. & eius interpres Heruetus *lib.3. Pædag. cap.11.* D. Paulin. *epist.4. ad Seuerum.* Sixtus Sinensis *lib.5. Biblioth. annot.*244. Gueuara *in c.3. Habac.* Alphon. Mendoça *in quodlibet. quæst.5. expos.* Pineda *in Iob cap.1. num.*20. Lipsius *in Tacitum cap.*14 Tiraq. *in Alexan. lib.5. cap.*18. Rader. *in Martial. lib.3. epig.6.*
3 *& lib.9. epig.*17. Quibus fauet, † quod de capillorum dignitate, & ornamento, vltra Ouid. Petron. Apuleium, & alios scribit D. Ambr. *lib.6. Hexamer.* inquiens,*Comam reuerendam esse in senibus, venerabilem in Sacerdotibus decoram in adolescentibus, cõptam in mulieribus,dulcem in pueris.Tolle arboris comam arbor ingrata est:tolle humani capitis capillum,tota pulchritudo flauescit.* Et nouissimè, & latissimè plura eruditè congerens D. Anton. Gabrer. *in tractat.de metu lib.2.cap.48 per totum.*

Quam ob causam supremum Indiarum Consilium me cum aliis collegis ita censente, † iustè proximis hisce diebus quorũdã Religiosorum stylum damnauit, qui in insulis Philippinis Indos Sinas, vel Iaponios, quos ibi *Sangleies* vocant, ad fidem,& Religionem nostram admitti cupientes, non nisi priùs vsque ad cutem tonsos, baptismo donabant, eam huius facti excusationem prætexentes, quòd relictis capillis, facilè cum aliis infidelibus, qui eis valdè promissis vtuntur, miscebantur, & in gentilismum recidiuabant; quòd tonsi, propter verecundiam, aut infamiam, quæ inter eos ex rasione contrahitur, facere non audebant. Tantùm quippè sacramentum ex capillis(vt dicunt)sumi,vel pendere non debet,& exẽplum perniciosum visum fuit, vt quos Dei amor vel timor in fide semel recepta non continebat, ob solam abrasi capillamenti notam, retineri iudicarentur.

Quamvis non ignorem † in Iudæis recenter 35 conuersis, sumi solere indicium, quòd in Iudaismo perseuerent, ex eo quòd pristinum nomen retineant, & ex aliis similibus signis, quæ doctè prosequitur Menoch. *de arbitrar. casu* 547. *num.*5. quam sanè rationem addere possumus Concilio Limensi III. *act.2. cap.11. pag.*121. † vbi 36 eandem retentionem nominis Gentilitatis in nostris Indis prohibet, his verbis: *Ne in Indorum baptismo, & matrimonio falli sæpè contingat, dum ignoti illud repetunt, omnino vetentur Gentilitatis, aut superstitionis suæ nominibus vti: sed omnibus Christianis assueta nomina in baptismo apponantur. Cognomina verò vt inuicem discernantur, masculi quidem paterna, fœmina materna retineant.*

Neque his repugnat † locus D. Pauli 1. *Co-* 37 *rint.*11. vbi videtur docere, natura inspecta, comæ nutritionem in viris ignominiosam esse,dum inquit: *Hæc ipsa natura docet vos, quòd vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi, mulier autem si comam nutriat, gloria est illi.* Quod idem testatur glos. per tex. ibi *in cap. probib.* 21. *distinct.*23. debet enim intelligi de natura, siue consuetudine Prouinciæ; quæ hanc inter viros, & fœminas circa comæ nutritionem differentiam seruauit, quæ communior inter omnes gentes fuisse reperitur. Aut vbi homines comam nutrientes, effœminati animi indicium gestabant, vt ibidem D. Chrysost. addit, hoc est, non solùm comam nutriebant, & protendebant, sed crispaturis, & calamistris vtentes, nimio luxu,& cultu fœminas exæquabant, aut excedebant. Hoc enim † non modò apud Sanctos, & Chri- 38 stianos Patres, verùm & apud Ethnicos Scriptores lasciuosque Poëtas semper vitio, & probro datum fuit;vt patet ex Seneca *in epist.*115.*&* 126. *& in quæst. nat. lib.7. & de breuit. vitæ cap.*12. Clemen. Alexan. *lib.3. Pædag. cap.* 3. Cyprian. *in lib. de lapsis*, Tertul. *de cultu fœm.cap.* 7. Ouid. *lib.1. de Arte amandi, & in epist.4.* Phæd.Hippol.

Sint procul à nobis iuuenes vt fœmina compti,
Fine coli modico forma virilis amat.

Manil.*lib.1.Astronom.* Martial.*lib.2.epig.*36. Horat. *lib.1. carm. od.*15.

Nequicquam Veneris præsidio ferox
Pectes cæsariem,gratáque fœminis
Imbelli cithara carmina diuides.

Quo loco Lambinus, & alij commentatores veluti per consequentiam deducunt, † molles 39 capillos esse luxuriæ nutrimentum, & infandæ Veneris pabulum. Et idem sensit Synesius in Encomio caluiciei, relatus à Rhod. *dict. lib.8. cap.29.* dum inquit: *Nemo comatus,qui idem non sit Cinædus:*

Talia lasciuæ faciant,concede,puellæ,
Aut si quis male vir,quærit habere virum.

Contra quam mollitiem est illud Scripturæ † *Leuitici* 19. *Non attondebitis in rotundum* 40 *caput vestrum*, hoc est, vt Septuaginta interpretes vertunt: *Non cincinnabitis caput vestrum.*

Eáque propter, meritò † aduersus morem, 41 siue potius corruptelam, his vltimis (heu!) temporibus (nescio quo malo sidere) apud nos introductam,comam nutriendi, torquendi, ac crispandi,

pandi ; vultúsque fucandi , doctè , & grauiter insurgit, pluribus Senecæ , & aliorum antiquorum locis adductis , Pet. Ferd. Nauarrete *in conseruat. Monarchiar. discurs.*14. Illustr. Dom.D.Roder. Acuña Archiep. Bracharensis , *in suis commentariis , siue notis ad* 1. *par. Decret. super d.cap prohibere , num.*4. *&* 5. *pag* 173. *&* 174. Et eis non relatis nouissimè , & acerrime insignis I. C. Alphons. Carrança in libello , nunc cùm hæc prælo mandamus , vulgari lingua , sed non vulgari eruditione in vulgus sparso , cui titulum fecit, *Contra los malos trages y adornos , part.* 2. *per totam*, & Reuerend. Episcop. Chilensis D. Fr. Gaspar Villarroel *in Concion. Quadragesim.* 3. *part. pag.*150. *& seqq.* & melius *in Commentariis sup. lib. Iud. cap.*10. *pag.*392. §.8. vbi quantum dedecet militem comptum cincinnatumque esse , & *cap.*14 *pag.*577. *num.*11. vbi quod contra cincinnatos crispatósque cuncti armantur Doctores. Sed nemo melius , eos qui talia faciunt, reprehendit , & sugillat , quamvis se patriæ consuetudine tueantur , quàm D. Ambros. *cap.*22. *Deuteron. epist. ad Irenæum* , vbi sic habet.
42 † *Quàm deforme autem virum facere opera muliebria! Ergo pariant, ergo parturiant, qui crispant comam, vt fœmina, & tamen illæ velantur, isti bellantur. Verùm habeant excusationem, qui patrios vsus sequuntur, sed tamen barbaros, vt Persæ , vt Gothi, vt Armenij : Maior quidem est natura, quam patria.* Quem locum quidam nostri tempo-
43 ris Vates non inuenustè † egregio hoc epigrammate adumbrasse videtur.

Si vir, vbi virtus? nemo sine viribus est vir.
Si vir, vbi virtus mascula digna viro ?
Non vir, sed virus populi , exitiumque iuuentæ
Cur te fœmineum non pudet esse marem?
Cur calamistrator discis crispare capillos?
Viribus indocilis, bellica ad arma rudis.
Pone ensem iam, sume colum, trahe pollice fusum,
Virtus non sexus, efficit esse virum.

44 Extatque in eiusdem vitij detestationem † notabile factum Godefridi Ambianensis Episcopi, quod referunt Surius.& Molanus VIII.Nouemb. & nouissimè fr. Laurent. Landmeter *de vetere Clerico lib.*1. *par.*1. *cap.*6. Quatenus in celebri quadam solemnitate festi Natalis Christi, illorum omnium oblationes , & dona reiecit , qui instar muliercularum intonsa , & crispata erant coma, *Quo facto (inquiunt) permoti , & cognita Antistitis auctoritate , certatim gladiis , & cultris, sibi capillum abscindebant. Miseros se existimantes , si ob comam , tanti viri benedictione priuarentur.* Et in Actis S. Sebastiani , de Torquato,
45 mentiente se Christianum , dixit † Tiburtius ad iudicem Fabianum : *Credisne , vir Illustriss. hunc Christianum , qui in corporis sui lenocinio moliendo , capitis fimbrias admittit ? Qui tonsorem diligit ? qui scapulis molliter gestit ? numquam tales pestes Christus dignatus est habere seruos suos ?*

Sed vt ad institutum redeamus , quemadmodum in hac re , & similibus , Indis Indorumque moribus aliquantisper ignoscendum , & deferendum est , ita in aliis omnino turpibus , & absurdis , nullo pacto (vt diximus) conniuere debemus , sed omni studio curare , vt ex eorum
46 vsu , & animis excidant. Quales sunt † incestæ cum matribus , filiabus , ac sororibus coniunctiones , quas plurima etiam irrationabilia amouent animalia , vt inquit tex. *in auth. de incest.& nefar.nupt.* § 5. *collat.*2. sic enim legendum est, non *admonent* , vt ibidem rectè Contius aduertit, & latè prosequitur Tiraq. *in l.*7. *connub. glos.*1. *par.* 7. *n.*47. *& seqq.*

Sodomiæ , † & Antropophagiæ vitium , hoc 47
est humanarum carnium esus cruentæ ac inhumanæ hominum immolationes , & sacrificia, & alia, quæ continentur in summario, cuius memini *sup. hoc cap. num.* 8. *& in Concil. Limensi secundo act.*6. *pag.*69. *cum seqq.* & Ego congessi *in* 1. *tom. lib.*2. *cap.*12. *per totum* , multa aduersus eorum grauitatem , & fœditatem commentus. Quibus nunc addo Ritershusium *ad Nouel. part.*12. *nouel.*77. *&* 141. *pag.*687. vbi plura adducit in detestationem sodomiæ , & nefarij cuiusdam Episcopi Itali , qui de eius laudibus librum scripsit, clariss. & eruditiss. D. Ioseph. Velam , Granatensem Senatorem meritissimum , *in relect. cap. vlt. de offic. ordin.* 1. *part. num.*94. *fol.*44. *cum seqq.* vbi Me etiam allegat , siue alligat potius, dum immeritum laudat, & D. Franc. Torreblanca *de iure spirit. lib.*13. *cap.*2. *num.*23. *& seqq.* vbi probat , quòd sodomia , & bestialis actus contra naturam , hæresim sapiunt , & sic in multis prouinciis Inquisitores de eis cognoscere solent. Et de Antropophagia plura etiam nouissimè videre poteris apud Ioan. Filesacum *lib.*1. *select. cap.*8. vbi dilucidè explicat illam difficilem quæstionem , in qua quidam scioli , qui carneis oculis diuina cernere volunt , vix exitum inueniunt,
† de resurrectione corporum humanorum , ab 48
aliis hominibus deuoratorum , & qualiter ea in sua integra substantia resurgere possint , cum ratione cibi , in aliorum etiam hominum substantiam conuersa sint, qui æquè integri resurrecturi sunt.

Inter dicta porro crimina caput effert † idolo- 49
latria , quæ (vt etiam dixi *dict. cap.*12. *ex num.* 108.) scelus est Deo valdè infensum , impietas extrema , & iniquitas maxima , ad cuius flagitium obstupescunt cœli , & portæ eius desolantur, & vt inquit Tertul. *in lib. de idololatr. c.*2. *Principale crimen est generis humani , summus sæculi reatus , tota causa iudicij*: quibus alia addit Lud. Ballest. *in Onomatograph. verb. Idolum* , Fr. Thom. à Iesu *de procur. omn. gen. salute* , 2. *par. lib.*11. *pag.*821. Mendoça *in* 5. *tom. lib. Reg. pag.* 153. *&* 833. & nouiss. D. Franc. Torreblanca *de iure spirit. lib.*9. *cap.*3. *per tot.* & Dom. Episcop. Chilens. Villaroel *in lib. Iud. cap.*3. *pag.*86. Quamobrem gubernator qui eidem Deo placere cupit, in ea extirpanda omnem curam impendere
debet , † ita vt nisi hanc impleuerit existimare 50
possit , nihil se in reliquis præstitisse , vt colli-
gitur *ex lib* 4. *Reg. c.*14. Vbi † Rex Amasias 51
laudatur , quòd rectum coram Domino fecerit, statim tamen hoc totum deturpasse subiicitur , ob id, *Quòd excelsa non abstulit, adhuc enim populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis.* Vbi noster Abulensis meritò inquit, Regum , ac Gubernatorum famam, & præclara quæuis facinora denigrare , huius execrandi vitij minus curatam extirpationem, & vltionem.

Ideò autem † *Excelsa* pro idolis , vel idolola- 52
tria , sacer Textus vsurpat , quoniam frequenter idololatrantes cacumina montium, & alias solitudines ad hoc faciendum quærebant , vt vltra alios aduertit Procopius ibidem , vbi lucos dæmonum Excelsa interpretatur, nimirum quia non minus , quàm lucos , montes ad hæc scelera frequentabant.

quentabant. Vnde Tertul. *lib. de pudicitia*, mœchiam, seu fornicationem ita differentem inducit: *Sciunt luci mei, & mei montes, & viuæ aquæ, ipsaque in vrbibus templa, quantum euertendæ pudicitiæ procuremus*, & alia tradens Villalpandus *in Ezech. cap.20.vers.29.* ibi: *Quid est Excelsum?* Ioann. Mariana *in scholiis sup. Scriptur. ad eundem locum Reg.* ibi: *Altare idolorum vocabatur Excelsum, quia in callibus erigebatur*, Martinus Delrius *in Adagiis sacris*, 1.*tomo, pag.*531. & nouissimè Ioan. Filesac. 2. *select. cap. de caremoniis*, §.7. *pag.*171. *& seqq.* vbi de lucis & montibus plura eruditè congessit. Quo fortè sensu D. Hieronym. *in epist.7. ad Lætam sub initium*, cùm ageret de ingenti Christianæ Religionis per totum orbem progressu, idola solùm in montibus, & sola relicta fuisse, his verbis lætabundus ostendit: *Solitudinem patitur, & in vrbe Gentilitas Dij quondam nationum cum bubonibus, & noctuis in solis culminibus remanserunt, &c.*

53 Quod sanè † in nostris hodie Indis in multis partibus durat, vbi Euangelium annuntiatum non est. Imò (quod magis dolendum est) etiam vbi iam annunciatum, sed ministrorum socordia minas solidè animis conuersorum infixum, & insinuatum, vel obliterari permissum. De quo passim pij, & graues viri queruntur, inter quos Acosta *lib.*1. *cap.*14.*& in aliis seqq.& lib.*5.*cap.* 9. 10. *&* 11. vbi de idololatria istorum barbarorum satis prudenter scribit, & de remediis contra eam, & euertendis idolorum signis, & templis, Thom. à Iesu *vbi sup.* Conc. Limense 2. *act.*2. *cap.*97. *cum multis seqq.* vbi refert varias Indorum superstitiones, & idolatrandi formas, & docet, qualiter extirpandæ, & idola dissipanda sint, & Concil. Limense 3. *act.*2. *cap.*42. *pag.*145.
54 vbi seriò iubet, † vt ministri diaboli, hoc est vetuli quidam, & decrepit: Indi, qui sunt dæmonum flamines, & arioli, ac magi scelestissimi, & Indos iam conuersos peruertere solent, & ad antiquam idololatriam reuocare, à cæterorum consortio separentur, Torquemada *in Monarch. Indiana lib.*15. *c.*23. vbi plura de idololatriis secretis Indorum, & qualiter ab eis eradicari possint: & P. Paulus Ioseph. ab Arriaga è Societate Iesu (de cuius vita, & obitu aliqua dixi *d.* 1. *tom. lib.*1. *cap.*7. *num.*56.) in libello, quem de extirpatione idololatriæ Peruanorum Indorum scripsit, & Regio Indiarum Concilio dicauit, &
55 nouissimè † Religiosus Pater, & verbi Dei, tum apud Hispanos, tum apud eosdem Indos ardens, & egregius Concionator Fr. Bernard. de Cardenas in alio eiusdem argumenti libello, vbi refert se ex mandato, seu commissione Prouincialis Concilij Argentini, tunc temporis congregati, ad visitandas, & in Fide confirmandas aliquas Indorum prouincias missum fuisse, multáque idolorum millia in montibus reperisse, & infandas alias superstitiones, & dæmonis suggestiones, cùm & ipsos montes, plurimas arbores, & lapides, & valissima, & spurcissima sæpè animalia pro idolis colerent, eisque litare, & sacrificare solerent, & ad hoc liberiùs, & sine Parochorum metu faciendum, in solitudines, antraque, & speluncas secedere. Quod exigit, † vt tanto malo opportunis decretis, & remediis à Piissimo Rege nostro, & supremo eius Indiarum Consilio obuiam eatur, vt in simili iampridem docuit Concil. Africanum sub Bonifacio I. *Canone* 25. † sic inquiens: *Instant etiam aliæ necessitates* 57 *à Religiosis Imperatoribus postulandæ, vt reliquias idolorum per omnem Africam iubeant penitus amputari: nam plerisque in locis maritimis, atque possessionibus diuersis, adhuc erroris istius iniquitas viget: vt præcipiant & ipsa deleri, & templa eorum, quæ in agris, vel in locis abditis constituta nullo ornamento sunt, iubeantur omnino destrui.* Quod † statim Imperatores iussisse 58 cognoscimus, *ex l.*15. 16. 17. 18. *de Paganis, in Cod. Theodos.& l.*3.*&* 4. & alibi sæpè eodem tit. in Cod. Iustin.

Ignauia † quoque, & desidia Indorum, quæ 59 illis ferè omnibus naturalis esse videtur, vt inquit Acosta *d.lib.*3.*cap.*9.*in princ.& cap.*19.*in fine*, & nos latè 1.*tom.lib.*2.*cap.*7.*n.*27.*& seqq.& cap.*12. *ex num.*23.*& suprà hoc lib.*1.*cap.*4 *ex num.*102. prudenter à gubernatoribus corrigi debet, vt discant sibi, & necessariis Reipublicæ ministeriis cõsulere, & operari, & otium fugere, quod plurima vitia hominum pectoribus ingerit; vt multis etiam probaui *dict. cap.*4. *ex num.*126. Sed hoc tamen sub ea cautione, ne Hispani totum pondus eis relinquere velint, & sub aliis, de quibus late etiam in superioribus egimus.

Nuditas † etiam totius corporis, vel superio- 60 ris eius partis, quæ apud plures Indorum nationes communis est, omni item studio illis dissuadenda, & prohibenda est. Nam iuxta doctrinam D. Thom. 2. 2. *q.*33. *artic.*2. *& q.*71. *art.*2. *& in* 3.*p. q.*82. *artic.*10. Licèt † nuditas non sit in- 61 trinsecè mala, adhuc tamen negari non potest, vehementer repugnare naturali pudori, ac honestati, quæ Reipublicæ maximè necessaria est, *l.*1. *C. de Mainma*, *lib.*10. cum ibi notatis: & vitiosam, ac damnosam esse, vel ob id, quòd ad vitia, & peccata homines allicit, vt docet idem D. Thom. *in* 2. 2. *q.*77. *art.*4. *& q.*145. *art.*2. *& q.*168. *art.*1. *ad* 3. & in aliis locis relatis à Zurita *in quæstion. Ind. q.*16. vbi resoluit, esse de genere earum rerũ, quæ in malum sonant, & hoc efficere, vt nulla Respublica iustè hanc totalem nuditatem permittere possit. Et idem tradit Gasp. Sanch. *sup. Isai. cap.*20. *n.*8. disputans illam quæstionem: *An Isaias nudus ambulauerit?* Alfons. à Castro *aduersus hæreses, verb. Nuditas*: † vbi 62 refert, & damnat opinionem aliquorum hæreticorum, qui totalem nuditatem probabant, & laudabant; latissimè Tiraq. plura de nuditate congerens, *in l.*4. *connubiali*, *num.*12. *cum multis seqq.* Bobadilla, alios referens, *in Politica lib.* 4 *cap.*10. *fol.*91. Annæus Robertus *lib.*4. *rerum iudicat. cap.*10. Basil. Pontius omnino videndus *in tractatu de matrim. lib.*7. *cap.*63. vbi plurima ab Annæo Roberto, eo non relato, transcripsit, Simon Maiol. *in dieb. Canicul.* 2. *tom. colloq.*1. *de cultu, & oration. Deor.* & noster eruditiss. D. Fran. Amaia *lib.*3. *obseruat. cap.*5. qui hac ratione post plures alios † grauiter reprehendunt Flo- 63 rales, & Lupercales Romanorum ludos, seu festiuitates, quæ à nudis celebrabantur, de quibus Ego etiam aliqua dixi 1. *tom. lib.*2. *cap.*14. *num.* 66. & latiùs cæteris hanc nuditatis materiam prosequutus Mersennius *super Genesim*, *pag.*1238. *& seqq.&* 1338.

Et ob eandem causam D. Clem. Alexandrin. *lib.*2. *Stromat. cap.*12. *pag.*445. † multum Poly- 64 xenam cum tragicis laudat, quæ & si interficeretur, moriendo tamen, magnam adhibuit diligentiam, ne qua sui corporis pars nuda conspici

spici

ſpici poſſet,quod pulchrè expreſſit Ouid.13.*Metamorph.*ſic inquiens:

Tum quoque cura fuit partes velare tegendas,
Cùm caderet, caſtique decus ſeruare pudoris.

65 Et D.Bonauentura † *in vita Sancti Franciſci ca.*
2.nec.ſſe habui,diuinæ inſpirationis afflatu, eius
nuditatem excuſare:*Inſuper* (inquit)*ex admirando
feruore,& ſpiritu ebrius, retectis etiam fæmoralibus,
totus coram hominibus denudatur.*

66 Quibus † non repugnat Americi Veſpucij traditio,
quatenus in prima ſuarum nauigationum
ſcribit, hanc nuditatem inter Indos nullius vitij,
vel luxuriæ, tam in maſculis, quàm in fœminis
incentiuum præſtare; non magis, quàm inter
nos oris, vel manuum inſpectio, quas detectas
geſtamus. Nam vt concederemus hoc verum, &
certum eſſe, quod nullo modo Veſpucius probabit,
adhuc tamen eiuſmodi nuditas, maximè in
obſcœnis illis partibus, prohibenda eſſet, vel
67 ideò,† quòd primi noſtri Parentes hoc documentum
nobis exemplo ſuo reliquerunt; cuius occaſione
D. Auguſtinus relatus à Maiolo *vbi ſuprà*,
ita ratiocinatur: *Si nihil in libidine illa ineſſet
pudendum, non texiſſent ſua genitalia primi homines
poſt peccatum. Nam genitalia potiùs quàm
ora, per quæ comederant, texerunt, & occultarunt.
Atque ea ipſa non manu, ſed ficu,ne ea vel
ipſi attingerent: Tanta nimirum turpitudo in iis
poſt peccatum inhæſit.*

68 Quod fortè ſignificare etiam voluit † Apoſt.1.
*Corint.*12.dum de earundem partium integumento,
vel honeſtamento loquens, ſic inquit: *Et
quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis,
his honorem abundantiorem circumdamus, & quæ
inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorem honeſtatem
habent.*

Illud porro abſque vlla hæſitatione ſummope-
69 rè curare debemus, † vt Indi à deteſtabili ebrietatis
vitio quantum fieri poſſit, abſtineant. Eſt
enim illis omnibus veluti connatum, ac familiare,
& ingentium malorum cauſa, ita vt plures
vino, *Chicha, Pulque*, & aliis variarum radicum
poculis, quibus compotari, & inebriari ſolent,
abſumpti dicantur, quàm morbis, & laboribus,
aliiſque quas patiuntur, calamitatibus. De quo
ita grauiter, & eleganter tribus integris capitibus
agit Ioſeph. Acoſta *d. lib.3. de proc. Ind. ſalut.
cap.*20. 21. & 22. vt ſuperfluum videri poſſit,
velle in eo amplius immorari. Præſertim cùm
certa ſit ac conſtans eiuſdem,& aliorum plurimo-
70 rum † ſententia, fruſtra Indos Chriſtianam Religionem
doceri, quàmdiu peſtifera hæc conſuetudo
inerti noſtrorum diſſimulatione retinetur.
71 Eſt † enim ebrietas dæmon voluntarius, malitiæ
mater,& virtutis inimica,vt docet D.Baſil.homil.
in ebriet.& luxum, & ſecundùm D.Ambroſ. *de
Elia,& ieiun.cap.*12.eſt mater perfidiæ,& idolo-
72 latriæ,iuxta illud † *Exod.*32.*Sedit populus manducare,&
bibere,& ſurrexerunt ludere*,hoc eſt ad
idololatrandum,vt omnes DD.exponunt, ſequuti
D.Paul.1.*Corint.*10.

Quod in noſtris Indis certiſſimum eſſe,quotidianis
experimentis confirmatur,& ſatis oſtendit
73 † Concil.Prouinciale Limenſe ſecundum, *Can.*
109.*pag.*67.vbi appellat eiuſmodi compotationes
idololatriæ fomenta,iubetque vt ſumma cura tollãtur,ac
penitus ab ſpiritualibus& tẽporalibus Indorum
gubernatoribus exterminentur, proteſtans,
*Que no aurà firmeza en la Fè de Ieſu Chriſto en
eſta tierra, entretanto que los Indios no fueren
refrenados de eſte vicio de borracheras.* Idemque
non minus ſeriò iubent, & cauent † plures ſche- 74
dulæ Regiæ, quæ extant 4.*10.pag.*347. *& ſeqq.*
vbi referuntur aliquæ potiones nimis potentes,
& valdè damnoſæ; quibus Indi inebriari ſolent
† *Chicha*, nempè Sora, Pulque, & aliæ, quas 75
ex variis frugibus radicibuſuè conficiunt. De quibus
etiam, & de aliis ad Indorum ebrietatem ſpectantibus
melius cæteris meminit Acoſta *d. c.*20.
& 21. *& in hiſt. natur. & morali Ind.lib.*4.*c.*16.
Hieron. Benzo. *lib. hiſt. Ind.* relatus *in* 4. *par.
Americæ pag.*117. Anton. de Herrera *in hiſt. gener.
Ind. decad.*1.*lib.*5. *cap.*12. *pag.*181. *& decad.*3.*lib.*3.
*c.*10. *& lib.*4. *c.*11.*pag.*163. vbi agit
de ebrietate Cumanenſium, *Y que bebian vinos de
palmas, y erua, grano, y fruta*, & *decad.*4. *lib.*
6. *c.*4. *pag.*134. vbi de prohibitione cuiuſdam radicis
quam Indi Nouæ-Hiſpaniæ ſuis potionibus
miſcebant, vt ſic fortiùs inebriarentur, & ebrij
idolis ſcrificarent, & *decad.*7.*lib.*9. *c.*7.*pag.*251.
vbi *de la Chicha*, & qualiter ea Indi inebriari
ſolerent.Garcilaſ.Inca *de Incar.hiſt.lib.*8.*cap.*9.Fr.
Ioan.Bapt.*in aduertent.confeſſ.Ind.verb. Pulque*,
Fr.Ioan.à Torquem.*in Monarch.Ind.lib.*14.*c.*10.
& ſeqq. Ioan.Matienz.*in Rubr.tit.*1.*lib.*5.*Recop.
n.*208.vbi de ebrietate Indorum, & † an valeat 76
matrimonium ab eis in ebrietate contractum, D.
Carraſc.*ad eand.Recop.c.*2.*n.*26. *pag.*18. vbi agit
de compotationibus Indorum Peruanorum in
diebus feriatis,*de la Chicha que hazen de maiz*;&
inquit,quòd in eis non vnus dies,ſed plures ſolẽt
detineri, non ſine periculo idololatriæ, quod eſt
dolendum,& alios referens,pleniuſque, & diſtinctiùs
cæteris,quos viderim de his potionibus agẽs,
diligens noſter, & rerum Indicarum valdè peritus
Ant.de Leon *in nouiſſimo tract.*cui titulum fecit,
*Queſtiones del Chocolate, par.*2. *fol.*56.*cum ſeqq.*
vbi *de la Chicha y Sora*,& *fol.*28.*& ſeqq.*vbi *del
Pulque*,& D.Fr.Gaſp.Villaroël Epiſcop. Chilenſ.
*in Comment.ſap.lib. Iudic.cap.*13.*pag.*469. Vbi
huius noſtræ ſcriptionis cum laudibus meminit,
quas Ego iuſtiùs in doctos ipſius Commentarios
effundere poſſum.

Et quidem iure optimo dictæ prohibitiones
nituntur, cùm ex his poculis, non tam potus
vitæ neceſſarius,quàm ebrietas quæri videatur, &
eadem vitæ corporis, & animi valdè contraria,
innumeris aliis vitiis, ac damnis obnoxia. De
quibus † vltra D. Baſil. & Acoſtam *vbi ſup.* & 77
D.Auguſt. *tract.*17. *de ebrietate, & ſobrietate*,
qui omninò videndi ſunt, plura inter alios commemorat
Plin. *lib.*14. *cap.*22. Clemens Alex. *d.
lib.*2. *Pædagog. cap.*2. vbi Heruetus *ex pag.*187.
ad 191. Cæl. Rhodig. *lib.*28. *antiq. lect.cap.*30.
31. *& ſeqq.*& innumeri alij relati à Tiraq. *de
pœn. temp. cauſa* 6. *per tot.* Andr. Canonherr. *in
Aphoriſm. politicis* 1.*tom. pag.*197.*&* 785. vbi de
incommodis quæ ebrietas Reipub. affert: & *in
tract. de vino, & vini virtutibus* ferè *per totum*,
Bobadilla *in Polit. lib.*1. *cap.*3. Hering. *in tract.
de fideiuſſorib. c.*7. *n.*121. *cum multis* Petr. Herodius
*lib.*10. *rer. iudic. tit.*6. *cap.*13. *fol.*408.
Petr. Mexia *in ſilua var. lect.* 3.*par. cap.*16. Hubertus
à Sonleuille *in Alphab. curioſitas* 1.*par.
lib.*5. *per tot.* & P. Mendoça, omnino legendus,
*in lib.*1. *Reg. cap.*1. *num.*15. *& annot.*11. *pag.*
132. *cum multis ſeqq.* vbi inter alia probat, quòd
ebrij ſunt brutis, & diabolo deteriores, & filij
Belial,

Belial, & ſine iugo, & apoſtatæ, & quòd ebrietas eſt peſtilentia, inſanabile venenum, cunctis vitiis turpior, libidinis, & ſomnolentiæ comes, cædium mater, & rationis naufragium. Et *c. 2. n.17. pag.756.* vbi, quòd ex ebrietate naſcitur perfidia, & idololatria, relato loco D.Ambroſ. *lib.de Elia, cap.12.* quem *ſupr.* citaui; & † inſigni exemplo Tertul. *lib. aduerſus Pſychichos, cap.12.* de quodam Priſtino, qui cùm ad martyrium efferretur, ad prima eius tentamenta, eò quòd vinolentus eſſet, à fide deſciuit, & concludit Tertull. *Proh quales nutris intemperantia fidei deſertores!* Cui ſimile aliud Vennochi Britti Presbyteri, narrat Greg.Turonenſ. *lib.8. hiſt.Franc. cap.34.* & ex eo Dom. Epiſcop. Chilenſ. *d.cap.13.pag.484.* vbi alia notanda contra ebrietatem adducit, & *cap.3.pag.86.* vbi quàm facilè in idololatriam prolabetur, qui mentis compos non eſt.

Quæ tamen ita accipienda ſunt, † vt comportationes publicæ ſacrilegæ, & Indis damnoſæ tollantur, vt prudenter aduertit Acoſta *d. lib.3.cap.22.pag.371.& ſeqq.* non verò vt excandeſcamus, & nimis rigidè, cum vno, aut altero ex illis agamus, ſi fortè domi ſuæ, & intra priuatos (quod aiunt) parietes temulentum eſſe contigerit. Naturali † quippe vitio parcendum eſt, *l.fluminum, §.vitio, D.de dam.infecto,* vbi Bartol.Bald.& Alexand. *auth.de non eligendo ſecundo nubentes, §.ſi autem, collat.* 1. Gloſſ. *in l.2. §.ſi non propter, D.ſi quis caution.* Velaſcus *de priuilegiis pauper. 1.p.quæſt.17.num.29.& 41.* & cùm fuerint olim, & ſint hodie plurimæ gentes ex his, quas prudentiores, & politiores reputamus, quæ eodem temulentiæ vitio lætantur, vt recolunt multi ex Auctoribus ſuprà citatis, † conniuendum eſt barbaris, & à patria ſuperſtitione recentibus, ſi antiquæ conſuetudini parum obſiſtant, neque ſtatim in Curios aut Catones euadant, prout in ſimili idem antiquis etiam, & robuſtis Chriſtianis cõdonabat D.Auguſt *epiſt.63 ad Aurelium,* & tradẽs alia Canonher. *in Aphoriſm.Polit.tom.1.pag.116.* vbi quòd Magiſtratus leuicula populi peccata debet diſſimulare: & in noſtris terminis d.Concil.Limenſe II. *can.110 pag.68.* dum ordinat: *Que los combites y borracheras que ſuelen hazer los Curacas en las placas los dias de Fieſta, tangan la moderacion que conuiene; pero no ſe les quiten, ni el recarſe con algunos juegos honeſtos deſpues de medio dia.*

Multóque magis † in Hiſpanos quoſdam, & præcipuè in ipſos Prætores, & Parochos Indorum excandeſcendum eſt, qui turpis infamiſque quæſtus cauſa, non ſolùm Indos vinum, imò & muſtum feruens, & peſtilens, furioſámque illam *Soram* lege prohibitã bibere ſinunt, verùm ipſi vendunt, & multories inuitos accipere, & bibere cogunt, & apud ſe compotandi commoditatem offerunt, ſic temulentiam, quam vetare, & punire debuerant, propinantes, & gladium inſanis porrigentes. Quod licèt plurimis Regiis ſchedulis grauiter reprehenſum, & ſeuerè puniri iuſſum fuerit, parum tamen (vt ille dixit) leges ſine moribus proficiunt vanæ. Et vt concludit Acoſta *vbi ſuprà*, quæ † ſpes vltrà reſtat infelicium horum ſalutis, quando ab iis venena porriguntur, à quibus antidotum expectandum? De quo exceſſu dolet etiam, & queritur Fr.Bernard. de Cardenas *in ſuo memor. §.15.* & Nos latius agemus, vbi de Indorum Prætoribus ſermonem inſtituerimus.

His tandem † (vt alia omittam) adiicio, ab 84
eorundem Indorum animis, ac moribus auferendam quoque eſſe antiquam illam conſuetudinem, quam aliqui eorum (præcipuè nobiles) habebant, cremãdi nempè vel ſepeliendi vxores, & famulos adhuc viuentes cum viris, aut dominis vita functis, de quo agit notabilis ſched. 18.Iun.1551. *tom.4.pag.351.* & plures Auctores, quos adduxi *1.tom.lib.2.cap.12. n.60. & 61.* & vltra eos Iul.Laborius *var. lucubr.tit.2. cap.4.de priſco, & recenti funerandi more, num.25. & ſeqq.* vbi ſimiles aliarum nationum mores recenſet, & Ioan. Boter. *in ſua Primauera cantu 1. ſtanza 91.* vbi eos prauos appellat, ſic carens:

La ve le Donne han la coſtume praua
Di ſeguir y mariti trapaſſati.
Di ſeguir dico per le fiamme ardenti
Il lor conſorti che la morte he ſpenti.

CAPVT XXV.

An ſit, fueritvè conueniens, Indos ad diſcendum, & loquendum Hiſpanum ſermonem compellere, & vt noſtris veſtibus, conſortiis, ac moribus aſſueſiant.

SVMMARIVM.

1 *Linguarum diuiſio, quando, qualis, & quare?*
2 *Linguarum prima diuiſio, poſteà in plurimas alias extenſa eſt.*
3 *Colchorum in vrbe tercentum nationes conuenerunt, totidem diuerſas linguas habentes.*
4 *Indi Occidentales & Orientales innumeris linguarum differentiis vtuntur.*
5 *Lingua eadem in prouinciis non multum diſtantibus valdè variari ſolet, & quare?*
6 *Linguarum varietas, & differentia parit, & peperit plures difficultates in conuerſione, & reductione Noui-Orbis.*
7 *Surdi ſumus in linguis, quas non intelligimus.*
8 *Paria ſunt non loqui, vel taliter, quòd non intelligatur.*
9 *Linguarum donum non eſt ita frequens hodie, vt olim tempore Apoſtolorum.*
10 *Indos an oporteat, vel oportuerit ad Hiſpanam linguam loquendam compellere, ſæpè tractatum.*
11 *Concilium Limenſe Indos Indicè doceri iubet, & aliquæ ſchedulæ antiquæ.*
12 *Indis linguam patriam tolli non poſſe, ſed Hiſpanos ſe ei accommodare debere, aliqui ſentiunt.*
13 *Anacharſis dictum refertur, quòd omnes in aleina lingua balbutiant.*
14 *Lex ſi feratur de tollendo Indis patrio eorum ſermone, difficulter ad praxim reducetur.*
15 *Senes difficillimè alienam linguam perdiſcunt, & adagium de hoc.*
16 *Sermone nobis noto vti debemus, ex Cicerone.*
17 *Ioſephus Iudæus fatetur de ſe, quòd non potuit aſſequi rectam pronuntiationem linguæ Græcæ.*
18 *Indos poſſe, & debere compelli ad loquendum Hiſpa*

Hispanum sermonem, Auctor sentit, & quare?

19 *Indorum pueri, & adolescentes facilè addiscent Hispanum sermonem, & patrium obliuiscentur.*

20 *Hispaniolæ insulæ Indi, qui hodie supersunt, quale fuerit patrium ipsorum idioma ignorant.*

21 *Hispani postquàm à Romanis acceperunt Latinum sermonem, materni prorsus obliti sunt, & qualis olim fuerit, ignoratur.*

22 *Hispani à Mauris subacti Romanum sermonem pro Arabico reliquerunt.*

23 *Hebræus populus in Babylonia septuaginta annis propriam linguam amisit, & Chaldaicam imbibit.*

24 *Ioseph Patriarcha Ægyptiam linguam didicit, & paterna quasi oblitus, cum fratribus per interpretem egit.*

25 *Hebræi per varias nationes diuisi, per desuetudinem Hebræam linguam obliti, alienas acceperunt, ex Abulensi.*

26 *Ioan. Matienzus admittit linguæ Hispanæ erga Indos coactionem, & qualiter?*

27 *Schedulis pluribus iussum est, vt Indi Hispanam linguam doceantur, & loquantur, & scholæ ad hoc formentur.*

28 *Indi plures non solùm Hispana, verùm & Latina lingua eleganter loquuntur.*

29 *Schedula ann. 1596. de Indis sermone Hispano instituendis expenditur.*

30 *Fidei mysteria etiam in perfectiori Indorum lingua, non satis perfectè explicari possunt & quare?*

31 *Peritus mediocriter in lingua Indorum, an possit aliis tuta conscientia Euangelizare?*

32 *Infidelis Indus an debeat linguam Hispanam discere, si se aliter saluum fieri, non posse cognoscit?*

33 *D. Pauli locus 1. Corinth. 14. expenditur.*

34 *Prædicationis munus tum alia, tum maximè perfectam linguæ peritiam desiderat.*

35 *Ieremias se excusabat à prædicando, quia nesciebat loqui.*

36 *Linguas ignotas audire, & non intelligere, Dei indignati supplicium fuit, ex Ierem. 5. & Psalm. 54.*

37 *Linguarum scientia, & conformitas non solùm ad dilatandam fidem necessaria est, sed etiam ad Indos nobis amiciores reddendos.*

38 *Linguæ vnitas, & similitudo est firmissimum vinculum societatis humanæ, & è contrario diuersitas discordiam parit, ex Genebrar.*

39 *Linguarum variarum cognitio vtilis est ad plura, ex Philone Iudæo.*

40 *Iudæi paruipendebant extranearum linguarum cognitionem, ex Iosepho.*

41 *Linguarum diuersitas hominem alienat ab homine, & Plin. & D. August.*

42 *Victores victis semper suum idioma, & vestes, & mores communicant & num. 65.*

43 *Guidonis Fabricij elegantia verba referuntur.*

44 *Romani primitus in communicanda sua lingua parcissimi fuerunt.*

45 *Romani totius ferè Orbis domini facti, per totum illum Romanam linguam extenderunt, ex Plin. & aliis.*

46 *Romanorum Imperium, & sermonem per totum Orbem extendi Deus disposuit, vt facilius Christi aduentus, & Fides prædicaretur, ex Prudent. & aliis.*

47 *Cornelij Taciti elegans locus refertur, & expenditur, circa curam Romanorum in lingua, & moribus suis aliis nationibus communicandis.*

48 *Romani an humanitatis, an status ratione ducti, populis subactis suum sermonem, & mores indiderint?*

49 *Decreta omnia Iudices, etiam in prouinciis, Latina lingua interponere debebant, & quando, & quare permissum fuerit Græca etiam vti?*

L. decreta 48. de re iudic. & l. iudices 12. C. de sentent. *explicantur, & conciliantur ibid.*

50 *Contractus, & testamenta, & alia similia, Græca etiam lingua olim celebrari, & scribi poterant, & quare?*

51 *Erasmi verba referuntur, & expenduntur.*

52 *Vsus Latinè loquendi, & scripturas conficiendi, etiam post lapsum Romani Imperij in multis prouinciis durauit.*

53 *Lingua aliena loqui, & scripturas conficere, veluti subiectionis signum censetur.*

54 *Germani, & Galli, quando vetuerint in suis prouinciis scripturas, & acta iudicialia Latinè conscribi?*

56 *Hispanus sermo, ex Latino descendit, & cur appelletur* Romance? *& de voce* Ladino.

57 *Cæsar Barthius plurimi facit Hispanam linguam, & Castellianismum hodiernum.*

58 *Mauris recenter conuersis prohibitum fuit, ne Arabica lingua loquerentur.*

L. 15. tit. 2. lib. 8. recop. *ponderatur, & illustratur, ibid.*

59 *In Indiis Occidentalibus duæ tantùm Monarchiæ repertæ sunt, aliqualem rationis, & politicæ gubernationis modum habentes nimirum Peruana, & Mexicana.*

60 *Peruani, & Mexicani Reges, quàm latè suum imperium, & linguam extenderint, & generalem effecerint.*

61 *Lingua generalis Peruanorum appellatur* Quichua, *Mexicanorum verò* Mexicana.

62 *Linguæ Castellanæ introductionem inter Indos facilem esse putat Matienzus, exemplo Incarum, & Motechumarum.*

63 *Iosephi Acostæ verba referuntur, tradentis, plurimum oportere, vt vna lingua omnes Indi loquantur.*

64 *Lingua vna si Indos omnes vti expedit, nulla commodior, & facilior imperari eis potest, quàm Castellana.*

65 *Indos Hispanorum vestibus indui, & moribus imbui an expediat?*

66 *Hispani nostri cur stolati, seu togati vocentur à Strabone?*

67 *Mauri conuersi iussi sunt gestare vestes Christianorum.*

L. 16. tit. 2. lib. 8. recop. *ponderatur, ibid.*

68 *Vestibus Hispanorum Indos (maximè Principales) indui debere, sentit Matienzus, & quare?*

69 *Indi ex ordinationibus, & schedulis Regiis, vestibus*

vestibus Hispanorum, & armis, & equis vti prohibiti sunt.

10 *Commercia Hispanorum cum Indis qualiter permittantur?*

11 *Habitatio inter Indos Hispanis prohibita est, maximè vagabundis, & hybridis, atque Æthiopibus, & quare?*

12 *Matrimonia inter Hispanos, & mulieres Indas, vel Indos, & Hispanas, olim prohibita, posteà permissa, & quare?*

LIcet Noë posteri † ob superbum Babylonicæ turris ausum, in septuaginta duas linguas, siue sermonis differentias, diuisi, aut verius puniti legantur, vt colligitur *ex Genes. capit.* 11. vbi omnes Interpretes, & docet S. Epiphan. in princ. Panarij, Diu. Hieronym. *super capit.* 26. *Matthæ.* Diu. Augustin. *libr.* 16. *de Ciuitat. Dei, capit.* 3. *&* 11. Diu. Prosp. *lib.* 2. *de vocat. Gent. capit.* 4. Arnob. *supr. Psalm.* 104. Clem. Alexand. *libr.* 1. *Stromat.* vbi ex Gentilium traditione septuaginta quinque linguas fuisse probat, Pacian. *ad Simplic. epist.* 2. vbi ait, fuisse centum & viginti, Baron. *in annal. Eccles. anno Christi* 34. *num.* 241. Lorinus, & alij *in Act. Apost. cap.* 2. & Bernard. Aldrete *de antiq. Hispan. libr.* 1. *cap.* 32. & nouissimè *Alphabet. curiositatis*, 2. *part. pag.* 138. Hoc † tamen, vt inquit Origen. *homil.* 11. *in Num.* de linguis intelligi debet, quarum tunc temporis Deus auctor fuit, & eius Angeli executores. Etenim posteà, hominum propagine magis, ac magis adaucta, & in varias, & longè dissitas prouincias transmigrante, non solùm plures, verùm innumeræ sermonum, atque idiomatum differentiæ, & dialecti induci cœperunt; ita † vt ex Timosthene referat Plin. *lib.* 6. *cap.* 5. in quadam Colchorum vrbe tercentum nationes coadunatas fuisse, quæ totidem linguis loquebantur.

Idque † in nostris Indis Occidentalibus, & Orientalibus contingere quotidie experimur, & ex Americi Vespucij relatione obseruat Genebrar. *in Chron. lib.* 1. *pag.* 34. † Addens; tum in eis, tum alibi sæpè, eandem linguam, intra centum leucarum discrimen, in hominum labiis, occulta quadam causa, tantam versuram facere, vt vel propter accentum, vel ob mutationem aliquam litterarum, vel additionem, vel detractionem, tam paruulo spatio non se mutuò intelligant. Et idem obseruat Michaël Balboa Cabello *in miscel. Australi Manuscrit. fol. mihi* 61. Garcilassus Inca *in suis comment.* 1. *p. lib.* 7. *c.* 1. *& seqq.* Ioseph. Acosta *in histor. natural. & morali Indiar. libr.* 6. *cap.* 11. *& de procur. Ind. salut. lib.* 1. *capit.* 2. *pag.* 134. vbi loquens de solo imperio Peruano, ita inquit: *Ferunt, olim septuaginta duabus linguis confusum esse genus mortalium: At hi (scilicet Peruani) septingentis, & eo amplius inter se discrepant, vt vix vallis habitetur paulò latior, quæ non sua materna lingua gaudeat, &c.*

Quod † in causa nunc est (& olim initio deductionis earum regionum multo magis fuit) vt plurimæ difficultates, & quæ superari vix possint, in adeundis, conuertendis, & ad nostra commercia redigendis, Barbaris sese offerant, quas benè considerat idem Acosta *d. lib.* 1. *de procur. Ind. salut. eod. cap.* 2. *& cap.* 9. *& lib.* 4. *cap.* 6. *& seqq. & libr.* 6. *cap.* 13. Fr. Thom. à Iesu *de procur. omn. gent. salut.* 2. *part. libr.* 4. *pag.* 198. & Frat. Ioann. à Torquem. *in Monarch. Indian. libr.* 25. *cap.* 15. Etenim surdi † sumus in illis linguis, 7
quas non intelligimus, vt dixit Cicero *libr.* 5. *Tuscul. quæst.* quem ex nostris refert Ant. Heringius *in tract. de fideiuss. cap.* 11. *num.* 152. & † paria sunt non loqui, vel taliter loqui, quod non 8
intelligatur, vt latè probat, & prosequitur Lupus *allegat.* 57. *num.* 15. & eum referens Tuschus *litt. P. conclus.* 85. Neque † donum linguarum, 9
quod olim Deus suis Apostolis communicauit, facilè sperare debemus, licèt non ideò de conuersione horum infidelium diffidere oporteat, quam Deus ipse variis modis, & vbi opus est miraculis promouet, vt fusè dixi, & probaui *in* 1. *tom. lib.* 2. *cap.* 5. *ex num.* 7. *& cap.* 17. *ex numer.* 23.

Vndè multoties in Regio Indiarum Senatu, & apud alios doctos, & prudentes viros in quæstionem vocatum est, vtrum † Indos, qui 10
iam in ditionem nostram deuenerunt, nostræ omnino Hispanæ linguæ assuefacere oporteat, & oportuerit, ita vt propriam omittant, & obliuiscantur; vel nos è contrario, illorum sermonem discedere debeamus, & eosdem de fidei rebus instruere, atque ita in commerciis, & reliquis negotiari.

Et sanè † Concilium Limense Tertium, 11
actione 2. *cap.* 6. Indos indicè orationes, siue Cathechesim doceri iubet, neque ad aliam linguam compelli, nisi aliqui ipsorum velint, Hispanicum idioma, quo multi iam vtuntur, adiungere. Quod antiquis etiam aliquibus schedulis, & instructionibus continetur, quæ extant *in* 4. *tom. impress. ex pag.* 221. & probat, & sequitur Acosta *vbi sup.* præcipuè *lib.* 4. *capit.* 8. *pag.* 413. & Garcilas. *d. cap.* 3. qui sentiunt, † In- 12
dis linguam suam tolli non posse, & melius esse, magisque consentaneum rationi, vt Hispani eorum sermonem discant, cùm & ingenio præstent, & intelligendi necessitate obstringantur. Quam in rebus fidei recusare non debent, vt inquit idem Acosta *d. lib.* 1. *cap.* 9. *pag.* 172 cùm videamus, ad gentes profundi sermonis, & ignotæ linguæ homines penetrare lucri spe, nec deterreri barbarie immensa, sed vniuersa mercium gratia lustrare, & linguæ earum balbutientes se accommodare, vt aurum, argentum, ligna pretiosa, mercésque exquisitas ad suos euehant, quæstumque vndique augeant.

Pro quibus facit † dictum Anacharsis *epist.* 13
1. *ad Athenienses*, vbi postquàm probauit, hanc esse omnium nationum conditionem, vt aliæ in aliarum lingua balbutiant, infert, obinde barbaris linguis ignoscendum, & subdit: *Cur barbaricas texturas in pretio habetis, vocem autem barbaram non probatis?* Nec non etiam † 14
quòd cùm lex rebus non verbis imponi debeat, *l.* 2. *C. comm. delegat.* hoc est non solùm, quæ iusta, honesta, & vtilia videntur disponere; verùm, quæ possibilia sint, & in actu (vt dicunt) practico exequibilia. *cap. erit autem*, 4. *dist.* & eleganter Cicero, Catonem meritò hac de causa reprehendens, *in epist.* 1. *ad Atticum, lib.* 21. Non videtur hoc consequi posse, si velimus innumerabiles Indorum gentes patrium sermonem in ipsa patria obliuisci, & externo solùm vti, quem rarò, ac valdè illibenter audiunt, iuxta illud Lucretij *lib. de natura rerum.*

Cogere item plures vnus victosque domare

Non poterat, rerum, vt perdiſcere nomina vellent,
Quid ſit opus facto, faciles, neque enim paterentur;
Nec ratione vlla ſibi ferrent amplius aures,
Vocis inauditæ ſonitus obtundere fruſtra.

15 Maximè † ſi ad id ſenes adigamus, quibus
nihil vſquam durius, aut difficilius iniungi po-
teſt, quàm linguam mutare, vt ex D.Hieronym.
& aliis tradit Eraſmus *in Adagio*: *Senis mutari*
linguam, & inſinuauit Cicero *libr.1. officiorum*,
16 † vbi, *Sermone* (inquit) *eo vti debemus, qui no-*
tus eſt nobis; & Ioſeph. Iudæus *libr. 20. antiq.*
17 *Iudai.cap.vltim.in fine*, vbi † de ſe fatetur,quòd
etſi linguæ Græcæ non ſine profectu operam
dederit, exquiſitam tamen eius pronuntiandi
rationem aſſequi per patriam conſuetudinem
non licuit.

18 Sed his non obſtantibus adhuc † Ego in
contrariam ſententiam magis inclino. Arbi-
trórque facilè quidem, & conueniens ab initio
fuiſſe, & hodie longè facilius, & conuenien-
tius eſſe, vt in prouinciis Indorum, quæ ad
Hiſpanum dominium, & gubernationem reda-
ctæ ſunt,Hiſpanus quoque ſermo illis præcipuè
19 iniungatur, & imperetur. Nam † quamvis con-
cedamus Indos natu grandiores illum aut non
aſſequi, aut parum feliciter imitari poſſe, in
pueris tamen, & adoleſcentibus contrarium
continget,quibus ad quidvis cereum ingenium,
& hæc facultas, ad diſcendam quamlibet lin-
guam, maximè à natura data eſt, vt aduertit
idem Eraſmus vbi ſuprà. Atque ita breui tem-
pore non ſolùm noſtrum ſermonem, abſque vl-
la difficultate recipient, verùm patriam ita re-
linquent, & obliuiſcentur, vt ne illius quidem
vlla veſtigia remaneant, nec qualis anteà fue-
20 rit, odorentur, † vt in inſula Hiſpaniola, &
aliis ei adiacentibus, in paucis Indis, qui ibi-
dem remanſerunt, vſu compertum, citra ali-
quam Hiſpanorum curam, & diligentiam tra-
dit Doctiſſ. Bernard. Aldrete *in tract. de orig.*
*ling.Hiſpan.libr.1.cap.22.*vbi aliud exemplum in
21 nobis ipſis Hiſpanis adducit, † qui vbi à Ro-
manis ſubacti,propria eorum lingua donati fui-
mus, quæ inter nos vulgaris eſſe cœpit, pror-
ſus memoria maternæ linguæ, qua antea vte-
bamur, defecit. Nec quiſquam eſt, qui certis
teſtimoniis, quænam illa fuerit, oſtendere poſ-
ſit, licèt in hoc vltra ipſum Aldret. valdè olim
inſudauerit Poza in peculiari libro, quem de
hoc argumento conſcripſit, Egregius Senator
Diu. Gregor. Lopez Madera *in libro de Monte*
ſancto Granatenſi, capit. 18. & D. Sebaſtianus
Couarruuias *in theſauro linguæ Hiſpanæ, ver-*
22 *bo Latin.* Quinimo † & hæc ipſa Latina lin-
gua, quam Hiſpani à Romanis accepimus, po-
ſteà etiam Maurorum inuaſione penè relicta, &
obliuioni mandata fuit,cùm Hiſpani inter Ara-
bes habitantes, facilè illorum Arabicum idio-
ma perdiſcerent,vt ex teſtimonio Aluari probat
idem Aldrete *vbi ſuprà.*

Et licet ex ſacra Pagina alia non minus ap-
23 ta depromere. Primum † ex Hebræo populo,
qui ſeptuaginta tantùm annorum ſpatio in ca-
ptiuitate Babylonis ſuam antiquam linguam
amiſit, & Chaldaicam, quæ Ægyptiorum erat,
apprehendit, quam & poſteà in propriam ter-
ram reuerſus conſeruauit, vt notat Sixtus Se-
nenſis *libr.4. expoſit. verb. Targum, & libr.3. de*
tranſlatione, Pererius *libr.2.in Daniel.cap.2.*Poſ-
ſeuin.*lib.2.Bibliothecæ, cap.7.*Ioſephus *lib.20.an-*
tiq.Iudaicar.cap.vltim. Ianſenius *in Concordant.*
Euangel. cap.61.& 143. & latè noſter Reinard.
Aldrete *in dict. cap.22. & lib.3. cap.7.& de anti-*
*quitate Hiſpan.lib.1.cap.19.*vbi alia optima loca,
& exempla recenſet.

Secundum † de ſancto Patriarcha Ioſeph 24
Geneſis 24. & ſequentibus, & Pſalm. 80. qui in-
ter alias ærumnas ſuas, non leuem illam exper-
tus eſt, vt linguam, quam non nouerat, audi-
ret, quam ſibi adeò familiarem fecit, vt pater-
ni ſermonis quaſi eſſet oblitus; cum fratribus
Hebraicè per interpretem colloqueretur. Quod
generaliter † Hebræis per varias nationes diui- 25
ſis contigiſſe, optimè, & multum in noſtris
terminis notat Abulenſis *c.13.in Geneſim, quæſt.*
374.inquiens, quòd *pauliſper receſſerunt à lingua*
propria, & vſi ſunt linguis earum regionum, in
quibus manebant; ita vt per deſuetudinem obli-
uiſcerentur linguæ propriæ, quia paruuli eo-
rum, qui naſcebantur, linguam ipſorum non
addiſcebant, ſed illarum gentium inter quas
erant.

Quam ſententiam expreſsè in noſtrorum In- 26
dorum terminis probat Ioann. † Matienz. *in*
tractat. Manuſcript. de moderat. Regni Perù,
1.part.c.6. inquiens, faciliùs hanc noſtræ linguæ
receptionem ab Indis conſequi poſſe, ſi vel ſoli
eorum Reguli,quos *Caciques*, vel *Curacas*, ap-
pellamus, ea vti compellerentur, reliqui enim
ſtatim idem præſtarent,quoniam illis ſupra mo-
dum obediunt, & adulantur, vt *in cap.ſeq. di-*
cemus.

Extantque † plurimæ antiquiores,& nouio- 27
res ſchedulæ, quæ præciſam hanc ſermonis no-
ſtri cũ Indis communicationem agnoſcentes,&
ſupponentes, ſeriò Proregibus,& Gubernatori-
bus iubent, vt ad hoc ſcholas inſtituant,ibique
Indos ab ineunte ætate Hiſpanæ linguæ aſſuefa-
ciant, ita vt genuinam relinquant. Et ad hoc
munus Religioſos Dominicanos,Auguſtinianos,
& alios ſummis votis inuitant. Quæ ſchedulæ
reperiuntur *in 4.tom.impreſſ.pag.339. & ſequen-*
tib. Et in 1.tom. pag.322. extant duo capita in-
ſtructionis, quæ Peruanis, & Mexicanis Prore-
gibus dari formulariter ſolet, vbi eadem cura
eiſdem enixè committitur. Qua mediante non
raro, nec difficulter conſecutum videmus, † vt 28
Indi non ſolùm noſtra, verùm & Latina lingua
eleganter loquantur, vt ad Paulum III. P. M.
ſcripſit Fr.Ioan.Garceſius Tlaxcalenſis Epiſcop.
apud Fr.Auguſtin.Dauila *in hiſtor. Mexicana Or-*
dinis Prædicat.lib.1. cap.43. his verb. *Nunc verò*
tanta eſt ingenij eorum felicitas, vt & Latinè, &
Hiſpanè ſcribant, & loquantur noſtris pueris ele-
gantius &c. Et tradit alia ad idem valde notan-
da Fr. Ioan. Torquemada *in Monarch. Indiana*
lib.17.per totum.

Sed nullibi ſanè hoc melius exprimi, & de-
cidi videtur, quàm in † Regia quadam ſche- 29
dula dat. Toleti 3.Iulij anni 1596.& per Prore-
gem Peruanum D D.Ludouicum à Velaſco im-
pleri iuſſa per aliam dat. Ventoſillæ 25. Iunij
ann.1605.quæ addit, hoc tum ob alias, tum ea
præcipue ratione conuenire, quòd comper- 30
tum ſit, etiam in meliori, & perfectiori lingua
Indorum hucvſque repertorum, non ſatis re-
ctè nec propriè fidei myſteria explicari poſſe,
ob vocabulorum, & terminorum deficientiam,
pluréſque

pluréſque inde abſonos, & abſurdos errores reſultare. Quod vel ipſe Acoſta non diffitetur, *dicto libr. 4. de procurand. Indor. ſalute, capit 9.* & Zurita *in quæſtion. Ind. quæſt. 36.* vbi in du-
31 bium meritò vocat, an † mediocriter peritus in lingua Indorum, poſſit illis tuta conſcientia prædicare, & Euangelizare; cùm in euidenti periculo verſetur falſa aliquà, & abſona prò veris, ob ſermonis imperitiam, ac defectum docendi? *& quæſtione 22.* vbi quæſtionem mo-
32 uet, † an Euangelizantis linguam infidelis Indicus ſuæ ſalutis cupidus addiſcere debeat, ſi ſe aliter Euangelium audire poſſe diffidat? Pla-
33 nè enim, † vt inquit Diuus Paulus *1. ad Corinthios 14. Si neſciero virtutem vocis, ero ei cui loquor Barbarus, & qui loquitur mihi Barbarus.*
34 Et † prædicationis munus requirit hominem non ſolùm in rebus diuinis expertum, ac variis diſciplinis refertum, ſed etiam in lingua eorum non mediocriter eruditum, quos auertere à malo, & meliores fieri ſua prædicatione conten-
35 dit, † vt patet exemplo Ieremiæ ſe excuſantis à prædicatione, quia loqui neſciebat, vt habetur Ieremiæ 1. *& in cap. in ſcripturis, §. quies itaque 8. quæſtione 1.* per quem etiam Prophetam *cap. 5.*
36 refertur, † Deum ad populi punitionem dixiſſe: *Adducam ſuper vos gentem, cuius ignorabitis linguam, neque intelligetis, quid loquatur.* Cui conueniunt verba *Pſalm. 54. Præcipita, Domine, diuide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate*, & quæ tradit Apollonius Thianæus apud Philoſtrat. *lib. 5. c. 13.* de magnis damnis, & difficultatibus, quæ oriuntur ex ignoratione linguarum, & neceſſitate loquendi per interpretes.

Efficitúrque prædictu ſententia ea conſide-
37 ratione ſecurior, † quòd non ſolùm ad dilatandum Chriſti nomen plurimum intereſt, vt Nos, & Indi communem linguam habeamus, vt in ſimili, de Agarenis loquens, aduertit Ludouicus Viues *lib. 3. de traden. diſcipl.* Verùm & ad hoc, vt iidem Indi maiori nobis cum familiaritate, ac fidelitate conſtringantur, quòd mirum in modum linguæ vnius peritia, & conformitas operatur, vt de eiſdem Indis loquens, ex relatione Patris Blaſij Valera, optimè tradit Garcilaſ. Inca *dicto libr. 7. cap. 3.* Genebrard. *in chronolog. pag. 34.* vbi ſcriptum relinquit. *Ex peccato accidit illa linguarum multiplicatio, ad*
38 *puniendam humanam temeritatem. Nam † vt linguæ vnitas, & ſimilitudo firmiſſimum eſt vinculum ſocietatis humanæ, & Religionis: ita diuerſitas, certam parit animarum diuiſionem, diſcordiam morum, ingeniorum, ſtudiorum, voluntatum, &c.* Et ante eos Philo Iudæus *in lib. 1. de*
39 *confuſ. ling.* vbi † variarum linguarum cognitionem vtilem eſſe, & loquelæ ſimilitudinem magnam ſocietatem, & beneuolentiam in hominum animis conciliare, his verbis ſcribit: *Ob imperitiam linguarum multi ab inſidiatoribus ex improuiſo ſunt oppreſſi; è diuerſo ſcientia multos exemit imminentibus periculis. Itaque prodeſt magis, quàm nocet linguæ communicatio, quod nunc quoque per ſingulas regiones, præſertim indigenarum, nihil æquè incolumitati confert, ac lingua omnium eadem. Tum ſi quis plures linguas ediſcat, mox probatur ab earum peritis, & pro amico agnoſcitur, non leue argumentum ſocietatis afferens loquelam familiarem, vnde mox accedit ſecuritas à periculis.* Hactenus Philo. Cuius lo-

cum multum notare debemus, eò † quòd Iu- 40
dæi hominis ſit, apud quos parui fieri ſolebat extranearum linguarum cognitio, vt colligi poteſt ex teſtimonio alterius Iudæi, nempè Ioſephi, filij Matathiæ *lib. 20. antiquitatum Iudaicarum cap. vltim. ad finem*, qui de ſuis Iudæis loquens, ſic inquit. *Noſtri homines non ſuſpiciunt eos, qui multas perdidicerunt linguas, quod ſtudium profanum apud eos habetur, & ſeruis commune cum ingenuis: ſolos autem ſapientes ſuo ſuffragio pronuntiant, qui legis, & ſacrarum litterarum tantam aſſecuti ſunt peritiam, vt eas etiam interpretari valeant, &c.* Et huc etiam ſpectant † ver- 41
ba Plinij *lib. 3. cap. 1.* vbi docet, ex loquendi varietate fieri, *vt externus alieno penè non ſit hominis vice*: & Diui Auguſtini *libr. 19. de Ciuitate Dei, cap. 7.* vbi inquit: *Linguarum diuerſitas hominem alienat ab homine; ita vt libentiùs homo ſit cum cane ſuo, quàm cum homine alieno, &c.*

Neque erit cur alicui hæc noſtri ſemonis in ſubiectis Indis iniunctio dura, aut inſolens videri debeat, † cùm potius antiqua, & ſolem- 42
nis conſuetudo omnium ferè nationum fuerit, vt victores victis ſuum idioma, ac mores communicent, ſentientes hoc ad iura victoriæ, atque ſuperioritatis reſpicere, & in ipſis populis recenter ſubactis maiorem (vt diximus) ſocietatem, & animorum conformitatem inducere. Quod rectiſſimè docuit † Guido Fabricius *in* 43
præf. dictionar. Syro-Chald. his verbis. *Sic enim natura comparatum eſt, vt is, penes quem eſt rerum ſumma, ac maxima imperij orbis terrarum adminiſtratio, cum legibus, & edictis ſuis, ſuam quoque linguam populis ſibi ſubditis tribuat: aut ſaltem ſi continuò in omnibus prouinciis, quibus huiuſmodi Princeps imperat, ipſius idioma tanquàm vernaculum in omnium ore verſatur, ſenſim tamen illuc irrepit, ac radices ſuas quàm latiſſimè diffundit, &c.* Et idem ſentiunt, & proſequuntur Franc. Vergara in append. ad ſuam artem Græcam, Benedictus Arias Montan. in commentar. ad Bibliam Hebræam, Cardinal. Bellarminus *tom. 1. libr. 2. de verb. Dei, cap. 15.* Cardin. Baronius *tom. 4. ann. 379. num. 72.* Andreas Reſende, *antiquit. Luſitan. libr. 3.* Petrus Antonius Beuter *libr. 1. hiſtoria Hiſpan. capit. 3.* Alphonſus Salmeron *tom. 1. prologo 14.* Bernardus Aldrete *de antiquitate Hiſpan. libr. 1. capit. 11.* & Magiſter Marquez *in Gubernatore Chriſtianò pag. 215.*

Et cùm pluribus exemplis confirmare poſſem, Romanorum tantùm contentus ero, qui † licèt primitus in communicanda ſua lingua 44
parci admodum, ac tardi fuiſſe legantur, vt ſcribit Iuſtus Lipſius *de recta pronuntiatione linguæ Latinæ, capit. 3.* & Franciſcus Floridus Sabinus *libr. 2. ſubciſ. lect. capit. 1.* vbi inter alia refert illud Liuij *decade 4. libr. 10. Anno ab Vrbe condita 574. Cumanis petentibus permiſſum, vt publicè Latinè loquerentur, & præconibus Latinè vendendi ius eſſet.* Poſteà † tamen 45
vniuerſi ferè terrarum orbis domini facti, eundem Romano ſermone loqui, non ſolùm ſuaſerunt, ſed coëgerunt, vt oſtendit Plinius *libr. 3. c. 5 & lib. 1. c. 4.* ſic inquiens: *Omnium terrarum alumna eadem, & parens* (ſcilicet Roma) *numine Deum electa, quæ cœlum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret imperia, rituſque molliret, & tot populorum diſcordes, feraſque linguas ſer-*

monis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breuiterque vna cunctarum gentium in toto Orbe patria fieret. D. August. *dict. cap.* 7. his verbis: *At enim opera data est, vt imperiosa ciuitas non solùm iugum verùmetiam linguam suam domitis gentibus per pacem societatis imponeret, per quam non deesset, imò & abundaret etiam interpretum copia.* Vnde dicere potuit Plutarch. *de Plat. quæst.* quòd suo tempore ferè omnes homines Romana lingua vtebantur: & Iust. Lips. *vbi sup. Iamque Romani honorem sui agi palam censebant, in honorem suæ linguæ.* Et Aurelius Prudentius *lib.* 2. *contra Symmachum,*
46 † Deum hoc ita præordinasse, vt faciliùs Christi aduentus prædicaretur.

Discordes linguis populos, & dissona cultu
Regna, volens sociare Deus subiungier vni
Imperio quidquid tractabile moribus esset,
Concordique iugo retinacula mollia ferre,
Constituit.

De quo articulo Ego plura alia congessi *in* 1. *tom. lib.* 1. *cap.* 14. *ex num.* 28.

Sed nemo melius hanc Romanorum curam,
47 & eius intentionem expressit, † quàm Cornel. Tacitus *in vita Agricolæ*, de Britannis loquens, & notanter concludens, hoc pacto subactos populos, magis sibi seruos, & subditos reddidisse, his verbis: *Sequens hyems saluberrimis consiliis absumpta: Namque vt homines dispersi, ac rudes, eòque bello faciles, quieti, & otio per voluptates assuescerent, hortari priuatim, adiuuare publicè, vt templa, fora, domus extruerent, laudando promptos, & castigando segnes, ita honoris æmulatio pro necessitate erat. Iam verò Principum filios liberalibus artibus erudire, & ingenia Britannorum studiis Gallorum anteferre, vt qui modò linguam Romanam abnuebant, eloquentiam concupiscerent. Inde etiam habitus nostri honor, & frequens toga, paullatimque discessum ad delinimenta vitiorum, porticus, & balnea, & conuiuiorum elegantiam, idque apud imperitos humanitas vocabatur, cùm pars serui-*
48 *tutis esset.* Quem † locum Scipio Amiratus *lib.* 20. *dissertat. polit. discurs.* 9. *pag.* 363. multum commendat, dicens, reapse humanissima hæc officia fuisse, quia magis conducit, seruos, & mansuetos vereque homines tales subditos haberi, quàm liberos, & barbaros stolidéque feroces: licèt Bernard. Aldrete *dict. lib.* 1. *de antiq. Hispan. cap.* 17. artificiosam status rationem fuisse dicat, ad subditos attrahendos, & emolliendos.

49 Et ad eandem curam respicit † tex. *in l. decreta* 48. *D. de re iudic.* vbi Romanorum Imperatorum iussu omnibus iudicibus necessitas imposita dicitur, vt etiam in prouinciis omnia decreta Latinè interponerent, quod etiam tradit Valer. Max. *lib.* 2. *cap.* 2. *exemp.* 2. eam rationem addens: *Vt Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur, & quia nulla non in re pallium togæ subiici debere arbitrabantur.* Quousque tráslato ad Græcos Imperio, id ab Arcadio, & Ho-
50 norio immutatum fuit, ac permissum, vt † quemadmodum contractus, & testamenta propter vtilitatem publicam, & maiorem commerciorum facilitatem Græcè fieri posse, permissum erat, *l.* 1. *§. fin. D. de verb. l. fideicommissa* 11. *in princ. D. de leg.* 3. *l. hac consultissima, §. fin. C. de testam. l. fin. C. de testam. tut. l. blanditus* 12. *C. de fideiuss. l. Græcè, D. eod. l.* 8. *§.* 4. *D. de acceptilat. l. directas, C. de testament. manumiss. Nouella* 47. *de Tabellion.* Ita etiam decreta, & sententiæ iudicum Græco quoque idiomate concipi possent, *l. iudices* 12. *C. de sentent. & interloc. omnium iudic.* vt ad eius interpretationem, & conciliationem cum dict. l. decreta, reiectis Accursij, Bart. & aliorum erroribus, & aliis expositionibus Alciat. *in dict. l.* 1. *§. fin. D. de verbor. & lib.* 1. *prætermiss.* rectè adnimaduerterunt Iacob. de Puteo, Cuman. Duaren. & Hugo Donel. *in dict. l. decreta*, Cuiacius *lib.* 14. *obs. cap. vltimo*, Ioan. Bap. Plotus *de in litem iurando, §.* 51. *num.* 4. *&* 5. Petr. Faber. *lib.* 1. *semest. cap.* 23. *pag.* 156. Bernar. Vualterus *lib.* 1. *miscel. cap.* 11. *&* 18. Conan. *lib.* 6. *comment. cap.* 1. *num. fin.* Brisson. *de solution. lib.* 2. *pag.* 212. Ræuard. *lib.* 4. *var. cap.* 2. Guido Panciрol. *in thesaur. var. lect. iur. lib.* 3. *cap.* 15. Anton. Pichard. *in §. in hac re, Inst. de fideiuss.* Alberic. Gentil. *de nuptiis lib.* 2. *cap.* 2. *in fine principij*, Ioan. Gœddæus *in comment. de contrah. stipulat. cap.* 2. *concl.* 1. *num.* 13. *&* 30. *& cap.* 4. *num.* 26. Heringius *de fideiussor. cap.* 11. *ex num.* 130. Hermann. Kirchnerus *in tract. de legato lib.* 2. *cap.* 7. D. Madera *in lib. de Monte Sancto Granat. cap.* 18. *fol.* 59. & Couarr. *in Thesaur. ling. Castellana, verbo Latin.* Et ad hoc respexit
† Erasmus in præfat. ante paraphrasim Matth. 51
dum ait, *Paucis annis Romanorum Principum industria tantum effectum fuisse, vt Galli, Germani, Hispani, Afri, Ægyptij, Asiani, Cilices, Palæstini, loquerentur Latinè, Græcéque, etiam vulgò, ob id, vt commercio linguarum commodius propagaretur Imperium.*

Atque hic † vsus Latinè loquendi, & senten- 52
tias, scripturas, atque alia acta, & instrumenta publica eodem sermone conficiendi, etiam post lapsum eiusdem Imperij Romani in multis Prouinciis durauit. Quousque aliquæ, quæ se ab eodem Imperio liberæ esse contenderunt, hoc
† veluti subiectionis notam censentes, & fu- 5
gientes, publicis legibus cauerunt, & iusserunt, vt deinceps non Latino, sed materno idiomate, atque stylo omnia mandata, edicta, priuilegia, instrumenta, & documenta conscriberentur, vt
† de Germanis sub Imp. Rodulpho anno 1273. 5
refert Cyriacus Spangerb. *in Chron. Saxon. cap.* 264. Pet. Heigius *quæst.* 7. *num.* 63. *&* 64. Kirchnerus *dict. cap.* 7. *num.* 31. *&* 32. de Gallis sub Ludouico XII. Fran. Vaierius *de legato cap.* 10. *pag.* 96. Heringius *dict. cap.* 11. *num.* 134. Et
† de nobis Hispanis sub Alphonso X. *cognomina-* 5
to, el Sabio, ann. 1279. Mariana, Garibai, & Did. del Castillo *in eius historia*, & Pet. de Mariz Lusitanus *in dialogis de varia hist. dialog.* 3.
fol. 85. Licèt verum sit † Hispanum sermonem, 5
quo hodie vtimur, ex Latino pro maiori parte descendere, vnde illum vulgò appellamus, *Romance*, & hominem qui eo expeditè vtitur, *Ladinum*, quasi *Latinum*, vt pluribus probat Aldrete in libris *suprà* citatis, Sebast. Couarru. *in Thesaur. ling. Hisp. verb. Latin, Romance, & Ladino*, Laurentius Valla, quem refert & sequitur Tiraq. *lib.* 1. *quotid. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 11. *&*
23. & nouissimè, & sæpissimè † Cæsar Barthius 5
in suis libris aduersariorum, col. 8. 329. 492. 1847. *&* 2213. vbi ait nullum hodie idiotismum Romano proximiorem esse, nec vllum magis integra verba seruasse, ac propterea se magna delectatione captum Castellianissimi hodierni,

ni, illúmque non longo spatio temporis didicisse.

Potest quoque pro sententiæ, quam adstruimus, confirmatione expendi *l.15.tit.2. lib.8 Recop.* & Pragmatica ann. 1572. quæ Mauris † recenter ad fidem conuersis, & inter Christianos veteres commorari permissis, strictè prohibuit, ne vllo modo lingua Arabica vterentur publicè, vel priuatè, neque scripturas in ea sub pœna nullitatis conficerent, vel libros Arabum legerent, de cuius legis iustificatione, necessitate, & vtilitate, vltra Azeued *ibid.* agit Bleda *in hist. Maurorum Hispaniæ pag.656.*

Sed præstat in tractatione Indorum, eorundem exemplum, non minus ad rem, de qua agimus, accommodatum, adducere, quo vtitur Aldrete *dict.tract. de orig.ling. Hisp. cap.22.* siquidem videmus, † quòd cum in his Occidentalibus Indiis duæ tantùm repertæ fuerint Monarchiæ, quæ aliquod rationis, & pólitiei specimen præseferrent; vna Regum Incarum Peruensium, & altera minus antiqua Regum Mexicanorum, vt refert præter alios Acosta *in hist. nat. & morali Indiar.lib.6.cap.11.* & hi reges initio strictissimi Imperij finibus clauderentur. Pòst tamen, † vbi illud virtute, & robore bellico per mille, & plures leucas, ac innumerabilium ferè linguarum regiones, & prouincias dilatarunt, patrium, & magis vrbanum idioma, quo ipsi Reges vtebantur, breui tempore inter eas omnes introduxerunt, ita vt vel proprium amiserint, vel saltem Regium illud iam generale effectum, omnes addiscerent, & peritissimè loquerentur. Qui † sermo generalis à Peruanis, *Quichua*; à Mexicanis, *Mexicana*, vocatur, vt præter Acostam *vbi sup.* tradit, & prosequitur Garcil. Inca *lib.7. de Incarum orig.cap.1. & seqq.* inquiens, plurimum expedire, vt hæc hodie cura, ac consuetudo obseruetur, & damna recensens, quæ ex eius incuria quotidianis experimentis agnoscimus. Quo exemplo † motus Ioan. Matienços *lib. 1. de gubern. Regni Perù, c.6. lingua Castellanæ* (vt diximus) inter eosdem Indos introductionem facilem futuram esse, sibi suadet. Idémque tandem fateri videtur † doctissimus Acosta, sibi hac in parte contrarius, *dict.lib.1. de procur. Ind. salut. cap.9 circa finem*, inquiens: *Quòd si Christianus Princeps id effecisset in Christi gratiam, quod Barbarus Guamacapac. Imperio suo effecit, vt vna lingua omnes vterentur, aut vna certè vbique haberetur, profectò maximam prædicationi Euangelij commoditatem fuisset allaturus.* Rogo enim si † vna lingua introduci potest, & debet, cur Hispanam nostram Quichuæ aut Mexicanæ non præferemus? Cùm & in se melior, & nobis commodior, atque ipsorum Indorum captui æquè facilis sit.

Hæc, quæ de Hispano sermone Indis communicando, & imperando discussimus, suadere quoque videntur † iustum etiam, & conueniens esse vt eosdem Indos Hispanorum vestibus, & quod magis præstat, moribus bonis, & eorum conditioni non repugnantibus, induamus, & imbuamus nostrisque commerciis, & consortiis assuefaciamus. Constat quippè victores victis semper cum lingua vestes quoque & mores dedisse, vt de Romanis, ac Britannis loquens ostendit Tacitus in loco, quem *supr.n.47* citaui, ibi: *Inde etiam habitus nostri honor, & frequens toga*, Aurel. Prudent. *in Hymno D. Laurentij*.

O Christe numen vnicum,
Qui sceptra Romæ in verticè
Rerum locasti, sanciens
Mundum Quirinali togæ
Seruire, & armis cedere:
Vt discrepantium gentium
Mores, & obseruantiam
Linguásque, & ingenia, & sacra
Vnis domares legibus.

Et Strabo, † qui Hispanos nostros hac de causa Stolatos, seu Togatos appellat, quòd Romanorum togam simul cum idiomate acceperint: *Et qui hanc formam sequuntur Hispani Stolati, seu Togati appellantur. In quibus sunt Celtiberi, quondam omnium maximè feri inhumanique habiti.* Vndè † *in l.16. tit.2. lib.8. recopil.* Mauri conuersi, & nobis subiecti, Christianorũ vestibus vti iubentur. Et in nostris Indis idem iubendum esse, † sentit Matienz. *in d. lib. de moder. Reg. Perù, 1.parte, capit.19.* dicens, hoc pacto nobis amiciores, & magis politicos futuros fore, maiorémque auri, & argenti vim ab eis, pro vestium Hispanarum venditione, extrahi posse. Quamvis posteà subdat, hoc cum *Caciquis* dumtaxat, & eorum filiis, atque aliis Indis ditioribus, & potentioribus intelligendum esse. Et † in ordinationibus D. Proregis D. Franc. à Toleto generaliter prohibeatur, ne vestibus Hispanorum vtantur; sicut neque armis vti, neque equis, & aliis rebus, quibus ferociores, aut insolentiores reddi possint, prohibiti sunt per plures schedulas, quæ reperiuntur *in 4. tomo impress. ex pag.244.* Commerciis † quoque nostris assuefieri iubent aliæ schedulæ eiusdem tomi *ex pag.256.* dum tamen inter eosdem Indos, inque eorum municipiis, & reductionibus † Hispani habitare non sinantur, nisi fortè eos vitæ probitas, & erga Indos suauitas valdè commendet, vt expressè disponitur *in schedula ann.81. eodem tom.pag.340.* & in alia data Turrisellarum 12. Iulij, ann.1600. quibus, & aliis simul cauetur, vt vagabundi, Hybridæ, & Æthiopes nullo modo inter Indos morari sinantur, ob graues iniurias, & vexationes, quas miseri isti, & abiecti homines ab omnibus aliis, cuiuscunque sortis sint, ferè semper accipiunt, de quibus dixi *1. tom. lib. 3. cap. vltim.* Ita vt eis sit nociua, & periculosa eorum societas, vt etiam dixi *sup.hoc eod. lib.1. capit.4. num.101.*

Planè † vt fœminæ Indæ possint contrahere matrimonium cum hominibus Hispanis, & è contrario homines Indi cum fœminis Hispanis, cautum reperio per quasdam schedulas ann. 1514. & 1515. quæ referuntur *in dict. 4.tom pag. 271.* vbi prohibitiones contrariæ reuocari dicuntur, & Hispanis ita copulatis facultas concedi, vt inter Indos manere possit, quia hoc ad maiorem matrimonij libertatem, animorum confœderationem, & prouinciarum augmentum pertinere visum fuit: vt & in Indis Orientalibus sæpè iussum, ac factum eius Historici narrant, & præcipuè commentaria Alphonsi Dalboquerque *3.part.cap.9.*

CAPVT XXVI.

De Indorum Regulis, siue Dynastis, vulgò Caciques, *ò* Curacas, *deque eorum iurisdictione, successione, & filiorum educatione.*

SVMMARIVM.

1 *Indorum Regulis, vulgò* Caciques, *relicta fuit gubernatio populorum, quos infidelitatis tempore regebant.*

2 Cacicorum *nomen vndè originem traxerit, & Curacarum apud Peruanos?*

3 Caciqui *ab aliquibus comparantur nostris Ducibus, vel Marchionibus, & quale esset eorum officium sub Imperio Incarum?*

4 *Ingæ siue Incæ Peruani qualiter suas prouincias gubernarent?*

5 *Inga in qualibet prouincia vnum Præfectum principalem, & alios delatores habebat.*

6 *Curiosi & stationarij, qui essent apud Romanos.*

L. 1. & Rub. C. de curios. & station. lib. 12. l. 1. §. quies, D. de off. Præf. Vrb. & l. neque supina, D. de iur. & fact. ignor. *explicantur, & illustrantur, ibidem.*

7 *Irenarchæ, qui essent, & quatenus* Caciquis, *& Præfectis Indorum comparentur.*

L. vnica, C. de Irenarch. l. super creandi, C. de iur. Fisci lib. 10. *& alia de Irenarchis agentes illustrantur, ibid.*

8 Cacicorum *ingens numerus fuit in Imperio Peruano, & Mexicano.*

9 *Sinarum in Regno sunt plus quàm quinque Senatorum millia, & alia de eius magnitudine.*

10 Cacicorum *munus hodie quale sit? & quòd non possunt dici domini oppidorum, quæ gubernant.*

11 *Indi supra modum suis* Caciquis *subditi, & obtemperantes sunt.*

12 Caciqui *abutuntur submissione Indorum, & sæpè in eos admodum crudeles, & tyranni sunt, & alia do eorum vitiis, & fraudibus.*

13 Cacicos *tolli debere tanquàm Indos valdè perniciosos, sentit Fr. Bernard. à Cardenas.*

14 *Dominantur nulli deterius, quàm ij, quos ad seruiendum natura creauit.*

15 Cacicorum *tyrannidem, & fraudes erga Indos sibi subiectos, plures schedulæ exprimunt, & puniri iubent, quæ referuntur.*

16 Cacicos *residentiæ, & syndicatui subiici debere, quædam Regia schedula innuit.*

17 Cacicorum *officia conseruari, & in eis iure sanguinis succedi debere, adinstar maioratus, plures schedulæ iubent, quæ referuntur.*

18 *Indorum ex plebe aliquos iudices, & ministros, ac Decuriones, creari, quædam schedulæ iubent, & quare?*

19 *Paulus Ondegardus testatur, aliquos Indos iudicandi munere rectè, & vtiliter functos fuisse.*

20 *Schedula data Buitragi refertur, quæ enixè iubet, ne* Cacicatuum *successiones tollantur, mutentur, vel inuertantur.*

21 Caciques *in noua-Hispania à Proregibus eligi solent, neglecto successionis iure, & quare?*

22 *D. Prorex D. Ludou. à Velasco consuluit, vt* Caciqui *per electionem crearentur, & quid ei responsum fuerit?*

23 *Ordinationes D. Proregis D. Francisci à Toleto ab antiquis Indorum moribus plura mutuantur; & disponunt in successione* Cacicatus, *& eius probatione.*

24 *Ingæ Peruani qualiter* Cacicos *delinquentes punirent, & remouerent, & alios ex eorum sanguine subrogarent.*

25 *Regna, Imperia, & similes dignitates melius, vt per successionem, quàm per electionem deferantur, plurimi sentiunt, qui referuntur.*

26 *Fœminæ an in* Cacicatibus *succedant?*

27 *Fœminæ regulariter à publicis, & ciuilibus officiis, & virorum actibus, ac cœtibus prohibitæ sunt.*

L. Fœminæ, D. de reg. iur. l. cùm Prætor, §. moribus, D. de iudiciis, *& aliæ similes illustrantur, ibid.*

28 *Fœminæ maritatæ in aliquibus prouinciis succedunt in* Cacicatibus, *& hoc munus per maritos exercent.*

29 *Fœminæ licèt à multis excludantur, à Regnorum, feudorum, & Ducatuum successione, à pluribus tamen aliis admittantur.*

30 *Consuetudo prouinciæ multum attendi, & seruari debet circa delationem, & successionem maioratus, feudi, & similium.*

31 Cacicatuum *lites, & earum probationes sunt valdè difficiles, & intricatæ, & quare?*

32 *Parentelæ probatio in antiquis fieri potest per testes de auditu, & fama.*

33 *Successio, & parentela in* Cacicatibus, *vltra probationes partium, meliùs probari solet per aliam informationem receptam de officio à Prætore loci.*

34 Cacicatuum *in causis iudicandis, qualiter se Auctor haberet, & quòd plus instrumentis quàm testibus deferret.*

35 *Instrumentis magis, quàm testibus deferendum, & standum est in antiquis.*

36 *Instrumentorum verba, etiam enuntiatiua, probant in antiquis parentelam, & cognationem.*

37 *Instrumenta duo, vel plura si ad idem probandum concurrant, in antiquis, multum operantur.*

38 Cacicorum *beneuolentiam, & conuersionem valdè curare debere, vt facilior sit subditorum conuersio, plures schedulæ iubent, quæ referuntur.*

39 *Regentium exemplum multum vbique influit, & operatur in animis subditorum, & præsertim in Indis.*

40 *Superior quidquid facit, præcipere videtur, ex Quintiliano.*

41 *Principum vita censura est, ad quam dirigimur, & conuertimur, ex Plin. Iuniore.*

42 *Religio est veluti sequela iurisdictionis, & cuius Regio est, eiusdem & Religio.*

43 *Isabellonis Lituaniæ Regis, cum Heduuige Regina Poloniæ matrimonium contrahere volentis, notabilis Historia refertur.*
44 *Exempla Lituani Principis, qui baptismum accepit, omnes eius subditi turmatim baptizati sunt.*
45 *Hyssopo in America Indos à nobis baptizatos fuisse, aliqui dicunt, qui reprobantur.*
46 *Fidem Christianam qui recipiunt, ob id tantùm, vt suis Principibus placeant, laudari non possunt.*
47 *Fides non debet recipi ob adulationem, sed propter doctrinæ veritatem, & vtilitatem.*
48 *Exemplum superiorum benè, & licitè curari potest, & debet ad prauiam dispositionem subditorum in fide recipienda.*
49 L. 51. in fine, tit. 15. part. 1. *ponderatur, & illustratur.*
50 *Concil. Limensis verba de cura, & necessitate conuersionis* Cacicorum.
51 *Iosephi Acostæ verba referuntur, valdè probantis curam conuersionis superiorum, vt faciliùs subditi conuertantur.*
52 *Atabalipa si non esset occisus, sed ad fidem persuasus, illam breui tempore omnes Indi Peruani recepissent.*
53 *Idololatria, vt penitus extirpetur de animis Indorum, nihil magis conducet, quàm eam de cordibus* Cacicorum, *prius remouere.*
54 *Incarum Regum tempore nullos Indi Deos siue idola colebant, nisi quos illi tribuissent, & iussissent.*
55 Caciqui *an teneantur ad restitutionem damnorum, quæ faciunt Indi eis subditi, quando in suis compotationibus inebriantur.*
56 *Damna, quæ per accidens contingunt ex actibus licitis, vel indifferentibus, non debent resarciri.*
57 Caciqui *si compotationes perniciosas, & prohibitas faciunt, vel fieri permittunt, sunt in culpa, & tenentur ad damna.*
58 *Damni causa dans, damnum dedisse videtur.*
59 *Crimen, qui potest prohibere, & non prohibet, videtur ilud probare, ex Saluiano.*
60 *Collegia ad educandos, & instituendos filios* Cacicorum *plures schedulæ erigi iubent, quæ referuntur.*
61 *Filios* Cacicorum *benè, & Christianè educare conuenit, vt exemplo suis subditis sint, cùm patribus successerint.*
62 *Collegia, & institutionem filiorum* Cacicorum *multum probant Acosta, & alij, qui referuntur.*
63 *Augurum Collegio Romæ iuuentus educanda, & diuinis instituenda offerebatur.*
64 *Educationis, & rectæ institutionis in pueris cura magni fieri debet, & de eius effectibus, & vtilitatibus, remissiuè.*
65 *Educatio, & institutio potentior est, quàm natura.*
66 *Educationis vim duorum canum exemplo mirè ostendit Licurgus.*
67 *Societatis Iesu Religiosi aptissimi sunt ad iuuentutem educandam, & instruendam, & Indorum Collegia gubernanda.*

QVamvis noui huius, & vastissimi Orbis generalis dominatio, gubernatio, & protectio gloriosissimis Hispaniæ nostræ Regibus cesserit, ex peculiaribus titulis, & rationibus, de quibus *in* 1. *tom. disserui.* In † congregationibus tamen, ac populis Indorum, qui vel initio reperti fuerunt, certam aliquam, & politicam viuendi rationem habere, vel posteà nostrorum cura erigi, formari, & humanæ societatis legibus, ac moribus institui cœperunt; antiquis ipsorum Regulis, siue Dynastis particularis eorum gubernatio relicta fuit, retenta (quoad fieri potuit) consuetudine, quam infidelitatis tempore obseruabant. 1

Quos † Regulos in insula Hispaniola, quæ primùm à Columbo reperta fuit, *Caciques* vocabant, & inde nostri ad reliqua prouincias deinceps detectas, & subactas, eandem appellationem extenderunt, licèt Peruana generali lingua *Curacas* dicerẽtur, & Mexicana *Tecles*, & in aliis alia nomina sortiti legantur, vt optimè præter alios aduertit Ioseph Acosta *in histor. nat. & moral. Ind. Occid. lib.* 6. *c.* 11. *& seqq.* Petr. Ziezi 1. *part. hist. Peruanæ c.* 21. & ex relatione Patris Blasij Valeræ, Garcilas. Inca *in suis comment.* 1. *part. lib.* 5. *c.* 11. *& seqq.* & Ioan. Matienz. *de moder. Reg. Perù,* 1. *part c.* 6 *&* 7. vbi † hos Regulos similes facere volunt nostris Ducibus, Comitibus, & Marchionibus, vel aliis dominis vassallorum, eorúmque officium, dignitatem, ac potestatem sub imperio Peruanorum Incarum recensent. Et qualiter hi † prouincias, quas vltra mille, & plures leucas subegerũt, gubernabãt, eas nimirum in oppida, & municipia diuidentes, ipsáque municipia in quasdam Indorum classes, siue partialitates, quarum vna superior dicebatur, *Anansaya*, altera inferior, *Vrinsaya*, vtraque distinctum *Curacam* habens, & denis Indis vnum Decurionem præfigentes, centenis alterum, mille alium, decem mille alium, cuius munus præcipuum erat, & *Hunno* vocabatur. Supra quos in † qualibet prouincia alter Præfectus, vel Gubernator ex ipsorum Incarum Regio sanguine præsidebat, cui reliqui obtemperabant, & Imperatori singulis annis omnium, quæ in commissa sibi prouincia contigerant, peculiaré rationem reddebat, præter alios, quæstores, quos secretò ad hoc delegare solebant, qui inde *Tucuiricoc*, quasi omnia videntes, appellabantur. 2 3 4 5

Quos possumus † curiosis, & stationariis similes facere, quos Romani olim Imperatores per diuersas prouincias deputare solebant, vt commissa in illis crimina sedulò inuestigarent, & sibi vel Præfectis earundem prouinciarum denuntiarent, de quibus agitur *in l.* 1. *& per totum, C. de curios. & station. lib.* 12. *l. neque supina, D. de iur. & facti ignoran. l.* 1. §. *cura carnis, vers. Quies popularium, D. de offic. Præfect. Vrb.* quam ita post Accurs. & alios interpretatur Toletanus *ibid. in lucerna Rubric.* Simancas *de Repub. lib.* 8. *cap.* 25. *num.* 6. *&* 7. Pet. Greg. *lib.* 31. *Syntag. cap.* 4 *num.* 1. *& seqq.* Inst. Lips. *lib. epist. quæst. cap.* 18. & Iacob. Guterius *de officiis domus Augustæ lib.* 3. *cap.* 13. Et *Caciques*, vel dictos Præfectos non malè comparabimus † Irenarchis, hoc est Præfectis, siue Marescallis, qui in prouinciis ad earum tuitionem, & disciplinæ publicæ moribusque corrigendis præficiebantur, & præsertim, vt itinerantibus pax, & securitas conseruaretur, quorum fit mentio 6 7

in

in tit. de Irenarch. lib.10. & in l. diuus, in fine,
D. de custod. reor. l. fin. §. Irenarchæ, D. de mu-
ner. & honor. l. ſuper creandis, C. de iur. Fiſci,
*lib.*10.ad quarum expoſitionem ita obſeruat Dua-
ren. *lib.*2. *diſput.cap.*8. Boër. *in tract.de ſeditioſ.*
§.1. *num.*6. & alij relati à Bobadilla *in Politica*
*lib.*4. *cap.*2. *num.*68. & *cap.*5. *num.*4. & *cap.*7.
*num.*16. & *lib.*2. *cap.*13. *num.*61. Cuiac. *lib.*8.
*obſeruat. cap.*29. Radulph. Forner. *lib.*1. *quotid.*
*cap.*24. Annæ. Robert. *lib.*1. *rer. iudi. cap.*4.
*fol.*14. D. Ioann. Vela *in prax. crim. cap.*4.*num.*
6. & D. Lauren. Ramirez *in Teſſera leg.ſup. d.l.*
ſup.creandis.
8 Vnde licebit colligere, quàm ingens ſub Inca
horum Satraparum, ſiue Dynaſtarum numerus
eſſet. Nec minor, aut valde diſſimili forma, apud
Mexicanos Motechumas fuiſſe narratur, vel in
9 prouinciis Sinarum, † in quibus quinque huiuſ-
modi Magiſtratuum, aut Senatorum millia nu-
merari, ex Strabone *lib.*15. & aliis recolit Si-
mon Maiolus *in dieb. Canicul. colloq.* 23. *de*
*Memorabilibus, pag.*714 adiiciens, hoc miran-
dum non eſſe, cùm in ipſa Sinarum regione octo
carceratorum millia in vnica vrbe Regia Paquin
incluſa memorentur, & homines, qui Sinarum
Regi tributum pendunt, numerentur ad millio-
nes ſex & triginta, & militum, qui illi militant,
ac milliones quinque peditum, equitum verò de-
cem centena millia.
Hodie verò † horum *Curacarum* officium,
10 poteſtas, & iuriſdictio auguſtioribus terminis cō-
tinetur. Nam per quandam ſchedulam Valliſol.
26. Februar. ann.1538. ad Mexicanam Cancella-
riam directam, quæ extat *in* 4. *tom. impreſſ.*
*pag.*291. diſpoſitum fuit, vt populorum ſiue mu-
nicipiorum, quibus præſunt, domini non vo-
vocentur, ſed tantùm Gubernatores, aut Princi-
pales. Et cùm iam Hiſpani Prætores, ſeu Corre-
ctores Indis præfecti ſint, & illorum cauſas ciui-
les, & criminales definiant, ſolùm ſpectat ad
Curacas tributa Indorum ſibi ſubiectorum colli-
gere, & ad Prætorem deferre, & eorundem per-
ſonalia ſeruitia, atque alia munia diſponere. In
cuius laboris compenſationem ipſis ab eiſdem In-
dis certum ſalarium præſtatur, quod ex eorum ta-
xis tributariis deducitur, & quoddam ſeruitij, ſeu
famulitij genus, ſimul cum aliqua pabulorum ex-
hibitione.
11 Eſt autem † ſubditorum erga illos adeò in-
gens obſequium, & reuerentia, vel vt vtar ver-
bis Acoſtæ *d. lib.*3. *de procur. Ind. ſalute cap.*16.
Tanta imbecillitas, tanta trepidatio, vt ne mu-
tire quidem audeant contra illos ſuos Satrapas,
ſed viui, ac videntes pereant potius, quàm il-
lorum imperiis minimum obloquantur. Quod
in cauſa eſt ſecundùm eundem Acoſtam, vt
12 † ipſi hac ſubmiſſione abutentes, nihil non ſit,
in quo vehementer miſeros vexent, ac premant,
ſuo plerúmque illos per fraudem, aut violen-
tiam ſudore fruſtrantes, & ſæpè tùm in exigen-
dis tributis, tùm in perſoluendis operis, atque
ſeruitiis, multo plura conferre cogentes, quàm
lex, vel ratio præcipiat. De qua etiam tyran-
nide, & aliis horum *Cacicorum* vitiis, pluri-
ma alia congerit Matienzus *d.* 1. *parte*, *cap.*
7. inquiens, quòd eorum crudelitas, & ſæui-
tia quamlibet aliam aliorum hominum ſupe-
rat, & quòd neque filias, neque vxores, neque
facultates, aut perſonas ſubditorum liberos ſi-
nunt.

Idem quoque nouiſſimè repetit, & grauiſſimè
exaggerat Fr. Bernard. de Cardenas *in ſuo li-*
bello, §.16. † concludens, ſatiùs, & vtiliùs In- 13
dis conſultum iri, ſi omninò ab hac ſubiectione
liberarentur, & ſalaria, quæ Regulis iſtis præ-
ſtantur in Eccleſiarum reparationem, vel
alia opera pia conuerterentur. Præſertim cùm ni-
hil ferè ſit, ad quod hodierno tempore *Cacico-*
rum vſus, & auctoritas conferat, & cùm eorum in-
doles, & ingenium à ſeruili, & abiecta Indorum
tributariorum, quibus ipſi imperant, conditionem 14
non differat; † atque ita tam hoc, quam aliis quo-
tidianis experimentis doceamur, nullos quidem de-
terius dominari, quàm quos ad ſeruiendum natura
creauit. 15
Quæ † opinio plurium Regiarum ſchedula-
rum auctoritate iuuari poteſt, & præſertim illis
28. Septembr. ann.1548. 16. Iulij, ann.1550. 18.
Ianuar. ann.1552. 16. Auguſti, ann.1563. 8. Iu-
lij, ann.1577. & aliis, quæ reperiuntur in d.4.
tom. impreſſ. ex pag.289. vbi prædicti *Cacico-*
rum exceſſus referuntur, reprimique iubentur, &
vt Indis ſibi ſubiectis omnia damna, quæ eorum
fraude, occaſione, aut concuſſione patiuntur, &
laboris mercedem reſarcire, ac ſoluere compel-
lantur, & vt neque ſub tributi, ſeruitij, vel vi-
ctualis titulo, quicquam indebitè, & iniuſtè
extorquere ſinantur. Et *in eod. tom. pag.*360. ex-
tat alia ſchedula Matriti 6. Iun. ann. 1594. quæ 16
Peruano Proregi iniungit, † vt quærat, & reſ-
cribat, an expediens ſit, vt *Caciqui* ad ſyndica-
tum, ſeu reſidentiam ſuorum officiorum præ-
ſtandam, teneantur, prout in Noua-Hiſpania præ- 17
ſtare dicuntur?
Sed ſunt tamen † aliæ ſchedulæ *in eodem tom.*
*pag.*287. & *ſeqq.* & apud Anton. de Herrer. *in*
*hiſtor. gener. Ind. decad.*3. *pag.*170. quæ prædi-
ctis non obſtantibus, & antiquis (vt diximus)
Indorum moribus plurimum deferentes, eoſque
pro captu ſuo, quantum fieri poſſit, politicos
reddere cupientes non ſolùm *Cacicorum* officia, &
miniſteria conſeruari, & continuari iubent; ſed
in eis ſucceſſionem, ſanguinis iure, & ad inſtar
maioratuum Hiſpaniæ noſtræ concedunt. Prore-
gibúſque, & Regalibus Audientiis, cæteríſque Iu-
dicibus graui pœnarum comminatione præci-
piunt, ne eos ſuis hac in parte iuribus priuent,
vel ſucceſſionis modum immutent, iniuſtéque
ſpoliatos breui, & ſummaria cognitione reſti- 18
tuant.
Et quod plus eſt, † per quandam ſchedulam
9. Octobr. ann.1549. & alias, quæ reperiuntur
d. 4. *tom. pag.*272. & 274. & 335. & *ſequen-*
tib. deciditur, vt ex ipſis Indis quoſdam veluti
pedaneos Iudices, & Decuriones, Lictores, ſi-
ue Algacellos, Tabelliones, alioſque Iuſtitiæ
miniſtros conſtituant, qui ſuo more, ac modo
leuiores lites, inter eoſdem emergentes, deci-
dant, aut componant, & alia munera Reipub. 19
ſubeant. Quod † ſummopere optaſſe, & mag-
no cum fructu, atque vtilitate ſe expertum fuiſ-
ſe, teſtatur Licent. Polus Ondegardus, qui res,
& conditionem Indorum Peruanorum optimè
calluit, in quodam libro manuſcripto, quem pe-
nes me habeo, vbi refert breui tempore, ac
facili negotio ab eiſdem Indis plus, quàm duo
millia ſatis arduarum cauſarum terminata fuiſſe,
abſque vllis proceſſus, allegationum, & iura-
torum teſtium inuolucris, & ambagibus. Idem
etiam probat, eundem Polum ſequutus, Ioſeph.
Acoſta

Acosta *d. lib.6. historiæ nat. & moral. Indiar, cap.11. & de procur. Ind. salut. lib.3. cap. 21.* & Ioann. Matienz. *de mod. Reg. Per. 1. parte, cap.14.*

Et quod ad *Cacicorum* munus, & successionem spectat, vltra antiquiores schedulas, quarum mentionem feci, † cautum reperio per nouiorem aliam Buitragi 29. Maij ann.1603. iterum repetitam, & seruari iussam per aliam Sancti Laurentij 19. Iul. ann.1614. quibus Proregibus inhibetur, ne pro arbitrio suo *Caciques* mutent, & eligant, sed antiquam consuetudinem successionis, *de padres à hijos*, obseruent. Quod fortè ita strictè iuberi oportuit, † quoniam in Noua Hispania Proreges hoc minus, cùm quandam iustitiæ, & gubernationis Indorum administrationem contineat, meliùs per electionem, quàm per successionem prouideri existimabant; & de facto, vbi sibi libitum erat, prouidebant. Et idem in Peruanis prouinciis introduci cœperat, quidquid supra dictis schedulis, & ordinationibus D. Proregis D. Francisc. à Toleto contrarium decisum fuisset. Et consuluit † D. Prorex D. Ludou. de Velasco per epistolam ann. 1601. aliquorum *Cacicorum* iniurias, vel socordiam incusans; cui tamen sequenti anno 22. Februarij responsum fuit, vt *Caciques* iniustos, tyrannos, vel ineptos puniret, & remoueret, cæterùm in successione eorum consuetudinem obseruaret, & prædictas ordinationes.

In quibus † plura circa formam, & probationem eiusmodi successionis satis notanda reperiuntur, quæ vbi res iudicanda erit videri oportebit. Eáque in pluribus ex Incarum institutis mutuata sunt. De quibus inter alia tradunt Petr. Cieza 1. *part. cap.11.* & Garcilas. Inca *d. lib.5. cap.13.* nunquam huiusmodi † Dynastias his ademisse, quibus hereditario sanguinis iure pertinere viderentur, quamvis grauia delicta committerent. Quod si hæc talia essent, vt depositionis, siue priuationis pœnam mererentur, tunc ex filiis, vel fratribus delinquentis, alium, qui magis dignus esset, substituebant. Ita vt plus semper sanguini, & successioni, quam liberæ, & voluntariæ electioni deferre viderentur.

Quod non erit nouum, aut multum si in his satrapiis admittamus, † cùm & in Regnis, & Imperiis, Ducatibus, & Marchionatibus, aliisque feudis, & grauissimis dignitatibus, quæ merum, & mixtum imperium, atque omnimodam iurisdictionem in se habent, communior sit tam Theologorum, & Iurisprudentum, quàm politicorum sententia, melius, & tutius esse legitimæ successionis formam ordinémque seruare, quàm electionis aleam subire, & experiri, vt constare poterit ex traditis à Ioann. Lecirier *lib.2. de primogen. quæst. 25.* August. de Ancona *in tract. de potest. Eccles. quæst.35. artic.* Abulens. *numer.27. quæst.39.* Ægid. Roman. *lib. 3. de regi. Princip. cap.4.* Couar. *in pract. cap.1. n.4.* Bodin. *de Repub. lib.6. c.5.* Mariana *lib.6. de Rege c.3.* Sepulueda *lib.2. de Regno*, Iust. Lips. *in monitis politic. lib.2. c.3. & 4.* Magist. Marquez *in Gubern. Christian. lib.2. c.3. pag.11. & seqq.* Stridano *3. polit. quæst.25.* Adam Contzen, omnino videndus, *lib.1. polit. cap.25.* & Besoldo *dissertat. de Regni successione, pag.3 num.6. & multis seqq.*

Illud autem sæpè circa horum *Cacicatuum* successionem in quæstionem vocari vidi. An fœminæ † linea, & gradu potiores admittendæ sint, 26
ita vt masculos remotiores excludant? Et planè ordinationibus D. Proregis D. Fran. à Toleto semper masculi vocari, & præferri videntur, imò fœminæ in totum excludi, quasi hæc officia sexui earum minus conueniant; cùm † & auctoritatem, & vti- 27
litatem publicam habeant, *l. fœminæ 2. de regul. iur. l. cum Prætor, §. moribus, D. de iudiciis, l. 1. D. de postulan. cap. dilecti filij de arbit.* Quibus & aliis iuribus receptum esse dicitur, vt quéadmodum serui, sic fœminæ ciuilibus non funguntur officiis, nec magistratum gerere possint. Vbi DD. plura alia adducunt, & præcipuè eruditissimus Petr. Faber, qui etiam videri poterit, *lib.3. semest. cap.16.* & Tiraquel. *in l.1. connub. num.9. & seqq. in l.10. num.12. & 31.* vbi ostendit, quanti semper curatum fuerit, ne fœminæ ciuilibus actionibus, aut virorum officiis, cœtibusque se immisceant. Quod & tractat Tertul. *in lib. de veland. virgin.* inquiens: *Non permittitur mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, nec tingere, nec offerre, nec vllius virilis muneris, nedum Sacerdotalis officij sortem, sibi vindicare.*

Sed nihilominus, † in aliquibus prouinciis, 28
ac præsertim in planis Peruanis, fœminæ admitti solent, maximè vbi nuptæ sunt viris, per quos munera, *Cacicatus* officio conuenientia, commodè exerceri possunt, quæ consuetudo, vbi legitimè probatur, obseruari debet. Nam neque valdè abhorret ab aliis actibus, & dignitatibus admixtam iurisdictionem habentibus, † in qui- 29
bus fœminæ excludi non solent, vt post legem *2. tit.15. part.2.* probat Greg. Lopez *ibidem*, & latè Molina *de primogen. lib.3. c.4. per totum*, alter Molina *to.3. de iust. & iure, disp.625.* Petr. Faber *vbi sup.* Magist. Marquez *in Gubern. Christian. lib. 1. c.31. pag.214. & seqq.* Iust. Lips. *in monitis politicis lib.2. c.2.* & latè disputans Besold. *d. dissert. de Reg. success. c.11.* Et in successione maioratus, † vel 30
fendi, & similium titulorum, plurimum attendi, & obseruari debet consuetudo loci, aut regionis, vbi talis successio defertur, vt per eundem Molinam *de Hispan. primogen. lib.1. cap.6. num.58. & 59.* alter Molina *eod. tractat. disput.569.* Mieres *4. part. quæst.20. à num.56.* & latè Burgos de Paz *cons.9. num.3.* & DD. per text. ibi *in l. si fundus 6. D. de euiction. & in l. de quibus, num.17. D. de legibus, & in l.1. n.14. de sum. Trinit.* Pinel *in Rub. de bon. mater. 1. par. num.37.* & Hottoman. *cons.2. & 13.*

Sed quoniam † in probanda parentela, seu 31
descendentia, ad huiusmodi successionem obtinendam, grauissimæ, & ferè inextricabiles difficultates offerri solent, propter contrarias, atque inuicem pugnantes testium assertiones, qui cùm Indi (vt plurimum) sint, parum sibi constant & articulos vtriusque partis, prout ab eisdem, proponuntur, plenissimè explent, & frequenter de auditu, & fama deponunt, † quod sufficere 32
solet, vbi agimus de computatione, & comprobatione graduus consanguinitatis, maximè quando sumus in antiquis, *cap. licèt ex quadam, de testibus*, cum pluribus aliis, quæ congessit Mascard. *de probat. conclus.797. num.19.* & Farinac. *de testib. quæst.60. cap 2. num.63. & 65. & num.103. cum multis seqq.* † Summo ingenio pro- 33
uisum fuit per dictum D. Proregem, vt loci

Prætor

Prætor aliam informationem de officio (vt
dicunt) recipiat , & cum suffragio , vel iudicio
suo ad Proregem remittat ; cui informatio-
ni plus solet , & debet deferri , quàm illis , qua
à partibus præsentantur. Nisi quia hi etiam
Prætores , aliquando magis vni , quàm alij ex
litigantibus , ex variis respectibus , vel affectibus
fauent.
34 Quod in causa erat , vt Ego , cùm eiusmodi
litibus iudicandis præessem , multum antiqua
instrumenta , municipiorum , ac taxarum matri-
culas , librosque baptismi , & matrimoniorum
considerarem , & titulos præcedentium *Cacico-
rum* , qui ex gubernationis archiuiis deduceban-
tur , vt ex his indagare possem , quibus magis
lux veritatis assisteret. Quoniam licèt dici so-
leat , in exercendis litibus parem vim habere
testes , & instrumenta , *l. in exercendis , C. de fi-*
35 *de instrum.* † vbi tamen sumus in antiquis , ma-
gis deferendum est instrumentis quam testibus,
vt in simili probant tex. *in l. census , D. de pro-
bat.* ibi : *Census , & monumenta publica potiora
testibus esse Senatus censuit , l. si tibi , C. de testib.
l. monumentorum , C. de relig. & sumpt. fun. l. 6.
D. eod. cap.* series de testibus , cum aliis , quæ
adducit Craueta *cons. 58. in fine* , Roder. Suarez
in l. quoniam in prioribus . dub. 2. num. 1. in fine,
Mascard. *concl. 411. num. 19.* Misynger *lib. 5. ob-
ser. 79.* Ioan. Garc. de nobil. *gloss. 4. num. 33. &
gloss. 18. num. 12.* Otalora *eod. tract. 1. part. 3.
part. cap. 7. num. 17. in fine* , Ioann. Gutierrez
lib. 3. pract. cap. 14. num. 35. Hottoman. *cons. 35.
num. 3.* Perez de Lara *de anniuers. lib. 2. cap. 4. n.
57.* & D. Ioann. Valençuela *cons. 90. num. 136.
& seqq.*
36 Quod † adeò verum est , vt procedat etiam
vbi talia antiqua instrumenta , vel monumenta
enuntiatiuè , & ad alium finem referant parente-
lam , consanguinitatem , vel nomina ascenden-
tium , quæ probari intenduntur, *l. optimam, C. de
contrah. stip.* Bald. *in d. cap. series , num. 4.* Ias.
*in l. si quis ex argentariis , §. Prætor, num. 20. &
21. D. de edendo,* Craueta *de antiq. temp. 1. part. in
princ. num. 6. & 7. & cons. 317. vers. Secundò res-
pondeo* , Mieres *de maiorat. 1. p. quæst. 10.* Sur-
dus *decis. 145. num. 6.* Mascard. *vbi sup.* Afflictis
decis. 13. & plures alios solita diligentia referens
D. Ioann. del Castillo *lib. 5. controuers. cap. 123.*
37 *ex num. 7.* Et hoc † certius , & indubitabilius
erit , quando reperiuntur , vel concurrunt duo,
vel plura instrumenta antiqua , eandem intentio-
nem iuuantia, vel probantia, vt optimè aduertit, &
prosequitur Marescot. *lib. 1. variar. resolut. ca. 70.
num. 6.* & Nicol. Garcia *de benef. 7. part. cap. 15. n.
31. & seqq.*

Verùmautemverò , hæc hactenus de *Cacico-
rum* munere, & successione dixisse contenti, nunc
ex magna superioritate , & auctoritate , quam hi
circa Indos , sibi subiectos exercent , vt *sup. n. 11.*
tetigimus, inferre possumus primo loco deciden-
38 di rationem , ad † plures schedulas *d. 4. tom. im-
press. ex pag. 221. & 248.* quæ ad hoc , vt facilior
reddatur conuersio Indorum infidelium , nimis
oportere tradunt , vt prius dicti eorum Reguli,
nempè *Caciques, Curacas, Tecles, Señores* , ad no-
stram amicitiam, & fidei receptionem voluntatiè,
& suaviter alliciantur. Est enim certum nihil ma-
gis ad hoc conducere posse: *Por estarles los demas
Indios tan sugetos, y ser tan amigos de seguirles en*
39 *todo,* vt eædem schedulæ exprimunt, & variis † exē-
plis tum in his regionibus Noui Orbis, tum alibi
passim experti sumus.

Scilicet in vulgus manant exempla regentum.
Teste Claudiano , & vt inquit Cassiod. *lib. 10.
epist. 13. Res minor ad potioris currit exemplum.*
Cui consentiens Quint. *declamat. 3. §. 14.* tradit,
Hanc † esse conditionem superioris , vt quidquid 4
faciunt , præcipere videantur. Et Plin. *in Paneg.
ad Trajan. cap. 46. Principum disciplinam cape-
re , etiam vulgus , cùm rem , si ab vno fiat , se-
uerissimam , fecerunt omnes. Nam † vita Princi-* 4
*pis censura est , eaque perpetua , ad hanc diri-
gimur , ad hanc conuertimur , nec tam imperio
nobis opus est , quàm exemplo.* Et tradit alia Mo-
lina *de primog. lib. 1. cap. 2. num. 22.* vbi probat,
subditorum morem esse , vt in omnibus id se-
quantur , quod Reges, aut proprios Principes fa-
cere conspiciunt, Calistus Remirez *de lege Regia,
§. 7. num. 41.* & Nos suprà *hoc libro cap. 2. n. 11.*
quod in terminis iurisdictionis benè prosequitur
Magerus (post alios quos refert) *de aduocatia ar-
mata cap. 10. num. 433. & 474.* vbi inquit, ob hanc
causam dici solere , † quod Religio est Sequela 4
iurisdictionis , & quòd cuius regio est , eiusdem
etiam religio est.

Et huc spectat , quod *in hist. Poloniæ* refert
Cromerus *lib. 15. pag. 355. ann. 1382.* de † Iabel- 4
lone Lituaniæ Rege, qui cùm esset Gentilis , &
appeteret coniugium Heduuigis Reginæ Polo-
niæ , quæ Christiana erat , promisit , se pariter &
fratres, & gentem suam omnem Christianis my-
steriis initiari. Et conditionibus acceptis , ipse
baptizatus fuit , & in baptismo Vladislai nomen
accepit , & † statim populus tanta contentione
Baptismum appetebat , quòd cùm immensi labo-
ris esset , singulos sacro fonte tingere nobiliori-
bus tantùm hic honor habitus ; reliquum verò
vulgus turmatim distributum , lustrali aqua, siue
sacra à sacerdotibus conspersum est , vnúmque
nomen cuique turmæ , tam virorum , quàm mu-
lierum inditum. Quam historiam recolens Auctor
Melificij historici *3. part. pag. 208.* notat in mar-
gine, *Idē in America factitatum.* Nimirum † quia
hic , & alij similes Nouatores Nostris impinge-
re volunt ; quòd interdum hyssopo Indos bapti-
zauerint , de qua im postura egi *1. to. lib. 2. cap. 4
num. 26.*

In quo tamen † non existimet aliquis , vel
prædictas schedulas, vel Nos, ea mente duci , vt
rectum , & probandum illum modum conuersio-
nis ad fidem sentiamus , qui à subditis fit, eo tan-
tùm animo , & contemplatione , vt Principibus
suis placeant , vel adulentur; satis enim cognos-
cimus , id facientes , impios, & irreligiosos esse;
quia † fides , & religio Christiana , non debet
ob adulationem amplecti, sed ob solam doctrinæ
veritatem, & animarum vtilitatem , vt docet D.
Thomas *in 1. 2. q. 109. art. 6. & 2. 2. q. 5. art. 2.*
Mag. Marquez *in Gubern. Christian. lib. 2. cap. 34.
pag. 173.* & in ipsis terminis nostræ quæstionis
Zuritia *in quæst. Theol. quæst. 40.* & Ego *d. lib. 2.
cap. 14. num. 60. & seqq.* Sed id tantùm intendi-
mus , † superiorum exemplum esse curandum in
modum præuiæ dispositionis, vt Indi subditi , &
alioqui barbari, & rebelles , faciliùs ad fidem au-
diendam, æstimandam & ob sui pretium recipien-
dam, alliciantur, quod licitum esse , & valdè expe-
dire , ipse D. Thom. agnoscit *d. 2. 2. q. 27. art. 3.
& q. 10. art. 3.* & Ego aliis auctoritatibus multo *d.
cap. 14. num. 61.*

Quibus

Quibus nunc libentissimè addo, † celebrem text. *in l. 51. in fine, tit. 5. part. 1.* ibi: *Mayormente à los mayores, è mas entendidos: ca despues que estos fueren enmendados, mas de ligero, pueden à los otros traer à enmienda, è tollerlos de aquel mal que fazen.* Et in nostris terminis † Concil. Limense II. *Can. 111. pag.* 68. vbi monet, *Que se procuren ganar los Curacas, de cuya voluntad y gusto dependen los demas sin resistencia ninguna, siendo cosa cierta del todo, que la Fè, y saluacion de los Indios, pende de la autoridad y voluntad de sus Caciques*: & adhuc melius Iosephum † Acostam *in sæpè laudato tractatu de procur. Ind. salut. lib. 2. cap. 18. pag. 273.* vbi loquens de eisdem nostris *Caciques*, & Indis, ita elegantissimè inquit: *Et quidem dominorum, ac Principum suauiter, ac diligenter tentanda voluntas est, & expugnanda in Christo, & suorum obsequia, iuxta nostram legem promptiora futura, & gloriæ plurimum accessurum; cùm his etiam crebrius, & liberalius agendum. Multum quippè in vtramque partem horum studia promouent. Qua in re † grauiter à nostris peccatum esse in Atabalipa Ingarum Principis nece, ipsi quoque eius successores conquerebantur, quòd affirmarent, si Regis voluntas delinita obtineretur, breui admodum futurum, vt vniuersum Ingarum imperium fidem libentissimè acciperet. Miro enim modo barbari omnes Regibus suis, ac ducibus addicti sunt.*

Et † hanc etiam esse faciliorem viam ad tollendam, & prorsus extirpandam de Indorum animis idololatriam, non minus eleganter docet idem Acosta *lib. 5. cap. 10. pag. 521. Quia Præfectorum* (inquit) *& Curacarum auctoritati cæteri facillimè, & libentissimè cedunt, & hi nullo negotio reliquo vulgo, quidquid sentiunt, persuadent, quidquid volunt, efficiunt. Et † Regum Ingarum tempore tanta eorum in subditos populos auctoritas extitit, vt eos tantum Deos vrbes prouinciæque susciperent, quos Rex Inga tribuisset, neque liceret cuiquam aliud numen colere, quàm, quod ille statuisset.*

Secundò ex eadem *Cacicorum* in subiectos sibi Indos subordinatione, infero resolutionem alterius quæstionis, quam mouet Ferdinand. Zurita *in d. quæstionario, q. 12.* nempè † an teneantur ad restitutionem, & resartionem damnorum, & iniuriarum, quas Indi ebrij faciunt, & ex compotationibus resultant, quas ipsi *Caciques* congregare solent, vel cùm pro maxima, qua in subditos potiuntur auctoritate, vitare possint, non vitant? Planè enim si huiuscemodi comessationes, & compotationes fiant ad populum exhilarandum, quod aliquando permitti his barbaris debet, vt dixi *suprà cap. 24. ex num. 79.* Tunc † nulla erit obligatio damnorum, quæ ex illis contingunt, sicut neque de aliis actibus licitis, aut indifferentibus, licèt ex eis per accidens aliqua incommoda generentur, vt constat ex traditis à D. Thom. *in 1. 2. q. 85. art. 6. & q. 83. art. 3. & in 2. 2. q. 164. art. 3.* vbi verò † grauis culpa, vel negligentia *Caciqui*, reperitur, in eisdem compotationibus, vltra solitum, ac permissum modum, & contra ordinationum prohibitionem imperandis, vel non excusandis, si earum notitiam habuit, cum sciat id sibi facile esse propter nimiam Indorum ad eius nutum subiectionem; tunc defendi poterit ad damnorum restitutionem teneri, † ex vulgari regula iuris, 58
qui causam damni dat, & *l. 1. §. deiecisse, C. de vi, & vi armat. l. culpa caret 50.* Vbi Decius, Faber. & Ræuard. *D. de regul. iur.* cum multis aliis, quæ latè congessi *d. 1. tom. lib. 3. cap. 6. ex num. 77. & lib. 2. cap. 13. ex num. 6.* & traditis à D. Thom. *in 1. 2. q. 71. art. 5. & in 2. 2. quæst. 64. art. 7.* Quibus arridet † illud Saluiani 59
lib. 7. de guber. Dei: *Potestas quippè magna, & potentissima, quæ inhibere scelus maximum potest, quasi probat debere fieri, si sciens patitur perpetrari.*

Tertiò, & vltimò huc etiam referri potest maxima Regum nostrorum cura, † in Colle- 60
giis construendis, vbi horum *Cacicorum* filij à teneris annis, tam in Fide Catholica, quàm in politicis moribus instruantur, & nostram linguam, & communicationem imbibentes, nobis amiciores reddantur, de qua agitur in plurimis schedulis, & instructionibus, quæ reperiuntur *in 1. tom. impress. pag. 322. & seqq. & in 4. pag. 291.* & in aliis nouioribus dat. D. Laurent. 22. Iul. ann. 1595. & Matrit. 17. Martij, ann. 1619. & 28. Martij, ann. 1620. Etenim ea præcipuè ratione nituntur, † quòd 61
cùm hi *Cacicorum* filij parentibus suis in hoc munere successuri sint oportet, vt ab incunabulis ita benè instructi, & effecti reperiantur, vt populi, & subditi eorum similes mores sequantur, & nobis magis socientur. Quam † cu- 62
ram, & rationem vehementer probat Concilium Limense III. *act. 2. cap. 43.* Acosta *d. lib. 3. cap. 19. in fine*, inquiens: *Iuuentutis fundamenta esse structuram reliquæ ætatis, & oportere, vt in his Collegiis à suorum consuetudine quod liceat remoti, morem nostrum sermonémque perdiscant, quò possint mox suis esse idonei præceptores.* Et idem sequitur, & laudat Ioan. Matienz. *de moder. Reg. Peru, 1. par. cap. 7.* Posseuin. *in Bibliot. pag. 167.* Fr. Thom. à Iesu *de procur. Ind. salut. lib. 6. cap. 4. pag. 293.* & Torquem. *in Monarch. Ind. lib. 15. cap. 11. 13. 15. & 42.*

Quibus addere possumus similem † Roma- 63
norum consuetudinem, qui filios suos ad Collegium Augurum ab ineunte ætate deferre solebant, vt ibi educarentur, & in rebus diuinis instituerentur, vt post alios refert Raphaël de la Torre *in 2. 2. tom. 2. pag. 312.* & Rosinus, & Dempsterus *lib. 3. antiq. Rom. cap. 8. & seqq.* Et plura alia quæ de cura † rectæ, Christianæ, 64
& politicæ puerorum institutionis, & educationis; & magnis eius vtilitatibus, & effectibus, tradit Erasm. *in Adagio, Quo semel est imbuta*, Brisson. *de Imper. Persar. pag. 200.* Bobadilla, alios referens, *in Polit. lib. 2. cap. 13. num. 62.* Mendoça, omninò legendus, *in lib. 1. Reg. cap. 1. n. 28. annot. 12. pag. 500.* cum multis seqq. vbi *pag. 512.* de Collegiis Prophetarum apud Hebræos, & de aliis apud Nos ad eumdem finem institutis, Martin. Delr. *in Adag. sacr. 2. tom. pag. 227. & 228. & seqq.* & Lycurgus apud Erasm. *apophthegm. 3.* vbi inquit, † insti- 65
tutionem esse potentiorem natura, quia malam naturam corrigit, & conuertit in bonam, & Cæl. Rhodig. *lib. 20. lect. antiq. cap. 28.* vbi inter alia † refert eundem Lycurgum hoc duo- 66
rum canum exemplo comprobasse, quos, eisdem prognatos parentibus, diuersis moribus esse

esse ostendebat, ex educationis, & institutionis dissimilitudine, cùm Lucernarius foret vnus, alter Venaticus, & qui generosos spiritus alunt, laboribus innutritus, & congerit alia Alex. ab Alex. *lib. 2. Genial. cap. 25.* vbi varias apud diuersas gentes, & præcipuè apud Romanos puerorum educationes refert, Tiraq. *in l. 7. connu.* Annæ. Robert. *lib. 1. rer. iud. c. 9.* Alban. Spinasatus *in Politismo fol.* & Simon Maiol. *in dieb. Canicul. tom. 4. colloq. 3. de recta educatione, per tot.* Adam Gontzen *lib. 4. Polit. cap. 1. & seqq.* & nouissimè Franc. Zipæus *de Magistrat. lib. 3. cap. 3. per totum*, vbi *num. 6.*
97 benè addit, † hanc curam educandæ, & instruendæ adolescentiæ, Patribus Societatis IESV, cùm primis committi debere, eò quòd eorum institutum ad hoc valdè vbique conduxisse videamus. Qua de causa, & hæc Indorum Collegia eisdem Limæ, Guzqui, & in aliis vrbibus Peruanis commissa sunt, & Ego semper reliqua committi debere iudicaui.



CAPVT XXVII.

Indos miserabiles personas censeri, & quibus priuilegiis in temporalibus, & spiritualibus hac de causa fruantur, & qualiter ad festorum obseruationem obligentur?

SVMMARIVM.

1 *Miserabiles personæ quæ dicantur?*
2 *Indi sunt miserabiles personæ, & quare?*
3 *Indi sunt magis miseræ, & abiectæ conditionis quàm Æthiopes, & reliquæ mundi nationes.*
4 *Isaiæ locus* cap. 18. *de gente conuulsa, & dilacerata, qualiter Indis conueniant, ex sententia Fr. Ioan. Zapatæ.*
5 *Indi omnium iniuriis patent, & ab omnibus conculcantur.*
6 *Iob locus* cap. 26. *refertur, & ad Indos aptatur.*
7 *Amòs Prophetæ verba* cap. 2. *de Indis loqui videtur.*
8 *Indi (vt & reliqui alij infideles, recenter conuersi) vel ex hoc solo debent gaudere priuilegiis miserabilium personarum.*
9 *Neophyti post baptismum debent esse melioris conditionis, quàm anteà erant, & non peioris.*
10 *Indorum magna miseria est, quòd quidquid ordinatur ad commodum illorum, retorquetur in eorum perniciem.*
11 *Venerabilis Gregorij Lupecij apophtegma de misera Indorum sorte.*
12 *Indos miserabiles personas esse, & ob hoc fauendos, plures schedulæ dicunt, quæ referuntur.*
13 *Epistola Regia notabilis refertur ann. 1618. ad Proregem Peruanum, de miseria, & iniuriis, quas Indi patiuntur, grauiter dolens.*
14 *Philippus IV. Rex noster manu propria Mexicano Proregi scripsit, & iniunxit Indorum subleuationem.*
15 *Indi cùm omnibus vtiles sint, ab omnibus faueri debent, ex Regia sched. quæ refertur.*
16 *Protectionem, & curam Indorum, quàm grauibus verbis, & rationibus omnibus commendet Concil. Limense, cuius caput refertur.*
17 *Deus pauperum, & miserabilium curam gerit.*
18 *Principes & Magistratus, ad Dei imitationem, miserabilium tutelam suscipere debent.*
19 *Miserabilium curam suscipientes, Deus in omnibus prosperat.*
Miserabilium spoliatio, & oppressio est crimen mixti fori, ibidem.
20 *Schedula Regia anni 1593. de vindicandis iniuriis Indorum, refertur, & explicatur.*
21 *Indorum iniuriæ eodem modo puniri iubentur, quàm quæ Hispanis fiunt.*
22 *D. D. Gabriel Paniagua de Loaisa, Calatrauensis Eques, Auctoris socer laudatur, eiusque factum refertur.*
23 *Concilij Limensis Canon refertur circa honorem, & bonam tractationem* Curarum.
24 *Iudices si seuerè punirent Hispanos, qui Indis iniurij sunt, multum eorum miseria releuaretur.*
25 *Indi adeò timidi, & miseri sunt, vt non audeant queri de iniuriis, quas patiuntur, & locus Iuuenalis qui de eis loqui videtur.*
26 *Pauperis libertas qualiter definiatur, vel exprimatur à Iuuenali.*
27 *Barones qualiter, & quare impunè iniuriare, & angariare soleant suos vassallos.*
28 *Milites qualiter impunè togatos vexare soleant, ex Iuuenali.*
29 *Indi, & rustici aliquando insolescunt, si suauiter, & honorificè tractantur.*
30 *Hispani omnes an nobiles sint censendi respectu Indorum, de quorum iniuria, vel damno compensando agitur?*
31 *Indis iniuriatis non deberi eandem satisfactionem, quàm Hispanis, existimat Zurita, & quare?*
32 *Iniuriæ ex qualitate personæ iniuriatæ, vel iniuriantis metiri solent.*
33 *Iudex in pœnis irrogandis debet habere respectum personarum.*
34 *Hispani olim Gothos etiam plebeios magnifecerunt. Et idem hodie faciunt Indi erga Hispanos.*
35 *Schedulam Regiam iubentem iniurias Indorum eodem modo puniri ac Hispanorum, cur à multis non practicetur?*
36 *Indi quamuis dicantur esse pedes Reipublicæ, multum faueri, & tueri debent.*
37 *Plutarchi insignis locus refertur de agricolis pedibus Reip. iuuandis, & protegendis.*
38 *Seruorum iniurias qualiter vindicarent Athenienses.*
39 *Sarraceni grauius puniunt iniurias illatas Christianis apud se commorantibus, quàm illatas aliis Sarracenis.*
40 *Indi gaudent omnibus priuilegiis minorum, pauperum, rusticorum, & aliarum miserabilium personarum, quorum multa summatim, & remissiuè recensentur.*
41 *Rusticorum, & pauperum priuilegia, qui Auctores cumulent, & pertractent.*

L. si

eorum fidelis efficitur, quomodo ratificentur, aut dissoluantur? remissiuè.

91 *Iubilæa, & alias indulgentias lucrantur Indi solo Pœnitentiæ Sacramento, ex Breui Pauli V.*

92 *Eucharistiæ Sacramentum in multis prouinciis Indis non ministratur, quod reprehenditur.*

93 *Schedulæ referuntur, quæ Indis Eucharistiam ministrari iubent, maximè vt Viaticum.*

94 *Indi, ex Bulla Pauli III. pauciora festa quàm Hispani, obseruant, & quæ illa sint?*

95 *Indi an possint cogi laborare in festis Hispanorum, quorum obseruatio ipsis Indis ex priuilegio remissa est? & resoluitur negatiuè.*

96 *Indi cogendi sunt Missæ sacrificio in diebus festiuis interesse.*

97 *Festorum, quæ Indi obseruare debent, notitia an eis à suis Parochis danda sit?*

98 *Indi ob maiorem metallorum, vel frugum copiam an possint cogi ad laborandum in diebus festiuis?*

99 *Festorum obseruatio, quibus probetur, & violatio qualiter à Deo puniatur, remissiuè.*

100 *Festa sua obseruare Romani cogebantur, ex Seneca.*

101 *Labori aliqua requies, & intermissio danda est, ne corpus hebescat, & langueat.*

102 *Metallarij festa obseruare debent, nisi vrgens casus ad laborandum in fodinis compellat, ex Georg. Agricola.*

103 *Festiuitates suas Indi qualiter olim haberent, & obseruarent?*

104 *Leges, & ordinationes peculiares vbi Indi non habent, communi cum aliis iure censendi sunt.*

105 *Indi infideles inter fideles commorantes qualiter iudicandi sint.*

1 MIserabiles † personæ dicuntur omnes, de quibus natura mouetur ad miserandum, vt post alios docet Afflict. *decis.* 257. Roland. *cons.* 77. *num.* 44 & Menoch. qui hoc tandem ex iudicantis arbitrio pendere resoluit, *lib.* 2. *de arbitrar. casu* 66. quem & plures alios nouissimè refert & sequitur Aluarez de Velasco *in tract. de priuileg. miserab. person. in proœm. num.* 4. Qua de causa † meritò
2 Indos miserabiles appellamus, cùm sint adeò humili, squalida, seruili, & abiecta conditione, sicut in superioribus diximus, & tradunt (præter alios) Ludou. Legionens. super Abdiam *cap. vltim. pag.* 668. Acosta *de procur. Ind. salut. in proœm. & lib.* 1. *cap.* 2. Matienz. *de moder. Reg. Perù* 1. *par. cap.* 4. Frat. Gregor. Garcia Dominican. *de Indor. origin. lib.* 3. *cap.* 4. *in princip.* vbi inquit, quòd † sunt magis mi-
3 seræ, seruilis, atque abiectæ conditionis, quàm Æthiopes, aut aliæ mundi nationes. Ego latiùs 1. *tom. lib.* 1. *cap.* 15. *ex num.* 20. *& lib.* 2. *cap.* 7. *ex num.* 27. vbi hac de causa de illis ad litteram intelligi posse probo illud Isaiæ 18. *Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam, conculcatam, & dilaceratam.*

Quod etiam, vltra ibi relatos, nouissimè probari video à Fr. Ioann. Zapata Episcopo Guathemalensi *in tract. de instit. distribut.* 2. *par. cap.* 21. *num.* 15. *& seqq.* vbi ait, † Euan- 4
gelicum illum Prophetam: *Qui* (vt dicitur Ecclesi. 28.) *spiritu magno vidit vltima, & consolatus est lugentes Sion, vsque in sempiternum*, Prophetica cognitione horum Indorum præuidisse, & expressisse conditionem miserámque sortem, & abiectissimam naturam. Quæ † miserabilior, & abiectior red- 5
dita est, ob id, quòd omnium iniuriis patent, & ab omnibus conculcantur, dilacerantur, expilantur, & opprimuntur. Ita vt vmbratilis, & miserrimæ conditionis figura exarari, videatur apud Iob *cap.* 24. † *Oppresserunt* 6
pariter mansuetos terræ, & vineam eius, quem vi oppresserunt, vindemiant. Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore, quos imbres montium rigant, & non habentes velamen, amplexantur lapides; vim fecerunt deprædantes pupillos & vulgum pauperem spoliauerunt. Nudis, & incedentibus absque vestitu, & esurientibus tulerunt spicas, &c. Et Amos 2. vbi † ipse 7
Dominus Israëlis improbitatem execratur, pro eo, quòd vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calceamento: *Qui conterunt* (inquit) *super puluerem terræ capita pauperum, & viam humilium declinant.*

Quinimò etiam si prædicta † deficerent, 8
vel eo solo ex capite Indi inter miserabiles personas censeri deberent, quod recenter ad Fidem conuersi sint, vt generaliter de Iudæis, & aliis infidelibus loquens docuit Innoc. *in cap. Iudæi, de Iudæis*, Barbat. *in cap. significantibus, de off. deleg. in fin.* Palac. Rub. *in cap. per vestras, notab.* 2. *n.* 11. Pet. Surd. *in tract. de sent. prouisional.* qui est post tract. *de aliment. art.* 3. *gloss. vlt. vers. Decimoquartò*, & plures alij quos nouissimè adducit Aluarez de Velasco *in tract. de priuil. miserab. person. in proœm. n.* 4. *& quæst.* 9. *num.* 38. vbi me allegat, & vltra eos Gregor. Lopez, qui nostrorum Indorum sub hac occasione specificè meminit, *in l.* 48. *tit.* 6. *par.* 1. *glos. fin. circa fin.* ibi: *Vt sunt Terræ-firmæ, & insulæ maris Oceani, vbi sunt Indi conuersi ad Fidem, qui & dicuntur miserabiles personæ, secundùm Innoc. in cap. Iudæi, &c.* & nouissimè eruditiss. Dom. D. Felician. à Vega Episcop. de la Paz *in cap. Pastoralis, n.* 26. *de iudic. & in cap. ex parte, num.* 19. *de foro comp. pag.* 589. vbi securè affirmari posse inquit: *Indos Peruanos esse miserabiles personas tum propter eorum imbecillitatem, ac rusticitatem, tum etiam ob ipsorum paupertatem, pusillanimitatem ac ob continuos labores, & seruitia personalia, quibus oneratos videmus.*

Quibus fauet Ant. Ricciullus *in tract. de Neophytis cap.* 9. *n.* 2. vbi, † quòd Neophy- 9
ti debent esse melioris conditionis post baptismum, quàm erant antequam Fidem recepissent, vt *in dict. cap. Iudæi*, & Fr. August. Padilla *in histor. Mexicana Ordin. Prædic. lib.* 1. *capite* 33. *&* 39. vbi † loquens in spe- 10
cie de nostris Indis, & eorum miserias exaggerans, illam quidem, ac valdè dolendam inter alias considerat, cuius memini 1. *tom. lib.* 3. *num.* 68. nempè, quòd nihil ad eorum commodum, & fauorem prouidetur, & ordinatur, quod in maiorem ipsorum perniciem, & præiudicium non conuertatur. Idque veluti spiritu Prophetico iamdudum dixisse tradit,

tradit, pium illum, & Religiosum virum Fr. Dominicum à Betanzos. Cui arridere videtur † aliud apophtegma alterius viri vitæ sanctimonia apud Mexicanos illustris, nempè Venerabilis Gregorij Lopez, qui quoties rogabatur, quid statui posset, quod Indis vtile, ac commodum esset? respondere solebat, *Dexallos*, vt à pluribus Mexicanis accepi, licèt hoc apophtegma inter alia non reperiatur, quæ referuntur in lib. de eiusdem Beati viri vita conscripto.

Et hanc quidem miserabilem, & abiectam
12 Indorum sortem, † satis ostendunt innumeræ schedulæ, ordinationes, & epistolæ Regiæ, quæ eam passim deplorant, & ob hanc causam primam, ac præcipuam supremi Consilij Indiarum, Proregum, Regiarum Cancellariarum, & aliorum Gubernatorum curam esse iubent, vt modis omnibus pro eorum conuersione, tuitione, conseruatione, suauique tractatione inuigilent, ac prouideant, nihilque, si in hoc defecerint, se in aliis præstitisse putent. Quæ schedulæ reperiuntur *in 1. tom. impress. pag.* 318. *& seqq. & in* 4. *ex pag.* 222. *&* 256. & alibi passim. Et est, omninò videnda, *ordin.* 7. *dicti Concilij Ind. ann.* 1542. *&* 6. *ann.* 1571. *& ordin. pro Audientiis Ind. ann.* 1563. Et no-
13 tabile † caput epistolæ Regis nostri Philippi III. ad Peruanum Proregem Dom. Principem Esquilacensem scriptæ, apud D. Laurentium 24 April. ann. 1618. vbi repetitis verbis hos Indos miserabiles, & miserandos, ingeminat, iniurias, quas pati dicunt, latè recenset, & nihil esse inquit, quod vel strictiùs iuberi, vel efficaciùs exequi debeat, quàm, quod ad eorum de-
14 fensionem pertineat. Quod † non minus piè, & enixè ad Proregem Mexicanum scribens iussit, & curauit, ac propria manu exarauit Potentissimus Rex, ac Dominus noster Philippus IV. quem Deus per multos annos nobis incolumem seruet, in quadam schedula de seruitio personali tractante, cuius memini *suprà hoc lib. cap* 4. *num.* 47.

15 Et est valdè notabilis illa alia, † quæ vocatur seruitij personalis ann. 1601. in cuius vltimis verbis deciditur: *Que pues los Indios son vtiles à todos, y para todos, todos deben mirar por ellos, y por su conseruacion, pues todo cessaria, si ellos faltassen.* Quod ipsum me-
16 lius adhuc, & grauiùs, monuit, † & statuit Concil. Limense 3. *act.* 3. *cap.* 3. *pag.* 148. hac de causa protectionem, & curam Indorum omnibus generaliter commendans, his verbis perpetuò quidem menti tenendis: *Nihil est in harum Indicarum gentium prouinciis, quod Ecclesiæ Præsides, cæterique ministri, non Ecclesiastici modò, sed etiam seculari potentia insignes, à Christo Summo Episcopo, & Rege animarum, sibi vehementius commendatum existimare debeant, quàm vt huic nouo, teneròque Dei gregi, paternum affectum, curámque pro spirituali, & temporali eorum necessitate, prout ministros Christi decet, impendant. Et certè harum gentium mansuetudo, & perpetuus seruiendi labor, & naturalis obedientia, atque subiectio, quosuis homines, quantumuis feros, mouere iure possit, vt eos defendendos potius arbitrarentur, quàm improborum prædam esse paterentur. Quapropter dolens impensè sancta Synodus hos miseros, atque imbecilles tantum fraudis, ac violentiæ, non solùm olim præter modum inuectum, sed hodie quoque à pluribus designari; orat in Christo, atque admonet omnes Magistratus, & Principes, vt iis se benignos præbeant, suorum ministrorum, cum opus est, insolentiam frænent, & Catholicæ Maiestatis fideicommissos, & subditos, liberos certè, non seruos agnoscant. Porrò Parochis cæterisque Ecclesiasticis ministris seriò præcipit, vt pastores se meminerint, non percussores: & tanquam filios, Christianæ charitatis sinu, Indos foueant, & portent. Quod si quispiam percutiendo, maledicendo, aut aliàs quoquomodo Indum aliquem læserit, Episcopi, & Visitatores seuerè admodum & inquirant, & vindicent. Profectò enim turpissimum est Dei ministros, in sæculi satellites verti.* Quod sumptum vide-
tur *ex Psalm.* 113. *vers.* 1. † vbi Deus ip- 17
se pauperum, & miserabilium curam gerere dicitur, eosque euehere. Cuius exemplo
idem officium † Principibus, & Magistra- 18
tibus spiritualibus, & secularibus maximè suspiciendum est, *l.* 1. *C. quando Imper. inter pupil. & vid. cap. gloria Episcopi* 71. *quæst.* 2. cum aliis traditis à Menoch. Roland. & reliquis, quos suprà num. 1. citaui, & nouissimè à Martin. Magero *de aduocat. armata, cap.* 3. *numer.* 98. *& seqq.* vbi addit,
quòd † iis qui tenuium, & miserabilium pa- 19
trocinium suscipiunt, Deus florentissimam opibus, & victoriis Rempub. tradit, prout latiùs prosequitur Schambornus *lib.* 6. *Polit. cap.* 10. Et hac propter, spoliationem, & oppressionem miserabilium personarum esse crimen mixti fori, latè probat Petr. Gregor. *in cap. conquerente, de offic. Ordin.* §. 6. *numer.* 6. *&* 9. Marta *de iurisdict.* 2. *par. cap.* 21. Bobad. qui benè rem explicat, *in Polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 106. cum duobus seqq. & D. Ioseph. Vela *in cap.* 1. *de offic. Ordin.* 1. *par. n.* 99. *fol.* 46.

Ex quibus primò descendit interpretatio, &
ratio ad nobilem quandam † schedulam Re- 20
giam dat. Matriti 29. Decembr. ann. 1593. quæ reperitur *in d.* 4. *tom. impress. pag.* 269. & Limanæ Cancellariæ præcepit, & iniungit, vt in punitione delictorum nullam inter In-
dos, & Hispanos differentiam faciat, † hoc 21
est, vt ita puniantur Hispani Indos occidentes, vel iniuriantes, quemadmodum puniri deberent, si alios Hispanos iniuriassent, vel occidissent. Quin potius Indis magis faueatur, tanquam miserabilioribus, & minorem defensionem habentibus, & ita concludit: *Os mando, que de aqui adelante castigueis con mayor rigor à los Españoles que iniuriaren, ofendieren, ò maltrataren à los Indios, que si los mismos delitos se cometiessen contra los Españoles, y esto mismo ordenareis à todas las iusticias del distrito de essa Audiencia.* Etenim hæc schedula iustissima est, ex his quæ in simili de Iudæis loquens, tradit decis. Auenionens. omninò videnda 111. *n.* 5. & in terminis Indorum Fr. Ant. Remesal, qui alias refert, *in hist. Guathemal. lib.* 4 *cap.* 11. cum Indi liberi sint, & vt cæteri vassalli liberi tractari, & iudicari iubeantur in aliis pluribus schedulis, quas congessi 1. *tom. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 54. *& seqq.* & eam ad

22 praxim reduxit † Nobilissimus ille Calatrauensis Militiæ Eques, & villæ Sanctæ-Crucis de Estremadura Dominus, D. Gabriel Paniagua de Loaisa, dominus, ac socer meus colendissimus, cùm in vrbe Cuzquensi Gubernatoris munere fungeretur. Nam quendam Hispanum, qui Indum nobilem absque causa, non procul à conspectu ipsius Gubernatoris, graui alapa percussit, manus amputatione damnauit, nec totius populi precibus flecti potuit, mitiorem pœnam instantissimè postulantis: fortè præ oculis inter alia habens † decisionem Concilij Limensis II. *par. 2. cap. 112.* quod enixè iubet: *Que los Curacas, de cuyâ voluntad dependen los demas Indios, sean tratados con amor, y honrosamente, enfrenando, y castigando, como es razon, la demasia, y desorden de los Españoles, que los maltratam de palabra, ò de mano, porque el nombre de Christo no sea blasfemado entre los Indios.*

23 (at "oculis inter alia habens †")

24 Quod factum † si alij iudices sibi imitandum proposuissent, non ita facilè & frequenter miseri Indi omnium iniuriis impeterentur.

25 † Neque ipsi adeò timidi essent, vt eas submisso animo ferre satiùs ducant, quàm Prætorum officium pro illis vindicandis interpellare, à quibus alias longè maiores recipere solent, ita vt hic applicari possit illud Iuuenal. *satyr. 3.*

26 ——— *Libertas † pauperis hæc est,*
Pulsatus rogat, & pugnis concisus adorat,
Vt liceat paucis cum dentibus inde reuerti.

27 Quod in simili ad † Barones impunè iniuriantes, & angariantes vassallos, cùm nemo sit, qui eorum facta diiudicet, applicat Andr. de Isern. *in tit. Quæ sint Regalia, ver. Flumina nauigabilia,* & Rober. Maranca *de ordin. iudic. 6. par. act. 3. de execut. sent. n. 27. pag. mihi 656.*

28 Et ad † militiæ, vel malitiæ priuilegia, Petr. Gregor. *lib. 19. syntagm. cap. 16. num. 2.* referens illud Iuuenal. *satyr. 16.*

Commoda tractemus primum communia, quorũ,
Haud minimum illud erit, ne te pulsare togatus,
Audeat, excussos Prætori ostendere dentes,
Et nigram in facie tumidis liuoribus offam.

28 Quamuis negare non possim, nec velim † aliquam aliquando coactionem, & seueritatis specimen, cum nostris Indis, vt & generaliter cum omnibus rusticis, & barbaris hominibus desiderari, ne alioqui insolescant, & herile iugum spernant, vel in totum abiiciant, vt monui *sup. c. 5. n. 103. & seqq.* & in simili docet Ioan. Hering. *in tract. de molendin. q. 43. n. 50.* hæc carmina, nescio cuius Auctoris, adducens:

Rustica gens est optima flens, & pessima gaudens,
Vngentem pungit, pungentem rusticus vngit.

Et huc respicit quæstio 14. Ferd. Zuritæ, licèt prædictæ schedulæ non meminerit. † *Vtrum*
29 *omnes Hispani tanquam nobiles sint habendi, cum honoris impendendi, vel compensandi causa Indis conferuntur?* & resoluit, quòd apud Indos quantumuis Barbaros, & infideles potuit esse vera nobilitas, & quòd habent verum, & proprium ius famæ, & rei familiaris, ex traditis à D. Thom. *in 1. 2. q. 22. art. 2. & in 2. 2. q. 10. art. 10. & q. 12. art. 2.* & per consequens non possunt ab Hispanis iniuria, aut dedecore affici absque pœna, & compensationis necessitate: licèt verum sit, † quòd attenta qualitate Indorum qui iniuriam patiuntur, cùm sæpesæpiùs soleant esse ebrij, & abiectæ conditionis, & qui non multum curant iniurias, neque illis commouentur, non eadem illis, quàm Hispanis satisfactio debeatur, ex eod. D. Thom. *in 1. 2. q. 64. art. 2. & in 2. 2. q. 161. art. 1. & q. 58. art. 10. & q. 62. art. 1.* Quod † etiam de iure 32 probatur *in §. atrox, Inst. de iniur.* cum similibus, ibi: *Aliter enim Senatoris, & parentis patronique, aliter extranei, & humilis personæ iniuria æstimatur: & in l. fin. D. eodem, l. captalium, §. non omnes, D. de pœn. l. Pædius, §. 1. D. de incend. ruina, naufr.* cum aliis, quibus docemur, † iudicem in pœnis irrogandis 33 debere semper habere respectum ad qualitatem personarum. Et conducit quod notanter tradit Gomez de Amescua *in tract. de potest. in se ipsum lib. 2. cap. 23. n. 24. vers. Nihilominus,* vbi ait, quòd quemadmodum olim Got- 34 thi, etiam plebei, apud nos Hispanos fuerunt in pretio; ita nunc apud Indos, Hispani viles, nobilioribus Indis digniores sunt.

Et † hoc fortè in causa est, vt dicta Regia 35 schedula parum practicetur, quamuis contrarium, ob zelum, & ardorem defendendi Indos, ita expressè, & strictè disponat, & rationi consentaneum sit, vt hi quantumuis humiles, & abiecti esse dicantur, † & Reipublicæ pedi- 36 bus comparentur, vt dixi *sup. hoc lib. cap. 4. ex n. 58.* adhuc tamen legis, & legislatoris cura, & auctoritate tueantur. Nam pauperes ob hanc causam Deo derelicti dicuntur *Psalmo 10. vers. 14. Tibi derelictus est pauper, & orphano tu eris adiutor, & Psalm. 113.* & vt ait Plutarc. *in Polit. au Traianum,* prout eum refert Lucas de Pena *in l. 1. in fin. C. de agricol. & cens. lib. 11.* & Guiller. Bened. *in cap. Rainuntius, verb. Et vxorem, decis. 5. n. 342.* (licèt Ego hunc locum apud Plutarc. *eo in libro* reperire non potuerim) *Pedibus † solo iugiter* 37 *inhærentibus agricolæ captantur, quibus captis prouidentia tanto magis necessaria est, quo plura inueniunt offendicula, dum in obsequio corporis in terra gradiuntur, eisque iustius tegumentorum debetur suffragium, qui totius corporis erigunt, sustinent, promouentque molem, id est onus sustinent, ac portant Reipublicæ, eique laboribus, & sudoribus suis prouident, pedum adminicula robustissimo corpori tolle, suis viribus non procedet, sed aut turpiter, inutiliter, inhonestéque manibus reptet, aut brutorum animalium ope mouebitur.* Quibus adstipulatur Atheniensium lex, quam refert Athenæus *lib. 6. dipnosoph. cap. 7. pag. 341.* qui seruorum † etiam fortunæ occurrentes, sanxe- 3 runt, vt eorum etiam iniuriæ audirentur, & accusationes si quis eorum corpora iniuria affecisset. Et alia † Sarracenorum, de qua Mar- 3 quard. de Susan. *in tract. de Iudæ. & infidel. cap. 2. n. 4.* & Mager. *de aduoc. armata, cap. 8. num. 286.* quæ iubet, vt atrocius puniatur Sarracenus offendens Christianam inter eos commorantem, quàm si alium paganum offendisset.

Secundò, ex eisdem principiis deducitur Indos † ob prædictam suæ sortis miseriam, & conditionem, omnibus priuilegiis gaudere, tam 4 in iudicialibus, quàm in extraiudicialibus, quæ in iure fauore minorum, pauperum, rusticorum, & aliarum miserabilium personarum concessa reperiuntur, vt in simili notat Bald. *cons. 465. num. 2. lib. 1.* Medic. *de fort. casib. 2. par.*

par. quæst. 4. *num.* 8. Aluar. de Velasco *in tract. de priuil. paup. par.* 1. *quæst.* 25. *num.* 16. & *par.* 2. *quæst.* 2. *num.* 19. & Vincent. de Franch. *decis.* 608. *num.* 7. Atque ita in integrum restitutione iuuantur, dolus, & fraus in eis non præsumitur, tutelis, & aliis muneribus, & oneribus similibus excusantur: lites eorum citò, & sublatis formulis expediri iubentur, contra instrumenta, quæ præsentauerint, venire possunt, & confessionem sui aduocati in libello factam, non solùm incontinenti, sed quandocunque reuocare, & post didicita, testificata, & etiam in secunda instantia, per eosdem articulos, & directò contrarios, nouos testes producere, iudiciariam contumaciam non committunt. Curiæ casum habent, quemadmodum viduæ, & pupilli, & à pœnis non confecti inuentarij liberi sunt.

De quibus, † & aliis priuilegiis agunt DD. per text. ibi *in l. si quis id quod*, §. *doli mali*, vbi gloss. *D. de iurisd. omn. iud. l.* 2. §. *D. si quis in ius vocat. l.* 1. §. *fin. D. de edend. l.* 3. §. *fin. D. de suspect. tut. l.* 2. §. *fin. D. de iur. fisci, l. si quis in graui*, §. *si quis ignorans*, *D. ad Syllan. l. fin. C. de test. l.* 3. §. *si plures*, *D. de re militari*, *l.* 1. *C. quando Imper. inter pup. & vid. cap. super litteris*, §. *nos igitur*, *de rescript. cap. cùm vniuersorum*, *de rerum permut. cap. inter corporalia*, §. *fin. de translat. Episcop. cap. qui secundùm carnem* 23. *quæst.* 4. Gloss. *in cap. tuebatur* 1. *quæst.* 4. *l. fin. vers. fin. tit.* 1. *par.* 1. latè Platea, Rebuff. & Lucas de Peña, omninò videndus, *in l.* 1. *C. de agricol. & cens. lib.* 11. Specul. *in tit. de caus. poss. & propriet.* Guillerm. Bened. *d. verb. Et vxorem*, *decis.* 5. *num.* 338. cum multis seqq. & *n.* 434. Ripa *in tract. de peste*, *num.* 200. & *seqq.* Alciat. *in l. venia*, *C. de in ius vocand.* Cassan. *in Catal. glor. mund. part.* 11. *consid.* 39. Tiraq. *de pœn. temper. causa* 11. Matth. de Afflict. *ad constit. Neapol. lib.* 3. *rubr.* 6. Menoch. *de arbitr. casu* 194. Ant. Monacius *in l. fin. C. de seruitutib. pag. mihi* 175. & *in l. certi iuris*, *C. de locato*, *pag.* 341. Sim. Maiol. *in diebus Canicul.* 1. *tom. pag.* 511. & 515. & de his omnibus rusticorum priuilegiis eleganter agens Rhenat. Choppin. in peculiari tractatu, quem de hoc argumento conscripsit, Benincasius *in tract. de priuil. paup.* Cerdan. Tallada *in suo tract. de carceris visitat.* & Georg. Accacius *in tract. de priuil. iur. lib.* 3. *per tot.* & nouissimè noster Aluar. de Velasco *in d. tract. de priuil. paup.* & in altero quem post Nouarium, & Carrascum nouiter edidit de priuilegiis miserabilium personarum, & casibus Curiæ.

Et de illo † quod ad breuitatem litium eorum spectat, & vt simpliciter, & summariè in illis procedatur, videnda sunt, quæ in simili tradit Parlador. *differ.* 137. *n.* 28. & 29. vbi quòd causæ miserabilium personarum, & quæ inter rusticos in vicis aguntur, summariè tractari debent, Calderon *in manuali iudic. cap.* 3. *ex num.* 32. Vera Cruz in specul. coniug. 3. par. art. 10. per tot. Thom Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 19. n. 1. vbi, quòd ad faciendum † diuortium inter Indos, non est necessarium processum formare neque scribere, sed sufficit, vt de plano, & summariè procedatur, Concil. Limense secundum, *par.* 1. *cap.* 120. *pag.* 32. ibi: *Que las causas, y pleitos de Indios, especial pobres, se concluyan sumariamente, y con amor paternal, y no se admita contestacion de pleitos contra Indios en forma, sino fuere en casos graues, &c.*

Sed vt aliqua, quæ praxi magis quotidiana mihi visa sunt, specialiùs animaduertam, hæc Indorum † miseria, rusticitas, vel simplicitas 4
operatur, vt iudices in eorum causis, tam ciuilibus, quàm criminalibus rigorem iuris obseruare non debeant, sed potiùs se benignè cum illis habere, & pœnas, quoad fieri possit, temperare, † quia mitiùs peccare videntur, vt 45
inquit Alberic. per text. ibi *in l. vtili ratione, C. de defens. ciuit.* Lucas de Peña *in l. Principes, C. de Princip. agent. in rebus libro* 12. Tiraquell. *de caus.* 11. & Chopin. *dict. tract. lib.* 2. *cap.* 1. Theologi omnes *in* 2. *sentent. distinct.* 22. & in terminis nostrorum Indorum Acosta *lib.* 3. *de procur. Ind. salut. cap.* 23. vbi eorum Præfectos, siue Prætores admonet: *Ne tam † se iudices, quàm parentes exhibeant, ne-* 46
que prorsus solita in cæteros seueritate vtantur. Pueris se potius ludi magistros, quàm forenses iudices cogitent. Neque iuris illa stricta norma vbique seruanda, sed strepitu omni remoto, ex æquo & bono plerumque iudicandum, id quod etiam salutariter edicunt Regiæ leges, quæ scripta & rescripta ferè adimunt, & pretium, si quo horum opus sit, accipere vetant, & idem obseruat Fr. Ioan. Torquemada *in Monarch. Indiana lib.* 5. *pag.* 686. & *pag.* 734. vbi agit de litibus, & gubernatione nostrorum Indorum, Concil. Limense secundum, vbi sup. ibi: *Y con amor paternal*, idem Concil. 2. *par. cap.* 117. vbi idem iniungit Ecclesiæ ministris, & sub præcepto, *Que ningun Cura, ni Vicario, ni Visitador castigue, ò hiera, y açote por su mano à Indio alguno, por culpado que sea, ò mucho menos le trasquilen, ò hagan trasquilar.* & grauiter idem repetit Concil. Limens. III. *act.* 4. *cap.* 7. & 8. prohibens, ne Indi censuris Ecclesiasticis feriantur: & in corporalibus, paterno magis effectu, quam iudiciaria seueritate, dum tenera est in fide Indorum ætas, correctio adhibeatur.

Quod tamen † eo temperamento intelligi 47
debet, nisi aliquod atrox facinus accidat, in quo malitia rusticitatis, vel simplicitatis præsumptionem excludat. Nam tunc à pœna ordinaria rustici non excusantur, argumento eorum, quæ tradit gloss. per text. ibi *in l.* 1. *D. de legib.* & *in cap. qui secundùm carnem* 23. *q.* 4. *in cap. si quis dederit* 23. *q.* 1. *dict. Concil. d. cap.* 7. *in fine*, ibi: *Nisi ad sedandum multorum scandalum, & frænandam licentiam peccandi, durius aliquid oporteat designare.* Necnon etiam, † vt sub pietatis, & fauoris Indorum præ- 48
textu, aliquam iniuriam aliis non inferamus quia personis, & causis fauorabilibus sic sumus debitores, vt aliis iniustitia non fiat, *cap. ex tenore, de for. compet. cap. nuper, de donat. inter.* cùm aliis adductis à Velasco *de priuil. pauper.* 1. *par. cap. vlt.* & *de priuil. miserab. person. quæst.* 3. *num.* 8. Camil. Gallinio *de verb. signif. lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 344. vbi † docet iudicis arbitrio relinqui, an, & qua excusatione 49
rustici digni sint?

Idémque in causa est, † vt quemadmodum 50
in rusticis, ita in Indis, quoad fieri possit, excusari debeat, ne testimonium iureiurando

exigatur, cùm constet eos facillimè peierare, vtpotè, qui neque ipsius iuramenti vim sentiant, neque veritatis studio tangantur, sed testimonium eo modo dicant, quo credunt iudici gratissimum fore, aut à primo quoque suæ factionis homine edocti sint, vt benè aduertit idem Acosta *vbi suprà pag.*378. inquiens, hoc in Concilio Prouinciali edici oportere, & lege lata caueri debere, quemadmodum in simili Concilio Turonensi *Can.* 34. summoperè id cautum est, & DD. passim monent, dum do-
51 cent, † iusiurandum eis deferri non debere, quos timor est facilè peieraturus, *cap. ille* 22. *quæst.*5. vbi dicitur, quòd ita deferens, magis peccat, quàm homicida, *cap. si quis peiurauit, cum seqq.*22. *q.*6. Authent. Scenicas, *collat.*5. Cardin. *in Clem. vnica, de iureiurand. quæst.*12. Bald. *in Authent. cui relictum, C. de indict. viduit.* Marsil. *in l. quæstionis, col. pen. de quæstion.* Palac. Rub. *in repet. capit.* §. 18. *num.* 17. & alij, quos refert Seraphin. *de priuil. iuram. priuil.* 1. *num.* 29. *& seqq.* & Petr. Gregor. *lib.*36. *Syntagm. cap.*23.

Et conducit alia etiam communis Doctorum opinio, † quæ habet, rusticum deponentem de visu tolerari, quamuis deberet deponere de auditu, ex eo, quòd sit grossus homo. Et
53 quòd † varietas dicti ei non imputetur, nec de falsitate teneatur, quamuis contraria deposuerit, nisi constet, quòd ex malignitate id fecerit, vt post gloss. *in l. quod si nepotes, D. de testam. tutel.* tradit Bald. *in l.* 1. *num.* 3. *C. de confess.* Abb. *in cap. per tuas, num.* 6. qui filij sint legitimi, Ias. *in d. l. si quis id quod, n.* 32. & plures alij, quos refert Grammat. *cons.* 23. *num.* 5. *& cons.*52. *num.*3. *&* 4. Hippolyt. *cons.* 4. *num.* 39. *& cons.*7. *num.* 18. Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præsumpt.*31. *num.* 5. Ferrara *cautela* 17. Farin. *in tract. de testib. quæst.*58. *n.*47. *& seqq.* & Aluatez de Velasco, plura similia rusticorum priuilegia connumerans, *d. tractat. de priuileg. miserab. person. quæst.*13. *n.*73.
54 Et quamuis certum sit † testi non iurato credi non debere, adeò vt multi dicant Pontificem Maximum in contrarium dispensare non posse, vt post Felin. *in cap. constitutus, num.*16. *de rescript.* tradit, & admiratione dignum inquit Hippolyt. de Marsil. *sing.* 214. *in fine*, quos, & alios refert, & sequitur Gerard. Mazzolus *cons.* 90. *num.* 12. Apostillæ ad Bart. *in l. filiusfamilias* 7. *D. de donat.* Menoch. *de arbitr. lib.*1. *q.* 26. & Farin. *vbi sup. quæst.*74.
55 *n.* 59. *& seqq.* † melius agi cum Indis videbitur, si eis non credatur, quàm si peierandi occasio præbeatur, propter iudicij infirmitatem, falsitatisque suspicionem, provt in simili dispo-
56 suit Concilium Matiscon. *cap.*11. & † in indiuiduo nostrorum Indorum Concil. Limens. 3. *act.* 4. *cap.* 6. *pag.*186. sic inquiens: *Illud verò ante omnia teneat præ oculis iudex, vt neophitos iurare non cogat, nisi in re prorsus graui, & quæ aliter definiri non possit. Ac tunc prius quantum sacrilegium admittant periuri, seriò doceat; si quos autem peierasse probauerit, ad timorem cæterorum, iubeat publicè fortiter vapulare, & infamia notari, attonsis, pro more Indico, illorum crinibus. Denique vbi necessitas exigendi testimonij vrgens fuerit, & ex solo Indorum testimonio res pendeat, perpendat quantum fidei talibus debeat adhibere, quos facilè ad peierandum induci notum est.*

Quod facem præfert ad intelligendam rationem, & iustificationem † cuiusdam ordina- 5
tionis Dom. Peruani Proregis D. Francisc. à Toleto, quæ etiam in aliis prouinciis obseruatur, dum iussit, vt in causis grauibus, vbi Indi examinandi essent, non minus, quàm sex reciperentur, & vel simul, vel separatim de sui dicti ratione à causæ iudice interrogarentur, & non maior fides eis, ita etiam contestantibus, daretur, quàm si vnus solus testis alioqui idoneus examinatus fuisset. Etenim li-
cèt † communior opinio, & praxis admittat, 5
testes sigillatim, & vnum post alterum examinandos esse, vt docet gloss. per text. ibi, *verb. Sigillatim, in cap.* 2. *de testib. & in cap. venerabilis, & cap. cùm causa*, vbi etiam Abbas, & Felin. *eod. tit.* & Menoch. *d. lib.* 1. *de arbitrar. quæst.*29. vbi tamen militat ratio, quam in Indis consideramus, vel vrgens, & similis alia, quæ mouere iudicem possit, benè potest vna, ac simul, plures testes examinare, vt docet Specul. *in tit. de instrum. edit.* §. *ostenso, vers. Et nota, quòd testamentum*, quem sequitur Afflict. *in cap.* 1. *num.* 21. *quib. caus. feud. amitt.* & in ipsis nostris Indorum terminis obseruat Ferd. Zurita *quæst.* 20. ea tamen dumtaxat ra-
tione ductus, † quòd hæc tota materia testium, 5
vt plurimum, ex iudicantis arbitrio dependeat, & ad id allegat D. Thom. *in* 1. 2. *quæst.* 91. 95. 96. *&* 105. *& in* 2. 2. *q.* 70. *art.*2. *& q.*69. *art.* 1.

Rursus illud etiam priuilegium Indis eorum miseria, & simplicitas tribuit, quod scire ob quotidianam eius praxim vtile erit, nempè,
vt † illis sicut & rusticis subuenietur contra 6
banna sydicatus, & lapsum termini in illis præfixi, si constiterit in eorum villis, siue municipiis publicata non fuisse, vel alio quouis modo ad ipsorum specialem notitiam non peruenisse, *argum. l. prouincialium, C. de erogat. militar. lib.* 12. & eorum quæ notat Paris de Puteo *in tract. de syndic. vers. Deinde verò eliguntur, num.* 6. Auiles *in eod. tract. cap.* 3. *num.* 3. & Bobad. *in Polit. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 258. quibus adstipulatur Lucas de Pena *in d. l. prouincialium*, generaliter docens, quòd si
contra † rusticos aliquid statuatur, non tenen- 6
tur, si contra fecerint, nisi statutum illis fuerit publicatum, cùm & ipsi de plebe sint, & plebem constituant, iuxta text. *in cap. rogationes, de consecrat. dist.* 4. *& in Authent. quibus mod. nat. eff. legit.* §. *legitimi.* Quæ plebs dicitur rusticana, ad differentiam plebis vrbanæ, & licèt, quoad alia rustici dicantur esse de plebe ciuitatis, vt in cap. decernimus 18 dist. id tamen minimè intelligendum est, quoad hoc, vt peculiarem notitiam eorum habere censeantur, quæ ad ipsos spectant, nisi specialiter illis id intimetur, vt notant Puteus & Auiles *vbi suprà*.

Vltra quos, circa eandem materiam illud etiam non minus practicabile nec minori animaduersione dignum notare debemus, † nimirum, quòd etsi regulariter, qui vel in syndicatu, vel ante syndicatum libellos contra Prætores, aut Correctores præsentant, aliqua delictorum ab eisdem commissorum capita continentes,

tinentes, non prius iudicem impetrent, vel ad eorum probationem admittantur, quàm si idoneos fideiussores pro calumnia, & salariis solvendis præstiterint, nulla quoad hoc inter diuites, & pauperes habita distinctione, *l. qui crimen, & l. si crimen*, vbi gloss. & Bald. *C. de his qui accus. non poss. l.* 92. *styli*, vbi latè Christof. Pazius, Angel. *de malef. in parte, Necnon ad querelam, col.* 2. Bonifac. *in peregrina verb. Accusatio, fol.* 91. & Bobad. *in Polit. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 28. vbi inquit, pari iure hoc in casu censeri, *El Cauallero, y el azacan, el rico, y el pobre.* Vbi tamen † Indi, etiam nobiles, & *Caciques*, suas, vel suorum iniurias prosequentes, eiusmodi capitula deferunt, vel fiscalis Regius eorum nomine; admitti iubentur, & iudex ad eorum inquisitionem, & punitionem expediri, etiam si nullum fideiussorem præstiterint: præuia summaria informatione, per quam de veritate, & grauitate capitulorum reluceat, per Regiam quandam epistolam datam Vlyssiponæ 20. Iulij ann. 1619. ad Limanam Cancellariam scriptam, eiusdem Cancellariæ hac in parte consultationem, & consuetudinem probans, iurique conformem esse dicens, attenta nimia Indorum miseria, de qua sermonem habemus. In † quo tamen valdè cauere oportet, ne sub Indorum persona, ac prætextu Hispani (vt sæpè solent) Prætoribus infensi, iniurias suas absque onere fideiussionis, & iudicij alea velint vlcisci. Quæ ratio adeò potens erat apud experientissimum illum, & Excellentissimum Peruanum Proregem Marchionem de Montesclaros, vt sæpè Limanis Auditoribus obuiam iret, vbi iudicem ante cautionem præstitam delegabant.

Est quoque † aliud Indorum priuilegium speciali animaduersione censendum, quo in contractibus vtuntur, maximè vbi de fundis rebusque immobilibus, aut mobilibus pretiosis disponunt. Nam & si ætate maiores sint, adhuc tamen restitui possunt, imò & nullitatem contractus obiicere, si iudicis auctoritate interueniente, & Protectoris generalis, vel particularis, qui eis constitui solet, assensu, celebratus non reperiatur, & triginta dierum præconiorumque spacium in venditione immobilium, & nouem in mobilium non præcesserit, vt disponitur per Regias schedulas ann. 1540. 1571. & 1572. & plures alias, quæ extant in 4. tom. impress. pag. 354. & seqq. quarum prior Auditoris quidem interuentionem desiderabat, quod tamen, & præconiorum solemnitas in rebus, quæ triginta auri communis pondera non excederent, per posteriorem sublatum fuit.

Quæ schedulæ ea ratione nituntur, † quòd licèt durum sit, liberis hominibus liberam suarum rerum administrationem adimere, *l. in re mandata, C. mandat. l. sed si lege*, §. *consuluit, D. de pet. hæred.* ibi: *Dum re sua se abuti putant*, *l.* 2. *D. si à parente quis fuer. manumiss.* ibi: *Quia iniquum est ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum administrationem, l.* 3. *tit.* 5. *part.* 5. quibus consonat illud Cicer. *in orat. pro Balbo*, dum ait: *Hæ esse fundamenta firmissima Romanæ libertatis, sui quemque iuris & retinendi, & omittendi esse dominum*: cum aliis quæ congerit Ioan. Crotus *in l. nemo potest, num.* 26. *de legat.* 1. Menchaca *lib.* 1. *controuers. illust. cap.* 17. Corrasc. *epistol. quæst. cap.* 2. Couarr. *lib.* 3. *var. cap.* 14. Ant. Gomez 2. *variar. cap.* 2. *num.* 21. & Antonius Gama *decis.* 385. *num.* 5. Miseranda † tamen 67 conditio, & submissio Indorum, hanc cautionem extorsit, cùm liberam voluntatem habere non videantur, multisque captionibus, & insidiis expositi sint, & ne suæ naturæ abiectio, facilitas, vel fragilitas in perniciem substantiæ eorum conuerteretur, vt aliàs de minoribus, & mulieribus dicitur *in l.* 1. *D. de minor. & in l.* 1. §. *verba, D. ad Velleian. princip. Inst. quibus alien. licet, in fine*, vbi glos. adducit versus quosdam comprehendentes personas, quæ res suas alienare vetantur. Etenim † licèt Prin- 68 ceps non possit suis subditis facultatem contrahendi in totum auferre, potest tamen ex iusta aut publica causa, ita eam limitare, vt non nisi hoc, vel illo modo contrahant, aut negotientur. Et hoc efficit † vt si contrarium fece- 69 rint, nec ciuiliter, nec naturaliter, ex tali contractu obligari videantur, vt magistraliter resoluit Bartol. *in l. cùm lex, num.* 4. *&* 8. *D. de fideiuss.* cui fauet text. *in l.* 1. *& per totum, C. quæ res vendi non poss. l.* 1. *C. non licere habitator.* Metrocomiæ, *l.* 1. *&* 2. *C. de cupress. ex luco Daph. lib.* 11. *l. iubemus, C. de sacros. Eccles.* & sequuntur ibidem Iacob. Rebuff. Platea, & alij, Baldus, & alij *in l. non dubium, C. de legibus*, Butrius *in cap. cùm contingat, de iureiurando*, Rodericus *de annuis reditib. lib.* 1. *quæst.* 13. *num.* 7. Personalis *quæst.* 14. *num.* 29. & alij plures, quos refert Pet. Petra *in tractatu de potest. Princip. cap.* 24. *num.* 132. *& cap.* 32. *quæst.* 2. *num.* 22. *& cap.* 34. *quæst.* 3. *num.* 3.

Et ita † in ipsis terminis nostrorum Indo- 70 rum expressè resoluit Dom. D. Felician. à Vega Episcop. de la Paz *in cap. ex parte, n.* 19. *de for. comp.* docens eos absque suis Protectoribus seu procuratoribus à Regia potestate creatis, nequaquam aliquid agere, seu expedire posse, siue in iudicio, siue extra, vt notum est. Et statim subiungit assiduam curam, & vigilantiam Nostrorum Regum, & aliquorum Proregum in eis proregendis, & defendendis.

Et vel ex † hoc esse inter miserabiles per- 71 sonas connumerandos, quòd se ipsos regere nequeant, & aliorum tutela egeant, vt in simili docet Nauarr. *cons.* 1. *ne Clerici, vel Monachi*, & Nouarius *in praxi electionis, & variationis fori sect.* 1. *quæst.* 6. *in fine*, & noster Velascus *d. tract. miserab. person. quæst.* 5. *num.* 5. *& quæst.* 19. *num.* 5.

Et habeo † notabilem sched. dat. Pintiæ 72 20. Aug. 1615. Peruano Proregi D. Principi Squillacensi directam, quæ ei grauiter iniungit, vt pro defendendis Indis inuigilet, & vt in eorum litibus Protectores, & reliqui officiales, sedulùm operam nauent. Possémque etiam ego hic latè extendere calamum in † 73 obligatione eorumdem Protectorum, nisi de hoc iam titulum integrum dispositum haberemus, in noua legum Indicarum collectione, quæ prope diem prælum expectat, *lib.* 5. *tit.* 12. *& in* 4. *tom. ex pag.* 331. Et nouissimè in similibus quæstionibus de eodem officio, eiusque viribus, ac iuribus integrum, ac satis luculentum tractatum edidisset Matt. Magerus sæpè à Nobis

bis citatus, cui titulum fecit de aduocatia armata, siue de iure protectionis clientelaris per totum, vbi varias protectionis, & Protectorum species enumerat, & alios de eodem argumento agentes allegat. Quamuis illud, de quo agit, magis assimilari possit protectioni Patronorum, siue Commendatariorum Indorum, de quibus in sequenti libro peculiarem tractationem inimus.

74 In † testamentis etiam maiori fauore, quàm rustici, Indi iuuantur. Nam cùm rusticorum testamenta, quinque testibus roborata, subsistant, vbi plures non inueniuntur, *l. fin. C. de testam. l. 6. tit. 1. par. 6.* cum late traditis à Menchaca *de succes. creat. lib. 3. §. 22. numer. 29.* Spin. *in specul. testam. 3. part. glos. rub. col. 2.* Anton Gomez *in l. 3. Taur. num. 47. & 48.* & Tello Fernand. *ibid. part. 1. num. 5.* vbi valdè controuertunt, an hi quinque testes debeant esse rogati, & vicini. In testamentis tamen Indorum vbique consuetudo inoleuit, vt sine tabellione publico, & testibus non rogatis disponant, scribente testationem quodam Indo, ex illis, quos gubernatores ipsorum nominare solent, & testibus, qui reperiri commodè possunt, interuenientibus, etiam si vnici non sint, nec plures, quàm duo, vel tres, siue mares, siue

75 fœminæ. Et † si lis aliqua super veritate, aut validitate eiusmodi testamenti oriatur, hi testes deponunt coram Regali iudice, vel Audientia de veritate illorum, quæ in testamento defuncti scripta sunt, & si eorum dicta scriptis conforment, & veritatis specimen habere videantur, testamentum ritè factum iudicatur, eiúsque dispositio executioni mandari iubetur. Nam in Indis multa simplicitas est, & neque scribentium, aut testium copia sæpè reperitur, vt aliàs de testamento rustici, & ruri facto, inquit Imperator *in authent. de instrum. caut. & fide, vers. Hæc autem.*

76 Extat tamen † notabilis schedula dat. Pardi 6. April. 1588. quæ habetur *in 4. tom. pag. 352.* & disponit, vt Proreges solicitè curent, ne qua fraus, vel violentia Indis ægrotantibus ab eorum parochis, & doctrinantibus fiat, vt ipsos, vel Ecclesias, quas regunt, hæredes instituant.

Denique inter Indorum priuilegia illud connumerare possumus, † quòd non obstantibus

77 his, quæ de eorum miseria, & abiectione retulimus, de rigore iuris non debent excludi ab Ecclesiis, Collegiis, vel confraternitatibus, & aliis officiis, ac ministeriis, in quibus sanguinis puritas requiritur, & descendentes à Iudæis, vel Mauris repelluntur, dummodo aliàs idonei sint, & non Neophiti, hoc est nuper ad fi-

78 dem Christi conuersi: † hos enim D. Paul *1. ad Timot. 3.* ad Episcopatus, & similes honores facilè eligi non debere inquit, ne in superbiam incidant diaboli, vt alio in loco dice-

79 mus. Quia † eiusmodi statuta sunt stricte in casu, & personis, atque ob causas, de quibus loquuntur, intelligenda. Ita vt vbi non militet ratio in eis expressa, eorum quoque dispositio locum non habeat, *l. semper, D. de iur. immun. l. 1. §. quod autem,* vbi Bartol. *D. ne quid in loco pub.* cum aliis congestis ab Alexand. *cons. 41. num. 5. lib. 4.* & Mantica *decis. 258. num. 6.*

80 Et † descendentia à Gentilibus, seu infidelibus, qui voluntariè fidem receperunt, nullibi notata fuit, cùm omnes, qui nunc de naturalium splendore maximè gloriantur, ab illis originem trahant. Vt rectè inquit Otalora *in tract. de nobilitate 2. part. 3. princip. cap. 7. num. 5.* vbi etiam de his statutis edisserit. Et ita resoluit Ant. Ricciullus *in tractat. de Neophitis*, quem posuit post tractatum *de iure personarum*, *cap. 7. num. 30.* † Meritò

notans opinionem D. Perez de Lara, viri alio- 81 quin eruditissimi, & post alios honoris gradus, ex Pintiano Senatore Toletani Canonici meritissimi, *in tract. de anniuers. & Capel. lib 2. cap. 5. num. 140.* vbi re ad partes disputata, concludit, praxi in nostra Hispania receptum esse, vt Indi, & Æthiopes non admittantur. Nescio enim quo iure, hæc praxis fundari potuerit, nec qui casus in contradictorio iudicio præcesserint, ad eam introducendam, *l. cùm de consuetudine, D. de legibus.* Et si admissi non sunt, id fortè ea ratione procedet, quia nullus Indorum fuit, qui ad eas dignitates aspirauerit, vel quia statuta generaliter omnes descendentes ab infidelibus excluderent, vt ait Ricciullus vbi suprà, vel quia ipsi Indi Neophiti essent, qui licèt ob hoc de iure exclusi non sint, vt tradit idem Ricciullus, & Otalora *vbi suprà* de consilio tamen D. Pauli excludi solent, vt suprà retulimus.

Quod tamen Neophiti, verbum † non potest 82 in aliis, qui iampridem fidem receperunt, & multo minus in descendentibus ab eis, verificari, vt in eadem quæstione, relato eodem Perez de Lara, rectissimè inquit, & probat Fr. Ioan. Zapata *in tractat. de iust. distrib. 2. part. cap. 11. per totum*, vbi *num. 6.* cum Turrecremata, Nauarro, Cardinali Toleto, & ex mente aliorum concludit, decem annorum cursum post Christianæ fidei susceptionem sufficere ad hoc, vt quis Neophitus dici non possit. Et num. sequenti, verissimum, & omninm sententia receptum affirmat, † Indos qui à nona- 83 ginta annis, & vltra fuere ad fidem conuersi licèt patres, auos, aut proauos Indos, & Ethnicos habuerint, ab eisque immediatam originem duxerint, secundùm Iuris communis regulas admittendos esse ad omnia beneficia, & dignitates Ecclesiasticas, officia, ac munera publica, quia nec sunt Neophiti, qui & per nonaginta annorum cursum, & à natiuitate fidem Christi profitentur, nec aliquã lege, quam viderit, à talibus prohibentur, nec statuta Iudæos, & Mauros eorúmque descendentes euitantia, ad Indos, vel ipsorum filios, aut nepotes protrahi possunt.

Ex quibus cessare † poterit labor eiusdem Perez de Lara, quatenus in fide d. num. 140. scribit, se alio loco tractaturum, quid dicendum in hoc sit apud Indos, vbi Hispaniæ nobiles iam diu contraxerunt matrimonium cum Indicis, ex quibus filios procrearunt? Etenim si Indi, vt diximus, nullo pacto ob eam tantùm causam, quod Indi sint, excludi possunt, nec debent, multò minus de mixta eorundem cum Hispanis prole dubitare licebit. Neque enim hac in parte practicari potest, nec debet † doctrina Simancæ *de Cathol. instit. cap. 46. n. fin.* & Calderonis *in Manuali iud. cap. 12 num. 78.* vbi ad hoc, vt quis possit Christianus vetus appellari, ducentos ad minus annos lapsos esse requirunt, ex quo eius parentes ad Fidem conuersi fuerint.

Plan-

Planè † si de aliis statutis loqueremur, quæ non solùm sanguinis puritatem, verùm etiam nobilitatem requirunt, prout in Ordinibus Militaribus accidit, magis difficilis quæstio esset, Egóque in illa affirmandum censerem, Indos plebeios, & tributarios, & ab eis descendentes, ad eiusmodi honorifica munera admitti non debere, reliquis autem, qui inter eosdem Indos nobilitate coruscant, & vel ab antiquis eorum Imperatoribus originem trahunt, vel saltem à Regulis, & municipiorum, ac prouinciarum Ducibus, quos, *Caciques*, vel *Curacas* dicimus, de quibus in cap. præcedenti fusè tractaui, hæc stemmata denegari non posse; prout multis concessa vidimus, & hodie videmus, qui de Mothecumarum, vel Incarum sanguine originem ducunt, vel ab aliis nobilibus Indis, siue *Caciquis*. Habet enim † vnaquæque prouincia peculiares quasdam regulas, seu mores, & viuendi rationes, ex quibus eius nobilitas, vel ignobilitas metiatur, vt præclarè, multis suo more relatis, probat, & prosequitur Tiraq. *in tract. de nobilit. cap.* 10. & Vincent. Turturet. *de nobilit. Gentil. lib.* 3. *cap.* 5. Quarum consideratio † apud nos quoque haberi debet, vbi aliqui ex eisdem prouinciis oriundi, nostrorum nobilium cœtibus, seu militiis adscribi desiderant, & ita in Regio Ordinum Militarium Consilio quotidie obseruatur, in comprobanda, & perpendenda Gallorum, Germanorum, Venetorum, Genuensium, & aliorum extraneorum nobilitate.

His ita de temporalibus Indorum priuilegiis peroratis, plura quidem alia adiicere possem, quæ † eisdem in spiritualibus conceduntur: semper enim Ecclesia curauit, vt hi nouelli palmites suaui imbre dispensationis, ac benignitatis Apostolicæ coalescerent, & in Fide Catholica altas radices agerent, vt tetigi *in* 1. *tom. lib.* 9. *cap. vlt. num.* 7. *&* 8. sed hæc priuilegia pro maiori parte congessit Fr. Ioan. Baptista Franciscanus in suis ad confessarios, & Curatos Indorum animaduersionibus, 1. *&* 2 *par.* vbi inter alia tractat, quæ ieiunia seruare debeant? quis possit in monitionibus matrimonij cum ipsis dispensare? quis in gradibus affinitatis? & quòd possint cum consanguineis, & affinibus in tertio, & quarto gradu, absque vlla dispensatione contrahere, & Missam audire, Iubilæumque lucrari tempore interdicti. Quot Missas possit eis vno die parochus dicere? Quid † agendum sit de coniugiis infidelium, cùm ad Fidem Catholicam conuertuntur. De quo etiam doctè, & eleganter tractauit Acosta *de procuran. Ind. salut. lib.* 6. *cap.* 21. & nouissimè Ricciul. *de iur. person. extra Eccles. grem. exist. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 6. & Concil. Limense 2. *par.* 2. *cap.* 36. *&* 3. *act.* 2. *cap.* 10. quod omninò videndum erit, & latè tradita à Basil. Pontio *de matrim. lib.* 7. *cap.* 48. *pag.* 606. *& lib.* 9 *cap.* 4 *pag.* 782.

Vnde Lectorem ad eos remisisse contentus, adiicio, Paulum V. felicis recordationis ad instantiam Catholici Regis nostri Philippi III. Breue quoddam expediisse, † vt Indi Iubilæa, & alias gratias, & indulgentias solo Pœnitentiæ Sacramento priùs ritè peracto lucrari, & consequi possent, cuius breuis fit mentio in quadam schedula Matr. 22. Febr. ann. 1613. ad Marchionem Montisclarium Peruanum Proregem directa, & apud Remesalium *in hist. Guatemalens. lib.* 9. *cap.* 18. & Concil. Limens. 2 *par.* 2. *cap.* 95. Eiusque impetrandi, ea forsan ratio fuit, † quòd in multis 92
prouinciis sacræ Eucharistiæ Sacramentum Indis adhuc non impertiatur, eò quòd ipsorum Prælati, & Parochi sentiant, necdum eius percipiendi capaces esse, contra quos piè, & grauiter declamat, & disputat Acosta *d. lib.* 6. *cap.* 7. *cum tribus seqq.* Fr. Ioan. Baptista *vbi sup.* 1. *par. fol.* 56. *& seqq.* & Fr. Bernard. de Cardenas *in suo libello*, siue *memoriali*, §. 7. Qua de re † extat etiam schedula Regia 25. 93
Nouembr. ann. 1578. quæ Indis capacibus omninò Sacramentum Eucharistiæ ministrari iubet, & aliæ 16. April. ann. 1604. quæ omnibus omninò Indis in vltimis constitutis, vt Viaticum præberi iubent, & ad hoc in Ecclesiis cum debita veneratione haberi, & seruari quæ schedula sumpta videtur ex Concilio Limensi 2. *par.* 2. *cap.* 58. *&* 59. *& ex tertio act.* 2. *cap.* 19. *&* 20. vbi idem disponitur, & texpress latiùs *infrà lib.* 3. *cap.* 15. *num. vlt.*

Denique aliud etiam Indorum priuilegium adiicio circa obseruationem † festorum, 94
quandoquidem per Bullam Pauli IV. Pont. Max. solùm tenentur obseruare omnes dies Dominicos, diem Natiuitatis Domini, diem Resurrectionis, primum diem Pentecostes, diem Circuncisionis, Epiphaniæ, Ascensionis, & Corporis Christi: Beatissimæ quoque Virginis Mariæ, festum Natiuitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Assumptionis, & demum Apostolorum Petri & Pauli. Quod etiam definitur in Concil. Prouinciali Limensi 1. *act.* 4. *cap.* 9. & Concil. 2. *sess* 3. *cap.* 91. & 3. *act.* 4. *cap.* 9. *pag.* 190. *vers. Porrò Neophyti, in Synodal. Mexican. primi Concilij cap.* 18. & refert Fr. Ioan. Baptista *in dict. aduer.* 1. *par. verb. Fiestas, in Tabula*, Doct. Carrasc. *quæstion. sup. nouam Recopil. cap.* 2. *num.* 35. & Fr. Ioann. Focher. *in explicatione dict. Bullæ Pauli III.* vbi concludit, Indos solùm teneri ad obseruationem primi diei vniuscuiusque Paschatis.

Vnde in quæstionem sæpè vocatum est, an Indi † qui ita releuantur ab obseruatione alia- 95
rum plurium festiuitatum, ad quam Hispani tenentur, possint ab eisdem Hispanis cogi, vt in eiusmodi festis, etiam inuiti, & reluctantes laborent, sibique alia munia, & opera præbeant, ad quæ ratione seruitij personalis assignari, & obligari solent. In qua quæstione rectè respondit Focher. *vbi suprà* Indos quidem in dictis Hispanorum festiuis diebus posse pro sua vtilitate, vbi voluerint, laborare, dummodò non oriatur scandalum, si alicubi vbi festum obseruatur, laborent. Hispanos tamen eos ad id cogere non posse in prædictis diebus, licèt sit pro se festum, & non pro Indis, & siue tales Indi sint ex sibi ad seruiendum assignatis, siue non: quam sententiam refert, & sequitur Fr. Ioann Baptista *vbi suprà* vbi ad idem adducit verba expressa Concilij Mexicani anni 1585. & posteà ita concludit: *De lo qual parece claro que los Indios podran alquilarse, y trabajar los dichos dias, gozando de su priuilegio, y que los Españoles podran alquilarlos, mas no compelerlos, ni forçarlos à que trabajen.* Quod item non minus expressè caueri

caueri video in d. Concil. Limensi 3.*cap.*9.his verbis : *Si qui tamen Indorum plures alios dies festos nostro more seruare voluerint , & in his ab opere seruili vacare , integrum sit ipsis facere ex deuotione , neque vllo modo in his laborare à quoquam penitus compellantur.* Et extant plures Regiæ schedulæ idem declarantes,
96 & iubentes , † & vt gubernatores Ecclesiastici , & seculares nullo modo patiantur Indos in festiuis diebus absque Missæ auditione manere.

Et ob hanc causam tradit Ferd. Zurita in quæst. Indorum,q. 10. † teneri Parochum hoc
97 priuilegium Indis reuelare , si illud ignorauerint , nisi fortè Indi iam multo antè eo non vtantur , & ius commune obseruare cœperint, & transgressores puniti sint , tunc enim peccant, si contrauenerint , & Parochus male faciet , si eis in memoriam priuilegium reuocauerit , à quo iam ipsi recesserunt , ex D. Thom. *in* 1. 2.*quæst.*97.*art.*2. & 3. & *quæst.*90. *art.* 4. Et posteà subdit , non valdè culpabilem videri Parochi dissimulationem , si priuilegio non appareat renuntiatum, vbi in id tendit, vt paulatim Indi se reducant ad obseruantiam iuris communis ; hoc enim ex verosimili voluntate Legislatoris descendit , & reprobari non potest , vt in simili docet idem D. Thom. *vbi suprà quæst.*96. *art.* 2. & *quæst.* 97. *artic.* 1. & 4.

Quæ omnia ita exactè notare volui , quoniam sæpè mihi vsui fuerunt,à Proregibus ro-
98 gato , † an licitum esset Indos in prædictis diebus festiuis ad laborandum compellere ? vt sic maior metallorum copia ex argenti fodinis extraheretur , & agriculturæ , ac Regni vbertati consuleretur, cuius fauor operari solet , vt etiam diebus feriatis ei incumbere liceat, vt docet Lucas de Pena *in l. vnica , C. ne operæ à collator. exig. lib.* 10. & Rhenatus Choppin, *de pruil. rust. lib.* 1. *par.*2. *cap.*7. Sed nihilominus consului , magis præcisam, & fauorabilem esse festorum obseruationem,† quo-
99 rum violatio à Deo grauissimis sæpè suppliciis , & ærumnis vindicata est,vt constat ex pluribus , quæ latè & eleganter congessit Lucas de Pena *vbi suprà* Anton. Thesaur. *decis.* 39. Couarr. *lib.*4. *variar. cap.*19. Pet. Gregor. *lib.* 1. *syntag. cap.* 16. Doct. Carrascus *d. cap.* 2. Simon Maiolus *in dieb. Canicul.* 1. *tom. pag. mihi* 289. & 495. Martin. Delrius *in adag. sacris* 1. *tom. pag.* 230. Balth. Chauasius omnino videndus , *in libris de prudentia , ex pag.* 416. *ad* 436. Gratianus *decis. Marchiæ* 21. *per totum* , & Annæus Robertus *lib.* 4 *rerum iudicat. cap.*15. quibus de iure nostro Regio conuenit elegans textus *in l.* 2. *tit.* 23. *part.* 1. & *in l.* 4. *tit.*1. *lib.*1. *Recopil.* & illud quod vel de vanis, & profanis suis festiuitatibus dicebat Ouid. 1.*fast.*

Lite vacent aures , insanáque protinus absint
Iurgia , differ opus liuida turba tuum.

Et melius Tibullus *lib.* 2. *eleg.* 12.

Luce sacra requiescat humus , requiescat arator ,
Et graue suspenso vomere cesset opus ;
Soluite vincla iugis : nunc ad præsepia debent
Plena coronato stare boues capite ;
Omnia sint operata Deo : non audeat vlla
Lanificam pensis imposuisse manum.

Ad quas obseruandas, † non tantùm homines 100
suaderi , verùm & cogi innuit Seneca *de tranquil. animi, cap.*15. dum inquit : *Legum conditores festos instituerunt dies , vt ad hilaritatem homines publicè cogerentur : tanquam necessarium laboribus interponentes temperamentum.* Cuius loci,& aliorum mentionem faciens eruditiss. Noster D. Franc. de Amaya , nunquam sine laudis titulis nominandus,*lib.*3.*obs. cap.*5. *n.*65. & *seqq.* rectè docet , quantum oporteat, vt † labori à tergo sit otium, ne corpus conti- 101
nua fatigatione hebescat,& langueat.

Et in terminis † metallariorum , quòd hi 102
quoque festiuis diebus operari non debeant, nisi contrarium aliqua ingens, & vrgens fodinæ ruina requirat , expressè tradit Georg. Agricola *lib.*3. *de re metallica , in fin.* & *lib.*6. *pag.* 150. his verbis : *Sed operarij die Saturni non laborant ; verùm mercantur ea , quæ ad vsus vitæ sunt necessaria ; nec die solis , aut festis diebus anniuersariis laborare consueuerunt , sed tunc sacris operam dant. Attamen operarij non cessant & nihil agunt , si necessitas flagitauerit : Nam aliàs aquæ multitudo eos compellit ad labores ; aliàs ruina quæ impendet , aliàs aliud , atque tunc feriis laborare , ne Religioni quidem contrarium habetur.* Quod etiam practicatur in agricolis per tex. *in cap. fin. de feriis* , & tradita à Choppino *de priuil.rust. lib.*2. *par.*1. *cap.*7. & nouissimè Velasco *de priuileg. miserab. person. q.*13. *num.*57. Et quantum † nostri Indi olim suas festiui- 103
tates obseruare , & venerari solerent , plenè scribit Torquem. *in Monarc. Indiana lib.* 1. *ex c.*10. Illud autem obseruare oportebit,† quod 104
vbi Indi priuilegia , vel propriis legibus , & ordinationibus donati non reperiuntur, communi cum aliis iure in eorum causis procedendum est, vt in simili benè aduertit , & probat Menoch. *de recuper. rem.* 9. *num.* 289. & *num.* 335. Surdus *decis.* 133. & Mantica *de ambiguo inuent. lib.* 2. *tit.* 9. *num.*13. Vbi etiam tradunt , † qualiter cum Indis infidelibus, in- 105
ter fideles commorantibus , procedendum sit, & Parlador. *diff.*137. *à num.*28.

CAPVT XXVIII.

De iis , qui apud Indos ex Hispanis parentibus , vel ex mixto Hispanorum, & Indorum ; vel Æthiopum sanguine procreantur , quos vulgò, Criollos, Mestizos, *&* Mulatos , *vocamus , & quo iure hi in ordinibus recipiendis, officiis , beneficiis , & aliis rebus censeri debeant.*

SVMMARIVM.

1 Criollos , Mestizos , y Mulatos , *qui vulgò dicantur ?*

2 *Hispani apud Indos nati , sunt veluti reliqui vassalli , ac ciues Regis , & Regni Castellæ.*

L. in orbe 17. D. de stat. hom. *expenditur, & illustratur ibid.*

3 *Res*

3 *Res quæ adhæret alteri, eius naturam assumit.*

4 *Filij sequuntur originem patris, & patriæ, ex qua oriundi sunt, & non domicilium.* L.assumptio,6.§.filius,ad municipal. *& similes expenduntur, ibid.*

5 *Res omnes regulariter ad sua principia, & originem reducuntur, & eorum qualitates conseruant.*

6 *Originem seruat vena laudabilis, & posteris tradit, quæ promeruit, ex Cassiod.*

7 *Hispanos in Indiis natos aliqui despiciunt, & ab aliis separari volunt, qui reprehenduntur.*

8 *Iudæi Ierosolymitani, & Palæstini parui faciebant alios, in prouinciis Gentilium natos, vel habitantes.*

9 *Hæretici putant nullum Catholicum doctum esse posse.*

10 *Religiosi Hispaniæ valdè solent despicere alios Religiosos apud Indos natos, siue* Criollos.

11 Criolli *an possent ad sacros Ordines promoueri? quidam Mexicanus Episcopus dubitauit, & quid ei responsum fuerit?*

12 *Americanum cœlum, & solum, quæ vitia in hominibus ibidem natis ingeneret, ex Fr. Ioan. à Ponte.*

13 *Frumentum bonum ob naturam agri, in quo seminatur, degenerare solet.*

14 *Ioseph Acosta quid sentiat de moribus, & ingeniis Hispanorum apud Indos natis? & eius verba valdè notanda.*

15 *Ioseph. Acosta, & Fr. Ioan. à Ponte notantur de vitiis, quæ nimis generaliter* Criollis *impingunt.*

16 *Homines ex natura loci, & cœli sub quo nascuntur, mores, & temperiem sumere solent.*

17 *Mores hominum, vt plantæ, ad regionis habitum respondent.*

18 *Noui Orbis prouinciæ non habent vitia, quæ illis imponuntur, & vt plurimum temperatissimæ sunt.*

19 *Prouinciæ Noui-Orbis cùm tot sint, & adeò longè, ac latè extendantur, generale indicium de eis facere non licet.*

20 *Viri summi etiam in patria minus laudata, & sub aëre crasso nasci solent, ex Iuuenali, & Euphormione.*

21 *Origo parentum alterius prouinciæ multum solet detrahere de influentiis eius, in qua quis nascitur, ex Vestono.*

22 Criolli *plurimi, bello, toga, & moribus insignes quotidie euadunt, & euaserunt.*

23 *R. P. Fr. Francisci Naranjo Dominicani Tlaxcalensis* Criolli *eruditio, & portentosa memoria, refertur, & laudatur.*

24 *Fr. Ioan. Zapatæ* Criollos *defendentis, notabilia verba adducuntur.*

25 *Hispani apud Indos nati debent admitti, imò & cæteris paribus præferri, ad officia, honores, & dignitates Indiarum.*

26 *Ciui nulla maior iniuria irrogari potest, quàm si à ciuitatis honoribus, & muneribus excludatur, ex Arist.*

27 *Natio nulla est, cui maleuoli, aut inuidi aliqua vitia non obiiciant, & ex vitiis aliquorum iudicium generale de ea sumi non debet.*

28 Mestizorum, & Malatorum *ingens numerus in prouinciis Indiarum, & de horum nominum etymologia.*

29 *Varij dicebantur Romanis, qui ex vario semine concipiebantur.*

30 *Hybridæ nomen, quid propriè significet? & quòd metaphoricè pro* Mestizis *sumatur.*

31 *Martialis epigramma refertur, & explicatur.*

32 Mestizi, *si ex legitimo matrimonio nati sunt, ciuium nomine, priuilegiis, & honore gaudere debent.*

33 Mestizos *ordinari posse, &* Mestizas *inter moniales recipi, & ad officia admitti, quædam schedulæ iubent, quæ referuntur, & de contrariis, num. 36.*

34 Mestizi, *&* Mulati, *vt plurimi, illegitimi sunt, & bastardi, quia extra matrimonium, & ex adulterio nascuntur.*

35 *Illegitimi sunt infames saltem infamia facti.*

36 Mestizi, *&* Mulati, *propter prauitatem morum, & natalium defectum, officiis publicis & Tabellionatus interdicti reperiuntur per plures schedulas Regias, quæ recensentur.*

37 *Tabellionatus tituli adimi iubentur* Mestizis, *aut* Mulatis, *& vt deinceps huius qualitatis specialis mentio in informationibus fiat, per sched. ann. 1621.*

38 Mestizi *an ordinari possint? remissiuè.*

39 Mestizi *bonis moribus præditi, non sunt despiciendi, & multum præstare poterunt in conuersione, & doctrina Indorum.*

40 Mestizos *bonis moribus præditos ad honorifica quæuis Reip. munia admitti solere, testatur Fr. Greg. Garcia Dominicanus.*

41 *Garcilassus Inca fuit* Mestizus, *& de epistola, quam in eorum, & criollorum laudem scripsit*

42 *D. Emanuel Sarmiento de Mendoça, & eius aureus libellus de Militia Euangelica, laudatur.*

43 *Conuersionem, & prædicationem infidelium nulli melius promouere possunt, quàm indigenæ & quare?*

44 *D. Petr. verba* 1.2. Isai. 56. & Psal. 86. *expenduntur pro Prædicatoribus indigenis.*

45 *Indi Occidentales licèt ad Ordines, & prædicationis munus facilè admitti non debeant, hoc non debet extendi ad* Mestizos, *aliàs idoneos, & bonis moribus præditos.*

46 *Neophytos idoneos in Episcopos ordinauit D. Paulus, licèt aliàs id prohibuerit, & nomina aliquorum.*

47 *D. Ambros. & August. ex Neophytis in Episcopos ordinati sunt.*

48 Cap. Neophytos 6. dist. *expenditur, & illustratur.*

49 *Arbores agrestes insitione dulces fieri solent.*

50 Mestizi *hodie Neophyti dici non possunt.*

51 Mestizi *ex Breui Greg. XIV. gaudent priuilegio Neophytorum, vt cùm illis ad matrimonia dispensetur.*

52 *Priuilegia Indis concessa, non sunt facilè extendenda ad* Mestizos, *vel alios, de quibus non loquuntur.*

53 Mestizi, *&* Mulati, *vt plurimum, corruptis moribus sunt, & Indis valdè damnosi, & ideò ab eorum municipiis excludi iubentur.*

54 Mestizos, Mulatos, *& similes, ad vrbes reduci, seruiendum, vel laborandum compelli, & vt armis non vtantur, plures schedulæ iubent, quæ referuntur.*

55 Meſtizæ *Hiſpanis vxoratæ puniri ob adulterium æquè, atque aliæ Hiſpanæ iubentur.*

56 Meſtizos, Mulatos, *&* Zambaigos, *multum augeri, quædam ſchedulæ inquiunt; & curari iubent, ne hoc Reip. noceat.*

57 *Seruorum, & diſcolorum, otioſorumque hominum immanis colluuies ſemper damnoſa, & ſuſpecta fuit.*

58 Meſtizos, Mulatos, *& ſimiles, nullis ſeruitiis, nec tributis grauauit Prorex Peruanus D. Franc. à Toleto, ſed contrarium poſteà pluribus ſchedulis cautum eſt, quæ referuntur.*

59 *Tributa à* Meſtizis, *&* Mulatis *in multis prouinciis hodie exiguntur.*

60 *Seruitiis perſonalibus, necdum* Meſtizi, *&* Mulati, *addicti ſunt, quod notatur.*

61 *Indi ſoli, quia ſoli, & miſeri, totum onus ſeruitiorum Reip. portant.*

62 *Metallorum labor, & operatio requirit homines validos, & robuſtos, & eos reddit validiores, & robuſtiores, & militiæ aptos, ex Georg. Agricola.*

63 *Luxuria plus caſtitate habere non debet.*

64 Meſtizi, *&* Mulati *illegitimi, & vitioſi non debent eſſe melioris condionis, quàm Indi legitimi, & morigerati.*

65 *Vulgò quæſiti matrem ſequuntur.*

66 Meſtizi, *&* Mulati *durioribus ſeruitiis, & tributis, quàm Indi grauari deberent, & quare?*

67 *Indæ propter amaſios Hiſpanos, & ſpurios eorum filios, deſpiciunt & odio habent maritos, & prolem legitimam.*

68 *Indæ non poſſunt tuta conſcientia plus diligere, & liberaliùs educare filios* Meſtizos, *ſpurios, vel adulterinos, quàm Indos legitimè procreatos.*

69 *Legitimorum maior ratio habenda eſt, quam illegitimorum, ex æquitate naturali.*

70 *Illegitimi filij non debent æquari legitimis, nec ad vnam menſam ſedere.*

71 *Lex ſi legitimaret omnes filios naturales, vel legitimis exæquaret, eſſet iniqua, & iniuſta, ex For. Garc.*

72 *Cuculi pullus cum ſit nothus, legitimos deuorat.*

EXpeditis his, quæ ad Indorum ſtatum, & conditionem pertinere videntur, ſupereſt nunc, vt pro huius libri coronide aliqua ſubnectamus de illis, qui in † eiſdem Indiarum
1 Prouinciis, ex Hiſpanis parentibus naſcuntur, vel ex mixto Hiſpanorum, & Indorum, aut Æthiopum ſanguine, quos vulgò, *Criollos, Meſtizos, y Mulatos*, appellamus. Et planè, † quod ad
2 primos ſpectat, dubitare non licet, quin eodem, quo reliqui Hiſpani, iure cenſendi ſint, quoniam dictæ Prouinciæ ſunt, veluti quoddam auctarium Regni Caſtellæ, & Legionis eique acceſſoriè vnitæ, & incorporatæ, vt multis Regiis ſchedulis diſpoſitum extat, quæ reperiuntur *in 1. tom. impreſ. pag. 58. & ſeqq.* & ita omnia iura, priuilegia, & honores, quæ hæc Regna, & eorum vaſſalli hab t, illis communicantur, iuxta *text. in l. in orbe 17. D. de ſtatu hominum*, ibi: *In orbe Romano, qui ſunt, ex conſtitutione D. Antonini ciues effecti ſunt, l. Roma, D. ad municip. Nouell. 78. cap. 5.* & D August. *ad Pſal. 58. p. 1. ad finem*, iunctis aliis, quæ de coloniis Hiſpanorum, per has Indiarum Regiones diffuſis, ſcribit vltra alios Iuſt. Lipſ. *de magnitudine Rom. lib. 1. cap. 6.* & pluribus, quæ tradunt Bart. Bald. Caſtrenſ. & alij per *text. ibi in l. ſi conuenerit, la 2. § ſi nuda, D. de pignorat. act.* Pancirol. *lib. 2. var. cap. 7.* & plurimi alij, quos refero *1. tom. lib. 2. cap. 21. num. 23. & ſeqq. & lib. 3. cap. 1. num. 47. & in diſcurſu de præcedentia, n. 65. & ſeqq.* Quia † certa, & gene- 3
ralis eſt doctrina iuris, quæ habet, quòd res, quæ adhætet alteri, aſſumit eandem naturam, quam habet illa, cui adhæret, *l. ſi tibi rem, D. de preſcript. verb. l. 1. C. de pact.* cum aliis notatis per Tiber. Decia, *reſp. 31. n. 67. vol. 1.*

Et cùm dicti Hiſpanorum filij, ex Hiſpaniæ 4
prouinciis oriundi ſint, † ciuitatem, ex qua parentes eorum naturalem originem ducunt, non domicilium ſequuntur, vt expreſsè inquit Vlpianus I.C. *in l. aſſumptio 6. § filius, l. libertus 17. § patris, D. ad municipal.* vbi DD. & Imperator. *in l. 1. C. de incol. & in l. fin. C. de municip. & origin. lib. 10.* vbi Plat. & Lucas de Pen. Roman. *conſ. 59.* Alex. *conſ. 10. vol. 3.* Pariſ. *conſ. 12. num. 15. vol. 3.* & Cacher *conſ. 9. n. 3.*

Quibus fauet, † quòd res omnes regulariter ad ſua principia, & originem reducuntur, & retinent, ac conſeruant qualitatem, quæ ab ea deriuatur, *l. in ratione. § ſi filio, D. ad leg. Falcid. l. tutor, D. de fideiuſ. l. qui id quod, in princip. D. de donat. l. nam origo, D. quod vi, aut clàm*, cum aliis congeſtis à Decian. *reſp. 11. n. 8. vol. 1.* Iaſ. *conſ. 14. n. 11. lib. 1.* Burg. de Paz Iun. *quæſt. ciuil. 3. n. 17.* & D. Valenç. *conſ. 94. num 20. & 63.* Vnde multum in noſtris terminis inquit Caſſiod. *libr. 3. epiſ. 12.* † quòd *laudabilis vena ſeruat originem, & fideliter poſteris tradit, quæ in ſeglorioſa tranſmiſſione promeruit.*

Quæ omnia neceſſariò notanda duxi, vt † aliquorum errorem conuincerem, qui adeò ſtolidi, vel inuidi ſunt, vt nolint Hiſpanos in his prouinciis natos, & alitos, communi cum aliis in Hiſpania ortis iure cenſeri, quaſi non cœlum tantùm, verùm mores, animum, atque originem mutent, dum trans mare currunt, & ex harum Regionum fæce (vt ipſi dicunt) ac temperie, ita deprauentur, vt vix hominum appellatione digni videantur. In quo † Iudæos Ieruſalem, & Palæſtinæ imitari videntur, qui alios Iudæos, qui in prouinciis Gentilium habitabant, vel naſcebantur, ita parui pendebant, vt eos pleno ore *Loazin*, ſiue *Loes*, ideſt Barbaros, nuncuparẽt, vt tradit Rabbi Elias Tisbites, Genebrard. *Pſal. 113. &* Bernard. Aldret. *in antiquit. Hiſpan. lib. 2. c. 8. pag.* Et idem † faciunt hæretici, dum putant, nullum Catholicum potuiſſe eſſe, vel fuiſſe doctum, & eloquentem, vt inquit D. Hier. *procœmio Catalog. Script. Eccleſ. ad finem.*

Quod maximè † inter Religioſos obſeruatur, qui hac da cauſa indigenas, ſiue *Criollos*, ad honores, & munera Religionis admittere recuſant, & his vltimis annis quaſdam *Alternatiuas*, impetrarunt, de quibus alio loco dicemus. Et eodem ſenſu ductus videtur, † quidam Epiſc. Mexicanus, qui in dubium vocauit, an ijdem *Criolli*, ad ſacros ordines promoueri poſſent? & reſponſum accepit à Supremo Indiarum Conſilio, abſque dubio poſſe, & debere, ſi eis nihil aliud obſtaret, & habiles alioqui, atque idonei reperirentur, vt conſtat *ex quodam capite Regiæ epiſtol. ann. 1561. 1. tom. pag. 171.*

Neque abeſt Fr. Ioan. Pontan. *in conuent* ... *vtriuſq*

vtriusq. Monarch. lib.2.cap.25. §.4.*pag.*363. vbi inquit, † Americanum cœlum influere inconstantiam, lasciuiam, & mendacium, quæ vitia propria Indorum esse, reperta sunt, & paulatim ex vi constellationis propria etiam erunt Hispanorum, qui in illis Prouinciis nascuntur, & aluntur; quod iterum repetit *lib.3. cap.3.* §.4. *pag.* 21. dicens, se suspicari, Americanum cœlum & solum, non ita hominibus gratum & aptum, quàm herbis, ac metallis esse, quamvis illi ab Hispanis descendant. Bonumque † frumentum, in agro sterili, & infœcundo seminatum, degenerare solere, & in milium, vel lolium conuerti. Quam dicendi, & sentiendi rationem videtur mutuatus † à Ioseph. Acost. *lib.4.de procur.Ind.salut. cap.8.in fin.* vbi licet fateatur hos indigenas, siue *Criollos* multum propter sermonis peritiam in doctrina Indorum proficere posse; subdit, se non audere rem tantam apto sermoni hominum committere, quorum mores non æquè apti sunt: *Ferè enim* (inquit) *Indorum ingenia, & mores redolent; quorum, & lacte, & consuetudine educati sunt. Magna prorsus est primæ consuetudinis vis; magna primi caloris impressio, sunt proprij cuiusque Regionis mores, quemadmodum & natiui fructus non iidem vbique, sed varij. Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Testimonium Poëtæ veteris fert Apostolus Timoth. 1. quòd vera scripserit, itáque solerter ingenia inspicienda sunt hominum, moresque diu probandi, vt patriæ minus temperatæ, & constantis, vel potius lasciuæ, & leuis opinionem quis eluat, &c.*

Quod tamen † nollem quidem ita facilè, & generaliter à viris alioqui doctis, & prudentibus iactari. Nam etsi non ignorem † homines ex natura soli, vel cœli, sub quo nascuntur, animi, & corporis temperiem, vt plurimum sumere, vt præter alios docet Tit. Liu. *decade 5. lib.5.* Vegetius *lib.1. de re milit.* Quintil. *lib.1. inst.orat. cap.1.* Ioan. Boëmus *de moribus omn. gent. lib.3. cap.1. pag.*184. Pancirolus *in thesauro var. pag.* 172. vbi, quòd Cretenses, vitio terræ, mendaces nascuntur, D. Hieron. *in cap.3. ad Galatas*, Petr. Gregor. *lib.4. de Repub. cap.4.* & alij, quos Ego retuli *1.tom. lib.2. cap. 8. num.12. & seqq.* Idem Fr. Ioan. à Ponte *lib.4. cap.1. pag.*214. Cassan. *in Catal. glor. mund. par. 11. consid. 24.* adagium illud exornans, † *Mores hominum, vt plantæ ad Regionis habitum respondent*, Andr. Canonher. *in aphorism. polit. & moralibus, 2.tom. pag.*429. & latè more suo Tiraq. *in l.7. connub. num.19.* & Salmutius ad Pancirol. *de nouiter repertis, tit.* de Nouo-Orbe, *pag.*27. & nouissimè Ioann. Filesacus *lib. 1. select. pag.* 337. *& seqq.* Eduard. Vestonus *in theatr. vitæ ciuil. libr.1. capit.10.num.3.* Ioann. Baptist. Person. *in comment. in libr. Galeni*, quòd animi mores corporis temperiem sequantur, *pag.*6. Scipio Claramont. *de coniectandis cuiusque moribus, & latitantibus animi affectibus, libr.1.* Ioann. Spemens *in epist. Pauli ad Titum, cap. 1. pag.* 497. & nouissimè Guillerm. Vandeuoy, siue quisquis ille est, qui libellum de moribus, & gestis Gallorum satis doctè conscripsit, *pag.4. & seqq.* Negare tamen licebit † Prouincias Noui-Orbis talem constellationem habere quæ vt plurimum amœnissimæ, & temperatissimæ sunt, vt latè etiam probaui *d.1.tom. lib.1. cap.7. per totum*, & nouissimè tradit Vestonus *cap.10.n.7.* inquiens: *India Occidentalis, seu Peruana sub eodem gradu collocatur cum Orientali: Peruana tamen temperata satis: hæc verò calidissima, ac vix habitabilis, &c.* Et cùm adeò † longè, ac latè extendantur, vt alias 19
tres partes Orbis antiquis cogniti, nempe Europam, Asiam, atque Africam, aut æquent, aut superent, vt videbis *eod. lib.1. c.4. n.52.* & fatetur idem Fr. Ioan. à Ponte *lib.2.c.35.pag.*361. parum consideratè, ac circumspectè loquutus videbitur, qui tot regiones, & climata, & homines, qui sub illis nascuntur, eadem lance metiri voluerit.

Præsertim † cùm experientia constet, secundùm Iuuenal. satyr.10. 20

Summos posse viros, magnáque exempla daturos
Veruecum in patria, crassóque sub aëre nasci.

Et vt inquit Am. Marcel. *lib.16.* inter vepres rosæ nascuntur, & inter feras nonnullæ mitescunt. Quò etiam respiciens Euphormio *in iconibus nationum cap.1. in princip.* ita eleganter scribit: *Veluti sub his syderibus, quæ multo frigore humentivè aëre, solent candidos sauosque populos educare, nonnulli haud secus, quàm in vicinia solis fusco vultu inumbrantur: in iis autem plagis, quæ nimio sole flagrantes plerumque spissiori sanguine subiectas gentes tingunt, quorundam hominum candor à patria ferrugine recedit: ita inhumanis populis, quædam aspere mentes rigent; aliæ de patriæ barbarie nihil habent: crassæ aliquæ in tenui cœlo mentes: tenuésque in opaco. Nec vlla est Regio, tam prosperis, aut malignis illustrata syderibus, quæ non omnium vitiorum examen, simúlque virtutum in suis alumnis exceperit: quippè singulis mortalibus præter patriæ suæ indolem, adhuc proprium aliquid natura concessit.* Cui addo, † hoc certiùs esse, vbi origo ex alia prouincia 21
deducitur, nam hæc quoque sæpissimè multum de natalis soli, ac cœli proprietatibus mutat, vt prudéter aduertit Vestonus *d.c.10.n.9.* his verbis: *Denique non omittenda propagationis, seu originis contemplatio: nam stirpis suæ ingenium gentes referunt, etiam post longam seriem exactarum generationum; ex quo sæpius venit, vt natiuo cœlo, ac solo, prima, & antiqua indoles, aliàs deducta, adhuc repugnet, aut eis saltem moderationem quandam, instar aquæ vinum diluentis, sanguinis deriuatione adiiciat.*

Et nos † quotidianis experimentis agnosci- 22
mus, innumeros indigenas, tam bello, quam toga, & (quod magis præstat) vitæ sanctimonia conspicuos euasisse, & quotidie euadere, quorum nomina summa quidem voluptate, atque animi alacritate laudarem, ni vererer ipsorum qui laudandi essent modestiam offendere, & alios concitare, aut contristare, qui propter prolixæ relationis tædium, vel quia mihi noti non sunt, omittendi essent. Sed non possum silentio præterire, quod cùm hæc transcribimus ad supremum Indiarum Consilium fidelibus, & authenticis testimoniis delatum est: † nempè in Mexi- 23
cana Academia, cùm de Primaria sacræ Theologiæ Cathedra prouidenda ageretur, inter plures alios satis doctos competitores enituisse Religiosum quendam Dominicanum Tlaxcalensis Diœcesis, cui nomen Fr. Franciscus Naranjo, qui vltra eximiam eruditionem, & ingenij, ac sermonis facundiam, quorum præclarum specimen præbuit, repertus est omnes D. Thomæ partes, ita memoriæ infixas habere, vt vbicunque apertæ essent, litteram

fideliter recenferet, & quod magis eft, de vnaquaque conclufione,imò & verbo eiufdem Angelici Doctoris rogatus,vbi illam tractaret, vel vbi eo vteretur,& quoties repeteret, abfque vlla cunctatione rationem redderet.

24 Vnde meritò † in eos, qui temerè prædicta
vitia *Criollis* imponunt, infurgit, & inuehit Fr. Ioan. Zapata *in tract. de iuft.diftrib. 2.part.c.11. n.20.* fuam,& fui fimilium caufam agens, fic inquiens: *At eò tendit effrænata cupido, & dura aliquorum æmulatio, vt non folùm eos, qui Indi, & ex Indis oriuntur, incapaces, vt admittantur, appellent; fed eos etiam, qui ex Hifpanis parentibus inter Indos folummodò nati fuerint, eadem incapacitatis nota, quam ipfi fomniantes, & ambientes finxere, inurere voluerint, & abfque Dei timore, & hominum debita caritate, aufi funt in eos & verbo, & fcripto inuehere; fed quantum eos fua fomnia (ne dixerim ambientium fuggeftus) fefellerint, & viri Doctiffimi, & Patres Religiofiffimi, Epifcopi Piiffimi, qui in Ecclefia Dei laborantes, ac fi primitiui milites effent, manifeftiffimè probant, & oftendunt. Quos Nouus illē Orbis, vt fructus vberrimos fœcundiffimè protulit, & vt filios vfque ad perfectum ætatis, & virtutis ftatum precreauit, litteris inftruxit, morum compofitione honeftauit, vt eos in Paftores, Iudices, & Patres eorum propria, & amica patria fufcipiat, iterum, & amplectatur.*

Et idem repetit idem Auctor *ead. 2.part. cap.*
25 *15. n.11. & feqq.* † egregiè oftendens, filios, &
defcendentes Hifpanorum in his Prouinciis natos, non debere excludi ab officiis, etiam maioris dignitatis, & honoris, imò & aliis alienigenis eò miffis præferri, fi æquales inueniantur.
26 Pro quo expendo, † quòd fi eiufdem Regni, ac Regis ciues funt, & vaffalli, vt fuprà probauimus, nulla maiori iniuria affici poffunt, quàm fi non æquo faltim cum aliis iure in muneribus, & honoribus cenfeantur: nam vt præclarè inquit Arift. *lib.3. Polit.cap.2.& 3.* *Ciuis nulla re magis diffiniri poteft, quàm quòd fit iudicij, & imperij particeps. Maximè dicitur ille ciuis, qui habilis fit ad honores fufcipiendos, vt Homerus inquit, fed vbi id occultum eft, ex deceptione habitatorum, tanquam inhonoratum quendam repellunt, & vt inquilinus eft, & aduena, qui honores capere non poteft* Et hoc idem, in noftris terminis, fentiunt,& pluribus probant fchedulæ Regiæ, & Auctores, quos plenè *infrà lib.3.c.19.recenfeo* Nec obftare debet, quod quidam variè, aut inuidè *Criollis* obiiciunt. Nam vt ait Petr. Greg. *lib.4.de Rep.c.4.n* 12. plura conficta funt
27 † contra nationes, peculiari odio fcribentium,
vel temeritate iudicij,& ideò non eft eis danda fides, cùm pro vno totam nationem iudicent,& vocant eos maledicos, & leues: addens nullam effe nationem, cui aliqua vitia non fuerint obiecta, vt latè per Textorem *in officina, & Caffan. d.par.11.confid.24.*

28 Quod verò † attinet ad fecundam illam hominum fpeciem quos ex Hifpanis,& Indis, aut Æthiopibus nafci retulimus, quorum ingens in his Prouinciis eft copia, fciendum quidem eft, eos apud nos hac de caufa, quòd mixti fanguinis, vel generis fint, *Meftizos*, & *Mulatos* communiter vocari, fumpta (vt apparet) à Latino verbo *Mifceo* deriuatione, & à difpari afini, & equæ generatione, ex qua muli, & mulæ nafcuntur.
29 Cùm tamen † apud Romanos appellarentur *Varij*, quafi ex vario femine concepti, vt, inquit Cardinalis Palæot. *in tract. de nothis, & fpuriis c.16.n.8* † vel *Hybridæ*, fumpta meta- 30
phora à natis ex duobus animalibus diuerfis, vt ex fue domeftico, & apro fero, vel equa, & afino, quam ad homines etiam transferri oftendit idem Palæot. *vbi fup. c.17. n.6.* & Ioan. Bapt. Lup. *in tract.de illegitimis, in præfat.n.7.* ex Plin. *lib.8.c.53.* vbi ita vocat Caium, Antonij Cicer. in Confulatu collegam, qui ortus dicebatur ex imparibus parentibus: & Suet. in Auguft. *c.10.* vbi vocat, *Hybridam*, Themafinum ex gente Partica cum Romana muliere copulatum, & tradit alia Iacob Curt. *lib.3, quæft. cap.8.* Ioan. Kalinus *in lexico iuris, verb. Hybridæ*, & Domitius, Meurfius,
Raderus, & alij † in Martial: *lib 8.epigr.22.* 31

Inuitas ad aprum, ponis mihi, Gallice, porcum.
Hybrida fum: fi das, Gallice, verba mihi.

Et hi planè homines, † fi ex legitimo matri- 32
monio procreati funt, & nihil eos aliud impediat, ciuium nomine in his regionibus comprehendi videntur, nec à ciuitatis priuilegiis, & prærogatiuis, aliifque muneribus, & honoribus ingenuis hominibus debitis, prohiberi poffunt, vt benè aduertit, & docet Victoria *in relect. de Indis infulan.2.par.n.5.* & Zapata, qui eum refert & fequitur, *d.tract.de iuft.diftrib.2.part.c.11.n.14.*
Eóque refpicere crederem quandam † fchedu- 33
lam ad Archiepifcopum Noui-Regni Granatenfis directam, dat. Matrit.28. Septembr.ann. 1588. quæ *Meftizos* ad facros Ordines admitti poffe, & *Meftizas* moniales effe permittere videtur, & alias (fi quæ funt) quæ eofdem ab officiis Decurionatus, Tabellionatus, & fimilibus non effe excludendos infinuant.

Cæterùm † cùm frequentiùs accidat, vt hi, 34
illegitimi, imò & adulterini fint, quia rarò Hifpani cum fœminis Indis, & multo rariùs cum Æthiopibus matrimonia contrahunt. Atque in ita conceptis, & natis, non folùm mixti fanguinis defectus, ac rubor, & inæqualis, atque abiecti parentis imitatio militet, ac timeatur. Verum etiam illegitimitatis, & adulterij probrum repe-
riatur, quod † eos infames efficit, faltim infamia 35
facti, fecundùm magis communem opinionem, de qua per Tiraq. & relatos ab eo, *de nobil. c.15. n.10. & feqq. & n.30.* Caffan. *in Catal.glor.mundi, par.11.confid.15.* Ant. Gomez *1.tom.var.cap.11. n.38.* Thefaur. *decif.126.num.2.& feqq.* Hartman. *Piftor.lib.1.quæft.iur. cap.30.* Minfyng. *cent.4.obferu.31.* Gail *lib 2 obferu.88.* & Couarr. *in pract. cap.19.n.6.* vbi tractat, an poffit effe Tabellio.
Meritò † pluribus aliis fchedulis, quæ repe- 36
riuntur *in 4.tom. impreff. pag.343. cum feqq.* ab omnibus Reipub. officiis, etiam à protectoriis Indorum excluduntur. Et per aliam Matriti 9. Septemb. ann 1600. Limanæ Audientiæ præcipitur, vt referat, quo iure, aut pacto *Meftizi* ea in Prouincia Præturas, Decurionatus, & Tabellionatus exerceant, & vtrùm ad id difpenfati, & habiles facti reperiantur. Et per aliud caput epiftolæ Regiæ miffæ ad Peruanum Proregem D.D. Lud. à Velafco Turrifellarum 22. Feb.ann.1602. ei iniungitur, vt *Meftizis* non difpenfatis Tabellionis munus exercere nequa-
quàm patiatur. Et per alia † Matrit. 7. Ian. an. 37
1621 cum eadem Limana Audientia loquente, refertur, plures *Meftizos* ac *Mulatos* titulos Tabellionum impetraffe, nulla huius defectus mentione facta, in informationibus, quæ in Regio

Confilio

Consilio præsentantur, & deciditur, vt eiusmo-
di tituli colligantur, & annullentur, & deinceps
similes personæ his vti non patiantur, & vt in
informationibus remittendis, ad eos postulan-
dos, peculiaris mentio dicti defectus, siue dicta-
rum qualitatum, eorum, qui Tabelliones creari
volunt, fiat, & adhibeatur.
8 De sacris † etiam ordinibus eisdem nullate-
nus impertiendis, donec contrarium statuatur,
extant plures, & satis expressæ schedulæ, quæ
reperiuntur *in* 1.*tom.impress.pag.*172. *& seqq.&*
in 4.*pag.*344. de quarum praxi, & dubiis circa
eas nouiter motis infrà Deo dante *lib.*3. *cap.*20.
dicemus, vbi de rebus Ecclesiasticis Indiarum
sermonem habebo.
9 Illud nunc adiecisse contentus, † quòd si ho-
nesta morum in his Mixtis satis eluceat, & diu-
turnis documentis pateat, doctrinæque exper-
tes non sint, multum eorum industria Indi ad-
iuuari promouerique potuerunt, cùm non solùm
sermones, verùm res etiam ipsorum, & norint,
& ament, vt benè aduertit Acosta *d. cap. pag.*
415. subiiciens: *Quòd valdè scrupulosè nata-*
les eorum repudiandi non sunt, atque odio, & in-
iuria (quod à multis non rectè fit) *prosequendi,*
qui patre Hispano, matre Inda prognati sunt; fie-
ri enim potest, vt inter istos quoque mixto genere
Timotheus quispiam sit patre Gentili, matre Iu-
dæa ortus, vtilisque Euangelico operi reperiatur,
qui cæteros quoque meritis, & laude præcellat,
&c.
10 Quod † etiam tradit Fr.Greg.Garcia Domi-
nicanus *de Indor. orig. pag.*441. inquiens, sæpè
contingere, vt tales mixti generis homines bo-
nis moribus litterisque & ingenio præditi
sint, & quòd eapropter ad honorifica quævis
Reipub. munia admitti solent: Garcilassus quo-
11 que Inca † ex matre Inda, & Hispano patre pro-
gnatus, multis exemplis, & argumentis eandem
causam defendit in epistola, quam scripsit ad
Criollos, & *Mestizos* Peruanos, quæ præfigitur
*in princ.*2.*par.comment.Peruan.*
12 Sed nullus id elegantiùs prosequitur, † quã
doctus pariter, ac nobilis Magist. D. Emanuel
Sarmiento de Mendoça, in aureo illo libello, cui
titulum fecit, *Militia Euangelica*, vbi *cap.*13.*&*
seqq. de conuersione Iaponiorum, & Sinensium
agens, probat, in ea parum progredi posse, donec
13 ex eisdem indigenis Episcopi, † & Sacerdotes
eligẽtur, tum propter idiomatis patrij peritiam,
tum etiam, quia cùm ex eadem natione sint, &
iis, quibus prædicare student amicitia, necessitu-
dine, & morum paritate coniuncti, longè faci-
liùs, quæ domesticis suis euangelizauerint, sua-
debunt, & verbo, ac exemplo vitæ, eorum ani-
mis insinuabunt. Ad quod probandum inter alia
14 adducit † locum D.Petri *epist.*1.*c.*3.1. vbi mulie-
rum Christianarum conuersationem multum
prodesse inquit: *Vt etsi qui non credunt verbo,*
*per eam sine verbo lucrifiant: & Isai.cap.*56.3. *Et*
non dicat filius aduena, qui adhæret Domino di-
cens: Separatione diuidet me Dominus à populo
*suo, &c. & Psal.*86.*Gloriosa dicta sunt de te, ciui-*
tas Dei. Memor ero Rahab, & Babylonis scien-
tium me: ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æ-
thiopum, hi fuerunt illic.
15 Et dato, † quòd Indos propter sui abiectio-
nem, ab his officiis, & ministeriis remoueamus,
non debent alij mixtum sanguinem habentes
facilè ob hanc solam causam repelli, si in aliis
aptos esse constiterit. Nam vbi tales † euadunt, 46
ipse D.Paulus, qui Neophytos ordinari vetuit
(vt diximus *in cap.præced.*) plures Neophytos
ordinauit, vt patet in Timotheo, qui recenter
conuersus creatus fuit ab Apostolo Episcopus
Ephesinus, vt habetur *in Martyrol.* 24. *Ianua-*
rij. Et in Tito, qui statim post relictam Gentili-
tatem Cretensi Ecclesiæ præfuit, *eod. Martyr.* 4.
Ianuar. Et in Pluuio, qui in Atheniensi Pontifi-
catu D. Dionysio Areopagitæ successit, *eod.*
*Martyr.*21.*Ianuar.* qui & ipse Dionysius ad ean-
dem dignitatem paulò post suam conuersionem
ascendit: & Onesimus seruus, & fugitiuus Gen-
tilis, factus Christianus, in Epheso Timotheo
successit, Martyr.16. Febr. idémque contigisse
videmus † in DD Ambrosio & Augustino, ma- 47
ximis Ecclesiæ luminibus, & in multis aliis,
quos refert Torrentius *in tract.de resid.Episc.*&
D.Ambr.*lib.*10. *epist.*82. quæ habetur † *in cap.* 48
*Neophyt.dist.*6. *& lib.*3. *Hexam.c.*13. Vbi obie-
ctioni, quæ fieri poterat † exemplo agrestium 49
arborum, quæ dulcibus inseruntur, respondet;
sic ad rem nostram accommodatissimè inquiens:
Quo monemur velut ænigmate naturæ, non refu-
gere eos, qui à fide nostra, & consortio separati
sunt, eò quòd Gentilis quis fuerit acquisitus. Quò
grauior fuerit assertor erroris, eò vehementior pos-
sit esse defensor fidei.
Et hæc quidem procederent, † quamuis *Me-* 50
stizos Neophytos esse concederemus, cùm ta-
men reuera iam Neophyti dici non possint, vt
benè aduertit Zapata *d.tract.de iust.distrib.*2.*par.*
*c.*11. *n.*3.*&* 11. Licèt in quodam Breui Greg.
XIII.21.Septembr. ann.1591. relato à Fr.Ioan,
Bapt. in suis aduertentiis *confess.* 1.*par.in tabula,*
verb. Mestizos, declarauerit, † eos Neophytos 51
censeri debere, quoad effectum, vt Religiosi So-
cietatis Iesu, & alij in Indiarum partibus com-
morantes possint cum illis ad matrimonia in
tertio, & quarto gradu, aliàs prohibitis, dispen-
sare. Quod tamen (vt ipse Auctor ibidem resol-
uit †) non est trahendum ad alia priuilegia In- 52
dis concessa, veluti non ieiunandi, vel pauciores
festiuitates obseruandi, quia cum hæc priuilegia
personalia sint, vltra casus, & personas, quas ex-
primunt, extendi non possunt, *cap.porrò, de pri-*
*uileg.cap. priuilegia, dist.*3. Nauarr.*lib.*1.*consil.tit.*
*de temporib.ordin.cons.*1. Veracrux *in speculo con-*
*iugior.*2.*par.art.*43. & Ledesma *in summ.de Sa-*
*cram.diffic.*36 *de matrim.*
Sed licèt hæc ita se habeant, † quia tamen 53
periculo sæpè compertum est, plerósque ex istis
Mestizis, vel *Mulatis*, corruptis moribus esse, &
Indis valdè nociuos, pluribus schedulis cautum
est, vt inter eos viuere non sinantur. Sed potiùs
† ad Hispanorum vrbes, vel alia oppida, quæ ex 54
ipsis formentur, redigantur, & vt ad seruiendum,
vel alia officia discendum, compellantur, & vt
arma habere, vel portare non sinantur. Et vt † 55
mulieres *Mestizæ*, Hispanis matrimonio copula-
tæ, in causis adulterij, eisdẽ, quibus aliæ, legibus
iudicentur; quæ schedulæ reperiuntur *in* 4. *tom.*
*impress.pag.*342.*& seqq.* Et vltra eas † extant aliæ 56
nouiores 7.Febr. an.1608. ad Peruan. Proreges
D.D.Luc.à Velasc.& March.Montisclarium di-
rectæ. quæ nimis augeri referunt numerum *Me-*
stizorum, Mulatorum, Æthiopúmque liberorũ,
& seruorum, & aliorum, quos *Zambahigos*, vo-
cant, hoc est ex Æthiopibus, ac fœminis Indis,
vel è contrario prognatis: iubéntque, vt Pro-

reges videant, ne Reſpublica aliquid periculi, vel
incommodi ex hac hominum colluuione perci-
57 piat. † Quod ſanè iuſtè timeri poteſt, vt alias
dixi *ſup. hoc lib. c.4. ex num.*103. & aliquibus
exemplis ſimilibus oſtendit Athenæus *lib.*6.Dym-
noſoph. *c.*7. *in fin.* præſertim ſi iſti otioſi viuere
ſinantur, & peccatis, ac vitiis, in quibus concepti
ſunt, alia accedant, quæ ex praua eorundem natura,
& educatione proueniunt.

58 Quamobrem licèt in ordinationibus D. Prore-
gis Peruani D. Franc. à Toleto nullum his tribu-
tum, nullumque ſeruitium perſonale iniunctum
fuerit; poſteà tamen per nouiores ſchedulas ann.
1609. 1612. & 1619. & per illas famigeratas,
quas vocant ſeruitij perſonalis, ann.1601. §.16.
& ann.1609. §.2. & alias quamplures iuſſum eſt,
vt tributa perſoluant, & vt Proreges curent, vt
ſeruitiis quoque perſonalibus, & præſertim Po-
toſienſibus argenti fodinis, aliiſque metallorum
operationibus applicentur. Quod quidem † in tri-
59 butis in aliquibus Prouinciis (licèt exiguo cum
fructus) executioni mandatum eſt. Quod verò
60 † ad ſeruitia, & fodinas pertinet, nullibi hucuſ-
que receptum, nec praxi admiſſum vidi, vel
audiui, licèt ſint plures ſchedulæ, quæ id iuſſerint,
de quibus egi *& ſup. c* 15. *&* 16. Quin potiùs de
diebus ad me delatus eſt libellus Religioſi, & do-
cti Patris Fr. Bernardini de Cardenas, cuius iam
ſæpè mentionem feci, in quo hunc articulum inter
alios pertractat.

Et miſeram ſortem Indorum grauiter dolet,
61 † quia ſoli, & infirmi totum Regni pondus por-
tare cogantur, Hiſpanis, & Hybridis interim
malè feriantibus, & in eorum miſeria ludentibus.
62 † Cùm tamen metallorum operatio validiores
alioqui, & robuſtiores iſtorum lacertos require-
ret, & vt ita militiæ, & aliis Reipublicæ labo-
ribus aſſueſcerent, vt Georg. Agricol. *lib.*1. *de re
metallica* his verbis ſcribit: *Metallica plebs, nec
vilis eſt, nec abiecta, etenim nocturnis, æquè, ac
diurnis vigiliis, & operibus excitata, habet duri-
tiem corporis immanem: facilliméque, cùm res po-
ſtulat, labores, & munera militiæ ſuſtinet, quippè
quæ conſueta ad multam noctem vigilare, tractare
ferramenta, foſſas ducere, agere cuniculos, machi-
nas fabricare, onera ferre, quocirca rei militaris
periti eam non modò vrbanæ plebi præferunt, ſed
etiam ruſticæ.*

Et ſanè † cùm non debeat habere plus caſtita- 63
te luxuria, vt aliàs inquit Imperat. in Authent. de
reſtitut. & ea quæ parit in vndecimo menſe, &
ibi gloſſ. verb. Caſtuate, neſcio quo iure pruden-
tiſſimus ille Prorex, † Indos, qui ex legitimo 64
matrimonio naſcuntur, tributis, & ſeruitiis ſub-
iugauerit, ſpurios autem, & adulteros *Meſtizo-
rum*, vel *Mulatorum*, & ſimilium fœtus, im-
munes, vagos, liberoſque reliquerit. Nam in his
† matris, non patris conditio ſpectari ſolet, cùm 65
nec patrem habere intelligantur, quoniam is in-
certus eſt, *l. vulgò, D. de ſtat. homin.* §.51. *ad-
uerſ. Inſt. de nupt.* cum ſimilibus. Et vel ea de
cauſa † durioribus tributis, & ſeruitiis grauari de- 66
berent, vt Hiſpani ab eiuſmodi congreſſibus ar-
ceantur, videntes, filios ex eis procreatos, gra-
uia onera ſubituros, *l. iſti quidem, D. de eo quod
metus cauſ.* & Indæ ipſæ tantopere Hiſpanorum
concubitum non appeterent, nec ex eorum pro-
le gloriarentur, ob id, quòd immunis naſcatur.
Quod efficit, † vt proprios coniuges deſeeant, & 67
odio, aut deſpectui habeant, vbi Hiſpano aliquo
amaſio potiuntur, & vt pro legitima, & Reip.
vtili ſobole, hac furtiua, & adulterina, & inuti-
lis, ac plerúmque nociua redundet. Quinimò, &
frequenter contingit, vt filios legitimos ex In-
dis natos ad parietem allidant, vel fame, vel nu-
ditate perire ſinant, *Meſtizos* autem totis conati-
bus, ac facultatibus alant. Quod † eas tuta con- 68
ſcientia facere non poſſe, meritò reſoluit Zurita
*quæſt.*28. cùm vel ſolo naturali iure inſpecto, eius
æquitas poſtulet, † vt legitimorum maior ra- 69
tio habeatur, quàm illegitimorum, vt præter
alios docet D. Thom. *in* 1. 2. *q.*95. *art.*4. *& in*
2. 2. *q.*44. *art.*8. *& q.*79. *art.*2. Caſſan. *in Ca-
talog. par.* 11. *conſid.* 15. per totam Gregor.
Lup. *in l.*2. *tit.*15. *par.*2. *gloſſ. magna, quæſt.*
8. vbi plura congerunt contra naturales, & il- 70
legitimos, & † quòd cum legitimis non de-
beant comparari, nec ad vnam menſam ſede-
re, & Fortunius Garcia, omninò legendus, *in
tract. de vltim. fin. à numer.*89.*vſque ad* 96. vbi, 71
quòd † ſi lex legitimaret omnes naturales,
vel eos legitimis exæquaret, eſſet iniqua.
Quod vbi accidit, in memoriam reuoco illud, 72
quod † de coccygis, ſiue cuculi pullo, tradit
Plin. *lib.* 10. *cap.*9. qui cùm ſit nothus, tamen le-
gitimos deuorat, vtráque matrem ipſam.

LIBER

LIBER SECVNDVS,

IN QVO DE COMMENDIS INDORVM.

CAPVT I.

De Commendarum nomine, origine, & reformatione: & de causis, rationibus, & exemplis, quibus hodiernus earum vsus innititur, & ab impugnationibus, & obiectionibus Chiapensis Episcopi vindicatur.

SVMMARIVM.

1 *Vsus communis loquendi magis attendi debet, quàm propria significatio.*
2 *Nouis rebus inuentis, noua quoque vocabula adinuenienda sunt.*
3 *Commendarum, & Commentariorum nomen non est improprium; & vnde originem traxerit? & num. seqq.*
4 *Commendæ Indorum, qua formæ, & fine à Columbo, & aliis Gubernatoribus antiquitùs fieri cœperint?*
5 *Commendare verbum interdum significat idem, quòd deponere, & frequentiùs aliquem commendatum habere, & in suam fidem, & tutelam accipere.*
6 *Commendatarij Indorum dicuntur vulgò* Encomenderos, *& quare?*
7 *Commendati, & Recommendati, vel Affidati, qui dicantur, & quare in Regno Neapolitano?*
8 *Commendarum antiqua forma Indorum libertatem infringebat, & alia damna eis inferebat, & ideo prohibita fuit.*
9 *Chiapensis Episcopus scripsit tractatum contra Commendas Indorum, & de eorum damnis.*
10 *Commendarum super abrogatione, vel continuatione sapè, & varie actum, & prouisum fuit, & quare? & num.* 16.
11 *Principio vno illicito dato, plura inconuenientia sequuntur.*
12 *Iuris, & rationis à Regulis, quæ discedunt, modo hac modo illac fluctuant.*
13 *Reges nostri Piissimi quantum semper curauerint Indis fauere, & Commendas eis damnosas tollere.*
14 *Commendis Indorum noua tandem forma præscripta fuit, eorum libertati, & saluti in nullo contraria, & qualis?*
15 *Commendatariis Indorum, quæ onera iniungantur, remissiue.*
16 *Commendarum originem, historiam, & reformationem, quæ schedulæ, & Auctores referant.*
17 *Chiapensis Episcopi obiectiones, contra vsum Commendarum, locum non habere in nouis, & reformatis, ostenditur.*
18 *Indi non sunt serui, imò nec vassalli Hispanorum, attenta noua Commendarum forma.*
19 *Princeps rectè potest aliis tribuere tributa, vel alia iura, quæ ipse percepturus esset.*
L. delegare 13. D. de nouation. *& aliæ similes explicantur, ibidem.*
20 *B. Gregorij locus refertur, vsum Sardiniæ, nostris Commendis similem, referens, & probans.*
21 *Feudatarij, & Barones vbi Regalia colligunt, ex Regia concessione, perinde est, ac si Princeps colligeret.*
22 *Fr. Alfonsus à Castro consultatio refertur, super validitate, & perpetuitate harum Commendarum Indorum.*
23 *Legis Agrariæ intentio, & cur eius executio suspensa fuerit.*
24 *Vitium, quod tolli non potest sine maiori damno, vel periculo, dissimulandum est.*
25 L. 12. tit. 10. lib. 5. Recop. *quæ donationes Indorum fieri prohibet, qualiter intelligatur?*
26 *Lex vna, ex illis, quas nouas vocarunt, annì* 1542. *quæ Commendas Indorum prohibuit, reuocata fuit.*
27 *Indorum vassallagium, aut proprietas, vel loca, aut oppida Indiarum, donari non possunt; & quando in hoc dispensatum.*
28 *Ioan. Matienzi verba referuntur circa explicationem* legis 12. tit. 10. lib. 5. Recop.
29 *Commendæ reformatæ, ex tribus causis, & rationibus iustificantur, & quæ illæ?*
30 *Indorum tutela, & instructio in fide à Commendatariis exigitur.*
31 *Homines nobiles, & strenui milites in Indiis, ad earum defensionem, mediantibus Indorum Commendis, conseruantur.*
32 *Conquisitorum, & aliorum bene meritorum remuneratio mediantibus Indorum Commendis consequitur.*
33 *Indos Hispanis commendari ad instructionem in Fide, & vita politica, ex primitiuæ Ecclesiæ moribus originem trahit.*
34 *Homines prudentiores sunt veluti lex hebetioribus.*
35 *Græci ob ingenij præstantiam, de qua gloriabantur, se aliorum dominos esse putabant; ex Euripide, & Sophocle.*
36 *Homines rudes, & imbecilles, sæpè se aliis in seruitium dare soliti sunt, à quibus tueantur, & sustententur, & exemplum in Mariandynis, ex Athenæo.*
37 *Alientibus, vti seruis vtebantur Thessali, & Athenienses, & de nominibus eorum, & vassallis seruitutis Regni Aragoniæ.*
38 *Atheniensibus se in clientelam dare debebant; qui ciues non erant, sed inquilini, & indicium de hac re.*
39 *Patronorum, & clientum institutio, & obligatio apud Romanos qualis? ex veteri-*

ri Romuli lege.

40 Patroni olim dicebantur aduocati, & ipsum ius patronatus aduocatio, & de aduocatiis feudalibus, remissiuè.

41 Commendatarij Indorum, & Barones vassallorũ, appellari possunt Patroni, vel susceptores eorum, secundùm Acost. & Callist. Remir.

42 Patroni etymologia, ex D. Isidoro, & alia historialis, ex Plutarcho.

43 Patronus cur dicatur aduocatus, manumissor, procurator Cæsaris, & Ecclesiæ benefactor?

44 Patroni dicebantur, qui nationes debellatas in fidem, & clientelam suam recipiebant.

45 Nouus Orbis conseruari non posset, nisi illius Conquisitores in eo permanerent, & remunerarentur.

46 Parta tueri non est minor virtus, quàm quærere.

47 Conquisitores, & alij strenui milites Commendarum titulis, & veluti vinculis in Nouo Orbe retinentur.

48 Romani qualiter emeritos milites in Prouinciis subactis, agris donarent, & aliis modis remunerarent?

49 L. in agris, de acq. rer. dom. l. item 15. §. item si fortè, D. de reiuind. l. Lucius 11. D. de euiction. & l. 1. & aliæ, C. de fund. Limitro. lib. 11. expenduntur, & illustrantur.

50 Reges nostri non poterant benemeritos in conquisitione, populatione, & pacificatione Indiarum remunerari, si eisdem Commendæ Indorum non assignarentur.

51 Noui Orbis prouinciæ, vt plurimum, ipsorum Ducum, & Conquisitorum expensis, & absque aliquo Regum sumptu detectæ, & adquisitæ sunt.

52 Milites Romani per plures annos sine stipendio aliquo suis sumptibus, & expensis militarunt.

53 Solidati quando, & quare dici cœperint milites? vnde vox Hispana Soldados.

54 Conquisitores Indiarum, & eorum filij iustè queri possent, si nullis præmiis, & commodis in illis remunerarentur.

55 Militia exprobrata creditur, quæ irremunerata transitur, & qualiter equi etiam præmiis afficerentur? ex Cassiod.

56 Militari periculo, & sudore parta, hominibus charissima esse solent.

57 Reges Hispaniæ suo muneri, & officio non satisfacerent, si benemeritos in Indiarum conquisitione præmiis, & honoribus non condecorarent.

58 Præmia benè merentibus tribui, est vnus ex præcipuis effectibus legis, ac Regis.

L. & virtutum, C. de stat. & imag. & similes illustrantur, ibid.

59 Benemerentibus præmia præbere, non solùm naturali ratione, verùm & instinctu tenemur.

L. sed si lege, §. consuluit, D. de petit. hæred. l. Attilius Regulus, D. de donat. & similes, expenduntur, & exornantur, ibid.

60 Remunerationes benemeritorum omnes nationes quantumvis barbaræ concorditer admittunt, ex eleganti loco Senecæ.

61 Regum remunerationes, & beneficia plenissima, & cumulatissima esse debent.

62 Benemeritos plenissimè honorandos, & remunerandos esse, nullæ leges enixiùs, & attentiùs cauerunt, quàm nostræ septem partitæ.

L. 3. tit. 1. par. 1. l. 1. & per tot. tit. 27. l. 1. & 23. tit. 21. l. 3. tit. 10. par. 2. & l. 51. tit. 18. par. 3. quæ agunt de remunerandis benemerentibus, expenduntur, & illustrantur, ibid.

63 Gratia pulchra meritò dicitur, quæ benemerentibus conceditur, & verba Greg. Lopez.

64 Remunerandi benemeritos præcisa obligatio, à quibus Auctoribus tractetur, & asseratur.

65 Donationes nullæ in remunerationem seruitiorum factæ, immensæ videri debent.

66 Benemeritorum præmia in similium gaudium redundant.

67 Facta egregia cum præmiis non afficiuntur, ad deteriora homines inuitantur, & quare? ex Scip. Amirato.

68 Remuneratio meritorum iustum dominantis prodit Imperium, ex Cassiod.

69 Beneficia sunt, quæ Regna sublimant.

70 Principis, & fisci augmentum in remuneratione vassallorum consistit.

Auth. vt iud. sine quoquo suffrag. §. cogitatio igitur, collat. 2. expenditur, & illustratur, ibid.

71 Reip. vnicum fundamentum est benemeritorum remuneratio.

72 Militibus magna aliqua perficientibus præmia, & priuilegia magna omnia Regna, & Respublicæ concesserunt.

73 Alexandri Magni, Pyrrhi, & Alfonsi Regis Aragonij cura, & liberalitas in remunerandis egregiis militum factis refertur.

74 Israëliticæ Tribus qualiter sortitæ fuerint terram Promissionis, quam ipsæ debellauerant.

75 Feudorum occasio, origo, & intentio, & vnde cœperint?

76 Feudi etymologia, & alia de feudis, remissiuè.

77 Hispaniæ Reges qualiter se habuerint in remunerandis Ducibus & strenuis militibus, qui eam à Mauris vindicarunt.

78 Hispaniæ Proceres, Titulati, & Domini vassallorum, & Maioratuum vnde originem habuerint?

79 Commendatarij Indorum adinstar dominorum vassallorum Hispaniæ creati sunt, ex Acosta.

80 Maioratus Hispaniæ adinstar feudorum fundati videntur, & de his ad illos regulariter argumentari licet.

81 Commendarum causas, & Conquisitorum Indiarum remunerationem plures schedulæ Regiæ, & plures etiam Auctores probant, qui referuntur.

82 Gregorij Lopez verba referuntur Hispanos laudantis ob detectionem, & conuersionem Noui Orbis.

83 Oratio Caroli Magni ad milites suos refertur, & primis Indiarum Conquisitoribus accommodatur.

84 L. 1. & 23. tit. 21. par. 2. pro præmiis, & honoribus, Conquisitoribus debitis, expenduntur.

HIS

HIs, quæ de seruitio personali, & tributis Indorum superiori libro tractauimus congruè subnectitur disputatio Commendis eorùm, quæ in his prouinciis vsitantur, & peculiaribus quibusdam, ac veluti municipalibus legibus moribúsque reguntur. Nec verebor hoc verbo vti, quod iam pridem receptum inuenio, † cùm communis vsus loquendi magis attendi debeat, quàm propria significatio, vt in simili pluribus relatis probat Couar. *3. variar. cap. 5. n. 1.* Simanc. *de primog. lib. 2. cap. 10.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 8. ex num. 1. & de ambig. connent. lib. 1. tit. 3. n. 10. & lib. 2. tit. 8 ex num. 1.* & Ego *in 1. tom. lib. 1. c. 4. num. fin.* vbi cum Quintiliano trado, vtendum verbo vt nummo, cui publica forma sit. Maximè † cum inuentis nouis rebus, noua quoque vocabula adinuenire liceat, iuxta vulgare dictum Ciceron. *lib. 1. Academ. quæst.* qui etiam tradit *lib. 1. offic. Sermone eo vti debemus, qui notus sit nobis.* Et hoc † de quo agimus, licèt nouum videri possit, non tamen ineptum, nec improprium sit: cum ex re ipsa, quæ gerebatur, occasionem assumpserit, & eo in simili vti videamus Rubr. & tex. *in l. 8. tit. 6. lib. 1. Rec.* vbi dicitur, quòd Rex noster tantùm est, *Comendero de lo Abadengo, y de sus ciudades, y villas, y lugares, &c.*

Est quippè sciendum, † quòd vbi primùm primæ Indiarum insulæ à Christophoro Columbo lustratæ, & coloniis Hispanorum illustratæ fuerunt; cùm multi ad eas, diuitiárum cupiditate allecti, confluerent, & prædictæ insulæ eo tempore plurimis Indis abundarent, hi inter Hispanos distribui cœperunt, vt ipsis in agrorum cultura, auro, & argento quærendo, & legendo, & in aliis domesticis, & necessariis ministeriis inseruirent. Idémque postmodum Nicolaus Ouandus, & alij Gubernatores continuarunt. Et ad Nouam-Hispaniam, Iucataniam, aliásque continentis prouincias, posteà detectas, extenderunt Ferdin. Cortesius, Francis. Montejus, & alij Duces, ac Gubernatores: mandata Regia, quæ contrarium præcipiebant, aliter quàm oportebat, intelligentes, vel ob personarum, & prouinciarum conditionem, non obseruantes.

Et quoniam Indi ad certum tempus, & ad beneplacitum Regis, vel Gubernatorum concedebantur; ipsísque Hispanis, eorum in Fide instructio, suauísque, & benigna tractatio valdè commendabatur, talis distributio Commendæ nomen accepit, & qui Indos accipiebant, Commendatarij dicti sunt, vulgò Encommenderos, à Latino verbo Commendo, † quod interdum idem significat, quòd *deponere, l. at si quis 14. §. impensa, D. de religios. & sumpt. funer. l. Lucius 24. & l. Publia 26. in princip. D. depositi, l. 6. & 9. C. eodem, l. commendare 186. D. de verb. signif.* cum aliis, quæ vltra Alciat. Forner. Brechæum, & Gœddæum *ibid.* tradit Cuiac. *lib. 2. obs. cap. 17.* & Ræuard. *lib. 1. coniectan. cap. 14.* Et frequentiùs, aliquem sibi commendatum habere, & in fidem suam, ac tutelam recipere, *l. si is qui rem 66. §. si tu Titium, D. de furt. l. Thais 41. §. harede D. de fideicom. libert. l. si verò 12. §. cùm quidam, D. mandat.* & apud Terent. *in Eunucho act. 4. scena 2.*

Ego me tuæ commendo, & committo fidei.

Quam † vltimam significationem siue dicti verbi deriuationem in nostris terminis probat Acosta *lib. 3. de procur. Indor. salut. cap. 10.* ad medium, inquiens, hos susceptores Indorum *Encomenderos* fuisse vocatos; *Pro cura, ac prouedentia, quam gerere debebant hominum suæ fidei, ac tutelæ commissorum.* Et inuenio † similem 7
vocem ob consimilem consuetudinem in Neapolitano Regno reperiri, in quo *Commendati*, & *Recommendati* dicuntur, non iidem, qui vassalli, sed tantùm, qui se in alicuius potentioris fidem, & tutelam receperant, qui & *Affidati* vocantur, vt constat ex eiusdem Regni constitutionibus *lib. 3. tit. 7.* ibi: *Vt in terris demanij nostri, nulli omninò liceat affidatos, vel recommecdatos habere:* & obseruat Prateius & Kalinus *de verb. iur. verb Commendati*, & latiùs Martin. Magerus de aduocatia armata, *cap. 9. num. 692. pag. 404.* vbi tractat, Recommendati quinam dicti, & ad quid obligati?

Sed eiusmodi † Indorum distributiones suprà 8
dicto modo fieri solitæ, plura statim damna, & inconuenientia detegere cœperunt, quoniam Indorum libertas infringi videbatur, quam semper Reges nostri Pijssimi summopere curarunt, vt sæpè probaui, & quia Commendatarij, magis diuitiarum cupiditati, quàm Indorum saluti, & doctrinæ intendebant, & consulebant; atque ita eos supra modum vexabant, & pecudum instar laborare faciebant. Vndè plures absumpti fuerunt, † vt latissimè refert, & dolet Episcopus 9
Chiapensis in peculiari tractatu, quem Hispano sermone contra has Commendas scripsit, vbi exorditur, peius per eas Indis consultum fuisse, quàm si dæmonibus commendarentur.

Quapropter † de eis tollendis, & abrogandis 10
sæpissimè actum, & cautum fuit, & præsertim instructionibus Didaci Velazquez ann. 1518. & Ferdinandi Cortesij ann. 1523. quæ habentur *in 4. tomo impress. pag. 248. vers. Otrosi.* Vbi enumeratis Indorum vexationibus, & aliis damnis, quæ ex his Commendis proueniebant, inquit: *Que auiendose mandado platicar sobre ello à los del Consejo, y à Teologos Religiosos, y personas de muchas letras, y de buena y santa vida, parecio que Nos con buenas consciencias (pues Dios nuestro Señor criò à los Indios libres, y no sujetos) no podemos mandarlos encomendar, ni hazer repartimiento dellos à los Christianos, y assi mandamos no se hagan, y se quiten los hechos.* De qua prohibitione agit, præter alios Remesalius in hist. Guatam. *lib. 7. cap. 11.* quod tamen statim per alias schedulas comperendinari iussum fuit, propter vrgentes, & enixas ipsorum Gubernatorum, & Hispanorum reclamationes, qui aliter, nec sibi, nec Indis consuli posse causabantur, & breui has Indiarum prouincias deserendas, ac depopulandas, si seruitia, quibus assueuerant, quibusque omninò egebant, adimerentur.

Quo vel solo exemplo † intelligere possumus, 11
quàm sit verum ac certum id, quod Imperator scribit in auth. vt iudices sine quoquo suffrag. §. considerantes, & ibi *glos. verb. Illicitò*, nimirùm, *vno principio illicito dato, plurima mala sequi.* Et quæ † à recti iuris, & rationis regulis disce- 12
dunt, modo hac, modo illac fluctuare, vt præclarè ostendit Andr. Canonher. *in Aphorism. polit. pag. 705.* ex Veleio Paterculo *lib. 2.* & Nat. Comite *lib. 26. hist. sui temp.* vbi ita rectissimè inquit: *Qui semel recto tramite prudentiæ, & æquitatis declinauerint, modò hac, modò illac fluctuent,*

necesse

necesse est; nec ibi consistunt exempla, vnde cœpe-
runt, sed quamlibet in tenuem recepta tramitem,
latissimè euagandi sibi licentiam sumunt, & vbi
semel à recto deterratum est, in præceps itur.

13 Verum † insignis, & assidua Regum Nostro-
rum pietas, & Indorum tuendorum, & in na-
turalem libertatem asserendorum cura, & solici-
tudo, hæc omnia tandem reformauit, & ratio-
nibus, ac difficultatibus, quæ hinc, & inde ad-
14 ducebantur, consideratis, eam viam elegit, † vt
insulis & prouinciis anteà detectis, & in Perua-
nis, quæ tunc temporis Francisci Pizarri, & so-
ciorum industria detegebantur, & in aliis, quæ
postmodum lustrati, & à nostris coli contigeret,
Indi Hispanis nullo modo tanquàm serui, nec
sub seruitij personalis titulo, aut iure commen-
darentur: sed certa tantùm Indis, & definita quan-
titas assignaretur, quam tributi nomine Regi
præstare deberent, hæcque de eiusdem Regis vo-
luntate, à Gubernatoribus, qui ad id expressam
facultatem haberent, primis illis earundem pro-
uinciarum detectoribus, & conquisitoribus, aliis-
que benè merentibus applicari, & distribui pos-
set, pro ipsorum, & alterius hæredis vita, iuxta
præscriptam in lege successionis formam, de qua
15 inferiùs agemus: & † cùm onere, vt eosdem tri-
butarios Indos, sibi prædicto modo commenda-
tos, in Fide Catholica instrui curarent, liberali-
ter exhiberent, atque ab aliorum iniuriis defen-
derent, & vt Regi ipsi fidelitatem iurarent, Reg-
nique defensioni, & tuitioni, vbi opus esset, in-
16 star vassallorum feudalium, assisterent, vt † col-
ligitur ex plurimis schedulis, prouisionibus, &
instructionibus Regiis, quæ coguntur *in 2. tom.*
impress. ex pag. 183. cum multis seqq. quæ ori-
ginem, progressum, excessum, & reformationem
dictarum Commendarum, eo quo retuli modo, re-
censent, & simul ostendunt, quàm variè, & si-
bi inuicem contrariè, pro temporum, & relatio-
num varietate, super hoc articulo consultationes,
& decisiones emerserint. De quibus Ego etiam
aliqua prælibaui *sup. lib.1. cap.1. & 2.* & plurima
ad earum Commendarum historiam pertinentia
scribit Episcop. Chiapen. *in d. tract.* Gomera *in*
hist. Indiar. 2 par. cap. de los Conquistadores,
Ioan. Matienz. *in tract. M. S. de moderat. Regn.*
Perù, 1. par. cap.12. & in commentariis ad l.12.
tit.10. lib.5. Recop. Acosta *d. lib.3. de procur.*
Ind. salut. cap.10. & 11. Anton. de Herrera *in*
hist. general. Indiar. decad.1. lib. 3. cap. 13. 16. &
finali, & lib.4. cap.12. lib.5. cap.11. lib.7. cap.
10. lib.8. cap.12. lib.10. cap.12. & decad. 2. lib.
1. cap.11. lib.3. cap.8. lib.5. cap.2. lib.10. cap.
2. & decad. 3. lib.4. cap.3. & 8. lib.5. cap.1. lib.
8. cap.10. 14. & 15. lib.9. cap.2. lib.10. cap.10.
& nouissimè, & diligentissimè (post hæc scripta)
Anton. de Leon in lib. nuper Hispano sermone
edito, cui titulum fecit, *De las confirmaciones Rea-*
les, 1. par. cap.1. per totum.

Quibus ita præiactis, primò colligere possu-
17 mus, † tractatum illum Episcopi Chiapensis, qui
tantopere nationis nostræ æmulis placet; vbi ad-
uersus has Commendas inuehit, & earum dam-
na recenset, de primis quidem illis, quæ Regi-
bus nostris insciis, imò & inuitis, & repugnan-
tibus, introduci cœperunt, intelligendum esse.
Nam viginti rationes, quas Chiapensis expendit,
eò tendunt, quòd Indi libertate priuantur, mul-
tis damnis, ærumnis, & iniuriis afficiuntur, & in
Fide Catholica non instruuntur. Quæ planè ces-
sant, attenta, & inspecta noua forma in eisdem
Commendis assignata, & vltimis mandatis Re-
giis omninò seruari iussa. Nam iuxta eam † Indi 18
non fiunt serui, nec vassalli Hispanorum, sed li-
beri, & sub dominio, & protectione Regis ma-
nentes, tributa, quæ eidem iustè præstare debue-
rant, ex ipsius mandato, & delegatione Com-
mendatoribus pendunt, à quibus vicissim tute-
lam, ac protectionem accipiunt, & Parochum,
sufficienti mercede remuneratum, qui eosdem In-
dos in spiritualibus regat, & instruat. Quod in se
nullam duritiem, vel iniquitatem continet, si
Commendatarij tales sese exhibeant, quales fide
iurata profitentur. Cùm † manifestum sit, licere 19
Principi, aliis attribuere, quæ ipse percepturus
esset, *l. delegare 13. D. de nouat. & delegat. §.*
planè, Inst. de inut. stipulat. cum aliis traditis à
Connano *lib.6. comment. cap.8.* Medices *in*
tract. de nouation. par.1. q.1. num.1. Rota Ge-
nuens. *decis.19. num.7.* & in nostris terminis ex
communis Iurisprudentum, & Theologorum opi-
nione, resoluit Acosta *d. lib.3. de procur. Ind. sa-*
lut. Ioann. Matienz. *in d. l.12. tit.10. lib.5.* Re-
cop. Ant. de Herrera *d. hist. gener. Ind. decad.1.*
pag.323. & Ant. de Leon, omninò videndus, *d. li.*
de confirmat. Regiis, 1 par. cap.18. & seqq. vbi si-
gillatim, & eruditè omnes Chiapensis obiectio-
nes refert, & refellit.

Pro quibus facit † Beati Gregorij insignis au- 20
ctoritas ab eodem Acosta perpensa, *lib.3. Regi-*
stri, epist.23. vbi ad nobiles quosdam viros Sar-
diniæ scribens, eósque commodè admonens,
quid deberent præstare subditis sibi commissis?
(& quidem infidelibus adhuc) & quid ob eam
rem percipere ab illis possint? sic inquit: *Ad hoc*
quippe vobis illi commissi sunt, quatenus & ipsi
vestræ vtilitati valeant ad terrena deseruire, &
per vestram prouidentiam eorum animabus ea, quæ
sunt æterna, prospicere. Et Ego addo Camill.
Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. cap.13. num.*
23. & cons.1. centur.1. vbi in simili, cum Innoc.
Capic. & aliis aduertit, † quòd Barones, ac feu-
datarij, & beneficiarij, vbi priuilegium habent,
tributa, pœnas, & mulctas percipiendi, in lo-
cum Regis, aut Principis concedentis succedere,
& subrogari dicuntur. Et consilium † manuscrip-
tum eruditissimi Patris Fr. Alfonsi à Castro, quod
apud me habeo, qui cùm Londini ageret 13. Ia-
nuar. ann. 1558. & vt apparet rogatus fuisset, an
posset Rex noster has Indorum Commendas
vendere, vel in perpetuum concedere? respon-
dit, quòd quamvis Episcopus Chiapensis, vt om-
ninò cessent, & tollantur, d. tractatu suadet, ip-
se tamen, earum conditionibus inspectis, & dam-
nis, & seditionibus, quæ ex abrogatione timeri
possent, in ea sententia est, vt permitti, & con-
seruari possint, & debeant, imò & vendi, aut
perpetuari, si id oportere visum fuerit, de quo
dicam *infrà cap.20.* vbi huius consilij iterum me-
mini nu.10. Et adducit † exemplum legis Agra-
riæ, & quæ circa eam scribit D. August. *lib.2. de*
ciuitate Dei, cap.24. cuius iam alio loco memi-
nimus, Et potuit allegare text. *in c. denique,* ibi
Relinquendi sunt, 4. distinct. cap. comessation.
44. dist. cap. non potest 23. quæst.4. quibus pro-
batur, † quòd quando aliquod vitium inoleuit
nec tolli sine periculo potest, quia eo sublato
subditi ad deteriora prolaberentur, vel maius pe-
riculum Reip. immineret, sub quadam dissimu-
latione debet permitti. Quod benè prosequitur
Petru

Petrus Rauenas *in tract. de consuet. sect.1. num. 27.* & Iacob. de Graffis *cons.12. de pœniten. & remiss. num.2.* & illustris. Archiepiscopus Bracharensis Acuña *in notis ad d. cap. denique, num.5. pag.32.*

Secundò, ex eisdem principiis inferri potest explicatio, & praxis ad textum alioqui difficilem, & suprà dictis valdè contrarium *in* † *l.12. tit.10. de las donaciones*, lib.5. Recopil. quæ ita inquit: *Mandamos que de aqui adelante ninguna merced se haga à persona alguna de Indios.* Hæc enim lex debet intelligi, attento tempore quo prolata fuit. Tunc enim ob instantes Episcopi Chiapensis,& aliorum piorum virorum animaduersiones, in Curiis Matritensibus ann.1523. id petitum fuit, quod *in d. lege conceditur*, licèt non fuerit obseruatum, & posteà latæ fuerunt illæ leges, quas nouas vocant, ann.1542. inter quas † vna, has Commendas Indorum penitus cessare, & radicitus extirpari iubebat, Indósque anteà donatos, & distributos ad Regiam Coronam reduci, vt habetur *d. 2. tomo, pag. 191. & seqq.* Cæterùm cùm hæc lex, reclamantibus Indiarum incolis, & multa contra eam obiicientibus, fuerit reuocata per aliam, ann. 1545. quæ extat *eod. 2.tom.pag.197.* & tandem noua, & æquitati conformis Indos commendandi norma (quam retulimus) constituta: reuocata quoque hac in parte censeri debet *d. l. Recopilationis*, vt benè aduertit Matienços ibidem. Vel † est restringenda, aut intelligenda, vt solùm procedat, quando proprietas, & vassallagium ipsorum Indorum conceditur, & donatur. Hoc enim Reges Nostri plurimis schedulis, & prouisionibus se nequaquam facturos promiserunt & iurarunt; neque in totum, aut in parte quicquam de Indiarum Demanio in alium alienaturos, vt constat ex relatis *in 1. tom. impres. pag. 58. & seqq.* & à me latiùs *in tract. de præcedent. num.62.* Quamvis in hoc etiam cum Marchione Cortesio & Pizarro, & nouissimè cum Oropesio, & aliis dispensatum videamus, quibus Indi, Indorúmque populi, in titulum, & vassallagium concessi sunt. Cæterùm vbi solùm tractatur de concessione simplicis Commendæ, & quoad collectionem tantùm tributorum, dicta lex practicari non poterit, † quia vt subiungit Matienços: *Tunc Indi ipsius Regis dumtaxat vassalli remanent, ipsis enim Commendatariis solùm conceduntur tributa, ab ipsis Indis debita ratione protectionis, & doctrinæ Catholicæ, cum onere ea expendendi in his Indiarum locis, vbi Commendas obtinent, vt sustentari valeant huius Regni habitatores, milites, Clerici, & officiales in præsidium eorum, qui eos doctrina imbuunt, & sibi sacra ministrant, nec iurisdictio aliqua eis tribuitur à Rege, nec consequenter eis competit ea pars tributorum, quæ ratione instruendæ politiæ, & iurisdictionis ipsi tenentur Regi præstare, & non aliis, quia nemo alius iudices eis dare potuit, nec ad congregationem in populis faciendam compellere,&c.* Quam Matiençi sententiam sequitur Azeuedus *ibid. num.1.*

Tertiò, ex prædictis descendit, hanc vltimam, quam probamus, Commendarum formam, vltra alias causas, & rationes † tribus præcipuè fulciri, quæ eam iustissimam, & vtilissimam reddunt,& iuris regulis aliarúmque nationum exemplis valdè conformem. Quarum prior est, † ipsorum Indorum tutela, & institutio, quæ Commendatariis iniungitur, vt nouæ fidei tyrones, teneræque stirpes, patrocinio curáque veterum protegantur, instituantur, Religionisque disciplina regantur. Altera, † vt in his Indiarum pro- 31
uinciis, homines nobiles, ac diuites, strenuique, & veterani milites permanerent, qui in earum defensione, vbi opus esset, eadem virtute vterentur, quam in acquisitione ostenderunt. Tertia,
† vt Reges Nostri Potentissimi, grati animi 32
specimen, circa primos illos conquisitores, & eorum filios exhiberent, & benè Regibus de ipsis, & de Repub. meritis, aliqua præmia conferrent, quod maximè Regalem Celsitudinem decet.

Et vt à prima exordium sumamus, non potest
durum, aut nouum videri, † quòd Indi, qui 33
propter barbariem, & sui abiectionem se ipsos defendere nequeunt, vel Christianè, ac politicè gubernare, Hispanorum fidei, ac clientelæ, quantum ad hæc attinet, committantur. Nam vt egregiè (vt solet reliqua) aduertit Acosta *d. lib.3. cap.11. pag.321. Quid magis salutare dici potest, quàm vt noui Christiani, veterum diligentiæ commendentur. Quod etiam in primæua Ecclesia in more fuisse, Dionys. Areopagita latissime indicat, de Ecclesiast. Hierarch. cap.9. cùm Fidei candidati, probatæ vitæ susceptoribus traderentur piè, ac salubriter imbuendi, atque officiosè adiu-*
uandi,&c. Naturalis quippè ratio efficit, vt † ho- 34
mines prudentiores sint veluti lex hebetioribus, vt latiùs dixi *1.tom.lib.2.cap.7.n.46.& seqq.*& tradit Ioan. Garcia *in tract. de nobil. in inscrip. num.1 &*
*2.*Vnde † Græci ob præclara ingenia, & persua- 35
sionem intumescebant, & reliquas totius orbis gentes Barbaros appellabant, atque illis se dominari æquum esse putabant, teste Euripide in Iphigenia, dum canit:

Denique, æquum est nos Achiuos imperare barbaris.
Quippè nata est seruituti barbarorum natio,
Cæterùm Graium genus natura statuit liberum.

In quod recidit illud Sophoclis in Aiace: *Parui sine magnorum auxilio dubium sibi constituunt, quasi in arce præsidium. Optima enim illa societas, qua qui ditior est, pauperiorem sibi adiungit, & qui maior est, minorem industria sua regit.* Et Dionys. Halicarnas. *lib. 1.* vbi inquit: *Sempiterna lege receptum esse, vt inferiores subiiciantur, & obediant superioribus.*

Et magis ad rem nostram Athenæus *li.6. Dym-*
nosoph.c.7.n.337.† *Multi* (inquit) *cùm sui ipsorum* 36
domini esse non possint ob animi imbecillitatem, se in prudentiorum dominorum seruitium exhibent, vt ab illis studium consequantur, quod spectat ad res necessarias; atque ipsi contra illis tribuunt, prout seruire possunt. Quomodo Maryandini sese Heracleotis subiecerunt, promittentes se pro mercede semper esse seruituros, si sibi necessaria suppeditarent,&c.

Quapropter eodem Athen. teste † Thessali 37
hos habuere clientes, quos Penestas, vel Mnestas vocabant, eisque veluti seruis vtebantur, & Athenienses similiter, illos Thetas appellantes ob ministeria. De quibus etiam agit Vuesembechius *in §. libertinorum, Inst. de libert.* Camill. Borrel. *de præst. Reg. Cath. cap.18. num.45.* & Callistus Remirez *in tract. de leg. Regia, §.32. num.11. & §.33. num.3.* vbi agit de vassallis seruitutis Regni Aragoniæ,& cur sic appellentur,& quibus

quibus æquiparentur. Et hic mos adeò apud omnes Græcos inualuit, vt Adrian. Turneb. *lib. 12. aduers. cap. 10.* explicans illum locum Terentij, cuius *suprà* mentionem feci:

Ego me tuæ commendo & committo fidei.

38 Id dici putet † more, & instituto Athenienſium, apud quos qui ciues non erant, ſed inquillini, patronum aliquem ſibi optabant, *Quod* προστάτην *νέμειν dicebant, qui autem patronum non habebant, in ius eo nomine vocabantur, appellabaturque illud iudicium* ἀπροστασίου δίκη & conducunt alia, quæ adduxi *ſup, c. 4. n. 95. & 96.*

39 Quod institutum, † ex veteri Romuli lege, etiam apud Romanos obtinuit, dum plebeis hominibus, qui erant à Patriciis ſeiuncti, permiſit, vt ipſorum quilibet Patronum, quem ex Patribus vellet, cooptaret. Et Patronis iniunxit, vt clientibus de iure reſponderent; abſentium, ac præſentium æquè curam agerent: lites pro clientibus eo pacto, quo patres pro filiis ſuſciperent: accuſatorum impetus repellerent, nec teſtimonium in clientes ferre cogi poſſent. Clientibus verò mutua vice mandauit, vt Patronos colerent, atque honorarent, dotem ipſorum filiabus, vbi pauperes eſſent, conferrent: teſtimoniumque aduerſus eos neutiquam dicerent, & modis aliis, quibus poſſent omnibus, grati animi ſignificationem præſtarent, vt refert Plutarch. *in Romulo*. Dionyſ. Halicarnaſ. *lib. 2.* Agell. *lib. 5. noct. Atticar. cap. 12.* Vuolphang. Lazius *de Repub. Rom. pag. 896.* Ioan. Roſ. & eius Addition. Dempſterus *de antiq. Roman. lib. 1. cap. 18.* Læl. Biſciol. *lib. 19. horar. ſubſec. cap. 22.* Paulus Manut. *in ſcholiis ad Cicer. lib. 5. epiſt. ad Atticum, epiſt. 11.* & ex noſtris Eguinar. Baro, Franc. Hottoman. Petr. Greg. Franciſc. Conan. Franc. Polletus, & plurimi alij, quos refert Caſſan. *in Catal. par. 8. conſid. 5.* Freccia *de feud. tit. de orig. Baron. num. 21. & ſeqq.* Borrell. *d. ca. 18. n. 50.* Bobadill. *in Polit. lib. 2. cap. 10.* Cabed. *2. par. deciſ. 104.* Remirez *d.* §. *32. num. 27. & 28.* Ioan. Kilinus, & alij *de verb. iur. verb. Cliens, Patronus, & Ius patronatus*, Cuiac. *in cap. quanto, de iudic. in fin.* vbi obſeruat, † quòd Patro-
40 ni olim *Aduocati* dicebantur; & ipſum ius patronatus, *Aduocatio.* De quo etiam latiùs agit Cochier. in peculiari tractatu, quem de feudalibus aduocatiis ſcripſit, Petr. Faber *lib. 1. ſemeſtr. pag. 40. & 133.* vbi addit, quaſdam cœnas à clientibus patronis dari ſolitas, & quòd eis obſequium deberent, Guidus Pancirol. *in theſaur. variar lection. iur. lib. 1. c. 90. pag. 2. 128. & ſeqq.* 198. Voermſerus *in exercitat. Academicis, exercit. 8. q. 12. pag 363. cum ſeqq.* vbi agit de Patronis, & clientelæ iuribus, & an adquirant iuriſdictionem, Martinus Frecc. *vbi ſuprà lib. 1. cap. 1.* Henric. Roſent. *in eod. tract. cap. 1. concluſ. 8.* & nouiſſimè, & pleniſſimè Martinus Magerus, poſt hæc ſcripta à Me viſus, *in luculento tractatu de aduocatia armata, ſiue clientelari Patronorum iure, & poteſtate, cap. 2. ex num. 1. & cap. 5. q. 1. & ſeqq.*

Quibus addo in noſtrûm Indorum terminis loquentem Ioſeph. Acoſt. *d. lib. 3. de procur. Indor. ſalut. cap. 10.* vbi ad hanc Romanorum con-
41 ſuetudinem reſpiciens, inquit: *Quos † nos Encomenderos, vocamus, meliùs appellari poſſe Patronos, ſiue Suſceptores Indorum.* Prout & in Baronibus tradit Remirez vbi ſuprà, dicens, quòd rectè Patroni vaſſalli clientes dici poſſunt. Cum quo Auctore Ego libenter in hac *Patroni* appellatione conuenio. Eſt enim magis Latina, quàm *Commendatarij*, & non minus apta ad rem, ſiue officium, de quo agimus, deſignandum, vt vel ex ipſius nominis etymologia patere poteſt. † Patronus enim, vt docet D. Iſidor *lib. 10. etymolog. ſol. 69* & Feſt. *de verb. ſignif. fol. 153.* dicitur à 4
Patre, eò quòd ſicut ille filium generans, deducit à non eſſe ad eſſe, ita & Patronus.

Nec minus quadrabit alia etymologia, quam tradit Plutarch. vbi ſup. dum inquit, quendam hominem nomine *Patronum*, ex iis, qui Euandrum in Italiam ſequuti ſunt, imbecillorum curam geſſiſſe, eiſque præſidio fuiſſe, à quo, vt à fauſto omine, Latini nomen *Patroni* acceperunt, pro omni illo, qui alterius eſt benefactor, & auxiliator. Vnde Horat. *lib. 2. epiſt. 7. Pol me miſerum, Patrone, vocares*, Terent. *in Eunuch. act 4. ſcen. 3. Te mihi Patronum cupio, Thais.*

Et † ex his cauſis, atque exemplis dicitur Pa- 4
tronus *Manumiſſor*, *cap. liberti 12, q. 2. Aduocatus, l. ſancimus 2. C. de Aduoca. diuerſ. iudic. Procurator Cæſaris*, ſeu *Defenſor fiſci, l. fin. C. de Aduoc. fiſc. & in Eccleſia, Eccleſiæ benefactor, cap. decernimus 16. quæſt. 7.* cum aliis, quæ prædicti Auctores adducunt. Et quod magis ad rem noſtram facit, † tantopere à Romanis Iu- 4
ſtitia culta fuit, vt ij, qui ciuitates, aut nationes deuictas bello in fidem recepiſſent, Patroni etiam dicerentur more maiorum, vt inquit Cicero *lib. 1. offic.* & Remirez *dict.* §. *32. n. 27. pag. 357. in fine.*

Quo exemplo idem nomen ad feuda protractum eſt, & Patronus etiam pro feudi domino vſurpatur, vt benè aduertit, & probat Roſenthal. *de feud. c. 10. concl. 7. n. 6. & 15.* & Magerus, plures alias huius nominis acceptiones adducens, *d. c. 2. n. 156. & ſeqq.*

Secunda quoque ratio, quam ſuprà pro defenſione harum Commendarum adduximus, ſumpta, ac petita ex neceſſitate retinendi, & conſeruandi in his prouinciis, primis earum Conquiſitoribus, & aliis Nobilibus, ſtrenuiſque Militibus; qui eas colerent, & defenderent; non minoris ponderis, ac iuſtificationis cenſeri debet. Nam vt inquit Acoſta *d. lib. 3. c. 11. pag. 317.* † *Nouus hic Orbis Regi vſque adeò longè poſito, ſubactus, in illius ditione retineri nullo modo poſſet, niſi à quibus erat quæſitus, ab iiſdem cuſtodiatur, vt licentiam Barbarorum frænarent, & à finitimis tuerentur, & noſtris demum legibus aſſuefacerent.* Neque † enim minus eſt (vt Ouidius dixit) quàm quærere parta tueri, imò verò maius, ac difficilius, vt Nazianzen. probè aſſerit *inuect. 1. contra Iulianum.* Atque ita præciſum fuit, † eos his Commendarum commodis quaſi vinculis alligare, vt in peregrina terra homines alioqui patriæ amantiſſimi tenerentur, fierentque nouæ Reipublicæ cultores, atque amplificatores ſtudioſi, fixáſque ibi ſedes collocarent. Quod cum eis in ipſarum Commendarum conceſſione paciſcimur, vt ſuo loco dicemus.

Poteſtq; hac de cauſa (vt & ſuperior) ex ſapientiſſimæ Romanæ Reipublicæ ſimili conſuetudine roborari, † quæ vbi Colonias ſuas in ſubactas prouincias deducebat, & extendebat, quò eas magis firmaret, ac defenderet nouos Colonos, & præcipuè veteranos, & emeritos milites, qui in eis ſubigendis inſudauerant, domicilio illarum donatos

natos, variis priuilegiis, ac commoditatibus prosequebatur: & inter alia, pro virtutis præmio, agros, vel prædia opima assignare solebat, vel reditus ex prædiis tributariis, & stipendiariis, aut limitrophis, ex quibus commodè, & honorificè sustentari possent, vt constat † *ex l. in agris, D. de acquir. rer. domin. l. item si verberatum*, 15. §. *item si fortè, D. de reiuindic.* ibi. *Et ager militibus assignatus est, l. Lucius* 11. *D. de euictiom* ibi: *Præcepto principali partim distractas, partim veteranis in præmia assignatas, l.* 1. *& per totum, C. de fundis Limitrophis, lib.* 11. *l. nulli, C. de fund. patrimon. eod. lib.* iunctis aliis, quæ tradit Cicer. *Philip.* 5. *& lib.* 11. *epist. fam. epist.* 19. *&* 20. Siculus Flaccus, & Frontinus *in lib. de condition. & qualitat. agrorum*, Higynius *lib.* 2. *de limitibus*, ibi: *Diuisi, & assignati sunt agri, qui veteranis personis aliisque per centurias certo modo adscripti, aut dati sunt, &c.* Budæus *in annot. ad l. Herennius, D. de euiction. pag.* 691. Tiraq. *in notis ad Alexand. lib.* 6. *genial. cap.* 10. *pag.* 895. *& lib.* 4. *cap.* 18. *Alciat. lib.* 1. *parerg. cap.* 38. Lucas de Pena *in l. quicunque, la* 2. *C. de omni agro deserto, vol.* 2. *lib.* 11. Forcat. *in Neciomant. iur. dialog.* 18. *& seqq.* Brisson. & Kalinus *de verb. iur. verb. Assignatus ager*, Cuiacius *lib.* 2. *obs. cap.* 9. Hottoman. *quæst illust. cap.* 1. Balduin. Pichar. & alij *in* §. *item ea*, §. *per traditionem, Inst. de rer. diuisione*, idem Pichardus *in* §. *quod si fugerit, n.* 20. *Inst. de empt. & vend.* Callistus Remirez *d.* §. 32. *n.* 27. Marinus Freccia, & alij *sup. num.* 39. relati, & Balthasar Ayala *de iure belli lib.* 3. *cap. fin. n.* 8. vbi postquàm præmia, & priuilegia militaria connumerauit, quibus milites à Romanis donari solebant, hæc maximè habita esse dicit: *Vt post exhaustos labores milites emeritis stipendiis, sanguine, & sudore partis agris donarentur; hos enim lectissimos fructus, velut opimam prædam laborum, periculorumque accipiebant*: & idem tradit noster sæpè laudatus D. Amaya *libr.* 1. *obseru. cap.* 1. & nouiss. D Nicol. Ferd. à Castro *exercit. Salmant.* 1. *n.* 21. *pag.* 31. *& exercit.* 3. *n.* 148. *pag.* 510.

Tertia verò & vltima ratio, quæ ad remunerationem Conquisitorum, & benemeritorum in his Commendis spectat, non debet minus iusta, atque efficax iudicari, vt benè etiam aduertit, & prosequitur Ioseph. Acosta *d. lib.* 3. *c.* 11. *pag.* 317. *& seqq.* Neque † enim poterant Reges nostri, aut perquàm ægrè poterant, tantos tot hominum sudores præmio pari afficere, nisi in Nouo Orbe, illorum virtute parto, potentiam, quæstúmque partirentur. Nam neque isti alioqui contenti essent, & cæteris similia audendi, aggrediendique cupiditas omnis extingueretur. Maximè † cùm Nostri Duces, & homines, in his Noui-Orbis expeditionibus, suis ferè semper expensis militauerint, neque stipendium aliquod à Rege, vel de publico acceperint, veteres † illos Romanos imitantes, qui, vt scribit Dionysius Halicarnas. *lib.* 4. vsque ad tempora Tulli Regis, propriis sumptibus militarunt, vel, vt arbitratur Sabellicus *libr.* 4. *Æneid.* 5. vsque ad bellum Massinissæ cum Siphace, vel iuxta Titum Liuium *lib.* 4. *decad.* 1. vsque ad Anxurij oppidi captum, quod nunc *Terracina* vocatur, anno ab Vrbe condita 348. Quo tempore † cœperunt Patres certa militibus stipendia præfigere, & solidis soluere, quapropter Solidati appellati sunt, & hodie quoque apud nos vulgari nomine, *Soldados*, dicuntur, vt vltra alios obseruat Marinus Freccia *d. cap.* 1. *num.* 11. *& sequentib.* Petrus Gregor. *lib.* 14. *syntagm. cap.* 10. *nu.* 16. vbi etiam agit de Solduriis Gallorum, de quibus infrà *hoc libro cap. fin. dicemus*, & D. Sebastian. à Couarruuias *in Thesauro linguæ Hispanæ, verb. Soldado.*

Vnde † meritò queri possent primi illi Conquisitores, & hodie poterunt, qui eis successerũt, vel qui illos in similibus expeditionibus imitantur, si ex tot, ac tantis prouinciis, & diuitiis, suo sudore, sanguine, & expensis Nostris Regibus partis, nullum ipsi commodum, præmium, & honorem consequerentur. Quia, † vt Cassiodor. inquit *lib.* 2. *epist.* 28 *Exprobrata militia creditur, quæ illaudata, & irremunerata transitur: & etiam equi, & bruta animalia spectare videntur præmia sua, & tanta iustitiæ vis est, vt neque illis tardiùs detur laboris pretium qui sentire non poterant denegatum.* Et † quia hominibus semper carissima esse solent, quæ militari periculo, sudore, & sanguine acquiruntur, vt ex pluribus Scripturæ locis rectè obseruat Martinus Delri. *in Adagiis sacris, tomo* 1. *adag.* 85. *pag.* 80. & pluribus ornat, & prosequitur huius liberalitatis, & remunerationis necessitatem, & vtilitatem ostendens, Adam Contzen *libr.* 3. *Politicorum, cap.* 9 *per totum.*

Et † Reges ipsi Regio muneri, & naturali, ac ciuili iuri non satisfacerent, si in eiusmodi præmiis, & remunerationibus præstandis, & hilariter exhibendis, iuxta laborum, seruitiorum, meritorumque rationem deficerent, & operam sedulam non nauarent. Est quippè † vnus ex præcipuis legis, ac Regis effectibus, præmia pro meritis vnicuique tribuere, *l. & virtutum, C. de statutis, & imag. l.* 1. *D. de iustitia & iure, l.* 3. *tit.* 1. *part.* 4. *cum similibus* congestis à D. Ioann. Valençuela *consil.* 82. *numer.* 34. Et † non solùm naturali ratione, verùm & instinctu quis tenetur benè seruientibus, ac de se meritis competentem remunerationem præstare, *l. sed si lege*, §. *consuluit, D. de pet. hæred. l. Attilius Regulus*, vbi DD. *D. de donat. l. si pignore, D. de furt.* Alexand. ab Alexand. omninò videndus, *lib.* 5. *Genial. cap.* 1. *vers. Tum ego*, & Seneca *epist.* 28. *ad Lucil.* sic inquiens: † *Credamus nihil esse grato animo honestius, omnes hoc vrbes, omnes etiam ex barbaris regionibus gentes clamant. In tanta iudiciorum diuersitate referendam benemerentibus gratiam, omnes vno ore affirmant, in hoc discors turba consentit.* Cui conuenit M. Tullius in orat. pro Caio Rabirio, Ioann. Stob. *in sermone de Repub.* Sebastian. Foxius *libr.* 2. *de Regis inst.* & alij relati à Simancas *lib.* 1. *de Repub. cap.* 20.

Quod in Regibus, & Principibus longè exuberantiùs procedit, † quorum beneficia, præsertim vbi bellicos labores remunerantur, plenissima, & cumulatissima esse debent, vt docet elegans text. *in c.* 1. *de donat. & in l. beneficium*, vbi latè Ias. & alij, *D. de constit Princip.* & meliùs leges nostri septem partiti iuris, † quæ in hac cura omnes alias totius orbis excedunt, vt ipse Rex Aldephonsus earum Auctor testatur *in l.* 3. *tit.* 1. *partita* 1. & ita de ea passim mentionem fecerunt; sed præcipuè *in l.* 1. *& per tot. tit.* 27. *de los galardones, par.* 2. *l.* 1. *&* 23. *tit.* 21. *& dict. tit.* 10. *ead.*

ead. part. ibi : *Primeramente, faziendo bien à ca-*
da vno, segun lo merecieffe. Ca esto es assi como
la agua que faze crecer todas las cosas : & in l.
57. *tit.* 18 *par.* 3. vbi inquit : *Fermosa gracia es la*
que el Rei faze por merecimiento de seruicio, que
aya alguno fecho, ò por bondad que aya en si, &c.
63 Vbi Greg. addit, † *Pulchra est ista lex, & meritò*
dici pulchram gratiam, quæ fit in remuneratio-
nem seruitiorum, cùm tunc non dicatur contra
ius, sed potiùs secundum iuris dispositionem, vnde
tanquam beneficium, est latissimè interpretanda, &
in dubio non præsumitur personalis, sed realis, &c.
64 Quod etiam † latissimè probant, & prose-
quuntur innumerij alij, quos refert Tiraq. *in l. si*
vnquam, verb. Donatione largitus, ex num. 12.
C. de reuocand. donat. Petra *de potestate Prin-*
cip. cap. 32. *dubit.* 2. *principali, num.* 138. Hip-
polyt. Rimin. *in princip. Instit. de donat. num.*
55. *& in* §. 1. *eod. tit. num.* 12. 20. *& seqq.* vbi,
65 † quòd nullæ donationes factæ à Principe in re-
munerationem seruitiorum immensæ videri de-
bent, Menoch. *cons.* 331. *num.* 75. *&* 76. *vol.* 4.
Cæsar de Grassis *decis.* 2. *de donat. num.* 18. Man-
tica *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *tit.* 15. *num.*
16. *& lib.* 21. *tit.* 4. *num.* 7. Stephan. Grat. *tom.* 2. *dis-*
cept. cap. 368. *num.* 13. Tiber. Deci. *cons.* 25. *vol.* 1.
D. Valençuela *dict. cons.* 82. ferè *per totum*, Bur-
gos de Paz *cons.* 25. *ex num.* 16. Ioan. Garcia *de no-*
bilit. gloss. 1 §. 1. *num.* 14. *& fol.* 41. *num* 41. Andr.
Canonher. *in Aphor. polit. pag.* 778. Ægid. Be-
ned. *in l. ex hoc iure, D. de iust. & iure,* 1. *tom.*
cap. 10. *num.* 68. Mag. Marquez *in Gubernat.*
Christ. lib. 2. *cap.* 3. Bobad. *in Polit. lib.* 1. *cap.*
66 3. *num.* 81. *& cap.* 6. *num.* 27. vbi inquit, † be-
nemeritorum præmia in similium gaudium redun-
dare. Nos infrà hoc eodem *lib. cap.* 2. *num.* 47. *&*
seqq. Et Scipio Amiratus *lib.* 2. *dissert. polit. cap.* 7.
67 *in fin.* vbi ait, quod † cum probè facta nullis præ-
miis, ac laudibus afficiuntur, tunc ad deteriora ho-
mines inuitantur; sumpto videlicet eo argumento,
quòd si bona opera non remunerantur, ergo ne-
que mala punientur.

Eóque respiciens Cassiod. *lib.* 1. *var. epist.* 42.
68 inquit : † *Remuneratio meritorum iustum domi-*
nantis prodit imperium, apud quem perire nes-
cit, quòd quempiam laborasse contigerit : & *lib.*
69 3. *epist.* 11. *Beneficia siquidem sunt, † quæ Reg-*
na sublimant, & libertatis dominus iugiter po-
test crescere, si sibi subiectos studeat ampliare.
70 Quæ verba mutuatus videtur ab † Imper. Iusti-
nian. in Auth. vt iudices sine quoquo suffrag. §.
cogitatio igitur, collat. 2. vbi inquit, quòd licèt,
Princeps immodicum quæstum de suo imperio
diminuat, in eo tamen augebitur, si subiecti
incrementum maximum percipiant, quia tunc,
& imperium, & fiscus abundabit, vtens vas-
sallis locupletibus, & eis consonant alia, quæ
adduxi *suprà lib.* 1. *cap.* 15. *num* 53. *& seqq.*
Tiber. Decian. *dict. consil.* 45. *num.* 53. & no-
uissimè plura alia adducens Dom. Valençuela
71 *consil.* 161. *num.* 42. *vol.* 2. vbi, quòd † vnicum
Reipublicæ fundamentum est benemeritorum re-
muneratio.

72 Et hac propter † nullum vsquam Regnum,
nulla vsquam Respublica fuit, quæ militibus
magna aliqua perficientibus, eximia aliqua præ-
mia non concederet, etiam in eorum posteris
duratura, vt constat *ex tit. D. & C. de vete-*
ran. & priuileg. veteran. §. *filiis autem, In-*
stit. de excusat. tutor. vbi plura adducit Balduin.
omninò videndus, & plurima Claudius, Cote-
ræus, Georgius Acacius, Balthas. Ayala, &
alij, qui peculiares tractatus de illis scripserunt,
& Gentianus Heruetus *in notis ad Clement. A-*
lexand. lib. 1. *strom. cap.* 3. *pag.* 312. vbi præmia
varia pro meritorum varietate constituta esse
ostendit, tam in hac vita, quèm in æterna. Et
in hoc inquit Cæl. Rhodig. *lib.* 7. *antiq. lect.*
cap 28. Summum † fastigium facinorum Ale- 73
xandri Magni constitisse. Idémque de Pyrrho
Epirotarum Rege tradit Plutarchus *in eius vita*:
Alacris, & promptus ad rependendam gratiam;
& Antonius Panorm. *lib.* 1. *de dict. & fact. Al-*
phons. Reg. Arag. ait : *Regem illum à nemi-*
ne vnquam gratitudine, & officio se vinci
passum.

Atque ita videmus, multum in nostris termi-
nis, † Deo Auctore, & distributore Iosue, 74
Israëliticas Tribus terram Promissionis, quam
ipsæ debellauerant, sortitas fuisse, vt habetur
Iosue 13. & deinceps, & prosequitur Mag. Mar-
quez *vbi sup. lib.* 2. *cap.* 31.

Et eandem causam, & originem † habuerunt 75
feuda, quæ in Germania, Longobardia, & aliis
prouinciis adeò percrebuerunt. Nam Imperato-
res, & domini superiores, qui regiones aliquas,
bello subactas, suis adiiciebant Imperiis, vt eos
quorum opera, & virtute in illis vsi fuerant, re-
munerarent, vel etiam, vt ad eas regendas, &
conseruandas aliquorum industria iuuarentur, in-
ter eosdem oppida, & prædia, aut prouincias
aliquas, præsertim limitaneas, partiebantur;
vt permanente supremo omnium penes conce-
dentem imperio, eique fidelitate, & recogni-
tione iurata, qua se illius homines, hoc est,
quasi clientes profiterentur, & quasi pro patro-
no colerent, ipsi milites in eisdem terris, vel
oppidis iurisdictionem haberent, fructúsque, &
prouentus ad honorificam sui sustentationem
perciperent, & oppida, ac vassallos sibi com-
missos in fidem, ac clientelam admitterent.
Vestigiis Græcorum, & Romanorum in hac
adinuentione insistentes, qui pariter ob simi-
les causas patronatus, & clientelas, & agro-
rum distributionem inter milites introduxe-
runt, & tribuna, & stipendiaria prædia, de quibus
suprà loquuti sumus.

Et hanc † concessionem *feudum* appellarunt,
vel à fidelitate, quam promittebant, vel à con-
ditionibus, seu fœderibus, quæ cum supremis do-
minis percutiebant, vt ad reductionem variarum,
& contrariarum in hac feudorum origine opinio-
num, rectè innumeris relatis resoluit, & conclu-
dit Marin. Freccia *in d. tract. de feudis, lib.* 1. *c.*
1. Rosenthal. *c.* 1. *concl.* 8. Claud. Coteræus, om-
ninò videndus, *de iur. & priuil. milit. lib.* 3. *cap.*
20. *inter tract. Doct. fol.* 451. Guid. Pancirol. *in*
Thesaur. var. antiq. lib. 1. *c.* 90. *pag.* 130. Kali-
nus, & alij *de verb. iur. verbo Feudum*, Calli-
stus Remirez *d. tract. de lege Regia*, §. 23. *n.* 18.
Ioan. Garc. *de expens. c.* 12. *n.* 13. & alij, quos
refert Iul. Clarus, & Baiard. §. *feudum, q.* 1.
Vincent. Cabotius *lib.* 2. *var. disput. cap. vlt* Ca-
millus Garlin. *de verb. signif. lib.* 9. *c.* 28. *ex n.* 8.
vbi nouis considerationibus defendere tentat, feuda
antiquitus, tempore Romanor. originem habuisse,
Morn. *in notis ad l. Luc. D. de euict. pag.* 549. vbi
inquit feuda esse inuecta à subigẽtibus, finesq; pro-

pagantibus

pagantibus Francis, ad similitudinem adsignationis agrorum, quos Romani in debellatis prouinciis militibus reseruabant, Martin. Magerus de aduocatia armata, *c.15.n.65.pag.651.* vbi ait, feuda ex consuetudine Germanorum originem traxisse.

Et ne longiùs extranea exempla petamus, idem in Hispania nostra contigisse, ex antiquis
7 historiarum monumentis agnoscimus. † Nam vbi per nostros Reges à Maurorum inuasione, & occupatione vindicabatur, strenui duces, ac milites, qui eos in his bellis iuvarunt, ob virtutis præmium multa oppida, castra, arces, & agros limitaneos acceperunt; vel in ipsis vrbibus recenter recuratis, ad earumdem tutelam, & ornatum manere iussi, pluribus possessionibus, aliisque beneficiis, & honoribus donati
8 sunt. Ex quibus tot † nobilissimi Proceres, & vassallorum Domini originem habuerunt, & tot Maioratus, qui eandem Hispaniam nostram illustrant, vt constat ex *l.52. tit.18. p.3.* & latiùs prosequitur Bobad. *in politic. lib.2. c.16. n.81.* vbi rectè docet, hos esse veluti neruos, & ossa corporis politici, illisque sublatis, eius periculum imminere, Callistus Remirez, qui alios plures adducit *in d. §. 32.* Salazar de Mendoça *in*
9 *tract. de orig. dignit. Hispaniæ*, & in specie † ad nostros Indorum Commendatarios, hoc exemplum applicans, Ioseph. Acosta *d. lib.3. c.11. pag. 317.* & Ant. de León *in d. tract. de confirm. Regiis, 1. part. c.18. n.23.* vbi inquiunt, in illis, perinde atque vmbra, quandam Hispaniæ Procerum repræsentari cum subditis, siue vt nostri vocant, vassallis, imparitatem.

0 Quemadmodum † & dicti Maioratus feudorum instar in multis esse videntur, ita vt de his ad illos regulariter valeat argumentum, quamvis negari non possit, quin in pluribus differant, vt post Baldum *in l. cùm in antiquioribus, num.6. C. de iur. delib.* Paulum de Castro *cons.164. col.1. lib. 2.* latè tractat Molina *de primog. lib.1. cap.7. nu.1. & 6.* Burgos de Paz *in proœm. l. Taur, ex num.72. ad 81.* Parlad. *in sesquicentur. different.19* Couar. *lib.3. var. cap.5. num.5.* Padilla *in l. vnum ex familia, §. si de falcidia, num.7. in fin. D. de leg. 2.* Greg. Lopez *in l.6. tit.11. part.6. verbo, Que la non pudiesse*, Matienzus *in l.6. gloss.3. num.26. & 31. tit.7. lib.5. recopil.* Ant. Gomez *in l.40. Taur. nu.77.* Martha *de clausulis, 2. part. claus.78. numer. 3. & 5.* Gama *decis.51. numer.5.* Mieres *de maiorat. 2. part. quæst. 6. ex num. 20.* & alij, apud Valascum *in axiomat. iur. lit. A. n.425.* nouissimè D. Valençuela *cons.113. n.49. vol. 2.*

Ex quibus, ni fallor, satis sufficienter colligitur, quot ac quantis rationibus, & exemplis Commendæ nostræ muniantur, & defendantur, & quàm iustis de causis benemeriti huius No-
1 ui-Orbis Conquisitores illis remunerentur. † Quod plurimis etiam Regiis schedulis expressis verbis ostenditur, & deciditur, quæ reperiuntur *in 2. tom. impress. ex pag.185.* & optimè obseruat Ant. Herrera *in d. hist. gener. Indiar. decad.4. lib.2. cap.5. & 11.* & alibi passim, vbi causas, & curam harum remunerationum recenset, & idem nouissimè præstat Fr. Ioan. Zapata *in tract. de iust. distrib. 1. part. cap.4. num.18* vbi inquit, & probat, quòd Noui Orbis Duces, siue *Conquistadores*, debent remunerari, atque aliis præferri, vtpotè qui propriis sumptibus, labore, & industria hunc Nouum-Orbem acquisierunt, & antiquo accumularunt; & partum conseruant, & in totius Regni bonum, & vtilitatem protegunt, & tuentur, & tot affecti ærumnis, Imperium Hispanum ita latè propagarunt, & nomen suum nobilitarunt, & argenti, atque auri immensam vim nobis communicarunt, Et ante eos Ioan. Matienz. *in tract. Manuscript. de moderat. Reg. Perù, cap.14. & 24.* & Greg. Lopez *in l.2. gloss.1. tit.18. part.2.* vbi occasione illius textus qui legalitatem, seu fidelitatem Hispanorum super alias nationes extollit, eosdem
† ob inquisitionem, & acquisitionem huius Noui-Orbis plurimis honoribus dignos esse inquit: 82
Quia vocarunt ad Fidem Christi incognitas vsque ad hæc sæcula gentes, in Oceani sinus, atque recessus, vt meritò de Hispania dici possit illud Isaiæ vaticinium: Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis, & gentes, quæ te non cognouerunt, ad te current propter Dominum Deum tuum, & Sanctum Israël, quia glorificauit te, &c.

Quibus inspectis, aptè mihi his Conquisitoribus congruere videtur † oratio Caroli Magni 83
Romanorum Imperatoris ad nobiles Francos, & Germanos, subactis Saxonibus, quam refert Eguinarthus in eius vita, & Simon Maiol. *in dieb. Canicul. tom.5. colloq.2. de bellor. euent. in fine*, dum ita eos alloquutus narratur: *Ite Milites mei, vos Heroës vocabimini, Socij Regum, Iudices criminum; viuite posthac laboris expertes, consulite Regibus publico nomine, fauete orphanis, iuuate pupillos, consilio circundate Principes, ab his victum, & vestitum, & stipendium petite. Si quis negauerit, inglorius infamisque esto: si quis iniuriam vobis intulerit, reum se Maiestatis agnoscat. Vos autem cauete, ne tantum decus, tantumque priuilegium, iusto bellorum labore partum, aut ebrietatis, aut scurrilitatis, aut alio quovis vitio maculetis, ne quod largimur vobi, ad gloriam, redundet ad pœnam, quam de vobis sumendam si fortè excesseritis, nobis, & successoribus nostris Romanorum Regibus perpetuò reseruamus.* Hucusque oratio Caroli Magni, Cuius verba † respe- 84
xisse videtur *l. 1. tit. 21. part.2.* ibi: *Los nobles omes, que fueron puestos para defender las tierras*, coniuncta *l.23. eiusdem tit.* ibi: *E porende los Reyes les deben honrar como aquellos con quien han de fazer su obra, guardando è honrando à si mismos con ellos, è acrecentando su poder, è su honra: E todos los otros comunalmente les deben honrar, porque les son como escudo, y defendimiento.*

CAPVT II.

De Commendæ Indorum diffinitione, & de iure, quod per eam Patrono, seu Commendatario præstatur, & an, & quatenus feudo, vsufructui, emphiteusi, maioratui, & donationibus, quæ sub modo, similis sit.

SVMMARIVM.

1 *Commendæ Indorum diffinitio proponitur, & illustratur.*

2 *Diffinitio bona, quas leges habere debeat?*

L.1. §. dolum, D. de dolo *illustratur, ibidem.*

3 *Tributa Indorum, vt & dominium, & vassallagium eorum ad Regem pertinent pleno, & directo iure.*

4 *Indorum tributa, & commendas Rex benemeritis largitur.*

5 *Legatum cur diffiniatur delibato hæreditatis?*

6 *Dominium directum in commendis Indorum apud concedentem manet, & vtilitas in commendatarium transit, vt & in feudo emphyteusi, & superficie.*

7 *Dominij directi, & vtilis distinctio, & separatio, quibus probetur, & à quibus tractetur?*

8 *Vsusfructus in quo consistat, quatenus Commendis Indorum assimiletur?*

9 *Statutum loquens de vsufructuario, extenditur ad alios habentes iura vtilia.*

10 *Dominium, vel ius vtile qui habent, illud certis casibus amittere solent, vt ad proprietatem redeat.*

11 *Commendæ Indorum certis casibus finiuntur, & ad Regiam Coronam, à qua exierant, reuertuntur.*

12 *Commendatarij Indorum nullum ius in illis acquirunt, sed tantùm gaudium, siue fruitionem tributorum, & schedulæ de hoc agentes.*

13 L. 1. §. qui in perpetuum, D. si ager vectig. & & l. 1. D. de superficieb. *& aliæ similes expenduntur, & explicantur.*

14 *Fruitio siue gaudimentum alicuius rei si alicui conceditur, quid ei dari videatur?*

15 *Vsusfructus plenius, & integer, etiam si alicui legetur, adhuc proprietas ei legata non videtur.*

16 *Commendæ Indorum in quo consistant, & quod ius in Commendatarios tranferant, rectè expresserunt Acosta, & Matienzus quorum verba referuntur.*

17 *Patroni, siue Commendatarij Indorum non possunt erga illos prætendere proprietatem, aut iurisdictionem.*

18 *Clientelæ, vel patrocinio alterius se committentes, nullam ei in se ipsos iurisdictionem, vel vassallagium tribuunt.*

19 L. 8. tit. 6. lib. 1. & l. 10. tit. 3. lib. 6. recop. de *Commendis, vel clientelis Magnatum Hispaniæ agentes, expenduntur.*

20 *Schedulæ aliquæ Regiæ, quæ in Commendis Indorum videntur concedere dominium, proprietatem, & possessionem, explicantur.*

21 *Dominij appellatio benè potest, & sæpè solet ad vtilem tantùm. restringi.*
L. vsusfructus 4. D. de vsufr. & l. rectè dicimus de verb. signif. *explicantur, ibid.*

22 *Vsusfructuarius qualiter possit dominus appellari, & nomen dominij vsufructui conuenire?*

23 *Dominij appellatio simplex sufficit, vt in vtili tantùm dominio accipi possit.*

24 *Proprietas, & dominium an idem significent, & qualiter ab aliquibus distinguantur?*

25 *Proprietatis verbo etiam si lex vtatur, de vtili tantùm dominio accipi potest.*

26 *Actionem realem intentans, obtinebit, etiam si vtile tantùm dominium probauerit.*

27 *Indi quamvis commendari dicantur, & in* Cacico, *& aliis Indis possessio Commendæ dari, & apprehendi soleat, non tamen ob id quicquam in illis præter tributa præstatur.*

28 *Seruitium personale licèt in aliquibus prouinciis ab Indis per Commendatarios exigatur, hoc naturam Commendæ non mutat, & quare?*

29 *Seruitium personale nullatenus tributi nomine ab Indis exigi posse, statuit schedula nouissima ann. 1633.*

30 *Illicitè, & abusiuè, quæ fiunt, ius commune non lædunt, nec innouant.*

31 *Commendæ Indorum maioratibus assimilantur, & de his ad illas valet argumentum, & quare?*

32 *Maioratus possessor non solùm vsumfructum, & vtile dominium rerum maioratus habet, sed etiam directum ex veriori, & receptiori opinione.*

33 *Maioratus possessor fideicommissario ferè in omnibus comparatur.*

34 *Maioratus possessor cur habeat directum dominium, & non Commendatarius Indorum nec fideicommissarius?*

35 *Dominium rerum maioratus in pendenti, aut sine subiecto esse non potest.*

36 *Commendæ Indorum à maioratibus in pluribus differunt.*

37 *Commendæ Indorum feudis similes sunt, & vsufructui, & emphyteusi, & qualiter inter hæc valeat argumentum.*

38 *Commendatarij Indorum solent appellari feudatarij, & quare?*

39 *Feuda, aut feudorum imitatio in nostra Hispania in quibus reperitur?*

40 *Commendæ Indorum non possunt dici feudum rectum, sed degenerans, & de differentiis inter hæc.*

41 *Feudales dispositiones ad alias materias non feudales facilè trahere non debemus.*

42 *Commendæ Indorum magis similes sunt donationibus, quæ sub modo; & quare?*

43 *Donatio est liberalis, & gratuita datio, & an remuneratoria sit vera donatio? remissiuè.*

44 *Commendarum largitiones gratuitas esse, licèt remuneratorias, quædam Regia epistola tradit, quæ refertur.*

45 *Donationes, adiectis aliquibus legibus, vel oneribus, modificari solent, & idem in Commendis Indorum.*

46 L. 6. tit. 4. p. 5. *expenditur, & illustratur.*

47 *Donatio licèt soleat directum dominium transferri in donatarium, benè tamen consistit in solo vtili, si de eo solo donando agitur.*

48 *Commendatarij Indorum non sunt hodie, nec dici possunt eorum depositarij, licèt olim sic, & num. 50*

49 *Commendatarij seculares, & Ecclesiastici, temporales, & amobiles, non habent titulum.*

51 *Depositarius neque titulum, neque proprietatem, possessionem, aut fructum rei depositæ habet.*

52 *Concessio facta ad vitam alicuius habetur pro perpetua.*

53 *Officia concessa ad beneplacitum Principis censentur perpetua.*

54 Commen

54 *Commendatarij Indorum hodie titulum legitimum habent, & aliis titularijs perpetuis æquiparantur.*

55 *Schedulis pluribus de Commendatariorum titulis mentio fit.*

56 *Arrharum computatio, & bonorum ex quibus deducendæ sunt, æquè in Commendatariis Indorum, ac in possessoribus maioratuum facienda est.*

57 *Commendæ in diffinitione cur dicatur,* Benemeritis Noui Orbis dari solere?

58 *Commendas Indorum benemeritis prouinciarum Noui Orbis dari debere plures schedulæ, & Auctores testantur, qui referuntur.*

59 *Conquisitores qualiter de Commendis sibi dandis cum nostris Regibus pepegisse videantur? ex Acosta.*

60 *Conquisitoribus, & benemeritis Noui Orbis debentur Commendæ, non solùm ex iustitia distributiua, sed etiam ex commutatiua, ex Zapata.*

61 *Commendæ plures, & quidem pinguiores hodie dari solent Magnatibus, & aliis Nobilibus Hispaniæ, & quòd hoc est iniustum & damnosum, & quare?*

62 *Indiarum prouinciæ quæri possunt ob Commendas Indorum, quæ alienigenis dantur, & quare?*

63 L. Præses, C. de seruit. & aquà *expenditur, & ex verbis Cassiodori, & aliis Auctoribus illustratur.*

64 *Regna, & Principatus eisdem modis, & artibus conseruari debent, quibus quæsita sunt.*

65 *Regna, & prouinciæ Indiarum ob commendarum præmia Regibus nostris quæsita, & stabilita fuerunt.*

66 *Benemeritorum de Nouo-Orbe querela ob datos alienigenis fructus Commendarum sibi debitos, & à se partos, non est inanis, nec contemnenda, ex Acosta.*

67 *Virgilij carmen eclog. 1. de querela Melibæi ob agros suos ad alienos translatos, expenditur, & exponitur.*

68 *Barbari, omnes extranei, & alienigenæ, vocari solebant.*

69 *Principem nihil æquè decet, ac tuetur, quàm beneficentia, & beneuolentia in vassallos benemerentes.*

70 *Prouincias & terras nouiter partas faciliùs, & liberaliùs debet Princeps inter earum Conquisitores distribuere, & de huius distributionis æquitate, & vtilitate.*

QVæ superiore capite prælibauimus, viam nobis sternunt, ad proponendam, & faciiùs intelligendam Commendarum (de quibus gimus) diffinitionem. Quæ licèt à nemine ucvsque tradita sit mihi ita describi posse vietur, † vt Commenda Indorum sit, *Ius quodlam ex Regia largitione benemeritis Noui Orbis oncessum, vt tributa Indorum pro sua, & alteius hæredis vita, iuxta præscriptam formam in ege successionis, percipiant, cum onere eosdem ndos in spiritualibus, temporalibusque iuvandi, & prouincias, in quibus hoc præmio afficiuntur, inolendi, & defendendi; ipsique Regi hac de causa eculiare homagium, siue iuramentum fidelitatis raestandi.*

In qua diffinitione, priora verba generis loco ponuntur, posteriora verò, Commendam ita à feudo, & aliis iuribus similibus separant, & discriminant, vt eam propriis cancellis, & limitibus claudant, & omninò cum suo definito conuertant, † iuxta bonæ diffinitionis regulas, quas 2
constituit Bartol. & DD. per textum ibi *in l. 1. § dolum malum, D. de dolo malo* Decius *in Rubric. de probat. nu.* 4. Cagnolus *in l. omnis definitio n. 66. D. de reg. iur.* Euerad. *in topicis legal. loco* 44. Sebast. Medices *de diffinition. lib. 1. q. 4 n. 41.* Pinel. *in rubr. de rescind. 2. par. cap. 3. n. fin.* Valascus *de iure emphyt. 1. p. q. 1. n. 18.* & Ferd. Mendoza *de pact. lib. 3. cap. 1. in principio.*

Et quoniam de his peculiaribus legibus, & oneribus, quæ in Commendis Indorum reperiuntur, infrà distinctis capitibus acturi sumus, illud tantùm nunc adnotabimus, Commendam diffiniri: *Ius percipiendi tributa Indorum ex Regia largitione*, vt † significemus, hæc quoq; tributa 3
propriè & originariè, plenóque, ac directo iure, ad Regem pertinere, quemadmodum & dominium, & vassallagium Indorum, iuxta ea quæ diximus 1. *tom. lib. 2. c. 6. n. 29. & suprà hoc tomo lib. 1. c. 1.* Qui † tamen ex rationibus, de quibus 4
egimus *in cap. præcedent.* ea benemerentibus largiri permisit, non aliter atque in legatis contingit, † quæ ea de causa delibationem hæreditatis 5
vocat I. C. *in l. legatum, D. de leg. 2.* quia testator ex eo, quòd vniuersum hæredis foret, aliquid alicui collatum velit.

Et magis ad rem nostram accommodatè, in feudo, emphyteusi, vel superficie, † in quibus 6
directum dominium penes concedentem manet, vtile verò (vt docendi gratia Auctores communiter vocant) vel quasi dominium, aut ius dominio proximum (vt Neotherici malunt) in feudatarium, emphyteutam, vel superficiarium transfertur, iuxta textum *in cap. 1. § rei autem de inuest. de re aliena facta, l. 1. § qui in perpetuum, D. si ager. vectigal. vel emphyteuticar. l. si domus 74. § fin. in fine, D. de leg. 1. possessores, C. de fund. patrim. lib. 1. l. superficiario 74. D. de reiuindic.* iunctis aliis, † quæ de hac distinctione, & 7
separatione dominij directi, & vtilis tradunt DD. *in eisdem iuribus*, glos. *in l. ex legato, C. de legat.* Bart. *in l. ex hoc iure n. 5.* vbi etiam cæteri DD. *D. de iust. & iur. & in l. naturaliter, § nihil commune, num. 14. D. de acq. poss. & in l. si quis vi, § differentia num. 5. D. eodem*, vbi Alexand. *numer. 7.* & Alciat. *num. 6.* Rubeus *in eod. § nihil commune num. 90.* Anton. Gomez *in l. 60. Tauri, num. 1.* Pinel. *in l. 1. C. de bon. mater. num. 11.* Sarmient. *lib. 3. select. cap. 2. num. 16.* Aluar. Valasc. *de iur. emphyt. 1. part. quæst. 13* Mainus *lib. 1. action. capit. 6.* Parlador. *lib. 1. quotid. capit. 1. § 2. numer. 14.* Anton. Faber *libr. 20. coniect. cap. 11. ad medium*, & Vlricus Hunnius *libr. 2. quæst. tract. 2. quæst. 7.*

Et adhuc magis similiter † in vsufructu, qui 8
pariter vt nostræ Commendæ diffinitur: *Ius alienis rebus vtendi, fruendi, salua earum substantia*, & cum persona eius, cui conceditur, & aliis modis extingui solet, & ad proprietatem reuerti, quæ alioqui vana, & inutilis esset, semper abscedente vsufructu, *l. 1. l. 3. § ne tamen, & per totum, D. de vsufruct. l. corruptionem, & l. si patri, C. eod. § 1. & § finitur, Inst. eodem*, cum similibus. Vndè † statutum loquens de vsufructuario 9
extenditur ad habenté iura vtilia, vt docet Paul.

Castrens. *in l.1. in princip. D. ad Trebel.* cuius dictum commendat, & notabile appellat Cepola *de seruit. vrban. cap. 4. num. 3.* & sic comprehendit fundatarios, emphyteotas, & fideicommissa-
10 rios, † in quibus etiam caueri solet, vt dominium illud vtile, quod habent, è directo segregatum, certis modis, vel tempore præfinito, deficiat, & cum illo iungatur, *l. 1. & 2. C. de iur. emphy. §. adeò, Inst. de locat. l. cùm Archimidoram, C. vt in poss. legat. cap. 1. in fin. quib. mod. feud. amitt.* cum traditis ab Escobar *in tract. de ratiocin. cap. 20. num. 17.*

11 Quod item † in nostris Commendis expressè disponit nobilis illa schedula dat. Matr. 5. April. ann. 1532. & prouisio generalis ann. 1536. & plurimæ aliæ, quæ habentur *in 2. tom. impress. pag. 218.* quibus hæc earum reuersio ad Coronam Regiam, & vtilis dominij cum directo consolidatio præcipitur, provt latiùs *infrà hoc lib. cap. 27.*

12 Et non minus apertè ostenditur, † Commendatarios nullum proprium ius in Indis sibi cõmendatis habere, sed tantùm gaudium, & fruitionem tributorum, vt apparet ex illis verbis: *d. prouis. ann. 1536. Las personas que gozan, y han de gozar del prouecho de los Indios.* Et ibi: *Han de gozar de los tributos que ellos tuvieren en su vida,* & ibi: *Pierda la Encomienda, y otro qualquier derecho que tenga à los dichos tributos.* Et *in capite epistolæ ad Proregem Nouæ-Hispaniæ 11. August. an. 1552.* ibi: *Los Encomenderos pueden seruir para esto, porque como terneis entendido las Encomiendas, que son renta de su Magestad, las dà à los tales Encomenderos porque defiendan la tier-*
13 *ra.* Quibus, aut similibus verbis † in materia emphyteusis, superficiei, & feudi, vti videmus text. *in d. l. 1. §. qui in perpetuum, D. si ager vect.* ibi: *Fundum fruendum conduxerunt, l. 1. in princ. D. de superficieb.* ibi: *Alter ab altero fruimini, quominus ita fruamini, l. 1. D. de loco pub. tuendo, l. diuortio,* ibi: *Fruendum locauerit, D. solut. matrim. iuncta l. fin. D. eod. & d. c. 1. quibus mod. feud. amit.*

14 Et regulariter, † cui fruitio conceditur, siue per contractum, siue per vltimam voluntatem solum ius, & gaudimentum fructuum donari videtur, nisi alia verba, aut præsumptiones concurrant, ex quibus plena proprietas ei etiam data videatur, vt *in toto titulo, D. de vsufruct. & de vsufructu legato, l. cùm hæres §. Stichus, D. de statu lib.* cum aliis, quæ tradit Alexand. *cons. 150. vol. 7.* Rebuff. Brechæus, & alij per text. ibi *in l. rectè dicimus, D. de verb. signific.* idem Rebuff. *in l. inten. sunt 78. vers. 10. D. eod.* Menoch. omnino videndus, *de præsumpt. lib. 4. præs. 134. per totam,* noster D. Ioan. del Castillo *in tract. de vsufruct. cap. 31. ex num. 52.* & Gerardus Mazolus *cons. 28.*
15 *per totum,* vbi latè cõprobat, quòd † etiam si dicatur legari vsusfructus plenus, & integer, non videtur legata proprietas, sed talia verba tantùm important, quòd sit vsusfructus, sine diminutione, & sine contradictione.

Et hanc esse propriam naturam, & intentio-
16 nem harum Commendarum, † rectè sensit, & docuit Acosta *lib. 3. de procur. Ind. salut. cap. 10. pag. 315.* ibi: *Quo in loco accuratè intuendum est, Regiam Maiestatem, ius illud omne, quod habet ad exigenda tributa à populis Neophytorum, sibi ab Ecclesia in fidem datis, in eiusmodi patronos transfundere, eósque penes collocare, certis quibusdam pactionibus interpositis, &c.* Et rursus *eod. lib. c. 11. pag. 318.* ibi: *Permanente tamen (quod minimè obscurum est) supremo omnium penes Regem imperio.* Et Ioan. Matienz. *in l. 12. tit. 10. libr. 5. recopil.* vbi inquit: *Patronis siue Commendatariis Indorum nihil dominij, vel iurisdictionis in ipsos Indos per Commendam tribui, adeò vt neque illos ad congregationes in populis faciendas compellere possint, neque ea tributorum parte gaudere, qua ratione instruendæ politiæ, & iurisdictionis ipsi tenentur Regi præstare, & non alij, quia nemo alius iudices eis dare potuit, &c.*

Neque possunt † Indorum Patroni, siue Cõ- 17
mendatarij hanc erga illos proprietatem, siue iurisdictionem, aut vassallagium prætendere ex eo capite, quòd sibi commendati sint; ipsique eosdem in suum patrocinium, vel clientelam receperint, vt *suprà* retulimus. Nam concors est
Doctorum traditio, † quòd etiam illi, qui se vo- 18
luntariè alicuius superioris, vel potentioris clientelæ, & patrocinio committunt, non dicuntur effici eius subditi, vel vassalli, sed liberi manent, vt anteà, & primum statum retinent, vt post Bart. & DD. *in l. non dubito 7. §. liber autem, D. de captiuis,* tradunt plurimi alij, quos recensui *1. tom. lib. 3. cap. 1. n. 38.* quibus nunc adiicio Georg. Nattam *cons. 301.* & Pet. Petram, qui eum solum refert, & sequitur, *in tract. de potest. Princ. cap. 22. n. 9.* & Vvermserum, qui alios adducit, *in exercit. Academ. pag. 363.*

Et ad idem magis probandum, & fulciendum
† expendo text. *in l. 8. tit. 6. lib. 1. recop.* vbi Mag- 19
natibus, & Potentioribus nostri Regni prohibitum est, ob titulum Commendæ, vel clientelæ in aliqua vrbe, villa, vel oppido iurisdictionem exercere, vel quævis alia iura exigere, imò & tales Commendas admittere, cùm hæ ad Regem pertineant, vt ibidem subiungitur, cuius sola protectio iurisdictionem importat, & inducit, vt probant communiter DD. per tex. *in c. ad audientiam de appellat.* & alij quos refert, & sequitur Guidus Pap. *decis. 151. n. 9. vers. Venio ad sextum,* Beroius *cons. 65. n. 119. vol. 1.* & Didac. Perez *in l. 3. tit. 3. lib. ordin. col. 2.* Et est videndus textus, de eisdem commendis, seu clientelis nobilium agens, *in l. 10. tit. 3. lib. 6. recop.* & magis in nostris terminis loquens ordinatio Supremi Consilij Indiarum, ann. 1541. quæ hoc ita expresè his verbis explicuit: *Por manera, que los Españoles no tengan mano, ni entrada con los Indios, ni poder, ni mando alguno, ni se siruan dellos por via de Naboria, ni en otra manera alguna en poca, ni en mucha cantidad, ni ayan mas de gozar de sus tributos.*

Et iuxta hæc venit explicanda quædam Re-
gia † schedula dat. Compl. vlt. Maij an. 1562. & 20
alia de Malinas, & eius declaratoriæ, & alię quãplures, quæ reperiuntur *2. to. pag. 220. & seqq.* & de his Commendis, atque Indis sic cõmendatis loquentes, in eis non tantùm ius tributis fruẽdi, verùm veram quoque possessionem, & dominiũ, vel proprietatem ipsorum Indorum dari significant, in illis verbis: *En la possession, y señorio de los dichos Indios,* & ibi: *En todos los pleitos que se ofrecieren sobre Indios, assi en propriedad, como en possession, &c.* Debent enim intelligi de ea possessione, & dominio, quæ in istis Indis haberi potest, scilicet de iure tributorum, ex eis percipiendorum; & de vtili dominio, siue quasi dominio, aut iure dominio proximo, quòd ad ea exigenda, & percipienda consequuntur, mediante Regis largitio

largitione, & concessione, penes quem (vt diximus) directum dominium eorundem tributorum
1 manet. Appellatio † quippè dominij benè potest ad vtile restringi, quod re vera parum à directo refert, vt ait Bald. *in l. precibus*, *C. de impub. col.*14. & DD. per text. ibi *in l.*4. *D. de vsufr.* ibi: *Vsusfructus in multis casibus pars dominij est*, quæ ita in concordiam reduci potest, *cum l. rectè dicimus*, *D. de verb. significat.* vt ibidem Rebuff. notauit, & latè, & eruditè D. Ioan. del Castillo *de vsufruct. lib.*1. *cap.*32. vbi *num.* 16. *&* 17. rectè (post multos alios, quos refert)
2 subiungit, † vsumfructuarium respectu illius iuris, quod habet, benè posse dominum appellari, & dominij nomen vsufructui conuenire, & in incorporalibus cadere dominium & proprietatem; quamvis non cadat possessio, sed quasi possessio, *l. in venditione* 8. vbi Bart. & Angel. *num.*2. *D. de bon. auth. iud. possid. l. qui vsumfructum* 3. *D. si vsusfr. pet. l. semper*, §. *in hoc interdicto*, *D. quod vi*, aut clam, cum traditis à Caballino *milleloq.*1 *per totum*, Caualcan. *de vsufruct. mul. relict. n.*3. *&* 4. Menoch. *consf.*66. *n.*20. *&* 23. Padilla *in l.*1. *C. de seruit. n.*10. & latè Vlricus Hunnius *lib.*2. *quæst. tract.*3. *quæst.*20. *&* 25.

Quibus Ego ad maiorem dictarum Regiarum schedularum explicationem adiicio, † quòd quando de dominio fit mentio, sufficit de dominio tantùm vtili verificari, vt notarunt Abbas *n.*2. & Decius *n.*16. *in cap. cæterum de iudiciis*, Bart. *in l. si mater*, §. *eandem n.*3. *&* 4. *D. de except. rei iud.* Ias. *in l. domus*, §. *si fundus num.*5. *D. de legat.*1. idem *in* §. *se iste quidem*, *Inst. de action, & communis*, quam resoluit Pinel. *in l.*1. *C. de bon. mater.* 2. *par. num.*8.

Quod adeò verum est, vt procedat etiam si non sub nomine dominij, sed sub nomine proprietatis lex loquatur, provt aliquæ ex dictis schedulis passim loquuntur. † Nam licèt fuerint multi, qui inter proprietatem, & dominium differentiam constituant, arg. *l. si procurator*, *D. de acq. rer. dom.* ibi: *Dominium mihi, & proprietas acquiritur*, & aliorum iurium, quæ tradit Parlad. *lib.*2. *quotid. cap.*4.

Et ita proprietatem semper sumi, & stare pro dominio directo docere soleant, vt notat Bald. *in l. si de proprietate*, *C. si à non comp. indic. n.* 13. *& in l. proprietatis*, *n.*1. *C. de probat.* Alexand. *consf.*159. *n.*9. *lib.*5. Ias. *in l. naturaliter*, §. *nihil commune*, *num.*13. *D. de acq. poss. & in l. traditionibus num.*10. *C. de pact.* Decius *in dict. cap. cæterum de iud. num.*16. Corras. *in l. pro parte*, *num.*5. *D. de seruit.* & Camil. Gallinius *de verbor. significat. lib.*2. *cap.*1. *num.*25. *& cap.*4. *num.*16. verius tamen est, hæc verba *Proprietas*, & *Dominium* sæpissimè pro eodem vsurpari, vt constat ex toto *tit. D. de acq. rer. dom. l. fin. iuncta gloss. fin. D. de superficiebus*, *l. ferro*, *C. de pœnis*, *l. cùm in fundo*, *D. de iur. dot.* & notat Ioannes Faber *in* §. *omnium*, *num.* 1. *Inst. de act.* Duaren. *lib.*1. *disput. capit.*17. *ad finem*, Pinel. *vbi sup. num.*6. & Vlric. Hunnius, *lib.*2. *quæst. tract.* 2. *quæst.* 6. Ac † proinde etiam si verbo *Proprietatis*, lex vtatur, nihil (vt diximus) impedit, quin etiam de vtili accipi possit.

Vndè † intentantem actionē realem, & dicentem, ad se pertinere rei proprietatem, obtinere, probando vtili tantùm dominium, contra Bald. & Paul. Castrens. *in dict. l. proprietatis*, *& in l.* 2. *de condit. inst.* Alexand. *consf.*85. *num.*2. *volum.*3. tenuit idem Alexand. sibi contrarius, *in l. si finita*, §. *si de vectigalibus*, *col.*1. *ad fin. D. de dam. infecto*, Ias. *in l. sed etsi possessori*, §. *item si iurauero*, *numer.*27. *D. de iur. iurand.* & veriorem dicit Ripa *num.*7. Hormanor. Decius *numer.*9. Rubeus *num.*97. Berengar. *num.* 48. *in dict.* §. *nihil commune*, & Pinelus *vbi sup. numer.*8.

Eandem mentem, & expositionem habet 27
communis praxis, quæ in concedendis Commendis, earúmque possessione apprehendenda obseruatur, nimirum de Indis loquendi, & in *Caciquis*, & aliquorum Indorum Commendatorum personis, cæterorum nomine, possessionem capiendi. Hoc enim substantiam, & intentionem Commendæ non mutat, sed per Metonymiam causa pro effectu, aut subiectum pro adiuncto significatur, & Indi concedi dicuntur, quòd tributa, quæ ab ipsis præstari debent, concedantur; ipsique iidem, Indi commendari, propter obligationem clientelæ, & patrocinij eorum, quæ Commendatariis iniungitur.

Quod † si vrgeas, in aliquibus prouinciis non 28
tam ad tributa, quàm ad seruitium personale concedi solere; facilè respondebo, hoc seruitium tributi functionem præstare, eóque colore defendi posse. Ac præterea, semper nostris Regibus odiosum, exosum, atque enixè prohibitum fuisse, vt latiùs ostendi sup. *lib.*1. *cap.*1. per totum. Et † nouissimè latam esse Regiam sche- 29
dulam ann. 1633. cuius ordinatio mihi commissa fuit, quæ omnino adimi iubet prædicta seruitia, etiam tributi nomine colorata, Indisque strictè taxam præfigi, qua soluta, nihil aliud impendant. Vndè † quæ secus, vel facta sint, vel fuerint, 30
iustitiam, & praxim legitimæ Commendæ non lædunt, quia non est inspiciendum, quod per excessum, vel abusum fieri contingit, sed quod iuxta legum præscripta fieri debet, *l. in pluribus* 11. §. *Prætor*, *D. de iust.* & temporaria, aut abusiua permutatio, ius prouinciæ non innouat, *l. nemo* 123. §. *temporaria*, *D. de regul. iuris.*

Sed adhuc superioribus obstare videtur, quòd cum † Commendæ Indorum maioratibus, qui 31
in Hispania frequentantur, in multis assimilentur, vt tetigimus *in cap. præcedenti*, & latiùs prosequitur Matienz. *in l.*5. *gloss.*1. *ad fin. tit.* 6. *& in l.*9. *gloss.*3. *num.*25. *tit.*2. *lib.*5. *recop.* (vbi probat, quòd quemadmodum de feudis ad maioratus, ita de maioratibus ad Commendas Indorum sumi potest argumentum, cùm & in his, sicut & in illis alienatio prohibeatur, primogenitus ad successionem vocetur, masculusque fœminam excludat; & ipsa successio in ipsum, vel sequentem vocatum non iure hæreditario, sed sanguinis, & non ab vltimo possessore, sed ex ministerio, ac vocatione legis, vel Regis, tanquam primi institutoris, ipso iure transferatur, & repræsentatio admittatur, vt infrà suis locis sigillatim tractabimus) dicendum videbatur Commendatarios, siue patronos Indorum nō solùm vsumfructum, siue vtile dominium istarum Commendarum habituros, verùm & proprietatem, & directum dominium pro tempore vitæ suę: † quemadmodum possessores maioratus habere 32
constat ex magis communi Doctorum opinione, quam pluribus relatis probat Molina *lib.*1. *de primogen. cap.*19. *num.*4. *&* 16.

Sed breuiter respondere possumus, hanc
sententiam multis aliis displicuisse, quos idem
Auctor refert *num.1. & 16.* qui solum vsumfru-
ctum, vel vtile dominium in maioratus possessore
33 concedunt, † quemadmodum & fideicommissa-
rio, cui ferè in omnibus comparatur, vt per Co-
uar. *lib.3. var. c.6. n.10.* & eundem Molinam
lib.4. c.6. n.17. Et vt vera sit, ea præcipuè ratio-
34 ne fulciri, † quòd institutor maioratus morte sua
transfert in successorem vocatum omnia iura, quæ
ipse habebat in illis bonis, & sic verum, ac di-
rectum eorum dominium, quod mortuo insti-
tutore, penes alium, quàm possessorem maiora-
tus esse non potest, quia non est alia persona, quæ
35 primum institutorem repræsentet, & † domi-
nium, ac ius hæreditarium impendenti esse ne-
quit, vel sine subiecto, aut persona in qua subsi-
stat, atque permaneat, *l. deniq. l.neq.vtilem, D.*
ex quib. caus. maior. l. si ex duobus, §. sed &
Marcellus, D. de in diem adiect. gloss. & DD.
in l. si ego, D. de solut. Bald. *in l. extraneum ad*
fin. C. de hered. inst. l. fin. D. commun. prædior.
& Molina *d.c.19.n.9. & 10.* Quæ ratio in Com-
mendatariis Indorum non militat, quia plenum, &
directum eorum dominium apud Reges nostros
ex causis, & rationibus suprà relatis remanere di-
36 gnoscitur. Et sic † in hoc differt Commenda à ma-
ioratu, quemadmodum & in forma, & gradibus, ac
perpetuitate successionis, delationis, & vocationis,
& in multis aliis, quæ inferiùs *hoc eodem lib. cap.*
16. notabimus.
37 Planè † cum feudo maiorem affinitatem ha-
bere videtur, & per consequens cum vsufructu,
& emphyteusi, de quibus ad feuda, & è contra-
rio, argumentum sumi posse latè probat Euerar.
in loc legal. c.29. & 30. Camil. Gallin. *de verb.*
sign. lib.5. cap.16. n.17. & 226. & D.Ioan. del
Castillo *d. tract. de vsufr. c.4. ex num.13.* Et eo-
dem modo ad Commendas, vt benè ostendit
Matienz. *vbi sup.* & pleniùs *in l.6. gloss.2. n.5.*
tit.10. lib.5. recopil. interim dum alia ab aliis
non degenerent, vel disparitatis, aut differentiæ
ratio demonstretur. Nam & in origine, & in mo-
do fruendi, & prohibitione non alienandi, &
necessitate restituendi, seruitiumque & homagium
præstandi, verè & realiter æquiparantur. Et sic,
38 † ipsi Commendatarij pluribus schedulis Regiis
& communi loquendi vsu Feudatarij appellari so-
lent, vt idem Matienz. aduertit *d. gloss.2. n.26.*
vers. Resoluo igitur, Acosta *lib.3. de proc. Ind.*
sal. cap.11.pag.320. ibi: *Quin etiam Principi hi*
omnes feudatarij habentur, fidem suam sacro iu-
reiurando Reipub. Regisque iussis adstringentes. Et
Anton.de Leon *d.tract. de confirmat. Reg.1. par.*
39 *cap.5 n.14.* Neque † in nostra Hispania aliud feu-
dorum genus, quàm istud reperitur, vel eorum, qui
ex Regia concessione aliqua castra, vel oppida
possident, & domini vassallorum effecti sunt,
l.14. tit.13. par.2. l.1. tit.25. par.4. l.2. tit.26.
ead. part. cum traditis à Molina *lib.1. cap 13.*
num.47. & 48. Azeued. *in rub. ad tit.4. lib.6.*
Recop. num.2.
40 Sed nihilominus negari non potest, † quin in
multis & valdè substantialibus differant, prop-
ter pacta, siue placita, quæ in his Commendis
specialiter adiiciuntur, & ex *suprà* relata diffini-
tione colliguntur, quæ sunt naturæ recti feudi,
maioratus, vsusfructus, & emphyteusis valdè
contraria. Vndè idem Matienç. *vbi suprà* con-
cludit, Commendam non posse appellari feu-
dum rectum, sed degenerans, & irregulare: ideó-
que cautè in hoc genere argumentandi proceden-
dum est. Maximè † cùm ea quæ in materiis 41
feudalibus tradita, & disposita sunt, ad alias non
feudales facilè trahere non debeamus, vt magi-
straliter aduertit Bartol. *in l. vt iurisiurandi, §.*
si liberi, num.5. D. de oper. libert. & in l. de qui-
bus, col.2. D. de legib. Bald. *In cap.1. de con-*
trouers. inter dom. & vassall. num.15. & in cap.
vassallus, num.5. si de feud. fuer. controuers.
Curtius Iun. qui de communi testatur, *cons.64.*
num. 5. & in Rub.C. de eden.num.4. & in tract.
de feud. p.1. princ. quæst.3. Iul. Clar. *lib.4. sent.*
§. feudum, quæst.4. Camil. Gallinius *de verb.*
signif. lib.5. cap.16. num.242. qui alios refert,
& tunc demum argui posse inquit de lege feuda-
li ad non feudalem, quando non reperitur casus
decisus de iure communi, & ius feudi fundatur
in ratione naturali. Et nouissimè Mart. Mager.
d. tract. de aduocat, arm. c.6. num.232. pag.216.
vbi inquit, & probat vassallum impropriè, &
abusiuè vocari vsumfructuarium, & feudum vsum-
fructum, prout & in nostris Commendis contin-
gere diximus.
Vnde Ego prædictas Commendas † magis si- 4
miles iudicarem donationibus, quæ sub certis
modis, legibus, & conditionibus fieri solent,
de quibus agitur *in l.1. & per tot. C. de donat.*
quæ sub modo, l. legem, C. de donat. l. si dona-
tionis, C. de contr. em. cum simil. Videmus ne-
que eas sæpè, ex Regum nostrorum pura, ac me-
ra liberalitate proficisci, † quod donationis pro- 4
prium est, *l.1. l. donari 29. D. de donat. l.donari*
82. D. de regul. iur. & licèt sæpiùs in remunera-
tionem meritiorum fieri soleant, & debeant, vt in
nostra diffinitione supponimus, hoc tamen dona-
tionis titulum non excludit, quamvis DD. in dis-
putationem adducant, an donatio remuneratoria sit
vera & propria donatio? de qua alio loco tracta-
bimus. Et ita decisum reperio † in quodam capi-
te epistolæ ad Peruanum Proregem D. D. Prin-
cipem Esquillacensem scriptæ Matrit. 17. Mart.
ann.1619. vbi agens de his Commendis in poste-
rum concedendis cum onere tertiæ partis fis-
co soluendæ, sic inquit: *Y auiendose discurri-*
do, y mirado sobre la materia con mucha aten-
cion, ha parecido, que supuesto que esta es dona-
cion gratuita, aunque remuneratoria, no se haze
agrauio à nadie dandole la Encomienda con esta
carga, &c.
Et rursus videmus, † hanc donationem ita
factam sub legibus successionis, & aliis oneri-
bus, quæ donatariis, siue Commendatariis in-
iunguntur modificari, & grauari, & in eorum
defectum reuocari, quod proprium esse dicta-
rum donationum modalium, apertè indicant ea-
dem iura superiùs citata, & eleganter, ac mul
tum in nostris terminis loquens, † *l.6 tit.4. part*
5. ibi: *Porque este el otro todauia guisado d*
cauallos, y armas para fazerle seruicio, è si no
lo cumple, ò non lo faze, bien puede apremiarl
que cumpla lo que prometio de fazer, ò que de
sampare la conacion que le fizo: è qualquier dona
cion de las que son dichas en esta lei, se dizen e
Latin sub modo.
Neque his repugnabit, quod in Commen
dis vtile tantùm dominium, siue vsumfructum
transferre probauimus, † cùm tamen in don
tarium verum, proprium, & directum transf
soleat, *l.1. l. illam, C. de donat. l.1. C. de reu*
can

cand. donat. l. quoties, *C. de donat. quæ sub modo*, *l.1. D. de precar. l.7. tit.4. part.5.* vbi Greg. Lopez, *verb. E el señorio*, & DD. præcipuè Ias. *in l. traditionibus*, *C. de pact. & in §. per traditionem*, *Inst. de rer. diuis.* Nam hoc verum erit, vbi de vero, & directo dominio donando, siue transferendo, agatur, aut nihil in contrarium cauetur: cæterùm vbi rei donatæ natura solum dominium vtile secum importat, non impediet donationis titulum, quod hoc tantùm in donatarium transeat, alioqui neque vsusfructus, neque emphyteusis, aut feudum donari posset, quod est contra totum titulum *D. de vsufruct. & de vsufruct. legat. l. si vsusfructus 66. D. de iur. dotium*, *l.1. & 2. C. de iur. emphyt. c.1.* cum aliis, *de his qui feud. dare poss.*

Quibus consequens est, † prædictos Commendatarios hodie non esse depositarios, nec cum depositariis comparandos, vt benè etiam obseruat Matienz. *in d. l.6. gloss.2. tit.10. lib.5. recop. num.29.* Nam licèt olim solùm in depositum, & nudam administrationem Indi dari solerent, vt ex pluribus antiquis schedulis, & Commendarum formulis colligitur, quas refert Anton. de Leon *vbi sup.* Atque ita † nec titulum eorum habere viderentur, iuxta ea, quæ de Commendatario seculari tradit Imola per tex. ibi *in l. hæreditas 1. D. de hæred. instit.* Bald. *cons. 246.* & Gomezius *ad reg. Cancel. reg. de trien. poss. quæst.5. pag.5.* iunctis aliis, quæ de titulo Commendarum Ecclesiasticarum, & eius effectu *in lib. sequenti* dicemus. Postquam tamen † ex Regali beneficientia, eiusmodi Commendæ in perceptione tributorum, quæ ab Indis præstantur, radicatæ sunt, & non ad tempus, & ad libitum reuocabiles (vt anteà fieri solebat) conceduntur, sed pro duabus vitis, vel ad beneplacitum Regium, certum est Commendatarios non esse depositarios, cùm tales perceptiones ius, & possessionem, vel quasi possessionem habeant, & proprio iure sibi vindicent, vt sup. retulimus, quod in depositariis non contingit, *l.1. §. si vel*, *& l. licet*, *D. depositi*, *l.2. tit.3. part.5.* cum aliis, quæ in nostris terminis tradit Matienz. *vbi sup.*

Et quia † præstatio ad vitam pro perpetua habetur, vt docet tex. & gloss. *in l.1. D. pro socio*, & gloss. *verb. per elect. in clemen.2. de rescrip.* quod etiam contingit in † officiis, vel beneficiis, quæ sine certi temporis præfinitione ad Regis beneplacitum conceduntur, *l. Iurisperitos in princ. D. de excusat. tut. l. seruus*, *C. de pœnis*, gloss. *verb. Perpetuas in cap. fin. de rescrip. lib.6.* Bartol. *in l. de pupillo*, *§. si quis ipsi quæst.2. & 3. D. de noui op. nunt.* ibi Angel. & Alexand. *num.3.* idem Ias. *in l. sufficit*, *D. de condict. indeb.* & latè Osascus *decis. Pedem.144. num.13.* Burgos de Paz *cons.21. per totum*, Redin. *de Maiest. Princ. verb. Sed etiam, num. 5. cum seqq.* Azeued. *in l.2. tit.3. lib.2. recop.* & Barbos. omninò videndus *in l. quia tale, ex num. 9. D. solut. matr.*

Et per consequens † titulum legitimum, & iuridicum habent dicti Commendatarij, cuius virtute fructus suos faciunt, & aliis titulariis perpetuis æquiparantur, argumen. tex. *in cap. querelam. de elect.* & eorum, quæ ibidem tradit Abb. & alij DD. & Præpos. *in cap. edoceri de rescript.* Gomez *quæst.5.* Mandos. *ad reg. Cancel. tom.2. reg.32. nu. quæst.6.* Alciat. *in l. pactum curatoris*, *C. de pact.* Nauar. *de redit. Eccles. quæst.1. num.8.* Id quod plurimis etiam schedulis ostenditur, quæ de titulis harum Commendarum loquuntur, & præcipuè in illa 9. Febr. ann. 1561. scripta ad Mexicanum Proregem D. Ludouicù Velasco, ibi: *Y tienen titulos de Encomienda.*

Et inde ad praxim inferre possumus, quòd, † quemadmodum in possessore maioratus, ad 56
ineundam æstimationem arrharum, inspicitur quantitas, & qualitas redituum annuorum, qui ex illo maioratu percipi possunt, vt videatur, an intrent in decimam partem bonorum, quæ dumtaxat sub arrharum nomine permitti nostris legibus Regiis conceditur, vt constat *ex l.1. tit. De las arras*, *lib.3. fori*, *l.50. Tauri*, *quæ est l.2. tit.2. lib.5. recop.* habita ea ratione, & computatione, quam refert Molina & relati ab eo *lib. de primog. cap.19. num.41.* & Thomas Sanchez *de matrim. lib.6. disp.31. num.3. cum seqq.* Ita eadem computatio erit facienda in eo, qui habet reditus ex tributis Indorum, habita nimirum consideratione temporis vitæ suæ, pro quo eisdem reditibus gaudet, ac fruitur, ad ratione vnius pro octo, vt iidem Auctores resoluunt, & latiùs de eadem computatione agens Aluar. Valas. *consul.16. num. 9. & 10. par.1.* Mieres *de maior.3. part. quæst.9. nu. 13.* Couarr. *lib.3. var. cap.9. num.8.* Ayora *de partition.1. par. cap.7. num.26.* Gutierr. *lib.2. pract. quæst.17. per totam*, & Matienz. & Azeued. *in d. l. 2. tit.5. lib.5. recop.*

Denique † in Commendæ diffinitione adie- 57
cimus ea verba, *Benemeritis Noui-Orbis concessum*, vt causam, finem, & intentum huius largitionis adnotaremus, de quibus in præcedenti capite fusè tractauimus, & vt † hoc ad Commen- 58
darum essentiam pertinere, & semper præ oculis habendum indicemus, provt innumeris propè schedulis cautum reperitur, & in ipsis ordonationibus Supremi Consilij Indiarum anni 1571. ordin. 46. cuius hæc sunt verba: Y *porque los que bien nos siruen en las Indias sean honrados, y gratificados de sus trabajos, y los demas se animen à seruirnos, se preferiran siempre las personas benemeritas, y sufficientes, que huuiere en aquellas partes, y que en ellas nos huuieren seruido, y siruieren, assi en pacificar la tierra, y poblarla, y ennoblecerla; como en conuertir y doctrinar los naturales, &c.* Quod rectè etiam præsensit Matienz. *in d. lib.6. tit.10. lib.5. recop. gloss.2. & in tract. de moder. Reg. Perù, 1. part. cap.14. & 24.* Antonius de Leon *d. tract. de confirmat. Reg.1. part. cap.9. & cap.15. per totum*, & elegantius cæteris Acosta *d. lib.3. de procur. Indor. salut. cap.11. pag.318.* vbi † hanc primam pactionem 59
nostrorum hominum cum Rege fuisse inquit, vt Indorum à se expugnatorum administratio, tum sibi, tum primo successori, aut hæredi, firma ratáque esset; ac proinde fatendum esse concludit: *Hac nostris mercede proposita, distribuendi leges quodammodo, & fuisse, & esse seruandas, vt planè nisi alioqui quippiam impediat, de hac Repub. benemeritis, ipsiusmet emolumenta reddantur, & pro ratione meritorum maior minorue portio vnicuique designetur. Etenim cum cætera non desunt, debet profectò laborum meritorumque ratio haberi; id quod & Regia statuta præscribunt, & Gubernatores à se obseruari contendunt, verè an falsò non statuo, satis proposito est omnium vna consensio.* Et idem non minus disertè tradit Zapata *de iust. distrib. 1. part. cap. 4. num.18. & 3. part. cap. vlt. num.1. & seqq.* vbi probat † non solùm ex vi iustitiæ distribu- 60
tiuæ,

tiuæ, has Commendas concedi debere benè meritis huius Noui-Orbis; sed etiam ex vi iustitiæ commutatiuæ: *Quatenus sunt pro laboribus stipendium, pro sumptibus solutio, pro terris, & Regnis ipsis semel partis suoque Regi vltrò oblatis, fideliterque & liberaliter elargitis, remuneratio, quæ ad commutatiuam pertinent, &c.*

61 Quod valdè notandum est † contra stylum qui his vltimis annis nimis increbuit, dandi videlicèt, & assignandi eiusmodi Commendas (& quidem pinguiores, & ditiores) Magnatibus, & Potentatibus Hispaniæ, & aliis viris, & fœminis nobilibus, in aula Regis deseruientibus, & releuandi eos ab onere, & obligatione in prouinciis Indiarum residendi. Nam & si hi maximè benè meriti esse dicantur, cùm tamen hæc merita in illis partibus non fuerint acquisita, non debent facilè in eis cum præiudicio aliorum remunerari, qui ibidem suum sanguinem, & laborem effuderunt, & impenderunt, & nullum aliud præmium, quàm istarum Commendarum expectant.

62 Atque † ipsæ Indiarum prouinciæ queri possunt, quòd hoc modo, & medio, & viris, & viribus destituuntur, vt alias dixit I. C. *in l.3. §. Præses, D. de muner. & honor.* & hæreditas sua, atque pinguedo ad extraneos dilabitur, argumento eorum, quæ de officiis, & beneficiis patrimonialibus indigenis conferendis *inf. lib.3. c.19.* dice-

63 mus. † Et *l. Præses, C. de seruit. & aqua*, ibi: *Cùm sit durum, & crudelitati proximum ex tuis prædiis aquæ agmen ortum, sitientibus agris tuis, ad aliorum vsum viciporum iniuria propagari.* Cui valdè simile est aliud Cassiod. *lib.1. var. epist.34. Copia frumentorum prouinciæ debet primùm prodesse cui nascitur, quia iustius est, vt incolis propria fœcunditas seruiat, quàm peregrinis commerciis studiosæ cupiditatis exhauriat. Alienis siquidem partibus debet impendi, quod superest, & tunc de exteris cogitandum, cùm se ratio propriæ necessitatis expleuerit.* Quibus adrident alia, quæ congerunt Mantua *in Enchirid. capite 267.* Claud. Pratus Gnoseon. *gener. iur. li. 5. tit.3. cap.1.* Afflict. *decis.290. num.8.* Franc. Personal. *miscel. quæst.7.* Menoch. *de præsum. lib. 3. præsum.89. & 91.* Erasmus qui *verb. dicta l. Præses*, inter sua adagia conseruit in adagio, *Alienum arare fundum.* & *Alienos irrigas agros, tuis sitientibus.*

64 Neque minus etiam attendi debet, † quòd si Politicis credimus, Principatus, & Regna eisdem modis, & artibus conseruari debent, quibus quæsita sunt, vt ex Sallustij sententia probat Iust. Lips. *lib.2. Polit. cap.5.* & elegànter ostendit Polyb. *lib.1. hist.* dum quærit, quare Hispaniæ tam citò amissæ fuerint à Carthaginensibus. *Nam* (inquit) *aliter censebant quæri imperia debere, aliter seruari, nec imbiberant eos optimè retinere dominia, qui in iisdem institutis perseuerãt, quibus ea initio sunt adepti, &c.* Cum aliis quæ optimè congerit Fabius Albergatus *de Cardin. offi. li. 2. cap.1 pag.58.* & Valenzuela *in discurs. stat. & belli. 2 part. cons.20. num.48.*

65 Vndè † facilè colligere licebit, quantum damni hic mos afferre possit, si serpere patiatur, cùm hæc latissima, & vastissima Indiarum Imperia his præmiis, & illecebris Commendarum fuerint acquisita, & enutrita quæ inter conquisitores, & benemeritos in eisdem prouinciis distribuebantur, vt sæpè retulimus. Atque adeò illis sublatis, vel ad alios translatis, ne pessum eant, vel in peius ruant, vereri possumns. Ete-

nim † vt præclarè subiungit Acosta in loco su- 66
prà citato: *Non est inanis, aut superuacanea vox hominum suo sudore, & sanguine partis, nouos, & nihil in Republica agentes præclari, frui, vehementer expostulantium, idque non leuis iniuriæ loco exprobrantium.* Et vel ipse Virgilius hoc nobis insinuasse videtur *Eclog.1.* vbi † Me- 67
libæum dolentem, & deplorantem inducit, quòd agros, in quibus ipse magnopere laborasset, milites occuparent, & extranei suas segetes meterent,

Impius hæc tamen culta noualia miles habebit?
Barbarus has segetes? En quò discordia ciues
Perduxit miseros: En, queis conseuimus agros.

Impios enim milites vocat, vt ibidem Cerda, & alij Commentatores aduertunt, quod hoc attributum bellis, præsertim ciuilibus, dari solet. Bar-

baros † verò pro extraneis, siue alienigenis po- 6
nit, iuxta huius vocis significationem, quam idem Cerda adducit *Æneid.7. versic.685.* & Nos *1. tom. lib.2. cap.7. num.3.* Et est videndus Erasmus in adagio: *Alienam metis messem*, vbi hoc satis illustrat, & adagium illud eò referri posse putat: *Quòd aliquoties fit, vt eiectis, qui sementem fecerunt, alij in eorum locum succedant, citraque laborem alienis fruantur sudoribus*, & Cassiod. *lib.2. epist.24.* vbi in simili inquit: *Nefas etenim est, vt in alios vsus transeant, quæ sibi subtracta non immeritò Roma suspirat.* Porrò Princeps, † qui statum suum conseruare, & augere cupit, beneuolentia, & beneficientia erga subditos, qui illum iuuarunt, vti incunctanter, indesinenter, & liberaliter debet, vt *in cap. præced.* probauimus, quia vt egregiè inquit Senecæ in epistola ad opium: *Melius beneficiis Imperium custoditur, quàm armis*, & vt sapienter ait Coryphæus Græcorum Oratorum Isocrates ad Nicociem Regem, certum, & exploratum est: *Tutissimam Regum custodiam non turribus, propugnaculis, mœnibus, satellitibus, aut armis contineri, sed amicorum præsidiis, ciuium beneuolentia, propriaque virtute, quibus quidem opibus Regna, & Imperia non modò seruari, verùm etiam indies augeri atque propagari.* Et tradens alia, & exemplis illustrans Ioann. à Cochier *in Thesaur. Polit. lib 6. cap.11. pag.328. & seqq.* Dom. Episcop. Chilens. Villarroel *in lib. Ind. pag.374.* vbi quòd tunc Princeps populi dominus erit, cùm beneficus extiterit, & *pag.488* vbi quòd ille Princeps à Deo est, qui liberalis existit; latè & doctè P. Velazquez *de opt. Principe lib.3. annot.14. & seqq.* vbi probat beneficentiam proprium Principis characterem esse, & vt putet, debere se etiam quæ sponte tribuit. E in nostris ferè terminis Adam Contzen omnino videndus *lib.3. Politicorum, cap.9. num.2.* † vb nihil magis Principem decere inquit, vel eum securiorem reddere, quàm si in prouinciis recen ter partis, vicos, castella, ciuitates, & prouin ciolas, quasi feuda in benèmeritos cum nouo ho noris titulo distribuat: *Hoc enim modo* (inquit *fidam semper militum ac ducum manum promp tamque parabit: quòd res illi suas tueantur con stantius, quàm Principis.* Et quòd hæc non tar pertinent ad liberalitatem, quàm ad militate prudentiam.

CAPV

CAPVT III.

De Pensionibus, quæ super Indorum Commendis constitui solent, earumque ratione, origine, & natura, & de aliis quæstionibus erga eas vsufrequentibus.

SVMMARIVM.

Pensionum super Commendis Indorum imponendarum causa & origo.

Præmia, quæ multis sufficiunt, vni soli dari non debent.

Caput quoddam nouarum legum commendarum distributionem moderari iussit, & quare?

Commendæ quam ob causam diuidi cœperunt? & de damnis huius diuisionis.

Commendas redintegrari, & reuniri plures schedulæ iubent, & quare?

Commendæ titulo vltra duo millia argenti pondera cuiquam dari prohibitum fuit, & reliquum in pensiones distribui.

Instructionis Proregum quædam capita valdè notabilia citantur, quæ de causa, & modo pensionum assignandarum, agunt.

Pensionum assignatione, Commendæ non diuiduntur, neque Indi varios dominos sortiuntur, contra Chiapam.

Commendatarius est veluti proprietarius Indorum. Pensionarius veluti vsufructuarius.

Vsufructuarij pensionarij, & alij, qui ex alienis rebus fructus percipiunt, nomina sinonyma sunt.

Commendatarij quo respectu dicantur vsufructuarij.

Vsusfructus vsusfructus, & seruitus seruitutis dari non potest.

Pensiones quod ius constituant super Indis, vel tributis eorum?

Vsusfructus ius, licèt cedi non possit alij, quàm domino proprietatis, commoditas tamen eius benè cedi potest.

L. si vsusfructus 67. D. de iure dotium, l. arboribus 15. §. vsufructuarius, D. de vsufr. §. finitur, Inst. eodem, *& alia iura similia explicantur, & concordantur.*

Maioratus possessor, & quicunque grauatus rerum proprietatem post mortem suam restituere, illarum commoditatem interim, dum viuit, cedere potest.

Pensiones in beneficiis constitui possunt, licet ipsa beneficia diuidi non possint.

Feuda in subfeuda, qualiter diuidi cœperint?

Libellarius contractus quis sit? & qualiter ab emphyteusi descendat?

Emphyteusis, vsusfructus, & seruitus qualiter constitui possit?

Emphyteusis, vsusfructus, & seruitus, & qualibet alia bona immobilia, vel immobilibus cohærentia, in feudum irregulare dari possunt.

Feudorum regularis natura quæ sit?

Pensionis, & pensionarij an beneficiorum, & beneficiatorum nomine veniant?

24 *Pensionarij Commendarum Indorum extensiuè Commendatarij dici possunt, & quare?*

26 *Pensionarij præstant iuramentum fidelitatis, & tenentur ad reliqua onera Commendatariorum.*

27 *Pensionarij beneficiorum non tenentur ad residentiam, Commendarum verò contra, & schedula, quæ hoc præcipit.*

28 *Pensionum æque ac commendarum confirmatio petenda est.*

29 *Pensiones beneficiorum non causant incompatibilitatem, & quid in pensionibus Commendarum?*

30 *Pensiones dare seu conferre non potest, qui commendandi facultatem non habet.*

31 *Pensiones sunt veluti partes Commendarum, & in earum locum subrogatæ, & de argumento de toto ad partem.*

32 *Subfeuda sunt veluti pars feudi dominantis.*

33 *Subrogatum semper sapit naturam subrogati.*

34 *Extrema vbi sic se habent, vt de vno perueniatur ad aliud, pari lance iudicantur.*

35 *Prohibitum vna via, per aliam in fraudem legis non debet admitti.*

36 *Alienatione alicuius rei prohibita, prohibetur eiusdem hypotheca.*

37 *Leges non debent frustrari, neque eludi.*

38 *Pensiones, quas dedit Prorex Marchio de Cañete, durante interdictione commendandi, nullæ declaratæ fuerunt.*

39 *Pensiones impositæ vltra facultatem imponentis, non solùm in excessu, verùm & in totum vitiantur.*

40 *Pensiones super Commendis semel assignatas, faciliùs quàm ipsas Commendas reuocari posse, tradit Matienzus, qui reprobatur.*

41 *Feuda cameralia quæ sint, remissiuè.*

42 Entretenimientos, ayudas de costa, *& aliæ Regiæ largitiones, ex iusta causa semel datæ, ea durante, tolli non debent.*

43 Entretenimientos dados à benemeritos de la Nueua España, y su origen, *remissiuè.*

44 *Pensiones Commendarum, vt & beneficiorum, non in quota fructuum parte, sed in quantitate constitui solent.*

45 *Pensionis quantitas pensionario, sine aliqua deductione impensarum, & aliarum contributionum regulariter solui debet.*

46 *Pensio integrè soluitur, etiam si fructus diminuantur, vel eos omnes absorbeat.*

47 L. 1. C. de annon. & trib. lib. 10. *expenditur, & illustratur.*

48 *Pensiones deductis impensis, & oneribus soluendas esse, pluribus exemplis, & iuribus comprobatur.*

49 *Pensionarius an teneatur proprietario pro rata eius, quod collectæ, vel tributi nomine persoluit?*

50 *Pensio vbi libera, & exempta reseruatur, nullum onus subit.*

51 *Pensiones omnes, quæ in Regno Perù super Commendis imponi solent, sunt liberæ ab omni contributione.*

52 *Pensionarij Commendarum raro, vel nunquàm à proprietariis molestantur super deductione impensarum, vel prætextu congruæ sustentationis, licèt hæc in beneficiis sæpè petatur.*

53 *Tribute*

53 *Tributorum in materia, & præstatione, plurimum attendenda est praxis, & consuetudo.*

54 *Feudatarius nihil ratione impensarum deducit de pensione, aut seruitiis, quæ domino vel aliis de eius mandato præstare tenetur.*

55 *Feudatarius, qui secundogenito alimenta præstat, nihil ratione huius oneris deducit de Adoha vel Rellenio.*

56 *Maioratus possessor, qui alimenta secundo genitis assignata præbet, nihil eis ratione impensarum deducere potest.*

57 *Pensiones non subiacent aleæ fortunæ, nisi casus fortuitus omnes fructus tollat, vel in tantum, vt pensioni non sufficiant.*

58 *Commendatarius satisfacit, si fructus quos collegerit, relinquat pensionario.*

59 *Commendatarius cùm pensionem debeat respectu certorum fructuum, magis speciei, quàm quantitatis, debitor esse videtur.*

60 *Pensionis debitæ ratione fructuum, idem iudicium esse debet, quod ipsorum fructuum.*

61 *Pensio soluenda est etiam de fructibus amissis à beneficiato excommunicato, qui talem pensionem soluere debebat.*

62 *Census, subsidij, vel alterius præstationis debitor, ratione aliquorùm fructuum, implet eos relinquendo pro pensione.*

63 *Pensionis non solutæ causa, si alicui fructus adiudicentur, & illi pensionis valorem excedant, qualiter computatio, & resti tutio facienda sit remissiuè.*

64 L. Lucius 12. D. de alim. & cib. leg. *declaratur, & concordatur cum lege cùm certus, D. de trib. legat. & aliis.*

65 L. inter stipulantem 83. §. sacram, vers. Si stipulatus, D. de verborum oblig. *expenditur.*

66 *Pensionarius habet hypothecam, & prælationem super fructibus beneficij, aut commendæ sibi grauatæ, & plures Auctores, qui de hoc agunt.*

67 *Pensio Ecclesiastica, vicem alimentorum obtinet, & eius soluendæ onus pro decursis, transit ad quemcunque beneficij successorem.*

68 *Pensionarij cùm non participent de impensis, & damnis commendarum, ita nec de earundem augmento, & beneficio quicquam petere possunt.*

69 *Lucri, & damni ratio æqua lance metitur.*

70 *Pensio an sit soluenda, vel integranda de beneficio specierum, si Commendæ taxa ad id non sufficiat?*

71 *Pensio finitur finita vita pensionarij, & cedit in commodum proprietarij.*

72 *Feuda, & subfeuda vbi finiuntur, redeunt ad dominum directi dominij, iure reuersionis.*

73 *Vsusfructus morte vsufructuarij finitur, & ad proprietatem rediens cum ea consolidatur.*

74 *Consolidare quid propriè sit, & significet?*

75 §. finit. Inst. de vsufr. *& alia iura agentia de consolidatione vsusfructus, explicantur, & illustrantur.*

76 *Consolidationis verbum vsitatissimum est in Regno Peruano, in materia pensionum, & Commendarum.*

77 *Pensio finita non consolidatur cum proprietate, vbi id expressum est in concessione Commendæ, & pensionis, quia ex ipsa inuestitura legem accipit.*

78 *Pensio non consolidatur cum proprietate, vbi proprietarius certam, & præfinitam quantitatem habere iubetur, & non amplius.*

79 *Quantitatis legatum ius accrescendi non admittit, & quare?*

80 *Consolidationis ius competit proprietario Commendæ, eo ipso quòd in eius concessione nihil in contrarium exprimatur, seu caueatur.*

81 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis, & cum eo disponens se conformare videtur.*

82 L. præcipimus in fine, C. de appellat. *expenditur, & illustratur.*

83 *Testator vbi non exprimit, ad quos velit hæreditatem suam peruenire, præsumitur vocare venientes abintestato.*

84 *Pensionis concessio seu constitutio si nulliter fiat, non acquiritur proprietario, sed iterum alij concedi poterit: & de casu in quo ita iudicatum fuit.*

85 *Casus notabilis refertur, in quo Auctor fuit fiscalis, circa quasdam Commendas, & pensiones prouisas à D. Ioanne Borgia Gubernatore Noui Regni Granatensis.*

86 *Voluntas, & potestas regunt omnes actus humanos, & in illis inspici debent, & etiam formæ obseruatio.*

87 *Actus plures referuntur, qui vbi in aliquo valere non possunt, sustinentur tamen in eo, quod licitum est.*

88 *Vtile per inutile non vitiatur.*

EAdē hæc ratio † benemeritos Noui-Orbis remunerandi, de qua in superioribus diximus, pensionum necessitatē extorsit, de quibus in hoc capite dicere destinamus. Nam cum benèmeritorum numerus augeretur, Commendæ autem deficientibus Indis deficerent, aut diminuerentur; oportere visum fuit, vt huic incommodo obuiam iretur. Et ne † in vnum, vel alium præmia conferrentur quæ commodè dispertita, ad plurium sustentationem sufficerent, vt aliàs dicitur *in cap. quia nonnulli 3. de Clericis non resid.* & in aliis iuribus quæ infrà *cap. 5.* citabimus.

Vndè † *in cap. 28.* legum, quas nouas vocant anni 1542. quod reperitur *in 2. tom. impres. pag.* 193. iussum fuit, vt Commendarum distributio reformaretur, ac moderaretur, & Indis, siue (vt proprius dicam) tributis Indorum, quæ hac moderatione mediante superessent, Conquisitores donarentur, quibus nullum eovsque præmium obtigisset. Et exinde, † vt apparet, Commendæ diuidi cœpeaunt, & Indi, qui anteà vniti, & sub eodem Regulo, siue *Cacique*, constituti, vni tantùm Commendatario assignari solebant, inter plures distribui.

Quod tamen statim ipsis Indis, & Commendatariis valde damnosum esse apparuit, & gubernationi, ac conuersioni eorum, quæ ante omnia prætendebatur, omninò contrarium, ex ratione *legis cùm pater, §. dulcissimis, D. de leg. 2. & l. 2. C. quando & quibus quarta pars debeat, lib. 10.* Ac proinde † plures schedulæ latæ sunt, quæ huius damni mentionem facientes, Indos anteà prædicto modo diuisos, & separatos, coadunari iubent, & sub eodem semper *Caciquo*, insimul conseruari, & commendari. Id quod enixè, & nouissimè cautum reperic

perio in quadam data Matriti 19. Iunij anni 1620.

Sed cùm illud desiderium plures benemeritos remunerandi, adhuc perseueraret, electa via † fuit, qua vtrumque sine incommodo consequi posset, & ita primùm Peruano Proregi Dom. D. Fran. à Toleto 28. Decembri ann. 1566. 5. *tom. pag.* 239. & posteà Dom. Comiti del Villar 31. Martij ann. 1584. in mandatis datum fuit, ne pingues, quæ deinceps vacarent, Commendas, vni tantùm conferrent, quin potiùs curarent, vt nemo vltra duo millia aureorum pondera reportaret, & reliquum per viam pensionis inter alios benemeritos distribuerent, vt ita ex eiusdem vacationis fructibus plures solari, & gratificari possent.

Quod idem † repetitum inuenio in cap. 23. instructionis Dom. Proregis D. Ludouic. à Velasco dat. apud D. Laurentium 22. Iulij ann. 1595. *tom.* 2. *pag.* 314. nisi quod hæc quantitatem illam duorum millium aureorum non tam Commendatariis, quàm pensionariis, præfinire videtur, vt constat ex illis verbis: *Con que ninguna pension passasse de dos mil pesos.*

Et iterum hæc pensionum causa, & origo repetitur, & magis exprimitur *in eadem instruct. cap.* 83. *eod. tom. pag.* 321. cuius verba, quia basim, & fundamentum huius capitis continere videntur, inferenda duxi, & sic habent: *He sido informado, que del dominio de casi todos los Caciques se han desmembrado muchos Indios, en que se ha hecho agrauio à los señores naturales: y porque es iusto que sean restituidos en sus señorios, estareis aduertido, que quando algun repartimiento de mucho aprouechamiento vacare, no se diuida, como se ha hecho en lo passado, en agrauio de los dichos Caciques y Señores, sino que se dè la propriedad a vno, y en el se carguen pensiones à otros, y que la cobrança la hagan los Corregidores, y a paga los Caciques, debaxo de cuyo señorio stuuieren los repartimientos, que es la orden que me escriuio el Conde del Villar, que estaua dada en esto, y lo que parece conuiene guardar, y haziendose assi, no se desmembrarà el señorio de los dichos Caciques.*

Et in hæc recidunt, quæ de eisdem pensionibus, & earum causis rectè scribit Antonius de Leon *in d. tractat. de confirm. Reg.* 1. *par. cap.* 1. *num.* 31. *&* 32. *& cap.* 19. *num.* 39. *&* 40. † vbi ex his satisfacit cuidam obiectioni, quam inter alias, aduersus Commendas Indorum faciebat Episcopus Chiapensis, nempè quòd per eas Indi diuidebantur, & à suis *Caciquis* separabantur. Etenim solùm tributa diuiduntur, Indis sub eadem vnione, aggregatione, & *Caciquo* manentibus, in cuius persona cæterorum Indorum nomine possessio Commendæ, vt suprà diximus, apprehendi solet: & Commendatario, qui etiam vnus tantùm constituitur, acquiri; *argum. l.* 3., *D. de acq. poss.* ibi: *Sed sufficit quamlibet partem eius fundi introire*, cum aliis, quæ alio loco trademus.

Et ita † Commendatarius est veluti proprietarius dictorum Indorum, siue tributorum, quæ ab illis præstantur, qui verò pensionem, vel pensiones capiunt, possunt comparari vsufructuariis, & reliquis, qui ex alienis rebus fructus aliquos, pensiones, mercedes, reditusue percipiunt. Quæ † nomina synonyma esse, & sæpè pro eodem vsurpari ostendit I. C. *in l. fundi Trebatiani, D. de vsufr. legat.* vbi Bart. *l.* 3. *&* 5. *D. de vsufruct. Clem.* 1. *in fine, de reb. Eccles.* iunctis aliis, quæ tradit Gigas *de pension.* Menoch. *consil.* 65. *ex num.* 1. *lib.* 1. *& in tractatu de recup. poss. remed.* 15. *num.* 623. Roderic. *de annuis reditib. lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 2. Gutier. *de tutel.* 3. *par. cap.* 23. *num.* 16. *&* 17. Carrocius *de locat. quæst.* 10. *num.* 5. & plures alios cumulans D. Ioann. del Castillo *lib.* 1. *de vsuf. cap.* 36. *n.* 69. 10

Neque his aduersatur, † quòd cùm Commendatarios in capitibus præcedentibus vsufructuariis similes esse diximus, habita consideratione ad Regem nostrum, qui semper Indorum proprius, & verus dominus remanet, † non videtur ex vno vsufructu alterum posse deduci, *l. cùm esset* 33. *in fine, D. de seruit. rust.* ibi: *Neque seruitutis fructus constitui possit, l.* 1. *D. de vsufr. legat.* ibi: *Quia seruitus seruitutis esse non potest*, cum aliis adductis à Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis mat.* 3. *par.* Conan. *lib.* 3. *comment. cap.* 2. Donel. & Osuald. *lib.* 4. *cap.* 5. Anton. Fab. *lib.* 19. *coniect. cap.* 18. Pichar. *in prin. Inst. de rer. diuis.* & Castillo *d. lib.* 1. *de vsufr. cap.* 51. 11 12

Nam † eiusmodi pensiones non tam nouum vsumfructum in tributis Indorum constituunt, quam ius quoddam designatæ quantitatis, ac veluti certæ commoditatis ab eo percipiendæ, cui Indi commendati fuerunt. 13

Quæ † commoditas in vsufructu quoque cedi, donari, aut vendi pro vita vsufructuarij rectissimè potest; quamuis vsusfructus ipse si alij, quàm domino proprietatis absolutè cedatur, amitti soleat, vt † *in l. si vsusfructus* 67. *D. de iure dot. & in §. finitur cum similibus*, vbi DD. *Inst. de vsufr. iuncta l arboribus* 13. *§. vsufructuarius, l. non vtitur* 45. *in principio, & in §. planè, l. cui vsusfructus* 74. *D. de vsufr. §.* 1. *Inst. de vsu, & habit.* cum aliis, quæ latè adducunt, & hoc pacto in concordiam reducunt, innumeri Auctores, quos refert Barbosa *in l. vsufructu* 58. *D. solut. matrim.* Castillo *vbi suprà, cap.* 69. *num.* 6. *&* 7. & vltra eos Gregor. Lop. *in l.* 2. *tit.* 31. *part.* 3. *verb. El derecho*, Sarmient. *lib.* 3. *select. c.* 9. Rebuf. *in tractatu de decimis, quæst.* 10. *num.* 9. Euerard. Bronchors *in centur.* 1. *Antinom. cap.* 91. Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 24 & Mager. *de aduocat. arm. c.* 9. *n.* 1050. *pag.* 435. 14 15

Qui hinc † inferunt ad possessorem maioratus, vt pro tempore vitæ suæ, & si non ius ipsius maioratus, commoditatem tamen, & fructuum perceptionem cedere, & vendere possit. Quod generaliter ad quemcunque prohibitum alienare, aut post mortem suam restituere grauatum extendit, & pluribus comprobat Galganetus *in tract. de condit.* 1. *par. cap.* 17. *num.* 9. & nouissimè D. Larrea *in discept. Granatens. c.* 10. *n.* 3. *& de protect. iur.* Mager. *vbi sup.* 16

Et his simile est, † quod in pensionibus beneficiorum contingit, de quibus integrum tractatum scripsit Hieron. Gigas, & plura congessit Flamin. *in tract. de resign. benefic. lib.* 2. *q.* 15. *per totam*, & latissimè Nicol. Garcia *in tract. de benef.* 1. *p. cap.* 5. *per totum*, & Costa *in tract. de ratione ratæ, quæst.* 10. Nam licèt beneficia 17

beneficia ex diſpoſitione Concilij Turonenſis regulariter diuidi non poſſent, *cap. maioribus, cap. vacante 26. cap. cùm cauſam 36. de præbend.* penſionum tamen onere ſeruatis ſeruandis grauantur, vt iidem Auctores, & communis praxis oſtendit.

18 Et magis ſimile, † quod in feudis contigiſſe videmus, quibus conceſſis, cœperunt alia feuda minora à primis feudatariis, vel etiam ab ipſis directis dominis concedi, & conſtitui, quæ ſubfeuda vocata ſunt, vt conſtat *ex cap. 1. de his qui feud. dar. poſſ.* & ex locupletiſſimo tractatu quem Marinus Freccia de ſubfeudis ſcripſit *cap. 1. §. ſimiliter de lege Conradi, cap. 1. §. ſin verò, qualit. olim feud. poſſ. alien.* & ex latè traditis à Roſenthal. *in tract. de feudis, c. 9. concluſ. 45. num. 3.* And. Khol. *in tract. de ſubfeud. cap. 1. num. 5.* Iul. Claro, *§. feudum, q. 32.* Hartm. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 44. num. 1.* & Mart. Mager. *de aduocat. armat. cap. 9. num. 796.* qui hoc vno ore approbatum eſſe teſtantur, vt regulariter quicquid conceſſum eſt in feudum, poſſit etiam ſubinfeudari.

19 Vndè † & emphyteutis permiſſum eſt, prædia emphyteutica aliis in emphyteuſim concedere, qui libellarij dicuntur, vt conſtat ex textu, gloſſ. & DD. communiter *in cap. 1. & per tot. de precariis & libellis*, Iaſ. *in l. 1. C. de iur. emphyt. num. 9.* Aluar. Valaſc. *de iur. emphyt. quæſt. 35.* Iulio Clar. *receptar. ſentent. tit. de emphyt. quæſt. 1.* Kalino, & aliis *de verbis iuris, verb. Libellarius contractus*, & Parlador. *in ſexquicent. differentiarum, diff 71. n. 3.*

20 Et † ſuper eandem emphyteuſim, vſumfructum, vel ſeruitutem conſtituere, ad eorum vitam duraturam, vt poſt plures, quos refert, obſeruat Caſtillo *d. tract. de vſufr. cap. 35. n. 17.* cum Molina, Cuiacio, Iulio Claro, Feliciano, & aliis, *vbi num. ſeqq.* idem in feudatariis, & ſuperficiariis procedere docet.

21 Quibus † ego addo id, quod magis notabile & mirabile videri poteſt, nempè ipſam emphyteuſim, vel ius ſuperficiarium, aut ſeruitutem, & quælibet alia bona immobilia, vel quæ immobilibus hæreant, in feudum concedi poſſe, quamuis tale feudum irregulare, & degenerans
22 videatur; cùm † regularis natura feudorum ſit, quòd dominium directum remaneat penes concedentem, vtile verò tranſeat in accipientem, vt ex ſententia Speculat. docuit Imola *in cap. potuit de locato*, Iaſ. *in l 2. num. 3. C. de iure emphyt.* Claud. Seiſel. *in ſpecul. feud. rub. vlt. n. fin.* & Roſenthal. *vbi ſup. cap. 4 concluſ. 1. & 2. & concluſ. 10. in fine, litt. D.*

Ex quibus primò deſcendit, † quòd licèt in
23 penſionibus, & penſionariis beneficiorum controuerti poſſit, & ſoleat, an beneficiorum, & beneficiatorum nomine veniat, & ad aliqua onera teneantur, vt conſtat ex traditis à Burſat. *conſ. 351. num. 27.* Flam. Pariſio *de reſign. benef. lib. 2. quæſt. 15.* Azeued. *in l. 1. tit. 4. num. 5. lib. 1. recop.* cum aliis latè congeſtis à Zerola *in praxi 1. part. verb. Clericus, §. ad ſecundum*, vbi tractat, an in fauorabilibus penſionarius dici poſſit beneficiatus? Salcedo *in addit. ad prax. Bernard. Diaz cap. 62. ex num. 1.* Nicolao Garcia *in tract. de benefic. 1. part. cap. 5.*
24 *per totum.* In penſionariis † tamen noſtrorum Indorum dubitare non liceat, quin extenſiuè Commendatariis ipſorum æquiparentur, & ſubfeudatarij, vel Subcommendatarij dici, & appellari poſſint. Maximè cùm eaſdem penſiones, non ab ipſis Commendatariis, ſed ab ipſo Rege in titulum habeant, & ſub eodem, vt diximus, prætextu, ac reſpectu, quo ipſæ Commendæ, concedi ſoleant, & eodem (vt plurimum) tempore duraturæ, quo caſu etiam penſiones beneficiorum venire appellatione beneficij doctè poſt plures, quos refert, reſoluit idem Nicol. Garcia *vbi ſup. num. 5.*

Quapropter † dicti penſionarij iuramentum fidelitatis æquè ac ipſi Commendatarij noſtris Regibus præſtant, & ad ſeruitia militaria, & reliqua obſequia Commendatariis iniuncta tenentur, de quibus inferiùs agemus, & in ſimili probat, & proſequitur Freccia *d. tract. de ſubfeudis lib. 1. cap. 3. pag. 17. & ſeqq.* & in noſtris terminis Matienz. *in l. 5. tit. 6. lib. 5. recop.*

Et quod magis eſt, † licèt penſionarij beneficiorum non teneantur in loco beneficij reſidere, vt ex communi omnium Doctorum reſoluit Gigas *in d. tract. de penſion. quæſt. 31. num. 4.* quem & alios refert, & ſequitur Flaminius Pariſius *d. tract. de reſig. lib. 2. quæſt. 15. num. 16.* Penſionariis tamen Indorum † iniungitur hoc onus reſidendi, ſiue faciendi (vt dicunt) vicinitatem in capite prouinciæ, vbi ſita eſt Commenda, ex qua penſionem percipiunt, vt præter alias Regias ſchedulas, quæ id inſinuare videntur, expreſsè diſpoſitum eſt in quadam nouiſſimè data Vlyſſiponæ 10. Auguſti, ann. 1619. cuius etiam memini *infrà cap. 25. n. 121.* quæ relatis cauſis harum penſionum conſtituendarum (quæ eædem ſunt, quas ſuprà perpendimus) reſidendi onus non minus Penſionariis, quam Commendatariis iniungit, & vt in eorum titulis hoc grauamen apertis verbis inſeratur, edicit; necnon, † vt neceſſitatem petendæ, & impetrandæ Regiæ confirmationis ſubeant, pro penſionibus ſibi conceſſis, æquè ac ipſi Commendatarij, de quo grauamine inferiùs etiam agemus. Et an, † licèt penſiones beneficiorum non inducant, nec cauſent incompatibilitatem cum aliis beneficiis, vt per Flaminium *vbi ſuprà num. 17.* idem in penſionibus, de quibus loquimur, reſpectu aliarum penſionum, vel Commendarum probandum ſit?

Secundò ex eiſdem principiis deduco, eum † qui dare, vel accipere Indorum Commendas prohibitus eſt, iuxta ea quæ in capitibus ſequentibus adnotabimus, à penſionibus quoque dandis, vel accipiendis prohibitum eſſe cenſeri, cùm † veluti partes Commendarum ſint, & in earum vicem, & locum (vt diximus) ſubrogatæ, *argum. l. quæ de tota, D. de reiuind. l. ſi vnus, § ſi cùm mihi decem, D. de pact. l. poſt diuiſionem, C. de furtis, l. potior, § ſi de futura, D. de qui potior*, & eorum quæ in ſimili tradit Freccia *vbi ſup. pag. 20. num 31.* vbi † quòd ſubfeudum dicitur eſſe pars feudi dominantis, nec dicitur ex toto ſeparatum, & aliis, quæ de natura † ſubrogati notant text. & DD. *in cap. Eccleſia 2. vt lit. pend.* Bart. & DD. *in l. ſi eum, §. qui iniuriarum, D. ſi quis caution. §. hæc actio, D. ſi quis teſtam. liber. & in l. creditores, D. de leg. 1.* Iaſ. *in §. fuerat, num. 5. cum ſeqq. Inſt. de action.* Euerard *in loco à ſubrogatis*, Tiraq. *in legibus connub. gloſ. 5. num. 190. cum ſeqq.* Marſil. *ſing. 255.* & Auguſt. Barboſ. & nouiſſimè Aluar. Valaſcus *in axiom. iur. litt. S. n. 56. & ſeqq.*

E

Et quia † quando extrema sic se habent, quòd ex vno peruenitur ad aliud, vel tendunt ad eundem finem, etiam in materia pœnali, vel restringibili, extensio fieri solet, ita vt dispositum in vno,& in reliquo locum habeat,vt post gloss. *in c.1.de postul.Prælat.*notant Abb.& DD. *ibid.*& plures alij, quos refert, & sequitur Vilaguta *in tract.de extens.leg.prælud.17.n.13.*

Eam nimirum rationem reddentes, quia aliàs † frustratoria esset prohibitio,& legi fraus fieret, quæ non patitur,vt quod vna via alicui prohibetur, ad id per aliam admittatur, *cap. cùm quod vna 84. de reg. iur.in 6.* vbi latè Per. Pech.& alij, *l.quod dictum, D. de pact. l. Seius,* & Augerius,vbi Bart. *D. ad leg. Falcid. l. scire oportet, §. si mater, D. de tutor. & curat. dat. ab his, l. fin. C. de reb. alien.* vbi † prohibita alicuius rei alienatione,eiusdem quoque hypothecam prohiberi videmus, quod etiam traditur *in auth. de non alien. §. alienationis, & §. quia verò, collat. 2.* cum aliis congestis à Pet. Barbos. *in l.cùm Prætor, §. vltim. num.135. D. de iud.* Surd. *decis. 21. num. 4. & consil. 427. n. 10.* Menoch. *de præsumpt. lib.4.præs.189. num. 32.* & Valasco *vbi sup. litt. P. axiom. 212. & 213.* & in nostris terminis Commendarum D. Valençuela,omninò videndus, *consil.83. n.153.* vbi † quòd leges non debent frustrari, neque eludi.

Et ita in † Supremo Indiarum Senatu iudicatum fuit contra eos,quos huiusmodi pensionibus quondam donauit Peruanus Prorex D. Andres Hurtado de Mendoça, Cannetij Marchio, durante interdictione prouisionis Commendarum ei facta,interim dum quæstio emergens de eisdem Commendis perpetuandis vel non,ventilabatur, & decidebatur.

Et mirè conducunt † ea, quæ loquens de pensionibus beneficiorum tradit Nicol.Garcia *d. c.5.n.430.& seqq.*vbi resoluit, etiam pensiones impositas vltra potestatem, & iurisdictionem imponentis,pro quolibet excessu in totum annullari, ex rationibus per eum adductis.

Tertiò ex prælibatis infertur, † minus tutam, & iuri consonam videri opinionem Ioan. Matienzo *in l.2.tit.10.lib.5.recop.gloss.2.num.6. & 31.* quatenus docet, has pensiones, & similes alias Regias largitiones, quæ benemeritis Noui Orbis in defectum, siue supplementum Commendarum ex dispositione dictarum legum nouarum 22. & 30. anni 1542. & similibus,fieri solent,& in Noua-Hispania plurimum frequentari solebant,quas, *Entretenimientos, ò ayudas de costas,*vocamus, posse facilè, & ad liberum Regis nutum adimi,& reuocari. Motus eo,quòd feudis Cameræ assimilentur,quæ quia in reditibus ex Regia Camera soluendis consistunt,iustius,& facilius reuocari possunt, iuxta text. *in l.1. tit.26.p.4.* vbi Greg. Lop. *gloss.fin.* & alia † quæ de istis feudis Cameralibus, & eorum natura tradit text. *in cap. 1. §. sciendum de feudis cognit. & in cap. 1. §. si verò, quæ sit prima causa benef. amitt.* vbi Scribentes,Ias.*in tract.de feud.n.125.* Zas. *in epitom.feud. 4.p. num.6.& 7. & par.12. num. 31.* & Rosenth. *de feud. cap. 2. concl. 75. per totam.*

Etenim hæc ratio in pensionibus neutiquam militat,quæ ex tributis Indorum,& non ex Regia Camera (vt diximus) deducuntur. Et dato quòd † in aliis largitionibus, siue *Entretenimientos, ò ayudas de costa*, militaret, quatenus ex Regia gaza, Camera, vel patrimonio solui iubentur,vbi tamen largiendi causa duraret, & remuneratio seruitij merita non excederet,non magis auderem de earum, quàm de Commendarum facili reuocatione consulere, cùm in vtrisque laborum præmium,& Principis beneficium æqua lance consideretur, & vtrumque secundùm vulgaris iuris regulas durationem expostulet, vt *infrà cap. 27.* peculiariter prosequemur.

Et de his largitionibus † vulgò (vt diximus) *entretenimientos*, & eorum origine, & praxi in Noua-Hispania, & in quibus à Commendis, & pensionibus differant, diligenter scribit Antonius de Leon *d. tract. de confirm. Regiis, 1.p. cap. 16. ex num.12.* vbi etiam *fol. 85. num. 41.* insinuat, in eis esse necessarium petere confirmationem, ex dispositione nouarum schedularum,de quibus etiam inferiùs agemus. 43

Quartò, prædictis etiam consequens est, eiusmodi † pensiones, vbi nihil aliud in concessione,seu tenore inuestituræ deciditur, non in quota parte Commendæ, aut fructuum illius,sed in certa, & designata pecuniæ quantitate constitui solere, vt post alios in simili obseruat Nicol.Garcia *d.cap.5. num.362. & seqq.* inquiens, quòd si contrarium fieret, esset scindere beneficium, quod prohibitum est in iure, cap. maioribus,de præbend. cum aliis per eum relatis. 44

Quæ † quantitas pensionario soluenda est à Commendatario, vel eius nomine à loci Prætore, libera & immunis à contributionibus, quas Commendatarij pro doctrina Indorum, administratione iustitiæ, salario *Cacicorum*, fabrica, & refectione Ecclesiarum, & aliis rebus similibus soluere solent, etiam si his oneribus, & pensionis præstatione solutis parum,vel nihil lucri apud ipsum Commendatarium remaneat, vt plerúmque contingere videmus, ob superuenientem Indorum diminutionem, vel etiam ob grauamina pensionum, quæ tempore concessionis constituuntur, quæ efficiunt, vt aliquando nudum tantùm nomen proprietatis apud Commendatarium remaneat:& interdum illud solum lucrum, quod ex maiori pretio venditionis specierum in taxa designatarum, corrogare solet,cùm illæ minori in eadem taxa moderatæ sint. 45

Pro qua sententia facit, quod in simili, † de pensione beneficiorum omnes illius fructus absorbente, tradit Garcia *vbi sup. num. 399.* Guid. Papæ *quæst.8.* vbi probat, annua pensione super fundo assignata,vel annuo reditu super molendino,minuto lucro furni,aut molendini, adhuc constituentem teneri ad integram pensionem. Et quod attinet ad onerum solutionem text. optimus † *in l. 1. C. de annon. & tribut. lib. 10.* vbi Imp. ait: *Annonas is soluere debet, qui possessiones tenet, & fructus percipit.* Et gloss. addit: *Non autem illi, qui pensiones recipiunt, nisi sit consuetudo:* & idem resoluit cum Innocent. Bart. & Bald. Iulius Ferretus *in tractat. de gabellis, num. 558.* inquiens: *Quòd si statuto caueatur, quòd soluatur collecta de fructibus, non habebit locum in pensione, licet appellatione fructuum contineatur, quam quis soluit pro fundo, aut beneficio.* Iunctis aliis, quæ nouissimè ad 46 47

vtramque partem congerit D. Valençuela *conf.* 137. *num.* 7. *& seqq. & conf.* 115. *num.* 47. *& conf.* 186. *ex num.* 28.

48 Et possunt non ineptè ponderari † aliqua exempla, quæ deducuntur in text. *in extrauag. vnica*, §. *Prælati*, *de decimis*, *extrauag. suscepti*, §. *in illis*, *ne sed. vacan. cap. cùm olim* 19. *de censibus*, *l. neque stipendium*, *D. de impens. in reb. dot. fact. l. hactenus* 8. *l. si pendentes* 77. §. *si quid cloacarij*, *D. de vsufruct. l.* 2. vbi DD. C. *de iur. emphyt.* in quibus possessori beneficij, dotis, vsusfructus, vel emphyteosis semper iniungitur integra præstatio decimæ Papalis, subsidij, procurationis, vel alterius cuiuslibet collectæ, aut tributi prædictis rebus impositi, ea reddita ratione, quia onus fructuum hæc impendia sunt, prout latius prosequitur Feder. de Senis *conf.* 43. Nicol. Festas. *in tractat. de æstim. & collect. cap.* 4. *num.* 26. *&* 32. Aluar. Valascus *de iur. emphyt. quæst.* 17. *num.* 1. *& sequent.* Gigas *dict. tractat. de pension. quæst.* 38. *& conf.* 16. Tiraquel. *de primog. quæst.* 74. Vvames *conf.* 288. *sub tit. de præb.* Moneta *de decim. cap.* 9. *à num.* 87. Ioann. Garcia *in tractat. de expens. cap.* 11. *numer.* 11. 45. *&* 56. Flores de Mena *lib.* 2. *variar. quæst. q.* 21. *numer.* 132. Castillo *dict. tractat. de vsufruct. cap.* 56. *num.* 2. *& sequent.* & latè Sesse *decis. Aragon.* 7. *part.* 1.

49 Et quamuis † aliqui ex his Auctoribus, maximè Valascus, & Ioann. Garcia num. 57. qui plures allegat, & latiùs cæteris Nicol. Garcia *dict. tractat. de benef.* 1. *parte*, *cap.* 5. *num.* 171. docere videantur, mero iure attento, soluentem, in aliquibus ex prædictis casibus, habere recursum contra eos, qui pensionem ex illis bonis, fructibusuè percipiunt, vel vti posse iure retentionis pro rata collectæ pensionem contingente, omnes tamen communiter resoluunt, id quod dictum est, quòd absque deductione tributorum, & nullo recursu habito contra pensionarios, debent integrè soluere collectas, & tributa de consuetudine seruari, vt asserit Ioann. Garcia *vbi sup. num.* 59. *& de iure Hispaniæ*, Auendaño *de exeq. mand.* 2. *p. cap.* 14 *num* 9. *&* 21.

Et ipse Nicol. Garcia *num.* 172. cum aliis,
50 quos adducit, idem agnoscit, † vbi pensio est reseruata libera, & exempta ab omni onere, quia tunc onus pertinet in totum ad Rectorem, seu titularem beneficij, quales esse dixi
51 omnes † pensiones, quæ frequentiùs, & sub forma communi in hoc Regno Peruano super Commendis Indorum (de quibus agimus) constitui solent.

52 Adeò † vt vix, & ne vix quidem viderim, vel audierim, quòd aliquis Commendatarius Indorum proprietatem habens, sub forma ordinaria sibi concessam, à pensionariis quicquam eo prætextu refundi, vel diminui petierit. Sicuti neque vt sibi congrua sustentatio relinqueretur; quamuis hoc à pensionariis beneficiorum sæpè implorare, & impetrare soleant eorum Rectores, vt latè prosequitur Nicol. Garcia *dict. tractat. de benef.* 1. *parte*, *cap.* 5. *num.* 367. *&* 399. *& seqq.* & nouissimè D. Valençuela *conf.* 115. *num.* 47. *& conf.* 137. *num.* 7. *& seqq. & conf.* 186. *ex num.* 28. *vol.* 2.

53 Quæ consuetudo † licèt iure communi non esset ita firmata, nec tanti temporis diuturnitate præscripta, absque dubio seruari deberet, quia in materiis tributorum, & similium onerum soluendorum, plurimum valet, & etiam contra iuris regulas attendenda est, iuxta textum optimum, vbi notant DD. *in l. si fine*, §. *Lucius*, *D. de administ. tut. cap. super eo*, *&* ibi Abbas, *de censibus*, gloss. celebris, & ibi Bart. & omnes *in l.* 1. *C. de annon. & tribut. lib.* 10. idem Bart. & latiùs eius Additionator. *litt. A. in d. l. neque stipendium*, *D. de impens. in reb. dotal.* Aluar. Valas. & Auend. *vbi suprà*: Vincentius *de Franchis decis.* 56. *num.* 6. *&* 8. cum aliis, quæ adduxi *sup. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 1.

Et pro eadem consuetudine adhuc, & magis in nostris terminis, † facit exemplum feudatarij, qui & ipse (sicut & nostri Commendatarij) ad collectas tenetur, ex eo, quòd rei infeudatæ fructus percipit, & dominus vtilis est, vt probatur *in cap.* 1. §. *vi autem*, *de inuestit. de re alien. fact.* Valascus *dict. quæst.* 17. *n.* 3. Festas. *dict. cap.* 4. *num.* 29. Inauditum tamen est, vt ob id possit aliquid deducere de seruitio, vel pensione, quam præstat domino feudi, vel alij ex eius delegatione.

Quemadmodum † etiam contingit in eodem feudatario filio primogenito, qui tenetur fratri secundogenito vitam, & militiam præstare, & licèt hæc præstatio reputetur portio, & onus feudi, vt per Afflict. *decis.* 43. *num.* 2. *& decis.* 133. *num.* 2. Nihilominus tamen Adoham, & relleuium pro feudo integrè soluit, nec ob id, quòd secundogenito præstat, aliquid deducit, vt per eundem Afflict. *decis.* 251. *num.* 2. qui licèt in fine non videatur se firmare, Cæsar tamen de Vrsillis eius Additionator, *num* 5. plures allegat id tenentes, & vltra eum Iacob. de Agell. *in tract. de iure adhoa* &c. *num.* 93. vbi dicit, quòd nunquam in adhoa est deducta vita & militia, sed soluitur integrè per primogenitum, sine aliqua deductione, quod idem repetit in relleuio, *ibidem*, *n.* 95. & Baeça *de decim. tutor. cap.* 29. *num.* 13. vbi in fine, ex Boerio *decis.* 244. aliud exemplum adducit.

Et hæc † non incongruè, ob rationis similitudinem, applicari etiam possunt ad possessorem maioratus, qui alimenta secundogenitis præstat. Nam de quantitate illis assignata, nullam contributionem deducit, quod miror non tetigisse Molinam, alioqui plura de his alimentis tractantem, *lib.* 2. *de primogen. cap.* 15. *&* 16.

Atque hanc pensionariorum à tributis, & diminutionibus immunitatem, respexisse videtur Gigas *dict. tractat. de pens. quæst.* 62. *num.* 19. Alexander de Næuo *conf.* 63. *num.* 9. & Costa *dict. tractat. de rata*, *quæst.* 10. *à num.* 6. Dum † dicunt, pensiones aleæ fortunæ obnoxias non esse, nec subiacere casui fortuito. Quod tamen Ego intelligendum existimo, nisi talis casus fuerit, qui omnes fructus tollat, vel eos, quibus ablatis pensio, beneficio, vel Commendæ iniuncta, solui non posset. Nam tunc † Rector, vel. Commendatarius de suo quicquam erogare cogendus non erit, & sufficiet, quòd pensionariis id cedat, quod reliquum fuerit, eósque suo loco constituat. Nam cùm non ex persona sua, sed Commendæ ratione teneatur, & propter fructus, qui ex ea percipi possunt, non

non † tam quantitatis, quàm ſpeciei debitor cenſeri debebit, atque eà propter, illa perempta ſine culpa ſua, liberatur, iuxta ea, quæ notant DD. *in l. Titia textores* 34. §. *fin. D. de legat.* 2. DD. *in l. licet, C. de locato*, Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 4. & Nos *ſup. lib.*1. *c.*19.*n.*40. & multum in noſtris terminis Vincentius de Franchis *deciſ.* 79. *num.* 3. quem refert, & ſequitur Coſta *vbi ſuprà quæſt.* 129. *num.* 9. vbi ait, † quòd de mercede, ſiue penſione debita in pecunia, occaſione fructuum, idem iudicatur, quod de fructibus ipſis.

Et hoc ad ineundam eorum partitionem valdè tenendum eſſe, poſt Cagnolum, & Tiraquel. docet Couarr. *lib.*1. *variar. cap.*15. *n.*10. *& ſequent.* & Caſtillo *dict. tractat. de vſufruct. cap.* 78. *num.* 6. & ſequitur poſt plures alios, quos refert Nicol. Garcia *dict. cap.* 5. *ex num.* 227. † Inde deducens, penſionem ſoluendam eſſe ex fructibus à beneficiato excommunicato, vel ſuſpenſo amiſſis, cùm ſuper illis ſit impoſita, & ſit onus reale, & idem eſſe in ſubſidio, † vel alio onere impoſito ſuper fructibus, vt per Couarr. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 8. *verſ.* 12. *ad finem*, & alios ibi relatos: & in qualibet alia re cenſui ſuppoſita, Felicianus *in append. ad lib.*1. *de cenſib. cap.*1. *n.*6. *verſ. Neque obeſt, quòd cenſus*, *pag.* 13. † Et, ſi ratione non ſolutæ penſionis, alicui fructus Commendæ adiudicentur, & illi penſionis valorem excedant, qualiter computatio fieri debeat, & exceſſus ſit reſtituendus? videnda ſunt, quæ in ſimili tradit Eſcobar *de ratiocin. c.*16. *n.*54.

Neque his repugnat † tex. *in l. Lucius* 12. *D. de alim. & cib. legat.* quoniam ibi prædia, ex quibus libertis ſuis alimenta præſtari teſtator iuſſit, magis demonſtrationis cauſa, & vt veluti loco pignoris eſſent, expreſſa eſſe videntur, quàm vt obligationem, & quantitatem fideicommiſſi mutaret, vel minueret, quam in perſona hæredum conſtitui, & integrè ſingulis annis præſtari voluit, etiam ſi ad id prædiorum fructus aliquando non ſufficerent, vt idem text. & gloſſ. & Doctores, vbi apertè oſtendunt, & pluribus ornat Guid. Papæ, *vbi ſup.* Roman. *ſing.*432. Neguſant. *de pignor.* 4. *memb.* 2. *parte*, *num.* 164. *verſ.* 23. Iulius Pacius *in antinom. cent.* 6. *cap.* 34. Galganetus alia iura ſimilia adducens, *in tract. de condit. & demonſt.* 1. *part. cap.*5. *n.* 4. & Mathias Collerus *in tractat. de aliment. lib.* 1. *cap.* 15. *ex n.* 64. *pag.* 530. *& ſeq.* Alioqui ſi in ipſis prædiis, vel ratione eorum, obligatio conſiſteret, contrarium proculdubio reſponderet I. C. vt patet *ex l. cùm certus* 5. *D. de tritico legat. l.* 2. *in fine*, *D. de condit. & demonſtr. l. ſi debitor* 39. §. *veroſimile*, *de contrah. empt. l. interdum* 73. *l. interſtip.* §. *ſacram, verſ. Si ſtipulatus, D. de verbor. obligat.* vbi † (quod magis eſt) Iulius Paulus inſinuat, tali in caſu, vnius anni ad alium reſpectum non haberi, nec vbertatis, & ſterilitatis compenſationem iniri, ſed quo anno nulli, vel pauci fructus nati ſunt, nihil amplius deberi, expectandúmque eſſe penſionario, vt iterum naſcantur, & dari poſſint: *& per has vices, aut ceſſaturam, aut valituram ſtipulationem*, quod valdè in noſtro propoſito notabile eſt, & vbi opus fuerit, conſulendi erunt Bart. Alexand. & Iaſ. *ibid.* & Donell. *num.*9. Bald. *in l.*1. *num.* 12. *C. de fruct. & litium expenſ.* Cuiac. *lib.* 2. *obſeruat. cap.* 12. Petr. Benintend. *deciſ. Bonon.* 64. *à num.* 1. Alexand. & Barboſ. *in l. fructus, D. ſolut. matr.* idem Alex. *in l.*4 §. *Prætor, num.*26. *D. de dam. infect.* Mendez de Caſtro *in l.* 1. *C. de annon. ciuil. num.* 19. & Vincent. Carroc. *in tractat. de locato, tit. de remiſ. merced. quæſt.*8. cum aliis.

Et † de hypotheca, & prælatione, quam ob 66
prædictam rationem penſionarius habet in fructibus beneficij, vel Commendæ ſibi ſignatæ, text. *in l. codicillis*, §. *ſi inſtituto*, *D. de leg.* 2. text. *in l. Imperatores*, *D. de publican. l. inter debitores*, *D. de pact. l. nihil proponi* 120. *D. de legat.* 1. *d. l. Lucius de alim. legat. l. hactenus, verſ. Modica, D. de vſufruc. c. niſi eſſent, de præb.* Archid. *in cap. ſi quis loca* 17. *quæſt.* 1. Ioan. Faber. *in* §. *item Seruiana, num.* 39. *Inſt. de action.* Bald. *conſ.* 182. *volum.* 5. Boërius *quæſt.* 66. Cacialup. *de penſ. quæſt.* 9. *numer.* 8. Gigas *in eodem tract. quæſt.* 44. 55. *&* 65. Roman. *conſ.* 338. Guido Pap. *deciſ.* 576. Ripa *in l.* 1. §. *ſi hæres, num.*13. *D. ad Trebell.* Fanus *de pignorib. in* 4. *memb.* 2. *part. numer.* 164. Afflictus *deciſ.* 95. Cephalus *conſ.* 135. Corneus *conſ.* 206. *volum.* 1. Couarruuias *in cap. Raynutius*, §. 10. *num.* 8. *de teſtamentis*, Marcheſan. *de commiſſion.* 2. *part. cap.* 4. *num.* 69. Collant. *in pragm.* Agricol. *lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 8. Nicol. Garcia *vbi ſup. num.* 204. 227. *&* 236. & plures alij, quos latè congerit Petrus Surd. *in tractat. de alim. tit.* 8. *pag.* 52. qui omnes hoc planiùs procedere docent, vbi deſignatio certæ quantitatis ſoluendæ ex aliquo fundo ad alimenta, vel aliud opus pium ſubordinatur.

Eóſque ſequutus Gigas *quæſt.*44. *& ſeq. poſt* Roman. *conſ.* 388. multum in noſtris terminis 67
notat, † quòd cùm penſio Eccleſiaſtica vicem alimentorum habeat, ad quemcunque beneficij poſſeſſorem tranſibit, qui penſiones, etiam tempore alterius poſſeſſoris decurſas ſoluere compelletur, contra illius bona, & hæredes, ſibi iure eaſdem repetendi ſeruato, vt tradit etiam Gambara *in tractat. de offic. & poteſt. legat. lib.* 6. *num.* 428. Morla *in emporio iuris, tit.* 6. *in rub. num.* 34. Burſat. Caſſador. & alij, quos refert Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 40. & latiſſimè Nicol. Garcia, omninò videndus, *d. cap.*5. *ex num.* 191. vſque *ad num.* 203.

Quintò ex eadem obſeruatione, & natura iſtarum penſionum deducitur, quòd quem- 68
admodum † penſionariis nihil ob contributiones, vel diminutionem Commendarum detrahitur; ita nihil etiam ob earundem augmentum prætendere poſſunt, vltra quantitatem pecuniariam ſibi aſſignatam, neque ſpecierum (quas vocant) beneficio gaudere, niſi aliud (vt diximus) tempore conceſſionis cautum fuerit, quod raro fieri ſolet. Nam hoc totum in proprietarij fauorem, ſeu Commendatarij commodum cedit, vt ſic qui in vno gra- 69
uatur, in alio releuetur, † & lucri, & damni ratio æqua lance metiatur, *l. eum qui* 30. *D. de iureiurand. l. ſi ex toto, in princip. D. de legat.* 1. *l. ſcribit, D. ad Trebell. l. iure ſuccurſum, D. de iure dotium*, *l. ſecundum naturam, de reg. iur.* cum aliis, quæ congerit Aluarez Velaſcus *in axiomat. iur. litt. A. axiom.* 625. *&* 628. *& litt. G. axiom.* 38. *& litt. L. axiom* 84. & de penſionibus beneficiorum loquens Gigas

quæſt. 62. *num.* 13. Franc. Marcus *deciſ.* 210. *n.*2. *part.*2. Coſta *dict.tractat.de rata,quæſt.*108. *num.*6. & Nicol. Garcia *d. cap.* 5. *num.* 362. & *ſeqq.* & ante omnes gloſſ. *in Clement.* 2. *de decimis*, *verb. Taxationem*, quæ expreſsè hanc eandem rationem aſſignat. Quod tamen Ego
70 † limitandum cenſerem, vbi reditus Commendæ iuxta eius taxam non ſufficiunt ad integræ penſionis præſtationem. Nam tunc fortè audiri deberet penſionarius, ſi ex incremento ſpecierum reſidui ſolutionem expoſtularet: cùm negari non poſſit illud beneficium occaſione Commendæ ad eum pertinere, vt in ſimili docuit Vlpianus I. C. *in l. generaliter* 24. §. *planè ſi fortè*, *D. de fideicommiſſ. libert.* ibi: *Nec cauſari debere, quod minus ei relictum ſit, cùm creuerit eius legatum per teſtamenti occaſionem, &c.* Et vide *l. Papinianus* 8. §. *ſi conditioni, D. de inofficioſ. teſtam.* cum ibi notatis.

71 Quod etiam † efficit, vt finita vita, vel vitis pro quibus penſio conceſſa eſt, ſtatim etiam eius præſtandæ obligatio finiatur, & hoc totum regulariter in Commendatarij proprietarij commodum cedat, ſicuti contingit in penſionibus beneficiorum, vt per Caccialup. & Gigan. *quæſt.* 1. Corraſ. *de benef.* 1. *part. c.* 4. *num.* 9. & 10. Guillel. Caſſador. *deciſ.* 10.*n.*7. & 8. *tit. de reſcript.* Paul. Æmil. *deciſ.* 161. *num.*4. *lib.* 1. Caputaquenſ. *deciſ.* 303. *num.*13. *part.*2. Flamin Pariſ. *lib.*6.*quæſt.*4. *num.*3. & 31. Couar. *lib.*3. *var. cap.*7. *num.* 3. & *lib.* 1. *c.*15. *num.* 12. Surd. *de aliment. tit.*9. *quæſt.* 11. *n.* 2. & 19. Gutier. *canon. quæſt. cap.* 34. *num.* 64. Rodriguez *de ann. redit. lib.*1. *quæſt.* 5. *num.* 1. & *ſeqq.* Vincent. Filiucium *de ſtatu clericor. tract.* 47. *de penſion. cap.* 8. *num.* 1. & Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *num.*239.

72 Et in feudis, † quæ deficientibus ſucceſſoribus in inueſtitura vocatis, ad directum dominum redeunt, vt *in cap.* 1. *de eo qui finem fecit agnationi*, cum ſimilibus, quaſi naturali ratione, & iure (quod vocant) reuerſionis, res eò, vnde diſceſſerat, redeat, & reuertatur, de quo aliqua dixi *ſup.lib.*1. *cap.*23. *in fine.* Et in ſimili de ſubfeudis loquens, & ad amiſſionem, quæ fit propter delictum ſubfeudatarij extendens, Matinus Freccia *d. tract. de ſubfeud. lib.* 2. *pag.* 279. *num.* 2. & de noſtris Commendis agens Valençuela *conſ.* 83. *num.*149. & *ſeq.* vbi quòd hæc reuerſio eſt fauorabilis, & Nos *infrà cap.*27. *num.*8. & 9. Et pariter † in vſufructu,
73 qui aliquo ex modis finito, qui referuntur *in toto titulo D. quibus mod. vſufr. amit. l. corruptionem, C. de vſufr.* & §. *finitur, Inſt. eodem, l.* 24. *tit.* 31. *par.* 3. *cum ſeqq.* ſtatim ad proprietatem conuolat, & cum ea ipſo iure, & abque noua poſſeſſionis apprehenſione, conſolidatur, vt in eiſdem iuribus dicitur, & *in l.* 6. *de vſufr. accreſcendo*, & *in* §. 1. *Inſt. eodem*, vbi Iuſtianus eam rationem reddit, mutuatam ex I. C. Caio *in l.* 3. §. *ne tamen*, *D. de vſufr. Ne aliàs in vniuerſum inutiles eſſent proprietates, ſemper abſcedente vſufructu*: de quo iuris articulo vltra Scribentes in dictis iuribus, & Iul. Paul *lib.* 3. *ſentent. tit.* 6. vbi Cuiacius in notis, latè agunt DD. congeſti à Caſtillo *in eodem tract. cap.* 61. & vltra eos Barboſa *in l. vſufructu per totam*, *D. ſolut. matr.* Canon. *lib.* 4. *comment. cap.* 6. *ex num.* 3. Petrus Greg. 1. *part. ſyntag. lib.*4. *cap.* 5. *num.* 7. Goueanus *lib.* 2. *var. lect. cap.* 26. Medices *in tract. mors omnia ſoluit, ex n.*34. Sarmient. *lib.*3. *ſelect.c.*9. & Euerard. Broncorſt. *in cent.*1. *antinom.c.*91. Couar. *lib.*3. *var.cap.*8.*num.*7. Pinel. *in l.* 1. *C. de bon. mater.* 3. *p. num.*37. & Aluar. Valaſcus *conſult.* 66. *num.*25.

Eſt autem † *conſolidare*, rem, quæ à ſolido 74
iam diuulſa erat, iterum ſolido iungere, & velut in vnum reducere, & coadunare, vt rectè notant Briſſonius, Hottom. Kalinus, & alij, qui de verbis iuris ſcripſerunt, *verbo Conſolidatio*, & *conſolidare*: quo verbo Vlpianus in hac vſusfructus ad proprietatem reuerſione vſus eſt *in l. idem* 3. & 6. *D. de vſufr. accreſc.* cui adludunt Iauolen. & Paulus *in l. à libertis* 35. *D. de bon. libert.* & *in l. Sempronius* 26. §. 1. *D. de vſufr. legat.* dum ſolidam eam proprietatem appellant, in qua vſusfructus ineſt, † & Iuſtin. 7
in dicto §. *finitur*, ibi: *Quæ res conſolidatio appellatur*, & Tryphonin. *in l. cùm in fundo* 78. §. *quòd ſi mulier, verſ. Ipſius autem*, ibi: *Vt habenti mulieri fundum vſusfructus cedatur, & ita cum proprietate conſolidetur.*

Et eodem † conſolidationis verbo, in hoc 7
Regno Peruano communiter vtimur, vbi de penſionum ad proprietatem Commendarum vnione, & reuerſione tractamus, vt in terminis obſeruat Matienzus *in l.*6.*gloſſ.* 2. *num.* 30. & 31. *lib.* 5. *recop.* quam ideò regulariter fieri dixi, quia aliquando tempore conceſſionis contrarium cauetur, † quæ lex veluti propria, & ſpe- 7
cialis huius contractus, generalem excludit, *l. contractus*, ibi: *Legem enim contractui dedit*, *D. de reg. iur. l.* 1. §. *ſi conuenit*, *D. depoſiti*, ibi: *Contractus enim legem ex conuentione accipiunt*, *l. in conuentionalibus* 52. *D. de verb. oblig.* ibi: *Contractui formam contrahentes dant*, cum aliis traditis à Velaſco *litt. C. axiomate* 181. & *litt. P. verb. Prouiſio hominis, axiom.* 234.

Et etiam non admittitur, † quoties proprie- 7
tario certa, & determinata quantitas à Rege, vel Prorege in remunerationem ſuorum meritorum in aliqua Commenda, ſiue *Repartimiento*, vt vocant, Indorum deſignata eſt, tunc enim etiam ſi proprietarius ſit, accretionis ſiue conſolidationis penſionis iure priuatur, quia limitata cauſa limitatum producit effectum, *l. in agris*, *cum vulgat. D. de acquir. rer. dom.* & quia † de quantitate ad quantitatem non da- 7
tur ius accreſcendi, quando diuiſim data, vel legata reperitur, quia diuerſæ res, & diſtinctæ quantitates operantur, vt nulla realis, nec verbalis coniunctio conſiderari poſſit, vt rectè docuit Baldus *conſ.* 192. *num.* 2. & 313. *in princip. lib.* 1. Caſtrenſis *conſ.* 218. 400. & 406. *lib.* 2. Alex. *conſ.* 55. *num.* 3. *lib.* 2. quos refert, & ſequitur Tuſchus *litt. I. concl.* 566. *num.* 24. & *ſeqq.* & Vlricus Hunnius *lib.* 2. *var. tract.*8. *quæſt.* 8. *pag.* 668. & dicam *infrà cap.*12. *num.*46.

Vnde talis penſio iterum vacare cenſebitur, & ad Regem redire, vt vel ab eo, vel illo qui eius nomine ius commendandi habet, iterum prouideatur, prout ſæpè vidi de facto ſeruatum, & præcipuè in Commenda *de Lambaieque*, nobili viro D. Ioanni Barberano conceſſa, vt ex ea quinque ponderum millia perciperet, quæ ei iuſſa fuerat conſignari.

Cæterùm † vbi non quantitas deſignatur, ſed vniuerſaliter, & collectiuè Commenda alicui

cui conceditur,eo ipſo ius conſolidationis penſionum, vbi vacare contigerit, conceſſum videtur, etiam ſi de hoc nihil concedens dixerit, dummodò contrarium non expreſſerit, quaſi videatur ſe in hoc caſu cum regulis iuris communis conformare, *l. conficiuntur, D.de iur.codicil.* cum traditis à Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt.21. n.35. & præſ.202. à. n.1.* cuius diſpoſitioni † caſus omiſſi reſeruari videntur, *l. commodiſſimè, D. de liber. & poſthum. l. cùm Prætor, D. de iudiciis, l. extraneus, D. de condict. ob cauſ. l. ſi cùm dotem*, vbi Barboſa, *D. ſolut.matrim.* cum aliis adductis à Velaſco *litt. C. axiom.5. & ſeqq.* & Iulius Clarus, qui alios allegat *in §.teſtamentum, q.76. n.10. & 11.* † *l. præcipimus in fine, C. de appell.* ibi: *Quidquid autem hac lege ſpecialiter non videtur expreſſum, id veterum legum, conſtitutionumque regulis omnes relictum intelligant*; circa quam plura, multum ad rem noſtram conducentia, congerit Rolandus à Valle *conſ. 66. n. 30. & conſ. 172. n. 44. vol. 1.* Donel. & eius Additionator Oſualdus *lib.1. comment.c.14. in fine*,& ſignanter Paul. Caſtrenſ. *conſ.241.ad fin.vol.2.* Mantica *de coniect. vlt.vol. lib.8. tit.17. in fin.* quos refert Caſtillo *lib. 3. controuerſ. cap. 17. n. 157.* illum probant,† quòd quoties teſtator non diſpoſuit, ad quos hæreditas debeat peruenire, præſumitur voluiſſe,quòd perueniat ad legitimos hæredes venientes abinteſtato.

Planè † & ſi penſionis conceſſio, & conſtitutio ob aliquem defectum nulla iudicetur, & declaretur, Commendatarius, ſiue proprietarius,eius conſolidationem minus iuſtè deſiderabit; quia tunc non tam vacatio inducitur, quàm res in priſtinum ſtatum reducitur, vt verum legitimè fiat, quod vitioſè prima vice actum apparuit, arg. *l. 4. §. condemnatum, D. de re iudic.* iunctis aliis, quæ Iaſ. ibid. adducit, *l. 1. §. verſum, D. de in rem verſo*, & melioris text. *in l. voluntate, §. fin. D. quib. mod. pingn.* ibi: *In priſtinam cauſam res redit, reſoluta venditione*, cum aliis, quæ latè congeſſit Catel. Cotta *in memorab. iur. verb. Actus nullus & verb. Vidua*, Tuſch. *litt. A. concl.139.* Surdus *conſ. 179. num.51.* Velaſcus *in axiomat. iur.litt. A. num. 143. & ſeqq. & num.175. & litt. F. num. 62. & 74.* Quod adnotare operæpretium duxi, quia ſæpè hic caſus in facto contingit & ita à Supremo Senatu pronuntiatum vidi in cauſa D. Gabrielis de Caſtilla Commendatarij Indorum de Guadocheri, qui penſionem ſibi adiudicari petebat, quæ ſuper eadem Commenda à Peruano Prorege cuidam conſanguineo ſuo, & extero illius prouinciæ aſſignata fuerat,& hac ratione non confirmata.

Et nuper cùm Ego in eodem Regio Senatu Fiſci patronum agerem,alter caſus accidit,qui mihi dignus viſus fuit, vt his quoque Commentariis interſeratur.† Nam cùm Noui-Granatenſis Regni Præſes,ac Gubernator D.Ioannes à Borgia,quaſdam Commendas,quibuſdam illius Regni incolis, alioqui benemeritis, aſſignaſſet, & in fauorem cuiuſdam filij ſui certas ſuper eiſdem Commendis penſiones conſtituiſſet, quas modico interuallo,non modica pecuniæ quantitate accepta, caſſauit, eiuſmodi factum reprobatum fuit & pecunia Commendatariis refundi iuſſa. Et cùm Ego inſtarem illam in Fiſci vtilitatem ceſſuram, vel ſaltem penſionum reditus ei impoſterum applicandos, cùm Gubernator non niſi ſub hoc onere eis Commendas conceſſerit,& eo ablato incertum eſſet, an eiſdem eaſdem concedere vellet, & an prædicta, deductione non facta, eorum merita exuperarent, atque ita in ipſo Gubernatore, vel voluntas, vel poteſtas commendandi deficeret. Quæ † duo omnium humanorum 86
actuum baſes eſſe videntur, *l. multum intereſt, C. de eo qui alteri,vel ſibi,l.3. in fine*, vbi gloſſ. *C. de contrah. ſtipul.* cum aliis,quæ plenè congerit Iaſ. *in l. exigendi,n.9. C. de procur.* Deci. *conſ. 198.* Hippol. *ſing. 266.* Molin. *de maiorat. lib. 1. cap. 23.* Caſtillo *lib. 2. controu. cap. 26. numer. 4.* Cochier *in tractat. de primar. precib. pag.24.*& Ioann. Bapt. Lupus *in tractat. de illegit. comment. 3. §. 1. num. 69. pag. 206.* vbi vltra poteſtatem & voluntatem, etiam obſeruationem formæ, & ſolemnitatis in actu requiſitæ deſiderat. Adhuc Senatus Commendarum conceſſionem valere,cenſuit, & quod magis eſt, penſiones eiſdem conſolidari, vel pro non adiectis habere. Eo (vt exiſtimo) argumento permotus, † quòd quando donatio in 87
aliquo poteſt valere, & in aliquo non, reiecto eo, in quo valere non poteſt, valet ſaltem in eo, quod poteſt, vt probatur *in l. ſancimus, C. de donation. & in reſcripto, in cap. ſi eo tempore de reſcript. in 6. & in conſtitutione dotis,in l. ſiue generalis, D. de iur. dotium, & in conſtitutione vſurarum, licèt ſint odioſæ, in l. placuit, & in l. pecuniæ, D. de vſuris, & in conſtitutione ſeruitutis, in l. proprium, D. com. præd. & in contractu emptionis, in l. fundus, D. de contrah. empt. & in ſtipulatione, licèt ſit contractus ſtricti iuris, in l. ſed ſi mihi, D. de ſtip. ſeruor. & l. 1. §. ſed ſi mihi, D. de verb. oblig.* & in omnibus aliis contractibus, *in l. hactenus, D. de conſt. pecun. l. ſi tibi, §. 1. D. de pact. l. rogaſti, §. 1. D. ſi cert. pet.* Quia † vti- 88
le per inutile non vitiatur, *d. l. 1. §. ſed ſi mihi*, vbi Iaſ. & cæteri, *l. 1. §. item quæritur, D. de aqua quotid. l. Pedius, D. de recept. arb. §. quòd ſi quis, Inſt. de inut. ſtip.* latiſſimè Pet. Pechius, & alij *in reg. vtile, & in reg. non debet de reg. iur. in 6.* Stephan. Gratian. *diſcept. Forenſ. tom. 4. cap.644. n. 32. & cap.657. n.9. & ſeqq.* Aluar. Velaſco *in axiom. iuris, litt. V. num.191.* & nouiſſimè plura adducens D. Valençuela *conſ.197. n. 91. & ſeqq.* An autem poſt ſemel datam Commendam, poſſit Prorex ſuper illa penſionem imponere, vel impoſitam ad aliam vitam prorogare? *infrà c.11. ex n.55.* tractabimus, & an plures penſiones vni dari poſſint? & an cauſent incompatibilitatem? vide *infrà cap. 5. num. 88. & 89.*

CAPVT IV.

Qui Commendas, vel penſiones Indorum concedere poſſint, & an ad hoc etiam in Proregibus ſpeciale mandatum deſideretur?

SVMMARIVM.

1 *Commendas Indorum, qui conferre poſſint, recenſentur.*

 2 *Prorex*

2 *Prorex Mexicanus quatenus Commendas conferre possit?*

3 *Duces, quibus nouæ conquisitiones committuntur, Commendas conferre possunt.*

4 *Commendas Indorum qualiter olim Religiosi conferrent?*

5 *Audientiæ Regales Indiarum, quando, & qualiter commendandi facultatem habeant?*

6 *Schedula quædam refertur, quæ Audientiis Indiarum Commendandi facultatem denegat.*

7 *Audientia Limensis, in vacante gubernationis, Commendas conferre noluit, & ob id laudata fuit.*

8 *Feuda qui concedere possint?*

9 *Beneficia Ecclesiastica, & pensiones super eis, solus Pontifex concedit, aut imponit, vel ab eo causam habentes.*

10 *Vsumfructum nemo imponere potest, nisi dominus proprietatis, vel domini mandatum habens.*

11 *Maioratus possessor an sit verus dominus, & possit vsumfructum concedere? remissiuè.*

12 *Proreges an sine speciali mandato Commendas conferre possint?*

13 *Proregum dignitas, & authoritas magna est, & immediatè Principem repræsentant.*

14 *Legati à Latere conferunt beneficia, & pensiones ex solo titulo legationis, absque alio speciali mandato.*

15 *Distantia longa multa operari solet.*

16 *Vicarij Regis in remotis constituti, videntur habere facultatem commendandi, cùm possint alienationi feudi consentire.*

17 *Regis assensus quoties requiritur in electione Episcopi, sufficit, quòd eo absente consentiat eius Vicarius.*

18 *Proreges cùm iam ab antiquo soliti sint Commendas conferre, non videtur iam necessarium, quòd ad id habeant speciale mandatum.*

19 *Mandatum generale comprehendit consueta, & actus similes, etiam alioqui excipi solitos.*

20 *Mandato generali veniunt concessiones fieri solitæ in remunerationem seruitiorum.*

21 *Prælatus alienare prohibitus, potest ob merita infeudare, & tutor, & curator.*

22 *Proregis mandatum multum debet extendi, quando id exigit quies, & pax prouinciarum.*

23 *Proreges hodiè non posse Commendas conferre absque speciali mandato certius est, & quare?*

44 *Lex quædam earum, quas nouas vocant, Proregibus ademit commendandi facultatem, vt omnes Commendæ in Corona Regia incorporarentur, quæ tamen in Peruuio seruata non fuit.*

25 *Proregibus quando dari cœptum fuerit speciale mandatum ad Indos commendandos?*

26 *Mandatum generale non comprehendit ea, quæ solent specialiter delegari.*

27 *Mandato quantumuis generali non censetur concessa facultas ad donandum.*

28 *Feudi concessio non venit in mandato generali.*

29 *Proreges in prouincia sibi commissa ordinariam iurisdictionem habent.*

30 *Proreges quatenus Commendas conferunt, non ordinariam, sed delegatam iurisdictionem exercere dicuntur.*

31 *Prætor, qui in aliis habet iurisdictionem ordinariam, in causa tamen sibi specialiter commissa, est delegatus.*

32 *Nuntij, & alij Legati, qui ex concessione sibi facta à R. Pontifice prouident beneficia reseruata, dicuntur delegati, maximè si eis datur instructio, quam obseruare debeant.*

33 *Gubernatores plures prouident Commendas, ex solo titulo officij, absque speciali mandato, & quare?*

34 *Iurisdictio delegata ad vniuersitatem causarum, censetur, & iudicatur tanquam ordinaria.*

35 *Proreges & Gubernatores, qui commendandi facultatem habent, an eam subdelegare possint?*

36 *Delegatus à Principe subdelegare potest.*

37 *Delegatus etiam à Principe non subdelegat ea, quæ sibi specialiter sunt commissa.*

38 *Causa grauis, & in qua censetur electa industria personæ, non subdelegatur, nec transit ad successorem.*

39 *Commendandi facultatem, quòd Proreges, & alij subdelegare non possint, aliquibus schedulis cauetur, quæ referuntur, & qui eorum vices hac in parte suppleant.*

40 *Prorex benè poterit alicui committere, vt aliquem de Commenda in tali prouincia vacante inuestiat.*

41 *Gubernatores in locum defunctorum, & interim dum alij prouidentur suffecti, Commendas conferre possunt, & quare?*

42 *Faciens per alium videtur facere per se ipsum.*

43 *Commendas Indorum ex consuetudine etiam Iudices ordinarij concedere alicubi possunt.*

44 *Locum tenentes Gubernatorum quando habeant facultatem Commendas conferendi?*

45 *Facultas aliquid faciendi, quando alternatiuè pluribus datur, quilibet ea vti potest, & idem est, si simpliciter pluribus committitur.*

46 *Vna & eadem res, vel commissio, non potest pro parte valere, & pro parte non.*

47 *Proreges, vel Gubernatores, quæ faciunt intra tenorem suorum mandatorum, perinde est, ac si à Rege fierent.*

48 *L. pater, D. de manu vind. ponderatur, & illustratur, & aliæ similes.*

49 *Commendarum tituli aliquando sub Regio nomine, & sigillo expediri à Proregibus solent, vulgò* Por Don Felipe.

50 *Mandati fines qui excedit, actum in totum nullum reddit.*

51 *Subreptio est indiuidua, & facit totam gratiam vitiari, vbi non sunt capitula separata.*

52 *Pensio quæ excedit quantitatem narratiuà, vel potestatem concedentis, est nulla in totum.*

53 *Iurisdictio est indiuidua, & si excedatur, actus in totum vitiatur.*

54 *Locatio facta in longius tempus, quàm quod in mandato continetur, in totum vitiatur.*

55 *Casus*

55 *Casus litis olim agitatæ inter D. Anton. Vacam de Castro, & milites, quos vocant* Lanças y Arcabuces, *refertur.*
56 *Facta contra mandatum, pro infectis habentur.*
57 *Inualidum est, quod fit, vel conceditur ab eo, qui ius faciendi, aut concedendi non habet.*
58 *Mandatum quodlibet videtur comprehendere casus minores expressis.*
59 *Mandatum non videtur excedere, qui illud implet per æquipollens, aut in melius commutat, vel sequitur verosimilem voluntatem mandantis.*
60 *Mandato quæ vicina sunt, in eo includi videntur.*
61 *Mandatum non habens, vel illud non præsentans, nihil eius virtute validum facit.*
62 *Mandatum ab initio non habere, vel illud posteà esse suspensum, limitatum, aut reuocatum, paria sunt.*
63 *Mandatum etiam si detur ad donandum causa remunerationis, cessat post illius reuocationem.*
64 *Proregibus Peruanis Marchioni de Cannete & Montesclaros, fuit reuocatum mandatum commendandi Indos, & de dubiis super hoc ortis.*
65 *Tertiæ partis detractio in Commendis Regni Perù quando cœperit?*
66 *Mandati reuocatio, quæ non peruenit ad notitiam mandatarij, regulariter non annullat gesta virtute mandati, & quid in facultate data Vicario ad conferenda beneficia?*
67 *Reuocationis mandati ignorantia potius, quàm scientia præsumitur, & quare?*
68 *Habilitas delegati vbi consideratur, tempus datæ actus, quem gessit, inspici debet, tam affirmatiuè, quàm negatiuè.*
69 *Cap. quondam, cap. postquam, & cap. dudum de præb. in 6. ponderantur, & illustrantur.*
Lex eius qui in prouincia, §. quas verò, D. si cert. pet. ponderatur, & illustratur, ibidem.
70 *Reuocationis mandati scientia non requiritur in his, quæ pendent ex sola voluntate reuocantis, vel sunt ardua, & n. 72.*
71 *Excommunicari quis non potest à proprio Episcopo post priuilegium ad id impetratum, etiam si Episcopus illud ignoret.*
Cap. volentes de priu. in 6. & c. 1. vers. Nam si alicui de conceß. præb. ponderantur, ibid.
72 *Matrimonium inutiliter contrahitur post reuocationem mandati, etiam à procuratore ignoratam.*
Cap. fin. de procurat. lib. 6. ponderatur, & illustratur, ibidem.
73 *Senatus Regius Indiarum qualiter se habuerit in Commendis collatis à Prorege Peruano Marchione Cannetij post mandati reuocationem?*
74 *Beneficia Principum, vel illorum qui Principem repræsentant, non debent vacuari.*
75 *Errorem communem, qui bona fide sequutus, aliquid accepit, vel acquisiuit, molestari non debet.*
L. Barbarius, D. de offi. Præt. & l. 4. tit. 4. part. 3. *ponderantur & exornantur, ibidem.*
76 *Proreges, & Gubernatores, aut legati prouinciarum, quæ faciunt contrà vel præter mandata, & instructiones suas, sustineri debent fauore prouincialium, licèt ipsi reprehendendi veniant.*
77 *Prouinciales non debent à Proregibus petere formam suarum instructionum, aut mandatorum.*
78 *Prorex est veluti institor Regis, pro cuius factis dominus tenetur, & sibi imputat, qui præposuit.*
79 *Dare vbi quis licitè non potest, neque alter ab eo recipere.*
L. 1. C. de cupreß. ex luco Daphnis lib. 11. *ponderatur, & illustratur, ibid.*
80 *Malæ fidei possessor est, qui habet titulum, ab eo, qui illum dare non potuit, maximè si id sciuit, & fructus restituere debebit.*
81 *Actus nullus nullum producit effectum.*
82 *Schedula notabilis ann. 1618. refertur, & expenditur, quæ irritat Commendas contrà tenorem mandatorum datas, & fructus restitui iubet.*
83 *Clausulæ decreti irritantis quanta sit vis, & quòd est sicut fulgur, ad destruendam quidquid in contrarium factum inuenitur.*
84 *Proreges, vel Gubernatores, qui commendandi ius habent, an vbi absunt à suis prouinciis, Commendas conferre possint?*
85 *Iurisdictionis voluntariæ quæ sunt, etiam extra prouinciam exerceri possunt, secus quæ contentiosæ.*
L. fin. D. de iurisd. omni. iud. l. 2. D. de offi. Proconſ. l. 17. tit. 4. part. 3. *explicantur, & concordantur, ibidem.*
86 *Commendarum prouisio, quia oppositionem requirit non videtur ad voluntariam iurisdictionem omninò pertinere.*
87 *Beneficiorum collatio dicitur spectare ad iurisdictionem contentiosam, & quare?*
88 *Absens extra territorium potest delegare ea, quæ ipse in eo facere posset.*
89 *Proreges non possunt, neque in totum, neque in partem delegare suam potestatem gubernandi, aut commendandi.*
90 *Proreges, aut Gubernatores, etiam in articulo mortis constituti, Commendas conferre possunt, & de casu Proregis Comitis Montis-Regij.*
91 *Feuda possunt concedi etiam à constitutis in articulo mortis, dummodò sanæ mentis sint.*
92 *Successor in dignitate tenetur expedire titulum Commendæ, beneficij, aut feudi conceßi à suo antecessore, etiam constituto in articulo mortis.*

QVæ in præcedentibus diximus, viam nobis aperiunt ad resolutionem quæstionis, quam in hoc capite discutiendam suscipimus. Etenim cùm Commendæ, & pensiones Indorum ex ipsis Indis eorumque tributis constituantur, quæ summo, ac mero iure nostris Regibus, quorum vassalli sunt, deberi probauimus, par est, vt dicamus,† eisdem dumtaxat Regibus illarum concessionem competere, vel illis, quibus ipsi suas vices hac in parte commiserint. Quales hodie esse reperio Proregem Peruanum, & Mexicanum, Præsidem ac Gubernatorem Noui Regni Granatensis, Hispaniolensem, siue Sancti 1

Dominici,

Dominici, Guathemalensem, Panamensem, Philippinensem, & Chilensem, & Gubernatorem Tucumanensem, Paraguaiensem, Sanctæ Crucis de la Sierra, Quixensem Antiochenum, Musorum, Sanctæ Marthæ, Gritensem, Carthaginensem, Auriensem, Veraguensem, Caraquensem, siue de Veneçuela, Cumanensem, Sanctæ Trinitatis, Floridensem, Iucatanensem, quos fidè, & diligenter congessit Anton. de Leon *in tract. de confirmat. Reg. 1. par. cap. 7.* per totum.

2 Ea tantùm † in parte, meo iudicio, notandus, quòd *eodem capite num. 30. & cap. 6. num. 8.* Mexicanum Proregem huius facultatis omninò expertem constituit, cùm tamen certius sit illam illi peculiari mandato, vt & Peruano committi solitam fuisse, cuius forma refertur *in 2. tom. schedul. impressar. pag. 298.* nisi quòd posteà hoc continuari desiit, propterea quòd vltimis hisce temporibus aliquibus schedulis, & præsertim quadam dat. Matrit. 4. Mart. ann. 1607. cautum fuit, vt Indorum Commendæ, quæ in ea prouincia vacauerint, Coronæ Regiæ applicentur, ob rationem quam *infrà* trademus: quod tamen non impedit, quin priuati, qui schedulas, his anteriores, ad Commendas vacaturas habebant, illis ab eodem Prorege donentur, & alij, qui alias similes, etiam nunc impetrare solent, cum contrariarum derogatione.

3 Ducibus etiam, † qui aliquas prouincias barbarorum infidelium suis expensis conquirendas, & ad Christi Fidem, & Regis nostri recognitionem conuertendas, suscipiunt, eadem facultas sæpè concedi solet, vt sic libentiùs has expeditiones capessant, & socios ac milites, qui eos in eisdem adiuuerint, remunerare possint, & de hoc plures Regiæ prouisiones, & ordinationes existunt, & præcipuè illa quæ vocatur, *Del bosque de Segouia*, 13. Iulij ann. 1573. quæ habetur *in 4. tom. impress. pag. 1.* & refer-
4 tur ab Ant. de Leon *d. cap. 6.* Et † extat sched. ann. 1527. *d. 2. tom. pag. 187.* quæ ostendit, olim per Religiosos viros, qui hos Duces comitabantur, similes Commendas dari solere, & in posterum eorum saltem consilium requirendum esse.

5 Regales item † Indiarum Audientiæ, siue Cancellariæ, & illæ præcipuè, quæ Prætoriales dicuntur, de quibus *infrà lib. 4. cap. 4.* hoc ius conferendi Commendas, olim habuisse videntur, vt insinuat quædam schedula dat. Matriti, 5. April. ann. 1528. ad Audientiam Mexicanam directa, quæ habetur *in d. 2. tom. pag. 195. & seq.* quod tamen posteà cessare iussum fuit per aliam Pacis Iuliæ, vulgò *Badajoz.* 23. Iul. ann. 1580. quæ extat *in 1. tom. pag. 248.* & hoc totum Proregibus reseruari iubet; quibus tamen defunctis, eædem Regiæ Cancellariæ hoc munus resumunt, vt & reliqua, quæ Proregum gubernationi commissa reperiuntur, de quo Nos *infrà lib. 4. c. 4.* tractabimus, & in terminis tradit Ant. de Leon *vbi sup. c. 8. n. 3. fol. 46.*

Suntque ad idem confirmandum Regiæ schedulæ expressæ ann. 1556. & 1563. quæ re-
6 periuntur *d. 1. tom. pag. 252. & 253.* † quæ tamen vltima, in peculiari casu mortis Licentiati Castro, qui ad Peruuij gubernationem, cum facultate etiam commendandi, missus fuerat, contrarium statuit, iubétque, vt Regalis Audientia Limensis hoc munere abstineat, & nullas Commendas concedat, sed futuro Proregi reseruet. Qui casus, cùm specialis fuerit, non videtur alias anteriores schedulas derogare, sed potius confirmare, *arg. l. nam quod liquidè de penu legat.* cum similibus. Et ita sæpè practicari vidi, & audiui, † quamvis dicta Can- 7
cellaria Limensis, cum gubernationis habenas suscepit, ob mortem D. Proregis Comitis Montis-Regij, & iterum ob absentiam D. Principis de Esquilache, satiùs, & tutiùs duxit, à Commendarum prouisione supersedere, quò plura tributa Regio Fisco applicari possent, & vt à se calumnias, & querimonias competentium, siue prætendentium depellere, quibus omnibus remunerandis, sufficiens esse non poterat. Ob quod factam honorificè Regiis litteris commendata fuit, per sched. dat. Matriti 4. Febr. ann. 1608. & ann. 1622. quæ in eiusdem Audientiæ Archiuio seruantur.

Esse autem hæc, quæ diximus, iuris regulis consentanea, indè probari potest, † quòd idem 8
in feudis contingit, quibus nostras Commendas valdè similes esse, suprà commonefecimus, nullus enim præter eum, qui rei infeudandæ directum dominium habeat, vel cui ille vices suas commiserit, illa regulariter concedere potest, vt constat ex text. *in cap. 1. de iis qui feud. dar. poss.* cum latè congestis à Rosenth. *in tract. de feud. cap. 3. per totum.*

Et similiter † in beneficiis, & pensionibus 9
beneficiorum, quas etiam solus Romanus Pontifex concedit, vel imponit, ob id quod eorundem beneficiorum dominus dicitur, & in eis plenissimam potestatem habet, *cap. cuncta per mundum 9. quæst. 3. cap. 2. de præb. in 6.* Clem. 1. *in fine, vt lite pend.* cum aliis. Vel legati à latere, aut alij inferiores, quibus Papa id delegauerit, vt constat ex adductis ab Oldrado *cons. 226.* Gigante *in tract. de pensionibus, q. 6.* Corras. *de benefic. 1. par. cap. 4.* & pluribus aliis apud Nicol. Garc. *in tract. de benefic. 1. part. cap. 5. n. 274. cum seqq.*

Pariter quoque † vsumfructum, vel aliam 10
seruitutem nemo alius, quàm dominus proprietatis, vel domini mandatum habens, suis prædiis imponit, *l. 1. D. comm. præd. l. 2. D. de seruit. §. ideò autem, Inst. eod. l. quod nostrum 63. l. si dominus 72. D. de vsufr.* cum aliis traditis à Molina *lib. 1. de primog. cap. 20.* vbi occasione huius regulæ disputat, † an possessor maio- 11
ratus possit in eius rebus vsumfructum constituere? & resoluit, non posse, nisi solam eius commoditatem, seu fructuum perceptionem ad tempus vitæ eius duraturam, arg. *l. peto, §. prædium, D. de legat. 2.* & idem probat procedere in emphyteuta, & feudatario *num. 6. & 7.* & D. Ioan. del Castillo *in tract. de vsufr. lib. 1. c. 5. n. 2. & seqq.* vbi disputat, an possessor maioratus vsusfructuarius tantùm, vel verus dominus sit?

Sed quod ad Proreges spectat, † non iniustè 12
in dubium vocari potest, an eo ipso quòd ad hoc munus electi, & mandati fuerint, commendandi ius habeant, etiam si de eo specialis commissio non expediatur? Et pro affirmatiua parte summa huius muneris dignitas, & auctoritas considerari potest, † quæ efficit, vt ipsius Principis personam immediatè repræsentare videantur, & eadem potestate in omnibus vti posse, nisi specialiter sibi interdicta fuerint, vt notant

notant DD. per text. ibi *in l. 1. C. de offi. vicar. c. 1. eodem in Decretal. & in l. 1. D. de offi. Præfect. Præt. l. fin. tit. 1. & l. 22. tit. 9. p. 2.* Bart. *in l. 1. §. hi quibus, D. de legat. 3.* vbi inquit, quòd ita loquitur titulus de officio eius, qui vices alterius gerit, Alex. *in rubrica, D. de offic. eius, n. 3. & 4.* Sigifmundus Lofred. *conf. 30. num. 7. fol. 187.* inter confilia feud. iunctis aliis, quæ latiffimè quarto libro dicemus, & peculiari tractatione profequutus eft Ioann. Franc. de Ponte *de poteft. Proreg. tit. 1. n. 1. & per totum.*

Accedit his legatorum à latere exemplum, & fimilitudo, † qui ob eandem dignitatis fublimitatem, in prouincia vbi hac legatione funguntur, abfque vllo fpeciali mandato, beneficia conferre poffunt, & penfiones imponere, & omnia exercere, quæ poteft Epifcopus in fua Diœcefi, vt per Specul. *tit. de legato, §. nunc oftendendum num. 54.* Cuchum *in maior. inft. lib. 2. tit. 5. num. 83. & in minor. lib. 2. tit. 8. §. ante omnia*, Zechus *de benefic. & penfion. cap. 11. num. 5.* Gambara *de offi. & poteft. leg. à latere lib. 6. num. 77.* Rebuff. Corraf. & alij, quos refert, & fequitur Nicol. Garcia *d. cap. 5. num. 281. & feqq.* quamuis contrarium fentire videatur Oldrad. *conf. 226.* Gigas *de penfion. q. 6. num. 4. & 5.*

Rurfus non parum eidem fententiæ adftipulatur † longa iftarum prouinciarum diftantia à Regno Hifpaniæ, vbi Reges noftri commorantur, & degunt, quæ cùm plura alia operari foleat, de quibus per text. & DD. præcipuè Lucas de Pena *in l. mediterraneos, C. de anno. & tribut.* & nos latiùs *infrà lib. 3. c. 10. n. 28.* tù maximè hoc, † vt ipfius Regis Vicarij in remotis conftituti, ex folo titulo Vicariatus, tales Commendas conferre poffint. Quemadmodum ob eandem rationem, poffunt confentire alienationi feudi, vt concludit Ifern. *in l. Imperialem, num. 17.* & ibi Afflict. *notab. 16. num. 12. de probib. feud. alien.* per Frid. idem Afflict. *in conftit. diuæ memoriæ, n. 23. & in cap. in generali, n. 24. fi de feud. fuer. contro. inter dom. & agn.* Anton. Capicius *decif. 156. num. 10.* & Caffanæus *conf. 17. num. 4. verf. Et quod non.*

Quibus arridet, † quod in fortioribus terminis tenet Archid. *in cap. Reatina, 63. diftinct.* docens, quòd vbi requiritur confenfus Regius in electione Epifcopi, fufficit, quòd abfente Rege, confentiat eius Vicarius, circa quod plures etiam alios allegat Palac. Rub. *in rep. Rub. de donat. inter, in introd.* & Iaf. qui de communi opinione teftatur *in l. in prouinciali, §. fi ego, num. 6. D. de noui op. nunt.*

Denique illud quoque expendi poffe videtur, † quia quamuis concederemus, de rigore iuris Commendarum prouifionem in generali mandato gubernationis dictorum Proregum, & aliorum fimilium Gubernatorum non comprehendi, cùm tamen tot iam retro temporibus hanc facultatem eifdem concedere foliti fint, non videtur quòd ampliùs fpecialis eius commiffio defideretur, ex doctrina Bartoli *in l. fin. in princ. D. quæ in fraud. cred.* vbi ait, † in mandato generali venire id, quod eft de confuetudine, & quod in actibus fimilibus ei, qui mandatur, fieri folet: quod fequitur, & etiam ad cafus alioqui excipi folitos, fed poftea fieri confuetos, qualis eft donatio, extendit Alexander *in l. folitum, §. fin. de pignor. act.* & ad obligationem rerum domini, qui eam facere confueuit, etiam fi in mandato non adfit claufula, *cum libera*, Matthæ. de Afflict. *in cap. vnico, num. 219. ex quib. cauf. feud. amitt.* & plures alios referens Iulius Clarus, & eius addition. Baiar. *in §. feudum, quæft. 3.*

Et maximè, † quando tales conceffiones, vel 20 obligationes fiunt in remunerationem feruitiorum, prout in noftro cafu contingit, ficuti latè probat, & profequitur Tiraq. *in l. fi vnquam, C. de reuoc. donat. verb. Donatione largitus, num. 26. & 27. cum feqq.* Ioann. Garcia *in tract. de donat. remunerat. num. 14. 22. 23. & 31.* vbi † quòd Prælatus, aliàs prohibitus alie- 21 nare, poteft ob merita infeudare, & tutor, & curator, & procurator generalis, & quilibet adminiftrator donare remunerando. Aut quando pax & quies prouinciarum id fieri poftulat, † quo cafu multum ampliari, & extendi poffe Proregum mandata, benè confiderat Ponte *d. tit. 1. num. 3. & feqq.* quod item ad rem, de qua agimus, valdè conducit.

Sed his non obftantibus † negatiua pars, & 22 fic fpeciale mandatum etiam in Proregibus ad concedendas Commendas defiderari, hodie verior eft, & vbi cafus acciderit amplectenda. Nam vt demus primis illis temporibus id in dubium vocari potuiffe, & fub commiffa fibi tantarum prouinciarum tuitione, & gubernatione, fuccenfendum non effe, fi hac etiam facultate vterentur. Poftea † tamen in nouis Indiarum (quas vocant) legibus, anni 1542. *c. 30.* Commendarum diftributio omninò ceffare iuffa fuit, & fub quolibet colore, aut prætextu Proregibus, & aliis Gubernatoribus interdicta, vt fic, quæ deinceps vocarent, in Corona Regia incorporarentur. Et quamuis hæc lex vfu recepta in Peruana prouincia non fuerit, quia eius caufa illius accolæ turbari cœperunt, quapropter paulò poft lata fuit lex alia data Malinis 2. Octob. ann. 1545. quæ habetur *in 2. tom. impreff. pag. 197. & feq.* qua illa refertur, & reuocatur, & iterum, vt Commendæ priuatis concedi poffent, fub forma ibidem expreffa, permittitur, quod poftea multis etiam aliis fchedulis, & ordinationibus cautum eft. Adhuc † tamen Proregibus, & aliis Guberna- 23 toribus facultas huius prouifionis, ac diftributionis nunquam concedebatur in titulis, fiue codicillis fuorum officiorum, fed ficubi oportere videbatur, vt illam haberent, mandatum fpeciale ad hoc eifdem expediebatur, vt apparet ex eo, quod anno 1558. Bruffellis expeditum fuit in fauorem Dom. Comitis de Nieua, Peruani Proregis defignati, quod extat *d. 2. tom. pag. 298.* & non minus dilucidè ex alia fchedula declaratoria alterius, quæ vocatur *De Malinas*, dat. Matriti 30. Decembr. ann. 1560. *d. 2. tom. pag. 172.* in illis verbis: *Sino fuere por mandamiento de los nueftros Vifor-reyes, ò Gouernadores, ò otras perfonas que tengan poder efpecial nueftro para encomendar Indios, &c.*

Qui communis etiam, & inueteratus vfus impetrandi, & concedendi hoc fpeciale mandatum, efficit, vt in generali comprehendi non poffit, † quia nunquam in mandato generali 24 cenfetur comprehendi id, ad quod dominus folitus erat dare fpeciale mandatum; nec item ea, quæ verofimile eft non nifi fpecificè conceffu-

rum-

rum, vt *in l.1. D.de offi.eius l.cùm quis, & l.Sti-*
chũ,§.vsumfructum,D.de solut.l.qui peculium &
l.quam Tuberonis,D.de peculio, latè Ioan.Nico-
laus *in repet. l.generaliter, numer. 85. & 88. C.*
de secund. nupt. cum traditis à Gregor. Lopez
per text. ibi *in l.fin. titul. 1. part.4. verb. En sus*
lugares, & Card. Tusch. *pract. conclus. litt.M.*
conclus.50.

27 Vnde communis resolutio est, nunquam in
mandato, quantumvis generali, censeri conces-
sam facultatem ad donandum, nisi ad speciali-
ter exprimatur, *l. contra iuris, D. de pactis, l.*
procurator cui, D. de procur. l. filius, §. videa-
mus, D. de donat. iunctis aliis, quæ tradit Af-
flict. *in capit. 1. §. item sacramentum, 3. notab.*
numer.28. de pace, iuram. firman. Et magis in
nostris terminis *in Constitutionibus Siciliæ, const.*
si quando fortè, col. 2. in 2. notab. vbi resoluit,
28 in † mandato generali, feudi concessionem
nequaquam venire, de quo plenè item scribit
Tiraquell. *in tractat. de morte, 4.part. declar.5.*
numer. 17.

Ex quibus primò infertur † Proreges, &
29 Gubernatores, quibus ita specialiter facultas
commendandi conceditur, licèt alioqui in pro-
vincia sibi commissa ordinariam iurisdictionem
habere, & exercere dicantur, vt resoluit Ale-
xand. *in rub.D.de offic.eius, num. 17.* hac tamen
30 in parte, non tam † ordinarios, quàm delega-
tos à Principe censendos esse, vt in nostris ter-
minis pungit Ant.de Leon *d.tract.de confirmat.*
Regiis,1.part.cap.6. num.7. Et probatur ex tra-
ditis à Matienzo *in l.6.gloss.2.cum.12.tit.10. lib.*
5. recop. Cerdan.Tallada *in veriloquio capit. 1.*
§.2. pag.15. & 16. Mastrillo *de magistr. libr.5.nu-*
mer.76.& 77. Callisto Remirez *in tract. de lege*
Regia Aragon. §. 1. numer.8. Gloss. *verb.Dele-*
gatus in fine, in cap.cùm causam de appell. & in
cap. statutum, §. insuper, verb. Moderatus de
rescript. in 6. Ripa *in l. quod iussit, numer. 64.*
D. de re iud. Decio *in cap.in litteris, numer.20.*
de offi. deleg. & ex text. & traditis communiter
ab Scribentibus ibidem, *in d. l.1. in princip. &*
in §. qui mandatam, D. de offic. eius cui mand.
est iurisd. Melior text. *in l. & si Prætor 3.D.eo-*
31 *dem*, † vbi probatur secundùm Fulgos. ibid.
quòd etiam Prætor, qui aliis habet, & exer-
cet iurisdictionem ordinariam, in re tamen sibi
specialiter commissa, procedit vt delegatus,
quod notant etiam DD. per text. ibi *in cap.licèt*
32 *in corrigendis, de offi. ordin.* Et † ad Nuntios
Hispaniarum,& alios Legatos, qui virtute con-
cessionis Romani Pontificis prouident beneficia
reseruata,applicant,multum in nostris terminis,
Rota,Gambara, Hieron. Gonçalez, & alij,quos
refert, & sequitur Nicol. Garcia *d. tract. de be-*
nef. cap.5. numer.289.& seqq. vbi resoluit,quòd
in hac collatione procedunt vti delegati, non
ordinarij, quando talis facultas eis cum aliqui-
bus restrictionibus conceditur, puta personis
idoneis, aut sub certis informationibus pro-
uidendi, vel quando separatim datur, & non
simul cum aliis titulis ipsius legationis, quæ
omnia ad verbum in nostris Commendis con-
tingunt.

Licèt non inficier, esse † aliquos,imò plures
33 Gubernatores, ex iis, quos suprà ius commen-
dandi habere retulimus,quibus hodie ad id spe-
ciale, & distinctum mandatum non expeditur,
sed cùm in eorum titulis semper exprimatur,
quòd habeant, & exerceant iura, facultates, ac
præeminentias suis antecessoribus concessas,
sufficit quòd illis talis commissio data fuerit,vt
sic in eorum personis cum eisdem conditioni-
bus, & qualitatibus repetita censeatur. Et licèt
† in eisdem Gubernatoribus, & Proregibus 34
hanc iurisdictionem delegatam dicamus, cùm
tamen sit ad vniuersitatem causarum, potest
censeri & reputari ordinaria, vt est communis
resolutio Doctorum *in d.l.1. §.qui mandatam,D.*
de offic.eius.

Secundò infertur, ex ratione prædictorum
probandum videri, † Proreges, Præsides, vel 3
Gubernatores, qui Commendas conferre pos-
sunt,cùm sint delegati à Principe,posse aliis ean-
dem facultatem, vel iurisdictionem mandare,
† iuxta tex.*in l.à iudice 5.C.de iudiciis,* cum latè 3
traditis à Menoch. *lib.1. de arbitr. q.54. & cons.*
17.num.2.& 3.lib.1. Anastas.Germon. *lib.1. ani-*
maduers. cap.8. Quintanadueñas *lib. de iurisdict.*
& imper.cap.6. numer.13. & cap.11. per tot. Pe-
regrin. Ianinus *in tract.de citat.real. lib.1. cap.1.*
num.424.& Thesaur. *commun.opin.lib.1.tit.22.ex*
n.24.ad 60.

Sed adhuc contrarium veriùs censeri debet,
† quia huiusmodi mandatum est speciale, vt
probatum reliquimus, & in quo propter causæ
grauitatem, & magnitudinem videtur electa
dignitas, & industria personæ, quo casu etiam
delegati Principis non habent facultatem sub-
delegandi, vt benè aduertunt Auctores suprà
citati, & tex. & DD. *in d. l.1. D. de officio eius,*
l. inter artifices, D. de solution. cap. si pro de-
bilitate, de offic. delegati, cum aliis, quæ ad-
ducit Fachin. *lib.9 controuers. cap.98. num seqq.*
Longobalius *in l. Imperium, D. de iurisd. omn.*
iudic. fol.34. Vincent. Caboti. *vbi supr. cap. 2.*
numer. 5. Euerard. Broncorst. antinom. *cent.1.*
cap. 16. & 17. Facit etiam † tex. *in cap. fin. §.*
fin. de offic. deleg. vbi Innocent. *num.3.* conclu-
dit, quòd causa grauis, in qua censetur electa
industria personæ, non potest subdelegari, imò
neque ad successorem in officio, vel dignitate
transire. Quod idem sequitur Bart. *in l.& quia,*
in fine, D. de iurisd. & Abb. *in cap.quoniam Ab-*
*bas,n.16.*vbi etiam Felin. *num.10.* Bald. *in l.1. D.*
de offic. Præfect. Prætor. Ioseph. Gonçalez *var.*
quæst. cap. 22. & alij congesti à Cenedo, & Au-
gustino Barbosa *in collect. ad dict. cap.si pro de-*
bilitate.

Et hoc in specie cautum inuenio † per sche-
dulas Regias ann. 1550. quarum sup. memini-
mus, & extant *in 1. tomo, pag. 252. & seqq.* in
quibus disponitur, quòd Proreges iniunctum
sibi munus, nec in totum, neque in partem aliis
committere, vel substituere possint, & si fortè
ægrotare, vel abesse contigerit, Regales Can-
cellariæ † eius vices suppleant, & gerant.Quod
tamen fallet, vbi absolutè iurisdictionem suam,
& personæ electionem non committit, aut de-
legat,sed tantùm alicui mandat, vt suo nomine
aliquem de prima Commenda,quæ in aliquo lo-
co vocabit,inuestiat; hoc enim valere docemur
in cap.constitutus 11.de concess. præben. vbi gloss.
verbo *Contra formam*, plura congerit notatu
digna in materia subdelegationis potestatis con-
ferendi beneficia.

Suffecti tamen † Gubernatores,qui in Regno
Chilensi, in Philippinis, & in prouincia Iuca-
tania, & in aliis à Proregibus nominari solent,
ob

ob id quod eos mori contigerit, qui à Rege nominati sunt, & interim dum alij ab eo nominantur, & mittuntur, benè possunt commendare, quia tunc non censentur subdelegati ipsorum Proregum, sed potius delegati ipsius Regis, & in locum defuncti subrogati, qui ab ipso Rege dictam facultatem habuerat, quam ipsi simul
2 cum habenis gubernationis accipiunt, † *c. qui facit per alium 72. de reg. iur. in 6. l. qui mandat, l. cùm iussu, D. de solut.* melior text. *in materia iurisdictionis, in l. & si, D. de off. eius*, vbi is, qui alienam iurisdictionem exequitur, non pro suo imperio agit, sed pro eo cuius mandato ius dicit. Et hoc absque vlla hæsitatione quotidie practicari videmus, de qua praxi etiam testatur, nobiscum sentiens, Ant. de Leon. *in d. tract. de confirm. Regiis, lib. 1. c. 8. n. 5. vbi n. seq.* idem extendit
3 † ad *Alcaldes ordinarios*, vbi ex consuetudine in locum defunctorum Gubernatorum substitui solent, & eorum munus obire.
4 Idémque contingit † in Locum tenentibus ipsorum Gubernatorum, sicubi in eorum titulis dicitur, vt hi quoque Commendas conferre possint, prout sæpè olim caueri solebat, maximè in illis Gubernatoribus, qui ad nouas prouincias inquirendas, & reducendas delegabantur, vt benè etiam aduertit Ant. de Leon *vbi sup. c. 3. n. 14. & 15.* Nam hi non sunt dicendi, vel censendi subdelegati talis Gubernatoris, sed delegati ab eodem Rege ad eandem commis-
5 sionem, seu facultatem commendandi, qua † secundùm regulas iuris, quando alternatiuè pluribus datur, quilibet vti potest, vt *in c. cùm plures, de offi. delegat. lib. 6.* & eodem modo valent facta ab vno, quam ab alio, *ex reg. l. eum qui ædes, de vsucap.* Et quando vtrique simpliciter tribui dicitur, tam in vno, quam in alio totam causam, totúmque effectum prouidendi comprehendit, & super omnibus data videtur, vt per Innocent. *in c. super quæstionum, de offic. deleg.* text. *in c. venerabili col. fin. de offic. deleg. & in cap. 1.* & ibi Panorm. *de sequest. poss.* Bart. *n. 11.* & Alex. *n. 18. in l. à Diuo Pio, in princ. D. de re iud.* & Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 37. num. 31.*

Qui eam rationem reddunt, † quod commissio simplex totam causam comprehendit, *arg. l. si defensor, §. 1. D. de inter. action.* & non potest in parte valere, & in parte non valere, *d. l. eum qui ædes, D. de vsucap. l. qui totam, D. de adq. hæred. l. nemo, de leg. 1. l. nam absurdum, D. de bon. liber.* & Speculat. in eisdem terminis loquens, *in tit. de iudiciis, §. restat. videre, vers. Quod si causa*, & cum pluribus Tiraq. *in l. si vnquam, verb. Donatione, n. 284. C. de reuoc. donat.*

Tertiò suprà dicta efficiunt, vt † quatenus Prorex, vel quilibet alius Gubernator, qui commendandi facultatem habet, se intra fines, & cancellos eiusdem mandati continuerit, quod virtute talis mandati fecerit, perinde ratum, ac firmum & stabile esse debebit, ac si ab ipsa Regia persona prouisio fieret, iuxta doctrinam gloss. communiter approbatam *in Clem. Religiosus, de procur.* Pro qua † est optimus text. *in l. pater, D. de manum. vind.* ibi: *Solam electionem filio concessit, cæterum ipse manumisit, l. quod meo, D. de acq. poss. l. ossa, in fine, D. de relig. & sumpt. fun. l. item eorum, §. Decuriones, D quod cuiusque vniuers. nom.* iunctis aliis, quæ latè & optimè adducit Ioan. Igneus *in l. non alias, §. necessarios, n. 395. D. ad Syllanian.* Bart. *in l. 1. §. de Præfecto, D. de leg. 3. & in l. 1.* post gloss. ibi, *C. de eo qui vic. alt.* gerit, Ias. *in l. conuentionum, n. 7. D. de pact.* & Aluar. de Velasco *in axiom. iuris, litt. A. concl. 136.* vbi quòd actus semper tribuitur ordinanti, & non exequenti. Et hinc est, † quod 9
multoties tituli Commendarum expediantur à Proregibus sub nomine ipsius Regis, & per prouisionem Regio sigillo signatam, licèt hoc hodie non ita frequenter practicetur, ex rationibus de quibus Anton. de Leon *tract. de confirm. Regiis, 1. p. c. 17. n. 1. & seqq.*

Cæterùm si in aliquo † præter mandatum 50
fecerit, vel mandati fines excedens, nullum, & irritum iudicandum erit, *l. diligenter, D. mandat. l. vt fundus, D. comm. diuid. cap. cùm dilecta de rescript.* cum aliis, quæ *infrà cap. 6. num. 18.* adducemus, non solùm quatenus excessum est, sed etiam in totum, vt in simili, de subreptione loquens, † quæ est indiuidua, & facit totam 51
gratiam vitiari, vbi non est capitulum separatum, tradit Crescent. *decis. 17. num. 2.* & magis in terminis Gigas *d. tract. de pension. quæst. 9. n. 3. & quæst. 35. n. 2.* vbi probat, † quòd pensio 52
reseruata cum narratiua, quod medietatem, seu aliam partem fructuum non excedat, si excedit, est in totum nulla, Gambara *d. tract. de legato, lib. 6. à n. 712.* quem refert, & sequitur Nicol. Garcia *d. c. 5. n. 430.* vbi tradunt, idem procedere in pensione imposita vltra potestatem, & iurisdictionem imponentis, quia esset nulla in totum, quoniam imponere pensionem est actus iurisdictionis saltem voluntariæ, † & iurisdi- 53
ctio est indiuidua, & si excedatur, actus in totum vitiatur, *l. 1. §. in hoc, l. quædam mulier, D fam. ercisc. l. 1. C si à non comp. iud. l. certa ratione, C. quando prouocare non est necesse*, vbi DD. Francus *in cap. vtile, fallen. 4. de reg. iur. lib. 6.* vbi etiam Petr. Pechius *n. 12.* & alij communiter, *in l. fin. D. de iurisd. omn. iud.*

Quibus addo Bartol. *in auth. qui rem, C. de sacros. Eccles.* Angel. *in auth. de non alien. reb. Eccles. §. emphyteusis*, Socin. & alios, *in l. 1. §. sed si mihi, D. de verb. oblig.* Roland. *cons. 84. n. 26. vol. 1.* & Couar. *lib. 2. var. c. 16.* qui concorditer docent, † quod si quis habet mandatum ad locan- 54
dum ad certum tempus, & vltra illud locauerit, in totum vitiabitur locatio, quasi in tali casu mandato vsus non fuerit, sed potius contra illud: & sic non sustinetur, etiam vt valere potuit, & idem in casibus similibus tenet Bald. *cons. 464. vol. 1.* & Cyn. *in l. 1. C. de errore calculi.*

Et ex his orta fuit † anceps illa, & grauissi- 55
ma lis, quæ per plures annos sub dubio euentu pependit in hac Limana Cancellaria, & in Supremo Indiarum Consilio, inter nobilem virum D. Ant. Vaccam de Casmo, & consortes, cum militibus, quos in hoc Regno Peruano vulgò dicimus, *Gentiles hombres, lanças, y arcabuces*, de quorum creatione, & munere *infrà hoc lib. cap. vlt.* tractabimus, etenim cùm D. Prorex Marchio de Cannete, dictus *el Viejo*, mandatum accepisset, vt à prouisione Commendarum abstineret, & solùm posset ex earũ reditibus, qui ad Regias arcas deducerentur, aliquos benemeritos exhibere, & pro arbitrio suo remunerari, ipse autem sub hoc prætextu dictum numerum militũ quos alioqui benemeritos iudicauit, ad sui, & Regni custodiam delegisset, & eis aliisque qui in eorũ locó subrogandi essent, congruos reditus super certis tunc expressis Commendis, assignasset, &

& has Commendas posteà eius successor, D. Prorex Comes de Nieua dicto D. Antonio Vacca, & consortibus in forma communi concessisset. Ab his earum proprietas vindicabatur, non obstante assignatione militibus facta, & hypotheca, quam eius virtute in dictis Commendis prætendebant, & inter alia illud, vt præcipuum allegabatur, non potuisse Marchionem sui mandati fines excedere, nec gratificandi, aut remunerandi benemeritos formam à Rege præfixam transilire, iuxta ea quæ suprà retulimus, & tex. optimum, qui de eiusmodi gratificationibus loquitur, *in l. iubemus, C. de sacros. Eccles.* Ac
56 per consequens † facta contra mandatum, sicut contra leges facta, pro infectis habenda esse, vt
57 per Angel. *in § sequens, Inst. de action.* & † inualidum esse, quod fit ab eo qui ius faciendi, aut concedendi non habet, vt per text. Bart. & Plat. *in l. immunitates, C. de agric. & cens. lib.* 11. *l.* 2. *C. de immunit. nemini conced. & l.* 1. *C. de imp. lucrat. descrip. lib.* 10. vbi etiam DD. Marchesan. *de commission. lib.* 1. *pag.* 153. *num.* 28.

58 Contra verò milites obiiciebant, in † quolibet mandato, quantumvis strictè consideretur, non censeri exclusos casus minores expressis, vt per tex. & gloss. *in cap. sedes, de rescrip.* vbi Innocent. Abb. & DD. communiter, gloss. *in Clement. non potest, de procurat.* iuncta regula, *cui licet quod est plus, de reg. iur. in 6. l. non debet, D. eod. l. Marcellus, D. de donat.* & traditis à Surdo *cons.* 228. *n.* 14. & Farin. *cons.* 60. *num.* 209. *lib.* 1. Ac eapropter Proregem, qui potuit simpliciter pensiones super reditibus Commendarum benemeritis assignare, congruentiùs potuisse easdem eisdem tribuere sub lege, & onere, vt peculiari militiæ adscripti, pro ipsius Proregis, & totius Regni tu-
59 tela militarent. Neque † vsquam censendum esse mandatum excedere, qui illud æquipollenter adimplet, vel in melius commutat, & verosimilem mandantis voluntatem sequutus, ea facit, ordinat, & exequitur, quæ ipse, si præsens esset, exequeretur, *l. si hominem* 30. *l. fin. § fin. D. mandat. l. iam tamen, § in hac, D. iud. solui, l. si quis mihi bona, § sed & si mandaui, D. de acq. hæred.* text. vbi gloss. Bart. & Paul. Castrens. *in l. qui aliena, § libertos, D. de neg. gest.* cum latè adduct. à Iason. post Bartol. *in l. Gallus, § & quid si tantùm,* 2. *lect. n.* 23. & Galiaula *ibid. num.* 24. idem Ias. *in l.* 1. *§ si stipulanti circa fin. D. de verbor. obligat.* Barbacia *in cap. veniens, col.* 9. *de accusat.* Butrius *in cap. translato, de constit. & in cap.* 1. *de pactis,* Rod. Suarez *in l. post rem, fol.* 151. *in princip.* Hippol. *in l. sed sciendum, num.* 3. *D. de parricid.* Tiraq. *in l si vnquam, verb. Libertis, num.* 48. *C. de reuoc. donat.* Cald. Pereira *de nomin. emphyt. quæst.* 15. *n.* 19. Gratian. *reg.* 305. Card. Tusch. *pract. conclus. litt. M. concl.* 39. *& seqq.* Cardin. Mantica *de ta-*
60 *cit. & ambig. conuent. lib.* 7. *tit.* 12. vbi idem † esse tradunt de illis, quæ sunt vicina mandato, post gloss. notab. *in cap. nullus* 61. *distinct. & in cap. cùm olim, el* 1. *de offic. deleg.* & Decium *in cap. præterea, eodem tit. & in cap. vt debitus, col.* 8. *de appellat.* Quibus, & aliis fundamentis, & considerationibus tandem pro prædictis militibus pronuntiatum fuit.

Denique ex prædictis descendit, quòd cùm Proreges, & reliquos, qui commendandi ius habent, hac in parte veluti peculiares Regis commissarios, & delegatos esse dixerimus, quemad-
61 modum † nullum est, quod ab initio hac in parte faciunt, si ad id speciale mandatum non habeant, & ante eius præsentationem, *l.* 1. vbi DD. *C. de mandat. Princip. l. probibitum,* & ibi Bart. *C. de iure fisci, lib.* 10. melior text. *in auth. de collator. § eos autem, in princip. l. fin. tit.* 27. *lib.* 9. *Recopil. cap. cùm in iure, de offic. delegat.* Bart. *in l.* 2. *numer.* 6. *D. siquis in ius vocatus,* Decius *in cap. prudentiam, § adiecimus, numer.* 3. *circa finem, de offic. deleg.* cum latè traditis à Puteo *de syndic. verb. Successor in officio, cap.* 2. *num.* 2. Auiles *in cap.* 1. *Prætorum, verb. Cartas,* Mascardo *de probat. conclus.* 949. *numer.* 2. *& seqq.* Menoch. *cons.* 110. & Bobadilla *in Polit. libr.* 2. *capit.* 20. *numer.* 20. *& seqq.* Ita nullum quoque erit, vel irritum, & inane declarandum, quod fecerint, postquàm mandatum, quod initio habuerunt, ob aliquam rationem illis reuocatum, suspen-
sum, vel limitatum fuerit. Nam † in iure à pari 62
procedunt, non habere mandatum, vel illud esse reuocatum, *§ rectè, Inst. de mand. l. & quia, D. de iurisd. omn. iud. l. quòd si minor, § Scæuola, D. de minor. l. fin. C. de rep. hæred. l. plerumque, D. de rit. nupt. cap. si pauper, in fine,* vbi glos. *verb. Cesset,* & Dominic. *notab.* 3. *de præb. libr.* 6. Tiraq. *in tract. de cessante causa, num.* 180. text. & DD. *in l. iudicium soluit, D. de iudiciis, l.* 13. *tit.* 1. *part.* 2. cum plurimis aliis, quæ de reuocatione mandati, & eius requisitis tradunt DD. per text. ibi *in l. si verò* 12. *si mandauero, D. mandat.* Cephalus *cons.* 91. *num.* 18. *& seqq. vol.* 1. Socinus *reg.* 311. Medices *in tract. de nouation.* 2. *part. q.* 1. *num* 62. Gail. *lib.* 1. *pract. obseruat.* 46. *num.* 8. & Lancellotus *de attent. cap.* 20. *numer.* 69. *cum*
seqq. † Quod procedet, etiam si tale mandatum 6
fuerit ad donandum causa remunerationis, vt in simili notat singulariter Ias. *in l. eius qui in prouincia, § placebat, in prin. D. si cert. pet.* & eum referens Card. Tuschus *litt. M. conclus.* 95. *num.* 7.

Et hic casus † in hoc Peruano Regno semel 6
& iterum contigit. Primò, tempore Dom. Proregis Marchionis de Cañete *el viejo*, cuius mandatum, ad commendandum reuocatum fuit, interim dum de eis perpetuandis deliberabatur. Et secundò, tempore D. Proregis Marchionis de Montesclaros, postquàm mandatum accepit, ne Commendas aliquas prouideret, absque tertiæ partis ad Coronam Regiam applicatione, & confirmationis Regiæ in Supremo Indiarum Senatu impetrandæ necessitate. Etenim cum vterque adhuc ad Commendas absolutè distribuendas processisset, de earum validitate, & subsistentia plures lites exortæ sunt. Sed tandem † in his, quæ Montesclarius concessit, Regiæ liberalitatis assensus tituli defectum purgauit cum tertiæ partis detractione, eo tamen addito, quòd si rigor iuris inspiceretur, omnes nullæ declarari possent, & deberent, vt constat ex peculiari schedula, ad hoc expedita Matrit. an. 1615. & dicemus *infrà hoc lib. c.* 26. *ex num.* 4. In Commendis autem prouisis à Marchione Cannetij, in quæstionem deductum fuit, an illæ valerent, quas concessit, antequàm constaret ad eius notitiam mandati suspensionem, vel reuocationem peruenisse?

Et sanè licèt prima facie valere videantur, quia † regulariter reuocatio mandati, sine notitia reuocationis, non impedit, nec priuat actionem aliàs legitimè gestam, in præiudicium gerentis, vel eius cum quo est gestum, siue sit

iudicialis, siue extraiudicialis, vt *in cap. ex par-*
te Decani, de rescript. vbi DD.præcipuè Felinus
num.25.cum seqq. cum ibi notat *& in Clem.1.de*
renuntiat. l.sed & si pupillus, §.de quo palàm, D.
de inst. act. l.si fortè, D.de offic. Præsid. iunctis
aliis, quæ latè adducit Calderin. *cons.84. quod*
est 41. titul. de officio legat. vbi in simili loqui-
tur de Legato reuocato per Papam, quia ante
scientiam reuocationis valent gesta per eum.
† Et præsumitur ignorantia, vt sic potius actus
valeat, quàm pereat, *l.cùm hic status, §.si ambo,*
D.de donat.inter, Bald. *cons.111.lib.5.* Signorol.
cons.59.num.1.& plures alij relati à Thom.San-
chez *de matrim. lib.3. dis.11. à num.* 30. Nicol.
Garcia omninò videndo, *in tract.de benef.5.part.*
cap.8. num. 174. *& seqq.* vbi ex his concludit,
valere collationem beneficij factam à Vicario
Episcopi, conferendi facultatem habente, etiam
post reuocationem talis facultatis, aut post mor-
tem Episcopi, quam ipse ignorauerit, & nouis-
simè Torreblanca de iure spirit. *lib.2. cap.14. ex*
numer. 27. vbi concludit hoc generale esse in
omni mandato, excepto eo quod ad matrimo-
nium contrahendum præstatur. Adhuc tamen
in specie, de qua agimus, contrarium defendi
potest: quoniam † in considerando habilitatem
delegati, tempus datæ inspici solet, tam affirma-
tiuè, quàm negatiuè, vt colligitur ex text. *in cap.*
eam te, & in cap. constitutus, vbi Decius *num.5.*
de rescrip. Gloss. *in cap.statutum, verb.Canonicis,*
in fine, eod.tit lib.6. Bald. *in l.præcipimus, §.fin.C.*
de appell. Abbas *in cap. dilectus filius 9. de præ-*
ben. num. 7. Melior † tex. & magis in nostris
terminis, *in cap.quodam 11. eod. tit. de præbend.*
lib.6. ibi: *Prima enim collatio post, & contra de-*
cretum à dicto Cœlestino interpositum, facta, licèt
ab ignorantibus, & etiam ignoranti, non obtinet fir-
mitatem: & est videndus tex. *in cap. post quàm,*
& in cap.dudum, eod.tit & in l.eius qui in prouin-
cia, §. quas verò, D. si cert.pet. per quem tenet
Paul.Castrens. *ibid.n.13.* Socin. *num.6.* & alij DD.
communiter, idem Castrens. *cons.361.dub.4.lib.1.*
Felinus *in cap.cùm contingat, de rescript.numer.6.*
Quod † quando mando tibi aliquid, quod non
perficitur ex tuo consensu, sed ex meo, vt quòd
transferas dominium rei meæ, licèt ignores re-
uocationem, quia tamen defecit voluntas mea,
non poteris alienare, & idem sequitur Calder.
d.cons.84. Et † ad excommunicationem exten-
dit text. *in cap.volentes de priuileg.lib.6.& in c.1.*
vers.Nam si alicui, de concess.præben. vbi dicitur,
quòd si alicui à Sede Apostolica concedatur,
quòd excommunicari non possit, licèt id forsan
ius ignoret Episcopus, non tamẽ propter hoc
ius ligatur sententia, si quam proferat in eun-
dem. Et ad † matrimonium, tex. *in cap.fin.de pro-*
curat.eod.lib.6. vbi constituit, solam reuocatio-
nem mandati, etiam si procuratori nota non sit,
ilius nullitatem inducere: cuius tex. mentionem
faciens Tuschus *litt.R, conclus.324. num.7.* eam
rationem addit, quia in iis, quæ sunt ardua, &
pendent à solo consensu, sola reuocatio opera-
tur sine notitia, & idem docet, & aliis exem-
plis illustrat Signorol. *d.cons.59. per totum*, qui
magistraliter loquitur, Zabarela *cons.42. in fine,*
incip.Seius, & in d.Clement.1.de renunt. num.10.
ubi ad eam benè respondet, Ioan.de Anania, &
eius additionator Bologn. *cons.25.* DD. *in cap.*
mandato de procurator. & in l.mandatum, & l.si
procuratorem, C.eodem, & optimè, & expeditè

Craueta *cons.76.*& Th.Sanchez *d.disp.30.per tot.*
& Magerus *de aduocat.arm.c.16.n.181.* vbi quòd
mandatũ re integra vnius voluntate reuocatur.

Sed nihilominus Regius Indiarum Senatus 73
æquitatem præ oculis habens, & stricto iuris ri-
gori præponens, iuxta *l.placuit, C. de iudiciis,*
plures (vt audio) Commendas à dicto Dom.
Prorege post mandati reuocationem collatas,
quam ipse nunquam publicare voluit, beneme-
rentibus conseruauit, & confirmauit, ea forsitàn
ratione ductus, † quòd beneficium Principis, 74
vel eius qui publicè eius vices exercet, non
debet vacuum, vel captiosum esse iis, qui illud
bona fide acceperunt, & in præmium laborum
suorum, *l.in commodato, §.sicut, D.commod.lib.1.*
ibi: *Ne ij, qui cum eis contrahunt, principali au-*
thoritate circumscripti esse videantur, *C. de his*
qui veniam ætatis impetrauerunt, *l.Paulus, D.de*
Prætor. stipulation.

Et quia cùm dictus Prorex publicè, & com-
muni omnium opinione in possessione, vel quasi,
conferendi Commendas esse existimaretur, ig-
noscendum fuit illis, † qui communem errorem 75
sequuti, corã eo pro remunerandis suis seruitiis
egerunt, & obtinuerunt, argum.text. & eorum,
quæ ibi notant DD. *in l. Barbarius, D. de offic.*
Præt. l.4. tit.4. par.3. quæ id extendit ad omnes
actus tam iurisdictionales, quàm non iurisdictio-
nales, *cap.consultationibus, de iur.patron.* cum latè
adductis à Hier.Gonçalez *ad Reg.Cancel.glos.15.*
§.1.n.53. plenissimè Th.Sanchez *de matrim. lib.*
3.disp.21.à n.1.cum seqq.& Nicol.Garcia *d.5.par.*
c.8.n.179.& c.4.à n.277. quibus concinit, quod
protulit Seneca *epist. 124. lib.22.* *Recti apud nos*
locum tenet error, vbi publicus factus est

Et in ipsis terminis † eorum, quæ Proreges fa- 76
ciunt cõtra schedulas, & instructiones secretas,
quas secum portant, vel eis remittuntur tradit
Carol.Paschalius, omnino videndus, *in tract.de*
legato, c.58 & 59 & Callist.Remirez *in tract.de*
lege Regia, §.11.num.7. vbi inquit, quòd si Prorex
non seruauerit instructionem priuatam, qua il-
lius potestas moderari solet, reprehensione qui-
dem dignus erit, & à Rege argui iure poterit, ta-
men factum tenebit, cùm priuilegium, siue man-
datum tantùm, & nõ instructionem edere tenea-
tur. Nec † enim tam curiosa prouincialium pro- 77
cacitas est permittenda, vt audeant instructio-
nem petere, vt liqueat, an cum ea facta Proregis
cohæreant. Sed est † quasi quidã Regis institor, 78
pro cuius factis Dom.Rex tenetur, & sibi debet
imputare, qui præposuit eum, qui instructionem
sibi datam non seruauit, *l.3. D.de publican. § fin.*
Inst.de obligat.quæ ex quasi del. Cabed. *decis.Lu-*
sit.80.n.5.part.2.& decis.Genuæ 14.n.3.

Planè his cessantibus, vbicunque † ex parte 79
dantis potestatis defectus inuenitur, recipiens
quoque tutus esse non poterit, ex regula tex *in l.*
1.C.de cupress.ex luco Daph.lib.11. quam ibi quo-
que latè exornant Bart.Platea, Iac.de Arena, &
Lucas de Pena, Benvenut.Stracha *in trac.de mer-*
cat.par 4 n.42. Euerard. *in loco à correlatiuis,* Petr.
Surd. *decis.52.n.5.*& Fran.Beccius *cons.45. n.23.*

Atque ita † malè fidei possessor esse censebi- 80
tur, cùm ei ius resistat, & titulus ad non titulum
redigatur, vtpotè contra Principis prohibitio-
nem collatus, *l. quemadmodum 7. de agricol. &*
cens. ibi: *Malæ fidei namque possessorem esse nul-*
lus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta
mercatur; Cassiod. *lib.9.epist.2.* ibi: *Quia cõtractus*

dici non potest, nisi qui ex legibus venit. Latè Socin. *in l. rem quæ nobis. n.* 7. & ibidem Ripa *n.* 28. *de acq. poss.* vbi docent, ei non competere interdictum recuperandæ, nec remedium, *c. reintegrandæ, & l. si coloni, C. de agric. & cens. lib.* 11.

Ac per consequens ad fructuum quoque restitutionem tenebitur, cùm † actus nullus, nullum
81 possit, nec debeat effectum operari, vt *in l. qui per salutem, D. de iur. iur. l. fin. C. de bon. poss. contra tab. l. non dubium, C. de legib. l. 4. §. condemnatum, D. de re iudic. l. statutis, C. de sententiis ex breuil. recit. cap. ad præsentiam, de appellat.* cum aliis, quæ congerit Tuschus *litt. A. conclus.* 139. & Aluarez de Velasco *in axiomate iur. litt. A. num.* 143. *& litt. N. n.* 71. *& seqq.*

82 Et extat ad hoc † nouissima, & valdè expressa, ac notabilis schedula dat. Matrit. 2. Iulij anni 1618. & ad Dom. Princip. Esquilacensem Proregem Peruanum directa; quæ cùm antiquiores renouasset, quæ Commendas non nisi legitimè vacantes conferri posse statuerunt, subdit, nullas fore futuras, quæ aliter dari contigerit, & omnes, & quoslibet fructus naturales, industriales, vel ciuiles à Commendatariis hac occasione perceptos, restituendos esse, tanquam à possessoribus malæ fidei.
83 Cuius † clausulæ irritantis adeò magna vis est, vt reddat nullum, & infectum, quidquid in contrarium fuerit attentatum, *cap. ad petitionem, de accusat.* cum aliis, quæ allegat Celsus Hugo *de clausul. num.* 127. & Gonçalez *ad Reg. Cancel. de alternat. gloss* 67. *num.* 14. vbi inquit, quòd est tam malignæ & pestiferæ naturæ, vt quidquid in oppositum inuenit, destruat, vt fulgur: & tradit alia Cochier. *in tract. de prim. precib. pag.* 107. & nouissimè D. Valençuela *cons.* 128. *nu.* 91. *vol.* 2. vbi quòd formam inducit.

Vltum autem Prorex, vel Gubernator, qui cō-
84 mendandi facultatem habet, † si fortè ex aliqua causa vltra suæ prouinciæ terminos abesse contigerit, possit ibi Commendas intra prouinciam vacantes conferre? quæstio est, quæ posset quidem lato calamo pertractari; cùm eam in multis casi-
85 bus similibus DD. attingant, † inter actus contentiosæ, aut voluntariæ iurisdictionis communiter distinguentes, vt illi extrà territorium facti non teneant, in his verò contra obseruetur, argum. tex. *in l. extra territorium finali, D. de iurisd. omn. iud.* quam sic componunt *cum l. 2. D. de offic. Proconf.* & in idem tendit *l.* 17. *tit.* 4. *part.* 3. & ibi Gregor. *gloss.* 5. & plures referens Tiraq. *de nobilit. cap.* 5. *num.* 26. Auend. *in cap. Prat. 1 pur. cap.* 19. *num.* 21. Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 20. *num.* 6. *&* 9. Gutierr. *in 4. pract. q.* 11. *à num.* 3. Spino *in specul. testam. gloss.* 15. *num.* 42. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disput.* 34. *& disp.* 19. *numer.* 7. *& per tot.* Bobadilla *in Polit. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 187. *& seq.* Nicol. Garcia *de benef.* 1. *tom.* 5. *part. cap.* 8. *à num.* 116. & Cochier. *de primar. precibus, pag.* 37.

86 Et sanè non vererer † prouisionum Commendarum inter actus voluntariæ iurisdictionis numerare, atque adeò extra prouinciam permittere, si tot schedulis oppositorum vocatio per edicta, & meritorum inquisitio, & cognitio requisita non esset, cautumque, vt ab iniusta prouisione ad Regias Cancellarias prouocandi ius sit, vt *infrà cap.* 7. dicemus. Quod efficit, vt hoc magis ad contentiosam iurisdictionem acce-
87 dat, vt in simili † in terminis prouisionis beneficij, quod oppositionem requirit, resoluit Garcia vbi sup. & Lara, omnino videndus, *in tract. de anniuers. & capel. lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 60. & Menoch. *cons.* 2. *num.* 63.

Neque huic incommodo in nostro casu obuiam iri poterit † per delegationem, cuius vsum 8
in simili casu consuluit Vantius *in tract. de nullit. tit. de nullit. ex defect. iurisd. deleg. n.* 94. *& d. l.* 17. *tit.* 4 *part.* 3. Nam vt vidimus *suprà hoc cap. n.* 39. † Proreges in totum, neque in partem mandatum 8
de gubernando, aut de commendando delegare possunt; sed id vbi ipsi deerint, vel absfuerint Regiis Audientiis relinqui debet.

De eo autem, † qui est constitutus in articu- 9
lo mortis, quòd possit vacantes Commendas prouidere, & conferre dubium non est, dummodo aliàs sibi constet, mentisque compos sit, vt vidimus factum à præstantissimo illo, & Excellentissimo Comite Montis-Regij Protege Peruano. Et † in feudis apertè probant Claud Seisell. 9
in rub. qui feud. dar. poss. par. 3. *amp.* 3. Mozius *in ead. rub. num.* 18. Zasius *in tract. de feud.* 5. *par. num.* 32. Scheneiduinus *p.* 3. *num.* 74. *&* 75. Zabarela *cons.* 34. & Rosenth. qui eos refert, & sequitur *in tract. de feud. cap.* 3. *conclus.* 7. *num.* 2. *& in annot. litt. C.*

At vbicunque, aut in hoc casu, aut in alio, ab eo qui legitimè commendare potuit, Commendæ gratia facta reperitur, † etiam si ante tituli ex- 9
peditionem mori contigerit, eius successor illum expedire tenebitur, vt in simili, in beneficiis, & cappellaniis loquens, latè probant, & prosequuntur plurimi Auctores, quos refert Flaminius Paris. *de resig. benef. lib.* 10. *quæst.* 1. *num.* 1. *& seqq.* Mascardus *conclus.* 845. *verb. Gratia, per totam*, & præcipuè *num.* 15. vbi tractat de stylo Romanæ Curiæ in expediendis hoc in casu litteris, in forma rationi congruit, idem Mascardus *concl.* 1388. & Perez de Lara *in tract. de anniuers. & capellan. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 78. *&* 82. Marius Muta *ad constit. Siciliæ*, 3. *tom. cap.* 22. *num.* 2. *fol.* 137. Cancer *lib.* 3. *var. resolut. cap.* 3. *num.* 67. Et in ipsis feudorum terminis adeò latè hunc articulum prosequitur Rosenth. *cap.* 6. *conclus.* 15. *& seqq.* vt superfluum videri possit, amplius in eo explicando tempus, vel membranas consumere velle; dum tamen admoneamur, quòd si Prorex Commendas, necdum suo tempore verè vacantes concesserit, inutilis eius concessio iudicanda erit, quia successor non tenetur stare facto antecessoris, in re, vel circa rem, de qua liberè disponere non potuit, vt benè obseruat, & probat D. Valenç. *cons.* 187. *n.* 147. *vol.* 2. & Nos infrà *cap.* 6. *n.* 17. *&* 45. latiùs trademus.

CAPVT V.

Quibus Indorum Commendæ conferri possint?

SVMMARIVM.

1 *Personarum cognitio in iure prima esse debet*
2 *Permissum censetur id omne, quod specialiter non reperitur prohibitum.*
3 *Contrariorum vno cognito, alterum intelligitur.*
Princip. Inst. de his qui sunt sui *expenditur, & illustratur, ibidem.*

4 *Commenda*

4 *Commendæ Indorum, vt plurimum feudis similes sunt.*

5 *Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, & aliis communitatibus Ecclesiasticis Commendæ, & feuda regulariter dari non possunt, & n.7.*

6 *Maioratus Hispaniæ regulariter non transeunt ad Ecclesias, & Monasteria.*

7 *Feuda, & Commendæ continent seruitium militare, quod ab Ecclesiis, & Ecclesiasticis alienum est.*

8 *Feuda, Commendæ, & maioratus ius vitalitium, & variis casibus periturum continent.*

9 *Ecclesiæ, Monasteria, & similes communitates perire non solent, nec talis casus expectari debet.*

10 *Vsusfructus quomodo ciuitatibus, aut municipiis legari posset.*

L.an vsusfructus 63.D.de vsufructu, *& similes expenduntur, & illustrantur, ibidem.*

11 *Commendæ aliquoties ex indulgentia Principis Monasteriis, & Hospitalibus conceduntur.*

12 *Commendæ, & feuda degenerantia, quæ dicantur?*

13 *Cognitio causarum feudalium, & Commendarum, etiam inter Ecclesiasticos, pertinet ad Regem, vel dominum feudi, & eis iurant fidelitatem.*

14 *Clericis, Monachis, & aliis personis Ecclesiasticis Commendæ dari pluribus schedulis prohibentur, quæ referuntur.*

15 *Feuda regulariter dari non possunt Clericis, aut Monachis, & cur?*

16 *Clerici actionibus secularibus, & præsertim militaribus se immiscere non possunt.*

17 Cap.1.& totus titulus ne Cler. *vel Monachi expenditur, & illustratur.*

18 *Equites Ierosolymitani sunt verè Religiosi, & an in feudis succedere possint; & quid de aliis Militiis Equestribus.*

19 *Commendæ Indorum dari possunt Equitibus Ierosolymitanis, & de exemplo strenui Equitis D.Raph.Orticij Sotomaior, qui laudatur.*

20 *Clerici minorum ordinum an à Commendis Indorum arceantur?*

21 *Clerici minorum ordinum beneficiati, vel habitum deferentes, & Ecclesiæ inseruientes, fori priuilegio etiam hodie gaudent.*

22 *Clericis, Monachis, aut Monialibus pro tempore, quo vixerint, benè possunt aliquæ pensiones, vel subuentiones in Commendis Indorum assignari.*

23 *Ecclesiæ, & Ecclesiastici ad feuda nullum seruitium militare habentia, admitti possunt.*

24 *Commendæ non possunt dari Hybridis, quos* Mestizos, *aut* Mulatos *vocant, si illegitimi sint, & schedulæ de hoc agentes.*

25 *Illegitimis per se benemeritis, benè possunt conferri nouæ Commendæ, licèt ab earum successione excludantur, & num.31.*

26 *Illegitimitatis defectus an, & quatenus in beneficiis, officiis, & dignitatibus noceat?*

27 *Illegitimi rarò, ob hunc solum defectum, repelluntur ab officiis, & muneribus iudicialibus sibi commissis.*

28 *Illegitimi plures reperti sunt bello, ac toga præstantes.*

29 *Illegitimos nulla infamiæ nota laborare, nec à muneribus iudicialibus excludi, opinatur Palæotus.*

30 *Catulli locus de natis citra legitimum Hymenæum agens, expenditur, & exponitur.*

31 *Mutis surdis, cæcis, & furiosis Commendæ validè dari possunt, si concedens defectum sciat, licèt in paternis non succedant.*

32 *Impediti aliquo morbo, si eis feuda, vel Commendæ concedantur, qualiter fidelitatem iurabunt?*

33 *Indignum, vel inhabilem si Princeps sciens eligat, cum eo dispensare videtur.*

L.quidam consulebant, D.de re iud. *expenditur, & illustratur, ibidem.*

34 *Commendæ, & feuda de rigore non possunt dari infantibus, aut pupillis, secus de æquitate, & quomodo iurent, & seruiant?*

35 *Minoribus an nouæ Commendæ, vel feuda dari possint, & antiquarum successio?*

36 *Parentes semper pro liberis laborare, & vigilare creduntur.*

37 *Pupilli, & ætate minores plus egent Principum fauoribus, & solatiis.*

38 *Fœminis, rigore iuris atento, nouæ Commendæ, & feuda dari non possunt, & schedulæ de hoc agentes.*

39 *Vxor si succedit viro in Commenda, & alteri nubit, in huius persona titulus expediendus est, & quare?*

40 *Fœmina in his, in quibus est inhabilis, per substitutum seruire tenetur.*

41 *Commendæ Indorum maximè feudis assimilatæ sunt.*

42 *Beneficium non debet dari ei, qui non potest gerere officium.*

43 *Fœminas a feudis repelli docet Tiraquel. quòd garrulæ sint, & incenstantes, & de aliis rationibus.*

44 *Fœminis ex benignitate Regia Commendæ nouæ acquisitio, & veteris successio permissa est.*

45 *Æquiparatorum idem est indicium.*

46 *Marchionis Montisclarij iudicium circa Commendas fœminarum.*

47 *Maritus portat, & subit omnia onera Commendæ, quæ vxori conceditur.*

48 *Fœminæ ad feuda impropria admittuntur, & an iurent fidelitatem, remissiuè.*

49 *Commendæ exteris, & alienigenis dari non possunt, & schedulæ quæ de hoc tractant.*

50 *Exteri à Regnis Hispaniæ ad prouincias Indiarum transire non possunt.*

51 *Commendæ Indorum ad Indiarum tutelam ordinatæ sunt, & hac meliùs fiet per naturales, quàm per extraneos.*

52 *Patriæ pro defensione sapiens nullum periculum vitare debet.*

53 *Præmia cuiusque prouinciæ potius indigenæ quàm extraneis præstari debent.*

54 *Galliæ ciuitatum consuetudo circa Albinos, hoc est alienigenas, & eorum bona, refertur.*

55 *Albinagij iura an oporteret in prouinciis Indiarum introduci?*

56 *Alienigenis datæ Commendæ, aliquando ademptæ, aliquando conseruatæ sunt, & quare?*

57 *Litteræ, quas vocant* Naturalitatis, *& de earum effectu.*

58 *Schedula notabilis refertur, quæ quandam Commendam extero datam adimi iussit, & de eius ratione.*

Domicilium & naturalitas quando, & quomodò acquiratur? remissiuè ibidem.

59 *Commendæ dari non possunt his, qui absunt à prouinciis Indiarum, & schedulæ de hoc tractantes.*
60 *Successio paternæ Commendæ denegatur ei, qui ab Indiis abest eo tempore, quo defertur.*
61 *Schedulæ notabiles referuntur, quæ damna considerant ex prouisione Commendarum factæ absentibus à prouinciis Indiarum.*
62 *Commendæ olim dari non poterant iis, qui in Peruanis seditionibus rei fuerunt, & qualiter, & quare hoc cessare iussum fuerunt?*
63 *Præmia Commendarum dari non debent iis, qui se sceleratis factionibus implicuerunt.*
64 *Feuda amittunt rebelles, & conspirantes in dominum feudi.*
65 *Bannitis, & proscriptis feuda dari non possunt.*
66 *Consiliarij Supremi Senatus Indiarum, & Auditores, & Ministri Audientiarum, sub eo degentium, non possunt habere Commendas Indorum.*
67 *Schedula nouissima refertur, quæ grauissimis verbis, & pœnis Commendas Ministris. & eorum propinquis, & familiaribus dari prohibuit.*
68 *Commendarum in Ministros interdictio, quibus rationibus nitatur?*
69 *Magistratus solo adspectu solent esse terribiles.*
70 *Commendæ an dari possint Locumtenentibus Gubernatorum, Prætoribus, Alcaldis ordinariis, & Algacellis maioribus.*
71 *Tabelliones siue Actuarij, quos vocant gubernationis, an possint habere Commendas, & quid de aliis minoribus tabellionibus?*
72 *Commendæ ex Regis liberalitate, & dispensatione sæpè dantur Consiliariis, & aliis Ministris aliàs prohibitis.*
73 *Schedula, quæ prohibuit dari Commendas, & alia officia cognatis, propinquis, & familiaribus Ministrorum, qualiter per aliam fuerit iustissimè temperata.*
74 *Grauari quis non debet alterius odio.*
75 *Gubernator, & quilibet Magistratus, & Minister, qui suos cæteris paribus præfert, & honoribus afficit, non est culpandus, & locus insignis Cassiodori ad hoc.*
76 Cap.1.de conceß.præb.lib.6.*expenditur iuncta glossa, ibidem.*
77 *Gubernator, semota schedularum prohibitione, an posset Commendas filiis suis conferre?*
78 *Patronus potest præsentare proprium filium alioqui habilem, & maximè emancipatum.*
Eleemosyna prius facienda est consanguineis, quam extraneis.
79 *Marchio Don Franciscus Pizarrus Peruanus Gubernator filiæ suæ Commendas assignauit, & tenuit concessio.*
80 *Commenda non potest dari iis, qui alias habent; & de schedulis huius prohibitionis.*
81 *Pluralitas Commendarum, etiam per viam successionis, prohibita est.*
82 *Senatus Indiarum sæpè pronuntiat contra pluralitatem Commendarum, & de causa nobilissimi Equitis D. Ioannis Segarra de Casaos, ciuis Arequipensis.*
83 *Pluralitas Commendarum, vt & beneficiorum, quibus de causis prohibeatur, & incompatibilitatem inducat.*
84 *Præmia multorum vnus auferre non debet.*
85 *Aristophani locus insignis refertur.*
86 *Maioratus duo, vel plures cumulari quando, & quare prohibentur.*
L.17. tit.7. lib.5. recop. *perpenditur, & illustratur, ibid.*
87 *Commendæ alterius, quam quis possidet, debet fieri mentio in impetratione schedulæ ad secundam, aliàs non valet.*
88 *Commendarum tenuitas facit dispensabilem, & confirmabilem earum cumulationem, & multo magis pensionum.*
89 *Pensio non solet regulariter in beneficiis causare incompatibilitatem, & an idem sit in pensionibus Commendarum?*
90 *Conniuentibus oculis multa dissimulanda, & toleranda sunt, ob ingruentiam causarum, & circunstantiarum.*
91 *Supprimere, aut vnire Commendas Proreges non possunt, & est de reseruatis Principi, vt & Papæ in beneficiis.*
92 *Possessionis causam sibi quis mutare non potest in præiudicium tertij, vel domini directi, aut fraudem legis.*
93 *Commendæ de nouo concedi prohibentur filiis, aut vxoribus post finitam successionem.*
94 *Beneficium Ecclesiasticum vacans per mortem patris filius impetrare prohibetur.*
95 *Commendarum confirmatio sæpè denegatur, vbi de patribus in filios per nouam Commendam continuantur.*
96 *Filij ad parentum præmia, & munera omni iure admitti, & vocari videntur.*
L.1.& per totum, C.de filiis officialium, & *aliæ similes expenduntur, & illustrantur.*

CVm ergo qui Commendas conferre valeat cognouerimus, operæpretium erit, vt nunc quibus illæ conferri possint, sedulò dispiciamus, † esse enim debet cui detur, deinde sic quæri, an datum cōsistat: vt non antè iuris ratio, quàm personæ quærenda sit, vt aliàs inquit I. C. *in l. quidam referuntur* 14. *D. de iur. codicillor.*

Et quidem cùm certa, & constans sit iuris regula, quæ docet, † omne id censeri permissum quod non inuenitur prohibitum, *l. necnon. D. ex quib. caus. maior. l. mutus,* §. *cùm quæritur, D. de procur. l.* 1. § *fin. D. de test. cap. lex diuina* 27. *q.* 2. gloss. celebris, *verb. Non inuenitur, in fine, in cap. inter corporalia*, per tex. ibi *de translat. Episcop.* cum latè traditis à Menoch. *de præsumpt. li.* 6. *præs.* 16. *per tot.* vbi concludit quemlibet actum in dubio præsumi permissum, & non prohibitum, quod & tradit Greg. Lopez *in l.* 2. *verb. Setretales, tit.* 5. *p.* 3. & nouiss. Magerus *de aduoc. arm. c.* 1. *n.* 261. & *c.* 7. *n.* 2. Simul atque de personis prohibitis dixerimus, † reliquas ad Commendas vocari, & admitti posse, intelligemus, vt in simili inquit Iustin. in princ. Inst. de iis qui sunt sui, Paul. *in l. cùm Prætor* 12. vbi gloss. *verb. Videtur, D. de iudic.* Cicero *in orat. pro Balbo*, dum ait: *Si exceptio facit, ne liceat, ibi necessarium est licere, vbi prohibitum non est*, iunctis aliis, quæ vtiliter congerit Hottomanus *in d. princ.* Menoch. *cons.* 197. *n.* 83. *lib.* 2. Franc. Beccius *cons.* 111. *n.* 36. & *cons.* 82. *num.* 16. Claud. Pratus Gnoscon

Gnoseon *generi iur. lib.2.tit. 6. c.3. & lib.7.tit.* .*cap.3.* & Camill. Gallinius *de verb. sign.lib.5.* *ap.17. num.27.*

Cæterùm † cùm has nostras Commendas, in plurimis, feudis, & maioratibus similes esse sæpè probauerimus, provt & tradit Matienz. *in l.* .*gloss.2.n.5. tit.10.lib.5.recop.* & Ant. de Leon *in tract. de confirm. Regiis, 1.p. cap.4. n.14.* Eorum regulis, & exemplis inhærendo. Primò constituo; † Regulariter Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, Collegiis, vel aliis communitatibus dari non posse, vt feudis, personale seruitium requirentibus, expresè decisum inuenitur *in cap. recolentes, de stat. Monach. Clem.1.de verb.signif.* cum multis aliis, quæ congerit Rosenth. *in eod. tract.1.p.c.3.concl.4.n.4.& in notis litt.* D. Iulius Clarus *in §.feudum,q.72.*& signanter Nauarr.*in c. si qua mulier,comment.2.n.55.* & Pat. Lessius *de iust.& iur.lib.2.cap.41.num.84.*

Et † in maioratibus tractat Molin. *de primog. lib.1.c.13.n.95.*Decius *cons.256.n.2.* Vincent. de Franch.*decis.29.per tot.1.par.*& Mieres de Maioat.*2.part.quæst.3.à num.18.*

Et in † nostris Commendis apertè disposuit *cap.26.* illarum legum, quas nouas vocarunt, an. 1542. & obseruat Anton. de Leon *d. tract. 1.par. cap.10. n.22. fol.57.* vt omittam alias schedulas anno 1552.& 1582.quæ nedum primam inuestituram Commendarum Monasteriis interdicunt, verùm & successionem ex persona Commendatarij, qui Religionem ingreditur, etiam pro illius dumtaxat vita duraturam, de quo articulo latiùs suo loco dicemus.

Quarum dispositionum ratio ea esse potuit, vt præfati Auctores aduertunt, † quòd similium rerum natura, cum militare,& personale seruitium, ac residentiam in feudatariis, vel Commendatariis requirant, & alia prætereà onera, quibus hi adstricti sunt, non videtur Monasteriis, Ecclesiis, & eiusmodi communitatibus conuenire,quæ hæc munia per se obire non possunt,quorumque institutum ab his occupationibus longè alienum esse debet, vt *in cap.1. & per tot. ne Cler. vel Monach.ca.Clerici de vit. & honest.Cler.l.repetita,C. de Episc. & Cler.* cum latè adductis à Pet. Greg.*in partition.iur.cano.lib.4.tit.8. c.9.* Lasarte *de decim.vendit.cap.19.n.51.cum seqq.*& à Nobis *sup.lib.1.c.17.n. 50.& seqq.*

Necnon ea, † quòd feuda, maioratus,& nostræ Commendæ, ius quoddam velut vitalitium continent, & aliis prætereà variis casibus perituum, quod practicari non posset, si Ecclesiæ, aut Monasteria de illis inuestirentur, cùm nunquam perire soleant, *l. proponebatur, D. de iudiciis*, iunctis aliis, quæ doctè congessit Alciat. *lib.6. parerg. cap.17.* Ferrand. *lib.1. explic. c.17.* Alex. *lib.3. genial. cap.1.* & Couar. *lib.3. var.* .*15.n.2.* Nec talem casum expectare iura patiantur, *l.inter stipulantem 83.§.sacram,vers. Homo liber,D.de verb.oblig.l.si hominem, & l.continuus 136.§. cùm quis, D. eodem, l.cùm tale, in princ. D. de cond. & demonst.l. si in emptione, §. liberum. D. de contrah. empt.* cum aliis,quæ adducit Ias.*in l.1.D.qui satisd.cogantur, n.16.* Padila post gloss.ibi *in l.fin.à n.3 C.de transact.* Peregr.*de fideicom.art.11.q.64.in fine,* Decian.*resp.19.num.50. & seqq.lib.3.*& Menoch.*de præsumpt. lib.4 præsumpt.41.num.4.*

Quæ ratio efficit, † vt in vsufructu dubitaretur, an ciuitatibus, & municipiis, vel collegiis constitui, vel legari posset? quia inutilis esset proprietas, semper abscedente vsufructu. Et tandem placuit, constitui posse, dummodò centum annorum spatium non excederet, quia is finis vitæ longissimi hominis est, vt egregiè docet I.C. *in l. an vsusfructus 63. D. de vsufruct. l. si vsusfructus 21. D. quib. mod. vsusfr. amit. l. Mæuius, §. fin. D. de leg. 2.l.vsusfructus,D.de vsufr. leg. l.26. tit.31. p.3.* ad quarum illustrationem plura congerit Goueanus *lib.2. var. cap 8.* Cælius Rhodigin. *lib.5. antiq. lect. cap 26.& lib.14. cap. 5.* Petr. Crinit. *de honest. discip. lib.7.cap.9. & 10.* Corras. *memorab. Senatus cons. cap.72.* Menoch. *lib.6. præsumpt.49.* Mascard. *de probat. concl.1069. vol.2.* Petr. Fab. *lib.1. semest. cap.8. & 9.* Mantua *in glossario, 1.par. cap.19.pag.13.* Pet. Greg. *lib.4. syntag. cap.5.* Castillo *de vsufruct. cap.61.n.19.& seqq.* & noster doctiss. D. Franciscus Amaia *lib.2. obseru. n.19. pag.3 9.* & Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.12. num.4.76. & 77.* vbi alios allegant.

Sed licèt hæc ita se habeant, & regulariter, vt diximus, procedant, † multoties tamen ex 11
liberalitate, & munificentia nostrorum Regum aliquibus Monasteriis, præsertim Monialium, & hospitalibus, Commendæ in perpetuum concedi solent, vel pensiones super eisdem Commendis, vt sic commodiùs ali, & conseruari possint, & idem in feudis contingit,vt latè videbis apud Rosenth. *d. cap.3. concl.5.* Quod vbi fit † à recta- 12
rum Commendarum natura degenerabunt,ex voluntate Principis concedentis, cui leges earum subiiciuntur, vt in simili in feudis procedit, iuxta tex. *in cap.2. de feud.* non habente naturam feudi, & ea, quæ de feudis degenerantibus, vltra alios scribit Ias. *de feudis par.1. tit.de feud. degener.*Vuesemb.*eod.tract.cap.2.* Schrad.*c.2.cap.3. & 4 per tot.*& Rosenth.*cap.2. conclus.52.& d. c. 3.concl.4.& 5.& c.8 concl.4.n 18.*vbi resoluit, in his casibus ipso facto permissum videri, vt per substitutum deseruiant.

Semper tamen, vbi similes concessiones factæ fuerint, † reseruata censebitur eorundem feudo- 13
rum iurisdictio, & cognitio, etiam contra Ecclesias, & Ecclesiasticos, Principi, & eius Tribunalibus, tanquam domino feudi, siue directi eius dominij, *cap. verum, cap. ex transmissa, de for. comp. cap. cæterum.& cap.nouit,de iudic.cap. Imperialem,§.penul.de prohib. feud. alien. cap.1. de controuers.feud.*apud pares termin. *l. fin.tit.26.p.4.l.5.tit.6.p.1.*vbi Greg.*glos.2.* Curtius *de feud.p.7.n.1.*Duar.*eod.tract.cap.20.n.2.* Bolcholt. *c.10. n.21.* Schrad. *p.10. sect.1. n.2.* Rosenth. *cap.12. concl.1. n.10.* Gaill. *lib.1. obseru.37. n.3.* Misyng. *cent.1. obser.22.* Vuemser *in pract. obs. lib.2. obs. 4. n.9.* Curtius Iun. *cons.177.n.19.* Eman. Suar. *in syntag. com. opin. tit. de his qui feud. dar. poss. n.88.* Dueñas *reg.32.* Hartman. *in pract. obs. tit. de feud. obs.4.* & D. Valenç. *cons.32. n. 24.* vbi quòd tales Ecclesiastici ratione feudi iurent laico fidelitatem.

Secundò, eodem nouarum legum capite, † Clericis, Monachis, & Monialibus, aliisque 14
Ecclesiasticis personis, his Commendis interdicitur, & si quæ fortè eis datæ fuerint, tolli iubentur. Idémque cauetur in quodam capite epistolæ ad Audientiam Mexicanam directæ 20. Mart. an. 1532. quod extat *in 2.tom. sched. pag.226.* vbi addit, hoc semper valdè damnosum iudicatum fuisse, & intelligendum esse, etiam si sub colore doctrinæ,

doctrinæ, & conuersionis Indorum, eis tales Cōmendæ assignatæ sint, & in alia sched. Matrit. 28. Octob. ann. 1566. & 17. Iul. ann. 1572. *eod. tom. pag.* 219. quarum meminit Ant. de Leon *vbi sup. num.* 23. *&* 24.

15 Quod item † feudorum exemplo constitutum videri potest, in quibus quia militiam sapiunt, Clerici etiam, & Monachi regulariter excluduntur, cum hi militare non possint, nec se negotiis secularibus immiscere, vt apertè disponitur *in tit. de vassallo, qui Cleric. effect. est*, vbi DD. præcipuè Isern. Alborat. Laudens. Afflict. & plurimi alij apud Rosenth. *in d. tract. de feud. cap. 3. concl. 4. per tot. & cap. 7. concl. 29. & seqq. & cap. 2. q. 4. n. 2.* vbi quòd monachus, & seruus quoad feudi dationem æquiparantur, Catel. Cotta *in memorab. iuris, verb. Clericus*, Menoch. *cons.* 181. *n.* 80. Carol. Tapia *in auth. ingressi, C. de sacros. Eccles. pag.* 481. *cum seqq.* & Bobadilla, qui tradit, in quibus feudis hoc intelligendum sit, *in Polit. lib. 2. cap. 18. n. 156.* Et

16 † conducit tex. *in cap. 1. & per tot. ne Clerici, vel Monach.* & alia iura suprà citata, & sanctorum Patrum testimonia à Gratiano congesta *in cap. 1. & seqq. 23. q. 7. cap. quicunque 1. & 2. cap. Clerici*, cum pluribus aliis 23. *q.* 8. & à Greg. de Valencia, omnino videndo, *3. tom. disp. 3. q. 16. de bello punct. 4. per tot. col.* 726. & à Nobis *sup. lib. 1. cap. 17. n. 60. & seqq.*

17 Et ob hæc, † cùm Equites Ierosolymitani veri Religiosi sint iuxta ea, quæ post plures alios tradit Azeued. per text. ibi *in l. 14. tit. 5. lib. 3. recop.* Doeñas *in reg.* 100. *ampliat.* 5. *& reg.* 103. *limit.* 6. Bobad. *in Polit. lib. 2. c.* 19. *n.* 11. Eman. Roder. *in quæst. regul. tom. 2. q. 1. art. 6. in princ.* & Carol. Tapia *in auth. ingressi; verb. Monasteria, cap.* 34. Mastril. *de magistr. lib. 2. cap. 2. n. 35. & 36. de rigore feudorum*, in illis succedere non posse, existimauit Bald. quem alij sequuntur, quos refert Neuizan. *cons.* 30. *n.* 7. qui tamen numeris sequentibus contrarium longè verius esse, & de consuetudine obseruari, latissimè probat, & post eum Ant. Scappus *in tract. de iur. non scrip. lib. 2. cap.* 11. Doeñas *reg.* 193. *limit.* 6. Menochius, omnino videndus, *cons.* 54. *n.* 1. *& seqq.* vbi multum eosdem milites laudant, & cùm militare munus pro instituto, & valde strenuè semper exerceant, nihil vetare, inquiunt, quominus ad feuda admittantur, & idem agnoscit Carol. Tapia *in d. auth. ingressi, verb. Sua, c.* 13. *n.* 19. 20. *&* 42. vbi etiam loquitur de militibus Diui Iacobi, Alcantaræ, & aliorum Ordinum Militarium, Martinus Mageres *de aduoc. armata, c.* 8. *n.* 410. *& seqq. pag.* 320, & disputat plenè, Marta *de success. legali*, 3. *par. q.* 13.

18 *art. 6. per tot. col.* 1121. Quod Ego † etiam in nostris Commendis seruandum statuo, & seruari semper, absque vlla hæsitatione vidi, & in praxi habui, in Commenda pro egregiis in Remp. meritis designata Nobilissimo Equiti D. Raphaëli Ortizio à Sotomaior, qui hodiè eiusdem Ordinis Bailiuus, & Legatus existit: quemadmodum etiam passim admitti solent ad officia secularia, quamvis illis prohibiti esse videantur, vt per Mastril. *d. lib. 2. c. 6. num. 35. & 36.* vbi alios adducit.

19 Sed quod diximus de Clericis, † planè de constitutis in sacris intelligendum est, non autem de constitutis in minoribus ordinibus, ita enim apertis verbis decisum fuit *in d. epist. an.* 1532. quæ tamen cùm eos appellet *Coronados legos*, dubitationi locum relinquit, an idem admitteret in illis, qui habitum, & tonsuram clericalem habentes, alicui Ecclesiæ deseruirent, vel Ecclesiasticis beneficiis, & capellaniis fruerentur, † cùm ij non laici, sed verè Ecclesiastici reputandi sint, & fori priuilegio in ciuilibus, & criminalibus gaudeant, iuxta decisionem Concilij Trid. *sess. 23. de reformat. cap. 6. l. 2. tit. 4. lib. 1. recop.* cum traditis à Bobad. *in Polit. lib. 2. cap. 18. n. 110. & seqq.* Farin. *in tract. crim. tit. de inquis. q. 8. n. 7. in fin.* D. Valenç. qui plurima congerit, *cons. 5. ex n. 66. & cons. 135. à n. 114. p. 2.* & nouissimè Diana *resol. mor. 1. p. tract. 2. resol. 24. & seqq.* Squillante *in tract. de priuil. Clericorum, c.* 7. Torreblanca *de iure spirit. lib. 15. c. 15.* & in ipsis nostræ quæstionis terminis Crau. *cons. 303. n. 8. & 9.* & alij relati à Menoch. *de arbitrariis, casu 231. n. 10. & cons. 181. n. 80.* & Carol. Tapia *d. auth. ingressi, verb. Sua, cap. 14. num. 21. & seqq.*

Solent autem Proreges, & alij Gubernatores sæpè † sæpius Clericis, Monachis, aut Monialibus, quibus Commendas conferre non possunt, aliquas pensiones, vel alias largitiones assignare, quæ *Ayudas de costa, ò entretenimientos*, vocantur, pro tempore, quo ipsi vixerint, duraturas, vel anteà adsignatus, etiam post Clericatus, vel Monachatus susceptionem, & professionem conseruare, in quo quidem non valdè à iuris regulis deuiant. Nam per quandam epistolam Regiam ad tollendam dubitationem Regiorum officialium scriptam 24. Nouemb. an. 1568. quæ reperitur *d. tom. impres. pag.* 227. ita his verbis decisum inuenio: *Acà parece, que aunque sean Clerigos, y Monjes por sus dias, se les deben pagar los tales salarios, ò tributos, ò entretenimientos; y ansi lo hareis, sin que en ello pongais impedimento alguno.*

Et hoc fulciri potest ex concordi feudistarum doctrina, † quatenus Ecclesias, & Ecclesiasticos ac ea feuda admittunt, quæ nullum seruitium requirunt, vel tale, quod per substitutum expediri possit, vt constat ex relatis à Bobadilla, Neuizano, & Scappo *vbi sup.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 3. cas. 231. n. 48.* Vult. *de feud. cap. 4. n 9.* Iul. Clar. & eius Additionat. §. *feudum, q. 78. Syntag. com. op. tit. de his qui feud. dari poss. n. 74.* Bursat. *cons. 4 n. 4.* quod tamen Ego in pensionibus non facilè admittendum putarem, cùm Commendarum vicem habeant, & onera subeant, iuxta ea, quæ *cap. 3. fusè tractaui.*

Tertiò, † Hybridis, siue mixti sanguinis hominibus, quos *Mulatos*, vel *Mestizos* vocamus, de quibus latè dixi *sup. lib. 1. cap.* 28. eisdem nouis legibus Commendæ conferri prohibentur, quas in vsum reduci, & executioni omninò mandari iubet quædam sched. directa ad Audientiam Noui-Regni Granatensis, Pintiæ 27. Febr. an. 1549. quæ extat *d. 2. tom. pag.* 226. eiusque etiam meminit Ant. de Leon. *d. cap. 10. n. 25.* Quas tamen Ego intelligendas censeo, vbi eiusmodi homines natalium defectum patiuntur, & illegitimi sunt, ac spurij, vt communiter accidit. Hoc enim insinuat sched. ibi: *Que ningun Mulato, ni Mestizo, ni hombre que no fuesse legitimo pudiesse tener Indios.* Etenim ob solam sanguinis mixtionem, si alioqui ex legitimo matrimonio procreati fuerint, & vel ex se, vel ex maiorum, aut progenitorum suorum seruitiis, & præclaris facinoribus

facinoribus, benè de Indiana Republica meriti, durum prorsùs, & inhumanum mihi esse videtur, eos ab honore, & emolumentis harum Commendarum arcere; & plures vidi, qui non obstante hoc defectu, à Peruanis Proregibus pinguioribus Commendis donati sunt, nec quisquam fuit, qui eis super hoc litem moueret.

4 Imo neque aliis quibusuis † illegitimis, etiam spuriis, & vt vulgò dicunt *Bastardis*. Nam & si hi pluribus schedulis à successione Commendarum exclusi reperiantur, sicuti & à successione feudorum, & maioratuum excludi solent, vt suo loco dicemus. Vbi tamen non de successione agimus, sed de nouo feudo, siue noua Commenda eisdem propter propria merita concedenda, nihil planè inuenio, cur hoc beneficio remunerari non possint, provt etiam sæpissimè absque vlla contradictione remuneratos esse vidi, & audiui, & citra vllam dispensationem illegitimitatis, aut spurietatis. In quo mecum nouissimè, & post hæc scripta conuenire video Ant. de Leon *d. cap.*10. *num.*36. *&* 37. Vbi benè addit, posse quoque illegitimos, ad hoc impetrandum, parentum, & maiorum meritis iuuari, vt non eorum sola contemplatione habiles reddantur, sed vt faciliùs concedentis animum moueant.

5 Nam † quamvis illegitimitatis, & spurietatis defectus in ordinibus, & beneficiis, & præbendis Ecclesiasticis dispensationem desideret, propter infamiam facti, qua ita nati laborare dicuntur, vt dixi *sup. lib.*1. *cap.*28. *n.*38. *& seqq.* Et similiter ob eandem rationem ab aliis dignitatibus, magistratibus, & officiis arceri videantur, *l.*2. *C. de dignit. lib.*12. cum traditis à Misyng. *cent.*4. *obs.*31. Bobad. *in Polit. lib.*1. *cap.*4. *& cap.*12. *n.*16. Tiraq. *de nobil. c.*15. Mastrillo *de magistrat. lib* 2. *cap.*12. *n.*37. *& seqq.* Borrel. *eod. tract. lib.*1. *cap.*7. Pet. Heigio *part.*1. *quæst.* 21. *fol.*28 2. Marescoto *lib.*2. *variar. resolut. cap.* 36. *per totum.*

6 Rarò † tamen, vel nunquam ob hanc causam repelluntur ab iisdem officiis, vel dignitatibus sibi iam commissis, vt ipsimet Auctores aduertunt, & de communi testatur Bernard. Diaz *reg.* 164. Gratian. *reg.*236. *verb. Infamis*, & Ioann.
7 Gutier. *cons.*31. *n.*1. *& seq.* Cùm † plurimi reperti sint, & quotidiè reperiantur, qui toga, ac militia præclarissimi extiterunt, & existunt: valdéque laudabiliter iniuncta sibi munera implent, vt aduertit, & multis exemplis probat Tiraq. *vbi sup.* Alciat. *lib.*4. *parerg. cap.*3. *&* 5. *& lib.*10. *cap.*8. *& emblem.*138. vbi Brocens. & Claud. Minoës, Borrellus *d. cap.*7. *num.*11. *&* 12. & Palæot. *in tract. de nothis, & spuriis, cap.*55. *&* 56.

8 Vbi, quod plus est, † latè probare intendit, nullo iure ciuili probari posse, eos infames esse, aut à magistratibus, & dignitatibus prohiberi, sed id tantùm, vt legitimè natis cedere debeant, iuxta Vlp. responsum *in l. generaliter*, §. *spurios*, *D. de Decurionibus.* Et respondet † ad locum Catulli, ex quo contrarium aliqui deducere solent, quatenus ad Hymenæum loquens ita inquit:

Quæ tuis careat Sacris,
Non queat dare Præsides
Terra finibus, at queat
Te volente, &c.

In quo tamen meritò notatur à Borrello vbi sup. Nam re vera locus ille Catulli nullam aliam explicationem admittit, vt ibidem ostendunt eius expositores, inter quos Ant. Parthen. *Certè*, ait, *magistratus, & prouinciarum, seu Regnorum administrationes non dari nisi hominibus legitimè natis.* Et idem concludit Constantius Lundus Complani Comes, licèt fateatur se nusquam alibi hanc prohibitionem legisse, & Ioseph. Scaliger his verbis: *Pende ab eodem iure, nam, qui ex non iustis nuptiis concepti sunt, peregrini sunt, quibus nulla erat munerum populi Romani participatio. Non ergò Magistratum capere poterant. Nihil est apertius hac sententia. Putant tamen docti viri, hic abstrusum, nescio quid latere, cuius historia penitùs nos fugit, in quo sanè in scirpo nodum quærunt.* Et est videndus nouissimus Franciscus Zipæus *de magistrat. li.*1. *c.*35.

Et hanc † distinctionem, inter successionem feudi antiqui, & noui acquisitionem in illegitimis, & aliis similibus personis succedere prohibitis, veluti mutis, surdis, cæcis, & perpetuò furiosis, mancis, vel aliter imperfectis, expressè constituit Schra. *in eod. tract.* 4. *p. c.*3. *n.*6. *&* 7. Zasius *in tract. de feud.* 8. *p. pag.*117. *&* 179. & Rosenth. *cap.*7. *concl.*27. post Bald. *in l. eam quam*, *C. de fideicom.* & Matthæ de Afflict. *in c.*1. §. *naturalis*, *si de feud. defunct. controu. & in c.*1. §. *personas*, *n.*11. *per quos fiat inuest. & in cap.*1. *n.*1. an mutus, surdus, vel aliter imperf. & sequitur Campanilis *in diuers. iuris canon. Rub.*11. *cap.*13. *per tot.* Marescot. *lib.*2. *var. cap.*30. Molin. *lib.*1. *cap.*13. *n.*39. Greg. Lop. *glos.*8. *per tex.* ibi *in l.*6. *tit.*26. *p.*4. Dummodò tamen dominus, qui hisce personis feudum nouum concedit, sciat eas hoc vitio laborare, secus autem si hanc qualitatem, vel vitium ignorans hos de nouo feudo inuestierit. Et tunc † impediti (vt ipsi Auctores inquiunt) contractum celebrabunt, & fidelitatem iurabunt per suos curatores, aut procuratores, & seruient per substitutum vt latè probat Rosenth. *in tract. de feud. cap.*8. *concl.* 8. *n.*10. *in remission. sub litt. K.* Quibus addere possumus † decisionem Vlpia. *in l. quidam consulebant* 57. *de re iud. vers. Proinde si minor*, ex qua notauit Bart. & Albanus, *n.*2. & cæteri DD. communiter, quòd Princeps scienter eligens indignum, eum habilitare videtur, & idem tenet, & exornat Alex. *in l. Centurio, col.*8. *de vulg.* Abb. *cons.* 101. *vol.*2. Oldrad. *cons.*228. Felin. *in cap. præterea de testib. & in cap. cum vigesimum*, vbi etiam DD. de offic. deleg. Ant. Gobean. *in l.*2. *de iurisd. om. iud.* Pet. Fab. *in l.*2. *D. de reg. iur. pag.*16. & Costan. *q. iur. cap.*9. *num.*2. *&* 6.

Quartò, † infantes etiam, pupilli, & minores ætate, merò iure nouas Commendas acquirere prohibiti esse videntur, cum militare seruitium, quod in eis requiritur, per se expedire non possint, nec fidelitatis iuramentum, aut homagium præstare, vt in simili, de feudis loquens, tenet Angel. per tex. ibi *in* §. *pupillus*, *Inst. de inut. stip.* Dec. & alij *in l. in negotiis, D. de reg. iur.* Bat. *in l. quamvis* 32. § *fin. D. de acq. poss.* & eos referens Schrader. *in tract. de feud. p.*4. *c.*3. *n.*4. Ias. *eod. tract. p.*5. *n.*66. & Vulteius *c.*4. *n.*6.

Qui tamen, æquitatis, & vtilitatis causa vbique receptum esse docent, vt eiusmodi personæ per tutores, vel curatores suos feudum acquirere possint, & iuramentum præstare, & per substitutum seruire, interim dum ad legitimam ætatem peruenerint, ad quam vsque etiam iurandi venia impetrari,

petrari, & ſuſpendi aliquando ſolet, vt *in cap.*
vn. § ſi minori, vbi Hottom. *ſi de feud. defunct.*
controuer. & Mozzius *de feud. tit. de his, qui*
*feud. dar. poſſ. n.*36. cum aliis, de quibus *infrà*
*cap.*23. *num.*92.

34 Quinimò † minores iam puberes, etiam ſine
curatore, feudum accipere, & iurarè poſſe, contra
Sonsbechium, & alios concludit Roſenth. *d. tract.*
de feud. c. 3. *conc.* 8. *ex l. ſi curatorem, C. de in in-*
teg. reſt. & notatis à gloſſ. Bart. & Iaſ. *in l.* 1. §. *fuit*
quæſitum, D. ad Trebell. & idem ſequitur Schrader.
d. cap. 3. *nu.* 5. & 6. qui tamen ne contractus clau-
dicet, conſulit, vt poſt implementum legitimæ
ætatis ratificetur.

Quæ omnia in noſtris quoque Commendis pa-
riter obſeruare debemus, & ita de facto, &
35 praxi obſeruantur, ne † aliàs parentum merita,
qui ſemper pro liberis ſuis ſeruire, & laborare
creduntur, *l. ſi pactum* 9. *D. de probat. l. penul.*
D. de bon. lib. l. Iulianus, D. ſi quis omiſ. cauſ.
teſtam. l. cùm ratio, D. de bon. dam. l. de eman-
cipatis, C. de legit. hæred. Caſſiod. *lib.* 2. *var.*
epiſt. 14. Seneca *lib.* 2. *controu.* 1. cum aliis, quæ
adduxi *in meo tract. de crim. parric. lib.* 1. *cap.* 10.
In eorum filiis vacua eſſent, & remuneratione
carerent, ſi fortè eos ætate minores relinquerent,
36 quo † tempore plus beneficiis, & alimoniis
Principis egent, & maioribus ſemper in iure
priuilegiis, & fauoribus afficiuntur, *l.* 2. *D. de*
minor. l. vnica, C. quando Imperator inter pupil-
los, viduas, &c. cognoſcat, cap. ſignificantibus
38. *de offic. iud. deleg. cap. deſolatis* 87. *diſtinct.*
cum aliis, quæ tradit Perez de Lara *in tract. de*
anniuerſ. & capell. lib. 1. *cap.* 21. *per tot.* Vue-
ſemb. *in parat. d. tit. C. quando Imp. inter pup.*
& Did. Couar. *lib. ſing. pract. cap.* 6. & 7. *l.* 8. &
9. *lib* 4 *tit.* 3. *recop.* vbi Azeued. & D. Carraſcus
in tract. de caſib. Curiæ ex n. 16 *ad* 30. & nouiſſi-
mè Aluarez de Velaſco *in tract. de miſerab. perſo-*
nis, c. 52. *per tot.* 1. *parte.*

37 Quintò, † eodem etiam iuris rigore attento,
fœminis nouæ Commendæ dari non poſſunt, li-
cèt ex Regia liberalitate ad earum ſucceſſionem
vocentur, & admittantur, vt infrà dicemus.
Quod apertè oſtendit prouiſio quædam D. Im-
per. Caroli V. dat. Guadalaxaræ, 3. Aug. ann.
1546. quæ extat *in* 2. *tom. pag.* 230. Vbi cùm
quaſdam Commendarum conceſſiones contra
nouas leges an. 1542. factas reuocari præciperet,
illarum defectus enumerans, inter alios hunc,
quòd fœminis datæ eſſent, his verbis enuntiat:
Porque como vereis las tales Encomiendas no ſe
pudieren hazer (aunque ceſſara la diſpoſicion de
la dicha ley) en mugeres, porque no ſon habiles,
ni capaces de tener Indios encomendados, y faltan
en ellas las razones, porque ſe permitieron las tales
Encomiendas.

Et non magis obſcúrè colligi videtur ex alia
ſched. an. 1536. & an. 1564. *tom.* 2. *pag.* 202. &
38 205. Dum diſponit, † quòd ſi aliquis duxerit in
vxorem fœminam, quæ ex ſucceſſione Com-
mendam Indorum habeat, fiat de nouo Commen-
da, eiuſque titulus expediatur in perſona mariti,
pro vita tamen vxoris, cuius contemplatione ſit,
tantummodò duraturus. Ea nimirum ratione,
quòd cùm ipſa fœmina per ſe exercere non poſ-
ſet protectionem Indorum, & prouinciæ defen-
ſionem, & alia militaria munera, quæ Commen-
dis annexa ſunt, vt diximus *ſup. hoc lib. cap.* 1.
& 2. conueniens viſum fuit, vt cum marito titu-
lus loqueretur, & per eum dicta onera expediren-
tur, atque ab ipſo fidelitatis iuramentum ſuſci-
peretur, vt in ſimili tradit Socin. Iunior *conſ.* 76.
num. 137. *vol.* 1. Fulgoſ. *conſ.* 4. & Natta *conſ.*
164. *num.* 13. Speculator *tit. de feud.* §. *quo-*
niam, verſ. 2. *quæritur num.* 41. & Capicius
deciſ. 10. *num.* 16. Vbi probant, † quòd in his, 3
ad quæ fœmina eſt inhabilis, per ſubſtitutum ſer-
uire tenetur.

Et huiuſmodi prohibitio, & diſpoſitio fluxiſ-
ſe videtur ex eo; † quòd ſemper noſtri Reges, 4
eorúmque peritiſſimi Conſiliarij, has Commen-
das (vt ſæpè diximus) feudis militaribus aſſimi-
lari voluerunt, & ſtuduerunt. In † quibus quidem 4
feudis pro regula traditum eſt, vt beneficium
non pertineat ad eum, qui non poteſt gerere of-
ficium, *cap.* 1. *in fine, de vaſſallo milite, qui*
arma belli depoſuit. & per conſequens, vt fæmi-
nis dari non poſſent, quæ militaria ſeruitia, &
alia onera feudis iniuncta per ſe explere non po-
terant, vt conſtat ex tex. iuncta gloſſ. *verb. Le-*
gibus, in cap. 1. §. *hoc autem notandum, de his,*
qui feud. dar. poſſ. cap. 1. §. *filia de ſucceſ. feud. l.*
6. *tit.* 26. *par.* 4. cum aliis, quæ vltra Scribentes
in his iuribus, latiſſimè cumulat Tiraq. *in tract.*
de primog. quæſt. 10. & *in l.* 1. *connub. num.* 61. &
78. *l.* 7. *à num.* 19. *l.* 12. *à num.* 13. Vbi † inter 4
alias rationes eam reddit, quòd fœminæ ſunt gar-
rulæ, & inconſtantes, Bernard. Diaz, & eius addi-
tionat. Salced. *reg.* 282. Dueñas *reg.* 309. Oſaſc. *de-*
ciſ. Pedem. 26. Minadous *deciſ. Neap.* 36. *num.* 2.
Roſenth. *de feud. cap.* 7. *concluſ.* 3. *n.* 94. Magerus
de aduocatia armata, cap. 7. *num.* 195. *pag.* 274. &
Camil. Borrel. *de magiſtrat. edict. lib.* 1. *cap.* 2.
ex n. 73. vbi ad nauſeam vſque alios Auctores de
hoc agentes adducit.

Sed his non obſtantibus, † cùm poſteà ex
Noſtrorum Regum legibus, Commendarum
ſucceſſio fœminis in locum maritorum, aut pa-
rentum, non extantibus filiis, dari cœpiſſet, vt
infrà dicemus, cœpit quoque prædictus iuris ri-
gor, in eiſdem ad nouas Commendas non admit-
tendis, emolliri, & praxi vbique receptum fuit,
tam in Supremo Indiarum Conſilio, quàm apud
Proreges, & alios Gubernatores, vt fœminæ de
illis inueſtiri poſſent, & etiam ſi vxoratæ eſſent,
vel poſtmodum nuberent, in ipſarum perſona,
ſeu capite: titulus expediretur, & permaneret,
ita tamen, vt per ſubſtitutum deſeruirent. Quia
cùm nulla ſatis congrua inter vnum, & alterum
caſum diſcriminis ratio aſſignari poſſet, viſum
fuit † æquiparatorum caſuum, idem iudicium
eſſe debere, *l. Gallus*, §. & *quid ſi tantum, D.*
de lib. & poſth. cum latè traditis ab Euerard. *in*
loco à ſimili, & in loco ab æquiparatis, Grato
reſp. 91. *n.* 19. *lib.* 1. Flam. Pariſ. *de confid. benef.*
quæſt. 27. *num.* 74. & *q* 28. *num.* 82. & in noſtris
Commendarum terminis Valençuela *d. conſ.* 83.
n. 139. & Anton. de Leon *d. tract. de confirm.*
Reg. 1. *par. cap.* 10. *num.* 38. & *ſeqq.* Vbi de ea-
dem praxi, & communi obſeruantia teſtatur, &
plures caſus recenſet, in quibus fœminæ, in prima
(quod aiunt) vita, Commendis donatæ ſunt, ſiue de
nouo inueſtitæ.

Et idem † animaduerti, & affirmari reperio
ab Excellentiſſ. & rerum Indicarum expertiſſimo
viro, Dom. March. de Monteſclaros, Peruano
Prorege, in quadam pereleganti epiſtola, quam
ſuper dubiis harum Commendarum ſcripſit, vbi
inquit, ex iuſtis iam pietatis, & conuenientiæ
cauſis,

caufis, fpreto antiquo rigore, Commendas nouas fœminis fæpè dari folere, illamquè formalitatem tituli, fiue inueftituræ, in perfonis maritorum faciendi, aut mutandi, tanquàm parum fubftantialem ceffaffe; cùm certum fit, quòd quamvis titulus de vxore loquatur, in maritum † omnia feudi onera declinant, & per eum expedienda funt quemadmodum in maioratibus Hifpaniæ contingit, qui iurifdictionem admixtam habent, vt per Molin. *de primog. lib. 1. cap. 13. n. 14.* Et quòd † fœminæ ad feuda impropria admitti poffint, & an eo cafu debeant iurare fidelitatem? tradit latè. Peregrin. *conf. 22. lib. 1, & conf. 24. lib. 5.* Et quòd in Sicilia, & Gallia indiftinctè admittantur, Magerus *d. cap. 7. num. 257.*

Sextò, exteris, fiue alienigenis à Regnis Caftellæ, & Legionis, quos *Eftrangeros* vocamus, Commendæ † fine peculiari Regis licentia, & difpenfatione dari non poffunt, vt difponitur in quadam fched. dat. Vallifolet. 22. Febr. an, 1549. quæ habetur *in 2. tom. pag. 126.* & pungit Leon *vbi fuprà, n. 25.* cuius difpofitionis ratio ea effe videtur, † quòd cum hi plurimis aliis fchedulis ad has Indias Occidentales tranfire prohibeantur, ne fortè eius fcrutentur arcana, vt in fimili notat Bald. per tex. ibi *in l. mercatores, C. de commerciis*, & ob alias rationes, de quibus latè dixi *1. tom. lib. 2. cap. 25. num. 69. & feqq.* longè magis arceri debuerunt ab his feudis, fiue Commendis, quæ Reges noftri, propriis vaffallis, & indigenis, in laborum, & feruitiorum præmium, ac remunerationem (vt fæpè diximus) affignari voluerunt.

Præfertim † cùm ad Regni etiam tutelam deftinentur, quæ per vaffallos proprios, ac naturales Principis longè fecuriùs, & alacriùs præftabitur, *l. qui habebat, D. de legat. 3. veluti, D. de iuft. & iur.* *Cicer. lib. 1. offic. cap. 4.* ibi: † *Nullum eft periculum, quod fapiens pro falute patriæ vitandum arbitretur.* Procœmium *tit. 22. part. 2.* ibi: *Es tenudo el pueblo à femejanie defto de obrar por amor en la tierra donde fon naturales, ennobreciendola, è acreceniandola, è haziendo linage en ella que la pueble.*

Necnon etiam † cùm femper rationi, & diuino iuri, naturali, ac ciuili confentaneum iudicatum fit, vt præmia, honores, & emolumenta cuiuflibet Regni, vel Prouinciæ inter prouinciales diftribuantur, & non dentur alienigenis, vel faltem illi his, cæteris paribus præferantur, de quo articulo aliquid tetigi *fuprà hoc lib. cap. 2. num. 59. & feqq.* & plura dicemus *infrà lib. 3. cap. 19.* vbi de prouifione beneficiorum, & præbendarum egerimus.

Quibus adiicio † notabilem plurium ciuitatum Galliæ confuetudinem, in quibus *Albinos* vocant natos extra fines Regni Franciæ, & hi tanquam extranei, & peregrini non poffunt Regnicolæ fieri, etiam fi longo tempore Regnum incoluerint, nec beneficia in illo obtinere, nec pariter de acquifitis difponere, etiam inter propinquos, fed omnia eorum bona tanquam vacantia, his mortuis, Fifcus occupat iure *Albenæ*, vt licit Cofmas Guimier *in pragmat. fanct. tit. de collat. §. verum tamen, verb. Liberius*, Caffan. *in confuetud. Burgundiæ, tit. des confifcations, §. 1. n. 37. & feqq.* Nicol. Boër. *decif. 13. ex num. 17. ad 22.* Guillelm. Bened. *in cap. Rainutius, verb. Et vxorem nomine Adelafiam, n. 1042. & feqq.* Fran de Clapetiis *in cont. cauf. fifcal. cauf. 1. per tot.* & Magerus *de aduocat. armata, cap. 15. n. 135. & feqq. pag. 655.*

Quod ius † nefcio, an oporteret in his no- 54
ftris Indiis Occidentalibus introduci, in quibus
video, incuria noftra, plures alienigenas, quàm
naturales verfari, & valdè ditefcere, ita vt dicere
poffimus illud Ieremiæ *Threnor. 5. 2. Hæreditas
noftra verfa eft ad extraneos.* Interim tamen
dum huic morbo competens medicina adhibetur,
iuftum erit, vt faltim Commendis, de quibus
agimus, abftineant. Quas aliquando † ob prædi- 55
ctam prohibitionem eis adimi vidi, aliquando
etiam diffimulari, maximè fub eo prætextu, quod
aliqui illorum, fe Regio diplomate, quod noftri
vocant litteras naturalitatis, *Cartas de naturalez
y*, Regnicolas effectos fuiffe dicant; quo cafu,
omnibus commodis, gratiis, & fauoribus potiuntur, quibus ciues in his prouinciis, vel in Hifpania orti, *l. fed fi accepto, D. de iure Fifci*,
Bartol. *in l. fi is, qui pro emptore, q. princip. ad fin. D. de vfucap. & in l. fi maritus, §. Italia, D. ad l. Iul. de adult.* Roman. *conf. 62. col. 2.*
Boër. *vbi fup. num. 21.* Rebuff. *in peculiari tractatu de litt. naturalitatis*, & Claperiis *num. 11.*
Et extat notabilis † epiftola Regia *in 1. tom. im-* 56
preff. pag. 236, in qua Peruanus Prorex Marchio
de Cannete reprehenditur, quòd Michaëli Angelo Philipponio, à Regnis Hifpaniæ extraneo, & alioqui ftrenuo duci, pinguem Commendam Indorum affignaffet, ea ratione reddita, quòd melius effet, vt indigenis, & naturalibus daretur, qui in ipfis Indiis inferuierunt, & benemeriti repeciuntur, vel eorum filiis, aut defcendentibus. Quando autem per decennium, vel aliis modis domicilium, vel ius naturalitatis acquiri videatur, *infrà d. lib. 3. cap. 19.* pleniùs dicemus.

Septimò, non folùm exteris Commendæ da-
ri non poffunt, verùm † neque Hifpanis, aut in- 57
digenis, qui extra prouinciam, in qua Commenda fita eft, refideant, & commorentur. Quod licèt Reges noftri parum his temporibus obferuent, non fine ingenti earundem prouinciarum damno, & præuaricatione finis, qui in his Commendis intenditur; vt dixi *fup. hoc lib. cap. 1. & 2.* Proreges tamen, & alij Gubernatores, qui
commendandi ius habent, præcisè id implere te-
nentur. Cùm videamus, † non folùm nouas 58
Commendas abfentibus dari non poffe, verùm neque antiquarum fucceffionem, ad eos tranfire, & ab his, qui delatæ fucceffionis tempore præfentes funt præocupari, licèt illi gradu, fexu, vel ætate præferri deberent, vt conftat ex fched. an. 1536. & an 1552. quæ reperiuntur *d. 2. tom. pag. 201. & 202.* de quibus inferiùs latiùs agemus *cap. 17. n. 95. & feqq.*

Et apud Me habeo † duas fchedulas Regias, 59
vnam Matr. 22. Decemb. ann. 1612. alteram 28. Martij ann. 1620. ad Peruanos Proreges DD. Marchionem Montifclarium, & Principem Efquilacenfem directas, in quibus, cùm ipfi feriò, & grauiter damna conferendi Commendas abfentibus, retuliffent, refponfum eis fuit, id quoque à Rege noftro, & Supremo eius Confilio cognofci, & præ oculis haberi, & in pofterum fibi à contrauentione dictæ prohibitionis omni cura abftinendum effe: quod tamen impletum non eft, fortè ob inftantem, & inuerecundam petentium inhiationem, quæ efficit, vt Principes multoties non concedenda concedant, vt aliàs inquit Imp. *in l. 1.*

l.1.C. de petit.bon. subl. lib.10. & infrà cap.8. latiùs dicemus.

60 Octauò, † ij quoque antiquis quibusdam legibus Commendarum honore, atque emolumentis interdicti repeciuntur, qui in Peruanis olim seditionibus aduersus Regia vexilla nomen dedisse, & perduellionis crimen signanter commisisse, vel committentibus adhæsisse, comperti fuerint. Quod tamen posteà noua alia lege anni 1546. quæ habetur *d.2.tom. pag.227.* D. Caroli V. Imperatoris benignitate cessare iussum fuit, meliùs harum prouinciarum quieti, & gubernationi consultum iri censentis, si quales quales seditiosorum excusationes admittens, præterita crimina condonaret, & omnes vassallos, sublata eiusmodi exclusionis, ac distinctionis nota, sibi in futurum (vt re ipsa factum est) fidelissimos, & deuinctissimos redderet.

Fuisse autem, & esse hodie similem priuationem iuri, ac rationi conformem, inde probari potest, † quòd cùm hæc Commendarum præmia pro benemerentibus (vt sæpè diximus) fuerint constituta, non possunt iustè illis conferri, qui sceleratis se factionibus implicuerunt, cùm †. hæc sit vna ex præcipuis causis ob quas feuda, etiam iam ab antiquo collata, solent amitti, vt *in cap.1. & per totum, in quib. caus. feud. amitt. & in ca.1. quæ fuerit prima causa benef. amitt.* cum latè adductis ab Schrad. *d.tract. part.9.* & Rosenth. *ibid. cap.10.* & à nobis *infrà hoc lib. cap.27.*

61

62

63 Vndè, † & bannitos insuper imperij, & reliquos, quorum bona publicata sunt, feuda minimè acquiri posse, probat Gail. *in tract. de pace pub. li. 2 cap.12. & lib.2. pract. obseru.1. num.21.* Rosenthal. *d. tract. de feud. cap.3. conclus.19.* qui etiam agit *de excommunicatis eod. cap. conclus.22. num.1. in remiss. sub litt. A.*

Nonò, eadem prohibitio, quamvis sub longè diuersa consideratione, reperitur † in Dominis, qui in Supremo Indiarum Consilio Regi nostro deseruiunt, vt patet *ex ordinat. eiusdem ann. 1571. cap.37.* & in Proregibus, Præsidibus, Auditoribus, Alcaldis, Fiscalibus Regalium in his Indis Cancellariarum, Tabellionibus Cameræ in eisdem agentibus, Maioribus Rei Dominicæ Calculatoribus, Regiis officialibus, Gubernatoribus, & aliis Iustitiæ ministris, vt constat *ex cap.26.* nouarum legum ann.1542. ex sched. dat. Vallisolet. 29. Aug. an.1544. & 28. Oct.1552. Tauri 17. Ian. eiusd. Guadalax. 3. Aug. ann. 1546. & aliis, quæ repeciuntur *d. 2.to. pag.228. & seqq.* quæ hoc etiam ad eorum filios extendunt. Et nouissimè alia dat. apud D. Laurent. 12. Decemb. an.1619. Quæ † superiores, fortè iam senescentes, aut languentes, sub maioribus pœnis, & interminationibus renouauit, & ad quoscunque alios extendit, qui vel sanguine, vel affinitate dictos Ministros intra quartum gradum contingerent, aut eorum famuli, familiares, vel clientes esse reperirentur. Quarum schedularum mentionem fecit Ant. de Leon *d. tract. de confirm. Reg. 1. par. cap.10. num.1. cum seqq.* varias rationes adducens huius adeò strictæ prohibitionis.

64

65

66 Sed nullæ possunt aptiores esse, † quàm quæ ex ipsis legibus colliguntur, nimirum, quòd prædictarum personarum fauor, auctoritas, ac potestas in eisdem Commendis sibi, vel suis impetrandis, nimius esset posset, & in aliorum benemeritorum detrimentum redundare, & simul, ex eadem causa, Indos sibi commissos durè, atque acerbè vexarent, absque vlla formidine supplicij, iuxta *l. illicitas, §. ne potentiores, D. de offic. Præsid. & l.2. C. si Rector prouinc. vel ad eum pert. pers.* vbi dicitur, † similes Magistratus, & potestates, vel solo adspectu posse, & solere terribiles esse, de qua etiam per Bald. *in marg. verb. Appellatio, & in tit. de pace iuram. firm.* & Alexand. *in l.2. in prin. col.2. C. quod met. causa.*

Vnde dubitatum fuit, † an idem in Locumtenentibus Gubernatorum, Correctoribus, & Alcaldis ordinariis aliquorum oppidorum, intelligendum esset. Et negatiuè responsum in quadam schedula 29. Aug. 1544. *d. 2. tom. pag.228.* Cuius exemplo Ego idem defendi, & practicaui in maioribus iustitiæ executoribus, quos, *Alguaziles mayores*, vocamus, siue hi in Regiis Cancellariis, siue in ciuitatibus eiusmodi officia emerint, & exerceant. Nam cùm prædictis legibus specialiter comprehensi non sint, nec adeò magnam potestatem exerceant, non est cur eos à Commendarum beneficio excludamus, quas hac de causa eis sæpè datas, & in Regio Consilio confirmatas vidi, & audiui. Et similiter † in Actuariis, siue Tabellionibus, quos vocant gubernationis, & apud Proreges, vel Gubernatores hoc munus exercent; quamvis in his Ego magis hærerem, prout & de facto hæsitari vidi in causa nobilis viri D. Ioseph de Caceres Vlloa, Peruanæ Proregiæ Gubernationis Secretarij, quoniam in his officiis, quæ gerunt, auctoritas suspicabilis est, & cùm per eos, quæ ad Commendas pertinent, expediantur, non minus, quàm in aliis seperioribus Ministris, vereri potest. Maximè si sequamur opinionem Ant. de Leon *d. cap. 10. num.21.* qui nullum Commendatarium, Tabellionem esse posse, scriptum reliquit, relata ad id Regia sched. dat. en el Pardo 14. Nouemb.1590. quæ vel Commendam, vel Tabellionatum eligere iubet, quasi hæc duo incompatibilia sint, vt apud eum videri potest.

Sed verò, quamvis superiora ita se habeant, adhuc tamen † sæpè videmus, ex Regia liberalitate, cui nihil hac in parte non licet, vt per D. Valenç. *cons.83. num.144.* Supremi Senatus Consiliariis, Proregibúsque, & aliis Ministris Commendas dari solere, vbi eorum merita, & seruitia hanc remunerationem exposcunt, quia boui trituranti os alligari non debet, *Deuteron. c.25. 1. Corint. c.9. vers.9. cap. cùm secundùm, c. extirpandæ, de præbend. ca. ex his 12. q.1.* cùm aliis, quæ adducit Gambara *de auctoritate Legati, lib.6. n. 366.* Tuschus *litt. A. concl.312.* & Escobar *de ratiocin. ca.30. num.22.*

Et cùm † dicta sched. ann.1619. nimis dura, & stricta visa esset, & quæ rigore verborum quoscunque cognatos, & familiares, ac clientes Proregum, & aliorum ministrorum à beneficio Commendarum excluderet, etiam si aliàs per se benemeriti essent, † scripta fuit altera eius hac in parte declaratoria, siue mauis derogatoria, dat. Matr.19. Martij ann.1623. quæ eisdem personis, dicta prohibitione non obstante, Commendas conferri permittit, vbi ob propria merita, & seruitia hac gratia digni censeri potuerint, & debuerint. Nimirum Regio nostro legislatore, & eius Supremo Senatu † iniquum reputantibus, alios aliorum odio prægrauari, l. non debet 74. ff. de reg. iur. cap. non debet 22. vbi latè Pechius, & alij *eod. tit. lib.6.*

Maximè

74 Maximè † cùm prorsus culpari non debeat, quòd Gubernator suis consulat, eosdémque aliis, cæteris paribus, imò & cum aliqua latitudine, præferat, vt prudenter pariter, atque eleganter notauit Cassiodorus *libr. 12. variarum, epist. 5.* dum inquit: *Sed gratificante natura illis amplius debemus, qui nobis aliqua proximitate iunguntur, dum quoddam genus recti videtur esse propositi, ab æqualitate discedi, & tanta necessitudinis vis est, vt nullus se contemptum diiudicet, si sibi aliena pignora prælata esse cognoscit.*

75 Et hoc satis ostendit † Summus Pontifex *in cap. 1. de conces. præbend. libr. 6.* vbi in conflictu rationum,& opinionum, quas ibi latè recenset, tandem pro quodam Nepote suo pronuntiauit, eique beneficium, super quo lis vertebatur, assignauit. Et subdit gloss. *ibid. verb. Nouimus: Ipsum ergo mouit iustitia, non carnalitas. Et est hoc contra quosdam hypocrytas, qui vt videantur iusti, pronuntiant contra suos, vt dicit Hostiensis de quodam Parisiensi Scholari, qui reuersus ad patriam pronuntiabat contra suos in istas causas fouentes pro extraneis, vt iustissimus videretur.*

Vnde semota nostrarum schedularum pro-
76 hibitione, benè † posset Prorex, & alius quilibet Gubernator mandatum generale habens ad conferendas Indorum Commendas, eas etiã suis filiis conferre, iuxta textum *in cap. ex litteris de iure patronat.* cuius argumento, gloss.
77 singularis ibid. notauit, † patronum, qui habet potestatem præsentandi, posse præsentare proprium filium, quam sequuntur ibi Gofred. Hostiens. Ioan. And. Card. & Abb. qui de communi testatur, & quòd praxi obseruetur, Anton. de Butr. *ibid.* quem refert, & sequitur Rochus de Curte *de iur. patron. verb. Honorificum, q. 4. nu. 14.* Lambertin. *in eod. tract. 1. part. lib. 8. quæst. 8. & seqq.* Et latè rem disputans Peralta *in l. vnum ex familia, §. rogo, D. de leg. 2. n. 3. & 4. cum seqq.* Vbi hoc absque dubio procedere docet, quando eligitur filius emancipatus, & ita reducit ad concordiam aliquas discordantes Doctorum in hac quæstione sententias, & sequitur Molina *de primogen. libr. 2. capit. 4. numer. 59. & 60.* Horoscius *in l. si Consul, numer. 13. & 19. D. de adopt.* Tusch. *litt. E. concl. 72. & 75.* Guillerm. Mandagotus, & eius Addition. *in tract. de elect. c. 48.* D. Valenç *cons. 98. par. 1.* & nouissimè *cons. 173. n. 105. vol. 2.* & Perez de Lara *de anniuers. & Capel. lib. 2. cap. 2. num. 2. & seqq.* Vbi benè probat, meritorium esse conferre beneficia consanguineis aliàs idoneis. Et in nostris feudorum terminis, posse Prælatum bona Ecclesiæ, solita infeudari, dare consanguineis, vt cum communi resoluit Bursatus *cons. 127. num. 4. & 78. libr. 2.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 9. q. 17. num. 124.* Ceuallos *q. 275.* & latè Redoan. *de rebus Eccles. q. 2. pag. 299.* & Domin. Soto *de iustit. & iur. lib. 3. q. 6.* iunctis aliis, quæ de consanguineis in eleemosynis præferendis, dicam *infr. lib. 3. cap. 10. num. 66.*

78 Et hic casus de facto contigit, † in primo illo Peruano Gubernatore, & insigni Duce Franc. Pizarro, qui filiam suam naturalem Dom. D. Franciscam, pingui commenda donauit; & licèt super hoc ei lis mota fuit, tamen in eius possessione obtinuit. Sed debet notare Gubernator, qui hæc exempla sequi voluerit, æquitatis semper & iustitiæ rationem pluris habendam, quàm sanguinis, aut coniunctionis, *argumento l. postliminiũ, § filius, D. de captiu. l. si seruus C. de his, qui ad Eccles. conf.* Medic. *de fortuit casib. 1. p. q. 8. n. 53. in fine.* & Mager. *de aduocat. armata, cap. 13. n. 47. pag. 585.*

Decimò, † illis noua Commenda conferri 79 non potest, qui iam aliam habere comperiantur, quod disponi videtur, in quadam antiqua schedul. Matr. 5. Feb. ann. 1528, *to. 2. pag. 196.* quæ cùm Mexicanæ Audientiæ Commendarum collationem permisisset, hoc in vltimis verbis ita accipiendum statuit, dummodò non detur iis, qui alios Indos habuerint, verba sunt hæc: *Pero entiendese, que los Indios, que ansi vacaren durante el dicho tiempo, no aueis de encomẽdar ninguno à persona, que tenga otros en aquel tiempo:* & idem expressiùs posteà iussum, & cautum fuit in nouis, quas vocant, legibus ann. 1542. & in aliis instructionibus, & ordinationibus Indiarum, quæ referuntur in alia sched. dat. Matr. 26. Febr. ann. 1563. quæ habetur *eod. 2. tom. pag. 242.* & iterum *pag. 255.* in qua Peruanus Prorex reprehenditur, quòd Hieronymo de Silua nouam Commendam contulisset, cùm iam aliam haberet, & satis diues esset. Iubetúrque, vt quam malit electa, altera priuetur, hæcque alij benemerito conferatur.

Et † huc respicit lex, quæ dicitur successio- 80 nis earumdem Commendarum, dum præcipit, quòd vbi mulier, quæ in Commenda successit, nubit marito aliam habenti, vel filius Commendatus, ad patris, etiam Commendatarij, successionem aspirat, eandem electionem faciant, vt infrà suo loco dicemus. Et in alia schedula data Matriti 13. Iunij an. 1627. extenditur prædicta prohibitio, vt neque illis noua Commenda conferri possit, per duas vitas, iuxta legem successionis duratura, qui aliam Commendam etiam in vltima vita possideant, cuius schedulæ meminit Ant. de Leon *d. 1. par. cap. 4. num. 54.* & latè prosequitur D. Valençuela *cons. 83. ex n. 50. & 85.*

Atque ita † quotidie in praxi seruatur, & 81 confirmationes Regiæ ob hanc pluralitatis causam denegantur, vt nuper accidit in causa perillustris Equitis D. Ioannis Segarra de Casaos, Ciuis Arequipensis, Dom. D. Petronilæ de Valuerdi & Mercado Sobrinæ meæ mariti, cui cùm ob præclara maiorum merita, & ob causam huius matrimonij D. Prorex Marchio de Montesclaros duas Commendas simul contulisset, earum vna, quæ vocatur *de los Collapas*, adimi iussa fuit.

Cuius prohibitionis ratio † ea esse potuit, 82 quòd cùm hæ Commendæ beneficiis, & quidem curatis, æquiparentur, cum Commendatarij seruire, & residere teneantur, & curam doctrinæ, & bonæ tractationis Indorum habere, iustum visum fuit, vt plures Commendæ in vna eadémque persona non cumularentur, tum propter earum incompatibilitatem, tum etiam ne † vnus 83 plura præmia occuparet, atque hæc ad aliorum sustentationem, & remunerationem deficerent, iuxta textum *in cap. de multa, de præbend. c. quia in tantum, de conceß. præb. cap. quia nonnulli, de cler. non residenti, l. hac, part. 10. de prox. sacr. scrin. lib. 12.* ibi: *Vt non occupentur plura in vnum se commoda collaturi, nihilque reliquis relicturi*, cum aliis, quæ adduxi *sup. lib. 1. cap. 4. n. 24.* & eruditè congerit Nauarrete *discurs. polit. 24 & 25.*

Quibus valdè adludit, quod tam verè, quàm scitè docuit Aristophanes *in concion. vers.* 585. sic inquiens:

Communicare oportet, omnes dicant, omnium participantes,
Et ex ipso viuere, & non hunc quidem ditescere, illum autem miserum esse,
Neque agricolare hunc quidem multum, huic autem esse neque sepeliri,
Neque mancipiis hunc quidem vti multis, illum autem sequentem,
Sed vnam faciam communem omnibus vitam, &
85 *hanc aquam.*

Neque longè abest, † quod de prohibita duorum, pluriumvè maioratuum cumulatione, quorum alter excedat, aut impleat *Dos quentos de marauedis*, dispositum est *in l.17. tit.7. lib.5. Recop.* circa cuius rationem, & explicationem vltra Matienz. & Azeued. ibi, plura tradit Mieres *de maiorat. 1. part. q.3. nu.15.* Parlad. *lib.3. quotid. q.* 8. Perez de Lara *de Capellan. lib.1. c.4. à n.13.* D. Ioan. del Castillo *libr.3. controuers. cap.28. à n.19.* D. Valençuela *cons.* 83. & Nos etiam aliquando, annuente Deo, quæ in aduersariis ser-
86 uamus, in lucem edemus.

Et hoc adeò verum est, † vt etiam si quis schedulam impetrauerit, vt sibi de aliqua Commenda prouideatur, possit Prorex illius implementum suspendere, si in impetratione mentio alterius Commendæ, quam is habebat, facta non fuerit, & collatio secùs facta cassabitur, vt in simili probat tex. *in cap. cùm teneamur, & cap. cùm iam dudum, de praben.* vbi Aug. Barbosa in remissionibus plures, de hoc iuris articulo agen-
87 tes, adducit.

Sed licèt hæc ita se habeant, † cùm tamen Commendæ valdè hodie extenuatæ sint, ita, vt in vna, vel altera earum non possit congruenter merita alicuius remunerari, vel quãtitas expleri, quæ Regiis mandatis ei assignari iubetur, solent sæpè Proreges duas, & plures etiam aliquando Commendas, vni conferre, & huius aggregationis rationem Regio Senatui reddere, vbi multoties approbatur. Sæpiùs quoque vna Commenda assignata, aliquas in aliis ob eandem causam pensiones constituunt, & hoc faciliùs admittitur, & confirmatur. Nam etsi pensiones in multis Commendarum naturam sapiant,
88 vt dixi *suprà cap.* 3. Adhuc tamen in pluribus differunt. † Et in hoc præcipuè, quòd incompatibilitatem non faciant cum alio beneficio curato, vel requirente residentiam, vt docet Imol. *in Clem. gratiæ, n.16. de rescript.* Gigas *de pension. q.42.* Dueñas *reg.7. limit.5.* Bened. Capra *reg.90. n.92* & communis, quam per multa resoluit Hojeda *de incompat. benef. 2 part. c.7. in princip.* Flamin Paris. *de resignat. lib.2. q.15. num.17.* & Nicol. Garc. *de benef. 1. par.* Quod tamen in nostris pensionibus, sine difficultate non procedit, supposito quòd etiam earum ratione onus residentiæ iniungitur per nouam schedulam, cuius memini
89 *d. cap.3. num.27.*

Sed plura quidem † his in partibus ob ingruentiam, & congruentiam concurrentium causarum dispensanda sunt, plurima conniuentibus oculis toleranda, & dissimulanda, vt aliàs dicitur *in l. si quis mancipiis, §. si impubes, D. de instit. act. l.4.* vbi Accurs. *verb. Conniuentibus, D. de manumiss. l. quisquis, C. de postul.* cum traditis ab Alciato *l. 4. de verb. signif.* & Erasmo *in Adag. Conniuere.*

Illud verò non toleratur, † quod aliquando 90
Proreges facere solent, nempè ob vitandam istam pluralitatis prohibitionem, alterius Commendæ titulum supprimere, & eam in pensionem concedere, maximè vbi ratione matrimonij, vel successionis, duæ Commendæ in eadem persona iungũtur. Nam hoc in fraudem legis factum videtur. Et vnio, & suppressio Commendarum, vt & beneficiorũ, inter reseruata soli Principi regulariter numerantur, *cap. sicut vnire, de exces. Prælat.* Trid. *sess.7. cap.6. & sess.24. cap.13. vers. In vnionibus verò,* Oldradus *cons.26. & 27.* cum aliis congestis à Rebuffo *in prax. ad Reg. Cancel. tit. de vnion. glos.11.* Flamin. Paris. *de resign. benef. lib.2. q.9.* Petr. Gregor. *lib.1. de benef.* & Ioan. Gutier. *cons.1. num.20.*

Et quamvis alias † possit quis sibi mutare 91
causam possessionis, *l. cùm nemo, C. de acquir. poss. l. non solùm, § quod vulgò, D. de vsucap.* Hoc tamen limitatur, vbi tendit in præiudicium alterius, vel in fraudem, & contrauentionem legis, vel dominij directi, vt pluribus probat Rosenthal, omnino videndus, *dict. tract. de feud. c.6. concl.80. num.2. sub litt. B. & conclus.81. num.1. & 8. & 23. & cap.10. concl.31. per tot. & concl.39. num.70.*

Vndecimò, & vltimò, † per nouam Commen- 92
dam dari filiis, aut vxoribus non potest, ea, quæ vacauit finitis duabus vitis per legem successionis concessis, vt disponitur in quadam sched. dat. Matr. 5. April. an. 1552. quæ habetur *2 tom. pag.* 203. ibi: *E despues de acabada la sucession han de tornar los dichos Indios à la Corona Real luego, y no se han de tornar à encomendar à otro hijo, ni hija del dicho primer tenedor de los Indios, ni à su muger.* Cuius ratio ea esse videtur, ne in vna, eadémque familia Commendæ perpetuari viderentur, sed potiùs earum commodum ad plures perueniret, vt benè aduertit Ant. de Leon *d. tract. de confirm. Reg. 1. par. cap.9. nu.16. fol.52.* adducens exemplum, beneficiorum Ecclesiasti-
corum, † in quibus filij in parentum locum 93
coaptari non possunt, *cap.1. de præbend. c.3. cap. ad extirpandas, cap. dilectus, cum aliis, de filiis presbyter. & cap. Apostolicas 8. quæst.1.*

Et ita † nouissimè hac de causa, in contra- 94
dictorio iudicio aliquarum Commendarum Noui Regni Granatensis, confirmationem denegatam vidi, eò quòd aduersus dictam legem filiis decessorum denuo concessæ fuissent. Quæ tamen lex an iusta, vtilis, & conueniens sit, infrà (Deo dante) latiùs discutiemus *cap.30. n.36. & seqq.* vbi de Commendarum perpetratione ege-
rimus. Nam certè † nihil magis rationi natu- 95
rali, & iuris communis, ac Regij dispositioni consentaneum videtur, quàm parentum præmiis filios, alioqui per se ad easdem militias aptos, & benemerentes, condecorare, vt *in l.1. & per tot. C. de fil. official. lib.12.* vbi nouissimè Fuluius Constantius *ex num.24. ad 32. l. quicunque 5. C. de cohortal. eod. lib.1. l.7. tit.27. par.2. l.10. tit 4 lib.5. recopil.* cum plurimis aliis, quæ refert Bald. *in l. fin. C. de testam.* Tiraquel. *de nobil. cap.10.* Ponte *decis.20.* Valasc. *consult.129. n.13.* & alij, quos summo studio congessit D. Did. de Villaueta in peculiari libello, quem de hoc argumẽto conscripsit, & vltra eos D. Franc. Alfarus *in d. tra. de de offi. Fisc. glos.31. n.12.* Mastril.

de magist.

de magist.lib.1.c.2.n.3.cum seqq. D.Perez de Lara *in compend.vitæ homin. c.16.nu.4.& seqq.* Cassiod.*lib.2.epist.2.& lib.3. epist.5.& lib.9.epist.23.* Sydon.Apollin.*lib.1.epist.6.* vbi Hieronym. Sauaro eius eruditissimus commentator, & Seneca, omnino legendus, *lib.2.de benefic. cap.3.* & repeto latiùs *infrà cap.30. ex num.36.*

CAPVT VI.

Quando Commendæ legitimè conferri possint? Et an in illis expectatiuæ, & renunciationes in fauorem tertij admittantur? Et de vacantibus in Curia.

SVMMARIVM.

1 *Commendæ non debent prouideri antequàm constet de legitima earum vacatione.*
2 *Conferri non potest beneficium, vel qualibet alia res, quæ non est, vel non vacat.*
3 *Feudum nondum apertum, seu vacans, alij inutiliter datur.*
4 *Vacatio legitima inducitur per mortem naturalem, & ciuilem, & aliis variis modis, qui referuntur.*
5 *Vacationis in dubio, non potest ad collationem procedi, & qualiter debeat verificari, & probari?*
6 *Vacationis causa, & modus, an, & qualiter in noua collatione beneficij, vel Commendæ verificari, & exprimi debeat?*
7 *Vacationis causa, quæ exprimitur, si falsa sit non sustinetur collatio ex clausula generali, & quare?*
8 *Feudi concessio, tanquàm vacantis per mortem, corruit, si vacet ex alia causa.*
9 *Vacationis vno modo expresso, non continetur alius, nisi constet de voluntate concedentis.*
10 *Commenda, vt conferri possit, non solùm debet vacare de iure, sed etiam de facto.*
11 *Priuilegium Principis non extenditur ad rem ab alio etiam iniustè possessam, nisi id concedens sciat, & ius illlud litigiosum donare velit.*
12 *Feudorum, vel Commendarum detentatores parum iuris habere possunt, si earum inuestituram non ostendunt.*
13 Lex 27. Indiarum, *Commendas de plano eis adimi iubet, qui statim earum titulos non ostenderint.*
14 *Beneficia, ab aliis iniustè occupata, quotidie petuntur, & impetrantur.*
15 *Commenda, quæ per delictum amissa prætenditur, quando à Principe conferri possit, remissiuè.*
16 *Expectatiuas ad commendas vacantes nullo modo Proreges, & Gubernatores Indiarum concedere possunt.*
17 *Proreges virtute sui mandati solùm possunt conferre commendas actualiter vacantes.*
18 *Mandati finis præcisè seruari debent, & quæ secùs fiunt, non subsistunt.*
19 *Proreges tenorem suorum mandatorum, & institutionum ad vnguem seruare debent.*
20 *Expectatiuæ in beneficiis reprobatæ, & grauiter prohibitæ sunt, & quare?*
21 *Votum captandæ mortis alienæ omni iure reprobatur.*
22 *Feuda per expectatiuam concedi solent de consensu possessorum, & etiam beneficia secundùm aliquos, & quo modo?*
23 *Pactum de futura successione valet, consentiente eo, de cuius hæreditate agitur.*
L. fin. C. de pactis *expenditur, & illustratur, ibidem.*
24 *Expectatiuas in feudis, & beneficiis etiam de consensu possessoris solus Princeps, vel Pontifex concedere potest.*
25 *Datum non videtur, quod ab illo datur, qui non potest de iure donare.*
Cap. quod autem de iure patronatus *expenditur, & exornatur, & alia iura similia, ibidem.*
26 *Commenda, vbi alicui confertur, an alter à Prorege simul nominari possit, qui post illius obitum in eâ succedat? resoluitur negatiuè.*
27 *Commenda, vbi semel à Prorege alicui confertur, iam vacare desinit, & expectatiuam non recipit.*
28 L.1.§.fin.& l.seq. D.de reb. eorum, *expenditur, & exornatur.*
29 *Expectatiuæ prohibitio non comprehendit promissionem, vel concessionem generalem de aliquo benemerito remunerando, vbi primùm commenda vacauerit; secus si fuerit specialis.*
Cap. accedens, & capit. 2. & capit. constitutas, de concess. præb. *expenduntur, ibid.*
30 *Princeps supremus potest, & solet sæpè expectatiuas feudorum, & Commendarum, & quorumcunque aliorum officiorum, non solùm generales, verùm & speciales concedere, etiam sine consensu possidentium.*
31 *Votum captandæ mortis alienæ nunquam præsumitur in gratiis expectatiuis factis à Principe.*
32 *Expectatiuæ generales sæpissimè, & speciales, sæpè concedi solent à nostris Regibus pro commendis Indiarum.*
33 *Praxis, & obseruantia antiqua, legis habet vigorem.*
34 *Principum facta habent pro se præsumptionem iustificationis, & quare?*
35 *Expectatiuæ à Principibus concedi solitæ, quo iure defendantur, & quid ex illis intendant.*
36 *Beneficiorum accessus, & regressus, & coadiutoriæ in Romana Curia expediuntur.*
37 *Expectatiuæ quotidie conceduntur in commendis Ordinum Militarium, & an id licitè fiat?*
38 *Expectatiuas commendarum, & longè minus beneficiorum, non debere à Principibus concedi, nec oportere, monet Auctor, & quare?*
39 *Votum captandæ mortis, licèt in expectatiuis, ex parte Principis, non possit timere, ex parte Priuatorum, quibus conceduntur, vereri poterit.*
40 *Liberis, etiam propriis, grauis est interdum diuturna parentum vita.*
41 *Ecclesiast.locus cap.20. vers.21. de hæreditate festinata exponitur.*

42 *Iulius Clarus grauiter admonet Principes, vt abstineant ab expectatiuis inuestituris feudorum.*
43 *Feudi viuentis inuestituram, etiam de eius consensu nullam dicebant Placentini, Mediolanenses, & Cremonenses contrà, & qui de hoc agant.*
44 *Beneficiorum Ecclesiasticorum expectatiuas, licèt Romanus Pontifex concedere possit, raro tamen id facit.*
45 *Successor non tenetur seruare expectatiuas concessas à suo antecessore, feudorum, vel Commendarum suo tempore vacantium.*
46 *Commendas vacantes per renuntiationem spontaneam, & absolutam possidentium, an Proreges conferre possint? & num. seqq.*
47 *Vacatio, quæ contingit per renuntiationem, similis est ei, quæ per mortem.*
48 *Vacatio omnimoda inducitur per renuntiationem, etiam in Summo Pontificatu, feudis, maioratibus, & reliquis officiis.*
Cap. 1. de renuntiatione *expenditur, & illustratur, ibidem.*
49 *Feudi renuntiatio quando etiam sine consensu domini fieri possit.*
50 *Renuntiare quilibet potest iuri cuilibet sibi competenti, & amplius ad illud non datur regressus.*
51 *Schedula quædam expeditur, agens de renuntiatione Commendarum.*
52 *Coniunctorum, siue vnitorum idem est iudicium.*
53 *Commendas renuntiatas non posse à Proregibus prouideri, quædam leges Indiarum decidere videntur, quæ referuntur, & explicantur num. 61. & 66.*
54 *Vacatio per mortem, & per renuntiationem in aliquibus differunt, remissiuè.*
55 *Commendas vacantes, cùm Proreges virtute sui mandati conferre possint, potuerunt etiam, quæ per renuntiationem vacant,*
56 *Verba vbi conueniunt, & verificantur, dispositio quoque locum habebit, & generalia generaliter sunt accipienda.*
57 *Vacationis verbum absolutè appositum, applicatur cuicunque vacationi.*
58 *Ratio eadem vacationis per mortem, ac per renuntiationem, eandem dispositionem requirit.*
59 *Modus vacandi per renuntiationem est vnus ex dignioribus.*
60 *Commendæ prouisæ per absolutam renuntiationem semper confirmantur in Supremo Indiarum Senatu.*
61 Caput 30. nouarum legum, *agens de tollendis prouisionibus Commendarum vacantium, explicatur.*
62 *Lex abrogata, vel antiquata non est trahenda ad decisionem causarum.*
63 *Dispositio generalis, quæ in vna tantùm specie verificari potest, dicitur specialis, & è contra.*
64 *Enumeratio specierum, videtur facta gratia demonstrationis.*
65 *Lex quæ aliam refert, & generaliter reuocat, omnes species, & casus in eadem contentos reuocare censetur.*
66 *Renuntiationes conditionales, seu causatiuæ sunt, quæ prohibentur legibus Indiarum, non verò simplices, & absolutæ, & quare?*
67 *Malitiis semper obuiandum est.*
68 *Feudi naturam nemo, domino inuito, mutare, prorogare, vel fraudare potest.*
69 *Feudum de antiquo nouum facere, solùm permittitur Principi, vel directo domino feudi, & idem in nostris Commendis.*
70 *Beneficiorum resignationem, in fauorem tertij factam, nemo præter Pontificem confirmare potest.*
71 *Renuntiatio etiam conditionalis valet, & renuntiatario ius tribuit.*
72 *Proreges videntur posse admittere renuntiationes factas in fauorem tertij benemeriti, sed contrarium num. seq.*
73 *Feudum Ecclesiæ propter remunerationem ampliari, prorogari, & extendi potest.*
74 *Regula cui licet, quod est plus, &c. non habet locum in feudis, nec in iurisdictionalibus.*
75 *Præsides habebant ius gladij, & damnationis in metallum, & non poterant deportare.*
L. illicitas, §. qui vniuersas, D. de offic. Præsid. & l. 1. §. deportatos, D. de leg. 3. *exponuntur, & conciliantur, ibid.*
76 *Argumentum à maioritate rationis non procedit in dispositione facta super iure prohibito.*
77 *Commendarum lex, & natura, pendet ex mera voluntate Regis.*
Extensio in voluntariis non fit de casu ad casum, ibidem.
78 *Prælatus est directus dominus feudorum Ecclesiæ, & ideò ea potest prorogare.*
79 *Renuntiatio Commendæ benè admittitur in fauorem filij, qui aliàs in ea successurus erat, & schedulæ, quæ de hoc agunt.*
80 *Electio certæ personæ, quæ alicui cùm moreretur, commissa est, benè potest fieri ante mortem.*
L. cùm pater, § à filia, D. de leg. 2. & l. post mortem, C. de fideicomm. *explicantur, ibid.*
81 *Renuntiatio Commendæ vbi fit à patre in filium, aliàs sibi successurum, in nihilo status Commendæ mutatur, nec cuiquam, nisi ipsi renuntianti, præiudicatur.*
82 *Titulus nouæ Commendæ expediri non debet in persona filij, cui pater renuntiauit, & sic pro eius tantùm vita durabit, & schedulæ de hoc agentes.*
83 *Lex alterius declaratoria retrotrahitur, & præterita etiam comprehendit.*
84 *Inuestituræ noua forma mutat naturam feudi.*
85 *Renuntiari posse Commendas à patre in filium sibi successurum, fuit necessarium, quod Regiis schedulis declaretur, & quare?*
86 *Verba legis, quæ remouent dubitationem, quæ subesse poterat, satis operari videntur, & quæ clariorem reddunt dispositionem.*
87 *Verba vbi sunt clara, non est ab eis recedendum, pro eo quòd debeant aliquid operari.*
88 *Commendæ in Curia vacantes, an possint à Proregibus, vel Gubernatoribus prouideri? & num. seqq.*
89 *Beneficia Ecclesiastica vacãtia in Curia Romana ad solam Pontificis prouisionẽ spectãt.*
90 *Regula Cancellariæ, quæ beneficia in Curia vacantia affectat, non est extendenda*
91 *Ius singulare non est trahendum ad consequentiam, & omnis recessus à iure communi est odiosus.*

92 *Regula*

92 *Regula Cancellariæ non faciunt ius generale, nec ligant existentes extra Curiam,*

TRactationi personatum, quæ Commendas
conferre, & accipere possunt, illam nunc
congruenter subiiciemus, quæ ad legitimam
earum collationem spectat. Circa quam hoc
primùm Proreges, & Gubernatores admonendi
videntur, † vt non priùs ad Commendarum
prouisionem accedant, quàm de vera, & plana
ipsarum vacatione sibi constiterit. Nam & hoc
ita in eorum mandatis cauetur, quæ eas dumta-
xat conferre permittunt: *Qua estuvieren vacas, ò
vacaren en su tiempo.*

Et aliàs regulare est, † vt quod non est, vel
nondum vacat, conferri non possit, *l. ex facto* 19.
D. de hæred. instit. ibi: *Quia huic pars esset data,
quæ nulla esset*: & de beneficiis loquens text. *in
cap. 2. & cap. ex tenore*, vbi Abbas, *de concess. præb.*
Bellamera *decis.* 443. cum aliis multis, quæ ad-
ducit Bursat. *cons.* 394. *à num.* 6. *vsque ad fin.* &
Rebuff. *ad ll. Gallic.* 2. *tom. tit. vt benef. ante va-
cat. &c.* Et quòd † de feudo nondum aperto, hoc
est adhuc ab alio possesso, alter inuestiri non
possit, adeò vt inuestitura nulla sit, etiam si po-
steà possessorem mori contingat, nisi de nouo
inuestiatur, *cap. 1. qui success. dare feud. teneant. cap.
moribus, si de feud. fuer. contr. inter dom. & agnat.*
cum aliis, quæ latè congerit Zasius *in tract. de
feud. 6. par. tit. qualit. feud. const. poss. pag.* 52. & 53.
Rosenthal. *eod. tract. c.* 6. *q.* 9. & 16. Iul. Clar. § *feu-
um, q.* 14 Menoch. *cons.* 1. *n.* 419. Marescot. *libr.* 1.
var. cap. 31. & Ponte *de potest. Proreg. pag.* 144.
numer. 33.

Tunc autem † legitimè Commendæ vacare
dicentur, cùm earum possessores naturaliter, vel
ciuiliter mortui fuerint, aut eas absolutè renun-
tiauerint, vel iniuncta illis onera deseruerint,
aut quid aliud simile admiserint, quod vaca-
tionem, vel priuationem inducat, iuxta varias
vacationis species, siue modos, quos, de be-
neficiis, & feudis, aliisque iuribus similibus
loquentes, tradunt Felin. *in cap.* 1. *de rescript.*
Rebuff. *in praxi benef. tit. de collat. benefic. &
in tract. de Regia nominat. ad Prælat.* §. *Mona-
steriis, verb. Vacantibus*, vbi triginta & vnum
modos vacationum enumerat, Flamin. Paris.
de resign. benef. lib. 12. *quæst.* 2. *num.* 25. & alibi
passim, Cochier. *ad Reg. Cancellar. & in tract.
de primar. precib. pag.* 74. Hieronym. Gonça-
lez *ad Reg.* 8. *Cancell. glos.* 15. *per totam*, Nicol.
Garcia *de benef. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 75. *& seq.*
Marta *de claus.* 1. *part. claus.* 152. Mastrill. *de
magistratib. libr.* 1. *cap.* 26. *ex numer.* 22. *ad* 27.
Nicol. Garcia *denefic.* 5. *part. cap.* 1. *numer.* 75.
& seqq. Perez de Lara *de anniuers. & Capellan.
libr.* 2. *capit.* 10. *numer.* 70. Vbi † quòd in dubio
vacationis non potest ad collationem procedi,
Gonçalez *vbi supr. glos.* 11. §. 2. *n.* 73. & 74. vbi
quòd vacatio non præsumitur, nisi probetur, &
an sola fama publica probetur, Flamin. *d. tract.
de resign. libr.* 8. *quæst.* 7. *num.* 107. & *libr.* 12. *q.* 14.
num. 26. vbi quòd vocatio omninò tempore
datæ verificari debet, & Nos infrà *hoc lib. ca-
pit.* 27. vbi de Commendarum extinctione, siue
resolutione tractabimus.

Et hoc est adeò verum, vt aliqui existiment
non † sufficere, quòd beneficium, vel Com-
menda verè vacans sit, sed requiri etiam, vt va-
cationis causa, & modus in noua concessione
exprimatur, & verificetur, & verba generalia
absolutè apponantur, quæ omnem vacationem,
qualitercunque contingentem, comprehendant.
Alioqui nulla erit concessio, si causa expressa
vera non fuerit, vt per tex. *in cap. susceptum, de
rescript. lib.* 6. & *in l. si ita, D. de auro, & argen.
leg.* tenet Andr. de Isern. *d. cap. moribus*, & Alba-
rot. *ibi*, Alexand. *cons.* 128. *col.* 3. *lib.* 5. qui alle-
gat *l. si de certa, C. de transact. & l. cùm quæritur,
cum seq. D. de except. rei iudic.* Curtius *cons.* 21.
col. 10. *in fin.* quos refert, & sequitur Marescot.
d. cap. 29. *n.* 25. *& seqq.* Ponte *vbi sup. n.* 34. Qui
addunt, † hoc verum esse, etiam si post expres- 7
sionem, & specificationem causæ, quæ vera non
fuit, adiiciatur (vt de stylo fieri solet) clausula
generalis, per quam concedens dicat, se in con-
cessionarium velle transferre omne ius, omném-
que actionem qualitercunque competentem; eò
quòd hæc clausula non operetur, nisi quoad iu-
ra deuoluta, ex causa expressa, & priùs specifica-
ta, vt *in d. l. si de certa, & l. legatorum*, §. 1. &
ibi Bart. *D. de legat.* 2. cum aliis relatis per
eundem Marescot. & Pontem *d. num.* 34. Vbi
probat, † quòd feudi concessio tanquam vacan- 8
tis per mortem corruit, si vacet ex alia causa:
& vltra eos Menoch. *de arbitrar. casu* 201. *n.* 103.
& 122. Gutierr. *lib.* 2. *canon. cap.* 15. *num.* 60. &
D. Valenç. *cons.* 80. *num.* 147. vbi probant, † quòd 9
cùm vnus modus vacationis exprimitur, non
continetur alius, nisi constet de voluntate con-
cedentis.

Rursus, idem quoque resoluendum videtur,
etsi † Commenda vacet de iure, quia verè fini- 10
tum erat ius possidentis, si non vacet etiam de
facto, fortè quia alter saltem de facto, & cum
aliquo titulo colorato, aut etiam discolorato
in eiusdem possessione persistat, & de hoc in
gratiæ impetratione, vel concessione expressa
mentio facta non fuerit, vt notat Innoc. Abbas,
& Butrius per tex. ibi *in c. cùm nostris, de concess.
præb.* Selua *de benef.* 3. *p. q.* 11. *n.* 110. Ancharran. *in
c. si propter, de rescript. in* 6. Sigism. Lofredus *cons.*
46. *n.* 7. *inter consil. feudal.* & latè Hier. Gonçalez
d. reg. 8. *Cancell. gloss.* 15. §. 9 *& seqq.* vbi pluribus
probat, vacationis appellatione intelligi eam,
quæ vacat de iure, & de facto.

Pro quibus expendi potest, † quòd etiam pri- 11
uilegium Principis non extenditur ad rem ab
alio possessam, quamvis possessio non sit iusta,
sed colorata, *c. dudum. de decimis*, vbi DD. optimè
Oldrad. *cons.* 288. Ripa *resp.* 2. *n.* 24. latè Ruin.
cons. 115. & *cons.* 88. *vol.* 4. In quo tamen casu,
Ego quidem contrarium defenderem, vbi cõce-
dens scientiam habuerit iniustæ alterius posses-
sionis, & nihilominus aliis beneficium, vel Cõ-
mendam contulerit. Nã videbitur ei ius contu-
lisse, vt cum intruso litiget, eúmque citatum, &
victum, de iniusta illa possessione deturbet, iux-
ta tex. singularem *in c. licèt Episcopus, de præb. in*
6. Et cùm conferendi pacifici, & securi beneficij
facultatem haberet, nulla est ratio, ob quam liti-
giosum quoque sub eodem prætextu concedere
nequeat, *c. cui quod plus, de reg. iur. in* 6. *cum si- 12
mil.* Maximè † cùm tales detentatores, qui de
facto possident, parum iuris habeant in feudis,
& Commendis, quorum natura est, vt si inuesti-
tura eorum, vel aliud, quod pro inuestitura ha-
beri possit, non ostendatur, feudum, vel Com-
menda dici non debeat, vt signanter post alios
notat Afflict. *in cap.* 1. *notab.* 6. *num.* 2. *si de feud.*

fuer.contro.inter dom. & agnat. & in capit. 1. ex quib. cauſ. feud. amitt. Socin. Iun. *conſ.* 102. *nu-*
13 *mer.*26.*vol.*2. Et in noſtris † terminis decidi videtur *in l.*17.earum,quas nouas vocant,an.1542. quæ omnibus illis Commendas incunctanter, & de plano adimi iubet,qui abſque legitimo titulo, vel propria authoritate eas inuaſerint, & vſurpauerint.

14 Atque ita quotidie videmus † peti, & concedi poſſe, & ſolere beneficia, quæ vacant de iure,licèt non vacent de facto, vt per Roch.de Curte *in tract. de iure patron. verb. Honorificam, n.*86.Lupum *allegat.*16.Abbat.*in cap.cùm noſtris,* per text.ibi *num.*7.& 16. *de conceſſ.præb.*Felin.*in c.cùm non ab homine,n.*10.*de iudiciis,* Boëri. *conſ.* 33.*n.*8.16.& 17. & *deciſ.*2.*ex n.*40. Tiraq. *in l.ſi vnquam, verb.Reuertatur n.*335.& 340.latè Sanchez *de matrim.lib.*7. *diſp.*42. *n.*11.& Roſenth. qui idem in feudis procedere docet,*c.*10.*concluſ.* 42. *à n.*1.& Lancellot. *in tract.de attentatis,*2.*p. c.*4.*limit.*12.*n.*10. vbi tractat, an ex tali impetra-
15 tione cauſetur attentatum? Et † an,& quando Princeps conferre poſſit Commendam alicuius, qui perpetraſſe dicitur crimen priuatione, & confiſcatione dignum, *infrà cap.*27. Deo dante, tractabimus.

Ex quibus deſcendit, Proreges, vel Guber-
16 natores non poſſe concedere † expectatiuas ad Commendas nondum vacantes, etiam ſi adiiciant clauſulam, quòd id fiat ſine præiudicio poſſeſſoris, vel eiuſdem conſenſus interueniat; obſtant quippè eis iura,& doctrinæ, de quibus
17 ſuprà, & † verba ipſa Regiorum mandatorum, quibus in hac parte vtuntur, quæ vt dixi, ſolùm permittuntur, vt vacantes Commendas
18 conferre poſſint, atque ita † ſtrictè, & diligenter obſeruanda ſunt, & nulla erunt, quæ ſecùs de facto in eorum exceſſum, & contrauentionem contulerint, *l. diligenter, D. mandat.* ibi: *Nam, qui exceſſit, aliud quid facere videtur, l. cùm hi, § ſi Prætor, D.de tranſact. l.vt fundus,D. com.diuid. l.*1.*§.cùm igitur,D.de exercit. l.in omnibus, §.ſi procurator, D.ſi quis caution. cap.cùm dilect. de reſcript.* vbi latè Felin. *num.*2. text. & gloſſ. *verb. Ad talia,in cap.fin. de præbend. l.*19. *tit.*5. *p.*5. cum innumeris aliis,quæ tradit Socin. *reg.*152. Gratianus *reg.* 112. & 305. Dueñas *reg.*186.& 298. Hippol. *ſingul.*265. Iaſ. *in rubr. D.de acq.poſſ.num.*19.& meliùs *in l.ſi procurator, num.*3.*cum ſeqq.C.de procurator.* Segura *in l.ſi ex legati cauſa,num.*125. *D.de verb.oblig.* Rebuff.*in l.vnica, C.de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, numer.*152. Tiraquel. *in l.ſi vnquam, verb. Reuertatur, num.*67.& *ſeqq.* Ioſeph Ludouicus *deciſ. Peruſina penult. per totam*, Tiber. Decian. *reſp.* 46. *numer.*25. *volum.*2. Claud. Pratus Gnoſeon general iur. *lib.*4. *tit.*3. *cap.*2. Magerus *de aduocatia armata,cap.*9.*n.*14.& *ſeqq.pag.*341. Aluarez de Velaſco *in axiomat.iur.litt. M. num.*35.& *litt. F.nu.*157.& 158.& *litt.A.num.*176. & alij quos
19 refero *infrà cap.*26.*ex n.*39 Et in terminis † de mandatis Proregum loquentes,& quòd ſuas inſtructiones ad vnguem ſeruare teneantur, Cerdan Tallada *in veriloquio,cap.*10.*pag.*123.& Calliſtus Remirez *in tract.de leg. Regia Arag.* §.11. *numer.* 6

20 Accedit his,quòd expectatiuæ † in beneficiis ſemper ſuſpectæ fuerunt,neque ab aliis,quam à Summis Pontificibus concedi ſolitæ,qui tandem in Concilio Tridentino eas grauiùs, & ſtrictiùs prohibuerunt,*cap.deteſtandas, cap.ne, captandæ, de conceſſ.præbendæ,& Eccleſiæ non vacantis lib.*6. *cap.*2.& 3.*eod.tit.in antiq.* Vbi elegans illa ratio
redditur, † ne votum captandæ mortis alienæ 21
detur, quod iure ciuili etiam reprobatum extiterat, *l.ex eo,C.de inut.ſtipul. l.fin.C.de pact.cum ſimili.*Trid.*de reform ſeſſ.*24.*cap.*19. cum traditis à Fla.Pariſ.*de reſ.ben.lib.*3. *q.*6. *num.*2. & 14.vbi refert regulam Cancellariæ 21.inter Reg. Sixti V.quæ cauet,vt non valeant,etiam ſi ſint conceſſæ motu proprio, & cum prædictæ regulæ derogatione,& proſequitur latè Rebuf.*in prax. benef. tit. de reſcript. ad benef. vacat. & ad leges Gallicas* 2.*tom. tit.vt benef. ante vacat. peti non debeant,* Hieron. Gonçalez *in reg. Cancell.* §. 1. *procœm.nu.*57.*cum multis ſeqq.* Corraſ. *in paraph.* 4.*par.cap.*5. Valer. Reginald. *in praxi for.pœnitent. libr.*30. *tit.*3. *à num.*266. Menoch. *conſ.*52. *n.*32.*lib.*6.Phœbus 1.*part.deciſ.*2.*num.*2.Gratian. *diſcept. forenſ. libr.*5. *cap.*818. *à num.*20.Riccius *in collect. deciſ.* 4. *par. collect.*1043. & Cochier *in tract. de primar.precib. pag.*88. & 89. Etſi negari non poſſit,quòd ſi vellent Pontifices eas concedere poſſent, vt per Gonçalez *ſuprà n.*60. & 61. & latè Maſtrillus *de magiſtrat. libr.*1. *capit.*25. *per totum*, vbi plura de his expectatiuis congeſſit.

Neq; his obſtabit, † quòd in feudis videamus, 21
in tempus futurum, quo vacare contigerit, conferri poſſe,dummodò id ſine tertij poſſeſſoris præiudicio fiat, vel ipſe huic conceſſioni conſentiat, vt docet Albarotus per text. ibi *in cap.moribus,num.*3.*ſi de feud.fuerit controuer.* Rebuff. *in prax. tit.de reprobat. benef. viuent.impetrat.gloſſ.*7.*n.*54.qui idem in beneficiis procedere docet,ſi poſſeſſor conſentiat, ſiue hic conſenſus tacitus ſit,ſiue expreſſus,Iſernia *in cap.*1.*n.*6. & 7.an agnati, vel filius, poſt gloſſam,ibidem, & afflict.*n.*53. Bald.*in cap.*1.*§.hoc quoque,de ſucceſ.feud.& in cap.vnico, de alienat.feud.pater,* & ibi Moderni, idem Bald. *in auth. in ſucceſ. C. de ſuis, & legit.hæred nu.*6. Alex. *conſ.*5. *col.*3.*vol.*1. Felin. *in cap.quæ in Eccleſiarum, n.*123. *verſ.His tamen, de conſtit.* Deciùs *conſ.* 395. *prope finem,* Afflict. *in cap.*1. *quemad. feud.ad fil.n.*11. & *deciſ.*182. Ruinus *conſ.*45 *nu.*41.Socinus Iun.*conſ.* 76.*n.*110.*vol.*1. & Signorol. *conſ.*60.*col.*2. *verſ. Secundo caſu,* qui hoc ampliant, vt valeat talis inueſtitura, etiam ſi expreſsè non dicatur, quòd feudũ inueſtitur in tempus,quo vacauerit,& ſic ſit apertum,ſed ſufficere, quòd id tacitè colligatur, quia in tali caſu non ſit præiudicium poſſeſſori. De quo etiam pluribus agit Vulteius *in tract.de feud.lib.*1.*cap.*5 *n.*17. & latiùs *cap.*6.*numer.* 46. & 48. & Roſenth. *eodem tract. cap.* 6. *concl.*16.& *cap.*4. *concl.*9. *per totam.* Et † idem 2
in pactis de futura ſucceſſione admitti videmus, ſi ille conſentiat,de cuius hæreditate tractatur, *d. l. fin. C. de pact.* vbi DD. Oſaſcus *deciſ.* 100. Boër. *deciſ.* 355. Garl. *obſer.*126. & *ſeq. lib.*2. & Riccius *d collect.*1043.

Etenim ſuprà dicta doctrina, vt maximè ve-
ra ſit, † in domino feudi procedit, de quo illa 2
iura, & Auctores loquuntur. Noſtra verò quæſtio in Proregibus, & Gubernatoribus verſatur, quos delegatam, & limitatam hac in parte iuriſdictionem, ad ſolas Commendas actu vacantes,habere retulimus,atque adeò nullum eſt, quod citra,vel contra eius normam concedunt, *l.fin. D. de iuriſdict. omn.iud. d.capit.*2. & 3. *de conceſſ.*

conceſſ. præb. vbi eadem de cauſa expectatiuæ in beneficiis ab alio, quàm à Romano Pontifice conceſſæ, etiam de conſenſu partis, nullæ eſſe dicuntur. Melior † tex. *in cap. quod autem de iur. patron. in fin.* ibi: *Quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non poteſt de iure donare.* Vbi gloſſ. ad idem comprobandum allegat *l. traditio, D. de acq. rer. dom. l. 2. §. vlt. D. de pœnis, l. 2. C. eod, l. vnica, C. qui pro ſua iuriſd. cap. nuper, de dote poſt diuort. reſtit. & cap. Daibertum* 1. *q.* 7. & tradit expreſsè, de Prorege, & aliis officialibus temporalibus loquens, Maſtrillus *d. cap.* 25. *ex num.* 12. & Vincent. de Franch: *deciſ.* 393. *num.* 5.

Et hæc adeò vera eſſe exiſtimo, vt procedere putem, † quamvis Prorex, vel Gubernator in ipſo actu, quo Commendam alicui concedit, cautionem, ſiue conditionem apponat, vt eadem Commenda poſt illius obitum ad alium tunc nominatum pertineat. Et ita in facti contingentia reſpondi, conſultus à Dom. Principe Eſquilacenſi Peruano Prorege. Nam iudicio meo, hoc in caſu eadem ratio defectus mandati, & voti captandæ mortis, quæ in ſuperioribus militat, & nihil refert, quòd ſuper Commenda ab aliis, vel à ſe ipſo conceſſa; expectatiua conſtituatur, vel quòd cum hoc onere data eſſe ab initio dicatur. Nam † eò ipſo, quò primo eam contulit, iam vacare deſiit, & vbi in fauorem ſecundi reſeruationem addidit, cœpit mandati fines excedere, & in prædictam prohibitionem incurrere, arg. † celebris, & ſimilis tex. *in l.* 1. §. *fin. & in l. ſeq. D. de rebus eorum*, ibi: *Nam vbi dominium quæſitum eſt minori, cœpit non poſſe obligari*, circa cuius explicationem plura valdè notanda, & huic noſtræ quæſtioni conducentia, tradunt DD. ibid. & in c. verùm de condit. appoſ. Curtius Iun. *conſ.* 146. Aretin. *in l. ſi ſub vna.* §. *fin. col. fin. D. de verb. oblig.* Alciat. *reſp.* 121. *n.* 3. Tiraq. *de retract. conuen.* §. *vlt.* Fabian. *de Monte in tract. de empt. & vend.* 7. *quæſt. princip. num.* 2. latè Pinel. *in rub. C. de bon. mater.* 3. *part, n.* 52. Ant. Gomez *in l.* 45 *Taur. n.* 63. Sarmient. *lib.* 3. *ſelect. c.* 8. *n.* 3. & Menoc. *de adipiſ. poſſ. rem.* 3. *n.* 74.

Hoc tamen non impedit, quòd † Prorex, vel Gubernator alicui, alias benemerito, promittere valeat, ſe illum, cùm poſſit, in aliqua Commenda remuneraturum. Nam id expectatiuæ naturam habere non videtur, Sed ſimplicis promiſſionis officij ſui impertiendi, quam vbi primùm commodè, & ſine aliorum præiudicio potuerit, implere teneatur, vt expreſsè deciditur *in ca. accedens* 14. *de conceſſ. præb.* vbi DD.

Et idem contingit, vbi alteri poteſtatem fecerit, conferendi alicui primam Commendam, quæ in tali, vel tali vrbe, aut prouincia vacabit. Nam ſimiliter hoc expectatiuæ vicem non habet, vt docet etiam expreſſus, & ſemper menti tenendus tex. *in ca. conſtitutus* 11. *eod tit. de conceſſ. præbend.* Cæterùm ſi promiſſio ſpecialiter facta fuiſſet de aliqua certa Commenda vacatura, vel quando vacaret, hæc quoque nullius eſſet momenti, vt in puncto dixit Rebuff. *in* 2. *tom. ad leg. Gallic. tit. vt benef. ante vacat. gloſſ.* 2. *per tex. in cap.* 2. *de conceſ. præbend.* & alij, quos refert, & ſequitur Maſtrillus *d. cap.* 25. *num.* 23. & 24. vbi huius doctrinæ rationem aſſignat.

Ideò autem diximus, Nos in hoc articulo de Proregibus tantùm, & aliis Gubernatoribus tractare, qui commendandi ius habent; quoniam ſi in perſona ipſius Regis, qui eſt directus, & abſolutus dominus harum Commendarum, quæſtio verſaretur, contrarium vtique affirmandum eſſet. † Eò quòd concors ſit omnium Scriben- 30
tium opinio, quòd poſſit ſimiles expectatiuas concedere in omnibus, quæ ad temporalem eius iuriſdictionem ſpectant, & non ſolùm vagas, & generales, quod minorem habet dubitationem, verùm & ſpeciales. & ab feuda, vel officia ab aliquo, vel aliquibus poſſeſſa, ſub proprio, atque expreſſo eorum nomine circumſcripta. Vt in feudis apertè conſtat ex Iuribus, & Doctoribus *ſup. num.* 22. relatis, & ex Bruno, qui refert Albarot. Bald. & alios, *conſ.* 135. *volum.* 1. Bart. *in auth. poſt fratres, C. de ſuis, & legitimis hæred.* Afflict. *in cap. ſi quis inueſtierit, de feud. dat. inuicem leg. commiſſ.* Guid. Papæ *conſ.* 31. *num.* 2. *& ſeqq.* Guiller. Bened. *in cap. Rainutius, verb. Duas habens filias, n.* 194. *&* 201. Cardin. Tuſcho, qui alios adducit, *litt. E. concluſ.* 590. *num.* 7. Et idem in quibuſlibet bonis Coronæ Regiæ ab alio poſſeſſis, etiam ſi poſſeſſor non conſentiat, Afflict. *deciſ.* 292. Phœbus *deciſ.* 2. *nu.* 11. *part.* 1. Cabedus *deciſ.* 24. *num. vlt. & deciſ.* 30 *à num.* 1. *part.* 1.

Et in officiis, quæ vendi ſolent ad vitam, quòd poſſint à Rege concedi, in caſum, quo per mortem, vel renuntiationem, vel alio modo vocauerint, maximè ſi talis conceſſio ſit generalis, cum Decio contra Socinum defendit Greg. Lopez *in l.* 13. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ. fin.* Anton. Gomez *in l.* 22. *Tauri, num.* 31. *col.* 2. *verſiculo Limita tamen*, DD. communiter, poſt Bart. *in l.* 3. §. *de illo, D. pro ſocio, & in l. ſtipulatio hoc modo concepta, D. de verb. n.* 7. *& in d. l. fin.* 1. *lect. C. de pact.* vbi latè Bolog. qui hoc benè defendit, *num.* 42. & 82. Et nouiſſimè Anton. Fab. *in conſult. pro Ducat. Montisferrati*, 1 *part. pag.* 140. qui inter alias rationes eam reddunt, in quòd 31
alienum ſit à dignitate Principum, & ſacrilegio proximum, votum captandæ mortis alienæ (quod alioqui eiuſmodi expectatiuis officij) in eorum conceſſionibus pertimeſcere, aut ſuſpicari, vt per Iaſon. *conſ.* 31. *num.* 2. *& ſeqq.* & Guillerm. Bened. *vbi ſup. num* 201

Et hæc praxis † in noſtris Commendis fre- 32
quentiſſima, eſt, cùm quotidie expediantur innumeræ ſchedulæ, generaliter iubentes, vt impetrentes de Commendis, quæ vacauerint, prouideantur, & ſæpè ſæpius aliæ ſpeciales, ad certas & deſignatas Commendas, expreſſo nomine poſ-
ſeſſorum. Quæ † praxis, & obſeruantia, tot re- 33
trò temporum, atque actuum continuatione comprobata, & confirmata, legis habet vigorem, & excludit omne dubium, quod de eius valore, & iuſtificatione poſſet haberi, aut moueri, *l. diuturna, cum ſeqq. D. de legibus*, iunctis aliis, quæ latè, & vtiliter congeſſit Euerardus *in locis legalibus loco à ſolitis*, D. Valençuela *conſ.* 79. *num.* 34
88. & † quæ de præſumptione pro factis Principum, quibus ſemper ſolent aſſiſtere peritiſſimi Conſiliarij, tradunt DD. per tex. ibi *in c.* 1. *de conſtit. l. omnium, C. de teſtam.* Aluarus Valaſcus *conſult.* 51. *num.* 6. *par.* 1. Ego *in* 1. *tom. de Indiarum iure, lib.* 3. *cap.* 2. *per totum.*

Et in noſtris terminis, † de eiſdem expectatiuis 35
loquens, quæ à Principibus conceduntur, & hac ratione (inter alias) eas defendens, Cabed. *in tract. de patron. Reg. cap.* 14. *n.* 3. Phœbus *deciſ.* 2. *num.* 2. vbi inquit, quòd Rex dum hæc concedit, nõ habet

votum captandæ mortis, sed quod principaliter intendit, est remunerari vassallos, & eos accendere ad fideliter inseruiendum.

Neque est, cur alicui hoc mirum, aut durum
36 videatur. Cùm † in Curia Romana, etiam in beneficiis merè Ecclesiasticis, sit stylus receptus, vt admittantur accessus, & regressus, & dentur coadiutoriæ cum futura successione, *cap. petisti 7. q.1. cap.1. de offic.deleg.* Stafileus *de litt.gratiæ, tit. de form. mand. de prouid. à num.1.* & referens D. Valençuela *consf.83.* Et quod magis
37 ad rem nostram facit, † ipsæ eædem expectatiuæ dari possint, & soleant (provt quotidie videmus) in Commendis Ordinum Militarium, vt expressè tenet Cabedus *d. tract. de patron. Reg. cap. 15. num.15.* & Reinosus *obseru.1. n.17.* Quamuis sint plurimi, qui eiusmodi Commendas bona Ecclesiastica esse affirmant, vt per Nauarr. *in tractat. de red. Eccles. quæst.1. mon.55. num.4.* & alios plures apud Nicol. Garc. *de benef.1.part. cap.4. num.6.* Suarez *de Relig. 1.tom. lib.4. cap. 27. num.6.* Sebast. Cæsar. *in tract. de Eccles. Hierarch. 3.part.disp.14. §.6.à num.2.* licèt contrarium teneant alij apud eundem Garciam *vbi sup. num.8.* Cabedum *n.15.* Reinos. *num.2.* Valasc. *consult.68. num.5. & 6.* Molin. *de primog. lib.2. cap.9.* Gutier. *2 pract. quæst.111. num.2.* Cancer. *var.resol.3.part.cap.14. de manutent. n. 68.* & vide Gabril. Pereira de Castro *decis.58. à num.1.* & Mendez de Castro *in prax. lib.2. cap.1. à num.10.*

38 Sed quamvis hæc ita se habeant, † Ego tamen, si quid in me esset authoritatis, semper consulerem nostris Piissimis Regibus, vt rarò huiusmodi expectatiuas, nedum in his, quæ aliquid Ecclesiasticum sapiunt, verùm neque in nostris Commendis Indorum, vel aliis bonis, & officiis (etiam merè temporalibus) concedant. Nam
39 dato, † quòd in eisdem Regibus nihil turpe, aut sinistrum circa votum captandæ mortis alienæ suspicari liceat, nec debeat, in ipsismet tamen expectantibus, quis dubitat, quin hoc periculum ve-
40 reri possimus? Cùm & † propriis liberis grauis sit interdum diuturna parentum vita, quorum, & optant mortem, dum eorum hæreditatibus inhiant, & nonnunquam moliuntur, vt contra Dauidem Absalon, & Adonias filij impij, nec impuniti, *2. Reg.15. & 18. & lib.3.cap.1. & 2. de talibus* Ouid. *1. Metamorph.*

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Et acutè Proculeius apud Quintilian. *lib. 9. cap.3.* & Martin. Delrius *in adag. sacris, 2. tom. adag.216. pag.221.* vbi hûc referri putat
41 illud † Ecclesiast. *cap.20. vers.10. Hæreditas ad quam festinatur, in nouissimo benedictione carebit.* Et subdit: *Semper ideò displicuisse pacta, quæ de viuentium hæreditate inirentur, vt & vacaturorum beneficiorum impetrationes, quas expectatiuas vocamus.*

42 Et in eandem rationem, † ac sententiam respiciens Iul. Clarus *in §. feudum, quæst.45. in fine,* monet Principes, & Imperatores, vt abstineant ab inuestituris feudorum in vita possidentium, ad euitandum votum captandæ mortis. Quod
43 effecit, † vt Placentini nullo modo admittendam putauerint inuestituram à domino factam de feudo sui militis viuentis, nisi eo consentiente, cuius erat feudum, arg. *d.l.fin. C. de pact. & l.in concedendo, D. de aqua pluuia arcenda,* licèt Mediolanenses, & Cremonenses nihil referre scientiam, vel ignorantiam asseuerarent; sed id tantùm, ne feudatario viuenti vllum detrimentum propter talem inuestituram in feudo suo sibi contingeret, vt habetur in ca.2. de feud. dat. in vicem leg. commiss. circa quod plura, & plures congerit Rosenth. *in tract. de feud. cap.6. conclus.9. num.3. litt.B. &* C. Schurff. *in cons.53. num.6. cent.1.* Gaili *obseruat.155. lib.2.* & Hartman. Pistor *in miscellan. q.22. & seqq.*

Idémque admoneri, & obseruari videmus in
† expectatiuis beneficiorum Ecclesiasticorum. Nã 44
licèt hæc, vt diximus, à Summo Pontifice concessæ validæ sint, rarò tamen eas expediunt, aut honestæ sunt, vt docent Cassad. *decis.4. de priuileg.* Staphil. & Gomezius, *in tract. de gratiis, & expectat.* Gaspar de Perusio *de refer. benef. §.1.* & Redoan. *de Simon. 2.part.cap.18.* Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap.19.* & alij plures, quos citaui *sup. num.22. & seqq.*

Et planè, vt maximè similes gratiæ concedan-
tur, dubium non est, † quin successor Pontifi- 45
cis, vel Principis concedentis, in cuius tempore vacatio contingit, possit eis non acquiescere, vt ostendit tex. & DD. *in d. cap.2. & 3. de concess. præbend. cap. penul. & vlt. de præbend. in 6.* cùm nulla obligatio oriatur ex tali promissione, vtpote contra ius facta, *cap. ex tenore, eodem tit.* Gloss. *verbo Ministeria, in d. cap.2.* & facit tex. *in cap. non præstat, & in cap. quæ contra, de reg. iur. in 6.* cum multis aliis, quæ in nostris feudorum terminis congerit Rosenthal. *d. tract. de feud. cap.6. conclus.16. & 17. & conclus.18. & seqq.* vbi agit de promissione feudi viuentis, & Cochier *de primar. precib. pag.52. & 53.* vbi qualiter hæ gratiæ expirent morte concedentis, de quo etiam Gonçalez *ad reg. Cancell.8. gloss.12. num.42.* De quo, & de aliis damnis futurarum successionum benè loquitur Aluarus Valascus *consult.72. parte 1.* Mastril. *de magistr. lib.1. cap.25. per totum,* D. Valençuela *cons.187. num.147. vol.2.* tetigi *suprà cap.4. num. fin. in fine,* & meliùs, & latiùs cæteris, quos viderim, Martin. Magerus *in tract. de aduocatia armata, cap.16. pag.736. n.835. & seqq.* vbi hoc fallere docet, vbi tales futuræ gratiæ, cum consilio Senatus, vel ob causam vtilitatis publicæ conceduntur.

Nunc verò sese nobis disputanda offert illa altera frequens, & celebris quæstio, † vtrùm Commendæ, de quibus agimus, per spontaneam renuntiationem possidentis, ita vacare dicantur, vt à Proregibus, & Gubernatoribus, aliis conferri possint? Et sanè iure communi inspecto, p-rum difficilis videri posset eius resolutio, cùm † vacatio, quæ per renuntiationem contingit, ei ferè semper coniungatur, & æquiparetur, quæ per mortem inducitur, vt constat *ex cap. ex parte el 1. de offic. deleg.* tex. & gloss. *verb. Expressè, in cap. susceptum, de rescript. lib.6.* gloss. *in cap. cupientes, in princ. verb. Vacationis, de elect. cap. quia sæpe, verbo Vacat, de praben. cap.2. verb. Renuntiet, de renuntiat. eod. lib.6. & in Clement. de renunt.* cum aliis, quæ tradunt Lapus, & Dominicus *num.7.* Francus *3. in cap. susceptum, de rescript. in 6.* Felin. *in cap. cùm in nostra corollar.37.* eodem tit. *in antiq.* vbi plures allegat, idem Felin. *in cap. ad petitionem 1. notab. de accusatio.* Selua *de benef.3. part. quæst.12. num.21.* Panuin. *in tract. de offic. & potest. cap. sede vacan. prælud.7.* Gomez

ad

*ad Regul.Cancell.de infir. resign. quæst.*43. Rota *decis.*28.*in nouis Reg.Cancellariæ* 28.

3 Id quod non solùm in beneficiis procedit, in quibus dicta iura, & Auctores † loquuntur, sed etiã in Summo Pontificatu, cuius omnimoda vacatio per liberam possidentis renuntiationem inducitur, vt *in cap.*1. vbi DD. *de renunt.* Et in omnibus aliis officiis publicis, vt *in l.*22. *tit.*2. *lib.*7. *ord.* & in maioratibus, vt legitur de Esau, & tradit latè Tiraq.*in tract.de primog.q.*24.*&* 25. vbi infinita refert. Et in feudis *cap.*1. *de vassallo, qui contra const.* Lothar.*feud.alien.cap.*1.*de vassallo decrep.ætatis*,ibi:*In manu domini*, vbi Afflictis,*l.*7 *tit.*25 *part.*4. vbi Greg.*verb.Razon*,*l.*2. *&* 11. *tit.*4. *lib.*6. *recop.*vbi Azeued. Decius *in l. postquàm liti*,*num.*4.*C.de pact.* gloss.fin.*in cap.*1. *§.fin.de Capit.qui Cur.vend.* Alchidiac.*in cap. de forma* 22.*quæst.*5.Felin.*in cap.quæ in Ecclesiarum num.*76 *cum seqq.de constit.* Bald.*in prælud.feud. num.*12.Afflict.*decis.*265.*num.*53.*& decis.*307.Iulius Clarus, qui plures refert,*in §,feud.quæst.*34. Mascard. *conclus.*1396. *num.*11. Lasart. *de gabel. cap.*10. *num.*76. vbi agit de iuribus à Rege venditis, & innumeri apud Rosenth. *in tractat. de feud.cap.*2.*concl.*20. Additio ad Clarum *d.§.feudum*, *quæst.*31. *ad num.*13. & Pinel. *in l.*2. *C. de rescind.* 1.*part. cap.*1. *num.*2. Qui † hanc feudi renuntiationem, absque dubio liberè fieri posse, conueniunt, etiam sine consensu domini, quando simpliciter datum fuit, aut quando ante bellum, vel belli suspicionem, talis renuntiatio facta fuerit.

Et generaliter, in quolibet iure, cuiuis competenti, quòd eius liberè renuntiandi ius habeat, & ita per hanc renuntiationem vacare dicatur, vt amplius ad aliud redire non possit, sunt iura expressa, & vulgaria *in l. pactum inter hæredes, D. de pactis*,*l.si quis in conscribendo, C.eod.l.si iudex circumuento,D.de minor.cap.ad Apostolicam, de regular. cap. si de terra, in fine, de priuilegiis,l. quæritur,§.si venditor,de ædil.edict.l.fin. D.de remiss.pig.cap.ex transm ff.*4.*de renunt.* cum multis aliis iuribus,& Auctoribus, quæ nouissime ad illustrationem horum axiomatum congerit Aluarez de Velasco *litt. A. num.*78.*litt.F.num.*118.*& litt.* Y. *num.*170. & D. Valençuela *cons.* 16. *num.*4.

Et in terminis nostrarum Commendarum idem expresse disponi videtur † in quadam sched. dat. Matr. 5. April. ann.1552. quæ renuntiationem morti coniungens, æqualem esse vtriúsque vacationis modum, his verbis ostendit: *Si aquel, ò aquella muriere,ò los dexare, ò por algun caso los perdiere, han de tornar los dichos Indios luego à nuestra Corona Real.* Nam † cùm hos casus vniat, & copulet,proculdubio videtur vnum,atque idem omnium iudicium esse debere, eandémque determinationem,*l.sed si plures* 10.*§.filio impuberi,D. de vulgar.* vbi Ioan. de Imol. *n.*4. plenè Castillo *lib.*5.*controuers.part.*2. *cap.*100. *num.*19.*& cap.*128. *n.*22.*&* 33. *& cap.*165. *per tot.* Tuschus *litt. C. conclus.*626. & Velascus *n.*124. *& litt.V.num.*156.

Sed his de nostro Indiarum iure † fortiter obstat caput quoddam illarum legum, quas nouas vocant, 30. in ordine ann.1542. in quo hæc facultas commendandi Indos, vacantes per renuntiationem, Proregibus, & aliis Gubernatoribus, his verbis interdicta reperitur: *Otrosi ordenamos, que de aqui adelante ningun Virrei, Gouernador, Audiencia, Descubridor, ni otra persona alguna, no pueda encomendar Indios por nueua prouision, ni por renunciacion, venta, ni otra qualquier forma, ò modo, ni por vacacion, ni herencia, sino que muriendo la persona que tenia los dichos Indios, sean puestos en nuestra Corona Real.* Quod caput habetur *in* 2. *tom. sched.imp. pag.*213. *& ibidem, & pag. seq.* referuntur aliæ schedulæ, & instructiones Proregum, quæ idem iubere videntur. Quarum mentio, & veluti renouatio sub grauioribus pœnis, & comminationibus facta inuenitur in quadam alia nouissima schedula ad Peruanum Proregem Dom. D. Principem Esquilacens. directa, dat. Matr. 2.Iul. ann.1618. quæ in Archiuio huius Limanæ Audientiæ seruatur, & omnes Commendas, prædicto modo vacantes, ad Regium Senatum remitti statuit, vt ibidem, consulto Rege, benemerentibus applicentur, & quæ secus gesta fuerint, nulla, & irrita esse decernens. Pro quarum schedularum ratione,& defensione cõsiderari possunt, † quæ de diuersitate vacationis, quæ fit 54
per mortem,& renuntiationem, tradit post alios, quos refert Flamin. Paris. *de resig. benef. lib.*1. *q.*6. *num.*15. *& q.*7. *num.*5. *& lib.*12. *q.*9.*num.*4. Christoph. à Paz *in tract. de tenut.*1.*par. cap.*34. *ex num.*1. *pag.*383. & Cochier *de primat. precibus*, *pag.*35. vbi quod vacatio vera non inducitur nisi post mortem.

Verumautemvero Ego his schedulis non obstantibus, & aliis, quæ notant Antonius de Leon *d. tract.* 1.*part. cap.*11. *ex n.*1. Contrarium † omninò dicendum existimo in renuntiatione 55
Commendæ, quæ simpliciter, & absolutè facta reperiatur. Nam tunc dubium non est, quin vera vacatio inducatur ex iuribus, & Auctoribus *sup. num.*47. relatis, & per consequens, quòd Prorex, vel Gubernator eas conferre possit, iuxta sui mandati tenorem, quòd, vt suprà diximus, omnes Commendas generaliter, & indistinctè continet: *Que estuuieren vacas, ò vacaren en su tiempo.* Et cum in his, quæ vacant per supra dictam renuntiationem, hæc verba verificentur, † par est, vt dispositio quoque locum habeat, *l.* 56
4. *§. toties, D. de damno infecto,l.quod constitutum,D.de milit.test.*cum innumeris aliis, quæ adducit Mangilius *in tract.de imput. quæst.*77. *num.*71.Escob.*de ratiociniis,cap.*18.*num.*17.& alij relati à Velasco *in axiom.iur.litt.L. num.*41. Et verba generalia generaliter sunt intelligenda, *l.*1. *§. quod autem, D. de aleator. l. de pretio, D. de Publiciana*, cum aliis apud eundem Velascum *litt. V.num.*57. Et † in terminis vacationis,quòd 57
hoc verbum absolutè appositum, applicetur cuicunque vacationi, Flam. Paris. *de resig. lib.*12. *quæst.*14. *n.*24. Cochier *de primar. precibus,pag.*66. Et † cùm inter vacationem, quæ per eam 58
inducitur, vel per mortem, aut priuationem, nulla ratio discriminis constitui possit, nulla quoquo dispositionis varietas, aut contrarietas inducenda est, *l. illud, D. ad legem Aquil.* cum vulgatis, & congestis à Farin. *in fragmentis, litt. E. n.*51. *cum seqq.* & Velasco *vbi sup. litt. L. num.*14. Maximè cùm † modus vacandi per 59
renuntiationem sit vnus ex dignioribus, & magis veris, vt pluribus relatis docet Flam. *sup. lib.* 1. *quæst.*4. *num.*2. *&* 11. *& lib.*9. *quæst.*21. *num.* 1. Et ita † semper vidi practicari, & in Supremo 60
Consilio confirmari collationes Commendarum factas à Proregibus, & Gubernatoribus mediante

diante libera, & absoluta possidentium renuntiatione.

61 Neque obstat † illud *cap.30.* nouarum legum, quod suprà retulimus. Nam si attentè inspiciatur, non solùm de vacationibus per renuntiationem loquitur, sed de omnibus aliis; & omnem omninò facultatem prouidendi Commendas Proregibus, & Gubernatoribus aufert, vt illæ tandem ad Coronam Regiam, à qua exierant, reuerterentur, quod eo tempore intendebatur, & iustum, & opportunum iudicabatur, ex rationibus, quas tetigi *suprà hoc lib. cap.1. n.10.* Sed cùm hanc ob legem tumultus, & seditiones in Peruano Regno, & alibi excitari cœpissent, & tandem omnibus ritè, ac rectè pensatis, satiùs visum fuisset Commendas, vt anteà, inter benemeritos distribuere, lex illa statim cessare iussa fuit, & per alias posteriores maturiori deliberatione habita reuocata, vt etiam dixi *suprà d. cap. 1.* & constat expresse ex sched. dat. Malinis, 2. Octob. ann. 1545. vbi dictum caput ad litteram
62 inseritur, & reuocatur. Vndè † non licet ex eiusmodi lege abrogata, & antiquata in causarum decisione argumentum, vel fundamentum sumere, quamvis quod ad alios effectus, eo aliquando vti liceat, vt *in cap. auctoritate de concess. præbendæ, lib.6. cap. quicunque 11. quæst. 1.* iuncto *cap. nouit.* vbi DD. *de iudiciis*, cum latè adductis à Tobia Nonio *in princip. de testam. num. 45. & seqq.* & Gutier. *de iuram. confirm. cap.17. num.61.*

Et affirmandum est, vel nullas Commendas posse à Proregibus conferri, vel has, quæ vacauerint per renuntiationem, æquè vt & illas, quæ per mortem, vel alio modo, cùm prohibitio in omnibus æqualiter facta fuerit, necnon etiam
63 æqualiter reuocata. Pro quo facit, † quòd sicut dispositio non dicitur generalis, licèt sub generalibus verbis concipiatur, quando non potest verificari, nisi in vna tantùm specie, vt est tex. quem ad hoc notat Felin. ibi *in cap. ex parte el 1. de offic. deleg.* Corset. *sing. verb. Rescriptum*, & latè Ias. *in l.2. num.4. de lib. & posth.* Ita quando in dispositione refertur omne genus, & omnes species, quæ possunt comprehendi sub illo genere, & super illis omnibus disponitur, tunc dispositio non dicitur, nec potest dici specialis, sed ge-
64 neralis: & † enumeratio specierum non venit ad restringendum genus, sed videtur facta gratia demonstrationis, *l. si seruus seruum, §. inquit lex, D. ad leg. Aquil.* Bart. & reliqui DD. communiter post eum, *in l. doli clausula, D. de verb. obligat.* Corneus, qui alia iura adducit. *cons.67. num.10.*
65 *volum.1.* Et † quando lex aliam inserit, aut refert, & eam absolutè reuocat, provt in illa continetur, talis reuocatio ita specialis esse censetur, provt esset, si omnia, & singula specialiter recenseret, & reuocaret, vt notanter docet Felin. *in cap. cùm inter, de except.* Decius *cons.341. num.1. & 2.* Socin. *cons.266. num.5. volum.2.* & Afflict. *decis.128. num.4.*

Rursus non obstant reliquæ schedulæ suprà citatæ, & præsertim illa nouissima ann. 1618.
66 Nam † hæ, vt ex ipsis patet, non prohibent prouisionem Commendarum, quæ fiunt (vt diximus) per renuntiationes factas simpliciter, & absolutè, sed illas dumtaxat, quæ fiebant, vel fiunt causatiuè, aut conditionaliter, hoc est eo pacto, & prætextu tacitè, vel expressè, vt eædem ipsæ Commendæ filiis, fratribus, amicis, vel extraneis, pretio accepto, vel non accepto, vel sibi ipsis per duas vitas de nouo conferrentur, & inuestirentur, vt hoc colore quæsito terminus vnius vitæ, vel duarum, qui in his Commendis à Rege præfixus fuit, fraudaretur, sempérque intra certas familias, aut personas manerent, & nunquam vacare possent, nec ad Regiam Coronam redire, vt ex eis alij benemerentes remunerari possent. Hoc enim est, quod Proregibus,
& Gubernatoribus prohibetur, † vt eiusmodi 67
fraudibus, & malitiis obuiam eatur, *l. cùm hi 8. §. si cum iis, D. de transf. l. conueniri, §. de pact. dotal. l. in fundo 36. vers. Censuimus*, ibi: *Neque enim in malitiis, indulgendum est, cap. vnico, in fine*, vt Ecclesiast. beneficia, &c. cum mille aliis, quæ congerit Hyppol. de Marsiliis *sing.177.* Couarr. *lib.1. var. cap.2.* & multum in nostris terminis Flamin. Paris. *de confiden. benef. quæst.72. num.61. & quæst.35. num.70.* & Ouid. de Amicis *de iure emphyt. quæst.74. num. 10.* Escobar *de ratiociniis, cap.15. num.3.* & Aluarez Velascus *de priuileg. pauper. 1. part. quæst.39. num.2. & in axiom. iur. litt. F. nu.165. & seq. & litt. M. num.18. & 19.* & in ipsis nostris Commendarum terminis D. Valenzuela *cons.83. num.108. & sequentibus*, & Petrus Petra *in tract. de potest. Princip. cap.14. num.23.* vbi pluribus probat, quòd factum ad excludendam legis dispositionem, dicitur factum in fraudem, & non valet.

Quarum schedularum decisio, † ita vt debet 68
intellecta, confirmari potest ex simili feudorum, in quibus videmus, neminem, sine licentia, vel consensu directi domini, posse feudum in fauorem alterius renuntiare, vel in domini aliquale præiudicium eius naturam mutare, & de antiquo nouum facere, vt *in cap.1. de prohib. feud. alien. per Frid. & in cap.1. §.1. de his, qui feud. dar. poss. cap.1. de vassal. decrep. ætat. cap.1. an agnat. vel fil.* vbi latè prosequitur Albarotus, & cæteri Scribentes, Bald. *in l.1. quæst.14. de rerum diuis.* Curtius Senior, *cons.49. vers. Septimò iustificatur*, Ias. *cons.136. volum.4.* Ioann. Crotus *in rep. l. re coniuncti, n.185. de leg.3.* Roland. *cons.70. num.80 lib.1.* Zasius *de feud. part. 9. pag.125.* Matthæ. de Afflict. *ad constit. Neap.*
pag.101. num.10. Hæc enim facultas † solùm com- 69
petit, & reseruatur ipsi Principi, vel directo domino feudi, qui cùm rerum suarum sit liber moderator, & arbiter, etiam abutendo, *l. in re mandata, C. mandat. l. sed si lege, §. consuluit, D. de pet. hæred. cum simil.* potest feudum, vel Commendam antiquam, tanquàm nouum, vel nouam concedere, & eius tempus, & successiones ad libitum prorogare, argum. tex. *in l. non solùm, §. quòd vulgò, D. de vsucap. l. cùm nemo, C. de acq. poss.* & eorum, quæ tradit Crotus *vbi sup. & in l. si is, qui pro emptore, num.88. de vsucap.* Curt. Senior *d. cons.49. num.47.* Isernia *in d. cap.1. an agn. vel fil. num.7.* Ioan. de Prato *in l. certi condictio, §. deposui, num.1. D. si cert. pet.* Bald. *d. quæst.15. & in cap.1. §. insuper, de proh. feud. alien.* idem Bald. & Alex. *in l. si à me, D. ad leg. Falcid.* Præposit. *in prælud. feud. sup. diuis. vers. Hoc autem præsupponitur*, Angel. *in l. quod dicitur, D. de impens. in reb. dotal. fact.* & plurimi alij relati per Guil. *lib.2. obs.49.* Ambrosinum *decis. Perusina 19. part.1.*

Et idem contingit † in beneficiis, & aliis 70
officiis, qui ad vitam possidentur; nam, qui habent

facultatem

facultatem ea prouidendi, veluti Episcopi, vel Legati à latere, non possunt id facere mediante resignatione, vel renuntiatione facta in fauorem alicuius tertij, vt tenet gloss. *in cap. ex parte el 1. verbo Dimittere, de offic. deleg.* vbi Abbas, & alij & gloss. *in cap. ordinationes 2. quæst. 1. & in cap. dilecto de prebend.* bona gloss. *in l. illa institutio, D. de hæred. inst.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de resign. condition, num. 1. & 2.* & Boër. *in tract. de potest. leg. quæst. 2. col. fin.* Cæterùm si talis renuntiatio fiat in manibus Summi Pontificis, valet quidem, & tenet, vt quotidiè videmus, & apertè constat ex tex. *in cap. 1. & per totum, de renuntiat. lib. 6.* & in antiquis, Clem. vnica *de renuntiat. l. 22. tit. 2. lib. 7.* ordinamenti, cum traditis à gloss. *in cap. olim ex litteris, de rest. spoliat.* Parisio *cons. 19. volum. 1.* Tiraquel. *de primog. quæst. 24. & 25.* Bald. *in cap. 1. §. præterea, quib. mod. feud. amitt.* Afflict. *ibid. num. 26. & in §. item si fuerint, eiusd. tit. num. 36.* Craueta *cons. 122. n. 21.* Couarr. *in pract. cap. 1. num. 5.* Gutierr. *cons. 42. num. 6. & 7.* Flamin. *lib. 1. de resig. quæst. 3. num. 3.* & D. Valençuela *cons. 32. num. 48.* Qui tradunt quòd † talis renuntiatio valet, etiam si sit conditionalis, puta *Renuntiatio sub conditione, quòd detur Petro, & si non detur, retineo in me,* & quòd, qui ita consentit in iure suo transferendo in alium, iura sua perdit, & aliena fortificat.

Neque obstabit, si replicetur, † quòd cùm Proregibus, & Gubernatoribus detur plena facultas, has Commendas de nouo concedendi, non videbatur deneganda, vt sub medio, & prætextu dictarum renuntiationum possent eas prorogare, arg. tex. *in l. quod cui plus est, licet, de reg. iur. in 6.* cum similibus. Maximè vbi hoc fuerit in personis alioqui benemeritis, & quorum seruitia talem, aut pleniorem remunerationem exigerent, iuxta ea, quæ in simili tradit Iacob. de Beluiso *in cap. 1. in princ. de his qui feud. dar. poss.* Vbi docet, † quòd si feudum Ecclesiæ erat solitum concedi ad tempus dumtaxat, vel in masculis tantùm poterit Prælatus id concedere in longius tempus, & in fœminas, propter remunerationem illius, cui fit concessio, quam doctrinam ibidem sequuntur Nicol. de Neap. & Albarot. *num. 17.* & Præposit. *num. 33.* Ias. *in l. ex hoc iure, effect. 9. D. de iust. & iur. & in l. si non sortem. §. libertus, effect. 7. D. de concl. indeb. & in l. 1. num. 17. C. de iur. emph.* & esse communem opinionem testatur Curt. Iun. *in tract. de feud. 2. part. quæst. 6. princip. num. 6.* & plures referens Tiraq. *in d. l. si vnquam, verb. Donatione, num. 28. & seqq.* & Petrus Petra *de potest. Princ. cap. 32. quæst. 5. num. 55.* quòd feudum Ecclesiæ potest ex causa remunerationis concedi, vt transeat ad fœminas.

Nam † illa regula, *cui, quod plus est, licet, &c* non habet locum in feudis, vt per Rosenthal *cap. 1. quæst. 16. gloss. B.* & Ioannem Franc. à Ponte, omninò videndum, *in tract. de potest. Proreg. pag. 278. num. 5.* vbi huius dicti rationem reddit, & inter varias limitationes, quas patitur, illam etiam recipit, vt non procedat in iurisdictionalibus, quæ meri imperij sunt, & aliis, in quibus, quis vices alterius gerens, mandatam, & limitatam iurisdictionem exerceat, cùm ea tantùm sibi quis ex mero imperio assumere possit, quæ lege specialiter data sunt, vt rectè aduertit Cuiacius *in l. si quis, §. eius, qui deportatur, D. de iniust. rup. & operibus posthum. sub l. 1. D. de iurisd. om. iud. & sub l. 2. D. de leg. 1.* cuius sententiam probat etiam Pet. Fab. *in l. non debet, D. de reg. iur.* Vincent. Cabotius *lib. 2. disput. cap. 5. in fine.* Et Ego olim Salmanticæ pluribus prosequutus sum, † dum rationem, & conciliationem in- 75
quirerem *l. illicitas, §. qui vniuersas, D. de offic. Præsidis,* quæ ius gladij, & damnationis in metallum Præsidibus tribuit, cum *l. 1. §. deportatos, D. de leg. 3.* & aliis, quæ eisdem deportationis in certam insulam facultatem denegant. Quemadmodum neque confiscationem bonorum facere poterant, *l. vnica, C. ne sine iuss. Princ. certis iud. liceat confiscare.* Et idem † in materia dispen- 76
sationum latè probat Surd. *decis. 268. num. 20. & 21.* P. Sanchez *de matrim. lib. 8. disput. 1 num. 32.* Caldas Pereira *de nom. emph. q. 21. num. 65* & latissimè in feudis loquens Rosenthal. *cap. 9. quæst. 34. num. 6.*

Vnde † cùm Rex noster admissionem einsmo- 77
di renuntiationum sibi reseruauerit, & Proregibus, & Gubernatoribus denegauerit, alia ratio inquirenda non est, vt in ipsis nostris terminis tradit D. Valençuela *cons. 83. num. 141 & 142.* Vbi etiam addit, quòd in voluntariis non fit extensio de vno casu ad alium. Præsertim cùm militet ea, quam retulimus, de fraudibus: & malitiis obuiandis. Et exemplum, quod adduximus, de Prælato res Ecclesiæ infeudante, vltra modum, vel tempus præfinitum, propter remuneratio-
nem, parum stringit, † cùm is sit earundem re- 78
rum veluti directus dominus, & habeat eandem potestatem, quam Princeps, & sic hac in parte non vtatur aliena, sed propria authoritate, & iurisdictione.

Quò fit, † vt cùm nulla malitia argui potest, 79
benè possit Prorex admittere renuntiationem in fauorem tertij, veluti cùm pater, qui Commendam possidet in prima vita, vult ab ea desistere, vt ad filium statim transeat, qui mortuo eo, in Cõmenda successurus erat, matrimonij fortè contrahendi causa, vel ex alia ratione, vt habetur in quodam capite epistolæ Regiæ ann. 1537. quod inseritur in quadam schedula ann. 1540. & extat *in 2. tom. impress. pag. 197.* Et confirmatur, & declaratur in alia epistola ann 1574 *eod. tom. pag. 213.* cuius meminit (ad filiam extendens (Antonius de Leon *d. tract. de confirm. Regiis, 1. part. cap. 9. num. 12.* Hoc enim solùm continet quandam dispensationem, seu resolutionem dubitationis, quæ esse po-
terat in eo, † vtrùm pater ante mortem suam hanc 80
renuntiationem facere posset? vt aliàs habetur *in l. post mortem, C. de fideicom* Et ne obstaret *l. cùm pater, §. à filia, D. de leg. 2.* quæ variare in electione ante mortem facta ei permittit, qui cùm moreretur, eligere iussus fuerat. Eò quòd hîc, cùm electio de certa persona facienda esset, nullum præiudicium, nisi ipsius eligentis versari poterat, cùm necessariò persona illa succedere debeat, vt rectè circa *d. §.* tradunt DD. quos refert Molina *lib. 2. de primog. cap. 4. numer. 22. cum seqq.* Mieres *in eod. tract. 3. part. quæst. 18. num. 7.* Padilla *in l. vnum ex familia, num. 10. de leg. 2.* Simon de Pratis *de coniect. vlt. vol. lib. 1. pag. 66. solut. 4. num. 1. & 2.* & Valascus *consult. 108. part. 1.*

Cæterùm † in nullo alio Commendæ status 81
mutatur, neque fit noua eius inuestitura, aut temporis prorogatio, sed filius tantùm succedit in iure, loco, & tempore, quod habiturus esset,

eſſet, ſi pater per mortem de medio ſublatus fuiſſet, & ex titulo illius huius poſſeſſio informatur, vt in ſimili habetur *in l. emptore*, *C. de hæred. vel act. vend.* vbi Bald. *notab.1.l. ſi donatæ*, *§.1. D. de donat. inter*, *l. ſi ager, in fine*, vbi Bartol. *D. de reiuind. l. inuitus, §. plerúmque*, *D. de reg. iur.* cùm traditis à Tiraq. & aliis, quos refert Petrus Surd. *in tract. de aliment. priuil. 51. num. 8. & 9. & conſ.22. num.16. cum ſeqq. lib.1.* Tib. Decian. *reſp.9. num.38. vol.1.* latiſſimè D. Valenzuela *conſ.69.* vbi quòd inueſtituræ antiquæ tenor attendi debet, & quòd ex tituli primordio poſterior formatur euentus, & Ioann. Franc. à Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. tit.8. §.1. n.11. pag.250.* vbi inquit, quòd prohibitio alienationis feudi non comprehendit eam, quæ fit in agnatum proximè ſucceſſurum, ex reg. tex. *in cap. 1. §. & ſi libellum de alienat, feudi paterni, & in §. ſed & res*, per quos fiat inueſtitura, quia ex vnitate, & connexitate perſonarum non dicitur alienatio, ſed omnia in vim refutationis reſoluuntur, & non poteſt conſiderari intereſſe domini, neque agnatorum, cùm renuntiatarius ſit immediatus ſucceſſor, & non plus iuris in eum transferatur, quàm habet idem alienans, vt latiùs per Iſerniam, & Scribentes, *in d. §. & ſi libellum, & in d. §. ſed & res, & in §. & ſi clientulus de alien. feud.* Idem Ponte *pag.142. num.20.* vbi quòd feudum à patre acquiſitum, & filio refutatum, non dicitur in patris perſona nouum, ſed antiquum, & paternum, poſt Zaſium *de feudis, 3. part. pag.13.*

82 Et ita hoc in † caſu in perſona filij non debet expediri titulus noui feudi, ſiue nouæ Commendę, neque prætendere poterit, vt ab eius perſona vitarum tempus denuò currere, & computari incipiat vt aliqui aliquando fruſtrà tentarunt. Nam licèt hoc non ſatis exprimatur in d. ſched. anni 1537. poſteà tamen ſufficienter declaratum fuit in illa alia ann.1574. ibi: Y *en lo que toca à que los padres huelgan que en ſu vida comience la permiſſion en los hijos, por lo que toca à caſamientos, ò por otros fines, pues no parece que tiene inconueniente, lo podreis hazer, y permitir, haziendolo por la miſma via de permiſſion, ſin dar titulo de Encomienda.*

83 Quæ lex cùm † ſit alterius declaratoria, præterita quoque comprehendit, & trahitur retrò, etiam ad decidendas lites, quæ ante eam ortæ fuiſſent, ex tex. *in auth. de filiis ante dot. inſtr. nat. §. 1.* Bald. per tex. ibi, *in l. non dubium, C. de legibus*, Alex. *conſ.7. num.4. lib.2.* Felin. *in cap. fin. de conſtit. num.4.* Burg. de Paz *in l.3. Tauri, num.37.* ſiue Princeps vtatur verbo declaratiuo, ſiue non, vt probat Menoch. *de arbitrar. caſu 185. num.26.* & alij, quos refero *infrà cap.25. num.16.* Et hoc expreſſiùs videtur inſinuari in illis verbis: *Pues no parece que tiene inconueniente.* Etenim ſi noua Commenda eſſet, & de nouo per duas, pluresuè vitas duratura, reſultaret inconueniens perpetuitatis Commendarum, & fraudandi prouiſionem legum de eis loquentium, quæ ob hunc reſpectum prohibent renuntiationes in fauorem tertij, vt ſuprà retulimus.

Ac præterea cùm dicta epiſtola dicat, quòd non
detur titulus nouæ Commendæ, ſed tantùm quædam
permiſſio, ſiue diſſimulatio renuntiationis,
ſatis apertè oſtendit, nihil innouari voluiſſe de for-
84 ma, & ſtatu antiquæ Commendæ. Nam † noua
forma inueſtituræ mutat naturam feudi, ſecus verò
vbi antiqua permanet, vt docuit Bald. *in cap.1. §. in ſuper, verſiculo Quæro ſi vaſſallus, circa finem, col.4. de prohib. feud. alien. per Fred. & in cap.1. §. hoc quoque de conſuet. rect. feud.* Alex. *in l. ſi mihi, & Titio col.2. de verbor. oblig.* Iaſ. *conſ. 24. col.5. vol.3.* Afflict. *deciſ.142. num.5. & deciſ.148. num.8.*

Neque obſtat, quòd iuxta hanc ſententiam, ſi 8
per hunc patris regreſſum non aperitur, & incipit
feudum in perſona filij, videntur ſuperfluæ dictæ
leges, & quòd de dubio non ſeruiant, contra *l.*
quod Labeo de Carbon. edicto, cùm certi iuris ſit,
quemlibet poſſe renuntiare iuri ſuo, vt ſuprà dixi-
mus. Etenim in Commendis hoc ſatis dubitabile
erat, ex ſuprà relatis. Et † quando verba remouent 8
dubitationem, quæ ſubeſſe poterat, ſatis operantur,
& non dicuntur ſuperflua, *l. quæ dubitationis, D. de reg. iur.* & ibi Decius *num.1. l. qui mutuum*, & ibi gloſſ. *D. mandati*, Alex. *conſ.33. num.9. vol.1.* Craueta *conſ.70. num.24.* & cum aliis Petr. Surd. *conſ. 127. num.71.* Simon de Prætis *vbi ſup. lib.2. pag. 262. num.34. & 35.* Neque etiam dicuntur verba ſuperflua, per quæ clariùs apparet, quod priùs erat diſpoſitum, ex Decio *in l. fin. C. de pact.* Alex. *in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum, num.12. D. de adquir. hæred.* Neque quando continent id quod tacitè inerat, Alex. *d. conſ.33. n.9.* Pariſ. *conſ.110. num. 47. vol.1.* Ripa *in cap.1. de reſcript. num.44.* Surd. *ſup. num.7.* Prætis *num. 36, & 37.* Prætérquàm quòd † vbi verba ſunt clara, provt hæc huius ſchedulæ, de qua loquimur, ab eis non eſt recedendum, pro eo quòd debeant aliquid operari, vel ne diſpoſitio ſit inutilis, Alex. *conſ.82. num.16. vol.6.* Prætis *ſup. num.51. verſ. Decimoquintò limitatur ex verbis claris, argum. tex. in l. ille, aut ille, §. cùm in verbis, D. de legat. 3. & in l. continuus, §. cùm ita, D. de verb. obligat.* cum ſimilibus.

Supereſt, † vt de Commendis in Curia vacantibus pro coronide huius capitis aliquid adnotemus. Et ſanè licèt † in beneficiis Eccleſiaſticis certa, & conſtans regula ſit, quòd ad ſolam Pontificis prouiſionem expectant, & ligantur manus ordinariorum collatorum, *cap. præſenti, de præb. in 6. Clem.1. vt lite pendent.* cum aliis, quæ latè adducit Palac. Rub. *in pecul, tract. de benef. vacant. in Curia*, Flamin. Pariſ. *d. tract. de reſig. benef. lib.10. q.6. n.57.* Hieronym. Goncalez *ad reg.8. Cancell. gloſſ.13. per totam*, Nicol. Garcia *de benef. 5. par. cap.1. §.1.* & nouiſſimè alios referens D. Valenzuela *conſ.128. num.77. & 106. vol.2.* In noſtris tamen Commendis hoc non reperitur cautum, & ſtatutum, & ita Proreges, & Gubernatores, qui commendandi facultatem habent, Commendas in Curia, & vbilibet vacantes, conferre poſſunt, vbi vacatio ad eorum notitiam peruenerit, niſi fortè peculiaris aliqua prouiſio Regis noſtri interuenerit, vt ſæpe fieri ſolet, & in capitibus ſequentibus proſequemur. Nam cùm hoc illis denegatum nõ ſit, eiuſmodi Commendæ aliarum naturam ſequuntur, l. præcipimus, in fine, cum vulgat. *C. de appellat.* Et ita multoties à Supremo Conſilio Proregibus prouidendæ, & conferendæ remitti ſolent.

Neque † obſtat exemplum beneficiorum in Pontificis Curia vacantium. Nam ibi hoc ius introductum fuit per regulam Cancellariæ ſpecialiter de eo prolatam, quæ cùm ius ſingulare contineat, hoc eſt à iure communi deuians non † eſt ad exemplum, & conſequentiam trahendum

hendum, vbi idem expressum non fuerit, *l. ius singulare* 16. *D. de legib.* vbi DD. præsertim Anton. Faber *in rationalib. cap. quæ exorbitant, de reg. iur. lib.* 6. vbi latè Pet. Pech. *glos. verb. Processus*; *in cap.* 1. *de rescript. in* 6. cum copiosè adductis à Tiraquel. *de retract. lign. in præfat. num.*62. Molina *de primog. lib.* 3. *cap.*4. *num.*23. & D. Valençuela *cons.* 18. *num.*57. & *seqq.* vbi hinc deducit, omnem recessum à iure communi esse odiosum, & stricti iuris. Et in terminis ipsarum regularum Cancellariæ,
92 † quod non faciant, vel inducant constitutionem generalem, nec ligent existentes extra Curiam, docet expressè Ancharran. *cons.*292. *incip. Efficaciam*, Felin. *in cap.* 2. *de rescript. num.*46. & ad eum se remittens Rebuff. *in præfat. ad reg. Cancel. verb. Cancellariæ.*

CAPVT VII.

Qualiter se Proreges, & Gubernatores in Commendarum collatione habere debeant, & an peccent, & ad restitutionem teneantur, si indignos elegerint, vel etiam dignos, omissis dignioribus?

SVMMARIVM.

1 *Commendæ Indorum debent inter benemeritos distribui, & hoc pluribus schedulis enixè caueri; & ipsorum Proregum instructionibus, quarum verba expenduntur.*

2 *Reges etsi possint ad libitum Commendas concedere, aliis tamen Gubernatoribus id non licebit.*

3 *Executor testamentarius debet eligere pauperes, quos testator designauit, & aliter faciens recusari potest.*

4 *Debitor in concursu creditorum, quibus omnibus soluendo non sit, debet seruare antiquitatem, & prælationem, sub peccato, & onere restitutionis.*

5 *Matienzi, & Zapatæ grauia verba referuntur contra Gubernatores, qui Commendas immeritis tribuunt.*

6 *Commendæ, & alia præmia Indiarum, an benemeritis debeantur ex iustitia commutatiua, vel distributiua?*

7 *Commendas tribuens immeritis, peccat, & tenetur ad restitutionem.*

8 *Electio digni, omisso digniori, in prouisione Commendarum, an inducat peccatum, cum onere restituendi?*

9 *Iustitiæ distributiuæ violatio, an inducat obligationem restituendi?*

10 *Conscientia Proregum, & Gubernarorum in distribuendis Commendis inter benemeritos, pluribus schedulis oneratur.*

11 *Clausulæ*: Super quo conscientiam tuam oneramus, *quis sit effectus?*

12 *Appellari potest ad Regias Cancellarias Indiarum de iniusta Proregum, & aliorum Gubernatorum Commendarum prouisione.*

13 *Edicta figenda sunt ad prouisionem Commendarum, vt benemeriti de iure suo docere possint, & quis terminus in illis assignari debeat?*

14 *Proreges Peruani prouident Commendas absque edictorum fixione.*

15 *Informationes benemeritorum, qualiter faciendæ, & ad Regium Consilium mittendæ sint?*

16 *Confirmationis Commendarum petendæ necessitas, quando, & quare introducta?*

17 *Proreges, & Gubernatores multum debent suum arbitrium informare ante prouisionem Commendarum.*

18 *Geminatio, & repetitio alicuius præcepti denotat, & importat maiorem, & præcisiorem eius obseruantiam.*

19 *Forma mandati, legis, & statuti, vbi est expressa, & aperta, ad vnguem seruari debet, & quod solet attendi magis quam ratio.*

20 *L. cum hi, §. si Prætor, de transact. & aliæ similes expenduntur, & illustrantur.*

21 *Iudex non debet arbitrari in determinatis à iure.*

22 *Commendæ, quæ benemeritis non conferuntur, pluribus schedulis irritari iubentur.*

23 *Lex vbi procedit annullando actum contra eius ordinationem, formam inducit.*

24 *Proreges, & Gubernatores pauci faciunt tale scrutinium, quale per schedulas Regias requiritur ad iustam prouisionem Commendarum.*

25 *Leges per non vsum abrogari solent.*

26 *Factum quod sit, non debet inspici, sed quod fieri debet.*

27 *Leges, vt per non vsum abrogentur, necessaria est Principis scientia, & tolerantia.*

28 *Reges nostri quotidie renouant schedulas, quæ benemeritos remunerari, & anteferri præcipiunt.*

29 *Proregum, & Gubernatorum prouisiones, cessante fraudis suspicione, approbari solent, & quare?*

30 *Iudicis factum in dubio habet pro se præsumptionem iuris, & iustitiæ.*

31 *Iudicum, & Gubernatorum facta, & decreta facilè non conuellere, Reip. interest, & quare?*

32 *Commendarum in prouisione, omnium oppositorum merita exactè trutinari, difficile est.*

33 *Eligendorum merita non semper valdè acriter trutinari possunt, nec debent, ex Molina, & Soto.*

34 *Difficultas examinis oppositorum ad Commendas, qualiter superari possit?*

35 *Romani Imperatores quomodo notitiam plenam gestorum in suo Imperio assequerentur?*

36 *Curiosi, qui apud Romanos dicerentur? & eorum officium, & vtilitas.*

37 *Officium memorialis, siue à memoria, quod esset apud Romanos, & Rebuffi querimonia, quòd hodie non vsitetur.*

38 *Assuerus Rex Persarum habebat librum omnium benemeritorum suæ Monarchiæ quamuis illa latissima fuit, & eo mediante, habuit memoriam Mardochæi.*

39 *Ferdin. I. R. Neapol. qualem librum habuerit virorum digniorum?*

40 *Principem solicitum nihil latere potest, ex Cassiodoro.*

41 *Diligentia possibilis omittenda non est, sub eo colore, quod ea, quæ omnino ad aliquem actum necessaria sit, consequi non possit. Et locus Horatij.*

42 *Ignorantiam affectare videtur, qui nullam diligentiam adhibet ad scientiam consequendam.*

43 *Ignorantia crassa, & affectata non excusat.*

44 Lex generaliter, §. quod ergo, D. de fideicom. libert. *expenditur.*

45 *Prorex, vel Gubernator, qui per se sufficientem benemeritorum notitiam habere non potest, debet alios bonos, & scientes viros consulere.*

46 *Ignorantia facti ei nocet, cui negligentia obiici potest.*
L. regula, §. sed facti, D. de iur. & fact. ignor. & l. si auiam, C de ingen. manumis. & *aliæ similes expenduntur, ibidem.*

47 *Peritiores consulere tenetur, qui per se plenam alicuius rei notitiam assequi non valet.*

48 *Assertio alicuius personæ probæ, & fidedignæ solet sufficere, vt quis dicatur benè informatus.*

49 *Viro bono an quis credere possit, etiam in præiudicium tertij, & quid in criminalibus, & an si deponat sine partis citatione?*

50 *Proregibus, & Gubernatoribus inexpertis iniungendum esse, vt peritiores consulant, grauiter tradit Matienz. cuius verba referunt. Et alia ex instructionibus ipsorum Proregum.*

51 *Benemeritorum gradus, seu classes, Regiis schedulis constituuntur, & quoad fieri possit, seruandæ sunt, & quæ illæ sint?*

52 *Benemeritorum qualitates, quomodo in eorum concursu Gubernator expendere debeat?*

53 *Præmia publica ita distribui debent, ne alij affluant, alij paupertate ingemiscant, ex Cassiodoro, & aliis.*

54 *Pauperum res præstare diuitibus, magnum scelus est, ex D. Ambrosio.*

55 *Incolæ Indiarum, vulgò* Pobladores antiguos, *magnifaciendi sunt, & quare?*

56 *Seruitia antiqua ita remuneranda sunt, vt præsentia non negligantur, quibus ante parta tuentur.*

57 *Præmiorum exempla nutriunt virtutes, ex Cassiod.*

58 *Nobiles plenius remunerandi sunt, quàm plebei, & etiam in eleemosynis præferri debent.*

59 *Necessitati vrgentiori aliquando subueniendum est, etiam si alij magis benemeriti reperiantur, & de filiis Conquisitorum.*

60 *Liberalitas Principum in nobiles familias semper gratiosa fuit.*

62 *Senectutis benemeriti ratio haberi debet, ne aliàs frustra præmium speret.*

63 *Libertatis collatio in mortis tempus reseruata, semper penè inutilis visa fuit.*

64 *Viduis honestis, & virginibus, quæ periculum patiuntur, maturè succurrendum est.*

65 Cap. consideranda, & cap. pasce 86. distinction. *expendantur.*

66 *Rigor strictus legum sæpè ex æquitate, & rerum circunstantiis temperatur.*

67 *Æquitatis definitio, & quatenus, & quando ea legum præscripta temperare possimus.*

68 *Gubernator cauere debet, ne prætextu æquitatis decipiatur, vel affectibus suis indulgeat.*

69 *Prudentia in omnibus vtendum, & eius distinctio, & diffinitio, ac partes.*

70 Cap. 1. de officio custodis *notatur, & exornatur.*

71 *Recti, & æqui sub specie sæpè decipimur.*
L. si seruum 91. § sequitur, D. de verbor. *expenditur, & illustratur, ibidem.*

72 *Mala sæpè speciem habent honesti, ex Seneca.*

73 *Prudentia est sal omnium virtutum.*

74 *Æquitas cerebrina fugienda, & eius damna.*

75 *Modus ita exceditur in eo, quod est maius, quàm in eo quod est minus.*

76 *Commendarum in distributione Proreges, & Gubernatores debent esse fideles dispensatores, tam in modo, quàm in tempore.*

77 *Dispensator fidelis, quis dicatur à Christo Domino apud Lucam, & Matthæum?*

78 *Dilatio culpabilis in soluendo debito, & in remunerandis benemeritis, peccatum inducit.*

79 *Iudex negligens in litium determinatione grauiter peccat.*

80 *Gubernator celeriter benemeritos remunerando eos magis obstringit.*

81 *Gratia, quæ tarda est, ingrata redditur, & celeritas beneficij illud auget, ex Senec. Cassiod. & aliis.*

82 *Vendi videtur, quod precibus & dilatione, aut diligentia emitur.*

83 *Beneficij perfecti, quas regulas constituant Seneca, & alij.*

84 *Liberalitati ratio inesse debet, ex Plin. Iun.*

85 *Commodum debet esse cum modo, ex Cassiod.*

86 *Gubernator si vt debet, in conferendis Commendis procedat, non timeat querelas eorum, qui sine sorte remanserint.*

87 *Animus læsus vociferatione pascitur, ex Cassiod.*

88 *Regium est male audire, etiam cùm benefeceris.*

89 *Augustus Cæsar quid responderit querenti, sibi datum non fuisse, quod petierat.*

90 *Commenda vbi alicui datur propter merita, ea præcedere debent, & non de futuro sperari.*

91 *Qualitas, quæ ad aliquem actum requiritur, antecedenter interuenire, & probari debet.*
L. continuus 136. §. cùm quis, in fine, de verb. oblig. *expenditur, ibid.*

92 *Qualitas adiuncta verbo, secundùm tempus, & dispositionem illius regulari, & attendi debet.*

93 Lex rescripta, in fine, D. de mun. & honor. *expenditur, & illustratur.*

94 *Donatio permissa ob merita, intelligitur de præteritis.*

95 *Res omnis quæ pro forma alicuius actus requiritur, ei contemporanea esse debet.*

96 *Merita*

96 *Merita sufficientia si quis acquisierit post Commendam sibi factam, an illi auferri possit tanquam indigno?*
97 L. 15. tit. 10. lib. 5. recop. *expenditur, & illustratur.*
98 *Commenda etiam pro seruitiis futuris dari possunt, secundùm Matienzum, quod declaratur.*
99 *Donatio ob seruitia futura dicitur etiam remuneratoria.*
100 *Commenda nulliter data, vel iuris ordine prætermisso, confirmari potest, si causa subsequatur, per quam, etiam non data, de nouo dari deberet.*
L. fin. §. fin. D. quod metus causa *expenditur, & illustratur, ibid.*
101 *Iudex appellationis potest confirmare sententiam nulliter prolatam, si constet de iustitia causæ in substantialibus, & idem est in executiuis.*
102 *Executiuo in processu quando possit Iudex sententiare in via ordinaria?*
103 *Commenda an dari possit per Gubernatores ei, qui defectum meritorum pecunia supplet, Regiis arcis inferenda? & casus, qui super hoc de facto contingit.*
104 *Turpi ex causa datum non solet danti restitui, sed fisco applicatur.*
105 *Iudicis iussus, & interuentus excusat à præsumptione doli, & turpitudinis.*
106 *Conditio ob causam, vel causa data, causa non sequuta, quando locum habeat?*

VAcantes porrò † Commendas Indorum, non ad libitum voluntatis suæ Proreges, vel Gubernatores conferre debent, sed mandatorum, quæ secum portant præcepta seruantes, eas inter benemeritos distribuere, quorum remuneratio Reges nostros piissimos ad earundem creationem, & conseruationem adegit, vt latè dixi suprà hoc *lib. cap.* 1. *ex num* 45. *& cap.* 2. *ex num.* 53. Et hac propter innumeris propè schedulis, instructionibus, atque ordinationibus Regiis, quæ referuntur *in* 2. *tom. impress. ex pag.* 183. & ab Antonio de Herrera in sua generali Indiarum historia, Ioseph. Acosta *de proc. Ind. salu. lib.* 3. *cap.* 11. Fr. Ioann. Zapata *in tract. de iust. distrib.* 1. *part. cap.* 4. *num.* 18. Ant. de Leon *in tract. de confirmat. Regiis*, 1. *part. fol.* 4. 51. 62. 74. 94. *& alibi* passim, enixè cauetur, & ingeminatur hæc meritorum attentio, & consideratio, non solùm quando à Proregibus, & Gubernatoribus Commendæ conferendæ sunt, verùm & vbi ab ipso Rege, & Supremo eius Indiarum Consilio. Et forma constituitur, quæ in exquirendis, cognoscendis, & expendendis meritis habenda est. Et in ipsorum Proregum mandatis, vel instructionibus *cap.* 17. quod extat 1. *tom. sched. pag.* 312. seriò eis, & signanter iniungitur, vt potestate commendandi sibi concessa, ita iustè, & circunspectè vtantur, vt semper benemeritos præferant, vt eorum hac in parte querimoniæ in posterum cessent, & alia damna, quæ ex hoc prouenire possent, his verbis: *Os mando, y afectuosamente encargo, que procedais con toda iustificacion en la prouision de las dichas Encomiendas, teniendo especial cuidado de preferir à los que huuiere de mayores meritos y seruicios: y de estos à los descendientes de los primeros Descubridores, y vezinos mas antiguos, que mejor, y con mas fidelidad ayan seruido en las ocasiones passadas, &c.*

Vndè dimanat, † quòd licèt in ipsis Regibus hanc necessitatem benemeritos his Commendis remunerandi, non vsquequaque præcisam esse concederemus, ex rationibus, quas tradit Anton. de Leon *vbi sup.* 1. *part. cap.* 15. *num.* 24. *&* 28. & à Nobis alio loco dicendis. Proreges tamen, & Gubernatores, ita fortiter stringit, vt ab ea nullo modo, salua iuris, & conscientiæ ratione, discedere queant, vt in simili videmus † in executore testamentario, vel alio, cui testator bona sua inter certos, & designatos pauperes, vel alia opera pia distribuenda reliquit, debet enim præcisè eos eligere, quos testator nominauit, *cap. tua nos, de testam. Clem.* 1. *eod.* vbi DD. & Crassus *lib.* 2. *recept. sentent.* §. *executores, quæst.* 10. *in princ.* qui hoc adeò verum esse dicunt, vt si excederet, recusari posset, vel ab officio remoueri, tanquàm suspectus, vt per gloss. communiter approbatam, *in l. apertissimè, verb. Executore, C. de iudiciis*, Specul. *tit. de instr. edit.* §. *nunc verò, n.* 52. Iafredum *decis.* 341. & Ioann. à Canibus *in tract. de execut. part. vlt n.* 28. 2 3

Et idem contingit † in debitore plurium creditorum, quibus soluendo non est. Nam vbi per sententiam declaratum est, quibus, & quo ordine, & gradu soluere debeat, si secus fecerit, vt iterum soluat, condemnabitur, & ad restitutionem tenebitur, vt constat ex text. iuncta gloss. *verbo Satisfaciant, in l. fin.* §. *& si præfatam, vers. Sed & si, C. de iur. delib.* vbi Bart. Bald. Salicet. Ias. & latè Fab. Turretus *cons.* 47. *num.* 17. *& seqq. lib.* 1. *& ex text. &* ibi Bart. *in l. si quis, D. quæ in fraud. credit. & in l.* 7. vbi Gregor. *tit.* 15. *part.* 5. latè Flores de Mena *lib.* 1. *variar. cap.* 6. *per tot.* maximè §. 2. *a num.* 1. 4

Et ita † in nostris terminis inquit Matienzus *in l.* 5. *gloss.* 2. *tom.* 10. *lib.* 5. *recop.* se grauiter mirari, & dolere, quòd cùm tot legibus optimè sancitum sit, Indorum Commendas, aliáque Indiarum commoda, & officia, antiquioribus, & benemeritis, eorúmque filiis, tribuenda esse, nihil minùs seruetur, distributionésque contra leges à Proregibus, & Moderatoribus fiant in malè meritos, ipsorúmque Proregum, & Moderatorum asseclas. Vndè querimoniæ plures, bella ciuilia, seditiones, & scandala orta sunt. Matienzi sententiam, eo non relato, sequutus videtur Fr. Ioan. Zapata *in tract. de iustitia distrib.* 1. *part. cap.* 4. *num.* 18. *&* 2. *part. cap.* 5. *num* 13. *&* 25. vbi latè agit de hac præcisa obligatione remunerandi Conquisitores, & eorum filios, & 3 *part. cap. vlt. ex n.* 3. Vbi fundare intendit, † hanc remunerationem, & obligationem non solùm ad iustitiam distributiuam, verùm ad commutatiuam pertinere. Et licèt postea *num.* 16. propriùs ad distributiuam spectare resoluat, eò quòd secundùm cuiusque merita, & dignitatem debent elargiri, adhuc tamen cum Soto, Ledesma, Nauarro, Azorio, & Rebello concludit, non solùm † Gubernatorem, qui hæc præmia, relictis dignis, immerentibus tribuit, verùm & eos, qui quauis ex causa hoc illis consulunt, vel pretio, precibus, aut fauoribus, impetrant, mortaliter 5 6 7

mortaliter peccare, & ad restitutionem teneri.
8 Et in quæstionem vocat, † an idem resoluendum sit, vbi licèt dignus eligatur, alij, tamen, qui digniores erant, relinquuntur, vel solùm eo in casu mortaliter peccet. De quo articulo optimè etiam in eisdem terminis nostrarum Commendarum agit Anton. de Leon *vbi sup. cap.* 11. *cum seqq.* disputans, aut Commendæ bona Reipublicæ censenda sint? Et videri poterunt, quæ in simili cum eodem Soto, Aragon, Baldeo, & aliis, quos plenè refert, de electione digni omisso digniori in Episcopatibus, beneficiis, & aliis, tradit Nicol. Garcia *de benefic.* 7. *part. cap.* 16. *num.* 5. *& seqq.* maximè *ex*
9 *num.*26. Vbi † quòd violatio iustitiæ distributiuæ inducit obligationem restituendi, Rebellus *vbi sup. pag.* 22. Bobadilla *in Politica lib.*1. *cap.* 3. *num.* 76. Lessius *de iustit. & iure lib.* 2. *cap.*32. Schitinus integro *tract. de iustit. distribut.* Dom. D. Roderic. Acuña Archiep. Bracharensis *in notis ad cap. si fortè, distinct.* 36. *pag.*575. *num.*4. *&* 6. vbi quod mortiferè peccat, qui omissis dignioribus, dignos eligit, non tamen tenetur ad restitutionem, nisi in certis casibus, quos ibi declarat, & Nos latiùs *in lib.*3. *cap.* 15. *num.* 66. vbi de rebus Ecclesiasticis agemus.

10 Accedit his † plurium schedularum decisio, & præsertim illius anni 1588. directæ ad Proregem Peruanum D. Comitem del Villar *pag.* 238. & alterius nouioris 12. Decembris, anni 1619. datæ apud D. Laurentium, cuius memini *suprà cap.*5. *num.*64. quæ non contentæ dictam distribuendi Commendas inter benemeritos obligationem grauiter expressisse, & quòd de iustitia magis dignis debeantur, Proregum, & Gubernatorum, qui secùs fecerint, super
11 hoc conscientiam onerant. † Quæ clausula ostendit, eis, vt viris optimis, talem commissionem datam esse, & non debere iura transgredi, vt per Alexand. *cons.*118. *num.*2. *vol.*5. Socin. *reg.*33. Anania *cons.* 34. *num.* 16. & latè Bologuin. *in addition. ad eundem.* Et monitionem, & excitationem quandam, vt attentiùs procedant, & Deum, ac legum, siue schedularum præcepta præ oculis habeant, vt per Abbat. *in cap. vlt.* §. 1. *de offic. deleg. num.* 7. Angel. *in authent. ad hæc, C. de iudic.* Paulum de Castro *in l. à iudice, eodem tit. num.* 8. Nauarrum *cons.* 6. *de offic. deleg.* Flores de Mena *quæst.*4. *num.*67. & plures alij, quos refert Nicol. Garcia *de benefic.* 6. *part. cap.*2. *num.*100. Thom. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.*27. *n.*43. & Illustriss. Dom. D. Roderic. Acuña Archiepisc. Brachar. *in notis ad tex. in cap. habuisse, dist.* 33. *pag.* 258. *& in cap. quis autem, distinct.*52. *num.* 3.

12 Et per alias schedulas † permittitur iis, qui se læsos, aut grauatos senserint per Proreges, aut alios Gubernatores in Commendarum distributione, ab ea appellare, & causam in Regiis Cancellariis, vel in Regio Indiarum Senatu iudicialiter prosequi, quod satis ostendit, illis ratione suorum meritorum, has remunerationes debitas esse, & in eis ius saltem ad rem habere videri, argum. text. *in princip. Instit. de action. cum simulib.*

Aliis quoque datis Matr. 15. Maij, anni 1594. 2. *tom. pag.*236. *&* 237. & 28. April. anni 1602. & 28. Martij, anni 1618. quas refert Antonius de Leon *dict. cap.* 11. *num.*15.16.
& sequentib. † seriò cauetur, & iubetur, vt 1
cùm Commenda vacauerit, Proreges, vel Gubernatores edicta cum termino competenti, aut triginta dierum, in locis publicis figant, & oppositorum libellos patienter admittant, & diligenter expendant, qui se ea dignos esse prætenderint, vt sic meritis cunctorum collatis, eum eligant, qui iustioribus titulis, & maioribus meritis commendetur. Quam edictorum formam omnes vbique Gubernatores iam hodiè (licèt reluctante) obseruant. Quamuis in termino pro regionum distantia, & arbitrio suo, variare soleant, & possint; ex his, quæ in simili de edictis ad beneficia tradit, pluribus aliis relatis, Nicol. Garcia *de benefic.*9. *par. cap.* 2. *ex num.* 36. & August. Barbosa *in collect. ad Concil. Trident. pag.* 477. *num.* 59.
vsque ad pag. 479. Solúsque † Peruanus Pro- 1
rex eam non admisit, suæ dignitatis excellentiam, & alias rationes prætexens, quæ eum ab hoc onere excusare debuissent, quæ quidem admissæ videntur, cùm nihil ei ampliùs super hoc scriptum, & mandatum fuerit.

Et per alias schedulas † antiquas recopila- 1
tas *d.*2. *tom. pag.*176 *& seqq. &* 1. *tom. pag.*223. *& seqq.* quæ hodiè renouatæ reperiuntur per quandam nouissimam datam Matriti, 5. Iulij, ann. 1527. Cuius etiam meminit Leo *vbi suprà num.* 30. *fol.* 64. Iidemmet Proreges, & Gubernatores iubentur singulis annis ad Regem, ac Regium Consilium relationem mittere de omnibus Commendis, quas vacare contigerit, & de meritis, & seruitiis eorum, quibus illas contulerint, vt sic de huius actus iustificatione manifestiùs liquere possit. Et hoc præter † onus, quod eadem de causa ipsis Commendatis iniungitur, petendæ Regiæ confirmationis, per sched. datam Vallisoleti, anno 1608. & similes, de quibus suo loco dicemus, & latè agit Anton. de Leon *vbi suprà cap.* 17. *num.*4. *& seqq.*

Quæ omnia liquidò ostendunt, & quàm sit verum, quod de præcisa obligatione Proregum, vel Gubernatorum dicti præcepti implendi, & benemeritos cognoscendi, quærendi, & præferendi, suprà retulimus, simúlque etiam attendendi, quis, non solum dignus, sed dignior existat, & minus, aut magis in se, vel in suis progenitoribus remuneratus, vt sic omnibus, æqua lance trutinatis, & examinatis arbitrium suum rectiùs, & certiùs informare possint, & iniuncto sibi hac in parte oneri satisfacere. Etenim ex † adeò enixa, & diuersis temporibus repetita, variisque cautionibus procurata, huius præcepti commendatione, maior vis, & declaratio voluntatis Regiæ colligitur; arg. *l. Ballista, D. ad Trebell. l. cùm pater, §. filiis mater, D. de legat.* 2. & eorum, quæ latè tradit Paul. Castrens. *cons.*89. *num.* 21. *lib.* 3. Mexia *ad leg. Tolet. fundam.*1. *part.* 4. *num.*13. *&* 18. Craueta *cons.*54. *num.*7. *& cons.* 151. *num.*31. *lib.* 1. & Matienzus, qui refert triginta sex effectus geminationis *in l.* 11. *gloss.* 3. *num.*3. *tit.*8. *lib.*5. *recop.* D. Francis. de Alfaro *de offic. Fiscal. gloss.* 14. *num.* 4. *&* 15. *& gloss.* 15. *per tot. & gloss.* 28. *num.* 1. Pichard. *in disp. de mora, à n.*81. Ceuallos *quæst.*888 *à num.*72. *& num.* 133. Marescot. qui aliqua notabilia, & fortia cumulat, *lib.*2. *variar. cap.* 85. *à num.* 2. Castillo

lib.

lib. 1. *controuerſ. cap.* 47. *num.* 31. & quando geminatio inducat nullitatem, Decian. *reſp.*19. *à num.*50. *& reſp.*39. *à num.*39. *lib.* 2. & innumeri penè alij apud nouiſſimum Aluarez de Velaſco *in axiomat. iur. litt. G. num.* 1.

9 Et ita certum, & apertum † mandatum Principis redditur, vt ad vnguem ſeruari debeat, nec ab eius forma recedere liceat, *l. diligenter, D. mand.* cum aliis, quæ congeſſi ſuprà cap. præcedenti, *num.* 18. *l. ſi quis pro eo, D. eod.* ibi: *Igitur commodiſſimè ea forma in mandatis ſeruanda eſt, vt quoties certum mandatum ſit, recedi à forma non debet:* quod idem procedit in forma legis, vel ſtatuti, quæ etiam in dubio intelligitur eſſe ſubſtantialis, ita, vt eius omiſſio actum vitiet; præſertim cùm lex ex tali forma prætendit aliquem certum finem, ſeu effectum, qui ſi ea omittatur, non poteſt conſequi, vt in optimis exemplis, & noſtro
0 caſui valdè ſimilibus probat † text. *in l. cùm hi, §. ſi Prætor, D. de tranſact.* cuius hæc ſunt verba: *Si Prætor aditus citra cauſæ cognitionem tranſigi permiſerit, tranſactio nullius erit momenti: Prætori enim ea res quærenda commiſſa eſt, non negligenda, nec donanda. Sed, & ſi non de omnibus inquiſierit, tranſactionem eſſe irritam, l. fin. C. de prædiis Decurion. cap. dilect. verſ. Niſi fortè, de præbend.* cum aliis iuribus plenè congeſtis à Iaſone *in l. ius publicum, D. de pact. & in l.* 2. *§. priùs, num.*12. *D. de vulgar.* Decio *conſ.*612. *num.* 2. *&* 3. Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. Reuertatur, cum.* 67. *& ſeqq. C. de reuocand. donat.* Decian. *reſp.*46. *volum.*2. *n.*15. Craueta *conſ.* 1000. *num.* 136.167. *&* 179. *volum.*6. Anton. Gama *deciſ.*45. *à num.*3. *part.*1. Dueñas *reg.* 186. *&* 298. Gratian. *reg.* 112. D. Valençuela *conſ.*73. *num.*45. *& conſ.*187. *n.*77. *part.*2. vbi quod forma attenditur magis quàm ratio, & Nos ſuprà *cap.*6. *n.*18. Simon Barboſa *in axiomat. iur. litt. A. axiom.* 12. *num.* 26. & Velaſcus *ead. litt. num.* 119.

Quibus ſimilis eſt alia iuris regula, quæ
1 † habet, quod in determinatis non debet Iudex arbitrari, de qua *in l. omnium, D. de procurat.* vbi DD. & additio marginalis ad gloſſam *l. ſi quis reum, D. de cuſtod. reorum, princip. Inſt. de offic. Iud.* cum multis aliis, quæ adducit Neuizan. *in ſilua nupt. lib.*5. *num.*74. Corraſ. *lib.*4. *miſcel. cap.*12. *num.*6. & Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.*14. *per totum*, vbi idem procedere docet, non ſolùm in determinatis à lege, verùm & à conſuetudine, & allegat Tiraq *de pœnis temp. in præf. num.* 4. & illud Plauti *in Amphytr. act.* 4. dum inquit:

Hoc quidem profectò certum eſt; non arbitrarium.

Et in caſu noſtro dubitationem non recipit,
2 cùm † ferè omnes ſchedulæ, quæ de eo agunt, & præſertim illa Matriti 15. Maij, ann. 1594. directa ad Peruan. Proregem D. Marchionem de Cañete, 2. *to. pag.*237. & illa de anno 1619. ad D. Principem Squilacenſem, non ſolùm dictam inquiſitionem, & diſtributionem, eo modo, quo diximus, fieri iubeant, ſed decretum, & clauſulam irritantem contineant, earum, quæ ſecùs collatæ fuerint, Commendarum, provt ſæpeſæpiùs in facti contingentia, nullæ, & irritæ declaratæ ſunt, vt inſinuat ſched. anni 1563. *tom.* 2. *pag.* 241. & alia anni 1593. *tom* 1. *pag.*226. Etenim omnes DD. concludunt, quòd † quando lex annullat actum contra eius ordinationem factum, videtur illam pro forma ſubſtantiali requirere, vt in exemplo matrimonij in Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.*1. *& in caſu l. ſi vnus, C. de teſtam. d. cap. dilecto, cap. inter cæteras, cap. dudum, de præbend.* cum aliis, quæ latè adducit, & exornat Menoch. *de arbitrar. lib.*1. *q* 30. *n.*5. Ioan. Garcia *de nobilit. gloſ.*21. *num.*80. *col.*2. Segur. & eius Additionator *in l. vnum ex familia, §. ſed ſi fundum, num.*9. *de legat.*2. & extat de hac re peculiaris tractatus Alberti Bruni, quem refert Silua nuptial. *lib.*1. *num.*3. *&* 4. Marta *de clauſul.* 1. *par. clauſ.*19. & nouiſſimè plura congeſſit D. Franc. Merlin. *controuerſ. forenſ. cap.* 21. 23

Neque obſtabit, ſi ex aduerſo † obiiciatur, 24
paucos, vel nullos Proreges, aut Gubernatores, ita exactum ſcrutinium, ſiue examen feciſſe, quale in dictis ſchedulis præcipitur, atque ita eas per non vſum abrogatas videri, † *ex* 25
regula l. de quibus, in fin. D. de legib. iunctis aliis, quæ tradit Menoch. *vbi ſuprà q.*71. *& lib.*2. *caſu* 83. *&* 84. Soto *de iuſtit. & iure q.* 7. *art.*2. Pater Suar. *de legib. lib.*7. *cap.* 18. & Pat. Salas *eod. tract. diſputat.* 13. *ſect.* 2. *pag.* 293. *& ſeqq.*
Non enim † inſpicere debemus, quod fecerint, ſed quod facere debuerunt, *l. ius pluribus* 26
11. *D. de legib. l. ſed licèt* 12. *D. de officio Præſidis.* Et vt præfati Auctores obſeruant, præſertim Salas *vbi ſuprà num.* 16. Vt dictarum † legum 27
præcepta, & formulæ abrogatæ videri poſſent, neceſſaria eſſet Principis ſcientia, & tolerantia, & quòd ſæpè tranſgreſſionem diſſimulaſſet, cùm eam punire, & coërcere potuiſſet; quod in caſu noſtro non militat, cum † potiùs Reges 28
noſtri quotidie eiuſmodi iuſſionum implementum caueant, & requirant, & multis reprehenſionibus, ac pœnis tranſgreſſores ſyndicatus tempore, & aliis modis puniant, & coërceant, nullaſque (vt diximus) & irritas eſſe declarent Commendas, quæ aliis, quàm benemeritis conceduntur, prout de iuris rigore fieri debere defendit Cerdan. Tallada *d. cap.* 10. *pag.*123.

Licèt non inficier † multoties etiam Pro- 29
regum, & aliorum Gubernatorum prouiſionibus, & collationibus conniueri; ſiue quia eorum dignitas, & auctoritas omnem doli, & fraudis ſuſpicionem excludit, & præſumi facit,
† quod ritè, ac rectè proceſſerint, & ſuum arbi- 30
trium per legitimos tramites informauerint, *l.* 1. *D. de offic. Præf. Præt. l.* 2. *C. de offic. ciuil. iud. l. Herennius, §. fin.* vbi gloſ. *D. de euiction.* gloſ. *in l. minoribus* 6. *C. de his quib.* vt indign. *l. miles, §. qui iudicati*, vbi Paul. Caſtrenſ. *D. de re iudic. cap. ſemper, de ſentent. & re iudic.* Thom. Grammat. *deciſ.*24 *num.*6. Afflict. *deciſ.*13. *n.*28. Alciat. *reg.*3. *præſumpt.* 9. *num.* 5. Pet. Pechius *in cap. quod quis, num.*10. *de reg. iur. in* 6. & latè Menoch. *lib.*2. *præſumpt.* 67. *&* 85. *per totam*, idem Menoch. *conſ.*110. *num.*6. *lib.*2. & D. Valençuela *conſ.*60. *ex n.*55. *& conſ.*102. *num.*26.
& conſ. 161. *num.* 17. *vol.* 2. Siue quia ob † vi- 31
tandas lites, & ipſorum Proregum auctoritatem magis ſtabiliendam, publicæ vtilitati conuenire iudicatur, eorum facta, & decreta facilè non conuellere, & reuocare, vt in ſimili dicit Mæcian. I. C. *in l. ſeruo inuito* 65. §. *cùm Prætor, D. ad Trebel.* & text. *in cap. ſi ſoli, de conceſ. præb. lib.* 6. *l. nemo* 13. *C. de ſumma Trinit.* ibi: *Nam & iniuriam facit iudicio Reuerendiſſimæ Synodi,*

Synodi, si quis semel iudicata, ac rectè disposita reuoluere, & publicè disputare contenderit; iunctis aliis, quæ tradit Cephal. *cons.* 241. *num.* 23. *tom.* 4. & D. Valençuela *cons.* 95. *num.* 3.

Rursus etiam non obstabit, si replicetur,
32 † impossibile, vel saltem difficillimum esse (quod impossibili æquiparatur, *l.* 4. §. *non est statu liber, D. statu liber.*) in cuiuslibet Commendæ (etiam tenuissimæ) prouisione, hanc oppositorum, & meritorum trutinationem fieri, præsertim in Peruano, & Mexicano Regno, vbi numerus Conquisitorum, incolarum, Pacificatorum, & aliorum, qui se benemeritos putant, & hæredum eorum, adeò longè, ac late propagatus inuenitur, & per tot leucarum millia diffunditur, prout & agnoscit, has, & alias difficultates huius concursus expendens, Ant. de Leon *d. tract. de confirmat. Reg.* 1. *par. cap.* 13. & *seqq.* & in simili Molina *de primogen. lib.* 2. *c.* 5.
33 *num.* 74. vbi inquit, † non semper requiri, nec fieri posse valdè acrem meritorum trutinationem. Non enim cogit nos Deus tam anxiè personas explorare, sed secundùm prudentiam pro rei qualitate, & conditione, prout optimè explicat Soto, omninò videndus, *de iustit. & iure, lib.* 3. *q.* 6. *art.* 2. *col.* 11. *ad fin.*

34 Nam adhuc † hæc difficultas, mediante Gubernatoris cura, & diligentia, vel in totum, vel in magna parte superabilis erit, si libros, & notitias Regni confici curet, vt præcipitur in schedulis suprà relatis, maximè in illa data Pardi 26. Septemb. anni 1575. directa ad Peruanum Proregem D. Franc. à Toleto 2. *tomo, pag.* 236. & confectos assiduè legat, voluat, & re-
35 uoluat, † vt olim Romani Impp. in non minus vasto, & dilatato Imperio facere solebant, vt constat ex notitia vtriusque Imperij, ad quam Guid. Pancirol. doctos Commentarios scripsit. Necnon etiam si curiosorum opera vtatur, de quibus Rub. *C. de curiosis*, & stationariis, *lib.* 12.
36 quorum † munus erat Imperatorum iussu in prouinciis assistere, & sedulò, ac secretò monere, quid, quiuè in eis animaduersione, præmio, vel supplicio dignum, digniuè essent, vt ibidem sentiunt Accurs. Alciat. & alij, & Auctores *de verb. iur. verb. Curiosi*, Turneb. *lib.* 2. *aduers. c.* 15. Ræuard. *lib.* 4. *var. cap.* 11. & tetigi Ego *sup. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 7. qui curiosi ad hoc libros, & matricolas speciales scribebant, vt insinuat Tertul. *in lib. de fuga in persecut.* in illis *verb. In matricibus beneficiariorum, & curiosorum*, vbi Pamelius, & noster Cerda plura adnotarunt: Quibus addo Rebuffum *ad leg. Gallicas, tit. de mercat.*
37 *gloss.* 14. *pag. mihi* 450. † qui connumeratis officiis, quæ hodie in Gallia venduntur, inquit, vnum vacare, quod reliquis præstantius, & necessarius est, nempè, quod antiqui *Memoriale*, siue à *Memoria* vocabatur. *Hi enim* (inquit) *conscribebant eos, qui vel scientia, bello, aut alibi pulchrè, ac cum laude se gessissent, eosque Imperatori commemorabant, vt ex hoc præmiis dignis afficerentur. Sed hodie ij, qui præclara gesserunt facinora, contemnuntur, & quidem stolidi multoties enehuntur. Excitetur cum effectu hoc offi-*
38 *cium, & omnia se benè habebunt.* Et similem † librum habuisse videtur Assuerus Persarum Rex, vt insinuatur *in lib. Esther, cap.* 6. quamuis eius Monarchia omnes alias illius temporis excederet, Scriptura testante, quod omnes maris insulas fecit tributarias, & quod dominabatur ab India, vsque Æthiopiam centum viginti septem prouinciarum Ducibus, ac Principibus. Eóque libro mediante, venit in cognitionem, & memoriam Mardochæi, & quod eum liberasset à proditione Bagathan, & Thares, & sic statim eum multis præmiis, & honoribus afficiendum curauit, valdè dolens, id multò antè non fecisse. Et Matth. de Afflict. *in constit. Neapol. lib.* 2. *rub.* 5. *fol.* 17. *num.* 3. tradit † quòd Rex 39
Ferdinand. I. Neapolitanus habebat libellum nominum, & cognominum virorum bonæ opinionis, secundùm diuersitatem officiorum, & sic ipse magis dignos eligebat, præuia secreta inquisitione, quem refert Viscontus in conclus. iur. verb. *Rex*, & alia nouissimè adducens D. Ioann. del Castillo *tom.* 7. *controuers. cap.* 41. *de regalibus, num.* 19.

Ex quibus apparet, difficultatem, quæ in hac benemeritorum examinatione, & comparatione obiicitur, aliqua cura, & labore interueniente, superabilem esse. Nam testante Cassiod. *lib.* 5. *var. epist.* 2. † nihil latere potest 40
Principem solicitum. Et dato, quòd hoc non sufficiat, vt prorsus omnem, quam desiderat, lucem, & cognitionem Prorex, & Gubernator assequi possit, † non tamen diligentiam, 41
quam adhibere potuerit, omittere debet, sub eo timore, aut colore, quòd impossibile ducat, ad strictiorem, siue euidentiorem notitiam peruenire: quandoquidem vt Horatius inquit *lib.* 1. *epist.* 1.

Non possis oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen idcircò contemnas lippus inungi:
Nec quia desperes inuicti membra Glyconis,
Nodosa corpus nolis prohibere chiragra:
Est quodam prodire tenus, si non datur vltra.

Et videbitur † quidem ex composito igno- 42
rantiam eorum affectare, quæ dictæ schedulæ adeò enixè requirunt, si nihil operæ impenderet, nullumuè studium adhiberet, quo saltem id cupere, & in votis habere manifestaret. Ignorantiam † autem supinam, crassam, vel affe- 43
ctatam, non excusare, docet text. *in l. neque supina, cum sequentib. D. de iur. & fact. ignor. l. si liberi, C. de bon. lib. l. qui contra, C. de incest. nupt.* Gratus *cons.* 25. *volum.* 2. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 35. Sfortia Oddus *in tract. de restitut. part.* 1. *quæst.* 8. *artic.* 10. & Ferret. *ad consuet. Burdigal. tit. de retract. artic.* 7. *fol.* 71. quia paria sunt aliquid scire, vel scire debere, *l. quod te mihi, in fine, D. si cert. pet.* vbi gloss. & DD. Tiraquel. *vbi suprà*, §. 12. *gloss.* 1. *num.* 9. & Petrus Pechius *in cap. scienti* 27. *num.* 9. *de reg. iur. in* 6. & latè Ioann. Baptist. Costa *in tract. de facti scientia, & ignorantia, inspect.* 81. *per totam.* Et est videndus Vlpian. I.C. † *in l. generaliter,* 44
§. *quid ergo, D. de fideicommiss. libertat.* vbi de hærede, vel legatario agens, qui rogatus est plures seruos manumittere, & ad quorumdam pretium sufficiat id, quod relictum est, ad omnium non sufficiat, ita subiungit: *Et fortassis quis rectè dixerit, ordinem sciptura sequendum, quòd si ordo non pateat, aut sortiri eos oportebit, ne aliquam ambitionis, vel gratiæ suspicionem Prætor subeat: aut meritis cuiusque allegatis, arbitrari eos oportet.*

Et casu † quo talis Prorex, vel Gubernator 45
per se capax non esset huius iudicij, ac scrutinij faciendi, ob id fortè, quod nuper officij habenas

habenas suscepisset, & in prouinciam aduentasset, vel ex aliis similibus causis. Adhuc tamen deberet personas in eadem prouincia antiquas, expertas, & fide dignas inquirere, quarum relatione, & consilio hac in parte iuuari posset. Nam vt eleganter inquit Paulus I. C. *in l.regula, §.sed facti, D. de iur. & fact. ignor.*
6 *Facti † ignorantia ei procul dubio nocet, cui negligentia obiici potest: quid enim si omnes in ciuitate sciant, quod ille solus ignorat? Et rectè Labeo definit scientiam, neque curiosissimi, neque negligentissimi hominis accipendam; verùm eius, qui eam rem diligenter inquirendo notam habere possit.* Cui conuenit *l. si auiam 3. C. de ingen. manum.* ibi: *Si cum peritioribus tractatum habuisses, facilè cognosceres.* Ex quibus colligunt
7 DD.† quòd qui per se aliquam rem plenè consequi non potest, tenetur inquirere peritiores, & si id non faciat, ei imputatur; si autem faciat, in vtroque foro excusatur. Et in idem tendit *l.2. §.vltim.D.quos ord. in bon. poss. seru. l.5. C. de iis, qui accus.* gloss. celebris *in l. si duo, verb. Scire potuit,* vbi Castrens. *num.3. D. de acquir. hared.* cum multis aliis, quæ tradit Horozcus *in l. septimo mense, num.*10.*D.de stat. hom.*Tiraquel.*de pœnis temper.caus.*21.Schrader. *cons.2. part.* 1. Mornatius *in notis ad l. illud, D. de pet. hered.* Bobadilla *in Polit.lib.2.cap.6.n.7.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæst.* 23. & latiùs *in tractat. de præsumpt. lib.2. præsumpt.*71. Pax ab Scala. *in integ. tract. de cons. sapient.* Syluester *verb. Dubium, num. 4. & verb. Ignorantia, num. 5.* Toled. *in summ. lib. 5. cap. 26. in fine,* Sa *verb.Dubium,num.*3.Suar.*de censur. disput.*4. *sect.* 8. *num.*18. & Ego *in* 1. *tom.de Indiar.iure, lib. 3. cap.*

Quinimò † talis fortè posset esse persona cui Prorex, vel Gubernator hoc examen, de quo tractamus, committeret, vt eius sola assertio ad officium implendum,& omnem scrupulum deponendum sufficeret, quia etiam dicimur aliquid scire, quando sumus informati, & certificati ab aliquo viro notabili, & fidedigno, *cap. de capitulis*, vbi notat Dominic. 10. *distinct.* & prosequitur Iaso *in l. 1. in fine, D. de eo per quem fact. erit*, latè Tiraquel. *de pœn. temp. cap.*51. Silua nuptial, *lib.4. num.*55. Emanuel. Roder. *in summ. verb. Descomunion, cap.79. num. 11. ad finem*, & Pat. Sanchez *de matrim. lib.3. disput.37.* vbi disputant, an † in foro conscientiæ possit quis bono viro credere, etiam in præiudicium tertij? Maximè cùm etiam in testimoniis iudicialibus, in quibus strictiùs proceditur, videamus aliquando personæ valdè dignæ etiam soli credi, vt per Marsil. *sing.* 114. Grammat. *cons.*13. *col.* 13. Mascard. *de prob. q.*11. *num.* 20. *vol.*1. Neuiz. *in silua nupt. lib. 5. quomodo iudicandum in dubio,num.*123. *decis. Cameræ Imp.*26. *n.*105. *lib.*1. Et quod amplius est,etiam si deponat sine partis citatione, vt per Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.*17. *num.*12. *& cons.* 217. *numer.*36. *vol.*3. Morla *in empor. tit.* 11. *in Rub. numer.*29. Azeued. *in l.* 10. *tit.*17. *lib.* 4. *recop.n.*13. Et Farin. qui plures allegat, *in tractat. de testibus, q.* 72. *num.* 47.

Est autem adeò certum Proregem, vel Gubernatorem peritiorum consilium hoc in casu petere, & sequi debere, † vt dicat Matienzus *in l. 5.gloss. 1.tit.* 10. *lib.* 5. *recop.* quòd hoc eis in mandatis, & loco præcepti iniungi deberet: *Nam si rudes* (inquit) *& inexperti mittuntur, cùm neque seipsos, nec eos, quos moderantur, satis cognoscant, nec adhuc eruditi sint, quomodo rectè vnquam Magistratum gerere poterunt? quomodo leges executioni tradent, si earum ignari consilium prudentum exquirere non adstringuntur? quomodo leges exequentur, si omnia libidini eorum, & propriæ voluntati committuntur, nullo consilij exquirendi fræno cohibitæ*: Et concludit: *Quòd vtinam hæc ad aures Principis perueniant.* Prout sanè peruenisse videntur: Nam plurimis schedulis,& ordinationibus,hæc necessitas petendi consilij, illis iniungitur, & præcipuè in peculiari instructione, quæ illis traditur *cap.* 35. quod habetur *in* 1. *tom. sched. impress. pag.* 316. *& seq.* ibi: *Y porque los Oidores tienen conocimiento de las personas de la tierra, y lo que cada vno ha seruido, y merece, será bien que lo comuniqueis con ellos; y oidos,hareis lo que à vos mejor pareciere.*

Cùm autem schedulæ, quarum in huius capitis initio meminimus, & præcipuè prouisio anni 1528. & caput epistolæ anni 1552. & aliæ quæ reperiuntur *d.* 2. *tom.pag.*187. *&* 214. benemeritorum † qui his Commendis 51
donandi sunt,gradus quosdam,seu classes constituant, & primo loco eos vocent, qui harum prouinciarum Conquisitores dicuntur, eorúmque filios, & descendentes. Deinde antiquos illos earundem prouinciarum Accolas, siue Populatores, ac demum eos, quos Pacificatores vocamus, hoc est, qui in sedandis intestinis bellis, & seditionibus strenuam olim operam nauarunt, vel hodie etiam, vbi opus est, aduersus hostes externos terra, marique nauant, aut alioqui egregiis aliis, ac præclaris facinoribus de hac Republica Indiana bene merentur.Vel,qui schedulas, ac iussiones Regias impetrarunt, quibus de dictis Commendis vacantibus, aut vacaturis prouideri iubentur. Oportebit quidem Proreges, ac Gubernatores, quoad fieri possit, his vestigiis insistere; ita tamen, † vt inter eosdem 52
oppositores, aut competitores, modò antiquitatem, modo personarum, & meritorum qualitatem respiciant, & quas quisque vel eius parentes ex eisdem seruitiis remunerationes acceperit. Neque † vni personæ,aut etiam 53
vni familiæ tantùm dare, aut deferre, vt alij sine competenti præmio, ac sustentatione remaneant. Nam teste Cassiod. *lib.* 1. *variar. epistol.* 7. *Iniquum est, vt de vna substantia, quibus competit æqua successio, alij abundanter affluant,alij paupertatis incommodis ingemiscant.* Qua etiam de causa Commendarum cumulationem, siue pluralitatem in vna, eadémque persona prohibitam esse, *suprà cap. 5. num.*82. retulimus, Aristophanis locum adducentes, qui mirè Cassiodori verbis adridet. Neque est dissimile illud D. Isidor. *lib.* 3. *de sum. bono, cap.* 14. † *Magnum scelus est, rem pauperum* 54
præstare diuitibus, & de sumptibus inopum acquirere fauores potentum, arenti terræ aquam tollere, & flumina, quæ non indigent, irrigare, & illud Taciti, *Quod vni datur, multis adimitur*, cum aliis, quæ eruditè congerit Nauarrete *discursu Politico* 24. *per totum.*

Et hac propter eædem ipsæ schedulæ, † ita 55

Conquiſitores præferunt, vt Populatores non obliuiſcantur, qui ſemper magni habiti ſunt, cùm eorum, & ſuorum deſcendentium opera prouinciæ incolantur, repleantur, conſeruentur, & nobilitentur, vt *in l. fin. C. de bon. dam. auth. de nupt.* §. 1. *l.* 1. *tit.* 14. *part.* 2. ibi: *Amuchiguar la tierra*, cum aliis, quæ cumulat Caſſan. *in catal. glor. mund* 5. *part. conſider.* 15. 19. & 37. Azeued. *in Rub. tit.* 2. *lib.* 6. *recopil. num.* 197. D. Perez de Lara *de Capellan. lib.* 1. *cap.* 21. *à num.* 1. & *num.* 37. & Alphonſ. Carrança *in diſput. de partu, pag.* 183.

56 Ac rurſus, † ita ſeruitia antiqua commendant, vt nouiora non negligant, quorum remuneratio vtiliſſima eſt, vt parta conſeruari poſſint, ex traditis à Deciano *reſponſ.* 108. *à num.* 26. *l.* 2. iuncta *l. huius, D. qui potiores*, ibi: *Huius enim pecunia ſaluam fecit totius pignoris cauſam*, & vt homines quotidie ab benemerendum accendant.

57 *Nutriunt* † *enim* (vt inquit Caſſiodor. *lib.* 2. *epiſt.* 16.) *præmiorum exempla virtutes. Nec quiſquam eſt, qui non ad morum ſumma nitatur aſcendere, quando remuneratum non relinquitur, quod conſcientia teſte laudatur.* Neque item

58 † pariter honorandi, & remunerandi ſunt plebei, ac nobiles, cùm perſonarum qualitas, & dignitas eos diſtinguat, dato quòd aliàs in antiquitate, meritis, & ſeruitiis pares exiſterent, vt Theologi docent, dum opinantur, quòd vel in eleemoſynis voluntariis, debemus priùs, pleniùs, ac liberaliùs nobilibus, quàm plebeis ſubuenire, vt reſoluunt D. Thom. & alij, *in* 2. 2. *quæſt.* 32. *artic.* 9. & ex noſtris Bart. *in l.* 1. *quæſt.* 2. Bald. *q.* 5. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Barbacia *conſ.* 58. *col. pen. lib.* 1. quos refert, & ſequitur Tiraq. *de nobilit. cap.* 20. *num.* 154.

59 Poterit quoque Gubernator † aliquatenus ſtrictam, & rigoroſam dictarum regularum, ſiue ſchedularum ponderationem omittere, quando alicuius oppoſitoris, alioqui benemeriti, ſtatus, vrgenſque neceſſitas dilationem non pateretur, vel inutilis gratia redderetur, ſi prædicti gradus præcisè obſeruandi eſſent, vt accideret in filiis nobilium, & benemeritorum, qui quondam diuitiis affluxerunt: & quoniam Commendæ, parentum morte, finitæ ſunt, vilitatis, ac mendicitatis periculum patiuntur, quorum nomine grauem querimoniam proponit Zapata *de iuſt. diſtrib.* 3. *part. cap. fin.*

60 cuius verba alibi referemus. Eſt † quippè, & fuit ſemper Principium in nobiles familias depauperatas laudabilis, & gratioſa liberalitas, vt latè oſtendit Adam Contzent *lib.* 3. *politicorum, cap.* 9. *num.* 11. & repeto *infrà cap.* 10.

61 *num.* 78. Aut † vbi ſenectus maturari præmium exigeret, ne aliàs, ſi de die in diem, ſub inani expectatione proteletur, in mortis tempus

63 conferri videatur, vt in † illis olim ſeruis contingebat, qui cùm morerentur, libertate donabatur, de quibus loquitur *l.* 1. *C. de deditia libert. toll* §. *libertinorum, Inſt. de libertinis, l.* 4. §. *non eſt ſtatu libert. D. de ſtatu lib. l. libertas* 17. & *l. fin. D. de manum. teſtam.* cum aliis, quæ circa earum interpretationem obſeruant Cuiacius *lib.* 3. *obſer. cap.* 34. Coſta *lib.* 2. *ſelect. cap.* 5. *numer.* 2. & Bernar. Vvalther. *lib.* 2. *miſcel. cap.* 18.

64 Debet ſimiliter † viduis honeſtis, miſerabilibúſque ſuccurrere, maximè quando pluribus filiis, & obligationibus oneratæ, à maritis benemerentibus relinquuntur. Et puellarum virginum præſertim orphanarum, matrimonia, eiuſmodi largitionibus competenti modo, & tempore factis, ita diſponere, vt periculis, quæ earum ſexus, atque ætas pati poſſet, celeriter obuietur. Cùm conſtet quantum in his damni ex mora incurratur. Et hoc † eſt 65
quod præclarè (vt ſolet reliqua) admonuit D. Ambroſ. *lib.* 1. *offic. relatus in cap. conſideranda,* & *in cap. paſce* 86. *diſtinct. Perfecta liberalitas fide, cauſa, loco, tempore commendatur. Conſideranda eſt etiam in largiendo ætas, atque debilitas, nonnunquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales, vt ſenibus plus largiaris, qui ſibi labore iam non queunt victum quærere. Similiter, & debilitas corporis, & hæc iuuanda promptiùs. Tum ſi quis ex diuitiis cecidit in egeſtatem, & maximè ſi non vitio ſuo, ſed aut latrociniis, aut proſcriptione, aut calumniis, quæ habuit, amiſit. Paſce fame morientem, quiſquis enim paſcendo hominem ſeruare poteras, ſi non pauiſti, occidiſti.*

Et ſanè non ſolùm in hac diſtributione, de qua agimus, plurimum de Gubernatoris, arbitrio dependet, † verùm & in aliis iuris arti- 66
culis ſemper legum rigorem, & ſtrictam obſeruantiam æquitatis intuitu temperari, ac moderari videmus, quæ *ſuprà* dictis, aut ſimilibus circunſtantiis inducitur, vt eleganter docuit Paulus I.C. *in l. in omnibus* 90. *D. de reg. iur.* vbi Petr. Faber plura alia ad huius regulæ illuſtrationem congeſſit, & doctè concludit: † *Æquum ius eſſe, quod iuſtum eſt, quod æquitas, & ratio naturalis dictat, & in ſingulis caſibus, locis, temporibus, aliter atque aliter, prout ſe gerit, humanitas obtinet. Itaque hoc ius, neque definitum, neque certum, neque ſcriptum eſſe poteſt, l.* 2. *de conſtit. Princip. l. neque leges, D. de legibus.* Et idem reſpiciens Donat. *in Terent. Adelph. act.* 1. *ſcena* 1. *Ius eſt* (inquit) *quod omnia recta, & inflexibilia exigit, æquitas eſt, quæ de iure multum remittit.* Et Speuſip. *de Platon. definition. Æquitas eſt iuſtorum, conducentiúmque remiſſio, moderatio in commerciis, ordo naturalis animæ quoad honeſta, & turpia.* Et Ariſtot. *magnor. moral. cap.* 1. *Æquus eſt, qui deſcripta legibus iura diminuit, & moderatur. Nam quæ legiſlator ad vnguem definire non poteſt, ſed in vniuerſum loquitur. Hic in eiſdem intercedens delegit, quæ legiſlator particulariter quidem definire volebat, verùm ei facere non licuit.*

In dictis porrò circunſtantiis expendendis, & conſiderandis, † prudentia quoque, & peculiaris attentio Gubernatoris rurſus requirenda eſt, omnibus affectibus, & reſpectibus denudata. Hæc enim, Macrobio teſte, † eſt virtus dirigens ad rationis normam vniuerſa, quæ cogitat, quæque agit, ac nihil præter rectum, ac laudabile facit; cui conuenit illud Iuuen. *ſatyr.* 10. *in fine*:

Nullum Numen abeſt, ſi ſit prudentia.

Et alia, quæ refert Parlad. *different.* 132. *n.* 19. Matienz. *in dialog. Relator.* 3. *part. cap.* 58. Menoch. *de arbitr. caſu* 426. & *conſ.* 1194. *num.* 18. *volum.* 10. Segura Deualos *in direct. iud.* 1. *part. cap* 8. *num.* 2. Leſſius *de iuſt.* & *iur. lib.* 1. *cap.* 1. & 2. vbi latiſſimè & elegantiſſimè de partibus, & effectibus prudentiæ agit, & qualiter

qualiter medium virtutibus præscribat. Eámque rectè definit; *Vt sit virtus intellectus, qua in quouis negotio occurrente nouimus, quid honestum sit, quid turpe.* Et est etiam videndus Balthas. Chauasius de perfecta prudentia, per totum, præcipuè *lib.1. cap.1.*

Et textus optimus, & semper mente tenendus † *in cap. 1. de officio custodis*, vbi custos Ecclesiæ admonetur, vt vel in ipsis eius lampadibus, & laternis accendendis, seu extinguendis peruigil existat, ne aut supra modum lucendo oleum depereat, aut minus lucendo obscurior sit Ecclesia, sed omnia cum discretione agantur, quæ noscitur omnium virtutum esse mater, vbi glos. ad idem allegat text. *in cap. præsentium* 1. *q.* 5.

Alioqui si hæc prudentia deficiat, † sub pietatis, æquitatis, aut commiserationis prætextu, multoties decipiemur, & à legum præscripto, specie recti, absque iusta causa aberrabimus, vt Horat. monuit *saty.* 1. *& in arte Poëtica*, & Iuuen. *saty.* 4.

Fallit sæpè vitium specie virtutis, & vmbra.

Et eleganter I. C. *in l. si seruum* 91. *§. sequitur, de verb. oblig.* & Seneca *epist.* 120. dum ait:
2 *Mala † sæpè speciem habent honesti, & virtutibus vitia sunt confinia, & perditis quoque ac turpibus recti similitudo est, &c.* De quo tradunt multa Corras. *lib.* 2. *miscell. cap.* 18. Alciat. *lib.* 2. *parerg. cap.* 11. Ang. Matthæac. *de via, & ratione iuris, lib.1. cap.11.* & nouissimè Callist. Remirez *in tract. de lege Regia,*
3 *§. 7. num.37. & seqq.* Vbi † quòd prudentia est sal omnium virtutum, sine qua vitia velamine virtutis conteguntur, Octauian. *decis. Pedem.* 79 *n.4. & 6. decis. Cam. Imper.* 36. *n.*72. Costa *de retro tract. cap. 6. à n.* 6. Matienzo *in dialogo Relat.3. part. c.64. à n.1.* Gratian. *reg.*411. Morla *in empor. iur. tit.1. quæst.* 11. Fachineus *lib.1. c.3.* Messia *in pragm. taxæ panis concl.1. à n.39.* Parlad. *lib.1. quotid. cap.7. num.*22. & Ioann. Garc.
4 *de expens. cap.* 18. vbi † hac de causa docent valdè circunspectè procedendum esse in his æquitatis non scriptæ contra legem scriptam introductionibus, & considerationibus, quia multoties solet esse informis, cerebrina, & imaginaria. Et vbi agitur de iure alterius auferendo, non est curandum de epicheia, aut meritis personarum, sed etiam parua quæque, & minima attendenda sunt, vt tradit Baeza *de inope debit. cap.* 16. *num.* 165. Pinel. *in Rub. C. de rescind.* 5. *part. n.* 8. & 24. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disput.* 36. *num.* 8. Azeued. *in l.* 1. *tit.* 8. *numer.*67. *lib.* 5. *recop.* & Guttier. *lib.* 3. *pract. q.* 61. *in fine.*

Et huc respicit gloss. elegans *in d. cap.1. de*
5 *offic. custod.* dicens, † quòd ita exceditur modus in eo, quod est amplius, sicut in eo, quod est minus, *cap. qui in aliquo* 51. *distinct. cap. disciplina* 45. *distinct. l. respiciendum, D. de pœnis*, & Pontanus *de obed. cap.* 6 vbi inquit, quod in administrandis domini rebus non debet fides vacare prudentia, ac difficile esse, fidelem inueniri ministrum, qui idem prudens non sit, atque industrius.

Et denique, vt me ab hoc articulo expe-
6 diam, Gubernator † facultatem habens has Commendas distribuendi, fidelitatem, rationem, ac mensuram in hoc obseruare debet, & quanto citiùs poterit, eas eis largiri, quos tali remuneratione dignos iudicauerit. Has enim qualitates siue conditiones in simili dispensatore Christus Dominus noster requirit, *Lucæ*
10. vbi: † *Quis putas est fideles dispensator, & 77
prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram.* Et *Matth.* 24. *Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam, vt det illis cibum in tempore.* D. Paul. 1. *Corinth.* 4. *Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur, &c.* Quibus verbis datur intelligi, talem dispensatorem in his bonis, siue præmiis distribuendis, se non vt absolutum dominum, sed tanquam seruum, vel OEconomum Domini hebere debere, à quo præpositus est, vt fideliter, prudentérque ea dispertiat, iuxta vniuscuiusque merita, & seruitia: *& in tempore*, hoc est, temporis quoque, & opportunitatis ratione habita, ne nimia procrastinatione, inutilis reddatur distri-
butio. Cuius dilatio † culpabilis, æquè ac de- 78
negatio, vel mala collocatio peccatum inducit, cum obligatione restituendi, vt benè ostendit Seneca *lib.* 6. *de benefic. cap.* 43. *& vltim.* ibi: *Ideo non est trepidandum, quàm citò reponamus, nec properandum intempestiuè, quia æquè delinquit, qui ad referendam gratiam suo tempore cessat, quàm qui alieno properat*: quem locum benè ita legit contra Pinciani incautam emendationem Petrus Faber *lib.* 1. *semestrium, cap.* 23. *in fine, pag.* 158. & in nostris terminis obseruat Anton. de Leon *dict. tractat. de confirmat. Regiis,* 1. *part. cap.* 4. *numer.* 40. *fol.* 28. Et in eo, qui malitiosè differt debiti liquidi solutionem, docet text. in cap. sæpè, de rest. spol. Soto *de iust. & iure, lib.* 4. *quæst.* 7. *articul.* 4. Caietan. *in summa, verb. Restitutio, cap.* 6. Nauarr. *in man. c.*17. *numer.* 62. & Couarr. *in reg. peccatum, parte* 1. *numer.* 1. *col.* 3. Et in † iudice, qui per 79
negligentiam, aut aliam culpabilem causam litis determinationem protrahit, text. *in auth. vt iud. sine quoquo suffrag. §. volumus*, Bartol. *in l. fin. ad fin. D. de variis, & extraord. cogn.* gloss. *verbo Negligentiam, in cap. quoniam, de probat.* Paris de Put. *de synd. verb. Negligentia, cap.* 2. *num.* 8. & Auiles *in cap.* 1. Præt. *verbo Fiel, num.* 28.

Præterquam quod, vt hoc deficeret, vel † ex 80
eo Gubernator celeritatem in eiusmodi legationibus affectare deberet, vt hilaritatem dandi manifestaret, & ipsos recipientes sibi magis gratos, & deuinctos redderet. Nam vt inquit
Cassiodorus *lib.* 12. *epist.* 16. † *Omne datum* 81
celeritatis causa transit ad beneficium, & quod debito redditur, tali gratia munus putatur. Debitum siquidem, quod non potest euitari, prona debet mente semper offerri, vt fiat beneficium, quod sine compulsione constat illatum; quod idem grauiter, & philosophice docet, & prosequitur Seneca, omnino videndus, *lib.1. de benef. c.* 1. Clem. Alex. *lib.* 2. *Pædag. cap.* 2. *in fine*, iuncta interpretatione Gentiani Herueti *ibid. pag* 199.
vbi † quod vendi videtur, quod studio, dili 82
gentia, & precibus emitur, & Auson. *epigram.* 81. & 82. sic inquiens:

Gratia, quæ tarda est, ingrata est gratia, namque.
Dum fieri properat gratia grata magis.
Si benè quid facias, facias citò, nam citò datum,
Gratum

Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.
Et alia congerens Valascus *in tract. de partition. cap. 16. num. 18. in fine.*

Et est omninò videndus Senec. *lib. 2. de be-*
83 *nef. cap. 16.* vbi † regulas horum, & similium
beneficiorum præstandorum constituens, ita concludit: *Quid, cui, quando, vbi, sine quibus facti ratio non constabit*, & *cap. 15.* ibi: *Non est beneficium, cui deest pars optima, datum esse iudicio.* Quò etiam respicit text. *in l. 3. tit. 10. lib. 5. recop.* Plin. *in Panegyr. ad Trajan.* ibi: *Augeo*
84 *Principis munus, cùm ostendo † liberalitati eius*
inesse rationem. Ambitio enim, & iactantia, & effusio potiùs, quàm liberalitas censenda est, cui ratio non constat, Cassiodor. *lib. 9. epist. 19.* ibi:
85 † *Commodum enim debet esse cum modo. Nam*
si mensuram æqualitatis excesserit, vim sui nominis non habebit: & congerit alia Adam Contzen, omnino videndus, *lib. 3. Politic. cap. 9. per totum*, vbi *num. 8.* quòd celeritas est vita beneficij, & Nauarrete *in discurs. Polit. pag. 157. & 158.* vbi beneficia sine mensuratione, & consideratione collata, stultitiæ, aut prodigalitatis nomine donat.

Quæ omnia si attentè (vt oportet) inspiciat, & perpendat Gubernator, conscientiam quidem exonerabit, & Regis intentionem implebit quæ (vt sæpè diximus) in introductione, & conseruatione harum Commendarum ad benemeritorum remunerationem dirigitur. Ne-
86 que sentire, † aut timere debebit querelas eo-
rum, qui sine sorte remanserint. Nam vt ait
87 Cassiod. *lib. 2. epist. 27. Læsus † animus vocifera-*
tione pascitur, & hoc semper contingit in huiusmodi distributionibus, iuxta illud Senecæ *lib. 2 de benef. cap. 27. Hoc mihi præstitit, sed illi plus, sed illi maturius.* Vbi verò prudenter est actum, obtrectationes vulgi contemnendæ sunt, vt pluribus ostendit Scipio Ammiratus
88 in discurs. Politicis, *pag.* 81. Quoniam † Regium
est male audire, etiam cum bene feceris, vt ex Antisthene refert Laërtius, Forcat. & alij, quos nouissimè congerit D. Valenç. *cons. 164. n. 3.* &
89 est optimum exemplum, † quod de Augusto
Cæsare refert Tranquillus in eius vita, apud quem cùm quidam quereretur, quòd officium sæpius à se postulatum, nec obtentum, alij vltrò concesserat, qui nec memoriam accepti beneficij retineret, Cæsar blandè respondit, *Tu eras dignus, qui peteres, ille qui acciperet.*

Meritorum porrò consideratio, & æstima-
90 tio † eo tempore facienda, & ineunda est, quo
Commenda confertur, non autem seruitia, quæ fieri sperantur, præsenti mercede remuneranda, in præiudicium aliorum, qui iam benemeriti reperiuntur. Quod ideò notare volui, quia sæpè vidi aliquos Gubernatores in hunc errorem, vel malitia, vel ignorantia prolapsos, putantes legum præcepto fieri satis, si futurum seruitiorum conditionem, & contemplationem in Commendæ titulo, & collatione subiiciant, quorum gesta in Supremo Indiarum Senatu ex prædicta ratione rescindi solent, vt de facto accidisse memini in causa cuiusdam D. Bernardini de Meneses, cui penè puero quidam Peruanus Prorex pinguem Commendam sub præfa-
91 ta forma contulerat. Nam obligationes † siue
concessiones, quæ aliquam qualitatem, vel conditionem requirunt, non antè peti, dariuè possunt, quàm antecedenter probatum fuerit, talem qualitatem, vel conditionem impletam fuisse, *l. hoc iure 10. D. de verb. oblig. l. si verò, §. qui pro rei qualitate, D. qui satisd. cogantur, l. 1. §. doceri, D. vi bonor. rap.* optimus text. *in l. continuus 136. §. cum quis, in fin. D. de verb. obligat.* ibi: *Non enim secundum futuri temporis ius, sed secundùm præsentis, æstimari debet stipulatio.*

Et hoc est, quod vulgariter dicimus, † ei cui 92
verba legis non conueniunt, neque eius dispositionem conuenire, *§. toties, D. de damno infect. l. quod constitutum, D. de milit. testam.* & qualitatem adiunctam verbo, secundùm tempus verbi regulari debere. Hoc est habilitatem, & capacitatem alicuius, tempore collationis, vel delatæ successionis, de qua tractatur, interuenire, vel attendi debere, nec sufficere si ex postfacto superueniat, *l. in delictis, §. si extraneus, D. de noxal. action. l. Titius, D. de testam. milit. l. 2. §. in filiis, D. de Decurio. l. interdicit, D. de cond. & demonst. l. interuenit. D. de leg. præst. l. si quis cùm haberet, D. de suis, & legitim. hæred. l. ex facto, §. si quis autem*, vbi Alex. *D. ad Trebellian.* Decius *cons. 40.* Paul. de Castro *cons. 345. lib. 3.* Ias. qui plura multum in nostris terminis congerit *in l. 1. §. veteres, n. 32. D. de acq. poss. & in l. ex hoc iure, D. de iust. & iure*, Imola, & Romanus *in l. Attilius Regulus, D. de donat.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 13. n. 35. & 37. & lib. 3. cap. 2. n. 16.* Thesaur. *quæst. forens. quæst. 34. n. 23. part. 1.* Gutierrez *cons. 1. num. 13. & 14.* Roland. *d. cons. 100. n. 27. volum. 2.* Barzius *decis. Bononiens. 12. num. 2.* Vincent. de Anna *allegat. 1. n. 4.* & alij, quos refert Raudens. *cons. 30. lib. 2.* Fusarius *de substitut. quæst. 318. num. 195. & q. 388.* D. Ioann. de Castillo *lib. 3. controuers. cap. 15. ex num. 3. & lib 5. cap. 90. & seqq.* ferè per totum, & sequitur D. Valençuela, loquens in materia Commendarum, de quibus agimus, *cons. 83. num. 3. & 4.*

Quibus addo, in ipsis terminis qualitatis
seruitiorum, & meritorum, † text. optimum *in* 9
l. rescripta, in fine, D. de muner. & honor. per
quam notat Bartol. *in l. 1. C. de verb. signific.*
quòd † quoties permissum est alicui donare 9
ob benemerita, & seruitia, intelligitur de meritis, & seruitiis præteritis, & non de futuris. Et idem docere videntur Imola, & Roman. *in l. Attilius, de donat.* Ias. *in l. hoc iure, D. de iust. & iure*, & Paul. de Castro *cons. 315. numer. 4. lib. 1.* & generaliter, loquens de omni re, quæ
pro forma alterius requiritur, † quòd debeat 9
esse contemporanea actui, nec possit stare in suspenso, Alexand. per text. *ibi in l. 1. §. fuit quæsitum, ad Trebel. l. si quis mihi bona, §. iussum, D. de acq. hæred.* Card. *in Clem. causam, de elect.* Ripa *in l. 1 §. qui præsens, num. 10. D. de verb. oblig.* & nouissimè D. Præses Valençuela *cons. 103. ex num. 3. & cons. 123. num. 58. & cons 187. num. 70. & seqq. 2. part.*

Benè tamen verum est, † quòd si antequam 9
huic immerito, tanquam indigno, Commenda adimatur, aliqua notabilia seruitia fecisse probetur, poterit titulus, & collatio, aliàs inefficax, sustineri, argumento eius, quod in simili tradit † text. *in l. 16. tit. 10. lib. 5. recop.* ibi: *Saluo, si los que las recibieron, siruieron despues à Nos, de manera, que en todo, ò en parte las merecießen:* quem textum inquit Matienzus, *ibidem, gloss. 2. num. 3.* applicari posse ad

Indorum

ndorũ Commẽdas,† quæ pro ſeruitiis etiã futu-
s conferuntur,quod eſt cõtra ea quæ modò re-
oluimus,niſi ita temperetur,vt ſeruitiũ præſtan-
um, in conuentionẽ deducatur tẽpore collatio-
is Commendæ,& ei æquiualens ſit,quemadmodũ
b eandem rationem donatio † ob ſeruitia futu-
a, dicitur etiam remuneratoria, ex Bart. & Cu-
nan. *in d.l. Attilius*, Iaſ.Aret.& aliis, quos refert
Tiraq. *in l. ſi vnquam , verb. Donatione , num.93.*

Et quidem,etiã ſemota conuentione,ſi ſeruitiũ
ubſecutũ tale ſit,quod Cõmenda dignum videa-
ur,† non erit iniuſtũ illam conſeruare cùm etiã ſi
ntecedenter data non fuiſſet, dari, tunc, iuſtitia
nediante,deberet,arg.tex.*in l.fin.§.fin. D.quod me-
us cauſa*,ibi:*Tamen,quæ ſolutioni debitarum ab eo
uantitatũ profecerunt,reuocare inutile eſt*:per quẽ
docet Bald.ibidẽ,† iudicẽ appellationis,ſiue nul-
itatis,poſſe confirmare tenutã,etiam nulliter da-
am, aut iuris ordine prætermiſſo, ſi conſtet ſibi,
quòd de nouo dari deberet. Quã ſententiã tenuit
tiam Bart. *in l.ſi expreſſim,n.1. D.de appell.& in
l. ſi vt proponis, n.1. C. quomodo,& quando iudex*,
Alex *in l.ſi finita,in princ.D.de damn.infect.& conſ.
31.n.3.vol.7.& conſ.67.& 181.vol.6* Et ad materiã
iuriſdictionis,executionis, & ſimiles alias exten-
dunt plurimi DD.quos refert Iaſ.*in l.à Diuo Pio,
§.in venditione,n.12. D.de re iud.* Caualcan. *deciſ.
5.n.5.*Couar.*lib.2.var.c.11.n.3.*Bern.Diaz,& eius
Addition.*reg.*168. Vantius *de nullit.2.part.tit.fin.
ex n 126.*Pinel.*in l.1.C.de bon.mat.2.par.n.64.*Me-
noch.*de recuper.rem.8. n.28.* & Perez de Lara *de
anniu.lib.1.c.10.n.72.*vbi teſtatur,† poſſe iudicem
conuertere proceſſum executiuum in ordinariũ,
& condẽnare via ordinaria,ſi plenè inſtructus ſit,
quamuis executiua locum non habuerit,& ita ſe
factum vidiſſe in Cancellaria Valliſoletana.Et de
ſimili praxi Supremorum Iudicum teſtatur Di-
dacus Perez *in l.4. tit. 8. lib.3. ordin. pag.626.*

Et ob dictam planè rationem,quòd Cõmendæ,
abſque meritis dari non poſſint, in Supremo In-
diarũ Senatu,cum Fiſcalis officio fungerer dixi,&
obtinui de nullitate alterius Cõmendæ,quã Gu-
bernator Tucumanenſis contulerat cuidã minus
digno,& † vt defectũ meritorũ in illo suppleret,
cauerat,vt duo millia argenti pondera in Regias
arcas inferret pro publicis ſumptibus eroganda.
Hoc enim contra mandati tenorẽ,& Regis inten-
tionẽ eſſe allegaui,ac præterea mali exẽpli eſſe,&
in grauẽ fraudem dictarũ legum,ſi quod meritis,
& virtute cõſequi debuiſſet,pecunia redimeretur.
Ac † proinde,nec ipſam pecuniã tanquã ob tur-
pem cauſam datã,danti reſtituendam,ſed Fiſci iu-
ribus applicandã,ex doctrina tex.*in l.2.& 3.& l.ſi
ob turpẽ,D.de condict.ob turpem cauſ.l.1.& 2.& l.
mercalem,C.eod.l.49.tit.14.p.5.*cũ traditis ab Scri-
bentibus *ibid.* Iaſ.*in l.generaliter,D.de verb.oblig.*
Horoſcio *in l.iuris gentium,§ ſi ob maleficiũ,D.de
pact.*Greg.Lop.*in l.38.tit.11.part.5.*Mencha *quæſt.
illuſt.cap.48.*& Vezino *lib.4.commun.tit.4.num.2.*

In quo tamen obtinere non potui Regio Sena-
tu benignè cenſente,† ita amarè cũ priuato agẽ-
dum non eſſe,qui Gubernatoris dictamẽ bonám-
que,& publicã fidem ſequutus,non ſordis,aut ſu-
bornationis Iudicis cauſa,ſed ad Regias expenſas,
illam quantitatem obtulit,& deſtinauit,arg *l.1.§.
idem Pomponius,D.quod falſo tutore,l.non videntur
127.§.qui iuſſu,D.de reg.iur.*& tex.optimi in *l.fur-
ti,§.qui iuſſu, D.de his,qui not.infamia*,ibi:*Qui iuſſu
Prætoris pretio dato pactus eſt,non notatur*.cũ aliis,
quæ latè adducit D.Valençuela *conſ.39.n.37.& 38.*
Et ita in hoc caſu,non tam titulo *De condictione*
ob turpem cauſam,† quàm *De condictione ſine cau- 106
ſa,vel cauſa data, cauſa non ſequuta locum eſſe.* De
cuius praxi vltra Bart.& DD *ibid.*& Vveſembech.
in paratitlis,agit Scheneiduinus *in tit. Inſt.de act.
in §. de condict. ob cauſam*, Oldendorp. *in claſſib.
action.claſſ.6.act.5.* Vulteius *in iuriſprud. Rom lib.
2 cap.8.*Petr.Greg.*lib.22.Syntag.c.5.num.9.*& Ti-
raquel.*in tract.de ceſſante cauſa*,ferè per totum.

CAPVT VIII.

De concurſu,& graduatione eorum,qui Regias ſchedulas,ſiue expectatiuas ad vacantes, vel vacaturas Commendas ſpecialiter,vel generaliter impetrarunt,& an debeat Prorex, vel Gubernator inter eas datæ prioritatem ſeruare,& relationi meritorum, quæ in illis inſeri ſolet, abſque alio examine fidem habere?

SVMMARIVM.

1 *Expectatiuæ ad vacantes , vel vacaturas Commendas,quibus modis ſoleant impetrari?*

2 *Schedulæ plures recenſentur,quæ agunt de expectatiuis Commendarum.*

3 *Expectatiuã ſpecialem habens ad aliquã certã,& deſignatã Cõmendam, in ea cæteris præfertur.*

4 *Generi per ſpeciem derogatur ,etiam ſi ſpecialis conceſſio non faciat mentionem generalis.*

5 *Hypothecam ſpecialem habens præfertur in ea cæteris generalem habentibus.*

6 *Prouiſio ſpecialis facit ceſſare generalem.*

7 *Rex eſt dominus abſolutus Commendarum, & ei obediendum eſt in earum diſtributione.*

8 *Manus inferiorum collatorum ligantur,vbi adeſt prouiſio Regis,vel Papæ.*

9 *Decreti irritantis clauſula , quam vim habeat in expectatiuis?*

10 *Leges contra quod fit,per leges ſolui meretur.*

11 *Collatio facta, ſpreta expectatiua,an,& quando ſit ipſo iure nulla?*

Cap. dilectus, de præb. cap.ſi ſoli, de conceſſ. præb.*& alia ſimilia explicantur,ibidem.*

12 *Papa,vel Princeps mandans Ordinario, vt aliquid faciat,nõ adimit ab eo poteſtatẽ ordinariã.*

13 *Beneficium collatum alicui virtute expectatiuæ, non à Papa,ſed ab Ordinario conferri dicitur.*

14 *Expectatiuã in forma cõmuni habens ad aliquod beneficium,quod ius in illo per eam adquirat?*

15 *Expectatiua ad Commendam , quam precator deſignauerit , quam vim habeat? & quando liget manus inferioris?*

Cap.1. de conceſſ.præbend.lib.6. *explicatur,& illuſtratur,ibidem.*

16 *Expectatiua ad præbendam,quam precator deſignauerit , non præiudicat iuri alterius , expectantis aliquam ſpecialiter ſibi conceſſam.*

17 *Reſcriptorum , & expectatiuarum generalium datæ, iure communi inſpecto, ſeruandæ ſunt, & locum prælationi faciunt.*

17 L.12.tit.14.lib.2.recop. quæ Regias Libranças, *iuxta prioritatem datæ ſolui iubet ; expenditur,& illuſtratur.*

19 *Primò vocatus,cenſetur magis dilectus.*

20 *Prior deſcriptus in albo,ſiue matricula , alios præcedere debet,& dicitur dignior.*

21 *Quantitas maior alicui dari iuſſa, arguit maiorem affectionem erga eum.*

22 *Proreges,& Gubernatores in concurſu plurium expectatiuarum , quid debeant facere iuxta ſchedulas , & ordinationes Indiarum?*

23 *Expectatiuæ generales ad futuras Commendas,*
ſunt

ſunt quædam veluti litteræ commendatitiæ impetrantium.

24 Schedulæ valdè notabilis expenditur ann. 1531. quæ declarat,& iubet,benemeritis non præiudicare ſchedulas, quas alij impetrant ad futuras Cõmendas,ſi hi minus meriti fuerint,& quare?

25 Importunitas multa extorquet à Principibus, quæ ipſi nolunt,nec debent concedere.

26 Importunitatem ob nimiam, quæ obtenta ſunt, non valent.

L.1.C.de petit.bonor.ſublat.cap.ſi quando,de reſcript.& alia iura agentia de obtentis per importunitatem,expendũtur,& illuſtrantur,ibid.

27 Electio facta ad importunum clamorẽ non valet.

28 Concil.Trid.ſeſſ.25.cap.10.expenditur.

29 Deus etiã ob importunas,ſeu cõtinuas petitiones flecti dicitur,& Cananææ tædio,ex D.Hierony.

30 Inhiatio quid propriè ſit? & quid per metaphoram ſignificet?

31 L.per diuerſas 22.C.mandat. & l.1. C.publicæ lætitiæ,lib.10.quatenus verbo Inhiare vtuntur,explicantur.

32 Principes ſæpè ſolent antecedenter repellere importunitates,& iniuſtas inhiationes vaſſallorũ.

33 Principis conceſſio vbi nullitatem patitur, de data eiuſdem, aut quantitate, vel qualitate curandum non eſt,& quare?

L.doli mali 19.D.de nouat. expenditur, ibidem.

34 Finis Commendarum eſt benemeritorum remuneratio, & is præ omnibus attendendus eſt, & quòd omnia à fine regulantur.

35 Schedulas,qui à Rege impetrarunt,pro Cõmendis vacaturis,cæteris paribus, ſunt præferendi.

36 Nominatio poſterior ſpeciatim facta, præfertur prioribus generalibus.

37 Vincula duo fortiora ſunt vno.

38 Commendæ vacaturæ, ſi alicui dari iubeantur, poteſt etiam prouideri de actualiter vacantibus tempore reſcripti.

39 Impetrantes ſchedulas pro Commendis,& aliis officiis, ſæpè in ſuis meritis enarrandis excedunt, & decipiunt.

40 Meritorũ, & ſeruitiorũ relationem in ſchedulis pro Cõmendis contentã,Proreges,& Gubernatores verificare debẽt,& ſchedula de hoc agẽtes.

41 Rem, qui præſentem, aut viciniorem habent, melius eam cognoſcere poſſunt.

42 Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.

L.ſi vicinos,C.de nup.& c.quoſdam,& c.quanto,de præſũpt.expendũtur,& illuſtrãtur,ibid.

43 Diſtantia locorum inducit iuſtam præſumptionem ignorantiæ.

44 Meritorum, ac ſeruitiorum relationi in aliquo reſcripto,vel ſchedula contentæ,quando ſtandum ſit? & elegans, & copioſa diſtinctio, & reſolutio huius articuli.

45 Verba narratiua partis,etiam in reſcripto Principis,nihil diſponunt.

46 Clauſulæ, quæ apponi ſolent de ſtylo tabellionum,parui faciendæ ſunt.

47 Verba enuntiatiua reſcripti Regij,an,& quando probent,vel diſponant?

48 Enuntiatiua verba in antiquis probant.

49 Temporis antiquitas facit præſumi omnia ſolemniter acta.

50 Dominium probatur ex verbis enuntiatiuis antiquorum inſtrumentorum.

51 Meritorum,& ſeruitiorum relatio ſi falſa comperiatur, ſuperſederi debet in reſcripti executione,quod ea fundatur.

Cap.ſi quando,de reſcript.& cap.cùm teneamur, de præb.expenduntur,& illuſtrantur, ibid.

52 Prælatos, qui non audent reclamare contra litteras Papæ,qualiter notet Cepola?

53 Veritati ſemper debet locus relinqui.

54 Mẽdax precator penitus carere debet impetratis.

55 Reſcriptum omne habere videtur tacitam conditionem,ſi preces veritate nitantur.

Cap. 2. de reſcript. & alia iura ſimilia expenduntur,& illuſtrantur,ibid.

56 Subreptiones, aut obreptiones notoriæ, qualiter vitient reſcripta iuſtitiæ,& gratiæ?

57 Narratiuæ veritate deficiente in reſcriptis,deficit voluntas in Principe concedente.

Cap.conſtitutus,de reſcript. expenditur, & verbis Caſſiod. illuſtratur,ibidem.

58 Cauſa iuſta ſemper præſumitur in reſcriptis,& decretis Principis.

59 Cauſa finalis reſcripti ſi falſa ſit, aut incerta, deficit eius diſpoſitio.

60 Legatum ex falſa cauſa datum inutile eſt.

61 Sententia ex falſis inſtrumentis,teſtibus, vel allegationibus lata reuocatur.

62 Inueſtituræ feudalis cauſa, ſi falſa fuerit, ipſa inueſtitura nulla redditur.

63 Tertij ius regulariter allegare non permittitur.

64 Meritorum relationem falſam eſſe, Gubernator de officio, & quilibet de populo obiicere poteſt,& quare?

65 Veritas,vt manifeſtetur,& Principis volũtas iuſtiùs exequatur,quilibet de populo petere poteſt.

66 Proreges, vel Gubernatores non debent eſſe nimis rigidi in verificatione, & expenſione ſeruitiorum,quæ in reſcriptis narrantur.

67 Benemeritus quis probatur, eo ipſo quòd non probetur malemeritus.

68 Merita ſufficientia, ex narratis in reſcripto, verificari ſatis eſt, ſi ea Principem ad concedendum mouere potuerunt.

69 Benemeritus quis dici poteſt,ex ſolo vno ſingulari ſeruitio, & in eius probatione multum deferri debet aſſertioni Principis.

70 Subreptio non datur niſi ex defectu cauſæ finalis.

71 Cauſa finalis, quæ eſſe cenſeatur?& plura de ea.

72 Cauſa prima influit magis in cauſatum.

73 Cauſa magis propinqua debet attendi in remunerationibus.

74 Legatus miſſus à ſuo Principe ad alium, quæ ab hoc accepit,illi dare non tenetur,& quare?

75 Donata ſocio, vel vxori non debent ſocietati, vel marito reſtitui,& ſi aliqualis eorum contemplatio habita ſit.

76 Gratia,vel conceſſio Principis, quæ pluribus rationibus, vel cauſis nititur, etſi aliquæ deficiant,ex aliis ſuſtinetur.

77 Abundantia, ſiue vera ſint, ſiue falſa,rei ſubſtantiam non tollunt.

78 Caſus litis D. Antonij de Vroz Manrique refertur.

79 Cauſæ impulſiuæ defectus diſpoſitionem, aut conceſſionem non infringit.

80 Expectatiuæ ſchedulæ datæ eis, qui iam alias Commendas habebant, nihil valent, & alia de eiſdem ſchedulis remiſſiuè.

SEd quoniam plures illorum, qui ſe de his Indiarum prouinciis benemeritos putant, non contenti generalibus mandatis, & iuſſionibus, quibus adeò enixè(vt diximus) eorum gratificatio,& remuneratio præcipitur,† ſolent ſæpè ſpeciales litteras, ſiue ſchedulas impetrare, vt ſibi Proreges, & Gubernatores de vacantibus, aut

vacaturis

vacaturis Commendis prouideant, interdum in-
tra designatam in eisdem schedulis quantitaté,
& interdùm sine quantitatis præfinitione, sed
provt personarum, & seruitiorum merita postu-
lauerint. Quas etiã schedulas non rarò alij quo-
que impetrant, qui in Flandria, aut alibi meriti
sunt, & aliquoties alij, quibus nulla vllibi merita
suffragantur, sed tantùm Regis gratia, vel Auli-
corum fauore nituntur. Videndum nobis nunc
est, quid eiusmodi litteræ præstent, & operentur?
Qualitérque Proreges, & alij Indiarum Guber-
natores, qui Commendandi ius habẽt, in earum
examinatione, & executione procedere debeant?
Ita † enim plures schedulas ann. 1535. 1568. 1571.
& 1591. & alias de hoc articulo passim agen-
tes, intelligemus, quæ reperiuntur in ordinat.
Mexicanis Licent. de Puga *fol.* 109. *& in 2. tom.
imp. pag.* 240. & apud Ant. de Leon *in tract. de
confirm. Regiis, 1. part. cap. 9. in fine, fol. 35. & cap.
seqq. fol.* 70. 80. 84. 87. *&* 88. & faciliorem eius
cognitionem, ac praxim, non sine aliqua Lecto-
rum vtilitate, & iucunditate, reddemus.

Et quidem, † si dictæ litteræ expectatiuæ ali-
quam Commendam iam tunc vacantem, aut in
posterum vacaturam specialiter exprimant, du-
bium non est, quin is, qui eas meruit, cæteris aliis
benemeritis, etiam schedulariis, in tali Commé-
da, sibi nominatim designata, præferendus sit.
Nam in toto iure † generi per speciem deroga-
tur, *l. in toto, D. de reg. iur. cap. generi 34. eod. tit.
lib. 6. c. 1. in fin. de rescrip.* quod in eisdem ferè no-
stris terminis loquitur, *c. dudum 14. de præb. in 6.
vers. Præsertim*, vbi Summus Pontifex hoc am-
pliat, etiam si in concessione speciali, nulla dero-
gatio generalis facta sit, cùm multis aliis, quæ
vltra alios, quos refert, adducit Castill. *lib. 5. con-
trou. par. 2. c. 95. per tot.* Rebuf. *ad leg Gall. 2. tom.
tit. de rescript. in præfat. ex n.* 103. Pet. Pechius *in d.
c. generi*, Aluar. de Velasco *in axiom. iur. litt. G. n.*
10 Et qui † specialem hypothecã habẽt, potior
est in ea aliis anterioribus creditoribus, qui ge-
nerali tantùm bonorum obligatione nituntur:
cùm alia bona manent, ex quibus ij, quod sibi
debetur, consequi possint, *l. quamvis 2. C. de pign.*
quam celebrem, & vnicam appellat Bald. *in c. 2.
de offic. leg.* Cremens. *sing.* 53. & pluribus illustrat
Ruiz *cons. 50. n. 27. lib. 5.* Couar. *3. var. c. 18. à princ.*
Molina *lib. 4. de primog. c. 6. à n. 21.* & alij relati ab
Alphano *collect.* 767. Vincen. de Fran. *decis. 5 par.*
2. Surd. *decis. 44. n. 1.* & Osasc. *decis. 151. n. 3. & seq.*

Et hoc est, quod dicimus, † prouisionem, siue
dispositionem specialem hominis, facere cessare
dispositionem legis, *l. fin. C. de pact. conuent. l. &
habet, § cum quis*, vbi gloss. *D. de precariis*, cum
traditis à Tusch. *litt. P. concl.* 951. D. Valenç. *cons.*
83. *n.* 140. vbi in nostris Commendarum terminis
loquitur, & Velasc. *in axiom. iur. ead. litt. n. 234. &
seqq.* Nam † cùm Rex, & dominus noster harum
Commendarum verus, & vniuersalis dominus
sit, vt sæpè retulimus, vbi voluntatem suam in
aliqua alicui conferenda satis expressit, obse-
quendi necessitas manet, non authoritas impe-
randi, aut consulendi, vt aliàs inquit tex. *in c. Ec-
cles. de constit. c. cùm olim de reb. Eccles. c. benè qui-
dem, 96. distinct. c. non placuit 16. q. 7. c. pastoralis,
§ quia verò, de offic. delegati, c. quod quis, de reg. iur.
lib. 6.* Et † ligatæ sunt manus inferiorum colla-
torum, ita vt aliis conferre non possint, & si se-
cùs fecerint, collatio irritetur, vt in terminis ea-
rundem expectatiuarum, de quibus loquimur,
docet tex. *in c. quia cunctis 1. de concess. præb. lib. 6.
& in c. proposuit 4. eod. tit. in antiq.* & additio ad
gloss. *verb. Duxerint, in cap. dilectus 27. de præb.*

Id quod certius erit, † si in eiusmodi schedu- 9
lis adiiciatur clausula decreti irritantis, eorum,
quæ in contrarium facta fuerint, vt *in cap. inter
cætera, & cap. dilecto, de præb. & cap. si soli de con-
cess. præb. lib. 6.* Et glos. *in finalibus verbis*, iuncto
tex. *in cap. vides, 10. dist.* † Vbi dicitur, quòd id, 10
quod contra leges fit, per leges solui meretur,
& *l. cùm ita, D. de condit. & demonstr. l. Pomponius,
§ sed & ij qui, D. de procur.* quibus probatur, quòd
eo ipso, quòd præcipitur vni dari, alij dari pro-
hibetur. Alioqui † si schedula talem voluntatis 11
expressionem, vel tale decretum non contineat,
sed in forma communi expediatur, valebit col-
latio de eadem Commenda alteri facta, licèt
conferens propter inobedientiam puniendus
existat, vt habetur *in d. cap. dilectus, & in cap. si
Capitulo, & d. cap. si soli, de concess. præb. lib. 6.* vbi
glos. & DD. eam huius rei rationem reddunt, †
quòd quando Princeps mandat Ordinario, vt 12
aliquid faciat, etiam si det executorem, qui com-
pellat Ordinarium ad executionem mandati, non
aduocat ad se potestatem conferendi, nec adimit
ab Ordinario, sed ipse Ordinarius ex propria
potestate confert, vnde actus fit ab habente po-
testatem, & valet, & tenet, licèt malè faciat,
& per hoc puniri possit.

Quod etiam docuit Lud. Gomez *in tract. de
mandat. de prouidendo, n. 14.* quem posuit *in Rub.* 13
de rescript. lib. 6. inquiens, † quòd receptus virtu-
te talis mandati, non censetur receptus auctori-
tate Principis, sed auctoritate Ordinarij, qui be-
neficium contulit. Pro quo est tex. expressus
in cap. cùm in aliquibus, de rescript. in 6.

Et viua ratio, † quòd ex simili concessione 14
nullum ius in re, neque ad rem tribuitur illi, in
cuius fauorem fuit facta concessio, sed solum ius
implorandi officium Iudicis, cui fuit directum
mandatũ, vt illud adimpleat, quovsque sit pro-
cessum ad receptionem, vigore talis mandati, *c.
ad audientiam el 2.* vbi glos. Abb. Felin. & alij,
c. penult. de concess. præb. lib. 6. Glos. *in c. veniens, de
renunt.* tex. apud nos celebris, *in l. 17. tit. 3. lib. 7.
recop.* cum aliis, quæ adducit idẽ Gomez *in Reg.
Cancellar. de non tollen. iur. quæst. 1. vers. Nam tali
casu pag.* 70. Glos. *in pragmat. sanct. Gallicana, tit.
in pragmat. verb. Nominationes, pag. 77. & verb.
Irritum, pag.* 25. Afflict. *in prælud. ad Constit.
Neapolit. q.* 12 Leon *cons. 114. n. 477. inter cons.
feud. fol.* 9. Bertrandus *cons. 292. n. 2. vol.* 3. vbi in-
quiunt, quòd litteræ beneficiales, & quicunque
actus collationem præcedentes, non tribuunt
ius in re, etiam si interuenerit reseruatio, & in-
terpositio decreti, & petitio impetrantis, Gon-
çalez *ad Reg. 8. Cancel. glos. 26. n. 20.* Leobinus
Aurelianensis *in tract. de mandat. Apostol. n. 17.
in princip.* & Guiller. Cassador. *decis. 3. tit. de præb.*
vbi inquiunt, quòd ex mandato simplici de pro-
uidendo ante executionem spes tantùm adqui-
ritur.

Et longè magis manus Proregis, aut Guber-
natoris ligatæ manebunt, si dictæ speciales sche-
dulæ dentur (vt interdum fieri solet) † ad Com- 15
mendam vacantem vel vacaturam, quam preca-
tor designauerit & acceptauerit. Etenim licèt
ante designationẽ possit alteri conferri, quia est
veluti quædã concessieo generalis, & conditio-
nalis, *l. hoc iure, & l. decem, D. de verbor. oblig. l. 1.*

& l.dies incertus, D. de condit.& demonstr. cum multis aliis, quæ ad hoc probandum citat Caſſad.*d.deciſ.3.n.7.* designatione tamen ſiue acceptatione facta, ius in rem ipſam acquiſitum videtur, & alij non poteſt conferri, vt probat tex. omninò videndus, *in dict.cap.1.de conceſ.præben. lib.6.* vbi Doctores.

16 Licèt verum ſit, † per talẽ clauſulam, & conceſſionem non fieri præiudicium alij, qui fortè ad Commendam ab iſto deſignatam ſpecialem, & anteriorem expectatiuam habuerit, vt probat tex. iuncta Gloſ.*verb. Proximè, in cap.tibi qui, de reſcript. in 6.cap. fin.de conſuetud.eod. lib.cap. ſi poſtquàm*, iuncta Gloſ. *verb. Motu proprio, de præb.eod.* & Gloſ.*in d.cap.1.verb. Cauſa, & in d. cap.ne captandæ, de conceſ.præben.eod.lib.6.* & dicemus *infrà cap.9.num.38.& ſeqq.*

Si verò dictæ ſchedulæ ſpecialem Commendã non exprimant, ſed generaliter, impetrantes, in Commendis vacantibus, vel vacaturis, remune-
17 rari iubeant. Tunc † iure communi inſpecto, cùm generi per genus non derogetur, dicendũ quidem videretur, Proregẽ, vel Gubernatorem, in earũ executione, & implemento, ipſarum datam inſpicere, & ſequi debere, vt ſic qui prior fuerit in tempore, ſit melior in iure, vt in ſimilibus reſcriptis ad eandem rem impetratis, docemur *in c.ſi duobus, c.ſi pro te, c.tibi qui, de reſcript. in 6.cap.eam te*, vbi Gloſ.*verb.Datam, cap.ad aures, cap.mandatum, eod.tit.in antiq.c.conſtitutus, & cap.ſi aliquando, de ſent.excommunic.l.27.& 29. tit.13.par.5.* Ex quibus deſumitur *reg.qui prior, de reg.iur. in 6.* vbi plura tradunt Dynus, & Pet. Pech. Anchar.*conſ.292.* Cuchus *lib.1.maior.inſtit. tit.7.ex n.10.* Dueñas *reg.198.* Aluarez Velaſc. *in axiomat. iur. litt.P. n.163.* & aliis relatis Staphileus *de litteris gratiæ, & inſtit. tit.de mandat. de prouidendo, §.idem dico ſi duæ gratiæ*, vbi hoc ampliat, etiam ſi reſcriptum, prius in data, fuerit poſterius in præſentatione, dummodò aliud nondum ſit executioni mandatum.

18 Et † conducit *lex 12.tit.14. lib.2. recop.* quæ Cameræ receptoribus iubet, vt Regias gratias, ſiue *Librançes* ſuper his iuribus datas, iuxta datæ anterioritatem, & non aliter, nec alio modo perſoluant, de quo poſt Azeued.ibid. aliqua tradit Heuia de Bolaños *in Curia Philip. 2.part. lib.2. cap.12.n.61. & reg. tex. in l.Publius 36.§.1.D.de*
19 *cond.& demonſt.* † quæ dicit, quòd primò vocatus, cenſetur magis dilectus, iunctis pluribus, quæ vltra alios circa eam tradit Menoch. *de præſumpt.lib.4. præſumpt.16.n.3.cum ſeqq.* Maſcard.*de probat.concluſ.67.*& plures alij quos refert D. Epiſcopus de la Paz *in cap. decernimus, n 2 cum ſeqq. de iudiciis*, & nouiſſimè D.Valençuela *conſ.113.num.81.vol.2.*& D.Ioan.del Caſtillo *de vſufructu c.40.n.17. & ſeqq.* Aluarez de Velaſco *in axiom.iur.litt.D.num.103.*

20 Et † alia Reg. *l.1.C.de Conſulibus, lib.12. l.1. C.de Præfect.Præt.eod. lib.l.vnicuique, C.de prox. ſacr.ſcrin.l.1.§.& inter, D.de albo ſcrib.l.2.D.Decurionibus*, quæ docent, quòd quando duo eiuſdem qualitatis concurrunt, præferendus eſt antiquĩor iuniori, in omnibus caſibus, in quibus præcedentia conſiderari poteſt, de qua latè Iaſ. *in l.3 num.11.& ſeqq. D.ſi cert.pet.* Boër. *de auct. mag.conſ.num.68.& ſeqq.* Portius *conſ.167.n.60. cum ſeqq.* Ioſeph.Ludou. *deciſ.Peruſ.93.num.72. part.2.*& Anton.Gama *deciſ.Portug.1.n.5.& 45.* & Tiraq *de primog.q.19.n.2.* vbi probat, quòd prior nominatio maiorem dignitatem arguit.

Necnon etiam dici poſſet, quantitatis, quæ largiri præcipitur, conſiderationem habendam eſſe, cũ † ex maiori, maioris quoque affectionis, & voluntatis argumentum deſumi ſoleat, vt probat tex.*in l.ſi ita, D.de hæred. inſt.& in auth. hoc ampliùs, C.de fideicomm.* ibi: *Vel legatario maioris emolumenti*, cum aliis, quæ tradit Maſcard.*de probat.concl.67. & concluſ.517.*& Menoch.*de præſump.lib.4. præſumpt.16. n.4. verſ. Secunda coniectura*, vbi in eandem ſententiam Corneum, Socin.Iunior. & alios allegat, & præcipuè Crauet. *conſ.161.n.6.& conſ.297.n.2.verſ.Secunda maior.*

Cæterùm municipali Indiarum iure, de quo agimus, inſpecto, † hoc totum arbitrio Gubernatorum relinquitur, qui in conflictu, ſiue concurſu eiuſmodi generalium expectatiuarum, ſeu mandatorum de prouidendo, non tam debet attendere tempus datæ, vel quid in illis iubeatur, quam quid fieri oporteat, & merita impetrantiũ expoſtulent. Sic enim expreſsè deciditur in omnibus ferè ſchedulis, quarũ *ſup.n.2.* meminimus, & in alia an.1567. Dom.D.Franc. à Toleto, alia Matr.27.Martij, 1605. Dom.Comiti de Monte-Rei, alia Valliſolet.3.April.an.1610. D.Marchioni de Monteſclaros, Peruanis Proregibus directis. Et in eorum peculiaribus, & ſecretis inſtructionibus, quas ſecum portant, vbi ad hæc munera delegantur, idem eiſdem animaduertitur, ea ratione addita, quòd Regiæ intentionis non eſt, per ſimiles ſchedulas aliarum vim infringere, ac derogare, quæ ità ſeriò, & grauiter Conquiſitores, & alios Indiarum benemeritos remunerari, & his Commendis donari præcipiunt, iuxta formã, & gradus, de quibus *in c.præced.* tractauimus.

Vndè tales ſchedulæ † ſunt veluti quædam litteræ recommendatoriæ, aut excitatiuæ, quibus Gubernator non grauatur; nec partium iura læduntur, ſed vnicuique, ſeruata meritorum proportione, ius ſuum ſeruari, & data opportunitate, competens præmium ſine tertij præiudicio reddi præcipitur, *l.fin.C.ſi contra ius, vel vtil.pub. l.anniuerſa, C.de diuerſ.reſcript.l.nequè damnoſa, l.reſcripta, C.de precip.Imper.offert.*

Et vt dictæ ſchedulæ ſubdunt, † & præſertim illa dat.Matr.27.Octob. an.1535. ad D.D.Ant. Mendoziam, Peruanum Proregem ſcripta, quæ habentur inter ordin.Mexican. *fol.109.* abſurdũ eſſet, vt qui antiquitate, dignitate, laboribus, & meritis, minor, aut iunior eſſet, ob hoc tantùm aliis præſtantioribus præferri deberet, quòd in conſequendis eiuſmodi expectatiuis, ſeu commendationibus vigilaſſet, quas ipſe Rex fatetur ſe multoties concedere: *Por reſpetos de criados, y ſeruidores nueſtros, que nos ſuplican, è porque las perſonas à quien ſe dan parecen calificadas, è con no mucha informacion de las calidades de las perſonas en cuyo fauor ſe dan, &c.*

Quæ grauis & iuſta deciſio, ac ingenua Regis noſtri confeſſio, confirmari, & illuſtrari poteſt † ex iis quæ in valdè ſimilibus caſibus dixerunt Impp.*in l.1.C.de petit. bon.ſublat lib.10.* ibi: *Sed quoniam plerumque ita in nonnullis cauſis inuerecunda petentium inhiatione conſtringimur, vt etiam non concedenda tribuamus, nec reſcripto quidem noſtro aduerſus formam lata legis loci aliquid relinquatur, l 3. C.de pagan. l.vnica, C. de Senat.Conſult.l.2.C.de canon.frum lib.10. l.2. C. de fund. Limitroph. libr.12 auth. vt non fiant pignorat. coll. 4. auth. vt differ. iud. in princip.*

Et

Et Summi Pontifices *in c.si quando, de rescript,* vbi gloss. *verb. Qualitates,* alia iura adducit, & 26 notat,quòd † quæ per importunitatem nimiam obtenta sunt, non valent, *cap. 2. de concess. præb. lib.6.* quod in eisdem nostris expectatiuarum terminis loquitur, ibi: *Per promissiones huiusmodi, quæ per importunitatem nimiam (per quam non concedenda multoties conceduntur) & per ambitionem improbam, vt plurimum extorquentur,&c. cap.vlt.de rescript. cap.1.de religios. dom.eod.lib.6.* ibi: *Sed quia non solùm importuna petentium inhiatio, illarum postmodùm multiplicationem extorsit, cap. cùm in iuuentute,de purgat.canon.* ibi: *Cæterùm quia procurator instabat, compulsi fuimus,non iuris necessitate, sed importunitate petentis,cap.tuæ fraternitatis 20.de præbend.* ibi: *Propter importunitatem petentium,*vbi gloss. 27 notat, † quòd electio facta ad importunum clamorem,non valet,*cap.Osius,de elect.cap.miramur 61. distinct.*

Et consonat tex. *in cap. importuna, de pœnit. dist.1.* Concil.Trid. *sess.25. cap.10.* locorum distantiam adiiciens,quod maximè nostro propo- 28 sito conuenit, † ibi: *Quoniam ob malitiosam petentium suggestionem, & quandoque ob locorum longinquitatem, personarum notitia, quibus causæ mandantur,haberi non potest,&c.*Et Seneca *lib.4. controuers.3.* ibi: *Multa nobis extorquentur quæ nolumus concedere*, cum aliis, quæ tradit Bald. *in cap. aut pactum, de vsuris*; Decius *cons. 69. num.25.* Cepola *cautela 36.in fine,* latissimè Palac. Rub. & eius Additionat. *in repet. Rub.§.81. litt.B.* idem *de benef. vacant. in Curia,* §.4. Soto *de iust. & iure*; *libr. 3. q.6.* Cassador. *in reg. de non tollendo iure quæsito, decis. 3. num. 3.* Gomez ibidem, *num.1.* Annæus Robert. *lib.2. rerum ind.cap.11.fol.168.* Platea & Luc. de Pen. *in d.l.1. C.de petit. bon.subl.* Azeued. *in l.14. numer.44. & 45. tit.3. lib. 1. recop.* latè Bobadilla *in Polit. libr.3. capit.10.* cui titulus, *Si puede el Corregidor acetar ruegos, per totum,* & Nauarrete *discurs. politico 24. pag.161. & seq.* vbi benè addit, non solùm Pontifices, ac Reges ob 29 importunitatem flecti solere; † verùm & Deum ipsum, iuxta illud *Lucæ 11, 8. Saltem propter improbitatem dabit eis.* Et D.Hieron. qui de Cananæa loquens, scribit: *Quod precibus non potuit,tædio impetrauit*; & nouissimè alia adducens D. D. Felicianus à Vega Episcopus Pacensis *in cap.proposuisti,n.58.de foro comp.*vbi hinc infert rationem decidendi ad tex.*in l.6.tit.14.libr.4.recopilation.*

30 Est autem *inhiatio* propriè in dictis iuribus, non *importunitas nimia*, vt glossæ malè putauerunt, sed nimia auiditas, siue cupiditas alicuius rei consequendæ, vt benè aduertit Ioan.Bellon. in Etymol. quæ efficit, vt homines nulli malitiæ, improbitati, aut importunitati parcant, vt quæ cupiunt, consequantur, dum eis inhiant, hoc est, luporum famelicorum modo, (à quibus metaphora, siue translatio sumi videtur) aperto ore appetunt,gestiunt, & insequuntur in eisque adipiscendis,neruis omnibus incumbunt; vt relictis aliis bonorum Auctorum testimoniis, quæ Calepinus adducit, colligi potest *ex* † *l. per diuersas 22. C. mandati,* ibi: *Quosdam alienis rebus fortunisque inhiantes, l.1. C. publicæ lætitiæ,lib.12.* ibi: *Si sacros vultus inhiantibus for-* 32 *tè populis inferimus.* Et ob id † Reges, & Imperatores sæpe solent pœnas imponere eiusmodi iniustis, & damnosis petitionibus, vt sic ab importunitatibus, & inquietationibus vassallorum liberentur, eas antecedenter generalibus legibus prohibentes, & repellentes, vt *in l.omnes feudi, & l.penult. C.de fund.patrimon. lib.11.* cum aliis,quæ adducit Fulgos.*cons.20.col.3.ante num.5.*

Et hinc est,quòd (vt diximus) non sit multum curandum de prioritate, aut quantitate dictarum schedularum.Nam cùm ipse concedens expresserit, se nolle,vt impleantur in præiudicium aliarum, quæ benemeritos præferri iubent,parum prodest antiquitatis, vel maioris,aut minoris quantitatis prærogatiua; † cùm deceptio, 33 & inhiatio, siue importunatio, quæ Principem mouit, æquè in his quoque omnibus voluntatis,seu nullitatis defectum operetur,vt in simili eleganter docet I.C.*in l.doli mali clausula 19.D. de donation.* ibi: *Nam, & in secunda promissione intercessio est*, & ibi: *Quia si nunc etiam minor est,rursus circumuenietur,*iunctis aliis,quæ tradit Sfortia Oddus *in tract. de restitut.2.part. q. 86. art.1. & seqq.* Sempérque † inspiciendus, & at- 34 tendendus est finis, qui in his Commendis ab initio desideratur,nempè magis meritorum gratificatio, & prælatio, arg. tex. *in l.si quis neque causam 4.D.si cert.pet.l.diximus,de excusat.tutor.* cum similibus congestis ab Hippol. de Marsil. *sing.247.* Euerardo *loco 100.* Tiraq.*de retract.lignag.ad fin.tit.18. nu.19.& 23.* Giurba *ad Cons. Messanen. part.1. cap.1.glos.4.n.112.* Perecio *in addit. ad Seguram in l.1.§.si vir vxori, num.63. D. de acquir. poss.* & nouissimè Velasco *in axiom.iur.litt.P. num.157. & litt.F. num.144& seq.*vbi etiam cum aliis probat, quòd omnia à fine regulari debent.

Quamvis negandum non sit,† quòd si in his, 35 qui ad sui recommendationem, & remunerationem peculiares has litteras impetrarunt, sufficientia merita,ac seruitia concurrant,& inueniantur, iustum erit, vt Gubernatores maiori quoque cura,& studio in eisdem, cæteris paribus, remunerandis, & præferendis procedant. Cùm præter mandatum generalium schedularum, hoc item speciale habeant, quod in suis expectatiuis continetur, vt expresè animaduersum,vel decisum videmus, *in d.sched. ann.1535.* ibi: *Teniendo siempre intento, que en igualdad de calidad han de ser preferidas las personas que tienen cedulas nuestras,&c.*Et probatur ex doctri- 36 na,quæ habet,quòd † quando nominatio prima est facta generatim, & secunda speciatim, præsumitur maior affectio erga nominatos speciatim,arg *l.cùm ita, §.in fideicommiss. D.de leg.2.l. Titius,* iuncta glos. ibi *de lib. & posthum.* cum aliis, quæ adducit Mascard. *de probat. conclus. 67.num.7. vol.1.* Et idem probatur *argum. legis final. C.de edict. Diu.Hadriani, auth. itaque,C.de success. cap.1.de tregua, & pace, & §.sed hodiè, Inst. de adoption.*ibi: *Quia concurrunt in vnam* 37 *personam, & naturalia, & adoptionis iura*: † quod duæ rationes, vel plures præualent vni, & quòd duo vincula fortiora sunt vno;de quo brocardico tradunt plura Scribentes in eisdem iuribus, & Euerard. Senior *cons.44.* Couarr.*de success.ab intest.num.9.* Anton.Gama,& eius Additionator *decis. 27.* Claudius Pratus *Gnoseon gener.iur.lib.3.tit.3.c.3.*D.Valençuela Velazquez *cons. 17. numer. 7.* & Velascus *vbi suprà litt.D. num.238.*

38 Et in hoc notare debemus, quòd † quamvis
prædictæ schedulæ fortè de solis Commendis va-
caturis aliquem prouideri iubeant, adhuc tamen
impleri poterunt etiam in his, quæ tempore con-
cessionis, vel ante eam vacabant, maximè vbi con-
cedens tunc eas vacare ignorabat, vt doctè aduer-
tit, & probat Hippol. de Marsil. *in Rub. de fideiuss. num.* 84. Cynus, & Imola *in l. hac conditio, §. si sic, D. de cond. & demonstr.* Castrens. & Socin. *num.* 4. *in l. si iam facta, D. eodem*, & Leand. Galganet. *in tract. de cond. & demonst. 2. part. cap.* 1. *q.* 37. *num.* 7. *pag* 154.

Verumautemuerò quoniam, vt ipsa eadem
schedula anni 1553. testatur, & quotidiana
39 experientia demonstrat, † multi, qui has litte-
ras expectatiuas, & alias similes impetrant, in
suis meritis, & seruitiis coram Principe, & eius
Supremo Consilio referendis, & exaggerandis
excedunt, & ob locorum distantiam sæpè deci-
pere, & facilè imponere possunt, & solent. Me-
40 ritò eadem schedula cauetur, † vt Proreges, &
Gubernatores eiusmodi relationibus fidem non faciant, sed de earum veritate, & de qualitate impetrantium inquirant, atque dispiciant, vtpotè qui cùm viciniores sint, & rem (vt dici solet) præsentem, & ad oculum habeant, securiùs, & penitiùs eam tenere, & callere possint, atque adeò, quod iustiùs, & opportuniùs fuerit, prouidere; schedulæ verba sunt hæc: *E per que las personas à quien se dan, parecen calificadas, è con no mucha informacion de las calidades de las personas en cuyo fauor se dan, estareis aduertido, que quando assi os mostraren las dichas cedulas, os informeis bien de la calidad de sus personas, è como persona que tiene la cosa presente, proueais siempre lo que mas viredes que conuiene sin embargo de ellas, &c.*

Quibus verbis Rex noster sequutus videtur
41 † sententiam Summorum Pontificum *in c. quosdam, & in cap. quanto, de præsumpt.* vbi de notitia alicuius rei pro vicinioribus, & præsentibus præsumitur, eiúsque examinationem eis deferunt, vt constat ex illis verbis: *Quanto viciniores estis, credo subtiliùs cognouistis*, & ex illis: *Latere vos in propinquo non potuit, quod ad nos ex longin-*
42 *quo peruenit.* Quibus † adridet *l. si vicinus, C. de nupt. l. filium eum definimus D. de his, qu sunt sui*, cum multis aliis, quæ circa hanc præsumptionem tradit Bart. & DD. *in l.* 1. *num.* 9. *D. si cert. pet.* Menoch. *de arbitr. cas.* 222. *num.* 8. *& de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 24. *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 1406. *num.* 1. *& seqq.* Tusch. *verb. Scientia, concl.* 2. Costa *de facti scient. & ignor. inspect.* 73. *num.* 9. & Farinac. *in fragm. crimin. part.* 2. *litt. Y. n.* 169. Et idem habetur in Conc. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 10.
43 cuius verba retulimus *sup. hoc cap. n.* 28. Et † exornari potest *ex cap. cum inter, qui matr. accus. poss.* vbi probatur, quòd propter distantiam locorum præsumitur ignorantia: de quo plura etiam tradit Roman. *cons.* 33. & alij, quos refert Grammat. *cons.* 112. *num.* 5. & elegantius ex verbis D. Bernardi *lib* 3. *de consid. ad Eugen.* ibi: *Vbi enim certior, ac facilior notio, ibi decisio tutior, expeditiorque esse potest.*

Et pariter ex verbis eiusdem schedulæ ces-
sat hac in parte † illa quæstio de fide, & cre-
44 dulitate, quæ haberi debet, vel non relationi meritorum, & seruitiorum, quæ in aliqua schedula, vel priuilegio inseruntur, & referuntur.

Circa quam Ego, quia vtilissima, & frequentissima est, ita distinguendum existimo. Primò, quòd si Princeps asserat talia seruitia, vel merita præcessisse, eáque speciatim enarret, & maximè si ex actibus, & instrumentis in eius Consilio visis, & approbatis, deducta esse affirmet, tunc eius dictis, & relationi absque alia inquisitione, vel hæsitatione standum sit, vt post Bald. Iason. & alios eleganter concludit glos. *sing. in cap.* 1. *verb. Noscatur, de constit. in* 6. *l.* 32. *tit.* 16. *part.* 3. *l.* 2. 30. *&* 34. *tit.* 18. *part.* 3. Vitalis *in tract. de clausulis tit.* quando verba narratiua, Ferretus *cons.* 94. Franc. Marc. *decis.* 779. *part.* 1. Grammat. *decis.* 65. *num.* 62. *&* 63. Afflict. *in cap. Domino* Guerram, *notab.* 2. *ex n.* 5. *ad* 10. hîc finitur lex Feder. Natta *cons.* 487. *ex num.* 43. *ad* 47. Socin. Iunior *cons.* 95. *num.* 9. *&* 10. *vol.* 1. Roland. *cons.* 1. *n.* 86. *vsque ad* 94. *vol.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 184. *& seqq. & concl.* 560. 621. *&* 753. *num.* 35. Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. Donatione, num.* 99. Tiber. Decian. *resp.* 41. *num.* 29. *&* 32. *vol.* 2. Surdus *cons.* 323. *num.* 30. *vol.* 3. Camil. Borrel. *cons.* 1. *à nu.* 140. Ludou. Schrader. *cons.* 21. *lib.* 2. *n.* 111. Menoch. *cons.* 10. *num.* 26. *&* 27. *& de arbitr. casu* 132. Gail. *lib.* 2. *obs. cap.* 38. Misynger. *cent.* 4. *obser.* 75. Ioann. Bolognet. omninò videndus, *cons.* 1. *num.* 51. *& cons.* 3. *num.* 71. *& seqq.* Turretus *cons.* 71. *num.* 1. *vol.* 1. Afflict. *decis.* 105. *num.* 14. Foller. *de censib. verb. Non vitiatas, num.* 55. Burgos de Paz *cons.* 25. *n.* 28. Salon de Paz eius filius *in quæst. ciuil. q.* 11. *num.* 18. *&* 19. Tusch. *litt. B. concl.* 86. Bursat. *cons.* 138. *num.* 36. Farinac. *quæst.* 63. *cap.* 3. *num.* 181. Matienz. *in l.* 6. *tit.* 10. *glos.* 1. *num.* 19. *lib.* 5. *recopil.* Ioann. Garcia *de nobilitat. glos.* 2. *ex num.* 21. *& glos.* 12. *à num.* 17. Gratian. *discept. forens. tom.* 4. *cap.* 657. *num.* 51. Cancer *lib.* 3. *variar. resolut. cap.* 3. *num.* 247. *& seqq.* Anton. Gomezius Maceratens. *lib.* 3. *var. cap.* 40. *num.* 22. *pag.* 491. Escobar *de ratiociniis, cap.* 24. *num.* 32. Fontanel. *de pact. nuptial.* 2. *p. glos.* 10. *claus.* 4. *n.* 25. nouissimè D. Valenç. *cons.* 155. *n.* 9. *& cons.* 163. *n.* 116. *vol.* 2. D. Ioann. del Castillo *in* 7. *tom. controuers. cap.* 6. *in fine*, & Anton. de Leon, qui in nostrarum Commendarum terminis loquitur, *d. tract. de confirm. Reg.* 1. *part. cap.* 9. *in fine, ex num.* 24.

Secus verò si dicta specificatio non interueniat, sed dumtaxat generaliter dicat Princeps, esse seruitia, tunc enim ea non probantur ex sola hac, & tali Principis assertione, vt post alios obseruat Gail. & Misyng. *sup.* Rebuff. *in compend. de alien. reb. Eccles. nu.* 62. Vital. *de camb. in tract. de claus. tit. quod verba narratiua*, vbi fetiam relationem requirit, Matienz. *d. n.* 19. vbi se remittit ad gloss. 10. *l.* 15. *eiusd. tit.* & idem sentit Ioann. Garcia *vbi sup. num* 18. & Matta *de clausulis, verb. Propter benemerita*, & latè Farinacius *decis.* 412. 2. *part. nouissimarum.*

Secundò constituo, quòd si in dicta schedula, rescripto, vel priuilegio, Princeps de hac seruitiorum examinatione nihil affirmet, sed solùm dicat, ab impetrante factam fuisse relationem eorum, quæ ibidem inseritur, prout in eius libello, seu memoriali continetur, vt sæpè fieri solet, tunc hæc relatio ad probationem meritorum non sufficiet, sed poterit, & debebit denuò super eisdem inquiri, & sufficiens probatio desiderabitur, vt aduertunt DD *supra citati*, & in specie Anton. de Leon, Matienz.

&

& Caſtill. *vbi ſup.* vbi ad hoc expendit *l.31. tit. 16. l.29. 30. & 34. tit. 18. part. 3.* & gloſſ. *verb. Noſcatur, in cap. 1. de conſtitut. lib. 6.* & Tiber. Decian. *reſponſ. 55. nu. 37. vol. 1.* vbi docet, quòd benemerita aliter conſtare debent, quàm per talem aſſertionem, vel relationem concedentis.
45 Quia † verba narratiua partis etiam in reſcripto Principis, nihil diſponunt, vt in auth. ſed cùm teſtator, vbi Rom. 10. *ſpeciali, C. ad legem Falcid.* gloſſ. communiter recepta, *in l. vnica, C. quando non petent. partes,* idem Rom. *conſ. 79. circa finem*, Bernard. Diaz, & eius Additionat. Salced. *reg. 781.* & innumeri alij, quos congerit D. Ioann. de Caſtillo *libr. 2. controu. cap. 26. numer. 76.* Pichard. *in tract. de mora, numer. 60.* & Gratianus *reg. 483.* Maximè cùm talis relatio ſine delectu, & conſideratione ſcribi, & inſeri ſoleat ab actuariis ſecretariæ, & veluti de
46 ſtylo notariorum. Quo † caſu ſcimus, etiam clauſulas admodum graues, in contractuum inſtrumentis adiectas, parum attendi ſolere, vt communiter tradunt D D. per textum ibi, *in l. quod ſi nolit, §. quia aſſidua, D. de ædilit. edict. l. fin. C. de fideiuſſ.* Couar. *in 2. part. Rub. de teſtam. num. 14.* Hottoman. *conſ. 13.* & alij, apud Gratian. *reg. 428.*

Idémque erit, etiam ſi aliter, quàm per relationem partis talia ſeruitia in reſcripto Princi-
47 pis non affirmentur, † ſed ſolùm enuntiatiuè narrentur, & proponantur, quamvis contrarium arbitretur Anton. de Leon. vbi ſup. *num. fin.* Nam licèt in aliquibus caſibus verba enuntiua Principis probent, maximè quando in eis fundatur eius diſpoſitio, vt *in Clem. 1. de probat.* hoc tamen fallit, vbi talia verba continent factum alienum, vt notat Bald. *in l. ex his verbis, C. de teſtam. mil. col. fin.* Iaſ. *conſ. 34. vol. 1.* Decius *conſ. 429.* Alex. *conſ. 124. vol. 1.* Thom Grammat. *deciſ. 105. num. 9.* & innumeri alij, quos refert, & ſequitur Nicol. Genua *in tract. de verb. enunt. lib. 1. q. 4. per tot.* & Tuſchus *litt. V. concluſ. 81.* qui hoc certiùs procedere docent in reſcriptis Proregum, ſeu aliorum legatorum, vel Vicariorum Principis, quorum verba enuntiatiua nihil probant, & operantur, vt in ſpecie poſt plures, quos refert, concludit, & de communi teſtatur Ruin. *conſ. 608. num. 3. vol. 1.*

Quod tamen Ego limitandum cenſerem † in ſchedulis, reſcriptis, vel priuilegiis valdè antiquis, in quibus dicta merita, vel ſeruitia enuntiatiuè, & ex motu Principis recenſerentur, nam tunc durum planè, & iniquum eſſet, partem ad eorum nouam probationem, & verificationem compellere, quæ vltra enuntiationem principalem, temporis quoque longiſſimi, præſcriptionem pro ſe habet, quæ † inducere ſolet præſumptionem, quòd omnia ſolemniter, & vt oportebat, acta & probata ſint, *l. ſi filiusfamilias, C. ne pet. hær. l. qui in aliena, § ſed & ſi non adierit, D. de acquir. hæred. l. ſciendum. D. de verb. obligat.* cum aliis, quæ adducit Iaſon *in l. 1. C. qui admitti, num. 10.* Tiraq. *de præſcription. § 1. gloſ. 4. verſ. Hæc pertinet,* Maſcard *de probat concl. 1316. vol. 3.* Menchac. *controuerſ. illuſtr. lib. 2. cap. 66.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 132.* Gratian *reg. 44.* Ceuallos *in pract. commun. q. 522.* & latè Craueta *vbi ſup. 2. part. art. 2.* Et in terminis verborum enuntiat votum, & quòd hac de cauſa in antiquis probationem inducant, textus, & DD. *in l. optimam, C. de contrab. & commit. ſtipulat.* latè Craueta *in tract. de antiq. temp. 1. par. §. propoſitum noſtrum, ex num. 59.* Maſcard. *de probat. concl. 923. vol. 2.* Viuius *in commun. opinion. lib. 19. verb. Verba enuntiatiua,* & plurimi alij apud Tuſchum *d. concl. 81.* Genuam *d. q. 4. num. 21.* Aloyſ. Riccius *in collect. deciſ. 5. part. cap. 1625. ad fin.* Et quòd in antiquis inſtrumentis † ſufficiant, etiam ad probandum dominium, 50
tex. & DD. *in l. indicia, C. de reiuindic.* Bald. *in l. proprietatis, n. 4. & 7. C. de probat. & conſ. 429. n. 4. lib. 1.* Abbas, Alexand. Decius, Ruin. & alij, quos refert, & ſequitur Burg. de Paz *conſ. 16. n. 12. & 17.* Menoch. *conſ. 21. n. 17. lib. 1.* Greg. Lopez *in l. 10. tit. 15. part. 6. gloſ. 8.* & D. Valençuela Velazq. *conſ. 10. n. 44. vol. 1.*

Tertiò conſtituo, quòd quomodocunque prædicta ſeruitia, & merita referantur, adhuc tamen Prorex, vel Gubernator, cui eorum præmium, & ſatisfactio committitur, † ſi illa falſa, & 51
impoſita eſſe compererit, & ſubreptionis, vel obreptionis vitio reſcriptum laborare, poterit, & debebit in reſcripti executione ſuperſedere, & Principem de cauſa, quæ eum ad hoc mouet, conſulere, vt docet tex. celebris, & vulgaris *in cap. ſi quando,* ibi: *Quia patienter ſuſtinebimus, ſi non feceris, quod praua nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum: & in cap. cùm teneamur 6. de præbend.* ibi: *Æquanimiter ſuſtinemus ſi pro eo mandatum noſtrum non duxeris exequendum: authent. de mand. Princip. §. denique, verſ. Nunciandum,* vbi gloſ. optima, *coll. 3.* cum multis aliis, quæ de ſuſpenſione mandati ſuperioris, quod iniuſtum, vel damnoſum videtur, tradunt plurimi Auctores, quos refert Cenedus in Collectan. 3. ad Decretal. *ſup. d. cap. ſi quando, numer. 2.* elegantiſſimus P. M. Marquez *in Gubern. Chriſtiano lib. 1. cap. 10. pag. 53. & ſeqq.* & Menochi. *de arbitr. caſ. 334. num. 6.* Quibus addo Cepolam *caut. 2. num. 6.* vbi benè notat, prædicta iura, & ſimilia † contra miſeros Præ- 52
latos, qui timent litteras Papæ, & non audent reclamare, quod facere non debent, vt per gloſ. *verb. Noſcatis, ad finem, in cap 1. de conſtit. lib. 6. in cap. extra, de filiis presbyter.* Angel. *in auth. vt determin. ſit num. Cler. col. 1.* & Florian. *in l. 4. §. ſed, & ſi quis iudici, D. finium regund.* & meliùs per Zabarellam *conſ. 143. n. 4. in fine,* vbi inquit, quòd Papæ diſplicent timentes ſua reſcripta contra ius, in tantum, quod non audeant reclamare, quia imò quilibet grauatus poteſt audiri, *& conſ. 143. in fine,* vbi, quòd Sedes Apoſtolica quandoq; concedit non concedēda ex importunitate impetrantium, per quæ datur materia obloquendi de Prælatis, & dicendi, vbi eſt Deus Clericorum, cap. magnæ, de voto. Ideò tales conceſſiones contra ius extortæ obediendæ ſunt, ſed non exequendæ, vt *in d. cap. ſi quando,* & ſimilibus.

Nam ſemper veritati locus relinqui debet, quæ omnia vincit, & errore, aut falſa aſſeuera- 53
tione non immutatur, *l. fin. verſ. penult. D. de probat. l. illicitas, §. veritas, D. de offic. Præſid. l. error, C. de iur. & fact. ignor.* vbi latè & Padilla *§. ſi quis rem ſuam,* vbi gloſſ. & Pichard. *Inſt. de legat.* optimus tex. *in l. aſſumptio 6.* vbi Bart. & DD. *D. ad municip.* cum traditis à gloſſ. *verbo Solus, in l. 5. D. de neg. geſt.* Couar. *lib. 1. var. cap. 1. num. 3. & 4.* Vitalis *lib. 1. variar. cap. 3.* & latiſſimè D. Valençuela *conſ. 11. num. 49. cum multis ſeqq. & conſ. 23. num. 83. & 85. & conſ. 27. num. 7. & conſ. 90.*

num 104. & conſ. 47. ex num. 24. vbi quod gra-
tia non habet effectum ante verificationem
54 narratiuæ. Et mendax † precator debet omni-
nò carere impetratis, cap. ſuper litteris 20. de re-
ſcript. cap. dicenti, §. & ſi legibus 25. q. 2. l. & ſi
legibus, C. ſi contra ius, vel vtil. pub. l. fin. C. de iis,
qui à non dom. manumitt. ibi: Fallendo Principis
conſcientiam, Rota Romana ſacri Palatij deciſ.
541. num. 12. part. 3. lib. 3.
55 Quia † omne reſcriptum hanc conditionem
tacitam in ſe habet, ſi preces veritate nitantur,
l. fin. l. præſumptione, l. & ſi non cognitio, C. ſi con-
tra ius, vel vtil. pub. cap. præſcriptione 25. q. 2. c. 2.
de reſcript. ibi: In huiuſmodi litteris intelligen-
da eſt hæc conditio, etiam ſi non apponatur, ſi
preces veritate nitantur, l. 48. vbi Gregor. Lo-
pez gloſſ. 1. tit. 18. l. 6. tit. 19. part. 3. cap. graue, de
offic. ordinarij, cum aliis traditis à Rebuf. ad leg.
Gall. in tract. de reſcript. in præfat. num. 125. &
ſeqq. & num. 174. verſ. 5. Aluar. Velaſcus con-
ſult. 163. num. 3. par. 1. D. Valençuela conſ. 69.
56 num. 90. Vbi benè ſubiungit, quòd † extanti-
bus obreptionibus, aut ſubreptionibus noto-
riis, reſcripta ad lites veniunt annullanda, re-
ſcripta verò gratiæ ſunt ipſo iure à principio
nulla, cap. poſtulaſti, cap. ad aures, cap. conſtitu-
tus, cap. ad audientiam, de reſcript. vbi DD. &
in Clem. 1. de præbend. ibi: Nullius momenti, cap.
cùm noſtris, de conceſſ. præbend. l. 1. §. quæſitum,
D. de appellat. ibi: Si enim docuerit, vel falsò,
vel non ita ſe habere, nihil à nobis videtur im-
petratum, l. 36. tit. 18. part. 3. ibi: Que ſi carta
fueſſe ganada, diziendo mentira, encubriendo ver-
dad, que non debe valer, Roder. Suarez conſ. 2.
num. 10. & alleg. 13. num. 9.
57 Et ratio eſt, † quia deficiente veritate in nar-
ratiua, deficit voluntas in Principe, qui conce-
dendo circumuenitur, d. cap. conſtitutus, ibi: Et
de hoc memoratus P. non feciſſet in ſuis litteris
mentionem, intelligendum erat, circumueniſſe præ-
deceſſorem noſtrum. Eleganter Caſſiodorus lib.
5. var. epiſt. 24. ibi: Rogari enim in talibus cauſis,
non fraudari Principem decet, quia negligentiæ vi-
tium eſt, præſumptiones relinquere, quæ iura præci-
piunt amputari.
58 Et quia cùm ſemper in † Principe, & Prin-
cipis reſcriptis præſumatur cauſa, iuxta gloſſam
in l. relegati, in princ. D. de pœn. Bart. & Cynum
in l. reſcripta, C. ſi contra ius, vel vtil. pub. adeò
vt non admittatur probatio in contrarium, ex
traditis à Franc. Marc. 1. part. q. 868. num. 7. ſi
cauſa, quæ eum mouit, & fuit finalis ad aliquid
concedendum, deficiat, aut falſa eſſe probetur,
59 † neceſſariò quoque eius conceſſio, vel confir-
matio deficere debet, d. Clem. 1. de præb. cap. quia
circa, vbi Abbas, de conſanguinit. & affinit. tex. &
ibi Bart. & DD. in l. 2. §. fin. de donat. & in l. adi-
gere, §. quamvis, D. de iur. patron. Et idem contin-
60 gere videmus † in legato, quod ex falſa cauſa
datum inutile eſt, l. 1. C. de falſa cauſa adiect. leg.
61 cum ſimil. Et item † in ſententia, quæ quamvis
in contradictorio iudicio lata ſit, reuocatur, ſi
conſtiterit falſis inſtrumentis, vel allegationi-
bus, vel teſtibus, circumuentam fuiſſe religionẽ
iudicantis, l. 1. & per tot. C. ſi ex falſ. inſtrum. cum
ibi notatis, l. qui teſtamento 40. D. de excuſat. tu-
torum, Menoch. conſ. 501. num. 32. lib. 6. & D. Va-
lençuela conſ. 69. num. 118. vbi quòd ſententia
Regis, ex falſa cauſa lata, non habet vim legis,
vbi eſt error detectus.

Et quod magis ad noſtras Commẽdas accedit,
in † inueſtitura feudali; cuius cauſa ſi falſa repe- 62
riatur, ipſa quoque inueſtitura inualida, & inu-
tilis redditur, nec recipiens ſe eâ iuuare poteſt,
vt benè notat, & proſequitur Socin. Iun. conſ.
110. num. 22. vol. 2. eam rationem reddens, quòd
feuda veritatem, & non fictionem reſpiciunt, vt
tenet Afflict. in cap. mulier habeas, ſi de feud. fuer.
controuerſ. inter dom. & agn. num. 1. & in cap. adop-
tiuus, num. 5. eodem titulo.
Et ex his valdè notabiliter deducere poſſu-
mus, quòd & ſi aliàs † ius tertij allegare non 63
permittatur, l. 1. & 2. D. ſi ager vectig. l. loci cor-
pus, §. competit, in fine, D. ſi ſeruit. vind. cum aliis,
quæ aduertit D. Valenç. conſ. 83. n. 25. In † hoc 64
tamen caſu, non ſolùm Prorex, vel Guberna-
tor ex officio inquirere poteſt merita impetran-
tis, verùm & quilibet de populo audiri debebit,
ſi ei opponat, quòd falſam relationem feciſ-
ſet, vel quòd in ſolidum non ſit hæres ſeruitio-
rum, quæ allegauit, & ſint alij, qui eum præ-
cedant. Nam † ad veritatem manifeſtandam, & 65
Principis voluntatem iuſtiùs exequendam, qui-
libet de populo agere poteſt, argum. l. 1. & per
tot. D. de popul. action. l. hæreditas 53. verſ. Quam-
vis, D. de petit. hæred. l. Quintus Mucius, D.
de ann. leg. l. 7. tit. 16. part. 6. cum traditis à Ro-
mano ſingular. 1. & conſ. 69. Couarru. in cap.
ſi hæredes, & in cap. cùm Ioannes, num. 1. de te-
ſtam. Caldas in l. ſi curatorem, verb. Hunc con-
tractum, n. 3. C. de in integr. reſt. min. & Conſtan.
ſing. quæſt. 10. & ita intelligere oportebit, quæ
aliàs nimis abſolutè in contrarium adducit D.
Valençuela d. num. 25. & ſeqq. & in eiuſdem opi-
nionis comprobationem conducit tex. in c. vni-
co, in fine, de contr. inter dom. & vaſſall. vbi quòd
veritas in materiis feudorum præ oculis ſemper
habenda eſt.
Quartò, & vltimò conſtituo, † in hac ſer- 66
uitiorum examinatione, & probatione, non
debere nimis rigidum, aut ſeuerum eſſe Prore-
gem, aut Gubernatorem, cui reſcriptum, ſche-
dulauè dirigitur. Nam leuior in his probatio
deſideratur, maximè vbi cum aſſertione, aut
relatione Principis concurrit, vel aliquibus ve-
roſimilibus coniecturis fulcitur, vt notabiliter
voluit Decius in l. ſi donatione, col. 6. verſ. Adde
duas, C. de collation. & in pulchro caſu concludit
Angel. conſ. 341. Hippol. de Marſil. ſing. 610. incip.
Non ſtatur aſſertioni, Alex. conſ. 18. lib. 3. Bald.
conſ. 66. lib. 1. Guid. Papæ in l. ſi voluntate, C. de
dot. promiſſ. vbi plura congeſſit, & etiam gloſſ.
notab. verb. Sine dolo, in cap. pen. de except. quæ
dicit, probari † quem benemeritum, eo ipſo quòd 67
non probetur malemeritus, quam notabilem dicit
Miſyng. cent. 4. obſ. 75. in fine, Maſcard. concl. 184.
& concluſ. 187. & 560. Menoch. de arbit. caſ. 132.
& Ioann. Bolognet. qui omninò in hac materia
benemeritorum videndus eſt, conſ. 3. ex num. 71.
pag. 75.
Sufficit † namque aliqua ſeruitia, vel merita 68
ex his, quæ in reſcriptis narrantur, verificari,
præſertim ſi hæc talia ſint, vt Principem ad illa
concedenda mouere poſſent, quamvis in aliis
veritatis defectus argui, vel detergi poſſit, vt ſi-
gnanter tradit Palatius Rub. in repet. Rub. §. 50.
n. 25. dicens † eum benemeritum iudicari poſſe, 69
& debere, qui aliquod inſigne ſeruitium Regi,
vel alteri præſtitit, & in hoc probando, multum
deferri debere aſſertioni Principis referentis.

Ea enim tantùm † faciunt rescriptum obreptitium, vel subreptitium, quorum expressio posset retardare Principem ad non concedendum, vel difficiliùs concedendum, *d. cap. si quando*, cum aliis, de rescript. & sufficit, quod si vera causa finalis, & principalis concedendi, licèt in aliis defectus reperiatur. † Illaque finalis censebitur, quæ magis ponderatur, & in qua præcipuè dispositio innititur, vel quæ in principio apponitur, *l.fin. D.de hæred. inst.l.3. §.fin. D.de pact.l.Titia, § idem respondit, D.de verb.* optimus tex.*in l.regula, licèt, D.de iur.& fact.ignor.* Bald. *in procem.Cod.§.quibus* 1.*notab.& l.vt liberis, C.de collat.notab.*1.per tex.ibi, & plures alij quos refert, & sequitur Tiraq.*in tract. de cessant. caus.*1.*limit.n.*64.vel quæ magis influit in effectum, secũdum Bald.& alios *in l.generaliter, C.de Episc. & Cler.* Vel quæ magis obligatoria est de iure, & æquitate, secundùm Bartol. *in l.demonstratio, §. quod autem, D.de cond.& demonstrat.* vbi Paulus *q.*2.Nã vt inquit Philosop. † causa prima influit magis in causatũ: causa autem remota, & secũda nihil influit, sed à prima accipit robur, *l. Prætor, §.prædium, D.de leg.*2.*l.si quis domum, §.hic subiungi potest, D.locati, l.necessariò, §.fin. D.de peric. & com.l.si ex duobus,* & ibi gloss. *D. de assig.libert.* Angel.*cons.*110.*vers.Et ideo concludo,* & Tiraq.*vbi sup.limit.*20.*n.*3. & 6. & latè D.Valenç. *cons.*137.*n.*5.& *cons.*154.*n.*19. & *cons.*128.*n.*118. *volum.*2.

Et hinc est, quod multum in nostris terminis tradit Hieron.Gratus *cons.*77.*numer.*7. *volum.*1. dicens, † quòd in remunerationibus semper debet attendi causa magis propinqua, & immediata, arg.*l.Publius, §.*1.*D.de cond.& demonst.l.si viua mat. vers. Nam licèt, C.de bon. mater. l.*2.*in princ.D.de interd.& releg.* Angel. & Tiraq. *sup. num.* 6. quibus adridens Bald. *in l.qui meo, §.*1. *D.pro socio*, inquit, quòd † legatus missus ab vno Principe ad alium, non tenetur restituere Principi suo quod sibi datum est ab eo, ad quem mittitur, etiam si (vt solet) datum sit contemplatione mittentis, quia causa proxima videtur esse ipsa vtilitas, & commodum legati. Quod etiam tenet gloss. Abb. & DD. *in l.qui proprio, D. de procurat.* Bald. *cons.*194. *vol.*2.& *cons.*378.*vers. Ad tertiam rationem, vol.*5. & *in l.extraneo, C. de donat.* & latè Tiraq. *supr.n.*11.Alciat.*de præsumpt.præsumpt.*18.*n.*2.*reg.*1.Palac.Rub.*d.Rub.§.*45.& Azeued. *in l.*3.& 4.*tit.*9. *De las ganancias, lib.*5.*recop.n.*9.Vbi idem resoluit in † donantis socio, quamvis aliqualis causa fuerit, quòd negotia societatis gerebat. Et in donatis vxori, licèt aliqualis contemplatio mariti donantem induxerit, quod etiam prosequitur latiùs, & meliùs Ioann.Garcia *in tract.de coniug.acquestu, num.*111.& 112.

Ponderari quoque potest in prædictorum confirmationem, quòd vbi tales schedulæ, vel rescripta pluribus seruitiis, vel rationibus nituntur, † etiam si quædam deficiant, remanet virtus, & effectus aliorum, quæ ad sustinendam concessionem sufficere possunt, arg.tex. *in § affinitatis, Inst.de nupt.*& similium, quæ latè congerit Tiraquel.*d.limitatione* 22.*nu.*1.& *seqq. Ex ea de pact.num.*541.*pag.*330. Cassaneus *cons.*63.*numer.*39.& in materia feudorum, Sigismund.*cons.*2. *num.* 22. *inter consilia feudal. fol. mihi* 136. & Marc.Mantua *sing.*392.Ea namque † quæ abundant, siue vera sint, siue falsa, rei substantiam non tollunt, nec mutant, *l.quamvis, D.mandat.l.testamentum, C.de testam. l.ea quæ, & l.non solent, D.de reg.iur.* latè Surd.*decis.*13.*num.*14.Farinac. 3.*tom. crim.q.*89. *n.*123. & Tuschus *litt.A.conclus.* 67.

Quæ omnia valdè notanda sunt, † quia iam 78
mihi vsui fuerunt in graui lite cuiusdam nobilis viri D. Antonij de Vroz Manrique, cui Dom. Prorex Marchio Montisclarius Commendam concesserat in remunerationem meritorum ipsius, & progenitorum suorum, quæ hac, & maiori mercede digna censebantur, & vt in vxorem duceret quandam puellam, in eadem concessione nominatam, & pactam. Et cùm posteà apparuisset reuocatum mandatum, quod ille ad hoc matrimonium contrahendum dedit, neque vellet ipsum ratificare, de Commenda ei adimenda, semel, iterum, & tertiò actum fuit; quod tamen locum non habuit, iudicibus litis, non sine magna ratione censentibus, causam meritorum in dicta concessione finalem, & priorem fuisse, & illam alteram vxoris ducendæ, veluti
accessoriam, & impulsiuam. Causæ † autem im- 79
pulsiuæ defectus dispositionem, aut concessionem non infringit, vt latè per Tiraq. *de cessante causa limit.*1.*n.*2. Euerard.*in topic.legal, loco* 85. Rodolphin. *lib.*2 *var. quæst.q.*85.*num.*10. Farin. *decis.*587.*num.*6. *tom.*2.*part.*1. & innumeri alij, quos refert, & sequitur Thom.Sanchez *in præcep.Decalogi lib.*4.*cap.*2. *num.*42. Pedrocha *cons.* 23.*num.*187. & noster D.Ioan. del Castillo *lib.*5. *controuers.* 2.*part. cap.*172. *numer.*26. 36.& 37. Censius *de censibus* 3.*part.cap.*1. *q.*4.*numer.*5. & nouissimè Argelius *de acquir possessione, quæst.*1. *num.*139.& 180.

De schedula autem, † quæ Commendam 80
alicui dari iubet, qui iam aliam habebat, & mentionem prioris in impetratione secundæ non fecit, vide, quæ dixi *supr.cap.*5. *num.*87.& alias quæstiones in materia similium schedularum, & concursus earum apud Azeued. *cons.*12.*per tot.* & *cons.*14. *ex num.*16.

CAPVT IX.

De duobus, qui ad eandem Commendam Regias schedulas impetrarunt, quis, cui præferri debeat? Et quid si provisus à Rege cum alio concurrat, qui à Prorege, huius concessionis ignaro, virtute suorum mandatorum, vel alterius schedulæ generalis, de eadem Commenda fuerit inuestitus.

SVMMARIVM.

1 *Principes aliquando solent eandem rem duobus per obliuionem, vel importunitatem concedere.*

2 *Posteriora prioribus derogant.*

3 *Duo eandem rem in solidum habere non possunt.*

4 *Rescriptum secundum, contrarium primo, illusorium est, si illud non reuocat.*

5 *Legatum de eadem re, si duobus factum reperiatur, præsumitur per secundum priùs adimi.*

42 Principis

52 *Principis sola concessio cùm transferat possessionem, & dominium, impedit prouisionem inferioris, quasi talis Commenda non vacet.*

53 *Prouisio Regis specialis derogat generali iussioni, etiam si illius mentionem non faciat.*

54 *Specialem gratiam habens ad vnam Commendam, debet præferri in ea habenti gratiam generalem, & quare?*

55 *Genus, quod est verificandum in aliqua specie, pro specie haberi, quando intelligatur?*

56 *Species certa quando censeatur eximi à genere, cui inerat.*

57 Cap. dudum de præbend. lib. 6. *iterum ponderatur.*

58 *Lis, quæ de facto contingit super eadem Commenda, vni à Rege data, & alteri à Prorege, refertur, & eius exitus.*

SEd quoniam non raro accidit, vt † Princeps, vel negotiorum varietate distractus, vel maliciosa petentium inhiatione delusus, alicui aliquam specialem Commendam conferat, conferriuè iubeat, quam iam alteri conferri mandauerat, vt aliàs dicitur *in cap. ex parte 12. de offic. deleg.* ibi: *Si memores fuissemus, Nos pro N. litteras direxisse, pro aduersario nullatenus scripsissemus.* Et *in cap. tuæ fraternitatis 20. de præbend.* ibi: *Cùm sæpè contingat, quòd ad vnam præbendam duo Clerici propter importunitatem petentium eligantur*, cum aliis quæ nouissimè adducit Dom. D. Felician. à Vega, Episcopus de la Paz, *in cap. proposuisti, num. 57. de for. comp. pag. 651.* operæpretium erit, quid in hoc conflictu sit faciendum, inquirere.

Et sanè pro secundo † non ineptè expendere possumus vulgarem iuris regulam, qua docemur, ea, quæ, posteà geruntur, prioribus derogare, quando se non compatiuntur, *l. pacta nouissima, C. de pact. l. licet*, §. *Diuus*, *D. de iur. codicil.* D. Valençuela *con. 63. num. 184.* quod etiam in legibus militat, quibus contractus, & donationes Principum assimilantur, l. donationes quas Diuus, *C. de donat. inter, iuncta l. de quibus, l. sed & posteriores, D. de legibus, §. sed naturalia, Inst. de iur. natur.* cum aliis, quæ latè ibidem Balduin. Pichar. Oinothom. & cæteri Scribentes adducunt, & idem Pichard. per tex. ibi *in §. posteriore, Inst. quibus mod. testam. infir.* Surd. *decis. 195. n. 7.* Bran. à Sole *in locis commun. verb. Vltima*, Cardin. Tusc. *litt. P. conclus. 451.* & Aluarez Velascus *in axiom. iur. ead. litt. num. 116.*

Rursus considerari potest, † quòd cùm duo eandem rem in solidum habere, & possidere non possint, *l. si vt certo 6. §. si duobus vehiculum, D. commod. l. hæreditate 19. §. pater, D. de castrens. peculio*, cum traditis à Surdo *cons. 179. num. 27.* & nouissimo Gratiano tomo 5. *discept. forens. cap. 900. num. 18.* Necessarium est, † vt dicamus, secundum rescriptum, seu mandatum Principis omninò illusorium esse, vel ipso facto primum reuocatum mansisse, vt aliàs ex eadem ratione † in legatis contingit, quæ diuersis temporibus, vel scripturis de re eadem duobus facta reperiuntur, *l. si quis eum, D. de vulg. & pupil. l. 3. in princ. l. sicut 5. D. de adim. leg. l. si pluribus*, §. 1. *D. de leg. 1.* Vbi eo ipso tacitam ademptionem in personam primi fieri præsumi docemur, vt rectè ad concordiam eorundem iurium, cum §. *si eadem res, Inst. de legat.* & aliis similibus, quæ eo in casu legatum diuidi probant, docet gloss. *verbo Delego*, Ioann. Fab. Pichardus, & alij *in eodem* §. Bart. *num. 3.* & Iason 24. *in l. re coniuncti, D. de leg. 3.* Zasi. *in d. l. si pluribus, num. 11.* Balduin. & Eguin. *in §. vnico, Inst. de adempt. legat.* Duaren. *lib. 1. de iur. accrescend. cap. 7.* & plurimi alij, quos refert, & sequitur Anton. Gomez *2. tom. variar. cap. 10. num. 24.* Couar. *in rub. de test. 2. part. num. 21.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. tit. 4. num. 12. lib. 12.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 173.* Et in vna † præbenda, ad quam duo simul, & simpliciter eliguntur. Nam cùm illa diuidi non 6
possit, vt in nostris Commendis procedere dixi *supr. hoc lib. cap. 3. num. 4.* necesse erit vtriusque electionem de iuris rigore cassari, vel vnum dumtaxat admitti, vt aliàs dicitur *in dict. cap. tuæ fraternitatis 20. de præbend.* ibi: *Nos attendentes, quòd si duo vnam præbendam tenerent, illud esse contra Concil. Turonense, quod præbendarum inhibet sectionem, & si vnus illorum ipsam obtineret præbendam, sub expectatione alius, contrà Lateranens. Concilij statuta remaneret. Inquisitioni tuæ taliter respondemus: quòd talis electio de rigore iuris penitus est cassanda.* Cui tex. similis est tex. *in cap. dilectus 25. eodem tit. vers. Procurator*, vbi gloss. & DD. horum iurium rationem, & praxim adducunt, & Viuianus, omninò videndus in rationalibus ac eadem iura, & de prohibita diuisione beneficiorum agentes, Rebuff. Lambertinus, Hojeda, Bursatus, & alij, quos refert Nicolaus Garcia de beneficiis, *parte 12. cap. 4. folio 319. & seq.*

Deindè facit, † quòd & si rescriptorum data, 7
& prioritas multum attendi debeat, & soleat, vt dixi *suprà cap. prox. num. 17.* sæpè tamen eorum præsentatio prælationi locum facit, & occupationis vicem obtinet, *cap. Capitulum Sanctæ Crucis, cap. plerumque, cap. Abbatem, cap. cæterum, de rescriptis, cap. penult. eodem titul. lib. 6. cap. vt debitus*, vbi gloss. *verbo Priusquàm, de appellat. cap. non iniustè, de procurat. l. pluribus, D. eod. l. si Titius, D. de verb.* cum multis aliis, quæ tradit Staphile. *in tract. de litt. gratiæ, tit. de mand. de prouid. §. idem dico*, & latè Cochier *in tract. de primar. precib. pag. 24.* vbi quòd precista, qui priùs præsentauit diploma, præfertur alteri, cui de eadem data facta est collatio, & nouissimè alios congerens D. Valenzuela *cons. 128. nu. 151. & cons. 104. num. 6. vol. 2.*

Et qui † priùs rei possessionem apprehendit, 8
alteri præferendus videtur, qui ad eandem simili iure admitti desiderat, vt est tex. expressus, & vulgaris *in l. quoties 15. de reiuindic.* ibi: *Quoties duobus in solidum prædium iure distrahitur, manifesti iuris est, eum, cui priori traditum est, in detinendo dominio esse potiorem, &c.* Cui similis est de iure nostro tex. *in l. 50. tit. 5. part. 5.* Per quem rectè docet Bald. & reliqui DD. ibidem: *Eum esse priorem in dominio, cui res priùs traditur, licèt alius in titulo præuenerit.* Et idem sequuntur, & ad locationem, & alios contractus extendunt innumeri, quos refert Alphan. & Neuius *in collect. ad eundem tex.* Dueñas *reg. 299.* Couarr. *lib. 1. variar. cap. 19.* Anton. Gomez *in l. 45. Taur. num. 92. & 2. var. cap. 1. num. 6. & 20.* Ferrara *caut. 48. num. 3.* Ioann. Auparch. *lib. 2.*

lib.2. epist. cap.8. Carror. *in tract. de locat.fact. duobus*, And. Gaill. *lib.2. pract. obser. cap.55.* Ioann. Gutierr. *in §. sui, num.197. de hæred. qual.* Aluar. Valasc. *de iur. emph.1.part.quæst.14. num.7.* Pinel. *in l.2. C. de rescind. 2.part. cap.4.*
9 *num.63.prope finem.* Et in † officialibus Regiis, quod ille, qui primò fuit adeptus possessionem officij, præferatur ei, qui primò habuit priuilegium, tex.*in cap.1.*vbi DD.*de maior.& obed.*Cassane.*in catalogo glor. mundi, 4 part. consid.17. vers. Et non solùm*, Vincent. de Franchis *decis.144. num.1.* & plurimi alij, quos referr D. Valenzuela *cons.34. num.36.* & vltra eos Mastrillus *de magistrat. lib.4.cap.14. num.35.* cum multis sequentibus, & nouissimè Hermosilla *in proœm.part.5. glos.2.num.9.*

10 Denique facit, † quòd in ipsa materia feudorum, quibus sæpe diximus nostras Commendas valdè similes esse, non tam datæ prioritatem, quàm inuestituram, & traditionem, seu possessionis apprehensionem, attendi debere, innuit tex. *in cap. si facta, si de feud. fuer. controuers. inter dom. & agn.* vbi Bald. *num.2.* inquit: *Confiteor, quòd prior in possessione, licèt sit secundus in titulo, habet iura potiora*, & sequitur Ias. *in l. traditionibus, num.4 C.de pactis*, vbi allegat Isferniam idem tenentem, idem Ias.*nu.30.* post Bart.& Bald. *in d.l.quoties*, Iacob.de Beluiso, Albarot.Præposit. Afflict.Sonsbech.Puteus, Ias. Curtius, Capitius, Ferrar.Cepola, Mozius, & alij, quos refert, & sequitur Schrader, *in tract.de feudis, 5.par.cap.2 nu.19* vbi hoc ampliat, etiam si iureiurando confirmata fuerit prior inuestitura, & de communi testatus Hartman.Pistor.*lib.2.quæst.part.poster.cap.29. num.11.& seqq.*Iul.Clar. *in §. feudum, quæst.26.* Anton. Gabr. *in com. opin. tit. de empt.& vend. conclus.2. num.13. & 46.* Rosenthal. *in tract. de feud. cap.6. concl.9. litt. A.* & Misyng. *cent.4. obseruat.61.num.15.*

Sed his non obstantibus, Ego semper contrariam sententiam sequutus sum. Nimirùm quòd
11 † etiam vbi simpliciter vtrúmque rescriptum expeditum reperitur, vt initio proposui, primum præferendum sit, etiam si virtute secundi, possessio ab altero priùs apprehensa fuerit. Pro cuius sententiæ confirmatione, & argumentorum, quæ in contrarium adduximus, solutione, considero.
12 Primùm, † datæ prioritatem, quæ, vt in superioribus videmus, semper in rescriptorum prælatione, & executione multum attendi solet, etiam neglecta priori posterioris datæ præsentatione, vt docet Staphil. *d. tract. de litt. grat. tit. de mandat. de prouid. §. idem dico*, qui benè respondet omnibus iuribus, quæ ex aduerso obiici solent, & D.Valençuela, omnino videndus, *d. cons.34. num.40.& seqq.*vbi ad hoc plura iura allegat, & Nauarr.*cons.10.de maior.& obed.num.1.*& Rebuff.*in prax.in for.man. Apost.verb. Datum, & in repet. cap.nulla, de conces. præbend. vers. Decimòsextò*
13 *quæritur.*Et conducit † optimus tex.*in l. in operis 26.D.locat.*ibi: *In operis duobus simul locatis, conuenit priori conductori antè satisfieri, & in cap. si tibi absenti 17. de præb. lib.6.* Vbi probatur,
14 quòd † ex sola collatione beneficij absenti per proprium Episcopum facta, si absens eam ratam habuerit, statim acquirit ius in ipso beneficio, & ante ratihabitionem, saltim ei quæritur ius, vt Episcopus, vel quicunque alius de ipso beneficio in personam alterius ordinare nequeat.

Secundò considero † tex. *in dict. cap. ex parte N.12. de offic. iud. deleg.* vbi veriores litteræ ad Archidiaconatum primò in certa Ecclesia vacaturum, concessæ, præcisè obseruari iubentur, non obstantibus superioribus, quæ magis per obliuionem priorum, quàm ex deliberata voluntate concessæ dicuntur. Quod efficit, vt nec possessio virtute illarum apprehensa, quicquam suffragetur, † quia quod nullum est, nullum potest effectum sortiri, *l.4. §. condemnatum, D. de re iud. l. non putauit, §. non quæuis, D. de bon. possess. contra tab. cum vulgat.* Et quia † talis possessio in similibus casibus solùm prodesse solet, vbi de prioritate datæ non liquet, vt docet tex. optimus, & expressus, *in cap. si à Sede, de præbend. lib.6.* vbi si à Sede Apostolica, vel legato ipsius, vni, & ab ordinario alteri, eodem die idem beneficium conferatur, neque appareat, cui collatio primò fuerit facta, potior esse dicitur possidentis conditio, si verò appareat, prærogatiua datæ facit prælationem. Quod etiam † ad feuda deducit, & pluribus ornat Rosenthal. *in tract. de feud. cap.6. conclus.12. num.1. & litt. A.* & in materia collationis beneficiorum per plures conclusiones prosequitur Ioann. Cochier, omninò videndus, *de primar. precibus, pag.23.& 24.*

Tertiò, perpendo, regulam illam pro contraria sententia adductam, quod ea, quæ posteà geruntur, prioribus derogant, vt maximè in aliis casibus vera sit, ad nostrum tamen trahi, vel extendi non posse. Nam † cùm hæ Commendæ, & litteræ earum expectatiuæ (de quibus loquimur) vt plurimum dentur, & iustitia mediante semper dari debeant in remunerationem meritorum, & seruitiorum, vt sæpè probauimus, non potest, nec debet Princeps eas, semel datas, facilè reuocare, aut de vno in alium transferre, † quia in contractum transire videntur, *l.penult. §.1. D. de donat.cap.1. de noua form. fidel. l.donationes*, quas Diuus, *C. de donat. inter, l.6.tit.10. lib.5. recop.* cum aliis, quæ tradit Bart. *in l. quod semel, de decret. ab ord. faciend. & in l.2. num.10. D. de iur. immun.* Bald. *in l. qui se patris, num.10. C. vndè liberi*, Natta *cons.122. n.6.lib.1.*Grammat.*decis.65. à n.24.* Bursat. *cons.160.n.33.vol.1.*Anton.Gabr.*lib.1.com.opin.tit. de non tollen.iure quæsito, concl.6.n.6.* Aluar. Valasc. *consult.72.num.5.1.part.* Ioann. Garcia *de donat. remunerat.num.9.*& plurimi alij, quos in ipsis terminis nostrarum Commendarum loquens, refert Matienzus *in d. l.6. gloss.2.num.29. & seqq.* & Nos pleniori manu congeremus *infrà hoc lib. cap.27.*ferè *per totum.*

Quartò, his consequenter adiicio. Quòd siue has Commendas, & litteras expectatiuas, quæ pro illis consequendis concedi solent, in contractum transire dicamur, siue etiam gratiæ, & donationis naturam participare. Adhuc tamen cùm à Principe concedant, atque dimanent, & summa, ac suprema solij, atque oris illius firmitate, & stabilitate fulciantur, certa † est, ac communis omnium ferè Scribentium traditio, quòd in eis non habet locum, neque practicari potest decisio tex. *in d. l. quoties*, sed potiùs primus semper contrahens, vel concessionarius, aut donatarius Principis anteferri debeat. Eò quod per solam ipsius promissionem, vel concessionem absque vlla alia traditione, vel apprehensione, transeat in illum possessio, & dominium rei,

rei, quæ ab eodem Principe cõceditur, vel donatur, vt probat tex. *in cap. propoſuit, de conceſſ. prabend. & in l. 12. tit. 2. part. 2.* & docet Iacob. de Sanct. Georg. *in tractat. de feud. verſ. Sed an Princeps obligatur, fol. 9. num. 17.* Bald. *in prælud. feud. num. 26. & in cap. ad audientiam, num. 2. de præſcript.* Ioannes Andreas *in cap. cùm olim, de verborum ſignificat.* Angel. *in l. officium, num. 2. in fine, D. de reiuindic.* Iſernia *in cap. 1. num. 4. de feudo Marchiæ, & in cap. imperialem, §. præterea Ducatus, de proh. feud. alien. per Fred.* Iaſ. *in l. traditionibus, n. 5. & 6. C. de pact. & in præludiis feud. col. 21.* licèt ſibi contrarius exiſtat *in d. l. quoties, num. 7.* Alex. *conſ. 187. num. 1. volum. 2. & conſ. 3. num. 7. volum. 3.* Curtius Iun. *conſ. 142. col. 1.* Decius *conſ. 640. & 689.* Bertrand. *conſ. 3. volum. 3.* Idem Decius *in l. certi condictio, §. fin. num. 7. D. ſi cert. petat.* Lucas de Pena *in l. vnica, C. de locat. præd. ciuil. lib. 11.* Ægid. Boſſius *in practic. tit. de Principe, num. 67.* Roſedius à Mota, qui de communi teſtatur, *in d. l. traditionibus à num. 13.* Paul. Pariſ. *conſ. 11. num. 58. lib. 1.* Couarr. *d. cap. 19. num. 3.* Greg. Lopez *in l. 6. tit. 26. part. 4. verbo, O Camara,* Molina *de primogen. lib. 1. cap. 11. num. 191* Burgos de Paz Iunior *quæſt. 10. num. 47.* latè Anton. Gabod. *tit. de empt. & vendit. concluſ. 2. num. 40. cum ſeqq.* And. Gail. *d. lib. 2. pract. obſeruat. 51. & 55.* & latiſſimè Græuæus ibidem, Cardin. Tuſchus *verbo Donatio, concluſ. 699.* Molina Theolog. *de iuſt. & iur. 1. tom. tractat. 2. diſput. 3. col. 9. verſ. Quia verò,* D. Valençuela Velazquez *conſ. 68. num. 66. & ſeq.* & nouiſſimè *conſ. 151. num. 57. volum. 2.* Vbi pluribus probat † ſolam conceſſionem, & priuilegium Principis ſufficere ad transferendum dominium, poſſeſſionem, & quaſi poſſeſſionem, Georg. Cabedus *deciſ. Luſitaniæ 39. n. 7. part. 2.*

Et licèt horum aliqui † hoc certiùs procedere dicant, vbi in prima promiſſione, vel conceſſione Principis adeſt aliqua coniectura, quòd ex ea ſola dominium transferatur, omnes tamen in puncto iuris, etiam ſub ſimplici prolatione verborum, idem recipiendum fatentur, eò quòd (vt diximus) hoc ipſo, quòd Princeps contrahit, vel donat, transfertur dominium in donatarium, atque ita nihil eſt, quod ſecundò donari videatur, neque imminet periculum, quòd dominium eiuſdem rei apud duos conſiſtat, neque vacat præbenda, vel Commenda, quæ ei dari poſſit, vt † rectiſſimè docuit Pontifex *in cap. ſi poſtquàm 13. de præbend. lib. 6.* ibi: *Nam eo ipſo, quòd Canonicus authoritate Apoſtolica ..... effectus, ius ad obtinendam præbendam proximè vacaturam, tibi acquiſitum extitit, & deinde à prædictis, licèt ignorantibus, alteri conferri nequiuit, &c.* Et ita ſecunda conceſſio in nihilo priori præiudicabit, ipſimet DD. aduertunt, niſi fortè † in ea apponatur clauſula, *Non obſtante prima donatione, ſeu conceſſione,* argum. tex. *in l. prædia,* vbi Bart. *C. de locat. præd. ciuil. lib. 11.* idem Bart. *notab. 3. in l. 1. C. de legat.* gloſſ. celebris *in dict. §. ſi eadem res, verb. Do, lego,* Roman. *conſ. 298.* Iaſ. *in d. l. quoties, num. 7.* Curtius Iun. *conſ. 143. num. 5.* Gail. *d. obſer. 51. & 55.* & Græuæus *ibid.* Aluar. Valaſc. *d. conſult. 72. num. 2. tomo 1.* Seraphinus, omninò videndus, *deciſ. Rotæ Romanæ 1171. num. 1.* aliàs 1271. Et eſt ratio, quia ſi Princeps non apponit dictam clauſulam, derogatoriam primæ donationis, vel conceſſionis, præſumitur circumuentus, & ſecunda impetrata per obreptionem, aut ſubreptionem, vt aduertit idem Bart. *in d. l. prædia,* & DD. per tex. ibi *in d. cap. ex parte N. de offic. deleg.* Bald. Fulgoſ. & Caſtrenſ. *in l. 2. notab. 3. C. de legibus,* idem Bald. *conſ. 345. volum. 1.* Roman. *conſ. 249.* Curtius Iunior *vbi ſup.* Gozadinus *conſ. 14. num. 19.* & Gratus *conſ. 103. volum. 1.* Et ante omnes gloſſ. *in l. ſi quæ loca, verſ. Si prædiis, C. de fund. & ſaltib. rei dom. lib. 11.* quam laudat Bald. *in dict. l. 2.* & voluit allegare Bartol. *in l. auctoritatem, C. vnde vi,* & ornat Iaſon *in l. ſi reus, num. 13. D. de pact.* Matienz. omninò videndus, *in l. 6. tit. 10. lib. 5. recop. gloſſ. 2. ex num. 5.* & Iul. Clarus *d. §. feudum, quæſ. 26. numer. 2. & 20.*

Quartò & vltimò, in eiuſdem opinionis fauorem conſiderari poteſt, quòd licèt Auctores, quos ſuprà retulimus, docere videantur in † feu- 26
dis eſſe locum dict. l. quoties, atque adeò ſecundum conceſſionarium præferri, ſi prius feudi poſſeſſionem, & inueſtituram acceperit. Plurimi tamen alij indiſtinctè contrarium affirmant, quorum Anteſignanus fuit Ioann. Faber *in eadem leg. quoties,* quem allegat Anton. Gabr. *dict. concluſ. 2. num. 13. & 46.* & idem docuit Lud. Roman. *conſ. 70. n. 3.* Cephalus *conſ. 147. n. 18.* Hippol. de Marſiliis *ſing. 82. & in l. qui duobus 21. per tex.* ibi, *D. ad leg. Cornel. de falſis.* Et vt demus aduerſantem ſententiam veram eſſe, procedet quidem, & erit intelligenda in feudis à priuatis conceſſis, vel ab aliis dominis inferioribus. At verò vbi procedunt, & conceduntur à Rege, vel Imperatore, aut alio Principe ſuperiorem non cognoſcente, idem vtique affirmare debemus in conceſſione feudi, ab eo facta, quòd in quolibet alio eius contractu, aut donatione, & ſic non eſſe in ea locum d. l. quoties, & abſque aliqua apprehenſione transferri poſſeſſionem, & dominium in feudatarium, ex Auctoribus, & rationibus ſupra relatis. Atque ita ſub hac diſtinctione, in terminis feudorum, ſequuntur opinionem Fabri, & Romani, Sonsbechius *de feudis, part. 9. num. 39.* Iaſ. *part. 5. num. 17.* Vueſemb. *conſ. 64. num. 4.* & plurimi alij, quos refert, & ſequitur Anton. Gab. & Iul. Clar. *vbi ſup.* & Roſenthal. *d. ca. 6. concluſ. 10. num. 3 & litt. C. & E.* vbi ipſe, ita inquit: *Tertiò ſublimitatur à nonnullis, niſi concedens ſit ſupremus, puta Princeps, aut Rex iura Imperialia habens, aut Papa, qui conceſſerit. Horum enim conceſſionem primam, ſecundæ præualere, ac præponderare à multis creditur, quia ipſo facto, ſine poſſeſſionis apprehenſione, ex horum conceſſione dominium in conceſſionarium tranſeat, &c.*

Et poſteà omnium opiniones recolligens *dict. litt. E.* hoc certius eſſe docet, vbi non per contractum, ſed per meram gratiam Princeps feudum conceſſit, vel vbi (vt diximus) inſinuauit, ſe ſtatim in primum, poſſeſſionem, & dominium transferri velle, veluti ſi vſus fuerit, verbo *Aſſignare;* Aut *Motu proprio,* vel *Ex certa ſcientia,* primam inueſtituram feciſſet, vel aliis modis in conceſſionibus per priuilegium factis, appareat, quòd Princeps intendit, ſine traditione ius in rem transferre.

Et *concluſ. 12. num. 10.* † hoc rectè ſecu- 27
riùs, & indubitantiùs procedere docet, in duobus de eodem feudo, altero pro precio, altero gratuitò inueſtitis. Nam tunc debet præferri prior,

prior,titulum onerosum habens,etiam si posterior
possessionem adeptus sit, quod multum hodierno
tempore notandum erit(cum apud nos Commen-
dæ pro pretio iam dari,& componi cœperint vr-
gentes fisci necessitates,& idem obseruare licebit,
si prior habeat gratiam sub conditione , posterior
puram,& huic tradita fuetit possessio, ante quam
illius conditio impleatur , vt *in cap. si pro te , de
rescript.in* 6.cum aliis, quæ *infrà cap.*11. *num.*36.
adnotabimus.

Sed hæc omnia sub eo temperamento acci-
28 pienda sunt , vt † primus concessionarius non sit
negligens in suarum litterarum præsentatione , &
earum executione petenda , alioqui sibi debebit
imputare , si beneficium, aut Commenda ei pro-
uideatur, qui secundas litteras impetrauit, vt pro-
bat tex. *in cap. capitulum Sanctæ Crucis , de re-
script.* quo loci Abbas *num.*5. post gloss. dubi-
tat quomodo cognoscatur , & intra quod tempus
noceat hæc negligentia , & varias de hac re opi-
niones subiungit , quas sigillatim recolligit , &
examinat Menoch. *de arbitr. casu* 572. vbi tan-
29 dem *num.*10. post plures alios , quos refert,† re-
soluit , hoc totum,cùm à iure determinatum non
reperiatur , & ex locorum distantia , & persona-
rum differentia varietur , prudentis iudicis ar-
bitrio remittendum esse , & numeris sequenti-
bus eum instruit ad prudenter hoc in casu arbi-
trandum.

Et de eadem negligentia damnanda , vel excu-
sanda agit Rosenthal.*d.cap.*6. *conclus.*12. *num.*2.
30 vbi plurimos refert,† qui docent , negligentiam
per anni spacium primo nocere,etiam post appre-
hensam possessionem,si secundum posteà inuesti-
ri,& possidere viderit,aut scierit & per annum ta-
cuerit,argum.tex.*in cap.Titius filios , si de feud.
defunct.* & sequitur vltra alios Misynger. *cent.*4.
*obseruat.*61. *num.*18. Ruseus *in tractat. iuris Re-
galior. priuileg.*3. Pechius *in regula,qui prior de
reg.iur.lib.*6.& Ioann.Cochier *in tractat.de pri-
mariis precibus,pag.*66. & 67. vbi in casu de quo
ibi,mensem datum esse ad acceptandum scribit, &
quòd quis dicitur constitutus in notabili negligen-
tia,quando permittit,vt præbenda vacans confe-
ratur secundo impetranti , ita quod proceditur
ad executionem illius collationis , *cap. tibi , qui
de rescript. in* 6. *cap. si Clericus , de præbend.
eod.* Nisi fortè probaretur absentia , vel similis
ratio , quæ iustam ignorantiæ causam præbe-
ret , vt per Mascardum *conclus.*1100. & 8801.
Menoch. *lib.*6. *præsumpt.*23. & Alex, Mone-
ta *de optione canonica , cap.*6.*conclus.*2. *per to-
tum.*

Et similiter animaduertendum est , † alterum
31 ex illis duobus,qui spe , & iure Commendæ sibi
concessæ frustratus est,quòd eam iam alter præue-
nerit , vel occupauerit , actionem habere ad pe-
tendum , vt sibi de alia Commenda æquè com-
moda prouideatur , ne aliàs præmio suorum ser-
uitiorum frustratus remaneat, vel Regalis benefi-
cientiæ liberalitate delusus , argumento eorum,
quæ tradit tex. gloss. & DD. *in cap. inter cætera*
17. *de præbend.* Vbi † qui scienter contulit ali-
32 cui , hoc ignoranti, præbendam , quam non po-
tuit , illa euicta,aliam,quam possit,primo quoque
tempore conferre tenetur, & reddit rationem Sũ-
mus Pontifex inquiens : *Decet enim , vt quia
præbendam ei , quam de iure non potuit , assi-
gnauit , eam , quam de iure potest , assignet : ne
præbendam ei fraudulenter visus sit assignas-
se.* Et idem docet in simili tex. Bart. & Bald.
& Ias. ibi *num.*30. *in d. l. quoties , 2.parte , C.
de reiuindic.* Et ad feudorum de quibus agimus
materiam extendit tex.& gloss. *in cap. si facta, si
de feud.defunct.cap.*1.*de inuestit. de re alien. fact.
cap.*2.*si vassallus,de feud.*ab aliquo,& vtrobique
DD.& facit lex pleiúmque , *D. de iur.dotium*,&
plura alia,quæ plurimos etiam alios vsque ad nau-
seam allegans,congessit Rosenth.*d.tract.de feud.
cap.*4.*concl.*8.& *cap.*6.& *conclus* 8.*litt.C.* & *D.*
& *conclus* 9.*per totam*, & rursus *conclus.*12.*num.*
11. Vbi de † dominis inferioribus tractans , qui 33
solent feuda pro pecunia vendere,in quæstionem
deducit , qua pœna teneantur , vbi de eadem re
duos sigillatim inuestierunt : de quo etiam latè
agit Ias. *in d. l. quoties , num.*27. & Couarr.
Hartman. Pistor , & alij in locis *suprà* relatis,
idem Rosenthal. latiùs *cap.*8. *conclus.*29. 30. &
31.& Nos *infrà cap.seq.* vbi de euictione Com-
mendarum agemus.

Hæc cum ita se habeant , facem quidem nobis
præferunt , ad elucidandam , & decidendam fre-
quentissimam aliam quæstionem , quam sæpè de
facto habui , & aliquando vidi , variantibus iu-
dicum suffragiis indecisam relinqui. Nempè quid
faciendum sit , † vbi quis à Rege , & Domino 34
nostro aliquam Commendam in Curia, vel alibi
fortè vacantem specialiter impetrat , & hæc ea-
dem Commenda posteà in his partibus à Prore-
ge , vel Gubernatore alij concessa reperitur? cum
dictam Regiam concessionem penitus ignorarent;
Etenim si eo tempore , quo Rex gratiam fecit,
iam Prorex , iure, & mandato suo vtens , Com-
mendam contulerat, & de ea Commendatarium
inuestierat,Regis concessio nullius momenti erit,
vt pote facta de Commenda non vacante , iuxta
ea quæ diximus *sup. cap.*4. Quia quod Prorex
tempore habili,& permisso † fecit,perinde firmũ, 35
ac sartum tectum esse debet,ac si ab ipso Rege fie-
ret,iuxta tex.*in l.*1.*D.de offic.procur.Cæs.*ibi : *Quæ
acta sunt à Procuratore Cæsaris, sic ab eo compro-
bantur , ac si à Cæsare gesta sint.* Melior tex. &
& magis in terminis *cap. hi qui* 12. *de præb. lib.*
6. ibi : *Eum quoque , qui ad mandatum legati,
vel alterius , auctoritate Apostolica specialiter in
hac parte concessa , fungentis , recipitur auctori-
tate Apostolica receptum.* Et cum † secundus in 36
data , priori , ratione apprehensæ possessionis re-
gulariter præferri soleat , vt *in d. l. quoties ,* &
in d. cap. capitulum Sancta Crucis , cum simili-
bus supra relatis. Planum est id multò magis ad-
mittendum esse, vbi idem , qui prior est in data,
reperitur etiam prior in collatione possessione,
aut inuestitura , cuius † tanta vis est vt prouisus 37
ab Ordinario vincat prouisum à Papa , vel Lega-
to , si prouisus ab Ordinario prius apprehenderit
possessionem , vt docet tex. expressus , & mente
tenendus *in cap. si à Sede* 31. *de præbend.* vbi
DD. plura in eiusdem comprobationem addu-
cunt. Et huic iuri † plenè , & legitimè quæsito, 38
nunquam creditur , nec præsumitur , quòd Rex
velit in eiusmodi concessionibus præiudicium fa-
cere , etiam si adiiciat vulgarem clausulam , *Non
obstante , l.*2.§.*meritò,D.ne quid in loco pub.l.ne-
que auus,C.de emancip.lib.*cum aliis , quæ in eis-
dem nostris terminis tradit Compostellanus *in
cap. causamque,de rescript.*quem ibi Moderni se-
quuntur,† docens,quòd si Papa confert alicui be- 39
neficium cum clausula , *Non obstante colla-
tione alteri facta* , intelligitur de collatione
inualida

inualida, & refert,& ſequitur Alex. *conſ.3.nu.4.*
lib.5. & Decius *conſ.689.num.6.* & plurimi alij
apud D.Valenç. *conſ.69. num.*102. & 127. Vbi
o † quod reſcriptum, & inueſtitura Principis,
ſemper intelligitur, dummodo tertio præiudi-
cium non fiat,de quo etiam latè Mareſcot.*lib.1.*
var.cap.50.n.30.& plures apud Farinac.*quæſt.6.*
n.23.& dixi *ſup.cap.prox.num.*

1 Cæterum ſi è contrario proponamus,† Regis
conceſſionem præceſſiſſe conceſſionem Prore-
gis,aut Gubernatoris,& poſſeſſionis apprehen-
ſionem eius virtutem factam,dum Regis gratiã
ignorarent, tunc quidem res maiorem difficul-
tatem habebit.Sed iudicio meo non difficulter
ex ſuperioribus enodandam. Nam ſi in duobus
ab ipſo Rege eadem Commenda donatis, prio-
rem in gratia, ſecundo præferendum eſſe dixi-
mus, & probauimus etiam ſi hic illum in ap-
prehendenda actuali poſſeſſione præuenerit, eò
quòd alter virtute Regiæ conceſſionis ipſo iure
poſſeſſor, & inueſtitus iudicatur. Non eſt cur
dubitemus idem admittere, & practicare,cum
ſecundus per Proregem,aut Gubernatorem ele-
ctus, & inueſtitus exiſtit. Cùm certum ſit non
poſſe melioris conditionis eſſe † Vicarium,
quàm ipſum dominum, *l.non poſſum, D.de reg.*
iur. Cochier. *de primariis precibus, pag.24.* vbi
quòd Epiſcopi collationi Vicarij, cum vtraque
eſt de eadem data. Et † electum à Rege ſemper
eſſe in iure,dignitate,& præcedentia potiorem
iis, qui ab aliis inferioribus Magiſtratibus eli-
guntur, quantumvis magna,aut maxima reful-
geant auctoritate,vt *in c.ſi à Sede,de præben.in 6.*
& per Cochier.*ſup.pag.24.in princ.*& latè Maſtr.
de magiſt. lib.4. c.14. n.51. cum ſeqq. nouiſſimè
Hermoſilla *in prolog.part.5. gloſ.2.ex n.26.* Nos
infrà *c.29.n.13.* Gironda *de priuileg.num.*1220.&
Georg Cabed. *deciſ.Luſit.13. n.2.pag.18.part.2.*
vbi quod Rex ſemper præferri debet, vbi con-
currit cum alio in collatione officiorum.

Et hæc noſtra ſententia expreſſis verbis pro-
bata, & validiſſimis aliis iuris rationibus con-
firmata reperitur † *in c.dudum 14. de præb.lib.6.*
vbi præferri iubetur is, qui à Romano Pontifi-
ce habuit priorem gratiam alicuius præbendæ
vacantis vel primò vacaturæ in aliqua Eccleſia,
ei,cui legatus illius prouinciæ,virtute generalis
conceſſionis de prouidendo, ſibi datæ, eandem
præbendam poſteà contulit,licèt conceſſionem
Pontificis ignoraret, & quamvis in hac nulla
mẽtio,vel reuocatio poteſtatis legati facta fuiſ-
ſet, & reddit Pontifex rationem, quòd eadem
poteſtas, quæ legato conceſſa fuerat, & maior
apud ipſum remanſit,& quod cum eandem præ-
occupauerit poteſtatẽ, vel hoc ſolo iure melio-
ris conditionis eſſe debebat, & gloſ.ibidem, &
additio Ioan. Monach. Archidiac. & Ioan.An-
dreæ ſubdunt, † quòd ordinaria iuriſdictio de-
legato commiſſa, maior eſt in delegante, & mi-
nor in delegato, & quòd fons ſcaturiens, maior
eſt,quàm riuus indè procedẽs.Et quòd per † ta-
lem Papæ prouiſionem manent ligatæ manus
inferioris,& veluti reuocatum mandatum gene-
rale,quod habebat,in quantum ad illam ſpecia-
lem præbendam, vt dicitur, *in eod. tex. & in*
cap.ſi poſtquam 13. & in d.cap.ſi à Sede, eod.tit.
& lib.

De quo eſt etiam elegans deciſio Rotæ 25.
de conceſ.præb. & Quintil Mandoſ. *in tit.de ſign.*
gratiæ,fol.72.in mandat. de prouid. Vbi reſoluit.
† Quòd ſi Papa prouidet, non eſt curandum

de alia prouiſione, ex quo illa omnes alias vin-
cit, etiam ſi eodem tempore fierent, *d. cap.ſi à*
Sede,§.ſi verò neuter, Innocent. *in cap. inter di-*
lectos, de exceptionibus prælat. quem refert, &
ſequitur Rebuf. *in prax. tit. de reſeruat.* & Ni-
col. Garcia *de benef. 5.par. cap.1. §.1.* vbi idem
procedere docent † ex eo ſolo,quòd Papa pen- 48
ſionem imponat ſuper aliquo beneficio, vel
Commenda, nam Ordinarius manet modò in-
hibitus ab eiuſdem prouiſione, propter manus
impoſitionem Pontificis,& conducunt alia,quæ
tradit Brunel.*in tract.de legato, concl.22.fol.249.*
in illa quæſtione † ſi Papa, & Legatus eodem 49
die conferunt diuerſis, quis præferatur. De qua
etiam agens Cochier *d.pag.24.* inquit, quòd ſi-
cut Papa conferendo beneficium, videtur alteri
poteſtatem conferendi abſtuliſſe,*c.vt noſtrum,vt*
Eccleſ.benef. ita Imperator,vel Rex in ſuis pro-
uiſionibus, quia cum Papa fraternizat, vt per
Eraſmum à Cochier eius fratrem *in tract.de iu-*
riſd.ordini in exempt.part.4.q.13.

Quibus Ego non incongruenter circa termi-
nos propoſitæ quæſtionis addendum exiſtimo,
quòd † quamvis mandatum, quod Prorex ha-
bet ad prouiſionem Commendarum ſit am- 51
plum,& generale,non tamen per illud ei cenſe-
tur data facultas, vt veniat contra factum pro-
prium ipſius mandantis,*l.ſi hominem,D.mandati,*
Bartol. & alij poſt eum *in l.ambioſa, n.11. D.de*
decret. ab ordin.fact. Et multò minus videtur
comprehenſum illud, per quod Rex mandans
argueretur de fide rupta,vt tenet Anchar. *conſ.*
366. Iaſ.*in l.ſi procurator,n.15.de procur.*& Cra-
ueta *conſ.54.num.6.lib.1.*

Vt omittam, † quòd cum ex ipſo actu con- 52
ceſſionis Principis, vel Pontificis, acquiratur
ius in re eius conceſſionario,& in eum poſſeſ-
ſio transferri videatur, vt ſuprà tetigimus, &
probat tex. *in d. cap. ſi poſtquàm, verſ. Nam eo*
*ipſo,de præb.in 6.*ceſſat à modo talis præbendæ,
vel Commendæ vacatio,atque alij conferri non
poteſt.

Quæ omnia æqua lance admittenda erunt,
etiam ſi is, qui à Prorege, vel Gubernatore in
partibus prouiſus,& inueſtitus reperitur,habue-
rit in ſui recommendationem aliquam ſchedu-
lam generalem, vt in vacantibus,vel vacaturis
Commendis remuneretur. Nam adhuc ſpecialis
† Regis prouiſio hanc generalem iuſſionem 53
elidit, & ſuperat, etiam ſi eius nullam mentio-
nem fecerit,ex iuribus, & rationibus de quibus
ſup.cap.prox. n.35. & tex.in hanc rem expreſſò
in d.c.dudum, verſ.Præſertim, ibi: *Præſertim quod*
ſecundùm Canonicas, & legitimas ſanctiones per
ſpeciem generi derogatur, quamquam de genere
in derogante ſpecie mentio nulla fiat, tradit latè
Rebuff. *ad leg.Gall. 2.tom. tit.de reſcript.in præ-*
*fat.ex num.*103.

Et poteſt in huius rei confirmationem ex-
pendi viua illa, & efficax ratio, † quòd ſi ſpe- 54
cialem gratiam habens excluderetur, in totum
maneret deſtitutus,& ſua gratia fruſtratus, qui
autem habet generalem conceſſionem, etiam
ſi illa ſpeciali Commenda, vel præbenda pri-
uetur, in aliis poſteà æquè idoneis remunerari
poteſt. Neque huc applicari poteſt ea doctri-
na,† quæ habet,quòd genus,quod eſt verifican- 55
dum in vna ſpecie,potiùs dicitur ſpecies, quam
genus, iuxta *l.ſi domino 102. D.de leg.1.* quam
Bart. *ibidem*, ad hæc reſcripta expectatiuarum
deducit,& ſequitur Abb.per text. ibi *in cap. ex*

parte 12.*num*.6.*de offic. deleg*. Decius *in l.in toto, de reg.iur. num*.11. & latè Aluar. Valaſcus *con-*
56 *ſul*. 72. *tom* 1. Nam † cum proponamus ante hanc verificationem, ſeu deſignationem in aliqua certa Commenda, ex inſertis in generali ſchedula conceſſis, præceſſiſſe, & interueniſſe ſpecialem conceſſionem Principis. Hæc ſpecies videtur eximi à dicta generalitate, & ſic manent fixæ, & firmæ regulæ, & rationes ſuprà relatæ. Et
57 hoc † eſt quod apertis verbis docemur *in d. cap. dudum*, ibi: *Per illud etiam expreſſiſſe videmur, ne alius poſſet conferre, & poteſtatem prædictam quantum ad præſentem ſpeciem reuocaſſe*. Et hæc omnia ſumme adnotaſſe iurabit, quia mihi vtilia fuerunt in ardua cauſa Commendæ à Rege D.N. conceſſæ D. Laurentiæ de Silua, & eius ſororibus, quam Prorex Peruanus hoc ignorans interim aſſignauerat Nobili Equiti D. Raphaëli Ortiz de Sotomaior, cui tandem ablata fuit, licèt ipſius partes ſtrenuè defenderit D. Carraſc qui huius litis meminit, mei quoque ſimul honorificam mentionem faciens, *ſup. leges nouæ Recop. cap*.6.§.4.*n*.8.*fol*.70. quem vide.

CAPVT X.

De eo qui in ſeruitiorum remunerationem Regiam ſchedulam meruit, vt ſibi de certa, & deſignata quantitate in vacantibus, vel vacaturis Commendis prouideatur. Et an ea deductis expenſis præſtanda ſit? Et ſi ſemel aſsignata diminuatur, refectionis, vel euictionis nomine aliquid petere poſsit?

SVMMARIVM.

1 *Commendæ intra præfinitam quantitatem ſæpè dari iubentur.*
2 *Commendæ vbi ſub certa quantitate dari iubentur, quæ dubia moueri ſoleant?*
3 *Commendæ ratio ſi habeatur, potiùs, quàm quantitatis, eius onera ſubire debet commendatarius, &* num. 20.
4 *Valoris redituum maioratus, beneficij, & ſimilium æſtimatio communis, qualiter fieri ſoleat? & quòd regulariter attendi debet.*
5 *Fructuum computatio in diſpoſitione hominis quomodo ineunda ſit?*
6 *Fructus regulariter dicuntur deductis expenſis, & oneribus.*
Lex diuortio, §. impendia, D. ſolut. matrim. l. ſi à Domino, § fructus, D. pet. hæred. *& aliæ ſimiles illuſtrantur, ibidem.*
7 *Expenſarum deductionem nullus caſus impedire ſolet.*
L fundus qui, D. fam. hærciſc. *illuſtratur, ibid.*
8 *Fructus vbi computantur, ad corpus patrimonij, vel redituum valorem inſpiciendum, non fit deductio onerum, nec expenſarum.*
9 *Legatarius quotæ partis hæreditatis, & quotæ bonorum, aut quantitatis, qualiter differunt?*
10 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*
L. ſi quis ſeruum, §. ſi cui certam, & lex cum filius, §. 1. de leg. 2. *explicantur, & illuſtrantur. ibidem*
11 *Decimæ Papalis ad ſolutionem, qualiter ineatur valor beneficiorum? Extrauag. vnica de decimis illuſtratur, ibid &* num. 15.
12 *Subſidij ad diſtributionem, & exactionem qualiter ineatur æſtimatio redituum Eccleſiaſticorum?*
13 *Religioſi Societatis Ieſu, quam litem mouerint ſuper ſolutionem ſubſidij.*
14 *Decimæ Papalis exactio de rigore, abſque deductione expenſarũ fieri potuit, licèt de Æquitate contrarium Pontifex ſtatuerit.*
16 *Decima prædialis abſque aliqua deductione expenſarum ſoluitur, & an perſonalis?*
17 *Tributa, & gabellæ ſoluuntur, non deductis expenſis, etiam factis gratia colligendorum fructuum.*
18 *Tributa, & ſeruitia ordinaria, & extraordinaria Regni Caſtellæ ſoluuntur, ſine deductione expenſarum.*
19 *Fructus vndè dicatur, & quid propriè ſignificet?*
20 *Commendæ reſpectus vbi habetur, ineunda eſt æſtimatio iuxta communem eius valorem.*
21 *Fructus vbi non reſtitui; ſed ex eis aliquid ſolui præcipitur, non deducuntur expenſæ.*
22 *Ruſticus, qui promittit ſoluere domino pro terra, quam laborat, dimidiam, aut tertiam partem fructuum, non deducit expenſas.*
23 *Quantitas certa vbi in commendis dari, vel aſſignari iubetur, quod ex illa propter ſumptus diminuitur, in aliis cõmendis ſupplendum eſt.*
24 *Reſcripti, vel priuilegij verba inſpicienda ſunt, & ad vnguem ſeruanda.*
25 *Legum, vel reſcriptum, aut priuilegiorum verba otioſa eſſe non debent.*
26 *Superfluitatis vitandæ cauſa verba legum, & reſcriptorum impropriari poſſunt, & vt aliquid operentur.*
27 *Commendam concedens, habito reſpectu ad quãtitatẽ, videtur velle, quòd ea integrè præſtetur.*
28 *Decem corbes frumenti ſi alicui legentur, aut donentur ex aliquo fundo, integra quantitas præſtanda eſt, etiã ſi fundus eam non ferat.*
29 *Impenſæ non poſſunt minuere, quod certum, aut determinatum eſt.*
30 *Principaliter quod agitur, ſemper attendendum eſt.*
31 L. quidam teſtamento 96. D. de leg. 1. & 30. de leg. 2. & l. liberto 21. § à liberto, de annuis, leg. *explicantur, ibidem.*
32 *Quantitas annua per teſtamentum alicui dari iuſſa, non minuitur propter expenſas fundi, ex cuius reditibus colligenda eſt.*
33 *Beneficium ſi quis impetret à Papa tanquàm valoris centum ducatorum, quamvis valeat ducentum, non deductis expenſis, an valeat impetratio?*
34 *Expreſſio veri valoris beneficij, an ſit facienda deductis expenſis, & penſionibus, vel pro integro eius redditu?*
35 *Valor verus beneficiorum, quo fine exprimi iubeatur in eorum impetratione?*
36 *Conceſſionis commendæ verba ſi ambiguum ſit an ad corpus ipſius, vel ad quantitatem ex ea deducendã, reſpiciant, quid ſequi debeamus?*
37 *Æſtimatio facultatum, & redituum à viris ſenſatis ſemper fit habita ratione impenſarum.*
38 *Lucrum dicitur, quod ſupereſt deductis expẽſis.*
39 *Donationis ad inſinuationem attenditur, quod valet deductis expenſis.*
40 *Donationes, & gratiæ Principum plenius debent interpretari, quàm priuatorum.*
41 *Callidæ, & aſtutæ, vel ſtrictæ interpretationes à Principum conceſſionibus abeſſe debent.*
L. fin. C. de præpoſ. agent. in reb. lib. 12. *ponderatur, & illuſtratur, ibide*

42 *Caſſiodori*

SOlent autem dictæ schedulæ Commendarum expectatiuæ, † certam aliquàm quantitatem præfigere, intra quam, & non vltrà Precator remunerandus sit. Et hac consideratione habita, Proregibus, & Gubernatoribus iniungunt, vt de vacante, vel vacatura Commenda illi prouideant, quæ eam quantitatem explere possit. Vndè frequentissimè † duo in quæstionem vocari solent, quæ antequàm ad alia transeamus, hîc necessariò tractanda, & discutienda mihi videntur. Primùm, an hæc quantitas integra, & immunis præstanda sit ab expensis, & contributionibus ordinariis, quæ ipsis Commendis iniunctæ sunt, & ex earum reditibus deducuntur pro Indorum doctrina, & iustitiæ administratione, vel pro ipsorum tributorum collectione. Vel sufficiat Commendæ taxam, & æstimum attendere, & iuxta communem eius valorem schedulæ præceptum implere? Secundùm, an talis Commendæ, vel quantitatis designatione semel facta, & à parte acceptata, si fortè (vt sæpè accidit) Commenda minuatur, vel in totum pereat, debeat ei iterùm diminutio sarciri, vel noua Commenda assignari, quæ quantitatem præfinitam saluam, & securam efficiat. At proinde Regis in hac parte munificentia, ob id quod in plurimum meritorum compensationi respondet, euictionis legibus adstringatur. 1 2

Et quidem, quod ad primum articulum attinet, † si Commendæ ratio, vt plerúmque fieri solet, in rescripto habita fuerit, quantitatis autem expressio ea tantùm contemplatione adiecta, 3

adiecta, vt Prorex, vel Gubernator intelligat, quovsque Regis voluntas, & gratificatio extendatur, veluti vbi dicitur: *Le dareis, y señalareis vna Encomienda, que le rente tanto, ò tantos ducados de renta, en vna Encomienda que los valga*; vel quid aliud his simile. Non dubito, quin eius præceptum impleatur, si impetranti Commenda assignetur, quæ iuxta communem sui valorem illam quantitatem æquet, quantumvis solutis soluendis, aliquam diminutionem patiatur.
4 Nam † hic est frequens, & ordinarius modus computandi reditus alicuius, tam in maioratibus, quam in feudis, beneficiis, & aliis similibus, à quo non est recedendum, *l. cùm Delationis, §. asinam, D. de fund. instr. l. anniculus, D. de verb. signif.* latè Velascus *in axiom. iur. litt. V. num.* 33. atque adeò, neque ob expensarum considerationem aliquid addendum, vel detrahendum, vt in terminis voluit Bald. *in l. 1. col. 1. C. de*
5 *fruct. & litium expens.* dicens † hoc generale esse, quoties nomen fructuum generaliter ab homine in contractu apponitur, nam integra fructuum computatio iniri debet, quod priùs docuit Iacob. de Aren. *in l. fructus, D. solut. matr.* & repetit idem Bald. post Franc. Pisan. *in l. si à domino, D. de pet. hæred.* Salicet. *in dict. l. 1. post prin.* Panorm. *in c. pastoralis, ad fin. de decim.* & Matth. de Afflict. & alij apud. Tiraq. *in tract. de retract. lignag. §. 15. gloss. 1. num. 22.* & Ioan Garciam *de expensis, cap. 1. ex num. 12.*

6 Nam licèt aliàs † regulare sit, vt fructus dicantur, qui, deductis expensis, supersunt, ex tex. cum materia *in d. l. fructus 7. solut. matr. l. diuortio 8. §. impendia, D. eodem*, ibi: *Quia ex fructibus priùs impensis satisfaciendum est, dict. l. si à domino, § fructus, D. de pet. hæred.* Imò, & deductis etiã oneribus, vt probare videtur tex. *in l. sorori, & in l. Mucius* 36. *D. pro socio.* Adeò † vt nul-
7 lus casus interuenire possit, qui hoc genus deductionis impediat, *l. fundus qui, D. famil. ercifcund.* vbi gloss. & DD. gloss. Bart. & Angel. *in l. in fundo, D. de reiuind. & in §. ex diuerso, vers. Certè & illud, Inst. de rerum diuis.* & innumeri apud Tiraquel. *d. l. 1. num. 1. &* 8. Ioann. Garcia *d. cap. 1. ex num.* 16. & Barbos. *d. l. fructus, à num. 7.* qui hoc ampliant, etiam si quis iubeatur inferre fructus integros, iuxta *l. 1.* ibi: *Fructus integros*, iuncta *d. l. fundus*, qui,
8 *& d. l. si à domino, §. fructus.* Vbi tamen † fructus vniuersaliter taxantur, & æstimantur, ad corpus patrimonij, vel redituum valorem constituendum, vel inspiciendum, tales impensæ non deducuntur, sed ipsius vniuersalis possessoris damno cedunt, argum. tex. *in l. certo generi 13. § si totus, D. de seruit. rustic.* cum simil. & quæ ibi notantur, *l. si quis seruum 8. §. si cui certam, cum l. seq.*
9 *D. de leg. 2.* Vbi † ea differẽtia constituitur inter legatarium quotæ partis hæreditatis, & quotæ bonorum, seu quantitatis, quòd hîc intelligitur
10 de luctis oneribus, quia † bona dicuntur, quæ deducto ære alieno supersunt, *l. nihil aliud, l. bonorum, l. subsignatum, § bona, D. de verb. signif. l. 2. §. illud autem, D. de collat. bonor. l. mulier bona, D. de iure dotium*, cum latè adductis à Giurba *ad consuetud. Messan. cap. 1. glos. 2. n. 27.* ibi verò, cum honoribus, & oneribus, quia id denotat illud nomen, *Vniuersale hæreditatis*, sicut & in nostro casu nomen *Commendæ*, provt etiam dicitur *in l. cùm filius, §. 1. D. eodem tit. de leg. 2. & in l. fin. D. de vsufruct. legat.* & prosequuntur, rationem discriminis reddentes, Bart. & DD. in eisdem iuribus, præcipuè Peralta *in d. §. si certam*, Deci. *consf. 237. &* 387. Ias. *in l. cùm ex filio, n. 7. D. de vulgar.* Ioan. Crotus *in l. 1. n. 29. D. de leg. 1.* Gualdens. *de arte testandi, tit. 6. de legat. caut. 42. num. 4.* Anton. Gomez *in l. 21. Taur. num. 2. & 1. tom. var. cap. 12. num. 21.* Couar. *lib. 2. var. c. 2. à princip.* Anton. Faber *libr. 1. coniect. capit. 14.* Mencha. *de success. creat. §. 10. num. 162.* Caualcan. *de vsufruct. mulier. relict. num. 162. & 163.* & Hartman. Pistor. *in miscel. iur. quæst. part. 1. quæst. 46.*

Et hac consideratione habita, videmus † decimam Papalem, quæ solui iubetur per beneficiatos ex fructibus sui beneficij, ita computari, & exigi, vt nulla deductio eis fiat, ob pensiones Ecclesiasticas, quas soluunt, vel ratione æris alieni, & aliarum contributionum, quæ beneficiis iniunctæ sunt, exceptis his expensis, quæ fiunt in re, ex qua fructus percipiuntur, arando, colendo, & colligendo fructus, sine quibus non possunt inde fructus percipi, vt expresè habetur *in extrauag. vnica, §. & quia nonnulli, §. æris alieni, & §. in soluendo, de decimis*, cuius textus, & aliorum similium meminimus *sup. hoc libr. 3.* & tradunt omnes *in Clement. 2. eod. tit.* Caccialup. *de pension. q. 17.* Gigas *eod. tract. q. 38. & consf. 16. 100. 119. 135.* Tiraquel. *de primogen. q. 74. & d. glos. 1. n. 15.* Vvames. *consf. 288. sub tit. de præben.* latè Moneta *de decim. cap. 9. à num. 87.* cum pluribus, quos consultò omittimus.

Et idem in charitatiuo subsidio, & decima Papali Belencinus *q. 37.* & Remigius *q. 44.* Et hodie in praxi receptum, & obseruatum videmus † in subsidio, quod ex concessione Romani Pontificis ab Ecclesiasticis penditur, propter graues eius, & vrgentes necessitates. Etenim computatio quantitatis, quam quisque soluere debet, initur, habita consideratione valoris redituum, quos percipit, & sine deductione impensarum, & censuum, qui ex eisdem bonis, vel reditibus persoluuntur. Et † cum Religiosi Patres Societat. Iesu, Collegij ciuitatis Palentinæ, contrarium tentassent, tandem conuicti fuerunt, & tribus sententiis conformibus condemnati. Et in ea causa pro Clero, & Capitulo dictæ Ecclesiæ Palentinæ, & aliarum scripsit doctam quidem, & satis copiosam, & luculentam iuris allegationem, † Insignis ille nunquam satis laudatus Frater meus D D. Benedictus à Castro & Pereira, Canonicus Doctoralis, & Vicarius Vallisoletanus, & Decretorum Cathedræ Moderator Egregius, cuius omnigenam eruditionem, probatissimos mores, & rerum agendarum prudentiam, & dexteritatem immatura mors intercepit, non sine graui damno totius Republicæ litterariæ, & mei desiderio, qui illum supra modum amabam, & reuerebar.

In qua allegatione magnis iuris fundamentis tentauit, † id quod dicitur in d. extrauaganti, de impensis deducendis, quæ in fructibus seminandis, & colligendis fiunt, in ea decima, de qua loquitur, æquitate attenta, ibi statutum fuisse, argum. tex. *in l forma, § illam æquitatem, de censibus.* Cæterùm, semota ea constitutione, & iure communi inspecto, ne illam quidem deductionem faciendam esse, cùm decima Papalis sit similis decimæ prædiali, in qua † nullæ expensæ deducuntur, iuxta tex. *& comm. in cap. tua nobis, de decimis*, D D. & præcipuè Barbos.

Barbos. *in d.l.fructus,solut.matr.* Tiraq plurimos citans *d.gloss.1.n.10.& seqq.* vbi disputat, quid sit dicendum *in decima personali*, Ioan. Garcia *de expens.cap.1.n.17.* Baeza *de decim.tutor.cap.29 in princ.* & latissimè Moneta *in tract. de decimis, cap.6.n.28.& seqq.*

Sicuti, nec † in solutione tributorum,& gabellarum, quæ Principibus præstantur, tales impensæ deducuntur, vt bene obseruat Bald. *in d.l.fructus*, & ante eum Hostiens. *in d. cap. tua nobis*, sic inquiens: *Sed & decima prædialis tributum est, sicut enim tributum nulla facta deductione soluitur, sic & hæc decima.* Et idem tenet Salicet. *in l.1.C.de fruct.& litium expens.* Iacob. de Are. Alberic. Cuman.Claud.& Ruinus *nu.6. in eadem l.fructus*, vbi Paul.Castrens.*num.7.* notabiliter in proposito inquit: *Quòd quando à statuto imponitur gabella super fructibus, non deducuntur expensæ, quia statutum non intendit, vt aliquid ille lucretur, sed potiùs ad ipsum onerandum, gabella, vel decima, aut quarta solui præcipitur.* Sequitur Iacob. de Ayell.*in tract.de iur. adohæ num.91.* inquiens: *Quòd de fructibus, qui soluuntur in recognitionem dominij, non deducuntur aliqua expensæ, etiam facta gratia colligendorum fructuum.* Afflict. *decis. 252. num.7.* vbi ait: *Quòd si soluitur tributum tempore belli ad defensionem Regni, tunc ex fructibus non debent deduci expensæ:*& plures ad vtramque partem referens Tiraquel. *vbi sup.n.11. & seqq.*

18 Idem quoque † in aliis tributis & seruitiis Regalibus ordinariis, & extraordinariis nostri Regni Castellæ notat Auendañus *de exequendis mandat.2.par. cap.14. num.15.* Lasarte *de decim.vend.cap.16.num.1.*& in decima tutoris post longam disputationem concludit Baëza *d. capit.29. n.11.* vbi dicit, hanc esse æquiorem opinionem.

19 Et est ratio,† quia verbum fructus propriè & secundùm veritatem significat omne illud,quod percipitur,etiam non deductis expensis,vt constat ex Marco Varrone *libr.4. de lingua Latina*, ibi: *Fructus dicuntur à ferendo, quia res, quas producit fundus, dominus fert ad fruendum*, notat gloss.*in d.l.fructus*, communiter ibi,& vbique recepta, secundùm Barth.Socinum ibi *n.4.*Kalinum,& alios *de verb.iur. verb.Fructus*, & Ioann. Garciam *d.cap.1.*

20 Et id, quod diximus,† nempè, quòd vbi habetur respectus, vel contemplatio principaliter ad Commendam, sufficit quòd quantitas iuxta communem eius valorem numeretur, & designetur, sine vlla refectione propter expensas, potest (vltra *suprà* dicta) eleganter confirmari

21 ex alia doctrina, quæ habet, † quòd cùm fructus alteri non debent restitui, sed tantum aliquid præcipitur solui, verbi gratia, statuto caueatur,vt omnium fructuum ex prædiis collectorum soluantur, sex denarij pro libra, prout in contributionibus,nostris Commendis iniunctis, contingit;tunc non deducuntur impensæ, vt dicit Salicet. *in d.l.1. col.2. vers. Item quæro, pone quòd statuto, C.de fruct. & lit.expens. Nam quod leges*(inquit)*dicunt,impensas esse ducendas ex fructibus, loquuntur, cùm fructus sunt alteri restituendi, in hoc autem casu aliud est, in quo fructus ipsi æstimantur,vt pro libra sex denarij soluantur: vnde à verbis statuti non est discedendum, quæ considerant tantùm quantitatem perceptorum.* Quam sententiam refert, & sequitur Tiraquel. *dict.gloss.1.num.13.* Et pro ea facit, quod tradit Angel. *in d.l.fructus, in fin.D.solut. matrim.* vbi latè prosequitur insignis Pet. Barbosa *n. 26. & seq.* vbi agit de vera interpretatione, & praxi textus in hac materia celebris *in l. fundi Trebatiani,D.de vsufr.legat.* & Fabian.à Monte *in tra. de empt.& vendit.q.5. princip. vers. Quid autem veniat.* Quibus Ego addo Alber.*in d.l.si à domino,§.fructus,D.de petit.hæreditat.*vbi multum notabiliter inquit,quòd † rustici, qui promittunt 22 reddere domino medium, vel tertium fructuum prædiorum,quæ laborant,non possunt expensas deducere, quia ex conuentione tenentur, licèt secùs esset,si aliquid ab eis exigeretur,ex eo solùm,quòd possessores essent,nulla conuention e interueniéte,quo casu possent deducere expensas, vt *in d. l. fructus*, cum concordantibus, & quòd ita de consuetudine vbique seruatur, quando dominus terram suam rustico dat, vt eam laboret sumptibus suis, & det sibi partem fructuum,de qua conuenit,aliàs terra nihil proficeret domino.

At verò † si ex verbis schedulæ voluntas 23 Principis colligatur, quòd quantitatis potiùs effectum, & emolumentum, quàm Commendæ æstimum voluit attendere, vt puta si dixerit, vt quotidie fieri solet: *Que le den à vno Indios que le renta,y valgan tantos mil pesos,ò para que goze de tantos mil pesos entera y cumplidamente: O que sobre la renta que goza, se le añada à tanta cantidad, y essa se le entere, ò señale en vno, ò mas repartimientos.* Tunc ea interpretatio capi debebit, vt integra quantitas ei assignanda sit, & quòd de Commenda propter impensas,& dictas contributiones, quas habet, minuitur, in aliis Commendis per viam pensionis, aut alio modo repleatur, arg. tex. *in l.sancimus, §.repletionem, C.de inoffic. testam.* Nam hîc, vt in aliis, rescripti,† vel priuilegij verba inspicienda sunt, 24 & ad vnguem seruanda, *cap.porrò, & cap.recipimus, de priuilegiis, cap.si Papa, eod.tit.lib.6.l. semper in stipulationibus, D.de reg. iur.* tex. optimus & ibi Bald. *in cap. 1. in princ. de duobus fratribus,l.2.tit.9.lib.5. ordin.* cum latè traditis à Iasone *cons.1. col.2.in fine*, Paris. *cons.14.vol.1.* Socin.Iun.*cons.77.num.13.vol.1.* Decio *cons.614.* D.Valenç.*cons.74. n.7.* Et si prædictum supplementum non fieret, † otiosa,& superflua videri 25 possent illa verba dictarum schedularum, quod iura non patiuntur,*l.si quando 119.* vbi DD. *de legat.1.*iunctis pluribus aliis,quæ congerit Velascus *litt.V.num.31.* Cùm potius ob superfluita- 26 tem vitandam impropriari possint,& soleant, vt aliquid operentur,*l.tunc cogendum, § Sabinus,D. de procurat.* vt per Ias. & alios *in l.ait Prætor la 1.in principio, D.de iur.* Angel. *in l cum ante, C. de donat.ante nupt.*tex. & DD *in l.si tam angusti, D.de seruit.* Roland. à Valle *cons.1. numer.122. vol.3.* D.Valenç. *cons.23. n.10.& cons.73.n.11.* Afflict. *decis.44.numer.19.* Ioan.Garcia *de nobil. gloss.1.§.1.num.24.* Gratian. 4 *tom. discept.forens. cap. 639. num.3.* Scacia *de commerc. §.7. gloss.3. num.20. & seqq.* & Tuschus *litt.S. conclus. 894. & 895.*

Atque ita † iuxta mentem concedentis, sub 27 ea forma verborum explicitam, non tam videtur respectus Commendæ, & communis eius valoris, seu æstimationis habitus, quàm integræ, & præfinitæ quantitatis præstationis, cuius compendium absque dubio propter impen-

dium Commendis annexum minuitur, nisi eius
resartio, aut deductio fiat.

Vndè communis Doctorum traditio est,
28 quòd † si in legato, vel donatione, ita dicatur:
Dono tibi decem corbes frumenti ex eo fundo,
aut aliis similibus verbis, expressa scilicet cer-
ta, & determinata quantitate, aut mensura:
Tunc non debet hæc quantitas impensarum
præstatione onerari, vel propter eas minorari,
sed integrè præstanda est, per *l.si debitor*, *§.ve-
rosimili*, cum ibi notatis, *D. de contrah. empt.*
Bart.& alios, *in l.inter stipulantem*, *§.sacram*, *D.
de verb.obligat. & in d.l.fructus*, Imol. Panorm.
Florian. & alios, quos refert, & sequitur Ber-
tachin. *in tract. de gabell. 2. part. octauæ partis
princip. q. 5.* & Tiraq. *in d.glos.1. numer.17.* qui
eam huius rei rationem reddit, & optimam ap-
29 pellat, † quòd impensæ non possunt minuere,
quod certum est,& determinatum, *l.meritò*, *§.à
me*, *D.de leg.2.* & facit *l.quod dicitur*, *D.de im-
pens.in reb. dot. fact.*

30 Et Ego † addo, quòd cùm semper sit atten-
dendum, quod principaliter agitur, *regasti*, *in
princ.* vbi Alex. *l.si quis,neque causam*, *D.si cert.
pet.* cum aliis vulgatis, quæ congerit Tiraquel.
de cessant. causa, limitt.22. in fine, & Velascus
in dict.axiom. iur.litt.P. num.157. expressio fun-
di & in nostro casu Commendæ, vndè deducen-
da sit illa quantitas, quæ principaliter, & effe-
ctiuè designari intenditur, non tàm ad illius di-
minutionem trahenda est, quam ad designatio-
nem loci, vel partis, vndè sine incommodo col-
31 ligi possit, vt aliàs dixit in simili casu † I. C. *in
l.quidam tastamento 96. D.de leg.1.* ibi: *Respon-
di, verosimiliùs esse patremfamilias demonstrare
potiùs hæredibus voluisse, vndè aureos quadrin-
gentos, sine incommodo rei familiaris detrahere
possent.* Cui arridet lex alia, quæ etiam inci-
pit, *quidam testamento 30. D. de legat. 2.* ibi:
*Potest tamen videri tanta summa legata, quanta
ei rei sufficeret, si modò non appareat aliam fuisse
defuncti voluntatem.* Et *l.liberto 21.§ à liberto, D.
32 de ann. legat.* Vbi † annua quantitas, certa, &
determinata à testatore præstari iussa ex certo
fundo, ex quo commodè deduci potest, non
minuitur, etiam si falcidia partem dimidiam
fundo abstulerit. Nimirum quia hæc fundi de-
monstratio, siue æstimatio testatoris, etiam si
falsa sit, non tollit, neque minuit legatum,
vt notat Bart. per tex. ibi *in l. si fundum*, *§.si li-
bertus, in fine, D.de legat.* quem sequitur Ias.*ibid.
n.6.* Socin.Senior. *cons.93. n.7.in princ. vol.1.*&
Petr.Surd. qui iuxta hæc venit intelligendus,
in tract.de aliment.tit.7.q.33.num 34.

Rursus, & magis in terminis, pro eadem
33 sententia perpendi potest, † quod tradit Bald.
*in dict. l.1. col.2. in fine, vers. Pone impetraui à
Papa*, *C.de fruct. & litt. expens.* Nempè quòd
si quis impetrauit à Papa beneficium æstima-
tionis centum ducatorum, & vacet beneficium
ducentorum, sed quæ, deductis expensis, &
oneribus, decedant ad centum tantùm, illi de-
betur eiusmodi beneficium, nec censetur vale-
re, nisi illos centum ducatos: quod & idem te-
nuit ipse Bald. *in l. sed si hoc*, *§. cuidam*, *D.de
cond. & demonst.* Cumanus *in d. l.fructus, D.so-
lut. matrim.* Alex. Aretin. Iason, & alij recen-
tiores *in l.non amplius, in princ. de legat.1.* Et li-
cèt Paul. Castrens. ibid. subdubitet, an Curia
Romana id obseruaret, cùm tales gratiæ sint
restringendæ, tanquàm odiosæ, idem tamen in-
trepide sequitur Felinus *in cap. ad aures, vers.
Duodecima conclusio, de rescript. & in cap. ad
nostram el 1.vers. Ex his infertur, de iur. iurand.*
Ias.*in l.cùm quadam puella, §.1.in fine, D.de iu-
risd.omnium iud.* Decius *cons. 156.* Pal. Rub. *in
repet. Rub.fol.12.* vbi ad hoc esse inquit quan-
dam Regulam Cancellariæ Martini Quinti,
Rebuf.*in tract.nominat.q.9. princip.num.35.& in
repet.cap.postulastis,num.150.de Cler. excom.mi-
nistr.* Ripa *in l.1. §.si hæres, num. 27. D.ad Tre-
bel.* Tiraquel.qui eos refert, & sequitur *vbi sup.
num. 6.* Cui consonat, quod tradit Rota *decis.
702.* incip. *Dic quòd si Papa*, in antiquis, †
quòd si quis opponat, brneficium pluris valere, 34
quàm fuerit expressum in impetratione, non au-
ditur, nisi dicat deductis oneribus. Licèt contra-
riũ sentire videatur Flam. Paris.*de resign. benef.
dub.10. q.2. num.27*, qui nulla mentione supra-
dictorum facta, concludit, quòd non excusatur
quis à mala expressione valoris, eò quòd bene-
ficium sit grauatum pensione, & ea pensione de-
ducta, sit expressus verus valor, iuxta decis. Ro-
tæ 182. apud Peregrin. *lib.2.* † Nam exprimitur 35
verus valor, non solùm respectu annatæ, sed
etiam, vt intelligat Papa qualitatem beneficij;
quod confert, habita etiam ratione personæ, cui
confertur, vt per Sarnens. *de exprim.q.3.* & est
videndus Maurus *allegat.3.n.9.*& Marescot. *lib.
1.var.resolut.cap.60.*

Quinimò non solùm, vbi concedentis verba,
clara, & aperta sunt, pro effectiua, & integrali
quantitatis præfinitæ consignatione, & solu-
tione, suprà dictam sententiam amplectendam
putarem. † Verùm & quotiescunque schedulæ, 36
siue rescripti verba ita essent ambigua, & inuo-
luta, vt sufficienter ex illis colligi nequeat, an
ad communem valorem Commendæ, an ad
quantitatis solidæ, & effectiuæ emolumentum
respexerit. Nam etsi redituum æstimatio, &
computatio communiter ad multos iuris effe-
ctus grosso modo, & sine impensarum dedu-
ctione fieri soleat, vt *suprà* retulimus. Negare
tamen non possumus † quin sensati omnes, & 37
prudentes viri, in æstimandis, & perpendendis
facultatibus, impensarum rationem habeant, vt
notanter dixit gloss. magist. per tex. ibi, *in cap.
quoniam, de vita, & honest. Clericorum*, & idem
æstimando reditu docet Bald. & Salicet. *in l.co-
hæredibus, C.fam.ercis.* idem Bald.*in l.neque, in fi-
ne, C.de compensat. & in l.1. §.exercitorum, D.de
exercit.act.* & omninò videndus Tiraq. *d.gloss.1.
numer. 5.* vbi pluribus probat, † quòd lucrum 38
dicitur, quod superest deductis expensis, &
numer. 4. vbi addit, quòd cùm donatio, quæ
excedit quingentos aureos, requirat insinuatio-
nem, *l. sancimus*, *C. de donation.* si quis † do- 39
net rem quampiam, quæ pluris valeat, si nihil
deducatur, minoris autem deductis impensis,
& gabella, non requiritur insinuatio, debent
enim ad æstimandam rem deduci impensæ, vt
signanter in eisdem terminis scripsit Bartol. per
tex. ibi *in l.quoties*, *D.ad leg. Falcidiam*, cuius
doctrinam tanquam singularem valdè probat,
& commendat Roman. *singul.202. Dico vnum*,
Franc.Cremens.*sing.171. Donatio vltra quingen-
tos*,& alij plures relati à Tiraq. *vbi sup.*& Catel.
Cotta *in memor. iur. verbo Statuto. Mediolani
cauetur.*

Id quod longè magis † in terminis dona- 40
tionis,

tionis, & concessionis Principis, & maximè ob remunerationem seruitiorum factæ, in dubio (vt dixi) probare debemus, quia eius verba magis gratiosè, & liberaliter accipi debent, quàm in contractu priuati, *l. fin. cum vulgat. D. de const. Princ. cap. cùm dilecti, de donat. cap. olim. de verb. signif.* vbi DD. Debetque † ab eis abesse, & exulare omnis stricta, vel astuta, aut callida interpretatio, quam eius fauor intercipiatur, vel diminuatur, vt notanter dicunt Impp. *in l. fin. circa medium, C. de præpos. agent. inreb. lib. 12.* ibi: *Cùm perabsurdum, perque temerarium sit, hanc nostræ liberalitatem pietatis, quemquam astuta interpretatione non in augmentum anteriorum priuilegiorum, sed diminutionem conuertere concedi.* Et Cassiod. † *lib. 1. epist. 10.* ibi: *Mutilari certè non debet, quod laborantibus datur, sed à quo fidelis actus exigitur, compensatio imminuta præstetur. Prouidete itaque, vt quod benemeritis impendimus, incorrupto munere consequantur.*

Et conducunt verba, quæ in simili protulit Imper. Iustin. † *in auth. de non alien. vel permut. reb. Eccles. §. si minus,* ibi: *Quid enim causetur Imperator, ne meliora det, cui plurima dedit Deus habere, & multorum Dominum esse, & facile dare.* Et alia, quæ tradit Rebuf. *in prax. benef. 4. part. in princ. num. 7.* DD. per tex. ibi *in l. penult. C. de donat. inter, & in l. cum multa, in fine, C. de bon. quæ lib.* vbi † quod gratiæ Principis, non solùm in donationibus, & remunerationibus, verùm etiam contractibus, non subiacent fræno, cum aliis, quæ latè congerit Curtius Senior *cons. 45. n. 47.* Craueta *cons. 95. n. 9. vol. 1.* D. Valenç. *cons. 83. n. 77.* Socin. *reg. 56.* Dec. *in l. in omnibus causis, n. 7. de reg. iur.* And. Gail. *lib. 2. pract. obser. c. 55.* & alij relati à Tiraq. *in l. si vnquam, verbo Donatione, n. 74.* Tomingio *cons. 3. n. 39. & seqq. lib. 1. & cons. 2. n. 57. vol. 2.* & Tiber. Deciano *cons. 18. n. 388. & seqq. vol. 1.* qui hinc inferunt, quòd omnes conuentiones factæ cum Principe sunt bonæ fidei, & latè interpretandæ.

Et in specie de his, † quæ fiunt in remunerationem seruitiorum, Decius *cons. 499. n. 25. vol. 2.* Burg. de Paz *cons. 25. num. 46. & cons. 25. num. 10.* Sarmient. *lib. 2. select. c. 12.* Cacher. *cons. 19. n. 10.* & Ioann. Garcia *de nobilit. gloss. 6. n. 38. vers. Decimò, fol. 137.* Quibus adiicio, quod in ipsi terminis schedularum, siue rescriptorum, de quibus agimus, docet Ias. *in d. l. fructus n. 16. D. solut. matr. Nimirum regulam † illius tex. dum probat fructus dici deductis expensis. Procedere etiam si verbum fructus proferatur à lege viua, idest à Principe. Nam etiam intelligitur deductis expensis,* hoc est in rescriptis, & impetrationibus. vt ibidem explicat, & sequitur Vincent. *num. 7.* Couarr. *lib. 3. variar. cap. 13. num. 1.* & Petr. Barbosa *num. 14.* Capicius *decis. 20. n. 7.*

Quæ tamen omnia Ego, in proposita nobis Commendarum quæstione, ita temperanda censerem, † nisi fortè Commenda propter beneficium, & augmentum specierum (quas vocant) in quibus taxata est, ita supercresceret, vt hoc impensarum onera æquare, & compensare posset. Nam cùm istud augmentum lucro Commendatarij cedat, vt dixi *suprà hoc lib. c. 3. n. 68.* Non est cur de diminutione ex causa impensarum quæri debeat, ex reg. tex. *in l. secundùm naturam, D. de reg. iur. cap. qui sentit, eod. tit. lib. 6. l. vnica, §. pro secundo, C. de caduc. tollend.* ibi: *Neque enim ferendus est is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem eis annexum contemnit.* Quod maximè † procedit, vbi lucrum, & damnum ex eodem fonte, eisdemque causis, & non ex diuersis promanat, vt præter DD. in dictis iuribus optimè animaduertit Petrus Surd. *cons. 150. num. 85.* & nouissimè Stephanus Gratian. *discept. forens. tom. 5 cap. 919. num. 35. & 36.* 48

Et sub his considerationibus, & distinctionibus † aliquando vidi in Supremo Consilio Indiarum negari schedulas, quas aliqui petebant ad supplementum quantitatis, quam sibi præcipuam assignandam fuisse allegabant. Aliquando autem concedi, si in id Principis verba propenderent, aut ingens impensarum detractio hanc æquitatem expostularet. Et † hoc maximè practicari cœpit, vbi in Regno Peruano, ex omnibus Commendis, quæ prouidentur, tertia pars regiis iuribus inferri iussa fuit. Nam eius valor in alia Commenda, vel pensione sarciri iubetur iis, qui quantitatis certæ schedulas impetrarunt, vt iterum adnotabimus *infrà cap. 26.* vbi de eisdem tertiis partibus sermonem habebimus. 49 50

Atque hæc quidem de primo articulo, quem hoc capite tractandum suscepimus, dixisse sufficiat. In secundo autem, cùm materia euictionis contingat, latè quidem diuagari possem, quoniam † eam Salmanticæ publicè, & vtiliter pertractaui anno 1605. coram frequentissimo florentissimóque auditorio. Cuius tractatus editionem in votis habeo, quamvis magna pars huius, & aliarum mearum in eadem Schola lucubrationum ab aliis iam intercepta, & non sine graui plagio, meo nomine suppresso, suis scriptis inserta reperiatur. Sed vt quæ ad Commendas nostras spectant, breuiter perstringam, resoluendum existimo, quòd si eas in totum feudis similes facimus, dubium non est, † quin regulariter Princeps illis euictis teneatur, vt in iuribus, & casibus latissimè adductis à Zasi. *in tract. de feud. 4. p. fol. 20. & 6. p. fol. 52. & 56.* & Rosenth. *in eod. trac. c. 4. concl. 8. & c. 6. concl. 8. 9. & 12.* & meliùs *c. 8. concl. 29.* cum duabus seqq. vbi plura iura feudalia, & plures etiam Auctores de hoc agentes adducit, & prosequitur nouiss. Guzman. *in tract. de euiction. q. 32.* Cæterum si Commendas † intra naturæ puræ, simplicis, & gratuitæ donationis contineamus, tunc securè affirmare poterimus nullo casu, illis euictis, Principem de euictione teneri, per tex. *in l. si quis argentum 35. C. de donat. l. Aristo 18. §. fin. D. eod.* vbi Bart. post glos. *num. 1.* & innumeri alij, quos refert Roland. à Valle *cons. 50. visa concessione n. 26. vol. 1.* Caballin. *in tract. de euict. §. 4. n. 2. & 3.* Guzman. *in eod. tract. q. 25.* qui alios plures adducit; Rosenth. *d. c. 8. concl. 29. litt. B.* & D. Valenç. *cons. 27. num. 7.* vbi concludit, quòd durum esset, quòd donans præstaret cautionem de euictione, & in terminis Regum, & Principum loquens, & quòd non teneantur de euictione in causa lucratiua Cabed. *decis. 36. n. 1. p. 2.* 51 52 53

At verò quoniam iuxta ea quæ sæpè tradidimus, † nostræ Commendæ vera, & propria feuda non sunt. Neque item meræ, & gratuitæ donationes dici possunt, cùm magis ad remunerationis naturam spectent, & recipientes ad vicinitatem faciendam, & noua seruitia aliáque onera obligent, vt infrà tradenus. Propriùs rem attingere videbimur, si eas ex natura donationis 54

remuneratoriæ, seruitiorum factorum, & faciendorum, metiamur, & an in illa euictioni locus sit,
55 disquiramus? Et sunt,† qui negatiuam sententiam tueantur, etiam in feudis, concludentes, quòd Rex donans feudum aliqui vassallo ex causa seruitiorum, si ab alio euincitur, fiscus Regius de euictione
56 non tenetur,† quia prædictus vassallus, cui donatio facta fuit, ad seruitia illa ex necessitate officij, & obligationis tenebatur, vt tradit Anton. Vrsillus in addit. ad Matth. de Afflict. decis. 307. ante n. 9. Ant. Gama decis. 29. post n. 1. vers. Neque seruitia, Caueta cons. 98. n. 11. & seq. & eos nouissimè sequutus Horatius Viscontius in conclus. iur. litt. R. verb. Rex donans, pag. 252. vbi cum Aponte cons. 59. refert, ita aliàs fuisse decisum in Senatu Neapolitano contra illustrissimum Ducem Suessæ, & in fauorem Principis Illustr. Squillacij contra Illustrem Ducem Somæ, de quo etiam meminit Fabius de Anna cons. 93. n. 29. Ioann. Bapt. Toro in compend. decis. Neapol. verb. Euictio, & Guzman d. q. 25. n. 42. qui etiam potuerunt allega-
57 re Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. 3. p. n. 62. qui † ad hoc vt donatio remuneratoria non sit propriè donatio, & in ea euictio locum habeat, requirit, vt pro seruitiis, & meritis fiat, quæ ius etiam agendi in iudicio præstarent.

Sed pro contraria opinione stare videtur, non
58 soùm † communis, sed magis communis Doctorum schola, qui constanter tenent, in donatione remuneratoria, vel ob causam, aut ex causa facta, etiam si à traditione incipiat, euictioni locum esse, ita vt si res pro parte euincatur, pro parte agatur, si in totum pro tota, vt multis relatis resoluit Caballin. d. §. 4. n. 4. Boër. decis. 67. n. 1. Viuius in commun. opin. verb. Donatio, vbicunque incipit à promissione, vbi ait hoc DD. communiter tenere, & latiùs cæteris Rosenth. d. conclus. 29. n. 5. & 6. & in notis litt. E. & F. quibus ego addo Bartol. in l. Iulianus, §. qui fundum, n. 5. & 6. D. de verb. oblig. Mangrellum in addition. ad eundem Bart. in l. Attilius, D. de donat. Alex. cons. 47. n. 8. vol. 3. Camil. Borr. in addition. ad Bellug. in specul. Princip. fol. 28. litt. P. in nouis, Marcab. cons. 55. n. 176. vsque ad 187. Ias. in l. ex hoc iure, n. 68. D. de iust. & iur. Seraphin. Oliuar. decis. 534. n. 3. vol. 1. Cabedum decis. Lusit. 119. n. 12. & 13. p. 2. Capici. decis. 197. n. 8. Rhenat. Choppin. de doman. Franc. li. 2. tit. 14. n. 6. vbi loquitur in donatione facta propter merita antecessorum, D. Franc. Alfaro in tract. de offic. fisc. glos. 34. n. 108. & 109. special. 1. fol. 303. Card. Tusch. to. 3. concl. 366. n. 5. fol. 292. & nouissimum Guzmanium, plures alios referentem, d. q. 25. ex num. 37. qui om-
59 nes ea ratione nituntur, † quòd cùm Princeps de iustitia teneatur ad remunerationem seruitiorum, vt latè dixi hoc lib. cap. 1. & 2. eius interest suum feudum, Commendam, vel aliam quamlibet rem, ob hanc causàm donatam, euictam non fuisse, vt sit liberatus ab obligatione antidotali, per tex. in l. idemque 7. §. fin. D. mandat.
60 Et quia † donatio remuneratoria, est magis similis dationi insolutum, quàm donationi, vndè non mirum si debeatur euictio, iuxta notata in l. eleganter, D. de pignor. action. & in l. libera, C. de sent. & interlocut. cum aliis, quæ nouissimè adducit Guzman d. tract. de euict. d. q. 25. num. 41. & q. 28. per totam, & Callistus Remirez de lege Regia. §. 30. num. 26. & 27. vbi latè agit de donatione remuneratoria, & eius priuilegiis, & Nos infrà ca. 27. ex n. 58.

Neque obstat doctrina Pinelli, & aliorum, qui ex seruitiis vassallorum talem obligationem induci negant, vt pro ea ad remunerationem in iudicio agi possit. Nam Princeps hoc expectare
† non debet, cùm pro eo, quo eminet digni- 6
tatis fastigio, debeat benè de se merentium petitiones præuenire, l. cùm multa, in fine, C. de bon. quæ lib. ibi: Oportet imperialem liberalitatem culmen habere præcipuum. Et naturalem legem magis quam iudicis præceptum reuereri, quæ
talem † compensationem desiderat, l. sed si lege, §. 6
consuluit, D. de pet. hæred. ibi: Quamvis ad remunerandum sibi aliquem naturaliter obligauerunt. Eleganter Alex. lib. 5. dier. Gen. ca. 1. vbi postquàm plura de hac antidotali obligatione disseruit, ita concludit: Siquidem ad promerendum nulla efficacior vis, quàm officium manet. Atque ita hoc perspicuum est, fixum homini ingenitumque fuisse, vt sicut se à vi, & iniuria tutari, & illatam contumeliam vlcisci, ac talionem reddere, iubente natura, impellimur: ita collatum nouis officium alio officio pensare, & conferre cogamur.

Vndè aduersus Pinelum, & eius sequaces, ve-
rior † est traditio, remunerationem vocari, quæ 6
fit propter merita, etiam non inducentia ciuilem actionem, vt ex concordi Rotæ decisione testatur Cæsar de Grassis decis. 2. de donat. num. 18. fol. 226. ibi: An autem merita debeant esse talia, quæ actionem producant? fuit dictum, quod communis est, quòd non, licèt Arias Pinellus copiose post multos ab eo relatos, defendat contrariam opinionem. Et idem tenet Cardin. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 15. num. 16. & lib. 21. tit. 4. num. 7. Stephan. Gratian. tom. 2. discept. forens. cap. 386. num. 13. fol. 635. & Guzman. d. cap. 25. vbi inquit, † quòd licèt in aliis donationibus Rex voluntariè soleat suscipere defensionem, vbi tamen donatio facta est propter benemerita, ad id præcisè tenetur, quia non est simplex donatio, sed genus quoddam permutationis, vt in d. §. consuluit. Et ita refert iudicatum in Curia, Rebuff. 2. tom. ad leges Gall. art. 2. gloss. vlt. tit. vt benef. ante vacation. Bursat. cons. 31. n. 5. lib. 5. Decian. in tract. de donat. remunerat. num. 139. Roland. cons. 13. n. 21. lib. 3. Gramm. decis. 156. num. 8. Mieres de maiorat. 4. part q. 1. limitat. 3. num. 12. & Rhenat. Choppin. d. tract. de dom. Franc. tit. 14. num. 6. vbi inquit, in Parisiensi Senatu decisum fuisse: Quòd dominus Rex garentiret quandam terram, quam eius prædecessores cuidam nobili dederant ex bona causa, scilicet grati seruitij, & in se litem huiusmodi susciperet. Et est videndus Stephan. Gratianus lib. 4. discept. forens. cap. 657. num. 53. vbi quòd donatio ex causa meritorum æquiparatur donationi insolutum, & in debeatur euictio, siue incipiat à promissione, siue à traditione, & Cabedus, omninò videndus, d. decis. 36. n. 6. & seqq. vbi benè distinguit, qualiter opinio Pinel. accipienda sit, & decis. 80. n. 7. & seqq. vbi quòd Rex tenetur contractus à se gestos indemnes seruare, non solùm per se, sed etiam per officiales suos, & possunt partes Regium procuratorem in ius vocare, & Terminus in tract. de cautel. cautela 53. n. 4. fol. 168. vbi quòd licèt regulariter euictio non habeat locum in donationibus, fallit tamen in remuneratoria.

Sed

Sed in hoc aduertendum est, quòd, vt in nostris Commendis, euictioni locum esse concedamus, ex suprà relatis, † non tamen facilè, neque passim id practicandum erit, sed eo tantùm in casu, quo ex facto ipsius Principis euictio contingeret, puta quia mihi dedit Commendam, quam alius iustis titulis possidebat, vel quæ extincta fuerit, vel extingui iussa, aut in Regiam Coronam incorporari, aut in aliis casibus similibus, de quibus benè agit Afflict. *in c.1. de inuest. de re aliena facta*, Vuesemb. *cons.64 n.10.p.2.* Rosenth. *d.cap.8.concl.29. & cap.4.concl.10.& cap.6.q.8.&* 18. & Nos tetigimus *in cap.præcedenti*, exemplum apponentes in specie tex. *in cap. inter cætera 17. de præb.* vbi gloss. *verb. Assignauit*, huius rei rationem assignat, † quòd beneficio nos oporteat iuuari, non decipi, *l.in commodato, § sicut, in fine, D. de commod. c. vnico, eod. tit.*

Et tunc quidem † fisci partes erunt, Commendam, quam dedit, dariuè iussit, per suum procuratorem Fiscalem defendere, vel si succubuerit, aliam Commendam æquiualentem, vbi primùm poterit eidem benemerenti concedere, vt in simili inquit tex. *in d.cap. inter cætera, cap. præsentium 7. q.1. c. veniens, de filiis presb.* & alia iura, quæ refert *d. gloss. verb. Assignauit*, & in ipsis terminis feudorũ tex. & ibi glos. *verb, In feudum dandos, si vassall. de feud. ab aliquo interp.* vbi omnes DD. præcipuè Afflict. *in princip. & num.7.* & alij plures, quos refert, & sequitur Rosenthal. *d. conclus.29. litt. K.* Non tamen † tenebitur ad duplum, quod quandoque iure communi præstari debet, neque ad alia damna, vel interesse lucri cessantis, aut damni emergentis, quamvis huius interesse, & meliorationum considerationem, in feudis haberi solere, docet Rosenthal. *dict. conclus.29. nu.11. & in addition. litt. L.* quoniam in Commendis non militat ita præcisa obligatio securitatis præstandæ ex parte concedentis, vt in feudis. Et quia † non solùm in his causis, verùm & in aliis, quæ ex contractibus onerosis, & vltrò, citróque obligatoriis proficiscuntur, iam illud praxi vbique terrarum receptum est, vt fiscus euictionis nomine solum rei euictæ, pretium, vel refectionem præstare debeat, *l. si procurator, D. de iure fisci*, gloss. *in l. si dictum, D. de euict.* Patis. *cons.101.n.14.lib.1.* Pereg. *de iure fisci, lib.6. tit.4. n.36. & 37.* Cabed. *d. decis. Lusit.36. n.1. p.2.* Caballin. *de euict. §.5. num.88.* & Guzman *in eod. tract. d. cap.25. num.32. & 33.*

At verò in casu quæstionis quam in hoc capite proposuimus, † nimirum vbi quis Commendam sibi datam accepit, & sine litigio possedit, vel etiã quantitatem certam, & præfinitam, sibi in aliqua, vel aliquibus Commendis consignari iussam, nullo modo ex superueniente talis Commendæ, vel quantitatis diminutione, aut etiam totali absumtione, ius aliquod refectionis, vel euictionis nomine aduersus fiscum posse intendere arbitror, si sine Regis facto, aut culpa contigerit. Nã eiusmodi damna, & interitus, Commendatarij periculo sunt, † vtpotè quasi domini, & possessoris talis Commendæ, *l. quæ fortuitis, l. pignus, C. de pignor. act.* cùm aliis, quæ latè congerit Decius *in l. contractus, de reg. iur.* & Medices *de fortuit. casib. 2. part. q.10.* vbi *n.143.* agit in specie de feudatariis.

Et in materia beneficiorum † constans regula est, quòd qui virtute expectatiuæ sibi concessæ, illud semel impetrauit, & acceptauit, ampliùs
variare, vel quidquam aliud petere, etiam ob
futuros, & imminentes casus non potest, quia
consumit (vt dicitur) gratiam suam, etiam si
malè acceptet, vt pluribus relatis probat D. Va-
lenç. *cons.83. num.78. & seq.* & Cochier *de pri-
mariis precibus, pag.71. & seqq.* vbi tractat, † quid 73
sit, & operetur acceptatio in expectatiuis, &
Hierony. Gonçal. *ad reg. Cancell.8. gloss. 34. n.
89.* Et si contrarium admitteremus, nunquam
fiscus his litibus vacaret, neque eis exsoluendis
sufficeret. Quæ † vel sola ratio efficere debet, vt 74
eis via non aperiatur, arg. eorum quæ in simi-
li tradit Couarr. *in cap. cum in officiis, num.9. de
testam.* DD. *in l. properandum, C. de iudiciis.
& in cap. finem litibus, de dolo, & contuma-
cia*, Surd. *cons.271. num.15.* & Gratian. *tom.4.
disceptat. cap.762. n.12.* Provt † neque vsquam 75
aperiri vidi, nec tales petitiones in Regiis India-
rum Cancellariis, vel Supremo earum Senatu
permitti.

Vndè huic obseruantiæ stare debemus, † & 76
ab antiqua practicari non recedere, l. minimè,
D. de legibus, cap. dilectus, de consuet. Bald. *in
l. illud*, per tex. ibi, *de excusat. tutor. Restaur.*
Castald. *de Imperat. q.24. n.2. l. si quando, C.
de iniuriis*, ibi: *Mos iudiciorum, qui hacte-
nus obtinuit, seruetur intactus, cap. sicut, de re
iud. l. semper in stipulationibus, D. de reg. iur.
l. si pacto, quo pœnam, C. de pact. cap. ex litte-
ris, de constit.* Osascus *decis.22. n.6. & 7.* Af-
flict. *decis.79. n.5.* Vbi inquit, † quòd longeuus 77
vsus causarum potest allegari pro iure; siue ten-
dat ad litem ordinandam, siue decidendam, Cas-
san. *cons.68. n.57.* Ant. Thesaur *decis.2. n.9* & Co-
chier *in tract. de primariis precibus, sect.4. pag.
63.* & latissimè de nostris Commendis agens D.
Valenç. *cons.83. n.115. & seqq.* & Valascus *in
axiom. iur. litt. T. n.127.*

Sed verò quamvis hæc de rigore iuris ita se
habeant, non tamen impediunt, † quin Princeps 78
æquitate, & benignitate solita vtens, eiusmodi be-
nemeritis, quos ob prædictas causas in egestatem
deductos agnouerit, & præmiis, quæ meruerant de-
stitutos, alia beneficia, provt viderit expedire, vel
nouas Commendas, aut pensiones largiatur, vt te-
tigi suprà *cap.7. n.56.* Decet quippè † eum in be- 79
neficiis suis crescere, iuxta tex. *in cap.1. de donat.*
cum aliis, quæ adduxi *sup. hoc lib. cap.2. n.68.* Et il-
lud Cassiodori *lib.1. var. epist.12.* quod hùc maxi-
mè spectare videtur: *Nec tamen benignitas nostra
vna remuneratione contenta, honores geminat, au-
gmenta procurat, & eo studio dona reparat, quasi
debeat omne quod præstat, & lib.2. epist.2. Amamus
nostra beneficia geminare, nec semel præstat largi-
tas collata fastidium, magisque nos prouocant ad
frequens præmium, qui initia nostræ gratiæ suscipe-
re meruerunt. Nouis enim iudicium impenditur,
fauor autem semel placitis exhibetur.* Cui adridet
illud Mart. *li.9. epig.71. Nã stare, aut crescere de-
bẽt munera.* Plin. Iun *epist. 4. li.1. Beneficia subuer-
tas antiquiora, nisi illa posterioribus cumules.* Et
Senecæ *lib.2. de benef. c.11. Parum est dedisse, fo-
uenda sunt beneficia, &c.* Et iterum *lib.4. Cui ini-
tio ratio non fuisset præstandi beneficij, aliquid ei
præstamus ob id, quia præstitimus*; & tradit alia
eruditiss. noster P. Ioann. Pineda *de reb. Salom. pag.
362.* vbi quòd beneficia pristina sunt occasio con-
ferendi alia noua.

CAPVT

CAPVT XI.

An, & quæ conditiones, vel grauamina concessioni Commendarum adiici possint? & quid si eis non impletis concedentem, & accipientem mori contingat? & de aliis quæstionibus huc spectantibus.

SVMMARIVM.

1 *Commendarum conferendarum breuis, & ordinaria forma,*
2 *Clausulæ multiplicatæ, aut insolitæ lites generant.*
3 *Lex successionis Commendarum satis explicat earum onera, formam, & naturam.*
4 *Commenda simpliciter concessa, omnes eius qualitates actiuè, & passiuè expressæ videntur.*
5 *Mos regionis, seu prouinciæ attendendus est, & iuxta eum Commendæ in dubio dari censentur.*
6 *Commendam concedens semper creditur se conformare cum legibus, quæ de eis disponunt, & maximè cum statutariis, ac municipalibus.*
7 *Commendarum ordinariam formam, & naturam Rex, & eius Vicarij benè possunt alterare, tempore quo eas concedunt.*
8 *Traditioni rei suæ quilibet pacta, & conditiones, quas velit, adiicere potest.*
9 *Prouisio hominis specialis, cessare facit generalem legis.*
10 *Verborum, aut conditionum expressio, iuxta voluntatem agentium, vincit naturam rerum.*
11 *Inuestituræ, aut contractus tenor derogat omni rerum naturæ, ac conditioni.*
Cap si cui, de extraord. cap. Conrad. c. 1. de duob. fratrib. cap. 1. §. præterea, quid sit inuestit. *expenduntur, & illustrantur, ibidem.*
12 *Feudorum maxima, & prima, ac potior lex est, vt inuestituræ tenor attendatur.*
13 *Prorex an possit dare Commendam in titulum maioratus, vel ad plures vitas, quàm lex successionis concedit?*
14 *Motechumis Mexicanis, & Ingis Peruanis datæ sunt Commendæ per viam, & titulum maioratus.*
15 *Proregum mandatum limitatur ex forma à lege in aliquo actu eisdem præscripta.*
16 *Clausula cum libera limitatur in permissis, & circa permissa, & non extenditur ad ardua, aut specialiter prohibita.*
17 *Commendas in titulum maioratus concessas, aliquando Rex confirmauit, & quare?*
18 *Præmium meritis respondere debet.*
19 *Seruitij perpetuitas, beneficium, vel præmium etiam perpetuum desiderat.*
20 *Proregum facta aliquando sustinentur, quasi mandata.*
L. iam tamen, §. in hac, D. rem rat. hab. *expenditur, & illustratur, ibidem.*
21 *Mandati forma exequenda est iuxta finem, & intentum mandantis.*
22 *Reuocanda non sunt ea, quæ iterum facienda sunt.*
L. vlt. §. D. quod met. caus. *expenditur, & illustratur, ibidem.*
23 *Commendis, quas confert, an possit Prorex apponere conditiones, vel grauamina noua, vltra consuetas, & cauta in legibus Indiarum?*
24 *Grauare quis non potest eum, quem non honorat.*
25 L. fin. tit. 27. part. 2. *expenditur.*
26 *Commendarum in concessione quatenus Prorex dicatur gratiam facere.*
27 *Beneficia Ecclesiastica, qua ratione gratiosæ concessiones dicantur.*
28 *Commenda, quæ datur in remunerationem seruitiorum, an sit gratia, vel contractus.*
29 L. Titius puerum, D. de obseq. à lib. præstand. *expenditur, & sched. ann.* 1619.
30 *Episcopus beneficium conferens, potest illi pensionem apponere ex iusta causa.*
31 *Eligere aliquem de pluribus iussus, an, & quomodò possit eum aliquo onere, vel pensione grauare?*
32 *Commendæ in collatione, quæ onera, vel pensiones appponi soleant? & quòd debent esse in fauorem aliorum benemeritorum.*
33 *Conditiones, quæ collationi Commendarum adiiciuntur, illas informant, & tertiis, pro quibus adiectæ sunt, ius quærunt, etiam ignorantibus, & absentibus.*
L. quoties, C. de donat. quæ sub modo *expenditur, & illustratur, ibidem.*
34 *Conditiones potestatiuæ, casuales, & mixtæ adiici possunt collationi Commendarum.*
35 *Conditione pendente, nullum ius in Commenda habet Commendatarius, sed spem tantùm.*
36 *Conditio debet impleri, vt quis emolumentum sub ea sibi datum consequi possit.*
37 *Gratia facta duobus, vni conditionaliter, & alteri pure, quis præferatur.*
Cap. si pro te, de rescript. in 6. *expenditur, ibidem.*
38 *Conditione pendente, si decedat is, cui Commenda sub ea concessa fuit, an hæres eius illam petere possit?*
39 *Conditionis potestatiuæ implementum, quod defunctus distulit, vel spreuit, ad hæredes eius non transit, secùs si per eum non stetit.*
40 *Conditio casualis si impleatur post mortem personæ, cui adiecta fuit, hæredes eius datum, vel relictum sub ea petere possunt.*
41 *Conditionali ex contractu, vel stipulatione spem ad hæredes transmittimus.*
42 *Hæredibus semper prospicere videmur.*
L. si pactum 9. D. de probat. *expenditur, & illustratur, ibid.*
43 *Conditio Commendæ adiecta, si impleatur post decessum Proregis, qui eam concessit, an successor eius concessioni stare teneatur?*
44 *Conditionalis actus nihil ponit in esse, quousque conditio purificetur, & tunc retrotrahitur, & ab initio purus esse censetur.*
L. vlt. §. 1. D. de vulgar. subst. l. si pupillus 16. D. de condit. inst. & *similes expenduntur, & illustrantur, ibidem.*
45 *Puri, & purificati idem est iudicium.*
46 *Contractus tempus, & non impletæ conditionis*

ditionis in casualibus inspicitur, & an, & quatenus idem procedat in aliis dispositionibus?

L. filiusfamilias. D.de verb. l.quæ legata, D.de reg.iur. *& aliæ similes explicantur, & exornantur, ibid.*

47 *Gabella contractus conditionalis soluitur inspecto tempore quo celebratur, non quo conditio impletur.*

48 *Contrahi ibi videtur, vbi contractus celebratur, non vbi conditio verificatur.*

49 *Argumentum de tempore ad locum validum est in iure.*

50 *Feuda habent tempus præfixum ad petendum inuestituram.*

51 *Inuestituræ petendæ tempus non currit ei, qui Commendam habet, conditione casuali, vel mixta suspensam.*

52 *Impedito agere non currit tempus.*

53 *Conditionis potestatiuæ suspensio, non excusat eum, per quem stetit, quominus illam opportuno tempore impleret.*

54 *Commendatarij factum, siue negligentia in non implenda conditione potestatiua, sibi tempore concessionis adiecta; an præiudicet eius successoribus à lege vocatis?*

55 *Pater in non acquirendo potest filiis præiudicare.*

56 *Commendis semel purè concessis, non licet ex postfacto adiicere conditiones, vel grauamina.*

57 *Donationem perfectam, & pleno iure quæsitam, etiam Princeps ex postfacto regulariter modificare non potest.*

58 *Eligendi facultatem habens, electione semel facta, variare non potest.*

59 *Variatio in Principibus illaudabilis est, & nunquam permissa in damnum alterius.*

60 *Pensionem imponere, aut prorogare non potest Prorex super commenda anteà purè, & absque hoc onere collata, & decisio Supremi Senatus Indiarum circa hunc articulum.*

61 *Reseruatio si fiat à Prorege tempore concessionis commendæ, potest ex postfacto circa reseruata disponere.*

62 *Declarans nihil noui inducit, sed quod erat detegit.*

63 *Commenda si plures tributarios habere comperiatur, quàm tempore concessionis expressi sunt, an possit Gubernator de illis disponere.*

64 *Numerus iugerum, aut vassallorum, vbi non ad limitandum, sed ad designandam insulam, vel oppidum concessum exprimitur, non sufficit quòd plures reperiantur, si constat, quòd donans totum id concedere voluit.*

65 L. qui fundum, §. qui agrum, D. de contrah. empt. *& aliæ similes expenduntur.*

66 *Demonstratio vna vbi satis clara est ad denotandum, siue concedendum id quod conceditur, non officit quòd in aliis erretur.*

67 *Ius vniuersale vbi venditur, totum id, quod est in vniuersitate illa, venditum censetur.*

68 *Commendæ concessio facta de Indis, quod aliquis fato functus possidebat, non aliter valebit, nisi nouus commendatarius probet, illum possedisse.*

69 *Successor an, & quomodo probare, & iustificare debeat titulum sui antecessoris?*

VBi autem electa persona, cui Commenda præstanda sit, ad eius concessionem, vel collationem Proreges, aut Gubernatores deueniunt, qui commendandi facultatem habent, nihil † aliud regulariter cauere, & adiicere solent, 1 quàm se eam Commendam Titio, iuxta legem successionis, cum ordinariis oneribus, concedere. Quod quidem sufficit, vt omnia paucis verbis comprehendant, quæ ad talem collationem desiderantur, & vt lites euitentur, † quæ aliàs ex mul- 2 tiplicatione verborum, & clausularum & insolitarum oriri, solent, provt in hæredum institutione consuluit I. C. *in l. 1. §. qui neque legaturus, D. de hær. inst.* & in nostris maioratibus Hispaniæ Molin. *de primog. lib. 2. c. 17. in princ.* & Simancas *in eod. tract. lib. 1. cap. 26.* Nam † lex successionis 3 prædicta onera explicat, & qualiter, & in quibus personis, & heredibus per duas vitas Commmenda duratura sit, vt infrà latiùs explicabimus, & benè aduertit Ioan. Matienz. *in l. 6. tit. 10. lib. 5. recop. gl. 2. num. 22.*

Et † eo ipso quòd contrarium non exprimi- 4 tur, per solam Commendæ concessionem, omnes consuetæ leges Commendarum insertæ videntur, *l. asse toto, D. de acquir. hæred.* & etiam duarum vitarum gaudium, & in Noua Hispania plurium, per viam dissimulationis, † iuxta prouin- 5 ciæ morem, concessum intelligitur, arg. tex. *in l. si seruus plurium 35. §. fin. de legatis 1.* ibi: *Ante omnia ipsius patrisfamilias consuetudo, deinde regionis, in qua versatus est, exquirenda est, l. vel vniuersorum, D. de pig. act. l. cùm de lanionis, §. asinam, D. de fund. instr. l. librorum, §. quod tamen* Cassius, *D. de leg. 3. l. 4. tit. 33. par. 3.* cum pluribus adductis per Ias. *in l. certi conditio, § si nummos, n. 6.* & Purpurat. *n. 7. si cert. pet.* Felin. *in cap. cùm M. n. 6. de constit.* Idem Felin. *in cap. quia verisimile, de præsumpt.* Roman. *sing. 206.* Iul. Clar. *in §. testamentum, q. 76.* Simon de Prætis *de interp. vlt. lib. 1. solut. 5. & 9.* & Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 28.*

Maximè stante lege peculiari, & municipali, quæ hoc ita disponat, & ordinet, † cum qua non 6 est dubium, quòd quilibet disponens se conformare velle videatur, iuxta doctrinam Bart. per tex. ibi *in l. hæredes mei, §. cùm ita, D. ad Trebel. l. conficiuntur, D. de iure codicill.* & tex. singularem *in l. ex facto, vers. Ita Princeps imitatus est ius, D. de vulg. subst.* Nec vnquam iuris, aut consuetudinis ordinem peruertere velle censendus est, vt ibidem notarunt Bald. & alij, idem Bald. *in l. si quando, n. 2. C. de inoffic. testam.* Ias. *in l. causas, col. fin. C. de transact.* Hippol. de Marsil. *in praxi crim. §. constante, n. 25.* Menoch. *vbi sup. lib. 4. præs. 21. n. 35 & præsumpt. 63. n. 3. & præsumpt. 202. à n. 1.* Farin. *decis. 508. n. 4.* & latissimè Vincent. Fusarius *in tract. de subst. q. 311. n. 42. & seqq & q. 225. n. 9. & seqq.* & alibi passim, vbi hoc ampliant, vt fortiùs cum dispositione legis, vel statuti municipalis, quàm cum dispositione iuris communis, quis se conformare voluisse existimetur.

Quod tamen non impedit, † quin Rex ipse, 7 aut etiam Proreges, vel Gubernatores, qui eius nomine Commendas concedunt, possint, si velint, illarum gaudium ad vnam vitam dumtaxat restringere, vt aliquando fieri solet, & vbi id expresserint, seruandum est. Nam cùm

da

ad eos pertineat merita petentium perpendere, & iuxta seruitiorum, ac personarum qualitatem ea remunerari, possunt tempore concessio-
8 nis Commendæ, quæ † traditionis vicem habet, eiusmodi limitationes, & modificationes apponere, *l. in traditionibus* 49. *&* *l. si intra* 42. *D. de pact. l. legem, C. eod. l. rebus, D. de rerum permut.* iunctis aliis, quæ vltra DD. in eisdem iuribus signanter notauit Fanus *de pignor.* 4. *part. num.* 33. *&* 34. Ioann. Robert. *lib.* 3. *sent. cap.* 24. & in terminis similibus loquens, & plura congerens Cald. Pereir. *de renouat. emph. quæst.* 11. *n.* 19. Cardos. *in prax. iud. & aduocat. verb. Contractus, n.* 12. Tuschus *litt. C. conclus.* 980. & Rota Romana, apud Farin. *decis.* 415. *num.* 4. *tom.* 1. *part.* 1. Vbi id ampliant, etiam si aliquid vltra, vel præter ordinariam naturam contractus, vel actus, qui celebratur, adiectum, vel conuen-
9 tum fuerit, quia † specialis hæc cautio, vel prouisio facit cessare generalem, & alioqui consuetam, *l. fin. C. de pact. conuent. l. & habet, §. cùm quis*, & ibi gloss. *D. pe precar.* cum aliis traditis à Surd. *cons.* 476. *num.* 6. & latiùs à Nobis notatis *suprà hoc lib. cap.* 8. *n.* 4. *& sequent.*

10 Et hoc est, quod dicimus, † quòd proprietas verborum, aut conditionum, iuxta voluntatem agentium, vincit naturam rerum, vt *in cap. si cui, vers. Tenorem inuestituræ sequendum, tit. de extraord. cap.* Conrad. *cap.* 1. *de duobus fratr. vers. Propter tenorem inuestituræ*, quam ibi di-
11 cit egregiam Bald. ad hoc † quòd tenor contractus, & inuestituræ derogat omni rerum naturæ, & conditioni: & rursus idem Bald. *in l. quoties, col.* 1. *C. de suis, & legit. hæred. & in cons.* 330. *lib.* 3. Paul. Castrens. *cons.* 176. *in princip. lib.* 1 Alexand. *cons.* 52. *col.* 4. *volum.* 4. Roman. *cons.* 33. *circa finem*, cum pluribus aliis in idem adductis per Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. Libertis, num.* 9. *C. de reuocand. donat.* vbi dicit, se addere in confirmationem prædictorum, textum ab aliis non allegatum, *in cap.* 1. *§. præterea*, vbi notat Bald. tit. quid sit inuestitura, & singularem doctrinam Martini Laudensis *in cap.*
12 1. *col.* 1. *qui feud. dare possunt*, qui tradit, † hanc esse maximam in feudis, vt primùm inuestituræ tenor attendatur, quia derogat iuri feudali, & post Tiraquel. innumera alia ad idem probandum congerit Rosenthal. *in tractat. de feud. cap.* 1. *conclus.* 12. *litt. A. & seqq.* vbi quòd tenor, & ratio inuestituræ est prima, & posterior lex in materia feudorum.

Maiorem quidem difficultatem res habere vi-
13 debitur, si quæramus, † an Prorex, vel Gubernator tempus duarum vitarum, vel aliàs à lege præfixum, in sua concessione extendere possit, & per plures vitas prorogare? vel Commendam in perpetuum concedere, aut in titulum maioratus vt factum esse scimus ab insigni illo Duce Ferdi-
14 nando Cortesio in quibusdam Commendis, † quas concessit, cuidam Dominæ Elisabethæ, quæ Motezumæ Mexicani Regis filia esse perhibebatur. Et à D. Marchione de Canete, Peruano Prorege (dicto *el Viejo*) qui Commendæ Vallis *de Yucai*, & alia bona, & oppida D. Didaco Sayretopa Inga assignauit, qui similiter ex Peruanorum Incarum Regum sanguine superstes fuisse dicebatur, ex quo per lineam maternam hodie Marchiones de Oropesa originem trahunt.
15 Nam † cùm mandatum, quod Proreges habent ad commendandum, limitatum sit ad formam à lege præscriptam, & eius fines, & terminos diligenter seruare debeant, vt latè dixi *suprà hoc libro, cap.* 6. *num.* 18. *& seqq.* non videtur, quòd illud extendere potuerint ad inducendam perpetuitatem, quamvis in dicto mandato esset clausula, *cum libera*; † quæ solùm potest operari in permissis, & circa permissa, non verò extendi ad ardua, & specialiter prohibita, *l. quam Tuberonis*, iuncta gloss. *verb. Aliæ, D. de pecul. l. si hominem, D. mand.* Bartol. *in l. procurator, cui libera, num.* 2. *D. de procur. & in l. filiusfamilias, num.* 9. *D. de donat.* Alber. *in l.* 1. *num.* 12. *D. de offic. Procur.* Cæs. vbi Iason *num.* 12. qui dicit communem, & Couarr. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 6. *num.* 2. & latè Schrader. *in tract. de feud.* 7. *part. sect.* 19. *num.* 132.

Et quidem de iuris rigore ita diffiniendum videtur, quamvis † in prædictis casibus Princeps ob meritorum grauitatem, & exuberantiam, Proregum concessioni in Perpetuum factæ, acquieuerit, & ratam, ac firmam esse voluerit, vt † sic præmium meritis responderet, iuxta tex. & glos. *in cap. dicat aliquis* 23. *quæst.* 5. vbi Turrecrem. *& in cap. ius militare, distinct.* 1. & ea quæ tradit Ioan. Andr. *in Rub. de reb. Eccles.* & Greg. Lopez, nominatim in quæstione nostra loquens, per tex. ibi *in l.* 4. *tit.* 2. *part.* 2. *& in l. fin. eod. tit.* Et † perpetuitas seruitij, perpetuo etiam beneficio compensaretur, argum. tex. singularis *in l. si verò non remunerandi, §. inde Papinianus, ad finem, D. mandat.* ibi: *Quòd si donationem patronus in libertum contulit, videri & postea libertum patrono donasse.* Vbi hoc notant Bart. Balduin. & Salicet. Et pro eisdem facit tex. *in l. cùm is* 32. *§. si in ea, D. de condict. indebiti*, ibi: *Relinquitur pietatis causa, ex qua solutum repeti non potest*, melior tex. *in cap.* 1. *§. fin. de his qui feud. dar. possunt, l. etiam is, §.* 1. *D. de manum. vind. l. si pater, D. de donat.* per quæ iura pulcherrimè in Principe remunerante, ita docet Alexan. *in l.* 3. *in princ. vers. Tertiò limita, D. quod* quisque iuris, quem sequitur Dec. *cons.* 498. & plura adducens Greg. Lopez per tex. ibi, *in l.* 6. *titulo* 27. *partit.* 2. & D. Valençuela *cons.* 82. *per totum*, & Nos *infrà cap.* 30.

Et quia † factum à Prorege, & si citra mandatum fuerit, sustineri tamen debuit, quasi mandatum fuisset, iuxta formalia verba Consulti *in l. iam tamen, §. in hac stipulatione, ad finem, D. rem rat. hab.* ibi: *Quasi iuxta formam mandati, & si non mandatum fuerit.* Cùm † forma mandantis, & vtilitatem rei mandatæ per tex. *in l. si hominem, & in l. fin. D. mandat. l. si quis mihi bona, §. sed & si mandauit, D. de acq. hæred.* vbi Bald. Aretin. & Alex. idem Bald. *in rub. de procur.* cum pluridus in idem adductis per Ias. *cons.* 202. *col. penult. lib.* 2. *& in l. si impuberem*, vbi etiam Alex. *C. de iur. liber.* & latissimè Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo Libertis, n.* 58. *D. de reuocand. donat.*

Maximè † cùm nec soleant, nec debeant Principes ea, quæ vtiliter, & iustè facta sunt, ex defectu solemnitatis reuocare, quando posteà id idem ipsi facere deberent, arg. tex. *in l. fin. §. fin. D. quod met. caus.* & eorum, quæ in similibus casibus notant DD. quos adduxi *suprà cap.* 7. *n.* 80. & vltra Bald. *in cap. tua, vt lite non contestata, & in cap. conquerente, de rest. spol.* Ias. *in l. nec quicquam, n.* 8. *D. de offic. Procon.* Hippol. de

Mars.

Matſ. *in l.patre, n.*58.*D.de quæſtion.* Imol. Paul. Alex. & alij, *in l.ſi finita, in princip. D. de dam. infect.*Paris de Puteo *in tract.de ſynd. verb. Executio*,Mexia ad legem Tolet. 1.*par.fund.*9.*n.*2.*& ſeqq.*Ioan.Gutier.*de iuram.confirm.*3.*p.c.fin.* Roland.à Valle *conſ.*5.*n.*6.*vol.*2.Gama *deciſ.*237. & Auiles *in cap.Prætor.c.*11.*verbo Sentenciados.*

An autem † poſſit Prorex,vel Gubernator in Commenda,quam concedit, nouas alias conditiones,vel grauamina imponere ? Ex eo dubitari poteſt,quòd cùm non ſit Commendatum dominus,ſed fidelis,& prouidus diſpenſator,atque adeò teneatur ex neceſſitate eas inter benemeritos ex voluntate , & præcepto Regis diſtribuere,iuxta ea,quæ late diximus *ſupr.c.*7. Non videtur ei permittendum, † vt quos non honorat,grauare poſſit.arg.text.*in l.ab eo, C. de fideicommiſſ.l.ſi adrogator,in fin. D. de adopt.l.vnum ex familia,§.ſi de Falcidia,& §. ſed ſi fundum,D. de leg.*2.ibi : *Quid eſt enim, quod de ſuo videatur elargiri,qui quod reſtituit, omninò reddere debuit?* cum multis aliis , quæ poſt Tiraq. *de priuil. piæ cauſæ,priuil.*37.& alios, quos refert,& congerit Velaſcus *in axiom.iur.litt.G.n.*33.

Sed adhuc contrarium probandum eſt , & quotidiè practicari videmus. Tum ex ratione, quam *ſuprà num.*7. tetigimus, nimirum , quod ad eum pertineat merita perpendere , & remunerari , vt † *in d. l. finali , tit.* 27. *part.* 2. ibi: *Debe entonces el cabdillo auer conſejo , y aluedriar ſobre aquello , catando qual es aquel home que le demanda el galardon , y el hecho que hizo, y el lugar , y el tiempo en que lo huuo de hazer , y ſegun aquello le debe galardonar,&c.*Tum etiam, † quia huius arbitrij ratione, & ex eo,quod talem benemeritum,cui Commendam confert,inter plures alios eligit, quibus forſitan æquè iuſtè illam conferre potuiſſet, dicitur ei gratiam facere , & liberalitatem in eum exercere. Vndè non ſumus *in caſu d. l. ab eo , & d. §. ſi de Falcidia* , ſed in ſimili beneficiorum Eccleſiaſticorum , † quæ , ob eandem rationem , gratioſæ conceſſionis nomen merentur , vt docet gloſſ. fin. *in cap.relatum,de præb. & in cap. quamuis el* 1.*verb.Impenſæ,eod.tit. lib* 6. *& in cap. cùm venerabilis, de præb. cap. conſultationibus, de donation.* vbi communiter Scribentes, cum aliis traditis à Gutierr. *lib.* 3. *pract. quæſt.* 55. *num.* 42. & Molina *de primog. lib.*2. *cap.*4. *num.*13.*&* 14. & in noſtris terminis D. Franc. de Alfaro *de offic. Fiſcal. gloſſ.*6. *&* 7. Vbi diſputat, † vtrum ſit gratia, vel contractus , quando in titulo dicitur , quod Commenda datur ob remunerationem ſeruitiorum:quibus Ego adiicio † optimum text. *in l.Titius puerum , D. de obſequiis à libert. patr. præſt.* ibi : *Etenim ille etiam ſi non gratuitum,beneficium tamen præſtitit*,& verba expreſſa epiſtolæ Regiæ ann. 1619. cuius memini *ſuprà hoc lib.cap.*2.*num.*44. quæ donationem,ſiue conceſſionem Commendarum gratuitam eſſe dicit, quamuis remuneratoriam , & inde infert: *No ſe haze agrauio à nadie , dandole la Encomienda con eſta carga , &c.* Et Roſenthal. *in tract. de feud. cap.*6. *q.*74 *num.* 4. vbi pluribus probat,quod in feudis,quamuis ſit ſynallagma, beneficium tamen præponderat.

Ex quo fluit , † quòd Epiſcopus poteſt ex iuſta cauſa beneficium , quod confert , aliqua penſione grauare, licèt aliàs, ex Concilio Lateranenſi,beneficia ſine diminutione dari iubeantur, vt recolitur *in cap. ſi quis præbendas* 1. *q.* 3. *& in cap.*1. *§.fin. verſ. Cùm in Lateranenſi , vt Eccleſiaſt. benef. cap. maioribus, de præb.* quibus conuenit *l.* 5. *tit.* 6. *part.* 1. vbi Greg. & notat Felinus,Caccialupus, Paulus, Romanus, Gigas, Rebuff. Nauarrus, & plurimi alij , quos refert Gonçalez *ad reg.*8.Cancell.*gloſſ.*1.*§.*5.*à n.*27. & Nicolaus Garcia, omninò videndus, *de benef.* 1. *part.cap.*5.*ex num.*295. & ita temperandum eſt, quod tradit Molina *de primog.lib.*2.*cap.*4. *n.*21. & Padilla *in d.§.ſi de Falcidia,n.*23.

Et ſimiliter idem admittimus † in quocunque alio, qui eligit aliquem de pluribus , quos teſtator, vel alius ſuæ electioni commiſit. Nam poteſt illum, quem elegerit, grauare , ſi non in fauorem extranei , ſaltem in fauorem alicuius vel aliquorum ex iis , quos eligere potuit , vt optimè reſoluit Bereng. Fernand. *in tit. de filiis natis ex matrim. ad Morganat. contract. cap.*9. *num.*4.*verſ.Secunda difficultas*, & eo non relato Sarmient.*in d.§.ſi de Falcidia,num.*11. *&* 12. vbi etiam Segura,& Peralta,Molina *d. cap.*4. *&* 10. *cum ſeqq.*alter Molina *diſp.*592.*cum ſeqq.*Queſada *diuerſ.quæſt.iur.cap.*6. *n.*13 *&* 15. Caldas Pereira *de nominat.emph.*3.*part. cap.*16. *n.*5.*fol.*171. *& cap.* 17. *num.* 12. Seſſe *deciſ.* 437. *num.*3. D. Ioann. del Caſtillo *tom.* 5. *controuerſ. cap.* 161. *ex num.* 6. Fuſarius *de ſubſtit. quæſt.* 511. *num.*8. & Robles de Salcedo *de repræſent. lib.* 3. *c.* 19. *à num.* 63. 31

Qui propriè videtur eſſe caſus , de quo agimus. Nam † ſemper conditiones , & grauamina,de quibus loquimur, apponi ſolent , & certè debent , in fauorem , & gratiam aliorum benemeritorum, veluti, vbi electum penſionis præſtatione gubernator grauat, ex qua alter ſubleuari poſſit,vt vidimus *in cap.* 3. vel eidem conditionem iniungit , vt aliquam honeſtam puellam in vxorem ducat quæ inops,& orphana ſit, & ex benemeritis originem trahat,vel vt ad reparationem alicuius Eccleſiæ,pontium, vel viarum publicarum , ſuſtentationem hoſpitalis, communem prouinciæ defenſionem,vel in aliquod ſimile opus,aliquam quantitatem pro vna vice exburſare,vel ſingulis annis erogare iubeat. 32

Huiuſmodi enim conditiones , & grauamina admittenda ſunt , & ipſius Commendæ collationem,ſeu inueſtituram informare videntur, & eis ineſſe *l.iuris gentium, §.quinimò,D.de pactis, l.pacta conuenta* 72. *& l. fundi partem* 79. *D. de contrah. empt.* Atque adeò ex illis,ipſis,in quorum fauorem appoſitæ ſunt , etiam abſentibus, & ignorantibus vtilis actio quæritur, ad id,quod ſua interſt,petendum,& conſequendum, iuxta doctrinam celebris text.*in l.quoties* 3.*C.de donat. quæ ſub modo* , & ea quæ circa eius praxim , & explicationem vltra ordinarios ibidem tradit Bart.*in l.ſtipulatio iſta, §. ſi ſtipuler, n.*13. *D.de verbor.obligat.* & pluribus relatis Couarr. 1.*variar. cap.*14. *n.*2. Iulius Clarus , *§. donatio, ex num.* 1. Molin. *lib.*4.*de primog. cap.*2. *à n.*58. Corraſ. *memorab. Senatus - Conſult. cap.* 1. Ceuallos *pract. commun. quæſt.* 249. Valaſc. *de iur. emph. lib.* 1. *quæſt.* 54. *num.* 44. Pichard. *in §. alteri, Inſt.de inut. ſtipul.ex n.*24. & Ant. Gama, eiuſque additionator Flores de Mena *deciſ. Luſ.* 8. *num.*2. 33

Idem quoque admittendum erit † in aliis conditionibus , quæ ipſius Commendæ collationem iuſtificant , veluti : *Si electus legitima-* 35

tionem, aut aliquam dispensationem, vel confirmationem à Principe impetrauerit, vel *si alter Commendam, quæ huic datur, alia quæ sibi offertur contentus, reliquerit*, vel etiam, *si nauis intra certum tempus ex Hispania venerit, aut aliquid ibi, vel alibi contigisse, vel non contigisse probatum fuerit*. Eiusmodi enim, & similes conditiones valent, & tenent, siue eas potestatiuas, siue casuales, aut etiam mixtas appelles,
35 & † ante earum implementum nullum ius Commendatario quæri videtur, sed spes tantùm quædam, post impletam, & purificatam conditionem debitum iri, *l. cedere diem, D. de verb. signif. §. ex conditionali, Inst. de verb. oblig.* cum multis aliis, quæ adducit Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 16. num. 55. & cons. 298. n. 2.* Flamin. Paris. *de resig. benef. lib. 1. q. 3. & q. 14. num. 9.* Don Ioan. del Castillo *lib. 5. controuers. 2. part. cap. 119. num. 6. & seqq.* & nouissimè Velascus *in axiom. iur. litt. D. n. 16. & lit. C. n. 119.*
36 *& seqq.* Vbi † quod conditio debet impleri antequàm emolumentum sequatur, & quòd actus non purificata conditione, ac si non esset factus, habetur, & quod sub conditione datum, sub contraria videtur ademptum. Quod etiam
37 multum in nostris terminis comprobat † text. *in cap. si pro te, de rescript. lib. 6.* Vbi propter hanc rationem præferri iubetur habens expectatiuam, purè sibi concessam ad aliquam præbendam, licèt sit posterior, ei qui priùs eandem sub aliqua conditione impetrauit, si ea pendente prouisus extiterit, nec talis prouisio reuocatur, etiam si posteà conditio existat. De quo post DD. ibidem latè agit Ant. *Gab. 3. tom. com. lib. 6. tit. de clausul. concl. 2.* Parisius *cons. 82. vol. 4.* Rota *in nouis decis.* 183. & Gironda *de priuilegiis, num. 1149. & num. 1414.*

Sed hic succedit elegans quæstio, quam iam
38 semel, & iterum agitari vidi, nempè † si ante impletam, vel verificatam conditionem, decesserit is, cui ea iniuncta fuit, an ad filium eius, vel alium, qui ex lege successionis ad Commendam vocetur, illius petendæ, & percipiendæ ius transeat, si is eam implere paratus sit, vel tunc demum facto ipso impleri, & purificari contigerit? In qua Ego, breuitati studens, resoluendum existimo, quòd si conditio erat potestatiua, & per eum, cui iniuncta fuit, stetit, quominus eam viuus impleret, tunc Commendæ iure in totum priuabitur, ita vt nihil remaneat, quod ad hæredes transmittere possit, ex celebri doctrina Bart. *num. 5. & 6.* & aliorum *in l. si decem cùm petiero, D. de verbor. obligat.*
39 Vbi communiter resoluunt, † in contractibus, & multo minus in aliis dispositionibus legalibus, ius implendæ conditionis potestatiuæ ad hæredes non transire, quasi eorum auctor illud spreuisse videatur, dum potuit, & noluit conditioni parere, argum. text. *in l. qui Romæ, §. Augerius, D. de verborum oblig.* cum aliis, quæ adducunt gloss. & DD. præcipuè Misyng. *in dict. §. ex conditionali, verbo Contigerit*: idem Bart. Alexand. Ias. & cæteri *in dicto §. Augerius, Bald. in cap. significauit, col. 2. vers. Item quia conditio, de rescript. & in l. 2. C. de pact. inter empt.* vbi benè distinguit, Cyn. Alber. Paul. Castrens. Fulgos. Imola, & plures alij, quos refert, & sequitur Tiraquell. *de retract. conuention. §. 1. gloss. 6. num. 15. & 16.* Boër. omninò videndus, *decis. 182. num. 23. & seqq.* & Lean. Galganet. qui plures alios adducit, *in tract. de condition. 2. part. cap. 1. quæst. 10. n. 5.* vbi idem dicit procedere, etiam in vltimis voluntatibus. Quod tamen ita accipi debet, nisi fortè probatum fuerit, non stetisse per eum, cui talis conditio adiecta fuit, quominus illam impleret, sed per culpam fortè, aut moram illius, in cuius persona implenda fuit. Nam tunc admitti, & audiri deberet successor, illam implere volens, & in se ipso Commendæ ius radicari prætendens, ex traditis ab eisdem DD. *vbi suprà*, & signanter à Bart. *in l. cui fundus, num. 5. D. de condit. & demonst.* cum aliis, quæ notant DD. per text. ibi *in l. inter eum seq. & l. iure ciuili, D. de cond. & demonst. cap. imputari*, vbi Dynus, & Petr. Pechius *de reg. iur. in 6. l. semel mora, D. solut. matr. l. si ideò, C. de his quibus, vt indign.* & latè Velascus *in axiom. iur. litt. C. num. 111. & seqq. & litt. T. num. 32.* Ac propterea etiam in primo casu audiri debet, si obiiciat, se alterius culpa, à successione sibi ex legis prouidentia delata, priuari non potuisse, vt statim dicemus.

Cæterùm † si conditio non erat potestatiua, sed casualis, & eius implementum post mortem electi, aut nominati ad Commendam, contigerit. Tunc absque dubio is, qui ad eiusdem Commendæ successionem à lege vocatur, ea potiri poterit, & vt in persona sua titulus expediatur expostulare, iuxta tex. in dict. §. ex conditionali, quem ibi de his casualibus conditionibus omnes intelligunt, & est communis, & indubitata resolutio Bart. & aliorum, quos suprà citauimus, & resoluit Galganet. *dict. quæst. 10. num. 3. & 4.* Eam † rationem adiiciens *num. 6. & seqq.* quòd in similibus stipulationibus, aut aliis contractibus, gratiis, & concessionibus, etiam sub conditione suspensis, spem eorum ad hæredes transmittimus, vt dicitur *in d. §. ex conditionali*, quibus † sem per prospicere videmur, etiam vbi nulla eorum mentio facta fuerit, *l. veteris, in principio, C. contrah. stipulat. l. viam, C. de locato, l. si pactum 9. D. de probat.* ibi: *Quia plerumque tam hæredibus nostris, quàm nobis metipsis cauemus, l. 11. tit. 14. part. 3.* cum aliis quæ latè congerit Tiraquell. *d. gloss. 6. in princip.* Dueñas *reg. 178.* Ias. *in l. 2. §. ex facto, D. de verb.* Cagnol. per text. ibi *in l. 2. C. de pact. inter empt. num. 6.* Gail, & Grœnæus *in pract. obser. lib. 2. obser. 2. num. 10.* & latè Pereg. *de fideicommiss. art. 16. num. 125.* An autem hoc in casu tempus duarum vitarum, quod gaudio Commendarum præfigi solet ex successoris, vel ex auctoris vita computari incipiat, *infrà c. 18.* Deo volente luculenter tractabimus.

Superiori quæstioni proxima est alia, quæ non minus frequenter contingit, nimirum si † conditione pendente, Proregem, aut Gubernatorem, qui Commendam concessit, mori, vel officium finire contingat, & posteà altero gubernante, conditio purificetur, an hic concessioni antecessoris sui stare teneatur, & Commendæ titulum, etiam inuitus, præstare debeat. Et non dubito, eum ad id præcisè teneri, cùm certa sit, & vulgaris iuris regula, qua docemur, † actum conditione suspensum, licèt ex tunc, vt dici solet, nihil ponat in esse, nec sit propriè talis, *l. si quis sub conditione, D. si quis omis. caus. testam.* cum aliis vulgatis, quæ adducit Velascus *in axiom. iur. litt. C. num. 103.*

impleta

impleta tamen postmodum conditione, perinde censeri, ac iudicari, ac si ab initio purus fuisset, vt docet celebris text. per quem ita ibidem notarunt Angel. Alex. & alij, *in l. vlt. §. 1. D. de vulg. subst.* ibi: *Etsi extiterit conditio, duæ puræ sint institutiones, l. si pupillus 16. D. de cond. inst.* ibi: *Quia conditione expleta pro eo est, quasi purè ei hæreditas, vel legatum relictum sit, l. fin. §. cùm mihi, vers. Sed rursus,* & ibi Aretin. *D. de verb. oblig. l. sed si de sua, §. fin. D. de acquir. hæred.* cum aliis, quæ adducit Galganet. *d. tract. 1. part. c. 63. num. 2.* vbi benè inquit, † puri, & purificati idem esse iudicium.

Vndè & illud descendit, † quod regulariter tempus contractus, non autem impletæ conditionis in casualibus inspici solet, quia hæc retrotrahitur, & iam tunc extitisse censetur, l. si filiusfamilias, & ibi Bart. & alij, *D. de verb. l. 2. §. ea quoque, D. de collat. bon. l. fin. D. de stipul. seruor. l. quæ legata, cum seqq. D. de reg. iur.* vbi Decius, idem Decius *in l. pecuniam, notab. 2. D. si cert. pet.* Bartol. per text. ibi *in l. qui balneum 9. & in l. potior 11. D. qui potiores in pign.* habeantur, vbi hanc differentiam constituit inter conditiones casuales, & potestatiuas, Ias. *in l. si is, qui pro emptore, D. de vsucap.* Affinius *in tract. de execut. §. 7. cap. 93.* Negusant. *de pignor. 1. memb. 5. par. num. 14. & sequentibus*, Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. num. 72.* & plurimos referens Galganet. *vbi sup. 2. part. cap. 1. quæst. 106. pag. 251.* vbi distinguit inter conditionem appositam in vltimis voluntatibus, aut in rescriptis, vel gratiis, aut in contractibus, aut sententiis.

Quod tamen intelligendum est quoad gaudium, seu interusurium illius medij temporis. Nam quoad validitatem contractus, vel alterius actus conditionalis, nulla est districtio, quod tempus, quo celebratur, inspici debeat, & non illud, quo conditio impletur, vt manifestè ostendunt iura, & Auctores suprà relati. Et multum in nostris terminis Bald. *in l. 1. ad finem, C. de*
7 *nundin.* Vbi inquit, quòd † si statuto caueatur, quod ex contractu facto in feriis non soluatur gabella, & in tali tempore fieret contractus sub conditione, eiusque euentus post ferias verificetur, nihilominus non debebitur gabella, ex eo: *Quia est* (inquit) *considerandum tempus contractus, non verò id, quo conditio impletur,* quod dictum Baldi refert, & extollit Franc. de Aretio *in l. hæres quandoque, ad finem, D. de acq. hæred. & cons. 11. col. 1.* & esse verissimum affirmat Tiraquel. *in tract. de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. à num. 45. & seqq. & de retract. conuentionali, § 5. gloss. 4. n. 77.* vbi ad alias similes quæstiones extendit, Lasarte *de decima vendit. cap. 3. num. 10.* Girond. *in tract. de gabell. 6. part. num. 5. & seqq.* Gutierrez *eod. tract. lib. 7. q. 122.*

8 Et conducit notabilis glos. *in l. si vxor 42. D. de iud. quæ docet,* † quod ibi videtur contrahi, vbi contractus celebratur, non vbi conditio verificatur, allegando *d. l. si filius,* & sumpto ar-
9 gumento de tempore ad locum, † quod inualidum est. *l. vinum, D. si cert. pet. l. si quis, D. de aur. & arg. leg.* & per Euerard. *loco 36. & seqq.* Velasc. *litt. A. num. 519. & 541.* & Camill. Gallin. *de verb. signif. lib. 5. cap. 16. n. 252.*

Quibus consequens est, vt etiam si in Com-
0 mendis, † prout & in feudis, terminus præfigatur, intra quem peti debeat inuestitura, vt per Zasi *in tract. de feud. tit. ad quid vassall. dom. ten. pag. 34.* & Rosenthal. *cap. 6. conclus. 41.* Eius † tamen lapsus neutiquam noceat ei, qui Com- 51
mendam casuali, vel mixta conditione suspensam habet, neque eius hæredibus, si fortè is decesserit conditione pendente, & per plures annos titulum non petierint, quia impedimentum conditionis pendentis, eos ab omni periculo præscriptionis excusat, & liberat, quousque ea impleta fuerit, vt per Bart. & DD. *in l. si cui legetur, D. de legat. 1.* Bald. *in l. id quod pauperibus, col. 3. vers. An iste annis, C. de Episcop. & Cler. & in l. 1. q. 12. C. de his, quæ pœnæ nom. & in rub. C. de contrah. empt. quæst. 23.* quibus adridet text, *in l. 3. §. si quis hæredi, D. de statu lib. l. si rem, § fin. D. de pignor. l. si mandauero Titio, D. mand.* gloss. *in l. illa stipulatio si Calendis, D. de verb. oblig.* & alia, quæ adducit Socinus Sen. *cons. 76. vol. 1.*
Et vulgaris alia iuris regula, † qua docemur, 52
quòd impedito agere non currit tempus tam in impedimentum facti, quàm iuris, *l. 1. §. fin. C. de annal. except. l. in rebus, C. de iure dot. l. 2. §. fin. C. commun. de legat. cap. quia diuersitatem 5. de conces. præb.* cum pluribus, quæ adducit Suarez *alleg. 3.* & Velascus *in axiomat. iur. litt. I. num. 22. & 23.*

Quod tamen † in potestatiua conditione 53
non ita facilè admittendum erit; nam cùm illius implendæ facultas ex voluntate Commendatarij dependeat, eius negligentia ei imputari poterit, & præscriptio incipere videtur ex die, quo commodè potuit conditionem implere; quasi iam tunc impleta fuisset, & impedimentum sublatum, iuxta text. *in l. 1. §. qui sub conditione,* vbi Guillel. Cuman. & Bald. *D. si quis omiss. caus.* idem Bald. *in l. eum qui, C. eod. tit.* Roman. *cons. 84. incip. Circa id quod quæritur, col. 2* & Franc. Balbus *in tract. de præscript. 4. partis principal. q. 3. vers. Secundò per ea.*

Sed hoc quidem in casu, & in alio, quem retulimus suprà, de eo, qui potestatiuam conditionem dum viueret, non impleuit, non facilè
filios, † vel alios, eius successores ob id exclu- 54
dere debebimus. Cùm hi ad successionem Commendæ ex legis prouidentia vocentur, & alterius culpa, vel iniuria grauandi non sint. Nisi fortè dicamus, his in casibus Commendæ ius
plenè adhuc quæsitum non fuisse, † & posse pa- 55
trem in non acquirendo filiis præiudicium facere, *l. 4. D. de iure dotium, l. qui autem, D. quæ in fraud. credit. l. nemo, §. 1. D. pro socio, l. filio præterito, D. de iniusto rupto*, cum latè traditis à Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. Donatione, C. de reuocand. donat.* Boer. *decis. 96.* Hippol. *singul. 194.* Tell. Fernand. *in l. 4. Taur. num. 52.* Baeza *de non melior. c. 24.* Gutier. *in cap. quamuis pactum, n. 15. de pact. in 6.* & Parlador. *in sesquicentur. differen. 150. §. 4. n. 12.*

Sed hæc tamen, quæ hucusque diximus de facultate Proregum, & Gubernatorum in imponendis super Indorum Commendis huiusmodi conditionibus, aut grauaminibus, intelligenda quidem sunt, vbi in actu ipso dandi, & conferendi Commendæ gratiam, adiiciuntur.
Etenim † si semel ab initio liberè concedatur; 56
posteà nullo colore, aut prætextu grauari, aut modificari poterit, argum text. *in l. perfecta donatio, C. de donat. quæ sub modo, l. cum dos, D. de pact. dotal.* & eorum, quæ de feudis loquens latè tradit Camil. Borrel. *cons. 1. n. 107.*

Menochius, omninò videndus, *de præsumpt. lib.2.præs.9.num.10.& 11.* Decius, Felinus, & alij relati à Burgos de Paz *cons.25.num.4.6.10.& 11.* & D.Valenç.*cons.99.num.60.* Vbi affirmant idem

57 † in ipso Rege regulariter procedere, qui non potest modificare, nec alterare donationem perfectam, cui ante modificationem fuit plenum ius quæsitum, iuxta l. venditor, §. *si constat, D. comm. præd. & l. quacunque, C. de fund.patrim. lib.11.* vbi Bart.& DD.

5 Et in quocunque, † qui eligendi facultatem habet, quod electione semel facta variare non possit, tradit Berengar. Ferdin. *in tit.de matrim. ad Morganat.c.9.n.2.cum seqq.* & disputat Burgos de Paz *cons.20.per totum*, Aluar.Valas. *cons. 102. per tot.1.part.* & Cochier *in tract.de primar.*

59 *precibus, pag.68.& seqq.* vbi resoluit, † variationem maximè in Principibus illaudabilem esse, & nunquam permitti, vbi alteri damnum infertur, & tradens alia de prohibitione variationis D.Valençuela *cons.160.num.41.vol.2.*

Et ob hanc causam in quadam lite D. Michaëlis Hieronymi de Cabrera incolæ ciuitatis Cuzquensis in prouincia Peruana, Regius Se-

60 natus Indiarum meritò censuit, † annullandam esse prorogationem pensionis ad alteram vitam, quam prorex ex postfacto concesserat D. Petro Portocarrero, cùm primùm, tempore collationis Commendæ, vnius dumtaxat vitæ gaudium pensionario assignasset, quia hoc tendebat in præiudicium proprietarij, qui quò citiùs pensionis ius extingueretur, eò celeriùs consolidationem eius cum proprietate sperare, & consequi potuisset, iuxta ea quæ diximus *in cap.3.*

Quod tamen limitari debebit, vt non proce-

61 dat, † vbi Prorex, vel Gubernator tempore collationis Commendæ aliquam quantitatem reseruasset, arbitrio suo postmodum inter benemeritos distribuendam, vt plerumque fieri solet. Tunc namque de hac quantitate, tam ipse, quàm successor eius benè disponere possunt, nec est quod Commendatarius queratur, cùm sub hac modificatione Commendam acceperit.

62 Et † Gubernatoris designatio superueniens, nihil noui inducat, sed tantùm reseruati iuris executionem, & veluti declarationem contineat, argum.tex. *in l.hæredes palam 12.§.si quid post, D. de testam.* ibi: *Nihil enim nunc dat, sed datum significat, l.adeò 7.§.cùm quis ex aliena, in fin. D.de acq.rer.dom.* ibi: *Qui excussit spicas, non nouam speciem facit, sed eam, quæ est, detegit, l. sicut 8. §. & siquidem, D.si seruit.vind.* ibi: *Quia per sententiam non debet seruitus constitui, sed quæ est declarari*, iunctis plurimis aliis, quæ in materia reseruationis congessit Simoneta in integro tractatu de reseruationibus beneficiorum, & Nicol.Garcia *de benef.1. part. cap.5. num. 268.& seqq.& cap.2.& seqq.part.4.*

Difficiliorem sanè tractationem illa quæstio

63 habere videtur † de Prorege Commendam aliquam concedente, in qua certum Indorum numerum esse asseruerit, veluti ducentos, aut trecentos, cùm tamen posteà actuali numeratione facta, multò plures reperiantur. Dubitatur siquidem, an ex hac numeratione Commendæ gratia restringenda sit, & de excessu possit Gubernator alterum inuestire. In qua quæstione placet mihi resolutio quam in alia simili tradit Oldrad. *cons. 197.* incip. *In concessione, col. 1. vers. Sed ego contrarium*, vbi tenet, † quòd si concedatur insula, quæ est iuxta 6 loca Episcopalia, & quæ quinquaginta brachia in longum habeat, quòd cùm hæc concessio à corpore sumat initium, verba sequentia, quæ de numero loquuntur, minimè restringunt concessionem ad ipsum numerum, sed donatarius totam insulam habebit, etsi plures vlnas habeat, quàm in expresso numero continentur. Ad quod Oldrad. allegat. text. *in l. cùm his verbis, §. paterfamilias, D. de legat.3.* & eum sequuntur plurimi Auctores, quos refert Iason *cons. 73. per tot. lib. 10.* & Burgos de Paz, omninò videndus, *cons. 25. num. 21. & seqq.* loquens de quadam donatione Regia certorum oppidorum, in quibus quatuor mille vassalli esse dicebantur, cùm plures postea reperti essent, qui est noster casus in terminis, & resoluens, quòd cùm in remunerationem seruitiorum fuerit facta, & donator non à numero vassallorum in concessione exorsus sit, sed à corporibus oppidorum, omnes vassallos, in illis commorantes, concessisse censendus est.

Pro qua sententia † optimè facit *l. qui fun-* 6 *dum, §. qui agrum, D. de contrah. empt. l. cùm pater, §. pater qui filio, D. de leg.2. l.si sub conditione, §. si libertus, in 2.resp. D. de leg. 1.* & quæ in simili tradit Paris. *cons. 64. num. 6. & seqq. & num.76. & seqq. lib. 2.* Anton. Gomez *lib. 2. variar. cap.de empt. & vend. num.16.* Couarr. *cap. 3. pract. num.1. & seqq.* Mascard. *de probat. conclus. 504. verbo Demonstratio, n.12. & seqq.* Vbi probat, † quòd quando vna de- 6 monstratio est adeò clara, vt faceret constare de corpore, tunc illa sola probata, etiam si aliæ plures qualitates, & demonstrationes falsæ reperirentur; tamen non vitiaretur dispositio, vtpotè si apponatur, & verificetur nomen fundi, licèt in confinibus, & in aliis demonstrationibus erretur, *ex l. cùm seruo, §. fin. de cont. empt.* cum aliis adductis à Bart. *in l. demonstratio, post num. 16. vers. Idem duo in nomine feudi, D. de cond. & demonstr.* Et in idem tendunt, quæ doctè congerit Ioan. Gutier. *lib. 2. canon. cap. 15. à num. 74.* & Marescotus *lib. 2. var. cap.55.* Vbi latè probat † regulare esse in ven- 6 ditione iuris alicuius vniuersalis, vt emptor, neque habeat plus, neque minus, quàm in ipsa vniuersitate continetur, *l.venditor, in princ. D.de hæred. vel act. ven.* intelligitur enim facta venditio eius, quod est in vniuersitate, eo modo quo est, vt dicit Bald. *in l.1. num.1. C.de euict.*

Vbi † autem in concessione Commendæ 6 oppida, vel Indi designantur, quæ aliquis, per cuius mortem vacasse dicuntur, tenebat, & possidebat, & si concessio valeat, ad nihilum reducetur, nisi appareant, & certificentur dicta oppida, & Indi, de quibus ille aliàs fuerat inuestitus, & hoc ipse nouus Commendatarius curare, & probare tenebitur, vt nominatim decidit Bald. de concessione feudorum loquens, quæ nostris Commendis similis est, *in cap. 1. num.5. de feud.* Guard. quem ibidem omnes feudistæ vno ore sequuntur, & communis, de qua testatur Ias. *in l.si sic, num. 19* per text. ibi, *D. de leg. 1.* & plurimi alij, quos refert Aretin. *cons. penult.* Natta *cons. 514. num. 3.* Signorol. *cons. 10.* Roland. à Valle *cons. 2. num.19. & seq. vol.1.* Cacheranus *cons. 7. num. 34. & seqq.* & Marescot. *lib. 1. variar. cap. 45. per totum.* Vbi agit

agit de veritate, & praxi allegationis Lapi 39.
69 Et † an, & quomodo successor probare, & iustificare debeat titulum sui antecessoris, & c. 55. Vbi latè docet, qualiter vltimus status beneficiorum, & aliorum iurium similium sit attendendus, & conducunt, quæ in simili adducit Menoch. *de arbitrar. casu* 201. *num.* 22. & Nos *sup. cap.* 6. *num.* 3. *& cap.* 1. *n.* 68. *&* 69.

CAPVT XII.

De Commenda, quæ duobus, vel pluribus discretis, vel non discretis partibus assignatur, & quomodo diuidi debeat, & an in ea ius accrescendi admittatur?

SVMMARIVM.

1 *Commendæ diuidi non debent.*
2 *Indis meliùs consulitur, si vnum quàm plures commendatarios agnoscant.*
3 *Dominis duobus non potest quis ita commodè seruire, quàm vni.*
4 *Dominus si velit terram suam duobus per partes vendere, admittitur contradictio subditorum.*
5 *Negligitur quod à pluribus possidetur.*
L. 2. C. quando, & quibus quarta pars debeatur lib. 10. & l. cum pater, §. dulcissimis, *& alia similes expenduntur, & illustrantur, ibid.*
6 *Rerum, & bonorum communionem aliqui hæretici in Christiana Religione introducere voluerunt, qui reprobantur.*
7 *Initium, & intentum alicuius rei introducendæ semper attendi debet.*
8 *Commendæ multoties ex variis causis inter plures diuidi solent, & de formulis, quibus diuisio inducitur.*
9 *Commenda ex voluntate concedentis benè diuidi potest, & natura sua omni respectu diuidua est.*
10 *Indorum opera, seruitia, & tributa diuidua sunt.*
11 *Commendæ Indorum non habent annexam dignitatem, nec iurisdictionem, sed sunt feuda simplicia.*
12 *Feuda simplicia, & ius vassallorum inter plures diuidi possunt.*
13 *Conuassalli eiusdem domini quando possint propria auctoritate feudum diuidere.*
14 *Vsusfructus diuidi potest, & per partes legari.*
15 *Commenda, etsi propter legis prohibitionem non possit diuidi, vbi tamen Princeps eam diuisim concedit, dispensare videtur.*
16 *Commenda vbi diuidi cœpit ex voluntate Principis, antiquam naturam hac in parte mutare videtur.*
17 *Loca feudalia semel diuisa, semper manent diuisibilia.*
18 *Res semel facta alienabilis, semper manet talis.*
19 *Commendæ pluribus data pro indiuiso, quomodò inter eos diuidenda sit?*
20 *Diuisio commendæ pluribus datæ, vbi facienda est, debent omnes citari.*
21 *Commenda vbi conceditur pro diuiso, vnusquisque habebit partem sibi assignatam, sed sine Indorum damno.*
22 *Commendæ diuisio facta inter priuatos, Regi, & Regiis ordinationibus præiudicare non debet.*
23 *Sententia inter vassallos litigantes lata, an domino præiudicet?*
24 *Diuidens feudum contra eius naturam, punitur.*
25 *Diuisio commendæ semel facta, quando, & quomodò constito de errore reuocari possit, & iterum fieri?*
26 *Diuisio est quædam ratio composita inter diuidentes, & sic, sicut illa, est reducibilis ad rectam compositionem.*
27 *Deceptus in diuisione paternorum bonorum, potest agere contra eum, qui plus debito accepit.*
28 L. cùm putarem, D. famil. ercifcund. *explicatur.*
29 *Error calculi semper, ac de eo constiterit, retractari potest.*
30 *Commenda si alicui detur, extracto aliquo numero Indorum, Regi, vel alteri applicando, qualiter computatio ineatur?*
31 *Rex si donet Castrum reseruato sibi certo numero vassallorum, qualiter statim familiarum electio facienda sit, & cuius sit augmentum, vel diminutio?*
32 *Progenitores suos suffecti sequi debent.*
33 *Augmentum alicuius rei, ipsius primæuam naturam sequitur.*
34 *Commenda vbi assignatur cum onere dandi tertiam, vel quartam partem fratri, vel matri, aut etiam extraneo, an videatur induci diuisio commendæ, vel pensio assignari, & effectus huius quæstionis?*
35 *Portio certa si super beneficio alicui assignatur, in quota, & non in quantitate, beneficium partiri videtur.*
36 *Fundum si aliquis conducit pro quota fructuum, non est locatio, sed societas.*
37 *Pars, quæ à toto separatur, totius naturam, & effectus retinet.*
38 *Causa ex suis effectibus cognoscitur.*
39 *Commendæ quotæ partis concessio alicui facta ad alimenta, magis pensionem, quàm proprietatem respicit.*
40 *Alimenta non extenduntur vltra vitam alimentarij.*
41 *Pensio siue præstatio annua alicui fieri iussa, cum eius vita finitur.*
42 *Quotæ designatio, vbi assignatur in titulum, inducit proprietatem, secùs vbi ad alimenta, vel congruam sustentationem.*
43 *Præstimonium, vt possit dici beneficium, quæ requirantur?*
44 *Commendatarius, vbi partem alij manu sua dare iubetur, ad alimenta pensio designatur, nisi alia verba, aut coniecturæ contrarium suadeant.*
L. cùm alimenta 22 §. qui fratres, D. de supel legat. *expenditur, ibidem.*
45 *Commenda vbi duobus, vel pluribus datur, an sit inter eos locus iuri accrescendi? & num. seqq.*
46 *Ius accrescendi quando habeat locum inter coniunctos re, & verbis, aut re tantùm.*
47 *Commenda si ab initio duobus insolidum concessa*

cessa sit, datur inter eos ius accrescendi.

48 *Vsusfructus pluribus pro indiuiso legatus, quomodo accrescat?*

L.1.4 & penult. de vsufr. accrescend. *explicantur, & conciliantur, ibid.*

49 *Donationes Imperiales ius accrescendi admittunt.*

L. vnic. C. si Imperial. liberalit. socius, lib.10. *expenditur, & illustratur, ibid. & seqq.*

50 *Ius accrescendi in contractibus donationis emphyteusis, & aliis locum habere non solet.*

51 *Ius accrescendi regulariter non habet locum in feudis, sed fallit in concessis à Principe.*

52 *Feuda an sint concessa motu proprio, vel ad petitionem partis, sunt qui distinguunt, quoad ius accrescendi, quod tamen Auctori non probatur.*

53 *Concessio Principis regulariter præsumitur facta ad supplicationem partis, & non motu proprio.*

54 *Merita vbi procedunt, censetur donatio in eorum remunerationem facta, ex motu proprio Principis procedere.*

55 *Commendæ solent concedi ob merita, & magis habent de titulo lucratiuo, quàm de synallagmatico.*

56 *Ius accrescendi, quod datur in Commendis Indorum, potentius est, quàm reuersionis ad dominum ob delictum.*

57 *Diuisio partium Commendæ facta inter socios, quibus pro indiuiso data fuit, non impedit ius accrescendi.*

58 *Augmentum regulatur secundùm primitiuam naturam rei, cui accedit, & retinet easdem qualitates.*

59 *Possessionem etiam vnius glebæ fundi, qui apprehendit, videtur apprehendisse etiam incrementi, quod posteà per alluuionem, aut alio modo eidem fundo accreuerit.*

60 *Publiciana datur etiam pro incrementis rei, cuius quis possessionem apprehendit.*

61 *Exceptio rei iudicatæ datur etiam pro augmento superueniente rei, quæ mihi adiudicata fuit.*

62 *Augmentum superueniens feudo, vel emphyteosi post contractum matrimonium, non communicatur inter coniuges.*

63 *Consolidatio vsusfructus cum proprietate, quæ contingit post matrimonium, non connumeratur inter lucra nuptialia.*

64 *Incrementi latentis possessio sine noua apprehensione adquiritur, non autem discreti.*

65 *Portio cohæredi accrescens, an transeat sine noua apprehensione possessionis eiusdem portionis?*

66 *Ius accrescendi, an inter eos locum habeat, quibus Commenda pro indiuiso conceditur, vt eius reditibus se alere possint?*

67 *Ius accrescendi in alimentis locum non habere, quomodo intelligatur.*

68 L.1. in fine, D. de vsufr. accrescen. *expenditur, & declaratur?*

69 *Rem, quæ legatur, magis quàm causam, aut prætextum legandi attendere debemus.*

L.4. D. de aliment. legat. *expenditur, & concordatur* cum l. dominus, §. fin. D. de vsufr. *ibidem.*

70 *Casus, qui de facto contigit, refertur, circa ius accrescendi Commendæ datæ ad alimenta.*

ETsi in Commendis, de quibus loquimur, † caueri soleat, & debeat, ne diuisionem 1
recipiant, ex rationibus, & schedulis, quas adduximus *sup. hoc libro, cap.3.* Et quia † In- 2
dis melius consulitur, si vnum quàm plures Commendatarios agnoscant, cùm † faciliùs, & 3
commodiùs possit quis vni, quàm pluribus dominis deseruire, *l.2.§. his legibus, & §. nouissimè, D. de orig. iur. l. si plures, §. fin. D. de administ. tut.* melior text. *in cap. dilecti filij, de maior. & obedientia,* cum traditis à Curtio Senior. *cons. 68. col.8. vers. Et assignat,* Ias. *cons.236. lib.1.* Boër. *quæst.204 num. 30.* & signanter, & multum in nostris terminis Bald. *in cap. si quis, num. 5.* quo temp. miles; vbi inquit post Hostiensem, quòd † si aliquis dominus velit terram suam 4
subiicere alieno domino, admittitur contradictio hominum suorum, & maximè si dominus velit partem alienare, & partem retinere, quia interest subditorum tot dominos non habere.

Necnon etiam, quia † ipsi Commendatarij 5
minus amabunt, & curabunt Indos, quos communiter cum aliis possederint, iuxta doctrinam textus *in l. 1. C quando, & quibus quarta pars debeatur, lib.10.* ibi: *Naturale quippè vitium est negligi, quod communiter possidetur, vtque se nihil habere, qui non totum habeat, arbitretur, denique suam quoque partem corrumpi patiatur, dum inuidet alienæ, d.l. si plures, §. fin. l. cùm pater 79. §. dulcissimis, in fine, D. de legat.2.* ibi: *Cùm discordiis propinquorum sedandis prospexerit, quas materia communionis solet excitare,* cum aliis, quæ tradit Arist. *lib.2. Polit. cap. 1.* Alban. Spinosat. *lib. 1. politismos, cap.12.* & Dionys. Gothofr. *in notis ad d. l. 2.* Vbi † hæreticos repre- 6
hendit, qui communionem rerum, & bonorum vtilissimam esse Christianæ Reip. asserere audent, latè Tiraquel. *de primog. quæst.4. num.27.* Rojas *in epit. succes. cap.15. num.27.* Bobad. *in Polit. lib.1. cap.1. num.19.* & Hieronym. Sauaro, omninò videndus, *in notis ad Sydon. Apollin. pag. 223.*

Quod est contra initium, & intentum earumdem Commendarum inducendarum, vt vidimus *suprà cap. 1.* quod † initium, & inten- 7
tum semper in qualibet re plurimum attendi debet, vt docet tex. & ibi gloss. *verbo Ab initio, in l. venditionibus, D. de contrah. emt. l. 1. C. de imp. lucrat. descript. lib. 10. l. nam origo, D. quod vi, aut clam. l.3. D. de annon. l quod autem, D. de ordination.* cum aliis, quæ latè congerit Anchar. *cons.4* Fran. Curtius *cons.69. col.2.* Ioan. Garc. *de expens. & meliorat. cap.22. num.12. & de coniug. ac quæstu, n.99.* Bobad. *in Polit. lib. 5. cap.1. n.168.* Gratian. *discept. forens. tom.4. c.749. num.16.* & plenissimè D. Ioan. del Castillo *lib.5. controu.2. part. cap.155 per totum.*

Multoties † tamen contingit, vt Reges, & domini nostri vel qui eorum vices habent, hoc incommodum insuper habentes, vel occasioni, aut necessitati deferentes, quæ plures in vna eadem Commenda subleuari requirit, eam eis pro indiuiso, & in solidum conferant, veluti cùm dicitur: *Que à los hiios de N. se les haze merced de tal Encomienda.* Interdum etiam partibus, quas vnusquisque habere debeat discretis, & designatis, veluti cùm dicitur: *A N. se le haze merced. de la mitad de tal Encomienda, ò repartimiento, y de la otra mitad à N. ò que*

[q]ue esta mitad se reserue para irla distribuyendo [e]ntre otros benemeritos, ò se ponga en la caxa, ò [C]orona Real. Et tunc non est dubium, quin [-] Commenda ex voluntate concedentis diuidi [p]ossit, cùm hoc eius naturæ non repugnet, quæ [s]iue fructus, vel quantitatem, aut species consi[d]eremus, quæ ab Indis tributorum nomine per[s]olui solent, diuidua quidem est, iuxta doctri[n]am I. C. *in l. 2. l. in executione, l. stipulationes [n]on diuiduntur, D. de verborum oblig.* cum aliis, [q]uæ Ego adduxi *in meo tract. de indiuiduis, [c]ap.* 1. & posteà recoluit D. Pichar. post titu[l]um *Inst. de offic. iud. cap.* 3. & D. Melchor [d]e Valencia *in tractat. iur. illustr. tom.* 2. *tract.* 4. [d]*e indiuid. cap.* 3. *per totum.* Et similiter † si [I]ndorum ipsorum tanquam vassallorum corpo[r]a, siue capita inspiciamus, & numeremus, vel [o]peras ipsas, & seruitia, atque obsequia, quæ [a]licubi ab eisdem suis Commendatariis præ[st]antur, & exhibentur, cùm nihil impediat, [q]uòd hæc per plures diuisim exerceantur, vel [p]luribus pro rata portione præstentur, & per[s]oluantur, vt benè obseruat, aliis relatis, Ro[s]enthal. *in tract. de feud. cap.* 8. *quæst.* 6. *gloss. F.* [i]bi, quòd etiam seruitium sua natura indiui[d]uum, aliquando diuisionem, non quidem par[t]ibus, sed numero recepit.

Huiusmodi enim † Commendæ non habent [a]nnexam dignitatem, neque iurisdictionem, [n]eque quicquam aliud, quod precisè earum [d]iuisionem impediat, sed sunt quædam veluti [s]implicia feuda, vt in superioribus diximus, qua, [&] † ius vassallorum, rectè inter plures diuidi [p]osse, omnes feudorum Scriptores agnoscunt, [&] probat text. *in cap. Imperialem, §. præterea [D]ucatus de proh. feud. alien. per Fred. cap.* 1. *si [d]e feud. fuer. contr. inter dom. & agn.* Vbi om[n]es DD. Bald. *in l. si plures, col.* 2. *C. de con[d]it. inser. & in l. voluntas, vers. Quæritur, C. de [f]ideicommiss.* Afflict. *d.* §. *præterea*, 3. *notab. [n].* 13. Roland. *cons.* 80. *n.* 44. *vol.* 1. Curtius Sen. [c]*ons.* 68. Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, n.* 89, [d]*e consuit.* Cassane. *in consuet. Burgund. rubr.* 3. [§]. 6. *num.* 22. Bernard. Diaz *reg.* 773. incip. *[V]assallus*, Boër. *q.* 204 *n.* 19. *& seqq. & q.* 212. *n.* 5. [&] innumeri alij apud Rosent. *in tract. de feud. [c].* 9. *q.* 53 *per tot.* Qui hoc adeò certum esse resol[u]unt, † vt conuassalli eiusdem domini possint, [p]ropria etiam auctoritate, inter se diuidere feu[d]um, maximè quando reperti sunt vassalli vnius [d]omini, & pro alia parte alterius.

Et idem videmus † in vsufructu, cui etiam [C]ommenda in multis assimilatur, vt dixi *sup. [c]ap.* 2. *num.* 8. Nam & is potest duobus, aut plu[r]ibus ita constitui, vel legari, vt omnes pro par[t]ibus eo fruantur, & gaudeant, vel vt pro parte [a]pud proprietarium maneat, cùm ipsa proprie[t]ate coniunctus, pars autem alia vsufructuario [a]pplicetur, *l. quoties duobus, & l. etiam, D. de vsufr. [l]. vsusfructus* 5. *D. eod.* vbi Bart. Bald. & alij, Hot[t]oman. *quæst. illust. cap.* 20. Pet. Riciard. *in Rubr. [d]e vsufr. ex n.* 142. Anton. Pichard. *in princip. de [v]su, & habitat. n.* 4. & plurimi alij, quos refert D. [I]oann. del Castillo *in tract. de vsufruct. c.* 31. *n.* 16. *[&] seqq.*

Quibus accedit, † quòd vt maximè Com[m]endarum ius propter legis prohibitionem [i]ndiuiduum esse concederemus, eò tamen ip[s]o, quòd Princeps aliquam sub diuisione con[c]edit, huic prohibitioni conniuere videtur, & super ea dispensare, argum. tex. *in l. quidam consulebant, D. de re iudic.* ibi: *Princeps enim, qui ei Magistratum dedit, omnia gerere decreuit*, quam pluribus similibus exornat Bald. *cons.* 248. *&* 262. *lib.* 1. *repetitum cons.* 465. *lib.* 5. Plotus *cons.* 19. *num.* 51. & Menoch. omninò videndus, *cons.* 102. *num.* 9. *vol.* 12. *& de præsumpt. li.* 2. *præsumpt.* 12 *num.* 7.

Et quod plus est, † vbi semel diuidi cœpe- 16
rint, antiquam naturam hac in parte amisisse videntur, argum. eorum, quæ optimis fundamentis tradit Socinus *cons.* 67. num. 32. vol. 1. docens, † quòd loca feudalia quantumcunque in- 17
diuisibilia, si semel efficiantur diuisibilia, semper diuidi possunt; quemadmodum dicimus in rebus alienari prohibitis, quæ etiam † semel 18
factæ alienabiles, in perpetuum alienabiles manent, iuxta *l. pater, §. quindecim libertis*, cum aliis, quæ de re semel in feudum, vel emphyteosim concessa, & de causa semel effecta delegabili, & aliis similibus scripsit Ripa *num.* 66. Crotus 43. & Loazes 134. *in l. filiusfam. §. Diui, D. de legat.* 1. & latiùs Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 32. *glos. vni. num.* 6. *cum seqq.* Molina, omninò videndus, *de primogen. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 31. *& seqq.* Vincentius Fusar. *de substit. q.* 352. *num.* 49. Surd. *cons.* 105. *n.* 12. Metienz. *in d. l.* 11. *tit.* 6. *li.* 5. *recop. glos.* 8. *n.* 2. Ceuallos *pract. commun. q.* 897. & plures alij, quos refert Velascus *in axiom. iur. litt. A. n.* 215.

His igitur constitutis, † vbi duobus, vel plu- 19
ribus eadem Commenda pro indiuiso assignata fuerit, illa inter eosdem diuidenda erit, & concursu partes in ea facient, vt aliàs dicitur in legatis *in §. si eadem res, Institut. de legat.* vbi benè notant, & prosequuntur Oinotom. Misynger. & Pichard. Et hæ partes debent esse æquales in quantitate, & in qualitate, vt *in l. si maior, C. commun. diuid.* & per Bart. & DD. *in l.* 2. *C. quando, & quibus quarta pars deb. lib.* 10. *& in l.* 1. *C. de his, qui se defert.* & alibi passim, & plures alij apud Rosent. *d. q.* 53. *num.* 11. *&* 14. Et ad eas † faciendas 20
debent citari, & præsentes esse, si fieri potest, omnes, quos causa contingit, vt per eundem Bartolum *in d. l.* 2. *& in l. inter pupillos, de author. præstan.* Bald. *in l.* 1. *C. si aduers. transact. & in l. cohæredibus, C. famil. ercifcundæ*: optimè Socin. *cons.* 195. *num.* 6. *vol.* 2. Nam vt ait Bart. *in l. is, qui fundum* 31. *D. de vsufruct. leg.* diuisio facta per socios, in qua tertius habet ius, non nocet tertio, & remanet ius suum saluum, & sequitur, alios referens, Rosent. *d. cap.* 9. *q.* 56. *num.* 7. vbi quòd diuidendi mos inter consentientes, ad dissentientes non porrigitur.

Vbi verò pro diuiso Commendæ † concessio 21
facta reperiatur, facilior erit computatio, cùm vnusquisque ad partem sibi datam vocetur, sed adhuc tamen vocandi, & coadunandi sunt, vt de numeratione tributariorum agant, & eos per familias, vel *Aillos*, vt Indi Peruani dicunt, commodiùs partiantur, ita vt alter alteri impedimento non sit, & minor, quæ fieri possit molestia, ipsis Indis in fractione tributorum, & aliorum seruitiorum præstatione inferatur, vt est tex. apertus *in cap.* 1. §. *omnes filij*, vbi omnes Interpretes, *si de feud. defuncti controu. fuer. inter dom. & agnat. cap. Imperialem, §. præterea Ducatus*, vbi etiam DD. *de proh. feud. alien.* per Freder. & innumeri alij, quos

 refert,

refert, & sequitur Rosenth. *in tract. de feudis, cap. 9. concl. 53. litt. A.* vbi de communi totius Orbis praxi testatur, & quod feudorum diuisio etiam inscio, vel inuito domino ad prædictum effectum inter cohæredes licitè fieri possit, modò non confundatur seruitium, nec omninò discerpatur.

In vtroque tamen casu illud semper constitutissimum est, † hanc diuisionem Commen-
22 dæ, quam inter se priuati faciunt, nullum præiudicium Principi, eiusdem feudi directo domino, neque Regiis ordinationibus ab eo super his Commendis factis, generare, aut afferre posse, vt per text. & DD. qui in feudis loquuntur, *in cap. vnic. de controuers. inter domin. vassal* & alios, vbi Bald. & alij, & *in cap. vnic. §. rei, de inuestit. de re alien. fact.* vbi Albarot. idem Bald. *in cap. 1. de prohibit. feud. alien.* per Fred. *num. 17.* Quibus similia sunt, quæ in optimis casibus docent I. C. *in l. cùm hæreditas, D. ad Trebel. l. fin. D. si ex noxal. causa agatur, l. Iulianus, § idem Celsus D. de action. empt. & l. cùm fidei, D. de fideicommiss.* libert. Ex quibus communiter
23 concludere solent DD. † neque sententiam inter vassallos litigantes latam, domino, præsertim ignoranti, præiudicare. De quo pluribus agunt Schrader. *in tract. de feud.* Afflict. & Vrsillis *decis. 396. num. 5.* Laderch. *cons. 180.* Ant. Quetta *cons. 62. num. 1.* Pereg. *cons. 62. num. 68.* Rosent. *de feud. cap. 9. q. 3. num. 3. 15. & seqq.* & Ioann. Bapt. Costa *in tract. de facti scient. & ignor. reg. 8. fol. 331.* & in nostris terminis diuisionis idem Rosent. *eodem cap. 9. quæst. 54. n. 8.*
24 vbi † quòd diuidens feudum contra pacta, aut statuta, formam rei mutat, eámque deteriorem facit, & ob id in pacti inobedientiam cadere videtur.
25 Et rursus † etiam diuisione semel facta, si de fraude, errore, aut læsione alicuius partiarij constiterit, posse, & debere iterum computationem, & diuisionem ex integro retractari, ex text. expresso *in l. si post diuisionem, C. de iur. & fact. ignor.* vbi habetur, quòd erronea diuisio, errore probato, non officit diuidenti, & quod præsumitur, si ex postfacto appareat, rem aliter se habere. Circa quam plura scribunt Bald. & DD. *ibid.* Decius *cons. 216. num. 1.* & meliùs *cons. 351. num. 4. & seqq.* Alex. *cons. 46. num. 6. & 7. lib. 1.* idem Decius *in l. si soror, C. de collation.* Ias. *in l. ei demum, in fine, C. de transact.* Afflict. *decis. 58. n. 17.*
26 Et facit, † quia diuisio non est, nisi quædam ratio composita inter diuidentes, vt per Bart. *cons. 204.* vnde quemadmodùm ratio malè composita debet redire ad rectam compositionem, ita vt diuisio non rectè facta ad rectam diuisionem, *l. error, C. de iur. & fact. ignor. l. calcula, D. de admin. rerum, l. 1. C. de iure fisci, l. cùm seruus, D. de cond. & demonst. l. fratres, D. de pact. l. vnica, C. de errore calculi,* optimus text. *in d. l. si soror,*
27 *C. de collat.* Vbi quòd † quando quis est deceptus in diuisione bonorum paternorum, potest agere ad id, quod plus debito ad alium peruenit, cum quo est facta diuisio.
28 Neque obstat † text. *in l. cùm putarem, D. fam. ercisc.* Nam secundùm Socin. *cons. 25. n. 11. & cons. 35. num. 5. vol. 1.* illa lex procedit, vbi diuisio iudicialiter, & per competentem iudicem facta est, quia tunc retractari non solet. Cæterùm vbi extraiudicialiter fit, procedunt suprà relata. Et † in errore calculi, siue numerationis, etiam post triginta annos, imò & in perpetuum, si de eo ex ipsis actis constiterit, nisi super hoc ipso, vel res iudicata, vel transactio intercesserit, vt in dicta l. vnica, C. de errore calculi, vbi latè Bart. Baldus, & Iason, Romanus *cons. 346.* Ruinus *cons. 71. volum. 4.* Flaminius Cartarius *decis. 123.* Tuschus *litt. E. concl. 313. & sequenti,* & Petrus Heigius *in quæstion. miscel. 1. parte, quæst. 20. num. 25. & seqq.*

Sed est quæstionis, † quid dicendum sit, quando alicui Commenda conceditur, & ex ea certus Indorum numerus extrahi iubetur, qui vel Regi, vel alteri priuato applicentur, & qualiter eorum computatio ineunda sit? & ad quem augmentum, vel diminutio pertineat? Et hanc quæstionem in simili decisam reperies apud nostrum Gregorium Lopez *in l. 9. tit. 4. partit. 5. gloss. 3.* vbi docet, † quòd si Rex donauit mihi castrum, reseruatis sibi quibusdam vassallis, statim eorum designatio facienda est, cum familiarum distinctione, ita vt si posteà tale castrum multiplicatum fuerit in hominibus, & magnitudine, vnusquisque eos habeat, qui ex suis familiis processerunt, vel sentiat diminutionem in eis contingentem, † quia progenitores suos suffecti sequi debent, *l. cùm scimus, C. de agricolis, & censit. lib. 11.* cum traditis à Baldo *in cap. 1. § si quos de mans. num. 7.* vbi etiam Albarotus *num. 5.* Præpositus *num. 6.* Afflictis *num. 31. de controuers. inuest.* Et idem latiùs prosequitur Rosenthal. *in tractatu de feudis, cap. 10. conclusione 44. num. finali,* vbi etiam in argumentum allegat *l. possessionum, C. commun. vtriusque iudicij, & l. sed & addes, §. si quis ad mulierem, D. locati.*

Et pro eis facit, † quòd dispositum in vna re habet locum in augmento, quod illi posteà accedit, vt *in l. etiam, C. de iure dotium, l. cùm inter, §. cùm inter, D. de pactis dotalib. l. in hoc iure, §. si alluuione, D. de aqua quotidiana, l. grege, in principio, D. de pignoribus, l. si ex toto, in principio, l. quod in rerum, §. si quis post, D. de legatis 1.* cum pluribus aliis, quæ latè, more suo, adducit Tiraquellus *de retractu lignagier, §. 1. gloss. 18. num. 51. & 52.* Dueñas *regula 73.* Fontanella *de pactis nuptialibus, 2. parte, clausula 6. glossa 2. parte 7. num. 69.* & Cardinalis Tuschus *litera A. conclus. 555.* & Nos *infrà hoc capite num. 57.* latissimè Rosenthalius de augmentis feudorum loquens, *dicto cap. 10. concl. 43. & 44. per totam.*

Rursus in quæstionem etiam vocatum vidi, † vtrùm pensio, vel Commendæ pars assignata videatur, cùm alicui sub ea lege Commenda conceditur, vt tertiam, vel quartam eius partem fratri, vel matri suæ, aut etiam alicui extraneo ad congruam sustentationem relinquat? Quod sanè propter consolidationis ius multum referre videtur. Nam si est pensio, cum ipsa pensionarij vita extinguetur, & cum proprietate consolidabitur, iuxta ea, quæ diximus *suprà c. 3.* Si verò Commendæ naturam sortitur, pro altera quoque vita durabit, & omnibus eius iuribus, & emolumentis fruetur.

Et quidem in proposita specie, quòd pars Commendæ data fuerit, suaderi videtur ex singulari doctrina Ananiæ *in cap. audiuimus, n. 3.* de collusione detegenda; vbi inquit, quòd † quando alicui assignatur certa portio super beneficio,

beneficio, in quota, & non in quantitate, vtpotè assignando alicui tertiam, vel quartam partem, vt in nostro casu, non constituitur pensio, sed potiùs scinditur, vel partitur beneficium; quam doctrinam sequitur, & commendat Felinus *in cap. ad audientiam el 2. de præscription.* Caccialupus *in tractatu de pensionibus, quæstione 6.* adducens in argumentum, magistralem illam doctrinam Bartoli *in l. si merces §. vis maior, num. 3. D. locati, & in l. si apes, D. de furtis,* vbi inquit, quod † quando aliquis conducit fundum, non pro mercede, in quantitate, sed in quota, vtpotè pro tertia, vel quarta parte fructuum, non dicitur contracta locatio, sed potiùs societas. Quæ omnia refert, & sequitur Gigas *in eodem tractatu de pensionibus, quæstione 8. num. 2. & in principio tract. num. 7.* addens, quòd hac de causa quota beneficij dicitur beneficium, vt in cap. maioribus, de præbendis.

Facit quoque, † quòd cùm pars Commendæ relinqui iubeatur, nulla alia distinctione facta, & hæc pars à toto separetur, totius naturam, & effectus in omnibus retinet, *l. quæ de tota, D. de reiuindicatione,* cum latè adductis ab Euerardo in loco de toto ad partem. Atque adeò partiarius iste, beneficio specierum, & aliis Commendatariorum emolumentis, atque effectibus gaudebit, quod ostendit eum esse proprietarium, & non pensionarium dictæ partis, cùm † causa ex suis effectibus cognoscatur, vt probat textus *in l. debitor,* ibi: *Videamus de effectu rei.* Vbi Paul. Castrens & alij, *D. ad Trebell. & in l. rem non nouam, C. de iudiciis, & in cap. fundamenta,* circa medium, de electione, & *in l. non codiculum, C. de testamentis cum similibus.*

Sed adhuc, suppositis quæstionis propositæ circunstantiis, † nescio, an in contrariam partem inclinem? Et dictam consignationem, vel pensionem appellem? Vel ius quoddam, pensioni simili, quod vltra concessionarij vitam non extendatur. Tum, quia si concedens contrarium vellet, facilè id expressisset, illáque verba apposuisset: *Conforme à la lei de la sucession*, quæ verosimile est apposita fuisse in altero, cui alias Commendæ partes reliquit; cùm id semper de stylo adiici soleat. Tum etiam, quia cùm se illam partem ob causam, siue ad effectum alimentorum concedere dixerit, solam Commendatarij vitam respexisse videtur, † vltra quam alimenta non protrahuntur, *l. cùm hi, §. modus, D. de transactionibus, l. Firmio, in fine, D. quando dies legati cedat, l. solent, §. debebit, D. de alimentis, & cibariis legatis*: bonus textus *in l. dominus 64. §. per fideicommissum, D. de vsufruct.* ibi: *Per fideicommissum fructu prædiorum ob alimenta liberis relicto, partium emolumentum ex personis vita decedentibus, ad dominum proprietatis recurrit*: Notat Baldus *in l. 1. §. ius naturale, D. de iustitia, & iure*, inquiens, hoc procedere etiam in alimentis debitis ex statuto: & prosequiter latè Surdus *in tractatu de alimentis, quæst. 3.* & D. Ioann. del Castillo *in tractatu de vsufructu, cap. 61.*

Accedit his, quod partem illám non proprio iure capere voluit, sed de manu alterius sperare, & percipere; quod ostendit, eum pro Commendatario haberi noluisse, neque eiusmodi titulo censeri; † sed tantùm pensionis, siue præstationis annuæ commoditate gaudere, quæ etiam cum vita finitur, iuxta textum, & glossam *in l. Caius, D. de annuis legatis, gloss. in l. fundi Trebatiani, D. de vsufruct. legato,* cum aliis, quæ adducunt Auctores *suprà* relati, Gigas de pensionibus, *quæst. 52. num. 4.* & Nicolaus Garcia *tract. de beneficiis, 1. parte, cap. 5. num. 239.* vbi plures alios allegat.

Neque obstat, quòd Commendæ quotam expresserit, atque ita de Commenda sentire videatur, ex iuribus, & Auctoribus suprà relatis. Nam
hæc intelligi debent, † vbi quota assignatur in 42
titulum, & habet annexum aliquod ministerium;
verùm quando assignatur veluti stipendium, & solùm ad congruam sustentationem, vt in nostro casu, potiùs pensio censeri debet, & non assumit naturam beneficij, vt ipse Gigas agnoscit *d. quæst. 8. & 9.* & docent Abbas & Felinus *in d. cap. ad audientiam, de rescript.* idem Felin. *in cap. postulasti, de rescript. & in cap. de quarta, de præscript. à num. 16.* & Lud. Gomez *in reg. de ann. possess. quæst. 21. ad medium.*

Quibus addo in simili, † quòd, etsi largè sum- 43
pto vocabulo, præstimonium sit beneficium, *cap. fin. de concessione præbend. lib. 6.* necessarium tamen est ad hoc, vt dicatur beneficium, & pro tali habeatur, quòd detur in titulum, & quod habeat annexum aliquod ministerium spirituale. His etenim non concurrentibus, beneficium dici non poterit, vt expresè docet Dominicus *cons. 89. num. 4. & seqq.* & plures alij quos refert, & sequitur Garcia *dict. tractat. de beneficiis, parte 1. cap. 2. num. 61. & sequentibus.*

Quo fit, vt in nostro casu idem censere pos-
simus, † cùm neque Commendæ titulus huic 44
partiario expediri iubeatur, neque vllus labor in eadem Commenda regenda, & administranda iniungatur; sed tantùm, vt tertiam fructuum illius partem de manu Commendatarij recipiat. Alioqui si alia forma verborum inuestituræ fuerit, vel ex aliis argumentis constiterit, quòd concedens voluit hunc partiarium in parte sua proprietarium facere, aliud erit dicendum, quamuis sustentationis causam addiderit; argumento celebris textus *in l. cùm alimenta 22. §. qui fratri 5. D. de supellectili legata*, ibi: *Illam autem adiectionem, vt habeant, vnde se pascant, magis ad causam prælegandi, quàm ad vsumfructum constituendum pertinere.* Cum aliis, quæ in simili notat Menochius *lib. 4. præsumptione 133. numer. 11.* Molina *de primogeniis, lib. 1. cap. 19. numer. 9.* Mantica *de coniecturis vltimar. voluntatum, lib. 9. tit. 2. num. 29.* Surdus *de alimentis, titul. 2. quæstione 1. in principio,* & D. Ioannes del Castillo *de vsufruct. c. 30. numer. 4.*

Cæterum (vt ad alia transeamus) præcipua huius capitis dubitatio in eo consistit,
vtrùm † in concessione Commendæ pluribus 45
facta, iuri accrescendi sit locus? Et quidem hucusque nullam legem, vel schedulam Regiam de hoc articulo tractantem, inueni. Sed iuxta iuris communi, & feudalis principia procedendo, ita mihi distinguendum esse vi-
detur: vt † si discretæ partes in ipsa Commen- 46
da, & multo magis in eius quantitate ab initio assignatæ sint. Tunc absque dubio ius accrescendi non admittatur; sed vnusquisque sua portione contentus manere debeat, & quæ vacauerit, ad Regem deuoluatur, vt de illa, prout sibi libuerit, sicut de cæteris Commendis

mendis vacantibus, disponere possit. Hoc enim est, quod passim in iure docemur, inter verbis disiunctos ius accrescendi non esse, & multò minùs inter eos, quibus certæ portiones nominatim assignatæ fuerint, *l. re coniuncti, D. de legatis 3. l. si mihi purè, D. de legatis 2. l. planè, §. sed si in pupillari, D. de legatis 1. l. triplici, D. de verborum significatione, §. si eadem res, Inst. de legatis*, quibus in iuribus DD. hanc materiam latè pertractant. Melior text. *in l. penul. D. de vsufruct. accrescend.* ibi: *Si à quis portionibus duobus, eiusdem rei fructus legatus fuerit, ius accrescendi, cessat*, cum aliis, quæ ibidem Accursius, & Dionysius Gothofredus *in glossis* adducunt, & tetigi *suprà hoc libro, cap. 3. num.* 78. Vbi autem sub eadem concessione, & verborum prolatione † Commen-
47 da duobus, vel pluribus pro indiuiso, & insolidum assignata reperiatur, & si concursu inter eos partes fiant, vt suprà retulimus, ius tamen eisdem ab initio ex natura concessionis, & ex voluntate concedentis, quæsitum videtur, vt vacantem socij partem per mortem, renuntiationem, aut quemlibet alium legitimum vacationis modum acquirat, si is nullum hæredem ex vocatis per legem successionis reliquerit. Nam si Commendas nostras vsufructui (vt sæpè fecimus) comparemus,
48 certum est, † in eo pluribus pro indiuiso concesso, aut legato, iuri accrescendi locum esse, vt *in l. 1. & 4.* & per totam, *D. de vsufruct. accrescend.* ibi: *Ita inter fructuarios est ius accrescendi, si coniunctim sit vsusfructus relictus, cæterùm si separatim vnicuique partis rei vsusfructus sit relictus, sine dubio ius accrescendi cessat*, quas rectè explicant, & ad concordiam reducunt, *cum l. penult. eodem tit.* Ripa *numer.* 69. Crottus *numer.* 44. Guido Papæ, & eius additionat. *decis.* 204. Polit. *numer.* 46. *in l. reconiuncti, D. de legat.* 3. Menchaca *de succes. creat. lib.* 1. §. 10. *numer.* 228. Duaren. *de iure accrescendi, lib. 1. cap.* 10. *in fine*, Menoch. *de præsumptionibus, lib. 4. parte 2. præsumpt.* 159. *numer.* 7. *& sequentibus*, & Fachin. *lib. 5. controuersiarum iur. cap.* 50. & plures alios suo more cumulans D. Ioann. del Castillo *dict. tract. de vsufructu, cap.* 48. *& lib. 3. controuersiar. cap.* 17. *numer.* 90. *&* 91. vbi plura, & plures circa materiam iuris accrescendi congessit, & vltra eum Spino *in speculo testam. gloss.* 9. Peregrin. *de fideicommiss. articul.* 9. Fachinus *lib. 4. controuersiar. cap.* 94. *& lib.* 10. *cap.* 30. Costa de rata, *quæst.* 49. Ioann. Gutierrez *in l. vnic. C. quando non peten. partes*, Morquechus *de diuis. bonor. lib. 3. cap.* 10. & Vlricus Hunnius *lib. 2. titul. 8. quæstion.* 88. *pag.* 668.

Rursus si dicere velimus Commendas donationum instar esse, & earum regulis iudicandas, vt etiam tetigimus *suprà hoc libro, cap. 2.*
49 *num.* 42. habemus textum expressum in † eisdem donationibus, & largitionibus à Principe factis, hoc ius accrescendi admittentem, de quibus nostra est disputatio *in l. vnica, C. si liberalitatis* Imperialis socius sine hærede decesserit, *lib.* 10. cuius hæc sunt verba: *Iubemus, vt si quis fortè ex iis, quibus communiter à nobis aliquid donatum sit, nullo hærede relicto decesserit; ad consortem potiùs solatium, quàm ad personam aliam pars decedentis perueniat:* quam, vltra ordinarios ibidem pluribus ornat Menoch. *cons.* 797. *lib.* 8. Regner. Syxtin. *inter cons. facult.* Marspurg. *cons.* 15. *volum. 2. fol.* 137. Ioann. Corras. *in l. testamento, C. de imp. n.* 47. Michaël. Crass. *recept. sent. §. ius accrescendi, quæst.* 25. *&* 33. Peregrin. qui aliquas declarationes adducit, *de iure Fisci, lib. 1. titul. 2. numer.* 103. Rosenthal. *in dict. tractat. de feud cap. 6. quæst.* 74. per totam. Et ad emphyteusim Imperialem extendit idem Menoch. *cons.* 464. *lib.* 5. & Caualcan. *decis.* 30. *num.* 34. *part.* 2. licèt
aliàs † in contractibus ius accrescendi locum 50
habere non soleat, *l. si me, & Titium, D. de verbor. obligat.* cum aliis, quæ congerit Tuschus *litt. I. conclus.* 567. & Marescotus *lib. 1. variar. cap.* 75. vbi agit de contractu emphyteutico, & an in eo sit locus iuri accrescendi, Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib. 1. titul.* 14. vbi an in donationibus causa mortis, & mortis causa capionibus.

Denique si feuda inspiciamus, quibus nostræ Commendæ propiùs accedunt, ex traditis *dict. cap. 2. num.* 37. Et si † in eis iuri accres- 51
cendi locum non esse pro regula constitui videatur *in cap. 1. §. & quia, qui feud. dar. poss. & in cap. 1. de benef. fr. & in cap. 1. de duobus fratr. à Capitaneo inuestit. & in cap. 1. de duobus fratribus de nouo inuest.* cum aliis, quæ tradit Curtius Iun. *in tractat. de feud. 2. parte, dub. 3. n.* 70. & Iason *in eodem tractat. pag.* 98. *&* 99. Et pleniùs cæteris Rosenthal. *vbi suprà, quæst.* 73. Tuschus *conclus.* 565. & Menoch. *cons.* 593. *num.* 28. *cons.* 598. *num. 3. & cons.* 506. vbi hoc admittit, etiam quando feudum conceditur duobus fratribus, & vnus eorum moriatur sine descendentibus. Hæc tamen regula ab omnibus communiter contrahi solet, ad feuda concessa à priuatis, vel dominis, qui superiorem agnoscunt. Cæterùm quando conceduntur ab Imperatore, vel Rege, aut alio Principe supremo, & in temporalibus superiorem non agnoscente, qualem Regem nostrum esse omnes fatentur, & Ego pluribus probaui *in meo 1. tom. lib. 2. cap. 22. num.* 44. Tunc omnes DD. magis communiter conueniunt, etiam in feudis esse locum decisioni text. *in dict. l. vnica, C. si liberal. imp. soc.* ac per consequens, etiam post acquisitum feudi dominium, & partes concursu factas, vno, vel multis deficientibus ex iis, quibus insolidum, & pro indiuiso feudum concessum fuerit, ad eum, qui remanserit, totum pertinere, vt post Baldum, Præpos. Iserniam, Albarotum, Alexand. & alios plures, quos refert de communi, & magis vera opinione testatur Curt. Iun. *vbi suprà n.* 72. & de magis communi, & magis vera Socin. Iun. *cons.* 73. *num.* 24. *volum.* 4. Iason *cons.* 117. *num. 3. volum.* 1. Gratus *cons.* 4. *num.* 14. *volum.* 1. Gozadin. *cons.* 26. *num.* 37. Ruin. *consil.* 69. *num.* 22. *volum. 3. & cons.* 36. *num.* 15. *volum.* 1. Sigismund. Lofred. *cons.* 15. *num.* 1. *& 2. inter consilia feud.* Euerard. in loco à contrario sensu, *pag.* 441. Ripa *num.* 158. Crottus 91. & alij DD. communiter *in dict. l. re coniuncti, & in l. vnica, C. quando non peten. partes*, Rolandus *cons.* 1. *num.* 20. *volum* 4. & innumeri alij, quos inuenies apud Iul. Clar. & eius additionat. Baiard. *in §. feudum, quæst.* 77. *n.* 5. Gaillium *de pace publica, cap.* 14. *num.* 15. *lib.* 2. Menoch. *de præsumptionib. lib. 3. præsumpt.* 93. *ex*

num.

num.21. Brunor.à Sole *in locis commun.verb.Ius accrescend. pag.666.* Schrader. *in tract. de feud. part.7. cap.1. num.7. & sequentib.* & Rosenthal. qui pleniùs cæteris, & de feudis antiquis, & nouis loquitur, *in eodem tract.dict.c.6. concl.73. & 74.* cum aliis sequentibus, vbi argumentis contrariis respondet.

Qui omnes tenent † hoc longè certiùs, & securiùs procedere, vbi feudi concessio, siue quæ alia gratia,& liberalitas Principis, ex proprio eius motu,& non ad postulationem partis processerit, eóque etiam spectant, quæ tradit Menoch.*cons.*400. *num.*71. *lib.*4. Nam sunt aliqui, qui superiorem sententiam ita limitandam existimant. Quorum tamen iudicium Ego hac in parte non probo, quia longè veriùs est,hanc distinctionem nullo iure fundari, sed potiùs esse contra mentem,& verba *dict. l. vnicæ*,quæ sumpta est ex C. Theodos. *lib.*10. *tit.* 14. qui inscribitur : *Si petitionis socius, sine hærede decesserit.* Et in ipsa lege ita habetur : *Qui communi nomine donatum aliquid à nostra impetrauerunt clementia, &c.* quæ verba ostendunt ibi Imp. Constantinum non loqui de donationibus ex proprio motu, sed ad partis petitionem factis, & nihilominus in illis ius accrescendi concedit.

Et vt concederemus dictam opinionem veram, aut probabilem esse, adhuc tamen in Commendis, de quibus loquimur, parum officeret:aduertendum quippè est, quòd † licèt regulariter præsumamus, concessionem fieri ad postulationem partis, & non motu proprio superioris, vt *in cap. si motu proprio, de præbend. in 6.* Bart. *in l.1. C. de pet. bon. subl. lib.* 10. latissimè Menoch. *de præsumptionibus, lib. 2. præsumpt. 13. ex num.* 1. Hoc tamen limitari solet, & debet, † quando præcesserunt merita, & seruitia eius, cui facta est concessio, quia tunc præsumitur concedens magis ob hæc, quàm propter partis postulationem gratiam fecisse,vt expresè tenet Guillerm. de Cuneo *in l. 3. §. 1. D. quod quisque iur.* Bald. *in l. quod fauore, numer. 4. vers. Sed est ratio, C. de legibus*, Alexand. de Imol. *in dict. l. 3. in principio, num.* 4. vbi, aliis relatis hoc menti tenendum consuluit, & limitat, vbi ex ipsius gratiæ relatione constaret, quod partis petitio præcessit, quod & sequitur Ruinus *cons. 126. num. 3. volum.* 5. Vndè cùm nostræ Commendæ, semper ob merita concedantur, vel certè concedi debeant, † à prædicta sententia, etiam si vera esset, excipiendæ videntur, & latissimè interpretandæ, vt, de feudis loquens, docet Rosenthal. *dict. quæst.74. num. 3. & 4.* benè considerans, quod eiusmodi feuda, quamuis aliquam speciem contractus præseferre videantur, & hoc respectu habito non deberent admittere ius accrescendi, vt suprà notaui, plerumque tamen titulo lucratiuo à Principibus concedi solent, & in illis semper beneficium præponderare consueuit, prout latiùs idem Auctor, post alios plures prosequitur *in eodem tractat. cap.1. quæst.2. num.7. & seq. & cap.9. quæst.50. numer.* 12.

Et est adeò verum,quod in illis, vt & in feudis,sit locus iuri accrescendi, † vt hoc ius vincat illud, quod domini habere solent, vt feuda ad se reuertantur propter delictum vassalli. Nam si feudum pluribus, vt singulis, concessum sit, & eorum aliquis crimen priuatione dignum admittat, sociis, & non domino portio eius obueniet, & accrescet, vt notanter docuerunt Bald. & Isernia *in cap. 1. si vassal. feud. priue.* Albarot. *in cap. 1. §. fin. quæ fuit prima caus. benef. amitt.* Decius *cons.544.col.fin.* & Hierony. Gratus, qui eos refert, & sequitur *cons.2. num.61. vol.1.*

Rursus locum etiam habebit, etiam si proponamus inter plures Commendatarios, vel feudatarios, quibus in solidum Commenda, vel feudum conceditur, litem fuisse motam super eiusdem diuisione, & vnicuique pro indiuiso partes, quibus vti frui deberent, iudicialiter assignatas. Hoc enim non impedit, quin posteà vacantem portionem alicuius ex sociis petere possint, quia eam non petunt, tanquam denuò sibi datam,sed tanquam iam inde à tempore concessionis largitam, & ad se saltem in spe pertinentem. Hoc enim est, quod dicimus, † augmentum debere regulari secundùm primitiuam naturam eius rei, cui accedit, & easdem qualitates, ac conditiones sortiri, vt probant iura, & Auctores, quos adduxi *supra hoc cap. num.* 33. Bald. *in l. 1. quæst. 3. C. quando non peten. part.* Albert. Brun. *in tractat. de statutis, articul. 9. quæst. 10. num. 2. fol. 309. volum. 7. tract.* Guillerm. à Monteserrato *in tract. de success. Reg. dub. 2. num. 9. fol. 120. vol. 13. tract.* Craueta *cons. 258. num.* 14. Bart. *in tract. Tiberiadis, verb. Acquiritur nobis*, vbi notabiliter inquit, quod ex † quo quis apprehendit possessionem fundi, etiam in vna eius gleba, iuxta *l. 3. in princip. D. de acquirend. poss.* & ea quæ *cap. seq.* dicemus, videtur etiam apprehendisse possessionem reliquarum partium,quæ postea idem fundo per alluuionem, aut alio modo accreuerint, quod dictum recolit, & extollit Iason *in d. l. 3. num.* 3. Et confirmat ex † simili de Publiciana, quæ licèt non detur nisi adepta possessione, datur tamen respectu eius, quod accessit, *l. si ego, §. idem, & §. fin.* iuncta *l.cùm sponsus, §. fin. D. de Publican.* Albert. Brun. *in tractat. de augm. & dimin. conclus. 5. princ. num. 2. & seqq.* maximè *num. 17. & conclus. 17. num. 2. volum. 17. tract. fol. 68. & 78.* Vbi adducit aliud exemplum † de exceptione rei iudicatæ, quæ vbi competit pro parte in sententia assignata, competet etiam pro altera, quæ acquiritur, vel retinetur ex iure accrescendi, ex textu notabili *in l.egi tecum, §. fin. D. de except. rei iud.* sequitur Nellus *in tractat. de bannitis, part. 1. temp. 2. quæstion.* 56. & Mager. *de aduocat. armat. cap. 11. numer. 167. & sequentibus.*

Et hoc est adeò verum, vt post Couarr. & alios concludit Ioann. Garcia *in tract. de expens. & meliorat. cap. 22. num. 11. & in tract. de coniug. ac quæstu, num.* 98. † quòd si maritus ante matrimonium habet feudum, vel emphyteusim, & posteà contracto matrimonio huic feudo, vel emphyteusi aliquid accedit, non communicabitur hoc augmentum, quemadmodum neque ipsum feudum, vel emphyteusis communicaretur. Et *numer.* 93. inquit † idem esse in vsufructu, qui ex sui natura consolidatur cum proprietate, quia non communicabitur, si maritus ante matrimonium erat dominus proprietatis; & tradit alia plura multum in nostris terminis Rosenthal.

in

*in tract. de feudis, cap.*10. *concl.* 44. *ex num.* 33.
64 Vbi † quod incrementi latentis possessio, sine noua apprehensione acquiritur, non autem discreti, & est videndus noster Greg. Lopez *in l.*33.
65 *tit.*9.*part.*6.*gloss.*6. *col.*2. *ad finem*, vbi † tractat, an portio, quæ accrescit cohæredi, in eum transeat sine noua possessionis eiusdem portionis apprehensione? & negatiuè concludit, inquiens, quod talis possessio non accrescit, licèt accrescat ius, quod ad casum, de quo loquimur, valdè notabile est.

Sed antè quam huic capiti finem imponamus, inquirere oportebit, vtrùm hæc, quæ de iure accrescendi circa nostras Commendas
66 tractauimus, † ad eas pertineat, quæ duobus, vel pluribus, vt fieri solet in solidum, & pro indiuiso assignantur, ea causa, vel ratione expressa, vt ex earum fructibus, & reditibus se alere, & sustentare possint? Nam prima facie in his ius accrescendi cessare quis dicet, eò quòd huic secundum iuris regulas locus esse non soleat, in his quæ ad alimenta relinquuntur, vt *in l. dominus*, §. *fin. D. de vsufruct.* cum aliis traditis à Baldo *cons.* 174 *lib.*1. Abbat. *cons.* 78. *in fine*, *lib.*2. Ripa *in dict. l. reconiuncti, num.*141. Ias. *in l. qui quartam*, §. *si quis vnam, de leg.*1. Ruin. *cons.* 86. *num.*4. *volum.*2. Cardin. Tuschus *litt. I. conclus.*566. *num.* 27. & Petrus Surdus *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 5. Verum re penitus inspecta, ego has Commendas ita concessas, in nihilo ab aliis differre arbitror, & paucas dari vidi, in quibus non exprimatur, quod conceduntur, vt Commendatarij se commodius sustentare, &
67 exhibere possint. Et id quod † dicitur, in alimentis non esse locum iuri accrescendi, procedit, quando relinquuntur per vltimam voluntatem, & taxatiuè, vt inquit gloss. *verbo Recurrit, in dict. l. dominus*, §. *fin.* & ibidem Fulgos. qui legit illam legem cum *l. sub conditione*, eiusdem tituli. Cæterùm si absque vlla præfinitione, vel taxatione alimenta duobus relicta proponeremus, & ad ea fructus, qui ex aliquo fundo perciperentur, pro indiuiso assignati fuissent, non dubito, quin tali in casu pars decedentis alteri accresceret, etiam si mediante hoc augmento plus fortè habere videatur, quàm præcisa se alendi necessitas postularet, † argum.
68 text. *in l.* 1. *in fine*, *D. de vsufruct. accrescendi*, ibi: *Cum primum itaque non inueniet alterum, qui sibi concurrat, solus vtetur in totum, nec refert coniunctim, an separatim relinquatur*, iunctis aliis, quæ benè aduertit, & congerit Riminal. omninò videndus, *consil.* 255. *numer.* 18. *volum.* 2. Et hoc planiùs & certiùs est, vbi non solùm alimenta concedi, vel relinqui videntur, sed ipsa quoque proprietas rei, puta domus, vel fundi, ex qua alimenta deducenda sunt, vt in nostro casu succedit, tunc enim deficientium portiones absque
69 dubio aliis accrescunt, quia † magis rem, quæ legatur, quàm legandi causam, vel prætextum attendere debemus, iuxta text. optimum, & expressum *in l.* 4. *D. de aliment. & cib. legat.* ibi: *Videntur mihi ipsa prædia esse libertis relicta, vt pleno dominio hæc habeant, & non per solum vsumfructum, & ideò, & si quid superfluum in reditibus, quam in cibariis erit: hoc ad libertos pertineat: sed & si decesserit fideicommissarius ante diem fideicommissi cedentem, pars eius, ad cæteros fideicommissarios pertinet*: & iuxta hanc sententiam; siue differentiam est reducendus hic textus in concordiam cum *d. l. dominus*, §. *fin.* vt vtrobique aduertit Accurs. & Cardinal. Albanus in notis ad Bartol. Abbas *cons.* 78. *volum.* 2. Socin. Sen. *cons.* 53. *volum.* 1. Socin. Iunior *cons.* 99. *volum.* 3. Fulgos. *cons.* 13. Ripa *in l. re coniuncti, num.* 141. *de legat.* 3. Ias. *in l. si mota, num.* 7. *D. solut. matrim. & in l. qui quartam*, § 1. *num.* 3. *D. de legat.* 1. Gualdensis *de arte testandi, tit.* 6. *cautela* 15. & 23. Salazar. *de vsu & consuet. cap.*1. *ex num.* 26. & Martin. Colerus omninò videndus, *in tract. de alim. lib.*1. *cap.*15. *ex num.* 64. vbi qualiter legatum prædij ad alimenta, differat à legato alimentorum ex prædio, & *n.*76. & *seqq.* Vbi an, & quando ius accrescendi habeat locum in alimentis legatis, & *lib.*2. *c.*12. *n.*65. vbi in specie agit *de d. l.*4. *D. de alim. legat.* & latè Surd. omninò videndus, *in tract. de aliment. tit.*9. *q.*5. *n.*7. & 24.

Atque ita † in facti contingentia in Re- 70
gio Limano Prætorio pronuntiatum fuit in causa Eluiræ Garciæ, vxoris Garci Gonçalez, Guamangensis vrbis incolæ; nam cùm huic, & fratri eius Petro Garcia, atque alteri sorori, quædam Commenda pro indiuiso à Rege data fuisset, in remunerationem seruitiorum, quæ pater eorum fecerat, qui sub tyrannis occubuit, & vt ex ea omnes sustentarentur, mortuo Petro Garcia, Fiscalis dicebat eius partem vacasse, iurique accrescendi locum non esse, & nihilominus Eluira, & soror contrarium obtinuerunt.

CAPVT XIII.

De Commendarum titulo, siue inuestitura, & possessione, & intra quod tempus, & qualiter peti, & apprehendi debeat? & an sit naturalis, vel ciuilis?

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura feudorum vna propria, altera abusiua, & qualis vtraque?*
L.4. tit.16. part.4. *illustratur, ibidem.*
2 *Commendarum inuestitura abusiua est tituli petitio, & expeditio.*
3 *Gratia Principis licèt solo verbo fiat, dicitur informis, & imperfecta ante litterarum expeditionem.*
4 *Litteris non expeditis, non datur titulus Canonicus, neque adiudicatio beneficij, & quid in aliis gratiis?*
5 *Beneficij possessio hodie capi non posset ex sola supplicatione signata, licèt olim secùs.*
6 *Feudorum nuda possessionis apprehensio sine titulo nihil valet.*
7 *Tituli Commendarum ad petendam earum possessionem regulariter originales præsentari debent, vt & maioratuum ad tenutam.*
8 *Trasumptum tituli aliquandò præsentare sufficit, & quas qualitates habere debet?*
9 *Trasumptum in beneficialibus, vt fidem faciat, debet extrahi de registro litterarum bullatarum.*

10 Commen

10 *Commendarum actualis apprehensio possessionis cum titulo, est veluti propria earum inuestitura.*

11 *Commendæ antiquæ possessio in successorem transit ex legis ministerio, nouiter concessæ non ita, nisi corporaliter apprehendatur.*

12 *Inuestitura abusiua in feudis, non excusat propriam, quæ inducitur ex actuali eorum possessione.*

13 Cap.1.de consuetud. recti feud.*expenditur, & illustratur.*

14 *Bonorum possessio per iudicem credita, quid operetur, & qualiter definiatur?*

15 L.5.tit.30.part.3.*expenditur.*

16 *Beneficiorum ius acquiritur per solam eorum collationem, sed firmatur per possessionis apprehensionem.*

17 *Possessio est quid facti, & non transfertur sine apprehensione.*

18 *Beneficiatus non facit fructus suos, neque administrat ante apprehensionem actualis possessionis beneficij.*

19 *Possessio est, quæ causat fructuum acquisitionem.*

20 *Commendæ titulus intra quod tempus expediri, & eiusdem possessio apprehendi debeat, nulla lege cautum inuenitur.*

21 *Beneficia Ecclesiastica acceptare nemo cogitur, neque tempus præfixum reperitur, intra quod acceptari debeant, sed per triennij negligentiam inducitur tacita renuntiatio.*

22 *Renuntiare tacitè, vel expressè in iure paria sunt.*

23 *Feudi antiqui recognitio intra annum, & diem facienda est.*

24 *Terminus à lege præfixus, absque alia interpellatione moram inducit.*

25 *Feudum nouum si quis abusiuè acceperit, qualiter ad petendam propriam inuestituram, & fidelitatem præstandam teneatur, & citetur?*

26 *Negligentia habentis priorem expectatiuam in non petenda prouisione beneficij vacantis, quando, & quomodo ei noceat?*

27 *Commendæ titulus, & possessio, vt intra certum tempus petatur, & apprehendatur, in eius concessione caueri oportet.*

28 *Dominia rerum in suspenso, vel incerto esse non debent.*

29 *Possessio commendarum, feudorum, & beneficiorum per procuratorem apprehendi potest.*

30 *Mandatum ad sumendam pro alio possessionem commendæ, an debeat esse speciale, vel sufficiat generale cum libera?*

31 *Possessionem commendæ nemo propria auctoritate, sed per iudicem apprehendere debet, aliàs intrusus iudicabitur.*

32 *Feudorum inuestitura de manu domini sumi debet, & quando hoc excusetur?*

33 *Commendæ possessio in vno Indo nomine cæterorum sumpta, an vtilis sit?*

34 *Possessio est quid facti, & solùm in illis, quæ de facto apprehensa sunt, operari videtur.*

35 *Possessionem corporis vniuersalis, cuius partes illud integrant, & à toto non differunt, sufficit in aliqua eius re, vel parte apprehendere.*

L.3.D.de acquir.poss. l.restituta, in princ.D. ad Trebell.& l.vulgaris, de furtis, *expenduntur.*

36 *Feudalis vnius rei possessione apprehensa, totius feudi possessio sumi videtur, & idem in prædio, castro, & similibus.*

37 *Beneficij possessio sufficit, quòd in aliqua eius re, vel parte sumitur.*

38 *Petitio hæreditatis, vel alterius iuris vniuersalis vbi fit, non est necessè omnia eius corpora specificare.*

L.6.tit.2.part.3. *expenditur.*

39 *Ficta traditio, quæ fit interuentu alicuius rei nomine aliarum, defenditur ex consuetudine.*

40 *Statutum, vt possit possessio transferri sine corporali apprehensione, validum est.*

41 *Possessio commendarum, quam habent commendatarij, an sit ciuilis, & naturalis, vel naturalis tantùm? & num seqq.*

42 *Feudi dominus retinet apud se ciuilem possessionem, mediante persona vassalli, qui solùm habet naturalem.*

43 *Dominus directus feudi, vel commendæ an ratione ciuilis possessionis, quam retinet interdictis vti possit?*

44 *Possessio ciuilis secundùm Bart. nunquàm nascitur, nisi priùs habita naturali.*

45 *Commendæ in depositum tantùm olim dari solebant.*

46 *Depositarij, nec naturaliter, nec ciuiliter possident.*

47 *Commendatarij respectu vtilis dominij, quod apud eos est, possident ciuiliter, & naturaliter.*

48 *Vsufructuarius, & emphyteuta habent quasi ciuilem, & naturalem possessionem iuris sibi competentis.*

49 *Vassallus pro feudo qualiter possit vti omnibus realibus actionibus dominis vtilibus competentibus? remissiuè.*

50 *Feudatarius, & vsufructuarius est, veluti procurator domini in rem propriam.*

51 *Feudum est homo mutus, & pro eo loquitur feudatarius.*

IN feudis † duplex inuestitura reperitur, 1
quarum alteram vocant abusiuam, alteram propriam. Abusiua tituli instar obtinet, & tunc fieri dicitur, cùm dominus vassallum feudo donat, & ensis, vexilli, hastæ, annuli, vel alterius rei corporeæ traditione, de feudo inuestit, hoc est ei coram paribus curiæ, aut testibus, feudum cedit, & beneficiarium esse declarat, sumpta metaphora ab homine, qui vestibus vestitur. Propria, vbi post hanc titularem, siue cæremonialem inuestituram, eam in effectum deducens, eundem, sic creatum, & electum feudatarium, corporaliter in vacuam rei in feudum promissæ possessionem inducit, vt constat *ex cap.* 1. quid sit inuestitura, vbi omnes feudistæ, ita communiter docent, & distingunt, & ex tex. *in c.ex ore, de his, quæ fiunt à maiore parte Cap. & cap.ex litteris, de consuet.* cum aliis, quæ copiosè allegat Hottom. *de verb.feudal.verb.Inuestitura,* Prateius, Sicard. Kalinus, & alij, *de verb.iur.eod.verb.* Cuiac.*lib.8. obseruat.cap.*14. Panncirol. *lib.1.thesaur. var. lect.* iur.

*iur.cap.*90.& latiſſimè plures alios referens;Ro-
ſenth.*in tract.de feud.cap.*6.*conclus.*2.*&* 3. Scha-
der.*eod.tract.part.*5. *cap.*2.*&* 3. Fuluius Pacian.
*de prob.lib.*2.*cap.*39. *ex n.*3.*ad* 5. & Sebaſt.Næ-
uius in ſiſtem. *ad dict.cap.*1.quid ſit inueſtitura.
Quibus de iure noſtro conuenit tex.omninò vi-
dendus,*in l.*4.*tit.*16.*part.*4 vbi Greg.Lopez.

2 In quorum imitationem, † in noſtris Com-
mendis,loco abuſiuæ inueſtituræ,ſuccedit tituli
petitio, & expeditio, quam poſt conceſſionem
Commendæ ſibi factam,quis curare debet,quo-
3 niam licèt certum ſit † gratiam Principis ſolo
verbo fieri,vt tetigimus *ſup.hoc lib.c.*4.*in fine*,&
latè oſtendunt plures,quos refert Flamin.Pariſ.
*in tract.de reſign.benef. lib.*10.*cap.*1.*n.*1. *& ſeqq.*
*& cap.*5.*ex num.*2. Adhuc tamen conſtat ante
expeditionem litterarum gratiam dici infor-
mem, & imperfectam, & quaſi ſolùm in vtero
exiſtentem, & veluti ſub ea conditione con-
4 ceſſam, videri, ſi litteræ expediantur. † Ante
quarum expeditionem titulus canonicus non
datur, nec vlli beneficium adiudicari ſolet, vt
docent Scribentes *in proœm. Clemen.*§.*nunc igi-
tur, & ſup. reg. Cancell. de non iudicando* iuxta
formam ſupplicationis,Rota *deciſ.* 458.aliàs 20.
in tit.de conceſſ.præb.in nouis, Gigas *conſ.*15.26.
& 51.& plurimi alij apud Flamin.*vbi ſup.ex n.*6.
Maſcard. *de probat.concluſ.*845. *& concluſ.*1388.
& Nicol.Garc.*de benef.part.*4. *cap.*2.*num.*33. *&
ſeqq.*& non ſolùm in gratiis beneficialibus, ve-
rùm & in aliis tractant, & proſequuntur Alex.
*conſ.*107.*vol.*7. Molina *de primog.lib.*2.*cap.*7.*ex
num.*52. alter Molina *diſp.*599. Mieres *de maio-
rat.*1.*part.q.*62.*num.*1. *&* 4. Ceuallos *de violen-
tiis* 2.*part.q.*45.Thom.Sanchez *de matrim.lib.*8.
*diſput.*29.*num.*2.Peregrin.*de iure fiſci, lib.*5.*tit.*2.
*num.*13.Mantica *deciſ.*185. *num.*10. Vincent.de
Franch. *deciſ.*162. & ibi eius Additio, Rouitus
in pragm.de feudis, *pag.*189. *num.*2. & latiùs *in
pragm. de ſuſpenſione & reuocat. gratiar.per tot.
pag.*464.& nouiſſimè D.Valenç. *conſ.*104.*ex nu-
mer.*11.*vol.*2.

5 Quod adeò verum eſt, † vt licèt olim ex
ſola ſupplicatione ſignata poſſeſſio beneficij,
vel Epiſcopatus capi poſſet,& ſoleret, hodiè ex
nouis Pontificum conſtitutionibus contrarium
practicetur, & capiens poſſeſſionem, ex ſola
ſupplicatione, dicitur intruſus, & inhabilis red-
ditur, vt teſtatur Gigas *in epitome de intruſis*,
*num.*38.Burſat.*conſ.*393. *num.*21. & Flamin. *vbi
6 ſup.num.*20.*&* 21.Et hoc ipſum in † feudis pro-
cedere docet tex.& ibi gloſ. Iacob. de Beluiſo,
& Laudenſ.*num.*12.*&* 13.*in d.cap.*1. quid ſit in-
ueſtitura. Nam nuda inductio in poſſeſſionem
ſine titulo non valet, *l.nunquam nuda* 31.*D.de
acq.rer.dom.* & ſequitur Iacob.de Sancto Geor-
gio *in tract.de feudis,verbo Inueſtiui talem*,& alij
apud Roſenthal.*d.cap.*6.*concl.*1.*litt.C.& D.* Et
idem in noſtris Commendis ſeruari videmus,
vt tradit Anton. de Leon *in tract. de confirm.
Reg.*1.*part.cap.*11.*num.*20.*& ſeqq.& cap.*17.*nu.*1.
vbi tractat, qua forma earum tituli expediri
ſoleant.

7 Qui quidem † regulariter originales præſen-
tari debent,vt quis eorum virtute poſſit Com-
mendæ poſſeſſionem apprehendere, arg. tex. *in
l.vlt.C.de edict.*Diui Adriani, & eorum, quæ in
ſimili circa petendam tenutam maioratuum la-
tè ſcribit Molina *lib.*3.*cap.*13.*num.*47. & Paz de
tenuta, 1.*part. cap.* 26. Quamvis non inficier
† ex cauſa, vt ipſi iidem Auctores reſoluunt,
etiam tranſumptum admitti poſſe, quod fidem
faciat, & qualitates, & requiſita habeat, quæ
adducit Craueta *de antiq. temp.* 1.*part. limit.* 4.
numer. 33. Couar. *in pract. cap.*21. *num.* 2. Paz
*vbi ſup. num.*9. Maſcard. *de probat. concluſ.*711.
& latiſſimè D. Ioann.del Caſtillo *libr.*2.*contro-
uerſ. cap.* 16. & loquens in materia beneficiali,
Flamin. *d. q. num.*18. *&* 19. Vbi notabiliter in-
quit, † quòd licèt ſumptum de regiſtro ſuppli-
cationum ſignatarum, fidem non faciat in iudi-
cio, vt per Roman. *conſ.*336. *num.* 5. Bellam.
deciſ. 252. ſecus ſi extrahatur de regiſtro litte-
rarum Bullatarum, nam tunc fidem facit,vt per
eundem Bellameram *deciſ.* 621. Rota *deciſ.* 18.
de præbend. in antiq. Butr. *conſ.*2. *num.*3. Man-
doſ. *in re. Cancell. de non iudic. iuxta form.ſupp.
q.*6.*num.*2.*cum ſeqq.*& Bellencin.*in tract.de cha-
rit.ſubſ.q.*113.

Atque hæc † actualis apprehenſio poſſeſſio-
nis Commendæ, virtute dicti tituli facta,pote-
rit dici propria eiuſdem Commendæ inueſtitu-
ra, iuxta ea quæ de feudis tradidimus. Nam li-
cèt aliàs † vbi agitur de ſucceſſione eius in fi-
liam,vel alium legitimum hæredem continuan-
da, ipſo iure ex miniſterio legis in eum,abſque
alio facto,transferatur poſſeſſio, ſicut & in ma-
ioratus ſucceſſione contingit, vt infrà latiùs
dicemus, & tradit Matienz. *in l.*8. *gloſſ.* 2. *nu-
mer.* 16. *&* 17. *tit.*10. *lib.*5. *recop.* & D.Valenç.
*conſ.*83.*n.*19.*& ſeqq.* Hoc tamen in noua Com-
menda non procedit, ſicuti neque in nouo feu-
do,in quo receptior ſententia eſt,tituli traditio-
nem,ſiue abuſiuæ, & cæremonialis inueſtituræ
conceſſionem,non excuſare, quin poſteà actua-
lis poſſeſſio capienda ſit, quia propriè loquendo
illa inueſtitura non eſt poſſeſſio,ſed potiùs con-
tractus,ſiue negotium,aut titulus, cuius virtute
debeat peti, & fieri tranſlatio, & apprehenſio
poſſeſſionis, vt ex communi multorum opinio-
ne tradit Vulteus *in tract.de feud. cap.*7. *num.*9.
Scheneiduinus *eod. tract. part.*4 *num.*19. & plu-
rimi alij, quos refert, & ſequitur Iul. Clarus,
§ *feudum, q.*26.*num.*1. *deciſ. Cameræ Imper.* 13
*num.*31. *libr.*2. & Roſenthal. *d. cap.* 6. *concluſ.*1
*litt.C. & concluſ.*2. *litt. D.* qui dicit eſſe ad hoc
† text. rotundum, & expreſſum *in cap.*1.*de con-
ſuet. rect. feud.* per quem omnes dicunt, quòd
feudum ſine inueſtitura non conſtituitur,& ea
eſſe ſolum,& vnicum modum feudi conſtituen-
di, & acquirendi.

Et potuit etiam allegare gloſ. *in d. c. ex ore
de his, quæ fiunt à maior. part. cap.* cuius memi
nit Schrader. *in eod. tract. de feud. p.* 5. *cap.* 2
& Prateium, Oldendorp. & Kalinum *d. verb
Inueſtitura*, vbi benè notant, titulum, ſiue abu
ſiuam inueſtituram, aliquo modo † inſtar bo
norum poſſeſſionis per iudicem decretæ obti
nere, quæ in ipſa non dat poſſeſſionem corpo
ralem,ſed ſolùm viam ſternit, vt peti,atque ap
prehendi poſſit, *l.*3. §.*bonorum, D.de bonor.poſ
l.facta* 63.§ *quòd ſi conditio, & ſeqq. D. ad Tre
bell.*Vndè ab Auctoribus Græcis *eclog.* 4. *tit.*1
*c.*1. diffinitur: *Auctoritas, formula, titulus, qu
nanciſcimur actiones hæreditarias*, vt benè nota
Gothofr.*in d.*§.*bonorum*, Oldendorp. *de actio
clauſ.*5.*act.* 6. & Cuiac.*lib.*4.*obſ. cap* 15. & e
addo Greg. Lopez idem *in feudorum materi
notantem, in* † *l.*4.*gloſſ.*6.*tit.*30. *part.*3. Et tex
à nullo perpenſum *in l.* 5.*tit.*30. *partita* 3. ib

Per

Pero aquellos que tienen à feudo algun heredamiẽto,ò han ende el vsufructo dello,ò lo tienen à censo, dando cosa cierta por ello cada año ,si fueren apoderados de aquellos heredamientos , ganan la possession dellos : & prosequitur latè Martin. Magerus *in tract.de aduoc.armata, c.*18.*n.*58.*& seqq.* vbi quòd talis inuestitura est vnicus modus feudi constituendi, & est signum feudi necessarium.

Quæ praxis,etiam in beneficiis Ecclesiasticis
5 obseruatur. † Nam licèt ex sola canonica institutione facta à Papa , vel Ordinario , quæ tituli instar obtinet,acquiratur ius prouiso in beneficio, absque traditione possessionis , eiusque apprehensione,vt probat tex.*in cap.vltim.*& ibi Ancharr.Gemin.Franc.& alij,*de præb.lib.*6.Glos. *in cap.penult. verb. Collatio, eod.tit. & lib.*& est communis omnium Doctorum opinio , quam pluribus relatis resoluit Couar. *lib.*3.*var. c.*16. *n.*1. Flamin.Paris.*dict.tract.de resign.benef.lib.*10. *q.*6.*ex n.*1. illud tamen ius non est firmum , & efficax ante apprehensionem possessionis , vt scriptum reliquit Rebuff. *cons.* 186. *num.*18. & probat text. & DD.*in cap.si tibi absenti, de praben. in* 6.

7 Et cùm hæc † sit quid facti , & corporalis requiratur , *l.denique, D.ex quibus caus.maiores*, cum similibus,ad neminem transit,si non sit per eum corporaliter apprehẽsa, *l.cùm hæredes,D.de acq.poss.* Atque ideò non transfertur per solam collationem,*cap.cùm Bertoldus,de re iud.*Rebuf. *vbi suprà,& in praxi,tit. requisit.ad collat.nu.*22. *& tit.de permut.n.*18.*in fine*, Paris. *cons.*96.*nu.*3. *vol.*4. Couar. *l.cap.*16. *vers. Est tamen*, Flamin.
8 *d.q.*6. *ex n.*3. Qui hinc benè † inferunt prouisum non posse administrare in beneficio sibi collato , neque fructus percipere ante apprehensam possessionem,vt per Abb. *in cap. transmissa,col.*5.*de elect.* Capell.Tholos. *decis.*443. & ibi additio, Millius *in repert. verb.Posessio beneficij* , Feder. de Senis *cons.*234. Francus *in cap. eum qui , de præben. in* 6. Rebuff. *de pacif.poss. n.*234.*&* 251.& communis,de qua testatur Selua *de benef.*2.*part. quæst.*15. Ripa *respons.*31.*lib.* 2.Cardin.Paris.*cons.*5.*n.*21.*&* 22. *& cons.*38.*n.*7. *cum seqq.vol.*4. Quia † possessio est, quæ causat fructuum acquisitionem,vt per gloss.*in l.*3.*§.ex contrario , D. de acquir. posses.* vbi post Bart. idem colligunt Paul. Castrens. *num.* 2. Ias. *numer.*34. *l. vsufructuarius, in princip. D. de vsufr.* Gloss. *in l.quæsitum , D.de acq. rer. dom.* Gratus *respons.*153. *num.*5. *lib.*1 .& D.Valenç. *cons.*69. *num.*18.

Sed ad hunc † Commendæ titulum, de quo loquimur , expediendum , & possessionem capiendam,nullam planè schedulam inuenio,quæ tempus præfigat, quamvis aliàs ad petendam declarationem successionis, sint plures quæ sex menses statuunt , sub pœna amissionis fructuũ, vt suo loco dicemus. Et quidem si in hoc adinstar beneficiorum Ecclesiasticorum procederevelimus,† in eis etiam nullum tempus in iure præfixum est , intra quod acceptari debeant, *cap. si tibi absenti , de præbend.in* 6. vbi Gemin: *n.*3. & Philip.Franc.*n.*5.*& seq.* Flamin.Paris. *de resignat.benef.lib.*12.*q.*12.*n.*5.Imò neque ad acceptandum quisquam compelli potest, vt videtur probare tex.*in l.*1.*C.vt nemo inuit.* & Riminald. Iun. qui de communi testatur *in princip. Instit. de donat. n.* 670. Sed tamen per triennium non acceptando collationem , censetur quis tacitè renuntiare iuri sibi competenti, & illo priuatus manet , & eiusmodi cessio est eiusdem effectus, ac expressa repudiatio , vt in facti contingentia respondit Socin.Sen.*in l.*2.*D.de leg.*1.Socin. Iun. *ibid.n.*102.Rebuff.*cons.*186.*n.*2. Flamin.*vbi sup.lib.*10.*q.*8.*n.*17.*&* 18.Quia in † iure sunt pa- 22
ria renunciare tacitè,vel expresè,*cap.quàm periculosum* 7.*q.*1. Rebuf. *in rep. Rubr.de rescript. pag.*517. *col.*2. *& in cap. extirpandæ, §.qui verò, vers. Quartò habetis, de præb.*Riminald.*in l.*1.*C. qui admitti, num.*231. *& seqq.* & in casu nostrarum Commendarum loquens D. Valenç.*cons.* 83. *num.*46.

Si verò à feudorum consuetudine exemplum petamus,† in eis quidem annus,& dies assigna- 23
tus est vassallis ad petendam renouationem , & faciendam recognitionem feudi antiqui,de quo iam fuerant inuestiti, vt *in cap.*1. *quæ fuit prima caus.benef.amit.* vbi omnes DD.& innumeri alij apud Rosenthal. *in tract. de feud. cap.*6.*conclus.* 30. *per totam*,vbi *litt.B.*notat quòd † cùm hoc 24
tempus à lege præscriptum si illud pro homine interpellat , in mora constituit absque alia hominis interpellatione , *l.magnam*, & ibi plenè Scribentes , *C.de contrah. & committend. stipul.l.*2. *C.de iur.emphy.* cum aliis, quæ latissimè adducit noster D. Pichard. *in repet. de mora, n.*67.*& seqq.* Et Ego dum Salmanticæ eundem tractatum relegerem ann. 1608. *cap.* 3. *per totum.* In † feudo autem de nouo concesso , de 25
quo quis abusiuè fuerit inuestitus (qui est propriè casus,de quo agimus)nullum certum tempus ad petendam propriam,& veram inuestituram,hoc est apprehendendam possessionem , & fidelitatis iuramentum faciendam, præscriptum est,sed si dominus promissione feudi , aut inuestitura abusiua facta, vassallum ter,inuestituram pollicendo , citare fecerit , & ipse contumax emanserit,vel comparens iurare noluerit, feudo sine alia anni expectatione priuari potest, vel quod idem est , si ad illud posteà petendum accedat,per exceptionem excludi. Quæ citationes septem , vel decem dierum interuallo, vel alio, arbitrio iudicis æstimando,fieri debent, vt probat tex. *in dict.cap.§.est, & alia,quæ sit prim.cau. benef.amitt.*& ibidem præter antiquiores alios Eguin. Baro , Hottoman. & Cuiac. & tercenti alij,quos refert,& sequitur Schrader. *in tract.de feud.*5.*part.c.*3.*num.*8.& Rosenthal.*d.cap.*6.*conclus.*43 *per totam.*

Quibus ego addo Menochium,omninò vidẽdum, *in tract.de arbitr. casu* 582. Vbi agens de
† negligentia eius , qui priore loco impetrauerit sibi de beneficio prouideri , & quomodo ei 26
noceat ? refert aliquorum opinionem, qui hanc negligentiam ex lapsu anni cognosci voluerũt, argum.tex. *in c.plerunque,de rescript.* maximè si alij beneficium post anni lapsum iam sit collatum,nec res sit integra , & aliorum , qui solum cursum semestrem requirunt,arg.tex.*in cap.*2.*de concess.præben.cap.licèt, de supplen.neg. Prælat.c. ex tua,de Cler.non resid. l.Sancimus, C.de appell.* cum aliis. Et tandem concludit, hoc prudentis iudicis arbitrio relinqui , cùm iure deffinitum non sit , nec diffiniri potuerit , eò quòd ex variis circunstantiis negligentia probari , vel excusari possit,& tunc non esse excusabilem, quãdo in ipsa concessione præfigitur terminus, puta vnius mensis , vel posteà à concedente

monetur impetrans, vt faciat sibi prouideri. Nam tunc si elapso eo termino non curauit prouisionem, negligens conuincitur, vt docent glos. & DD. *in Clem. vnica, de concess. præb.* Gemi- nian. *in cap. tibi qui, col. 4 de rescript. n. 6.* Abb. Fe- lin. & alij, *in cap. Capitulum Sanctæ Crucis, eod.* & Decius *in cap. si autem, n. 4. eod. tit.* vbi docet ne- gligentiam probari per lapsum termini, quod latiùs etiam prosequitur Mascard. *de probat. con- clus.* 1093. & Pacian. *eod. tract. cap. 51. numer. 49. parte* 1.

27 Vndè Ego † in nostris Commendis idem pra- cticandum esse concludo, & ad lites, & dilatio- nes vitandas Proregibus, & Gubernatoribus consulerem, vt in concessionibus Commendarũ terminis electis præfigerent, intra quem sub pœ- na priuationis titulum Commendæ expedire, & corporalem possessionem eiusdem sumere te- neatur, ac fidelitatis iuramentum præstare, quo- 28 niã reuera non oportet, † vt hoc diutius sit in suspenso, quemadmodum in simili casu, loquens de vsucapione, inquit Iustin. *in princ. Inst. de vsu- cap.* ibi: *Ne rerum dominia essent in incerto*: & magis in terminis, de acceptatione, vel repudia- tione Commendæ, quæ alicui ex legis succes- sione defertur, tradit Matienz. *in l. 8. tit. 7. libr. 5. recop. glos. 2. n. 16.* D. Valenç. *d. cons. 85. n. 146.* & latiùs dicemus *infrà cap. 16. n. 58. & seqq.*

29 Ad apprehendendam autem † Commendam possessionem, mandatum procuratorium sufficere, nemo est qui ambigat, cùm & hoc in benefi- ciis, & feudis sufficiat, & quotidie practicetur, vt cum communi testatur Couar. *lib. 3. var. cap. 16. n. 8. vers. Possessio autem beneficij*, & Flamin. Paris. *d. tract. de resign. benef. lib. 10. q. 6. n. 9. & seqq.* & pleniùs Rosenthal. *vbi sup. cap. 3. conclus. 9. &* 10. qui ad hoc in feudis allegat text. expressum *in cap. 1. § sed vtrum per quas pers. fiat inuest. & §.* 30 *item sciendum de nat. feud.* Sed † hoc mandatum speciale esse debere, nec sufficere generale, etiam cum libera, ipse idem Flam. de beneficiis lo- quens, contra alios aliter tenentes concludit, sed in feudis acquirendis contrarium docere vide- tur Rosenthal. *d. cap. 3. conclus. 10. in fine*, resol- uens, feuda nobis acquiri posse per eas omnes personas, per quas aliæ res acquiruntur, quam- vis iurare sine speciali mãdato validè nequeant, vt idem latiùs tractat *cap. 6. q. 63.* & Nos dice- mus *infrà cap. 23.*

31 Sed est quæstionis, † qualiter hæc possessio Commendæ sumi debeat? Et constat, neminem propria auctoritate illam apprehendere posse, sed coram Prætore prouinciæ, vbi Commenda sita est, comparare debere, & ibi titulum exhibe- re, eámque de manu eius iudicialiter capere, quia aliter violentus possessor, & secundùm mul- torum opinionem intrusus iudicabitur, vt aliàs in beneficiis, post Abb. docent communiter Scri- bẽtes, *in c. transmissa, de elect. & in c. cùm venissem de rest. spol.* Dynus *in reg. 1.* & Anchar. *in reg. sine possessione, de reg. iur. lib. 6.* Millius *in repert. verb. Possessio beneficij*, Couar. *d. lib. 3. var. cap. 16.* & Flamin. Paris. qui alios plures allegat, *d. lib. 10. de resign. benef. q. 6. ex n. 27.* vbi de communi sty- 32 lo, & praxi Romanæ Curiæ testantur. Et † in feudis idem procedit, quoniam propriam eorum inuestituram de manu domini vassallus capere debet, vel alterius, cui ipse commiserit; nisi fortè præcedens cæremonialis inuestitura fiat in ipso feudo, vel oculis subiecto, argum. *l. clauibus, D. de contrahenda empt. l. quod meo, §. si per venditorem, D. de acq. poss.* vel si dominus, impropriè inue- stiendo, vtatur verbo dandi, aut tradendi; vel aliis similibus videri possit licentiam vassallo concessisse, possessionem vacuam propria aucto- ritate ingredi, arg. *l. prædia, D. de acq. poss.* & eo- rum quæ tradit Albarot. per text. ibi *in d. cap. 1. quid sit inuestit.* tex. & DD. *in cap. 1. de consuet. rect. feud. cap. 1. quib. mod. feud. const. c. 1. §. 1. de na- tura feud.* cum aliis, quæ notant Oldendor. Pra- teius, Kalin. & alij, *de verb. iur. Inuest.* & latè, & optimè Rosenthal. *in d. tract. de feud. cap. 6. con- clus. 1. & 2.*

Solent autem Proreges † in vno Indo no- 3 mine aliorum, & præsertim in *Caziquo*, Com- mendatariis Commendarum possessionem dare, quod quidem sine difficultate non procedit. Nam cùm Commenda quid vniuersale signifi- cet, & ex distinctis iuribus, & corporibus con- stet, videtur necessarium esse, vt in omnibus possessio sumatur, † quoniam facti magis est, & 3 in eo consistit, ideóque dici nequit ampliùs possideri, quàm facto ipso apprehensum sit vt, per tex. & DD. *in l. 1. §. si vir vxori, D. de acquir. posses. & in d. cap. 1.* quid sit inuest. cum aliis, quæ copiosè adducit Tiraquel. *de retract. lignag. §. 36. glos. 3. n. 11.* Rosenth. *d. cap. 6. concl. 14.* & Ioann. Gutier. *lib. 3. pract. q. 64. num. 14.*

Sed nihilominus contrarium defendere pos- sumus, & debemus; nam † quando hæc nomina 3 vniuersalia ita se habeant, vt pars à toto non differat, sed potiùs totum ex suis partibus con- fletur, & integretur, sufficit petere totius cor- poris vniuersalis possessionem, & apprehendere vnam eius rem, vel partem nomine aliarum, & sub hac parte apprehensa tanquam toto, reli- qua, vt membra, & totius continetur, quemad- modum fundi parte apprehensa, totius posses- sionem apprehensam, & acquisitam in iure pro- ditum est, *l. 3. in princ.* vbi Bart, & Ias. & reliqui, *D. de acq. poss.* ibi: *Sufficit quamlibet partem eius fundi introire, dum mente, & cogitatione hac sit, vt fundum vsque ad terminum velit possidere*, *l. vul- garis est quæstio 21. D. de furt.* ibi: *Nam & qui aurem alicuius tetigit, inquit Trebatius, totum eum videri tetigisse, l. restituta, in princ. D. ad Treb.* ibi: *Si fortè passus est hæres possideri res hæreditarias, vel totas, vel aliquas illarum*, vbi gloss. *verbo Il- larum*, & Andreas de Isernia *in d. cap. 1. quid sit inuestit.* vbi ex his concludit † apprehensa 3 vnius rei feudalis possessione, apprehendi & omnium aliarum, quæ sunt eiusdem feudi, & ita fuisse iudicatum à maximis Iurisperitis, & idem tùm in ipso feudo, tùm etiam in possessione prædij, castri, & similium, tenent pluribus re- latis Misyng. *cent. 3. obs. 39.* Gail. *obseru. 129. n. 6. & 7. lib. 2.* Tiraquel. *vbi supr. n. 2.* Menoch. *de adi- piscend. rem. 3. n. 281. & seqq.* Viuius *lib. 2. comm. opin. 229. nu. 2.* Misyng. *responso 28. nu. 15.* Vve- semb. *cons. 1. n. 51. part. 1.* Rosenth. *de conclus. 14. n. 5. & in notis litt. B. & G.* & loquens de pos- sessione rerum maioratus Gutier. *sup.* Molin. *lib. 1. cap. 26. in fine*, Parlador. *in sesquicent. diff. 26. §. 1. n. 4. & 5.* & latissimè insignis noster D. Ioan. del Castillo, nunc cùm hæc prælo mandamus, non sine graui Reip. litterariæ iactura, nobis erep- tus, *in 7. tom. suar. controu. siue de tertiis, cap. 15. ex num. 15. ad 29.*

Et de possessione † beneficij, & quòd cor- 3 poraliter capta in aliqua eius re, vel parte, cen- seatur

featur apprehensa omnium rerum ad beneficiũ pertinentium, Bart.& Aretin. *in l.cùm super,col.4.de caus.possess. & propr.* Bertachin. *in tract.de Episcop. 1.part. q.566.* Lambert. *de iur. patron. lib.2.part.3.q.11.art.9.* Couarr.*lib.3.var.cap.16. vers.Verùm,* Flam.Parif. *d.q.6.num.53.* Perez de Lara *de anniuers.* & Capellaniis, *lib.1.cap.10.à numer. 5.*

Et hoc, vltra suprà dictis certiùs redditur ex eo, quòd etiam in † petitione hæreditatis, vel alterius iuris vniuersalis, & in decreto iudicis eius possessionem decernentis,non est necessaria eorum specialis expressio, vt per gloss. mag. *in cap.2.verbo In vniuersalibus,de lib.oblat.* & ibi Socin.*num.17.*& probat expressa *l.26.tit.2. part.3.* *Que aŭonda que diga, que demanda los bienes que le pertenecen, porque es heredero, y no ha porque nombrar cada vna cosa de aquellos bienes señaladamente.*

Item ex eo, quòd quamvis suprà dicta adeò certa, & vera non essent, cùm † tamen in hoc Regno pluribus ab hinc annis vigeat consuetudo dandi possessionem Commendarum, sub prædicta forma,hæc efficit, vt sufficiat ficta traditio, quæ fit interuentu alicuius rei, nomine aliarum,*cap.2.*vbi Abb.*de consuet.* optimè idem Abb.*in c.cùm aliquibus,n.9.de re iud.*cum declarationibus traditis à Gutier. *vbi sup.* & Greg. Lop.*l.2.tit.30.par.3.* Vbi docet † valere statutum, vel consuetudinem, vt possessio possit in aliquem tranferri sine corporali apprehensione.

Vtrum autem hæc possessio, † quæ à commendatariis apprehenditur,sit ciuilis,& naturalis simul,vel naturalis tantùm,nũc nobis inquirendum restat.Et tantùm naturalem esse,suaderi potest,tum ex ipsarum Commendarum natura,& origine,de qua dixi *suprà c.1.& 2.*quæ requirit, vt directum dominium earum penes Regem maneat.Cùm etiam ex feudorum exemplo, † in quibus ob eandem rationem videmus dominium feudi,mediante vassalli persona, ciuiliter possidere,ipsum autem vassallum naturaliter tantùm,vt notat glos. *in l.si vt certo, §.si duobus vehiculum, D. commod. & in l.3. §.ex contrario, D.de acq.poss.*Gregor.Lopez *in l.4.glos.3.q.1.in fine,& col.5.post princ.*& iterùm *in l.5.tit.30.p.3.* vbi adducit aliud simile de conductore ad longum tempus, & de superficiario, iuxta gloss. *in l.si quis ante 10. verbo Nouissimè, D. de acq. possess. & in l.1.& fin. D.si ager vectigal. & in l.1. §. quod autem, D.de superficieb.* Et eandem sententiam probat text. *in cap.1.in fine,in quibus caus.feud. amitt.* Ias. *in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, num.37. D.de acq.poss.* Paul. Castrens. *in l.1.in princip.num.16.& in d.l.3.§.ex contrario, num.1. D. de acq. poss.* & innumeri Consulentes, & Feudistæ, quos refert Rosenthal. *dict.tract.de feud.cap.7. concl.60.sub litt.N. cap.8.conclus.1. per totam, & cap.12. conclus.12. n.38.& 46.* vbi resoluit, apud omnes esse communem, & concordem istam doctrinam, & ex ea infert † dominum directum ratione huius ciuilis possessionis, quam per vassallum retinet, posse, si in ea turbetur, interdictis possessoriis, & aliis remediis vti, dummodò priùs eandem possessionem animo, & corpore adeptus fuerit, † quia ciuilis possessio nunquam nascitur, nisi priùs habita naturali, ex communi,& magis vera Bart.doctrina *in d. §.qui ad nundinas,* quam reiecta communiori altera,quæ docet,aliquando posse dari ciuilem sine naturali, resoluit Ias. *ibid.nu.40. & seqq.* de quo vltra Scribentes ibidem, videnda sunt, quæ latè disputant Ripa *in l.1.colum.fin. D.de acquirend.poss.*Syluanus *cons.55.n.22.*Corras.*in Rub.de acq.poss.n.4.& 5.* Tuschus *litt.P. concl.406.* Mindanus *de mater.poss. cap.4.*D.Greg Lop.Madera,Regius Consiliarius dignissimus, *lib.singul. animaduers. iur. ciuil. capit.27.* Raudensis *de analogis, cap.15.num.160.* vbi in quo differat naturalis à ciuili, & eruditè noster D.Anton.Pichard.*in princip.tit.Inst.de interdict. art.3.& 4.* & D. Melchor de Valencia, Granatensis Senator meritissimus *in illustr. iur. tract.2.cap.3.*

Quod sanè in nostris Commendis multò certiùs admittendum videtur, † cùm sui initio, & 45
nostris etiam temporibus, solùm in depositum dentur,& dari dicantur,vt & earũ nomen ostẽdit, & latiùs dixi *supr. cap.1. & 2.* Depositarij † autem, nec naturaliter, nec ciuiliter possideant, sed nudam tantùm detentionem habeãt, 46
*l.licèt,D.depositi,l.rei commodatæ, D.cõmod.*cum traditis à Bart. *in l.si quis in tantam, C.vnde vi,* Menoch.*de retinend.poss.remed.3.n.93.* & latissimè D.Ioan.del Castillo *lib.3.controuers.cap.16.à n.16.* Borrello *in summa decis.2.part.tit.37.* Paz *de tenuta cap.10.n.29.& seqq.* Vicentio Carrocio *in tract.de deposito,q....*

Sed his non obstantibus magis certum esse puto † Commendatarios, licèt respectu domini j directi ipsarum Commendarum, quod penes Regem residet, solùm naturalem possessionem, vel detentationem habere videantur ex 47
suprà relatis, respectu tamen vtilis,quod in eos transit, per concessionem Commendæ sibi factam, naturaliter simul, & ciuiliter possidere, quod satis odendunt plures Regiæ schedulæ, quas adduxi *sup.d.cap.2.num.20.* quæ pleno ore proprietatis, & possessionis verbis in eisdem Commendis vtuntur. Et est bonum simile, † quod de vsufructuario, & emphyteuta tradit Paul. Castrens. *in d.l.1. num.16. D. de acq. poss.* 48
docens eos, vltra naturalem possessionem, cuius dominus ciuilem habet, habere aliam,quasi ciuilem possessionem, & naturalem illius iuris, quæ faciat eos præscribere illud ius, & alios effectus veræ possessionis operetur, quam doctrinam probat etiam gloss. Bart. Alex. Roman. & Ias. *num. 17. in l.naturalem, D.de acq. poss.*vbi repetit idem Castrens.*num.2.* Greg.Lopez *in l.5.tit.30.part.3. gloss.2.* & Rosenthal. *d. cap.8.conclus.1.num.11.& in notis litt.H.* vbi docet, idem multò magis procedere *in feudatario,* vt in specie tradit Ias. *in d. l. 3. §. ex contrario, n.44.& seqq.D.de acq.poss.*& communis aliorum, quàm plurium authoritate suffulta, quos ipse Rosenth.plenissimè congerit *in eadem litt.H & iterum cap.12.conclus.12.n.1.& seqq.*vbi his cohærenter pertractat,† qualiter vassallus possessionem semel feudi nactus, omnes reales actio- 49
nes dominis vtilibus competentes, rectè exerceat, adeóque realiter inuestitus feudum à quolibet possessore vtiliter vindicare possit, etiam ab ipso domino.Et huc pertinent † quæ in feu- 50
dis communi ore DD. aduertunt, nimirum feudatarium esse, veluti Procuratorem domini in rem propriam, vt pluribus relatis benè obseruat Ioann. Franciscus à Ponte *de potest. Proreg. fol.207.nu.5.& fol.69.num.12.* Vbi † quòd 51
feudum est homo mutus, & pro eo dicitur loqui

qui feudatarius, qui est veluti pica, & organum, quod pariter ad vsumfructuarium, qui nostris etiam Commendatariis similis est, solita allegationum copia transfert D. Ioann. del Castillo *in tract. de vsufruct. cap. 20. num. 1. & seqq.* & vide quæ infrà aliud agens congessi, *cap. 29. num. 67.*

CAPVT XIV.

De omnimoda Commendarum alienatione prohibita, & an, & quatenus renuntiari; præscribiuè possint, aut in collationem, transactionem, vel compromissum deduci?

SVMMARIVM.

1 *Commendatariorum ius personale est, & ideò inalienabile.*
2 *Personalia quæ sunt, ad alios transferri non possunt.*
3 *Iuris publici forma, & dispositio priuatorum factis, vel pactis mutari non potest.*
4 *Commendatariorum curæ salus Indorum iniungitur, & hoc ipsi aliis demandare non possunt.*
5 *Homo homini præstat, nec æqualis est omnium industria, ingenium, aut conditio.*
6 *Commendarum venditionem, & omnimodam alienationem grauiter prohibent plures schedulæ Regiæ, quæ referuntur.*
7 *Vsusfructus nec vendi, nec cedi potest alij, quàm domino proprietatis.*
8 *Emphyteusis perditur, si alienetur irrequisito domino directo.*
9 *Bona fideicommisso, aut maioratui subiecta, alienari non possunt.*
10 *Feuda nullo modo inuito domino alienari, nec cedi possunt, & de pœnis contrarium tentantium, & tabellionum.*
11 *Vassallus etiam in magna fame, vel alia necessitate constitutus, non potest alienare feudum, nec eius possessionem, & quid vbi adest consuetudo contraria?*
12 *Prouisio sola de vendendo feudum, an faciat incurri pœnas statutas contra alienantes?*
13 *Feudi alienatio nulla ex alia causa, an faciat incurri eius priuationem? remissiuè.*
14 *Proreges possunt confirmare venditiones, & alienationes feudorum, secundùm Capicium, qui reprobatur.*
15 *Commendæ, & Indi commendati, non possunt locari, mutuari, vel pignori dari, sicut nec feuda.*
16 *Alienatione prohibita, prohibentur omnia, per quæ peruenitur ad illam.*
17 *Indi liberi sunt, & suauiter tractandi, & non vendendi, aut locandi.*
18 *Adscripititius an propter necessitatem domini vendi possit? remissiuè.*
19 *Commendarum ius, & commendati Indi, quamvis pignorari non possint; tributa, ex illis percipienda, possunt.*
20 *Pignus prætorium, aut iudiciale potest contrahi in rebus alienari prohibitis.*
L. commodis, D. de re iudic. l. stipendia, C. de execut. rei iud. *& similes exornantur, ibidem.*
21 *Feuda, seu feudorum fructus, capi possunt in causam iudicati, & idem in maioratibus, & commendis Indorum.*
22 *Pignus siue conuentionale, siue iudiciale, quod contrahitur super reditibus Commendarum, non potest excedere vitam possessoris.*
L. Statius Florus, §. Cornelio Felici, D. de iur. Fisci, l. peto, §. prædium, l. vnum ex familia, §. quod si talia, l. cùm pater, §. hæreditatem, D. de leg. 2. *& aliæ similes explicantur, ibidem.*
23 *Feudum si propter delicta confiscetur, intelligitur pro vita possidentis, sed eo mortuo transit ad alios vocatos.*
24 *Alienare prohibitus, potest alienare fructus pro tempore vitæ suæ.*
25 *Commendarum fructus vbi capiuntur propter pignus conuentionale, aut iudiciale Commendatarij, debet ei relinqui congrua sustentatio.*
26 *Commendatarij non possunt pro debitis ciuilibus incarcerari.*
27 *Commendatarij, an gaudeant priuilegiis nobilium? remissiuè.*
28 *Seruitium commendæ quis præstare debeat, vbi eius fructus creditores percipiunt?*
29 *Domini seruitium non potest facto vassali mutari, nec præiudicari.*
30 *Vassallus potest obligare feudum pro domini necessitatibus, & seruitiis.*
31 *Feudum si capiat dominus pro debito vassalli, quando teneatur fructus in sortem imputare?*
32 *Commendæ cessio, facta inscio, vel inuito Rege, non valet.*
33 *Feudum à vassallo cedi alteri nequit, neque renuntiari, nisi in manibus domini.*
34 *Feudum ne in fauorem quidem domini, eo inuito, cedi, & deseri potest*
35 *Commendæ fructus, & commoditas cedi potest pro vita possessoris.*
36 *Ius vsusfructus, maioratus, vel Commendæ, & fructuum commoditas, diuersa sunt.*
37 *Vsumfructum penes alium esse, & penes alterum facultatem fructuum percipiendorum, nouum non est.*
38 *Vsusfructus est ius, & perceptio fructuum quid facti.*
39 *Feudi, aut emphyteusis proprietas, licèt non possit alienari, fructus tamen possunt.*
40 *Commendarum, & similium rerum ius inutile esset, si non posset quis de earum fructibus, saltim pro tempore vitæ, siue ad libitum disponere.*
41 *Maioratus fructus possunt confiscari pro vita delinquentis, non obstante prohibitione alienandi, & idem in commendis, & similibus.*
42 *Res alienari prohibitæ, regulariter in dotem dari possunt, vel eius causa alienari.*
43 *Commendæ in dotem dari non possunt.*
44 *Dominij translatio vbi prohibetur in re prohibita alienari, tunc neque ex causa dotis alienatur.*
45 *Feuda regulariter in dotem dari, vel dotis causa alienari non possunt.*
46 *Commendam inæstimatam benè potest mulier nubens*

nubens in dotem assignare, ad matrimonij onera sustentanda, & idem in feudo, & maioratu.

47 *Pater potest commendam, quam possidet, filiæ aliàs sibi successuræ, relinquere, vt commodiùs maritetur.*

48 *Feudum absque consensu domini potest alienari per vassallum immediato successori.*

49 *Pater si commendam filiæ nupturæ dotis nomine cedat, & posteà filium suscipiat, an cessio filiæ facta irritetur.*

50 *Donatio quamtumvis irreuocabilis rescinditur ob superuenientiam liberorum.*

51 *Dominium vni concessum, alteri concedi non posse, quandò, & qualiter verum sit?*

52 *Res dominium alicui applicari, & posteà ex superueniente causa tolli, nouum non est.*

53 *Masculus conceptus, & natus post delatam feudi, vel maioratus successionem, excludit fœminam iam admissam.*

54 *Pater sibi, & filiis feudum acquirens, nullo modo potest eisdem in eodem præiudicare.*

55 *Filius hæres patris, qualiter teneatur stare iis, quæ fecit in præiudicium feudi, vel commendæ, ad ipsum filium post eius mortem pertinentis?*

56 *Euictionis nomine quem tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

57 *Transactio, aut compromissum an, & qualiter super commendis, feudis, & maioratibus validè fiat?*

58 *Commendæ, & feuda, & beneficia admittunt ob dubium litis amicabilem compositionem.*

59 *Commendæ diuisio, & partitio super terminis, aut Indis fieri potest, & qualiter obliget successores?*

60 *Diuisio terminorum non est alienatio, sed necessaria designatio, & rei possidendæ cognitio.*

61 *Bona maioratus, vel feudi ex pacto, & prouidentia, inter liberos non diuiduntur, sed ad primogenitum pertinent.*

62 *Commendæ inter liberos non partiuntur, neque in legitimam imputantur.*

63 *Commendarum natura, & bona administratio vnitatem desiderat, & diuisionem refugit.*

64 *Commendarum concessio, & successio in non expressis, iuxta earum naturam iudicari debet.*

65 *Actus omnis debet interpretari, & regulari iuxta finem, qui in eo prætenditur.*

66 *Commenda quamvis filio non imputetur in legitimam, an imputari possit, quod pater erogauit pro ea consequenda, vel defendenda?*

67 *Pater commendam impetrans, sibi priùs, & potiùs, quàm filio successuro consuluisse videtur.*

68 *Consequenter, siue in consequentiam, quæ eueniunt, non solent attendi.*

69 *Filio debent imputari in legitimam sumptus, quos pater facit pro commenda ei acquirenda, vel defendenda.*

70 *Officia ad hæredes transitoria, quæ parentes emunt, vel relinquunt alicui filio, ei in legitimam imputantur.*

71 *Commenda si cum persona filij finiatur, expensæ factæ pro ea consequenda, ei non imputantur.*

72 *Expensæ, quàs pater facit in doctoratu filij, vel præbenda Ecclesiastica ei acquirenda, illi non imputantur.*

73 *Præscriptio est genus quoddam alienationis.*

74 *Præscriptio in commendis Indorum, an locum habeat? & quo tempore inducatur contra Regem, & contra priuatos?*

75 *Feudorum præscriptio qualiter procedat?* Cap. 1. §. quid ergo, de inuest. de re alien. & cap. 1. §. si quis per triginta, si de feud. fuer. controuers. *explicantur, ibidem.*

76 *Præstatio decennalis, an, & quomodo inducat præscriptionem in futurum?*

77 *Iurisdictio qualiter præscribatur contra Regem, & qualiter contra priuatos?*

78 *Præscriptio obtenta contra patrem commendæ possessorem, non nocet eius filio, ex propria persona succedenti, & idem in feudis, & maioratibus.*

79 *Instantia litis an, & quomodo transe i suc cessorem commendæ? & quid in sent n ia an noceat ei non citato? remissiuè.*

HOc verò ius, quod per concessionem Commendæ, & possessionis eius apprehensionem Commendatarij acquiri retulimus, † cùm pers nale sit, & ex legis, seu principis indulgen- 1
tia, ac prouidentia in remunerationem benemeritorum introductum, & ad vnam, vel alteram vitam coangustatum, merito nullam omnino alienationem, vel concessionem in fauorem alterius factam admittit. Nam † quæ personis dan- 2
tur, & cohærent beneficia, ad alios non transeunt, *l. non tantùm, D. de liber. leg. l. in omnibus iuris articulis*, cum ibi notatis, *D. de reg. iur. l. ropeti, §. morte, D. quibus modis vsusfr. amitt.* Et † priuatorum facto, vel pacto, iuris 3
publici forma, vel successio, aliis à lege delata, inuerti non potest, *l. ius publicum* 38. *D. de pact. l. testamenta, C. de testam. l. neque ex Prætorio* 17. *l. neque pignus* 45. *in fin. D. de regul. iur. l. tertia, §. quæ verò, D. de interd. & releg. l. Neratius* 20. *D. de relig. & sum. fun. l. si adrogator, in fin. D. de adoption.* cum aliis, quæ adducit Couarr. *lib. 2. var. cap.* 18. *n.* 2. Pinel. *in l. 1. C. de bon. mater.* 3. *part. n.* 98. Valasc. *de iure emphyt. q.* 49. Ioann. Garcia *de nobil. gloss.* 6 *num.* 89. *& seqq.* Gutierr. *lib. 2. pract. q.* 52. Menoch. *cons.* 701. *lib.* 8. *n.* 110. Rodriguez *de ann. reditibus lib. 2. q.* 22. *num.* 137. Molin. *de primogen. lib. 1. cap.* 19. *& lib. 4. cap.* 11. *ex num.* 9. & latissimè Dom Valenzuela *cons.* 69. *num.* 55. 84. *& seqq.* & alter Molina *de iustit. & iur. tom. 2. disp.* 478. per totam.

Quibus accedit, † quòd cùm initio, non so- 4
lùm remuneratio quæreretur in his Commendis introducendis, sed etiam salus Indorum, qui Patronis ad doctrinam, & disciplinam committebantur, permittendum non fuit, vt ipsi facilè id onus à se abdicare possent, & aliis pro arbitrio conferre; cùm nemo † sit, qui nesciat, in hoc, 5
& in aliis, non omnes æquales esse, sed diuersum ingenium, & conditionem sortiri, *l. nemo est qui nesciat D. de duobus reis, l. inter artifices, D. de solution. cap. si pro debilitate, de offic. delegati.*

Et huc respiciunt † quàm plurimæ schedulæ 6
de hac prohibitione agentes, quæ reperiuntur *in 1. tom. impressar. pag.* 15. *& seqq.* & ea præci-

 puè,

puè, quæ de ſucceſſione iſtarum Commendarum agit data Matriti 26. Maij ann.1536. & alia 5. April. ann.1552. & caput 29. legum, quas nouas vocant, ann.1542. & alia ann.1541. quæ ſeuerè punire iubent eos, qui Indos ſibi commendatos vendiderint.

Neque hoc nouum, aut inſolens videri poteſt,
7 † cùm ob eaſdem, vel ſimiles cauſas, & rationes, vſusfructus, in præiudicium domini proprietatis, vendi, cedi, legari, aut donari alteri nequeat, d. l. repeti, §. inope, D. quibus mod. vſusfr. amitt. §. finitur, Inſt. de vſufruct. l. corruptionem, C. eodem, l.1. & per totum, D. vſusfructuar. quemadmodum caueat, cum aliis, quæ adduxi ſup. cap.2. ex num.12.

8 Et pariter † emphyteuſis, niſi conſenſus domini directi interueniat, l. fin. C. de iur. emph. cum latè adductis ab Aluar. Valaſc. in tract. de iur. emphyt. 1. par. q.4. num.4. & Aurelio Corbulo in eod. tract. cap.14. Morquecho de diuiſ. bonor. lib.1. cap.6. Cornazan. deciſ. Lucenſ.119. Ceuall. q.326. Necnon etiam † bona fideicommiſ-
9 ſo, aut maioratui ſubiecta, quamvis non habeant dignitatem, neque iuriſdictionem, vt tradunt DD. communiter per tex ibi in l. filiusfamilias, §. Diui, D. de leg.1. l. fin. C. de reb. alien. non alienand. Greg. Lop. in l.43. tit.5. par.5. gloſſ.3. Anton. Gom. & eius Addition. in l.40. Tauri num.81. & latiſſimè Molina, & eius Addition. lib.1. de primogen. cap.19. per tot. Fachin. lib.4. controu. cap.50. & ſeqq. Perez de Lara de anniuerſ. lib.1. c.5. & Pallador. differ.18. §.2. n.50. vbi hoc adeò verum eſſe putat, vt ſucceſſor maioratus poſſit vindicare rem à ſuo deceſſore alienatam, etiam ſi ipſius hæres ſit.

10 Feuda † quoque, quæ magis noſtris Commendis aſſimilantur, neque vendi, aut pretio renuntiari, vel alio modo alienari à vaſſallis poſſunt, inuitis, aut inconſultis dominis, à quibus ea acceperunt, vel in præiudicium primogenitorum, qui ad illa vocati ſunt, adeò, vt qui contrarium tentauerit, feudum amittat, & tabelliones, ſuper hoc ſcripturas conficientes, infames ſint, & manus abſciſſione plectantur, cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, vbi omnes feudiſtæ communiter, de prohib. feud. alien. per Feder. cap.1. de alien. feud. pater. cap.1. de prohib. feud. alien. per Lothar. l.10. vbi Greg. Lop. gloſſ.2. tit.26. par.4. cum aliis, quæ luculenter ſcripſit Zaſi. in tract. de feud. par.9. pag.80. & conſ.15. num.11. & 16. vol.2. Afflict. & eius Additionator Vrſillis, deciſ.112. num.1. & deciſ.248. num.1. & pluribus relatis Iul. Clarus in §. feudum, q.31. per
11 tot. Vbi num.11. concludit, † hoc etiam obſeruari debere, etiam ſi vaſſallus in aliqua magna neceſſitate conſtitutus, aut fame oppreſſus reperiatur, Petrus Petra de poteſt. Princip. cap.22. num.102. & 150. vbi loquitur de alienatione neceſſaria pro ſatisfaciendis creditoribus, Mareſcot. lib.1. var. cap.40. Auendañ. reſponſ.9. in fine, num.1. vbi hoc limitat, niſi conſuetudo eſſet in contrarium, Ioan. Franc. à Ponte in tract. de poteſt. Proreg. fol.176. & tit.8. §.11. per tot. fol. 299. & ſeqq. vbi hoc ampliat, etiam ſi agatur de ſola alienatione poſſeſſionis feudi, Cacheranus deciſ.176. & Rolandus à Valle conſ.4. num. 3. lib.4. vbi tractat, intra quod tempus poterunt agnati petere feudum malè alienatum, Morquechus de diuiſ. bonor. lib.1. cap.7. ferè per totum, Fachinæus lib.7. controuerſ. cap.18. & ſeq. Tiber. Decianus reſp.117. lib.3. D. Valençeula d. conſ.69. num.63. & 152. & ſeqq. luculenter, omnium hac in parte ſcripta compilans, Roſenthal. de feudis, cap 9. memb.1. quæſt.1. & ſequentibus, & quæſt.100. à num.11. vbi quòd poſſeſſio ciuilis per alienationem vaſſalli domino interuertitur. Quod adeò verum eſt, † vt à multis in quæſtionem deducatur, an ex ſola promiſſione de vendendo, prædictæ pœnæ incurrantur? vt refert D. Ioann. del Caſtillo, negatiuè reſoluens, lib. 2. contr. cap.3. num.21. licèt contrarium iudicatum fuiſſe affirmet Ponte dict. §.11. num.11. & conducunt tradita à Molina lib.2. cap.16. num.18. † vbi diſputat, an pœnæ incurrantur, ſi alienatio fuerit nulla ex alia cauſa? & partem negatiuam amplectitur.

Et quamvis Anton. Capicius deciſ. Neapol. 156. num.10. & 22. in ea opinione eſſe videatur, † vt Proreges confirmare poſſint huiuſmodi venditiones, & alienationes feudorum. Contrarium tamen expreſsè affirmat Ponte dict. §.11. num. 26. pag.303. referens Regiam pragmaticam Regni Neapolitani, quæ ita decidit, & alias doctrinas, & rationes adducens, ex quibus concludit de deciſione Capicij nullam habendam eſſe rationem. Quod in noſtris Commendis, & Indianis Proregibus, indubitantiùs procedit, cùm in eorum inſtructionibus cap.29. caueatur, vt vigilanter curent, ne fiant eiuſmodi alienationes, & puniant eos, qui contrarium fecerint.

Locari quoque, † aut mutuo, vel pignori dari Indorum Commendæ, ſiue Indi commendati grauiter prohibentur in quibuſdam Regiis ſchedulis ann.1529. 1541. & 1559. quæ reperiuntur in 2. tom. impreſſ. pag.215. & ſeqq. quod etiam ex prædictis rationibus, & feudorum, ac maioratuum imitatione, originem trahit, vt conſtat ex traditis à Molina dict. lib.2. cap.19. & ſeqq. vbi etiam agit de prohibita conceſſione vſusfructus, emphyteuſis, ſeruitutis, precarij, libelli, & aliorum ſimilium iurium, & Iul. Clarus d. §. feudum, q.33. Roſenthal. d. cap.9. memb.1. q.7. Et ea ſpeciali ratione fulcitur, † quòd prohibita alienatione à lege, ea quoque omnia prohibita eſſe videntur, per quæ peruenitur ad illam, l. fin. C. de reb. alien. non alienand. l.1. §. cùm rem, D. quæ res pignori, princ. Inſt. quibus alien. licèt gloſſ. & DD. in l. quorum, D. de pignor. cum aliis, quæ adducit Iaſ. num.3. & Decius 6. in l. principalibus, D. ſi cert. pet. Dueñas reg.31. num.6. Pinel. in l 2. C. de reſcind. 2. part. cap. 1. num.24. Menoch. de præſumpt. lib.2. præſ.97. num.32. & in terminis feudorum Ponte de poteſt. Proreg. fol.300. num.5. & 6. vbi probat, quòd ſicut non poſſunt alienari, nec cedi, ita nec hypothecari. Necnon ea, † quòd cùm ſummopere à noſtris Regibus ſemper Indolum libertas, & ſuauis tractatio curata fuerit, non debuit permitti Commendatariis, vt eos tanquam mancipia in commercium deducerent, quemadmodum neque illis, quibus ipſi Indi ad metalla, vel alia opera, & ſeruitia perſonalia diſtribuuntur, vt dixi ſupr. lib.1. cap.17. & proſequitur Greg. Lopez in l.8. tit.17. par.4 gloſ.2. † Vbi, vtrùm dominus propter neceſſitatem poſſit vendere ſuum adſcriptitium.

Sed ſi non de ipſis Indis pignorandis, nec de iure Commendæ agamus, † ſed de tributis, fructibus, aut reditibus, quæ ex ea percipiuntur, non dubito, quin Commendatarij eos obligare etiam

possint; & ita quotidie practicatur, & in illis etiam pignus prætorium, † aut iudiciale eadem consideratione habita, contrahitur, argum. *l. commodis*, *D. de re iud.* quam gloss. & DD. ibi ad concordiam reducunt *cum l. stipendia*, *C. de execut. rei iud. l. spem*, *C. quæ res pigno.* Facit etiam text. *in l. sed si pecunia*, *D. de reb. eor.* ibi: *Pignori tamen capi*, *l. 1. D. de fund. dotali*, ibi: *Missus sit vicinus in possessionem*, & doctrina Bart. *in l. peto*, *§. prædium*, *D. de leg. 2. & in l. fin. §. & si præfatam*, *C. de iure delib. q. 4.* vbi tenet, in re prohibita alienari, posse pignus prætorium contrahi, quem sequitur Alber. *in d. l. fin. C. de reb. alien. vers. Sed quæro vtrum*, Bald. *in l. 2. ad fin. C. si aduers. vend. pignor.* Ias. *in l. Marcellus*, *§. res quæ*, *n. 4. D. ad Treb.* Et in simili, † de feudis loquens, & quòd in eis pignus iudiciale contrahi possit, & in causam iudicati capi, Bald. *in auth. ei qui iuvat*, *num. 70. C. de bon. auth. iudicis possid.* vbi ita notabiliter inquit: *Sed nunquid propter debita Comitis, fiet missio in Comitatu? Respondeo, quòd non, quia Cæsaris est, sed in reditibus sic, quia iure proprio fructus lucratur, vt sint proprij, non feudales*, Albarotus *in d. cap. Imperialem*, Dueñas *reg. 40. n. 6.* Fanus *de pignor. 2. part. 2. memb. nu. 47. & seqq.* additio ad Iul. Clar. *d. §. feudum*, *q. 16.* Rosenthal. qui alios plurimos refert, *d. tract. de feud. cap. conclus. 15. num. 7.* Molina, loquens *de maioratibus Hispaniæ, d. lib. 1. cap. 20. num. 12. & cap. 21. num. 24. & seqq.* Magerus *de aduocat. armata, cap. 9. n. 1057. pag. 486.* vbi, quòd Clericus beneficiatus potest vendere reditus suæ Ecclesiæ, retento titulo, & in ipsis nostris Commendis Ioan. de Heuia *in Curia Philippica 2. part. §. 18. num. 11. & 13.*

Cum quibus tamen hæc vtiliter limitanda sunt, † vt tale pignus siue conuentionale, siue iudiciale, quod super his Commendis contrahitur, per id tempus tantùm duret, quo debitor Commenda fruiturus erat, eóque transacto, cesset, & resoluatur, illaque libera ab hoc onere, ad vocatum ex legis prouidentia, pertranseat, vt constat ex textu, & gloss. *in dict. §. prædium*, *l. Statius Florus*, *§. Cornelio Felici*, *D. de iure fisci*, *l. vnum ex familia*, *§. quòd si talia*, *D. de leg. 3. l. cùm pater*, *§. hæreditatem*, *D. eodem cap. 1. §. fin. de capitul.* Conradi, Bartol. & Castrens. *in l. filiusfamilias*, *§. diui*, *num. 8. D. de leg. 1.* Ias. *in d. §. res quæ*, *num. 3.* Dueñas *dict. num. 6.* & Menoch. *de arbitrar. casu 560. num. 10. & seqq.* vbi plures alios adducit, *& cons. 534. num. 13. & 14.* vbi tradit, quòd † si feudum propter delictum confiscetur, intelligitur pro vita possidentis, sed eo mortuo transit ad filios, & latissimè Rosenth. *cap. 11. quæst. 4. & 5.* idem Menoch. *cons. 519. num. 5.* Petra *de potest. Princip. cap. 18. num. 96. & 97. & 23. num. 55.* Rolandus *cons. 78. lib. 4.* Cacheranus, omninò videndus, *decis. 169. num. 16.* Auendañus *resp. 13. num. 1. & 2. Clarus §. emphyteusis, quæst. 16. num. 1. vers. His præmissis.* Surdus, remissiuè ad eum, *decis. 235, num. fin.* & meliùs *decis. 324. per totam*, optimè in pulchra quæstione Additionator Molinæ *lib. 1. cap. 12. in fine*, *prg. 73.* & D. Valenzuela *cons. 56. num. 10.* vbi generaliter tradit, quòd quicunque alienare prohibitus, potest alienare fructus, durante eius vita, & dicam *infrà cap. 27. num. 22.*

Et rursus, vt hoc, quod de capiendis feudis,
vel Commendis diximus, ita practicandum sit,
si alia bona debitoris non extent ad debiti solu-
tionem, eique † congrua quantitas, ex qua se ale- 25
re possit, relinquatur, vt sensit Alber. *vbi sup.*
gloss. & Bartol. *in d. l. commodis*, *& in d. l. sti-*
pendia, & ibidem Imol. *num. 2.* Alex. & Ias. *num.*
4. Rubeus *cons. 364. num. 10.* Tiraq. *de retract. lig-*
nag. §. 1. gloss. 70. num. 50. Camerarius *in d. cap. Im-*
perialem, pag. 134. & 149. Afflict. *in const. Neap.*
cap. si quis post litem, num. 9. vers. In contrarium,
Menoch. *vbi sup. num. 20. & 21.* & Heuia *vbi sup.*
vbi hinc etiam subinfert † non posse Commen- 26
datarios pro debitis ciuilibus incarcerari, supposito
quòd non possunt damnari, nisi in id, quod fa-
cere possunt, argumento tex. & eorum, quæ ibi
notant DD. *in l. in condemnatione*, *& in l. Di-*
uus Pius, *D. de reg. iur. & in l. sunt qui*, *D. de*
re iudicata. Quod certiùs erit, † si eos ob hoc 27
solùm quòd Commendas habeant, nobiles ef-
fici dixerimus, de quo agemus *infrà cap. 23. num.*
114. & seq.

Quis autem hoc in casu teneatur præstare serui-
tium domino debitum? † an vassallus debitor à 28
quo capti sunt fructus, vel creditor, cui adiudicati
illi fuerunt? in quæstionem vocant post alios Me-
noch, *d. casu 550. n. 23.* & meritò resoluit, vassallũ
debitorem ad id teneri, reiecta opinione aliorum,
qui contrarium malè censuerunt. Non enim licuit
huic debitori aliquid facere in præiudicium domi-
ni, ne † ipse dominus alium habeat vassallũ, quàm 29
elegit argum. text. *in l. 2. §. mutui datio*, & ibi glos.
fin. *D. si cert. pet. l. promissor*, *§. fin. D. de constit. pe-*
cun. l. eum à quo 16. cum l. seq. C. de solution. l. 3. tit.
14. p. 5. cum aliis, quæ latè adducit Velasc. *in axiom.*
iur. litt. A. n. 227.

Pro cuius † etiam domini necessitatibus & ser-
uitiis, receptum est, feudum obligari posse, vt do- 30
cet Fanus *vbi sup. n. 46.* Et si fortè ab eodem † pro
aliquo debito vassalli feudum capiatur, non debet 31
fructus in sortem imputare, dummodo inter m
vassallus ad præstandum seruitium, ratione feudi
debitum, non compellatur, vt probat tex. & DD.
in c. de feudis, & cap. conquestus, de vsuris, & latè,
& eleganter disputat Molin. *Theol. de iust. & iure*,
tract. 2. disp. 323. Lessius *lib. 2. cap. 20.* Rodriguez
de ann. redit. lib. 3. q. 7. n. 51. & Escobar de ratioci-
niis, *cap. 16. nu. 54.*

Pariter etiam † quælibet cessio, vel renuntia- 32
tio Commendæ, in fauorem alterius facta, in-
scio, vel inuito Rege, nullius est momenti, vt
dixi *sup. cap. 6. num. 46.* & probatur ex similitu-
dine vsusfructus, de quo *in §. finitur*, *Inst. eod.*
ibi: *Nam cedendo extraneo nihil agit.* Et feudi,
† in quo cautum est, vt quemadmodum domi-
nus inuito vassallo non potest alij feudum, quod 33
alter habet, concedere, ita nec vassallus aliis de-
legare, aut in subinfeudàre, & si contrarium
fecerit, & alij præterquam domino, & in eius
manibus renuntiauerit, feudo priuatur, & illud
statim, & ipso iure, ad dominum reuertitur, vt
trademus *infrà*, vbi de causis priuationis Com-
mendarum egerimus, & expresè probat tex.
in cap. 1. §. denique, quæ fuerit prima causa be-
nef. amitt. cap. 1. circa fin. de prohib. feud. alien.
per Lothar. c. 1. de vassallo decrep. ætat. qui feud.
refut. ibi: *In manu domini*, vbi Afflictis *num.*
17. l. 5. tit. 26. part. 4. cum aliis, quæ in eisdem
& aliis iuribus, passim Isernia, Bald. Albarot.
& cæteri feudistæ notare solent Innocent. *in cap.*
ex parte, *de feudis*, Decius *in l. postquàm liti*,
num. 4.

n.4.C.de pactis, Zaſius in tract. de feudis, part.8. pag.80.Clarus, qui plures congerit in §. feudum, quæſt.34. Ceuallos in comm. contra comm. quæſt. 438.Maſcard.de probat.concluſ.1396. num.11. & Nos infrà cap.23.num.83.

34 Quod adeò verum eſt, † vt ne in fauorem
quidem domini, ipſo inuito, renuntiare, & feudum deſerere poſſit, præcipuè tempore belli imminentis, vt tradit Bald. in l. cùm Artemidorum, num.9. C. vt in poſſ. legat. Cephal. conſ.18. lib. 1. Euerard. in loco de feudo ad emphyteuſ. num. 15. Menoch. de arbitrar. caſu 422. num.7. Ceuallos, & Iulius Clarus vbi ſup. Euerard. in loco à feudo ad emphyt. n.15.Zerola in praxi, verb. Renuntiatio,§.3.num.9. Afflict.deciſ.307. vbi tractat, an hoc fallentiam recipiat propter retardatam ſeruitiorum munerationem? Pinel. in l.2. C. de reſcind. 1.part. cap.4. n.2. Petra de poteſt.Princip. cap.17. & Roſenthal. d. tract. de feud. c.2. concl.20. & 21.

35 Quod tamen limitandum eſt, † vt procedat,
vbi de ipſa Commenda, eiuſque iure ſibi competenti, in alium cedenda, vel renuntianda, ac transferenda tractaret. Etenim ſi ſolùm commoditatem percipiendorum tributorum, vel fructuum, ratione Commendæ ad ſe pertinentium, vellet cedere, & transferre, pro aliquo tempore, aut etiam, pro omni eo, quo eius vita duraret, benè id facere poſſet, vt ſuprà tetigi, & exemplo vſusfructuarij latiùs oſtendi, hoc lib.2. cap.2. Ius
36 † enim vſusfructus, vel Commendæ,& fructuum
commoditas diuerſa ſunt, & ideò prohibitio alienationis in illis ſtatuta, ad hos nequaquam extenditur, l. penult. §. instituto, de legat.2. & ibi gloſſ. fin. l. peto, §. prædium, eodem tit. l. neceſſario, §. fin. de peric. & comm. rei vend. Angel. in §.1. num.5. Inſt. per quas perſon. Iaſ. in l. cùm filio, num.157. D. de legat.1. Molina, qui idem admittit, & pluribus probat, loquens in maioratus poſſeſſore, lib.1. cap.19. num.42. & cap.20. num.11. & cap.21. num.24. Vbi addit,
37 † non eſſe nouum penes aliquem eſſe ius vſus-
fructus, & penes alium facultatem fructum percipiendorum, vt probat l. ſi vſusfructus, D. de iure dot. l. vſusfructus, D. ſolut. matrim. Oldrad. conſ.102. circa finem, Cepola in tract. de ſeruit.
38 vrb. cap.4. num.7. vbi ait, quòd † vſusfructus
eſt ius, & perceptio fructuum quid facti, ſequitur Mieres de maiorat. 3.part. quæſt.9. num.24. Bened. Bonius in tract. de cenſib. lib.1. art.19. nu. 44. Matienz. in l.3. tit.10. lib.5. recop. gloſſ.14. num.3. Felician. de cenſib. lib.2. cap.4. num.2. Ioann. Dilectus in tract. de arte teſtand. tit.8. caut.6.num.6.

Et in terminis † feudi, aut emphyteuſis, quòd
39 licèt eius proprietas non poſſit alienari, fructus
tamen poſſint, tenent Zaſi. vbi ſup. pag.82. Iul. Clarus quæſt.31.num.9. Roſenthal. plures adducens, cap.9. concluſ.15. num.7. Tiraquel. de retract. lignag. §.1. gloſſ.7. num.47. Molina d.lib. 1. cap.20. num.5. Franc. Milanenſ. deciſ. Sicil. 7. num.50. lib.2. Menoch. dict. caſu 560. num. 10. & D. Valençuela conſ.56. ex num.2. vbi be-
40 nè, poſt Molinam, & alios ſubiungit, † quòd
aliàs vſusfructus, maioratus, feudum, & ſimilia iura, atque adeò noſtræ Commendæ, inutiles eſſent, niſi poſſeſſores de earum fructibus ad libitum, ſaltem pro tempore vitæ ſuæ, diſponere poſſent, iuxta l. per ſeruum, §.1. D. de vſu, & habit. l. diuus, eod. tit. l. cui vſusfructus, & l. arboribus, §. vſusfructuarius, D. de vſufr. cum aliis, quæ idem notantes adducunt Ioann. Gutierr. in l. nemo poteſt, num.228. D. de legat.1. Sarm. lib.1. ſelect. cap.9. num.1. Aluar. Valaſ. conſul. 66.num.26 part.1.& optimè Farinac. deciſ. ciuil. Rotæ 86. num.8.

Et ita, † per tempus vitæ poſſeſſoris maiora- 4
tus, rerum eius commoditates percipi poſſunt, ſiue ex confiſcatione, ſiue ex alia cauſa, non obſtante alienationis expreſſa prohibitione, vt præter Auctores adductos ſuprà num.22. dixit Bald. in l. codicillis, §. instituto, num.2. D. de legat. 2. Ioann. Fabr. in §. item Seruiana, num.30. & ibidem Iaſ. num.100. Inſt. de action. Palac. Rub. in rep.cap. per veſtras, §.38.num.4.& ſequentibus, Pinel. in l.1.C.de bon.mater. 3.part. nu.70. ad fin. Baëza in tract. de inop. debit. cap. 16. num.106. Parlad. lib.2. quotid. cap.fin. part.5. §.3. num. 31. optimè Molina dict. lib.1. cap.20. num.12. & ſeqq. & conducunt plura alia, quæ multum in noſtris terminis adducit Cacheranus deciſ. 169. num.16. Auend. reſp.13. num.1. & 2. Iul. Clar. in § emphyteuſis, q.16. num.1. verſ. His præmiſſis, Surd. deciſ.239. num. fin. & meliùs deciſ.324. per totam.

Rurſus licèt aliàs † res alienari prohibitæ, in dotem dari poſſint, & hac de cauſa alienationem admittant, vt probat text. in Auth. res quæ, C. com. de legat. l. fin. §. ſin autem, C. eod. tit. l. mulier, §. cùm proponeretur, & l. à filia, D. ad Trebell. cum pluribus aliis, quæ vltra Scribentes in eiſdem iuribus tradit Bart. l. filiusfam. §. diui, D. de leg.1. & in l. voluntas, C. de fideicommiſſ. Couarr. lib.3. variar. cap.6. num.10. Gutierr. alleg.7. num.10. & latiſſimè Molina de primog. lib.3. cap.7. per tot. & c.3. num.3. vbi tractat, qualiter hæc doctrina in maioratibus Hiſpaniæ practicanda ſit? & qualiter facultates Regiæ ad bona maioratuum dotis cauſa alienanda concedi ſoleant? Commendæ † tamen noſtræ, nequaquam hoc patiuntur, & ita nec in dotem dari, nec dotis cauſa alienari poterunt, ex rationibus ſuprà relatis, & quia vbi prohibitio alienationis fit in contractu, & taliter † quòd prohibens conſtituit ſibi ius in re, ita quòd tranſlatio dominij impediatur, vt in noſtro caſu, tunc talis res, etiam ex cauſa dotis alienari non poterit, vt notat gloſſ. in l. vlla, C. de iur. dot. quam multum ſingularem appellat Bald. ibidem, & in cap.1. §. donare, qualit. feud. amitt. Alex. in l. filiusfam. §. diui el 2. D. de legat. & conſ. 103. vol.3. Iaſ. in d. auth. res quæ, n.25.& 32.& Gomezius in l.40. Taur. num.87. verſ. Sed ego habeo.

Quod efficit, † vt neque feuda regulariter in dotem dari, vel dotis cauſa alienari, ſine aſſenſu domini permittantur, quia datio in dotem pro venditione habetur, vt probat textus expreſſus in cap.1. §. donare, qualit. feud. alien. pot. & eſt communis DD. ſententia, quam reſoluit Zaſi. in tract. de feud. 9 part. num.40. Ioann. Iacob. de Leon inter conſilia feudal. Bruni conſ.114 num.86. Dueñas reg.40. verſ. Octauò limita Gratian. reg.189. Iul. Clarus d. §. feudum, q.36 vbi eius additio refert, & damnet opinionem Anguiſolæ conſ.46. in fine, contrarium malè tenentis, & reddit rationem, quòd ſi non eſt permiſſum vaſſallo alienare feudum propter propriam neceſſitatem, etiam famis, vt dixi ſuprà hoc cap. num.11. multo minus debet ei licere, illud in alium

alium transferre, pro filia sua dotanda, & sequitur, plurimos alios, referens, Ponte *de potest. Proreg. pag.*161.*n.*12.*& seqq.& pag.*175.*num.*9. Petra *de potest. Princ. cap.*23.*num.*89.*&* 101.cum aliis, quæ Menoch. omninò videndus, *cons.*127. *num.*15.*&* 22. *lib.*2. vbi quòd feudalia obligari non possunt etiam in causam dotis, Rosenthal. *d. tract. de feud. cap.*9. *quæst.*8. *per totam*, vbi benè inter feudi ipsius translationem, vel alienationem, & fructus, eiusdem cessionem, pro tempore limitato, distinguit, iuxta ea, quæ latè resoluimus in articulis præcedentibus.

6 Sed hoc non impediet, † quin si aliqua fœmina feudum, vel Commendam habeat, possit illam inæstimatam secum in dotem ducere, ad matrimonij onera sustentanda, quemadmodum vbi & maioratum possidet, quia tunc feudi conditio, aut persona non mutatur, sed fructus tantùm eius, siue commoditas marito dari videtur, pro oneribus matrimonij, vt benè obseruat Curt. Iunior *in tract. de feud.* 4. *part. princ. reg.*1. *q.*4. Iul. Clarus *vbi sup.* & reliqui feudistæ communiter, per tex. ibi, *in cap.*1. *de inuest. quam Titius accepit*, & alij, apud Rosenthal. *vbi suprà.*

7 Et eodem modo † poterit pater, qui filiam habet, quæ sibi in Commenda successura esset, statim ei (si velit) successionem relinquere, vt commodiùs, vel honestiùs matrimonium contrahere valeat, iuxta ea, quæ dixi *sup. cap.*6. *num.* 81. vbi aliquas schedulas, de hoc agentes, allegaui, & extat alia ann. 1540. *in* 2.*tom. impress. pag.*197. vbi Imperator, & Rex noster D. Carolus V. approbat quandam Commendæ translationem, quam pater in filium fecerat, ad effectum eam meliùs, & nobiliùs maritandi: quæ quidem approbatio, si ipsa filia (vt dixi) aliàs successura erat, necessaria quidem non videbatur. Nam † feudum absque consensu domini potest alienari per vassallum proximiori, & immediatè successuro, vt testatur Rolandus, qui hanc conclusionem solidam, & indubitatam appellat, *cons.* 64.*num.*16.*& cons.*2.*num.*36.*volum.*3. additio ad Clarum *dict. §. feudum, quæst.*31.*in fine*, & Padilla *in l. vnum ex familia, num.*10.*D. de legat.*2. Bald. & DD. per tex. ibi, *in cap.*1. *de vassallo decrepitæ ætatis, qui feudum refutauit, vt filij inuestirentur*, Dueñas *reg.*323.& Rosenthal. *in d. tract. de feud. cap.*7. *quæst.*14.

Verum hîc suboriri potest alia nobilis quæstio, quam iam de facto agitatam vidi, nempè † si pater, post hanc renuntiationem, ex dicta causa, & prætextu, in filiam factam, filium masculum habeat, qui ex lege, & natura Commendarum fœminæ antefertur, & eam excludit, an dicta cessio, & dotis datio reuocari debeat? cùm in filij præiudicium facta videatur, cui pater in successione, ex legis prouidentia delata, facto suo, vt dixi *suprà hoc cap. num.*3. præiudicare non potest. Et quidem in partem affirmatiuam † propendeo, cùm ex verosimili præsumptione, & decisione *l. si vnquam*, *C. de reuocand. donat.* In qua, *verb. Bona*, *num.*10. plura, quæ huc transferri possunt, cumulat Tiraquel. & alia Pinel. *in Rub. C. de bon. mater.* 1.*part. ex num.* 20. *in fine*, *& num.*23. Spino *in speculo testam. gloss.*19. *num.*62. & Rosenthal. *de feud. cap.*7. *quæst.*21. *num.*11.*& cap.*9. *quæst.*66. Tum etiam, quia licèt verum sit, † quòd dominium vni concessum, non possit alteri concedi, durante prima concessione, *l. si ea res*, *D. de act. empt. cap.* 1. *de feud. success. & cap.*1. *de feud. sine causa non amitt.* per quæ iura ita in emphyteusi docuit Bald. *cons.*134. *volum.*2. & Corbolus *in tract. de emphyteus. tit. de causa priuat. ob finit. temp. num.*14. Id tamen intelligi debet, vbi talis concessio legitima fuit, & acquisitio, eius virtute facta, irreuocabilis mansit. Cæterùm vbi hoc non interuenit, vt in casu de quo loquimur, & actus perfectus non est, retractari potest ex causa superuenienti, *l. pluribus*, *§. si placet*, *D. de verborum oblig.* Decius *in l. in ambiguis*, *§. non est nouum*, *num.*2. *D. de reg. iur.* Et non est inconueniens, quòd † aliquis admittatur ad rem, 52
sed superueniente alio proximiore, cogatur exinde illi restituere: nam id sæpè contigit in iure, vt ostendit Surdus, plures casus recensens, *cons.*115. *num.*34. *& sequentibus*: qui etiam *decis.*203. *num.*11. *& sequentibus*, similem quæstionem pertractans, nostram sententiam amplectitur, & pro confirmatione adducit gloss. *in cap.*1. *de eo, qui sibi, & hæred. suis*, *verbo Pro masculo*: vbi dicit, † quòd masculus con- 53
ceptus, & natus post delatam feudi successionem, excludit fœminam, quæ iam ad successionem fuerat admissa: quam glossam, sequitur Isernia, Præpositus, & Laudens. *ibidem*, Iacobin. *in sua inuest. verb. Et fœminis*, *num.*12 Molina *de primogen. lib.*3. *cap.*10. *num.*25. vbi infert, in successione præferri proximiorem, qui natus, & conceptus est post successionem delatam, cúmque excludere remotiorem, qui interim fuerat admissus: in quam sententiam allegat Roman. Ancharr. Castrens. Socin. Guid. Pap. Ruin. Socin. Iunior. & alios, & eius Additio. plures alios cumulat.

Quibus accedit doctrina Baldi *in l. qui se patris, C. unde liberi*, vbi inquit, † quòd pater, qui si- 54
bi, & filiis suis, feudum acquisiuit, non poterit in vita sua renuntiare tale feudum, neque alium qr é-libet actum facere in præiudicium iuris, acquisiti filiis per suam stipulationem. Quam doctrinam tenet Andr. de Isernia *in cap.*1. *§. hoc quoque*, *de feudi succes.* idem Bald. *in cap. Imperialem*, *col.*5. *de probib. feud. alien. & in l. item veniunt*, *§. hunc videamus, D. de pet. hæred. & in l. aqud Iulianum*, *§ si quis alicui*, vbi etiam Angel. Aretin. & Paul. Castrens. *D. de leg.*1. Afflict. *decis.*248. Menoch. 1156. *num.*42. *volum.*12. qui intelligunt hoc post mortem patris; nam eo viuente non potest dici, quòd filiis aliquod præiudicium generetur, vt *in cap.*1. *princip. de alien. feud.* Bald. *cons.*410. *volum.*4. incip. *ad euidentiam*, Aretinus *cons.*3. & alij relati per Decium *in cap. quæ in Ecclesiarum*, *ad finem*, *vers. Quartò prædicta conclusio*, de constit. Molina, & alij, quos citaui *supr. num.*41. 55

Qinimò, † & post mortem patris, si filius, qui eius factum, vel pactum impugnare vult, ipsius hæres esse comperiatur, non aliter audiri debebit, quàm sibi pretium, siue interesse pacti non seruati, intra vires hæreditarias refundat, vt tenet glos. & communiter Scribentes *in cap.*1. *§. hoc quoque*, *de feudi success. & in cap.*1. *§. Titius filios, si de feudo contentio sit inter dom. & agn. vassalli*, Imola *in cap. ex parte*, *de feudis*, *col.*8. *vers. Sed aduerte*, Curtius *in tract. de feud. part.*4. *num.*148. Zasi. *part.*9. *num.*28. Hartm. Pistoris 2.*parte*, *quæst.*6. *num.*75. *& quæst.* 9. *num.*11. Tiraquel. *de retract. lignag.* §.1. *gloss.*9. *num.*59.

*num.*50. Roſenthal. *cap.*9. *concluſ.*69. & Vulteius *lib.*1. *cap.*11. *num.*93. ex illa regula, quæ ha-
56 bet, † quòd quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, vt *in l. vindicantem, D. de euict. l. cùm à matre. C. de reiuindicat.* cum aliis, quæ latiſſimè adducit Menoch, *conſ.*89. *lib.*1. Tiraquel. *de retract. lignag.* §.1. *gloſſ.*9. *num.* 35. Anton. Gomez *in l.*50. *Taur. num.*63. Molina, qui ſimilem quæſtionem in noſtris Hiſpaniæ maioratibus mouet *lib.*4. *cap.*1. *numer.*10. *&* 88. Surdus *deciſ.*177. *num.*8. Cardinal. Tuſchus, *litt. E. concluſ.*375. & nouiſſimè plures alios referens Aluarez de Velaſco *in axiom. iur. litt. E. num.*91.

57 Deinde ex eiſdem principiis deducitur, † in his noſtris Comendis nullam tranſactionem, aut compromiſſum fieri poſſe, quod ipſis Commendis, vel earum ſucceſſoribus noceat, niſi in eis Principis authoritas interueniat, vel alia requiſita, quæ in tranſactionibus, ſuper rebus maioratus, feudi, vel emphyteuſis in iure deſiderantur, vt conſtat *ex text. in cap.*1. *de tranſact. cap. examinata, de confirm. vtili, cap.*1. §. *ſi vaſſallus, el final, ſi de feud. defunct. conten. ſit inter dom. & agn. vaſſal. cap.*1. *de controuerſ. inter vaſſall. & alium*, & vtrobique DD. *cap.*1. §. *ſi inter, de lege* Conrad. Bald. *in cap. Imperialem, de probib. feud. alien. per Fred. num.* 17. Curtius Iun. qui dicit communem, *in tract. de feud.* 4. *part. quæſt.*8. Zaſius *in eodem tract.* 6. *part. pag.*60. *&* 9. *par. pag.*131. *& ſeq. & part.* 10. *pag.*143. *&* 145. Afflictis *in d.* §. *ſi vaſſallus, num.*1. *&* 44. idem *in cap.*1. *de inueſt. marito facta, num.*24. Pariſ. *conſ.*118. *num.*22. *lib.* 1. Iul. Clar. qui alios adducit, & hanc ſententiam certiſſimam eſſe concludit, quoties ex tali tranſactione, vel compromiſſo, aliquod damnum, vel præiudicium domino feudi, vel ſucceſſoribus irrogatur, *in* §. *feudum, quæſt.*38. *&* 39. vbi eius additio, Afflict. *in cap.*1. per text. ibi, quæ ſint regalia, *num.*110. Tiraquel. *de retract. lignag. gloſſ.*14 §.1. *num.*30. *&* 36. Menoch. *conſ.*701. *lib.*8. *num.*110. Molina *de primogen. lib.*4. *cap.*9. Azeued. *in l.*4. *tit.*21. *lib.*3. *recop. num.*9. *& in l.*2. *tit.*3. *lib.*6. *num.*12. Morla *in empor. iur. tit.*3. *quæſt.*3. Gama, & eius additio. *deciſ.*151. *per totam*, Pinel. *in l.*1. *C. de bon. mater.* 3. *par. num.*98. & in emphyteuſi loquens, Valaſ. *quæſt.*49. Gama *deciſ.*8. latiſſimè Roſenthal. *d. tract. de feud. cap.*9. *concluſ.*21. vbi agit de tranſactione, & *concluſ.*22. vbi agit de compromiſſo, Euerard. *in loco à feudo ad emphyt. n.* 32. *&* 33. Cacheran. *conſ.*32. *ex n.*6. *& ex n.*43. *&* 62. *deciſ.*139. vbi tractat, an ſucceſſor in feudo ligetur tranſactionibus, conuentionibus, & pactis ab anteceſſoribus ſuis cum ſubditis initis? Ceuallos 3. *tom. com. q.*326. *& q.*781. *à num.*1. *deciſ. Auenion.*176. *n.*28. vbi benè admittit tranſactionem in feudo de lite dubia, & incerta. Sicut & videtur, quòd ob eandem rationem admit-
58 ti poſſit † amicabilis compoſitio, & vt pro bono pacis aliquid detur de prouentibus ipſius feudi, vel beneficij, ſicut aliàs in beneficiis Eccleſiaſticis dicitur *in c. ſuper eo, de tranſact. c. de cætero, de tranſact.* optimus tex. *in c. niſi eſſent, de præb.* vbi late proſequitur Abbas, & reliqui Scribentes, Qui etiam notant *in cap. veniens, eodem tit. de tranſact. num.*1. quòd fortè tranſactio ſuper beneficio valebit, durante vita beneficiati, qui eam fecit, de quo an ſit verum? & de aliis quæſtionibus circa compromiſſa, & tranſactiones in beneficialibus, vide Nauarr. *conſ.*46. *de ſimonia*, Molin. Theolog. *de iuſt. & iur.* 2. *tom. de contract. diſp.*556. Lupum *alleg.*103. Anchar. *conſ.*34. & plures alios, quos congerit Tuſchus *litter. C. concluſ.*501. *& litt. T. concluſ.*348. *per totam.*

Si verò non per viam tranſactionis, aut compro-
miſſi, † ſed ad effectum partitionis, aut diuiſionis, 59
aliquid inter duos poſſeſſores diuerſorum feudorum, & ſimiliter Commendarum, actum, vel pactum fuerit, dum inter eos dubitatio eſſet de terminis, & finibus feudi, vel de populis, aut Indis ad hanc, vel illam Commendam pertinentibus, tunc non dubitarem affirmare, quòd fraudis, aut colluſionis ſuſpicione ceſſante, diuiſio inter eos inita, tam domino feudi, quàm vaſſallorum diuidentium ſucceſſoribus præiudicaret, & ei ſtare
tenerentur. Nam † hæc diuiſio non eſt alienatio, 60
ſed quædam veluti naturalis, & neceſſaria ipſius feudi, vel Commendæ conceſſæ deſignatio, ad eum effectum facta, vt vnuſquiſque, quod ad ſe pertinet, cognoſcere poſſit; quod ad omnem poſſeſſorem porrigitur, arg. text. *in l. fin. D. ſi ex noxal. cauſ. agatur*, ibi: *Quod implicitus ei caſus libertatis fuerit*, iuncta *l.*5. *D. de noxa. action. l. Iulianus* 13. §. *idem Celſus, D de action. emp.* ibi: *Æquum eſt enim eandem eſſe conditionem emptoris, quæ futura eſſet, ſi eum ipſo actum eſſet communi diuidundo*, iunctis aliis, quæ notant Bart. *num.*2. Iaſ. & Ripa *num.*12. per tex. ibi *in l. ſerui electione*, §. *cùm fundus, D. de legat.*1. Pro quibus etiam facit text. *in l. cùm hæreditas ex fideicommiſſo* 36. *D. ad Trebell.* & magis in noſtris terminis *in cap. vnico, de controuerſ. inter vaſſall. & alium*, vbi Bald. & *in cap.*1. §. *rei, de inueſt. de re alien. fact.* qui ſic intelligendus eſt, vt per Albarot. *ibid. & in d. cap. vnico, n.*2. Bald. *in cap. vnic. de probib. alien, per Freder. num.*17. & plures alios, quos latè congerit Roſenth *d. tract. de feud. c* 9. *q.*53. *n.*1. *& ſeqq.* & tetigi *ſup. cap.*12. *nu.*21.

Præterea ex prædictis deſcendit, † quòd 6
quemadmodum in maioratibus, feudis, & aliis iuribus ſimilibus, bona ex quibus conſtant, non diuiduntur inter filios, neque in collationem trahuntur, ſed primogenito, ſiue aliàs vocatis à lege, vel teſtatore in ſolidum applicantur, *cap. licèt, de voto, cap. Imperialem*, §. *præterea Ducatus, de prob. feud. alien. per Fred. l.*2. *tit.*15. *par.*2. latè Tiraq. *de primog. q.*4. Couarr. *in pract. cap.*1. *n.* 7. *& lib.*2. *var.* Molin. *eod. tract. lib.*1. *cap.*11. *ex num.*1. Ant. Gomez *in l.*40. *Taur. num.*59. Iul. Clar. § *feudum, q.*46. Gregor. Lop *in l.*28. *tit.*8. *par.*5. *gloſs.*5. *q.*3. *in fine*, Mendez de Caſtr. *in tract. de bon. quæ lib.* Roſenth. qui innumeros refert, *in d. tract. de feud. cap.*7. *concl.*13. *num.*1. *& ſeqq. & litt. A.* & Mangil. *de imput. q.*36. *&* 37. Ita † noſtræ Commendæ non conferuntur, neque in legitimam imputantur, vt ferè in eiſdem terminis, de Commendis Ordinum Militarium loquens, tradit Parlad. *in ſexquicent. diff.* 150. §. 3. *num.*13. ibi: *Eæ verò alteræ, quæ* Encomiendas *vocantur, quoniam neque vendi, nec tranſmitti ſolent, omninò collationis onere liberæ ſunt.* Et in ipſis noſtris Commendis Indorum Ant. de Leon *in tract. de confir. Reg.* 1. *par. cap.*5. *n.*25. *& cap.*9. *& cap.*19. *num.*34. Et ita quotidiana praxis obſeruat, † & natura ipſarum Commendarum expoſtulat, quæ vnitatem

deſide

desiderat, *l. 3. D. de aliment. leg.* text. DD. *in in l. quod te mihi, D. si cert. pet. l. Lucius, D. de vsur. l. planè, D. famil. ercisc.* iuxta quam earundem Commendarum concessio, & successio,
4 regulari debet, † etiam in eo, quod expressum non sit, vt quasi expressum intelligatur *l. Caius,* vbi notant Bart. & alij *num. 7. D. solut. matr.* idem Bart. post gloss. *in l. 1. C. de seruit. & aqua* cum pluribus exemplis, & Doctoribus, quæ aptissimè ad rem nostram adducit Molina *d. lib. 1. cap. 3. num. 2.* Quia † omnis actus debet in-
5 terpretari iuxta finem, qui in eo prætenditur, vt docet Bart. per text. ibi *in l. si non sint, §. perueniamus, de aut. & arg. legat.* & de eodem fine nomen accipere solet, secundùm Philosophum relatum à Bald. *in l. 2. de locato, num. 2.* & Bart. *in l. ambitiosa, D. de decret. ab ord. faciend.* latè Tiraq. *de retract. lignag. ad fin. tit. 18. num. 19. & 23.* Tusch. *litt. F. conclus. 378.* Giurba *ad consuet. Massanens. part. 1. cap. 1. gloss. 4. num. 112.* Craueta *cons. 137. num. 14.* Surd. *cons. 164. num. 32.* Casanate *cons. 45. num. 107. &* Bimius *cons. 161. num. 37. & 40.*

6 Sed hic quæri potest, & solet, † an quamuis Commenda ipsa non conferatur, neque filio, vel filiæ in ea succedenti in legitimam imputetur, imputari tamen debeat quantitas, quam pater in ea consequenda erogauit, vel in litibus, super eadem ortis, prosequendis, aut componendis? Supposito, quod totum eius commodum pertinet ad vnum filium, & alijs iuxta æquitatis regulas sarciendum videntur, quod ad ipsos alias, de pecunijs in hanc causam erogatis, peruenire potuisset. Et cum circa hunc articulũ variæ in materia feudorum opiniones, & distinctiones reperiãtur, quas latè, & benè refert, & prosequitur Mangil. *d. tract. de imput. c. 30 per tot.* & Rosenth. *d. cap. 7. concl. 13. per tot.* Mihi, quod attinet ad nostras Commendas, breuiter dicendum, & resoluendum esse vide-
7 tur, † quòd si pater Commendam emit, vel alio modo pecunia composuit; vt ipse sibi eam acquireret, & prima quod aiunt vita, possideret, & hæc Commenda post eius mortem ad filium ex lege sucessionis in secunda vita pertranseat, tunc nihil ab hoc filio, dictarum expensarum nomine, peti possit: secùs verò vbi eas fecit, vt directò, in prima vita ipsi filio Commendam acquireret, & in eius capite Commendæ titulus expeditus reperiatur, iuxta distinctionem, quam in feudis communiter facere solent DD. per tex. ibi *in cap. 1. §. cùm verò Conradus, qui feud. dar. poss. & in l. 1. §. si ab ipso, l. 2. vers. Diuersum, D. de collat. bon.* Bart. omninò videndus, *in l. 1. §. neque castrense, num. 6. D. eodem tit.* idem Bart *in l. Gallus, D. de lib. & posth.* Bald. *in l. qui se patris, num. 6. C. vnde liberi, & in l. libertis, num. 28. C. de oper. libert.* vbi etia per Cynum, & alij, quos refert, & sequitur Mangil. *d. cap. 36. num. 3. & seqq.* Ioan. Garc. *de expens. cap. 4. num. 14. &* Morquech. *de diuis. bonorum, lib. 1. cap. 7. num. 36.*

Et ratio est, quia primo casu, ius illud in persona patris radicatur, & sic sibi magis, quam
8 filio consuluisse videtur, cuius sucessio † cùm in consequentiam veniat, & ex legis dispositione, multum attendi non debet, *l. 1. D. de auth. tut. cap ad audientiam,* vbi gloss. *de praescript.* cum alijs, quæ adducit idem Mangil. *vbi sup. cap. 21. num. 9.* Tiraquel. *in tract. de cessan. cons. limitat. 22. in fine,* & Surd. *cons. 67. num. 31. & cons. 96. num. 49.* In secundo verò, † cùm totum illud negotium, & dispendium,
ob filij compendium, & vtilitatem fecerit, eo- 69
que mediante, filius Commendæ reditibus, & honoribus, non solùm dum viuit, fruatur; sed etiam post mortem alteri hæredi relinquat, possumus de Commenda iudicare, † quod de alijs
militijs, vel officijs honorarijs, & ad hæredes 70
transmissibilibus, quæ parentes filijs emere solent, & in collationem trahuntur, atque in eorum legitimam imputantur, vt *in l. omnimodo, §. imputari, C. de inoffic. testam. l. illud, C. de collat.* cùm alis, quæ adduxit Bartol. *in dict. §. neque castrense, numer. 4.* Ripa *in l. in quartam, numer. 136. D. ad leg. Falcid.* Anton. Gomez *in l. 29. Tauri, n. 21.* Ioann. Garc. *d. cap. 4. num. 16.* Matienz. *in l. 3. tit. 8. lib. 5. recop. gloss. 2. nu. 13.* & reprobata sententia Telli Fernandez, contrarium asserentis, Corduba *de casib. conscient. quæst. 134.* Parlador. *d. differ. 150. §. 3. n. 10. & seqq.* & Magil. qui plures alios adducit *d. tract. de imput. cap. 33. per tot.*

Ideò autem pondus in eo fecimus, † quod 71
Commenda non solùm in persona filij durare deberet, sed an alterum hæredem iuxta legem successionis transmissibilis esset; quoniam si solùm pro vita filij duraret, & eo mortuo extingueretur, tunc magis certum esset in collationem, & imputationem non venire, etiam si pater magnas expensas, fecerit pro ea filio ac-
quirenda, quemadmodum † contingit in gradu 72
Doctoratus, quem ei comparauit, vel in præbenda alicuius Ecclesiæ, quantumvis pingui, aut etiam Episcopatu, & bullarum expeditionibus, nisi contrarium ipse pater expressè testamento suo declarauerit, vt tradit Bart. *in d. §. neque castrense, nu. 4.* quem benè explicat, & communiter receptum esse testatur Ayora *de partition. 2. part. cap. 18.* Parlad. *dicta different. 150. §. 4. num. 3. 4. & 5.* Ioan. Gutierrez *lib. 2. pract. q. 66. num. 12.* & plures alij, quos refert, & sequitur Mangil. huius doctrinæ rationes adducens *d. cap. 33. ex num. 8.*

Denique † cùm præscriptio sit genus quod- 73
dam alienationis, *l. alienationis 28. D. de verbor. signific. l. 3. §. 1. D. quæ in fraud. cred. l. qui hæredi 44. §. si pars rei, D. de condit. & demonst.* dubitari potest, an præscriptio in Commendis locum habeat? & intra quod tempus perficia-
tur? Et resolutiuè constituo, † quòd si talis 74
præscriptio contra Regem, tanquam directum dominium, prætendatur, non aliter procedet, quàm si triginta, vel vt alij volunt, centum annorum spacium effluxerit; si autem de præscribendo vtili dominio Commendæ, vel eius commoditatis agatur, de nouo priuato contra alium, tunc longi temporis spatium sufficiet, idest, decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, bona fide, & titulo præcedente, vt aliàs de præscriptione ordinaria loquens docet I. C. *in l. Celsus, D. de vsucap. §. 1. Inst. eodem, cap. si diligenti,* vbi DD. *de præscript. l. nullo, C. de reiuind. l. 1. & per totam, C. de long. temp. præscript. l. si quis emptionis, in princip. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* Et in † ipsa feudorum materia expressè colligitur
ex text. sing. *in cap. 1. §. quid ergo, de inuest.* 57
de re alien. fact. iuncto cap. 1. §. si quis per triginta, si de feudi fuer. controuers. vbi præ- dicta

dicta distinctio constituitur, quam sequitur gloss. *in cap. ad audientiam, de præscript.* vbi Abb. Hostiens. & Felinus *num.* 12. latè Signorolus de Homodeis *cons.* 10. *num.* 7. Roman. *cons.* 166. *n.* 10. Ioan. Faber *in* §. *seruitus, num.* 5. *Inst. de iure personarum,* Zas. *in tract. de feud.* 6. *part. pag.* 55. latissimè noster Greg. Lopez *in l.* 10. *tit.* 26. *part.* 4. Alex. *cons.* 69. *num.* 4. *lib.* 2. *&* *cons.* 113. *num.* 11. *vers. Nec obstat, lib.* 4. Decius *cons.* 144. *num.* 3. *&* 4. Pont. *de potest. Proreg. fol.* 139. *n.* 36. Balbus *de præscript. in* 4. *p.* 4. *part. principal. q.* 12. *princip.* Menoch. *cons.* 1098. *ex num.* 20. *&* *cons.* 150. *numer.* 8. *&* *cons.* 181. *n.* 91. *lib.* 11. Gabriel. *cons.* 163. *num.* 14. *&* 17. *lib.* 1. Parisius *cons.* 23. *à num.* 194. Freccia *de subfeudis lib.* 1. *fol.* 106. Schrader. *de feud. part.* 8. *cap.* 6. Rosenthal. *in eod. tract. cap.* 9. *conclus.* 84. *num.* 4. vbi gloss. *litt. C.* & additio ad Ludouisium *decis.* 418. *num.* 16. Azeued. *in Rub. tit.* 3. *lib.* 6. *n.* 8. Cacheran. *decis. Pedemont.* 176. *&* 177. Additio ad Iul. Clarum, § *feudum, quæst.* 45. *num.* 1. & Parlad. *differentia* 24. §. 2. *ex num.* 1.

76 Quod primò confirmatur ex simili † præstationis decennalis, quæ facta ex causa, & titulo præcedenti, inducit obligationem præstationis in futurum, vt *in l. cùm de in rem verso, D. de vsur. & in l. si certis annis, C. de pact.* vbi omnes DD. communiter, *l. litibus, C. de agric. & censit. lib.* 10. Butrius & alij, *in cap. peruenit, de censib.* Balbus *de præscript. in* 1. *part. tertiæ part. princip. q.* 10. Alex. *cons.* 113. *col.* 2. *&* *cons.* 108. *libr.* 2. *&* *cons.* 75. *libr.* 4. & plures alij relati à Bernard. Diaz *reg.* 26. Corras. *lib.* 3. *misc. cap.* 15. Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 13. & Flores de Mena *in pract. quæstion. q.* 2. *&* *q.* 23. *num.* 13. *cum seqq.*

77 Secundò, quia sicut regulare est, † iurisdictionem non posse acquiri contra Principem, nisi præscriptione centenaria, aut immemoriali, vt tenet Paulus Castrens. & alij *in l. Imperium. D. de iurisd. omn. iud.* tamen quando agitur de præscribenda iurisdictione, inter priuatos, & de vno priuato contra alium, tunc talis iurisdictio acquiritur tempore ordinario, scilicet decem, vel viginti annorum, cum titulo, vt docent Moderni *in d. l. Imperium,* Bald. *in l.* 1. *n.* 18. *C. de emancip. lib.* Ancharr. *cons.* 142. *numer.* 12. Alex. qui hanc dicit communem *cons.* 16. *nu.* 17. *libr.* 5.

Sed hæc quidem admittenda erunt, si agamus de præscriptione ei obiicienda, & opponenda, contra quem dicto tempore, & modo præscriptum est. Cæterùm si aduersus eos obiiciatur, qui à lege ipsa ad feudi, vel Commendæ successionem vocantur, maiorem quidem difficultatem res habere videbitur. Nam † cum

78 possessor in eorum præiudicium expresè alienare, vel renunciare Commendam non potuerit, vt suprà retulimus, pariter quoque, nec per præscriptionem eis nocere, ex *d. l. alienationis,* ibi: *Vix est enim, vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi,* melior tex. *in l. fin.* §. *si autem, C. com. de legat.* ibi: *Vt nec vsucapio, nec longi temporis præscriptio contra legatarium, vel fideicommissarium procedat, l. vbi lex, D. de vsucap.* vbi hoc ampliatur, etiam dato titulo, & bona fide, cum aliis, quæ congerit Anton. Gab. *libr.* 5. *com. tit. de præscript. conclus.* 13. *num.* 1. & Molina *de primogen. libr.* 4. *cap.* 10. *num.* 1. *&* *seqq.* vbi eius additio plures alios adducit. Est enim recepta Doctorum sententia, præscriptionem decursam aduersus feudi possessorem, non nocere, ei; qui ex propria persona successurus est in ipso fundo, vt docet Isernia *in cap.* 1. §. *hoc quoque de success. feud.* & ibidem Albarot. *col.* 6. & Præpositus *col.* 3. meliùs Afflictis *in cap.* 1. §. *Titius num.* 7. *si de feud. defuncti,* vbi hinc infert, quòd nunquam contra agnatos præscribitur feudum ex pacto, & prouidentia, & est communis opinio, quam probant alij permulti, longa serie congesti ab Osasco, *decis. Pedemont.* 177. Hartman. Pistore *q.* 8. *n.* 41. & Menoch. *d. cons.* 1098. *numer.* 20. *lib.* 11. & Rosenthal. & alij *sup.* citati.

Et idem, ob eandem causam, contigit in maioratibus, quorum successoribus non nocet præscriptio cœpta, aut etiam perfecta cum antecessoribus, nisi fortè ea immemorialis esse probetur, ex iuribus, & Authoribus, quos latè adducit Paul. de Castro *cons.* 467. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. Roder. Suar. *alleg.* 3. Pinel. *in auth. nisi tricennale num.* 49. *C. de bon. quæ lib.* Greg. Lop. *in dict. l.* 10. *tit.* 26. *part.* 4. *verbo, Ni le empece, col.* 8. Anton. Gom. *in l.* 40. *Taur. num.* 20. *ad finem,* Molina *d. cap.* 10. *num.* 10. *& per totum,* Anton. Gab. *d. conclus.* 13. *&* *conclus.* 11. Matienz. *in l.* 8. *tit.* 7. *libr.* 5. *recop. gloss.* 5. *num.* 36. Fusárius *de substit. q.* 528. *per totam,* Pat. Molina *disput.* 75. Flores de Mena *in addition. ad Gam. decis.* 27. *&* 84. quia (vt sæpè diximus) in feudo antiquo, ex pacto, & prouidentia, nullum filio per patrem nocumentum, siue præiudicium inferri potest, de quo latiùs agit Menochius *cons.* 1156. *num.* 42. Pet. Petra *de potestate Princip. cap.* 32. *numer.* 22. & Ioann. Garcia *de nobilit. gloss.* 6. *numer.* 38.

De † instantia verò litis cœptæ cum possessore Commendæ, quando transeat in eius in eadem successorem? & quid in sententia an, & quando noceat successori non citato? videnda sunt, quæ in similibus quæstionibus, circa feuda, & maioratus, latè post plures alios, quos referunt, tradunt Rosenthal. *d. tract. de feud. cap.* 9. *q.* 25. *cum multis seqq.* Schrader. *in eodem tract. par.* 10. *sect.* 3. *ex num.* 161. *ad* 164. *syntagm. comm. opinion. tit. de feud. Rub. si de feud. fuer. controuers. num.* 22. *vers. Decimò quæritur, fol.* 646. Molina *de primogen. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 6. Mieres *eod. tract. part.* 4. *q.* 14. Cabedus *decis. Lusitaniæ* 198. *part.* 1. latè D. Ioann. del Castillo *libr.* 2. *controuers. cap.* 9. Osaschus Cacheranus *decis. Pedemon.* 157. Menoch. *cons.* 501. *libr.* 6. qui aliquos casus benè distinguit, Marescot. *libr.* 2. *variar. capit.* 121. *à numer.* 4. Ceuallos 1. *tom. commun. quæst.* 636. Valascus *de iure emphyt.* 1. *part. quæst.* 10. *&* *consult.* 160. Scacc. *de appellat. quæst.* 5. *numer.* 6. *&* 260. & nouissimus & eruditiss. D. Ioann. Baptist. de Larrea *discept. Granatens. capit.* 44. *numer.* 34. *pag.* 459

CAPVT XV.

An, & quando pater gaudeat vsufructu Commendæ filio, in eius sacris constituto, concessæ, vel ex succeßione matris, aut aui materni delatæ? Et an Commendæ, vel earum reditus inter coniuges, sicut alia iura, communicentur.

SVMMARIVM.

1 *Commendæ, quam filius habet, vsusfructus an ad eius patrem pertineat?*
2 *Vsusfructus omnium bonorum, & redituum, quæ filius possidet, regulariter ad patrem pertinet.*
L.quæcunque,lex cùm oportet, & l.fin.C.de bon.quæ liber. *illustrantur, ibidem.*
3 *Vsusfructus commendæ Indorum patri non acquiritur, etiam si eius contemplatione filio data fuerit, secundum Matienzum, & alios.*
Dom. Ægid. Ramirez de Arellano, Supremi Consilij Senator, laudatur, ibidem.
4 *Commenda, cuius contemplatione data sit non inspicimus, sed in quem conferatur.*
5 *Donationes, & gratiæ Principum gaudent priuilegio bonorum castrensium, vel quasi, & ideò patri earum vsusfructus non quæritur.*
L. cùm multa, C. de bon. quæ liber. & l.7. tit.17.part.4. *explicantur, & illustrantur ibidem.*
6 *Principum gratiæ, & donationes plura specialia habent.*
7 *Feudi vsusfructus patri non quæritur.*
8 *Feudi inuestitura vbi in filij persona fit, præsupponitur eum fructibus potiri, & onera subire debere.*
9 *Pater licèt gaudeat vsufructu in maioratibus ordinariis ad filium pertinentibus, secùs tamen in illis, qui ex donationibus fundati sunt.*
10 *Vsusfructus alterius vsusfructus, filiofamilias dati, aut relicti, non quæritur patri, & quare?*
11 *Seruitus seruitutis dari non potest.*
12 *Commendæ sunt quædam veluti feuda militaria.*
13 *Argumentum de milite cœlestis militiæ ad terrestris valet.*
14 *Clericorum, etiam primæ tonsuræ bona cuiuscunque generis, pater vsumfructum non habet.*
15 *Auctor fuit consultus à Dom. Marchione de Guadalcazar de quæstione vsusfructus commendæ filij sui, & casus refertur.*
16 *Bona profectitia filiorum ad patres pertinent in vsufructu, & in proprietate.*
17 *Profectitia bona censentur ea omnia, quæ filiis, patris contemplatione, conferuntur, vel deferuntur.*
18 *Dotis nomine, quæ mulieri à Rege conceduntur, licèt quo ad eam contineant causam lucratiuam; quoad virum, qui eam ducit sub hac contemplatione, continent causam onerosam.*
19 *Bona materna, & dotalia filiis obuenientia, patribus quæruntur; quoad vsumfructum.*
20 *Matrimonij onera, qui sustinet, dotis commoda habere debet.*
21 *Vsufructu dotis filio assignatæ, cur pater gaudeat?*
22 *Par ratio paria iura desiderat.*
23 *Vsusfructus alterius vsusfructus quando considerari, & patri acquiri possit?*
24 L.fin.C. de vsufructu, *explicatur, & illustratur.*
25 *Pater succedit in feudo nouo, quod datum fuit filio, eius contemplatione.*
26 *Contemplatio patris, vel filij, an sit habita in feudi, vel vsusfructus concessione, pendet ex coniecturis?*
27 *Dotis à Rege concessæ titulus, licèt in personâ vxoris constituatur, non tamen marito eius vsusfructus denegari videtur.*
28 *Actus vltra agentium intentionem operari non debent, & principalis eorum causa attendenda est.*
29 *Concessio certæ quantitatis ex Regia arca soluendæ, interim dum commenda, assignatur, non est verè commenda, nec peculium castrense constituit.*
30 *Emphyteusis filio, ex matris succeßione obuenientis, patri quæritur.*
31 *Feudi materni ad filium translati vsusfructus patri quæritur, maximè vbi pro eo nullum seruitium præstatur.*
32 *Feuda omnia filiorum in potestate per patres administrari, & eorum vsumfructum eisdem quæri, Germaniæ praxis admittit.*
33 *Commendas filiorum in potestate in Regno Peruano patres administrant, & earum vsumfructum sibi vendicant.*
34 *Argumentum à solitis, vel consuetis magnam vim habet.*
35 *Communiter quod fit, legitimè fieri censetur.*
36 *Pater quibus casibus non gaudet vsufructu feudorum, vel bonorum filij, an saltem gaudeat lucris, interesse, & emolumentis ex eisdem bonis, quæ ipse administrat, obuenientibus.*
37 *Commendæ, & commendarum reditus, & emolumenta, an inter coniuges communicentur?*
38 *Lucra omnia constante matrimonio quæsita, regulariter inter coniuges communicantur.*
39 *Feuda, & donationes Regiæ, quoad proprietatem, inter coniuges non communicantur, secùs quoad eorum reditus, & fructus.*
40 *Commendæ Ordinum militarium, vel earum reditus, an, & qualiter inter coniuges communicentur?*
41 *Maioratus reditus qualiter inter coniuges communicentur?*
42 *Feudi, & emphyteusis augmenta, etiam constante matrimonio obuenientia, inter coniuges non communicantur.*
43 *Commenda, vel feudum constante matrimonio quæsitum ex succeßione, vel ex donatione Principis, non communicatur inter coniuges, & quare?*
44 *Feudum obueniens post contractum matrimonium, an dicatur paraphernale? & quid de eius fructibus? remißiuè.*

45 *Feuda non continentur in dispositione statuti de bonis etiam generaliter loquentis.*

46 *Feudum, & quodcunque aliud præmium militare, & castrense, quod maritus acquisiuerit militando, communibus expensis suis & vxoris, qualiter debeat inter eos communicari?*

47 *Vxor, si succedat in aliqua Commenda pro cuius consecutione maritus mutuas pecunias accepit, an eas soluere teneatur?*

48 *Maioratus, vel Regni successor tenetur ad debita antecessoris contracta in eius augmentum, vel meliorationem.*

49 L. si & me, & Titium, D. si certum petatur, *expenditur, & illustratur.*

50 *Res mea quoties ad alium ex causa lucratiua, etiam sine facto meo, peruenit, eam mihi æqualitatis ratione reddere debet.*

51 *Vxor tenetur soluere mutuum, quod maritus contraxit pro ea sustentanda, si illius bona soluendo non sint.*

52 *Marito degente, & bona quærente apud Indos, in absentia vxoris, qualiter illa communicentur?*

SVppradictis proximè accedit quæstio alia satis frequens, & quotidiana, nimirum de
1 † vsufructu Commendæ, quæ filio in patria potestate constituto, de nouo conceditur, aut ex successione matris, vel aui materni defertur, & an is ad patrem pertineat, vel apud ipsum filium remanere debeat? vtpotè in cuius capite Commenda consistit, & iniuncta ei onera, & seruitia subire tenetur. Et quidem si ordinarias iuris communis, & Regij decisiones, ac regulas attendamus, pro patre respondendum videtur,
2 † cùm ei quæri soleat vsusfructus omnium bonorum, & redituum, ac maioratuum aduentitiorum, vel maternorum, quæ filius acquirit, vt *in l. quæcunque, l. cùm oportet, & l. fin.* cum ibi notatis, *C. de bon. quæ liber. l. fin. C. de vsufr. § igitur, Inst. per quas personas, l. 5. tit. 17. part. 4. l. 48. Tauri*, quæ est *l. 9. tit. 1. lib. 5. recop.* cùm latè adductis à Roder. Suar. *in quæst. maiorat. ex num. 1.* Anton. Gomez *in d. l. 48. ex num. 3.* Pinel. *in l. 1. C. de bon. matern. 1. part. ex num. 10.* Ascan. Clementino *in tract. de patr. potest. effect. 2.* Menoch. *de success. creat. libr. 2. §. 19. à num. 65.* Molina *de primogen. libr. 1. cap. 19. ex num. 18.* Matienz. *in d. l. 9. gloss. 1.* Cald. Pereir. *in l. si curatorem, verb. Læsis, ex numer. 90.* Ioann. Garcia *de coniug. ac quæst. ex numer. 120.* Eman. Mendez de Castro *in tract. de bon. quæ lib. ex numer. 105.* Alexan. Trentacinquio *libr. 1. variar. resolu. tit. de pecul. resolut. 2. & seqq.* Parlad. *in sexquicent. different. 123.* D. Ioann. del Castillo *de vsufruct. libr. 1. cap. 3. n. 44. & c. 66. per tot.* & nouissimè Philipp. Paschal. *in tract. de virib. patr. potest. 1. part. c. 3. &* Molina *de pact. nuptial. lib. 3. q. 58. ex num. 4. fol. 103.*

3 Sed nihilominus † in nostris Commendis contrarium expresè affirmauit Matienzus *in d. l. 9. gloss. 2. ex num. 6. vsque ad 12.* & eum referens, & sequens, eximius ille Præceptor, & Regij supremi, ac Cameralis Senatus Consiliarius meritissimus Ægid. Ramirez de Arellano, in elaboratissimis scholiis, quæ Salmanticæ quondam suis auditoribus dictauit, *ad d. titulum, D. de bon. quæ lib. l. fin. circa finem*, & nouissimè idem indistinctè, & indubitanter, probat Ant. de Leon *in tract. de confirmat. Reg. 1. par. cap. 4. n. 15. fol. 25.* qui hoc adeò verum esse existimant, vt procedat, etiam, si ipsi filio contemplatione patris, & propter eius merita, Commenda concedatur, quia † non est animaduertendum, cuius contemplatione fuerit concessa, sed in quem conferatur vt *in d. l. cùm multa, D. de bon. quæ li. l. 2. tit. 21. part. 1. l. 6. tit. 17. part. 4.* Aretin. *in l. si plures, § in adrogato, D. de vulg.* Isernia *in capit. 1. §. & si libellus, numer. 113. de alien. feud. pater.* Burg. de Paz *cons. 38. num. 6.* & Burg. de Paz Iunior *q. 11. numer. 26. & 47.* Gomez *in d. l. 48. Taur. num. 4.* latè Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 28.* & Ioann. Garcia *in tract. de donat. remunerat. numer. 8.*

Et huius sententiæ eam rationem reddunt, quòd si dictas Commedas † tanquam meram gratiam, seu donationem, vel liberalitatem Principis consideremus, planum est, quod priuilegio bonorum castrensium, vel quasi castrensium fruuntur, & sic ad filios, pleno iure proprietatis, & vsusfructus pertinent ex decis. text. *in d. l. cùm multa, & l. 7. d. tit. 17. part. 4.* cum notatis à Doctoribus ibidem, Ias. *in Auth. ex testamento, nu. 5. C. de collat.* Isernia *in c. 1. in princip. n. 9. de his, qui feud. dar. poss.* Roder. Suar. *vbi sup. n. 18. & 19.* Boër. *decis. 199.* Trentacinq. *resol. 5. num. 10.* Paschal. *d. cap. 3. nu. 47.* Cassan. *in Catal. glor. mund. 5. par. consid. 28.* & Molina *d. cap. 19. num. 24.* Vbi † alia plura priuilegia, & specialia gratiarum, & donationum Principalium enumerant.

Si verò dictas Commendas feudorum regulis metiri velimus, quibus in multis (vt sæpè diximus) assimilantur, & tradit idem Matienz. *in l. 6. gloss. 2. num. 19. tit. 17. lib. 5. Recop.* In his † etiam reperimus, quòd siue sint feuda noua, siue antiqua, patri vsusfructus non quæritur, sed integrè spectant ad filium, veluti in compensationem seruitiorum militarium; & aliorum onerum, quibus, ex natura, & legibus concessionis feudi, adstrictus manet, prout, & in nostris Commendis procedit, vt arg. text. *in l. si cui 9. D. de seruit. l. cùm quid 5. D. si cert. pet. l. 3. §. si quid minor, D. de minor. Authent. vt liceat matri, & auiæ, §. 1. collat. 8. & cap. beneficium, in fin. in quib. caus. feud. amit.* probat latè Andr. de Isernia in locis sup. citatis, præcipuè *in d. cap. 1. de his, qui feud dar. poss. n. 13.* vbi etiam Præpos. Iac. de Bellouisu, Nicol. de Neap. & Matth. de Afflict. *num. 64* Greg. Lop. *in d. l. 5. gloss. magna, ad medium, & in l. 7. tit. 26. par. 4. gloss. 1.* Zasi. *de feud. 5. par. pag. 42. & 43.* & alij relati à Matienzo *in d. l. 9. gloss. 2. num. 8.* & vltra eos, Doctores, *in cap. 1. de duobus fratribus*, vbi Afflict. *num. 16.* inquit, † hoc virtualiter in ipsa feudi inuestitura dici, aut præsupponi, eo ipso, quòd in persona filij facta fuerit, & idem, post alios, quos citat, resoluit Roland. à Valle *cons. 71. num. 65. vol. 2.* qui tamen contrarium tenere videtur *cons. 54. nu. 28. vol. 3.* Misynger. *resp. 92. n. 14* Hieron. Schurff. *cons. 19. num. 43. cent. 3.* & Rosenthal, qui de communi opinione testatur, & innumeros refert, *in tract. de feud. cap. 7. concl. 14. num. 13.* & in additionibus, siue notis, *litt. N. pag. 296. & 297.* & iterùm *cap. 9. membr. 2. concl. 66 numer. 40. & seqq.* Vultei. *eod. tract. libr. 1. capit. 4. numer. 8.* vbi distinctam resolutionem, & distinctionem huius articuli tradunt, idem Rosenth. *cap. 3. conclus. 5. fol. 51. & 52.*

& 52. vbi quòd feudum filio acquiritur tanquam peculium castrense, vnde patri, nec vsusfructus, nec administratio cedit.

Quibus addere licèt, † quòd quamvis in maioratibus ordinariis, in quibus filij ex linea materna, aut aliunde succedunt, partes vsufructu potiantur, vt suprà retulimus, contrarium tamen ex supradictis rationibus resoluitur, in aliis maioratibus, quorum fundatio, & origo processit ex gratiis, & donationibus Regiis, ad effectum instituendi talis maioratus factis, quales sunt illi, qui hodie etiam in nostra Hispania durant, ex donationibus domini Regis Henrici Secundi, de quibus agit *l.11.tit.17. lib.5.recop.* & Molin. *in præfat. de primog.nu.16.* his namque pater vsufructu non gaudet, sed pleno iure ad filios, quolibet gradu succedentes, spectant, quasi hi omnes ipsius Regis donatarij esse videantur, & ab eo ordine successio vocati, argum. *l.quoties, C.de donat.quæ sub modo, l.vnum ex familia, §.si de Falcidia, D.de leg.2.l.7. tit.4.part.5.* vt notanter docuit Roder. Suar. *in d.q.maiorat.ex num.17.* Greg.Lop. *in d.l.7.part.* Gomez *in d.l.48.Taur.ex num.4.* Matienz. *d.gloss. 2.ex num. 5.* & Molina, qui solum Roder. adducit *d. capit.19. numer. 24.* vbi nouissimè eius additio subdit, horum bonorum priuilegium transire ad quemlibet possessorem, habentem causam à donatario, vt per Greg. *in d.l.5. & 7. tit.17.par.4.* Mieres *de maiorat.1.part.q.26.col.2.* & Steph.Gratian. *5.tom.discep.forens.capit.993. num.19.*

Deinde in corroborationem eiusdem opinionis considerare possumus, quòd hæ Commendæ vsusfructus naturam in pluribus imitantur, vt dixi *sup.hoc lib.c.2.n.8.* Vnde sumus † in casu glossæ celebris, & notabilis *in Auth. idem est, C. de bon.quæ lib.& in d.Aut.vt liceat matri, & auiæ,* quæ inquit, quòd quotiescunque filio in sacris paternis constituto, aliquis vsusfructus datur, aut legatur, ille non acquiritur patri, quia † esset dare vsumfructum vsufructus, contra *reg.l.1.D. de vsufruct.leg.* quarum glossarum doctrinam sequuntur alij DD. communiter, vt constat ex Alber. Fulgos. Salic. & aliis *in d. Auth.idem est, & in l.1.C.de bon.mat. vers. Quid si filio,* Roder.Suar. *vbi sup.n.2.* Trentacinq. *d.resol.5.n.9.* & Paschal. *d.cap.3.num.100.*

Denique pro eadem sententia perpendi potest, quòd non debet mirum videri, si hoc priuilegium Commendis tribuamus, † quæ sunt veluti quædam feuda militaria, & ad tuitionem, & conseruationem harum Indicarum regionum constituta, vt *supr. c.1.& 2.* notauimus. Cùm † regulariter valeat argumentum, de milite cœlestis, ad militem armatæ militiæ, & è contrario, vt per gloss. & DD. *in l.miles, D.de re iud.* Barbat. *in cap. Odoardus, de solution.* Euerard. *in locis argum. cap. 22.* Mathesilan. *sing. 60.& 61.* Palac. Rub. *in repet. Rubr. § 30. numer.3.* Padilla *in l.1. num.7. C.de iuris, & fact.ignor.* Couarr. *lib.2.var.cap.1.nu.9.* Et † in Clericis, etiam prima tantùm tonsura initiatis, compertum sit, vt de bonis eorum, siue liberis, siue maioratui subiectis, partes vsumfructum percipere non possint, vt probatur ex tex. *in cap. quia nos, de testam.auth.presbyteros, & l.sacrosanctæ, C.de Episcop.& cler.* & tenet Roder.Suar. Palac.Rub. Decius, Couar. Pinel. & Tellus Fernandez quos refert, & sequitur Molina *d.cap.19.n.25 & seqq.*

& vltra eos Ant.Gomez *in d.l.48.Tauri, n.7.* vbi eius additio, Spino *in spec.testam.gloss.4.n.6.* Paschal. *d.tract. de patr. potest.1.part. cap.2.ex n.38.* Castillo *d.lib.1.de vsufruct. cap.3.n.45.* & D.Valenz. Velazquez *cons.5.per totum.* Et est videndus Matthæ. de Afflict. *decis.241.* vbi refert, filiumfam. possedisse prima iuuenta Sacerdotium, cuius fructus omnes pater perceperat; eumque ducta vxore, litem aduersus patrem instituisse, de restituendo Sacerdotali reditu tanquam de peculio, quasi castrensi collecto, & patrem in solidum condemnatum fuisse per Senatum Neapolitanum, quod item aliis Arestis Parisiensibus comprobat Ant.Mornacius *in notis ad l.ait Prætor 7.de minor.pag.135.*

Verumautemverò licèt hæc ita ex sententia dictorum Authorum procedant, & confirmari posse videantur. Ego † tamen ann. 1622. 15
contrarium Limæ respondi consultus de facto, & in propria ipsius causa, à Dom. Marchione de Guadalcazar, Peruano ea tempestate Prorege, cui dotis nomine, & vt congruentius matrimonij onera sustentare posset, quod cum clarissima Heroina domina D. Maria de la Riere contracturus erat, D. Philipp. III. Rex noster Piissimus, vltra alia, quantitatem annuam sex millium ducatorum per duas vitas iuxta legem successionis concessit, & ex Regiis arcis præstari iussit, interim dum Commendæ vacarent; in quibus eadem quantitas assignari, & persolui posset. Et cum vxore mortua, in cuius capite hæc gratia expedita fuit, quæque primam eius vitam expleuit, filius masculus relictus esset, qui in secunda vita iuxta legis formam successurus erat, quærebat Marchio, an ei vsumfructum reseruare teneretur? vel sibi applicare posset, & de eius reditibus, vt de reliquis propriis bonis, viuens, & moriens, absque aliqua restitutionis, vel computationis obligatione disponere.

Primò enim in fauorem Marchionis consi- 16
derabam, quodammodo huius consignationis reditus profectitiis bonis similes censeri potuisse, † in quibus scimus patri, non solùm vsumfructum, verùm & proprietatem acquiri, *d.l.cùm oportet, D.de bon. quæ lib.d.§.igitur, Inst. per quas person d.l.5 tit.17.part.4.* Eo supposito, quòd filij ad dictam successionem, vocatio, & admissio, patris occassione, & contemplatione facta fuit, & sic † intrat doctrina glossæ *in* 17
d.l.cùm oportet, verb. Ex eius substantia, quam ibi sequitur Bart. Bald. Albert. Corneus, Salicet. & reliqui, Ias. & Decius *in l. vt liberis, D. de collation.* Parlad. *different. 23. §. 1. numer. 1.* & latissimè Rosenthal. *d. tract. de feud. 1.part. cap. 9. membr.2. conclus.66. num.8. & 9. pag.602.* & Menoch. *de præsumpt.lib.3.præsumpt. 28. num.1.& 2.& per totam,* qui omnes docent; & resoluunt, id totum, quod filio patris contemplatione confertur, vel defertur, profectitium iudicari, & vt tale ei acquiri, argum. text. *in l.profectitia, D.de iur.dotium, l.qui tutelæ, D.de testam.tutel.l.aditio, §.1. D.de acq.hæred.sed si plures, §.in adrogato,* & ibi Bart. Castrens. Alex. & Ias. *num. 17.* alijque DD. communiter, *D. de vulgari,* quibus conuenit *l.12. tit.11. & l.5. tit.* 18
17.part.4.

Secundò, quia vt demus dictam consignationem, eiusque annuos reditus, bona profectitia non esse, necessarium tamen, & innega-

bile est, esse, & iudicari debere bona dotalia, matrimonij, cotrahendi gratia à Rege D. Marchionissæ donata, & ad eiusdem matrimonij onera sustentanda, vt in ipsa concessione ex-
18 pressis verbis ostenditur. Quæ † conessio licèt respectu vxoris, plurimum gratiæ, & liberalitatis Regiæ habere possit, respectu tamen Marchionis, ex causa processit, & planum est, quòd dictam quantitatem dotis nomine acceperit, eiusque reditus, vt bonorum dotalium, percepe-
19 rit. In quibus quidem scimus, quòd † quamvis mortua vxore liberi succedant, patri tamen quoad vsumfructum quæruntur, vt dispositum est in aliis maternis, & aduentitiis *ex l. 1. & 2. C. de bon. mater. d. l. cùm oportet, C. de bon. qua lib. & edict. §. igitur, Inst. per quas person. d. l. 5. tit. 17. part. 4.* cum latè adductis à Pinel. *in d. l. 1. C. de bon. mater. 1. part. ex num. 19.* Menoch. *de success. creat. lib. 1. §. 1. num. 9.* Cald. Pereir. *in l. si curatorem habens, verb. Læsis, numer. 122. cum seqq.* & Alciat. *in l. 1. C. qui admitti, ex num. 37.* Philipp. Massinio *ibid. ex num. 264.* & Castillo *d. tract. de vsufruct. cap. 3. ex num. 6.* Esséque pla-
20 nè durum iniustum, & inæquale, † vt Marchio ad sustinenda matrimonij onera adstrictus maneret inter quæ liberorum educatio connumeratur, *l. pro oneribus, C. de iur. dot. §. ius naturale, Inst. de iur. natur.* & vsumfructum dotalium bonorum, sibique prætextu dictorum onerum concessorum, ea sola ratione amitteret, quòd à Rege donata fuissent, cùm potiùs vel ex hac causa potentiores, & pleniores effectus in fauorem Marchionis sortiri deberent, in cuius contemplationem, & satisfactionem concessa fuerunt, sic pro hac parte retorquendo, & applicando dictum Imp. *in d. l. cùm multa*, quæ in contrarium allegari solet, ibi: *Vt enim imperialis fortuna omnes supereminet alias, ita oportet principalem liberalitatem culmen habere præcipuum, &c.*

Et cùm ratio, quam DD. reddunt, ad hoc, vt pater in terminis iuris communis non gaudeat vsufructu dotis, quæ filio matrimonium contra-
21 henti assignatur, † ea sit, quòd indè matrimonij onera debet sustentare, vt constat ex Bart. & DD. communiter *in l. si cùm dotem, §. transgrediamur, D. solut. matrim.* Paul. de Castro *in l. 2. ad fin. C. fam. ercisc.* Ioan. Croto *in repet. l. frater à fratre, num. 99. D. de condict. indeb.* & Pinel. *in d. l. 1. C. de bon. mater. 1. part. num. 57.* Hæc quidem ipsa ratio pro Marchione in proposito casu ponderari potest, ne ei auferantur emolumenta dictorum redituum consignationis sibi in dotem datæ, & ad sustinenda onera matrimonij, quod huius promissionis virtute contraxit. Par † enim ratio paria iura desiderat, *l. si socer à genero, in princip.* vbi gloss. & DD. *D. solut. matr.* cum aliis traditis à Euerard. in loco à pa-
22 ri, & à simili, & à me *in tract. de præcedentia, num. 24.*

Tertiò considerabam, quòd quamvis (vt suprà dixi) vsusfructus vsusfructus filio relicti,
23 patri acquiri non soleat, hoc † tamen communiter ab omnibus DD. limitatur, quando talis vsusfructus datus, vel legatus fuit filio, nòn solùm ob sui fauorem, & contemplationem, sed etiam ipsius patris, argum. tex. *in l. dotem, quam dedit 6. D. de collat. bonor.* cum aliis in primo
24 fundamento adductis. Et ita † accipiunt, & intelligunt difficilem decisionem Iustiniani Imperatoris *in l. fin. C. de vsufruct.* vt post Bart. ibi tradit Roman. *cons. 118.* Suarez *in dict. q. maiorat. §. 1. n. 11.* & in nostris terminis Paschalis *d. c. cap. 3. num. 101.* Ant. Gomez *in l. 6. Tauri, num. 11. & 12. & in d. l. 48. num. 2. & 5.* Mendez de Castro *in l. cùm oportet, ex num. 114.* Morla *in empor. tit. 6. q. 1.* & Pichar. *in §. finitur, Inst. de vsufruct.*

Et quod plus est, hæc eadem ratio efficax iudicatur ad hoc, † vt pater succedat in feudo 25
nouo, de quo eius filius inuestitus est, quamvis aliàs nec possit, nec soleat vllum ius habere ad talem successionem prætendendam, vt expresè docent Iacobin. & Albarotus *in cap. vnico, nu. 7. de natura succes. feud.* quos sequuntur Præpos. Rauenas, & Afflict. *ibid. num. 2.* & innumeri alij relati per Curt. Iunior *in tract. de feud. 3. part. membr. 2. numer. 44.* Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. Donatione, num. 11. cum multis seqq.* Rosenthal. *d. tract. de feud. cap. 7. conclus. 14. n. 19. & in addition. litt. S.* Cassaneus *in consuetud. Burgund. rubr. 7. §. 7. gloss. Et les Enfans num. 11.*

Et supposito, † quòd inspectio contempla- 26
tionis de filio, vel de parte habitæ, pendet ex præsumptionibus, & coniecturis, & hæc sumendæ sunt ex personis, & causis, quæ concessionem præcesserunt, vt doctè, & copiosè probat, & prosequitur idem Rosenthal. *dict. tract. cap. 9. memb. 2. conclus. 66. num. 6. & num. 53. cum seqq.* Alciat. *de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 18.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 26. & 28. & in cons. 161. libr. 2.* vbi multum in nostris terminis loquitur, & Parlad. *in different. vltim. ampliat. 2.* satis planum esse videtur, quòd in casu de quo loquimur, non fuit habita principalis contemplatio, & consideratio ad personam filij, qui necdum erat natus, nec cognitus, *l. neque adiecit, D. pro socio.* Sed magis ad personam patris, eiúsque merita, & vt simul matrimonij præmium, & dotem acciperet, eáque dignius, & commodius cum illustri adeò coniuge degere posset. Et † quòd titulus in 27
vxoris capite, seu persona positus fuerit, & filius simul ad successionem vocatus, ea mente factum fuit, vt intelligeretur, dictam consignationem dotis partem esse, & dotis naturam habere debere, non autem, vt marito fructuum perceptio, & emolumentum denegaretur in casibus alioqui à iure permissis, cùm † actus agentium vl- 28
tra eorum intentionem operari non debeant, *l. si quis neque causam, l. non omnis, D. si cert. pet. l. legata inutiliter, D. de adimen. legat.* & semper inspiciendum sit, id quod principaliter agitur, *l. 1. D. de auctor. tutorum, cum vulgat.* quæ latè adducit Velascus *in axiom. iur. litt. A. n. 153. & litt. P. num. 157.*

Quartò, † quia dictam consignationem 29
(cùm adhuc in Commendis, & reditibus Indorum facta non reperiatur, nec pro ea filius aliquam militiam, vel seruitium exerceat, nec iuramentum fidelitatis præstiterit) non possumus vllo modo, ex priuilegio castrensium bonorum, ab vsusfructus, patri debiti, obligatione liberare. Nam in huiusmodi quantitatis perceptione, nihil, quod castra, aut militiam sapiat, inuenitur, sed tantùm gaudium quoddam dictæ annuæ præstationis, quo filius in secunda vita vtitur, in qua post primam matris, tanquam eius hæres in dotalibus bonis successit. Quod ius valde simile esse videtur emphyteusi, † in qua verior sententia est, quod pater

habeat vsumfructum, & emolumentum vitarum, in quibus filius post matrem successit, quia hoc genus bonorum in nihilo à reliquis differt, vt latè, & eruditè, aduersus Baldum contrarium tenentem, defendit, & prosequitur Aluar. Valasc. *in tract. de iur. emphyt.* 1.*par. q.*38. & Mendez de Castro *in d. l. cùm oportet*, *num.*106. reprehendens Cald. Pereiram, ob id quòd Baldi opinioni subscripserit.

Quintò & vltimò considero, quòd quamvis eandem consignationem Commendam esse, & feudis similem, feudorúmque regulis metiendam concederemus, vel quòd in locum Commendæ subrogata sit, cum eisdem legibus, & conditionibus, vel quòd Commenda pro ea subrogari iussa fuerit, vt sic præstatio interim ex Regiis arcis fieri iussa cesset, & redimatur. Adhuc tamen plurimi DD. reperiuntur, † qui in feudis ipsis maternis ad filium, sub patris potestate existentem, deuolutis, constanter tenent, patrem vsufructu gaudere debere, eo tantùm (vt maximè) filio relicto, quod necessarium visum fuerit ad seruitia præstanda, & implenda, quæ feudi ratione facere debet, nimirum, quia eiusmodi bona feudalia, vt ipsi inquiunt, propriè, & simpliciter loquendo, castrensia dici non possint. Quam sententiam docuit Bald. *in d. l. cùm oportet*, *in princip. col.*3. quem refert, & à pluribus probari tradit Matth. de Afflict. *in cap. si duo fratres num.*11. *de fratr. de nouo benef. inuest.* & loquitur Curt. Iun. *in tract. de feud.* 3 *par. memb.* 2. *in materia successionis ascendentium, n.*46. *pag.*281. Sonsbech. *in eod. tract.* 7. *par. ex n.*10. Aluar. Valasc. *d. q.*38. *num.* 28. Et idem Afflict. relatus à Rosenthal. *d. tr act. de feud. cap.*7. *concl.*14. *num.*13. *in addition. litt. N. pag.*297. hoc infallibile esse reputat, vbi feudum talis naturæ est, vt eius causa nullum onus, vel seruitium filius subire debeat, qualia multa in Germania esse inquit, & in hoc, de quo agimus, verificatur.

Et quod magis est, † generaliter, & in vniuersum, de omnibus feudis loquens, inquit idem Rosenth. *vbi sup. num.*17. se plures magnos, & nobiles Equites ac Principes vidisse, & agnouisse, qui administrabant feuda ad filios eorum pertinentia, ipsorumque vsufructu gaudebant, maximè antequam eos in matrimonium collocarent, vidit, quòd super hoc eis lis mota fuisset. Et idem refert *in* 2. *tom. cap.*10. *concl.*6. *num.*40. *pag.*20. inquiens, quòd sic praxi seruari vidit in Germania: *In multis feudis aduentitiis, seu maternis filiorum, etiam Magnatum, & in Ducatibus Metensi, Iuliacensi, Coloniensi Archiepiscopatu, imòiam ibi feudorum non minus, quàm allodiarum vsumfructum pater habet.*

Et Ego † idem testari possum de hoc Regno Peruano, circa nostras Indorum Commendas, quarum administrationem, & vsumfructum semper patres habent, interim dum filij nuptias non contrahunt, neque vsquam vidi, aut audiui, quòd hoc in disceptationem iudicialem deductum fuerit, quod † satis argumenti præstat ad probandum, talem detractionem vsusfructus iustam videri, argum. tex. *in l. imò magnæ, D. de leg. l donaturus, D. de vsufructu*, cum aliis, quæ adduxi *sup. hoc lib. c.* 10. *num.*76. & congerit Velascus *in axiom. iur. litt. A. num* 534. quia id quod † communiter fit, legitimè fieri censetur, *l. certi conditio, §. si nummos, D. si cert. petatur*, vbi DD.

Quibus coronidis loco adiicio, quòd si fortè quis priorem opinionem sequi velit, quæ (vt diximus) in feudis, & per consequens in Commendis filiorum patri vsumfructum negat, ex rationibus, quas suprà retulimus, limitandum erit, vt † tantùm procedat in ipso vsufructu feudi, vel 36
Commendæ, aut reditibus, vel quantitatibus, ex quibus constat. Nam de his pater tanquam legitimus administrator rationem filio reddere debebit, & eos illi reseruare, vbi patriæ potestatis nexus solutus fuerit. Cæterùm alia lucra, & emolumenta, si quæ fortè ex eiusmodi pecuniis, aut fructibus fecerit, & perceperit, interim dum apud eum durarunt, sibi sumere poterit. Nam quamvis Roderic. Suar. *d. q. maiorat. n.*15. *& seqq.* Greg. Lopez *in d. l.*5. *tit.*17. *par.*4. *verb. El vsufruto*, Hieronym. Gab. *consf.*162. *vol.*2. & Molina *dict. lib.*1. *cap.*19. *num.*33. Petr. Surd. *cons.*116. *num.*73. *lib.*1. Cald. Pereira *in d. l. si curatorem, verbo Læsis, num.*45. *& seq.* & D. Ioann. del Castillo *d. tract. de vsufr. cap.*3. *n.* 58. in ea opinione sint, vt quibus casibus pater in bonis filiifamilias vsufructu non gaudet, non etiam gaudere possit lucris, & aliis emolumentis, siue (vt cum vulgo loquar) *Intereßes*, quæ ex eisdem bonis negotiando, aut alio modo percipi possint. Contrarium tamen in bonis feudalibus, & quibuslibet aliis aduentitiis maternis, & etiam castrensibus, aut quasi castrensibus, probare videtur text. *in l. plenum*, *§. quanquam*, *& in l. filio*, *D. de vsu, & habit. c.*1. *circa fin. de feud. cognit. cap.*1. *an agnat. vel filius.* Et tenuit expressè gloss. *in Auth. idem est in fine*, *C. de bon. quæ lib.* quam sequitur Bart. *in d. l. fin. in fine*, *C. de vsufr.* Aretin. *in §.*1. *Inst. per quas person.* Angel. *in l.*1. *§. adipiscimur*, *D. de acq. poss.* Bald. *in d. l. cùm oportet, in fine princip. num.*18. Paul Castrens. *consf.*455. *num.*7. *vol.*2. Ias. *in l. cùm filiofamilias*, *num.*157. *&* 158. *D. de leg.*1. post Cuman *ibid. col.*3. Bald. ex mente Iacob. de Beluiso *in cap.*1. *de fratribus de nouo benef. inuest. &* 3. *consf.*33. *vol.*1. Lofredus *in consiliis feudal. consf.* 10. Neapodanus *in tit. de aliment. præstand. verb. De bonis*, Albarot. *in cap. vnico, n.*7. *de natura success. feud.* Petr. de Rauen. & Præposit. *ibidem num.* 2. *in fine*, Hannetin. *lib.*1. *de feudis, cap.*6. *pag.*70. Mozzius *in tit. de natura feudi, num.*49. *vers. Pro conciliatione*, Roland. à Valle *consf.*52. *num.*28. *& seqq. vol.*3. Cannetius *in extrauag. volentes sect.* 12. *§ explicitis, num.*12. *& sect.*54. *§. successiue, num.* 27. Boër. *decis.*199. *num.*8. Durantius *de arte testan. tit. de legat. caut.*13. *num.*3. Vincent. de Franchis *decis. Neapolit.*10. *num.*8. *&* 9. Francis. Milanens. *in decision. Regni Siciliæ, decis.*3. *num.*71. *& seqq.* Ioan. Franc. de Ponte *consf.*19. *num.*29. *& seqq.* latè, & eleganter Borgnin. Caualcan. *in tract. de vsufr. mulieri relicto, n.*181. *cum seqq.* Alexan. Trentacinq. *d. tit. de peculio, resolut.*5. *num.*14. *pag.* 181. vbi respondet argumentis contrariæ opinionis, & Philip. Paschal. *d. tract. de virib patr. potest. cap.*3. *num.*8 9 58. *&* 103. qui ait, hoc longè certiùs esse, quando prohibitio, ne vsusfructus quæratur patri, non procedit ex dispositione hominis, sed legis, qualis est ea, de qua loquimur.

Et ex eisdem iuris principiis possumus alteram non minus nobilem, & frequentem quæstionem decidere, quam tamen vsque adhuc à nemine tractatam vidi: vtrum † scilicet Com- 37
mendæ, vel Commendarum reditus inter coniuges constante matrimonio communicari debeant?

Et eo distracto æqua lance inter eosdem, eorundemvè hæredes partiri? quemadmodum in aliis bo-
38 nis † regulariter fieri solet, vt *in l.1.& per tot. tit. De las ganancias, lib.3. fori, & l.1.& seqq tit.9. li. 5. recop.* cum aliis, quæ latè tradit Ioann. Garcia *in tract. de coniug. ac quæstu*, Aluar. Valasc. *concl.* 103. *& de partition. c.*6. Thom. Sanch. *de matrim. lib.6. disput.1.& seqq.* & alij relati à Castillo *lib.2. controuers. cap.11.* Aluar. Valasco *in tract. de partition. cap.5.* & Barbosa *in l. si constante solut. matrim. num.155. & 156*

Etenim si Commendas feudis similes facimus, & inter bona castrensia, vel à Principe donata connumeramus, facilè intelligere possu-
39 mus, † in communionem non venire respectu dominij, vel proprietatis earum, licèt fructus, & reditus, qui ex illis proficiscuntur, communicari debeant, vt probat text. *in l.2.* ibi: *Donadio del Rei, & in l.5. vers. Pero porque, d. tit.9. lib. 5. recop.* vbi Azeued. & Matienzus, *gloss.5. num.* 2. vbi specialiter de nostris Commendis meminisse videtur, ibi: *Vel ex Indorum, vel diui Iacob vel alia commenda*, Greg. Lop. *in l.3. tit.10. part. 5. verb. Igualmente*, Molina *de primog. lib.2. cap.10. num.65.* Alter Molina *de iust. & iur. 2. tom. disp.433.* Pinel. *in l.1. C. de bon. mater. 3. par. n.62. illat.23.* Burgos de Paz Iun. *quæst. ciuil.10.* Christ. de Paz *in l.105. & 208. styli*, Roder. Suar. *d. l.1. tit. de las ganancias, limit.7.* Palac. Rub. *in repet. Rubr. §.5. n.63.* Rebuff. *ad leg. Gallic. 2. tom. tit. vt benef. anteuacat. art.2. gloss. fin.* Tell. Fernand. *in l.16. Taur. num.14.* Aiora *de partition. 1. par. cap.8. num.20. & 21.* Rosenth. omninò videndus, qui hoc indubitatum esse affirmat, *dict. tract. de feud. cap.7. q.17. n.17. & seqq.* & plures alij, quos refert, & sequitur Ioan. Garcia *vbi sup. cum.138.* vbi post Palac. Rub. apponit exemplum † in Commendis, & Commendatariis Or-
40 dinum Militarium, quarum inquit, fructus communicantur vxori, licèt ipsæ Commendæ non cõmunicentur, & *num.97.* concludit, quòd fructus indistinctè debentur vxori, etiam earum rerum, quæ
41 non communicantur, quod pariter † in possessore maioratus procedere, ostendit *d. l.5.* vbi expresse Matienz. *d. gloss.2. num.2. & 3.* & ante eum Palac. Rub. *in repet. Rubr. de donat. inter. §.62. num.10.* vbi reddit rationem, quia fructus non dicuntur pars maioratus, *l. in ædibus, §. ex rebus, D. de donation.* & idem affirmant cæteri Hispani DD. *sup.* relati, & Greg. Lop. *in l.25. tit.11. p.4. verb. Frutos, in fin.* & alij relati à Valdesio *in addit. ad Rod. Suar. d. l.1. tit. de las ganancias, lib.3. Fori, in fine.*

42 Et ad † augmenta feudi, vel emphyteusis, constante matrimonio obuenientia, extendit idem Ioann. Garcia *num.98. & in tract. de expens. cap.22. nu.11.* Et Ego pariter † ad ipsum etiam feudum,
43 vel Commendam post contractum matrimonium à viro, vel vxore acquisitam. Nam si id ratione successionis acciderit, non communicabitur, ex generali illa ratione, quòd hæreditas non cõmunicatur, *l.3. & 4. d. tit 9. lib.5. Recop.* vbi Matienz. & Azeued. Suar. *vbi sup. n.46.* Didacus Perez *in l.2. tit.4. lib.5. Fori, gloss. Si el marido.* Si verò non fuerit acquisita ex successione, sed ex noua gratia Principis, adhuc ex eadem hac ratione communicari non poterit, vt *in d. l.2. verb. Donadio del Rei*, iuncta *l. cùm multa, C. de bon. quæ lib.* & aliis, quæ adducit Ioan. Garcia *vbi sup. num.138.* & DD. suprà citati, & vltra eos Matth. de Afflict. *decis.44. num.1. & 5.* vbi tractat, † an feudum, quod obuenit post contractum matrimonij, dicatur paraphernale? & quid de eius fructibus, & Rosenthal. *sup. n.17.* Vbi rationem reddit, † quòd in dispositione statuti, etiam generaliter de bonis loquentis, non contineantur feuda, vt notant feudistæ per tex. ibi, *in cap. in generali, si de feudo defunct. fuer. contro.* &c. Et ad hæc reducenda sunt, quæ tradit Ægid. Benedict. *in l. ex hoc iure, D. de iust. & iure, 2. par. cap.10. num.70.* docens, quòd seruitia non communicantur inter virum & vxorem, licèt communicetur donatio contemplatione eorum constante matrimonio facta.

Quod tamen limitandum videtur † in feudo, vel Commenda, quam maritus meruerit, vel acquisierit, militando in aliquo bello, & expeditione, in qua communibus expensis suis, & vxoris inseruiebat, ex decis. text. qui ad hoc expressus videtur, *in l.3. d. tit.6. par.5.* ex qua, & ex aliis iuribus, & rationibus, ita tenere videtur Matienz. & Azeued. *ibidem num.13.* Suarez *in l.1. tit. de las ganancias, limit.3. num.32. lib.3. Fori*, Palac. Rub. *in repet. Rub. §.62. ex num.18.* Mieres *de maiorat. 1. par. q.23. num.16.* Burgos de Paz Iun. *in quæst. ciuil. q.11.* Gutierr. *lib.2. pract. q. 119.* Gregor. Lopez *in l.3. tit.10. par.5. gloss.7.* Valascus *consult.103. num.23.* Morquech. *de diuis. bonor. lib.2. cap.11. num.9.* & Ioann. Garcia *vbi sup. num.139.* vbi inquit, ita nostros tenere, neminemque ambigere, quòd quando acquiritur aliquid in castris per maritum militantem communibus expensis suis, & vxoris, debet diuidi inter eos. Sed Ego adhuc hoc intelligendum existimo, si bona ex prædicta causa donata, aliàs diuisionem recipiunt; cæterùm si natura sua talia sunt, quæ diuidi non soleant, sed ad vnum tantùm pertinere, prout in nostris Commendis regulariter contingit, puto proprietatem illius, quæ ita collata fuerit, ad maritum in solidum expectare, & in fructibus eius dumtaxat, decisionem *d. l.* procedere posse, iuxta *suprà* relata, sufficereque vxori, quòd spem habeat succedendi in dicta Commenda, si maritum sine liberis mori contingat.

At vero † si proponamus maritum pro aliqua Commenda acquirenda, vel componenda, mutuas à Titio pecunias accepisse, & posteà vxor in eadem Commenda succedat, nolitque illam quantitatem persoluere, dotis suæ prælationem obiiciens, audiri quidem non debebit, cùm hæc pecunia quodammodo in vtilitatem eius versa videatur, ex his, quæ in simili, de eo, † qui succedit in Regno, vel maioratu, vt teneatur ad debita antecessoris ob eius augmentum, vel meliorationem contracta, latè post alios tradit Matienz. omninò videndus *in l.6. tit.7. lib.5. Rec. gloss.3. n.19. & 22.* & Thom. Sanch. *de matrim. lib.9. disp.4. ex num.28.* Quibus † addo celebrem doctrinam text. *in l. si & me, & Titium, D. si cert. pet.* ex qua Scriptores notare solent, quòd quoties res † mea, vel ex pecunia mea parta, ad aliquem, etiam sine vllo meo facto, ex causa lucratiua peruenerit, quamvis nullam contra eum directam, vel vtilem actionem habeam, adhuc ex regula æquitatis damnandum esse, vt mihi restituat, ne videlicet cum aliena iactura locupletetur: quem textum litteris aureis scribendum prædicat Bald. & Ias. *ibid.* & Parlad. *differ.2. §.2.* exemplum quæstioni nostræ satis accommodatum adducens, in † vxore, quam maritus

maritus inops ex mutuo aluit, vt possint creditores ab ea mutuum condicere, si mariti bona soluendo non extent, provt scribit Lara de Corduba *in l. si quis à liberis*, §. *si quis*, *num.* 83. *D. de lib. agnosc.* & Matienz. & Azeued. *in l.* 9. *tit.* 3. *lib.* 5. *Recop.* & est videndus Menoch. *de recuper. poss. remed.* 4. *per totum*, & alij quos refero *infrà hoc eodem lib. cap.* 29. *num.* 22.

2 Quibus addo † circa coniugalem, ac quæstum à Doctoribus notari, & resolui solere, quod si maritus in partibus Indiarum absens ab vxore diutius vagetur, & ibi aliqua bona quærat, hæc etiam vxori erunt communicanda, imò & eius etiam hæredibus si eam fortè marito inscio, vel bona adhuc pro indiuiso retinente, mortuam esse contigerit, vt signanter docet Bald. *cons.* 87. *num.* 1. *lib.* 2. Surd. *cons.* 20. *num.* 17. *lib.* 1. Aluar. Valasc. *consult.* 165. *& de partition. cap.* 8. *à n.* 54. Gutierr. *de iuram. confir.* 1. *par. cap.* 1. *num.* 67. Matienz. *in l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 5. *gloss.* 1. *n.* 43. *&* 44. & Azeued. *ibid. num.* 15.

CAPVT XVI.

De lege (quam vocant) successionis Commendarum, & eius causis, vocationibus, & effectibus, & an, & quatenus maioratuum successioni respondeat?

SVMMARIVM.

1 *Commendæ olim in depositum dabantur, & in eis non succedebatur.*
2 *Lex quæ prima successionem commendarum induxit, quando lata, & quomodo disposuerit?*
3 *Commendarum successio ante prouisionem D. Imp. Caroli V. à quibusdam Gubernatoribus admitti cœpit.*
4 *Prouisio Imp. Carol. V. quæ prior commendarum successionem induxit, statim abolita fuit, & paulò post practicari iussa.*
5 *Commendæ omnes, quæ vacassent, iussæ fuerunt in Regis Coronam incorporari anno* 1542. *sed hoc non durauit.*
6 *Prouisiones, & schedulæ aliquæ referuntur, quæ primam legem successionis commendarum ampliarunt, & declararunt.*
7 *Successio commendarum, primùm filiis, & vxoribus concessa, quando, & qualiter ad filias extensa fuerit, & maiores natu prætulerit?*
8 *Commendarum vna tantùm successio permissa fuit, & qualiter in Noua-Hispania quatuor vitæ cœperint?*
9 *Lex alterius declaratoria, vel suppletoria, quasi pars illius est indicanda.*
10 *Commendæ concessio simpliciter facta, intelligitur iuxta formam legis successionis.*
11 *Feudorum successio qualis sit, & quomodò induci cœpta? cùm initio ad libitum dominorum darentur.*
12 *Feudorum progressus in eorum successione, & quæ hodie absolutè sint hæreditaria? & quòd Mediolani non transeunt nisi ad descendentes primi acquirentis.*
Cap. 1. §. quia, de his, qui feud. dar. poss. & l. 7. tit. 26. part. 4. *exponuntur*, *ibidem.*
13 *Successio commendarum, cùm ex sola legis, vel Regis prouidentia procedat, legalis appellari debet, & verba Molinæ de hoc agentis.*
14 *Molina Theologus notatur.*
15 *Lex successionis commendarum est fauorabilis, & latè interpretanda, & quare?*
16 *Liberorum procreationi leges, quæ fauent, sunt fauorabiles.*
L, cùm ratio, §. si plures, D. de bon. damnat. l. hoc modo 64. §. 1. in fine, D. de cond. & demonst. *& aliæ similes expenduntur & illustrantur, ibidem.*
17 *Maioratus sunt Reip. vtiles, & quare? & fauorabiliter accipiendi.*
L. 1. §. quamvis, D. de ventre inspic. *& aliæ similes illustrantur, ibid.*
18 *Successio in commendis non fit iure hæreditario, nec ei qui decessit, sed legi, vel Regi, qui eam induxit.*
19 *Maioratus successor succedit primo institutori.*
20 *Maioratus vbi fit de bonis à Rege donatis ipsi Regi in eis succedi videtur.*
21 *Feudi successionem non capit filius à patre, sed à domino feudi, & in eo tot sunt concessiones, quot personæ successuræ.*
22 *Donationes Regiæ non admittunt repræsentationem, quia in illis succeditur ex dominica prouidentia.*
23 *Filius ex feudi natura vocatus, etiam si à patre non instituatur, illud capere potest.*
24 *Filiis, quæ deferuntur, vt filiis, præstari debent, etiam à patre non institutis.*
25 *Feudum, etsi dicat, quòd filij tantùm sint hæredes, adhuc illud capient, etiam non instituti.*
26 *Filius etiam si exhæredetur à patre, non potest excludi à successione feudi, ex facto, & prouidentia sibi delata.*
27 *Exhæredatio filij non nocet, vbi ille feudum sine hæreditate consequi potest.*
28 *Commendam, & feudum potest filius acceptare, & patris hæreditatem repudiare.*
29 *Maioratum, & meliorationem feudi, & quinti bonorum, potest filius acceptare, & patris hæreditatem repudiare.*
30 *Emphyteusis quando dicatur deferri iure hæreditario, vel non; & acceptari possit repudiata parentum hæreditate?*
31 *Commenda, vel feudum ex prouidentia nullā recipit testamentariam dispositionem, sicut nec alienationem inter viuos, & quare?*
32 *Successionis forma in commendis, feudis, & maioratibus alterari non potest.*
33 *Filius minor natu non potest à patre vocari ad commendam, vel feudum primogenito debitum.*
34 *Lex, quæ induxit successionem commendarum primogenitis, eam insolidum detulit.*
35 *Maioratus Hispaniæ, & reliqua, quæ ex sui natura indiuisibilia sunt, primogenitis deferuntur.*
36 *Ruini lapsus detegitur, omnes filios pariter ad maioratus successionem admitti docentis.*
37 *Princeps non potest de potestate ordinaria commendæ, vel maioratus successionem auferre primogenito, cui semel delata fuit, & dare secundogenito.*
38 *Commendæ ad successionem si Princeps natu*

natu minorem vocet, ignarus alium maiorem esse, deceptus videtur, & casus, qui super hoc de facto contigit.

39 Princeps nunquam censetur aliquid velle concedere in praeiudicium tertij.

40 Princeps non facilè credendus est velle subuertere iura, quae studiosè, & deliberatè sanxit.

41 Demonstratio falsa, aut erronea dispositionem non vitat.

42 Lucae de Pena sententia, quòd Princeps possit concedere feudatario, vt diuidat bona feudalia inter liberos, qualiter sit intelligenda?

43 Feuda haereditaria, & Longobardica diuidi possunt inter filios, non legalia, aut iuris Francorum.

44 Primogenito non potest tolli feudi Francorum successio, & dari secundogenito, nisi ille fuerit ingratus.

45 Dispositio nulla testamentaria valet in praeiudicium vocatorum ad feudum, vel commendam, nisi ipsi consentiant.

46 Feuda ex pacto, & prouidentia dicuntur legitima primogeniti, & pro eis habet querelam inofficiosi.

47 Primogenitus inter nobiles semper debet totum habere, & quare?

Secundogenitorum dispersio melior est, quàm haereditatis diuisio, ibidem.

48 Dispositio omnis facta ad fraudandum legitimum haeredem in feudis, aut commendis annullanda est.

49 Martini Laudensis casus, & dictum refertur.

50 Testamentum etiam in fauorem vocati in re feudali facere non licet.

51 Possessio commendarum, vt & maioratuum, transit in successorem ex ministerio legis, absque aliqua apprehensione.

52 Possessio, vt transferatur, sine corporali apprehensione, lex, vel statutum disponere potest.

53 Commendae nouus titulus non est necessarius ei, qui in illa succedit, & schedulae, quae de hoc agunt.

54 Feudorum possessio transit in successores, absque actuali apprehensione.

55 Possessio quae transit in vocatum ex ministerio legis, non est ficta, sed vera, & acquiritur etiam ignoranti.

56 Commendae ius radicatur in persona vocati absque nouo titulo, acceptatione, vel apprehensione possessionis: & schedula, quae hoc disponit.

57 Commendae ad successionem primò vocatus, si post eam sibi delatam moriatur, non transit ad secundò vocatum, & quare?

58 Vocatus primo loco ad successionem commendae, si eam sibi delatam acceptare nolit, intra quod tempus id declarare debeat?

59 Refutatio in feudis quid sit? & intra quod tempus fieri debeat? & an sine assensu domini?

60 Haeredes, qui ipso iure fiunt, qualiter, & intra quod tempus possint se abstinere? & quid in extraneis?

61 Tenutae remedium, quod datur in maioratibus Hispaniae, an habeat locum in commendis Indorum?

62 Tenutae remedium est extraordinarium, & non extenditur ad casus omissos.

63 Maioratus Indiarum, an remedium siue iudicium tenutarium Taurinae legis admittant?

64 Possessio feudi, vel commendae, quae ex ministerio legis transfertur in successorem, habetur pro actuali inuestitura.

65 Commendae successor intra quod tempus, & sub qua poena debeat comparere ad petendum, siue ostendendum titulum suae successionis? & schedulae de hoc agentes.

66 Feudi successor intra quod tempus debeat petere recognitionem, & praestare iuramentum fidelitatis?

67 Commendae, & feudi successio, vel recognitio potest peti per procuratorem.

68 Commendae successionis declarationem intra sex menses non petens, illius fructibus priuatur, & quae causae eum excusent?

69 Impedimentum litis pendentis prabet iustam excusationem tituli non petiti intra tempus à lege praefixum.

70 Successor maioratus, vel commendae non tenetur ad soluenda debita sui praedecessoris, etiã si dicantur pro Indorum vtilitate contracta.

71 Commendae possessor si in bello decesserit, solet impetrari rescriptum, vt eius debita successor persoluat, ex Matienzo.

72 Feudi legalis successor non soluit debita antecessoris.

73 Fructuum diuisio qualiter sit facienda inter commendatarij, feudatarij, maioratus, beneficij, & aliorum iurium similium successores, & haeredes defunctorum? remissiuè.

74 Debita antecessoris contracta in vtilitatem, & meliorationem maioratus, vel commendae, quando successor soluere debeat?

Reges Hispaniae voluntariè se obligant ad soluenda priuata debita suorum antecessorum, ibidem.

75 Successor commendae, & maioratus, quatenus debeat praestare alimenta, ad quae antecessor tenebatur?

76 Alimenta, quibus personis praestanda sint à possessoribus commendarum, & de schedulis, quae eis hoc onus iniungunt.

77 Feudi successor alimenta fratribus, veluti loco legitimae soluere debet, & consuetudo contraria esset diabolica, ex Rosenthalio.

78 Alimenta ita demum praestare debet commendatarius fratribus, sororibus, & matri, si commendae reditus sibi, & illis sufficiant.

79 Charitas benè ordinata incipit à se ipsa.

80 Necessitatem in sustentatione me pati, & alium meis bonis vti frui, graue, & durum est.

81 Commendae successor an teneatur alere nouercam & quid in successore maioratus.

82 Filiorum vocatio in successione commendarum, nepotes in eorum defectum comprehendit, & schedulae, quae hoc ita declarant.

83 Filiorum appellatione quandò nepotes, & alij descendentes contineri videantur, in fideicommissis, maioratibus, & aliis dispositionibus.

84 Feuda, quae vocant filios ad successionem, nepotes etiam in eorum defectum admittunt.

85 Nepotes excludunt patruos in successione commendarum, vt & in maioratibus, & schedulae, quae hoc declarant.

86 Patrui, vel nepotis praelatio in successione maior.

maioratuum multum olim controuerti solebat, & aliquoties armis terminari.

87 *Repræsentatio admittitur in feudis, & commendis Indorum.*

Blasius Robles de Salcedo Senator Noui-Regni Granatensis, laudatur, ibidem.

88 *Repræsentatio admittitur in successione Regiarum donationum, quæ per viam feudi, aut maioratus conceduntur.*

89 *Fœminæ in defectum masculorum admittuntur ad successionem commendarum, adinstar maioratuum.*

90 *Fœminæ licèt à feudi recti successione excludantur, in aliis tamen admittuntur; & de feudis fœmineis.*

91 *Fœminæ in feudis, in quibus admittuntur, per substitutum seruire possunt.*

92 *Commendarum successio licèt in pluribus conueniat cum successione maioratuum, differt tamen in aliis.*

93 *Successio commendarum vocat vxores in defectum filiorum, & excludit transuersales, quod in maioratibus non contingit.*

94 *Transuersalium successio, quibus schedulis prohibeatur.*

95 *Collaterales, deficientibus liberis, admitti solent in successione maioratus, & emphyteusis.*

96 *Testator semper præsumitur velle, quod bona sua deferantur venientibus ab intestato.*

97 *Parentes non succedunt filiis in commendis Indorum, licet hoc frustra in quæstionem vocet Ioan. Matienzus.*

98 *Vitæ pro quibus durat successio commendarum, ex quo tempore currere incipiant?*

99 *Commendæ assignationem effectiuam non esse necessariam ad computandas vitas successionis, sed sufficere solam gratiæ concessionem aliqui putarunt, qui reprobantur, & num. seqq.*

100 *Magistratus creatus ad certum tempus, an si ob aliquam causam officio vti impediatur, illius prorogationem petere possit? & num. 105.*

101 *Schedulæ omnes quæ de successione commendarum agunt, illas iam cum effectu assignatas fuisse supponunt, & expenduntur illa de ann. 1552. & altera de ann. 1662.*

102 *Maioratus successio regulatur ex persona, quæ debuit succedere, quamvis nunquam apprehenderit actualem possessionem.*

103 *Expectatiuæ impetratio sola si sufficeret ad hoc, vt vitæ currere inciperent, ferè semper impetrantes irremunerati decederent, & quare?*

Dispendium quis habere non debet, vbi compendium sperat, ibid.

104 *Heliogabalus qualiter conuiuas suos pictis, vel fictilibus ferculis deluserit, & fame macerauerit.*

105 *Bart. doctrina de magistratus tempore prorogando, quomodo procedat, & quibus modis limitetur.*

106 *Nauis cui hoc anno obtigit sors nauigandi ad Indos, si id ex aliqua causa facere non potuerit, sequenti anno sua sorte vti poterit, etiam si reclament ij, quibus tunc sors competebat.*

107 *Feudi, vel emphyteusis concessio facta ad tertiam generationem, quomodo computetur?*

COgnitis ergo iis, quæ ad originem, naturam, & concessionem Commendarum visa sunt pertinere, nunc rerum ordine ita postulante, opportunè ad earum successionem transitum faciemus. Quæ † quidem primis illis temporibus locum non habuit, cùm Commendæ, provt suprà diximus, & ipsarum nomen ostendit, in depositum tantùm darentur, & ad nutum Regis, imò & Gubernatoris, quia eas Regio nomine concedebat, amobiles, & reuocabiles essent, aut saltem per solam vitam depositarij, siue Commendatarij durare solerent, vt apertè pluribus Regiis schedulis, & instructionibus insinuatur, quæ extant *in 1. tom. impress. ex pag.* 183. & benè contra Anton. de Herrera, & Episcop. Chiapens. obseruat Anton. de Leon *in tract. de confirmat. Regiis*, 1. *part. cap.* 3. *ex num.* 9. 1

Sed cùm Commendarum status varias pro tempore, & relationum varietate mutationes habuisset, † tandem promulgata fuit quædam D. Imp. Caroli V. prouisio dat. Matriti 26. Maij, ann. 1536. quæ habetur *in dict.* 2. *tom. pag.* 200. *& sequentibus*: quæ benemeritis fauere studens, & eos allicere, vt in his Indiarum Prouinciis libentiùs permanerent, sanxit, & edixit, vt tributorum moderatione, & taxatione facta, quam ibidem quantociùs facere iussit, deinceps per mortem Commendatarij, ad filium, quem reliquerit, legitimum, & ex legitimo matrimonio natum, Commendæ successio petransiret, cum eisdem oneribus, quæ pater subire debebat, & eiusmodi filio non extante, ad ipsius Commendatarij legitimam vxorem viduam derelictam, vt ille, vel hæc, in posterum, ad Regis beneplacitum Cōmenda potiretur. Interim dum de his, & aliis, quæ ad meliorem, & tutiorem earundem prouinciarum statum conuenire viderentur, maturiori iudicio disponebatur. Et † ante hanc prouisionem iam idem ex eisdem rationibus à quibusdam Gubernatoribus fieri cœperat, conferendo filiis, aut vxoribus Indos, qui patribus, aut maritis mortuis vacabant, vt se commodè ex illorum tributis sustentare possent, quod ab eodem Imperatore probatum reperio in quibusdam epistolis ann. 1534. quæ reperiuntur *dict.* 2. *tom. pag.* 196. *& seq.* Et in Noua Hispania ex ann. 1530. idem stylus introductus etiam fuit, citra aliquam tamen Regiam authoritatem, vt constat ex his, quæ diligenter scribit Anton. de Leon *vbi sup. cap.* 3. *num.* 6. *& cap.* 4. *per totum.* 2 3

Verum † dicta prouisio, paulò pòst reuocata fuit per quoddam caput 30. legum, quas nouas vocarunt, ann. 1542. quod refertur *dict.* 2. *tom. pag.* 213. Et † omnes vacantes Commendas in Coronam Regiam incorporari, & applicari iussit, ac per consequens earum collationem, & multo magis successionem prohibuit. Quod tamen ob ingentes, & vrgentes causas, & difficultates, quas in eius executione tentanda experientia detexit, statim sopitum, & oblittetatum fuit, & res ad pristinum statum reduci iussa, vt tetigi *sup. hoc lib. cap.* 1. Et hac propter † noua alia prouisio eiusdem Imperatoris emanauit, dat. etiam Matriti 26. Maij an. 1546. recopilata dict. tom. pag. 202. quæ dicti capituli nouarum legum, & reuocationis eius, mentionem faciens, priorem illā 4 5 6

prouisio

prouisionem ann.1536. in posterum seruati iubet.

7 Quæ † quoniam solùm de filio legitimo, & in defectum eius, de vxore loquuta fuerat, atque ita dubitari poterat, vtrum filiæ quoque, si filij non extarent, admittendæ essent, & vxorem excluderēt? edita fuit posteà altera Regia schedula huius declaratoria dat. Matr. 4. Martij, ann. 1552. *dict.* 2. *tom. pag.* 102. quæ iussit, vt filiæ, filiis non extantibus, admitterentur, & maior minorem præcederet. Et rursus, cùm verba eiusdem prouisionis non satis exprimerent, vtrum primogenitus solus, vel simul cum aliis fratribus, aut sororibus successurus esset? & an eo nolente, vel non valente Commendam seruire, alij suo ordine admittendi essent? emanauit alia schedula dat. Matrit. 5. April. eodem ann. 1552. *dict.* 2. *tom. pag.* 203. quæ hunc esse, & fuisse Carolinæ sanctionis sensum expressit, quod idem anteà quoque responsum fuerat ad dubia, quæ mouit, & Regio Indiarum Consilio proposuit Audientia Guatemalensis ann. 1550. *eod. tom. pag.* 208. *& seq.*

8 Quibus † etiam, & in alia schedula dat. Compluti 31. Maij, ann. 1562. eodem 2. *tom. pag.* 209. declaratur, eiusdem Imperatoris mentem, & intentionem fuisse, vt duæ dumtaxat vitæ, atque adeo vna tantùm successio in eisdē Cōmendis admittatur. Quod ita vbique praxi seruatur, teste Matienzo *in l.6. tit.10. lib.5. Recop. gloss.2. num.* 21. & Antonio de Leon *vbi supr. cap.3. fol.*11. *& sequentibus*, excepta Noua-Hispania, in qua (non tamen sine graui difficultate) ob Proregum epistolas, & replicationes, varias, & graues causas allegantium, tertia quoque vita per dissimulationem permissa fuit, & mox quarta tolerari iussa, ita tamen, vt his finitis Commendæ amplius inter priuatos non distribuerentur, quamuis se benemeritos esse prætenderent, sed Regio fisco addicerentur, & applicarentur, de quo agunt plures schedulæ, & epistolæ Regiæ, quæ, vbi opus fuerit, videri poterunt *in dict.* 2. *tom. ex pag.*210. Et alia nouissima dat. Matrit. 4. Martij an.1606. quæ hanc dissimulationem quartæ vitæ eousque notantem, tandem confirmasse videtur, & de hoc latè agit Anton. de Herrera *in hist. gener. Ind. lib.8. cap.3.* Torquemada *in Monarch. Indiana lib.5. pag.*674. & meliùs, & pleniùs cæteris Anton. de Leon, omninò videndus, *dict. cap.4. ex num.*43. *fol.*21. *&* 22.

9 Et dicta prouisio ann. 1536. † iunctis prædictis declarationibus, quæ veluti partes eius esse videntur, vt *in auth. de filiis ante dotal. instrum. nat.* §.1. Bart. & Bald. *in l.1. D. de coniung. cum emancip. lib. eius*, Alexand. *cons.89. nu.2. lib.6.* Ias. *in l. sciendum. n.1. & 2. D. qui satisd. cogantur*, & alij apud Tuschum *litt. L. conclus.259. & litt. R. concl.*189. est lex, quæ vocatur successionis Commendatum in omnibus Indiarum Prouinciis, & ita eis formam, seu normam tribuisse videtur? vt
10 eo ipso, † quòd Rex, vel Prorex, aut alius Gubernator, qui commendandi facultatem habeat, Commendam concesserit, etiam si nihil aliud exprimat, dummodò contrarium non caueat, iuxta hanc legem successionis, & sic per duas vitas concessisse videatur, vt dixi *suprà cap.*11. *num.13. & seqq.*

11 In quo † sanè (vt in pluribus aliis) nostræ Commendæ feudorum quoque similitudinem sequutæ videntur, quæ, vt inquit textus *in cap.1. §. & quia, de his, qui feud. dar. poss.* antiquissimo tempore sic erant in dominorum potestate connexa; vt quandò vellent, possent auferre rem in feudum à se datam. Posteà verò eò ventum est, vt per annum tantùm firmitatem haberent. Deinde statutum est, vt vsque ad vitam fidelis producerentur, & procedente tempore sic progressum, vt ad filios deuenirent, in quem scilicet dominus hoc vellet beneficium confirmare, & tandem nepotes ex filio ex benignitate Conradi. Quam tantum amplecti videtur *l. nostra 6. tit.26. part.*4. aut ad fratres, si alter frater feudi paterni, vel antiqui possessor, sine legitimo hærede decederet. De † quo progressu, & an, & quæ feuda hodie absolutè sint hæreditaria, & successionem in infinitum admittant, pluribus agunt DD. *in d. cap.1.* Zasi. *in tract. de feud. parte 8. pag.83. & seqq.* Gregorius Lopez per text. ibi *in l.7. tit.26. part.4.* & plurimi alij relati à Iul. Claro *in §. feudum, quæst.73. & seqq.* Rosenthal. omninò videndo, *in tract. de feud. cap. 7. conclus.15. & seqq.* Petrus Petra *de potest. Princip. cap.22. num.*156. & Menochius, omninò videndus, *cons.1109. num.*33. vbi refert, quòd feuda Mediolani non transeunt, nisi ad descendentes primi acquirentis.

Et hæc quidem efficiunt, vt cognoscamus hanc Commendatum successionem, † cùm ex legis dispositione, & prouidentia proueniat, & ex sola Regia liberalitate, absque parentum, vel aliorum speciali prouisione deferatur, meritò legalem esse, & appellari debere, vt in ipsis nostris terminis agnoscit Molin. *lib.2. de primogen. cap.2. num.6.* sic inquiens: *Item primogenium etiam legale appellari poterit ea successio, quæ filiis primogenitis in Commendis Indorum parentibus à Principe concessis defertur. Cùm enim id primogenituræ ius à lege concedatur, meritò primogenium legale appellandum erit: quamvis id primogenium temporale, non autem perpetuum sit, in pluribusque à primogeniorum natura degeneret.* Quod etiam ab eo mutuatur alter Molina Theologus *disput.580. num.3.* subdens, fortius hoc esse, si à principio tales Commendæ institutæ sint, vt ad primogenitos deriuentur. In † quo tamen parum (vt videtur) notam habuit legem earum successioni præscriptam, cùm hoc ipsum, vt diximus, disposuerit; & sequitur Matienzus *in l.* *tit.6. lib.5. Recop. gloss.1. num.4. & in l.* *tit.7. gloss.3. num.*28. Ant. de Leon *vbi suprà cap. 5. num.*25. vbi hac de causa Commendas appellat *Bienes legales, ò familiares*, D. Valençuela Velazquez *cons.83. num.*143. & D. Carrasc. *ad ll. Recop. cap.7. num.15. fol.*90.

Ex quibus plura praxi vtilia, & ad materiam nostrarum Commendarum, & pariter maiora tuum Hispaniæ, valdè conducentia, colliger possumus. Quorum primum sit, legem successionis, de qua loquimur, cùm fauore benemeritorum vtatur, vt ex ipsius contextura appare & simul, vt Respublica Indiana ciuibus augeatur, & hi ad matrimonia ibidem contrahenda, liberos procreandos, faciliùs adducantur, fauorabilem quidem esse, & fauorabili semper, vbi opus fuerit, interpretatione, & extensione iuuandam, argum. text. *in l. beneficium, D. de const. Princip. l.1. D. solut. matrim. l.2. D. de iure dotium, l. cùm ratio, §. si plures, D. de bon. damnat.* ibi: † *Fauorabilem apud me causam*

libe-

liberorum Albini filiorum numerus facit, cùm ampliari Imperium hominum adiectione potius, quàm pecuniarum copia malim, &c. l.1.§. & generaliter, D. de ventre in poss. mit. l.2. C.de ind. viduit. l.2.C.commun.de manumiss. l.1.C.qui num. liber se excus. lib. 10. iunctis aliis, quæ tradit Arist. *lib.* 2. *Politic. cap.* 7. Plutarch. *in Lacon. apophteg. de Lycurgo*, Cicero *Verr.* 5. Plato *dial.* 7. *de legib.* vbi ait, alendorum puerorum curam non priuatam, sed publicam esse, Bald. & DD. *in l. hoc modo* 64.§.1.*in fine*, *D. de cond.& demonstr.* vbi dicunt, legem Reipublicæ vtilem esse extendendam, per eundem text. ibi: *Legem enim Reip. vtilem, sobolis scilicet procreandæ causa latam, adiuuandam interpretatione.* Barbosa *in l.* 1. *D. soluto matrim.* 1. *parte, ex n.* 61. & plura alia de his legibus, quæ matrimoniis, & liberorum procreationi fauent copiosè, & eruditè adducens Brisson. *lib.* 3. *select. cap.* 3. Alexand. *lib.* 4. *genial.cap.* 8. Alphons. Carrança *in disp. de partu,c.*2.§.4.*num.*1. D. Franc. Amaya *lib.* 2. *obseru. cap.* 5. *& lib.*3. *cap.*6. *ex num.*26. Robles de Salcedo *de repræsentat. lib.* 2. *cap.*7. *num.* 2. Annæus Robertus *lib.* 2. *rerum iudic. cap.*7. *fol.* 384. & eruditus quidem supra ætatem iuuenis D. Antonius Cabretus *in tract. de metu, lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 7. & Nos *suprà lib.* 1. *cap.*15.*ex num.*53.

In quo nostras Commendas † maioratibus similes esse dicere possumus, cùm eorum institutio, & conseruatio pariter fauorabilis iudicetur, & fauorabiliter accipienda, & extendenda, ob id, quod Reip. bonum concernat, quod in familiarum dignitate conseruanda consistit, vt inquit Vlp. *in l.* 1. §. *quamuis*, *D. de vent. insp.* ibi: *Publicè enim interest, partus non subiici, vt ordinum dignitas familiarúmque salua sit*, §. *cæterùm*, *Inst. de legit. agnat. success. l.* 2. *tit.*15. *part.* 2. ibi: *Acatando el pro comun al de todos, lex* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop.* cum aliis, quæ doctè, & grauiter post Tiraquel. Couarr. Peral. Piscinam, Parisium, & alios antiquiores, quos refert, adducit Molina *de primogen. lib.*1. *cap.*18. & latissimè D. Ioann. del Castillo *lib.*5. *controuers. cap.*145. *&* 147. *per totum*, Molinus, Menoch. & Annel. de Amatis in locis relatis ab Additionatore Molinæ *dict. cap.* 18. *num.* 1. & vltra eos Simancas *de primogen. lib.*1. *cap.*16. *cum sequentibus*, Hottoman. *consil.* 1. *in princip.* & Ioann. Corras. *memorab. Senatus C. cent.* 1. *cap.* 59. & nouissimè D. Valençuela *consil.* 185. *num.* 31. *& cons.* 156. *num.*93. *vol.*2.

Secundò, ex eisdem principiis infertur, in † nostris Commendis filios, vel filias, aut vxores, quæ per legem successionis vocantur, vbi ad eas admittuntur, non iure hæreditario, hoc est tanquam hæredes vltimi possessoris succedere, & quasi eius personam repræsentantes, sed virtute legis, & veluti ex dispositione, ac prouidentia Principis, qui dictam successionem induxit, ac concessit, quæ, vt suprà diximus, primogenium legale hac de causa appellari potest, vt benè in eisdem terminis aduertunt Matienz. D. Valençuela, & Anton. de Leon in locis supra relatis, & in simili probat text. *in l. vnum ex familia*, §. *si de Falcidia*, & §. *sed si fundum*, vbi DD. *D. ad legem Falcidiam*, *l. si adrogator* 22. *in fine*, *D. de adoption.* ibi: *Quia non iudicio eius ad eum peruenit, sed principali prouidentia*, *l. pater ex prouincia*, *D. de manum. vind.* ibi: *Solam enim electionem filio concessit; cæterùm ipse manumittit*, *l. pater filium*, *D. ad legem Falcidiam*, *l.* 3. *D. de interd. & releg.* cum aliis, quæ aduertit Paul. Castrens. *cons.* 164. *num.* 5. *volum.* 2. Rebuff. *respons.* 99. Guillerm. Bened. *in cap. Rainuntius, verb. In eodem testamento, el* 1. *numer.* 148. Ego *suprà hoc eodem lib. cap.* 14. *ex num.* 1.

Et in simili † de nostris Hispaniæ maioratibus loquens, & quod in eis non tam succedatur 19
vltimo possessori, quàm fundatori, aut institutori, Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 1. *&* 2. *& lib.*4. *cap.*11. *num.* 48. vbi rectè inquit, & probat, † bonis maioratus à Rege donatis, 20
quemlibet successorem censeri Regis immediatum donatarium, vt per Bald. *in cap.* 1. §. *hoc quoque*, *num.* 4. *de natura success. feudi*, vbi inquit, filium, Comitis non succedere patri in Comitatu, sed Principi, qui illum concessit.

Et est aliud exemplum † in feudis, in qui- 21
bus, vbi de filiis, & non de hæredibus mentio fit (quæ feuda ex pacto, & prouidentia concessa appellantur) non succedit filius, vt hæres, sed imò vt filius videtur capere à domino feudi, & non à patre, vt docet idem Bald. per text. ibi *in cap.* 1. *num.* 8. an filius, vel agnat. vbi etiam Albarot. *num.* 9. Præpos. *n.* 6. Alexand. qui de communi testatur, *cons.*14.*num.*4. Ias. *in l. quod dicitur* 2. *num.* 29. *cum sequentibus*, *D. de verbor.* & plures alij, quos refert, & sequitur Molina *d. cap.* 8. *num.* 5. Tiraquel. *de primogen. quæst.* 60. Cuiacius *quæst.* 54. *ad medium*, Gothofred. *in notis ad dict.cap.*1. *qui feud. dar. poss.* Iul. Clarus *in* §. *feudum*, *quæst.* 9. latissimè Rosenthal. *in tract. de feud. cap.* 7. *per totum*, Robles de Salcedo *in tract. de repræsent. lib.*3. *c.*13. *n.*3. vbi plures refert, hinc † dedu- 22
centes, in donationibus Regiis repræsentationi locum non esse, quia in illis non iure hæreditario succeditur, sed ex dominica prouidentia, Menochius *cons.* 124. *num.* 42. vbi, quod in feudi non hæreditarij successione, primus auctor consideratur, & iterum *cons.* 1153. *n.* 3. *&* 4. vbi quod feudum, vel emphyteusis concessa pro se, & descendentibus resoluitur in tot concessiones, quot sunt personæ successuræ.

Et inde est, † vt etiam si in tali casu filius, 23
vel alius successor ab vltimo moriente non instituatur, nihilominus, iure hæreditario, feudi, vel Commendæ successionem capere possit, quia dicitur institutus à principio acquisitionis feudi, vel Commendæ, ex natura successionis illi à lege præscripta, & appropriata, vt latissimè, innumeros cumulans, & nihil intactum relinquens, concludit Hartman. Pistor. *in suis quæst. tom.* 2. *quæst.* 1. Minadoius *cons.* 10. & Franc. à Ponte *in tract. de potest. Proreg. tit.*6.§.3. *n.*18. *& seqq. pag.*184. Ea namque, † quæ filiis, vt filiis deferuntur, debent eis præstare, etiam si hæredes non sint, vt dixit Bartol. per text. ibi *in l. vt iurisiurandi*, §. *si liberi*, *n.*4. *D. de oper. liber. l. pro hærede*, §. *si quod tamen*, *D. de acq. hæred. l. cùm patronus*, §. *cùm libertus*, *D. oper. liber.* iuncta *l. si operarum*, vbi gloss. *D. eod. tit.* Molina *d. cap.* 8. *num.* 4.

Et idem erit, † quamuis in feudi, vel Com- 24
mendæ successione, hæredum mentio facta reperiatur, puta, quia dictum sit: *Quòd filij tantùm sint hæredes.* Nam adhuc ex ipsa concessione

ſione Principis, vel vocatione legis, ex tunc hæredes eſſe videntur, nec curamus, an filius à patre inſtitutus ſit; necne? vt cum pluribus refert, & optimè reſoluit Ponte *vbi ſuprà n.* 14. *&* 15. *&* *conſ.* 13. 34. 52. *&* 88. & Piſtoris *d. quæſt.* 1. *num.* 8.

26 Necnon etiam † ſi proponamus filium non ſolùm non inſtitutum eſſe, verùm & expreſsè exhæredatum, quia quoad hæc feuda, ex pacto, & prouidentia delata, nihil nocet talis exhæredatio, quemadmodum neque ad rem familiæ relictam, iuxta celebrem text. *in l. filiusfamilias* 114. §. *cum pater*, *D. de legat.* 1. vt cum communi, & veriori opinione tenent innumeri feudiſtæ, quos refert, & ſequitur Paulus Pariſ. *conſ.* 1. *num.* 7. *&* *conſ.* 2. *num.* 29. *volum.* 1. Iul. Clarus *d.* §. *feudum*, *q.* 7. Schrader. *de feud. part.* 7. *cap.* 2. *num.* 39. Roſenth. omninò videndus, *in eod. tract. d. cap.* 7. *concluſ.* 10.
27 *n.* 8. *&* 9. *&* *in notis lit.* F. vbi concludunt, † quod exhæredatio toties non noceat, quoties filij feudum ſine hæreditate patris conſequi poſſunt. Quod abſque dubio in his feudis ex pacto, & prouidentia, & per conſequens in noſtris
28 Commendis procedit. Nam dubitari non † poteſt, quin filius acceptare poſſit tale feudum, vel Commendam, & repudiare hæreditatem, vt latiſſimè per eundem Roſenthal. *eodem cap.* 7. *concl.* 20. *&* 21. Matienz. *in l.* 6. *tit.* 7. *lib.* 5. *recop. gloſſ.* 3. *n.* 24. Euerard. *in loco de feudo ad emphyteuſim, n.* 25. & Sebaſtian. de Medic. *in tract. mors omnia ſoluit*, 3. *part. num.* 120. Iaſ. *de feud. part.* 8. *pag.* 88. *&* 89. vbi inquit, quod etiam ſi filius cum iuramento renuntiet hæreditatem patris, adhuc poterit feudum retinere. Et de noſtris Commendis expreſsè loquens Anton. de Leon *d. tract. de confirm. Regiis*, 1. *part. cap.* 5. *num.* 130. *&* 131. & Petra *de poteſtate Principis*, *cap.* 23. *n.* 4. vbi quod filius non poteſt cogi eſſe hæres patris in præiudicium Commendæ.

29 Et in terminis † maioratuum Hiſpaniæ Molina *d. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 12. vbi *num.* 13. (quod magis eſt) idem extendit ad meliorationes tertij, & quinti, & maioratus ex his conſtitutos vt poſſit filius meliorationem acceptare hæreditatémque meliorantis repudiare, de quo pluribus agunt noſtri Regnicolæ *in l.* 21. *Tauri, quæ eſt l.* 5. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recop.* vbi Matienz. & Azeued. Mieres *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 24. *num.* 151. Angulo *in tract. de melioration.* & D. Ioan. del Caſtillo, poſt communem præceptorem noſtrum D.D. Gabrielem Henriquez, *lib.* 2. *controu. c.* 13. *per totum, &* *c.* 6. *n.* 62.

30 Quibus addo † aliud optimum exemplum emphyteuſis, in qua licèt vbi hæreditaria eſt, (hoc eſt, ab aliquo pro ſe, & hæredibus ſuis comparata) iure hæreditario deferatur, & ſic per viam repræſentationis vltimi decedentis, nec poſſit filius hæreditatem patris repudiare, & emphyteuſim ſibi quærere, vt notat gloſſ. per text. ibi, qui hoc decidit *in feudo, in cap.* 7. *verbo Aut vtrumque, an agnat. vel filius*, vbi Bald. *num.* 15. gloſſ. & Bart. *in l. etiam, ſolut. matrim.* idem Bartol. & Imola *in l. quod dicitur*, *D. de verb. oblig.* Corneus *conſil.* 24. *col. fin.* Couarr. *in pract. cap. fin. num.* 13. Valaſcus *de iure emphyt. quæſt.* 50. *num.* 4. & Caldas Pereira *de renouat. emphyt. quæſt.* 17. *numer.* 13. Si tamen emphyteuſis non pro ſe, & hæredibus, ſed pro ſe, & filiis conſtituta reperiatur, non facta mentione hæredum, tunc non ſucceditur in ea iure hæreditario, nec ex perſona patris, ſed ex propria perſona filij, vnde etſi pater emphyteuſi renuntiet, minimè filio præiudicabit in ſua ſucceſſione, poteritque filius hæreditatem patris repudiare, & emphyteuſim acceptare, vt docet Bald. *in l. qui ſe patris, C. vnde liberi*, Aretin. Decius, & plures alij, quos refert, & ſequitur Aluar. Valaſc. *vbi ſup. q.* 49. *n.* 6. *verſ. Accedit, &* *q.* 38. *n.* 24 *verſ. Adde ſecundò*, Caldas Pereira *de nominat. emphyt. q.* 15. *num.* 2. & communis, de qua per Iaſonem *in l.* 2. *C. de iure emph. q.* 15. *n.* 2. poſt Bartol. qui hanc diſtinctionem magiſtraliter fecit *in d. l. vt iuriſiurandi*, §. *liberi*, *D. de oper. libert.* & latè, & optimè Fabius Turret. *conſ.* 61. *lib.* 1. *per totum.*

Tertiò, ex ſupra dictis deſcendit, quòd quemadmodum, qui Commendam ſemel impetrauit, non poteſt de ea viuus diſponere, nec aliud quicquam facere, quod iuri vocatorum præiudicet, vt latè probaui *ſuprà hoc lib. c.* 14. *per totum.* Idem † etiam dicendum, & probandum ſit in qualibet diſpoſitione, legato, vel prælegato, quod per viam teſtamenti, & vltimæ voluntatis, etiam inter liberos ſ fecerit, vel pro anima, aut in piam cauſam, vt latiſſimè probat, & proſequitur in emphyteuſi, & de feudis loquens Iulius Clarus, §. *feudum, quæſt.* 59. Cephalus *conſil.* 302. *num.* 29. *lib.* 2. Molina *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 3. Baldus *in cap.* 1. *de natura feudi*, *&* *in cap.* 1. §. *fin. qui feud. dar. poſſ.* Roſenth. *d. cap.* 7. *concl.* 2. *&* 3. *&* *concl.* 7. *in fine*, vbi concludit, nullam differentiam conſtituendam eſſe, ſiue pater in vltima voluntate, ſiue inter viuos diſponat, neque inter feudum antiquum, & nouum, hoc eſt à patre, etiam propriis meritis, acquiſitum, cui noſtras Commendas ſimiles eſſe dicere poſſumus. Et idem tandem poſt longam diſputationem reſoluit Menoch. omninò videndus, *conſil.* 103. *n.* 68. *&* *ſeqq. conſ.* 161. *&* 171. *per tot. &* *conſ.* 504. *n.* 5. *&* *ſeqq. &* *conſ.* 577. *num.* 3. 10. 33. *&* 35. Euerard. *in loco de liber. ad vaſſall. n.* 5. Mareſcot. *lib.* 2. *variar. cap.* 120. *num.* 10. *&* *ſeqq.* Ponte *de poteſt. Proregis*, *fol.* 259. *num.* 17. vbi quod inſtituens perſonas non vocatas, videtur alienare.

Et eſt ratio, quia cùm à lege præſcripta fuerit huius ſucceſſionis forma, per priuatos alterari non poteſt, vt benè aduertit Molina *dict. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 20. *&* 21. prout, & in maioratibus contigit, vt pluribus dixi *d. c.* 14. *num.* 9. Nec † filius minor à patre eligi, vel vocari ad Commendam, relicto primogenito, cui inſolidum deferri debet. Nam licèt dicta prouiſio ann. 1536. ſolùm vocaſſe filium legitimum, poſteà tamen ſuperuenit alia eius declaratoria, dat. Matr. 5. April. ann. 1552. quæ extat *in* 2. *tomo impreſſ. pag.* 203. quæ † expreſsè declarauit, vocationem filij in d. lege ſeu prouiſione ſucceſſionis factam, de primogenito intelligendam eſſe, & in huius defectum per cauſam impotentiæ, aut noluntatis, reliquos maſculos ſuo ordine admittendos, & mox tranſitum ad filias faciendum, ſub eadem ætatis prærogatiua.

Quæ declaratio valdè conformis fuit iuri communi, & Regio, & maioratuum Hiſpaniæ ſucceſſioni, † in quibus ſemper videmus, quod quotieſcunque agitur inter aliquos, qui in pari gradu exiſtunt, de ſucceſſione bonorum, quæ ſui

sui natura indiuisibilia sunt, vel ad vnum dumtaxat deferenda, succedere debet is, qui inter ipsos primogenitus fuerit, vt eleganter docuit Angel. *cons.*281. & innumeri relati à Tiraq. *in tract. de primog. in præfat. à n.* 3. *vsque ad finem, & q.*4. *à n.*31. Couar. *lib.*3. *var. c.*5. *n.*3. Greg. Lop. *in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. *verbo Sino el hijo mayor,* Anton. Gomez *in l.*40. *Tauri, n.*7. *&* 59. Molina *de primog. lib.*1. *c.*1. *per totum, & c.*11. *n.*9. *& lib.*3. *cap.*1. *num.*1. Molin. Theol. *disput.*576. & 581. Mieres *de maiorat.*4. *part. quæst.*1. *num.*98. Vbi lapsum Ruini conuincit *consil.* 27. *num.*7. *vol.*1. † dicentis omnes filios in pari gradu ad successionem maioratus admittendos esse, & D. Iann. del Castillo *lib.* 5. *controuers. cap.* 128. *num.*19. *& lib.* 6. *cap.* 159. *per totum*, & Vlricus Hunnius, agens de successione & prælatione primogenitorum *in feudis lib.* 3. *var. quæst. tract.*7. *q.*22. *& seq.*

Quod est adeò verum, † vt neque ipse Princeps postquam Commendam concessit, vel maioratum confirmauit, in quo primogenitus vocatus est, & succedere debet, possit de potestate ordinaria, & absque iusta, & grauissima causa, eum excludere, & secundo genitum admittere, argum. *l. si testamentum*, *C. de testamentis*, vbi Fulgos. Rom. Corneus, Ias. & reliqui Scribentes communiter, & post alios disputat, & resoluit Pinelus *in rub. C. de rescind. vend.* 1. *part. cap.*20. *num.*18. 24. *&* 31. Fortun. Garcia *in l. Gallus*, §. *& quid si tantum*, *col.* 137. Couar. *lib.* 3. *variar. cap.* 6. *num.* 7. Decius, Craueta, Palac. Rubios, Padilla, Menchaca, Burgos de Paz, & plures alij, quos refert, & sequitur Molina *dict. lib.*1. *cap.*8. *num.*31. & vltra eos Matienz. *in l.* 7. *tit.* 7. *gloss.* 5. *lib.* 5. *recop. num.* 4. *&* 5. *& gloss.*7. *num.*1. Mendoça *de pact. lib.*1. *c.*5. *num.*37. Ioann. Gutier. *lib.*3 *pract. quæst.*75. Pereg. *de fideicommiss. art.*52. *ex num.*107. & D. Ioann. del Castillo *lib.*2. *controuers. cap.*28. & alij, quos recenset nouissimè Additionator Molinæ *dict. num.* 31. qui diligenter hunc articulum tractat, & Petr. Perra *in tractat. de potestate Princip. cap.* 30. *num.* 26. 27. *&* 45. *& cap.* 25. *num.* 46. vbi, quod quis priuari non potest spe succendendi sibi quæsita.

Quinimò, & si fortè contigerit, † quod Princeps ad talem Commendæ successionem aliquem filium, expresso eius nomine, vocet, & is postea non maior, sed minor esse reperiatur, deberet eiusmodi rescripti executio suspendi, quasi Princeps deceptus, vel errore ductus videatur, & pro minore scripsisse, cùm eum natu maiorem esse putaret. Nunquam † enim aliquid cum adeò graui præiudicio tertij, præsertim ad instantiam partis, rescribere velle præsumitur, *l.*2. §. *si quid à Principe*, *D. ne quid in loco pub. l. neque auus*, *C. de emancip. lib. cum vulgat.* Abb. *in cap.* 1. *col.* 18. *vers. Deinde*, Hostiens. & alij, *in cap. causam, quæ, de testib. & in cap. rescripta* 25. *quæst.* 2. cum aliis traditis à Tuscho *litt. P*, *conclus.* 685. *& seq.* & Velasco *in axiomat. eadem litt. num.*156. Neque pariter † credendum est, legem successionis tollere, aut immutare voluisse, argum. *l. nam ad ea*, *D. de cond. & demonst. & l. si quando*, §. *illud* de inoffic. testam. Et expressio nominis secundogeniti, quasi falsa, † aut erronea demonstratio, dispositionem non vitiat, sed implenda potius est, ac si adiecta non fuisset, vt resoluunt Bart. & DD. per text. ibi *in l. demonstratio falsa, in princip. num.* 11. *D. eod. tit.* Tuschus *litt. F, conclus.* 60. & seqq. & Leander Galganetus *de cond. & demonstr. part.* 2. *cap.*2. *& seqq.* Et ita audiui in Regio Indiarum Senatu pronuntiatum fuisse in causa D. Ioannis de Aliaga primogeniti strenui Ducis Hieronymi de Aliaga, non obstante, quòd hic Regiam schedulam impetrarat, vt sibi alter filius ætate minor Hieronymus vocatus succederet.

Neque his aduersatur † doctrina Lucæ de Pena *in l. diuæ memoriæ*, *col. fin. C. de Decurion. lib.* 10. dum tenet, posse Principem concedere feudatario in præiudicium primogeniti, vt ipse diuidat bona feudalia inter liberos, secundùm quam refert pronuntiatum fuisse in sacro Concilio Neapolitano in causa Baronis Bonatorum. Hercul. Marescotus *lib.* 2. *variar. cap.* 28. *num.* 1. Nam vt ipse statim subiungit *num.* 2. id debet intelligi † in feudis hæreditariis, & Longobardis, quorum naturæ talis diuisio non repugnat, quin potiùs olim de iure communi feudorum, omnes filij æqualiter succedebant, vt *in cap.* 1. *in fine*, *qui feud. dar. poss.* Castrens. *consil.* 179. *lib.* 1. Idem Marescot. *eodem lib.* 2. *cap.* 120. Cæterùm vbi agimus de feudis, in quibus succeditur iure Francorum, & acquisita sunt ex pacto, & prouidentia legis, vel Principis, quales nostras Commendas esse diximus, talis concessio admitti non solet, nec debet, vt expresè tenuit Andreas de Isernia *in cap.* 1. §. *& olim*, *col.* 2. *success. feud. & in constitutione Comitibus*, circa finem, Petra *de potest. Princip. cap.*23. *num.*44. Menoch. *cons.*158. *num.* 71. *& cons.* 504. *num.* 9. *&* 10. Idem Marescot. post plures alios, quos refert *d. cap.*120. *num.*13. vbi probat, † quod vbi viuitur iure Francorum, non potest secundogenito feudum dari, nisi primogenitus fuerit ingratus, *& num.*20. vbi concludit, quòd † nulla dispositio testamentaria valet in præiudicium eorum, qui ex lege feudi succedunt, nisi eis consentientibus, vt *in d. cap.*1. *de success. feud. in princip. cap.*1. qualiter olim poterat *feud. alien. & cap.*1. *de grad. success. in feud.* cum innumeris aliis, quæ plenè congessit Rosenthal. *d. cap.* 7. *concl.* 2. *& seqq.* Eiusmodi † enim feuda dicuntur legitima primogeniti, nec sine causa illis priuari potest, secundùm Hostiens. Butrigar. Ancharran. Ioan. Andream, Abbatem, & communiter Scribentes *in cap. licèt, de voto*, in tantùm, quòd si aliter testator disposuerit, haberet querelam primogenitus, vt iidem Auctores scribunt, & alij, quos refert, & sequitur Ponte *in tract. de potest. Proreg. tit.*8 § 2. *pag.*179. *num.*11. vbi adducit magnum dictum B. Bernardi, quod † in nobilibus semper debet primogenitus totum habere, quia melior est secundogenitorum dispersio, quàm inter eos hæreditatis diuisio, & inquit, quod hoc videtur admirabile pro maioribus Hispaniæ. Et posteà *pag.*182. *num.*27. subdit, & probat idem à Ponte † annullandam esse quamlibet dispositionem factam ad fraudandum legitimum hæredem, quamquam simus in feudo hæreditario.

Et propterea dicit † Martin. Laudens. *in c.* 1. *in princ. col.* 1. *qui feud. dar. poss.* quòd cum esset in via accedendi ad Papiam, & decessisset Marchio Mantuæ, fuit ab eo quæsitum, an valuerit testamentum dicti Marchionis, in quo hæredem

hæredem vniuersalem primogenitum instituerat? Et dicit se respondisse negatiuè,
50 † quia in bonis feudalibus non licet facere testamentum, per text. *in d. cap. 1. de succes. feud.* quod dictum refert, & sequitur Ias. *in l. de quibus, col. 22. D. de leg.* & Marescot. *d. cap. 120. n. 8. & 9.* Neque filius natus post feudi acquisitionem, primogenitum ante illam natum excludit, vt dicam *infrà cap. seq. num. 61.*

Quartò, ex eisdem principiis, & nostrarum Commendarum, ac Maioratuum similitudine
51 infero, quòd † quemadmodum in eisdem maioratibus ex sola eorum vocatione, & legis ministerio, mortuo vltimo possessore, statim transit possessio ciuilis, & naturalis, vel vt nostri dicunt ciuilissima, in sequentem vocatum, absque aliqua apprehensione, vt disponitur *in l. 45. Tauri, quæ est lex 8. tit. 7. lib. 5. recop.* vbi latè nostri Regnicolæ eius materiam prosequuntur, Greg. Lopez per text. ibi *in l. 7. tit. 4. part. 5.* Couarr. *in pract. quæst. cap. 38. num. 9.* & Molina, omninò videndus, *lib. 3. de primog. cap. 12. & 13.* Paz *de tenuta, 1. part. cap. 6.* Molina Theol. *disp. 636. ex num. 1.* Mieres *de maiorat. 3. part. quæst. 22. & 24.* Anton. *de Amat. var. resol. cap. 12. num. 9. & 10.* & plures alij congesti à D. Ioan. del Castillo *tom. 5. controuers. cap. 91. per totum.* Idem Greg. Lopez *in l. 2.*
52 *tit. 30. part. 2.* Vbi disputat, † an fieri possit per legem, vel statutum, vt possessio acquiratur, vel transferatur sine corporali apprehensione. Ita similiter in nostris Commendis, eiusdem possessionis translatio in eum, qui ex lege successionis vocatur, absque aliquo actu apprehensionis, vel titulo nouæ Commendæ admittenda, & practicanda est. Nam quamuis hoc in dubium vocari posset, inspectis verbis dictæ prouisionis
53 ann. 1536. quæ † videntur requirere, quod nouæ Commendæ titulus in successore expediatur, vt constat ex illis: *Que quando algun vezino de la dicha Prouincia muriere, y huuiere tenido encomendado Indios algunos, dexare en essa tierra hijo legitimo, y de legitimo matrimonio nacido, encomendarlebeis los Indios que su padre tenia, &c.* Postea tamen superuenit schedula quædam Regia dat. Compluti die vltima Maij ann. 1562. ad Proregem, & Audientiam Mexicanam directa, quæ reperitur *d. 2. tom. pag. 209.* & expresse declarauit, Regiæ intentionis non fuisse, vt hic actus nouæ Commendæ, ad translationem possessionis, & dominij in sequentem vocatum desideretur: *Sino que el que conforme à la lei de la sucession huuiere de suceder, luego, despues de muerto el tenedor, suceda en la possession, y señorio de los dichos Indios por la lei, sin nueua Encomienda, &c.* Et idem iterum responsum fuit ad consultationem Audientiæ Limaniæ per aliam schedulam datam en el Escorial 17. Maij ann. 1564. quæ extat *eod. tom. pag. 205.* ibi: *Y en lo que toca à la segunda duda por la presente declaramos, que muerto el tenedor de la Encomienda, luego ipso iure sin nueua acceptacion passe la dicha Encomienda en el siguiente en grado, que era llamado conforme à la dispocion de la prouision por Nos dada, &c.* Quarum schedularum mentionem facientes, ita expresse in terminis Commendarum animaduertunt Matienzus *in d. l. 8. tit. 7. gloss. 2. num. 15.* D. Valençuela *cons. 85. num. 18. & seqq.* & Aut. de Leon *d. tract. de confirmat. Reg. 1. part. cap. 5. num. 26. & gloss. 5. num. 6. & in l. 6. tit. 10. gloss. 2. n. 20. lib. 5. recop.* & nouissimè Additionat. Molinæ *lib. 1. cap. 2. num. 6. pag. 102.*

Et videri potest, hoc ad feudorum etiam exemplum introductum fuisse, in quibus † de 5
simili translatione possessionis testantur DD. post glossam *in cap. 1. § fin. verbo Aut successione, de feud. cognit.* Baldus *in l. cùm antiquioribus, num. 11. vers. Dicimò sic, C. de iur. deliber.* Ias. *in l. quoties, num. 31. C. de iur. deliber. & in l. in suis, num. 12. & 13. D. de lib. & posthum.* Craueta *consil. 251. num. 4.* Vvesemb. *de feud. cap. 8. num. 5.* Hartman. Pistor. *lib. 2. quæst. 19. n. 46.* & plurimi alij, quos refert Schurff. *cons. 36. num. 7. centur. 2.* vbi hoc confirmari ait ex communi obseruantia, & Rosenth. qui plenè hunc articulum examinat *d. cap. 7. conclus. 17. per totam, & in notis litt. B.* & vltra eos Matienz. *d. l. 8. gloss. 2. num. 49.* Gratian. *reg. 222. num. 8.* & D. Valenç. *vbi suprà, num. 21.* Vbi numeris sequentibus benè subiungit, possessionem † ita 5
translatam, non esse fictam, sed veram, vt probat Anton. Gomez *d. l. 45. n. 111.* Couar. *lib. 2. var. cap. 13. num. 19.* Ioan. Gutier. *lib. 2. pract. q. 87. n. 7.* & transire sine facto hominis in vocatum, & immediatum successorem, etiam ignorantem, vt per eundem Anton. Gom. *vbi sup. vers. Quartò in tantum,* Molina *d. cap. 12. n. 24.* Matienz. *d. l. 8. gloss. 4 n. 2.* & Rosenthal. *d. concl. 17. num. 4.* vbi agit de similibus statutis in Gallia, Ducatu Mediolanensi, & alibi, post Tiraq. *in tract. Le mort saysit le vif, per totum.*

Et hac consideratione habita, † rectè, & op- 5
portunè decisum fuit in d. sched. del Escorial, ann. 1564. in primo vocato statim ius Commendæ radicari, etiam si titulum in sua persona expediri non fecerit, nec quemuis alium actum, qui expressam Commendæ acceptationem præseferat, atque adeò † tali in casu eius morte Commendam extingui, nec secundum vocatum vllum ius ad eam prætendere posse. Erant enim aliqui, qui sub hoc colore lites mouere cœperunt, & super hoc dubio Regalis Cancellaria Limensis Supremum Indiarum Senatum consuluisse videtur. Datur † tamen in eadem schedula facultas primo vocato, vt possit, si velit, Commendam intra quindecim dies repudiare, si præsens fuerit, & intra triginta quinque, si à loco, vbi Commenda vacauit, abfuerit, vt tunc secundus admittatur, aliàs hoc termino elapso, omninò excludendus, imò & intra illum, si primus nulla repudiatione facta decesserit. Quæ † repudiatio in vsibus feudorum dicitur refutatio, & similiter in eis permittitur, quando fit in agnatum proximè successurum, ex reg. text. *in cap. 1. §. & si libellum, de alienat. feud. pater. & in cap. 1. §. sed & res, per quos fiat inuest.* & vtrobique And. de Isernia, & alij DD. & latissimè Ponte *in tract. de potest. Proreg. titul. 8. in princip. & in §. 1. numer. 11. & 25.* vbi resoluit, ad hoc non esse necessarium assensum domini, & pleniùs Rosenth. *in tract. de feud. cap. 9. quæst. 50. per totam,* vbi quod refutatio est species alienationis licitæ, & refutare, personam suam è medio tollere, vt alter in ius suum substituatur, aut succedat. In quo non potest considerari interesse domini quoad deuolutionem, quia non plus iuris transfertur, quàm habet idem alienans. Nec interesse voluntatis, cùm sit immediatus successor,

& vocatus, vt latiùs per Pontem *d. numer.* 11. *& seqq.*

Et idem † videmus contingere in aliis, qui fiunt hæredes ipso iure, nam adhuc possunt se abstinere, nisi iam per immixtionem, aut aliis modis declarauerint, quòd volunt hæredes esse, vt per Bart. *in Rubr. D. de acquir. hæred. num.* 6. Ias. *in l. quamdiu num.* 21. *& in l. ei, qui se, eod. tit.* sicuti & in aliis extraneis hæredibus actus præcisus requiritur, qui eorum animum, & voluntatem succedendi satis insinuet, vt habetur *in l. potuit*, vbi gloss. & DD. præcipuè Bald. *num.* 17. *C. de iur. deliber. l. gerit, ex l. pro hærede, D. de acq. hæred. §. fin. Instit. de hæred. qual. & diff.* idem Bald. *in l. licèt*, *C. de iur. deliber.* cum multis aliis, quæ adducit Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 99. *& seqq.* & Crauet. *cons.* 200. Et vide de simili quæstione in terminis feudorum, Iul. Clarum *in §. feudum, quæst.* 83. *num.* 3. vbi loquitur de filio, qui decedit ante petitam successionem feudi paterni.

Tenutæ † tamen remedium, quod ad executionem *d. l.* 45. *Tauri* introductum est per *l.* 9. *&* 10. *d. tit.* 7. *lib.* 5. *Recop.* etsi in Maioratibus Hispaniæ frequentissimum sit, vt constat ex traditis à Molina *d. cap.* 13. Paz *in tract. de tenuta, per totum*, & Castillo, qui alios recenset, *d. cap.* 91. ad Commendas quidem nostras (licèt nullus de hoc tractauerit) transferre non auderem. Nam † cùm illud sit extraordinarium, & exorbitans à regulis iuris communis, & certis (vt apparet) terminis circumscriptum, casus omissos non comprehendit, vt in simili obseruat Paz *d. tract.* 1. *part. cap.* 10. *num.* 100. *& seqq.* Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *limitat.* 2. *numer.* 29. Additionat. Molin. *ad d. cap.* 13. *num.* 1.

Præter quàm † quòd non solùm in Commendis, verùm etiam in Maioratibus Indiarum in disceptationem semel, & iterum vocatum est, an tenuta locum habeat, & de ea in Regio Indiarum Consilio tractari possit? cùm leges de ea agentes solum supremum Castellæ Senatum ad tenutarum cognitionem vocare videantur, propter grauitatem harum causarum, vt tandem resoluit Paz *d.* 1. *part. cap.* 39. loquens de eodem Consilio Indiarum, & in simili Valençuela *consil.* 69. *num.* 226. & Ego latiùs pertractabo *infrà lib.* 4. *cap.* 16. vbi de eiusdem Consilij iurisdictione, & præeminentiis sermonem habuerim.

Est tamen aduertendum, † quòd licèt successor ad Commendæ possessionem, & dominium adipiscendum, nouum eius titulum in suo capite expedire non teneatur, vt probant schedulæ, & Auctores suprà relati, quia de iure dicta ciuilis, & naturalis possessio feudi paterni, quæ in eum continuatur ex ministerio legis habetur pro vera, & propria inuestitura, vt optimè docet Andr. de Isernia *in cap.* 1. *vers. Hoc in Regno, quib. mod. poss. feud. const.* & Præpos. *in c.* 1. *quid sit inuest.* & in ipsis nostris Commendis loquens Ant. de Leon statim citandus. Debet † tamen postquam Commenda sibi delata est, intra sex proximos menses coram Prorege, aut Gubernatore Prouinciæ comparere, & titulum suæ possessionis, aut successionis ostendere, vt recognoscatur, & renouetur, & quæ demum vita currat, intelligatur, sub pœna amissionis fructuum ex die vacationis, vsque ad diem exhibitionis, de quo est expressa schedula Regia hoc his propè modum, quæ diximus, verbis statuens, dat. Matriti 19. Decemb. ann. 1558. *d.* 2. *tom. pag.* 205. *& seq.* cuius meminit Anton. de Leon *d.* 2. *p. cap.* 17. *num.* 21. *&* 22. Et sumpta videtur ex feudorum iure, & imitatione, † in 66
quibus successores eandem recognitionem domino feudi facere tenentur, & iuramentum fidelitatis præstare, vt benè ostendit, & prosequitur Zasius *in tract. de feud.* 3. *p. pag.* 12. *&* 13 *&* 7. *part. pag.* 62. *& seqq.* & pleniùs Rosenthal. *cap.* 6. *conclus.* 35. *& seqq.* & Greg. Lopez per text. ibi *in l.* 3. *tit.* 26. *part.* 4. Gama *decis.* 117. vbi tractant, quæ causæ à lapsu huius termini excusent, & quæ personæ excusantur, & etiam † disputant, an talis recognitio per procurato- 67
rem fieri possit, & Menoch. *cons.* 1. *numer.* 78. Greg. Lopez gloss. fin. *in l.* 11. *tit.* 23. *part.* 3. Iulius Clarus *§. feudum, quæst.* 49. † Quod tamen 68
nobis inquirere otiosum erit, cum d. schedula expresè procuratorem admittat, ibi: *Sea obligado de ir por si, ò por persona de su procurador, &c.* quæ etiam iustè hoc casu sola fructuum ademptione (vt vidimus) contenta fuit, ex his, quæ in simili tradit Grammat. *decis.* 103. *à numer.* 223. Et ab hac pœna excusabitur, qui iustum impedimentum non comparendi intra dictos sex menses allegauerit, ex traditis ab Auctoribus suprà relatis, & in aliis casibus similibus à Gratiano *reg.* 368. Anton. Fabro *in Codice, lib.* 2. *tit.* 35. *definit.* 6. Puteo *de syndicatu, verbo Instantia, cap.* 3. Roland. *cons.* 62. *num.* 11. *lib.* 4. Gutierr. *lib.* 1. *Canon. cap.* 28. Auendaño *in l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop. gloss.* 6. *num.* 21. Azeued. *in l.* 4. *titul.* 3. *lib.* 5. *num.* 15. Decian. *respons.* 44. *num.* 33. Pinel. *in auth. nisi tricennale, 2. part. C. de bon. mater.* Aluarez de Velasco, qui plurimos alios adducit, *in axiom. iur. litt. I, n.* 22. & à Surdo, omninò videndo, *decis.* 189. *n.* 25. Ex quo † addere possumus, impedimentum litis super 69
successione eiusdem Commendæ pendentis, iustam excusationis causam præbere, *ex l. contra maiores, C. de inoffic. test.* vbi Petrus de Rauen. Bellapert. Cyn. Bald. & alij, *l. solemnibus, C. de rei vind.* vbi docent Guillelm. de Cuneo, Bald. Salic. Fulgos. & Castrens. quod annus vassallo præscriptus ad suscipiendum inuestituram, non currat, dum patitur controuersiam super feudum, & latissimè Tiraq. *de retract. lignag. §.* 1 *gloss.* 10. *num.* 36. *& seq.* & alij, quos refero *infrà c.* 25. *numer.* 77.

Quintò, ex prædictis descendit, † quod si- 70
cut successor maioratus, cùm non videatur hæreditario iure, nec vltimo possessori succedere, ad eius debita non tenetur, vt latè prosequitur Molina *lib.* 1. *de primog. cap.* 10. *num.* 1. *&* 28. vbi eius Additionator nouissimè plurimos congerit, & D. Ioan. del Castillo 6. *tom. controuers. cap.* 161. *à num.* 2. Ita nec Commendatarius, decessoris sui debitis adstringetur, nisi ei in aliis bonis liberis, ac propriis hæres extiterit, vt in terminis notat Matienz. *in l.* 5. *gloss.* 1. *ad fin. tit.* 6. *& in l.* 6. *gloss.* 3. *num.* 25. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop.* vbi *num.* 32. hoc meritò ampliat, etiam si prædecessoris debita contracta dicantur in Indorum vtilitatem, & *num.* 33. limitat, si fortè † in bello decesserit. Nam tunc 71
facilè, inquit, impetrabunt à Principe eius hæredes, vt successor Commendæ debita ab eo contracta persoluat, ex traditis ab Acosta *in quæst.*

patrui, & nepot. pag. 143. quod tamen nunquam vidi in praxim deductum.

72 Et idem in feudis ex pacto,† & prouidentia, quod successor ad antecessoris debita non cogatur, tenent omnes feudistæ per text. *in cap.* 1. *an agnat. vel vassall.* & latissimè prosequitur Rosenthal. *d. cap.* 7. *concl.* 21. *& seqq.* Petra *de potest. Princip. cap.* 23. *num.* 92. *&* 109. & Hercul. Marescot. *lib.* 1. *var. cap.* 96. *per totum*, subdens, hoc limitandum esse ad fructus illius anni, quando post Kalendas Martias feudatarius decessisset, vt *in eod. cap.* 1. *in princ.* vbi
73 Andr. de Isernia. De † qua computatione in fructibus, & reditibus feudorum, maioratuum, beneficiorum, vsusfructus, emphyteusis, & dotium facienda, & qualiter ad nostras Commendas porrigi, & aptari possit, iuxta variam consuetudinem prouinciarum in eis taxandis, & colligendis, vltra text. & DD. præcipuè Barbos. *in l. diuortio*, *D. solut. matrim.* videnda sunt, vbi opus fuerit, quæ pleno calamo scripsit Molina *de primog. lib.* 3. *cap.* 11. *per totum*, Gutierr. *lib.* 3. *pract. quæst.* 67. *num.* 14. Alter Molina *disput.* 635. *ex num.* 1. Gratian. *discept. forens. lib.* 2. *cap.* 250. Castillo *in tract. de vsufr. cap.* 80. & plurimi alij, quos nouissimè congerit additio ad Molinam *vbi suprà*, & vltra eos Aluar. Valascùs *de partition. cap.* 32. *& seqq.* Auendañ. *resp.* 5. *num.* 2. *&* 3. Escobar. *de ratiociniis cap.* 20. ferè per totum, D. Valençuel. Velazquez *consil.* 47. *ex numer.* 1. *& consil.* 60. *num.* 81. & nouissimè *consil.* 184. *num.* 56. *volum.* 2. Nicol. Garcia *de benef.* 2. *part. cap.* 1. Ioan. Garcia *de expens. cap.* 16. Carol. Tapia *decision. Neapol.* 45. Marescot. *d. lib.* 1. *var. cap.* 64. *& lib.* 2. *cap.* 2. Rodriguez *de redit. lib.* 1. *quæst.* 3. *à num.* 17. Parlador. *differ.* 120. §. 1. *& differ.* 124. §. 1. & Perez de Lara *de anniuers. & capellan. lib.* 2. *cap.* 11. *à num.* 21. & nouissimè Dom. D. Felicianus à Vega Episcopus de la Paz *in cap. dilecti filij*, *de foro compet. numer.* 58. *& seqq. pag.* 619. vbi *num.* 37. hoc notabiliter limitat in nostris Regibus Hispaniæ, qui eam sibi legem imponere voluerunt, vt priuata etiam debita antecessorum persoluant, *l.* 4. *titul.* 15. *part.* 2. de quo latiùs agit Narbona *in l.* 11. *tit.* 5. *lib.* 7. *Rocop. gloss.* 3. *num.* 11. & de simili ordinatione apud Lusitanos Cabedo *decision.* 115. *part.* 1.

74 Sed si talia debita † meliorationem, vel vtilitatem Commendæ, aut bonorum ei vnitorum (vt aliquando contingit *en los obrages*, & aliis similibus) contracta dicantur, tunc fortè prætendi poterit, successorem ad illa persoluenda teneri, cum ratione horum sumptuum, & meliorationum, maiorem vtilitatem percipiat, iuxta ea, quæ in successoribus maioratuum disposita sunt *In l.* 46. *Tauri*, quæ est *l.* 6. *titul.* 7. *lib.* 5. *Recop.* vbi Gomez. Matienz. & Azeued. Molina *d. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 17. *& seqq.* D. Ioann. del Castillo 5. *tom. controu. cap.* 65. *n.* 99. Gutierr. Burg. de Paz Iunior, & alij plures, quos adducit additio ad Molinam *vbi suprà* & vltra eos Quesada *quæst.* 32. Cifuentes *in l.* 40. *Taur. quæst.* 16. Gregor. Lop. per text. ibi *in l.* 4 *tit.* 15. *part.* 2. *verb. Las penas*, Lucas de Pena *in l.* 2. *verb. Onera, C. de fund. rei priuatæ, lib.* 11. *& in feudis* copiosè prosequitur Isern. & Matth. de Afflict. *in d. cap.* 1. *an agnat. vel filius*, Albert. Brun. *consil.* 18. Freccia *de subfeud. lib.* 2. *tract.* 29. *num.* 10. Hartman. Pistori. *lib.* 2. *quæst. part.* 1. *quæst.* 6. *num.* 66. & Rosenth. omninò videndus, *d. cap.* 7. *conclus.* 22. *num. fin. & in notis litt.* X & iterum *cap.* 9. *concl.* 15. *n.* 8. *&* 11. *& seqq.*

Et idem probandum est † circa onus alen- 7
di reliquos fratres, & sorores, & matrem vxorem defuncti, si alias bona non habeant, ex quibus se commodè exhibere possint. Nam quemadmodum hæc obligatio possessoribus maioratuum iniungitur, vt per Molin. *lib.* 2. *de primog. cap.* 15. *ex num.* 56. & plures alios, quos nouissimè congerit eius Additionator ibidem, & Dom. Larrea *disputat. Granatens.* 47. & vltra eos Anton. Gom. *in l.* 40. *Taur. num.* 75. Lara de Corduba *in l. si quis à liberis*, §. *si mater*, *num.* 41. *cum seqq.* Matienz. *in l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop. gloss.* 2. *num.* 2. Ita etiam filij primogeniti Commendatariorum, cùm in parentum Commendis in solidum (vt diximus) succedant, eodem onere adstringuntur, vt expresè dispositum fuit in Regiis schedulis, quæ ad declarandam legem successionis editæ fuerunt, quarum suprà meminimus, & præcipuè in quadam dat. Matrit 4. Martij ann. 1552. & in alia Monzoni Arag. 28. Aug. eod. ann. & in quadam epistola circa dubia Audientiæ Guatemalensis ann. 1550. quæ reperiuntur *d.* 2. *tom. pag.* 202. 207.
& 208. & † ita decidunt: *Que el hijo, ò hija* 7
que huuiere de suceder en los Indios que su padre tuuiere al tiempo de su muerte, sea obligado à alimentar à sus hermanos, ò hermanas, entretanto que no tuuieren con que se sustentar, y ansimismo à su madre, mientras no se casare.

Quod idem † in feudis quoque receptum esse, pluribus probat Rosenthal, omninò videndus, *cap.* 7. *concl.* 13. *litt. A.* vbi notanter ait, hæc alimenta esse loco legitimæ aliorum fratrum, & sororum, & quod si aliter primogenitus totum fundum haberet, foret consuetudo diabolica, & sequitur alia, & alios etiam referens, Marescotus *lib.* 2. *var. cap.* 122. & idem Rosent. *cap.* 10. *concl.* 6. *num.* 31. vbi tractat, an si moriatur feudi possessor, qui semel alimenta debere, & præstare cœperat, hæc obligatio transeat ad quemcunque nouum eiusdem feudi successorem.

Sed hoc ita intelligendum existimo,† si Commenda adeò pinguis sit, vt omnibus sufficere possit: hoc enim præsupponunt Molina, & reliqui Auctores *suprà citati*, qui semper de possessore maioratus diuite loquuntur, † alioqui cùm quilibet sibi ipsi proximior sit, ex charitate benè ordinata, quod suis sumptibus necessarium præcisè habet, aliis impertiri cogi non debet, *l. Præses, C. de seruit. & aqua, cap.* 3. *vbi gloss. verbo Videamur*, *de supplend. neglig.* Prælat. cum aliis latè traditis à Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 30. Roland. à Valle *cons.* 10. *num.* 24. *volum.* 3. D. Valençuel. *cons.* 5. *num.* 1. *&* 2. *& consil.* 197. *num.* 33. *fol.* 611. *part.* 2. Claud. Prato *Gnoseon gener. iur. tit.* 3. *cap.* 1. Quia † graue habetur aliquem pati necessitatem ad suam sustentationem, alium verò illius bonis, vti frui, vt *ex d. l. si quis à liberis*, §. *de alimentis*, *D. de liberis agnosc.* tradit Ias. *in* §. *item si de dote*, *num.* 10. *Inst. de act.* & Gregor. Lopez *in l.* 2. *titul.* 17. *part.* 4 *gloss.* 8. & vide *infrà cap.* 24. *ex num.* 109. & Mart. Mager. *de aduocat. armata cap.* 11. *num.* 554. vbi Nattam,

Petr.

Petr. Surd. & alios ad idem adducit, & Bald. *conſ.*312. *lib.*4. vbi inquit, quod plus ſe quiſque amat in vngue pedis, quàm alterum in vertice capitis.

Sed an ſi vxor defuncti Commendatarij non ſit mater ſucceſſoris, † ſed nouerca, eam quoque hic alere teneatur, nulla quidem ſchedula expreſſum reperio. Verùm hanc quæſtionem in materia maioratuum mouet Mieres (inquiens à nemine tactam vidiſſe) 4.*part.quæſt.*27. *per totam*, vbi tandem in negatiuam opinionem inclinat, & Lara de Corduba *in l. ſi quis à liberis, in princip. num.*37. *D. de liber. agnoſc.* vbi ad hoc allegat *l.*1.*tit.*8. *De los gouiernos*, *lib.*3. *fori*, eò quòd ſucceſſor non ab anteceſſore, ſed à primo inſtitutore, ſeu fundatore maioratus, illius emolumentum percipere videatur, quæ ratio æquè, & multo magis, in noſtris Commendis procedit, quæ ex prouidentia legis proficiſcuntur, & maioratus legales appellantur, vt ſupra retulimus, atque ita nunquam praxi admiſſum vidi, quod vxoribus Commendatariorum, ſucceſſores talia alimenta præſtare compellantur, imò neque id in iudicium deductum, quod oſtendit, hoc, nullo iuris fundamento niti videri, argum. *l. imò magnæ, D. de leg.* *l.*2. *verſ. Vltra fratrem*, cum aliis, *D. de inoffic. teſtam.* cum aliis, quæ adduxi *ſuprà hoc lib. cap.* 15. *num.* 34. & hoc nouiſſimè comprobat Burchardus Berlichius *in tract. de iure nouercarum, num* 822. docens, quòd ſolùm debentur nouercæ alimenta neceſſaria ex bonis mariti, & per id tempus, quo iure retentionis vtitur, licèt poſteà *num.*980. *& ſeqq.* hoc meliùs explicet, adducens varias Doctorum opiniones in hac materia, & concludens alendam eſſe à priuignis, ſi ſint hæredes mariti, ex traditis à Surdo *de aliment. tit.* 8. *num.* 40. *& ſeqq.* quoniam & ab ipſo marito alenda erat, & ne in eius opprobrium, & matrimonij benè tranſacti, mendicare cogatur.

Sexto, eadem Commendarum, & maioratuum ſimilitudo efficit, † vt licèt in dicta prouiſione ſucceſſionis ann. 1536. & in aliis anni 1552. quas *ſuprà* retulimus, filiorum dumtaxat mentio facta fuiſſet, adhuc tamen ad nepotes extenderetur, ſi fortè, filiis præmortuis, de auorum ſucceſſione tractare contingeret, vt declaratum fuit per quandam ſchedulam Regiam dat. Matriti 31. Ianuarij, ann. 1580. quæ habetur *d.* 2. *tom. pag.* 204. vbi ſtatim ſubiicitur caput epiſtolæ ann. 1582. ad Mexicanam Audientiam directæ, cui, cùm hanc dubitationem mouiſſet, reſpondetur: *Que la prouiſion del año de 52. no excluye nietos, antes en el nombramiento de hiios los comprehende conforme à derecho tam claro, que allà no ſe debia ignorar.*

Etenim † in materia indifferenti, & quæ non ad certos, ac determinatos filios refertur, ſed in incertum, futurúmque euentum protrahitur, ſemper appellatione filiorum, nepotes, & cæteri deſcendentes continentur, niſi conſtet aliam fuiſſe voluntatem diſponentis, *l. liberorum, & l. filij appellatione, D. de verbor. ſignif. l. Gallus, §. inſtituens, D. de liber. & poſt.* vbi communiter Scribentes, & in materia primogeniorum, & maioratuum Hiſpaniæ, latiſſimè Tiraquel. *quæſt.*47.*n.*156. Couarr. *in pract.q.*38. *numer.* 9. *&* 7. *& lib.* 3. *variar. cap.* 3. *num.* 4. Molina *lib.* 1. *cap.*6. *num.*28. *&* 29. vbi eius additio plurimos congerit, & Menoch. omninò videndus, *de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 94. Pechius *de teſtam. coniug. lib.* 3. *cap.*14. Craueta *conſil.* 62. *num.* 2. *volum.*1. Mantica *de coniect. lib.*8. *tit.*8. Anton. Gabriel *lib.* 6. *commun. tit. de verb. ſignif. concluſ.*1. *num.*51. Et Ceuallos *pract. quæſt. q.* 694. Caldas Pereira *de nomin. emphyt.*3. *part. cap.* 14. Matienz. *in l.* 11. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopil. gloſſ.* 8. *à num.*2. Fuſarius *de ſubſtitut. quæſt.*319. *&* 320. & D. Ioan. del Caſtillo *tom.* 5. *controu. cap.*143. *num.*42.

Et † in feudis, quibus etiam ſunt ſimiles noſtræ Commendæ, probat text. *in cap.*1.§. *ſi clientulus, de alienat. feud.* vbi Bald. & communiter Scribentes, Alexand. qui plura refert, *in d. §. inſtituens, num.*8. & Roſenth. *in tract. de feud. cap.* 7. *concluſ.* 15. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi tractat, quid in feudis per contractum conceſſis, reſoluendum ſit, & *concluſ.* 42. *num.*6. *&* 14. *&* 58. *numer.* 11. 84

Et hoc in noſtro caſu ideò verum eſt, vt prædictæ ſchedulæ non fuerint contentæ, nepotes in filiorum defectum admittendos eſſe, declarare; ſed etiam addiderint, † eoſdem nepotes excludere patruos, quos ipſi nepotum parentes, ſi viuerent, excluſuri eſſent. Nimirum cùm mediante repræſentatione in eorum locum ſubrogentur, vt conſtat ex illis verbis dictæ prouiſionis ann. 1580. *Eſtos tales deſcendientes del hijo mayor por ſu orden, ſe prefieran al hijo ſegundo del dicho poſſeedor, que murio.* 85

Et ex eadem maioratuum ſimilitudine, † in quibus ita idem diſpoſitum fuit, ad tollendas lites, & controuerſias, quæ ſuper hoc olim oriri ſolebant, & adeò ancipites eſſe, vt ſæpeſæpius armis terminarentur, vt conſtat *ex l.* 4. *Tauri*, quæ eſt *l.* 1. *tit.*7. *lib.* 5. *Recop. l.*2. *tit.*15. *part.* 2. vbi Greg. Lopez, latiſſimè Tiraquel. *de primog. quæſt.*40. Couar. *in pract. cap.*38. *n.*6. Molina *lib.* 3. *de maiorat. cap.* 6. *per totum*, vbi eius additio, & Caſtillo *lib.* 2. *controuerſ. cap.*18. Iuſtus Lipſius *in notis ad politicam, lib.*2. *cap.*4. Hottoman. *quæſt. illuſtr. quæſt.* 3. *per totam*, Hunnius *lib.*3. *variar. tract.*7. *quæſt.*16. & innumeri apud Goldaſtum in diſcurſu de iure repræſentationis, quem appoſuit poſt tractatum de ſeniore, ſiue de maioratu Electorum Imperij, *& in eod. tract. lib.* 3. 86

Quod etiam † in feudis tandem præualuiſſe videmus, vt pluribus citatis cum magis communi opinione concludit Tiraquel. *d. quæſt.*40. *num.* 224. Coſta *in tract. de patruo, & nepote*, 1. *part. num.* 19. Valaſcus *de iure emphyt. q.* 50. *numer.* 621. *&* 13. Roſenthal. omninò videndus, *in d. tract. de feud. cap.* 7. *concl.* 56. *à n.*1. Molina *lib.* 3. *de primog. cap.* 6. *num.* 47. Hunnius *lib.* 3. *var. quæſt. tract.*7. *quæſt.*26. *pag.*775. & plurimi alij, quos refert Blaſ. Robles de Salcedo Noui-Regni Gratanenſis Senator meritiſſimus *in docto ſuo tract. de repræſentatione lib.*3. *cap.* 18. *num.*23. *&* 24. licet numeris ſeqq. in contrariam ſententiam magis inclinet: Et in terminis noſtrarum Commendarum, his exemplis adductis, etiam ante declarationem dictarum ſchedularum, idem ſenſerat Matienz. *in l.* 5. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop. gloſſ.* 5. *num.* 10. ſic inquiens: *Nam in huiuſmodi Commenda, quæ tanquam maioratus vni tantùm, & primogenito defertur, locus erit repræſentationi, ita vt nepos ex filio primogenito præmortuo, patruo ſuo filio ſecundo dicti Commendatarij, præferatur, tan-* 87

quam patrem suum repræsentans. Cuius loci, & repræsentationis nostrarum Commendarum nō meminit, diligens alioqui vir, Blasius Robles de Salcedo *d. tract. de repræsentatione*, licèt *lib.* 3.
88 *cap.* 13. in disputationem deducat, † an in donationibus Regiis repræsentatio admittatur, & tandem rectè admitti concludat, vbi per viam feudi, aut maioratus conceduntur, quod perinde est, ac si de nostris Commendis loquutus fuisset.

Septimò, in defectum filiorum, aut nepo-
89 tum masculorum, † fœminæ suo ordine ad nostras Commendas admittuntur, vt ostendunt schedulæ suprà relatæ, & obseruat D. Valençuela *cons.* 840. *num.* 6. Quod quidem etiam ex similitudine maioratuum sumptum videtur, in quibus regulariter idem disponitur, vt per Molinam, & eius Additionatorem *lib.* 7. *cap.* 4. *per totum*, Marquez *in Gubernatore Christiano*
90 *pag.* 186. licèt † in feudis rectis contrarium obseruetur, & fœminæ ab eorum successione excludantur, vt *in cap.* 1. §. *fin. de success. feud. l.* 6. *tit.* 24. *part.* 4. ex rationibus de quibus dixi *sup. cap.* 5. *num.* 38. *& seqq.* Matienz. *in l.* 6. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recop. gloss.* 2. *num.* 22. Gratian. *regul.* 225. *num. fin.* Camill. Borrellus de Magistr. *lib.* 1. *cap.* 2. *per totum*, præcipuè *num.* 64. vbi latè agunt de hac successione fœminarum, & Cacheranus *decis.* 26. *& cons.* 38. *num.* 42. *&* 44. vbi, quod sunt feuda impropria ea, in quibus succedunt fœminæ, Petra *de potest. Princip. cap.* 23. *num.* 15. *& seqq.* Menoch. *consil.* 1155. *num.* 47. Matienzus *in l.* 6. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recop. gloss.* 2. *num.* 22. & Aluar. Valasc. *de iure emphyt.* 1. *part. quæst.* 41. & innumeri alij apud Rosenth. *in tract. de feudis cap.* 7. *quæst.* 31. *cum multis seqq.* vbi constituunt differentiam inter feudum proprium, & fœmineum, & aiunt, quòd
91 † vbi ex eius constitutione fœmina admittitur, in bello seruire non tenetur neque in aliis muneribus, à quibus fœminæ exemptæ sunt, *l.* 3. *tit.* 19. *per tot.* vbi Gregor. *verb. Las mugeres, l.* 2. vbi Decius, *D. de regul. iuris*, sed censetur dispensatum, vt seruiant per substitutum, vt dixi *d. cap.* 5. *n.* 38. & benè Vincent. Cabotius *lib.* 2. *var. disp. cap.*

92 Sed licèt † in his, quæ diximus, & in aliis, quæ infrà dicemus, & Lector considerare facilè poterit, Commendæ maioratibus similes sint. In eo tamen discrepant, quod maioratus successio perpetua est, & ad eam omnes in infinitum descendentes vocari solent, vt per Molin. *lib.* 1. *de primogen. cap.* 4. Commendarum autem, ad vnam, vel alteram successionem limitata, & restricta, vt sup. retulimus. Ad quam
93 etiam † vxores, vt vidimus, in defectum filiorum vocantur, quod in maioratibus non contingit.

Et transuersales excluduntur, qui in maioratibus sæpè vocari, & admitti solent, vt per eundem Molinam *d. cap.* 4. *num.* 38. *&* 39. Ita
94 enim notanter cauetur † in quadam Regia epistola ann. 1559. ad Proregem Nouæ Hispaniæ directa, quæ extat *d.* 2. *tom. pag.* 210. *En la otra declaracion que pedis, si à falta de hijos sucederà la muger al marido, y el marido à la muger, y sucederan los transuersales en ellos passadas las dos vidas. No ha de suceder la muger al marido, ni el marido à la muger, ni tampoco los transuersales, y assi lo declaramos, y es nuestra voluntad que se guarde.* Et in sched. de Alcala, vltimo Maij 1560. *eodem tom. pag.* 208. ibi: *Por quanto no ha de auer en la dicha sucessien mas de hijo, ò hija mayor del primer posseedor, ò la muger à falta de hijos.* Et in prouisione ann. 1552. *pag.* 203. ibi: *De tal manera, que despues de la vida del primer tenedor de los Indios, no ha de auer mas de vna sucession en hijo, ò hija, ò muger, y no mas, &c.*

Quod planè † non solùm in maioratu, ve- 9
rùm in emphyteusi contra obseruatur, quæ transit ad collaterales venientes ab intestato, vt notat Curtius Iun. *cons.* 4. *num.* 4. *cum seqq.* Caldas *de nominat. emphyt. quæst.* 13. *numer.* 16. ductus argumento ex l. conficiuntur, D. de iur. codicil. ex qua communiter colligi solet, † semper præsumi defunctum voluisse, bona sua relinquere venientibus ab intestato. Et ex his cessat labor Matienzi *in l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recop.*
gloss. 3. *num.* 11. *& gloss.* 5. *n.* 2. quærentis, † an pa- 9
ter succedat in Commendis in defectum filiorum, & vxoris. Etenim certum est, quod non succedit, vt ex dictis prouisionibus constat, & ex simili feudorum.

Porrò vt huic capiti finem imponam, ope-
ræpretium erit inquirere, an † duarum, vel plu- 9
rium vitarum gaudium, quod per Regias prouisiones, & schedulas, quarum mentionem fecimus; Commendatariis conceditur, ex eo tempore computari debeat, quo quis à Principe gratiam siue schedulam impetrauit, vt sibi de aliqua vacante, vel vacatura Commenda prouideatur, vel ex eo dumtaxat, quo cum effectu ei adsignata fuerit? quam quæstionem eò libentiùs his nostris commentariis intersero, quòd viderim sæpè in Supremo Indiarum Consilio agitatam fuisse, & præcipuè in causa D. Marchionis de Villamaior, cuius meminit Ant. de Leon *in tract. de confirm. Regiis*, 1. *part. cap.* 4. *num.* 36. *& seqq. fol.* 38. Vbi refert in eam sententiam itum fuisse, † vt impetrationis gratiæ, non adsignationis tempus consideretur; & se ita accepisse à quodam magni nominis Senatore, eóque fundamento subniti, quòd qui talem expectatiuam accipiunt, iam tunc Principis iudicio remunerari videntur, cum declaratione, & præfixione vitarum per quas Commenda durare debeat: semper enim in eiusmodi schedulis ita cauetur: *Os hago merced de tantos ducados de renta en Indios vacos por dos vidas, conforme à la lei de la sucession.* Ad cuius gratiæ euictionem Princeps non tenetur, vt dixi *suprà hoc lib. cap.* 10. Quin potiùs ipsorum impetrantium periculo cedit, vtrum citiùs, vel tardiùs, aut certè nunquam eiusmodi expectatiuæ commoda consequantur, ob aliorum fortè concursum, qui priores schedulas habeant, vel ob varias Proregum, aut Gubernatorum comperendinationes, & alia impedimenta, quæ plerumque effectum earum frustrare, vel differre solent.

Pro quo expendi potest celebris doctrina Bart. *in l. si ita stipulatus essem abs te* 14. *num.* 2. *D. de verb. oblig.* Vbi resoluit † Magistratum creatum, vt intra certum, & tunc præfinitum tempus officium exerceret, illius prorogationem impetrare non posse, etiam si aliquo casu fortuito, vel sine ipsius culpa contingente, ea vti non potuerit, in quam doctrinam ibi & alibi cæteri DD. magis communiter conueniunt

quo

plena manu refert, & sequitur Vinc. de Franchis *decision. Neapol.* 419. *per totam*, videndus etiam *decision.* 451. Aluar. Valasc. *consult.* 155. *ex numer.* 4. *part.* 2. Rota Genuæ *decision.* 27. *n.* 9. Fontanel. *de pact. nuptial. claus.* 4. *gloss.* 10. *part.* 2. *num.* 102. Caualcan. *decis.* 84. *num.* 5. 2. *part.* & alij apud Mastril. *de magistr. lib.* 1. *tit.* 23. *num.* 56. *& seqq.*

Sed nihilominus mihi in ea quæstione, quam proposui, contraria sententia veritati, & æquitati conformior videtur, & iuxta eam sæpissimè absque vlla dubitatione, vel hæsitatione à Proregibus, & Audientiis Indiarum iudicari, & practicari vidi, & in ipsa illa causa Marchionis de Villamaior tandem in gradu supplicationis pronuntiatum fuit. Quoniam † schedulæ, quæ duas, vel plures vitas concedunt, apertè de ipsis Commendis loquuntur, non de earum expectatiuis, & sic cum effectu, siue post effectum consequutionis earum accipienda sunt, *l.* 1. *§. hæc verba*, *D. quod quisque iur.* cum aliis traditis à Fusario *de substit. quæst.* 650. *num.* 6. & Aluarez de Velasco *in axiom. iur. litt. V. conclus. num.* 30.

Id quod apertiùs exprimitur in illa prouisione ann. 1552. quæ habetur 2. *tom. impress. pag.* 103. dum vitarum computationem faciens, ab eo initium sumendum statuit, qui primus de Commenda actualiter inuestitus, & Indis potitus fuerit: sic etenim inquit: *De tal manera, que despues de la vida del primer tenedor de los Indios, no ha de auer mas de vna sucession en hijo, ò hija, ò muger, y no mas: desuerte, que si alguna vez algun hijo, ò hija sucediere en los Indios, y se hiziere Encomienda de ellos, si aquel, ò aquella muriere, ò los dexare, ò por algum caso los perdiere, han de tornar los dichos Indios à nuestra Corona Real luego, y no se han de tornar à Encomendar à otro hijo, ni hija del dicho primer tenedor de los dichos Indios, ni à su muger.* Idémque ostendit altera sched. ann. 1562. *eodem* 2. *tom. pag.* 209 quam perperam in contratium ponderatam fuisse intellexi, ibi: *Despues de muerto el tenedor suceda en la possession, y señorio de los dichos Indios, &c.* & ibi: *Por quanto no ha de auer en la dicha succession mas del hijo, ò hija mayor del primer posseedor, ò la muger à falta de hijos*: Et quod ibidem statuitur: *Que la vida del tal sucessor corra y se quente, aunque no se le aya hecho Encomienda*; debet intelligi de titulo declaratorio successionis, qui ei expediri solet, vt dixi *suprà num.* 65. qui in tali successore ad vitæ computationem dicitur necessarius non esse, ob id, quòd in eum legis ministerio statim naturalis, & ciuilis paternæ Commendæ possessio, absque vlla apprehensione transferatur, vt etiam dixi *sup. hoc eod. cap. ex num.* 51. Non autem ea mente dictum fuit, quasi vitarum tempus ante Commendæ consignationem computari debeat, vt ex ipsius schedulæ lectione manifestè patebit, & ex maioratus exemplo, cuius † successio regulatur ex persona eius, quæ verè debeat succedere, quamuis nunquam apprehenderit actualem possessionem Couarr. *cap.* 38. *pract. num.* 9. *vers.* 8. Greg. Lopez *in l.* 7. *tit.* 4. *par.* 5. *gloss. possession. & in l.* 6. *tit.* 11. *p.* 6 *verb. Mugeres.* Matienz. *in l.* 5. *gloss.* 2. *num.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop.* Addit. Gamæ *decis.* 93. Molina *de iust. & iur. lib.* 3. *disp.* 626. *num.* 12. *col.* 3.

Alioqui † si sola expectatiuæ interpretatio 103
sufficeret ad vitarum computationem, multoties contingeret, prout & quotidiè contingere, & contigisse videmus, quod impetrantes, & eorum filij fato concedant, ante Commendæ designationem; atque ita nullum omninò præmium consequerentur, neque gaudium Commendæ perciperent, sed potius tædium, & laborem diu expectatæ, & sæpiùs frustratæ meritorum suorum remunerationis, contra iuris regulam, quæ docet, quòd quis non debet habere dispendium, pro eo pro quo compendium sperat, de qua *in cap. sanè, de renunt. & in cap. peruenit, de fideiuss.* Et papyraceam, siue pictam mercedem, & satisfactionem se adeptos fuisse, iustè conqueri possent, non secus atque
† Parasitis Heliogabali contigisse narrat Lam- 104
pridius, quibus ille in secunda mensa sæpè ceream cœnam, sæpè ligneam, sæpè eburneam, aliquando fictilem, nonnunquam, vel marmoream etiam, vel lapideam exhibuit; ita vt omnia illis exhiberentur videnda de diuersa materia, quæ ipse cœnabat, cùm tantùm biberent per singula fercula, & manus quasi comedissent, lauarent. Nonnunquam pictas ciborum tabulas idem exhibebat, inter quas conuiuæ fame macerarentur.

Neque his obstabit doctrina Bart. & sequacium *in d. l. si ita stipulatus.* Nam † præ- 105
terquam quod eam reprobant Roman. Petr. de Besutio, & alij Scribentes ibidem, vt maximè veram esse concedamus, intelligi debet, vbi expresè officium erat datum ad tempus proximum & limitatum, & regimen vnius anni erat distinctum à regimine alterius anni. Vnde eo quouis modo transacto, cessare debuit iurisdictio ita electi, & nominati, & ei solùm restat recursus ad petendum interesse contra impedientes. Secus verò contingeret, vt ipse idem Bart. asserit, vbi talis præfinitio temporis non reperiretur, sed illud quod deest, potest æqualiter suppleri, quia tunc benè admittitur sequentis temporis prorogatio, vt in casu eiusdem legis si ita stipulatus, *l. seruus qui testamento, D. de statu liber. l. Paulus respondit, §. Caius,* iuncta gloss. *verb. Tempore, de liber. causa.* Et idem est, quando quis vult euitare damnum, vel ne aliquid fiat contra æquitatem, vt per Aretin. *in d. l. si ita, col.* 2. *ex l. Cæsar, D. de public. & vectig. & l. & ideo, D. de verb. oblig.* Vel quando non stat per aliquem quin administret, neque est quicquam, quod ei imputari possit, exemplo eorum, quæ tradit Abbas & Imol. *in cap.* 2. *col.* 2. *de eo qui mittitur in poss.* Quod multum conducit ad casum de quo agimus, & alia quæ obseruat Aluar. Valasc. *d. consult.* 155. per totam, vbi omnia iura huius materiæ benè & distinctè congessit, & digessit: & *num.* 15. concludit ad casum quem quotidie præ
manibus habemus, † de Capitaneis nauium, 106
quæ singulis annis mittuntur ad Indias. Nam si is, cui hoc anno contigit nauigatio, non potuerit illam perficere propter aduersam tempestatem, vel naufragium, vel alia de causa sine culpa sua, debet admitti in annis sequentibus, quamuis reclament Capitanei illorum annorum, & ait ita generali diplomate à Rege Lusitaniæ decretum fuisse.

Quando † autem in feudi, vel emphyteusis 107
concessione, facta ad tertiam generationem, fiat

fiat computatio ab ipso primo acquirente, vel ab eius filiis, latè, & optimè tractant, & resoluunt Ias. *in l. 2. num.* 106. *C. de iure emphyt.* & plurimi alij apud Iul. Clar. §. *emphyteusis, quæst.* 34. Ant. Gabr. *eod. tit. concl.* 4. Menoch. *cons.* 115. *num.* 28. *lib.* 2. Marescot. *lib.* 2. *resol. cap.* 53. *per tot.* & Rosenth. *de feudis cap.* 7. *q.* 23. *num.* 3. *& seqq.*

CAPVT XVII.

De illegitimis, Monachis, Clericis, absentibus, & aliis, qui in Commendis Indorum ex earum legibus succedere prohibentur, & variis, atque vtilibus quæstionibus huc spectantibus.

SVMMARIVM.

1 *Lex successionis Commendarum qualitates aliquas in vocatis requirit.*

2 *Illegitimi, & præsertim spurij, excluduntur à successione Commendarum, vt & à feudis, & aliis dignitatibus.*

3 *Emphyteusis Ecclesiastica an admittat illegitimos?*

Cap. 1. §. naturales, si de feud. defunct. fuer. contr. & l. 6. tit. 18. par. 3. *explicantur, ibidem.*

4 *Feuda etiam fœminea non admittunt naturales ad successionem, quamuis deficiant legitimi.*

5 *Lex, vel statutum disponens, quòd spurij admittantur ad successionem, non valet.*

6 *Filij spurij non continentur appellatione filiorum, neque ad maioratus admittuntur, nec videntur esse de genere instituentis.*

7 *Spurij non solùm non possunt in maioratu succedere, verùm neque in illis ab initio fundari potest, cùm sint omnis successionis incapaces.*

Authent. ex complexu, C. de incest. nupt. Authen. licèt, C. de natural. liber. *& aliæ leges similes, expenduntur, & illustrantur, ibidem.*

8 *Naturales filij, qui dicantur?*

9 *Filij naturales, non extantibus legitimis, institui possunt à parentibus, & in eorum personis maioratus fundari.*

10 *Filij naturales non dicuntur turpes personæ, & quatenus gaudeant nobilitate parentum.*

11 *Naturales filij admittuntur ad successionem iuris patronatus, & ex testamento patris imperfecto.*

12 *Filij naturales regulariter non admittuntur ad successionem fideicommissi, vel maioratus, & quando secus? & numeris seqq.*

13 *Maioratus Hispaniæ sunt honorifici, & ad splendorem familiarum inducti.*

14 *Filij legitimi si vocentur in maioratus institutione, naturales non admittuntur, & idem si filij simpliciter vocentur.*

15 *Naturales filij non sunt propriè de familia, domo, vel agnatione parentum.*

16 *Successio maioratuum regulatur adinstar successionis ab intestato.*

17 *Illegitimi non debent cum legitimis comparari, neque ad eandem mensam sedere.*

18 *Lex, si legitimaret omnes filios naturales, vel cum legitimis exæquaret, esset iniqua.*

19 *Luxuria non solùm non debet habere plus, verùm nec tantum, quàm castitas.*

20 *Lex, quæ successionem in Commendis Indorum illegitimis denegauit, iustissima fuit.*

21 *Lex successionis Commendarum, matrimoniis, & legitimis liberis fauere voluit.*

22 *Parentes retrahuntur à procreatione filiorum illegitimorum, dum vident eos legibus exosos, & successionis incapaces esse.*

23 *Filius illegitimus, vbi à Commenda, vel maioratu excluditur, eius quoque liberi exclusi manebunt, licèt ipsi legitimi sint.*

24 *Descendentes vbi generaliter vocantur ad capellaniam, anniuersarium, vel quid simile, admitti solent nepotes legitimi ex filiis illegitimis, aut etiam spuriis, & quare?*

25 *Nepotes legitimi ex filiis illegitimis, vel spuriis, benè succedere possunt suis parentibus ex testamento, & ab intestato.*

26 *Nepotes legitimi ex filiis etiam spuriis, possunt ab auo hæredes institui.*

27 *Adoptiui, vel adrogati filij in Commendis Indorum non succedunt, vt neque in fideicommissis, vel maioratibus.*

L. fideicommissum 76. D. de condit. & demonstrat. & l. si ita, in fine, D. de legat. 2 *expenduntur, & illustrantur.*

28 *Repræsentationis ius an locum habeat in adoptiuis, vel adrogatis? remissiuè.*

29 *Adoptiuus non est propriè filius, sed fictus, vel imaginarius.*

30 *Legum verba naturaliter, & in specifica forma accipienda sunt.*

31 *Adoptiui cur excludi soleant à Commendis, fideicommissis, & maioratibus?*

32 *Adoptiui regulariter excluduntur à successione feudorum.*

Cap. 1. §. adoptiuus, si de feud. defunct. contrcivers. sit inter dom. & agnatum *expenditur, & illustratur, ibidem.*

33 *Legitimati per rescriptum Principis, aut Curiæ oblationem non admittuntur ad successionem Commendarum, & quare?*

34 *Argumentum de adoptiuis ad legitimatos validum est.*

35 *Aliud est esse tale, aliud haberi pro tali.*

36 *Antonij de Leon opinio, putantis legitimatos per Principem ad successionem Commendarum admitti reiicitur.*

37 *Legitimati per Principem, vt in Commendis succedere possint, necessarium est, quòd vltra legitimationem fiat de hoc peculiaris mentio.*

38 *Legitimati per rescriptum, aut Curiæ oblationem, in feudis non succedunt, nisi de hoc expressè caueatur ex communi contra communem.*

39 *Legitimatus ad omnia officia, vel beneficia, succedit in feudis.*

40 *Proreges, & Gubernatores Indiarum non possunt filios illegitimos legitimare.*

Legitimatio, vel facultas legitimandi, regulariter non extenditur ad feuda, ibidem.

41 *Filij naturales per subsequens matrimonium legitimantur, & an in Commendis Indorum succedant?* & num. 52.

Cap.

Cap. tanta, qui filij sint legitimi, *& iura similia expenduntur, & illustrantur, ibidem, & num. seqq.*

2 *Legitimati per subsequens matrimonium, an, & quando comprehendantur in legibus, vel statutis vocantibus filios legitimos? & num. seqq.*

3 *Legitimatus per subsequens matrimonium potest ordinari, & eligi in Episcopum, & gaudet cæteris iuribus legitimorum.*

4 *Legitimatus per obsequens matrimonium succedit in nobilitate, & in Regno.*

5 *Legitimatus per subsequens matrimonium habet plenum ius agnationis.*

L. 12. Tauri, quæ est l. 10. tit. 8. lib. 5. Recop. *expenditur, ibidem.*

6 *Legitimati per subsequens matrimonium succedunt in feudis, etiam honorificis, ex magis communi, & recepta opinione.*

7 *Feudi inuestitura, etiamsi vocet legitimè natos, vel procreatos, non excluduntur legitimati per subsequens matrimonium.*

8 *Argumentum de legitimè natis, ad legitimatos, validum est.*

9 *Legitimati per subsequens matrimonium, an, & quando admittantur in maioratibus, & aliis dispositionibus hominum, vocantibus legitimos, & ex legitimo matrimonio natos, & procreatos?*

0 L. 1. tit. 18. p. 4. *expenditur, & exornatur.*

1 *Verba, quæ vocant filios conceptos, procreatos, vel natos ex legitimo matrimonio, solum excludunt legitimos per rescriptum, non per subsequens matrimonium, & quare?*

2 *Successio Commendarum non excludit legitimatos per subsequens matrimonium, quamuis solùm vocet legitimos natos.*

3 *Legitimatos per subsequens matrimonium ad Commendarum successionem admitti posse, nulla schedula Regia declarauit, & quid in hoc dubio senserit Peruanus Prorex Marchio Montisclarius?*

4 *Legitimatum per subsequens matrimonium natu maiorem, legitimo secundogenito in successione Commendæ paternæ prætulit Indiarum Senatus.*

5 *Sententiæ Senatus Supremi magni faciendæ sunt.*

6 *Res iudicata in Senatu super stylo, vel intelligentia alicuius legis dubiæ in aliis quoque litibus similibus potest allegari.*

7 *Filij nati ex matrimonio putatiuo in Commendis succedunt, & in feudis, & in maioratibus.*

8 *Matrimonium putatiuum habet quoad multa eosdem effectus, ac verum in successione filiorum.*

9 *Matrimonio in putatiuo bona fides parentum in dubio præsumitur, & sufficit vnius ex coniugibus, ad legitimitatem filiorum.*

0 *Matrimonium putatiuum sufficit ad legitimandos filios etiam ante illud natos, & alia de eo remissiuè.*

1 *Commendæ in successione an præferatur filius natus post illius acquisitionem ei, qui anteà natus fuit?*

2 *Primogenitus ex communi praxi præfertur in successione Regni, feudi, maioratus, & aliorum dignitatum, etiam si ante illarum acquisitionem natus fuerit.*

63 L. Senatoris filium 5. D. de Senator. & l. si Senator 11. C. de dignit. *explicantur, & concordantur.*

64 *Monachi, & Moniales non admittuntur ad successionem Commendarum, & schedulæ de hoc agentes.*

65 *Monachi, & Moniales excluduntur à successione maioratus, cui annexa sit aliqua dignitas, vel iurisdictio.*

66 *Monachatus inducit priuationem feudi, vel Commendæ, ergo multò magis impediet eiusdem acquisitionem, vel successionem.*

67 *Seruitium feudi, vbi est personale, non admittitur monasterium, etiam si per substitutum seruire velit.*

L. 6. tit. 26. part. 4. vers. Esso mismo, *expenditur, & illustratur.*

68 *Feudi ad successionem non admittitur, qui illi seruire non potest per se, nec per substitutum, qualis est Religiosus.*

69 *Monasterium non admittitur ex persona Monachi, nec habetur loco filij, quando lex, vel testator vocat filios natos, vel procreatos ex legitimo matrimonio, vt in Commendis contingit.*

70 *Milites Hierosolymitanos, & aliorum Ordinum Militarium à feudorum successione excludit Menoch. qui reprobatur.*

71 *Monachus cui Commendæ successio defertur, si adhuc sit in nouitiatu, quid faciendum sit?*

72 *Hospitale an, & quando sit capax feudi, vel Commendæ Indorum?*

73 *Clerici excluduntur à successione Commendarum, & frequenter à maioratibus, & semper à feudis ex pacto, & prouidentia, & quare?*

74 *Clerici vbi adest consuetudo, etiam in feudis rectis succedere possunt.*

75 *Feudum transitorium ad fœminas, solet transire ad Clericos, & Monachos, capaces bonorum in communi, sed in Commendis Indorum secùs, & quare?*

76 *Feudorum materia non admittit argumenta à paritate, vel maioritate rationis, sed eorum inuestituræ standum est.*

77 *Voluntas sufficit pro ratione in dispositionibus Principum iuris positiui.*

78 *Extensio non fit de vno casu ad alium in voluntariis.*

79 *Lex successionis Commendarum, quæ admisit fœminas, & exclusit Clericos, & Monachos, qua ratione fundari potuerit?*

80 *Clerici, vt remoueantur à successione Commendæ, debent esse Subdiaconi, & quid de tonsuratis beneficium habentibus, si illud admittere velint?*

81 *Furiosi, mente capti, muti, cæci, & alij imperfecti, an, & quatenus excludantur à successione Commendarum?*

82 *Prouisio ann. 1552. declaratoria legis successionis Commendarum, expenditur.*

83 *Muti, surdi, cæci, & alij imperfecti æquiparantur Clericis, quoad successionem in vsibus feudorum.*

Cap. 1. an mutus, *vel alias imperf. & alia iura similia feudorum, explicantur, & illustrantur, ibid.*

84 *Feudi beneficium ad eum non pertinet, qui non potest gerere officium.*

85 *Maioratus à successione quando, & qualiter arceantur*

arceantur furiosi, muti, & alij imperfecti? remissiuè.

86 *Commendæ Indorum successio, vel possessio, raró, vel nunquam aufertur propter furorem, vel aliam imperfectionem, & casus, qui de facto contingit.*

87 *Imperfectis ob furorem, vel aliam ægritudinem, si feudum adimatur, alimenta præstari debent.*

Cap. 1. §. mutus feudum, Episcop. vel Abbatem *explicatur, & exornatur.*

88 *Alimenta quatenus debeantur vassallo muto, aut aliàs impedito, vel imperfecto à domino feudi.*

89 *Feudum, vel feudi successio, vt ratione impefectionis tollatur, qualis debeat esse imperfectio?*

90 *Feudatarius si excludatur à feudo, ob furorem, vel aliam imperfectionem, an ipsius quoque filij aliàs habiles, exclusi maneant?*

91 *Vitium lineæ, vel naturale, quod operatur exclusionem patris, nocet eius filiis, secus, quod est personale, vel accidentale.*

92 *Exclusus semel, in perpetuum cum ipsius linea manet exclusus.*

93 *Succedere volens in Commenda, debet esse præsens in Regno, tempore, quo successio defertur, & schedulæ de hoc agentes.*

94 *Lex quæ loquitur per gerundium, vel ablatiuum absolutum, inducit conditionem, & formam substantialem.*

95 *Præsentia succedere volentis in Commenda cur requiratur?*

96 *Successionis ius in suspenso esse non debet.*

L. final. D. comm. præd. *& aliæ similes, expenduntur, & illustrantur, ibidem.*

97 *Casus litis duorum fratrum D. Ioannes Daualos & Ribera, & D. Ioseph. à Ribera refertur.*

98 *Absens à Regno ex iusta Reipublicæ causa, non debet ob id excludi à successione commendæ sibi delatæ.*

L. absentia, D. de reg. iur. *& aliæ similes illustrantur, ibidem.*

99 *Absens causa studiorum an excusetur à pœna legis, quæ successionem Commendarum absentibus denegat?*

100 *Succedenti in Commenda, qui in prouinciis Indiarum degit, quod tempus assignetur ad successionem petendam?*

1 PRædictis autem Regiis prouisionibus, quæ successionem in Commendis Indorum permiserunt, & schedulis posteà ad earum declarationem promulgatis, aliquæ qualitates, seu conditiones requiruntur in filiis, vel filiabus ad eam vocatis, quas hoc capite ad notandas, & discutiendas suscipimus.

Et quidem prima est, & sæpèsæpius in eisdem
2 schedulis repetita, † vt sint legitimi, & ex legitimo matrimonio nati, quibus verbis absque dubio excluduntur illegitimi, maximè si sunt spurij, incestuosi, vel adulterini, quos iure naturali odiosos esse, turpes censeri, ac propterea à feudis, & aliis dignitatibus regulariter excludi, latè probatum reliquimus *suprà cap. 5.* & multum in nostris terminis obseruat Anton. de Leon *in tract. de confirmat. Regiis, 1. part. cap. 10. num. 26 & seqq.* & post alios, quos refert Ioan. Gutier. *lib. 4. pract. q. 73.* Gigas *in tract. de pension. q. 16.* Camillus Borrellus *de magistrat. edict. lib. 1. cap. 7. & lib. 2. cap. 2. n. 13. 14. & 47. & in tract. de præstant. Reg. Cathol. cap. 30. num. 30.* Mastrillus *de magistrat. lib. 2. cap. 12. num. 44.* Marescot. *lib. 2. var. resolut. cap. 30. pag. 58.* Hieronymus Campanilus *in diuers. iur. Canon. rub. 11. cap. 13. per totum*, Flores de Mena *in pract. quæst. q. 16. fol. 22.* Rebellus *de oblig. iust. 2. part. lib. 13. c. 14. pag. 753.* Vbi quod hac de causa † emphyteusis Ecclesiastica non admittit spurios, naturales, nec illegitimos, Ioan. Baptist. Lupus *in tract. de illegit. comment. 4. § 1. & seqq.* Camill. Gallin. *de verb signif. lib. 5. cap. 16. n. 189.* D. Ioan. del Castillo *lib. 2. quotid. c. 19. n. 50.* & omnes Scribentes communiter per text. ibi *in cap. 1. §. naturales, si de feud. defunct. fuer. contr. l. 68. tit. 18. p. 3.* vbi Greg. Lop. & plenius cæteris Rosenth. *in tract. de feud. c. 7. concl. 19. per tot.* Hartman. Pistor. *in quæst. feudal. q. 40. n. 1. & 2.* & Valentin. Forsterus *in tract. de success. ab intest. lib. 6. c. 11.* vbi hoc adeò verum esse docent, vt etiam † in feudis fœmineis, naturalibus, (legitimis non existentibus) denegetur successio.

Et quod † non valet lex, neque statutum, quod spurius admittatur ad successionem, post Hostiens. Bart. Decium, & Rochum de Curte, docuit Caballin. *millelog. 767.* & aduersus contrariam opinionem Card. Palæoti *in suo tract. de nothis, & spur. cap. 54.* pluribus probat Viuius *in comm. opin. § statutum*, & cum Roman. Boërio, Rebuff. Henr. Botæo, & multis aliis, Borrell. *d. cap. 2. num. 38.* & Petrus Petra *in tract. de potest. Princip. cap. 24. num. 119. & 124.*

Qua propter, † huiusmodi filios, appellatione filiorum non contineri, neque ad maioratus admitti, neque nomen, aut insignia familiæ portare, quia non videntur esse de gente, siue genere instituentis, tradit Bald. per text. ibi, *in l. fin. C. de natur. lib. & in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam. & in l. cùm legitimæ, D. de statu homin.* Alexand. *in l. ex facto, §. si quis rogatus, D. ad Trebell.* Gregor. Lopez *in l. 1 tit. 15. part. 4. verb. Spurios*, Guiller. Bened. *in cap. Rainuntius, verb. Rainuntius, num. 31.* Alciat. *in tractat. de sing. certam. cap. 29. & lib. 4 parerg. cap. 5.* Anton. Quesada *diuers. quæst. iur. cap. 6.* & Molina, omninò videndus, *lib. 1. de primog. cap. 4. n. 45. & lib. 2. c. 11. num. 26. & seqq.* vbi probat, † quod spurij, non solùm non possunt in maioratu succedere, verùm neque in illorum personis ab initio fundari, quia omninò successionis, institutionis, vel substitutionis incapaces existunt, *Auth. quibus mod. nat. effic. sui, §. fin. collat. 6. Auth. ex complexu, C. de incest. nuptiis*, ibi: *Omnis paternæ successionis indigni, Auth. licèt, C. de natural. lib. l. 13. tit. 13 p. 6. & l. 10. Tauri*, cum aliis, quæ latè adducit Peregrin. *de fideicomm. art. 11. num. 67. & de iure fisci lib. 3. tit. 18. de naturalibus, & spuriis*, & D. Ioan. del Castillo *lib. 5. controuers. cap. 67. fol. 88. & cap. 110. num. 26.* & decisio Pedemontana 18. *num. 18.* quæ dicit in hoc neminem dissentire.

Et licèt hoc non ita fortiter in naturalibus procedat, qui † nati sunt ex concubina domi retenta, vel aliàs ex soluto, & soluta, & cum aliis qualitatibus, quæ referuntur *in l. 11. Tauri*, quæ est *l. 9. & 8. lib. 5. Recop.* quoniam † filiis legitimis non extantibus, possunt licitè à parentibus hæredes institui, & in eorum personis maioratus

fundar

fundari potest, vel ad eum in defectum legitimorum vocari, vt per eundem Molinam *d.c.* 11. *n.*25.alterum Molinam *disp.*610. *num.*3. Mieres *par.q.*2.Castillo *d.cap.*67.*nu.*25. Atque ideò † etiam turpes personæ esse non dicuntur, quin potiùs ex Hispaniæ consuetudine nobilitate paterna gaudent, saltem eo respectu, vt censeri possint *Hidalgos*, vt *in l.*3.*tit.*2.*part.*2. vbi Greg. Lopez *verbo Noble, l.*9. *tit.*1. *lib.*4. ordinamenti, vbi latè Didac. Perez Otalora *de nobilit.*2.*par. cap.*2.*n.*2.Tiraq.*eod.tract.cap*18.*ex num.*20.Turturetus *de nobilitate gentilitia, lib.*1.*c.*6.Gutierr. *lib.*3.*pract.q.*71.*num.*7. *& libr.*4. *cap.*23. *num.*4. *& in §.sui, à num.* 187. Nicol. Garcia *de benef.* 7.*part. cap.*15. *num.*49. & Castillo *d. libr.*2. *capit.*19.*ex num.*51. Et † ad successionem iuris patronatus admitti solent, vt per Roch.de Curte *in tract. de iure patr. verbo Competent, à numer.*4. Lambert. *eod.tract.libr.*1.*art.*26. *quæst.*2. *in princip. part.*2. *num.*11. Didacus Perez *in l.*1. *tit.* 6. *libr.* 3. *ordinam.* quos refert, & sequitur Gutierr. *consil.*3. *num.*12. Et ad succedendum ex testamento patris imperfecto, ex communi, de qua per Couarr. *in* 4. 2.*par. cap.*8. §.4. *num.*13. Anton. Thesauro, qui plures refert *decis.* 34. Parlador. *libr.*1. *quotid. capit.* 16. & nouissimè, omninò videndus, D. Ioan. Bapt. de Larrea, qui eos etiam maioratus capaces facit, in defectum legitimorum, *in discept. Granat. capit.* 32. *per totum.*

Adhuc tamen certum † est, hos quoque filios nisi aliud constet de voluntate testantis, non admitti ad fideicommissum relictum filiis, etiam in defectum legitimorum, & multò minus ad maioratus Hispaniæ,† qui cùm nomen honoris contineant, & in id institui videatur, vt familiarum dignitas, & splendor conseruetur, vt *in l.*1. *D.de ventre inspiciend.*Molina *lib.*1 *c.*11.*n.*2.tales filios excludere videntur, vt colligitur *ex l.*2.*tit.* 5.*part.*2.*l.*40.*Tauri*, & ex aliis latè congestis ab eodem Molina *lib.*3.*cap.*3.*ex n.*41. *& lib.*1.*cap.*4. *n.*46. Palæoto *d.tract. de noth.& spur.* 29. Menoch.*de præsumpt.libr.*4.*præs.*78.Fusar.*de substit. q.*406.*n.*2. Castillo *d.lib.*5.*cap.*82.*n.*24.*&* 2.*tom. cap.*30.*n.*18. *& tom.*5. *cap.*106. Flores de Mena *q.*16.*ex num.*37. & in additionib.ad Gamam *decis.*24.*in princ.* & nouissimè Additionator Molinæ *ad d.cap.*3.*num.*41.

Vbi pluribus probat, † quòd si filij legitimi ad maioratum vocentur, nulla disceptatio est, quòd naturales nunquam admittantur, si verò de filiis simpliciter testator loquutus fuerit, adhuc idem improbandum sit: cùm † naturales etiam non sint de familia, nec de domo, vel de agnatione parentum, vt per Fusar.*q.*354.& alios plures, quos citat. Nec iuxta ius Ciuile & Regium nomen filiorum mereantur, *l. filium eum definimus, D.de his qui sunt sui, proœm. tit.*7. *p.*2. Raudens.*de analog.cap.*30.*n.*92.

Et prætereà, quia cum naturales non succedant parentibus ab intestato, † & successio maioratuum reguletur ad instar successionis ab intestato, vt per eundem Molin. *lib.*3.*c.*9.*n.*11. nihil mirum, quòd filij naturales, sicut ab intestato, ita etiam à maioratus successione censeantur exclusi, nisi, vt diximus, vel expressè vocentur, vel saltim ex coniecturis indubitatis admissi videri possint. Quod vltra suprà dictos agnoscunt, & in iudicando, & consulendo sequendum docent Velazquez de Auend. *in d. l.*40. *Tauri*, *glos.*11.*num.*43. Azeued. *in l.*11.*tit.*6.*lib.*5.*Recop. n.*45. Albarad.*de coniect.l.*2.*c.*3.*n.*75. Mieres *de maior.*2.*p.q.*2.*n.*1. Molin. Theol. *disp.*174.*ad fin.* Nicol.Garc.*de benef.par.*7.*cap.*1.*n.*50. Raudens. *vbi sup.n.*90.& Fusar.*q.*314 *ex n.*1. Quibus addo Greg.Lop.plura contra naturales, & illegitimos congerentem, & † quòd non debeant pari passu 17
cum legitimis iudicari, neque ad eãdem mensam sedere, *in d.l.*2.*tit.*15.*p.*2.*q.*8. & latissimè Cassanæ. *in catal.glor.mund.p.*11. *consid.*15. *per tot.* & Fortun.Garc.*in tract.de vltimo fine, nu.*89.*&* 98. vbi doctissimè probat, † quòd si lex legitima- 18
ret omnes filios naturales, vel cum legitimis exæquaret, esset iniqua, & malorum morum † licentiua; cum non debeat habere plus, imò nec 19
tantum luxuria, quam castitas, vt probat text. ibi glos.*verb.Castitate,& in Auth.de restit. & ea quæ parit collat.*4.& tetigi *sup.lib.*1.*cap.vlt.n.*63. *& seqq.*

Quæ cùm ita se habeant, & tales filij illegitimi à feudis (vt vidimus) maioratibus, emphyteusi, pensionibus, & beneficiis excludantur, vt prædicti Auctores aduertunt. Mirum non est, † si lex nostra, quæ Commendarum successio- 20
nem induxit, eosdem ab eadem excluderet. Maximè cum in hac lege, vt tetigimus *in c.præced. n.*15. *& seqq.* id potissimè curatum fuerit, † vt 21
homines in prouinciis Indiarum vxores ducerent, & ex illis plurimos legitimos liberos procrearent, vt sic, his veluti retinaculis, in eisdem prouinciis permanerent, & eas ciuibus replerent, iuxta *l.*1. *D.sol.matr. & l.cùm ratio, D.de bon.dam.*cum aliis, quæ ibidem adduximus. Necnon etiam, † vt parentes se à vitiis, & illicitis 22
concubitibus abstinerent, videntes, quòd filiis, qui ex eis nascuntur, nullus honos à lege defertur; neque in Commendis, & seruitiis eorum succedunt, arg. tex.& eorum, quæ notant DD. *in d.auth.ex complexu,& l.quisquis,§.filiis,C.ad leg. Iul. Maiest.* iunctis pluribus aliis, quæ in simili tradit Tiraq *in l.si vnquam, verb.Donatione largitus,n.*333.latè, & optimè Pet.Faber *lib.*3.*semest. c.*8 & Ego *de crim.parricid.lib.*2.*c.*10.*in fine.*

Et hæc ratio efficit,† vt etiam si ex eiusmodi 23
filiis illegitimis, extent nepotes legitimi, hi quoque excludendi sint, tanquam ex radice infecta, & exclusa procedentes, vt ad consultationem Peruani Proregis D.Marchion.de Montesclaros responsum fuisse, insinuat Ant.de Leon. *d.c.*10. *n.*35.*fol.*59. & iuuatur ex his, quæ in simili tradit Bald.*in l.*1. *D.de Senator.& in l.venia, n.*5.*C. de in ius vocando*,Molin.*de primog.lib.*3.*c.*5.*n.*45. *cum seqq.& c.*7.*n.*1. & magis in terminis Bened. Barz.*in tract.de filiis non legit.nat.*2.*p.n.*32.Curt. Iun. *cons.*145. *n.*25. quos & alios refert Cæsar Barzius *decis. Bonon.*3. *n.*3.*& seqq.*& Fusarius *de substit.q.*314.*n.*4.*&* 13.*& q.*407. *n.*78.

Licèt non ignorem, aliàs,† vbi descendentes, 24
vel successores simpliciter ad emphyteusim, capellam, vel anniuersarium, aut quid simile, vocãtur, nepotes legitimos ex filiis naturalibus, quinimò & spuriis admitti solere, quoniam in eis incontinentia aut puniri non debet, vt probatur ex traditis à Cephalo *cons.*188.*n.*18.*vol.*3.Decio *in cap.in præsentia,n.*46.*de probat.* Nauar.*cons.*4. *de iur.patr.* Greg.Lop.*in l.*69.*tit.*18.*par.*1.*gloss.*1. Iul.Clar.*§.emphyteusis,q.*30.& in terminis retractus plures apud Gutierr. *lib.* 2. *pract. q.*155.*& lib.*5.*q.*81.

Quemadmodum † suis quoque parentibus, tã 25

ex testamento, quam ab intestato succedere possunt, *l. vlt. C. de natur. lib.* (quæ licèt loquatur in naturalibus, trahitur ex identitate rationis ad spurios) *glos. vlt. ibid.* Bartol. & omnes *in l. Gallus, §. quod si is, D. de lib. & posth.* Corneus *cons. 25. lib. 1. per tot.* Ias. *in l. hæreditas, C. de his quibus vt indig.* Roder. Suar. *in l. 1. tit. 6. libr. 3. Fori, n. 17* Crauet. *cons.* 184. *libr. 1.* Palæot. *de nothis, & spur. cap.* 53. Pinel. *in l. 3. C. de bon. mater. n. 22.* Couar. *in 4. 2. p. cap. 8. §. 5. num. 13. & 14.* vbi loquitur in nepote Clerici, Mieres *de maiorat. 2. p. q. 2. num. 7.*

26 Quinimò † & ab ipsis auis hæredes institui, maximè si id parentum illegitimorum, & succedere prohibitorum contemplatione non fiat. Et inter alios filios, vel descendentes ad maioratum vocari, non obstante *l. 27. Taur.* quæ locum non habet eo in casu, quo avus disponit, vt optimè considerat, & resoluit Eman. Costa *in cap. si pater, verbo Bona omnia 11. & 12. de testam. in 6.* Pinel. *vbi sup. n. 20 & 21.* Gutierr. *cons. 3. n. 14.* vbi alios huius opinionis Auctores adducit, Guillen. de Ceruantes *in l. 9. Tauri, n. 97. & seqq.* & Andr. Gail. omninò videndus, *lib. 2. obs. pract. obser. 113.* vbi latè Grœuæus in notis.

27 Adoptiui † quoque vel adrogati filij in nostris Commendis succedere non possunt, cùm earum leges adeò enixè legitimos vocet, vt adoptionis commentum excludant, vt in simili dicitur *in l. fideicomm. 76. D. de cond. & demonstr.* ibi: *Fdeicommissum à filiis relictum, si quis ex his sine liberis diem suum obierit, adoptionis commento non excluditur*, *l. si ita 51. in fine, D. de leg. 2.* ibi: *Is cui in tempus liberorum tertia pars relicta est, vtique non poterit adoptando tertiam partem consequi*, iunctis aliis, quæ tradunt Cacheran. Menoch. Mantic Hottoman. & alij, quos refert Blasius Robles de Salcedo *in tract. de repræsent. lib. 2. c. 8. n. 7.* dum illum articulum eruditè tra-
28 ctat, † an in adoptiuis, vel adrogatis repræsentationi sit locus?

29 Adoptiuus † quippè non est proprius, sed fictus, & imaginarius filius, vt benè docet glos. *in l. filio, quem pater, D. de lib. & posth.* & latè Ti-
30 raq. *de nobilit. c. 15.* Et † verba legum, naturaliter, & in specifica forma accipienda sunt, *l. qui hæred. 44. l. Mæuius 55. D. de cond. & demonstr. hæred. 77. §. vltim. D. ad Treb. l. seruus decem. 68. D. de solut. l. fin. C. de his, qui veniam ætatis,* Anton. Thesaur. *decis. 65. num. 2.* Cardin. Tusch. *litt. V. concl. 102.* Fusarius *de substitut. q. 383. num. 3. & q. 386. n. 39.* Velascus *in axiom. iur. litt. V. num. 39. & seqq.* & in nostris terminis Anton. Faber *in iurisprud. Papin. 1. part. tit. 10. principio 4. illatione 11. pag. 527. & in l. neque ei 17. D. de*
31 *adopt.* vbi rectissimè notat, † si hoc aliter intelligeremus, in manu, & potestate hæredis, aut Commendatarij futurum fore, fideicommissi, aut legis vocationem eludere, extraneos in liberos adoptando.

32 Quod etiam in causa fuisse videtur, † vt regulariter ad successionem feudorum non admittantur, vt docet tex. *in cap. 1. §. si quis per triginta, vers. Adoptiuus, si de feud. defunct. contr. sit. inter dom. & agnat. vassalli,* vbi DD. communiter, & plurimis aliis citatis, Vulteius *de feud. lib. 1. cap. 9. num. 90.* Vvesemb. *c. 6. fol. 95.* Schneiduinus *p. 6. c. 3. à num. 19. & in comment. ad lib. 3. Inst. tit. 1. Rub. de success. filior. adop. num. 9. fol. 397.* Viuius *in syntagm. comm. opin. tit. de succes. feud. fol. 602. num. 78.* Rosenth. *de feud. c. 7. concl. 30. à n. 33.* Schrader. *par. 7. cap. 5. n. 19.* Valent. Forsterus *de success. ab intest. lib. 5. c. 5. & cap. 7. num. 12.* Menoch. *cons. 925. & 975. lib. 7.* Decian. *cons. 34. numer. 16. vol. 1.* Mantua *tom. 2. de tacit. & ambig. conuent. lib. 23. tit. 13.* Vvurmserus *exercit. 2. pag. 64. & seqq.* & Robles de Salcedo *vbi sup. num. 9.*

Idem etiam, ex eidem rationibus, dicendum videtur, † in filiis per rescriptum Principis, vel Curiæ oblationem legitimatis, de quibus agunt tex. *in l. qui in prouincia 57. D. de ritu nupt. l. fin. §. 1. D. de natal. restituend. Nouel. 89. quibus modis natural. effic. sui, cap. 2. & 9. & §. fin. Inst. de nuptiis.* Cum † de adrogatis, vel adoptatis ad legitimatos valeat argum. *l. 1. C. de adoption. l. 1. D. ad municipal.* Gomet. *l. 9. Tauri, numer. 61.* Surdus *cons. 317. numer. 33.* Barbosa *in l. quæ dotis, num. 164. D. solut. matrim.* & per Camill. Gallin. *de verb. sign. libr. 5. cap. 16. num. 25. & 247.* & hi quoque verè filij legitimi non sint, quales lex nostra requirit, licèt mediante Principis rescripto pro legitimis † habeantur, *l. mercis appellatione, D. de verb. signif.* iuncta gloss. *ibid.* quam multis ornat Cephalus *cons. 451. n. 36. lib. 4.* Rimin. Iun. *cons. 222. num. 160. lib. 2.* Nicol. Intrigiol. *decis. 43. num. 73. libr. 1.* & Velascus *in axiom. iur. litt. T. numer. 21.*

Vndè † cauendum est ab Ant. de Leon *d. c. 10. n. 27. & 28. fol. 57.* contrarium ea de causa existimante, quòd Princeps, qui hanc legem Commendarum successioni præscripsit, legitimationis quoque priuilegium concessit. Quod mihi haud quaquam probatur, nisi † fortè in eodem rescripto, in quo legitimantur, simul declaretur, quòd fiant capaces successionis Commendæ paternæ, vel ad hoc præcipuè (vt fieri solet) talem legitimationem impetrauerint, quo casu duplex gratia, & dispensatio Principis esse celebretur, ex cuius absoluta voluntate, cum hoc totum ius Commendarum pendeat, vt sæpè retulimus, & probat D. Valenç. *cons. 83. num. 144* benè id facere poterit.

Quod aptè comprobatur † ex similitudine feudorum, in quibus magis communis opinio est, legitimatos per Curiæ oblationem, vel etiam per speciale Principis rescriptum, quamvis filij legitimi non extent, nequaquam succedere, nisi specialis consensus domini interueniat, eos per expressam inuestituram admittentis, vt apertè docent Afflict. & Isern. *in cap. 1. §. naturales, si de feud. defunct.* Vulteius *de feud. c. 9. n. 93. & 94.* Bartcholten. *p. 2. c. 7. num. 51. per cap. 1. de success. fratrum*, Curt. Iun. *fol. 602. col. 1.* Viuius *d. tit. de succes. feud. numer. 79. fol. 602.* Roman. *cons. 367.* Alex. *cons. 60. vol. 2.* Bald. *cons. 81. vol. 1.* Forsterus *de succes. libr. 6. cap. 12. 6. numer. 11.* Vvesemb. *de feud. cap. 6. numer. 11.* Hartman Pistoris *2. p. quæst. feud. q. 40.* Vvurmserus *d. exercit. 2. q. 9.* Alex. Trentacinq. *libr. 1. variar. resol. tit. de legitimat. resolut. 4.* Ludouic. à Sardis *in tract. de natural. libr. §. de legitim. præscript. num. 18. in vol. 4. tract.* DD. *p. 2. pag. 42.* Licèt non deficiant, qui contrariam sententiam veriorem existiment, & sic ex sola legitimatione Principis, feudalis successionis capaces redi, absque aliqua alia peculiari declaratione, vt tenuit Curt. Iun. sibi contrarius, *cons. 157. n. 5. & 24.* firmans hanc esse communem opinionem, quam etiam sequitur, & receptiorem dicit Bartol. Socin. *cons. 3. col. 3. vol. 3.* Menoch. *de succes.*

succes.progressu,libr.1.§.2.num.52.Couarr.in epitome,libr.4 p.2.cap.8.§.8. num.6. Camill.Gallin. de verb.signific. libr.9. cap.17. num.18.& 19. vbi quòd legitimatus est habilis ad feuda, emphyteusim,& similia,Ioan.Garc.de nobil.gloss.21.n.2. 4.& seqq.Ioan.Gutier. lib.4.pract.q.23.vbi quatenus, & in quibus legitimatus censeat vt legitimus, & an gaudeat patris nobilitate? Et ad vtranque partem disputant Fachin.lib.4.controu. c.53. Alciat.resp.171.n.4. And.Gail.pract.obs.lib. 2.obs.142.n.13.Menoch.latissimè,omninò videndus,cons.1098.vol.11.& cons.519.ex n.28.& Rosenth.in luculento suo tract.de feud.c.7. concl.19. nu.5.& seqq.& q.42.n.37.& cap.1. q.1.glos.A.& q.15.glos.I.Quibus addo Decium cons.76.& Zasi.in tract.de feud.1.p.pag.5.& p.8. pag.120. Qui

9 huic vltimæ opinioni subscribunt,† si ad omnia officia,& beneficia legitimatus fuerit, & alia de legitimatione tradentem, & an valeat non facta mentione legitimorum, Vlric.Hunnium libr.3. quæst. tract.7.q.12. pag.734. D.Franc.Merlinum quæst.forens.cap.1.per tot. Valasc. consult.80.p.1. Escobar de ratiociniis,cap.24 num.41.Marescot. libr.1. var.resol. cap.35. & lib.2. cap. 87. & 88. Morquech. de diuis. bonor. lib. 4. cap. 6. ex numer. 31. & Petra de potest. Princip. cap.32. numer. 36. vbi tractat, an, & quando legitimatus primogenitus, excludat secundogenitum legitimum.

10 Et † has quidem legitimationes in his partibus Indiarum Proreges, & Gubernatores de potestate ordinaria facere, aut concedere nequeunt, quia sunt Regi reseruatæ, licèt aliquando eis id specialiter committatur, ad effectum, vt aliquas pecunias ad ipsius Regis subuentionem faciliùs corrogare possit,vt benè obseruat Leon d.cap.10. num.29. pag.58. & latiùs dicemus,vbi de potest.Proregum tractauerimus. Ideò autem dixi specialem commissionem requiri. Quoniam aliàs facultas legitimandi non extenditur ad feuda, nisi expresse dicatur. Imò neque legitimatio facta ab ipso Rege, vel Romano Pontifice, vt per Pereg.de fidei comm.art. 6.n.26.& 27.Maresc.& alios vbi sup.

11 Nunc autem videndum est, † quid de filiis sentire debeamus,qui per subsequens matrimonium legitimantur, iuxta dispotionem tex in l. nuper. & l. cùm quis, C.de natural.lib.§.fin.Inst. de nuptijs, cap. tanta, qui filij sint legitimi, l.1. tit.13.p.4.cum similibus,quæ copiosè,nouissimè congerit eruditus iuuenis D. Didacus Fajardus in peculiari tract. de legitim. per subseq. matrim. cum.3.4.& seqq.& Rosenth.in tract.de feud. c.7. conclus. 8.num.5.

12 Et quamvis † sint aliqui,qui adiectis illis verbis, ex legitimo matrimonio natis, excludi putant eos, qui posteà per subsequens matrimonium legitimantur,maximè si adiiciatur verbum & procreatis,vt constat ex relatis à Peregrin.in tract. de fideicomm. art. 42.n. 6. & alijs statim referendis, & ex adductis à Faiardo vbi sup. n. 166. Adhuc tamen vbi sumus in dispositione legis, qualis est hæc, de qua agimus quæ vulgò lex successionis vocatur, vel in alia qualibet statutaria, licèt hæc aliàs stricti iuris esse soleat, vt in l.1. §.hac verba, D.quod quisque iuris, negari non potest,etiam adiectis illis verbis, legitimatos per subsequens matrimonium,ad omnia ea vocari, & admitti debere, ad quæ vocarentur, & admitterentur, si ex legitimo matrimonio,editi fuissent,quæ sententia fuit originaliter gloss.in d.cap.tanta,verb. Legitimi, vbi docuit, filium,ita legitimatum,verè quoad omnia legitimum esse,& ita ad ordines promoueri posse,& ad omnia, quæ requirunt, quòd quis sit natus de legitimo matrimonio, quam sequuntur ibidem DD. communiter. Et est similis alia glossa in cap.innotuit,per tex.ibi,verb. Coniugata,de electione, dum docet, † legitimatum per subsequens matrimonium posse eligi in Episcopum, 43 quamvis ad hoc aliàs requiratur, quòd de legimo matrimonio natus sit, vt in cap. cùm in cunctis,eod.tit.de elect. & sequuntur, hæc, & varia alia exempla in iure retractus, emphyteusis, patronatus, nobilitatis, reuocationis donationis per superuenientiam liberorum, testamanti imperfecti,quod valet inter liberos,& aliis casibus similibus adducentes, Abb. & Ant. de Butrio n.17.& 18.Imol. n.13.in d.cap.innotuit, Alex.& eius Addition.cons.5.num.7.& 8.vol.7.& plures alij, quos refert, & sequitur Couar. omninò videndus, in epit.de sponsal.2.p.cap.8. §.2.n.21.& Rimina. Iunior cons.22. num.4. cum multis seqq. vol.2. Bocerius de Regal. cap.2.n.29. Vbi † ait, 44 spurio patris nobilis, per subsequens matrimonium legitimato, insignia, & arma patris competere, Bessoldus de Regni success. lib.1. differ.9. num. 8. vbi docet taliter legitimatum in Regno succedere & Fajard. vbi sup.ex num. 217. vsque ad 233.

Et pro his facit Nouella 12.circa fin. † vbi ita 45 ita legitimatus plenum ius agnationis habere dicitur, & de iure nostri Regni celebris tex. in l.2.Taur.quæ est l.10.tit.8.lib.5.Recop. quæ cum filios legitimatos per rescriptum à successione parentum remoueat,si fortè posteà alij legitimi nati fuerint, idem esse ait,etsi non nati,sed per subsequens matrimonium legitimati sit, ibi: Y despues tuvieren algun hijo, ò nieto descendiente legitimo, ò de legitimo matrimonio nacido,ò legitimado por subsiguiente matrimonio,&c.

Quod idem in † feudis etiam honorificis ad- 46 mitti, & practicari videmus,ex vsu iam in foro vbique recepto, quicquid aliàs in theorica aduersetur, Roman cons.637. Vinius d.tit. de concess.feud.num.79. vt omnes feudistæ concludunt in cap.1.§.naturales,si de feud.fuer. controu. vbi Afflict. singulariter disputat, & communem dicit notab.5.n.6.& latissimè, & doctissimè prosequuntur Octauius Bamacarius in repet. ad eundem tex. Curt. Iunior in tract. de feud.3.p.q.19. n.41. Zasi.8.par. num.81. Idem Curtius cons.13. cent.5. obseruat 42. Alexand.Raudens.in tract.de analog. capit. 35. fol. 391. Tib. Decian. resp. 1. libr.1. Clarus,& eius additionat. Bajardus in §. feudum,q.82.num.1. Hartman. Pistor. in miscell. quæst.2.p. cap.41. num.1. Gallin. libr.2.obser.141. num.2. vbi Grœuæus n.3. Michaël.Cras. recep. sent.§.successio ab intestato,q.19.num.7. Villalob. comm. opin. verb. Legitimatus, num.73. Anton. Gabriel. in commun. conclus. tit.de legitim. conclus.1.num.22.Vlric.Hunnius libr.3.quæst tract.7. quæst.11.pag.731. Rosenthal. in tract.de feud.c.7. conclus.11.& 18. num.1. Schrad. eod. tract. p.7. capit.5.numer.21. Bocerius de success.feud.cap.3. q.2.& de Regal.cap.2 num.35.Couar.d.cap.8.§.2. num 27. Ioann Bapt.Lupus in tract.de illegit. & natural. comment.4.§.3. num.9.& 10. Menchaca quæst. Vsufrequen.libr.3.cap.42.num.9. Vvurmserus exercit. academ.2. q.9. pag.64. & seqq. Cenedus

nedus *collect*.68. *n*.3. Basil. Pontius *de matr. lib.* 11. *cap*.11. *n*.7. & plurimi alij, quos refert Borrell. *in sum. decis. to*.1. *tit*.34. *n*.352. & diligenter Fajard. *d. tract. de legitimat. per subsequens num*.223.*&* 224.& Vlricus Hunnius *lib*.3.*quæst. tract*.7. *q*.11. *pag*.731.

47 Et est adeò verum, † vt procedat, etiam si in
inuestitura vocati sint legitimè nati, & ex cor-
pore descendentes, & procreati, vt contra Lau-
dens. Cacheran. Vulteium, Intigriol. & alios, benè
defendit Fachin. *lib*.7.*contr*. *c*.91.*Pistoris d. q*.41.
n.20. & Rosenth. *d.concl*.18.*n*.4. & est videndus
plenè loquens Menoch.*lib*.4.*præs*.81.*n*.9.*& cons.*
16.*nu*.27.*& cons*.174. *n*.13. & pleniùs *cons*.1098.
& Camill. Gallin.*lib*.9.*de verb.signif.cap*.17.*num.*
18.*&* 19.*& lib*.5. *cap*.16. *n*.157. vbi ex his con-
48 cludit, † valere argumentum de legitimè natis ad
legitimatos.

Quinimò, quod magis est, idem quoque pro-
49 bare, & admittere debemus † non solum in dis-
positione legis, vel statuti, sed etiam in qualibet
dispositione nominis, vtpotè fideicommissis,
& maioratibus, quidquid nouissimè hoc in du-
bium reuocet Additionator Molinæ *lib*.1. *cap*.
3. *n*.41. eam rationem post alios prætexens,
quòd mitiùs agitur cum lege, quàm cum ho-
mine, & huius verba naturaliter, illius ciuili-
ter intelligenda sint. Nam licèt in hanc senten-
tiam propendeant Peregrin. *de fideicomm. art.*
24. *n*.6. Castillo *lib*,6. *controu. cap*.11. *num*.42.
Thesaur. *decis*.196. Petr. Surd. *decis*.319. &
latè rem disputent Andr. Fachin. *lib*.4. *controu.*
cap.54. *ex n*.1. idem *cons*.2. *lib*.2. Gutierr. *de*
matrim. cap.74. *n*.14. Anton. Merenda *lib*.4.
controu. cap.17. Paschal. *de patr. potest*. 2.*p*.
cap.4. *n*.62. Farin. 1.*p. nouiss. decis*.41. Teut-
letus *lib*.1. *disput*.2. *q*.26. Gratian. *discept. fo-*
rens. cap.653. *n*.25. Pacianus *cons*.9. *n*.43. &
Iacob. Gallus *cons*.30. *num*.62. & plurimi alij,
quos refert, & sequi videtur Fajardus *vbi sup.*
n.266. *& seqq*. Certiùs tamen, & receptiùs est,
testatores, qui illa verba adiiciunt, *ex legitimo*
matrimonio natis, & etiam si addant, *& pro-*
creatis, se conformare velle cum dispositione
iuris, quæ tales legitimatos per subsequens ma-
trimonium, quoad omnia, verè legitimos re-
50 putat, vt *suprà* retulimus, † & ostendit *l*.1. *tit*.
18. *par*.4. ibi: *Otro si son legitimos*, quæ verba
veritatem, & non fictionem præseferunt, vt ibi-
dem Greg. Lop. ostendit, & probat tex. *in l. si*
maritus, §.*lege Iulia*, *D.ad leg.Iul. de adult. l. his*
verbis,in princip.D.de hæred.instit. Mieres *de ma-*
iorat.2.*p.q*.1.*num*.7. & Barbosa *de diction. dict.*
340.*num*.1. *&* 4.

Et ita in specie vocationis feudalis, fideicommissariæ, vel maioratus, expressè agnoscunt. & resoluunt Paul. Castrens. *in l.si quis*,*n*.6.*C.de his qui veniam ætat*.& plures alij ex antiquioribus, quos refert, & sequitur Ias.*cons*.168.*n*.6. *vol*.4. Decius *cons*.145.*n*.5.*&* 6.*& cons*.624.*n*.7.*& in cap. cùm in cunctis*,*n*.11.*&* 12.*de elect*. Socin. Iun.*cons*.39. *n*.63.*vol*.3. Riminal.*cons*.226.*n*.5.*&* 6.*vol*.2. Couar.*d*.§.2.*n*.30, additio ad Alex.*cons*.5. *vol*.7. latè & optimè Tiraq.*de primog.q*.34.*per tot*. Molina *de maiorat. lib*.3. *c*.1. *n*.41. *& lib*.2. *cap*.11. *n*.23. Ioseph. de Rusticis *in l. cum auus*, *lib*.2. *cap*.16. *n*.126. *&* 181. Lupus *d.tract. de illegit.comment*. 4. § 3. *n*.10. Iacob. Cancer. *lib*.2. *var. cap*.11. *de sponsal.n*.61. Castillo *tom*.2.*contr. c*.105. *ex nu*.35. Ceuallos *pract.comm.q*.606 *per totam*, Fachin.*lib*. 7.*contr.cap*.51. Fusar. *de substitut. quæst*.409. *num*. 47.*cum seqq.*

Vbi idem dicendum putat, quamvis disponens adiiciat: *Sine liberis ex legitimo matrimonio natis, procreatis, vel conceptis*: † quoniam semper hæc verba debent intelligi, vt operentur exclusionem legitimatorum per rescriptum, vel aliis modis, quam per subsequens matrimonium, qui verè legitimi sunt, iuxta *suprà* relata. Et idem sentiunt Mieres, *vbi sup. num*.5. Burgos de Paz *cons*.6. *n*.26. Marta *de success. legal*. 1. *p*. *q*.18. *art*.9. *n*.4. Auend. *in l*.4. *Tauri gloss*.11. *à n*.41. Cald. Pereira, Basil. Pont. Menchaca, Ferrer, Bapt. Lup. & innumeri alij, quos per integras paginas congerit Fajard. *vbi suprà*, *num*.230. *&* 265. & vltra relatos ab eo Alex. Trentacinq. *lib*.1. *var. resol. tit. de legitimat. resol*.1. & Steph. Gratian. *lib*.1. *discept. forens. cap*.138. vbi plura de huius legitimationis specialibus congerunt.

Et in ipsis terminis nostrarum Commendarũ eandem opinionem certam esse affirmat Ant. de Leon d. tract. de confirm. Regiis 1. par. c. 10 n. 26. subdens, se putare Regiam de hoc decisionem, seu declarationem extare, quam tamen ipse non vidit. Et † re vera non extat. Nam licèt insignis ille, & valdè prudens Peruanus Prorex D. Marchio Montisclarius hanc quæstionem, seu dubitationem, cum prærogatiua suffragij sui, in fauorem legitimati, inter aliàs, Regio Indiarum Consilio proposuerit, & ad tollendas lites, quæ eius occasione quotidie suboriri poterant, declarari petierit, nullum tamen aliud responsum accepit, quàm vt leges seruaret, seruarique faceret.

Inuenio tamen † per eundem Senatum post longam litem, & grauem disceptationem, maturo iudicio, in fauorem legitimati decisum fuisse, in ardua illa causa D. Ioannis de Aliega filij maioris naturalis legitimati, cum D. Hieronymo filij minoris ex legitimo matrimonio concepti, quamvis pro hoc pater, dum viueret Regiam schedulam impetrasset, vt tetigi *sup. cap*. 16. *n*.41. Quod exemplum † magni quidem faciendum est, tum ob auctoritatem rerum in supremo Senatu iudicatarum, de qua pluribus dixi *sup. hoc lib*,2. *c*.10.*n*.77.& multa congerit D. Valenç. *cons*.40. *n*.55. *& cons*.73. *n*.53. *& cons*.83. *n*. 115. *cum seqq*. vbi in terminis nostrarum Commendarum loquitur, & nouissimè Alphons. Guzmanius *in tract. de euict. q*.3. *n*.48. *&* 49. Velasc. *in axiomat. iur. litt*. L. *n*.127. & Fajardus *vbi sup. n*.114. Tum maximè † quòd hoc certiùs est, vbi talis res iudicata emersit circa declarationem, & interpretationem verborum alicuius legis, quæ dubitandi, & litigandi causam præbuerant. Nam talis declaratio non solùm in illa lite, verùm & in aliis, rem veluti iudicatam constituit, & saltem in vim styli, & intelligentiæ talis legis allegari potest, *l.si de interpretatione*,*l.nam Imperator* 28. *D. de legib. l. Labeo* 21.*D.de statu lib.l*.1.*C.de ædif.priuat.* cũ traditis à Ioann. Gutier.*lib*.3.*pract.quæst*.17. *nu*.71. Ceuallos *in præfat.ad pract.comm.num*.32. & D. Valenç.*d.cons*.83. *num*.120. Bernard. Greuæus *in pract. Cameræ Imper.in procem. num*.519. *&* 20. *cum seqq*. Menoch.*de præsumpt.lib*.1.*q*.1.*num*.27. Borrellus *in summ. decis. tit*.13. *de legibus*, *n*.15. & de decisionibus Rotæ agens, Mascardus *de probat. conclus*.484.

Quibus

Quibus consequens est, filios etiam natos
7 ex matrimonio putatiuo, publicè, & bona fide à parentibus contracto, ad Commendam admitti, licèt illud posteà, ex aliquo impedimento dirimente, ab intio nullum fuisse apparuerit. Nam
8 matrimonium putatiuum habet quoad multa effectus veri, & iusti matrimonij, & inter alia, quòd filij ex eo nati, legitimi sint, & parentibus succedant, & ad fideicommissa, feuda, & maioratus admittantur; quamtumvis in illis testator solùm veros & legitimos filios admitti voluerit, vt probat text. *in capit. ex tenore, & cap. peruenit, qui filij sint legitimi, cap. debitum, de bigamis*, vbi communiter Scribentes, *l.3. vers. Otrosi, tit.3. part.4. l.1. tit.13. ead. part.* cum multis aliis, quæ copiosè, vt solet, congerit Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. Donatione, nu.*141. Dueñas *reg.*350. & post Couarr. vtrumque Molinam, Thom. Sanch. & plurimos alios, quos refert, Ioann. Gutierr. *in tract. de matrim. cap.*71. *num.*2. latissimè D. Ioann. del Castillo *lib.2. controuers. cap.*11. *num.*5. *&* 6. Bammacarius *in d. capit. naturales, quæst.* 9. *num.*66. *cum seqq.* Ceuallos *comm. pract. quæst.*697. *in princip.* Basil. Pontius *de matrim. libr.* 11. *capit.* 1. §. 2. *numer.*13. *&* 14. *& cap.*8. *per totum*, & D. Michaël de Luna & Arellano *in præclaro tractatu de iuris, & rationis imperio, libr.* 4. *capit.*4. *numer.* 83. Fajard. *d. tract. de legit. per subsequens matrimon. numer.* 167. *& seqq.* Vbi benè subiungit, † in dubio præsumi in parentibus bonam fidem, quæ in hoc casu requiritur, & sufficere, quòd vel in altero ex parentibus interueniat, vt filij ex eis procreati, sint quoad vtrûque legitimi reputandi. De quibus vltra Thom. Sanch. & alios à prædictis Auctoribus allegatos, latè, & multum in nostris terminis agit Rosenthal. omninò videndus, *in tract. de feud. cap.*7. *q.*18. *n.*18. Menochius *lib.*5. *præsumpt.* 130. Fusarius *de substitutionibus, q.*409. *n.*109. *&* 110. Vbi † quod per tale matrimonium, etiam filij anteà nati, legitimantur, Additionator Molinæ *libr.*2. *cap.*5. *nu.*25. *&* 26. Fachin. *lib.*3. *controuers. c.*26. *& seqq.* vbi plures quæstiones circa matrimonij putatiui effectus adducit, & Nos *infrà cap.*21. vbi de successione coniugum putatiuorum, & lucrorum inter eosdem communicatione, tractabimus.

Sed an in huiusmodi successionibus, natus ante Commendam à patre acquisitam, à secundogenito præferatur, qui post illius acquisitionem conceptus, atque editus fuit, latè quidem hic disputari posset, ex similibus controuersijs, quas in Regnorum, feudorum, maioratuum, & aliarum dignitatum successione DD. passim agi-
5 tare solent. Sed cùm iam † apud omnes verius, & receptius existimetur, adhuc primogeniti causam in hoc quoque casu potiorem esse. Idem absque dubio in nostris Commendis admittere oportebit, provt & quotidie praxis admittit
6 † ex doctrina I. C. *in l. Senatoris filium* 5. *D. de Senator.* quam benè defendunt ab oppositione, seu antimonia, quam patitur *ex l. si Senator* 11. *C. de dignitatibus, lib.*12. & pluribus ornant, & prosequuntur, vltra Scribentes in eisdem iuribus, & antiquior alios, quos refert, Tiraquel. *de primog. q.*31. *per totam*, Valent. Forster. *lib.*4. *de success. ab intest. cap.*24. *ex n.*27. *ad* 40. Hottom. *quæst. illust. q.*1. Petr. Greg. *lib.*7. *de Rep. cap.*9 *per totum*, Duaren. *lib.*2. *disp. cap.* 29. Pazius *centur.*1. *antinom. cap.*39. Vvurmserus *exercit. academ.*2. *q.*14. Vlric. Hunnius *lib.*3. *quæst. tract.*7. *q.*25. *pag.*769. Nicolaus Genoa *de conciliat. leg. pag.*264 *& seqq.* Iacob. Menoch. *cons.*677. *nu.*10. *lib.*7. *& de præsumpt. lib.*4 *præs.*92. *nu.*5. Ego pluribus ab hinc annis, in meis antimoniis, quas Salmanticę magno audientium plausu, & fructus relegi, *cap.*14.

Et in feudis specialiter loquentes Georgius Obrechtus *disp. feud.*10. *num.*88. *cum seqq.* Ioan. Schoner. *disput. feudal. lib.*1. *disput.*6. *thesi.*53. Iul. Clarus, §. *feudum, q.*80. *num.*3. Rosenth. *de feud. cap.*7. *q.*26. *num.*4. Zasius *eod. tract. part.*8. *nu.*86. Vlricus Hunnius *vbi suprà*, Teutlerus *part.* 1. *disput.*19. *thesi final. litt. A*, Bessol. *de Regni success. lib.*1. *differt.*7. *num.*1. *& seqq.* & in delibatis *ad lib.* 1. *Pandect. d. tit. de Senator. num.*39. Heningius Arniseus *in relect. de Repub. lib.* 2. *cap.* 2. *sect.*11. *per tot.* Ant. Colerus *de iure Imperij German. sect.*52. vbi exépla adducit, & Harpprechtus *in tit. Inst. de hæred. quæ ab intest. n.*150. *& seqq.*

Et in terminis nostrorum maioratuum Hispaniæ Greg. Lopez *in l.* 2. *glo.* 10. *in princip. tit.*15. *part.*2. Anton. Gomez *in l.*40. *Tauri, n.*67. *Molina lib.*3. *de primog. cap.*1. *n.*3. Blasius Robles de Salcedo *in erudito tract. de repræsent. lib.* 2. *cap.*15. *num.*26. *&* 17. *&* Molina Theologus *disput.*624 *n.*2. qui benè obseruat, hoc iam apud omnes esse consuetudine receptum, tametsi quondam res fuerit controuersa, & latè, & eleganter Basil. Pontius *variar quæst.*1. *part. cap.*4. *ex pag.*189. *ad* 199.

Secundò verò limitatio successionis liberorum, in Commendis de quibus agimus, proponitur † in Monachis, & monialibus, vt 64
constat ex prouisione dat. Mart. 5. Aptil. ann. 1552. quæ habetur *in* 2. *tom. impress. pag.*203. ibi 2. *O no pudiesse suceder por entrar en alguna, Religion, &c.* Et in alia dat. Vlysip. 4. Iunij, ann. 1582. ibi: *O no quisiesse suceder en ellos, ò por entrar en Religion, ò por otro impedimento, è incapacidad.* Cuius ratio petenda est ex his, quæ latè dixi *suprà c.*5. *ex num.*14. *&* ex simili feudorum, quæ dicuntur ex pacto, & prouidentia, in quibus regulariter Monachi nō succedunt, vt constat ex congestis à Rosenth. *d. tract. de feud. cap.*7. *concl.*30. Menoch. *cons.* 519. *num.* 8. *& de arbitrarijs casu* 231. Iulio Clar. §. *feudum, q.* 48. *&* Carol. Tapia *in auth. ingressi, verb. Sua, cap.*14. *per totum, pag.*481. *cum seqq.* Quemadmodum † neque in maio- 65
ratibus, quibus annexa est aliqua dignitas, aut iurisdictio, vt per Molinam *lib.*1. *cap.*13. *num.* 79. *& seqq. & n.* 94. Fusar. *de substitut. quæst.* 311. *num.* 49. *& q.* 430. *ex n.*1. Ceuall. *pract. comm. q.*193. Gama, & eius Additionat *decis.* 6. *num.* 2. Angulanus *in tract. de legib. lib.* 2. *controvers.* 17. *&* latissimè Castillo *lib.* 3. *controuers. cap.* 12. *&* Additionat. Molinæ in locis *suprà* citatis.

Et † cùm per Religionis ingressum Commen- 66
datarij Commendam amittant, vt constat ex schedulis citatis ab Anton. de Leon *d. cap.* 10. *fol.*57. *num.*24. & dicemus *infrà*, vbi de extinctione Commendarum agemus, mirum non est, quòd lex eisdem Monachis successionem deferre noluerit, argum. *l. pater furioso, D. de his qui sunt sui.* Nulla in hoc consideratione habita, an monasterium in communi sit capax bonorum, necne? licèt hæc aliàs in feudis, & ma-

ioratibus ordinariis soleat considerari, vt per eundem Molinam *vbi suprà*, & Menochium *d. cons.* 519. vbi tractat, an Religiosus admittatur ad feudum, domino non contradicente. Nam quan-
67 do † seruitium non est reale, sed personale, prout in nostris Commendis contingit, nunquam transit feudum in monasterium, etiam si per substitutum seruire velit, vt per Salicet. & Ias. *num.* 46. *in d. auth. ingressi*, Felin. *in cap. in præsentia*, *num.* 46. Paris. *num.* 195. *de probat.* Afflict. *decis.* 265. *num.* 37. gloss. *in cap. scripsit nobis* 27. *quæst.* 2. & Franc. Curtius *in tract. de feud. part.* 3. *princip. memb.* 2. *num.* 19. Gapitius *decis.* 10. *num.* 10. Pro quibus facit *l.* 6. *tit.* 26. *part.* 4. *vers. Esso mismo dezimos.* Et ibi Greg. Molina *d. cap.* 13. *num.* 84. & nobile dictum Menochij 519 per totum, vbi concludit, Religiosum non
68 posse per substitutum, † & in feudo nõ succedere, qui feudo domino seruire non potest per se, nec per substitutum, qualis est Religiosus. Nec mo-
69 nasterium ex eius persona, † cùm hoc non admittatur, quando sunt vocati filij ex legitimo matrimonio nati, vel procreati; vt scripsit Præpos. *in cap.* 1. §. *& quia, col* 15. *de his, qui feud. dar. poss.* Capitius *decis.* 31. *num.* 5. & idem probat ipse Menoch. *cons.* 54. *num.* 24. *lib.* 1. *&* *cons.* 722. *num.* 22. *lib.* 8. vbi loquitur de Canonicis regularibus, *& in tract. de arbitrar. lib.* 2. *cas.* 231. *num.* 3. Vbi *numeris seqq.* subiungit, hoc verum esse, etiam in regulari promoto ad Episcopatum, vel Cardinalatum, quod latiùs etiam probat, & prosequitur Rosenth. *in tract. de feud. cap.* 7. *q.* 29. *num.* 9. *&* 10.

70 Et quod magis † est *num.* 19. *& seqq.* affirmat, Equites Ierosolymitanos in feudis non succedere, & idem videtur concludere in Militibus D. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, eo fundamento, quòd hi Religiosi sint, vt pluribus adductis probat D. Ioseph. Pellicer *in notis ad Gongor. fol.* 152. & Menoch. *de arbit. cas.* 231. *n.* 71. & disputat Carrasc. *ad leg. Recop. cap.* 6. §. 5. *ex num.* 29. Quod tamen Ego reprobandum existimo, cùm horum religio bellum non impediat, sed potiùs ad bella ordinetur, & ob id Ordines, vel Religiones Militares dicantur, & ita benè possint per se in bello seruire, & reliqua feudorum onera subire, & multò magis nostratum Commendarũ, in quibus nunquam de hoc dubitari vidi, nec audiui, & tetigi *suprà cap.* 5. *num.* 18. & optimè probat, & prosequitur Rosenthalius *d. tract. de feudis, cap.* 7. *q.* 30. *num.* 16. cum aliis, vbi eosdem Milites Ierosolymitanos vocat Melitenses, vel Iohanitas, & Carolus Tapia *in auth. ingressi, verbo Sua, cap.* 14. *num.* 19 *&* 42.

71 Sed † an Monachus, qui adhuc professionem non emisit, in feudo vacanti succedat, in quæstionem vocari solet, & in nostris Commendis propter casus frequentiam vtile esse potest. Et Menoch. *d. casu* 231. *n.* 16. illum non succedere rectè resoluit, sed successionem manere debere in suspenso, quia fieri potest, quòd emittat professionẽ, atque ita efficiatur omnino incapax, fieri etiam potest, quòd egrediatur religionem. Hoc ergo dubio pendente, hic interim admitti non debet. De quo articulo latiùs nobis agendum est *infrà cap.* 27. & interim videndus est Greg. Lop. qui eandem Menochij sententiam tenet, *l.* 6. *tit.* 26. *par.* 3. *verbo Religioso*, reiecta contraria glossæ *in cap. scripsit nobis* 27. *quæst.* 2. & Carol. Tapia *dict. auth. ingressi, verb. Sua, c.* 14. *n.* 28. vbi quòd Clerico in mi-
noribus, cui delatum est feudum, statuendum est tempus ad deliberandum, an velit laicari, vel Clericus remanere.

Et ex prædictis descendit, † Hospitale etiam 7
esse incapax successionis feudi, & per consequens Commendæ, ex quo in bello per se domino inseruire non potest, quod vbi feudum est ex pacto & prouidentia agnoscit Menoch. *cons.* 1011 5. *num.* 74. *&* 35. licèt contrarium docere videatur Afflict. *in cap.* 1. §. *qui Clericus, n.* 9. *si de feud. sit controuers. inter dom. & agnat. vassall.* quem secutus est Nardus Liparulus *in addition. ad Isern. in eod.* §. *verbo Hospitalary*; qui tamen de feudis hæreditariis intelligendi sunt, vt per Menoch. *suprà num.* 38. cùm hæc feuda hæreditaria etiam transeant ad monasterium, vt per Felin. *in cap. in præsentia, n.* 47. & Rosenthal. qui de his omnibus plenius cæteris agit, *in tract. de feud. cap.* 7. *concl.* 30. *n.* 22.

Tertiò, filius, qui ex lege successionis ad nostras Commendas vocatur, excludendus veniet, † si Clericus esse reperiatur, cùm Clericis no- 7
uæ Commendæ dari non possint, vt dixi *suprà d. cap.* 5. *ex num.* 14. Et datæ adimi iubeantur in schedulis suprà relatis. Quod etiam censere possumus ad imitationem, & similitudinem maioratuum inductam, in quibus etiam Clerici frequenter excludi solent, vt per Molinam *lib.* 1. *cap.* 13. *ex num.* 96. vbi eius additio plures alios adducit.

Et multò magis ex recepta, & obseruata feudorum doctrina, quæ vbi sunt ex pacto, & prouidentia prout Commendæ, de quibus agimus, æqua lance Clericos, ac Religiosos ab eorum successione repellunt, quia pariter per se militare, & seruire non possunt. Vt probat tex. *in cap.* 1. *de feud. fœmin. cap.* 1. *de mil. vassall. qui arma bell. depos. d. c.* 1. §. *qui Clericus, si de feud. fuer. contr. inter. dom. & agnat. vassall. & cap.* 1. *an mutus*, vel aliàs imperfectus: vbi latissimè omnes feudistæ hunc articulum prosequuntur *d. l.* 6. *tit.* 26. *part.* 4. vbi Greg. Lopez *verbo Clerigo*, & plurimi alij, quos refert, & sequitur Rosenth. *vbi suprà d. conclus.* 30. vbi distinguit inter feuda ex prouidentia, & hæreditaria, Cotta *in memorab. verbo Clericus*, Crauetta *cons.* 30. *num.* 3. Siluanus *cons.* 3. *num.* 9. Bursatus *cons.* 63. *num.* 27. Roland. *cons.* 23. *num.* 20. *lib.* 1. Iulius Clarus *in* §. *feudum*, *q.* 48. Thomas Marinus *in tract. de feud. tit. de feudo ex pact. & prouid. antiq. num.* 142. Ofascus *decis.* 27. *num.* 4. qui testatur hanc esse receptissimam opinionem Menoch. *d. cons.* 1011 5. *num.* 34. *& cons.* 54. *n.* 10. & iterum *cons.* 181. *num.* 75. *& seqq.* vbi reddit rationem, quare Clericus feudi capax non sit, & latiùs, & elegantiùs *in tract. de arbitrar. cas.* 231. *ex num.* 1. vbi inquit, quòd Clericus, etiam per substitutum seruiens in bello, efficitur irregularis, & idem pluribus aliis relatis sequitur Tapia *in d. auth. ingressi, cap.* 14. *ex num.* 24. *pag.* 469. & D. Valenç. *cons.* 23. *num.* 19. qui licèt *num.* 23 plures alios contrarium tenentes adducat, intelligendus est in feudis hæreditariis, & in quibus seruitium personale præstari potest per substitutum, quorum Clerici, & alij Ecclesiastici capaces esse solent, ex communi, quam refert Iul. Clar. *d.* §. *feudum*, *q.* 78. *n.* 4. Crauet. *cons.* 303. *n.* 10. *vers. Secundo respondeo*, Cephal. *cons.* 151. *n.* 41. *vol.* 2. Bobadilla *in Politic. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 156. & latissimè Menoch. *dict. casu* 231. *n.* 33. cum multis seqq. vbi *n.* 48. *& seqq.* resoluit, † Clericum quemlibet, etiam in feudo recto

recto succedere posse, si ea est consuetudo, qualis extat in Italia, & Alemania, & hoc casu seruire posse per substitutum.

Neque his adversatur, † quòd cùm ad nostrarum Commendatum successionem fœminæ admittantur, vt diximus *suprà cap. præcedenti, num.39.* Videbantur quoque admittendi Clerici, & Religiosi, ex recepta Doctorum sententia, quæ habet, quòd feudum, quod est transitorium ad fœminas, transit quoque ad Clericos, & Religiosos, vt per Alexand. *consf.10. lib.5.* Curtium *in tract. de feud. 3.par. memb.2. num.26.* Capicium *decis.31.* & Menochium *consf.519. num.1. & 13.* Nam respondetur, † in his materiis feudalibus non valere argumentum ex paritate, imò nec à maioritate rationis, vt per Ioan. Franc. à Ponte, qui alios adducit, *de potest. Proreg. tit. 8. cap.6. n.5. pag.278.* sed eorum inuestituræ, & legibus standum esse, † in quibus sufficit pro ratione voluntas concedentis, iuxta text. & glossam, *verbo Ratus, in l.1. D. de postulantio*, & plura alia, quæ de nostris Commendis agens tradit D. Valençuela *consf.83. num.141. & seqq.* ac propterea succensendum non esse nostris Regibus, cur Clericos, & Monachos excluserint, cùm fœminas admiserint. Cùm † in voluntariis extensio non fit de vno casu ad alium, vt per Ioann.Gutier.*lib.3.pract.q.67.num.16.* Præterquam, quòd ratio † diuersitatis ea esse potuit, quòd Cōmendis mediantibus, harum prouinciarum conseruationi, populationi, & legitimorum liberorum procreationi consulebatur, vt dixi *sup.cap. prox.ex n.15.* quæ ratio fœminarum admissionem, & Clericorum, ac Religiosorum exclusionem necessariò desiderauit. Et ita in terminis tenet Matth. de Afflict. *decis.320.n.7.* dicens, quòd licèt fœminæ reperiantur habilitatæ ad feuda, non tamen ideò Clerici, vel Monachi habilitati censentur, nec ad eos est facienda extensio, & sequitur Tapia *vbi suprà, num.37.*

Clerici autem, qui excluduntur, † debent esse in sacris ordinibus constituti, aut saltem tonsuratis, & habitum, & beneficium habentes, vt dixi *sup. cap.5. ex num.20.* & in terminis feudorum latè docet, & probant Bald. & cæteri DD. *in d.§.qui Clericus*, Clarus *d.§.feudum,q.78.in fine*, Craueta, Roland. Alciat. Cephal. Thom. Marinus Minad. & plures alij, quos refert, & sequitur Menoch. *d.casu 231.n.24.& d. consf.181. num.80.* Greg.Lopez *d.l.6.part.verbo Clerigo*, vbi inquit, quòd saltem debet esse Subdiaconus Cæterùm Clericus secularis primæ tonsuræ, qui nullum obtinet beneficium Ecclesiasticum, benè succedere poterit, iuxta sententiam eorundem Auctorum, & tradita à Bruno *consf.16.num.6.& consf.38. num.1.* Dueñas *reg.103.limit.2.* Menoch. *suprà num.23.* Et si beneficium habet, aut Ecclesiæ inseruit, potest post mortem patris his renuntiare, si velit feudi successionem sibi delatam adipisci, dummodò id primo quoquo tempore faciat, ita vt diutius feudi siue Commendæ successio in suspenso non sit, quia aliàs ad secundogenitum habilem transibit. Quod arbitrio iudicis æstimandum est, vt optimè resoluit Matth. de Afflict. *in cap.1. num. 10. de milite vassallo, qui arma bell. de poss. & decis.320. num.7.* post Iserniam, & Lucam de Pena, quos refert Brunus *d. consf.16. num.6.* & plurimi alij, quos congerit Hartmanus Pistoris *in quæst. feud. 3.part. q.34. num.18.* & Menoch. omninò videndus, *d.cas.231. num.28. & seqq.* & Carol. Tapia *d.auth.ingressi,verbo Sua,cap.14. pag.489.* vbi inquit, huic tali Clerico, cui feudum delatum est, dari tempus ad deliberandum, & benè resoluit num.20. & 42. Milites Ierosolymitanos, & aliorum Ordinum Militarium ab hac successione non excludi, cùm neque ab accipiendo nouo feudo excludantur, iuxta ea quæ latiùs dixi *d. cap. 5.num.17.*

Quartò, † furiosi, mente capti, cæci, muti, & surdi, clandi, corpore vitiati, & alij morbo sontico laborantes, qui eos impediat ad præstanda seruitia Commendis imposita, ab earum successione excludi videntur, sicuti & à noua receptione, vt tetigi *suprà d.c.5.n.30.* De quo, licèt nullam schedulam Regiam inuenerim, quæ id expressè disponat, intelligi potest satis cautum esse † in nobili illa prouisione declaratoria legis successionis data Matriti 5 Aprilis, ann.1552. quæ extat *in 1. tom. pag. 203.* Nam postquàm expressit causas religionis, Clericatus, & incompatibilitatis, quæ successionem impediunt, adiecit hæc verba: *O por otro algun impedimento, ò incapacidad*, quæ solùm in dictis casibus verificari possunt. 81 82

Sicuti in simili contingit † in feudis, *in cap. 1. §. qui Clericus, si de feud. fuer. contr. inter dom. & agn. vass. & in cap.1. §. ex hoc, de feud. fœmin. & in cap.1. an mutus*, vel aliàs imperfectus, vbi imperfecti nati, æquiparantur Clericis, Monachis, & fœminis succedere prohibitis, quo ad hoc, vt sint inhabiles ad feudi successionem, & ita in eis pro comperto habent omnes Scribentes ibidem: eandem rationem, quam in illis reddentes, nimirùm † quòd feudi recti, & proprij natura est ea, vt vassallus personaliter seruiat domino, non autem per substitutum. Et quod ad eum non pertinet beneficium, qui non potest gerere officium, vt *in cap.1.de milite vass. qui arma belli de pos.* quod etiam probat *l. 6. tit.26. par.4.* vbi noster Gregor. Lopez, Bertachin. *in repertor. verb. Claudus*, Hartman. Pistor. *in quæst. feud. 2. par. q.32.* Valent. Forster *de success. lib.4. cap.32.* Zas. *in tract. de feud.8. par. pag.117. & 179.* Schrader. *eod. tract. par.7. cap.5. n.32.* Rosenth. *cap.1. conclus 15. num.5. & cap.3. concl.8. num.1. cap.7. q.27. & seqq.& cap.8. quæst.8. num.10. in remiss. litt. K.* & Molina *lib.1. cap.13. & num.22.* vbi tractat, † qualiter & quando propter hos defectus prædictæ personæ excludantur à successione maioratus. 83 84 85

Quod certè rarò practicatur, nisi id specialiter à fundatoribus cautum sit. Et idem † expertus sum in nostris Commendis. Nunquam enim vidi, alicui his de causis litem super successione, aut remotione Commendæ motam fuisse, excepto casu Francisci Velazquez de Talauera Peruani Commendatarij, qui cum possideret in prima vita Commendam *de los Checras*, & defunctus esset, relicto filio D.Francisco de Talauera, totaliter furioso, & D.Agnete de Sola vxore Petri de Vega, dubitatum fuit, an hæc illi ratione furoris præferenda esse, & à Prorege Dom.D.Franc. à Toleto, & eius assessoribus, pro filia pronuntiatum fuit 8.Octob.ann.1576. eo ei onere iniuncto, vt furiosum fratrem alere teneretur. 86

Ad quod fortè ducti fuerunt † auctoritate textus *in cap.1.§.mutus feudum, Episcop. vel Abbat.* vbi probatur, mutum, qui nihil omnino loquitur, feudum amittere, huic ante egenti alimenta deberi, de quo pluribus agit post Speculat. & Socin. 87

Greg. Lopez *d. l.6. verb. En ninguna manera*, Schrader. *d. tractat. de feud. par.6. num.*67. Tiraq. *de primog. c.*25. & Molina *d. cap.*13. *num.* 44.*&* 46.*& seqq.*vbi etiam tradit, an, & quando mutus,& surdus furioso æquiparentur.Et quatenus
88 † vassallo muto, & aliàs imperfecto, à domino feudi alimenta debeantur? vide Petr. Surd. *in tract. de aliment. tit.1.q.56.ex n.1.ad* 10. Martin. Colerum *in eodem tract. lib.1. cap.*13. *num.* 120. Daniel. Morl. *in semestribus lib.*3. *c.*34. Pileum *q.*53. & Hieron. Schurff. *cons.*91. *n.*5. *centur.*1.

89 In quo tamen notandum est, † plures esse, qui opinentur, quòd,vt dementiæ,furoris, vel alterius imperfectionis vitium impediat, debet esse contractum à natiuitate, vel ante delatam feudi successionem.Nam si quis sanus mente, vel corpore in feudo successerit, per superuenientem dementiam,vel defectum,illud non amittet,vt docet Bald.*in d.cap.*1.*an mutus,& c.num.*2.Zas.*d.*8.*par. num* 67.Vuesemb.*de feud.cap.6.num.*20. Pistoris *d.q.*32.*num.*9.Paris.*cons.*10.*num.*14.*vol.*1. Schrader. *d. par.*7. *in limit. regula, vers. Sextò furiosus.*

90 Rursus & illud in quæstionem vocatur, † an furioso,vel imperfecto ob tale vitium excluso,secundogenitus admittatur,vel filius ipsius imperfecti, si eos habere contigerit. Et quamvis aliqui excluso patre, filios quoque eius exclusos manere affirment,*ex d.cap.*1.*§ mutus*,vbi Isern.*num.*8. & Lauden.*num.*3. Curt.Iun.*de feud.par.*5. *conclus.*5. *num.*12.& Schurff.*d.cons.*91.*num.*5. contraria tamen sententia verior,& receptior est, non solùm in feudis ex pacto,& prouidētia,sed & in hęreditariis, vt constat ex latè adductis à Bald. *cons.*389. *lib.*2. Socin. *cons.*47. *num.* 10. *&* 11. *lib.*3. Tiraq. *d. quæst.*23. *num.*14. *& quæst.*40. *num.*126. Li-cerier. *de primog. lib.3.q.5. num.*1. *&* 20. Menoch. *cons.*112. *n.*118. *vol.*3. Volteio *de feud. lib.*1. *cap.*9. *num.*63. *in fine*, Pistoris *d. q.*32. *num.*37. & Rosenth. *d. cap.*7. *conclus.*23.*num.*19. *& cap.8.conclus.*9. Gregor. Lopez *in l.*2. *tit.*15. *par.2.verb.Siendo hombre para ello*,& Molina *d. cap.*13. *num.*35.

Vbi *num. seqq.* hoc rectissimè & doctissimè limitat, quando tempore delatæ successionis nepos ex filio primogenito furioso natus inuenitur, secus autem si eo tempore natus non sit.Quamvis enim posteà nascatur, secundogenitus, cui iam feudi, vel maioratus successio delata, atque acquisita erat, propter eius existentiam non excludetur. Quod satis confirmatur ex iuribus & Auctoribus ab eodem adductis. Vbi eius Additiona-
91 tor optimè distinguit † inter vitium, quod est in linea, & in eo quod est tantùm accidentale, vel personale, & ad idem in vtroque membro probandum, adducit Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.*46. *num.*18. *& cons.*413. *lib.*5. Mieres 2.*par. q.*3. *num.*16. *& quæst.*4. *illat.*1. *num.*13. *& q.*6. *ex num.*47. Mantica *lib.*8. *de coniect. vlt. volunt.tit.*18.*num.*54. D.Ioann. del Castillo *lib.* 3. *contron. cap.*15. *à num.*2. *vsque ad* 27. Crass. *in §. fideicommiss. q.*17. Petr. Surd. *consil.*125. *num.*14. *vol.*1. Franch. *decis.*16. *à num.*5. D. Valençuela *cons.*7. *ex num.*23. *& cons.*83. vbi de nostris Commendis agit *num.*129. *& seq.* & Fusar. *de subst. q.* 313. vbi, quòd in feudis,
92 fideicommissis, & aliis, † semel exclusus in perpetuum cum omni ipsius linea manet exclusus, de quo infrà fortasse latiùs agemus.

Quintò, in eadem lege successionis, & eius declaratoriis requiritur, † quòd filius, vel filia, qui, quæuè ad Commendam vocatur, resideat in prouinciis Indiarum, vbi Commenda sita fuerit, eo tempore, quo sibi illius successio defertur, & aliàs ad sequentem in gradu pertranseat, *ex d. prouis. anni* 1538. ibi: *Dexare en essa tierra hijo legitimo, &c.* & *in d. prouis. anni* 1552. ibi: *Estando en la tierra al tiempo que fallecieren sus padres*, quæ eadem verba repetuntur in alia sched. data eod. ann. & ad Audientiam Mexicanam directa *d.* 2. *tom. pag.*202. *&* 203. Et † cùm per viam gerundij, vel ablatiui absoluti loquantur, conditionem inducunt, & formam præcisam eidem successioni præscribunt, *l. si tu ex parte, in fine, D. de acquir.hæred.* vbi Aretin. Bart. Alex. Ias. & reliqui communiter Scribentes *in Rubr. C. de edendo, l. à testatore, D. de cond. & demonstr.* vbi Imol. *num.*5. Bart. *in l.*1. *num.*34. *& in l. quicus diebus, §. Termilius, D. de cond. & demonstr.* vbi docet, hanc conditionem dici expressam, quem sequitur Decius *cons.*63. *num.* 2. *& cons.*581. *num.*9. & plures alij, quos refert Galganet. *in tract. de condit.* 1. *parte, cap.* 89. *num.*18. *&* 2.*par. cap.* 1. *quæst.* 9. *numer.* 5 *&* 6.

Et hæc conditio † ea ratione niti videtur, quòd intentum Commendatum (vt sæpè tetigimus, & statim *c.*26. latiùs prosequemur) illud fuit, vt homines nobiles, & strenui ad residendum in his partibus allicerentur, vnde noluit lex, absentes in remotis, ad earum successionem vocare, neque eorum aduentum expectando, illam diutius suspendere, sed transitum facere in sequentem in gradu, † ad similitudinem aliarum successionum, quæ per legem, vel aliam legitimam testatorum dispositionem deferuntur, *l. fin. D. comm. prædior.* ibi: *Neque enim sicut viuentium, ita & defunctorum actus suspendi receptum est*, l.1.D.de bonor.poss.furios.ibi: *Nonne iustius, & vtilius erit ad eundem modum proximo cuique bonorum possessionem dare, ne bona iaceant*, iuncta *l.*45. *Tauri l.*10.*tit.*31.*par.*3.& aliis, quæ ibidem tradit Greg. Lopez gloss.fin.& *in l.*25.*tit.*9.*par.*6.*gloss.*1.*& in l.*10.*tit.*26.*par.*4. Molina *lib.*3. *cap.*10. *per totum* D.Valenç.*cons.*83.*num.*10.Decius *in l. si pater, col pen.* vbi Barberan, *num.*208. *C. de inst. & subst.* Mantua *sing.*213. & Ant. Fabr. *lib.*19. *conject. cap.*16.

Et ita † in facti contingentia sæpè practicatum vidi, & audiui, & præcipuè in ardua illa causa inter nobiles fratres D. Ioannem d[e] Aualos & Ribera, & D. Iosephum à Ribera, huiu[s] Limanæ vrbis domiciliarios. Nam cùm Ioanne[s] ætate maior in Regia Curia moraretur in petitio[-] ne insignis Ordinis Calatrauensis, quo meritò po[-] titus fuit, & interim vacaret Commenda, qua pa[-] ter ipsorum potiebatur, Iosephus secundogenitu[s] illam ad se pertinere contendit, & in contradicto[-] rio iudicio, tribus sententiis conformibus victo[r] iusta.

Quod tamen Ego limitandum censerem, si for[-] tè † primo loco vocatus ex iusta aliqua, & ma[-] ximè publica causa, puta legationis, aut simil[i] ab his fortè Indiarum prouinciis tempore vaca[-] tionis abesset. Nam tunc talis absentia nociu[a] esse non debuit, & aduersus læsionem, eius oc[-] casionis incursam, in integrum restituendus erit *l.*1. cum aliis, *D. ex quib. caus. maior, l. absentia, D. de reg. iur. l. cùm quidam* 30. *& l. Pantonius* 85. *D.*

d[...]

*de acquir. hæred.l.fin.C.de temp.in integr. rest.§. rursus,Inst.de action.l.28.tit.29 par.3.*vbi latè DD. præcipuè Petr.Faber,& Ræuard, *in d. l. absentia,* Abb. *in cap. fin. num.2. de ordin. cognit.* Sforcia Oddus *de restit.* 1.*par. q.5. art.7. & q.6. ab art.1. ad* 12. Mauritius *eod. tract, cap.*332. Portoles *in additionib. ad Molinam* 1.*par.* §.1. *per totum*, & aliqua curiosa congerens Durantius Cassellius *lib.*1. *var. pag.*5.

Inter quas causas,an † absentia propter studia connumeretur? his diebus in dubium vocari vidi, & tangit gloss.fin.*in d.§.rursus,*ibi Ias.& alij, & text.& DD.*in l.necnon* 28. ex quibus causis maior.Mauritius *supr.n.*2.Sforcia *q.7.art.*14 & Nos *infrà cap. 25.num.*106.*& seqq.* latiùs discutiemus, vbi de onere faciendi vicinitatem sermonem instituerimus.

Planè † vbi non extra Indiarum prouincias, qui successurus erat, moram trahit, sed intra easdem, licèt absens à loco, vbi vacans Commenda sita est, triginta quinque dies illi conceduntur ad comparendum, & declarandum, an in ea succedere velit, necne, per quandam schedulam, quæ vocatur del Escorial 17. Maij ann.1564. *d. 2.tom. pag.*205. de cuius explicatione infrà etiam luculentiùs agemus *cap.22.num.* 8. *& seqq.*

CAPVT XVIII.

De eo, qui à successione Commendæ ob id quòd aliam habeat, excluditur. Et an ei facultas optandi, quam maluerit, concedatur? etiam in præiudicium alterius, qui aliàs in Commenda vacante successurus erat.

SVMMARIVM.

Successione commendæ excluditur, qui aliam quomodolibet habet,& schedulæ,quæ id disponunt.

Consilium D.Ioannis Baptistæ Valençuelæ refertur, quo probare intendit, exclusionem successionis commendæ, ob alterius concursum ipso iure operari.

Habilitas siue capacitas alicuius, eo tempore consideranda est, quo successio defertur.

Inhabilis, qui reperitur tempore delatæ successionis,habetur pro mortuo.

Inhabilem quem esse ad succedendum, vel non, esse in rerum natura, paria iudicantur.

Commendæ ad successionem,qui primo vocatur si aliam habeat, an eam relinquere possit, & secundam optare, vel ipso iure exclusus maneat? & n.seqq.

Incompatibilium vno admisso, alterius exclusio inducitur.

Renuntiatio tacita iuris futuri,idem operatur ac expressa,& quare?

Dom. D.Ioann. Baptist. Valenc. meritissimus Præses Granatensis laudatur.

Commendas plures habere dici non potest, qui paratus est, vnum eligere,& retinere.

Beneficia plura incompatibilia habens, vnum, quod malit,eligere, & retinere potest.

12 *Beneficij secundi assecutione, quando, & cur primum ipso iure vacare dicatur?*

Cap.cùm in iunctis,de elect.Clem.execrabilis, de præbend. *& alia iura similia,explicantur, ibidem.*

13 *Incompatibilium duorum,qui vnum optat, vel eligit, alteri renuntiare censetur.*

14 *Expectatiuam generalem habens ad beneficia vacantia, vno electo gratiam consumit, & variare non potest.*

15 *Beneficium vnum qui possidet, non prohibetur aliud etiam incompatibile assequi, & primum relinquere.*

16 *Alternatiuè vbi aliquid alicui relinquitur, vel promittitur, eius est electio.*

17 *Electio si cui detur ducendi aliquam in vxorem,vel mille ei dandi,etiam si posteà copula sequatur,dando mille liberabitur.*

18 *Electione semel facta variatio non admittitur.*

L. apud Aufidium 30. D. de optione leg. *& aliæ similes, expenduntur, & illustrantur, ibidem.*

19 *Eligi non potest, quod nondum delatum est.*

20 *Electio cadit inter plures, & ad minus duos desiderat.*

21 *Renuntiare quis non præsumitur iuri nondum sibi competenti,nec de eo cogitasse.*

L.sub prætextu,l.2.C.de transact. l. fin. C. de furtis,*& aliæ similes,expenduntur, & illustrantur,ibidem.*

22 *Argumentum de maioratibus ac commendis Indorum regulariter sumi potest.*

23 *Maioratum habenti, si alterius successio deferatur,qui cum primo incompatibilis sit,illum quem maluerit,eligere poterit.*

L.7.tit.7.lib.5 .Recop.*declaratur, & illustratur.ibidem,num.seqq.& n.*42.

24 *Ratio eadem vbi militat, admitti quoque debet eadem dispositio.*

25 *Maioratuum cumulationem licèt lex prohibeat, non ideò tamen eligendi facultatem primo vocato denegat, etiam in præiudicium secundo vocati.*

26 *Maioratus incompatibilis cum altero, non defertur secundo vocato, quovsque primo vocatus,quem velit,declaret.*

27 *Maioratus, qui renuntiatur ob incompatibilitatem cum altero, acquiritur secundogenito.*

28 *Commenda, quæ renuntiatur ob incompatibilitatem cum altera, non acquiritur secundò vocato, sed reuertitur ad Regiam Coronam, & in hoc differt à maioratu.*

29 *Præiudicialia,quæ aliis esse possunt, facilè nobis concedenda non sunt.*

30 *Iure suo vtens,nemini facit iniuriam.*

31 *Vtilia qui, quæ sibi sunt, facit, sibi potiùs consulere velle censetur, quàm alij præiudicare.*

32 *Fraudare edictum velle non creditur, qui sibi prospexit.*

33 *Commendarum incompatibilium optio expressè permittitur in prouisione an.1536.vbi iunguntur per matrimonium.*

34 *Optio, quæ exprimitur in cumulatione duarum commendarum per matrimonium, pariter admitti debet, vbi deferuntur per successionem.*

35 *Casum*

35 *Cæsum, qui exprimit, alium omittere, vel excludere velle, quando verum sit?*

36 *Leges non possunt omnes casus comprehendere, & sic ex aliis ad alios ex paritate rationis extendi possunt, & solent.*

Lex vna aliam supplet, ibidem.

37 *Principium Inst. de legit. patron. tutela, expenditur, & illustratur.*

38 L.1.tit.38.par.7. *explicatur.*

39 *Ratio eadem vbi adest, eadem quoque lex, & dispositio adesse dicitur, non extensiuè, sed intensiuè, seu comprehensiuè.*

L. libertum 64 D. de ritu nup. l. statu liberi, §. Quintus Mucius, D. de statu liber. *& aliæ similes expenduntur, ibidem.*

40 *Leges etiam pœnales extenduntr ex vi rationis, ad casus omninò similes expressis.*

41 *Verba D. Valençuelæ contra ipsum expenduntur.*

42 *Maioratus lex, quæ iungi vetat per matrimonium, æquè procedet, si per successionem iungantur, ex Parlad. & aliis.*

43 *Ratio in lege, vel statuto expressa, æque ac ipsa lex inducit dispositionem ad omnes casus, quibus ratio ipsa arctari potest.*

44 *Verba dispositiua quamvis non decidant certum casum, sufficit quòd ratio dispositionis illum decidat.*

Regis legis quemadmodum eius restrictionem, ita & extensionem inducere potest, ibidem.

45 *Optionis ratio eadem est in commendis, quæ iunguntur per successionem, atque in illis, quæ per matrimonium.*

46 *Lex successionis post vocationem filiorum de vxoribus agit.*

47 *Eligendi facultas, quæ marito conceditur in commendis, quæ iunguntur per matrimonium, debet intelligi repetita in successione filiorum.*

48 *Clausula in fine posita debet referri ad omnia præcedentia.*

49 *Exemplis rerum similiter indicatarum parum fidendum est, ob varias casuum circunstantias, quæ in illis interueniunt.*

50 *Optandi ius inter plures commendas alicui competentes, nunquam Supremus Senatus Indiarum denegauit.*

51 *Lege quod non cauetur, in praxi non habetur.*

52 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*

1 ILle quoque † in lege successionis Commendarum, de qua sermonem habemus, excluditur, qui tempore, quo sibi successio defertur, alterius Commendæ beneficio donatus reperiatur; siue id propriis meritis acquisierit, siue ex matris, aui materni, aut vxoris successione, & contemplatione. Quod apertis verbis disponitur in Regia illa prouisione, cuius sæpè meminimus ann.1552. *tom.2. pag.203.* ibi: *No quisiesse, ò no pudiesse suceder por entrar en alguna Religion, ò por tener otros Indios, ò por ser casado con muger que los tenga, ò por otro algun impedimẽto ò incapacidad, &c.* Et ad litterã infertur in quodã capite epistolæ ad Audientiam Mexicanã, an.1582 *pag.204.* Trahitque originem, & rationem, à prohibitione pluralitatis Commendarum in vna persona, de qua agunt plures schedulæ, quas congessi *sup. hoc lib. cap.5. ex num.80.*

Et de † hac exclusione successionis ob prædictam causam, agit in specie Ant. de Leon *d tract. de confirm. Reg. 1. par. cap.5. num.31.* & latissimè D. Valençuela Velazquez *cons.83. per totum.* In quo, vt causæ propositæ deseruiret, multis mediis, & rationibus probare intendit, hanc exclusionem ita efficacem esse, & ipso iure operari, vt simul atque primo vocatus cum hoc impedimento reperitur, tempore quo Commendæ successio defertur, statim ad sequentem in gradu ipsius iuris, ministerio legis, irreuocabiliter transferatur, *ex decisione legis 45. Tauri*, quam in nostris quoque Commendis locum habere, fusè probatum reliqui *suprà cap.16. num.51. & seqq.*

Pro quo illud ponderat, † quòd habilitas alicuius consideratur tempore, quo defertur successio, *l.2. §. in filiis, D. Decurion. l. intercid. D. de condit. & demonstr.* cum aliis adductis à Molina *lib.1. de maiorat. cap.13. num.35. & 37. & lib.3. cap.2. num.16.* & Ant. Thesaur. *quæst. forens. q.34. num.23. par.1.* Inhabilitas † autem, eum, quoad successionem delatam, quasi mortuum reddit, & secundo vocato sequenti in gradu, locum facit, iuxta tex. *in l.1. §. qui habebat, D. de bon. poss. contra tab. l. pater filium*, vbi gloss. *D. de inofic. testam. l.1. §. sciendum, D. de suis, legit. hæred.* Molina *d. lib.1. cap.9. num.29. & 30. & lib.3. cap.13. num.15. ad finem*, Thesaur. *vbi suprà*, Greg. Lopez per tex. ibi *in l.2. tit.15. part.2. gloss. 19. verbo Sciendo ome para ello*, quia † paria iudicantur, non esse aliquem in rerum natura, vel esse inhabilem, *l. sed & si modica, §. si filius, D. de bon. libert. l.1. §. si pater, D. de coniungend. cum emancip. § prodesse, Inst. de success. libert.* Bald. *in Auth. nouissima, q.5. & seqq. C. de inoffic. testam.* Peregrin. *de fideicomm. art.38. ex num.1. ad 4.* Guillerm. Benedict. *in cap. Rainuntius verb. Testamento, el 1. num. 156. de testam.* Cald. Pereira *de nomin. emphyt. q.3. num.60.* Hieronym. Gab. *cons.15. num.16. vol.1.* idem Valenz. *num.126 & seqq.*

Et ex his infert in articulo secundo eiusdem consilij, *ex num.32.* hoc adeo verum esse, † vt primogenitus, siue primo vocatus, qui ita impeditus reperitur, non possit vacantem Commendam optare, & obtinere, etiam si paratus sit alteram, quam possidebat, relinquere, quia eo ipso, quòd etimam admisit, sibi viam præclusit ad alteram consequendam: cùm † admissio vnius ex iis, quæ inter se incompatibilitatem, aut contrarietatem continent, sit exclusio alterius, *cap. qualis dist.25. cap. nonne, de præsumpt. l. hæc verba ille, D. de verb signif. l. illud, D. de acq. hæred. cap. de multa*, cum ibi notatis, *de præb.* Et † tacita renuntiatio iuris futuri, quæ prouenit ex acceptatione primæ Commendæ, idem operetur, ac si ei expressè renuntiasset, cùm hoc euenire posse prospicere debuisset, vt in iuribus, & Auctoribus ab eodem latè adductis, & expensis *ex n.41.* cum multis seqq.

Sed his non obstantibus, Ego licèt † cum doctissimo hoc viro iam ab ineunte ætate arctissimæ amicitiæ, & studiorum vinculis coniunctus fuerim, & magni semper fecerim, & faciam eximiam eius virtutem, & eruditionem, qua sola ad sublimes honorum gradus, quibus hodie meritissimè potitur, ascendit. Contrariam opinionem veriorem

veriorem esse existimo, nimirum ius optandi, & eligendi, nostris Indiarum legibus, & schedulis hoc in casu interdictum non esse. Nam quamvis Commendarum pluralitas prohibita sit, † non potest dici plures habere, qui paratus est legi obedire, & vna tantum contentus esse, quo facto cessat omnis incompatibilitas, & ratio in qua ea fundatur, ne scilicet vnus multa præmia, & commoda cum aliorum damno, & præiudicio possideat, vt dixi *d. cap.5. num.*82. Quemadmodum † in beneficiis etiam contingit, in quibus habenti plura datur electio, quod ex eis retinere, & quod renuntiare maluerit, vt *in cap. referente, & cap. prætereà, de præbend. & cap. fin. in fine, de Cleric. non resid.* cum aliis latè traditis à Nauarro *cons.25. de præbend. num.2.* Nicol. Garcia *de benef. part.11. cap.5. num.57.* cum multis seqq.

Quibus non obstat tex. *in cap.1. de eo, qui mit. in poss. lib.6. cap. cum ex cunctis, de elect. Clem. execrabilis, de præbend.* Clem. gratiæ, *de rescript.* & Concil. Trid. *sess.7. cap.4.* quibus decidi videtur, † per assecutionem vnius beneficij incompatibilis, ipso iure primum vacare, absque vlla electionis concessione. Nam hoc intelligitur, vbi is qui beneficium habet, alterum incompatibile sciens impetrat, & acceptat, eo enim ipso primum velle demittere censendus est; & hæc acceptatio, est quasi electio secundi, vnde alia electione opus non habet, vt eadem iura aperè demonstrant, & de iure nostro tex. *in l.3. tit. 6. par.11.* vbi Greg. verb. *Vaca el primero.* Rota Romana Sacri Palatij *decis.483 num.3. & seq. par.1.* Guid. Papæ *sing.368.* Æmil. Verallus *decis.293. per totam, part.2.* & plures alij, quos refert, & sequitur Ioan. Gutierr, *cons.10. num.5.* & sequentibus, & Nicol. Garcia *vbi suprà.*

Nam, † qui vult vnum de duobus incompatibilibus, censetur alteri renuntiare, vt suprà retulimus, & benè, post alios, probat idem D. Valençuela *eod. cons.83. n.37. & 66. l. nihil interest,* vbi gl. *D. de inoffic. testam. l.4.* vbi gloss. final. *C. de pactis inter empt. l. non nodicillum* 14. vbi gloss. & additio *ad marg. C. de testam.*

Et idem contingit † in eo, qui habet litteras expectatiuas ad aliquod beneficium. Nam simul atque vnum optauerit, vel assignauerit, variare non poterit, quia etiam si malè acceptet, consumit gratiam suam, vel si aliud adeptus fuerit, quod cum eo, quod expectabat, sit incompatibile. Qui sunt casus, quos expendit, pro sua opinione idem Auctor adducit *num. . & seqq. & num.78. & 79. & num.16.* Cæterùm nullo iure probabitur, quòd is, † qui vnum beneficium habet, non possit aliud pingius ambire, vel sibi quauis forte oblatum, vel delatum, optare, & accipere, si primum dimittere paratus sit, & hic propriè est casus, in quo nostra disputatio versatur.

Secundò, pro eadem sententia, & aduersus contrariam considero, certam, ac perpetuam iuris ciuilis regulam, quæ in nostro casu, & similibus, † vbi quis duo simul ex dispositione legis, vel hominis habere non potest, ei optionem, vel electionem permittit, vt *in l.1. & 2. & per totum, D. de optione, vel electione legata, § optionis 22. Inst. de legatis, cap. in alternatiuis 70. de reg. iur. lib.6. l. plerunque* 10. aliàs 11. *in fine, D. de iur. dot. l. non solùm 1. §.1. D. de liberat. legata, d. cap. referente, & cap. prætereà, de præbend.* cum innumeris aliis, quæ tradit Pechius *in d. ca. in alternatiuis,* Bart. *in l. Lucius 23. num.2. D. de legat.2. & in l. si duo 128. n.1. D. de verb. oblig.* Ias. *in l. cùm proponas, num.6. C. de transaction. & l. non vtique,* per tex. ibi *à n. 1. D. de eo, quod certo loco,* Rebuff. *in repet. cap. Pastoralis, vers. Decimò nota, de causa possess.* & plures alij relati ab Euerard. *in loco à vi alternatiuæ,* Tiraquel. *de retract. lignag. §.3. gloss.3. num.16.* Vincent. Carot. *singul.165. & singul 92.*
Vbi notant, eum, † qui habet electionem ducendi 17
aliquam in vxorem, vel dandi ei mille, posse, copula adhuc sequuta, mille si velit, date, nec matrimonij reuerentia impeditus, electione priuabitur, & est videndus D. Martinus à Larreategui nunc Regiæ Pintianæ Cancellariæ Senator meritissimus in suis eruditis, & selectis iuris disputationibus *lib.5. cap.4. & 5.* & plures ampliationes, & limitationes ad hanc regulam adducens Aluarez de Velasco *in axiomatibus iuris, litt. D. num. 20. & seqq.*

Quibus non aduersantur, quæ à prædicto D. Valençuela adducuntur *num 40. & seqq.* quia
procedunt, † vbi semel electio facta est, post- 18
quàm variatio non admittitur, vt *in l. apud Aufidium 20. de opt. leg.* ibi: *Mutare voluntatem cum non posse, vt alia sumeret, quia omne ius legati prima testatione, qua sumere se dixit, consumpsit, l. cuius bonis, D. de curat. furiosi, l. sed & si 4. §. final. D. quod cum eo,* cum aliis traditis à Tiraquel. *de retract. lignag. ad finem, n. 38. & in l. boues, §. hoc sermone, limit.23. D.*
de verb. signif. † Quod ad nostrum casum ap- 19
plicari non potest, cùm ante delatam secundæ Commendæ successionem, nulla electio facta fuerit, nec fieri potuerit, iuxta *l. vnum ex familia, l. cùm quidam, la 2. l. cùm pater 77. §. à filia D. de legat.2.* & quæ ibi notantur, quidquid idem D. Valençuela prætexat *num.40. & seqq.* Cùm
electio † cadat inter plures, & ad minus duos 20
desideret, *§. datur, Inst. de assignat. libert. l. cum qui certarum, §.1. D. de verbor. oblig.* Bald. *in l.1. in fin. C. de furtis,* Nouarius *in prax. elect. q.45. num.8. sect.2.* Riminald. *cons.67. num.5.* & Surdus *cons.458. num.34 & cons.529. n.37.* & in optimo casu D. Ioan. del Castillo *lib.2. controuers. cap.13. num.10.*

Et ille, qui primam Commendam adeptus est, tempore assecutionis illius, de alia, quæ postmodùm sibi delata fuit, & quam fortè deferendam nesciebat, nec sperabat, solicitus esse non de-
buerit, nec † ei renuntiare voluisse credendus sit, 21
arg. tex. *in l. sub prætextu 29. & l. si de certa 31. C. de transaction. l. iubemus,* vbi DD. C. ad Velleianum, melior tex. in materia electionis loquens, & quòd eligens vnum ius sibi competens circa aliud sibi non præiudicat, nec videtur renuntiate alteri actioni, quam sibi competere ignorabat, *in l. ex mater 19.* vbi glos. *verbo Competere, D. de inoffic. testam. l. si quando 35. §. fin. C. eod. l. fin. C. de furtis, §. quæ, Inst. de obligat. quæ ex delicto,* cum multis aliis, quæ in similibus quæstionibus tradunt Socinus *reg.419.* Cepola. *cons.57.* Surdus *decis.185.* Syntag. *commun. opinion. lib.2. tit.4. num.3. & 4. & 43.* Vincent. de Franchis *decis.83.* Craueta *cons. 338. num.8. & 9.* Menoch. *cons.1. volum.1.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.70. num. 18.* Misynger. *cent.6. & obseruat.66.* Gail. *lib.2. obseru.154.* & Pacianus *cons.35. num.13.*

ex quibus corruunt, quæ idem Auctor congeſſit
ex num.32.ad 75.
22 Tertiò, facit, † quòd de maioratibus ad noſtras
Commendas argumentum ſumi poteſt, & de-
bet, vbi euidens diuerſitatis ratio non reperitur,
vt per Matienz. *in l.5. tit.7. gloſſ.5. n.9. lib.5.*
Recopil. & dixi *ſuprà hoc lib. cap.2. num.31. &*
23 *cap.16. num.51. & ſeqq.* Et quidem in † maiora-
tibus hæc optio conceditur de iure noſtro Regio
in l.7. tit.7. lib.5. Recop. quamvis eadem lex
hanc cumulationem antecedenter prohibuerit, &
vnum alteri incompatibile effecerit, vt in no-
ſtris Commendis contingit. De cuius praxi vl-
tra Matienz. & Azeued. ibidem videnda ſunt,
quæ latè, & optimè tradit Molina, & eius
Additionator *de primog. lib.1. cap.8. num.34.*
Mieres, Parlad. D. Ioann. del Caſtillo, & alij,
quos Ego adduco *infrà num.42.* Ergo eadem
electio in Commendis admitti debet, cùm nul-
la congrua ratio diſcriminis inter vtrumque ca-
24 ſum aſſignari poſſit, † atque adeò ſimus *in*
reg. l. illud. D. ad leg. Aquil. à Titia, D. de
verb. oblig. cap. inter cæteras, de reſcript. cum
mille aliis congeſtis à Velaſco *in axiom. iur. litt.*
R. num.14.

Cuius argumenti vim non effugit dictus D. Va-
lenç. *num.133. & ſeqq.* dum inquit, illam legem
loqui in cumulatione quantitatis annuorum redi-
tuum, de quibus meminit, quæ in noſtro caſu
non militat. Nam nos hinc argumentum non ſu-
25 mimus, ſed ex eo tantùm, † quòd lex illa ma-
ioratuum incompatibilitatem ex hac, vel ex aliis
cauſis induxit, & adhuc vbi defertur ſecundus ma-
ioratus ei, qui iam alterum poſſidebat, electio-
nem, ſiue optionem, de qua agimus, conceſſit,
non obſtante, quòd ex ipſius maioratus fundatio-
ne alter in defectum primogeniti vocatus ſit,
& quòd ipſo iure ex miniſterio legis in eo, vt
& in Commendis ſucceſſio, & poſſeſſio tranſ-
26 feratur. Nam hoc ſemper † intelligendum
eſt, ſi primus repudiauerit, & voluntatem ma-
ioratuum, vel Commendam ſibi delatam relin-
quendi, manifeſtauerit, vt pluribus oſtendit
(rectè de hac incompatibilitate, & optione
maioratuum agens) vltra ſuprà relatos Paz *in*
tract. de tenuta, 1.par. cap.57. num. 200. &
ſeqq.

Magis quidem ſtringit, quod ſtatim idem D.
Valençuela *num.135. verſ. Vlteriùs reſpondetur,*
& anteà *num.71. in fine*, conſiderat, dicens, † in
27 caſu dictæ legis optionem potuiſſe permitti filio
maiori, ad ſuccedendum in maioratu, quem ele-
gerit, ob id, quòd alter, quem relinquit, rema-
net pro ſucceſſore ſequenti, vt oſtendunt illius
verba, ibi: *El hijo, ò hija ſegunda ſuceda en el*
28 *otro mayorazgo, &c.* Quod in † Commendis
non ita procedit, cùm eorum ſucceſſio non ſit
perpetua, & ita Commenda repudiata extingua-
tur, atque ad Regiam Coronam deuoluatur, &
ad eum non tranſeat, qui ad illam, quæ vacauit,
ſecundo loco vocatus reperitur, ſi primo vocato
talem electionem non conceſſerimus, provt &
29 non concedendam affirmat, tanquam † alteri ex
hac ratione multum præiudicialem, argum. *l. ele-*
ganter, §. ſi quis, in fine, D. de condict. indeb.
l. apud Celſum, §. Labeo, D. de doli mali, &
met. excep. l. ſi diuerſa, & l. vbi pactum, & vtrobi-
que DD. *C. de tranſact.* Guillel. Onciac. *lib.1. aca-*
dem. quæſt. q.3. num.3.

Cæterùm huic etiam conſiderationi facilè reſ-
pondetur, quòd ſi concedimus primò vocatum
hanc electionem iuxta iuris regulas in noſtris
Commendis habere, attendendum non eſt, quòd
alter ex ea lædi poſſit, † cùm is, qui iuri ſuo
vtitur, nemini fraudem, vel iniuriam facere vi-
deatur, *l 3. §. is tamen, de liber. hom. exhib. l.*
iniuriarum, §.1. D. de iniuriis, l. qui iniuriarum,
§. is qui, D. de iur. iurand. l. ſi in me, D. de
aqua pluuia arcend. l. filio pater, de legat.1. vbi
quòd iniuriam nemini facit, qui ſuæ conſulit in-
demnati, *cap. cum Eccleſia 31. verſ. Quia, de*
elect. cum multis aliis, quæ adducit Menoch. *de*
præſumpt. lib.6. q.29. Maſcard. *de probat. con-*
cluſ.1051. num.31. Flamin, Pariſ. qui loquitur in
caſu, multum ſimili noſtro, *in tract. de reſign. be-*
nef. lib.13. q.1. num.164. Farin. *q.105. num.139.* &
Aluarez Velaſcus *vbi ſup. litt. L. num.162.* Et quia
† ea, quæ ſibi vtilia, & proficua ſunt, facit, magis
creditur ſibi conſulere voluiſſe, quàm alij iniu-
riam, vel præiudicium irrogare, l. fluminum, in fine,
& *l. Proculus, D. de damn. infect. l. ſi pupillus 42. D.*
de acq. hæred. ibi: *Neque † enim videtur voluiſſe*
fraudare edictum, qui ſibi proſpexit, l. qui autem,
§. ſciendum. l. pupillus 24. D. quæ in fraud. cred.
Bald. *in l. final, num.3. C. depoſiti*, Alciatus *reſponſo*
764. & alij, quos refert Couarr. *in 4. Decre-*
tal. part.2. cap.8. §.2. num.10. Sanchez *de ma-*
trim. lib. 3. diſput.18. num. 29. & nouiſſimè
Martin. Magerus *in tract. de aduocatia arma-*
ta, cap.9. n.923. pag.423. vbi quòd legis bene-
ficio innitens, neque decipit, neque decipitur,
neque pœnam meretur, & eſt extra malam fi-
dem.

Quartò, & adhuc magis in noſtris terminis
facit, quòd in eiſdem Commendis hanc optio-
nem † permiſit prima illa prouiſio anni 1536
quæ legem ſucceſſionis induxit, loquens enim
de vxore, quæ in mariti Commenda ſucceſſit, &
poſteà alteri nubit, qui aliam Commendam ha-
beat, huic inter vtramque electionem his verbi
concedit: Y *ſi eſta ſe caſares, y ſu ſegundo marid*
tuuiere otros Indios, darlebeis vno de los dicho
repartimientos qual quiſiere. Quæ † ſanè verba
licèt hunc caſum cumulationis duarum Commen
darum exprimant, quæ mediante matrimoni
contingit, negari non poteſt, ad quemlibet aliur
eſſe referenda, in quo eadem cumulatio occaſio
ne dictæ ſucceſſionis inueniretur. Nam quamv
aliàs verum eſſe ſoleat, † quòd qui aliquid in vn
caſu concedit, in altero id denegare videtur,
exceptionem firmare regulam in contrarium,
verba ſtatutorum, aut contractum non extenc
ad caſus omiſſos, quæ Brocardica pro ſua opinic
ne expendit, & latè deducit dictus Auctor, *ex*
80. & 98. & iterum *num.140.* Hoc tamen in leg
bus non procedi., † quæ cùm non poſſint omn
vbique caſus, & articulos comprehendere, de ſim
libus ad ſimilia trahi poſſunt, & debent, quoti
ſententia eorum in aliquo caſu manifeſta e
& eadem ratio in eis inuenitur, vt *in d. l. illi*
D. ad l. Aquil. cum ſimilibus *ſup. num.24.* r
latis, & *l. neque leges, l. & ideò. & l. non poſſur*
D. de legibus, & hoc eſt, quod dicimus, quod vi
lex aliam ſupplet, *l.1. & 2.* & ibi gloſſ. *C. de bo*
quæ lib. l. non eſt nouum, cum l. ſeq. D. de legib. M
noch. *conſ.150. num.44.* Vincent. de Franchis *d*
ciſ 435. num.24 Mantica *de tacit. & amb. conue*
lib.23. tit.34. num.18. & Intrigliol. *deciſ.14. nu*
36. & 37.

Quibus † mirè conuenit textus, in princ
In

nſt.de legit. patron. tut. vbi quamvis lex duodecim Tabullarum nihil nominatim cauiſſet, de egitima patronorum tutela, adhuc tamen, quia le tutela parentum diſpoſuit, & illa ad huius ſinilitudinem inducta fuit, legitimæ quoque nonen meruit, quia vt Iuſt. inquit: *Perinde accepta eſt per interpretationem, atque ſi verbis legis ntroducta eſſet.* Et idem † docet de iure noſtro elebris text. *in l.1. tit.38. partit.7.* & pluribus rnat. Quintilian. omninò videndus, *lib.7.Inſt. rator.* Panormit. *in cap. tranſlato, num.4. de con-ſtit. ac Exea in Rub. eiuſd. tit. ex num.41.* Menoch. *e arbitrar. caſu 84. à princip.* Mendoça *de pactis, b.1.cap.3.num.33.* Didac. Perez *in addition. ad egur. in l. vnum ex familia, §. ſed ſi fundum. n.98. . de leg. 2.*

Ac propterea dicere ſolemus, † quòd vbi t eadem ratio, eadem quoque diſpoſitio leſt, non extenſiuè, ſed comprehenſiuè. *l. li-rtum 64. D. de ritu nupt. l. ſtatu liberi 29. Quintus Mucius, D. de ſtatu lib.* ibi: *Lex im 12. Tabul. emptiones verbo omnem alienanem complexa videtur, l. illud, C. de Saſ. Eccleſ. l. his ſolis, verſ. Satis etiam cauputamus, C. de reuoc. donat. l. item veniunt, ait Senatus, D. de petit. hæred. gloſſ.1. in ement.1. de elect. & gloſſ. verbo Italiæ, & rbo Clericum, in cap.1. de tempor. ordin.* n innumeris aliis, quæ congerit Tiraquel. *l. ſi vnquam, verbo Libertis, num.45. & 46. de reuocand. donat.* Ioann. Gutierr. *3. pract. eſt.17. num.84. cum ſeqq.* Surd. *deciſ.276. m.3.* Giurba *ad conſuet. Meſſanenſ. cap.6. ſſ.1. num.13. & cap.9. gloſſ.8. num.3.* Stephas Gratian. *tom.5. diſcept. forenſ. cap.918. nu.* & Martin. Magerus *d. tract. de aduocatia nata. cap.16. num.877. pag.739.* vbi, quòd vbi io ſimilis, vel maior eſt, lex non extendi, ſed clarari dicitur.

Quod adeò verum eſt, † vt etiam ad leges nales extendant, & amplient Villaguta, & , quos refert, & ſequitur Perez de Lara *in t. de anniuerſ. & Capellan. lib.1. cap.5. num.24.* rdoſus *in praxi iud. & aduocat. verbo Lex, n.24. & verbo Pœna, num.25.* Pat. Rebellus *de gat. iuſt. 1. parte, lib.1. quæſt.6. ſect.4. num.20.* r. Antonin. *lib.3. variar. reſolut. cap.39. num.1.* noch. *de præſumptionibus, lib.5. præſumpt.33. n.18.* Martinus Magerus *vbi ſuprà num.879.* m D. † Valençuela *conſ.54. num.38.* ibi: *Et t videatur agere iſta lex de decimis animan, tamen cùm ſit eadem ratio in collatione rum, idem ius eſſe debet*, & conſ.18. num. ibi: *Sed ſic eſt, quòd eadem eſt ratio in capelnæ in Eccleſia, ergo idem dicendum eſt in vno d in alio caſu.*

Ex qua doctrina licèt non ita exornata, ad- magis in noſtris terminis tenuit Parlador. *. quotid. quæſt.6. dict. leg. 7. tit. 7. lib.5. opil.* cuius ſuprà meminimus, quæ prohi- cumulationem plurium maioratuum, licèt quatur ſpecificè in eo caſu, vbi iunguntur viam matrimonij, adhuc tamen procedere, dem diſponere videri, vbi etiam ex poſtfacto guntur per viam, & titulum ſucceſſionis, ratio in ipſa lege expreſſa, non minus hũc m, quàm illum comprehendat, cuius opinem ſequitur Perez de Lara *d. tract. de anni- lib.1. cap.4. à num.13.* Robles de Salcedo *in . de repræſentation. lib.2. cap.6. fol.101.* & D. Ioann. del Caſtillo *lib.3. controuerſ. cap.28. à num.29.* & iterum nouiſſimè *tom.6. cap.177. ex num.2.* & Additionat. Molinæ *lib.1. cap.8. num.34.* reiecta contraria Mieres, qui ex tranſcurſu, vt ipſe inquit, aliud ſenſiſſe videtur *in tract. de maiorat. 1. parte, quæſt. 13. num.15. in fine.*

Quorum argumento, ex ſimilitudine, aut
paritate rationis ducto, Ego illud † addo, 43
quòd ratio in lege, vel ſtatuto expreſſa, inducit
diſpoſitionem ad omnes caſus, quibus aptari
poteſt, æquè ac ipſius legis deciſio, *l. emptor, §.*
fin. D. de reiuind. vbi notat Bart. & Alberic. &
latè Molina *lib.1. cap.5. num.7.* vbi inter alia refert Fortun. Garcia *in l. Gallus, §. idem credendum,*
D. de lib. & poſth. dicentem, † quòd quamvis 44
verba diſpoſitiua non decidant certum caſum, ſi ratio diſpoſitionis illum decidat, ille caſus dicitur propriè eſſe in diſpoſitione Quia quemadmodum ratio generalis legis ſolet reſtringi ex eius mente, vt per Surd. *deciſ.9. num.13.* Armendariz *in proœm. ad leg. Nauarræ, num.131.* Ita ex vi, & paritate eiuſdem rationis diſpoſitio ſpecialis ampliari poteſt, & ex lege dicitur, quod ex eius mente deducitur, vt per Peregrin. *de fideicomm. art.3. num.108.* & Mangil. *de imputation. q.116. num.13.*

Quæ omnia ſatis liquet, quantum quæſtioni,
qua agimus, reſpondeant. Nam † ſi ratio prohi- 45
bendi cumulationem, ſiue pluralitatem Commendarum, æquè procedit in his, quæ cumulantur per matrimonium, quàm per ſucceſſionem, & in illis lex ad vitandam dictam pluralitatem optionem permiſit, cur non in his permiſſa cenſeri debebit? Maximè ſi conſideremus,
† quòd in dicta prouiſione ann. 1536. quæ (vt 46
diximus) legem ſucceſſionis induxit, priùs actum fuerat de ſucceſſione vxorum, & de caſu, in quo vidua, quæ in Commenda prioris mariti ſucceſſit, alteri nubit, qui aliam Commendam habeat. Et declarat hunc eligere debere, quam retinere, vel omittere velit. Quæ facultas † de- 47
bet intelligi repetita in omnibus caſibus, & vocationibus antecedentibus, ſi fortè in illis ea-
dem cumulatio contingeret, † ex vulgata reg. *l.* 48
3. §. filius inter medias, D. de lib. & poſth. l. doli clauſula, D. de verb. oblig. l.1. C. de liber. præter. cap. inquiſitionis, cap. ſecundò requiris, de appellat. cap. cùm dilectus, de donation. Romanus *conſ. 380. numer.7.* Riminald. Iunior *in l. poſthumum, num.263. C. de bon. poſſ. contra tab.* Viuius *deciſ. 124. lib.1.* & Michael Craſſus *recept. ſent. §. teſtamentum, q.40.*

Neque his obſtant exempla aliquarum litiũ, in quibus D. Valençuela *n.115.* dicit in fauorem partis, quam defendit, pronuntiatum fuiſſe. Nam vt maximè ea vera eſſe concedamus aliqua fortè cauſa, vel circunſtantia interuenit,
quæ id ita pronuntiari ſuaſerit, quod efficit, † vt 49
de eiuſmodi exemplaribus parum ſidendum ſit; quia vix eſt, vt aliæ cauſæ aliis in omnibus conueniant, & parificentur, vt rectè tradit Curtius, quem refert, & ſequitur Theſaur. *in præfat. ad deciſ. Pedemont. num.33.* Menoch. *conſ.59. nu.11.* & D. Carraſc. *ad leg. Recop. cap.9. num.253. fol. 139.* vbi refert Dom. D. Ant. de Padilla, qui poſt varia munera quæ exercuit, fuit Præſes Conſilij Ordinum Militarium, & poſteà Indiarum, dicere ſolitum: *Iamas vi pleito que tenga la cara como el otro.* Cæterùm vbi nuda quæſtio optio-

nis concedendæ, vel denegandæ in casu, de
50 quo agimus, controuertitur, nunquam † eam denegari vidi, neque audiui, & ita pronuntiatum fuit in ipsa causa Adelantati, siue Præsidis Nouæ-Galitiæ, quem ipse D.Valençuela dict. consilio adeò enixè defendit, non obstantibus eius considerationibus, & allegationibus, quæ contrariam praxim inducere non debent, cùm nullam pro se hac in parte legem habeant, quæ dictam optionem, alioqui (vt vidimus) iure communi, & Regio in similibus causis permissam impediat. Vnde locum habet illud vulga-
51 tum, † Quod lege non cauetur, in praxi non habetur, de quo per Bald. *in cap. nihil, col.vlt. in fine, de electione*, Ias. *in l.illam, n.8.C.de collatio.* Schrader. *in tract.de feudis, part.10.sect.7. n.42.* Prukman. *cons.20.n.57.*& Ludouic Rodolphinus *libr.2.variar.quæst.q.42. n.39.* Cui conuenit
51 † illud aliud vulgare axioma, quod habet, Id quod lex non dixit, nec nos dicere debere, de quo Velascus *litt.L. num.51.*

CAPVT XIV.

Vtrùm patre à successione Commendæ, ob id, quòd aliam habeat, excluso, filius eius, defuncti nepos admitti debeat, vel illum patruus excludat?

SVMMARIVM.

1 *Nepos filij impediti an admittatur ad successionem commendæ, excluso patruo.*

2 *Lex successionis commendarum videtur patruum vocare, & non nepotem ex filio primogenito, & eius verba referuntur.*

3 *Vocationem specificam pro se habens, admitti, & præferri debet in fideicommissis, maioratibus, & commendis?*

4 *Substitutio de te non loquitur, opponi potest ei, qui vocationem suam non ostendit.*

5 *Filius non potest melioris conditionis esse, quàm pater, à quo ius habet.*

6 *Vincens vincentem te, à fortiori vincet te.*

7 *Patre excluso filius quoque regulariter excludi videtur.*

8 *Medio deficiente, vel inhabili existente, impeditur finis, & qualitas extremorum.*

9 *Incapax, & eius filij in materia successionis habentur pro mortuis.*

10 *Filia, vbi excluditur à successione, filius quoque eius exclusus censetur.*

11 *Causatum non potest habere plus potentiæ, quàm causa.*

12 *Inhabilitas patris ob transgressionem præcepti, etiam eius filios inhabiles reddit, ex multorum opinione, qui referuntur.*

13 *Filius vbi excluditur ab aliquo maioratu ob incompatibilitatem alterius, eius quoque descendentes exclusi manent.*

L. 7. tit. 7. libr. 5. Recopil. *explicatur, ibidem.*

14 *Repræsentatio regulariter habet locum in commendis Indorum.*

15 *Repræsentatio, attentis verbis legis successionis commendarum, solùm videtur concedi nepoti, vbi pater, viuo auo, præmoritur.*

16 *Repræsentatio, inspecto iure communi, ex multorum opinione locum tantùm habet in persona filij præmortui.*

17 *Nepos viuente patre non intrat eius locum.*

18 *Repræsentationis ius secundùm aliquos est exorbitans, & non extendendum.*

19 *Mortis verbum in dubio intelligi debet de naturali, non de ciuili.*

20 *Repræsentatio non datur in linea exclusa, & quare?*

21 *Incapax filius nullum ius potest in nepotem transferre.*

22 *Subrogationis per viam, vbi succeditur, debet fieri subrogatio cum omnibus suis qualitatibus.*

23 *Filius præferendus videtur nepoti in successione commendæ, quia magis participat de meritis, ob quæ illa concessa fuit.*

24 *Probibitum vna via, per aliam quis consequi non debet.*

25 *Fraus legi fit, si id fiat, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit.*

26 *Fraudibus, & malitiis semper obuiam eundum est.*

27 *Lucrum captans ex iactura aliena, non solùm de malitia, verùm & de dolo argu potest.*

28 *Patrui, & nepotis lis super commendæ successione refertur, & qualiter in Supremo Indiarum Senatu in fauorem nepotis fueri terminata.*

29 *Lex successionis commendarum licèt nullam de nepotibus mentionem fecerit, hoc postea aliis schedulis suppletum fuit, quæ referuntur.*

30 *Leges priores ad posteriores tradi, hoc est pe eas declarari, nouum non est.*

31 *Schedula ann.1582. Auditores Mexicanos no tauit, quòd filij appellatione nepotes conti tineri dubitassent.*

32 *Filium vbi lex vocauit, & prætulit in succe sione commendarum, nepotes etiam ex vocasse videtur.*

33 *Regula: Si vinco vincentem te, &c. qualit limitatur.*

34 *Incapacitas patris qualis esse debeat, vt lium quoque, & eius descendentes ex cludat.*

35 *Incapacitas temporalis, vel accidentalis lùm restringitur ad eum, qui illam p titur.*

36 *Filius primogenitus, si ex delicto incapax su cessionis maioratus reddatur, habetur p mortuo, & nepos ex eo succedet.*

37 *Incapacitas, vel exclusio alicuius à succ sione maioratus ob contrauentionem pr cepti, quando noceat descendentibus eo.*

38 *Repræsentationis præcipuus effectus est, vt n pos in aui successione eis omnibus præfer tur, quibus pater ipsius, si viueret, præfere dus esset.*

39 *Repræsentatio licèt communiter practicari leat in locum patris prædefuncti, idem men est eo viuo, si incapax, vel inhab successionis existat.*

40 *Incapace existente primo vocato, statim quenti fit locus, ac si ille vocatus fuisset.*

41 Re

11 *Repræsentatio idem operatur in casum mortis ciuilis, ac naturalis.*

12 *Mortis appellatio quando solùm de naturali accipienda sit, & quando ciuilem quoque comprehendat, si ex vtraque idem effectus resultet?*

3 *Mortis appellatio extenditur ad quamcunque inhabilitatem, seu incapacitatem, quæ pariter, ac mors, successionem impediat.*

4 *Paria sunt mortuum esse aliquem, & sic non extare, vel extare, & non posse succedere.*

5 *Commendæ licèt conferantur in remunerationem seruitiorum, non ideò magis fauendum est patruo, quàm nepoti.*

6 *Commendas plures non dicitur habere pater, vbi filius succedit in ea, quam ipse pater ob incompatibilitatem reliquit.*

7 *Filius non succedit in impedimento, vel incapacitate patris, quem repræsentat, & qualiter, & in quibus fiat repræsentatio?*

8 *Repræsentationis differentia, quæ fit in successione ascendentium, & transuersalium?*

9 *Repræsentatione patris incapacis per filium facta, nepos ex propria persona admitti debet, exclusis patruis.*

0 *Filia exclusa ob pactum nuptiale à successione commendæ, non excluduntur nepotes, & quare?*

1 *Nepos an patruum excludat in commenda aui? vbi ipse tanquam immediatus successor spem habet succedendi in commenda pinguiori, quam eius pater possideat.*

2 *Primogenituræ ius etiam in spe, in persona filij causatum, & radicatum, eosdem effectus operari solet, atque actualis possessio.*

3 *Spes in multis casibus in consideratione habetur.*

4 *Spes succedendi in maioratu, quam habet primogenitus, est inuariabilis, & considerabilis, etiam in vita possessoris.*

5 *Filius, qui ius primogenituræ etim in spe consequutus est, ei facilè renuntiare non potest.*

6 *Nepos secundogenitus admittendus erit ad successionem auitæ Commendæ, etiam in exclusionem aui, vbi primogenitus ab ea remouetur ob spem succedendi in alia paterna.*

7 *Exclusi portio semper debetur ei, qui illius loco includatur.*

FRequenter etiam dubitari solet, † vtrum si filius primogenitus Commendam paternam, el maternam sibi delatam acquirere nolit, el non possit, ob id quòd aliam pinguiorem abeat, quæ eius exclusionem ob incompatibitatem inducat, iuxta ea, quæ *in cap. præcedenti* etulimus, huius filius, & sic nepos decessoris, ad am admittendus sit, vel excludendus veniat à atruo suo, qui eandem successionem, tanquam ecundogenitus defuncti ad se pertinere conendat, virtute dictæ legis successionis Commendarũ an. 1552. quæ disponit, quod si primoenitus nolit, vel non possit ob dictam incomatibilitatem in Commenda vacante succedere, ecundogenitus admittatur, & sic deinceps, quosque de maribus ad fœminas transitus fiat?

Et quidem † pro patruo verba *dictæ legis* stare videntur, quæ eum hoc in casu expressè vocant, & admittunt, & de nepotibus nullam mentionem faciunt. Sic enim inquit: *Y por que podria acaecer, quando los tenedores de los dichos Indios encomendados falleciessen, quedassen del dos, ò tres hijos, ò hijas, ò mas, y el hijo mayor que huuiesse de suceder en ellos, ò no pudiesse suceder por entrar en alguna Religion, ò por tener otros Indios, ò por ser casado con muger que los tenga, ò por otro algun impedimento, ò incapacidad; y en tal caso se podria dudar si passaria la dicha sucession de los dichos Indios al hijo segundo, y queriendo quitar toda duda, y pleitos que sobre ello se podrian recrecer, visto, y platicado por los de nuestro Consejo de las Indias, fue acordado que debiamos mandar dar esta nuestra carta en la dicha razon, è Nos tuuimoslo por bien. Por la qual declaramos, y es nuestra merced, y voluntad, que quando lo tal acaeciere en essa Nueua España, que no suceda el hijo mayor en los Indios de su padre, por alguna de las causas susodichas, ò por otra alguna, que la tal sucession passe al hijo segundo, y no sucediendo el segundo, passe al tercero; y ansi por consiguiente hasta acabar los hijos varones: y en defeto de no suceder en ellos, suceda la hija mayor, y no sucediendo ella, passe la sucession à la segunda, por la manera que dicho es en los hijos varones, y por el consiguiente à la tercera, hasta acabar las hijas; y en defeto de hyos, ò hijas, venga la sucession a la muger, por la manera que està dicha, &c.*

Vnde patruus admittendus, & præferendus videtur, † cùm habeat pro se specificam voca- 3
tionem, & toties repetitam, iuxta ea, quæ tradit Aim. Craueta *cons. 161. num. 15. & 16.* Socin. *cons. 62. col. 3. lib. 3.* Riminal. *cons. 171. nu. 87. lib. 2.* Roland. à Valle *cons. 56. num. 4. vol. 3.* latè Fusar. *de substitut. q. 359. ex num. 1.* & Castillo *lib. 2. controuers. cap. 22. & lib. 5. cap. 166. ex num. 26* Et nepoti opponi potest, quòd de eo non loquitur substitutio, vt aliàs inquit Socinus senior, dicens esse regulam, & theoricam generalem *cons. 62. num. 4. vers. Et in primis, vol. 3.* Socin. iun. *cons. 101. num. 3. vol. 1.* & latissimè Pet. Surd. *cons. 129. num. 15. & seqq. lib. 1.* Iul. Clar. *§. testamentum, q. 76. num 3.* Hondedeus *cons. 51. ex num. 58. volum. 2.* & D. Valençuela *cons. 97. ex num. 216. part. 1.* & iterum *cons. 113. num. 119. volum. 2.*

Secundò, † eidem patruo fauet, quòd cùm 4
frater ipsius primogenitus, & primo loco vocatus ab ipso propter dictam incompatibilitatem, vel incapacitatem præcedatur, & excludatur, † longè magis excludendus videtur eius- 5
dem primogeniti filius, qui nullum ius habere potest, nisi quod in eum per patrem deriuatur, ex vulgari † regula textus *in l. de accessionibus,* 6
D. de diuers. & temp. præscript. ibi: *Nam, qui me potior est, cùm ego te superaturus sim, multò magis aduersus te obtinere debet, l. 2. §. si sit agnatus 17. D. ad Tertyl.* ibi: *Admittimus matrem, quoniam patrem agnatus exclusit,* iunctis aliis, quæ copiosè congerit Euerard. *in locis legal. loco 6.* Card. Tuschus *pract. conclus. iur. litt. V. conclus. 208.* Aluarez de Velasco *in axiom. iur. ead. lit. n. 137.*

Et † in nostris terminis exclusionis filij, 7
propter exclusionem, & incapacitatem patris, Molina *lib. 3. de primogen. cap. 5.* ferè per to-

 Hh 2 tum

tum, Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib.*
10. tit.7. num.6. Alexand. Raudens. *de success.*
8 *Regni Portug.n.11.resp.27.n. 117.*Nam † medio
deficiente, vel inhabili existente, deficit effe-
ctus, & finis, vt notant Ioan. de Imola *in l.qui*
habebat, in princip. D. de vulgar. & impeditur
qualitas extremorum, *l. qui sella, §. fin. & l.*
tria prædia, D. de seruit. rust. vbi Bald. idem
Bald. *in l. si auia, C. de iure delib.* Bart. *in*
l. non solùm, in princip. D. de noui oper. nup-
tiat. & in l. si priùs, §. fin. D. de aqua pluuia,&
innumeri relati per Tiraquel. *de primogen. q.12.*
num.12. & 16. Fusarium *in tract. de substitut.*
2.par. q.404. Menoch. *cons.172. & 976.* Marta
de success. legali, 1.par. q.7. art. 2. per totum,
& rursus *art.5.* Peregrin. *de fideicommiss. art.*
26. n.3. Ant. Faber *de error. pragm. decad. 28.*
errore 9. & 10. Valent. Forster. *de success. lib.3.*
cap.16. axiom.4. & cap.17. axiomat.1. per tot.
Marescot. *lib.2. var. cap.49.* & plures referens,
communem resoluens Franc. Viuius *lib.7. comm.*
verb. Statutum excludens, Mich. Crassus *recep.*
sent. §. fideicommissum, q.5. num.3. & eruditè
Robles de Salcedo *in tract.de repræsent.lib.2.cap.*
16.ex num.41.

9 Quibus addo, † incapaces, & incapacis fi-
lios, in materia successionis, haberi pro mor-
tuis, siue exclusi sint à lege, siue ab homine,
nec facere partem, perinde ac si non essent in
rerum natura, *l.1. §. sed & si patruus,* ibi: *Pro*
mortuo habetur, D. de coniung. cum emancip.
l. si necem, §. si deportatus, D.de bon.liber. d.l.
2. in fin. D. ad Tertyl. vbi dicitur: *Matre re-*
mota eos admitti, qui venirent, si mater non
fuisset, ergo & agnati, cæterique succedent, l.
1. §.qui habebat, D. de bon. poss. contra tab. per
quem textum dicit Bart. ibi, quòd filius incapax
non obstat sequentibus in gradu, ac si esset mor-
tuus,*l. 1.D.de Senator.*per quam notabiliter inquit
10 Bald. *ibidem,* † quòd cùm filia Regis Franco-
rum non succedat in Regno, ex rationabili Fran-
corum consuetudine, similiter non succedet Rex
11 Angliæ eius filius, quia † in causato non potest
esse plus virtutis, quàm procedat ab influenti po-
tentia causæ,cùm multis aliis, quæ copiosè addu-
cit Molina *lib.1.cap.9.n.29. & 30.* Albert. Brun.
in tract.de statut.exclud.fœm. art.13. q.3. Anton.
Querta *cons.40.n.8.*Lucarinus Academic. *quæst.q.*
12.obser.1.n.8. & latissimè D. Valençuela *cons.87.*
n.7.8. & 9.

Qaod aliqui adeò verum esse putant, vt proce-
12 dat,† etiam in inhabili ob transgressionem alicu-
ius grauaminis, vel præcepti à testatore requisiti.
Nam eo excluso,filius quoque non implentis ma-
net exclusus, quamvis ex propria persona admitti
prætendat,vt latè per Paris. *cons.19. à num.83. &*
*cons.91.num.67.vol.1.*Maudos. *cons.57. à num.58.*
*vol.1.*Socin.iun.*cons.129 à num.11.vol.3.* Cepha-
lus *cons.244.vol.2.*Rimin.iun.*cons.3. num.41. &*
*278.vol.1.*Simon de Prætis *lib.8. dubit.2. solut.4.*
*num.12.*Rota Romana *decis.22.par.3. lib.3. no-*
*uissim.*Surd.*decis.41. ante n.7.* & Raudens. *lib.1.*
de analog. cap.37. ex n.120. ad 128. & mul-
tum in nostris terminis D. Ioann. del Castillo
13 *tom.5. controuers. 2.par. cap.178. n.2.* Vbi †
agens de exclusione *l.7. t.t.7. lib.5. Recop.* ob
incompatibilitatem duorum maioratuum, re-
soluit, filio ipso maiore excluso, & secundo filio
vocato, omnes ab eo descendentes in futurum
exclusos censeri, & lineæ illius principium ita
impeditum, quòd succedere non possint etiam ex propria persona, sed linea secundogeniti prælationem obtineat.

Tertiò, pro eodem patruo facit, † quòd licèt concedamus (provt concedere debemus) in successione Commendarum repræsentationem admitti, atque adeò regulariter eius virtute nepotem ex filio primogenito patruum secundogenitum excludere, vt probatur, & deciditur in Regia prouisione ann.1580. & *in epistol. ann.1582.* quæ habentur *2. tom. pag.204.* de quibus pluribus egi *sup. cap.16. num.87. cum seqq.* In hoc † tamen casu, de quo agimus, non videtur, quòd nepos possit se hac repræsentatione iuuare, quoniam in eisdem schedulis dumtaxat conceditur, vbi nepos, patre in vita aui præmortuo, eius locum sibi dari, siue in eum subrogari prætendit, vt constat ex illis verbis: *Declaramos y mandamos, que en la sucession de los dichos repartimientos de Indios, aunque el hijo mayor muera en vida del posseedor del tal repartimiento, si el tal hijo mayor dexare hijo, ò hija, nieto, ò nieta, ò descendiente legitimo, en quien concurran las demas calidades, que se requieren para suceder en los tales repartimientos, conforme à lo que por Nos està ordenado, estos tales descendientes del hijo mayor por su orden, se prefieran al hijo segundo del dicho posseedor que murio.*

Quod iuris quoque communis, & Regiis regulis conforme esse, † & illis attentis solùm in persona filij iam præmortui, nepotis repræsentationem locum habere, probare videtur textus *in Auth. post fratres, l.1. C.de suis, & legit. hæred.* vbi Salicet. Nouella 128. *cap. 3. l.3. tit.13. part.6. l.2. tit.15. part.2.* quæ loquitur in successione Regni, *l.40. Tauri,* quæ est *l.5. tit.7. lib.5. Recop.* & loquuntur in nostris maioratibus Hispaniæ, cum multis alijs, quæ congerit Paul. Castrens. *cons.164. volum.1.* Bald. *cons.275. num.5. vol.2.* Decius *cons.1. num.8. ad med.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.8. tit.9. num.1.* Molina *lib.1. cap.6.* Caldas Pereira *de nominat. emphyt. q.17. num.42.* Petrus Surd. *decis.314. num.3.* & latè & doctè noster Blasius Robles de Salcedo *in præclaro illo tract. de repræsent. lib.1. c.2. n.5.* vbi inquiunt, † quòd nepos, viuente patre, non intrat in eius locum, & quòd repræsentare nihil aliud est circa successiones, quàm ingredi in locum prædefuncti patris, in portionem illam, in quam, si pater superesset, erat successurus.

Vnde † non facilè debemus repræsentationem in causa mortis à lege concessam, ad alios extendere, maximè si eorum sententiam sequamur, qui eam ex priuilegio, & contra ordinarias iuris regulas inductam esse existimant, ac proindè locum non habere, nisi in casibus à iure expressis, vt cum magis communi, & veriori opinione, pluribus relatis, resoluit Couarr. *cap.38. pract. num.4.* Tiber. Decianus *cons.1.num.398.lib.1.* Matienzos *in dict.l.5.gloss.1. num.1.* Anton. Pichard. *ad tit.Inst.de hæred. quæ ab intest. post princip. §. 2. num.13.* D.Ioann.del Castillo *lib.3.quotid.cap. 19.n.35.* & Robles de Salcedo *d.lib.1.cap.6.n.25.* Quibus accedit, quòd etiam si admittimus dispositionem dictarum schedularum hac in parte dubiam dumtaxat esse, † in casu quidem dubio, semper verbum *Mortis* de morte naturali, & non ciuili intelligendum est, cùm illa si

propria

propria, & regularis eius significatio, *l. ex ea parte, §. penult. D. de verb. l. cùm pater* 77. *§. hæreditatem, D. de legat.* 2. *l. sed etsi mors* 13. *§. cùm igitur, D. de donat. inter, l. Statius Florus* 48. *§. Cornelio Felici, D. de iure fisci.*

Præterquam quòd (vt hæc deficeret) in † linea exclusa non datur repræsentatio, vt latè per Molinam *d. lib.* 3. *cap.* 7. *ex num.* 1. *ad* 4. & Robles de Salcedo *d. tract. de repræsent. libr.* 2. *capit.* 16. *numer.* 41. *&* 42. quia, *vt suprà* diximus, non potest dari plus iuris in causato, quam in influente. Et cùm nepos, qui succedit repræsentando personam patris, succedat iure transmissionis, † incapax filius, qui nullum ius habet ad successionem patris nullum quoque in nepotem transmittere poterit, *l. nemo potest* 79. *de reg. iur. l. traditio* 20. *D. de acquir. rer. dom. l.* 1. *C. qui pro sua iurisdict.* cum traditis à Surd. *consil.* 126. *num.* 31. *& consil.* 127. *num.* 28. & Stephano Graziano *tom.* 4. *discept. forens. cap.* 777. *num.* 16. Et dato quòd succedatur per viam subrogationis, † talis subrogatio cum omnibus suis qualitatibus fieri debet, vt pluribus comprobat Franc. de Aretin. *consil.* 1. *num.* 8. & Robles de Salcedo *d. l.* 1. *cap.* 12. *num.* 18. *& lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 7. *& c.* 18. *num.* 31. vbi quòd persona subrogata habetur pro vna, & eadem cum illa, in cuius locum subrogatur.

Quartò, facit pro eodem patruo, quòd cùm Commendæ, de quibus agimus, in præmium, & remunerationem seruitiorum inductæ fuerint, vt sæpè retulimus, & earum pluralitas ideò inhibita fuerit, vt ad plures eadem præmia peruenire possent, vt dixi *suprà cap.* 5. *ex num.* 79. Magis quidem † rationi congruum videtur, vt ad ipsum, quàm ad nepotem primogeniti Commenda deferatur, in hoc casu, de quo loquimur, cùm patrem, qui gratiam principalem ob sua seruitia meruit, propinquiori gradu contingat, vt in eisdem terminis considerat D. Valenzuela *d. consil.* 83. *num. penult. & fin.* Et ne aliàs pater, qui vnam personam cum filio constituit, pluribus Commendis abundet, † & per indirectum ex persona filij earum commodum consequatur, quod alioqui ex persona sua obstante legum interdictione, capere non poterat, contra *reg. text. in cap. quod vna via de reg. iur. in* 6. *l. quæritur* 38. *D. de bon. libert.* ibi: *Ne qui suo nomine à bonorum possessione submouentur, per alios eam consequantur.*

Atque † adeò fraus legi fieret, quæ tunc etiam admittitur, vbi id fit, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, *l. non dubium, C. de legibus, l. fraus legi, D. eod.* quibus † fraudibus, & malitiis semper obuiam eundum esse iura proclamant, *cap. vnico, de rerum permutat. lib.* 6. *l. in fundo* 38. *D. de reiuind. l. si cui* 9. *§. non enim, D. de seruitut. l. cùm hi, §. sed cùm lis, D. de transact. l. conueniri, D. de pact. dotal.* cum adductis à Velasco *in axiom. iur. litt. M, num.* 18. & in nostris terminis à D. Valenç. *d. cons.* 83. *numer.* 151.

Quinimò & ille, † qui cum iactura aliena lucrum prohibitum quærit, vt in hoc casu contingere videtur, non solùm de malitia, verumetiam de dolo arguendus est, vt notauit Vlpian. *in l.* 1. *§. an in pupillum, D. depositi*, & prosequitur Decius *in l. cùm fundus, §. seruum tuum, num.* 6. *vers.* 2. *nota, D. si cert. pet.* Craueta *cons.* 142. *n.* 17. Natta *cons.* 305. *num.* 2. & Lucas de Pena *in l. quemadmodum, vers.* 11. *C. de agric. & cens. libr.* 11.

Sed his non obstantibus, contraria sententia, nimirum nepotem patruo in quæstione proposita, præferri debere, mihi semper magis arrisit, & pro † ea nuper in Supremo hoc Indiarum 28
Senatu pronuntiatum fuit in ardua causa Commendæ Iucatanensis, inter Didacum Sanctos de Magaña Pacheco patruum, & D. Franciscum Magañam Paciecum, eius ex Primogenito fratre nepotem, & iterum inter filium secundogenitum, & nepotem ex primogenito strenui Ducis Melchioris de Solorzano Commendatarij Chiapensis, illiusque præcipua fundamenta ea, quæ sequuntur, esse videntur, ex quibus simul contrariorum solutio facilè sumi poterit.

Primum, † quòd licèt verum sit, in dicta illa 29
Regia prouisione ann. 1552. filium secundogenitum, & sic deinceps cæteros suo ordine vocari, in casum, quo primogenitus ob possessionem alterius Commendæ impeditus sit, & ibidem nulla de nepotibus mẽtio facta reperiatur, posteà tamen superuenerunt aliæ schedulæ an. 1580. & 1581. præcedentium declaratoriæ, quarum meminimus *suprà hoc cap. n.* 29. *& seqq.* Et in eis expressè cautum inuenitur, nepotes patruis in successione Commendarum præferri debere. Vnde non potest eis opponi, quòd vocati non sint, cùm hæ schedulæ vnam veluti dispositionem efficiant, vt aliàs dixi *suprà cap.* 6. *nu.* 83. Et † non sit nouum, vt priores leges ad 30
posteriores trahantur, hoc est per eas suppleantur, vel explicentur, aut etiam vbi opus fuerit, corrigantur, *l. non est nouum* 26. *cum l. seq. D. de legib. l. fin. D. de constit. Princip.* quas ita explicant Donelus, & Osuald. *lib.* 1. *comment. c.* 13. *&* 15. & dixi *sup. cap. prox. num.* 36. *& seqq.*

Quæ suppletio, vel declaratio † excusari 31
etiam potuit, vt innuit *d. sched. an.* 1581. grauiter obiurgans Auditores Mexicanos, qui de hoc dubitarunt. Nam † ex eo, quòd in lege suc- 32
cessionis Commendarum filius primogenitus vocatus fuit, nepotes ab eo relicti, & deinceps cæteri descendentes, vocati etiam censeri debuerunt, vt sic quoque filium secundogenitum excluderent, quamvis expressè in defectum primi vocatus reperiretur, vt contra Cassaneum, & Ant. Rubeum, doctè, & latè defendit Couarr. *in pract. cap.* 38. *numer.* 11. *ex l. cùm auus, D. de cond. & demonst. & l. cùm acutissimum, C. de fideicomm.* & alij quos retuli *suprà cap.* 16. *num.* 83. Et hoc est, quod in d. schedula dicitur: *Porque la prouision del año de cinquenta y dos no excluye nieto, antes en el nombramiento de hijo lo comprehende, conforme à derecho tan claro, que allà no se debia ignorar*: & tradit plura Vlric. Hunnius *libr.* 3. *variar. resol. tract.* 7. *q.* 16. *pag.* 775.

Secundum, † quia quamvis etiam concedamus, quòd in secundo contrariæ partis argu- 33
mento retulimus, de regula: *Si vinco vincentem te, &c. ex l. de accessionibus, D. de diuers. temp. præscrip.* Et quòd incapacitas patris, filiis quoque, qui ab eo causam habent, nocere soleat. Hoc tamen in nostro casu nepoti non obest. Nam illa regula, *si vinco vincentem te, multò magis vincam te*, inter varias limitationes, quas recipit, illam patitur, vt solùm procedat, quando est eadem ratio in victo, & in vincẽdo, vel vnus ab alio ius, & causam habet. Etenim, vbi vel ratio,

ratio, vel causa diuersa est, aut etiam rerum ordo variatur, tam in successionib. quàm in aliis, multoties contingit, vt tu ab eo, qui me superauerat, vel excluserat, supereris & excludaris, vt benè ostendit, & probat Tuschus *litt. V. concl.* 208. *n.* 13. *& seqq.* Couar. *lib.* 1. *var. c.* 7. *n.* 3. *vers. Item aduersus*, Farinac. *decis. Rotæ Romanæ* 59. *n.* 22. *in fine, tom.* 1. *part.* 1. Molina *de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 16. & multis relatis Mangilius *in tract. de imputation. quæst.* 86. *n.* 13. Castillo *lib.* 3. *quotid. c.* 30. *per tot.* & Velascus *in axiomat. iur. litt. V. n.* 138. *& seqq.*

34 Et quod de incapacitate subiicitur, tunc quoque locum habet, † vbi pater indistinctè, & absolutè exclusus reperitur, vel exclusionis ratio, eius personam ita afficit, vt lineam quoque ab eodem deriuatam afficiat, vel inficiat, vt procedit in inhabilitate ratione originis, vel natiuitatis, vt in spurio, vel fœmina, & similibus, quia tale vitium lineæ, tanquam reale, influit in omnes ex illa descendentes. Cæterùm vbi exclusio nascitur ex aliquo impedimento temporali, vel accidentali, quod in persona filij non reperitur, tunc nihil ei ex proprio suo iure, ac vacatione succedere volenti, patris inhabilitas, aut inca-
35 pacitas obstabit. Cùm hæc † solùm debeat restringi ad eum, qui eam patitur, *l. si is qui* 31. *D. de inoff. testam. l. cancellauerat, D. de his quæ test. delent.* vt rectè ad plurium iurium, & aduersantium Doctorum conciliationem, post Bart. *in l. liberorum, col.* 5. *D. de verb. signif.* latè probant, & prosequuntur Philipp. Corn. omninò legendus, *cons.* 21. *num.* 23. *vol.* 1. Decius *cons.* 379. *num.* 7. Tiraq. *de cessante causa*, 1. *par. num.* 99. *&* 142. Cephal. *cons.* 103. *per tot. libr.* 1. Anton. Bagnascus *cons.* 140. *num.* 28. inter consilia vltimarum voluntatum *vol.* 2 Anton. Gabriel. *libr.* 4. *comm. opin. tit. de fideicomm. concl.* 6. *num.* 7. *&* 8. *& libr.* 6. *tit. de verb. signif. conclus.* 1. *limit.* 7. *numer.* 58. Mantua *de coniect. vltim. volunt. libr.* 8. *tit. fin. numer.* 45. *&* 49. & latiùs *numer.* 71. *cum seqq.* Simon de Prætis *cons.* 31. *numer.* 16. *& cons.* 90. *numer.* 7. *libr.* 1. *& de interpret. vlt. volunt. libr.* 3. *dubit.* 3. *solut.* 2. *num.* 25. *&* 26. Peregr. *de fideicomm. art.* 27. *numer.* 18 Molina *de primog. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 4. *& cap.* 10. *& lib.* 1. *c.* 9. *numer.* 27. *& cap.* 13. *num.* 35. Vbi loquitur de impedimento furoris, & eius Additionator alios Authores adducit, & Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 46. *n.* 18. Mier. *de maiorat.* 2. *par. q.* 3. *numer.* 16. *& q.* 4. *illat.* 1. *numer.* 13. Noalius *in tract. de transmission. cap.* 19. *num.* 30. & alij, quos refert, & sequitur Robles de Salced. *d. tract. de repræsent. lib.* 1. *cap.* 11. *numer.* 5. *&* 18. Quibus addo doctrinam Greg Lop. *in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. *verb. Si dexare hijo*, vbi
36 ait, quòd † quando filius primogenitus vltimi possessoris maioratus, alicuius delicti ratione, incapax factus est successionis illius, huius filij benè succedere poterunt, quia eorum pater habetur pro mortuo.

Et iuxta hanc distinctionem intelligendi sunt Auctores, quos pro contraria opinione citauimus *suprà hoc cap. nu.* 7. exceptis illis, qui etiam excludunt filios inhabilis, vel incapacis ob trans-
37 gressionem præcepti, † quorum sententia, vt defendi possit, accipienda est, vbi talis inhabilis ob præcedentem contrauentionem, nunquam successit, nam tunc nec filij eius ad successionem admittentur, vel quando exclusus fuit, ob contrauentionem, antequàm liberos haberet, & alter vocatus maioratum occupauit. Etenim si iam nati erant, verior, & communior opinio est, quòd filius, vel nepos ob contrauentionem patris, vel aui à maioratus successione non excluditur, vt constat ex adductis à Molina *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 58. *& cap.* 13. *num.* 36. *& lib.* 3. *cap.* 7. *numer.* 4. Tello Fernand. *in l.* 17. *Tauri, nu.* 10. Mieres *de maiorat.* 4. *par. q.* 4. *illat.* 8. *num.* 21. Costa *de success. Regni*, 3. *par. n.* 44. *&* 45. Pereg. *de fideicomm. art.* 27. *num.* 8. Velasco *de iure emph. q.* 41. Cald. Pereira *de nominat. emph. q.* 14. *num.* 7. Alexand. Raudens. *respons.* 2. *numer.* 126. *libr.* 1. *& respons.* 30. *ex num.* 73. *&* 74. vbi pulchrè in proposito loquitur, & alios referens D. Ioan. del Castillo *lib.* 3. *controuers. cap.* 15. *numer.* 56. & Robles de Salcedo *dict. lib.* 1. *capit.* 10. *num.* 13. *&* 14. *& facit tex. in l. Titio vsufructus* 96. ibi: *Nec initium accepit, D. de condit. & demonstrat. l. Seia* 42. ibi: *Quæ nondum in persona filiorum initium acceperat, D. de donat. causa mortis.*

Tertium argumentum est, † quòd cùm negari non possit in his Commendis repræsentationem dari, vt etiam in tertio fundamento aduersæ partis conceditur, concedi item debet, nepotem ipsis patruo suo præferendum esse, cùm hic lineam posteriorem constituant. Hoc namque est priuilegium, quod repræsentationi tribuitur, & hic principalis effectus, qui ex ea consequitur, & finis, qui ad eam introducendam à iure consideratus videtur, vt tetigi *sup. cap.* 16. *nu.* 87. & de iure communi probat text. *in l.* 1. §. *emancipatus, vers. Eueniet, D. de coniug. cum emancip. Auth. de hæred. ab intest. venient. in princip. vers. Sic tamen*, & de iure nostro, textus *in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. *& l.* 40. *Tauri*: & considerant Ruin. *cons.* 123. *in princip. lib.* 2. Paul. Paris. *cons.* 65. *n.* 42. *lib.* 2. Roland. Cephal. Menoch. & plures alij relati à D. Ioan. del Castillo *d. lib.* 3. *c.* 19. *n.* 53. & Blasio Robles de Salcedo *d. tract. de repræsent. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 4. *&* 5.

Quæ iuris fictio, & dispositio, † licèt communiter loqui videatur in nepotibus, qui in locum prædefuncti patris admitti desiderant, & eundem modum loquendi retinuerint schedulæ Regiæ, quæ de nostris Commendis tractant, de quarum explicatione nunc agimus. Nulli tamen dubium est, quin idem admittendum sit, etiam si pater viuat, data inhabilitate, vel incapacitate, quæ eum à patris successione excludat, & nepoti ab eo geniti non æquè præiudicet. Hoc enim est, quod dicimus, † primo vocato existente incapace, statim sequenti substituto locum fieri, ac si primus vocatus non fuisset, vt constat ex traditis à Molina, & nouissimo eius Additionatore *lib.* 1. *de primog. cap.* 9. *n.* 29. Et in terminis nostrarum Commendarum D. Valençuela *cons.* 83. *num.* 10. Et † repræsentationem idem operari in casu incapacitatis, vel mortis ciuilis, quod in casu mortis naturalis, cùm in his omnibus æquiparetur, & patre sublato de medio faciat filium in eius locum subingredi, vt in simili testatur Molina Theolog. *tom.* 3. *de iust. & iure, tract.* 2. *disput.* 624. *num.* 4. sic inquiens: *Si primogenitus, isve, qui alioquin primò ad maioratum vocatur, incapax illius sit, vel incapacitate, quæ ex dispositione institutoris, vel quæ ex legis dispositione à successione in illo excludatur, tunc, qui vlterius vocatur, siue ob repræsentationem, siue quòd proximior sit, & maior natu*

natu cæteris, siue quacunque alia ratione, succedit in illo, nisi incapax ipse similiter sit. Et notant DD. communiter *in l. Gallus, §. & quid si tantùm, D. de liber. & posth.* Cephal. *cons. 295. num.4. & 29. lib.3.* Mandelus Albens. *cons. 166. vol.1.* vbi eius Additionator plures adducit litt. A. Hondedeus *cons.62. lib.1.* Ioann. de Montesperello *cons.1. à num.2. volum. 1.* Carrot. *decis.111.* Mastril. *decis.167.* Annæus Robertus *lib.4. rerum indic. cap.16.* Vincent. de Franchis *decis.689. part.4.* & plurimi alij, quos diligenter congerit, hanc eandem doctrinam peritissimè adstruens, Robles de Salcedo *d.lib.1.de repræsent. cap.10. num.12.* D. Ioann. del Castill. *lib.3.quotid. cap.12.* Hieronym. Ceuallos *pract. comm. q.63. & 64.* & Alexand. Trentacinq. *de substitution.4.p. c.6.*

Quia licèt verum sit mortis appellationem propriè de naturali intelligi, vt diximus in argumento contrariæ opinionis. Id tamen procedit, † vbi per viam conditionis expresè mors requiritur, quæ tunc in casu vero, & non ficto ex natura sua verificanda est, *l. qui hæredi, & l. Mauius, D. de condit. & demonstr.* cum traditis à Socino *d. §. & quid si tantùm, num.16.& 17.* & Surd. *decis.207. num.9. & decis.202.* At verò vbi hoc deficit, ad ciuilem quoque semper extenditur, vbi ex vtraque idem resultat effectus, vt *in l.1. §. qui habebat, D. de bon. poss. contra tabul. l. actione, §. publicatione, D. pro socio, l.1. §. sed & si patruus, D. de coniung.cum emancip. l.2. §. si ita demum, & §. final. D. ad Tertyl. l. etsi ex modica, §. si filius, D. de bon. libert. l.1. C. de primicerio, lib.12.cap.cùm simus, de regul.* cum multis aliis, quæ notant DD. *in d. §. & quid si tantùm,* Mantica *de coniectur. vltim. volunt.lib.8.tit.18.num.5.* Petr. Surd. *decis.207. per totam,* Castillo *lib.3.controuers.cap.12.num.25.& 31.* Camillus Gallinius *de verb. signif. lib.3. cap. 10. num.34.* Hondedeus, & Trentacinq. *vbi suprà,* & nouissimè Aug. Barbosa *de appell. verb. vtriusque iur. verb. Mors 157. num.3. & 4.* & Velascus *in axiom. iuris, litt. A. num.483.* & latissimè Mastrill. omninò videndus, *lib.1. de Magistr. cap.26. per totum,* & nouissimè D. Franc. Merlinus *controuers. forens. cap.52. ex num.17.*

Et † ad quamlibet aliam inhabilitatem, vel incapacitatem, quæ successionem, siue actum, de quo agitur, æquè ac mors naturalis impediat, ut docuit Bart. per text. ibi *in d. §. qui habebat.* inquiens: *Quòd incapax non obstat sequentibus in gradu, ac si esset mortuus.* Mantica *vbi sup. num.49. & 50.* Molina *lib.1. cap.9. num.29. & 30.* Mieres *1.par. q.2. ex n.10. & 2.par. q.10.* Fonte *cons.21. ex num.57.lib.1.* Gregor. Lop. *in l.2.tit.15.par.2.gl.19. verb. Siendo ome para ello,* Ant. Rubeus *cons.22. in fine,* vbi ait, quòd à pari procedunt non extare, vel extare, & non posse succedere, latissimè Mastrill. *d. cap.26. ex num.22. ad 27.* vbi loquitur in casu, qui valdè nostro assimilatur, de concessione officij alicui facta, vbi per mortem possidentis vacauerit, D. Ioann. del Castillo *d. lib.3. cap.15. num.43.* & D. Christoph. de Paz *in tract. de tenuta cap.34. per totum,* vbi loquitur de prohibito succedere ob incompatibilitatem alterius maioratus,
44 quòd in hac materia † paria sunt, mortuum esse aliquem, & sic non extare, siue extare, & non posse succedere, *l. pater filium,* & ibi gloss.

D. de inoffic. testam. & singulariter in nostris terminis Commendarum D. Valenç. *d. cons.83. num.5. & seqq.* vbi, quòd casus quilibet, qui incapacem efficit successorem, operatur, quòd pro naturaliter mortuo reputetur, & quòd successio deferatur sequenti in gradu, masculo, aut fœminæ.

Quartum, & vltimum eiusdem partis fundamentum sit, quòd licèt Commendæ ob seruitia concedantur, † non magis fauendum 45
est patruo secundogenito, quàm nepoti, qui primogenitum repræsentat. In quo fortiùs eiusdem remunerationis causæ considerantur, & hoc satis prouidit, & præuidit Princeps, ex cuius liberalitate, & voluntate hæc omnia proficiscuntur, & pendent, cùm in dictis schedulis anni 1580. & 1582. nepotis successionem, & prælationem induxit, quæ si iungantur, & benè inspiciantur, expresè casum mortis, & cuiuslibet alterius impedimenti æquant, & decidunt. Neque vllam fraudem, vllomuè inconueniens in eo considerarunt, quòd filius accipiat Commendam, quam pater habere non potuit. Nam in hoc iure suo vtitur, & nemini facit iniuriam, vt dixi *sup. cap. præcedenti numer.30.*
Et † non concurrunt in vnam personam plures 46
Commendæ, cùm pater non possit gaudere vsufructu eius, quæ filio conceditur, vt dixi *suprà cap.15.*

Neque † in patris impedimento, vel incapa- 47
citate succedat, aut iure transmissionis ei opus sit ad dictam successionem. Nam quamvis eum repræsentet, id solùm est ad hoc, vt eius locum, siue gradum subintret, quem mediante incapacitate, vacuum inuenit, ipse autem iure proprio, & ex sua persona, atque ex vi suæ vocationis succedit. Ea enim † est differentia inter successionem 48
ascendentium, & transuersalium, quòd in hac repræsentatur in persona, gradus, & ius eius, ex cuius capite quis succedit, in illa autem solùm gradus, cùm descendentes iure proprio vocentur, vt magistraliter docuit Bart. *in l.1. §. si sit nepos, D. de collat.dot. & in l.2. C. de liber.præter.* vbi Bald. *nu. 4.* Salicet. *num.3.* Corneus *num.1.* Alexand. *num.6.* idem Alexand. *cons.4.num.13.lib.4.* Decius, Cephal. Surd. Grammat. Gama, Auend. Cancer. & alij, quos refert, & sequitur Robles de Salcedo *d.lib.1.cap.11.num.5.& per totum,* præcipuè *n.17.& 18.* Vbi rectè concludit, † quòd quoties 49
pater ob aliquam incapacitatem superuenientem impeditus reperitur, licèt eo tempore, si superuixisset, repellendus esset, nihilominus eius filius gradum tantùm repræsentans, ex propria persona esset admittendus, exclusis patruis. Et idem in simili docuit Bald. in l. pactum dotale, C. de collation. q. 18. dicens, † quòd si filia in contractu
dotali fecit pactum de non succedendo, & firma- 50
uit iuramento, licèt ipsa excludatur, non excluduntur nepotes ex ea, & subdit rationem: *Neque eis obstat, quòd intrant in locum matris, quia succedunt per locum à remotione, seu priuatione matris, vndè non assumunt sibi materiam iam extinctam, sed sibi assumunt locum, quem inueniunt vacantem*: quæ verba, vt singularia, valdè commendat, & notanda esse dicit Philip. Corneus *cons.116. num.13. vol.2.* & tradit alia D. Larrea *d. dispt. Granat. pag. 439. num.34.*

Sed nunc opportunè inquirendum restat, supposito, quòd nepotem patruo in prædicto

51 casu præferimus; quid dicendum sit, † vbi hic nepos habet ius succedendi in Commenda pinguiori, quam pater eius in prima vita fortè possideat. Durum enim videtur, quòd hoc casu patruũ excludat ab alia, quæ aui morte vacauit, & quòd posteà, moriente patre, velit hanc relinquere, & paternam optare, cùm ad illam, quam relinquit, iam tunc patruus nullum ius habere possit, vtpotè in qua successionis permissio finiia reperiatur.

Et quidem vbi hoc contigerit, multum dubitarem talem nepotem, *si primogenitus sit*, ad aui Commendam admittere, nam cùm sit vocatus, & immediatus successor ad pinguiorem, quam pater possidet, & cuius ratione ipse pater ab alte-
25 ra ob incompatibilitatem exclusus fuit,† hoc ius primogenituræ in eius persona causatum, & radicatum, adeò considerabile est, vt illum possimus, & debeamus iudicare, ac si iam actualis possessor esset Commendæ paternæ, & sufficit ad impediẽdum ingressum, & successionem auitæ, ob vitandam eandem incompatibilitatem, quæ eius patrem exclusit, vt colligi potest *ex l.40. Tauri, in final. verbis*, & ex multis, quæ in similibus casibus congerit Carol. Ruin. *cons.19. num.3. & 4. lib.1.* Tiraquel. *de primog. q.21. num.7. q.33. num.1. & seqq. & q.40. num.66. & 93. & de legib. connub. gloss.*
53 *2. num.93. & seqq.*† vbi plura congerit de effectibus, quos operatur spes, de quo etiam latè agit Mieres *de maiorat. 2. par. in initio à num.475.* & D. Valençuela *cons.69. num.17. & 55. & seqq. & cons.70. num.36. & 37.* Et multum in nostris terminis Matienz. *in l.7. tit.7. lib.5. Recop. glos.5. nu.*
45 6. Vbi probat, † quòd spes succedendi in maioratu quam habet primogenitus, est inuariabilis, immutabilisque, & considerabilis etiam in vita possessoris. De quo etiam agit, plura adducens, Molina *de primog. lib.2. cap.6. num.37.* Burgos de Paz *cons.9. n.30. & in procem. leg. Tauri, num. 332. & seq.* Ripa *respons.131. num.14.* Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.8. tit.10. num.8.* Ant. Gam, & eius Additio. *decis. Lusit.305. n. 12.* & nouissimè D. Ioann. Bapt. de Latrea *in discept. Granatens. pag.497. num.10. & pag.501.*
55 *& 509.* Et hoc est adeò verum, vt † filius, qui hoc ius primogenituræ consecutus fuerit, ei renuntiare non possit, nisi multis requisitis interuenientibus, quæ refert Mieres *vbi suprà, q.18. ex num.31.* & Hubert. Giphanius *in tract. de renunt. cap.1. & 2.*

Ideò autem dixi, *si primogenitus sit.* Nam
56 vbi † alter nepos vltra primogenitum reperitur, is, cùm nullo modo inueniatur impeditus, ad aui Commendam admitti poterit, & patruum æquè, ac primogenitus excludet, vt *in d. l.1. §. qui habebat, D. de bon. poss. contra tabul.* & ita accidit in dicta causa Magañatum, cuius memini *sup. num.28.* & quotidie in Regio Senatu pronuntiatur, vbi quis excluditur ab vno maioratu ob incompatibilitatem alterius. Nam successio illius non datur primogenito exclusi, etiam durante vita patris, quamvis tunc nullum maioratum possideat, sed secundogenito, qui neque actu, neque spe proxima impeditus reperitur, provt his diebus controuersum, & definitum vidimus in graui causa maioratus de los Saauedras de Caceres, in qua iuxta hanc nostram opinionem luculentam allegationem scripsit, & mihi communicauit nobilis, & egregius aduocatus D. Franciscus de Messa Maldonado, vbi plures alios allegat, cui addo Bart. doctrinam *in l. huiusmodi, §. si Titio, D. de leg.1,* Vbi docet, quòd † sem- 57
per portio exclusi debetur ei, qui eius loco includitur, quem sequitur Roman. *in l.1. col. antepenult. C. quando non petent. partes,* Hieron. Gabr. *cons.15. num.6. & cons.11. num.31. lib. 1.* per text. *in l. actionem, C. de pact.* Paul. de Castro *in l.1. §. inde Neratius, D. ad Trebell.* & D. Valençuela, qui loquitur in eisdem terminis nostrarum Commendarum, *cons.83. n.62 part.1.*

CAPVT XX.

De eadem lege successionis Commendarum, quatenus vxores in defectum filiorum, aut filiarum admittit, & an sponsæ de futuro, aut etiam de præsenti, ante consummationem matrimonij, & mutuam cohabitationem hoc iure vti possint?

SVMMARIVM.

1 *Feudum rectum fœminas non admittit.*

2 *Commendæ Indiarum fœminas ad successionem admittunt.*

3 *Feudorum successio non defertur maritis, neque vxoribus.*

4 *Feudum etiam simpliciter concessum pro se, & liberis, intelligitur tantùm de masculis.*

5 *Vxor pauper non succedit marito in feudis, etiam ratione quartæ partis.*

6 *Vassallo non licet vxori post mortem suam vsumfructum, vel alimenta ex feudo relinquere.*

7 *Successio commendarum, qua ratione fœminis delata fuerit?*

8 *Filiæ, quæ ad commendarum successionem admittuntur, intra annum nubere debent, & de schedulis, quæ id cauent.*

9 *Viduis succedentibus in commendis maritorum, non iniungitur conditio, iterum nubendi, & quare?*

Nuptiæ secundæ tolerandæ sunt, non imperandæ, ibidem.

10 *Vxoribus data fuit successio in commendis maritorum, vt faciliùs ad matrimonium contrahenda inuitarentur.*

11 *Viduæ, quæ in commendis maritorum defunctorum succedunt, faciliùs alios inueniunt.*

12 *Legis successionis commendarum an.1536. verba referuntur, & expenduntur.*

13 *Fœminis in commendis succedentibus, cur in maritorum capite titulus earum expediri soleret?*

14 *Commendarum onera, & seruitia meliùs per viros, quàm per fœminas, expenduntur.*

15 *Maioratus habentes annexam dignitatem, vel iurisdictionem per maritos administrari solent, & quare?*

16 *Vxorum admissio in commendas maritorum fraudibus fictorum matrimoniorum viam aperuit.*

17 *Vxores, vt admittantur ad commendas maritorum,*

64 *Schedulæ Indiarum, quæ requirunt ad successionem commendarum, quòd coniuges,* viuan, y esten casados seis meses, *etiam in sponsis de præsenti, & ante copulam verificantur.*

65 *Innuptæ virgines dicebantur, nuptæ mulieres, & quo sensu Beata virgo à D. Augustino innupta vocetur.*

66 *Benedictiones nuptiales, vulgò,* Velaciones, *constituunt quandam veluti perfectionem matrimonij, & alia de earum ritu,*

67 *Benedictionibus nuptialibus acceptis, sponsæ etiam ante copulam omnia iura vxorum adipiscuntur.*

68 *Donatio, vt inter virum, & vxorem, ita inter sponsos de præsenti prohibita est,*

69 *Sponsa de præsenti, sponso ingrediente Religionem, lucratur omnia, quæ vxor copulata.*

L. Deo nobis, C. de Episcop. & Clericis, *explicatur, ibidem.*

70 *Melioratio sicut efficitur irreuocabilis per matrimonium, ita per sponsalia de præsenti.*

71 *Verba legis, vel statuti, in quo verificantur, dispositio quoque verificatur.*

72 *Lex quæ loquitur de matrimonio copulato, procedit etiam in sponsaliis de præsenti*

73 *Principaliter quod in lege disponitur, aut prætenditur, attendendum est.*

74 *Lex quæ dirigitur ad remunerationem benemeritorum, fauorabiliter accipienda, & explicanda est.*

75 *Vxorum appellatione in fauorabilibus, & in indifferentibus veniunt sponsæ de præsenti, etiam ante copulam, & aliquando etiam sponsæ de futuro.*

76 *Lex successionis commendarum, dum matrimonium per sex menses requirit, fraudibus tantùm obuiam ire voluit.*

77 *Disponens quilibet in dubio præsumitur se velle conformare cum dispositionibus iuris communis.*

78 *Verba proœmialia dispositionis, præbent eius intellectum.*

79 *Dotis lucrum vxoribus, vel maritis dari solitum, ad sponsos quoque pertinere, multi Auctores tradunt, qui latè referuntur.*

80 L. nihil interest 15, D. rerum amoratarum *ponderatur, & illustratur.*

1 QVamvis † feudum rectum, & proprium sui
natura fœminas non admittat, *cap.1. §. fin. de*
succes. feud. l.6. tit.26 part.4. cum aliis, quæ latè
adduxi *suprà cap.6. n.38. & seqq. & cap.16. ex n.*
50. Nostri tamen Piissimi Reges hac in parte, vt
ibidem retulimus, Commendas à feudis differre
voluerunt, & † ita non solùm filias, & neptes in
2 defectum filiorum, & nepotum ad earum successionem vocarunt, verùm & vxores quoque, vbi liberi vtriusque sexus non extarent, vt patet ex Regiis prouisionibus, & schedulis super hoc diuersis temporibus promulgatis, quæ extant *2. to. impress. ex pag.200. cum seqq.* quarum specialem mentionem feci *d. cap.16. num.2. & seqq.*

3 In quo etiam † feudorum orbitam excessisse videntur, quæ neque vxorem marito, nec maritum vxori succedere permittunt, vt probat text. gloss. Præpositus, Isernia, Albarotus, Afflict. & cæteri communiter Scribentes *in cap. 1. an marit. succed. vxori*, Alexand. *in l.1. num. 12. C. vnde vir, & vxor*, Vulteius *in tract. de feud. part. cap.9. pag.405.* Scheneiduinus *in commentar. d. titul. Inst. de success. ab intest. Rub. de succes. inter vir. & vxor.* Hartman. Pistor. *miscel. quæst. 1 part. q.4.* Menoch. *cons. 115 5. num.47.* Pet. Heigius *q.26. & 27. par.1.* & latiùs cæteris Rosenthal. *in tract. de feud. cap. 7. conclus.60. num.6.* vbi innumeros alios idem tenentes adducit in additionibus litt. D. & Petrus Petra *de potest. Princip. cap.23. n.15. & seqq.* Vbi hinc infert, † feudum alicui simpliciter pro se, & liberis concessum, intelligi solùm de masculis; quia fœminæ succedere non possunt, & nouissimè Berlichius *in tract. de iure nouercarum, num.813.* vbi post alios, quos refert, hoc de natura feudorum esse inquit, quòd nec vxores maritis, nec mariti vxoribus succedant, quoniam inter se nulla agnatione, seu cognatione, neque affinitate sunt deuincti.

Quod adeò verum est, † vt nec vxor pauper succedat in feudo respectu quartæ, quæ eo in casu concedi solet ex beneficio *Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor*, vt notat ibid. Alex. *num. fin.* Decius *in l.1. num.12. C. eod. tit.* Bald. per text. ibi, *in cap.1. § fin. de inuest. de re aliena facta.* Et plurimi alij, quos refert, & sequitur Tiraq. *de retract. lignag. §.11. gloss.3.* & Rosenthal. *d. conclus.60. num.8. & litt. F.* qui etiam *cap.9. quæst.15. num.6.* concludit, † non licere vassallo vxori post mortem suam vsumfructum, vel alimenta ex feudo relinquere.

Fuit autem huius extensionis, vel dispensationis ratio ea, quam *sup. cap.16.* tetigimus, nempè, † vt hoc modo homines ad incolendas has Indiarum prouincias allicerentur, & matrimonia ibidem libentiùs celebrarent, scientes sibi vxores in defectum filiorum successuras, & hoc pacto legitimis liberis Rempublicam fœcundarent, vt constat ex eisdem prouisionibus, & schedulis Regiis *suprà* citatis, quæ † vbi filias ad successionem admittunt, expresè eis hanc conditionem adiiciunt, vt intra annum à die successionis computandum, si iam tunc essent viri potentes, matrimonium contrahere teneantur. Quæ conditio licet praxi non ita præcisè, vt iacet, obseruari soleat, satis intentionem Legislatoris hac in parte demonstrat. Vt & alia prouisio D. Imp. Caroli V. ann. 1536. quæ habetur *in 2. tom. impress. pag.248. & seq.* & iubet: *Que porque muchos pretendian Encomiendas para desfrutarlas, y venir se à España, y no con animo de permanecer en la tierra, ni poblarla, y ennoblecerla; se les mande, que edifiquen casas de piedra en el lugar, parte, y forma que el Virrei, ò Gouernador les señalare, &c.*

Et licèt † in viduis, quæ maritis succedunt, eam non adiecerint, quia secundæ nuptiæ tolerandæ sunt, & non imperandæ, *Auth. qui relictum, C. de indict. viduit.* cum latè adductis à Thom. Sanchez *in tract. de matrim. lib.7. disp. 87.* benè temen insinuant, † primi matrimonij fauorem hanc indulgentiam extorsisse, vt præclare obseruat Ant. de Leon *in tract. de confirmat. Regiis, 1. part. cap.5. num.7. fol.24.* in illis verbis: *Esta fue la primera decision que admitiò las mugeres à la sucession de los maridos, y della se colige claramente, que la razon final estuuo en el fauor de la poblacion de la tierra, facilitando con esto los casamientos de mugeres principales, y pobres que iban de España à casarse à las Indias.*

Eoque

Eoque ſimul factum eſt : † vt eiuſmodi viduæ,
ſi in ætate ſecundas nuptias appetendi, relinque-
rentur, faciliùs, & commodiùs viros nobiles,
& ſtrenuos milites inuenirent, quibus nubere
poſſent, tales Commendas eiſdem, veluti dotis
nomine, aſſignando, dummodò ipſi aliam Com-
mendam non haberent, vel quam habebant, re-
linquerent, ſi vxoris Commendam conſequi
mallent, de quo aliqua dixi *ſuprà cap.16.nu.93.*
Et † ſunt aperta, & notanda verba primitiuæ le-
gis ſucceſſionis ann.1563. ad quam reliquæ ſche-
dulæ ſe referunt, quæ ita habent: *Y ſi el tal ca-
ſado no tuuiere hijo legitimo, y de legitimo matri-
monio nacido, encomendareis los dichos Indios à
ſu muger viuda: y ſi eſta ſe caſare, y ſu ſegundo
marido tuuiere otros Indios, darlebeis vno de los
dichos repartimientos, qual quiſiere, y ſi no los
tuuiere, encomendarlebeis los dichos Indios, que
anſi la muger viuda tuuiere; la qual Encomienda
de los dichos Indios, mandamos que tenga por
el tiempo que nueſtra merced, y voluntad fuere,
ſegun, y como aora los tienen, y haſta tanto que
Nos mandemos dar la orden que conuenga para
el bien de la tierra, y conſeruacion de los natura-
les della, y ſuſtentacion de los Eſpañoles problado-
res de eſſa tierra.*

Ideò autem † filiæ in Commendis ſucceden-
tes maritari iubentur, & vbi viduæ nubent, in
mariti perſona titulus expeditur, vt quoad
fieri poſſit, Commendæ ad feudorum naturam,
& imitationem reducantur; quorum † onera,
& ſeruitia, vtpote in plurimum, militaria, & ad-
miniſtrationem, & iuriſdictionem habentia, me-
liùs per viros, quàm per mulieres expediun-
tur, vt benè obſeruat Folgoſ. *conſ.4.* Socin.
Iun. *conſ.76. num.137. vol.1.* & de Regno,
Ducatu, Marchionatu, aliiſque maioratibus
agens, quæ † habent iuriſdictionem, quòd eo-
rum adminiſtratio ad maritum pertineat, &
ſic poſſit appellari Rex, Dux, vel Marchio, li-
cèt ius ſtatus in perſona vxoris reſideat, eique
præſtari debeat iuramentum fidelitatis, vt per
text. *in l.4. tit.18. par.3.* obſeruat Greg. Lop.
ibidem Molina *lib.1. de primog. c.13. num.13.
14. & 15.* Mieres *eod. tract. 2. par. q.6. num.
12. & 3.par. q.11. num.40.* Vincent. Fuſar. *in
tract. de ſubſtit. q.385. n.7. & 8.* & nouiſſimè
Perez de Lara *in compendio vitæ hominis, cap.30.
num.59. & 60.*

6 Sed quoniam † ſub occaſione huius ſucceſ-
ſionis vxorum plures lites excitatæ fuerunt, &
plurima matrimonia à ſenibus, & decrepitis, &
ſæpè in articulo mortis celebrabantur, contra-
hendo (vt dicunt) propter formam, vt ita mu-
lieres eorum Commendis potirentur; & ſine
animo, & poteſtate eas carnaliter cognoſcendi,
vel cum eiſdem habitandi, in grauem prædicta-
rum legum fraudem, & ludibrium, & fruſtran-
do effectum qui in illis prætendebatur, edita
fuit Regia quædam ſchedula ad Peruanum Pro-
regem Dom. D. Franciſcum à Toleto directa,
data Matriti 27. Februar. ann.1575. quæ extat
d. 2.tom. pag.208. quæ prædictam fraudem re-
7 cenſens, & ei obuiam ire deſiderans, † non
aliter ſucceſſionem concedit, quàm ſi vxor
cum marito per integros ſex menſes nupta
vixerit, & ſteterit. Verba ſunt hæc: *Que
de aqui adelante, en caſo que conforme à lo por
Nos proueido, la muger aya de ſuceder en los
Indios de ſu marido, no pueda ſuceder en ellos,
ſi realmente no eſtuuiere, y viuiere caſada ſeis
meſes con el.*

Et quoniam in noua Hiſpania, & aliis pro-
uinciis vbi ad tres, vel quatuor vitas ſucceſſio
protrahitur, & receptum eſt, vt mariti vxori-
bus in filiorum defectum ſuccedant, aliquæ
vetulæ ob eandem rationem ad contrahen-
dum matrimonium à viris alliciebantur, ſu-
peruenit altera ſchedula 8. Iunij ann. 1603.
quæ ſub eadem præfatione determinat: *Què
los que conforme à la lei de la ſuceſſion huuie-
ren de ſuceder à ſus mugeres en ſegunda, ò terce-
ra vida, y las mugeres que huuieren de ſuceder
à ſus maridos, ayan de viuir, y eſtar caſados in
facie Eccleſiæ ſeis meſes, y que de otra manera
no ſucedan, y eſto ſe guarde y cumpla en todas las
Indias Occidentales.*

Quæ ſanè ſchedulæ iuſtiſſimæ fuerunt, cùm
per eas fraudibus, & malitiis occurratur, quod
ſemper † maximè curandum eſt, vt dixi *ſup. cap.* 18
præcedenti num.26. Nam licèt negari non poſ-
ſit, † matrimonium etiam in articulo mortis 19
contractum validum eſſe, neque id prædictæ ſche-
dulæ negent, vt latè per Tiraq. *in l. ſi vnquam,
verb. Suſceperit, num.73. C. de reuocand. donat.*
Molina *de primog. lib.2. cap.5. num.25.* Thom.
Sanch. *de matrim. lib.6. diſp.105. à num.4.* Io-
ann. Gutierr. *in eod. tract. cap.118. num.2. lib.2.
pract. q.105. num.9.* D. Valenç. *conſ.66. num.3.*
& plures alij apud Fajard. *in tract. de legitim. per
ſubſeq. matrim. num.215.* qui omnes idem ſen-
tiunt de eo, qui in decrepita ætate matrimonium
contrahunt, vt *in l. ſancimus 27. C. de nuptiis,*
quidquid aliàs iure ciuili antiquo diſpoſitum eſ-
ſet, vt per Coſtanum *de ſponſal. pag.77.* Briſſon.
de iure connub. pag.31. Lipſium *in notis ad Ta-
citum lib.3. pag. mihi 139.* & latiſſimè Tiraq. *in
l. connub. num.12.* & nouiſſimus Burchardus
Berlichius *in tract. de iure nouercar. 1. parte, art.
3. ſect. 2. ex num.219. & ſect.3. per totam*, vbi,
quòd etiam moribundo licet nouercam ducere,
Torreblanca *de iure ſpirit. lib.2. cap.15. ſect.4.
num.16.*

Dubitari tamen non poteſt, nunquam † ma- 20
trimoniis fraudulentis eſſe fauendum, *l. ſi quis,
C. de adulteriis*, melior text. *in l. filiæ meæ, D.
ſolut. matrim.* ex cuius ſpecie, multum in no-
ſtra, notant DD. quòd † vbi actus per quem al- 21
ter excluditur, in mortis articulo celebratur,
præſumitur in fraudem geſtus, & ad illius exclu-
ſionem, eiuſque argumento dicit notabiliter
Baldus *in c.in præſentia, de probat.* quòd † ſi gra- 22
uatus fideicommiſſa, *ſi ſine liberis deceſſerit*, in
articulo mortis profiteatur, expirat fideicommiſ-
ſum, quia præſumitur profeſſio facta in fraudem
vocati, & idem tenet Anchar. *in cap.ſicut nobis,
de regular.* & Moderni *in eodem cap. in præſen-
tia.*

Et facit etiam text. in cap.1. de renuntiat.
vbi † renuntiatio in articulo mortis, præſumi- 23
tur facta in fraudem expectantis, & deciſio
Angel. *in l. ſed eſt quæſitum, D. de lib. & poſth.*
vbi concludit, † quòd quamvis ex matrimo- 24
nio contracto in articulo mortis, filij legiti-
mantur, hoc tamen fallit, niſi fiat in fraudem
creditorum, vel in euerſionem fideicommiſſi
relicti ſub conditione, *Si grauatus deceſſerit
ſine filiis legitimis & naturalibus.* Et ſic præ-
ſupponit, quòd hoc caſu in dubio præſumitur
fraus, prout & expreſſiùs oſtendit idem Angelus

in l.nuper,C.de natur.liber.num.3. docens , quòd
licèt in mortis articulo matrimonium validè con-
trahi possit,legitimatio tamen nihil operabitur , si
per eam fortè fraudentur filij prioris matrimonij,
& quòd tunc operatur matrimonium fraudulen-
tum legitimationis effectum , quando de nullius
agitur præiudicio.

25 De quo articulo † & an,& quando tale matri-
monium in præiudicium alterius aliquid opere-
tur,& de interpretat. text. in l. Titio cùm morie-
tur,D.de vsufructu, & aliorum iurium, plura vltra
antiquiores alios tradit Sarmiento *in d. l. sed est
quæsitum,& l.si quis posthumos,D.de liber.& post-
hum.*Menoch.*lib.4.præsumpt.*81.*num.*28. *& lib.*5.
*præsumpt.*5.*per totam,& cons.*580. *ex num.*1. *lib.*
6. & latissimè Fusarius *in tract. de subst.q.*409.*n.*
73. *& seqq.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.*
11.*tit.*13.*num.*5. Sanchez *de matrim. lib.*7.
*disput.*105. *n.*10. *& seqq.* Basil. Pontius *eod.
tract. lib.*11. *cap.*11. *num.*11. Mieres *de ma-
iorat.* 2.*par. q.*1. *num.*13. Perez de Lara *in com-
pend. vitæ hom. cap.*32. *ex num.*7. & Ioan.Bapt.
Lupus *de illegitim. & natural. comment.* 4. §.1.
*num.*19.*&* 20.

26 Et quòd aliàs , fraude † cessante , mariti lu-
cro dos cedat , licèt momentaneè constet matri-
monium , post multos à se citatos tenet Anton.
Gabriel. *lib.* 4. *comm. tit. de fideicomm. conclus.*
8. *num.*5. Menoch. *de recuper.remed.*13.*num.*91.
Hondedeus *cons.*15.*num.*41. *&* 43. *lib.*1. Moller.
*lib.*3.*semestr.cap.*23.& Anton.Gama *decis. Lusit.*
142.*num.*1.vbi etiam ita à Senatu Regio iudica-
tum esse testatur.

Quibus schedulis mediantibus, sublata est du-
bitatio,quæ ante eas sæpè in Supremo Indiarum
Senatu agitata fuit , & præcipuè in causis Didaci
27 Tapia,& D.Bernardini de Meneses;† vtrùm scili-
cet,sponsæ de futuro,vel illæ,quæ ante nubiles an-
nos,etiam per verba de præsenti , matrimonia
contraxerunt,in maritorum Commendis succedere
possent ? Nam cùm toties vxorum,& maritorum
nomen repetant , & eos in facie Ecclesiæ per sex
menses actuali matrimonio copulatos esse requi-
rant, satis constat sponsam de futuro earum men-
28 te , & verbis excludi. Quæ † licèt quoad ali-
quos iuris articulos aliquando vxorum appella-
tione comprehendi, & venire soleat , quemad-
modum & sponsus mariti, *l. si sponsa , D.de iur.
dot. l. lex Iulia , D. de fund. dotal.* cum multis
aliis , quæ congerit Tiraquel. *post leges connub.
gloss.*2.*num.*1. subdens rationem numeris sequen-
29 tibus , † quia quod de proximo futurum est , id
vtique pro iam facto habetur , latissimè & ele-
gantissimè hoc Brocardicum iuris exornans , de
quo etiam vltra eum pluribus agit Cardinalis
Tuschus *litt. A. conclus.*83. & Aluarez Velascus
*in axiomat.iur.litt.A.n.*57.*& de priuileg.pauper.
part.*1.*q.*4.§.2.*à n.*121.

Regulariter tamen certiùs , & receptius est
30 aliud † esse sponsalia , aliud matrimonium , &
constitutiones loquentes in matrimonio,non ha-
bere locum in sponsalibus de futuro , nec priui-
legia concessa per legem , vel statutum mulieri-
bus vxoratis , *l.in eo iure, §.hoc caput,D.de ritu
nuptiarum,l.si quis tutor,§.quamvis, D. eod.l.*1.*§.
& primum,D.pro dote,l.*1.*cum seqq. de sponsal. l.
quod Seruius,D.de condict.ob causam,l. sancimus,
C.de nuptiis,l.*2.*§.si sponsa,* ibi:*Licèt nullum ma-
trimonium contractum est,D. de priu. credit. cap.
tertio loco,de præsumpt.*cum multis aliis,quæ post

Salicet.Bald.Signorol.& alios tradit Tiraq.*d.glos.*
2. *n.*18. *& seqq.* Vbi in terminis probat , quòd
statutum † disponens , quòd maritus succedat 31
vxori , non habet locum in sponso , & sponsa.
Quod etiam probat , & prosequitur Thomas
Sanchez *de matrim. lib.*1. *disput.* 1. *num.* 5.
Marius Giurba *ad consuet. Messanens. cap.*1.
*gloss.*1.*ex n.*8. *&* 45. & alij , quos *infrà n.*59.
citabimus.

Et idem longè magis procedet in ea , quæ
nupserit ante legitimam ætatem , nisi post eam
matrimonium ratificetur , † cùm tunc validum 32
non sit , adeò vt nec in vim sponsaliorum valeat,
nisi id expressè actum fuerit , *l. quæsitum* 9. *D.
de spons. l. minorem* 4.*D.de ritu nupt. cap. pu-
beres , cap. litteris, de despons. impub. l.*6. *tit.*
1.*par.*4. optimus text. *in l. hæc conditio* 10. *D.
de cond. & demonst.* ibi : *Puta enim nondum
nubilis ætatis in domum mariti ducta , non pa-
ruit conditioni* , & *in l. penult. D. quando dies
leg. ced.* ibi : *Quod pupillæ legatum est , quando-
que nupserit , si ea minor , quam viri potens nup-
serit,non ante ei legatum debebitur, quàm viri po-
tens esse cœperit,quia non potest videri nupta, quæ
virum pati non potest.*

Ex quibus iuribus notat Bart. ibid. † quod 33
conditio nuptiarum non impletur ex nuptiis in-
ualidis. Quod etiam latiùs prosequitur Galganet.
de cond. & demonst. 2.*part. cap.*1. *q.*48. *&* 49.
Et in terminis nostræ quæstionis melior tex. *in l.
penult. §. fin. D. quod falso tutore* , quem ibi
Baldus inquit se à Bartol. didicisse , & singula-
rem esse ad probandum , † quòd vir non potest 34
lucrari partem , quam aliàs ex lege , vel statuto
de dote vxoris habiturus esset , si eam minorem
duodecim annis duxerit , & antequàm constaret
matrimonium decesserit , etiam si eam iam in do-
mum suam tanquam legitimam vxorem traduxe-
rit , & matrimonij onera supportauerit. Cuius
textus (eandem sententiam probans) meminit
Bartol.in l. nihil , D. rerum amotar. idem Bald.
in l. Deo nobis , C. de Episcop. & Cleric. Paulus
de Castro *in l. si ante nuptias , & in l. de diui-
sione , in fine , D. solut. matrim.* Ioan. de Amicis
*cons.*69. *col.*4. & plures alij , quos refert , & se-
quitur Thom. Sanch. *vbi sup.* Viuius *decis.*220.
*n.*11.Boër. *decis.*22. *n.*37. Ludouic. Bologn.
in addi.ad Bartol.in d.l. penult. Tobias Nonius
*cons.*51.*n.*10.Paulus Æmillius *in tract. de except.
contra testam. tit.*5. *except.*11. *par.*2. *num.*112.
Gabriel. Sarayna *in addit. ad Matthesyllan.
sing.*74. *num.*21. & Vincent. Carrotius *in cap.
cum quid,de reg.iur. in* 6. post sextam limitat.
*vers. Ad primum , num.*3. & plura alia adducens,
de sponsa copulæ non apta , Tiber. Decian. *res-
pons.*33. *vol.*4.

Maior autem est difficultas , † vtrum eisdem 35
schedulis extantibus , excludantur etiam à suc-
cessione , de qua agimus , sponsa de præsenti,
quamvis per sex menses in matrimonio steterit,
vbi tamen probatum fuerit illud per carnalem
copulam consummatum non fuisse , vel inter
ipsos , ita copulatos , mutuam cohabitationem
non interuenisse. Qui casus multoties contin-
git , & ipso tempore , quo hæc transcribimus,
de facto pendet † in ardua causa Excellentissimi 36
D. Ducis del Infantado , qui pinguis Commen-
dæ prædefunctæ vxoris Excellentissimæ Ducissæ,
& Marchionissæ de Montesclaros successionem ad
se pertinere contendit,ob id, quòd vltra sex mêses

ei

ei per verba de præſenti, quæ verum matrimo-
nium effecerunt, deſponſatus extiterit, licèt il-
lud non conſummauerit, neque ipſam in pro-
priam domum traduxerit.

Et quidem pro parte affirmatiua, hoc eſt,
ſponſam excludi debere, non ineptè perpendi
poteſt, in prædictis ſchedulis *Mulieres*, tantùm
repetitis verbis ad hanc ſucceſſionem inuitari,
† quod verbum abſolutè ſumptum, licèt mu-
lieres omnes comprehendat, quæcunque ſexus
fœminini ſunt, vt ait Vlpian. *in l. argentum* 25.
§. *muliebri*, *D. de auro*, *& argent. legato*, &
Modeſt. *in l. ſeruis* 81. § *mulieribus*, *D. de legat.* 3.
l. mulieris 13. *D. de verbor. ſignific.* propriè
tamen ad nuptas, vel iam virum paſſas, referri
ſolet, *l. ſi collactaneus* 13. *D. de manum. vind.*
ibi: *Virgo, vel mulier*, *l. alioquin* 11. *D. de con-
trah. empt.* ibi: *Quòd ſi ego me virginem emere
putarem, cùm eſſet iam mulier*; *l. ex empto* 11 §.
ſi quis virgines, *D. de action. empt.* Cicero *Ver-
rin.* 3. ibi: *Ecquæ virgo ſit, aut mulier*, cum
aliis, quæ tradunt Briſſon. Kalinus, & Sichard.
de verbor. ſignific. verbo Mulier, Alciatus Re-
buff. Brechæus, & Forner. *in dict. l. mulieris.*
Vndè † noſtro Hiſpano ſermone pro vxoribus
accipitur, prout & Latino etiam, vt conſtat
ex Scæuola *in l. Lucius Titius* 93. §. 1. *D. de
legat.* 3. Tertull. *lib. de virgin. veland.* vbi vxo-
res vulgi loquendi more, *mulieres noſtras*, di-
ci notat, additque, *Ita mulier non natura
nomen eſt vxoris, ſed vxor conditione no-
men eſt mulieris: Denique mulier, & non vxor
dici poteſt, non mulier autem vxor dici non po-
teſt, &c.*

Quam locutionem de Græcis fontibus deri-
uatam videri, tradit Hottoman. *de verb. iur.
verbo Mulieres*, & ad eam reſpiciens Alciatus
lib. 4. parad. cap. 7. ait, † vxorem iuſtam di-
ci, quæ verè vxor, & per quam ſolemniter du-
cta eſt, non quæ ſimplici ſponſione vxor eſt, ta-
metſi legitima ſit. Quod etiam ante ipſum di-
cere voluit Salicet. *in l. cùm in te, num.* 67. *C.
de donat. ante nupt.* quem refert, & ſequitur
Decius *conſ.* 540. *num.* 78. inquiens, † quòd
ante copulam non dicitur mulier eſſe in vſu
viri, quare non dicitur vxor. Alludens (vt ap-
paret) ad huius vocis etymologiam, quam inde
nimi putauit, cùm verius ſit, † non dici, niſi ab
vngendo, quaſi *Vnxor*, eò quòd vxores maritos
luare, & vngere ſolerent, vt notat Donatus in
Hecyra Terentij, ſic explicans illud Ennij:

Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & vnxit.

vt refert Tiraquel. *in l.* 1. *connub. num.* 26. vel
(quod magis probo) quia ſponſa olim ad do-
mum viri traducta, poſtes eius laneis vittis or-
nabat, & oleo, & adipe ſuillo, vel lupino vnge-
bat, quod ſic ab ea mala depulſum iri arbitra-
rentur, vt conſtat ex Seruio *in comment. ad
Æneid.* Arnob. *lib.* 3. *aduerſ. Gentes*, Tiraquel.
l. 10. *connub. num.* 38. vbi tradit, qualiter, &
quare vxores virorum ianuas lana coronarent,
& vngerent, Polid. Virgil. *de inuent. rerum, lib.* 1.
cap. 4. Martian. Capella *lib.* 2. *de nuptiis Philo-
logiæ*, vbi hac de cauſa Herducam, Domiducam,
Vnxiam, Cinxiam deas omnes, à mortalibus
puellis conuocari ſcribit, poſteſque inungi, quo
fauſtum omen affigant, Ioan. Funger. *in etymol.
Græco. Lat. verb. Vxor*, Roſin. & Dempſterus *de
antiq. Romanorum, lib.* 5. *c.* 37. & Ioan. Kalin *de
verb. iur. verb. Vxor*, vbi alias cæremonias, for-
mulas, & differentias ducendarum vxorum latè
recenſent, & nouiſſimè Ioan. Fileſacus *lib.* 2.
ſelect. tract. 7. *de vxore iuſta, pag.* 271. *& ſeqq.*

Secundò, pro eadem opinione facit, quòd etſi
verum ſit, tam iure Ciuili, quam Canonico, &
Regio, † matrimonium verum, & legitimum 42
contrahi per ſponſalia de præſenti, quamuis
necdum ſit conſummatum, nec ductio vxoris ad
domum mariti præcedat, *l. nuptias*, *D. de reg.
iur. cap. fin. deſponſat. impub. l.* 13. *tit.* 7. *part.* 1. cum
aliis, quæ *infra n.* 60 citabimus. Negari † tamen 43
non poteſt, matrimonium ante copulam, & co-
habitationem non cenſeri, nec appellari ple-
num, & perfectum, vt in cap. cùm ſocietas, &
cap. cum init. 27. q. 2. atque adeò appellatio-
ne matrimonij, vel coniugij, ſiue viri, aut vxoris,
communi, & vſitato loquendi more conſumma-
tum intelligi, & ante conſummationem, & du-
ctionem in domum, ſponſalia, & ſponſum, ac
ſponſam vocari, quamuis per verba de præſenti
contraxerint. Initiatur enim matrimonium per
ſponſalia, ſed per carnis copulam conſummatur,
vt *in c. ex publico*, vbi gloſ. Abb. & alij, *de conuerſ.
coniug. c. deſponſatam* 27. *q.* 2. *c. accepiſti, de ſponſ.
duorum, c. debitum, de bigamis, cap. ſtatutum, § ſed
ſciendum, & d. cap. cum initiatur* 27. *q.* 2. *cap. ter-
tio loco*, vbi etiam Abb. *de præſumpt.* Idem Ab-
bas *conſ.* 101. Ancharran. *conſ.* 21. Felinus *in Rub.
de ſponſal.* Decius *d. conſil.* 540. Tiraq. *poſt leg.
connub. d. gloſſ.* 2. *num.* 20. Alciatus, omninò viden-
dus *conſil.* 6. *num.* 6. *lib.* 8. Couar. *de ſponſal.* 1. *part.
c.* 1. *n.* 3. *&* 4. Auendañ. *de exeq. mandat.* 1. *part.
c.* 15. *n.* 5. & plures alij apud Thom. Sanchez *de
matrimonio, lib.* 1. *diſp.* 1. *n.* 3. *& ſeqq.* quibus fa-
uet, *l.* 52. *Tauri, quæ ſt l.* 4. *tit.* 2. *lib.* 5. *Rocop.* ibi:
*Qualquier eſpoſa, ora ſea de preſente, ora de futu-
ro*, & aliæ quàmplures, & Tertulliani acumen *in
lib. de veland. virginibus*, ibi: *Deſponſata quo-
dammodò nupta; tamen inter quodammodò, &
verum ſatis intereſt.*

Vnde benè conſequitur, matrimonium, quod
in † noſtris ſchedulis requiritur, de conſum- 44
mato eſſe intelligendum, & vxoris, & mariti
appellationem in eiſdem ſæpè factam, non poſ-
ſe porrigi ad ſponſos. Nam † verba ſtatuti ſem- 45
per debent ſumi in pleniori, propriori, & po-
tiori ſignificatu, *l.* 1. §. *quæ in perpetuum*, *D. ſi
ager vectigal. cap. ſi quem*, *de ſent. excom.* cum
ſimilibus, quæ adducit Decius *conſ.* 5. *in fine*,
Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 2. *gloſſ. vltim.
ex num.* 8. D. Ioan. del Caſtillo *lib.* 4. *controuerſ.
c.* 39. *à n.* 1. & plures alij, quos congerit Fuſarius
de ſubſtitut. quæſt. 431. *n.* 3. & Velaſcus *in axiom.
iur. litt. V. n.* 37. Et † communis vſus verborum 46
ſemper item debet attendi, etiam in ſtatutis, &
in exorbitantibus, & correctoriis, & præualet
proprietati verborum, vt notat Bartol. *in l.* 1. *D.
de ſuis*, *& legit.* Decius *de conſ.* 540. *num.* 78.
idem Bartol. per text. ibi, *in l. libellorum*, § *quod
tamen Caſſius*, *D. de legat.* 3. cum plurimis aliis,
quæ latè adducit Aluarus Valaſcus *conſult.* 110.
num. 14. Farin. *conſ.* 45. Heringius *de fideiuſſor.
cap.* 1. *num.* 114. Cancer. *lib.* 1. *var. reſol. cap.* 5. *n.* 41.
Caſtillo *lib.* 5. *controuerſ.* 2. *part. cap.* 153. *num.* 5.
& ſeqq. & Aluarez de Velaſco *in axiomat. iur.
lit. V, num.* 191.

Quibus addo notabilem doctrinam Baldi *in l.* 1.
ſecunda lectura, *D. de reiuind. & in cap. iura-
uit, col.* 2. *ad fin. de probat.* dum tradit, † quòd 47
licet vir vxorem inuitam comprimere poſſit, vt

docent communiter Scribentes *in l.* 1. *C. de raptu virginum, & in l. raptores, C. de Episcop. & Cler.* Hoc tamen solùm procedet, cùm vxor iam fuerit traducta ad domum viri, secus si adhuc sit in domo patris, imò etiam si sit in itinere, quasi anteà plenum ius in ea acquisiisse non videatur, *arg. d. l. cùm in te, C. de donat. ante nupt.* & sequitur Imola, Alex. Ias. & Ripa *in l. miles, §. qui iudicati, D. de re iud.* Panor. per text. ibi *in cap. discretionem, 2. notab. de eo qui cognouit consang. vxor. suæ*, Ioan. de Platea *in l. generali, col. 2. C. de Decurio. lib. 10.* Cepola *cons. crim. 50. col. 1.* Corneus *cons. 80. lib. 2.* Palac. Rub. *in repet. Rub. de donat. inter, §. 58. in princip.* Tiraq. *d. gloss. 2. num. 23.* à quibus non valdè distant, quæ tractat Thom. Sanch. de matrimon. *lib. 2. disputat. 22. num. 13. & sequentibus.*

48 Tertiò facit, † quòd non solùm verba nostrarum schedularum, verùm mens quoque, & intentum, quo successio, de qua loquimur, inducta fuit, resistere videtur sponsis non cohabitantibus, nec matrimonium consummantibus, quod fuit liberorum procreatio, & harum prouinciarum incolatio, illustratio, & defensio, vt dixi *suprà num. 7. & seqq.* & non consequitur ex solis sponsalibus de præsenti ante matrimonij consummationem, vt singulariter tradit Bald. *in cap. capellanus, de feriis, in fine*, do-
49 cens, † quod lex, quæ desiderat matrimonium copulatum, non procedit in matrimonio perfecto ex solo consensu, quem sequitur Paul. Castrens. *in l. penult. num. 3. C. de Episcop. & Cler.* Menchaca *lib. 1. controuers. vsufreq. cap. 3. n. 21. vers. Sed sanè*, & Osualdus Hilligerus, omninò videndus, *in notis ad Donellum lib. 14. cap. 5. litt. D.* vbi eas etiam rationes addunt, quòd
50 † lex in eiusmodi casibus tribuit successionem vxoribus, vel maritis in defectum filiorum, & ad compensanda onera, & expensas matrimonij. Vnde est intelligenda de tali matrimonio, in quo per carnis copulam filij potuerint generari, & mediante cohabitatione, expensæ causari, vt in simili inquit Bartol. relatus à Menchac. *d. num. 21. in 2. fundam.* & Aimon Craueta *cons. 632. num. 4.* & ante eos Abbas *consil. 1. num. 7. vers. Et licèt fortè.* Ac per conse-
51 quens vbi hæc non interueniunt, † cessante ratione legis, cessare debet ius dispositio, *l. adigere, §. quamuis, D. de iur. patron.* Pet. Surd. *consil. 375. num. 24.* Caldas *consil. 20. num. 33.* Barbos. *in l. 1. solut. matrimon. 1. part. à num. 85.* & plures alij apud alterum Barbosam, & Aluarez de Velasco *in axiomat. iur. litt. L. num. 22.*
52 Et idem est † vbi deficit præsuppositum legis, vel statuti, vt per gloss. *verbo Auocandum, in l. mancipia, C. de seruis fugit.* Bartol. & alij, quos refert Surd. *cons. 150. num. 78. & cons. 430. numer. 17.* Barbosa *vbi suprà, 3. parte, num. 32.* Menoch. *cons. 112. num. 86.* Fachinæus *lib. 2. consil. 95. num. 26.* Rolandus à Valle *de lucro dotis, quæst. 11. num. 17. & cons. 10. num. 14. lib. 4.* Franc. Beccius *consil. 93. num. 7.* & Surdus *consil. 150. num. 78.*

Quartò, in fauorem eiusdem sententiæ considero, quod in simili Nostri, & Exteri Aucto-
53 res tradere solent, nempè lucra, constante matrimonio, quæsita, quæ ex legibus patriis communicari iubentur inter virum, & vxorem, neutiquam communicari inter sponsos de præsenti, sponsa nondum ad viri domum traducta, vt cum Palacio Rub. Boër. Cassan. Segur. Couar. Auendaño, Gama, Gutier. & aliis tradit Ioan. Garc. *in tract. de coniugal. ac quæst. n. 52.* licèt *num 53. & seqq.* id limitet, si verè probatum fuisset, maritum sub spe matrimonij in sua potestate habuisse pecuniam dotalem, & cum ea negotiatum fuisse. Et idem tradit etiam Azeued. post Matienzum *in l. 2. titul. 9. De las ganancias, lib. 5. Recop. num. 2.* Ioan. Gutierr. *de iuram. confirmat. 1. part. cap. 1. num. 56. & 66.* Gama *decis. 176. num. 2.* Franc. Ferrer. *de solut. matrim. 1. temp. declarat. 13. num. 3.*

Et sunt alij plures casus, † in quibus secundum DD. non sufficit matrimonium de præsenti esse contractum, imò & copula consummatum, nisi etiam benedictiones nuptiales interuenerint, & vxoris in domum viri traductio, vt per text. & DD. præcipuè Angel. *in l. sancimus, C. de nuptiis, & in l. 52. Tauri, quæ est l. 4. tit. 2. lib. 5. Recop.* † vbi sponsæ, etiam de præsenti, nihil lucrantur ex arrhis, & donationibus ante nuptias à marito eis datis, vel factis, si matrimonium consummatum non fuerit, vel saltem osculum sequutum, & in casum osculi lucrantur medietatem tantùm dictorum bonorum, de quibus legibus vltra Azeued. & Matienz. ibi, agit bene Barbosa *in l. quæ dotis, D. solut. matrim. num. 83.* & plurimi relati à Thomas Sanchez *in tract. de matrim. lib. 1. disp. 23. num. 1.* Afflictis *decis. 305.* & Vincent. de Franchis *decis. 503.*

Et potest magis hoc argumentum ea consideratione augeri, vel vrgeri, † quod eiusmodi leges sunt fauorabiles, & nihilominus requirunt verum, & consummatum matrimonium, neque extenduntur ad sponsos etiam de præsenti. Vnde multòminus extendenda videtur successio, de qua loquimur, † quæ qua parte inuitat coniugem superstitem ad morientis hæreditatem, liberis non relictis, votum captandæ mortis inducit, argum. *l. pactum, quod dotali, & l. fin. C. de pactis, l. pactum dotali, C. de collat.* cum aliis, quæ adduxi *sup. cap. 6. num. 21.* ac per consequens odiosa censeri debet, & † sic quoad fieri possit, restringenda, *ex cap. de testanda, & cap. ne captandæ, de conces. præbend. lib. 6. l. 2. in fine, cum seqq. D. de iis quib. vt indig. l. qui iure, §. final. cum l. seq. D. de donat.* iuncta regula odia *de reg. iur. in 6. & l. cum quidam, D. de liber. & posth.* cum aliis apud Velascum *in axiomat. iur. litt. O, num. 12.*

Quintò & vltimò facit, quod his argumentis moti (licèt re vera nullus ea ita concinnauerit, & exornauerit) in terminis similium statutorum, quæ marito superstiti successionem dotis prædefunctæ vxoris concedunt, tradunt communiter innumeri ferè ex antiquis, & moderníoribus Scribentibus, † nempè, talem successionem ad sponsum de præsenti ante consummationem matrimonij non spectare. Et idem probandum esse in statuto permittente marito relinquere vxori pro eius arbitrio, & voluntate, vt colligitur ex iis, quæ post Petr. Cynum, Cuneum, & àlios antiquiores resoluit Baldus *in l. non sine, in princ. C. de bon. quæ lib.* Ancharranus *cons. 17. & in cap. 1. de sponsal. lib. 6.* Salicet. latissimè, per sex, & amplius columnas hunc articulum disputans, *in l. cùm in te, C. de donat. ante nupt. col. 2.* Angel. *in §.*

fuerat,

fuerat, num.24. Inſt. de action. vbi hanc ſententiam in puncto iuris veriorem appellant, Abbas in cap. ex publico, num.7. de conuerſ. coniug. & conſ.1. lib.1. & conſ. 79. & 109. lib. 2. Felinus, qui de communi teſtatur, in Rub. de ſponſ.col.3. Decius conſ. 67. & 100. & 540. & plures alij, quos refert, & ſequitur Tiraquel. d. gloſſ.2. poſt leges connub. num. 19. & ſeqq. Et vltra eos Pariſius conſ.62. num.9. lib.4. Hippol. de Marſiliis ſing.106. Marcabrunus conſ.22. num.64. Crauета conſ.632. num.3. Hippol. Riminald. conſ.388. ex num.22. lib. 4. & conſ. 534. num. 34. lib.5. Roland. in tract. de lucro dotis, quæſt.106. ex n.33. Alciatus conſ.6. num.6. lib.8. Auguſtin. Veroius volum.1. conſ 40. num.25. Boërius deciſ.22. n.33. & in conſuet. Bituricenſ. titulo de manſuet. matrim. §.1. vbi refert, ſecundum hanc ſententiam in Supremis Galliæ Senatibus iudicari ſolere, Menchaca d. lib.1. controuerſ. vſufr. cap. 3. ex num.21. à quo habet Oſuald. ad Donel. d. lib.14. comment. cap.5. litt. D, Petr. Greg. qui aduerſæ partis fundamentis ſatisfacit, in cap.1. de ſponſal. à n.95. & lib.45. ſyntag. cap.14. num.7. Nicolaus Mozzius de contract. tit. de matrim. cap. de naturalibus matrimonij, n.41. Coſtanus in tractat. de ſponſal. tit. quid ſint ſponſalia, n.11. Thomas Sanchez de matrim. lib. 1. diſp.1. num.5. Petrus Barboſa in l.2. D. ſolut. matrim. 1. part. num.153. Ioan. Gutierr. in eod. tract. cap.1. num.12. Hieronym. Ceuallos lib. 1. comm. opin. q. 110. verſ. Sed contrarium, Marius Giurba, plurimis relatis, ad conſuet. Meſſanenſ. cap.1. gloſſ.1. num.47. Card. Tuſchus, verbo Statutum, concluſ. 511. n.60. & 88. Gama deciſ. 124. vbi ita in Senatu Regio iudicatum teſtatur, & eius Additionator de praxi, & quòd contraria opinio eſt reprobata. Nam requiritur, vt lucro locus ſit, quod mulier in domum viri ſit traducta, & ſequitur Iacob. Cancer lib.3. var. reſol. cap.11. à num.116. Vbi hoc adeò verum eſſe affirmat, vt non ſufficiat copula quæ ante matrimonium præceſſerit, Caldas Pereira in l. ſi curatorem, verbo Læſis, num.128. C. de in integ. reſt. Fontanel. de pact. nuptial. clauſ.5. gloſſ.8. part.10. à num.31. & clauſ.7. gloſſ.3. part. 1. num.27. tom.2. Gail. & Græuæus lib.2. pract. obſeru. 80. Ioann. Nouarius de electione fori, q.48. pag.109. & Auguſtin. Caputus de regimine Reip. cap.1. num.117.

Sed licèt hæc ita ſe habeant, non deſunt plures, & ſatis validæ iuris rationes, & grauiſſimorum Doctorum auctoritates, quibus contraria ſententia adſtrui, & defendi poſſit, ita vt veluti Problematicus hic articulus relinquatur, interim dum à Supremo Senatu in pendenti (qua diximus) cauſa domini Ducis del Infantado ſolita circumſpectione deciditur.

Primò namque pro ea perpendi poteſt, iure † communi inſpecto, ſponſalia de præſenti, inter valentes contrahere, verum, & legitimum matrimonium, etiam ante conſummationem, & deductionem ſponſæ ad viri domum inducere, & indiſſolubile vinculum operari: vnde vulgari veluti adagio circumfertur, † nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit, quod pro regula traditur in l. nuptias 30. D. de reg. iur. l. cum hic ſtatus, §. ſi diuortium, D. de donat. inter, ibi: Non enim coitus matrimonium facit, ſed naturalis affectio, cap. final. de ſponſa duorum, cap. ſufficit, cap. cùm initiatur, cap. coniuges 27. quæſt. 2. l. 13. tit. 7. part. 7. Melior

† text. & qui ferè in noſtris terminis loquitur, in l. cui fuerit 15. D. de condit. & demonſtrat. vbi Vlpianus docet, legatum ſub conditione, ſi in familia nupſiſſet, mulieri factum, ſtatim deberi, atque ducta eſt vxor, quamuis nondum in mariti cubiculum venerit, eam rationem ſubiiciens, quòd nuptias, non concubitus, ſed conſenſus facit. Quo in textu, vt apparet, I.C. † ductam dicit, & pleno ore vxorem vocat ſponſam de praſenti, non ſolum ante matrimonij conſummationem, verum & antequam in cubiculum eius duceretur. Et idem deduces ex text. in cap. cùm initiatur, cap. omnis res, cap. ſi quis vxorem, cum aliis, 27. q. 2. cum ſeqq. & Deuteronomij cap. 22. Quorum, & aliorum iurium argumento, ita omnes DD. Legiſtæ, & Canoniſtæ communiter docent, vt conſtat ex Alex. conſ. 20. lib. 2. num. 1. Palatio Rubeo in rep. Rub. §.55. num.5. Auiles in cap.1. Prætor. verbo Mugeres, num.10. cum ſeqq. Auendañ. de exeq. mand. 1. part. cap.15. num.4. & ex relatis à Couar. in 4. Decret. 2. part. cap.1. in initio num.2. Thom. Sanch. de matr. lib.1. diſp. 1. num. 3. Giurba ad conſuet. Meſſanenſ. cap. 1. gloſ. 1. p. 1. num. 26. Barboſa in Rub. ſolut. matr. 2. part. à num.105. Mieres de maiorat. 1. part. q.39. à n. 1. Menoch. lib. 4. præſumpt. 147. Ant. Fabro in Iuriſpr. Papin. tit.9. princ.5. illat.1. & 2. Baſil. Pontio lib.1. de matrim. cap.14. D. Valenç. conſ.66. num.10. & Leand. Galganeto in tract. de condit. & demonſtrat. 2. part. cap.1. q.48. pag.267. & Ioan. Gutier. in canon. quæſt.1. part. cap.17. vbi diſputat grauem illam quæſtionem, an ſuper matrimonio rato, & non conſummato, poſſit Summus Pontifex diſpenſare?

Secundò, quia † ſi Indiarum ſchedulas antiquas, & nouiores, de hac ſucceſſione agentes, conſideremus, nihil aliud in eis requiri videtur, quam quod ſuccedere volentes, legitimæ vxores maritorum decedentium fuerint, & quod per ſex menſes talis legitimi matrimonij vinculo cum illis copulatæ reperiantur; hoc enim important illa verba ſched. ann. 1575. Si realmente ne eſtuuiere, y viuiere caſada ſeis meſes con el. Et illa alterius nouioris an. 1603. ibi: Ayan de viuir, y eſtar caſados in facie Eccleſiæ ſeis meſes, quæ quidem in ſponſis de præſenti, etiam non cognitis, nec in domum ductis, verificantur, qui etiam propriè, & ſæpè communi vſu appellari ſolent mariti, & vxores, ſiue Mugeres, quo vocabulo dictæ ſchedulæ vtuntur, vt apertè conſtat ex iuribus, & DD. ſuprà relatis, & ex l.2. in fine, tit.1. part.4. l.26. tit.11. eadem part. l. in legibus, D. de ritu nupt. cum traditis à Carauit. ſup. pragmat. 1. ad S.C. Macedon. §.13. n.28. Ioan. Lupo Segouienſi in tract. de legitim. & matrim. part.1. num.1. & ſeqq. Seruio in 2. Æneidos, ibi: Vſus obtinuit, † vt innuptas virgines, nuptas mulieres vocemus. Nam apud maiores indiſcretè virgo dicebatur & Mulier: vtrumque enim ſexum tantum ſignificabat. Et D. Ambroſ. epiſt. 1. lib. 1. ibi: Mulier ſexus eſt: virgo ſpecies, & omnino videndus, Fanutius in tract. de lucro dotis, gloſſ.2. verb. Nupta, num 62. & 63. vbi benè reſpondit eis, qui dicunt, ex communi vſu loquendi, ſolum poſt copulam vxoris, & mariti, ac matrimonij nomen coniugatis dari ſolere, & anteà ſponſos appellari, & Fileſacus lib. 1. ſelect. pag. 200. & 249. vbi explicat D. Auguſt. & alios, qui Beatam Virginem Mariam innuptam appellant.

66 Maximè † si iam benedictiones nuptiales acceperint, vulgò *Velaciones*, de quibus agitur *in cap.1. & 3. de secund.nupt. cap.cùm in Eccles. 9. cap. suam 29. de simon. cap. hæc imago 33. q. 5.* & in aliis, quæ congerit Mainardus *decis. Tholosana 55. n. 11. lib. 4.* Quæ benedictiones videntur apud nos Christicolas subrogatæ in locum Velationis capitis (ex quo nuptiæ nomen sumpserunt, ab obnubendo) ductionis in hortos, cubiculum, siue domum mariti, aquæ, & ignis acceptionem, siue interuentionem, & aliarum solemnitatum, & festiuitatum, quæ olim apud Ethnicos Romanos in deductione sponsarum fieri solebant, vt deinceps matresfamilias, & vxores appellarentur, de quibus agunt Auctores *supra n. 41.* relati, & in nostris terminis obseruat Hippol. Rimin. *cons. 534. n. 34. & seqq. lib. 5.* & Dionys. Gothofred. *in notis ad d. l. cui fuerit,* vbi refert Hottoman. *lib. 4. obseruat. cap. 26.* Filesacus *d. lib. 2. select. pag. 277.*

67 Et eiusmodi † benedictionibus interuenientibus, nullum ius, aut priuilegium vxoribus concessum, nostris Hispanis legibus, sponsis, etiam non cognitis, denegatur, vt constat *ex l. 47. Tauri*, vbi DD. Greg Lop. *in l. 5. tit. 5. part. 6. gloss. 4.* Auend. *respons. 10. num. 4.* Valdesio *in addition. ad Roder. Suarez in l. 1. tit. De los pleitos, §. hanc, num. 10.* Perez de Lara *in tract. de anniuers. lib. 1. cap. 21. num. 48.* & D. Valençuela *d. cons. 66. num. 11.*

68 Ex quo prouenit † donationem aliàs prohibitam inter virum, & vxorem, etiam inter sponsos per verba de præsenti prohibitam censeri, *l. penul. D. de donat.* quamvis matrimonium non consummauerint. Et † sponsam, sponso in-
69 grediente Religionem, lucrari ea, quæ aliàs lucraretur, si is mortuus fuisset, *l. Deo nobis, C. de Episcop. & Cleric.* quam, planum est de ingrediente ante commixtionem, seu copulam carnalem, intelligendam esse, alioqui copula subsecuta, sine alterius coniugis consensu Religionem intrare non posset, *cap. ex publico, cap. verum de conuers. coniug.* Thom. Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 32.* Ripol. *var. resol. cap. 8. à n. 216.* & Ioan. Gutier. *lib. 1. canon. quæst. cap. 25.*

70 Et idem procedit † in specie *legis 44. Tauri*, quæ est *lex 4. tit. 7. lib. 5. Recop.* Nam quod in ea dicitur, meliorationem causa contrahendi matrimonij à parentibus factam, eo ipso, quod sub hoc prætextu contrahatur, irreuocabilem manere, omnes DD. communiter intelligunt de matrimonio contemplatione talis meliorationis contracto, etiam nondum copula consummato, vt benè post alios obseruat Francisc. Molin. *in tract. de pact. nupt. lib. 3. q. 6. ex n. 41.* & nouissimè Additionator Molinæ *lib. 4. cap. 11. n. 18.*

Nimirum, quia in his casibus, & in similibus à lege, statuto, vel testatore expressis, nihil
71 aliud requirendum est, † quàm quod verba dispositionis conueniant, & verificentur in eo, qui se ea iuuari prætendit, vt sic dispositio in illo procedat, seruetur, & verificetur, *l. 4. §. toties, D. de damno infect. l. hos accusare, §. omnibus, D. de accusat. l. 1. §. licèt autem, D. de exercit.* ibi: *In re igitur dubia meliùs est verbis edicti seruire, l. non aliter, D. de legat. 3.* cum aliis, quæ latè congerit Decius *in cap. 1. col. penult. de constit. & in l. 1. notab. 5. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest,* Osasc. *cons. 76. n. 13.* Tiraq. *in l. si vnquam, verb. Libertis, ex num. 2. ad 19.* Francis. Ferrer. *in tract. de solut. matrim. 3. temp. declarat. 4. num. 4.* & Aluarez Velasc. *in axiom. iur. litt. L. num. 21. & litt. V, num. 86.*

Et quod lex, † quæ de matrimonio copulato 72
loquitur, intelligatur etiam in matrimonio iam solo consensu perfecto, quamuis coitus sequutus non sit, probat text. *in c. fin. de frigid. & maleficiat. cap. per tuas,* qui filij sint legit. *cap. 1. & 2. de matrim. contra interd. Eccles.* Tiraq. *in l. si vnquam, verbo Donatione, n. 179.* & Couar. *vbi suprà 2. part. cap. 1. num. 12.*

Tertiò, facit, quod dicta successio, & si liberorum procreationem secundariò respiciat, primariò tamen in solatium benemeritorum, & maiorem eorum remunerationem inducta fuit; &
† hoc est, quod magis attendi, & considerari 7
debet, arg. text. *in l. si quis neque causam, D. si cert. pet. l. 1. D. de author. tut. cap. ad audientiam,* vbi gloss. *de præscrip.* Tiraq. *de cessante causa, limit. 22. in fine,* Surdus *cons. 67. n. 31. & cons. 96. num. 49.* & eorum, quæ in simili de dotis priuilegiis agentes, tradunt DD. quos refert Barbos. *in l. 1. solut. matr. 1. part. ex n. 63. & n. 84* Vnde
† non debet censeri odiosa, sed potius fauora- 7
bilis, iuxta ea, quæ tradunt DD. *in l. penult. D. de const. Princip.* & in terminis remunerationis loquens, Sarmient. *lib. 1. select. cap. 12.* Cacheranus *cons. 19. num. 10.* Cabedus *decis. Lusit. 95. num. 1. pag. 153.* Salas *de legib. tract. 14. quæst. 96. disput. 16. sect. 6. per tot.* nouissimè de Valenç. *cons. 155. num. 4. volum. 2.* & tetigi *sup. cap. 2. ex num. 44. & cap. 16. num. 15.*

Porrò † in statutis fauorabilibus, imò etiam 7
& indifferentibus, semper appellatione vxoris, mariti, & matrimonij, sponsos, & sponsalia de præsenti comprehendi, etiam ante consummationem, pluribus probat Abb. Panormit. *in cap. tertio loco, de præsumpt.* & ibi Felin. *n. 4.* Alberic. *in tract. de statut. 2. part. q. 119.* Ias. *in l. venia, C. de in ius vocand.* vbi ponit exemplum *in disposit. Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor;* latè Tiraq. *d. gloss. 2. num. 25.* Palat. Rub. *in repet. Rub. §. 55. num. 5.* Greg. Lop. *in l. 7. tit. 13. part. 6. verb. Con ellas,* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. Læsis, n. 127. & 128.* Mozius *de contract. tit. de matrim. §. de natura matrim. n. 40.* Gail. *lib. 2. obseru. 80. num. 4. & 5.* Syluest. *verb. Sponsalia, q. 1. dict. 2.* Auend. *resp. 10. n. 3.* Cancer. *lib. 2. resol. cap. 1. num. 162.* Aloysius Leo *in l. 1. n. 15. C. ne vxor pro marito,* Reusnerus *decis 5. n. 70. part. 1.* Cuchus *lib. 5. maior. instit. tit. 10. n. 8. & 9.* Boër. *decis. 22. n. 38.* & Giurba *ad consuetud. Messanens. c. 1. gloss. 1. p. 1. n. 26.* Imò quod in fauorabilibus appellatione vxoris non solum veniat sponsa de præsenti non cognita, sed etiam per æquam extensionem sponsa de futuro, docet etiam text. notabilis *in l. non fine,* & ibi Bart. Alber. Salicet. Paul. & cæteri DD. communiter.

Quò fit, vt nulla ratio esse videatur, cùr matrimonij consummationem, vel mutuam coniugum habitationem requiramus. Præsertim si
consideremus, quod posterioribus illis † sche- 7
dulis ann. 1575. & 1603. nihil hac in parte de fauore anteriorum diminutum est, sed tantummodò obuiam itum fraudibus, quæ fiebant in contrahendo matrimonio in articulo mortis, vt ex earum resolutione apparet, & ob hanc causam statuerunt, vt per sex menses coniugati manere deberent. Cæterum in aliis omnia, vt anteà erant, relicta sunt, tam inspectis schedulis, &

consuetu

consuetudinibus anterioribus, quam dispositio-
7 nibus iuris communis, † cum quibus, vbi de cōtraria voluntate non constat, disponens se conformare videtur, *l. commodissimè*, *D. de lib. & posth. l. conficiuntur*, *D. de iur. codicil.* cum multis aliis, quæ adducit Menoch. *lib. 4. præsumpt. 21. num. 35. & præsumpt. 201. à num. 1. cum seqq.* Pro-
8 pterea quod † verba prooemialia præbent intellectum verbis dispositionis cuiuscunque legis, vt est text. *in l. fin. D. de hæred. inst.* vbi notarunt Bart. & cæteri, & *in l. regula*, §. *fin. de iur. & fact. ignor.* vbi Bald. notabiliter inquit, & *in Rub. C. de seruis fugitiuis*, ex præfationibus sumi totius legis intellectum, quem sequitur Fulgos. *cons. 120. n. 3.* Socin. *cons. 24 n. 3. lib. 4. & cons. 67. lib. 1.* Decius *cons. 86. & in l. 1. D. si cert. pet.* Zas. *in l. cùm quid, eod. tit.* & est etiam text. vbi Bart. notat *in l. 1. D. ad Macedon. & in l. 1. ad finem, D. de orig. iur.* & tetigi *lib. 1. de Indiar. iur. cap. 1. in princip.* & plurimi alij apud Velascum *in axiom. iur. litt. P. num. 198.*

Quartò facit, quia si auctoritatibus, hac in parte certandum est, quamuis sint plures, qui in illa quæstione de lucro dotis, plenum, & consummatum matrimonium requirunt, vt diximus *suprà num. 43. & seqq.* plurimi tamen alij, † nec numero, nec doctrina minores, contrarium enixè tuentur, sola sponsalia de præsenti sufficere putantes, per quæ verum matrimonium celebratur, vt suprà retulimus, etiam si copula, aut cohabitatio non interueniat, vt docet gloss. per text. ibi *in d. l. cui fuerit 16. D. de condit. & demonstr.* Vbi Paulus de Castro affirmat, se pluries consuluisse, & ab aliis pro hac opinione consultum vidisse, Bartol. *in l. nihil interest 15. de rerum amot.* ponderans ad id magistraliter † eundem text. quatenus docet, ad actionem rerum amotarum, nihil interesse, quod vir, & vxor simul, an separatim in diuersis ædibus habitent, vbi Gothofr. in notis adiecit: *Vt enim separatim habitent, non desinit esse matrimonium,* & allegat *l. 5. & 6. D. de ritu nupt. l. cum hic status 32. §. si mulier 13. D. de donat. inter*, vbi vxor, & maritus dicuntur, qui seorsim diu habitarunt, si honorem inuicem matrimonij habebant. Et ita inter eos, vt & inter alios simul habitantes, donatio prohibita est. Et eandem sententiam sequitur idem Bart. *in l. Titio centum, §. Titio genero, num. 7. D. de condit. & demonstr.* Ioan. de Amicis *cons. 69.* Paulo de Castro *in l. si ante nuptias, in fin. D. solut. matrim.* Ruinus, qui de communi testatur, *cons. 58. n. 4. volum. 23.* Bertrandus *cons. 24. n. 1. tom. 1. part. 2.* Cassaneus *in consuet. Burgund. Rub. 4. §. 6.* vbi refert ad litteram duo consilia Guidonis Papæ hanc partem validè tuentia, Ioan. Ant. Rubeus, omninò videndus, *cons. 19. per totum*, & plures alij, quos refert, & sequitur Fanutius *de lucro dotis, gloss. 2. verbo Nupta, n. 57.* Baldus Nouellus *de dote, part. 6. priuilegio 37. in fine*, Curt. Iun. *in d. Auth. præterea, num. 1.* Greg. Lop. *in l. 7. tit. 13. part. 6. verb. Desamparadas*, Palacius Rub. *d. §. 55. num. 9.* vbi firmat, friuola esse fundamenta Saliceti contrariam partem tenentis, Andreas Gail, & eius Additionator Grœnæus *lib. 2. obseruat. 80. num. 3.* Ceuallos *q. 110. ex num. 1.* licet ipse postea in contrariam inclinet. Misyngerius *obseruat. 78. cent. 6.* vbi subdit, Imperatoria decisione controuersiam huiusmodi indigere, Lodolp. Schrader. *miscellan. cap. 2. num. 14. & in tract. de feudis, part. 9. cap. 2. n. 13.* Petr. Barbosa *in l. exigere dotem, num. 164. D. de iudiciis*, & magis in terminis *in l. si ante, D. solut. matrim.* vbi proponit, & amplissimè excutit controuersam quæstionem de lucrandis per sponsam fructibus, ex re dotali ante consummatum matrimonium perceptis, Moller. *lib. 3. semestr. c. 23.* Marta *de success. legali, lib. 1. part. 3. q. 11. art. 2. num. 19. & in Rub. D. solut. matrim. q. 4. per tot.* Fontan. *de pact. nupt. 2. tom. claus. 7. gloss. 3. part. 1. num. 27.* Molina *eod. tract. lib. 3. q. 6. num. 45.* Ferrer. *de solut. matrimon. 3. temp. declarat. 4. num. 26.* Mangilius *de imputat. q. 186.* Galganetus *de condition. 2. part. cap. 1. quæst. 48.* Peregrin. *cons. 85. volum. 1. & decis. 15.* Stephan. Gratian. *decis. 230.* & Aluarez de Velasco *in tract. de priuilegiis pauper. q. 56. num. 69.* Et hanc opinionem seruandam in practica testatur Mozius *d. tit. de matrim. cap. de natural. matrim. cap. 41.* quamuis aliam de mera subtilitate iuris veriorem appellet, & eidem, Gaillium sequutus, subscribit Dionysius Gothofredus *in notis ad d. l. cui fuerit.*

CAPVT XXI.

An lex successionis, quæ vxores vocat ad maritorum Commendas, liberis non extantibus, vice versa maritos admittat in Commendis vxorum? & de matrimonio putatiuo.

SVMMARIVM.

1 *Lex successionis Commendarum vxores solùm vocat ad successionem maritorum, & an vice versa mariti etiam vocari videantur?*

2 *Casus litis nunc pendentis, Excel. Ducis* del Infantado *super successione Commendæ vxoris suæ, refertur.*

3 *Correlatiuorum quod in vno disponitur, in altero etiam regulariter disponi videtur.*

4 *Hæres si quis mihi esse iubeatur, ego quoque illi vice versa successurus sum.*

5 *Successiones debent esse mutuæ, & vicissitudinariæ.*

6 *Regula correlatiuorum, est regula parium.*

7 *Viri aptiores sunt ad commendas acquirendas, & administrandas, quam vxores.*

8 *Argumentum à maioritate, vel paritate rationis valet in iure.*

9 *Correlatiuorum paritas, procedit etiam in correctoriis.*

10 *Ratio legis regit eius dispositionem, & quod ea suadet pro expresso habetur, licèt verba deficiant.*

L. 2. §. si mater, D. ad Tertyl. l. si quis, §. 1. D. de adulteriis, *& aliæ similes, expenduntur, & illustrantur.*

11 *Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor expenditur, & ad maritum pauperem ex communi extenditur,* & num. 44.

12 *Priuilegium ne maritus pro dote conueniatur, vltra quàm facere potest, ad vxorem extenditur; Contrarium* n. 46.

L. Patronus 17. & l. non tantùm 20. D. de re iud, etiam, §. licèt, & l. maritus, solut. matrim.

matrim. *expenduntur, & illuſtrantur*, ibidem, & num.46.

13 L. fin. C. de indict. *viduit. expenditur, & explicatur*, & num.47.

L. Iulia Miſcella, *quæ fuerit, & quid iuſſerit, & de eius Auctore*, ibidem.

14 *Auth. cui relictum, C.de indict. viduit.expenditur*, & num.48.

Conditio, ſi non nupſerit, æquè in viris, ac in fœminis viduis admittitur, ibidem, & n.48.

15 *Statuta, & maximè odioſa, ſunt ſtricti iuris, & ſtrictè interpretanda.*

16 *Statutum diſponens in vxore, de viro quoque diſpoſuiſſe cenſetur, & exempla*, & num. 50.

17 *Succeſſionis Commendarum ſchedulæ cur de vxoribus tantùm meminerint?*

18 *Commendæ olim viris tantùm, non autem fœminis dabantur, & vnam ſolam ſucceſſionem admittebant.*

19 *Commendæ vbi cœperunt fœminis dari, & earum ſucceſſio prorogari, viri, & vxores promiſcuè admittendi videntur.*

20 *Epiſtola Regia ann.* 1559 *refertur, & expenditur, & alia* 1561. *quæ promiſcuè tam viros, quàm vxores vocant ad ſucceſſionem Commendarum.*

21 *Viros ad ſucceſſionem Commendarum per vxorum obitum vacantium, admitti, conſuetudo recipit, maximè in Noua-Hiſpania.*

22 *Schedula ann.* 1603. *agens de ſucceſſione maritorum, expenditur.*

23 *Virorum ſucceſſionem in Commendis vxorum, qui Auctores probent, & admittant.*

24 *Obſeruantia, & praxis communis alicuius legis, etiam larga, & impropria magnum pondus habet, & alia de ea, remiſſiuè.*

L. ſi de interpretatione, D. de legibus, *exornatur*, ibidem, num.27.

25 *Princeps adeundus eſt ſuper reſcripto dubio.*

26 *Obſeruantia antiqua legis habetur pro lege, & excludit neceſſitatem interpretationis Principis qui eam tulit.*

27 L. cùm de nouo, C. de legibus, *expenditur, & illuſtratur, ibid.*

28 *Mariti in fauorem, in ſucceſſione Commendæ vxoris, pronuntiatum fuit in Regia Cancellaria Limenſi, & caſus litis refertur.*

29 *Verba legis vbi ſunt clara, & repetita, ab eis recedere non licet.*

30 *Diſpoſitio ad aliquas perſonas reſtricta, facilè ad alias extendi non debet.*

31 *Legiſlator cenſetur noluiſſe id, quod verbis non expreſſit, cùm exprimere facile eſſet.*

L. item apud, §. ait Prætor, D. de iniuriis *cum ſimilibus, illuſtrantur.*

32 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*

33 *Verba contractus, vel diſpoſitionis ſunt forma eius, & ſuper omnia attendi debent.*

34 *Inueſtituræ tenor in materia feudali ad vnguem ſeruari debet.*

35 *Correlatiuorum vt ſit eadem diſpoſitio, debet eſſe eadem ratio.*

36 *Vxorum in perſonis diſpoſita multis in caſibus ad maritum non extenduntur, & è contrario & exempla.*

37 *Vxorum admittendarum ad ſucceſſionem Commendarum maritorum, quæ fuerit ratio? & an illa in maritis procedat?*

38 *Legem ratio commendat, & fraudem ei facit, qui eam eludit.*

39 *Ratio legis, eſt mens, medulla, & anima legis.*

40 *Commendarum ſucceſſionem lex quæ induxit, poteſt videri correctoria, & extraordinaria, & quare?*

41 *Lex correctoria, & exorbitans non ampliatur ex paritate, aut maioritate rationis.*

L. ſi verò 64. §. de viro, D. ſolut. matrim. *expenditur, & illuſtratur*, ibid.

42 *Ratio expreſſa in lege an faciat eam extendi ad omnes caſus, in quibus militat, licet ij verbis comprehenſi non ſint.*

43 *Ratio legis, vt faciat eam extendi ad caſum omiſſum, quid requiratur?*

44 *Beneficium Auth. præterea, C. Vnde vir, & vxor, ex multorum opinione non extenditur ad maritum.*

45 Lex 7. tit.13. part.6. *expenditur.*

46 *Vxorem conueniri poſſe pro dote, quam promiſit, vltra id quod facere poſſit, aliqui tenent, & quare?*

47 *Conditio iuramenti, quæ per legem Iuliam Miſcellam requirebatur, tam in maſculis, quam in fœminis remitti debuit, & quare?*

48 *Caſtitas vidualis non minus à viro, quàm ab vxore exigi debuit.*

49 *Diſpoſitio Auth. cui relictum, C. de indicta viduitate tollend. etiam hodie de iure Canonico practicatur.*

50 *Statuta, quæ diſponunt de vxoribus, vt ad maritos extendantur, eadem omninò ratio eſſe debet.*

51 *Schedula nulla reperitur, quæ vocet maritos ad ſucceſſionem Commendarum vxorum, & de interpretatione earum, quæ in contrarium expenduntur.*

52 *Excluſionem inducentia ad incluſionem trahi, & extendi non debent, nec poſſunt.*

53 *Argumentum à contrario ſenſu non valet, vbi ex eo reſultat abſonus intellectus, vel correctio aliorum iurium.*

54 *Argumentum affirmatiuum nunquam validè deſumitur ex verbis negatiuis.*

55 *Schedula anni* 1561. *quæ ſucceſſionem viri, & vxoris in Commendis æquare videtur, qualiter accipienda ſit? & altera anni* 1603.

56 *Reſcripta Principum ad vnam Prouinciam miſſa, quando in aliis quoque obſeruari debeant?*

L. 3. §. Diuus Adrianus, D. de ſepulchro violato, *expenditur, & illuſtratur.*

57 *Leges, & conſuetudines locales ad alias prouincias non extenduntur.*

58 *Prouincia vnaquæque ſuo ſenſu abundat, & ſuis legibus regitur.*

59 *Præſcriptio non extenditur vltra loca, vel res, quæ poſſidentur.*

60 *Matrimonium putatiuum, quale, & quando ſufficiat ad hoc, vt vxor in Commenda mariti ſuccedat?*

61 *Matrimonio putatiuo omnia priuilegia veri communicantur.*

62 *Lucra nuptialia etiam in matrimonio putatiuo communicantur.*

63 *Matrimonium putatiuum, vt habeat priuilegia veri, quatenus bonam fidem, ita coniugatorum requirat?*

64 *Bona*

64 *Bona fides in dubio præsumitur interueniſſe in matrimonio putatiuo.*
65 *Matrimonium ex decennali cohabitatione coniugum, & aliis circunſtantiis, quando præſumatur?*

IN lege ſucceſſionis Commendarum anni 1536. & in eius declaratoriis, quarum mentionem in ſuperioribus fecimus, † vxores tantùm vocatæ reperiuntur ad ſucceſſionem earum, quæ mariti defuncti poſſederunt, ſi ij abſque liberis deceſſerint, vt conſtat ex illis verbis: *Y ſi el tal caſado no tuuiere hyo de legitimo matrimonio nacido, encomendareis los dichos Indios à ſu muger viuda*, & ex illis Prouiſionis ann. 1552. *tom. 2. pag.* 203. *Y en defecto de hijos, ò hijas, venga la ſucceſſion à la muger, por la manera que eſtà dicha; de tal manerà, que deſpues de la vida del primer tenedor de los Indios, no hà de auer mas de vna ſuceſſion en hyo, ò hija, ò muger, y no mas.*

Vnde dubitari contigit, vtrùm ſi fortè in vxoris perſona Commenda in prima vita radicata fuiſſet, aut etiam in ſecunda, puta ex ſucceſſione prioris viri in Noua-Hiſpania, & in aliis prouinciis, in quibus per tres, vel quatuor vitas ſucceſſio continuatur, iuxta ea, quæ dixi *ſuprà c.16.n.8.* & fusè tradit Anton. de Leon *in tract. de confirmat. Regiis, 1. part. cap. 4. n.43. & ſeqq.* maritis ſuperſtes admittendus eſſet ad vxoris præmorientis Commendam?

Et hic † caſus hodie pendet in Supremo Indiarum Senatu, in cauſa Excellentiſſimi Ducis del Infantado, cuius etiam quoad aliud dubium memini *in cap. præcedenti*, & ſemper adeò difficilis viſus eſt, vt Dom. Marchio de Monteſclaros, eiuſdem Ducis ſocer, de cuius Commenda tunc litigatur, inter alia dubia, quorum deciſionem, & declarationem ab eodem Supremo Senatu poſtulauit, dum eſſet Peruanus Prorex per epiſtol. ann.1610. hoc vnum, quintum in ordine fuerit, cuius epiſtolæ copiam Ego apud me habeo, & in ea validis rationibus pro vtraque parte contendit. Quod etiam Ego ſoita diſtinctione præſtabo, neutri tamen ſuffragium adiiciens, quouſque Senatus ipſe, quæ magis probanda ſit? ſua nobis natura determinatione definiat.

Et in primis in fauorem mariti † allegari poteſt Correlatiuorum natura, quæ ſemper in iure talis eſſe ſolet, vt diſpoſitum in vno, eo ipſo in alio diſpoſitum cenſeatur, & idem iudicium ſortiantur, *l. final. D. de acceptil. l. ſi quis ſeruo, C. de furt. l. 1. C. de tranſact. l. 1. C. de ſupreſ. lib. 11.* cum aliis latiſſimè congeſtis ab Euerard. *in topicis legalib. loco à correlat.* Claud. Cantiuncula *in dialectica legali, cap.*204. Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 9. num.*171. *& ſeqq.* Camill Gallin. *de verbor. ſignif. lib. 5. cap. 17. n.27.* Aug Barboſ. *in axiomat. iur. cap.*61. Aluarez de Velaſco *litt. A, num.*397. *& litt. C, num.*235. *& ſeqq.* & Mar. Anton. *lib. 3. reſol. 9. num.* 2. vbi quod in correlatiuis vno expreſſo, dicitur expreſſum & alterum.

Quod præcipuè in materia ſucceſſionis, de qua agimus, procedere ita vt ſi quis ſit hæres mihi, & ego illi hæres etiam eſſe debeam, apertè probat text. *in Auth. de ſuis, & legit. hæred. §. filius autem & § penult. & in l. 6. Taur.* vbi DD. Bald. omninò videndus, *conſ.* 17. *volum.* 4. *num.* 2. *verſ. Item quia*, vbi docent, † quod 5 ſucceſſiones debent eſſe mutuæ, æquales, & viciſſitudinariæ, & apponit exemplum in marito, & vxore, & plures alij apud Fuſarium *de ſubſtitut. q.* 257. *num.* 60. quia ad imparia iudicari non debent, provt in ſimili diſpoſitum videmus *in l. fin. C. de nuptiis, cap. ſi quis 32. q. 1. cap. gaudemus, de diuortiis*, cum aliis traditis à Bartol. *in Auth. de nuptiis, §. ſic itaque*, Zaſi. *conſ.* 5. *num.* 10. *lib.* 1. Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 19. *n.*16. Fontan. *de pact. nupt. 2. tom. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 12. *n.*41. Ego *infr. lib.* 4. *cap.* 7. Et inde dicere ſolemus, † quod regula correlatiuorum eſt regula parium, vt *in l. lege Iulia, §. ſi procurator, D. de action. emp.* Bertazol. *in l. ſi quis maior, C. de tranſact. num.*801. & Medicis *de reg iur. reg.* 9. *num.*15. 6

Secundò, quia licèt dicta regula Correlatiuorum, ab aliquibus limitari ſoleat, vt tantùm procedat, vbi eſt eadem ratio in vno, atque in alio, vt infrà dicemus. In caſu tamen, de quo loquimur, non ſolùm eadem militare videtur, ſed imò ſuperior, † cùm aptiores ſint viri ad Commendas acquirendas, & exercendas, quàm mulieres, quæ iure communi, & feudorum inſpecto eas habere non poterant, vt dixi *ſuprà c.* 5. *num.*38. *& cap.*16. *num.*90. Et meliùs per viros prouinciæ Indiarum illuſtrari, & defendi poſſint. Quæ fuit vna ex præcipuis rationibus has Commendas introducendi, vt etiam dixi *ſuprà cap.* 2. *ex num.*57. 7

Vnde poſſumus † argumentari, non ſolùm à paritate, ſeu identitate, verùm & à maioritate rationis, de quo argumento latè agit Euerard. *loco* 66. & plurimi alij, quos refert Farin. *conſ. crim.* 60. *num.* 109. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 1. *n.*21. & Velaſcus *in axiomat. iur. litt. A, num.* 464. & ſuccedit doctrina text. *in l. fin. C. de indict. viduit. tollend.* ex qua notare ſolent DD. † quod diſpoſitum in vno ex correlatiuis, habet locum in alio, etiam in correctoriis, ex identitate rationis, vt latè per Gratian. *tom.* 5. *diſcrept. forenſ. cap.*920. *num.*11. *&* 13. Ant. Ricciul. *de iur. perſon. extra Eccleſ. grem. exiſt. lib.*4. *cap.* 51. *num.*3. & Petr. Barboſ. omninò videndum, *in l. ſi conſtante, D. ſolut. matrim. n.*101. *& ſeqq.* & Villaguta *in tract. de extenſ. leg. pœnal. tit. de extenſione legum correctoriarum, numer.*10. *fol.*26. Nimirum, † quia ratio eſt, quæ regit diſpoſitionem, & quod ipſa exigit, & requirit, non minùs expreſſum videtur, quam id quod apertis verbis concipitur, diſponitur, vt tetigi *ſup. cap.*18. *ex num.* 36. & perſpicuè docet Iuriſconſultus *in l. credendum, D. qui petant tutor. l. 2. §. ſi mater, D. ad Tertyl.* ibi: *Verba reſcripti deficiunt, ſed dicendum eſt eamdem eſſe rationem, l. ſi quis adulterium, §.* 1. *D. de adulteriis*, ibi: *Ex ſententia legis tenetur, quamuis verbis non continetur, l. ſed ſciendum, D. ad leg. Pomp. de parricid.* ibi: *Sed & nouercæ, & ſponſæ omiſſæ ſunt, ſententia tamen legis continentur*, notat Bart. *in l. quod verò, D. de legibus*, inquiens, frequenter hoc allegari in practica, & latiſſimè, plurimis aliis relatis, Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. Libertis, à num.* 43. *C. de reuocand. donat.* Tiber. Decian. *reſp.* 70. *num.*9. *volum.* 2. D. Ioan. del Caſtillo *lib.* 5. *controuerſ.* 2. *part. cap.* 170. D. Valençuela *conſ.* 68. D. Franc. Salgado *de Regia protect.* 2. *part. cap.* 11. *num.* 26. & Marius Giurba *ad* 8 9 10 11

Conſt. Meſſanenſ. cap.6. gloſſ. 1. n. 12. & cap. 9. gloſſ. 1. num. 2. & nouiſſimè Dom. D. Felicianus à Vega Epiſcop. Pacenſis in cap. ex parte n. 20. & ſeqq. de foro comp. pag. 590. & 591. & Dom. Valençuela conſ. 113. num. 41. & conſ. 137. n. 44. volum. 2. vbi, quod ratio eadem, aut maior, vbi eſt, non dicitur fieri declaratio extenſiua, ſed intenſiua.

Tertiò, quia in eiſdem terminis correlationis viri, & vxoris, ſunt plura iura, quæ tam in materia ſucceſſionis, quàm in aliis articulis ſimilibus, hanc extenſionem, & æqualitatem inter eos ſeruandam eſſe ſuadent, vt conſtat. Primò
11 † ex Auth. præterea, D. vnde vir, & vxor, vbi quarta præſtari iubetur vxori pauperi ex bonis mariti diuitis, & licèt text. ſolum de vxore loquatur, ex paritate tamen rationis ad maritum extenditur in Nouella 55. cap. 6. & notant ibidem omnes DD. communiter, præcipuè Paulus de Monte - Pico num. 7. & vltra eos Guillerm. Bened. in cap. Rainutius, de teſtam. verb. Et vxorem, num. 141. Ioſeph. Ludou. concluſ. 35. ampl. 2. Greg. Lopez in l. 7. tit. 13. part. 6. gloſſ. 4. Ioan. Gutier. de tutel. 3. part. cap 5. num. 25. Fontanel. de pact. nuptial. 2. tom. clauſ. 7. gloſſ. 3. part. 12. num. 18. Velaſcus de priuileg. pauper. quæſt. 56. numer. 55. Paſchal. de patria poteſt. 4. part. cap. vltim. num. 17. & Lucarinus lib. 2. obſeruat. cap. 10.

12 Secundò, † text. in l. Patronus 17. iuncta l. non tantum, D. de re iud. l. etiam, §. licèt, & l. maritum, D. ſolut. matrim. vbi priuilegium marito conceſſum, ne pro dote vltra quam facere poſſit, condemnetur, æqua lance in vxore quoque vice verſa obſeruandum eſſe deciditur, vt latiùs proſequuntur DD. in eiſdem iuribus, præcipuè Barboſa in d. l. maritum, à n. 53. Donel. & Oſuald. lib. 17. comment. c. 9. litt. F, & G, Giurba ad ſtat. Meſſan. cap. 13. gloſſ. num. 41. & Marta in Rub. D. ſolut. matrim. q. 11. num. 50.

13 Tertiò, text † in d. l. fin. C. de indict. viduit. tollend. vbi eo ipſo, quod lex Miſcella, quæ iubebat, vt coniugi ſuperſtiti legatum ſibi à demortuo ſub ea conditione, ne iterum nuberet, ita capere ius eſſet, ſi intra annum iuraret ſe liberorum quærendorum cauſa velle nubere, in fœminis ſublata fuit; in maſculis quoque ſublatam eſſe, Imperat. Iuſtinianus ſtatuit, innuens, ad hoc nulla noua diſpoſitione, ſeu declaratione opus fuiſſe, ſic enim ſcribit: *Legem Iuliam Miſcellam, quemadmodum in fœminis ſuſtulimus, ita in maſculis eſſe ſublatam, &c.* Et idem docet in nouella conſtit. 22. vbi Iulium Miſcellum huius legis Authorem nominat. Alij tamen *Miſcellam* malunt dictam, quod legis Iuliæ caput, tam ad virum, quam ad fœminam pertinebat, l. 3. C. de indict. viduit. Ant. Aug. Carondas, Hottom. Kalinus, & alij, qui de legibus P. R. ſcripſerunt, verb. Lex Iulia Miſcella, vbi alia tradunt de eius deciſione, & ratione, & Vlpian. in fragm. tit. 13. Duarenus lib. 1. diſput. cap. 40. & ſequent. Roſin. lib. 8. antiq. Roman. cap. 18. Oſuald. ad Donel. lib. 8. comment. c. 32. lit. Y. Annæ. Robert. lib. 1. rer. iud. cap. 8. fol. 139. & Ant. Pichard. in §. ſi quis vxori, Inſt. de legat. num. 25.

14 Quartò, text. † in Auth. cui relictum, C. eod. tit. iuncto Auth. de nuptiis, §. quæ verò, collat. 4. vbi conditio, ſi non nupſerit, appoſita mulieri viduæ, ſicut non reiicitur in ea, ita neque in viro, vt latiùs per DD. ibid. & Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 19. num. 12.

Quartò, pro eadem ſententia facit, quod etiam im materia ſtatutaria, † quamuis ſit ſtricti iuris, l. 3. §. hæc verba, D. de negot. geſt. l. conſtitutionibus, D. ad municip. vbi DD. & in l. omnes populi, D. de iuſt. & iur. Alderan. Maſcard. de ſtatut. concluſ. 4. Et maximè, quando illa ſunt odioſa, vt per Decium conſ. 563. num. 4. Decianum conſ. 13. num. 22. & ſeq. lib. 3. Alderan. vbi ſuprà, n. 123. Adhuc tamen, † adeò pari paſſu ambulant, & æquali ſtatera penduntur maritus, & vxor, vt ſufficiat, quod ſtatutum de vno verba conceperit, vt de vtroque loquutum videatur, vt latiſſimè docet, & probat Laderchius Imolenſ. conſ. 96. loquens de quodam ſtatuto iubente, ne maritus vxori vltra certam ſummam relinquere poſſet, & Menoch. lib. 4. præſumpt. 139. à n. 58. vbi in terminis alterius ſtatuti diſponentis, quod ſi maritus, inſtitutis hæredibus filiis, reliquit vxorem ſuam vſuariam bonorum, hoc caſu ſola alimenta ei debeantur: idem etiam intelligendum eſſe, inquit, in teſtamento vxoris, ita vt maritus nihil præter alimenta petere poſſit. Et conducunt, quæ in ſimilibus tradunt Curtius Senior conſ. 11. ſtatuto Parmenſi, Crotus in l. omnes populi, num. 185. D. de iuſt. & iure, Ripa in Rub. D. de adq. poſſ. n. 7. Anton Gabr. 6. commun. tit. de legibus, concl. 3. num. 7. idem Menoch. conſil. 136. num. 11. & conſil. 112. lib. 1. & Gironda de priuileg. numer. 1419. & ſeqq.

Quintò, & vrgentius, in eiſdem noſtrarum Commendarum terminis ponderatur, † quod etſi illæ antiquæ ſchedulæ, quas huius capitis initio retulimus, de ſucceſſione vxorum dumtaxat meminerint, hoc ea de cauſa factum fuit, quoniam olim Commendæ viris tantùm, non etiam fœminis, conferri ſolebant, & prima vita in marito incipiebat, & in ſecunda, deficientibus liberis, vxor (vt ſuprà diximus) vocabatur, eáque decedente conceſſio expirabat, cum ad tertiam vitam tranſire non poſſet. At verò, vbi † cœperunt Commendæ in mulierum perſonis pro duabus vitis conſtitui, vel ex ſpeciali indulgentia, aut diſſimulatione Principis; ad tertiam, vel vlteriorem vitam prorogatæ ſunt, vt in Noua Hiſpania contigiſſe videmus, iuxta ea, quæ ſuprà tradidimus; ſtatim receptum, & practicatum fuit, vt mariti ſuperſtites vxoribus ſuccederent, non aliter, atque ipſæ vxores maritis ſuccedebant.

Et ita † in quadam epiſtola Regia anni 1559. ad Proregem Nouæ - Hiſpaniæ ſcripta, ſuper tertiæ vitæ diſſimulatione, quæ extat d. 2. tom. pag. 210. ita cauetur: *En la otra declaracion que pedis, ſi à falta de hijos ſucederà la muger al marido, y el marido à la muger; y ſi ſucederan los tranſuerſales en ellas? Paſſadas las dos vidas no hade ſuceder la muger al marido, ni el marido à la muger, ni tampoco los tranſuerſales, y aſſi lo declaramos, y es nueſtra voluntad que ſe guarde.*

Et poſteà in alia epiſtola anni 1561. eodem tom. pag 211. cum idem Prorex Nouæ - Hiſpaniæ retuliſſet, ea in prouincia tertiam vitam admiſſam, & hoc ſine magno incolarum dolore alterari non poſſe, ac propterea quæſiiſſet, an ei liceret præcedentem diſpoſitionem anni 1559. temperare, & promiſcuè vxorum, & maritorum

naritorum successionem in tertia vita concederet; responsum ei fuit, vt de casibus, & rationibus, quæ eum ad consulendum mouebant, leniùs informaret,& interim dictam successionem dissimularet,his verbis: *Y entretanto que los mbiais, y se vè, y prouee sobre ello, dissimulareis no executar lo contenido en la dicha declaracion, n lo tocante à la sucession de los maridos à las nugeres, y las mugeres à los maridos.* Quod a deinceps † iugiter obseruatum fuit, & hodie etiam in Noua-Hispania obseruatur, absque o quod vlla vsquam decisio in contrarium romulgata fuerit, quin potiùs † in nouissima la schedula anni 1603. cuius meminimus *cap. raced. num.* 12. cùm ageretur de modo,& temore matrimonij, quo mediante coniugati in Commendis succedere possent, promiscuè de ucessione vxorum, & maritorum disponitur, c etenim inquit: *Que los que conforme à la i de la sucession huuieren de suceder à sus nugeres en segunda, ò tercera vida en las Encomiendas de Indios, que tuuieren, y las nugeres que huvieren de suceder à sus maridos à las dichas Encomiendas, y repartimientos de ndios, conforme à la dicha lei de la sucession, o puedan suceder en ellos, sino fuere auiendo stado, y viuido casados in facie Ecclesiæ seis eses, &c.*

Et his schedulis ita ponderatis, & attenta niformi inter maritum, & vxorem correlaone, † hanc partem expresse tuetur Anton. e Leon, de eisdem nostris Commendis agens, . *tract. de conform. Regiis,* 1. *part. cap.*5. *n.*23. *fol.*26. *& cap.*11. *num.*47. *& seqq. fol.*60. *&* 61. bi inter alia benè considerat † vim praxis, onsuetudinis, & obseruantiæ, quæ hanc mutuam successionem, etiam sine alia Legislatois declaratione,admisit, argum. l. imò magnæ, D.de legibus. Et aliorum,quæ de viribus & effectibus obseruantiæ ad interpretationem leum, statutorum, & priuilegiorum, latè dixi 1. *m.lib.*2. *cap.*24. *ex num.*84. *& lib.*3. *cap.*1. *n.*25. *supra hoc lib. cap.*10. *n.*76.

Quibus addo, non minus quid in lege comrehensum videri,ex subsequuta, & continuata ius communi acceptatione, & obseruatione, uàm si verbis formalibus expressum, & dispositum fuisset, *cap. cùm venissent, de instit. cap. ùm dilectus,de consuetud. l. si de interpretatione, D. de legib. l. si hæres, D. de action. empt. l.*1. *C. de mpon. lucrat. descript. lib.*10. cum traditis à Bald. *cons.*89. *num.*40. *volum.*1. *& cons.*130. *eod. lib.* Innocent. *in cap. olim* 15. *de verbor. signif. num.*2. bi addit, hoc esse verum, quamuis interpretatio ex obseruantia resultans, sit larga, & impropria. Quod pluribus extendit, & confirmat Tiber. Decian. *cons.* 44. *num.* 17. *volum.* 2. & ultra antiquiores alios Craueta *cons.* 828. *n.*11. *volum.* 5. Rota *diuers. lib.* 1. *decis.* 574. *num.* 1. *cum seqq. & lib.*2. *decis.*256. *num.* 5. Additio ad Ludouis. *decis.*184. *num.*8. Franc. Claperiis *caus. Fiscal. cent.* 2. *q.*2. *num.* 13. Mandos. *de priuil. ad instar. gloss.*13. *num.* 40. *fol.* 137. *in tom.*18. *tract.* vbi hoc ampliat, etiam si vsus extenderit,vel restrinxerit priuilegium contra tenorem verborum, & ex personali fecerit reale, vel è contrario, Fontanella *de pact. nuptial. tom.* 2. *claus.* 6. *gloss.* 3. *part.* 2. *ex num.* 24. *pag.* 459. Mastril. de Magistr. *lib.* 4. *cap.*10. *num.*40. *&* 41. & aliis relatis Carol. Tapia *decis. Neapolit.* 7. *num.*16. Gratian. *tom.* 4. *discept. cap.* 703. *& tom.* 5. *cap.* 825. *num.* 16. Additio ad Ludouis. *vbi suprà* Ioseph. de Ramon. *cons.* 65. *num.* 14. Cardin. Tusch. *litt.* O, *concl.* 59. Marta *cons.* 53. *num.* 14. Honded. *cons.* 92. *num.* 30. *lib.* 1. & plurimi alij apud Aluarez de Velasc. *in axiom. iur. litt.* O, *num.* 165. & plura alia de obseruantia adducens, & quod attenditur locorum vicinorum, & quod quando est declaratoria, non requirit præscriptionem, D. Valençuela *cons.* 33. *num.* 193. *consil.* 52. *numer.* 49. *cons.* 53. *num.* 9. *&* 10. *cons.* 58. *num.* 8. *consil.* 63. *num.* 193. *cons.* 79. *numer.* 28. *& consil.* 97. *num.* 204. vbi qualiter obseruantia subsequuta declaret institutionem maioratus, & latissimè D. Ioann. del Castillo *tom.* 5. *controuers. cap.*93. §.7. *ex num.*2. *cum seqq. & tom.*7. *cap.*30. *ex num.* 2.

Quod adeò verum est, † vt licet alias su- 25
per rescripto, vel priuilegio dubio, Princeps à quo processit, adeundus sit, *l. Neratius, D. de reg. iur. l.* 27. *tit.*18. *part.*3. Hoc tamen non procedat, neque admittatur, † quando per 26
vsum, consuetudinem, & obseruantiam subsequentem, iam est interpretatum; attenditur enim sensus per consuetudinem inductus, non autem declaratio, quæ à Principe exigi solet, vt constat † ex text. notabili, quem sic Salic. 27
mirabiliter summat, & intelligat *in l. cùm de nouo* 10. *C. de legib.* & eo referri potest text. *in d. l. si de interpretatione*, ibi: *Inprimis inspiciendum est, quo iure ciuitas retro in huiusmodi casibus vsa fuit.* Verbum enim illud *inprimis* significat, primum locum obtinere interpretationem,quæ ex vsu, & obseruantia subsequenti deducitur, & pluribus prosequitur Decian. *d. resp.* 44. *num.* 3. *&* 4. *vsque ad* 14. *volum.*2. *& resp.*52. *num.*26. *&* 27. *vol.*5. & Bertazol. *cons. ciuili* 71. *num.*30. *&* 31. *volum.*1. ibi: *Nec recurrendum est ad Principem, sed interpretationi, quam tribuit consuetudo, vti matri reuerentia debetur*, & tradit alia nouissimè & eruditissimè D. D. Felician. à Vega Episc. de la Paz *in cap. cùm venissent, num.*4. *&* 43. *de iudic.* vbi, quod priuilegium dubium ex vsu & consuetudine declaratur.

Et ex his fortè rationibus, † in Regia Can- 28
cellaria Limensi, cùm hic casus contigisset in causa cuiusdam Capitanei Antonij Perez de Aguilera, vxoris successionem in quadam pensione prætendentis, contra D. Ferdinandum de Corduba proprietarium, qui eandem ad se iure consolidationis spectare dicebat; pro marito pronuntiatum fuit 22. die Octob. ann. 1610. Neque aliam litem super hoc articulo agitari in prouincia illa Peruana vidi, per decem & sex, aut plures annos, quibus ibi Senatoris munus exercui.

Sed licèt hæc ita se habeant, pro contraria tamen parte in proposita quæstione perpendi potest. Primò, quod cum leges successionis Commendarum, de quibus agimus, claræ, & apertæ sint, & eandem successionem feriò, & repetitis verbis, ac iussionibus vxoribus dumtaxat ex peculiari indulgentia, & benignitate concesserint, † non debemus eas ad maritum 29
ex coniecturis extendere, quibus in claris nunquam locus relinquitur, neque ab stricta verborum proprietate recedere licet, *l. continuus, §. cùm ita, D. de verbor. oblig. l. non aliter, D.* de

de leg. 3. *l. in conuentionibus*, *D. de verb. signif. l. promittendi*, *D. de iure dotium, l. si alij*, *D. de vsufr. legat. l. licet Imperator*, *D. de legat.* 1. *l. final. C. quæ res pignor.* cum multis aliis, quæ tradit Alex. *conf.* 14. *lib.* 1. Decius *conf.* 32. *&* 305. Roland. *conf.* 79. *num.* 55. Tuſchus *litt. V, concluſ.* 108. Aluar. de Velaſco *in axiomat. iur. ead. litt. num.* 84. *& litt. C. num.* 74. quibus addo Caſſiod. *lib.* 9. *var. epiſt.* 23. ibi: *Ad examen veniant, quæ putantur incerta; nam quis de illa re æſtimet deliberandum, vbi nihil reputatur ambiguum.*

30 Maximè cùm agitur de † extendenda diſpo-
ſitione limitata, de vna perſona ad aliam non
comprehenſam, neque expreſſam in verbis diſ-
poſitionis, contra *l. in agris, D. de acq. rer. dom.*
l. ſi vnum, *§. ante omnia*, *D. de pact. l. militis*
codicillis, *§.* 1. *D. de teſt. milit.* cum relatis ab
31 eod. Velaſc. *litt. C, num.* 48. Et vbi † ita facile
eſſet Legiſlatori, illam exprimere, ſi id voluiſ-
ſet, *l. item apud*, *§. ait Prætor*, *D. de iniuriis*, *l.*
ſi ab hoſtibus, *§. ſed quid ſimiliter*, *D. ex quib.*
cauſ. maior. l. 3. *D. de offic. Præſid. l. vnica*, *§.*
ſin autem, *C. de caduc. tollend. cap. ad audientiam*
12. *de decimis*, ibi: *Nam ſi intelligeremus tan-*
tummodò de noualibus, vbi ponimus de laboribus,
de noualibus poneremus, vbi gloſſa ſumit argu-
mentum, quod à forma verborum ſine certa
ſcientia non eſt recedendum, & latiſſimè plu-
res apud eundem Velaſcum *litt. D, num.* 6. Ti-
ber. Decian. *conſ.* 1. *num.* 132. *lib.* 2. D. Ioan. del
Caſtillo *lib.* 6. *controuerſ. cap.* 125. *num.* 9. D.
Valenç. *conſ.* 93. *num.* 25. & Menoch. *lib.* 4.
præſumpt. 23. *num.* 2.

32 Et inde dicere ſolemus, quod † id, quod lex
non dixit, nec nos dicere debemus, nec eſt ab
homine præſumendum, *l. ſi ſeruum*, *§. non dixit*,
D. de acquir. hæred. l. illam, *C. de collation. l.*
diſſentientis, *C. de repudiis*, *cap. illa*, *ne Sede*
vacante, Surdus *conſ.* 51. *num.* 7. *& deciſ.* 219.
num. 21. *& in tract. de aliment. tit.* 1. *q.* 44. *num.* 2.
33 Et quod verba diſpoſitionis, † vel contractus,
ſunt forma contractus, & forma, quæ dat eſſe
rei, & quæ ſuper omnia attendi, & ad vnguem
ſeruari debet, vt per Bald. *in l. quoties*, *C. de*
ſuis, *& legit.* text. optimum *in l. ſi quis ſtipula-*
tus, *D. de verbor.* ibi: *Reſpiciendus eſt ſermo ſti-*
pulationis, *l. fideiuſſores Magiſtratuum*, *§. pro*
Aurelio, *D. de fideiuſſ.* ibi: *Lectæ ſubſcriptione*
fideiuſſionis, cum ſimilibus: & in materia feu-
dorum, text. *in cap.* 1. *de duobus fratribus*: ibi
Propter tenorem inueſtituræ. Ex quo omnes feu-
34 diſtæ notare ſolent, † nunquam in feudis à te-
nore inueſtituræ (qualis eſt lex noſtra ſucceſ-
ſionis, de qua agimus) etiam ex paritate, vel
maioritate rationis excedendum eſſe, vt per
Ioan. Franciſcum à Ponte *in tract. de poteſtate*
Proregis, fol. 278. *num.* 5.

Secundò facit, quia illa regula correlati-
uorum, quæ in contrarium adducitur, ſemper
limitari ſolet, & debet, vt dumtaxat procedat,
vbi † in vtroque correlatiuo eadem ratio ſub-
35 eſt, *l. curatorem*, *C. de interd. matrim. l. fin.* vbi
Salicet. *C. de reſcind. vend. gloſſ.* celebris per
text. ibi *in §. patitur*, *Inſt. de iniuriis*, Iaſ. *in l.*
transſigere, *num.* 3. *C. de transact.* Euerard. *in*
loco à correlat. num. 8. Curtius Iunior *conſ.* 6.
ex num. 15. Tiraquel. *in l.* 1. *connub. num.* 41.
cum ſeqq. Thom. Sanchez *lib.* 1. *de matr. diſp.*
§ 4. *num.* 1. Farin. *in fragment.* 1. *part. litt. E*, Tuſchus *pract. concluſ. litt. C, concluſ.* 1041. *num.* 6. Phœbus *deciſ. Luſitan.* 72. *num.* 8. *tomo* 1. Bimius *conſ.* 8. *n.* 27. *lib.* 1. Barboſa *in l. maritum, num.* 53. *verſ. Quæ tamen*, *D. ſolut. matrim.* latiſſimè Aluarez de Velaſco *in axiom. legum, litt. A, n.* 398. vbi plures alios adducit, D. D. Felician. à Vega Epiſcop. de la Paz *in lucubrat. ad Decret. pag.* 76. 487. *&* 590.

Et in ipſis noſtris feudorum terminis, multos alios congerens, Roſenthal. omninò videndus, *cap.* 10. *concluſ.* 19. *litt. M.* Vbi † plures caſus recenſet, in quibus hac de cauſa, ſcilicet ob rationis diſparitatem, diſpoſita in vxoribus, ad maritos non extenduntur, nec è contrario, vt accidit in obedientia, & ſubiectione vxoris reſpectu mariti, in repudio, accuſatione, aut punitione propter adulterium, vocatione in ius ſine venia, teſtimonij prolatione, contrahendi libertate, & in aliis per eos relatis.

Quod idem in noſtro caſu militare videtur. Nam † ratio admittendi vxores ad Commendas maritorum defunctorum ea fuit (vt ſuprà retulimus) vt ipſi antiqui conquiſitores, incolæ, aut pacificatores, maiorem remunerationem acciperent, & libentius ad contrahendum matrimonium in his Indiarum prouinciis allicerentur, & liberos ſibi ſimiles procrearent, puellaſque nobiles, ex Hiſpania in has partes ſub hac expectatione tranſmiſſas, eorundem matrimonia ambientes, inuenirent, vt optimè aduertit, & probat Ant. de Leon *in tract. de confirm. Regiis*, 1. *part. cap.* 5. *num.* 4. *&* 7. quæ ratio non æquè militat in maritis, vbi vxores commendatarias ducunt, ſub ſpe eiuſdem ſucceſſionis, cum hi nihil, vt plurimum, de harum prouinciarum conquiſitione meriti ſint, & ſeneſcentes, ob eandem ſpem ducant, abſque effectu procreationis liberorum, & ſic detur occaſio, vt legis intentio fraudetur, & aduenæ pinguioribus terræ commodis, in præiudicium, & contriſtationem aliorum benemeritorum potiantur, & fruantur, quod nuſquam admittendum eſt, † cùm legem ipſam ratio commendet, *cap. conſuetudo*, 1. *diſt. eique fraudem faciat*, qui non ſolùm extenſis, verùm & expreſſis eius verbis inſiſtens, contra eius nititur voluntatem, *l. contra legem*, *l. fraus legi*, *D. de legibus*, *l. non dubium*, *C. eodem*, cum aliis, quæ doctè, & prudenter conſiderat Donel. & Oſuald. *in notis ad eum lib.* 1. *comment. cap.* 13. *& ſeqq.* quia lex, & legis mens idem ſunt. Et † ratio legis eſt mens, medulla, & anima legis, vt latè per Tiraq. *de ceſſante cauſa*, *part.* 1. *num.* 133. *& ſeqq.* Surdus *deciſ.* 43. *num.* 9. Et illa magis debet attendi, quàm verba, *l. ſcire leges*, *D. de legibus*, *l. nominis*, *& rei*, *§. verbum ex legibus*, *D. de verb. ſignif.* Tiraq. *vbi ſuprà n.* 13. *&* 138. Surd. *deciſ.* 35. *num.* 14. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Eccleſ. quæſt.* 144. *num.* 3. Cæſar Barzius *deciſ.* 97. *num.* 30. Franch. *deciſ.* 228. *num.* 3. & Marius Giurba *ad ſtat. Meſſan. in proœm. n.* 4. *& ſeqq.* Velaſcus *litt. L, num.* 42. *& ſeqq. & litt. R, num.* 8.

Tertiò facit, quod attenta primæua noſtrarum Commendarum conſtitutione, in depoſitum, & ad nutum amobiles dabantur, & (vt multum) pro ſola Commendatarij vita durabant, & ad Regem reuertebantur, quovſque ſuperuenit lex ſucceſſionis, quæ duas vitas fauore liberorum, aut vxorum ſpecialiter conceſſit,

cessit, vt dixi *suprà cap.* 16. *ex num.* 8. Vnde hæc † lex potuit dici correctoria antiqui iuris Commendarum, vel saltim extraordinaria, & nouæ formæ inductiua. Porrò † in huiusmodi legibus extensionem non fieri, etiam ex paritate, aut maioritate rationis, apertè probat textus expressus, & ad rem nostram satis accommodatus, *in l. si verò* 64. §. *de viro*, *D. solut. matrim.* sic inquiens: *De viro hæredéque eius lex tantùm loquitur, de socero, successoribúsque soceri, nihil in lege scriptum est, & hoc Labeo quasi omissum adnotat. In quibus igitur casibus lex deficit, non erit nec vtilis actio danda,* quem textum sic summauit Bart. & alij DD. communiter: *Prouisio legis contra ius commune, non extenditur vltra illud, quod lex exprimit, licèt eadem sit ratio*: & Bald. quem refert & sequitur Dionys. Gothofred. in notis ibidem: *Quando lex prouidet de remedio extraordinario, si cessant verba legis, intelligitur etiam mens eius cessare, & ideò non fit extensio: quia extensio non fit, nisi per mentem, & virtutem legis.* Idémque probari potest *ex l. præcipimus, C. de appellation. cap. constitutionem*, vbi *glossa verb. Prorogamus, de reg. iur. in* 6. *cap. in fidei*, verb. *Inquisitionis, de hæret. eod. lib. gloss. in l. fin. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi Paulus Castrens. *num.* 8. Et hanc sententiam notabiliter illustrat, & ampliat Roman. *in eodem* §. *de viro*, Cardin. Alban. *in addition.* ad Bart. *ibidem*, idem Bart. *in l. si constante, num.* 39. *&* 49. & Ripa *num.* 60. Barbosa *num.* 101. *vers. Tertiò, principalis conclusio, D. eod. tit. solut. matrimon.* Gammarus *in tract. de extens. num.* 36. Villaguta *in eodem tract. q.* 5. *num.* 4. Camill. Gallinius *de verbor. signif. lib.* 7. *cap.* 8. *&* 10. *& cap.* 33. *num.* 1. *& lib.* 36. *& lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 1.

Et licèt Parlad. *lib.* 3. *quotid. q.* 6. post Ripam vbi *suprà num.* 63. eam limitet, † quando ratio est expressa in ipsa lege, quasi tunc omnes casus, in quibus illa militat, tacitè, & virtualiter censeantur in illa comprehensi, *arg. l. his solis, C. de reuocand. donat. cum similibus.* Adhuc etiam hæc limitatio (præterquam quòd nostro casui non adaptatur, quia lex successionis nullam rationem expressit) admodum dubia, & controuersa est, & plures ex nostris Interpretibus, etiam ex ratione expressa *in l. correctoria*, ad alios casus extensionem faciendam non esse docuerunt, vt constat ex Imola *d.* §. *de viro, num.* 13. *&* 14. Alexand. *in l. in ratione*, §. *quod vulgò, num.* 10. *vers. Ergo quamuis, D. ad leg.* Falcid. *& in l. peregrè*, §. *quibus, num.* 4. *D. de acq. poss.* Ruin. *in l.* 2. *num.* 95. *D. de leg.* 1. & dicit veriorem Curt. Iun. *cons.* 6. *num.* 13. & communem Camill. Gallin. *vbi suprà lib.* 6. *cap.* 7. *n.* 3.

Et vt admitteremus dictam limitationem certam, & veram esse, adhuc in nostro casu nihil stringeret. Nam qui admittunt extensionem legis correctoriæ, præsupponunt, † quòd ratio in totum debet conuenire casui omisso, absque eo, quod inter illum, & expressum aliqua differentia reperiatur, alioqui si reperitur, quantumuis leuis sit, non procedit extensio, vel comprehensio, vt per Ripam vbi *suprà num.* 6. *&* 64. Quod si benè aduertitur, in nostro casu non procedit, cùm rationes, quæ ad dictam legem successionis introducendam possunt considerari, etiam si ex aliqua parte conueniant maritis, æquè ac vxoribus, in aliis quidem non conueniunt, vt *suprà num.* 37. probatum reliquimus.

Quartò considero, quòd iura, & exempla, quæ pro contraria opinione expenduntur, procedunt quidem, vbi etiam datur omnimoda æqualitas, & similitudo in ratione comprehensionis viri, & vxoris. Et quod magis est, non satis inter Doctores de priorum veritate constare videtur. Nam † beneficium *d. Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor*, multi sunt, qui negent 44
ad maritum extendi posse; maximè post Nouellam Leonis Imper. 117. *cap.* 5. quæ id expresè declarauit, vt constat ex traditis à Cuiac. *in exposit. Nouellæ* 53. *vers. Quinta pars*, Guiller. Ranchino §. 21. *num.* 6. Ioan. Borchold. *de gradibus, pag.* 259. quos refert, & sequitur Osuald. *in comment. ad Donel. lib.* 9. *cap.* 1. *litt. N*, Balduin. *in comment. ad legem Rom. l.* 14. *num.* 4. Feder. Scotus *cons.* 5. *lib.* 3. *ex num.* 38. Franc. Barri *de success. test. & intest.* 2. *tom. lib.* 18. *titul.* 4. *num. vlt.* Et † conducit *l.* 7. *tit.* 13. *part.* 6. 45
quæ, hac forsitan consideratione habita, noluit suam dispositionem ad maritum extendere, licèt d. Auth. superstitis coniugis promiscuè meminerit, & adeò ei facile esset id, si voluisset, exprimere, & contrarias opiniones sedare, ex *suprà* relatis.

Et idem procedit † in exemplo legis non 46
tantùm 20. *D. de re iud.* cuius decisionem Cuiac. negat ad vxorem extendi posse *lib.* 24. *obseruat. cap.* 38. & ausus est affirmare, verba illa: *Æquitatem suggerere idem æqua lance obseruandum in muliere, vt conueniatur deducto ne egeat*, addita fuisse per Tribonianum. Contendens, rationem iuris, quæ in marito hoc induxit, vt ex alia quàm dotis causa in solidum non teneatur, cessare in vxore. Licet eum hac in parte benè improbent Barbosa *in d. l. maritum, ex num.* 53. & Osuald. ad Donel. *lib.* 17. *comment. cap.* 9. *litt. G.*

Rursus † l. fin. C. de indict. vid. quatenus 47
tam in masculis, quàm in fœminis remittit illam conditionem iuramenti, quæ ex lege Miscella requirebatur, ea ratione subsistit, quòd de propagatione prolis tractabat, ob defectum gentis Romanæ, tot bellis exhaustæ, quod semper eisdem Romanis maximè in cura fuit, vt tetigi *suprà cap.* 16. *num.* 16. qui finis æqualiter in vtroque coniuge operatur. Et adhuc fuit necessarium id illa ipsa lege decidere; quod indicium præbet, alias, licèt ita apertum videretur, in controuersiam vocari posse, correlatiuorum regula non obstante.

Eandémque euasionem admittit text. in d. 48
Auth. cui relictum, C. eod. tit. de ind. viduit. quia nimirum ratio castitatis vidualis, quæ illius decisionem extorsit, non minus viduum, quàm viduam comprehendit, vt ibi obseruat gloss. verbo *A coniuge*, & Ias. *num.* 5. Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 19. *à num.* 12. Pinell. *in l.* 4. *C. de bon. mater. à num.* 17. Pichard. *in* §. *si quis vxori num.* 44 *Inst. de legat.* Gutierr. 2. *canonic. cap.* 25. *num.* 3. Gomez de Leon. *cent.* 1. *resp.* 9. Additio ad Molin. *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 21. & Thom. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 87. *num.* 29. vbi benè resoluit † il- 49
lam Auth. iure Canonico correctam non esse, & hodie practicari debere, prout ex Cancerio, & aliis probat etiam Ferrer. *solut. matrim.* 2. *temp. declarat.* 2. *num.* 24.

Et ex eisdem principiis patet etiam responsum † ad exempla statutorum, quæ in contrarium ponderantur, cùm in eis æqualis, vel maior ratio extensionem suaserit, vt Menoch. ostendit *cons.* 11. *num.* 4. *& cons.* 136. *num.* 11. Laderch. *cons.*96. & plures alij apud Giurbam ad stat. Messan. *cap.*6. *gloss.*1. *num.*13.

50

Quintò & vltimò facit, quòd si municipales nostrarum Indiarum schedulas attentè consideremus, † nullam inueniemus, quæ apertè & decisiuè maritos admitti iubeat ad vxorum Commendas. Nam illa, quæ adducitur anni 1559. & inquit: *Que passadas las dos vidas no ha de suceder la muger al marido, ni el marido à la muger*, non includit, quòd duabus vitis durantibus successio inter eosdem promiscua esset, cùm id antea nullibi quoad maritum dispositum esset, sed solùm edita fuit ad tollendam dubitationem, quam Mexicanus Prorex proposuerat, referens, illa in prouincia, clamculum, siue paulatim, moribus receptum fuisse, vt Commendæ vltra duas vitas extenderentur, & in eis liberis deficientibus, vxores maritis, & mariti vxoribus succederent. Cui dubitationi illa aptissima responsio, huius intentionis omninò exclusiua, sequuta fuit, ex qua, † cùm ad negationem, & exclusionem superuenerit, durum erit permissionem, siue admissionem inducere velle, contra iura vulgaria *in l.*3. §. *si emancipatus, D. de bon. poss. contra tab. l. legata inutiliter* 14. *D. de adim. legat. l. cùm tale*, §. *fin. D. de cond. & demonstr.* iunctis aliis, quæ latè adducit Purpurat. *cons.*164. *num.*6. *gloss.*1. Surdus *decis.*195. *n.*5. Cancer *lib.*1. *var. cap.*1. Castillo *lib.*2. *controuers. cap.*13. *num.*39. Giurba *decis.* 28. *num.*12. & Aluarez de Velasco *in axiom. iur. litt. A*, *num.*627. *& litt. T*, *num.*70.

51

52

Præterquam quod illud argumentum, quod ex prædictis verbis sumi prætenditur, procedit à contrario sensu, & † inualidum, atque inefficax est, quando ex eo resultat absonus intellectus, aut aliorum iurium correctio, *l. nemo, D. de iurisd. omn. iud. l. conuenticula, vbi gloss. magistr. C. de Episcop. & Cler. l.* 2. *C. de condit. insert.* cum aliis, quæ adduxi *lib.* 2. *de Ind. iur. cap.* 19. *num.* 38. & congerit Decianus *resp.* 1. *num.* 151. *volum.* 1. Cald. Pereira *lib.* 1. *recep. quæst.*6. *num.*79. Fachin. *lib.*13. *controuers. cap.* 5. Alexand. Ludouis. *decis.* 297. *num.* 5. & innumeri propè alij, quos nouissimè congerit Aluar. de Velasco *in axiom. iur. litt. A*, *num.*377.

53

54 Quibus adiicio, † quòd argumentum affirmatiuum nunquam etiam validè desumitur *ex verbis negatiuis, l. Titia*, §. Lucius, *D. de manum. testam. l. ex facto* 19. *D. de hæredib. inst. ex quibus ita resoluit* Bald. *in d. l.* 2. *C. de condit. inser.* & communem fatetur Euerard. *loco* 4. vers. *Secundò, istud limitatur*, Gratian. *reg.* 45. *numer.* 1. & Seraphin. *de priuil. iuram. priuil.* 1. *num.* 4. & esse certissimum, vbi nulla præcessit dispositio permissiua, testatur Surd. *cons.* 294. *n.*24.

55 Neque magis stringit † altera schedula, siue epistola Regia, quæ in declarationem præcedentis scripta fuit eidem Proregi Mexicano, ann. 1561. cuius mentionem feci *suprà n.* 20. Nam hæc nihil decidere voluit, vt ex eius contextura apparet, sed cùm Prorex instaret, durum sibi videri, & scandalis, ac periculis obnoxium, velle immutare obtentam iam, & diu vsurpatam in illa Noua Hispania corruptelam, prorogandi vitas, & mutuæ successionis Commendarum, inter coniuges, responsum accepit, vt de eo pleniùs informaret, & interim dum res adeò grauis maturiori iudicio decidebatur, morem illum dissimularet, toleraretque, & in prioris schedulæ ann. 1559. executione supersederet. Quod cùm in hoc statu ea in prouincia mansisset, postea edita fuit illa altera schedula ann. 1603. quæ agit de tempore cohabitationis coniugum, ad hoc, vt in Commendis succedere possint, & concludit, tam de vxoribus, quàm de maritis loquens: *Que los que conforme à la lei de la sucession huuieren de suceder à sus mugeres en segunda, ò tercera vida, en las Encomiendas de Indios que tuuieren, ayan de viuir, y estar casados in facie Ecclesiæ seis meses.* Quæ sanè verba: *que huuieren de suceder*, adhuc maritorum prætensionem non probant; maximè cum se referant ad legem successionis, quæ eam vxoribus tantùm defert, vt sæpè retulimus.

Credendum est igitur, omninò respexisse ad consuetudinem illam, & tolerantiam in Noua-Hispania de facto introductam, & ob vitanda scandala dissimulatam, & ita nullo modo inducere voluit prouisionem, & decisionem generalem, quæ ad alias prouincias, in quibus idem vsurpatum non fuisset, extenderetur; & multò minus ab eiusdem vsurpationis obseruantia, similis extensio induci poterit.

Nam licèt † schedulæ, & rescripta Principum, quæ generalem dispositionem, seu decisionem continent, etsi ad vnam prouinciam, vel eius Præsidem mittantur, in aliis quoque obseruari debeant, iuxta text. & Bart. *in l. relegatorum* 7. § *interdicere*, *D. de interd. & relegat. l.*3. Diuus, *D. de sepulchro viol.* ibi: *Quia generalia sunt rescripta, & oportet Imperalia statuta suam vim obtinere, & in omni loco valere*: cum aliis, quæ tradit Lasarte *in tract. de decim. vend. in additionibus ad præfat. num.* 20. Auiles *in cap. Præt. in procem. verb. Istas, num.*1. *&* 13. & Nos latiùs alio loco dicemus.

Hoc tamen ita limitandum est, si talia rescripta, vt eadem iura inquiunt, generalia sint, & ratio eorum vbique generaliter militet, ac procedat; aliter enim, † nec leges, nec consuetudines, & obseruantiæ locales ad alias prouincias extendi debent, vt *in l.* 1. vbi DD. *de constitut. Princip. cap.* 1. *eod. titul. lib.* 6. *& in l. de quibus, & l. cùm de consuetudine, D. de legib. & in Rubr. C. quæ sit longa consuetudo*, Cynus *in l.* 1. *C. eod. tit.* Abb. & Felin. *in cap. fin. de consuet. cum latè adductis* à Donel. *lib.*1. *comment. cap.* 9. vbi Osuald. *in notis*, Forcat. *in necyomant. iuris, dialog.* 1. *num.* 26. Couarr. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 4. Salas *de legibus disput.* 19. *sect.* 13. & Suar. *in eod. tract. cap.* 2. *n.*89. Etenim † vnaquæque prouincia, vt suo sensu abundat, ita propriis legibus, & moribus gubernari debet, & solet, quæ in aliis non æquè recipi, & practicari possunt, cap. ius Quiritum, 1. *distinct. cap. vtinam*, 76. *distinct. l. semper* 34. *D. de reg. iur. cum aliis*, quæ adduxi 1. *tom. lib.*2. *cap.*25. *num.*54. *& suprà hoc tom. lib.*1. *c.*4. *numer.* 84.

Et hoc est, quod dicere solemus, tantum esse præscriptum, quantum possessum, vt in cap. auditis,

auditis, de præscript. cap. sine possessione, de reg. iur. in 6. vbi Petr. Pechius, & plures alij, quos cumulat Puteus *decis.* 107. *par.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 14. *n.* 23. *& conclus.* 946. *n.* 8. Monach. *decis. Lucensi* 14. *n.* 56. Ioseph. Aldrete *in alleg. iur. pro omnim. regular. exempt. par.* 2. *c.* 4. *n.* 12. & Velasc. *in axiom. iur. litt. B, num.* 131.

Et hæc quidem sunt, quæ in hac difficili quæstione ad vtramque partem disputari possunt. Illud autem minorem continet difficultatem, matrimonium † putatiuum sufficere ad hoc, vt vxor huius successionis capax efficiatur, aut etiam vir in casibus, vel in prouinciis, in quibus ad eam admittitur, dummodò vterque coniugum, vel saltemus, qui talem successionem prætendit, bona fide in eodem matrimonio ob legitimam impedimenti ignorationem versatus fuit. Nam omnia † priuilegia veri matrimonij, putatiuo communicantur, vt suprà diximus, de filiorum putatiuorum successione loquentes, *c.* 17. *ex nu.* 57. *& probat. text.* & ibi communiter Scribentes, *in l. sicut dotem, §. fin. D. solut. matrim. & in cap.* 2. *de donat. inter,* & latissimè Fajardus *in tract. de legitim. per subseq. matr. num.* 165. *cum multis sequent.*

Ex quibus infert gloss. & Abb. ibidem, † etiam lucra nuptialia ex tali matrimonio communicari. Quod sequitur, & latiùs probat, & illustrat Palacios Rubios *in repet. Rub.* §. 36. *nu.* 2. Roder. Suarez *in l.* 1. *tit. De las ganancias, par.* 6. *fol.* 10. *& par.* 8. *fol.* 11. *vers. Vnde sto in hac conclusione,* Matienzus, qui alios allegat, *in l.* 3. *gloss.* 1. *ex n.* 4. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recop.* Anton. Gomez *in l.* 50. *Tauri, nu.* 77. Azeuedo *in l.* 2. *num.* 5. *dict. tit.* 9. *lib.* 5. *Recop.* Couarr. Gama, & plures alij, quos refert, & sequitur Barbosa *in dict. l. sicut dotem,* & Ioann. Garcia *in tract. de coniugal. acquæstu, n.* 159.

Ideò autem dixi, *ei,* † *qui bona fide versatus fuerit.* Nam vbi vterque in mala fide versatur, non est matrimonium, nec quicquam lucrari possunt, ne ex dolo suo commodum reportent; imò tam dotem, quam arrhas amittunt, & fisco applicantur, vt concludunt Paul. Castrens. Cuman. Alex. & alij *in dict. §. fin. & de iure nostro probat celebris, text. in l.* 51. *tit.* 14. *part.* 5. Si verò vnus, & is sit, qui lucrum prætendat, ab eo etiam eadem ratione excluditur, vt probat text. *in l.* 50. *d. tit.* 14. *part.* 5. Roder. Suarez, & alij Auctores suprà citati. In dubio autem † requisita bona fides præsumitur, vt per Ioan. Gutierr. qui alios plures adducit, *in tract. de matrim. c.* 71. *ex n.* 4. *ad* 7. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 24. *n.* 67. *&* 68. Paschalium de patria potest. *libr.* 1. *cap.* 4. *n.* 77. *& seqq.* D. Michaël de Luna & Arellano *in tract. de iuris ratione, lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 83. Etidem procedet † in matrimonio præsumpto, decennali coniugum habitatione in vna, & eadem domo, mulieris honesta vita, & honorifica à viro facta tractatione, data inter eos paritate status, & amborum declaratione, qua coram testibus dicant sese vti coniuges habitare; vt latè comprobans affirmat Marta *de success. legal. part.* 1. *q.* 18. *art.* 6. *à num.* 17. quem refert, & sequitur Fajardus *vbi suprà num.* 164.

CAPVT XXII.

De aliis practicis quæstionibus ad eundem tractatum successionis vxorum pertinentibus.

SVMMARIVM.

1 *Commendæ successionem si maritus prætendat, ob id, quòd titulus in eius capite expeditus fuerit, quid faciendum?* & num. 20. & seqq.

2 *Commendæ vxorum, olim in personis maritorum constitui iubebantur, & prouisio antiqua de hoc agens.*

3 *Mos expediendi maritis titulos commendarum vxorum, hodie in aliquibus prouinciis retinetur.*

4 *Commenda vxoris, si in mariti capite expedita fuerit, an censeatur noua, vel antiqua? & lites super hoc motæ.*

5 *Noua forma inuestituræ mutat naturam feudi.*

6 *Vxor si commendæ renuntiet, & eius marito conferatur, an nouum ius in ea quærat?*

7 *Feudum perfectè apertum, & domino deuolutum, si eidem vassallo, vel alij iterum concedatur, nouum censetur.*

8 *Feudum etiam nondum apertum, si vassallus consentiat, eidem, vel alij, sine præiudicio tertij, tanquam nouum conferri potest.*

9 *Feudatarij taciturnitas per vnum annum, inducit consensum inuestituræ alteri factæ, & possessorem excludit.*

Vxor allegans contra consensum, quem præstitit, vt commenda daretur marito, post mortem mariti, vel filij, qui ei successit, non debet audiri, ibidem.

10 *Regis præiudicium interuenire non videtur, si commenda vxoris, ex eius voluntate marito de nouo concedatur.*

11 *Volenti non fit fraus, neque dolus.*

12 *Regis præiudicium non est, si concedantur huic, vel illi, quæ aliis concedi solita sunt.*

13 *Lex successionis concedit maritis commendas vxorum, interim, dum aliud non disponitur, & quid hoc importet?*

14 *Gratia concessa ad beneplacitum Principis censetur perpetua.*

15 *Officialis electus pro tempore, quo voluntas Principis durauerit, perpetuis æquiparatur.*

16 *Magistratus creatus ad beneplacitum Principis sine iusta causa reuocari non potest.*

17 *Maritus videtur habere successionem commendæ vxoris, veluti ex titulo oneroso, & quare?*

18 *Dotem etiam si lucretur maritus soluto matrimonio, virtute statuti, videtur eam habere ex titulo oneroso.*

19 *Feudum regulariter in dotem dari non potest marito per vxorem, & quid si accedat consensus domini?*

20 *Commendæ vxoris titulus licèt expediatur in persona mariti, id vxoris nomine, & iure factum videtur.*

21 *Causa naturalis, & originalis cuiuslibet rei considerari debet.*

22 *Feudum non præsumitur alterari, nec de antiquo nouum fieri, nisi id expressè dicatur.*

23 *Feudum antiquum etiam si concedatur de nouo, non mutat naturam suam.*

24 *Commendam vxoris licet marito expediri lex iubeat, ius eius in vxoris capite perseuerat.*

25 *Filiis non debet expediri nouus titulus Commendarum, in quibus parentibus succedunt, & schedula, quæ id disposuit, & quare?*

26 *Argumentum de maiori ad minus negatiuè conceptum valet.*

27 *Vocatus primò magis dilectus præsumitur.*

28 *Equos duos legans, vnum hospitalariis, & alterum Prædicatoribus, quis debeat eligere?*

29 *Filiis primò vocatis, quod lex successionis denegat, non debet concedi vxoribus, quæ vocantur in eorum defectum.*

30 *Absurdus sensus legis admitti non debet.*

31 *Filia dotata eo ipso, quòd per statutum excluditur, stantibus filiis, neptis quoque excludi videtur.*

32 *Radice destructa, fructus ex ea proueniens destruitur.*

33 *Commendæ vxoris titulus nouus hodie non expeditur in persona mariti, & solùm est eius administrator.*

34 *Commendam vxoris in persona mariti continuari, & nouam non esse, declarauit quædam schedula Regia ann.1552. quæ refertur in alia ann.1564.*

35 *Commenda, quam maritus eligit, cum sua qualitate ad eum transit, vel apud eum manet, & schedula de hoc agens.*

36 *Lex successionis, quæ maritis dari, & conseruari iubet Commendas vxorum pro tempore voluntatis Regiæ, quo pacto accipienda sit?*

37 *Dictio* quandiu, donec, *vel* quovsque, *quid importent?*

38 *Relatum est in referente, & qualiter ex eo limitetur dispositio?*

39 *Mariti, extantibus nouioribus schedulis, non prætendunt nouam vitam in Commendis vxorum, quibus succedunt, & quid in Noua-Hispania?*

40 *Commendæ Nouæ Hispaniæ cur ad tertiam, & quartam vitam prorogatæ fuerint?*

41 *Maritus in successione commendæ vxoris suæ, an præferatur filiis ipsius, & eiusdem vxoris? & schedulæ de hoc agentes, & num. sequent.*

42 *Prorogatio semper fit cum omnibus suis qualitatibus.*

43 *Epistola Regia refertur, & expenditur, quæ approbat dissimulationem tertiæ vitæ in filio secundi matrimonij.*

44 *Filiorum vocatio, & successio in omni successione prior esse debet, & solet.*

45 *Epistola Regia an.1574. quæ maritorum dumtaxat meminit in successione commendarum vxorum, qualiter sit intelligenda?*

46 *Filij ex voluntatis, & pietatis coniectura semper intelliguntur vocati, & extraneis prælati.*

47 *Maritus, qui successit in commenda vxoris, si decedat, & habeat filium ex hac, & alium primogenitum ex alia, quis eorum ei in tali commenda succedat?*

48 *Ætatis priuilegium in feudis, & maioratibus regulariter prælationem inducit.*

49 *Patris de successione vbi agitur, ipsius tantùm persona attendenda videtur, non origo acquisitionis bonorum.*

50 *Mutatione personæ, rei quoque conditio, vel qualitas mutari videtur.*

51 *Pater tenetur reseruare filiis primi matrimonij quidquid ex bonis maternis, vel successione ipsorum acquisiuit, & reliqua lucra, quæ ei contemplatione talis matrimonij à lege, vel statuto deferuntur.*

52 *Mulier, quæ in commenda viri successit, copulari nequit alteri aliam commendam habenti, nisi vnam dimittat, & Sched. quæ id disponunt.*

53 *Commendarum plurium cumulatio prohibita est.*

54 *Cumulatio duorum maioratuum qualiter lege Regia inhibeatur.*

55 *Commendæ vnius admissio, alterius exclusionem inducit.*

56 *Incompatibilium vno admisso, alterum necessariò tollitur, vel excluditur.*

57 *Electio facta vnius maioratus ex duobus incompatibilibus, alterum ipso iure vacat, & in sequentem transfertur.*

58 *Electio, siue optio commendæ, cui datur inter duas, vel plures incompatibiles, intra quod tempus eam facere debeat? & schedulæ de hoc agentes.*

59 *Terminum præfigere ad faciendum optionem inter duas commendas incompatibiles necessarium fuit, & quare?*
L.1.D.de successſ.edict. *expenditur, & illustratur, ibidem.*

60 *Electione commendæ semel facta ab eo, qui optandi inter duas, vel plures facultatem habet, ampliùs variare non poterit.*
L.apud Aufidium, D.de optione legata, *& aliæ similes, explicantur, ibidem.*

61 *Eligendi, & optandi facultas consumitur in primo actu valido.*
Cap.si electio, de elect. lib.6. *expenditur, & illustratur,* ibidem.

62 *Expectatiuam si quis habens ad primum beneficium vacaturum aliquod optauerit, etiam si malè acceptet, consumit gratiam suam.*

63 *Mulier si non habeat commendam ex successione prioris viri, sed ex suis, aut parentum meritis, & alteri commendatario nubere velit, an debeat vna ex istis commendis relinqui, & lis super hoc agitata in causa D. Franciscæ Picarro.*

64 *Remunerationis causa, quæ conceduntur, pleniùs semper, & fauorabiliùs interpretari debent.*

65 *Lex successionis, qua parte iubet, vnam commendam optari, & alteram relinqui debere ab eo, qui ducit vxorem commendatariam, odiosa videtur.*

66 *Miserationis causa cessante, cessare quoque debet, quod eius ratione indulgetur.*

67 *Priuilegij, & fauoris causa, quæ conceduntur, faciliùs tolli solent, quàm quæ iure communi.*

68 *Lex successionis generaliter prohibet cumulationem*

tionem plurium commendarum quomodolibet acquisitarum.

69 *Ratio prohibendi pluralitatem commendarum, aquè militat in quolibet modo acquisitionis earum.*

70 *Ratio vbi est generalior, quàm dispositio, illam ampliat, & extendit, & aliquando iuxta dispositionem restringenda est, ne falsa, aut captiosa reddatur.*

L. si procurator 35. D. de acquir. rer. dom. *explicatur, ibidem.*

71 *Indebitum per errorem soluens, rei suæ dominium amittit, & ideò conditionem habet, non vindicationem.*

72 *D. D. Gabriel Enriquez Regius Senator, & Salmanticensis Primarius laudatur.*

QVæ in capite præcedenti disputauimus, eò
(vt apparet)in casu procedunt, quo mari-
tus Commendam vxoris, tanquam eius succes-
sor prætendit.Cæterùm alia quæstio est,† si eam
proprio iure ad se pertinere contendat,eò quòd
in ipsius capite Commendæ titulus expeditus
fuerit, vbi cum vidua Commendataria matri-
monium contraxit. Quod vt pleniùs percipia-
tur,† supponendum est, antiquiori illa Impera-
toria Prouisione an. 1536. quæ prior successio-
nis Commendarum priuilegium concessit, &
eius formam induxit,cautum inueniri,vt marito
cum tali vidua contrahenti, Commenda expe-
diatur, eaque interim gaudeat, quò Rex aliud
non disposuerit. Verba sunt hæc: *Y si el tal ca-
sado no tuviere hijo legitimo, y de legitimo matri-
monio nacido,encomendareis los dichos Indios à su
muger viuda,y si esta se casare,y su marido tuvie-
re otros Indios, darlebeis vno de los dichos repar-
timientos, qual quisiere. Y si no los tuviere,enco-
mendarlebeis los dichos Indios que assi la muger
viuda tuviere; la qual Encomienda de los dichos
Indios mandamos que tenga por el tiempo que nue-
stra merced y voluntad fuere, segun,y como hasta
aora los tienen,y hasta que Nos mandemos dar la
orden que conuenga para el bien de la tierra,y con-
seruacion de los naturales della, y sustentacion de
los Españoles pobladores de essa tierra,&c.*

3 Quorum verborum occasione † ille mos olim
inualuit, & hodie etiam multoties vsitatur, vt
maritis Commendæ vxoris titulus,quasi de no-
uo feudo expediatur, quòd aptiores ad illius
munera subeunda,quam fœminæ censeantur,vt
dixi *sup.c.20.n.*14.Et interdum contigit,vt vxo-
res ipsæ,non solum huic noui tituli expeditioni
consentiant, verum ius quoque omne,quod ad
Commendam habent,à se abdicent, & maritis,
siue maritorum fauore renuntient, vt sic Gu-
bernatores faciliùs ad talis tituli expeditionem
procedant, & pleniùs eisdem maritis consultum
4 sit.Quibus in casibus † mariti concedunt,quòd
etiam si vxores præmoriantur,& duæ vitæ fini-
tæ sint, pro quibus prior Commenda concessa
fuerat,adhuc ipsi,virtute sui tituli,pro aliis dua-
bus vitis frui possunt. Et super hoc plures lites
motas vidi,& audiui,inter quas illa nobilissima
fuit,& variantibus sententiis agitata,quam ann.
1563,cum Licentiato D.Gamboa,Fiscali Regio,
egit egregius Eques D. Didacus Caruaial super
Commenda Peruana de *Guadacheri*. Et quidam
Licentiatus Cuellar, cum Ioanne de Hinojosa,
quorum allegationes in facto, & in iure apud
me habeo.

Dicunt quippè mariti, quòd cùm dicta lex in
ipsorum capite nouum titulum expediri præci-
piat, nouum quoque feudum eisdem concedere
voluit,atque adeò ampliùs de vxoris iure curan-
dum non esse. Nam † noua forma inuestitu- 5
ræ mutat naturam feudi,vt voluit Bald.*in cap.* 1.
*§.insuper, vers. Quæro si vassallus, col.*4.*&* 5.*de
probib. feud. alien.* per Feder. *& in cap.* 1. *§. hoc
quoque de consuetud. rect.feud.* Alex. *in l.si mihi,*
& Titio, *col.*2. *de verb.oblig.* Ias. *cons.* 24. *col.*5.
*vol.*3. Matth.de Afflict. *decis.*112.*num.*5. *& de-
cis.*248.*num.*8. Quod maximè procedit † vxore 6
consentiente, vel Commendam refutante, cùm
tunc succedat communis D D. resolutio, quæ
habet, quòd † feudum domino perfectè aper- 7
tum,& deuolutum, si ab eodem eidem vassallo,
& multò magis si alij, de nouo concedatur, no-
vum feudum censeri debet, vt per Bald.*in l.*1.*q.*
15.*D.de rer.diuis.* Angel.*in l. quod dicitur, D.de
impens. in reb.dot.fact.* Bart. & Alex.*in l.si à me,
D.ad leg.*Falcid.Bald.*in cap.*1.*§.insuper, de prob.
feud.alien.*per Freder. Præpositus *in prælud.feud.
diuis.*6.*vers.Hic autem supponimus, & in cap.de
vassallo decrep ætat.*& latissimè Rosenth.*in tract.
de feud.c.*2.*q.*2.*n.*1.*& seqq.* & Nos *inf.cap.*27. *ex
num.*101. Imò & nondum apertum,si possessor
† consentiat, & nulli alij ex hoc præiudicium 8
generetur,vt dixi *sup.cap.*6.*n.*22.*& seq.*qui con-
sensus sufficit, vt per taciturnitatem possessoris
deducatur,vt concludit Bald. *in Auth. in succes-
sione,n.*6.*C.de suis,& legit.*vbi tenet,quòd si feu-
datarius patiatur alium in feudo suo inuestiri
per dominum, valet inuestitura in eum facta.Et
etiam si resultaret præiudicium, taciturnitas † 9
hæc vnius anni induceret consensum, & exclu-
sionem possessoris,*cap.*1.*§ si quis decesserit, vers.
Titius, in fine, si de feud. defunct.fuer. controuers.*
Felin.*in cap.quæ in Ecclesiarum,n.*123.*vers. His
tamen,*de constitut.Decius *cons.*395.*prope finem,*
Afflict. *in cap.*1.*n.*11.*quemad.feud.ad fil.* Quod
Ego expendere solitus sum contra vxores, quæ
consentiunt,vt marito fiat noua Commenda,&
posteà eo mortuo,vel filio,qui ei successit,talem
Commendam ad se pertinere pretendunt, me-
tum, vel læsionem allegantes. Nam in hoc au-
diri non debent, iuxta suprà relata, & alia,quæ
latè, & optimè congerit Tiraq *de retract.lignag.
§.*1.*gloss.*9.*ex num.*145.*ad* 155. Menoch. *de ar-
bitrariis, casu* 131.*ex num.* 9. Rosenth. *de feud.
cap.*4. *memb.* 2. *q.*77. *&* 78.. optimè Cacheran.
decis. 174. & Grammatic. *decis.* 103. *numer.*
34. *&* 38.

His adiicitur, † quòd in eiusmodi conces- 10
sione,nullum præiudicium ex parte Regis con-
siderari potest, tùm quòd ipse in dicta proui-
sione hanc nouam Commendam maritis fieri
iussit, vt constat ex illis verbis: *Encomendar-
lebeis los dichos Indios, que assi la muger viu-
da tuviere*; † volenti autem, neque fit dolus, 11
neque fraus, aut iniuria, *cap.scienti* 27. *de reg.
iur. libr.*6. *l.nemo, D. eod. tit. l. cùm donationis,
C. de transact. cum aliis quæ latè adducit* Car-
din. Tuschus *litter. D, conclus.* 589. & Cæsar
Bargal. *in tract. de dolo, lib.*6.*reg.*34. *numer.*13.
Tum etiam, † quia cùm has Commendas aliis
concedere soleat, parum quoad ipsum refer-
re videtur, quòd iste, vel alter eas possideat,
& potuit de re sua hac in parte etiam abuten-
do disponere. Quo argumento in simili vtitur
Bald. *in capit.* 1. *§.* 1. *qualiter feud. alien. poss.*

Ruinus *conf.* 120. *volum.* 1. Curtius Senior *conf.*50. *verf. Septimò iuftificatur*, & Ioann Crotus *in repet. l. re coniuncti*, *num.*185. *D. de legat.*3.

13 Deinde confiderari poteft, † quòd cùm in eadem prouifione adiiciatur, quòd his Commendis vxorum fruantur mariti, interim dum Rex aliud non difpofuerit, vt conftat ex illis verbis: *La qual Encomienda mandamos que tenga por el tiempo que nueftra merced y voluntad fuere*: videntur eis, vel in perpetuum dari, vel faltim fub ea duratione, quæ conuenit naturæ actus, de quo tractatur, nempè per alias duas vitas, iuxta legem, & normam fucceffionis. Quo-
14 niam vulgare, & regulare eft, † quamlibet gratiam, & priuilegium ad Principis beneplacitum conceffum, perpetuum cenferi, vt docet Bart. per tex. ibi *in l. Iurifperitos*, *D. de excufat. tut. & in l.* Thais, §.*fi fororem, de fideicomm. libert.* idem Bart.& Alex.*in l.de pupillo*,§.fi qui ipfi Prętori, *de noui operis nunt. oppofitione*, 4. *gloff.* in Clement. & fi principaliter, *verbo Electio*, *de*
15 *refcript.* Quod adeò verum eft, † vt & officiales per fimilia verba creari, perpetuis æquiparentur, vt docet *glof. in cap. fin. verb. Perpetuis, de refcript. in* 6. Bald. *in cap.*1. *de feud.* Guardiæ *in vfibus feud. idem in Auth.* omnes peregrini, *C. commun. de fucceff.* Ioann. Faber *in l.* 1.*C.de contrar.iud.& in l.*Præfides,*D.fi cert.* pet. Abb.*in cap.fin.col.*2.*de precario*,Guillerm.Bened. *in cap. Raynutius*, *verbo Duas habens filias*, *num.*36. Boërius *decif.*149. *n.*18. *& feq.* Pinel. *in Rub. de refcind.* 1.*par. cap.*2. *num.*20. Ioann. Gutier. 3.*pract. q.*11. *num.*3. *& feqq.* Burgos de Paz *conf.*21.*num.*3.*&* 5.Bobadilla *in Politica lib.* 1. *cap.*16. *num.*28.

Vnde eft, quòd illis verbis appofitis in con-
16 ceffione Principis, † talis difpofitio fine iufta caufa reuocari non poffit, vt per Bald. *in l.*2. *C. de feruit. & aqua*, *& in cap* 1. *de natura feudi, in vfibus feud.* Bobad. & alij locis fup. relatis, D. Valenç. *conf.*73. *n.*14. & latè Maftril. *de magiftr. lib.*1. *cap.*22. *num.*46. *& feqq.* vbi plures alios allegat, & adeò hoc verum effe probat, vt talia officia morte concedentis non expirent, de quo etiam vide Gutier. *d. q.*11. Cabedum *decif.* 20. *n.*4. Molin.*lib.*1. *de primog. cap.*25. *num.*5. Fab. de Anna *conf.*14.& Barbofa *in l. quia tale*, *n.*86.*D.folut. matr.*

17 Denique eandem partem iuuat, † quòd cùm ex pacto, & prouidentia dictæ legis, Commenda ac maritum tranfeat, & in eius capite feu perfona conftitui debeat, eo ipfo, quòd matrimonium contraxit, prætendi poteft eam ad ipfum, veluti ex titulo onerofo, pertinere etiam fi foluto matrimonio dotem lucretur, ex textu celebri, *iuncta gloff. ibi*, verbo *Dumtaxat*,*in l.fi*
18 *donaturus*, § 1. *D. de condict. caufa data*, † vbi probatur,quòd titulus dotis eft onerofus, etiam fi maritus foluto matrimonio lucretur dotem. Quod multum commendat Bart.& Bald.*in l. fi conftante,in princ.& in* §.1.*D.folut.matr.*idem Bartol. *in l. Mæuia*,§.1.*eod.tit.*idem Bald.in Auth. præterea, *C.vnde vir.& vxor.* Præpof. *in cap. fignificante, n.*6.*qui matrim.accuf.poff.*Decius *in l.in eo quod,n.* 5.*D.de reg.iur.*Iaf.*in* §.*item,fi quis, n.*30. *Inft. de action.*vbi pro ea allegat *text.expreffum in l.vnica*,§.*lucratiuas,verf.Si verò,vel focer,C.de impon. lucrat.defcript.lib.*10.Et licèt diffentiat Bald.Nouellus *in tract.de dote fpeciali* 37.& Cagnolus *in dict.l.in eo,num.*8. & alij relati à Boër. *decif.*185. 10.Nihilominus veriffimum eft, & communiter receptum, vt pluribus probat Barbofa *in l. fi ab hoftibus*,§.*fin.n.*72.*D.folut. matrim.* Couar. *in* 4. *part.*2.*cap.*8. §.6.*n.*12. & multi alij relati per Rolandum *in tract.de lucro dotis*,*q.*1.*& feqq.*Quibus adftipulatur, † quòd licèt feudum regulariter in dotem dari marito ab vxore non poffit, adiecto eo pacto,vt illam lucretur,vt tetigi *fuprà cap.*14. *n.*42.*& feqq.*& latè refoluit Curt.Iunior *de feud.* 4.*part.princip.reg.*1.*q.*4. Zafius *eodem tract.part.* 6.*pag.*54 *& part.*8.*pag.*118.Iul.Clar.*in* §.*feudum, q.*36.& Rofenth.*cap.*9.*concluf.*8.*per totam.* Hoc tamen fallit,vt ipfimet DD.aduertunt,fi ad id domini confenf.accedat,qui in noftro cafu ex difpofitione, & ordinatione dictæ legis iam adeffe videtur, atque adeò extante hac conceffione generali fpecialis alia neceffaria non eft,*argum.tex. in l.*1. *D.ad municip.l.*1.*C.de thefaur.lib.*10.cum traditis à Surd.*decif.*173.*num.*18.Gratiano *difcept.forenf. tom.*4.*cap.*617. *num.*23.

Sed his non obftantibus, contrarium omninò in propofita fpecie probare, & practicare debemus.Nam quamvis dicta lex iufferit,quòd marito Commenda fiat, † cùm tamen id contemplatione iuris vxoris factum fuerit, & tanquam legitimo vxoris,& bonorum ipfius adminiftratori, & quia congruentiùs(vt dixi)per mafculum,quam per fœminam Commendæ onera expediuntur, femper durare cenfetur ille refpectus iuris mulieris, † qui tanquàm originarius, & principalis attendendus eft,*l.qui habet*,*D.de tutel.l.quæritur*, vbi DD. *D. de ftatu hom. cum traditis ab Angel. in* §. *nouiffimè*, *Inft. de vfucap.* & Velafco *in axiom. iur. litt. C. num.*52. *&* 46. Nec eft credendum,quòd lex voluerit eiufdem Commendæ naturam alterare, vel nouum feudum in perfonam mariti conftituere: † hoc enim nunquàm præfumitur, nifi quando in inueftitura exprefsè cauetur, vt probat *text. in cap.*1. *de eo, qui finem fecit agnationi*, *& in cap.*1. *de vaffall. decrep. ætat. & in cap.*1. *an agnat.vel filius*: per quæ iura notant DD. ibidem, præcipuè Bald. Albarot. & Afflict. † quòd quando feudum eft antiquum, etiam fi concedatur de nouo, vel tanquàm nouum non mutat naturam fuam, & fequitur idem Bald. *in l.*1. *q.*15.*D.de rer.diuif.* Curtius Iunior *conf.*50. *verf. Septimò iuftificatur*, Iaf. *conf.*136. *volum.*4. Ioann. Crotus *in repet. l. re coniuncti*, *num.*185. *D. de legat.*3. Rolandus à Valle *conf.* 60. *num.*8. & plurima circa hunc articulum congerens Ambrofinus *decif.Perufina* 19.*par.*1.Gail. *lib.*2. *obferuat.*49.

Secundò facit, † quòd illa verba: *Encomendarleheis los dichos Indios*, cum fenfum habent, vt in vxore,etiam maritata, ius Commendæ duret, & continuetur, quod ex prioris viri fucceffione confequuta fuit quemadmodum & in filio, vel filia, qui patri fucceffit, in quibus eodem verbo eadem lex hanc continuationem expreffit. Et quoniam † eius occafione aliqui nouum feudum effe prætendebant,edita fuit fchedula dat. *Compluti vlt. Maij*, *ann.*1562. *tom.*2. *impreff. pag.*209. quæ id apertè negauit, iubens, vt deinceps noua Commenda in filiorum perfona non fieret, his verbis: *Y porque por las palabras de la lei de la fucceffion, en que fe dize, que auiendola fido hecha Encomienda, no fue nueftra intencion alterar lo difpuefto en la fucceffion de los Indios,en los quales el que conforme à ella ha*

de

de suceder, luego despues de muerto el tenedor, sucede en la possession, y señorio de los dichos Indios sin nueua Encomienda. Mandamos que si falleciere despues de auer sucedido, que aunque no se le aya hecho Encomienda de los dichos Indios, sea visto vacar.

Vndè cum valeat † argum. negatiuè conceptum, quod de maiori ad minus desumitur, *c. si ergo 8. q. 2. cap.* cum Paulus, & ibi *gloss. 32. q. 5.* cum innumeris, quæ congerit Euerard. in topicis *legal. loco 66.* Sanch. *de matr. lib. 6. disp. 1. n. 21.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 1. num. 11.* & Velasc. *in axiom. iur. litt. A, n. 464. & seqq.* Et filij in d. lege successionis vxoribus præferantur, † atque ita absque dubio magis delicti fuerint, *arg. text. in l. quoties, D. de vsufr. l.* Publius, *D. de condit. & demonst. cap. quorundam, de elect. in 6. cap. fin. de pact. eod. cap. in his, de priuileg. cum aliis*, quæ notant DD. *in l. Gallus, §. quidam rectè, D. de liber. & posth. & in cap. licèt, distinct. 16.* Abb. *in c. Nicolao, in prin. de appel.* Bartol. *in l. qui duos, D. de leg. 1.* quem refert, & sequitur Pechius *in reg. qui prior, de reg. iur. in 6.* vbi hinc infert, quòd † si quis habens duos equos, relinquat, vnum hospitalariis, alterum verò fratribus Prædicatoribus, datur electio hospitalariis, sola prima nominatione considerata. Et plurimos congerens Euerard. *in locis argum. loco ab ordine, n. 13.* Felinus *in Rub. de maior. & obed.* Ant. Gamma *decis. 1. num. 62.* Boër. *in tract. de auth. mag. Consil. n. 47. & 83.* & D. Valenç. *cons. 27. n. 127.* Benè consequitur, † quòd si in filiis, vel filiabus noua Commenda non est facienda, vel casu, quo fiat, non mutatur natura feudi paterni, nec durat, nisi pro sola vita filij, vel filiæ, quæ patri successit, idem absque dubio in vxoribus, quæ post filios vocantur, dicere, & practicare debemus; alioqui, si post mortem ipsarum, secundi mariti Commendas, tanquam nouas, & pro aliis duabus vitis acciperent, multò melioris conditionis essent, quam filij, quod proculdubio absurdum est, † atque adeò vitandum, & explodendum *l. scire oportet, §. aliud, D. de excusat. tut. l. nam absurdum, D. de bon. libert. cum innumeris aliis*, quæ de vi argumenti, *Ab absurdo*, congerit Euerard. *loco 8. & pluribus relatis* Aluarez de Velasco *in axiom. iur. litt. A, n. 300.*

Quibus addere licèt notabilem doctrinam Alberici *in 1. par. statutor. q. 9.* Cyni *in l. 1. C. quæ sit longa consuetud.* & Paul. Castrens. *in l. si verò, §. de viro, D. solut. matr. dum tradunt*, quòd † si per statutum prohibetur, vt filia dotata non succedat stantibus filiis; nec neptis, quæ eius locum obtinet, succedere poterit, quia non debet esse melioris conditionis, quàm mater, quæ primò vocatur. † Et quia radice corrupta, corrupta etiam censeri successio debet. De quo pluribus agit Fusarius *de subst. q. 404.* & alij quos retuli *sup. c. 19. n. 5. & seqq.*

Et ita † iam hodie ab aliquibus cautis Proregibus, & Gubernatoribus non datur nouus titulus Commendæ vxoris, marito, qui eam ducit, sed iure ordinario illam exercet, & administrat pro tempore, quo matrimonium durat, sicut alia bona dotalia, *l. in rebus, C. de iur. dot. cum similibus*, vt ita ansa tollatur dictas lites mouendi, & vt dispositum in filiis, in maritis etiam (vt diximus) per argumentum à fortiori seruetur.

Tertiò facit, quòd etiam si concederemus dictam Prouisionem an. 1536. aliquam dubitationem hac in parte recipere, † posteà tamen edita 34
fuit alia eius declaratoria, ann. 1552. quæ habetur *2. tom. pag. 203.* cuius sæpe meminimus, & hæc expressè constituit, quòd etiam si titulus nouæ Commendæ in eo, qui ad successionem vocatur expeditus fuerit, adhuc tempus durationis eiusdem Commendæ vltra duas vitas nõ protrahatur, & prima vita in eo, cui succeditur, numeretur, vel consumatur. Verba sunt hæc: *De tal manera, que despues de la vida del primer tenedor de los Indios, no ha de auer mas de vna sucession en hijo, ò hija, ò muger, y no mas, desuerte, que si alguna vez algun hijo, ò hija sucediere en los Indios, y se le hiziere Encomienda de ellos, si aquel, ò aquella muriere, ò los dexare, ò por algun caso los perdiere, han de tornan los dichos Indios à nuestra Corona Real luego, y no se han de tornar à encomendar à otro hijo, ni hija del dicho primer tenedor de los dichos Indios, ni à su muger, &c.*

Et magis expressè, & in eisdem terminis quæstionis, de qua loquimur, idem deciditur, & declaratur in alia schedula, quæ vocatur, *del Escorial, 17. Maij ann. 1564. d. 2. tom. pag. 205.* Nam cùm Limana Cancellaria dubitasset, an Commenda, quæ per legem successionis fieri iubetur marito secundo, de Indis, quos eius vxor per successionem prioris viri acquisiuit, per mortem vxoris expiraret, vel adhuc, ea mortua, pro mariti vita continuanda esset? responsum fuit, vxoris morte cessare, his verbis: *Declaramos, en lo que toca à la primera duda, que muerta la muger, la Encomienda de Indios quede vaca, no obstante que el titulo se aya hecho al marido segundo.*

Et hoc adeò verum, & planum reputatum fuit, vt in quadam epistola ad proregem Peruanum Dom. D. Franciscum à Toleto directa, *ann. 1573. eod. tom. pag. 207.* caueatur, quòd etiam † si 35
secundus maritus aliam Commendam pro duabus vitis sibi concessam, & duraturam haberet, & hanc relinqueret, vt Commendam pinguiorem viduæ, quæ ei nupsit, consequeretur, hæc Commenda suam naturam antiquam retineat, atque adeò vxoris morte finiatur. Et addit de hoc dubitari non debuisse: *En esto no ai que tener duda, sino que el repartimiento que escogiere, ha de ser con su calidad, que si no tuuiere mas de vna vida, se acabe en aquella, y si el repartimiento es de su muger, con la vida della se acaba.*

Quartò, & vltimò facit, † quòd illa verba 36
Prouisionis ann. 1536. *La qual Encomienda mandamos, que tenga por el tiempo que nuestra merced y voluntad fuere*, non eo animo fuerunt adiecta, vt perpetuitatem inducerent, sed isto potiùs, vt ostenderetur easdem Commendas, sic datas, ad libitum Regis reuocabiles esse præsertim si alia forma in earum continuatione, vel extinctione daretur, vt denotant verba, quæ sequuntur ibi: *Hasta que Nos mandemos dar la orden que conuenga, &c.* & sic cessat argumentum, quod in contrarium adductum fuit, de officiis concessis ad beneplacitum Principis ex lege Iurisperitos, & similibus. Nam † dictæ clausulæ reuocationis potius libertatem, quàm impedimentum præ se ferunt, & conditionem quandam inducunt, extinctiuam, vel resolutiuam præcedentis dispositionis, in casum futuri euentus, qui in ea resignatur, vt notat Bartol.

tol. *in Rub. D. de condit. & demonstr. numer.* 15. agens de vi, & natura aduerbiorum, *quandiu, donec, vel quousque*, quibus respondet illud nostrum Hispanum, *hasta que*, & repetit *in l. Titius, D. de excusat. tutor. & in l. ambiguitates, C. de vsufruct.* Bald. *in l. 1. C. de leg.* Cardinal. *in Clement. 2. §. 1. de ætate & qualitate*, vbi quòd interdum sunt temporis limitatiuæ, Aretin. *in l. quod meo, D. de acquir. possess. & in l. si quis posthumos, §. si filium, D. de libr. & posth. & plures alij*, quos refert Tuschus *lit. D. conclus.* 271. & 360. August. Barbosa *de dictionibus in eisdem verbis*, & Leander Galganet. *de condit. & demonstr. 2. part. cap. 1. quæst. 5.* Et ita cùm per posteriores schedulas suprà citatas, Princeps, qui potuit has Commendas in totum tollere, eas limitauerit, vel vt propriùs loquar declarauerit, vt pro vita dumtaxat vxoris durarent, eis standum est, quemadmodum si in ipsa illa prima prouisione ann. 1536. insertæ

38 essent. Nam † relatum est in referente, & secundum illud debet limitari dispositio, quæ se ad illud refert, siue relatum sit iuris iam constituti, siue posteà constituendi, simul atque de eo constiterit, vt probat text. & DD. *in l. asse toto, D. de hæred. inst. l. si ita scripsero, D. de cond. & demonstr. l. si quis in aliquo, C. de edendo, l. 8. tit. 3. part. 6. cum multis aliis*, quæ post Bartol. & alios antiquiores, adducit Decius *cons.* 63. Ias. *in l. more, num. 29. D. de iurisd. omn. iud. nu. 29. & seqq.* Tiraquel. *post leg. connub. gloss. 7. numer.* 187. Brunorus à Sole *in locis commun. verb. Relatio 5. Medicis de regul.* 10. & Aluarez Velascus *in axiom. iur. litt. R, numer. 57. & sequentib.*

Ex quibus planè fundamentis, quæ simul contrariorum solutionem præstant, hanc opinionem certissimam puto, & hodie, extantibus prædictis

39 nouioribus schedulis, ita praxi recepta est, † vt nullus maritus sit, qui in Peruanis prouinciis vxoris Commendam, eius morte finitam, titulo noui feudi, vel successionis prætendere audeat. Et quamvis in Noua-Hispania contrarium practicetur, id ea ratione contingit, quòd ibidem tertia vita per dissimulationem, & quarta per prorogationem admissa est, vt dixi *suprà c. 16. n. 8.* Ad quarum vitarum gaudium mariti admittuntur, imò eorũ respectu concessæ fuisse viden-

40 tur, † & vt cessarent scandala, & quærimoniæ, quæ ex contrario oriri possent, vt refertur in quodam capite epistolæ an. 1561. scriptæ ad Proregem Mexicanum Dom. D. Ludou. à Velasco *2. to. pag.* 211. ibi: *Y que de auerse de guardar la dicha prouision y declaracion, no auiendo hijos, recibirian notable agrauio, y que toda la tierra haria gran sentimiento; y que assi conuenia no se hiziesse nouedad, y que la sucession passasse à la muger, no auiendo hijos del segundo tenedor, y al marido que està casado, que tenia la tal Encomienda, como se hecho hasta aqui.*

Et hoc adeò verum est, vt eximius vir Dom. Licentiatus Eugenius de Salazar, qui fuit Senator Mexicanus, & posteà Supremi Consilij Indiarum Consiliarius, in quadam allegatione, quam penes me habeo, defendere ausus fuerit,

27 † maritum in his vitis dissimulatis, vel prorogatis, præferri filiis ipsius, & prædefunctæ vxoris, ex cuius contemplatione, & successione Commendam habuerit. Motus eo, quòd dicta epistola, quæ de illis vitis agit, maritorum tantùm meminerit. Et potuit allegare aliam schedulam 3. *Iunij, ann.* 1574. *eod. tom. pag.* 211. directam ad Audientiam Mexicanam, quæ præsupponit, maritum filiis hoc in casu prælatum fuisse, & quòd in Noua-Hispania pro comperto habebatur: *Que los hijos del segundo marido no suceden en la Encomienda de los Indios del primero.* Et hæc schedula dubium non decidit, sed processum iuxta legem, quam vocant de Malinas, formari iubet, & ad Regium Consilium remitti.

Sed Ego contrarium semper consulerem, & practicarem. Nam si in priori successione secundæ vitæ, per legem concessæ, filij, & filiæ, & nepotes, ac neptes, vxores, & maritos excludunt, vt in eisdem deciditur, qua ratione fieri potest, vt in secunda, vel tertia successione, per dissimulationem, aut prorogationem admissa, idem non obseruetur, † cùm prorogatio semper 4
fiat cum omnibus suis qualitatibus, & lex extensa eandem naturam retineat in eo, ad quod extenditur, quam habebat anteà in aliis casibus, de quibus expresè loquebatur, *l. sed si manente, D. de precario, l. 1.* vbi DD. *D. de legat. 10. lex 1. & ibi gloss. C. de bon. quæ lib. l. non est nouum, D. de legibus, cum seqq. & dixi suprà cap. 19. numer. 22.*

Pro quo & illud facit, † quòd in alia episto- 4
la an. 1588. scripta ad Proregem Mexicanum *d. 2. to. pag.* 203. approbatur dissimulatio tertiæ vitæ in filio secundi matrimonij. Et cum hîc præcipuè de successione Commendæ agatur, quæ iam ad matrem propter priorem maritum pertinere cœperat, durum videtur filios eiusdem matris, & secundi mariti ab ea excludere, vel maritum ipsum illis anteferre. Cum † in omni suc- 4
cessione prior sit causa filiorum, quam maritorum, qui regulariter vxoribus non succedunt, *toto tit. C. vnde liber, & vnde vir, & vxor, § sui autem, Inst. de hæred. quæ ab intest. l. 1. & per tot. de suis, & legit. hæred. l.* Cornelia, *D. de vulgar. c. 1. vbi gloss. 18. q. 1. c.* Rainutius, vbi etiam *gloss. de testam. c. vlt. 17. q. 4.* vbi D. Augustin. dicit, non esse exhæredandum filium, vt Ecclesia instituatur, cum aliis, quæ latissimè congerit Marta *de success. legali, par. 4 q. 8. art. 5.* & Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsum.* 189.

Neque officit, quòd illa epistola Regia ann. 1574. quæ de his vitis prorogatis agit, maritorum tantùm, non autem filiorum meminerit. † 4
Nam ex pia, & æqua iuris coniectura, & ne in vxoris successione alienus, & extraneus hæres propriæ soboli anteponatur, subaudiendum est, maritos vocari, si vxor sine liberis decesserit, & non aliter, † vt aliàs deciditur *in l. cùm auus,* 4
D. de condit. & demonstr. l. cùm acutissimi, C. de fideicomm. l. 10. tit. 4 par. 6. & latissimè post alios prosequitur Ioseph. de Rusticis *in commentariis ad d. l. cùm auus* & Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs.* 89. & Crassus *in § fideicomm. q. 22. & seqq.*

Difficilior sanè quæstio est, † vtrum dato casu, quo maritus in Commenda vxoris succederet, si ex ea filium habeat, & alterum primogenitum ex alia, & his relictis decedat, quis eorum ipsi in quarta vita in Noua-Hispania succedere debeat? Et hic casus etiam contigit in Prouincia Peruana, in quodam marito, cui à Prorege noua inuestitura de feudo, seu Commenda vxoris facta fuerat, & à Rege illius confirmationem impetrauerat.

Nam

Nam pro primogenito ætatis priuilegium facit, † quod semper in feudis, & maioratibus, atque aliis plerisque rebus prælationem inducit, vt dixi *sup. cap.16. n.31.* Et multis probat D. Valençuela *cons.34 num.82.* Et quòd nunc de † patris successione agitur, ipsiúsque persona debeat attendi, nulla habita contemplatione vxoris, quæ maritum ad hanc successionem non admisit, sed lex ipsa, vel Princeps, quæ ei hoc beneficium sua prouidentia indulsit, vt etiam latè dixi *d.cap. 16. num.34. cum seqq.* & in simili, loquentes de lucro, quod marito obuenit beneficio legis, vel statuti ex bonis vxoris, Baldus *in l. fin. in fine, C. de bon. mater.* Rolandus *de lucro dotis, q. 8. num 4.* & Matienzus *in l.2. tit.9. lib.5. Recop. gloss. 3. num.1.* Vnde mutatione personæ, rei quoque conditio, siue qualitas mutari videtur, *l. Paulus,* aliàs incipit per procuratorem 90. *D. de acq. hæred. l. fin. in fine, C. de inoffic. testam. l.1. §. si is,* & ibi gloss. *D. de collation.* Greg. Lopez *in l.6. tit.11. part.6. gloss.4.* & Aluarez de Velasco *in axiom. iur. litt. M. num.117.*

Sed nihilominus in fauorem secundogeniti ex vxore Commendataria habiti, † in emergenti quæstione pronuntiauit Regia Argentina Cancellaria, cuius sententia à Supremo Senatu confirmata fuit, quia cùm hoc lucrum propter eius matrem ad maritum deuenerit, iustum visum fuit, vt ipsi illud post mortem patris reseruaretur, quemadmodum † accidit in bonis maternis, quorum vsufructu licèt pater, dum viuit, potiatur, tenetur tamen illa reseruare filiis prioris matrimonij, sicut & pleraque alia, quæ habuerit ab eisdem filiis ab intestato, vel ex donatione, vel ex testamento, iuxta tex. *in l. fœminæ, §. illud etiam C. de secund. nupt. l. mater, C. ad Tertyl. l.15. Tauri,* & ea, quæ latè, & optimè tradunt Goiller. Bened. *in cap. Rainutius verb. Et vxorem, ex n.80. ad 92.* Boërius *decis.185.* Ant. Gomez *in d. l.5.* Tellus Fernand. *in l.6. Tauri, n.17.* Couar. *in 4. 2. part. cap.3. §.9. n.7.* Matienz. *in l.3. tit. 1. lib.5. Recop. gloss. 2. n.15. 41. & 42.* Pinel. per text. ibi. *in l. fin. num.2. C. de bonis maternis,* Bursatus *cons. 12. num. 2. lib. 1.* Menoch. *cons. 237. n.11. li.3.* Grassus *in §. successio ab intestato, & 17.* & plures alij, quos refert D. Ioan. del Castillo *in tract. de vsufruct. cap. 2. n. 20. & seqq.* & Morquechus *de diuis. bonor. lib. 4. cap. 12.* & adhuc magis in nostris terminis Barbosa *in l. si ab hostibus §. fin. num. 72.* vbi contra alios docet, quòd si maritus lucretur partem dotis ex dispositione legis, vel statuti, tenetur eam partem reseruare filijs primi matrimonij, quia illud habet veluti ex bonis vxoris, & propter ipsum matrimonium, *l. 3. §.1. ad fin. D. de dote prælegat.* Decius *in l.1. n.18. C. de secund. nupt. & cons. 67. col. penult. ad fin.* gloss. *in l. si donaturus, §. fin. D. de condict. ob causam,* cuius meminimus *sup. num.18.*

Hæc autem, quæ hucusque de successione vxorum, & maritorum in Commendis diximus, eam limitationem recipiunt, † vt nequaquam possit mulier, quæ in Commenda prioris viri successit, alteri copulari, qui aliam Commendam habeat, nisi is vnam ex illis, quam maluerit, optet, & aliam relinquere paratus sit. Quod deciditur in d. Prouis. an.1536. ibi: *Y si esta se casare, y su segundo marido tuuiere otros Indios, darlebeis vno de los dichos repartimientos qual quisiere.* Et in eius declaratoria ann.1552. vbi inter alios casus, quos exprimit, in quibus filius primogenitus à successione Commendæ paternæ excludi solet, & illa ad secundogenitum transit, hunc exprimit, in illis verbis: *Si no pudiere, ò no quisiere heredar los Indios por entrar en alguna Religion, ò por tener otros Indios, ò por ser casado con muger que los tenga;* quæ verba repetuntur in alia epistola ann.1582. ad Mexicanam Audientiam directa, quæ extat *2. tom. pag.204. & in eod. tom. pag.207.* refertur aliud caput epistolæ ann.1573. scriptæ ad Peruanum Proregem, quod eandem electionem requirit, & disponit, vt licèt maritus propriam Commendam, quam relinquit, pro duabus vitis haberet, vbi tamen optauit Commendam vxoris, tanquàm pinguiorem, si hæc vnam tantùm vitam habeat, cum vxoris persona finiri, & cessare debeat.

Quæ prohibitio † originem, & rationem trahit ex alia, quæ plures Commendas in vna persona, vel familia cumulari prohibuit, ex rationibus, de quibus latè egi *supra hoc lib. cap.5. ex num.79.* Et est valdè similis alij prohibitioni † cumulationis duorum maioratuum per viam matrimonij, de qua etiam dixi *sup. cap.18. ex num. 23.* & in nostris terminis Commendarum pungit D. Valençuela *cons.83. num.80. & seqq.* vbi *num.32. & seqq.* benè † probat, ex admissione vnius Commendæ alterius exclusionem sequi, *cap. qualis 25. distinct. cap. nonnè, de præsumpt.* quia posito vno ex contrariis, † & incompatibilibus, necessarium est alterum tolli, *l. hæc verba illi, D. de verbor. signif. l. illud, D. de acquir. hæred. cap. de multa,* vbi DD. *de preb.* Aretin. *in l. quod meo, §. si furioso, n.15. D. de acquir. poss.* Cephalus *cons.193. num.10. vol.2.* Bellamera *cons.10. num. 54. & cons.29. n.24.* Petrus Benintendis *conclus. Rota Bononiens.72. num.1.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.5. tit.13. num.19.* Surdus *cons.230. n. 13. & in tract. de aliment. tit 9. q.43. num.4.* & D. Christophor. à Paz *in tract. de tenuta, 1 part. cap.34. ex num.38.* vbi loquitur de duobus maioratibus incompatibilibus, & probat electione † secundi, absque alia sententia declaratoria, vacare primum, & in sequentem in gradu legis ministerio transferri.

Intra quod autem tempus † hanc electionem facere debeat, ipse idem Paz *num.44.* arbitrarium putat, & necessarium non esse, vt annus, vel monitio procedat, de qua *in Auth. hoc amplius, C. de fideicomm.* qui benè respondit Padilla *in eiusdem lect. num.12.* Burg. de Paz *in proœmio l. Taur. num.15.* & Molina *lib.2. de maiorat. cap.14. ex num.13. ad 26.* Sed in nostro casu arbitrium excludere videtur schedula Regia data in oppido del Escorial ann.1564. cum meminimus *suprà cap.17. num.100.* quæ quindecim dies ad similem electionem concedit, & eam in nostris terminis ponderat Matienzus *in l.8. tit.7. lib. Recop. gloss.6. num.16,* & D. Valençuela *vbi sup. num.145.* quæ schedula necessaria quidem fuit † ad dilationes, & subterfugia tollenda, quibus multi in hac electione facienda fraudulenter vtebantur, & vt ita citiùs Commenda repudiata ad fiscum perueniret, vt vel eius lucro cederet, vel alij benemerito conferri posset, vt aliàs in simili dicitur *in l.1. D. de succes. edict.* ibi: *E re igitur Prætor putauit, præstituere tempus iis, quibus bonorum possessionem detulit, &c.* & ibi: *Qui semel noluit bonorum possessionem petere, perdidit ius eius, & si tempora largiantur, vbi enim noluit,*

noluit, iam cœpit ad alios pertinere bonorum possessio, aut fiscum inuitare. Et idem repetit *in §. quibus ex edicto, & in §. sanè,* Bartol. *in l. Gallus, §. ille casus, num. 3. D. de lib. & posthum. l. 1. C. de rep. vel abstin. hered. l. ei, qui se, D. de acq. hered. l. 1. C. si minor ab hered. se abstin. & §. sed sui, in fine, Instit. de hered. qualit.* & sunt videnda, quæ in simili de facultate eligendi alterutrum, & quovsque perduret debitori, theoricè, & eruditè tradit D. Martin. Larreategui, Senator meritissimus *in Regio Pintiano Conuentu lib. 5. select. disput. cap. 5. num. 57. & seqq.*

60 Electione † autem semel facta, maritum variare non posse, ex simili maioratuum constat in quibus ita doctè, & benè resoluit Paz *d. cap. 34. num. 50. & seqq.* & in eisdem nostris Commendis idem non minus eruditè probat D. Valençuela *d. cons. 85. num. 40. & n. 72. & seqq.* Pro quibus facit *l. apud Aufidium, D. de optione legata,* ibi: *Si is dixisset, quæ vellet, mutare voluntatem, eum non posse, vt alia sumeret, l. statu liberum 11. §. Stichum, D. de legat. 2.* ibi: *Cùm autem semel dixerit, virum dare velit, mutare sententiam non poterit, & ita, & Iuliano placuit.* Iuliani autem placitum extat *in l. huiusmodi, § Stichum, in fine, & in l. serui electione. D. de legat. 1.* circa quas, & alias de hoc articulo agentes, plenè scripsit D. Martinus Larreategui *vbi suprà, lib. 5. cap. 2. à num. 5. & cap. 3. à num. 1.* vbi rationem reddit.

61 Idémque cauetur † *in cap. si electio, de elect. lib. 6.* vbi eligendi, & optandi facultas consumitur in primo actu valido, quod & probat *l. filia mea, & lex hac conditio, D. de condit. & demonst.* & in optimo casu Hieron. Gonçalez *in reg. 8. Can-*
62 *cell. gloss. 8. n. 86.* vbi docet, quod si † is, qui habet expectatiuam ad primum beneficium vacaturum, malè acceptat, consumit gratiam suam, & ampliùs illa vti non potest, vt per gloss. Host. & Ioan. Andr. *in cap. cum in multis, de rescript. in 6.* Bellamer. *cons. 33. n. 14.* Puteum *decis. 268. num. 1. & per totam, lib. 1.* Paul. Æmil. *decis. 339. num. 3. par. 1.* Ioan. Bapt. Ferret. *cons. 16. num 7. & seq.* & Horat. Mandos. *in addit. ad Roman. cons. 329. litt. F.* & Cochier *in tract. de primariis precibus, pag. 69.*

Sed cùm dicta Prouisio ann. 1536. hanc electionem fieri iubeat, vbi mulier, quæ habet Commendam ex successione prioris viri, nubit alteri, qui alia Commenda ex sua persona potitur, meritò dubitatum fuit in causa Dom. D. Franciscæ Piçarro, filiæ illius inclyti Ducis, & Conquisitoris Regni Peruani, Marchionis D. Fran-
63 cisci Piçarro, an idem dicendum esset, † vbi mulier non ex eiusmodi successione, sed ex propriis suis, aut primogenitorum meritis, aliquam Commendam habet, & alteri Commendatario copulatur. Et Aduocati dictæ Dom. D. Franciscæ negabant ad hunc casum illius legis prouisionem ex-
64 tendi posse, nec debere. Tunc quia † remuneratio, quæ ob seruitia fit, debet semper esse libera, & pleniùs interpretari, ex traditis à Doctoribus *in l. fin. D. de constit. Princip.* Sarmiento *lib. 1. select. cap. 12.* & Cacheran. *cons. 19. num. 10.* & alij, quos refero *sup. c. præced.*
66 Cùm etiam, † quia cùm præceptum illud relinquendi vnam Commendam, sit odiosum, non debet extendi vltra casum, in quo loquitur; scilicet vbi vxor miserationis causa ad Commen-
67 dam prioris viri admissa fuit. Maximè cum † ratio huius miserationis deficere videatur, vbi alteri Commendatario iungitur, qui ipsam commodè sustentare, atque exhibere possit, argum. text. *in Auth. de non eligend. secund. nuben. §. nos igitur,* & eorum, quæ notat gloss. per text. ibi *in cap. fin. de iur. patron.* Bald. *in Authent. ex testamento, C. de secund. nuptiis,* cum aliis, quæ de cessatione priuilegij concessi ob paupertatem, vel miserationem, vbi facultates adauctæ sunt, docet text. & DD. *in l. non tantùm, §. eos qui, D. de excusat. tutor. l. cura, §. deficientium, D. de muner.* & honor. *l. his omnibus, §. auctis, D. de vacat. muner.* melior text. *in l. nec maritus, C. solut. matrim.* vbi exceptio ne quis conueniatur vltra quàm facere potest, non amplius ei prodest, qui fortunis auctus est, & *in cap. si pauperes, de præbend. lib. 6.* vbi si Papa mandauerit Episcopo, vt Clerico pauperi, nullum habenti beneficium, prouideat de beneficio, & interim ille Clericus adeptus fuerit beneficium, cessat illa prouisio, iunctis aliis, quæ latè conducit Tiraq. *in tract. de cessante causa, 1. par. num. 199. & seqq.* & nouissimus Aluar. de Velasco *in tract. de priuil. pauper. q 37. n. 8.* Quæ omnia cessare videntur, vbi Commenda vxoris proprio iure quæsita est, † cùm faciliùs tollatur illud, quod competit ex priuilegio, quàm quod iure communi, l. *eius, §. 1. D. de militari testament. l. si testamentum, C. de testam.* Decius *in l. in testamento, num. 11. C. de testam. milit. & in l. si postquam, num. 31. C. de pact.* Ripa *in l. Centurio, num. 25. de vulgar.* Alciat. *reg. 3. præsumpt. 36.* & plures alij, quos refert Tiraq. *de cessante causa, limitat. 11. num. 4.* Alphanus *collectan. 596.* & Mantua *in Enchirid. rerum singul. cap. 89.*

Cæterùm Ego, his non obstantibus, veriorem existimo contrariam sententiam, scilicet illam legem locum habere in Commenda quolibet modo ad mulierem viduam, vel cœlibem pertinentem. Nam † id comprehendit generalitas verborum sequentium schedularum, quas retuli *suprà num. 52.* quæ quidem non respiciunt modum, per quem vxor Commendam acquisierit; sed quolibet in casu, quo eam habeat, marito iniungunt necessitatem vnam eligendi, & alteram relinquendi, vt constat ex illis verbis: *O por ser casado con muger que los tenga;* & ex illis epistolæ ann. 1583. *Que casandose algun Encomendero, que tenga Indios con muger viuda, que los tenga, &c.*

Et quia ratio huius dispositionis non habuit respectum ad modum acquisitionis, sed ad legalem prohibitionem cumulationis plurium Commendarum, in vnam personam, de qua pluribus egi *sup. hoc lib. dict. cap. 5.* Hæc autem † ratio æqua lance militat, siue vxor ex successione prioris viri, siue ex propriis meritis Commenda potiatur, & sic succedit regula iuris, quæ habet, † quòd quando ratio est generalior, quàm dispositio, hæc per illam ampliatur, vel limitatur, quia ratio disponit de dicto, non dictum de ratione, & omne dictum à sua ratione regulatur, *l. cùm pater, §. dulcissimis, & l. vnum ex familia, §. fin. D. de leg. 2. l. si is qui animo, D. de acquir. possess.* latissimè Decian. *resp. 41. num. 118. lib. 1.* Ias. *in §. item Seruiana, Instit. de action. num. 18.* Fusar. *de substitut. q. 678. num. 5.* Surd. *cons. 67. num. 20. cum seq.* Farin. *decis. 10. num. 2. tom. 1. par. 1.* &

& Camill. Gallin. *de verbor. signif. lib.5. cap. 11. num.4. cum seq. & cap.13. per totum, & cap.14.& 15.* quemadmodum è contrario, multoties ratio alicuius dispositionis, quæ nimis generalis esse videtur, ad subiectæ materiæ terminos restringenda est, ne aliàs ius commune subuertat, *l. si de certa* 31. vbi latè DD. *C. de transaction.* melior text. *in l. si procurator* 35. *D. de acquir. rer. domin.* ibi: *Quia nemo errans rei sua dominium amittit*; quæ ratio circa terminos, de quibus ibi agit I. C. verissima est, si verò generaliter sumatur, falsa: nam, † qui indebitum per errorem soluit, errat, & tamen dominium rei suæ amittit, & ideò ei non datur reiuindicatio quæ dominio competit, sed cōdictio, quæ præsupponit aduersarium dominium esse, *l. dominus*, cum aliis, *D. de condict. indeb.* Cuius textus ponderationem olim penè puer Salmanticæ didici † ab eruditissimo, & perpetua mihi semper veneratione colendo Præceptore meo D. D. Gabriele Enriquez, eiusdem Academiæ Primario, & verè legum Coryphæo. Qui posteà in supremum Rei dominicæ Senatum adlectus, non sine magno Reipub. litterariæ damno, repentini morbi iniquitate raptus, occubuit, & bonis omnibus ingens sui, & suarum lucubrationum, quas præ manibus habebat, desiderium reliquit.

CAPVT XXIII.

De oneribus Commendarum, & præsertim de eo, quod in militari seruitio pro Regis, & Regni defensione consistit. Et de iuramento fidelitatis, quod ob hanc causam à Commendatariis exigitur, & quid noui inducat præ obligatione, qua anteà sicut vassalli cæteri tenebantur?

SVMMARIVM.

1 *Commendæ Indorum, quæ onera contineant? & quòd sint veluti donationes modales, & num.7.*

2 L. Aristo 18. in princip. D. de donat. *expenditur, & illustratur, & num. seq.*

3 *Donationes modales, siue negotiales, an sint contractus, vel donationis species?*

4 *Feudum, etsi contineat synallagma, gratia tamen præponderat, & ideò beneficium dici solet.*

5 L. 6. tit. 4. par. 5. *explicatur.*

6 *Feudum quare, & quatenus dicatur contractus, vltro citroque obligatorius?*

7 *Feudum etsi ab initio sit gratia, posteà transit in contractum, & mutuam obligationem, inter dominum, & vassallum.*

8 *Commendatariorum præcipuum munus est, Regi fidelitatem iurare, & pro eius, & Regni defensione militare.*

9 *Iuramentum, quod præstatur à commendatariis, quid contineat, & quando fieri debeat.*

10 *Commendarum in titulis, earum onera exprimenda sunt, & de schedula, quæ id probat.*

11 *Commendatarij tenentur non solùm præliari pro terræ defensione, & pacificatione, sed etiam se ad hoc exercere, & lustrari, & schedula de hoc agens.*

12 Alardes *militares quàm sint necessarij ante bellum, siue ad bella futura, ex Cassiod. & aliis.*

13 *Commendæ æquiparantur feudis in onere præstandi seruitium militare, & iuramentum fidelitatis.*

14 *Feuda de natura sua habent seruitium militare, & iuramentum fidelitatis, & hoc respectu feudum dicitur seruitus.*

15 *Vassallus ad fidelitatis, & seruitij militaris præstationem tenetur, etiam si de iis in feudi inuestitura mentio facta non sit.*

16 *Iuramenti fidelitatis, & seruitij feudalis formula, vbi extet, & qualis sit, & Auctores, qui de eo agunt, & an plus contineat quàm homagium, & etiam à fœminis, & minoribus præstandum sit?*

17 *Iuramentum fidelitatis, quod præstatur Romano Pontifici ab Episcopis, & aliis beneficiariis, quale sit?*

18 *Inuestitura in omni est necessarium iuramentum fidelitatis, & seruitij, & qui illud recusat, inuestiendus non est.*

19 *Feudatarij qua de causa dici soleant fideles?*

20 Hidalgos *dicimus Hispano vocabulo, quasi* Fidalgos, *à fidelitate, & de aliis etymologiis eiusdem vocis.*

21 *Homagium quid sit, & vnde dicatur, & quando ligium appelletur? & de variis homagij formulis.*

22 *Ligius est idem, quòd vassallus, qui beneficio alterius feudum tenet, & dicitur quasi ligatus, vel obligatus.*

23 L. 3. tit. 25. part. 4. *agens de etymologia verbi Hispani* Omenage, *explicatur, & illustratur.*

24 *Homagij, siue* Omenage, *apud Hispanos præstatio, & conceptio, an & quando habeat vim & naturam iuramenti.*

25 *Homagij præstatio in feudis, & commendis Indorum continet expressum iuramentum, & obligat tanquam tale.*

26 *Homagium etiam si solùm concipiatur sub fide, & verbo boni viri, obligat tanquàm iusiurandum, secundùm aliquos, & maximè inter nobiles.*

27 *Nobiles inter, quod promittitur, pro facto statim haberi debet.*

28 *Commendatarij Indorum in multis schedulis vocantur feudatarij, & alij, qui commendas non habent, domiciliarij, & quare?*

29 *Iosephi Acostæ verba de oneribus commendatariorum, seu feudatariorum Indicorum agentis, referuntur.*

30 *Iuramentum fidelitatis, an & quatenus ab omnibus subditis, Regibus vel dominis sit præstandum, ratione subiectionis, & iurisdictionis quam in eos habent.*

31 *Iuramentum fidelitatis præstare non tenetur, qui non habet domicilium in territorio Principis, quamvis ibi bona possideat; & quare?*

32 *Subditus propriè is est, qui domicilium habet in territorio alicuius domini, non qui bona tantùm.*

33 *Iuramentum fidelitatis sufficit, quòd in Regis inauguratione*

inauguratione fiat à Regni Proceribus, & Procuratoribus, & non solet fieri ab omnibus subditis.

34 *Domicilium, & incolatus, passiuam, inhabitantes in alicuius Principis territorio, tribuit iurisdictionem.*

35 *Subditi ratione subiectionis, & iurisdictionis, Regi omnimodam obedientiam debent, in licitis, & honestis.*

36 *Belli grauis occasione imminente, vassalli omnes Regi in eo seruire, & militare tenentur, ex debito vassallagij.*

37 *Necessitate, vel obligatione cogente, quod quis facit, præmium non meretur.*

38 *Ciuis pro Rege, & Regno debet se exponere periculo vitæ, sicut manus pro capite.*

39 *Patria debet nobis charior esse, quàm nos metipsi, ex Cicerone.*

40 *Subditorum salus ex Regis, & Regni incolumitate dependet.*

41 *Præpositum suum, qui non defendit, cùm posset, in pari causa factoris habetur.*

Cap. si Papa 40. distinction. *expenditur, & illustratur, ibidem.*

42 *Vassalli vbi ratione debiti vassallagij Regi deseruiunt, nullam remunerationem de rigore iuris petere possunt.*

43 *Nobiles magis tenentur ad defensionem Regis, & Regni.*

44 *Milites qualiter olim, & hodie iurarent, & iurent?*

45 *Nobiles ingruenti occasione belli defensiui, compelli possunt,* A salir à los alardes, *contra Otaloram.*

46 *Vassallorum feudatariorum, & aliorum, qui feuda non habent, magna est differentia, & quare?*

47 *Feudatarij vltra subiectionem communem, ratione feudi magis obligati videntur.*

48 *Vincula duo fortiora sunt vno.*

49 *Commendatarij, vt & feudatarij, propriis expensis ad iussum, & seruitium Regis militare debent. Et schedulæ de hoc agentes, & num seqq.*

50 *Obligatus ad aliquid faciendum, regulariter id propriis expensis facere debet.*

51 L. tam collatores, C. de re militari, lib. 11. l. suo victu, D. de op. libert. l. 2. & 5. tit. 26. par. 4. *exornantur.*

52 *Subditi non feudatarij in aliquibus tantum casibus cogi possunt Regi in bello seruire, qui referuntur.*

53 *Excusare se nemo potest, imminente necessitate propter guerram.*

54 *Bellis intestinis vrgentibus, etiam mulieres militare debent.*

L. 3. tit. 19. par. 2. *expenditur, & illustratur, ibidem.*

55 *Vassalli non feudatarij regulariter expensis Regis, non propriis, militare debent, etiam si Regi, & Regno bellum intersit.*

56 *Expensas, vbi sunt modicæ, subditus ad bellum pro Rege, & Regno accedens, sufferre debet.*

57 *Regis gaza, vbi non sufficit ad sumptus belli, subditi suis expensis debet ei inseruire.*

58 *Commendatarij, & alij feudatarij an solùm intra prouinciam ad seruitium militare teneantur, vel etiam extra prouinciam? & num seqq.*

59 *Vassallus obligatus iuuare dominum in aliquo Regno, vel loco, vltra illum, propriis expensis militare non cogitur.*

60 *Vassallus non solùm prouinciam, in qua feudum habet, sed alias eisdem vicinas, tam terrestribus, quàm naualibus expeditionibus defendere debet, & schedula, quæ id disponit.*

61 *Commendatarij sæpè in prouincia Peruana, & aliis vocati sunt ab bella hostium in terra, & in mari propulsanda, & referuntur exempla.*

62 *Feudatarius si ad seruitium militare indistinctè obligetur, debet illud præstare vbicunque Rex iusserit.*

63 *Rex vbi est cum exercitu, ibi est territorium eius.*

64 *Iudex sicut terram, ita & mare sui territorij debet purgare malis hominibus.*

65 *Mare de eius territorio reputatur, cuius & littora ei adiacentia.*

66 *D. Ioannes Ruiz de Laguna, Supremi Italiæ Senatus meritissimus Regens, citatur, & laudatur.*

67 *Vicinum quid esse dicatur apud Iurisconsultos?*

68 *Remotus non dicitur, qui ad aliquem locum, sine magna difficultate iter facere potest.*

69 *Aquarum beneficio, qui longum iter facere potest, pro remoto habendus non est.*

70 *Commendatarij arma, & equos habere, & alere, & ad militare seruitium semper prompti esse debent.*

71 *Vassalli feudatarij arma, & equos alienare, vel pignorare non possunt, & an hoc solùm procedat tempore belli.*

72 *Miles eques, alium pedestrem suis expensis ad bellum ferre debet.*

73 *Commendatarius, qui vocatus ad præstandum seruitium militare, quod debet, illud detractat, commenda priuari debet. Et schedulæ, quæ id disponunt.*

74 *Vassallus feudatarius, si vel prima vice neget seruitium militare, quod debet, feudo priuari potest.*

75 *Feudi, & emphyteusis differentia, quoad priuationem ob non solutum seruitium.*

76 L. 6. tit. 4. par. 5. *expenditur.*

77 *Subditi quilibet, etiam non feudatarij, si Regi eos ad bellum vocanti, non obediant, variis pœnis plectuntur.*

L. 11. & 16. tit. 13. par. 2. *expenduntur, & illustrantur, ibidem.*

78 *Mandatis Principum non obtemperantes sunt in præsumpto dolo.*

79 *Obedientia debetur Principibus omni iure.*

80 Cap. 2. de maior. & obed. *& loca libri Esdræ, expenduntur.*

81 *Princeps si aliquos ad libellum accingi, vel venire iubeat sub pœna indignationis suæ, quid importet hæc comminatio?*

82 *Casus litis motæ contra D. D. Federicum à Toleto, refertur.*

83 *Commendatarius, vel feudatarius, si ingruente bello velit commendam, vel feudum relinquere, vt ab eius onere excusetur, audiri non debet.*

84 *Commendæ, vel feudi reditus si non sufficiant ad sumptum militaris seruitij præstandum,*

dum, non est cogendus commendatarius, vel feudatarius suis expensis militare.

85 *Commendatarij Ordinum Militarium non tenentur sequi Regem ad bellum euntem proprius expensis, si reditus commendarum ad id non sufficiunt.*

86 *Paupertas excusat ab implemento oneris alicui iniuncto.*

87 *Vassallus seruire tantùm debet pro facultate commendæ, vel feudi, & vt illud non fiat inutile.*

88 *Seruitium militare in commendatarios, vel feudatarios cum debita proportione diuidi debet.*

89 *Commendatarij debent regulariter per se ipsos præstare seruitia militaria, & non per substitutum.*

90 *Feuda, & præcipuè quæ habentur à Rege, requirunt seruitium personale, etiam vbi conceduntur pro hæredibus, vel descendentibus, & quare?*

91 L. 1. & 8 tit. 4. lib. 6. Recop. *expenditur.*

92 *Feuda vbi conceduntur fœminis, impuberibus, senibus, Religiosis, vel aliis impeditis, possunt seruire in bello per substitutum.*

93 *Papa conferens alicui feudum, quem sciebat esse infantem, videtur cum eo dispensare.*

94 *Patri feudatario aliquam excusationem habenti, permitti potest, vt in bello seruiat per filium idoneum.*

95 *Filius est idem cum patre, vel caro aucta patris.*

96 *Commendatariis legitimè excusatis, non grauatè indulgendum est; vt seruitium militare præstent per alium æquè idoneum ad bellum.*

97 *Vassallus feudatarius implet obligationem seruitij militaris, si soluit dimidiam partem reditus feudi.*

98 *Regi incũbit cura, & leuamen suorum vassallorum, & vt seruitiis non incommodentur, & rei familiari deficiant.*

99 *Rex ex æquitate debet releuare vassallos, quibus videt graue detrimentum imminere.*

100 *Iuramentum fidelitatis an possit à commendatariis, & feudatariis fieri per substitutum, siue procuratorem? accuratè tractatur, & sub distinctione resoluitur.*

101 *Commendatariis absentibus, vel impeditis in Regno Peruano semper conceditur; vt iuramentum fidelitatis possint facere per procuratorem.*

102 *Commendæ Indorum, cùm præcipuè dentur propter seruitia militaria, videtur commendatarius ad hæc suas operas locare.*

103 *Commendatarius pro seruitio militari, quod præstat ex natura, & obligatione feudi, non potest de rigore iuris aliquam mercedem, vel nouam remunerationem petere, & num. seqq.*

104 *Officio contraria est merces.*

105 *Necessitas vbi est, nec damnatio, nec corona est.*

106 *Seruitia debita, & obsequialia non obligant dominum.*

107 *Præmium quis licitè, nec petere, nec accipere potest, pro eo, quod gratis facere debet.* L. fin. D. de condict. ob turp. caus. *& aliæ similes, expenduntur, & illustrantur, ibidem.*

108 *Officiales, & ministri præmium accipientes pro executione officij, quod gratis administrare debent, turpiter faciunt.*

109 *Debitori doloso si aliquid dederim, vt aliquid soluat, possum id repetere.*

110 *Merita præcedentia vbi non præstant ius agendi, non debetur de rigore remuneratio, ex Pinelo.*

111 *Subditi ob seruitia, quæ tanquàm tales Regi facere debent, non obligant præcisè eum ad remunerationum, secundùm Pinel. & alios.*

112 *Commendatarij Peruani notantur, qui ob quamlibet bellicam expeditionem, cui intersunt, nouas remunerationes prætendunt.*

113 *Rex etsi præcise non teneatur ad remunerandos ministros, & officiales, qui ei seruiunt cum salario consueto, semper tamen id ex benignitate, & dignitate Regia facere solet, & debet.*

114 *Commendatarij an ex sola consequutione commendæ nobiles efficiantur.*

115 *Domini vassallorum, an & quando ob hoc ipsum nobiles iudicari debeant?*

116 *Commendatariis solet dari sedes nobilium, & vt pro debitis ciuilibus non incarcerentur.*

SVpra hoc libro, cap. 2. Commendæ diffinitionem adducens, & explicans, breuiter
commemoraui † onera, quæ illi solent iniungi, 1
& *n. 42. & seqq.* probaui, hac de causa donationi modali comparari posse, cùm non contineat meram, & absolutam liberalitatem, sed istorum onerum consideratione habita, mixtum negotium
cum donatione habere videatur, † vt aliàs inquit 2
I. C. *in l. 1. §. dat aliquis, & in l. Aristo 18. in princ. D. de donat.* cum similibus, quæ adducit D. Franc. Sarmient. *lib. 3. select. cap. 3. num. 6.* & Ant. Pichard. *in Rub. Inst. de donat. num. fin.*
Vbi hinc deducunt † eiusmodi modales, siue 3
negotiales, donationes, contractus appellatio proprius mereri, & in illum transire, vt in simili inquit elegans text. *in l. ea quæ 57. D. de donat. inter,* ibi: *Quoniam ex donatione in pecuniam creditam conuersa est.* Et *in l. Lucius 24. D. depositi,* ibi: *Egreditur ea res depositi notissimos terminos.* Quamvis Ego verius existimem cum Accurs. & aliis, communiter in eadem Rub. speciem quandam donationis continere, vbi liberalitas negotij onera excedit, & superat; secus autem vbi non plus datum fuerit, quàm negotium gerendum valere poterat, iuxta text. sic intelligendum, *in d. l. Aristo, & in l. quæ statu liberi 8. l. hoc iure 19. §. Labeo, & §. sed & hæ, D. de donat.* Et ea quæ egregiè notant Duaren. *in paratit. ad eund. tit. cap. 5.* & Hottoman. *in disput. de donat. pag. 65. & 71.*

Et in nostris † feudorum terminis Rosenthal. 4
in tract. de feudis, cap. 1. q. 2. num. 7. & cap. 6. quæst. 74. num. 4. & cap. 9. q. 50. num. 12. vbi rectè concludit, quòd quamvis certum sit, ex feudo vassallum domino arctissimè ad belli, ac pacis seruitia obligari, atque his inspectis synalagma contrahi videri. Cum tamen soleat res in feudum data (atque adeò gratia, & beneficium) oneribus,

ribus , & seruitiis (vt plurimum) prępondera-
re, non immeritò à potiore, ac potentiore , ac ab
eo , quod plerumque fieri solet , denominatio-
nem sumit : sicut donatio sub certis pactis, mo-
dis , ac conditionibus facta, nomen donationis, vt
generis , nihilominus retinet , *d. l. 1. D. de donat. l. legem , C. eod. l. 1. C. de donat. quæ sub modò, l. si donationis , C. de contrah. empt.* Id quod
Vuesemb. etiam concedit *in tract. feud. cap.* &
nouissimè Alberic. Gentilis *in tract. de donat. cap.* 1. Martin. Mager. *de aduocat. armat. cap. 4. num.* 251. *pag.* 697. vbi quòd vassallus plus commodi
percipit ex feudo , quàm ex obligatione sentit in-
commodi. Et apud Nos egregiè † probat celebris
5 tex. *in l. 6. tit. 4. par. 6.* Vbi postquàm apposuit
quædam exempla valdè similia nostrarum Com-
mendarum , subiungit : *E qualquier donacion de
las que son dichas en esta lei , se dizen en Latin
sub modo.*

Et iuxta hæc intelligenda sunt, quæ tradit Iser-
nia *in cap. 1. num. 20. ex quibus caus. feud. amitt.*
6 † docens , feudum esse contractum vltro , citro-
que obligatorium, & vtriusque partis gratia ini-
tum, quia à domino feudi præstantur bona fruen-
da , à feudatario autem præstatur fidelitas , & ser-
uitium. Quod etiam sequitur, & latè exornat
Matth. de Afflictis *in cap. 1. de nat. feud. col. pen.* post gloss. ibi , & Bartol. *in l. iuris gentium, §. quinimò , num. 19. D. de pact.* Bald. & Angel.
in l. legitima , n. 2. D. eod. idem Bald. *in cap. 1. num. 2. de probat.* Abb. *in cap. quæ in Ecclesia-
rum , num. 15. de constitut.* vbi Decius *num. 26.*
Ias. *cons. 177. num. 2. lib. 1.* & innumeri alij apud
Rosenthal. *d. cap. 1. q. 2.* Petra *de potest. Prin-
cip. cap. 32. q. 3. num. 110.* Vbi † quòd feudum
7 rectum , licèt ab initio sit gratia , ex postfacto
transit in contractum , Magerus *vbi suprà cap. 20r n. 148.* vbi quod inter dominum , & vassal-
lum est mutua obligatio , Matienzus *in l. 6. gloss. 2. num. 9. tit. 10. lib. 5. Recop.* vbi *num. 12.* hæc
rectè ad Commendas Indorum , de quibus tra-
ctamus , deducit , & earum onera , atque obli-
gationes recenset. Quod etiam elegantiùs præsti-
tit Iosephus Acosta *de procur. Ind. salut. lib. 3. cap. 10. & 11.* noster D. Franc. Alfarus *in erudito tract. de offic. fiscal. gloss. 6. & 7.* & Anton. de Leon *in tract. de confirmat. Regiis, 1. part. cap. 10. num. 38. fol. 59.*

8 Eorumque primum , & præcipuum est , † vt
Commendatarius , qui à Rege Commendam ac-
cipit , eidem fidelitatem , & iuge obsequium in
omnibus promittat, & iuret , & pro eo , & Re-
gni defensione , ac præsertim prouinciæ , in qua
Commendæ beneficio donatus fuerit , se aduersus
omnes homines de mundo militaturum pollicea-
tur , præstoque cum equis, & primis adfuturum,
9 quotiescunque ad id vocari contigerit. Quod † iu-
ramentum ante quàm Commendæ possessionem
apprehendat , præstare compellitur, & de eo fit pe-
culiaris mentio in plurimis schedulis Regiis , quæ
reperiuntur *in 2. tom. impressarum ex pag. 28.* in-
ter quas est illa anni 1575. ad Peruanum Prore-
gem Dom. D. Franc. à Toleto directa , quæ
10 eius factum probat, & laudat , † quòd in ipsis
Commendarum titulis hæc , & alia earum onera
expresserit.

Et in ordinationibus Mexicanis congestis cu-
ra , & diligentia Licentiati de Puga fol. 79. extat
altera epistola anni 1532. scripta ad Audientiam
11 Mexicanam , † quæ ostendit , Commendatariis
hanc prouinciæ defensionem in tumultibus , &
seditionibus incumbere , & compelli posse , vt se
militaribus lustrationibus , vulgò *Alardes* exhi-
beant , & exerceant, vt sic belli tempore ingruen-
te , aptiores existant : de quo etiam agit alia epi-
stola ann. 1552. cuius etiam infrà mentionem fa-
ciemus , ibi : Y *para ello es bien hagais alardes,
como el que escribis , que agora hizistes hazer, en
los tiempos que os pareciere.* Nam Cassiodoro teste
lib. 1. epist. 40. † *Ars bellandi , si non præludi-* 1
*tur , cùm necessaria fuerit , non habetur. Discat
miles y notio , quod proficere possit in bello , ani-
mos subitò ad arma non erigunt , nisi qui se ad
ipsa idoneos , præmissa exercitatione , confi-
dunt.*

Ad quod etiam conducit text. *in l. fin. §. fin. D. de milit. testam. l. 2. D. de his , qui notan. in-
fam. l. milites ,* vbi Ioann. de Platea, *C. de re mi-
litar. lib. 12. l. si quis ,* vbi gloss. fin. *eod. lib.* &
plurima alia , quæ ex Tullio , Polybio , Vegetio
Onosandro, & aliis , tradit Bellinus *in tract. de re
milit. 1. par. tit. 2. in fin.* Bobadilla *in Polit. lib. 4. cap. 1. num. 5. & seqq. & num. 31.* Paris de Puteo *in
tract. de re milit. in princip.* Cæpola *in tract. de
Imp. milit. deligen. num. 19 & 20.* Redin. *de maiest.
Princip verb. Non solùm armis , num. 53. & 141. & verb. Maiestatem, num. 77.* Petrus Caball. *var.
resolut. cap. 294. num. 1. & 2.* Ayala *de iure, & off.
belli lib. 3. cap. 1.* Adam Contzen *lib. 10. Polit. cap. 24.* & Carolus Scribanus *in Polit. Christ. 2. par. pag. 355.*

Et in † hoc onere iurandi fidelitatem , & mi-
litaris seruitij domino præstandi , assimilatur
(æquè ac in pluribus aliis) nostræ Commendæ
feudis rectis , quibus aliæ nationes vtuntur , de
quorum † natura est eiusmodi fidelitatis obliga-
tio , & quòd vassallus personaliter seruiat domi-
no , vnde & feudum quadam seruitus dicitur , vt
latè , & eleganter pluribus aliis adductis , probat
Menoch. *cons. 187. num. 74 & cons. 191. num. 22.*
Rosenthal. *d. tract. de feud. cap. 6. concl. 85.* &
Zasius *eod. tract. part. 7. pag. 65. & seqq.* vbi agit
de pluribus , ad quæ feudatarius tenetur , & an
æquipatetur liberto. Idem Rosenth. *cap. 8. concl. 4. num. 6.* † Vbi hoc adeò verum esse dicit , vt
procedat , tametsi in concessione , siue inuestitu-
ra feudi , nulla seruitiorum mentio facta fuerit,
nam nihilominus vassallus, & ipsius in feudo suc-
cessores, ea exhibere tenentur. Quod etiam pro-
bant Præposit. & Martin. Laudens. *n. 13. in c. 1. § vlt. ex quib. caus. feud. amitt.* Alex. *cons. 30. n. 19. lib. 1.* Petrus Heigius *part. 1. q. 18. n. 15.* & Schrader.
par. 6. cap. 6. num 3. & nouissimè Antonius Borri-
nius *in tract. de seruitiis vassallorum, siue caualca-
ta, 2. part. cap. 2. § 2.*

Extatque † huius iuramemti , atque obsequij
formula *in cap. 1. de forma fidelit. cap. 2. de con-
suetud. rect. feud. cap. 1. in princip. si de inuestit.
inter dom. & vassall. cap. 1. de noua forma fidelit. & in cap. 1. §. fin. in quibus causis feud. amitt.*
in vsibus feudorum , *& in cap de forma 22. quæst. 5.* quibus de iure nostro Regio conuenit text. *in l. 4. & 5. tit. 26. part. 4.* & plura alia , quæ cum
communi feudistarum schola congerit Andr. de
Isernia *in cap. 1. §. item qui domino , quæ sit pri-
ma causa beneficij amitt.* Matth. de Afflict. *in
cap. 1. num. 19. qualiter iurare debeat vassall. dom.
fidelit.* Zasius *vbi suprà 7. part. pag. 71. & 75*
Capicius *in inuestitura feudali, cap feudorum iu-
ramenta,* Schrader. *de feudis part. 6. cap. 4. num. 2. &
seqq.*

qq. Vulteius *eod. tract. cap. 6. num.* 7. & eleganter *cap.7.num.*40. *libr.*1.Peregrinus *conf.*22. *libr.*1. *& conf.*14 *libr.* 5. vbi resoluit, etiam fœminas, vbi ad feuda admittuntur, fidelitatem iurare debere, Fontanella *de pactis nuptialibus, claus.* 4. *gloss.* 10. *part.*.... *num.* 11. *& seqq.* vbi tractat, qui teneantur præstare hoc iuramentum, & an plus contineat, quàm homagium, & cuilibet nouo successori præstandum sit, Rosenthal. *cap.*10. *conclus.* 17. & alibi passim, decisio Auenionens. omninò videnda, 157. per tot. Iul. Clarus §.*feudum*, *q.*21.*&* 27. vbi quòd vassallus huius iuramenti ratione tenetur dominum iuuare, defendere contra se, & contra fratrem, & patrem, D.Valençuela *conf.*32.*num.fin.* vbi agit, qualiter Barones teneantur dominum defendere in Regno Neapolitano, Perez de Lara *in compend. vitæ homin. capit.*28. *numer.*116. vbi quòd minor, quamvis hoc iuramentum non præstet, feudo non priuatur, & nouissimè, & plenissimè Martin.Magerus *in tract. de aduocatia armata, cap.*9. *num.* 153. 189.190. *& seqq.* vbi agit de triplici forma huius iuramenti, & quòd sit de natura feudi, & omninò, & regulariter in eis præstandum, & allegat Thomam Maullium, qui peculiarem tractatum de homagio conscripsit, Ieremiam Setser *in tractat. de iurament.* & Hunium, qui peculiarem tractatum de iuramento fidelitatis scripsit, & est videndus Ioann. Neuizanus *conf.* 11. *per totum,* vbi de eodem homagio plenissimè tractat, & quòd eius consueta forma innouari non debeat.

Estque eis simile, † quod legimus de iuramento fidelitatis, & obedientiæ Romani Pontificis, quod vltra fidei professionem Episcopi, & beneficiarij emittere iubentur *in cap. Ego N. de iur. iur. cap. cùm Clerici, de verb. signif. cap.antiqua, de priuileg.cap.*1. §.*verum*, *de statu regul. lib.* 6. *& in cap. quamquam* 23. *dist.* cum aliis, quæ infrà *libr.*3. *cap.*6. plena manu congerimus.

Et ad hoc respiciens text. *in cap.* 1. §. *nulla, in fine*, per quos fiat inuestitura, inquit, † in omni inuestitura hoc iuramentum necessarium esse, ita vt si id præstare vassallus recuset, nulla ei omninò inuestitura facienda sit, vt ibidem obseruat, & prosequitur Martin.Laudens.*nu.*7. Modestin. Pastor. *conf.*8.*num.*5. *& seq.vol.*2. vsque adeò, vt superior etiam inferiori, à quo feudum habet, & vniuersitas priuato iurare cogantur, vt per Schrader. *de feud.par.*6. *cap.*4. *num.*9.*&* 10. & Ierem. Setser.*in tract.de iuram. libr.*1.*cap.*2. *numer.*6. additio ad Zasium *in l.* 2. *D.de orig.iur.* & Gaill. *de arest. Imper. cap.*7. *numer.* 13.

Eaque de causa † feudatarij, qui & vassalli solent dici, Latinè Fideles sæpè vocantur, & quia vicissim, accepto feudo, in patroni fide, & clientela recipiebantur, *cap.* 1. §. *quia, cum seq. de his qui feud. dar. poss. cap. vnico, de controuers. inter dom. & fidelem*, cum aliis, quæ adducit Hottoman. *de verb. feudalibus verb. Fidelis*, & Prateius, & Kalin. *lexic. iur. eod. verb.*

Quod meritò ansam dedit eruditissimo D. D.Fr.Prudentio de Sandoual in Chronic. Imper. & Regis Hispaniæ Alphons. VIII pag. vt putaret, apud nos † viros nobiles Fidalgos vocari, eò quòd hi Regibus speciale iuramentum fidelitatis præstare solerent, quam etymologiam Ego semper sequutus sum, licèt alij à verb. *Italico*, alij *à filio Gothi*, deducant, & alij aliter opinentur, & nostra lex *partitæ* 2. *tit.* 21. *par.* 2. *à fijo de al*, hoc est, *hijo de bien*, fidalgum dictum ostendat, de quo pluribus agit Humada *in addit. ad eand. leg. gloss.* 8. *fol.* 169. Couar. *lib.*4. *var.cap.*1.*num.*11. Otalora *de nobilit.* 2.*part. cap.*3. *numer.*5. Sarmient. *lib.*1. *select. cap.*15. *num.*1. Baëza *de inope debit.cap.*16.*n.*113. D.Sebast.Couar.*in thesaur. ling. Castell.verb.Hidalgo*, Bernard. Aldrete *de orig. eiusd. ling. lib.*2. *cap.*2. Ioan.Gutierr. *libr.*3.*pract.q.*13. *numer.*60. Bobadilla *in Politica lib.*1.*cap.*4 *num.*1. Ioan. Garcia *de nobilit. gloss.* 18. *num.* 16. Fr. Ioan. à Ponte *in Monarch. libr.*4. *capit.*5. §. 3 Roman. 2. *part. Rerumpublic. libr.* 4. *cap.* 11. Guardiola *de nobilitate*, *cap.*27. Parlador. *different.*145.*numer.*3. Moreno de Vargas *in tract. de nobilit.discurs.* 4. *num.* 9. *fol.*22. *&* 23. & meliùs cæteris Gomez de Amescua *in tract. de potest. in se ipsum*, *libr.*2. *cap.* 23. *num.* 23. *cum seqq.* & alij apud Cened. *in collect.* 15. *ad Decretal. num.* 7. *pag.*123.

Quod iuramentum sæpè etiam Canonico, & feudorum iure † *Homagium*, siue *Hominium* 21 appellari solet, quasi quis, eo præstito, se hominem alterius faciat, in accept. beneficij recognitionem. Et vbi Regi, & pro seruitio militari præstatur, & aduersus omnes homines de mundo, vt in nostris Commendis contigit, dicitur *Homagium ligium*, seu *legium*, vt communiter DD. opinantur, post gloss. in Clem. Pastoralis, *de sentent. & re iud. verbo Homoque ligius, cap.*1. *in princip. de capitulis extraordinariis*, Speculat. *in tit. de feud.* §.*nunc, de homagio*, & innumeros alios, quos congerit Rosenthal. *in tract. de feud. cap.*6. *conclus* 85. *n* 5. *& seqq.* & noster insignis Doct. Ioan. Balboa *in d.cap. Ego N.nu.*7.*& seqq. de iureiurando.*

Quamvis verius sit, quod Hottom. arbitratur in suis disputationibus feudalibus, & post eum Prateius, & Kalinus *in lexico iuris, verbo Homagium, & verbo Ligius homo*, † nempè ligium non 22 esse alium, nisi qui idem vetere Germanica lingua Vasius, aut Vassallus, aut Valvasor dicebatur, dummodo verus, ac proprius vassallus sit, hoc est, qui beneficio alicuius feudum verum, rectum, ac proprium sit adeptus, qui apud Italos *Ligius* vocatus fuit, quasi liga, aut quasi obligatum dicamus, vt ex Albert. Krantio, D.Antonino, & aliis colligitur in locis ab eisdem relatis, & à Lælio Bisciola *libr. horar. succesiuarum, cap.*22. vbi varias formas constituendi hominis ligij commemorat, & præstandi homagij, Greg. Lopez per text. ibi *in l.*25. *tit.*16. *part.*3. *l.*26. *tit.* 11. *ead. part.* Auend. *in cap. Prætor.* 2.*part. cap.*27. *num.*6.*&* 7. Gail. *d.cap.*7. *num.*10. Hugo de Celso *in repert. verb. Feudo*, *vers.*5. Pet. de Bellapert. Iacobin. de Sancto Georg. & Thom. Maullius *in tract. de homagio*, Cæsarius *lib.*1. *histor. illustr. miracul. cap.* 32. Chopinus *de Doman. Franciæ*, *pag.* 540. *&* 541. Patianus *de probation. libr.* 2. *cap.* 37. *num.* 30. *& seqq.* Marta *de iurisd. libr.*1.*cap.*17. Raudens. *de analogis*, *cap.*2. *num.*10. & Dorleanus in notis ad Cornel. Tacit. *libr.*3. *pag.*373. *numer.*3. Et eo respiciens Alphonsus Rex noster † *in l.*3.*tit.*25. 23 *part.* 4. inquit: *Omenage, tanto quiere dezir, como tornarse ome de otro*, ducta nimirum hu-

ius Hispani verbi, *Omenage*, etymologia, ab illo feudali, de quo agimus *Homagium*, quod nescio, quàm benè D. Sebastianus Couarr. *in thesauro ling. Castellanæ, verbo Omenage*, à Græco alio deducit *Homagios*, quod *iuramentum sanctum* significat.

Et quamvis noster Greg. Lop. *in l.26. tit.11. part.3. verbo O le fiziere pleito omenage*, in du-
24 bium vocauerit, † an forma homagij, qua Hispani Equites vti solent, obliget in vim iuramenti, atque adeò periurij pœnis subiaceat. De quo etiam pluribus agit Padilla *in l. si quis maior, C. de transact. num.*36. Thom. Sanchez *de matrim. lib.6. disput.11. numer.9. & in summa libr.3. cap.2. num.*33. Afflict. *decis.*120. & 389. Mieres *de maiorat. 1. part. q.22. num.*11. Azeued. *in l.3 num.4. tit.10. libr.5. Recopil.* Angulo *de meliorat. in l.1. gloss.11. ex num.8. vsque ad finem*, Couarr. *in cap. quamvis pactum*, 1. *pat. relect.* §.1. *num.1. ad finem, &* §.2. *num.2.* Pinel. *in l.2. C. de rescind. 3. part. cap.1. numer.13.* Corsetus *de potest. Regia*, 3. *p. num.20.* Tepatus 1. *tom. tit. de iurament. fidel. & homagio*, Monterros. *in prax. tabel. tractat. 7. fol.189.* nouissimè D. Valençuela *cons.168. n.15. volum.2.* & Sertus *in claui Regia, libr.1. capit.5.*
25 *num.* 13. In nostro tamen casu † cum homagium fiat nó solùm sub verbo viri boni, & nobilis, sed etiam solemnis iurisiurandi conceptio interueniat, nullum dubium esse potest, & in vtroque foro obligabit, vt apertè colligitur *ex dict. l.25. & 26. tit.16. ead. part.3. l. si quis spontaneo*, vbi DD. *C. de Decurion. libr.10. cap. grandi*, vbi gloss. *verb. Homagium, de supplend. neglig. Prælat. cap. grauem*, vbi DD. & Augustin. Barbosa *in collectan. de excess. Prælator.* Iacob. de Sancto Georgio *vbi sup. num.7.* Bald. *cons.291. vol.2.* Suarez *de iuram. lib.1. cap.13. n.25.* Peralta *in l. vnum ex familia, in princ. num.23. D. de legat. 2.*

26 Vt omittam, etiam † homagium sub sola fide viri boni, & nobilis promissione conceptum, iuramenti vim obtinere, præsertim in nobilibus, vt tenet Mendoça *lib.1. de pact. cap.6. q.3.* Tiraq. *de nobilit. cap.31. num.* 126. & disputant Suarez *vbi suprà num.12.* Sanchez *d. cap.2. nu.31. vers. Decimotertiò*, Auend. *in cap. Prætor. 2. part. cap. 27. num.6. & 7.* & Gutiérrez *in Auth. sacramenta puberum, num.148. C. si aduersus venditionem*, quia violatio eiusmodi promissionis, in-
27 famiæ notam inurit, & in † nobilibus pro facto haberi debet, quod ita promittitur, *l.8. & 26. tit.11. part.3. l.1. & 2. tit.5. part.7.* Hugo de Celso *in repert. verbo Menos valer*, & argum. *l. nemo, D. de in integr. restit.* docet Isernia *in cap.1. qui success. teneant. vers. Hoc intelligendum*, quem sequitur Afflict. *ibidem col.4.* Palac. Rub. *in Rub. de donat. inter, col.3.* & Tiraquel. qui plura alia congerit, *de nobilit. cap.20. num.23.* & Erasm. *in adagio Rem factam*, ad quod alludit Martial. *lib.1. epig.28. & lib.2. epig.26.* vbi noster D. Laurent. Ramirez de Prado, Mart. Mager. *de aduocat. armat. cap.9. num.407.* & Camill. Gallin. *de verbor. signif. lib.5. cap.16. n.328.* vbi quòd in viro bono valet argumentum de promissione ad factum.

Ex quibus primò infertur ratio vsus com-
28 munis & quamplurium schedularum, quæ † hos nostros Indorum Patronos, siue Commendatarios *feudatarios* appellant, alios autem harum prouinciarum Colonos, siue habitatores *Domiciliarios*. Ita enim dicuntur, quòd Princip (vt diximus) ratione Commendæ fidelitatem specialiter iurent, & seruitium militare. Quod benè pungit Ioan. Matienz. *in l. 6. gloss. 2, numer.12. tit.10. libr.5 Recop. & in tract. manuscripto de moderat. Regni Perù, 1. par. cap.12. & 28.* Sed meliùs, & elegantiùs Ioseph. Acosta *de procur. Ind. salute, libr. 3. capit. 11. pag. 320.* sic inquiens: *Quin etiam † Principi hi omnes feudatarij habentur, fidem suam sacro iureiurando Reipublicæ, Regiisque iussis adstringentes. Itáque bella, si qua exoriantur in prouincia, propriis sumptibus adire, & belligerari coguntur, quod nuper in bello Ingarum Cuzquenses, & in Chiriguanensium, Charquenses, Pacenséśque fecerunt. Proinde equos, arma, cæteraque in repentinum quemque tumultum parata habere, in otio, & negotio adesse promptissimè. Quæ quidem omnia & prudenter, & salutariter instituta sunt, neque parum conscientias eiusmodi hominum leuant, qui pro imposito sibi onere, honorem quoque, hoc est prouentus referant. Eámque ob rem, quòd Regem ex Indis capere oportebat, id in eiusmodi feudatarios omne transmittit, &c.*

Etenim † alij subditi Regis, ratione solius incolatus, iurisdictionis, ac subiectionis, hoc speciale iuramentum facere non tenentur, vt tenent Hostiens. & Abbas *n.1.* Ioan. de Imola, & Bellamera *num. 2.* & Anton. de Butrio *nu.6. in cap. nimis, de iureiurando*, & communis opinio Canonistarum, quam resoluit Iacobutius de Franchis *in tit. de his qui feud. dar. poss. num.205. & 206.* & Ioan. Thom. de Marinis *in tract. de feud. tit.15. num.11.* pro quibus facit celebris doctrina Greg. Lopez *in l.2. tit.25. part. 4. gloss.5.* Quamvis alij contrarium sentiant, scilicet hoc iuramentum necessariò ab omnibus subditis esse præstandum, vt probari videtur absque cauillatione *in d. cap. nimis*, & expressè docent Andreas de Isernia, Albarot. Præposit. Bald. Afflict. & alij *in cap.1. qualiter vassall. iurar. debeat fidelit.* Et præsupponunt Bald. *cons.237. n.7.* Albert. Brunus *cons.25. num.2.* Anton. Natta *cons.518. n.1.* Guido Pancirolus *cons.122. n.24.* Rolandus à Valle *cons.50. n.54.* Petr. Surdus *decis.5. num.5.* Iacob. de Sancto Georgio *d. tract. de homag. n.32.* Tho. Mollius *eod. tract. tit.11. n.1.* Ægidius Bossius *in praxi, tit. de crim. læsæ Maiest. n.107.* Craueta *cons. 27. num.1. cons. 201. num.10. & 17.* Socin Iun. *cons.102. numer. 30. libr. 2.* Alexand. Rub *cons.11.*

Vnde illud deduci solet, † hoc iuramentum præstare non debere, qui in territorio alicuius Regis, vel Principis domicilium non habet, tametsi bona immobilia, siue pauca, siue multa in eo possideat, vt nominatim attestatur Iacob. de Sancto-Georg. *in verbo Quiquidem inuestiti, n.9.* vbi inquit, se consulente ita esse iudicatum, allegans Hostiens. Ioann. Andr. Panormit. & alios *in dict. cap. nimis*, Vulteius *de feudis, cap.6. nu.5. lib.1.* Schenciduinus *eodem tract. part.5. num.68.* vbi dicit magis communem, & consuetudine approbatam, Paris. *cons.2. num 44. & seqq. volum.1.* quo etiam inclinat Menoch. *cons.943. numer.27. & seqq.* & in Germania frequentius obseruari, ita vt non dubitet generalem consuetudinem esse, testatur Rosenthal. *de feudis dict. capit 6. conclus.85. num 8. litt. K*, Thomas Maullius *dict. tractat. de homagio, titul. 1. numer. 16.* non attentis

tentis iis, quæ in contrarium adſtruunt Iſernia, Albarot. Afflict. & alij *in dict. cap.* 1. & Burſat. *conſ.* 4. *num.* 11. *vol.* 1. quia cùm hoc iuramentum perſonale ſit, perſonarum ſubiectionem, non rerum tantùm, reſpicere videtur.

Ac propriè † is eſt ſubditus, qui domicilium in alicuius iuriſdictione habet, non qui ibi ſine illo bona quædam poſſidet, *l. domicilium, D. ad municip. l. ſi in patria, C. de incol. lib.* 10. gloſſ. *in Clem. vnica, §. eiſdem, verbo Subditos, de foro competenti*, Decius *conſ.* 661. *num.* 6. Riminald. Iunior *conſ.* 353 *num.* 5. *lib.* 4. Cephal. *conſ.* 13. *n.* 15. Seraphinus *deciſ.* 843. *num.* 1. Socin. *in cap. licèt ratione, num.* 8 Felinus *n.* 23. *de foro competenti*, Ancharr. *q.* 11. *num.* 16. *lib.* 1. Alciat. *conſ.* 21. *num.* 3. *lib.* 2. & plures alij quos refert, & ſequitur Gail. *de pignor. cap.* 15. *num.* 7. *& obſeruat.* 35. *num.* 2. *cent.* 1. Burſatus *conſ.* 16. *num.* 1. *&* 3. *vol.* 1. Surdus *conſ.* 313. *num.* 66. Colerus *de proceſ. execut. par.* 2. *cap.* 1. *n.* 23. Tho. Michaël *in diſp. de iuriſd. theſi* 57. *litt. B*, & Roſenth. *vbi ſuprà num.* 9. *littera M.*

Quarum opinionum contrarietatem Ego ita ad concordiam reducerem, vt ſubditi priuati, peculiare iuramentum fidelitatis Regi, vel domino, cui ſubſunt præſtare non ſoleant, † quia ſufficit, quòd eorum nomine à Regni Proceribus, Nobilibus, & prouinciarum Procuratoribus præſtetur, vt in Regum, vel Principum inauguratione communiter fieri aſſolet, vt patet *ex l.* 3. *&* 5. *tit.* 15. *part.* 2. vbi Greg. Lopez *verb. Debenle fazer*, Andr. de Iſernia *in cap.* 1. qualiter vaſſall. Bald. *conſ.* 327. *vol.* 1. Ludolph. Schrader. *conſ.* 23. *n.* 149. *&* 150. cuius virtute, † & ex ipſa incolatus ratione ei ſubſunt; domicilium enim paſſiuam in habitantem tribuit iuriſdictionem, vt per Menoch. *conſ.* 1000. *n.* 23. *lib.* 11. Cacher. *conſ.* 9. *n.* 18. Honded. *conſ.* 5. *vol.* 1. Meichſner *deciſ.* 6. *n.* 1. *& ſeqq.* & alios *ex ſup.* relatis. Et † hæc ſubiectio efficit, vt ei omnimodam in licitis, & honeſtis obedientiam præſtare teneantur, vt habetur 1. *Regum, cap.* 16. *& Deuter.* 17. ibi: *Qui non obedierit Principi, morte moriatur*, & refertur *in cap.* 2. *de maiorit. & obedient. cap. ſi Dominus* 11. *q.* 2. *& in l.* 11. *&* 11. *&* 16. *tit.* 13. *part.* 2. cum aliis, quæ infrà dicemus.

Necnon etiam, † vt imminente occaſione belli grauis, omnes ſubditi Regi in eo ſeruire teneantur, adeò vt id tali tempore meritorium non videatur, præſertim in nobilibus, cum ſit neceſſarium, & ex debito vaſſallagij, & ſubiectionis proficiſcatur, † arg. tex. *in l. rem legatam, D. de aliment. legat. l. ſi ſeruo, D. de hæred. inſtit. l. proximè* 50. *D. de ritu nupt.* ibi: *Magis enim debitam libertatem præſtitit, quàm vllum beneficium in mulierem contulit*, cum aliis, quæ congerit Velaſcus *in axiom. iur. litt. L. num.* 70.

Sicut † enim manus exponit ſe periculo ad conſeruationem capitis, ita ciuis mortis periculo ſe exponere tenetur pro Reipublicæ, vel Principis ſeruitio, & conſeruatione, vt latè, & eleganter declarat D. Thom. *in* 1. 2. *q.* 60. *art. vlt.* Ioan. de Terrarubea *in tract. contra rebelles, artic.* 32. *verſ.* 2 Luc. de Pena *in l. tam collatores, C. de re milit. libr.* 12. *& in l. vni, C. ne ruſtican. ad vllum obſeq. libr.* 11. Alberic. Iaſ. & alij *in l. veluti, D. de iuſt. & iur.* D. Thom. & omnes *in* 2. 2. *q.* 123. *art.* 5. Soto *de iuſt. & iure, libr.* 5. *quæſt.* 1. *art.* 6. Aragon. *in* 2. 2. *q.* 64. *art.* 5. *ad* 5. Bañez 2. 2. *q.* 64. *art.* 5. *dub.* 1. Bartol. Bald. & Angel. *in*

l. 1. *§. beſtias, D. de poſtuland.* Anania *in cap.* 1. *de torneamentis, num.* 5. *&* 6. Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 2. *num.* 10. Menchaca *controuerſ. illuſt. cap.* 11. *n.* 30. *& cap.* 31. *n.* 12. Piaça *de delictis, cap.* 23. *n.* 7. *&* 8. Tuſchus *litt. P. concl.* 133. Tiber. Decian. *lib.* 9. *crim. cap.* 2. *n.* 23. Ego *in tract. de crim. parric. lib.* 2. *cap.* 4. *pag.* 123. *& cap.* 6. *pag.* 129. Ameſcua de poteſtate in ſe ipſum, *libr.* 2. *cap.* 2. *&* 3. *per totum, & lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 18. & plures alij, quos refert Borrel. *de magiſtr. edict. lib.* 4. *cap.* 9. *&* 14. Azeuedus *in l.* 1. *tit.* 18. *libr.* 8. *Recopil. numer.* 139. *& ſeqq.* Calliſt. Remirez *in tract. de lege Regia Aragon.* §. 31. *num.* 13. Quibus (vt alia omittam, quæ alibi adduxi) conuenit Cicero *lib.* 2. *de legib.* † ibi: *Reſpublica nomen vni-* 39
uerſæ ciuitatis eſt, pro qua mori, & nos totos dare, & in qua omnia noſtra ponere, & quaſi conſecrare debemus, quia charior eſſe debet nobis patria quàm noſmetipſi, & tradit nouiſſimè plura alia Magerus *de aduocat. arm. cap.* 13. *per tot.*

Et ob hoc dicitur *in cap. ſi Papa*, 40. *diſtinct.*
quòd † ſalus ſubditorum poſt Deum in Princi- 40
pis, & patriæ incolumitate dependet. Et † qui 41
Præpoſitum ſuum non protexit, cùm poſſet, in pari cauſa factoris habendus eſt, *l. omne delictum*, & ibi gloſſ. Bart. & Scribentes, *D. de re militari*, & tradit alia multum in noſtris terminis, loquens, de Rege noſtro, & eius ſubditis, & vaſſallis, Io. Garcia *de nobilit. gloſſ.* 2. *ex nu.* 33. *vſque ad n.* 43. *& in tract. de donat. remunerat. n. final.* & Pinel. & alij, quos citaui *ſup. hoc lib. cap.* 10. *n.* 52. †
qui hac de cauſa contendunt ratione ſimilis 42
ſeruitij nullam remunerationem deberi, de quo ſtatim latiùs agemus.

Et quòd † hæc obligatio multò fortiùs no- 43
biles aſtringit, vtpotè ad quos magis, quàm ad alios ſpectat defenſio patriæ, vt per Ariſtotel. *lib.* 2. *Polit. cap.* 4. *&* 6. Luc. de Pena *in l. Colonos, la* 1. *C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. S. Thom. *de regim. Princip. lib.* 4. *cap.* 11. *& cap.* 25. *proœm. & l.* 1. *tit.* 25. *part.* 1. gloſſ. *in Auth. de mandat. Princip.* §. *fin.* quam refert, & ſequitur Bald. *in l.* 1. *de teſtam. milit.* vbi quòd nobiles, ſicut & milites, iurant ſe non euitaturos mortem, neque alia pericula pro ſeruitio, & ſalute Regis, & Regni.

De quo † militum iuramento apud antiquos 44
Romanos pulchrè agit Tit. Liuius *lib.* 22. & nouiores eius formulas recenſent Vegetius de re militari, *lib.* 2. *cap.* 5. Iul. Ferretus *eod. tractat. pag.* 373. Petr. Herod. *lib.* 10. *rer. indic. tit.* 5. *cap.* 17. Briſſon. *de formul. pag.* 380. Robertus Valturius *de re milit. lib.* 6. *cap.* 4. *&* 5. Iuſtus Lipſius *de militia Romana lib.* 1. *cap.* 6. Connan. *lib.* 9. *comment. c.* 8. *num.* 5. Ayala *de iure belli, lib.* 3. *cap.* 5. Petr. Gregor. *de Repub. libr.* 11. *cap.* 6. *in final.* & Petr. Caballus *reſolut. criminal. cap.* 294. *n.* 31. *& ſeqq.* & nouiſſimè Fileſacus *lib.* 2. *ſelect. cap. Iuriſiurandi Religio, pag.* 94. *&* 95. Quorum argumento, Ego cum Limæ eſſem, ad conſultationem domini Proregis Marchionis de Guadalcazar, in occurrenti Pyratarum Batauorum an. 1624. inuaſione
reſpondi; † compelli ab eo poſſe omnes ciues, 45
quantumvis nobiles, non ſolùm ad vrbis defenſionem exire (quod dubium non eſt) verùm & ad recenſiones, & luſtrationes, vulgò *Alardes*, quæ hac occaſione fiebant, non obſtante doctrina Otaloræ *in tract. de nobilit.* 2. *part. princip. cap.* 6. maximè *à num* 5. *& part. vltim. cap. fin. n.* 1.

in fin.& part.4.cap.1.num.9.verſ. Milites autem iſti, vbi ab hac obligatione exemptos eſſe ait nobiles, qui vocantur Hidalgos de ſangre, cùm hi, neque ad bellum, niſi vocati,& rogati à Rege, exire cogantur, & ſolum ad eam teneri alios equites, qui vocantur Caualleros quantioſos. Quod tamen Ego intelligerem en los alardes ordinarios, non in illis, qui fiunt inſtante occaſione ingruentis belli, ex iuribus, & Auctoribus ſuprà citatis, & ex l.1.tit.6.& l.19.tit.4.lib.6.Recop. iunctis aliis, quæ adducit Bobadilla in litic.lib.4.c.1. nu.8. & 9. & apud Nos extant Regiæ epiſtolæ, quæ hoc decidunt in Commendatariis, de quibus ſuprà n.11.

Cæterum (vt ad propoſitum redeamus) negari
46 non poteſt, quòd licèt hæc ita ſe habeant, † diuerſa ſit cauſa, & obligatio feudatariorum, & aliorum ciuium, & ſubditorum Regis, & iuramenti, quod ab his, & ab illis præſtatur, vt conſtat ex pluribus differentiis relatis à Bald. conſ. 327.n.7.& ſeq.vol.1. & Abbat. in cap.ſicut 3.de iureiurand. Greg.Lopez in l.5.tit.15.part.2.verbo Los Hyosdalgo,& in l.2. tit.25. part.4. Luca de Pena in l.cùm ſcimus, col.2.C.de agric. & cenſit. libr. 11. & in l.1. C.ne ruſtican. ad vllum obſeq. auocent. lib. 11. & in l.vni. C. ne operæ à collat. exig. libr.10. Thom. Grammat. conſ. ciuili 147. num. 12.

47 Nam † feudatarij, cum vltra naturalem ſubiectionem, quam ratione originis, vel domicilij contrahunt, habeant à Rege vtile dominium rerum, ſiue feudorum, quæ ſibi donata ſunt, &
48 eorum cauſa ſpeciale † iuramentum præſtent, arctiori vinculo ligati videntur, l.ſi non lex, D. de hæredibus inſtituend.l.ſi verò, C.de adoption.§. ſed hodiè, verſ. Si verò pater, ibi: Quia concurrunt in eandem perſonam & naturalia, & adoptionis iura, cum aliis, quæ latè adducit Petr.Surd. deciſ.154.n.9. Tuſchus litt.D, concluſ.810.cum ſequentib. & Velaſcus in axiomat. iur. eadem litt. num. 238.

49 Et ita † propriis expenſis militare debent, quotieſcunque à Rege, vel eius locum tenentibus vocati fuerint, vt pluribus relatis concludit Iulius Clarus in §.feudum, q.21.docens regula-
50 re eſſe, vt qui eſt † obligatus ad aliquid faciendum, teneatur id propriis expenſis facere, quæ eſt doctrina Archid.in cap.cauendum 10. quæſt.3. Boërij deciſ.303. num.9.part.2. Bartol. in l.cùm ſeruus, num.4.de verb.& in l.Nenſenius, num.5.D. de negot. geſtis, Ripæ in l.vnum 90.D.ſolut. matrim. Campeg. in tract. de dote, part.1.priuileg. 16.Baezæ de decim. tut. cap.1. num.17. Azeued.
51 in l.1.tit.4.num.14.lib.6.Recop. Pro quibus † facit l.tam collatores, §. erit autem, C. de re milit. lib.12. l.ſuo victu, D.de oper.libert.l.2.& 5. tit.16. part.4. vbi Gregor. Lop. Roſenth. cap.8. q.23. & ſeqq. Mager. cap.14.ex num.356.& 429. nouiſſimè Borrin. in tract.de ſeruit. vaſſallor.1.par. cap. 10. Huſanus de hominib. propriis, cap. 6. 4.quæſt. princip.memb.2.de operis, q.2. & in noſtris terminis, de Indorum Commendatariis loquens, Ioſeph. Acoſta dict. cap. 11. ibi: Itáque bella, ſi qua exoriantur in prouincia, propriis ſumptibus adire, & belligerare coguntur, &c. Et plures ſchedulæ, quæ habentur dict.2.tom. pag. 218. & præcipuè illa ann. 1576. quæ cùm hoc onus militandi expreſſiſſet, Proregem monet curet: Que aſſi los vezinos, como los domiciliarios, ſepan que han de acudir à eſtas obligaciones, porque no ſe ha de hazer todo à nueſtra coſta.

Quod ſecus contingit in aliis ſubditis, † qui non niſi ad bellum defenſiuũ compelli poſſunt, aut quando ipſe Rex perſonaliter exit ad bellum, & eos vocat, & in aliis caſibus ſimilibus, qui referuntur per Auctores ſup.relatos, & in c. peruenit, de immunit. Eccleſ. l.3. tit.9. l.16. tit.13. part.2 l.4.5.6.7.& 9.tit.19. ead.par. vbi Gregor. Lop.l.7.tit 4. lib.6. Recop. Iſernia in cap.1. §.ſed neque iuſtior, quæ fuerit prima cauſa benef. amitt. Franc.Curtius in tract.de feud. 4.par. col.2. verſ. Tertiò cadit dubitatio, & Iaſ. in l.ſi ex toto, n.11. de legat.2. vbi inquit, † quòd nemo ſe excuſare poteſt imminente neceſſitate propter guerram, etiam obtentu priuilegij alicuius. Et ibidem probat l.3.tit.19.part.2. docens, † in bellis inteſtinis etiam mulieres militare debere, & reddens rationem: Ca pues el mal, è el daño tañe à todos, no tuvieron por bien, nin por derecho, que ninguno ſe pudieſſe eſcuſar, que todos no viniesſan à deſraigarlo, & Ioan.Garc. de nobil.gloſſ.1. § 1. num.22.& 23.

Sed tunc quidem † expenſis domini, & non propriis militare debent, etiam ſi Regi,& Regno bellum interſit, arg.text in l.ſi quis in hoc, C. de Epiſcop.& Cleric.l.1. §ſin autem, C.de his, qui latron. Auth.vt iud.ſine quoquo ſuffragio, §.oportet, verſ.Illud ſcientes, l.4.tit.26.p.2.9.tit.4. libr.6. cap. cum ex officij, de præſcript.cap.cum ſit Romana, de ſimon.cap.cum iam, in fin.28.q. 1.c.charitatem 12. q. 2. vbi probatur, quòd nemo debet propriis expenſis militare, & aliorum, quæ tradit Lucas de Pena in dict.l.1.verſ. In Burgenſibus, & verſ.Decimò, vt aliquod, Iſernia in tit.quæ ſint Regalia, verb. Vectigalia, n.16. Bald.in §.conuenticula, de pace iuram.firman.n.7. idem Bald. poſt Cynum in l.neminem, C.de Sacroſ.Eccleſ. & in l. qui manumittuntur, C.de oper.liber. & in d.cap. cùm ex officij, notab.3. Angel. in l.ne quid, D.de incend.rum.naufr. Greg Lop. in l.fin.tit.20.par.2. gloſ. Las miſſiones, & in dict. l.16. tit.13. par.2. & plures alij, quos refert Georg. Cabedus deciſ.Luſit.44.num.1. & ſeqq. 2.par. pag.72. & nouiſſimè Martin.Mager.de aduoc. arm. cap.14.nu. 365.& ſeq. Surd.de aliment. tit.1 quæſt.62. nu. 3. & Iacob.de Ayrer. in proceſſ.iur.hiſtor. cap.4 obſeruat.1.num.4.

Excepto † niſi expenſa modica, & modici temporis eſſet, veluti quando ad repentinum aduentum hoſtium, qui portum, vel caſtellum inuadunt occurrunt vaſſalli, vt in caſu l.17.tit.18. par.2. vbi Greg gloſſ.fin.in fine,& Alberic.in l.de quibus, q. 62 D. de legib. Aut quando Regales Principis reditus ad belli ingruentis ſumptus non ſufficiunt, quo caſu omnes vaſſalli pro eius, & patriæ ſalute,& defenſione propriis expenſis militare debent, vt in cap.ſi nulla, cap.omni timore 23.q.8. notat Abb.in d.c.ſicut, in fin.de iureiurando, Luc.de Pena in d.l.1. verſ.Decimò, vt aliquid, Grep Lop.in d.l.17.& meliùs in d.l.fin.verbo Las miſſiones, Iacob.de Arena in §.præiudiciales, Inſt.de actionibus, Bart. per tex.ibi in l.Mauia §.1.D.de annuis legat. Iſernia in c.penult.verſ. Illicitas, n.14. de pace iuram.firm. Loazes in conſ. pro March. de los Velez, pag.166. Iaſ. in l.ſi non ſortem, §. libertus, num.28. D. de condict. indeb. Boër. deciſ.303.num.9. & Menchaca controuer. illuſtr.lib.1. cap.6. num.4. & Magerus, & alij ex ſuprà relatis.

Et

7 Et licet id, quod diximus, nostros Commendatarios,& reliquos feudatarios,qui sunt vassalli proprij,& ad onera militaria obligati,propriis expensis militare debere,aliqui limitandum censeant, † quando dominus vult extra suam prouinciam, & territorium bellum gerere, nam tunc non tenebuntur expensis propriis militare, sed expensis domini, argum. *l.cum sæpè,C.de erogat.milit. annonæ,lib.12.l.modios, C.de suscept. & arcar. libr.10. l.suo victu, cum seqq.D.de oper. liber. l.Mauia, §.vxore, D.de annuis legat.* cum traditis à Præposito *in cap.1.de noua forma fidelit. num.* 3. Et hoc videatur intentio Commendarum exigere, quæ id desiderauit, vt Comēdatarij prouincias defenderent,ex quibus reditus Indorum percipiunt,eóque respiciat Acosta *d.cap.*11. ibi: *Bella, si quæ exoriantur in prouincia.* Et communis † doctrina, quæ habet, obligatum ad certam definitamque protectionem,non teneri ad aliam, ac proinde vassallum alicuius Principis ratione certi dominij, non teneri eum iuuare in bello contracto respectu aliorum Regnorum,nisi dominus paratus sit illi expensas soluere, vt per Alciat. *respons.* 161. *n.*11.*argum.l.in agris, D.de acquirend.rer.dom.* & Schrader. *in tract.de feud.par.*6.*cap.*6.*num.*68.& latè Magerus *de aduocat. arm.cap.*11. *nu.*696.*& cap.*13.*n.*346.*& cap.*3.*n.*225. vbi quod vassallus obligatus ratione certi territorij, non tenetur in alio, & nouissimè rem disputans Anton. Borrinius *in tract. de seruit. vassallor.* 1. *part. capit.* 9.

Adhuc tamen certius existimo, quòd cum in Commendæ titulo hoc onus non limitetur, & omnes Indiarum prouinciæ eidem nostro Regi subiaceāt,† debebit quoque Commendatarius, proximioribus, vel non valdè distantibus,suis etiam expensis suppetias ferre,vbi ad id vocatus fuerit à Rege,vel Prorege, aut Gubernatore, qui Regem repræsentat, & maris quoque classiarias expeditiones subire,vt disponitur in quadam schedula 30.Septemb.an.1580.directa ad Peruanum Proregem D.D. Martin.Enriquez, quæ occasione infestationum maris del Sur, insignis illius Pyratæ Angli Francisci Drachi ei iniungit: *Que disponga como demas de la obligacion de los Encomenderos, vnas prouincias, en caso necessario,acudan à socorrer à otras.*

Id quod sæpè his præteritis annis in Peruano Regno factum est,euocatis in vrbem Limam, & eius portum *del Callao*, omnibus Cuzquensis, Guamanjensis, Ariquipensis,& aliarū etiam remotiorum vrbium,& prouinciarum Commendatariis,vltra alia exempla,quæ cum Acosta suprà retulimus. Et idem contigit in Noua-Hispania, vbi aduersus eundem Drachum omnes Guathemalenses Commendatarij compulsi fuerunt suis expensis ad prouinciæ defensionem se accingere,imò & Pyratam armatis nauibus persequi vsque ad portum de Acapulco, vt ex eiusdem prouinciæ annalibus constat.

Quod de iure communi † in aliis feudatariis æquè procedere docent Bald. *in cap.1.quib.mod. feud.amitt.num.*4. Præposit. *ibid.n.*6. *& in cap.si verò,per text.ibi de noua forma fidelitatis,*vbi disponitur,quòd vassallus tenetur dominum iuuare, nec exprimitur, quòd intra prouinciam, ex quo est,intra,& extra teneri,vt idem Præpositus notat, & Azeued. *in l.*1. *tit.*4. *num.*6. *&* 7. *lib.*6. *Recop.* Cabed. *decis.*76. *num.*5. *par.*2. Borrinius *d.c.*9.& plures alios congerens,Magerus *d.tract. cap.* 12. *num.*11.17.*&* 37. vbi quòd vassallus tenetur militare in loco,quem dominus præfinierit, & etiam procul à patria in bellum euntem sequi,*& n.*413. vbi quòd vassallus debet dominum iuuare,tam in conseruando,& recuperando, quàm etiam in acquirendo. Quia † vbi est Rex irruens in hostes cum exercitu, ibi est territorium eius,argum.text. *in l.seruitutes, §.si domino, D.de seruitut.vrban.* & in mari dicitur haberi, & possideri districtus, vt tenent Bald. & Præpos. *vbi sup.* Greg.Lop. *d.l.fin.tit.*20 *part.*2. *verbo Las missiones,* & vide Petr.Caballum *cap.* 294.*num.*172.*cent.*3. 63

Et facit gloss. *verbo Territorio, in cap. vbi periculum, §. porrò, de electione, lib.*6. & text. *in Auth. sed nouo iure, C.de seruis fugit.* cum aliis, quæ adducit Ioan. de Platea *in l.*1.*C.de classicis, lib.*11.& Greg.Lopez *in l.*8.*tit.*20.*part.*2.*gloss.*2. *in fine,* vbi firmat, † quòd licèt Rex, vel iudex tenetur purgare malis hominibus prouinciam,*l. congruit, D.de off.Præsid.*ita & mare adiacens ipsi prouinciæ; quia † de eius territorio reputatur, vt per Bald. *cons.*51.*num.*2.*lib.*4.*& in l.cùm proponas, de nautico fœnore,* cum multis aliis, quæ tradunt DD. per tex. *in l.venditor, D.com. præd. l.Insulæ Italiæ, D.de iudiciis,* Roder.Suar. *alleg.*17.Sixtinus Regner. *de Regalib.lib.*2.*cap.*4. D.Valençuel. *cons.*100. *num.* 55. Et Ego latè *in meo* 1.*tom.de Ind.iur lib.*2. *capit.*6. *numer.*22. *& libr.*3. *cap.* 3. *num.* 35. *& seqq.* & vltra eos Carolus Tapia *decis.*22. *num.*1. *cum seq.* Ponte *de potest. Proreg. tit.* 11. *de trireme,* Fuluius Constantius *in l.vnica, C.de classicis, libr.*11. *num.*5. *cum seqq.* & nouissimè † eruditissimus D. Ioan. Ruiz de Laguna, Supremi Italiæ Senatus Fisci patronus meritissimus, *in quæstione salaria finarij,pag.*14. *num.*26. & iterùm *pag.*127 *num.*19. vbi, quæ eius est comitas, nominis mei honorificè meminit.
64
65
66

Et quamvis Iurisconsulti † vicinum definiant,cuius vox exaudiri potest,argum. *l.*1.*§.eodem autem,& §.seq D.ad Syllan.* Signorol. *cons.* 32.*n.*1.latè Tiraq.*de retract.lignag.§.*1.*gloss.*9. *nu.* 21. Menoch.*de arbitrar. casu* 222.*n.*14. Aut qui habitant in eadem via iuxta nos,*l.si vicinis,C.de nuptiis.*Rebuf *in l.*239. *§.oppida, D.de verb.signif.* Nos tamen, quoad rem,de qua agimus,largiùs vicinum accipimus, & talem pro remoto non habemus,†qui licèt aliquo locorum interuallo à prouincia, vel littore distet, quæ ab hostibus infestatur, facilè tamen se confœderatis coniungere potest,& succursu auxiliari,maximè si id celerius per nauigationem consequi valet, vt in simili doctè, & rectè notat, & probat Martin.Mager. *in tract.de aduocat. armat.cap.*6. *num.*415 *&* 419.*pag.*289. vbi docet,quòd † qui aquarum beneficio longum iter citò perficere potest,pro remoto habendus non est. 67 68 69

Secundò, ex supra dictis, infertur, adeò nostros Commendatarios, huius quasi feudi, & homagij ratione, ad hæc militaria munera subeunda obligatos esse, † vt debeant semper arma,& equos habere,& alere, quibus, vbi vocati fuerint, iniunctum sibi onus explere possint, vt disponitur in Regiis schedulis 28. Octobr. ann. 1541. & an. 1536. & aliis, quæ reperiuntur *d.* 2. *tom. pag.* 240.*&* 245. Quod ex feudorum etiam iure tractum videtur, in quo simul disponitur, † vt vassallus huiusmodi arma, vel 70 71

equos alienare, aut pignorare non possit, *cap. Imperialem*, §. 1. *&* §. *callidis*, *de prohib. feud. alien. per Fred. cap. è contrario*, *de inuestit. de re aliena facta*, *l.*15. *tit.*1. *part.*6. *l.*6. *tit.*3. *lib.*4. *ordinam.* vbi Didacus Perez *l.*6. *tit.*4. *lib.*6. *Recopil.* vbi Azeued. qui disputat, an hæc prohibitio solum durante belli tempore intelligenda sit? Et, quod amplius est, *in l.*1. eiusdem tituli disponitur, vt † talis miles eques alium pedestrem suis quoque expensis secum ferat, qui etiam cum eo militet.

73 Si verò vocatus, † comparendi, & belligerandi onus spreuerit, vel detrectauerit, poterit Commenda priuari, etiam pro prima vice, qua seruitium debitum non præstiterit, vt disponitur in eisdem schedulis, & præcipuè in egregio illo capite epistolæ scriptæ Proregi Nouæ Hispaniæ 11. Augusti, ann. 1552. quæ est *d. tom.* 2. *pag.* 218. Cuius verba, quia valdè notanda sunt, hîc inserere libet: *Los Encomenderos pueden seruir para esto, porque como teneis entendido, las Encomiendas, que son renta de su Magestad, las dà à los tales Encomenderos para que defiendan la tierra, y para ello les manda tener armas, y cauallos, al que mayor Encomienda tiene mas: y assi vos, quando semejantes casos se ofrecieren, los apremiareis à que salgan à la defensa de la tierra à su costa, repartiendolo de manera, que vnos no sean mas agrauados que otros, sino que todos siruan. Y para ello es bien que hagais hazer alardes, como el que escriuis que agora hizistes hazer, en los tiempos que os pareciere; y à los Encomenderos que no se apercibieren para ello, ò no quisieren ir à la defensa de la tierra, quando se ofreciere, les debeis quitar los Indios, demas de executar en ellos las otras penas, en que huuieren incurrido, por no cumplir lo que acerca de lo susodicho son obligados.*

74 Quod † in feudis decisum est *in cap.* 1. non alia iustior, quæ fuit prima causa benef. amitt. & ibi Albarot. vbi probatur, eo ipso, quòd vel prima vice vocatus non compareat, feudo priuari posse, Ias. *in l.*2. *num.*14 *C. de iure emph.* Euerard. *in topicis legal. loco* 12. *pag.* 6. Gregor. Lopez per text. ibi *in l.*6. *tit.*4. *part.*5. *&* *in l.*17. *tit.*18. *part.*2. & plurimi alij, quos refert, & sequitur Rosenth. *in tract. de feud. cap.*8. *conclus.* 24. & Martinus Magerus *de aduocat. armata*, *cap.*14. *num.*325. *pag.*635. *&* *cap.*12. *num.*221. *pag.*570. vbi quòd ad vnam requisitionem, domino seruitia debita exhibere tenetur, & Ant. Borrinius *d. tract. de seruitiis vassallor.* 1. *part. cap.*1. *per totum*, vbi tractat, an & quando talis vocatio necessaria sit?

75 Et in hoc differt † feudū ab emphyteusi, quæ non perditur, nisi emphyteota per triennium cessauerit à debiti canonis solutione, vt *in d. l.* 2. *&* *cap. potuit, de locato*, *&* *l.*68. *Tauri*, cum aliis, quæ adducit Caldas Pereira *in tract. de nominat. emphyt. quæst.*22. *n.*5. vbi inquit, quòd quantum ad hoc, diuersa ratio militat in bonis Regalibus, quàm in emphyteusi.

76 Et est videndus † textus apud Nos expressus *in l.*6. *tit.*4. *part.*5. vbi loquens de donatione, quæ alicui fit sub ea lege, vt arma habeat, & equos, quibus alteri in bello seruire possit, disponit: *Que si no lo cumple, ò non lo faze: bien puede apremiarle que cumpla lo que prometio de fazer, ò que desampare la donacion que le fizo.* Et textus longè notabilior *in l.* 11. *&* 16. *tit.*13. *part.* 2. vbi non solùm in vassallis feuda à Rege habentibus, sub hac conditione militiæ, † verùm & in quibuscunque ei subditis, 7 deciditur, quòd si non obedierint, maximè quando vocantur ad bellum, vel aliud onus militare pro causa publica eis iniungitur, pœna mortis, aut alia, iuxta facti qualitatem, afficiantur, & Regi damna suæ inobedientiæ ex propriis bonis resarciant, aliisque priuentur, quæ ex ipsius liberalitate perceperint, & à Regno expellantur. Circa quarum legum praxim videnda sunt, quæ ibidem tradit Greg. Lop. vbi allegat aliqua optima consilia Bald. & latè Felinus per text. ibi *in cap.*2. *de maior. & obed.* Menoch. omninò videndus, *de arbitrariis, casu* 365. *per tot.* vbi rectè (post alios) concludit, hanc pœnam esse arbitrariam. Idem Menoch. *præsumpt.*44. *lib.*5. vbi latè probat † quòd non obtemperantes mandatis Principis, sunt *in præsumpto dolo*, Tuschus *litt.O*, *concl.*2. *& seqq. & litt.P*, *concl.*478 Pet. Petra *de potest. Princip. cap.*3. *q.*2. *num.*6. *& cap.*24. *num.*47. *& cap.*27. *num.*20. Didac. Perez *in l.*10. *tit.* 4. *ordinamenti*, Magerus *de aduocat. armat. cap.* 6. *num.*308. *& seqq. & capit.*9. *num.*752. Vbi † hanc necessitatem, obediendi mandatis Principum iure Diuino, Naturali, Canonico, & Ciuili latè communit, & *capit.*17. *num.*145. *pag.*760. vbi quòd præceptum Principis spernens, & inobediens, dicitur largo modo rebellis, & plurima alia adducens D. Valenç. omninò legendus, *cons.*4. *num.*79. *cum multis seqq.* Callist. Remirez *de lege Reg. Arag.* §. 32. *num.*26. vbi quòd nemo potest exemptus esse in Regno ab obedientia, & fidelitate, & Cunon. *de pactis, cap.*28. *n.*175. *& seqq.* vbi quòd obedientia debetur superiori ab inferiore iure naturali, & gentium. Vndè † scriptum est in libro Esdræ *cap.*7. *in fine*: *Omnis, qui non fecerit legem Regis diligenter, erit iudicium cum eo, siue in morte, siue in exilium, siue in condemnationem substantiæ eius vel certè in carcerem.* Et *lib.* 3. *cap.* 4. licèt apocripho, ita multum in nostris terminis legitur: *Et si miserit illos ad bellatores, vadunt, & demoliunt montes, & turres.*

Et hoc certius erit, † si in casum contrauentionis Princeps adiiciat pœnam indignationis suæ, quoniam sub hac comminat. in bullis Apostolicis inducitur priuatio beneficiorum, & in mandatis Principum priuatio feudorum, vt docet Baldus *in cap.* 1. §. *porrò, quæ fuit prima causa benef. amitt.* quem sequitur Barbat. *in cap. prudentiam*, §. *adiicimus*, *n.*13. *de offic. delegat.* Iason *in l.*1. *n.*12. *D. si quis ius dicent.* Marsil. *singul.* 5 9. Sæpè licèt aliàs idem Bald. dixerit, inducere pœnam arbitrariam, quem, & alios refert, & sequitur Menoch. *vbi sup. n.*3. 4. *&* 5. Et est videndus Zasi. *de feudis*, *part.*10. *pag.*160. Greg. Lop. *in l.*2. *tit.*18. *part.*3. gloss. & Bart. *in extrauag. prima, quomodo in crim. læsæ maiest. proced. verbo Indignationem*, & Auiles *in cap. Pretorum*, *verb. Mandamos.*

Quæ omnia, & plura alia his † diebus expensa fuerunt in causa Excellentissim. illius Ducis D. D. Federici à Toleto Ossorio, Marchionis de Valduença, qui magnis pœnis pecuniariis, & Regni exilio mulctatus fuit, ob id, quòd Regium iussum recusauit, circa suscipiendum munus Ducis Generalis ad Brasilicam expeditionem, licèt aliquas, sibo videri,

videri, iustas excusationes ad illud non subeundum allegaret, & tandem pendente supplicationis gradu, morte interceptus fuit.

Est autem adeò verum, Commendatarium, vel feudatarium teneri ad militandum pro domino, † vt non audiatur, si fortè ingruente occasione belli, vt ab hoc onere excusetur, dicat se velle feudum, vel Commendam relinquere quamvis aliàs illi in manibus domini licitè renuntiare possit, vt tetigi *suprà cap.14.num.33.* & benè probat, & prosequitur Baldus *num.23.* Hostiens. Ioann. Andr. & Felinus *num.77. in cap. quæ in Ecclesiarum, de constit.* Zasius *de feud. part.10. pag.179.* Afflict. *decis.165. num.63.* Pinel. *in l.2. C. de rescind. 1.parte, c.4. n.2.* Greg. Lop. per tex. ibi *in l.7.tit.25.p.4.verb.Razon,* Azeued. etiã per tex. ibi *in l.7. & 11. tit.4. lib.6. Recop.* Rosenth. *cap.10. conclus.39. num.15.* Iul. Clarus, & eius additio *in §. feudum, quæst.22. & quæst.33.* vbi *quæst.34. num.2.* docet etiam refutato feudo durare obligationem de vita domini defendenda, & nouissimè Bottinius *d. tract. de seruitiis vassallor. 5.part. capit.3. §.14.* quod est de refutatione, *pag.158.*

Quæ tamen eam limitationem recipiunt, vt non † procedant, vbi vassallus non habet sufficiens feudum, vel Commendam ad tale seruitium exhibendum. Nam tunc non tenebitur suis expensis militare, sed domini, vt tenet Præpositus *in cap.1. in principio, de noua forma fidel. num.3. argum. l. suo victu, D. de oper. libert.* Bart. *in l. Mæuia, §.1. D. de annuis legatis,* vbi etiam Alberic. & Alexand. in addition. ad eundem Bartol. idem Alber. *in l. de quibus, numer.2. & quæst.61. D. de legibus,* Baldus *in l. qui manumittuntur, D. de oper. libert.* idem Alexand. *in l. recusare, §. si quis alio, num.4. D. ad Trebellianum,* Loazes in allegat. pro Marchione de los Velez, *dubio 1.§. etsi torsan, num.12. & 13.* Rolandus *cons.1. num.191. volum.3.* Iason *in l. si non sortem, §. libertus, numer.28. D. de condict. indeb.* Auiles *in ca.3. Prætor. verbo No lleuando dineros,* vbi inquit, hoc facere pro Commendatariis Sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ. Nam non tenebuntur sequi Regem, si fructus suarum Commendarum non suppetunt. Paupertas † quippè excusat illum, qui propter eam onus iniunctum adimplere non potest, *l. paupertas, D. de excusat.tut.* Bart. *in l. Imperator, D. ad Trebell.* vbi inquit, æquiparati, quem effici pauperem, vel mori, Didac. Perez *in l.1. titul.3. libr.4. ordinam. gloss. Que de Nos tienen tierras,* Azeued. *in l.1. num.8. & 9. tit.4. libr.6.* Recopil. & plura nouissimè congerens Aluarez de Velasco *in tractat. de priuileg. pauper. 1.part. capit.37. & sequentibus.* Et in nostris terminis Bottinius *d. tract. de seruitiis vassallorum, 5.part. cap.3. §.6.* Marta *de iurisd. 1.part. cap.52.* vbi congerit plura, quæ excusant feudatarios à non obediendo, & Mageruis *dict. tract. de aduocat. armata, cap.11. num. 662.* vbi in specie loquitur de excusatione ob paupertatem.

Et saltem debet considerari, † quòd vassallus seruiat pro facultate Commendæ, vel feudi, & tali modo, quòd seruiendo non fiat feudum inutile, vt docet Lucas de Pena *in d. l.1. C. de rustican. vers.2. quæstio.* Zasi. *de feud. sub tit. ad quid vassall. num.45.* quamvis si vassallus aliàs esset diues, etiam si feudum esset tenue, non excusaretur, sed tenerentur suis expensis militare, vt notat Speculator *tit. de feud. §. quoniam, num.22.*

Ac rursus † illud inspiciendum est, quod re- 88
quiritur *in dict. epist. ann.1552. suprà* relata, scilicet, vt inter omnes Commendatarios hoc onus cum debita proportione diuidatur. Ne dum pauci requirantur, nimis ij onerentur, cæteris interim immunitate fruentibus, contra dispositionem text. *in cap.1. §. vt autem, de allodiis, l. nauis onustæ, in principio, D. ad leg. Rhod. de iact. l. actores, C. de exact. tribut. lib.10. l. omnes in fraudem, C. de annon. & tribut. l. vacuatis, C. de Decurion. lib.10.* cum aliis notatis per Crauetam *cons.422. num.1.*

Tertiò, plurimis aliis omissis, de præstatione huius militaris seruitij, quæ apud Auctores suprà relatos, vbi opus fuerit, reperientur, & præcipuè apud Rosenthalium, omninò videndum, *dict. tract. de feudis, cap.8. q.3.* cum multis sequentibus, ex prædictis infertur,
hoc † militare seruitium regulariter per ipsum 89
Commendatarium, vel feudatarium præstandum esse, quoniam id natura, & intentio Commendæ, ac feudi recti desiderat, & ipsa homagij forma, & conceptio, quæ hac de re ab eisdem fieri solet, vt patet *ex l.4. tit.26. part.4. cap. si quis decesserit, in fine, si de feud. defunct. controuers.* vbi Isernia, Albatot. Laudens. Præpos. Afflict. & alij, *glos. verb. Personaliter, in cap. ex eo, de elect. lib.6. & in cap. super quæstionum, §. intentionis, de offic. deleg.* Zasius *in l. si finita, § si de vectigalibus, n.11. D. de damn. infect.* Imol. & Roman. qui de communi testatur, *in l. eorum, D. eod.* cum innumeris aliis, quos adducit Rosenthal. *d. cap.8. q.23. in tex. num.3. & in notis litt. A.* qui dicunt, hoc præ-
cipuè procedere, † vbi dominus feudi est 90
Princeps, cui nemo per substitutum seruire potest, nisi eius consensu, *l.1. C. de murileg.* Alexand. *d. §. si de vectigalibus, num.13.* Et sic, quòd in vero, & recto feudo non admittatur substitutus, sed censeatur industria personæ electæ, *l. inter artifices, D. de solutionib.* etiam si acceptum sit pro hæredibus, vel descendentibus, contra plures, qui hoc in casu contrarium voluerunt, latè docent, & defendunt Crauetta *consil.303. num.1. & seqq.* Menoch. *consil. 55. num.40. & sequentibus; & consil.187. numer.74.* & Ioann. Bodinus, omnino videndus, *lib 1. de Repub. cap.9. fol.117.* Quibus Ego
addo † *de iure nostro Regio* textum mirabi- 91
lem *in l.1. tit.4. lib.6. Recop.* ibi: *Sean tenudos de nos seruir con sus cuerpos: & in l.8. eodem tit.* ibi: *Por sus personas,* vbi idem tenet Azeued. & Viscontus *in conclus. iur. fol.246.* vbi ait, Regis esse electionem, si vult seruitium à vassallo personaliter, aut in pecunia.

Quod tamen limitandum est, † vbi fœminis, 92
impuberibus, vel Religiosis, aut senibus septuagenariis, vel aliis morbo, aut alia causa impeditis Commendæ, vel feuda concessa sunt. Tunc enim per substitutum seruire poterunt, & mulier per maritum, vt latiùs dixi *sup. c.5. ex n.30.* & prosequitur Rosenthal. *dict. cap.8. q.7. & 8. & cap.12. quæst.10. num.31.* Gregor. Lopez per text. ibi *in l.3. tit.19. par.3.* Didac. Perez *in l.4. tit.1. lib. 4. Ordinament.* Azeued. *in l.17. & 13. tit.4. lib.6.*

Recop. quæ ſexaginta dumtaxat annos ad excuſa-
tionem ſufficere oſtendit:& hoc eſt, quod ait Pe-
tra *de poteſt.Princip.cap.*32. *quæſt. de clauſula ex*
93 *certa ſcientia,num.*48.† quòd Papa conferens ali-
cui feudum, quem ſciebat eſſe infantem, videtur
cum eo hac in parte diſpenſare, & probat pro-
uiſio generalis ſucceſſionis anni 1536. cuius
ſæpè meminimus, ibi : *Con cargo que haſta tan-
to que ſea de edad para tomar armas, que ten-
ga vn eſcudero que nos ſirua en la guerra, con
la coſta que ſu padre ſiruio, y era obligado* : &
generaliter de omnibus, qui ſexu, ætate,infirmi-
tate,impedimento, vel officio excuſantur, Borri-
nius *d.5.par.cap.3. per tot.*

Rurſus eadem hæc obligatio perſonaliter
94 militandi, ita temperanda eſt, vt facilè † pa-
tribus permittatur loco ſui filios alioqui ido-
neos ad bellum mittere, ſi ipſi aliquam iuſtam
cauſam non comparendi prætexant, vt in ſi-
mili colligitur ex text. *in l.2.* vbi gloſſ. *C. qui
ætate, lib.*10. cum aliis traditis ab Alex. *conſ.*
48. *lib.*1. Platea *in l. cùm ſcimus, §. illud, C. de
agricol. & cenſit. lib.*11. motus auctoritate
eiuſdem textus, *& l. fin. C. de impub.l.*1. *tit.*15.
95 *part.*2. qui probant, † quòd filius eſt vna perſo-
na cum patre, vel caro aucta patris, Greg. Lop.
in l.5. tit.15. part.2. verb. Vayan en hueſte. Et
loquens in Equite,qui vocatur *quantioſo, d.l.*13.
*tit.*4 *lib.*5. *Recop.*

96 Quinimò,† & ſi alter,quàm filius mittatur, id
non grauate Gubernator ferre debebit, ſi parum
hæc mutatio perſonæ referat, & Commendata-
rius perſonaliter comparens,grauiter incommoda-
97 retur.Nam & in feudis legimus,† vaſſallum, nec
per ſe,nec per ſubſtitutum ſeruire teneri,ſi paratus
ſit ſoluere domino dimidiam partem reditus feudi
vnius anni,vt probat text.*in cap.*1.*§. firmiter, de
probib. feud. alien.* per Fred. vbi Præpoſ. Alba-
rot. & alij, idem Albarot. *in cap.1. in fine, de
pace iurament. firman.* Roſenthal. *d. cap.*8. *q.*7.
Azeued. *in l.8. num.1. & 2.tit.3. lib.6. Recop.*
& communis, quam reſoluit Iul. Clarus *in §.feu-
dum, q.*22.

Et licèt verum ſit, Regem, aut dominum iu-
re ſubiectionis, homagij, aut vaſſallagij pote-
ſtatem habere, vt ſubditum, vel vaſſallum, vbi
opus fuerit, ad hæc ſeruitia perſonaliter præſtan-
98 da compellat. † Non tamen minus certum eſt,
eidem quoque vaſſallorum curam, & leuamen
incumbere, ſaltem ex æquitate, & benignitate,
vt per Menochium *de arbitrar. caſu* 494. *num.*5.
& 6. ac per conſequens admittere debere excu-
ſationem eius, qui per alium æquè commodè
ſeruire paratus, iuſtam cauſam, aut etiam curam
rei familiaris alleget, vt per Hoſtienſ. *in ſumma
de ſent.excomm.§.quibus ex cauſis,verſ Quod au-
tem,*quem refert,& eleganter loqui, teſtatur Greg.
99 Lopez *in l.16.tit.13.part.*2.vbi ait,† æquiſſimum
eſſe,quòd qui regere habet omnia, *cap. regenda*
10.*q.*1.teleuet illum, cui graue detrimentum videt
imminere, *l.1. & 2. §. æquiſſimum, D. ad leg.
Rhod.de l.iact.interdum, cum l. ſeq. D. qui po-
tiores in pign.* quoniam æquitas non permit-
tit id alicui denegari, quod ipſi prodeſt, & al-
teri haud nocet, *l.2. §. item Varus, D. de aqua
pluuia, l. vbicunque* 21. *D. de interrog. action.
l. creditore* 38. *D. de euictio. l. reſcripta* 17. *C.
de precib. Imp. offeren.* ibi : *Niſi fortè ſit ali-
quid quod non lædat alium, & proſit petenti.*Et
idem in noſtris terminis probare videtur, *l.*1.
d. tit.4. lib.6. Recopil. ibi : *Otros por ſi,* DD.
in d. cap. Imperialem, §. firmiter, de proh. feud.
alien. per Feder. Bald. & Caſtrenſis *in l. quiſ-
quis, num.12. C. de Epiſcop. & Cleric.* Vbi
etiam nouiſſimè Anton. Mornatius in notis,
Cumanus, & Aretin. *num.3. in l. nemo eſt, qui
neſciat*, vbi Ronchegal. *num.29. D. de duobus
reis*, Felin. *in cap. in præſentia, num.46.de pro-
bat.*Fuluius Conſtantius *in l. nullus, C. de De-
curion. lib.*10. & Andreas Kol. *de ſeruitiis feu-
dalibus*, 1. *part. num.*149. *verſ. Tùm ſecundò*,
Martin. Magerus *de aduocat. armata, cap.*9.
*num.*1064. *& ſeqq. & cap.11. n.*126. cum mul-
tis ſeqq. & Borrinius *d.tract.de ſeruitiis vaſſal-
lorum, part.1. cap* 18. *& ſeqq.* vbi tractat, an &
quando ſubſtitutus domino acceptabilis admitti
poſſit,& debeat,& quòd talis ſubſtitutus cum eo-
dem apparatu mittendus ſit.

Sed an ſicut vaſſallus, & Commendatarius re-
gulariter debet perſonaliter inſeruire, ita quoque
† debeat perſonaliter comparere ad faciendum
homagium ſuper hoc ſeruitio, & fidelitate do-
mino præſtanda? valdè inter DD. controuerti ſo-
let. Nam affirmatiuam partem tenet Baldus *in l.*
2. *num.*54. *D. de rer.diuiſ.* Imola *in l. qui bona.
§.qui damni,D.de damn.infect.*adeò,vt nec procu-
rator pupilli vaſſalli ad hoc admittatur, niſi domi-
no conſentiente, vt per eundem Bald.*in l. ſed ſi
hac,§.ſi libertus,D.de condict.indebit.& in cap.*1.
*§.nulla,num.2.per quos fiat inueſtit.*eam rationem
reddens, quòd tale homagium habeat annexam
reuerentiæ exhibitionem, quem & alios referens
ſequitur Marin. Freccia *de author. Baron. lib.*
2. *auth.4. num.*11. Surdus *deciſ.159. num 5. &
conſ.172.num.*7. & noſter D. Balboa *in cap. Ego
N. de iur. iur. num.*6.

Contrariam autem, & ſic per nuntium, &
procuratorem præſtari poſſe, ſi ad id ſpeciale
mandatum habuerit, tenet pluribus relatis Addi-
tio ad Romanum *ſing.*807. quæ de communi
opinione teſtatur, Franc. Marcus *deciſ.482. part.*
2. Socarrats, & Marquil. quos citat Fontanel.
*de pact. nuptial. clauſ.4. gloſ.10. par.1.n.*18. Vbi
numeris ſequentibus, duas, & meo iudicio, ve-
ras diſtinctiones ad concordandas has diſſentien-
tes opiniones. Prior, vt procurator admitti poſ-
ſit, ſi dominus conſentiat, aut expreſsè non con-
tradicat. Altera, vt inſpiciendum ſit, an iuſtam
cauſam habeat dominus ad perſonalem compari-
tionem petendam, vel vaſſallus ad excuſandam,
& attenta qualitate cauſæ, iuris rigor hac in par-
te ſequendus, vel temperandus ſit. Quæ concor-
dia probari videtur tex ex. *in cap. periculoſo,
§. verum, de ſtatu regular.lib.*6.& latè eam pro-
ſequuntur, & pluribus arreſtis, & Supremorum
Senatuum deciſionibus confirmatam eſſe te-
ſtantur Roman. *dict. ſingul.*807. Bonacoſa *in
comm. opin. crim. verb. Iuramentum fidelitatis.
in 2.par.* Vezinus *tom.2 comm. opin. loco* 5.
*tit.1. cap.*14. Surdus *d. deciſ.*159. Cæſar Vr-
ſillis *in addit. ad Afflict. deciſ.265. num.*45.
Cancer. *var. reſol. 3 .par. cap.10. de content. iu-
riſdict. num.*44. Claperius *in ſuis deciſ. Fiſ-
cal. cauſa 9. q. vnica, per totam*, vbi connume-
rat, quæ ex parte vaſſalli allegari poſſunt, &
eum refert & ſequitur Fontanella *vbi ſup. num.*
20. & plurimos alios adducens Roſenthal. *in d.
tract. de feudis, cap.6. concl.37. per totam.*
Egoque teſtari poſſum † nunquam in Regno
Peruano vidiſſe, quòd perſonalis comparitio
deſideraretur,

desideraretur, vbi quidem magna locorum distantia ab hoc onere posset, & deberet iustè Commendatarios liberare, vt per eundem Claperium, & alios, *vbi sup.*

Quartò, ex eisdem principiis † deducitur, quòd cùm hæ Commendæ, sine feuda Indorum, præcipuè, & principaliter propter hæc seruitia militaria concedantur, vt constat ex *suprà* relatis, *& ex tit.21. 22. & 26. §. beneficium, tit.30. §. ex hoc illud, titul.36. & titul. 55. §. firmiter, in vsib. feud.* ac propterea vassallus domino, quasi ad id operas suas pro beneficio, quod accepit, locare videatur, cap. mutus, Episcop. vel Abbat. non † poterunt Commendatarij de rigore iuris nouam remunerationem petere ob seruitia, quæ mediante, & vrgente dicta obligatione præstiterint. Nam † contraria est officio merces, vt aliàs inquit I. C. *in l.1. D. mandati*, quia † necessitas vbi est, nec damnatio, nec corona est, *cap. si enim, de pœnit. dist.2.* Velascus *de priuileg. pauper. 1. par. quæst.2. num.6.* Et † merita, seu seruitia obsequalia non obligant dominum, vt notant DD. communiter *in l. si donatione, C. de collation.* Salicet. *in l. filia cuius, C. famil. ercisc und.* Corn. *cons.28. col.1. vol.3. Cassanaus cons.7. col.4.*

Certique iuris est, † quòd regulariter non solùm non potest quis præmium petere, verùm neque accipere, ob id, quod gratis facere tenetur, vt probat text. *in l. fin.* vbi Alexand. Ias. & alij, *D. de condict. ob turp. caus. l.1. C. eodem, l.48. tit.14. part.5.* & in simili notat Bald. *in l. si quis in graui, §. vtrum*, quem ibi DD. sequuntur, D. ad Syllanian. dicens, † quòd officiales, & ministri, qui gratis tenentur officium administrare, si præmium accipiunt, turpiter accipiunt, *l.1. C. ad leg. Iul. repetund. Auth. vt iud. sine quoquo suffragio, §.1.* & alia tradens Bartol. *in l. vt vim, num.8. D. de iustitia & iure*, vbi loquitur in terminis defensionis. Idem Bartol. *in l.1. §. sed in eo, D. ad Syllanian. & in l. metum 9. §. sed licet, per text.* ibi, *D. de eo, quod met. causa*, Anchar. *cons.175.* Decius *cons.181.* Craueta *cons.461. n.59.* Palac. Rub. *in rep. Rub. §.21. num.15.* Greg. Lopez *in l.38. tit.11. part.5. verbo No matasse*, Mayerus *de aduocat. armata, cap.14. num.315. pag.634.* Pinel. *in l.2. C. de rescind. 1. part. cap 4. n.7.* vbi hinc infert, † quòd si debitori doloso dederim, vel remisserim aliquid, vt reliquum soluat, possum rursus repetere. Idem Pinel. *in l.1. 3 par. C. de bon. mater. num 61. vers. Infertur duodecimò, & vers. seq.* vbi magis in nostris terminis tenet, quòd † vbi merita præcedentia non præstant ius agendi, non tenetur donans de euictione, & quòd si famulo, vel agenti negotia soluitur salarium, quicquid vltra datur, censebitur iure simpliciter liberalisque donationis, iuxta text. *in l. iubemus nulli, vers. Scientes, C. de Sacros. Eccles. & in l. cùm plures 13. §. fin. D. de administr. tutor.* Et illud Apostoli: *Contenti estote stipendiis vestris*, idemque esse † cum subditis, qui pro Principe, & patria fortem fidelemque operam nauarunt, aliqua remuneratio præstatur, quod & sentiunt alij, quos retuli *suprà hoc lib. cap.10. num.52.*

Quæ omnia valdè notanda sunt contra † aliquos nostri temporis huius Regni Peruani Commendatarios, qui ob quamlibet occasionem, quantumvis leuem, in qua militauerint, ad maiores honores, vel pinguiores Commendas adspirant, & pro earum consequutione grauiter & assiduis, & elatis libellis Regem, & Proreges infestant, quibus responderi potest: *Amici, nonne ex denario conuenistis mecum?* Quamvis negare non possim, nec velim, quòd † vbi se strenuè gesserunt, digni sint, vt principalis liberalitatis solatia affatim consequantur, sicuti & in illis contingere videmus, qui in Sacro Palatio, vel in aliis officiis, & Magistratibus publicis, etiam cum salario consueto, Principi, & Reipublicæ inseruiunt, vt ipse idem Pinel. agnoscit, & eleganter probat 113 Imper. *in l. fin. C. de Præposit. agent. in reb. l.1. C. de priuileg. eorum, qui in Sacro Palat. militant, lib.12.* & text. notabilis *in l. cùm nauarchorum, C. de naucul. seu naucler. lib.11.* Greg. Lop. omninò videndus, *in l.2. tit.9. part.2. gloss.5.* & Nos tetigimus *d. cap.10. in fine, & infrà cap. 27. num.82.* & alio in loco latiùs fortassè (Deo dante) dicemus.

Quintò, & vltimò, ex prædictis tentari posset, † Commendatarios, cùm Indis præficiantur, & honorificum hoc munus Regis, & Regni defendendi sustineant, ac de eo iuramentum 114 fidelitatis specialiter tanquàm nobiles præstent, nobiles quoque effectos censeri debere, eo ipso quòd Commendis donati sint. Sed nihilominus contrarium existimo, cùm id nunquam concessum, vel expressum hucusque reperiatur, & inspectis feudorum regulis doceamur, ex sola concessione feudi, etiam iurisdictionem habentis, nobilitatem non acquiri, nisi feudum ex illis sit, quæ nobilia vocantur, vel id in ipsius inuestitura apertè caueatur; & hæc inuestitura à Principe fiat, qui talem nobilitatem concedere possit, vt ex communi, & magis vera omnium feudistarum opinione, resoluit Afflictis *in cap.1. quis dicatur Dux, per tex.* ibi: *Plebei nihilominus sunt*, & innumeri alij, quos refert, & sequitur Tiraquel. *de nobilit. cap.7. per totum*, & Rosenthal. *de feud. cap.3. conclus.2.* Mastril. *de magistrat. lib.3. cap.10. num.121.* Et idem contingit † in 115 dominis vassallorum non titulatis, etiam iurisdictionem in eos habentibus (quam quidem non habent nostri Commendatarij) non enim ob id solùm nobiles efficiuntur, quin potius ab eisdem suis vassallis Burgensibus possunt inter plebeios, seu ærarios censeri, & collectari, vt insinuat text. *in l.12. tit.2. lib.6. Recop.* & post plures alios, quos referunt, probant ex nostris Couarr. *in pract. cap.37. num.1. circa finem*, Ioann. Gutierr. *lib.3. pract. q.16. ex num.9.* Ioann. Garcia *de nobilit. gloss.18. num.15.* Parlador. *in sesquicent. different.145. §.1. per totum*, Auend. *de exeq. mandat. 2.p. cap.14. n.21.* Bobad. *lib. 2. Polit. cap.16. num.173. & lib.5. cap.32.* & Petra *de potest. Princip. cap.19. num.6.* vbi quòd Princeps potest vendere dignitatem, & iurisdictionem locorum, etiam rusticis, qui tamen non propterea efficientur nobiles. Quamvis non inficier plurimum decoris, & splendoris ex Regia Commendarum concessione, & maximè vbi pingues sunt, Commendatariis accedere: quod † efficit, vt consuetudine receptum sit, vt 116 eisdem sedes nobilium in Regiis Tribunalibus concedatur, vt dicam infrà cap. vlt. num. 16. & vt facile impetrare soleant, vt pro debitis ciuilibus non incarcerentur, sed in id tantum, quod facere possunt, conueniantur, vt etiam tetigi

tetigi *suprà cap.14.num.26.& 27.* Ad hoc enim minoris notabilitatis probationes desiderantur, vt dicam *infrà lib.4. cap.3.*

CAPVT XXIV.

De onere curandæ salutis spiritualis, & temporalis Indorum, quòd eisdem Commendatariis iniungitur, & qualiter hodie practicetur? & de variis, atque vtilibus quæstionibus quæ eandem tractationem concernunt.

SVMMARIVM.

1 *Commendæ ob curam salutis spiritualis, & temporalis Indorum præcipuè institutæ, & schedulæ de hoc agentes.*

2 *Epistola ann.1555. refertur, quæ specialiter agit de spirituali, & temporali cura Commendatariorum erga suos Indos, & de pœnis negligentium.*

3 *Commendatariorum curam erga suos Indos, qui Auctores tractent, & verba Ioan. Matienz. & Acostæ.*

4 *Commendatariis iniungere curam Neophytorum honestum, & conueniens fuit.*

5 *Susceptores Neophytorum in primitiua Ecclesia, qui essent, & qui hodie patrini? & de antiquissima eorum institutione.*

6 *Patrinorum siue susceptorum baptizati officium, & solicitudo, quæ & quanta esse debeat? ex D. Augustino.*

7 *Suscepti apud antiquos dicebantur omnes, qui sub alterius patronatu, aduocatione, & clientela erant.*

8 L.quidam cùm filium, D.de verb.oblig. *explicatur, & illustratur.*

9 *Susceptos vocat Ioseph. Acosta, Indos commendatos, & rectè.*

10 *Imbecilles, & ignorantes valentioribus, aut prudentioribus commendare sempernecessarium, & laudabile visum fuit.*

11 *Homines hominibus auxiliari, & eorum damna, & iniurias euitare, si commodè possint, omni iure tenentur.*

12 *Viri magnanimi ad aliorum defensionem natura incitantur, ex Cicerone.*

13 *Commendatarij licitè possunt percipere tributa ab Indis pro cura, & tuitione eorum.*

14 *Protectoribus suis olim, & hodiè clientes ingentia honoraria persoluere solent.*

15 *Exempla honesta, & diu ac passim in Rep. vsitata, qui sequitur, benè facit, & securus esse potest in conscientia.*

16 *Solitum fieri, præsumendum est legitimè fieri.*

17 *Pretium non posse quem recipere, ob id, quod gratis facere debet, quomodo intelligendum sit?*

18 *Defensionem alterius ex officio nemo suscipere tenetur, & ideò si suscipiat, potest pretium pro ea paciscì, & recipere.*

L.metum 9.§.sed licèt, D.quod met.causa, *explicatur, & illustratur, ibidem.*

19 *Mercedem petere, & accipere licet pro te liberando à violentia per alterum illata.*

20 *Æquum est, vt si tu habes bonum propter me, ego habeam propter te.*

21 Cap. recepimus. in fine, de priuileg. *ponderatur, & illustratur.*

22 *Protectionum, & aduocatiarum, quæ hodiè vsitantur salaria, & honoraria plurimi Auctores defendunt, qui referuntur.*

23 *Præceptum iuuandi, vel succurrendi proximum, non obligat, vt me periculis, vel impensis exponam.*

24 *Protectio æquiparatur operis, pro quibus licitè pretium recipitur.*

25 *Salaria militum, vassallorum feuda, & aduocatorum honoraria, etiam si concernant defensionem clientum, licitè recipiuntur.*

L.properandum, §.illud, C.de iudiciis, *expenditur, & exornatur, ibidem.*

26 *Aduocato debetur salarium, etiam non conuentum.*

27 *Commendatarij, vt tributa Indorum sibi commendatorum iustè percipiant, quid facere debeant?*

28 *C. Gregorij Magni epistola insignis refertur, quæ valdè conducit commendatariis Indorum.*

29 *Doctrina, & conuersio Indorum, cur primis temporibus commendatariis sæcularibus commendata fuerit.*

30 *Parochi proprij, quomodo vnicuique municipio 400. Indorum constituti fuerint, vt eorum doctrinam curarent? & quòd ideò* Doctrineros *dicuntur.*

31 *Commendatarij hodie non curant de doctrina spirituali Indorum, sed soluunt Parocho stipendium, & vt is munus suum bene impleat, iurare debent.*

32 *Commendatarij licet hodie sint releuati à cura doctrinæ spiritualis Indorum, debent tamen in politicis, & temporalibus eos instruere, & defendere, & in omnibus veluti parentum loco esse.*

33 *Paterfamilias quomodo debeat suos regere, & corrigere, & de eorum damnis teneatur.*

34 *Prætores, siue Correctores constituti sunt in prouinciis Indorum, & eis soluitur salarium à commendatariis.*

35 *Labore diminuto, debet minui salarium.*

36 *Prætores Indorum introducti sunt ob excessus commendatariorum, & ideò iustum fuit, vt eorum salaria persoluant.*

37 *Damnum, quod quis sua culpa sentit, patienter ferre debet, & sibi imputare.*

38 *Commendatariorum cura circa Indos sibi commendatos, qualiter hodie practicetur? & de schedulis, quæ de ea agunt.*

39 *Commendarum in titulis etiam hodie apponuntur clausulæ de curanda salute spirituali, & temporali Indorum.*

40 *Clerici ad doctrinas Indorum præsentari non debent, qui sint propinqui commendatariorum, & quare?*

41 *Commenda Indorum vbi prouidentur, multum curari, & attendi debet integritas vitæ, & prudentia eligendi, & quare?*

42 *Indignus quis iudicari debeat? vbi agitur de commendatione Indorum, ex sententia, & verbis P. Acostæ.*

43 *Prætoris ad electionem, si eius vita, & mores attenduntur, multò magis id fieri debet*

bet in electione commendatarij, ex eodem Acosta.

44 Exemplo, & disciplinæ aliorum, qui præficiuntur, maiori vitæ sanctimonia fulgere debent, & grauiùs peccant.

45 Prælatorum vitia faciliè trahuntur à subditis in exemplum.

Pastore languente, grex insidiatoris dentibus laniandus, exponitur, ibidem.

46 Magistratuum, & Præpositorum delicta grauius puniri debent, & quare? & locus D. Isid. & Cassiod.

47 Defendere, & dirigere alium qui debet, si ei peccatum suadeat, vel cum eo delinquat, grauiùs peccat, & punitur, & quare?

48 Culpa maior vbi est, maior debet exerceri vindicta.

49 Casus cuiusdam miseri commendatarij refertur, qui cum suis Indis sodomitabatur.

50 Sodomiam qui committit cum impubere, vel rustico, aut ignorante, huius quoque culpam, & delictum in se transfundit.

51 Sodomitici sceleris detestatio, remissiuè.

52 Commendatarij multum debent attendere curæ Indorum sibi commissæ.

53 Beneficium non meretur habere, qui negligit officium.

54 Commendatarij solùm curant, vt sibi plurimi Indi commendentur, non autem de eorum spirituali, & temporali salute. Et insignis locus Plauti contra eos.

55 Commendatarij Indos suos grauantes, aut vexantes, priuari commendis possunt, & ad restitutionem damnorum tenentur, & quare?

56 Causa ex aliqua datum, causa non impleta, vel sequuta, repeti potest.

Promissa, qui ex sua parte non implet, facit, vt alter liberetur, ibidem.

57 Feudatarij, & commendatarij non possunt sæuire in suos vassallos, nec eis grauia tributa, aut insueta seruitia imponere.

58 Abusus rerum punitur earum priuatione.

59 Sæuitia, & mala tractatio vassallorum multis casibus punitur in iure, remissiuè.

60 Vassalli propria authoritate possunt deserere dominum, qui eos malè tractat.

61 Iure sibi competenti, qui abutitur, illo generaliter priuatur,

Domini an vassallos mediocriter verberare possint, & de aliquorum tyrannide, ibidem.

62 Commendæ priuationem ob sæuitiam erga Indos, & malam tractationem, iustissimam esse, agnoscit Acosta, cuius verba referuntur.

63 Monitio bonæ tractationis Indorum non est necessaria, vt commendatarius, contra faciens, priuari possit, & quare?

64 Cap. 1. §. quicunque aduocatiam, de pace tenenda, explicatur.

65 Monitio solet requiri ad irrogandam pœnam priuationis in excessibus omissionis, non commissionis, & quare?

Facta patent, non facta latent, ibidem.

66 Delictum confitens in omittendo, non est ita graue, quàm in committendo.

67 Pœnas, quæ commendatariis irrogantur, ob damna suis Indis illata, vel ipsi iustas esse fateri cogentur, & quare?

68 Iniuriæ non debent nasci, vnde iura nascuntur, nec pernicies vnde salus petebatur, ex Cassiod. Acosta, & aliis.

L. meminerint, C. vnde vi, & similes, illustrantur, ibidem.

69 L. 3. tit. 19. part. 2. expenditur, & illustratur.

70 Clienti fraudem faciens, lege 12. Tabul. sacer, & ignominiosus erat, & de loco Virgilij.

71 Defendere quem promisimus, grauare turpissimum est.

72 Prohibere, qui alium facientem ex officio debet, id ipse committere non potest.

73 Negotia alterius, qui administranda suscepit, idem in sua persona, quod in aliorum præstare debet.

L. altius, D. si seruit. vind. & l. si negotia 31. D. mandat. expenduntur, ibidem.

74 Obligatus alium indemnem conseruare contra extraneum, multò magis eum contra se ipsum indemnem conseruare cogitur.

75 Commendatarij curare debent, ne adeò malè audiant apud omnes ob iniurias Indorum.

76 Clientelæ antiquæ, & hodiernæ an sint viles? in dubium vocatur, ob iniurias, quas clientes à suis protectoribus patiuntur.

77 Saluiani elegans locus de damnis clientelarum refertur, & ad commendatarios transfertur.

78 Episcopi Chiapensis obiectionibus contra commendas Indorum responsum, & obuiam itum est.

79 Abusus rerum alioqui iustarum, earum substantiam non mutat.

80 Bonum nullum est, in quo abutendo vitium non reperiatur, ex Cicerone.

81 Tutela est res sancta, & maximè necessar . & tamen ea sæpè homines abutuntur.

82 Tutores non quasi tuitores, sed quasi tollitores, ab effectu dici debere, scribit Albericus.

83 Tutelæ vsus cessare non debet, ob exempla, & fraudes aliquorum tutorum infidelium.

84 Commendatarios officio suo in protegendis Indis non defuturos, Dei ope sperandum est.

85 Cassiodori insignis locus refertur de vindicta diuina in eos, qui pauperes vexant, & spoliant, & ad commendatarios Indorum accommodatur.

86 Commendatarij iniurias inferentes suis Indis semper grauiter castigantur in Regio Limano conuentu, & in Supremo Indiarum Senatu.

87 Casus litis cuiusdam commendatarij de los Auilagas refertur, ob iniurias Indorum grauiter condemnati,

88 Exodi locus cap. 22. expenditur.

89 Probatio minor desideratur in damnis, & iniuriis Indorum contra commendatarios, & vassallorum contra Magnates.

90 Probatio etiam pro pauperibus contra diuites, & nobiles, & pro vassallis contra dominos, in suo genere perfecta esse debet, & eliditur per contrariam probationem nobilis.

91 Indi, qui rationibus tributorum intendunt, & in Regno Peruano dicuntur, Quipocamayos quam fidem faciant?

92 Quipos,

92 Quipos, *quid significent apud Indos Peruanos & de eorum structura, & ratione.*

93 *Officiales electi ad aliquam administrationem, & eorum libri, an & quando fidem faciant?*

94 Quipocamais *non potest integra fides adhiberi, & quare?*

95 *Testis, si quis idoneus non est in aliqua causa, instrumentum etiam ab ipso in eadem confectum vacillabit, & num. 99.*

96 *Exactorum libris contra tertium non creditur, nec Massarij vniuersitatis.*

97 *Testis nemo idoneus in causa, quæ eum tangit, intelligitur, & maximè Indi, etiam* Qui pocamai.

98 *Testis, qui est de vniuersitate, cum qua litigatur, vel aliquod interesse, etiam in consequentiam, ex causa consequi potest, non est integer.*

99 *Officialis, & exactor tributorum vniuersitatis, in causa ipsius testis idoneus non censetur.*

100 *Vniuersitas, vbi suspecta est, etiam & testes, & officiales eiusdem suspecti erunt, & quare?*

101 *Commendatarij nihil à suis Indis præter tributa taxata petere possunt, & schedula, quæ id disponit.*

102 *Contractus, pactiones, & permutationes commendatariorum cum suis Indis prohibitæ sunt.*

103 *Commendatarij nulla opera rustica, seruitia, vel victualia à suis Indis recipere possunt,*

104 *Alere se mutuò debent libertus, & patronus, dominus, & vassallus, si ad inopiam deuenerint.*

105 *Ecclesia tenetur alere suum patronum pauperem, ex multorum sententia.*

106 *Indi non tenentur alere commendatarium pauperem, sed implent tributa debita ei præstando.*

107 *Charitas benè ordinata petit, vt sibi quis magis, quàm aliis prospiciat, & locus Senecæ, ac Catonis distichum de hoc.*

108 *Necessitatem facto suo patienti, subueniendum non est.*

109 *Commendatarius, an possit à suis Indis vocari in ius sine venia.*

110 *Patronum libertus, & dominum vassallus in ius sine venia vocare non potest, ex sententia aliquorum, quæ non practicatur, & num. seqq.*

Parochianus vtrùm possit vocare suum Parochum in ius sine venia: ibid.

111 *Testis vtrùm esse possit Indus pro vel contra suum commendatarium, & è conuerso.*

112 *Confessarij commendatariorum qualiter se in eorum confessionibus habere debeant?*

113 *Damna Indis illata qualiter commendatarij, & conquisitores in conscientia sarcire debeant?*

114 *Commendatarius pro damnis, quæ intulit Indis, an & quando impleat, relinquendo aliquid ad conuersionem, & doctrinam eorum?*

115 *Indo etiam ebrio est facienda restitutio damnorum, quæ ei illata sunt, & qualiter sit pecunia deponenda.*

116 *Dominus verus rei, quæ restitui debet, diligenter quærendus est, priùs quàm alio modo restitutio fiat.*

117 *Indis quod debetur pro damnis datis, difficile est eisdem reddere, qui damnum passi sunt, & quid tunc fieri soleat?*

118 *Legata relicta Indis in communi, pro damnorum eis datorum restitutione, seu satisfactione an sint pia, & coram iudice Ecclesiastico peti possint?*

119 *Legatum factum pro anima, vel pro exoneratione conscientiæ est pium.*

120 *Legatorum piorum executio, & implementum est mixti fori.*

121 L. hæreditas 50. de petit. hæred. *explicatur, & illustratur.*

122 *Episcopus quando possit cogere hæredes, vt impleant opera pia à defunctis relicta.*

123 *Legatum relictum pro malè ablatis, & ad exonerationem conscientiæ, an & quando sit verè legatum, & non debitum.*

124 *Legatum in dubio pium, & pro Deo, & anima relictum censeri debet.*

125 *Legatorum petitio, vtrùm executiuè fieri possit: disputari solet, remissiuè.*

126 *Legata pia ex communi omnium sententia habent executionem paratam.*

127 *Auth. de Ecclesiast. tit. § si quis pro redemptione, ponderatur, & explicatur.*

128 *Verba* modis omnibus *aliquid fieri iubentia, important ipso iure, & executiuè.*

129 *Legata pia, etiam sine aditione hæreditatis impleri debent, & à morte testantis cedunt.*

130 *Schedula celebris refertur de ann. 1568. quæ super legatis, Indis à commendatariis relictis pro damnis eisdem datis, iustitiam celeriter fieri iubet, & eius explicatio.*

131 *Clausula quòd fiat iustitia, non tollit iuris ordinem.*

QVamvis militare ſeruitium & prouinciarum Indiarum tuitio, maximum, ac veluti præcipuum Commendarum onus eſſe videatur, vt in ſuperiori capite diximus. † Exiſtimo quidem adhuc, in eiſdem conſtituendis à piiſſimis noſtris Regibus non minns, quin potiùs magis, curatum, cautum fuiſſe, vt Commendatarij Indorum, qui ſibi commendabantnr, in ſe tutelam, ac clientelam reciperent, & ſpiritualem, temporalemque eorum ſalutem curarent, vtpotè barbarorum & omni reſpectu miſerabilium, & multis aliorum hominum iniuriis, & captionibus expoſitorum. De quo aliqua tetigi *ſuprà hoc lib. 2. cap. 1. & 2. & lib. 1. cap. 27.* & plurima vſque ad nauſeam colligi poſſunt ex multis, enixis, & repetitis ſchedulis, quæ circa iſtud onus diſponunt, & repeC riuntur *in 2. tom. impreſſ. ex pag. 119.* inte quas emicat illa 30. Martij ann. 1532. ad Mexicanam Audientiam ſcripta, quæ iubet, v de hoc ſpeciale iuramentum ab eiſdem Commendatariis ſumatur, & altera 10. Martij ann 1554. *pag 243.* quæ eorum conſcientiam ſupe tutela Indorum, & Fidei, Religioniſque Catholicæ doctrina, grauiter onerat, & ad tributorum reſtitutionem in foro interiori teneri docet, ſi in hoc negligentes exiſterint, & in exteriori, ipſi Commendis iuſtè ac legitimè priuari poſſe, & pri uandos eſſe decernit.

Sed præſtat, vt audiamus † aliam epiſtolam Regiam

Regiam 7. Iulij ann. 1555. ad Limanam Audientiam directam, *eod. tom. pag.* 258. quæ suprà dicta omnia grauissimis verbis perstringens, ita loquitur: *Porque y à sabeis, que el origen destas Encomiendas fue, respetando siempre al bien de los Indios, para que fuessen dotrinados en las cosas de nuestra santa Fè Catolica, y para que los tales Encomenderos tuuiessen cargo de la tal dotrina, y defensa de los Indios, que les estan encomendados, para no los dexar maltratar en sus personas, ni haziendas; y los tuuiessen en Encomienda, para que ningun agrauio recibiessen, y con esta carga se los dieron, y han dado siempre; y es cargo anexo à la Encomienda, de tal manera, que no cumpliendo, serian obligados à restituir lo que lleuan, y es legitima causa para los priuar de las Encomiendas, &c.*

Et vltra prædictas, & alias schedulas, quæ passim super hoc promulgantur, † benè eiusdem oneris naturam, & qualitatem expressit Ioan Matienz. *in l.* 6. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recop. gloss.* 2. *num.* 12. sic inquiens: *At Indorum Commendæ feudis comparantur, quod constat, vel ex eo, quod sit contractus vltrò, citròque obligatorius. Nam ex parte Regis nostri Indi commendantur, qui reddunt tributa Commendatario, vt eis patrocinetur, & à molestiis defendat, vtque doctrina cœlesti, & humana, seu politica instruantur, &c.* Quod etiam prosequitur idem Auctor in tract. M. S. de moderatione Regni Perù, 1. *part. cap.* 12. & *c.* 28. & *seqq.* Episcop. Chiapens. *remed.* 8. *ratione* 11. Antonius de Herrera *in histor. gener. Ind. decad.* 8. *lib.* 8. *cap.* 3. & nouissimè noster Ant. de Leon *in tract. de confirm. Regiis,* 1. *part. cap.* 19. *numer.* 41. & *seqq.* & melius cæteris Ioseph. Acosta *de procuranda Indor. salute, lib.* 3. *cap.* 11. & *seqq.* vbi hanc causam in Commendis introducendis, præcipuè consideratam fuisse, his verbis ostendit: *Tertia, eadémque maxima, ac reliquarum fundamentum causa extitit, vt noui fidei tyrones, teneræque stirpes, patrocinio, curaque veterum protegerentur, instituerentur, Religionis disciplina regerentur. Denique salutis viam, vt omninò munirent, atque infirmos in Fide (vt monet Paulus ad Rom. 14.) assumerent.*

Et sanè (vt idem Auctor subdit in fine eiusdem *capitis* 11. *pag.* 321.) negari non potest, quin † hæc causa suprà allata, de cura prouidentiáque Neophytorum, speciosa planè, & honesta, atque officij plena videatur. Quid enim magis salutare dici potest, quam vt noui Christiani veterum diligentiæ commendentur? Quod etiam † in primæua Ecclesia in more fuisse Dionysius Areopagita satis indicat *lib.* 2. *de Eccles. Hierarch.* cum Fidei candidati, probatæ fidei susceptoribus traderentur, piè, ac salubriter imbuendi, atque officiosè adiuuandi, qui apud nos appellantur Patrini, quorum institutionem antiquissimam fuisse, ex eodem Dionysij loco, rectè deducit Crespetius *in summa fidei, verb. Baptismus paruulorum, pag.* 52. & *verb. Patrini, pag.* 709. vbi ad idem plura Conciliorum loca diligenter expendit, & plura alia adducens Viscontus *in tract. de Baptismo, lib.* 1. *cap.* 30. & nouissimè D. Franc. Torreblanca *de iure spirit. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 25. & *seqq.*

Et conducunt † verba D. August. *in sermone ad populum*, vbi inquit: *Quicunque igitur viri, quæcunque mulieres de sacro fonte filios spiritualiter susceperunt, cognoscant se pro eis fideiussores extitisse apud Deum. Et ideò necesse est, vt semper illis solicitudinem veræ charitatis impendant, admoneant, & castigent, atque corripiant, vt castitatem custodiant, virginitatem vsque ad nuptias seruent, & cæteris bonis operibus dediti sint, &c.*

Quinimò & semota fidei, ac doctrinæ consideratione, † idem *Susceptorum* nomen veteres 7
quibuscunque Patronis, siue Potentioribus indiderunt, qui alios infirmiores in suam protectionem, & clientelam recipiebant, qui & ipsi *suscepti* iam olim etiam dicti sunt, quia se, & bona sua Potentioribus tuenda commiserunt, vt constat ex Ammian. Marcel. *lib.* 30. Saluian. *lib.* 5. *de gubernat. Dei*, ibi: *Nihil susceptis tribuunt,* Seruio *lib.* 6. *Æneid.* vbi *Susceptos* eosdem esse dicit, quos alio nomine *Clientes* vocamus, quasi colentes dominum, vt ab eo defendantur, de quibus dixi *suprà cap.* 1. *ex num.* 36. Et in idem
tendit † Iur. Conf. *in l. quidam cum filium alie-* 8
num susciperet, D. de verbor. oblig. quem Cuiac. ibidem, & Gothofred. *in notis*, de hoc modo susceptionis accipiunt, scilicet, vt haberet, custodiret, tractaret, non inhumanè, nec crudeliter, sed vt eum haberet in fidem, ac clientelam suam. Et D. Augustin. in quæstion. mixtis, vbi, eodem planè sensu susceptum vocat eum, quem alter, vt aduocatus defendit: *Nunquid si malæ vitæ sit aduocatus, contra susceptum eius pronuntiabitur? Hoc est officium aduocati, vt secundùm iuris ordinem suscepti causam peroret.* Quo etiam vocabulo vtitur Iulius Seuerianus in præceptis rhetoricis, *pag.* 26. ibi: *Solitudinem suscepto vel cætera eius infortunia memoramus*, Iul. Paul *lib.* 5. *sent. tit.* 15. §. 1. vbi inquit: *Susceptos non posse testes esse accusatori*, Imp. *in l.* 1. *C. de princip. agent. in reb. lib.* 12. & *in l.* 1. *C. vt nemo ad suum patrocin. suscipiat vicos, vel rusticanos,* vbi alia eruditè tradit Cuiac. & Prateius, Kalinus, & alij *de verb. iur. verb. Suscepti*, Gothofred. *in d. l. quidam cùm filium*, vbi idem significare putat nomen *familiaris*, cuius fit mentio *in l.* 6. §. 5. *C. de his, qui ad Eccles. confug.* & nouissimus Martin. Mager *de aduocat. armat. cap.* 2. *num.* 16. & *cap.* 4. *num.* 31. & † in nostris ter- 9
minis Acosta *d. lib.* 3. *cap.* 14. *in fin.* ibi: *Hac beneficentia, & fide, si susceptis suis nostri consulerent, &c.*

Fuit † enim semper laudabile, & necessarium 10
iudicatum, non solum apud Christianos, verum & apud Gentiles, vt qui fortunis, ætate, vel ingenio imbecilliores essent, aliorum potentiorum, & prudentiorum patrocinio commendarentur, eorúmque auxilio, & consilio regerentur, & tuerentur, vt pluribus ostendi *in* 1. *tom. de Ind. iur. lib.* 2. *cap* 8. *num.* 119. & *seqq.* Ad quod of-
ficium impartiendum † homines hominibus 11
Diuino, Naturali, Canonico, & Ciuili iure teneri, benè probatur ex text. *in l. vt vim, D. de iust. & iure, l. scientiam* 45. *D. ad leg. Aquil. cap. non inferenda* 23. *quæst.* 3. *cap.* 5. §. *proximos, cum seqq. de pœnit. distinct.* 2. *cap.* 6. *de sentent excomm. in* 6. & latè post alios ostendit Marius Salomon. *num.* 16. & Zoanetus 3. *part. num* 99. *in d. l. vt vim*, Mencha. *lib.* 1. *controuers. illust. cap.* 19. *num.* 5. & 6. & *cap.* 41 *num* 22. Menoch. *de arbitr. cent.* 3. *cas.* 277. Georg. Obrect. *in tract. de necess. defens. cap.* 4. *n.* 7. & 11. & *cap* 7. *n.* 42. & latè Magerus *d. tract. de aduocat. armat. cap.*

cap.1. num.63. & num.251. & seqq. cap.5.n.544.
cum multis seqq. & meliùs *cap. 14. ex num. 135.*
12 Idque votum, & ſtudium † Magnanimus viris
iure naturæ ineſſe, Cicero *lib. 3. de finibus* ele-
ganter his verbis ſcripſit : *Vt tauris natura da-*
tum eſt, vt pro vitulis contra leones ſumma vi,
impetuque contendant, ſic iȳ, qui valent opibus,
atque id facere poſſunt, ad ſeruandum genus hu-
manum, natura incitantur.

13 Quod tamen non impedit, † quin licitum ſit
noſtris Commendatariis pro opera, quam In-
dis in hac inſtructione, & defenſione præſtant,
tributa, & ſeruitia licita, ex Regis conceſſio-
ne, & taxatione percipere. Nam id plurimis
exemplis defendi poteſt variorum Principum,
ac Rerumpublicarum, tam priſci ſæculi, quam
14 hodierni temporis, † in quibus clientes ſuis
Patronis, & Protectoribus ob eandem cauſam
ingentia honoraria perſoluere conſueuerunt,
& hodie perſoluunt, vt latiſſimè probat, & pro-
ſequitur Schurf. *conſ. 23. num. 5. cent. 3.* Gail.
lib. 2. obſeru. 54. num. 10. Vuaremund. *de fæde-*
ribus, lib. 1. cap. 4. num. 12. Vulteius *de feu-*
dis, 1. part. cap.8. num. 17. Farinacius *deciſion.*
nouiſſimar. 146. num.26. & ſeq. Aluar. Valaſcus
conſult. 105. num. 62 & ſeqq. & Mageus *vbi*
ſuprà d. cap.1. ex num. 81. & ferè per totum,
& cap.5. num 403. & cap.14. ex num.130.

15 Quod efficit, † vt ſecuri hac in parte, ſiue
praxi eſſe poſſimus, & debeamus. Exempla
enim honeſta, & Reip. vtilia, quoad fieri po-
teſt, imitari quemlibet decet, *l. 1. §. ſecundo lo-*
co, D. de poſtul. l. cùm quidam, C. de adminiſtr.
16 *tut.* Et † quod quotidie fit, vel ſolitum eſt
fieri, legitimè fieri præſumendum eſt, *l. ſi quis*
donaturus, vbi gloſſ. *D. de vſufruct. l. quod ſi*
nolit, §. quia aſſidua, D. de ædil. edict. l. certi
conditio, §. ſi nummos, D. ſi cert. petat. l. penult.
D. de conſtit. Princip. vbi eleganter dicit Vl-
pian. non recedendum ab eo iure, quod diu
æquum viſum eſt, niſi euidens ſubſit vtilitas,
cap. conſtitutus, de Religioſ. domib. cap. Eccleſia-
ſticarum, diſt. 11. vbi etiam docemur, præſu-
mendum eſſe pro his, quæ diu agitata ſunt in
Eccleſia Dei, patiente, & tolerante ſuperiore
iunctis aliis, quæ adduxi *ſup. lib. 1. cap.13.n.70.*
& ſeqq. & latè congerit Mager. *d. cap. 1. nu-*
mer. 238. & ſeq.

17 Etenim † licèt verum ſit, non poſſe aliquem
accipere mercedem, pro eo, quod gratis fa-
cere tenetur, *l. penult. D. de condict. ob turpem*
cauſ. cum aliis, quæ congeſſi *cap. præcedenti*
num. 107. & ſeqq. hoc quidem intelligitur in
eo, qui ex officio ſuſcepto aliquid facere te-
nebatur, non autem in eo, qui ſolùm ex æquita-
te, & generali humanæ ſocietatis cognatione
18 ad id ſuadetur; † hic enim pro cura, & indu-
ſtria in defenſione alterius adhibita, benè po-
teſt pretium paciſci, & pactum recipere, imò
& exigere, vt expreſsè docet Pompon. *in l.*
metum 9. §. ſed licèt, D. quod met. cauſ. vbi
19 Bart. & Cardin. Albanus notant, † licere mi-
hi accipere pecuniam, vt te liberem à violen-
tia illata per alterum, gloſſ. celebris *in d. cap.*
non inferenda 23. quæſt. 3. Dynus *in regula non*
eſt ſine culpa, vbi etiam gloſſ. *de regul. iur. in 6.*
Signorolus *conſ. 167. col. 5. & conſ. 79. col. 3.*
& conſ. 162. & 245. Auguſtin. *in addit. ad An-*
gel. de malef. verb. Che me ay adulterato, n. 64.
Afflict. *deciſ. 149.* Beroius, omninò videndus, *in*
cap. 1. num.51. de offic. delegat. & Flores de Me-
na *pract. quæſt. cap. 18. à num. 14.* text. & DD.
in l. iam tamen, §. in hac, D. iudicat. ſolui, & in
l. ſi pater, §. ſi quis aliquem à latronibus, D. de
donation. & gloſſ. optima *in eod. §. ſed licèt,*
vbi ait : † *Æquum eſſe, vt ſi habes bonum pro-* 20
pter me, vt & ego habeam propter te, l. idem, §.
fin. D. de condict. ob turp. cauſ. & l. 2. §. æquiſ-
ſimum, D. ad l. Rhod. de iactu, cum aliis, quæ
tradit Menoch. *conſ. 701. num. 88. lib. 8.* Vin-
cent. Carrot. *in tract. de locat. & conduct. tit.*
de merced. quæſt.10, num. 2. vbi ex ſuprà dictis
concludit, licitum eſſe mercedem recipere pro
defendendo aliquem ab iniuria, vel offenſa, li-
cèt ad hoc teneatur iuſtitiæ, vel charitatis præ-
cepto, poſt Bart. *num.8.* Bald.9. Angel. 8. Iaſ.
31. & reliquos DD. communiter *in d. l. vt vim,*
& innumeros relatos à Pet. Plaza *in epit. delict.*
cap.22. num.17. Iul. Clar. *lib.5. ſent. § fin. q.85.*
num. 3. vbi eius Additionat. & latiſſimè Boër.
in addit. ad Dynum in d. cap. non eſt ſine culpa,
de regul. iur. in 6.

Et in terminis protectionis, & aduocatiæ
armatæ, & clientelaris, quæ in Germania, &
aliis prouinciis vſitatur, idem probat † ele- 2
gans texr. in cap. recipimus, in fine, de priuile-
giis, vbi permittitur, vt clerici, ſubiecti, Epiſ-
copo Diœceſano, ſe poſſint dare in clientelam,
& protectionem aliorum; & in fine ſubiicitur,
iuri Diœceſani Epiſcopi nihil videri detra-
ctum, etiam ſi perceptæ protectionis cenſus
perſoluatur, & † latè tradit Curt. Iun. *conſ.124.* 2
num.1. Zoanet. *in d. l. vt vim, 1. part. num.99.*
Simon Piſtor. *conſ. 19. num. 16. volum. 1.* Me-
noch. *conſ. 29. numer. 34.* Georg. Obrecht. *in*
tract. de defenſ. neceſſ. cap.7. num.44. Gail. *lib.2.*
pract. obſeru.54. num.2. Schuff. *conſ. 23. cent.3.*
num. 3. & ſeq. Bodin. *de Repub. lib. 1. cap. 7.*
Knichen *in commentariis de Saxonico non pro-*
uocandi iure, cap. 5. num. 504. Vvaremund. *de*
fæderib. lib. 1. cap. vltim. num. 12. Hoping. *in*
diſſert. de iure protect. §. 16. in not. litt. D. &
latiſſimè & eruditiſſimè hunc articulum pro
vtraque parte diſputans, & argumentis contra-
riæ ſigillatim reſpondens, Martin. Mager. *d.*
tract. de aduocat. armata, cap. 14. ex num.132.
ad num.284.

Vbi benè, poſt alios, reſoluit † illud diuini, 2
& humani iuris de proximis iuuandis præ-
ceptum, tunc obligare, cùm quis, vt alij ſuccur-
rat, vel conſulat, ſe ipſum non grauat, nec
alicui periculo, labori, vel impenſis exponit.
Etenim ſi contrarium contingat, & alterius
defenſionem, veluti ex officij neceſſitate, ſuis
humeris imponat, benè poteſt pro hoc onere
honorarium recipere, iuxta text. ſic intelligen-
dum *in d. l. metum, §. ſed licèt,* quia eiuſmodi
protectio † æquiparatur operis, argum. text. 2
in l. ſtipulationes non diuiduntur 72. verſ. Ope-
ras, D. de verbor. oblig. pro quibus dubium non
eſt pretium recipi poſſe, *l. cùm in duobus, §. ſi*
in coëunda, ibi : *Opera pretium recipit, D. pro*
ſocio, & l. ſi non ſortem 26. §. libertus, D. de
condict. indeb. ibi : *Operæ recipiunt æſtimatio-*
nem. Alioqui † neque militi ſtipendia, neque 2
vaſſallo feudum, neque aduocato ſalarium, ſi-
ue honorarium pro defenſione patriæ, domini,
vel clientis recipere liceret, quod eſt contra
text. *in l. 1. & 2. l. 5. §. 2. C. de re milit. lib.12.*
cap. 1. in princip. quibus mod. feud. amittat. l. 1.
in

in princip.C.de ſuffrag. l. properandum 13. §. *illo proculdubio,C.de iudic.* ibi : *Honorariis ſcilicet à clientibus , qui dare poſſunt , diſertiſſimis togatis omnimodò præſtandis, &c.*

Quod adeò verum eſt, † vt aduocato debeatur ſalarium (licet non conuentum) officio iudicis , vt per Bald. & alios Scribentes communiter *in d.§. illo*, Alexand. *conſ.*109. *num.*2.*lib.*6. Alciat. *in l.creditori,verbo Patrocinio, C.de pact.* Bart.*in l.*1.*§.in honorariis, D.de variis, & extraordin.cognit.* Bald. poſt Cynum *in l.* 1. *C. de pact.* Natt.*conſ.*376.*num.*2.*&* 4.*lib.*2.

Et huc reſpiciens , in ipſis Commendarum, de quibus agimus , terminis Ioſeph. Acoſta *d. lib.* 3. *de procur. Ind. ſalute* , *cap.* 11. 12. *&* 13. tributa,† quæ ab Indis , propter eorum curam, ſuis patronis, ſiue Commendatariis præſtantur, ſecurè percipi neutiquam dubitat:monet tamen illos, vt muneri ſuo diligenter incumbant , adducens verba D. Gregor. ad nobiles Sardiniæ, *lib.*3.*Regiſtri* , *epiſt.*23. quæ maximè ad noſtrum inſtitutum conducunt. Nam cum ſe dolere dixiſſet,quod Ruſticos idololatriæ deditos,in ſuis poſſeſſionibus haberent , poſt pauca ſic inquit: † *Vnde magnifici filij exhortor , vt omni cura, omnique ſolicitudine, animarum veſtrarum zelum habere debeatis , & quas rationes omnipotenti Deo de ſubiectis veſtris reddituri eſtis ; aſpicite. Ad hoc quippè illi vobis commiſſi ſunt , quatenus & ipſi veſtræ vtilitati valeant ad terrena deſeruire , & vos per veſtram prouidentiam eorum animabus , ea quæ ſunt æterna proſpicere. Si igitur impendunt illi , quod debent , vos eis cur non ſoluitis , quod debetis ? ideſt , vt aſſiduè illos magnitudo veſtra commoneat , ab idololatriæ errore compeſcat , quatenus eis ad fidem ductis, Omnipotentem Dominum erga ſe placabilem faciat.* Hæc Gregorius , quibus (vt benè obſeruat idem Acoſta vbi ſuprà) & quid liceat accipere , & quid liceat reddere infidelibus Indis ſibi commiſſis,Patroni ſatis, quantum arbitror, edocentur.

Verum vt vlterius progrediamur , † hæc patroniorum cura , quatenus attinet ad eorum conuerſionem , & in Fide Catholica eruditionem , primis illis temporibus exactiùs requirebatur , eo quod Indi longè plures numero eſſent , & Sacerdotum , ac Religioſorum copia deſideraretur, quibus hoc onus , quod ipſorum erat proprius, demandari poſſet. Maximè nondum erectis Eccleſiis, nec Epiſcopatibus, Diœceſibus , ac paræciis , imò neque ipſorum Indorum municipiis commodè ordinatis , & diſtributis. Cæterum poſtquam hæc progreſſu temporis , & inceſſabili Regum noſtrorum pietate, cura & ſolicitudine , congruentiùs diſpoſita fuerunt , & in meliorem ſtatum † reducta, oportere viſum fuit,vt vnicuique Indorum municipio , quod 400. tributarios haberet , proprius Parochus aſſignaretur , qui eis ſacramenta miniſtraret , & fidei , ac politicorum morum præcepta doceret , vt diſponitur *in primo Concilio Limenſi part.* 2. *conſtit.* 77. Vndè , & doctrinarij dici cœperunt,vulgò *Doctrineros*:Commendatariis † interim ab hoc onere , & cura magna ex parte liberatis , dummodò ex ſuarum Commendarum redditibus ſufficiens ſalarium, ſiue ſtipendium (quod communiter Synodum vocant)Rectoribus exhiberent,& ſi hos vel remiſſos , & negligentes notarent, vel improbos, & impuros , vel cupidos , ac rapaces ; denique gregem Domini lædi grauiter inſolentia paſtoris animaduerterent , pro fide , quam ſuis Indis debent, ad Epiſcopos deferant , & quantum in ipſis fuerit,ardenter agant,vt illis,quam optima fide conſultum ſit.

In reliquis verò † præſtina obligatio per- 32
durat , quæ Patronis in commendatione Indorum præſcribitur, ſcilicet, vt eis quotieſcunque ope eorum indigeant , benignè adſint , intelligántque ſe Neophytis datos parentum loco. Vnde horum rem politicam iuuare debent , & ab iniuriis, vel hominum,vel temporum pro ſua virili tueri, & ſerio ſibi de clientibus ſuis illud *Iſaiæ* 1. dictum exiſtimare : *Diſcite bene facere, quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo , iudicate pupillo, defendite viduam*, vt ſic nomini, & officio reſpondeant ſuo, ſintque non voce tantùm,ſed re ipſa Indorum Patroni, aut ſi id maius,velut,
patres, atque adeò ipſis † conſulant ; quemad- 33
modum familiæ ſuæ pater ipſe familias conſulere debet,nempe corrigendo, & bonis moribus inſtruendo , 1. *ad Timoth.* 5. *ad Epheſ.* 4. *cap. neceſſe* 47. *diſtinct. cap. duo iſta* 38.*q.*4. *cap. licèt Hely. de ſimonia, cap. reſpiciendum*, §. *furta* , *de pœnis cum ſimilibus*, ne ſanguis, ideſt peccatum familiæ , de manibus domini requiratur , *cap. qualiter*,2.*de accuſat.& cap. irrefragabili*, iuncta gloſſ.*de officio Ordinarij.*

Quamuis hac etiam in parte minor iam labor , & cura ipſorum Commendatariorum de-
ſideretur, cùm † in vnaquaque prouincia Præ- 34
tores item conſtituti ſint , qui ſuper Indorum tuitione , & gubernatione , ac politica inſtitutione vigilent , & intendant , congruenti ſalario remunerati , quod ex ipſorum Indorum tributis,ſeu taxis(vt dicunt) deducitur, ita vt hoc
minus ad Commendatarios perueniat , † tum 35
quia diminuto labore , iuſtum quoque viſum fuit, vt merces , eius contemplatione data , diminueretur, *l. Seio amico, in* 1. *reſponſo* , *D. de annuis legat.* cum ſimilibus , text. ſingularis *in l. ſi quis in graui*, §. *ſi cùm omnes* , *D. ad Syllanian. l. quoties, D. ad Trebel.l. Nenſenius*, §.*vlt. D. de excuſat. tut. l.planè*, §. *ſi duobus*, vbi gloſ. Bald. Angel. & alij , *D. de legat.* 1. cum aliis quæ multum in noſtris terminis , de ſimilibus clientelis loquentes, tradunt Decius *conſ.* 308. *num.* 6. Craueta *conſ.* 145. *num.*13. *& conſ.*414. *num.* 13. Roſenthal. *in tract. de feud. cap.*8.*concluſ.*12. *num.*8. *litt. Y.* plures congerens Pedrocha *in reſponſo ſuo de interpr. & reſolut. contr. num.* 460.*& ſeqq.*

Cùm etiam, † quia hæc Prætorum pro tuen- 36
dis, & gubernandis Indis creatio, & inſtitutio, ipſorum Commendatariorum cauſa , aut veriùs culpa introducta fuit. Eo quod in plurimum (vt ſtatim trademus) ipſi erant, qui Indos ſibi commendatos magis vexabant , maioribúſque
iniuriis afficiebant. Vnde † damnum, quod ſua 37
culpa hac in parte ſenſerunt , ſibi debent , non aliis imputare , *l. quod quis ex culpa* , *D. de regul. iur. cap. damnum* , *eod. in* 6. *l. ſi fideiuſſor, D. mandati* , cum aliis , quæ tradit Moditius *in* §. *plebiſcitum, Inſt.de iur. natur. dubit.*13. *num.*2. *ad finem* , Surd. *conſ.* 64. *n.* 1. Ouid. *in epiſtol. OEnon. Paridi* :

Leniter ex merita quicquid patiare,ferendum eſt.

Et *lib.*1. *Amor. Eleg.*14.

Facta manu,culpáque tua diſpendia ſentis.

38 De qua † praxi hodierni temporis, circa hoc onus Commendarum, de quo tractamus, agunt plures schedulæ, quæ repetiuntur *in 1. tom impress. ex pag.* 219. & præcipuè illa del Bosque de Segouia 8. Octob.ann.1560. pag. 221. & altera Matriti 24. Ianuarij, ann. 1580. *tom.* 1. *pag.* 105. quarum meminit Ant. de Leon *d. tract. de confirmat. Regiis,* 1. *part. cap.* 19. *num.* 41. *& seqq.* Et grauiter etiam, & eleganter prosequitur Acosta, omninò videndus, *d. lib.* 3. *de procur. Ind. salut. cap.* 11. *cum tribus seqq.* Et idem tangit Ioann. Matienz. *in l.* 6. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recop. gloss.* 2. *n.* 12. Et de Prætorum, siue Correctorum creatione, vltra ea, quæ alio loco dicemus, agit elegans schedula, data Vallisol. 8. Nouembr. ann. 1550. *tom.* 3. *pag.* 19. & Anton. de Leon *d.* 1. *part. c.* 25. *num.* 35. *fol.* 18.

Qui benè aduertit *d. cap.* 19. *num.* 49. *fol.*
39 104. † adhuc in titulis Commendarum antiquas clausulas de Indis in fide instruendis, & defendendis, apponi, & iurari, vt intelligant, quod licèt iam proprios Rectores in spiritualibus, & Correctores in temporalibus habeant, omittere tamen, vel spernere pro sua parte non possunt, nec debent, quod ad meliorem Indorum statum, & conditionem viderint conuenire.

Et ne vel ipsi Sacerdotibus, vel Sacerdotes ipsis conniuentes, miseri illi grauentur, cautum fuit in schedula quadam data *en el*
40 *Campillo* 28. Maij, ann. 1597. vt † nullo pacto ad Indorum beneficia, siue doctrinas præsententur Clerici, vel Religiosi, qui Commendatarios quolibet consanguinitatis, vel affinitatis gradu contingant.

Ex quibus primò infero, quod cum Commendatarij instruendis, & defendendis Indis præficiantur, ac quodammodò veluti Pædagogi, Nutriciique in Christo teneris adhuc, &
41 paruulis dati sint, debet sanè † Rex noster Piissimus, & eius Locumtenentes, in eiusmodi commendationibus faciendis, non solùm antiqua ipsorum eligendorum, vel parentum merita, & seruitia considerare, veterésque labores attendere, verùm longè plus spectare, vtrùm is, cuius fidei Indi commendantur, ea existimatione sit, vt imposito muneri non defuturus credatur. Quod piè docet, & parum animaduerti dolet Ioseph. Acosta *dict. lib.* 3. *cap.* 11. *pag.* 319. *& cap.* 12. *pag.* 323. affirmans, non esse tutam conscientiam Patroni, si indignus sit, nec prouentus tutò recipere, quantumcunque olim emeritus sit, rerúmque gestarum splendore coruscet. Et multò minus Principis, eam curam committentis indigno.

42 Indignum † autem eum dicit: *Quem viri boni, ac sapientes nequaquam idoneum reputant eiusmodi negotio procurando, nimirum, qui præ vitæ impuritate, præ inueterata auaritia, præ socordia ingenita, miseros susceptos vexando, spoliando diuina omnia, ac salutaria pro nihilo ducendo, pessundaturus apparet.* Et statim non minus piè, atque eleganter addit: *Pro-*
43 *fectò † mirari libet, quod cum in triennali, aut etiam annuo Prætore creando, vitæ integritas accuratè quæratur, in perpetuo Indorum domino, cuius sit, vel leue peccatum perniciosius futurum, vix morum ratio habeatur: sola, vel ipsius, vel maiorum merita attendantur, tanquam pecuniæ dandæ, non animarum negotium tractaretur.*

Cuius grauis, & religiosi viri doctrina, etsi nullum fulcimentum desideret, confirmari potest † ex cura, & prouidentia, quæ in iure semper requiritur, vt qui aliis in exemplum, & disciplinam positi sunt, maiori virtute, & sanctimonia refulgeant; tum quia eorum peccata ob officij dignitatem aggrauantur; cum etiam, quia suo malo exemplo, vel desidia multos cateruatim secum trahit ad inferos, *cap. si Papa, cap. homo Christianus, cum ibi notatis,* 40. *distinct. cap. aliorum* 9. *q.* 3. *cap. nos si incompetenter* 2. *q.* 7. Nam quod † agitur à Prælatis, facilè trahitur à subditis in exemplum, *cap. cum quidam, de iur. iur. c. magna, de voto, cap. qualiter* 2. *de accus. cap. nemo* 89. *distinct. cap. consideret, de pœnitent. distinct.* 5. & pastore languente, grex insidiatoris dentibus laniandus exponitur, *cap. quamuis* 7. *quæst.* 1.

Vnde & illud nascitur, † vt grauiùs etiam puniri debeant, & potentes potenter tormenta patiantur, *cap. præcipuè* 11. *q.* 3. *cap. nulli, quæst.* 1. *cap. illud* 8. *q.* 1. *Iuuenal. satyr.* 8. Castrens. *cons.* 349. *lib.* 1. Cosmas Guimier. *in pragmat. sanctione, tit. de collationibus, verbo Frustra enim, pag.* 236. cum multis aliis, quæ tradit Mastril. *de magistratibus, lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 8. *cum seqq.* Et Ego *in tract. de syndicatu defunctorum, n.* 102. *& seqq.* quibus adridens Saluian. *lib.* 4. *de prouid. Dei*, inquit: *Vbi sublimior est prærogatiua, maior est culpa.* Et D. Isidor. *lib.* 1. *de summo bono, cap.* 18. *Tantò maius peccatum esse cognoscitur, quantò maior, qui peccat, habetur. Crescit enim delicti cumulus iuxta ordinem meritorum, & sæpè quod minoribus ignoscitur, maioribus imputatur.* Et non minus eleganter Cassiodor. *lib.* 1. *var. epist.* 18. *Oportet vos colere, & obseruare iustitiam, qui æquitatem populo dicere suscepistis: quando non licet delinquere, qui alios creditur sub æquitatis regula continere, ne fiat exemplum prauum, qui electus ad laudabile cognoscitur institutum.*

Quod planè certius erit, † si ij, qui alios ex officio tueri, vel gubernare debent, non solùm illis scandalum præbeant, vel exemplum ad delinquendum, verum & cum eisdem, aut in eosdem delicta grauia, vel peccata turpia committant, & præsertim cum impuberibus, rusticis, vel barbaris, quales sunt nostri Indi, qui propter integri iudicij defectum, pro parte sua consentire non videntur, *l. pupillus, l. in eo, §. pupillus, D. de reg. iur. l.* 1. *§. impuberes, C. de falsa moneta.* Tunc enim tota culpa transfunditur in suadentes, & quoniam magis peccant magis puniendi sunt, & † vbi maior est culpa, maior debet exerceri vindicta, *d. cap. præcipuè* 11. *q.* 3. *cap. tanta* 86. *distinct. cap. qui aliorum* 23. *q.* 3. *cap. latores*, vbi gloss. *verb. Magis de Clerico excomm. cap. excommunicamus, § credentes, de hæret.* vbi gloss. & DD. ad hoc plures concordantias allegant, & consonat de iure nostro Regio text. *in l.* 42. *&* 50. *tit.* 5. *part.* 1. Quæ iura † Ego olim perpendi in ardua causa cuiusdam miserandi Commendatarij, qui Indos aliquos sibi commendatos, vix plenam pubertatem egressos, induxerat, vt secum fœdum sodomiæ peccatum admitterent, nam hos lenius puniendos iudicaui, illum verò totam legis pœnam subire, quæ nisi adeò grauis esset, magis adhuc & magis in eum ob prædictas circunstantias exacerbari deberet. Pro quo etiam, † in ipsis huius nefandi criminis terminis, allegaui ea, quæ

in

in ſimili tradit, & reſoluit Catelian. Cotta *in
memor. iur. verbo Pedicones, in fine*, & Petr.
Caballus *in reſolut. crim. 1. par. cap. 16. verſ.
Aggrauatur etiam delictum ex ætate pueri.* Et
plura † alia, quæ in deteſtationem huius enor-
mis delicti congeſſi *in meo 1. tom. de Ind. iur.
lib. 2. cap. 12. ex num. 31. & ſuprà hoc tom. lib. 1.
cap. 24. n. 47. & ſeqq.*

2 Quæ omnia optarem Herclè, † vt Commen-
datarij conſiderarent, & beneficium ſibi propter
hoc officium datum attenderent, illudque per-
3 cipere non poſſe, † qui iſtud negligit, *cap. diuer-
ſis, de Clerico coniugato, cap. fin. de reſcript. lib. 6.
cap. paſtoralis, de appellation.* cum aliis, quæ latè
congeſſit Moneta *in tract. de diſtribution. quo-
tid. par. 2. q. 2. n. 40.* Nicol. Garc. *de benef. part. 1.
cap. 2. num. 60. & part. 7. cap. 11. num. 1.* & Ego
cap. ſeq. num. 12. & 13. Multi quippè, † imò plu-
res eorum, ſolum curant, vt ſibi magnus nume-
rus Indorum commendetur, quo maiora ab eiſ-
dem tributa, & ſeruitia conſequantur, quid verò
eis viciſſim præſtare, & rependere debeant, ne-
quaquam conſiderant. Et ita in eis ad litteram
impletur illud Plautinum in Menæchmis:

Clientes ſibi omnes volunt eſſe multos,
Bonine, an mali ſint, inhaud quæritant?
Res quæritur magis, quam clientorum fides.

Secundò, eiſdem iuris communis, & no-
ſtrarum ſchedularum deciſionibus inhærendo,
deduco, iuſtiſſimè in eiſdem caueri, † vt Com-
mendatarij, qui Indos ſuæ fidei, & clientelæ
commiſſos vexant, & grauant, & tributis immo-
deratis, vel aliis ſeruitiis, aut iniuriis afficiunt
ad reſtitutionem eorundem tributorum, &
damnorum teneantur, ac præterea ipſis Com-
mendis priuentur. Etenim cùm illæ cum hoc
onere defenſionis, & bonæ tractationis Indo-
rum conceſſæ fuerint, eo non impleto, † quaſi
cauſa data, cauſa non ſequuta, reuocari poſ-
ſunt, vel quia reddit ad non iuſtam cauſam, vt
alias dicitur *in l. 1. D. de condict. cauſa data, &
de condict. ſine cauſa*, & is, qui non implet
ex ſua parte, quod promiſit, facit, vt alter libe-
retur, *l. Iulianus, §. offerri, D. de action. empt.
cap. fruſtra, de reg. iur. in 6.* cum aliis adductis
à Pariſio *conſ. 33. num. 57. lib. 1.* Honded. *con-
ſil. 34. num. 19. vol. 2.* Miſyng. *centur. 3. obſer-
uat. 96. & cent. 4. obſeruat. 7. & 8.* Hartman. Pi-
ſtor. *2. part. quæſt. 24. num. 4 5. & 6.* Schrader.
de feudis, part. 9. cap. 4. num. 88. Colerus *de
proceſſ. execut. part. 4. cap. 1. num. 97. & 105.* &
nouiſſimè D. Valenç. *conſ. 173. num. 20. vol. 2.*
vbi quod cauſa, ſi redit ad non cauſam, idem
eſt, ac ſi actus ab initio factus fuiſſet ſine cauſa,
& *conſ. 112. num. 92.* vbi quod paria ſunt aliquid
ab initio dari ſine cauſa, vel poſtea deficere.

Vel melius condictione ex ipſa lege Com-
mendarum promanante, iuxta tit. *D. & C. de
condict. ex lege*; cum Commendarum, † vt &
feudorum, ea ſit (vt diximus) natura, vt non poſ-
ſit, nec debeat feudatarius in clientes, vel vaſſal-
los ſæuire, aut noua, & immoderata tributa, vel
ſeruitia inſueta ab illis exigere, & ſi ſecùs fece-
rit, vaſſallorum, ſeu clientulorum amiſſione pu-
niatur, communi illa iuris regula ita dictante,
† quæ abuſum rerum hic, vt in aliis, earundem
priuatione punire ſolet, *cap. ſcelus 2. q. 1. l. 1. & 2.
D. de his qui ſunt ſui, §. ſed & maior, Inſt. eod. l. 1.
C. de emendat. ſeruor. l. fin. C. quemadm. ciuil.
muner. indic. lib. 10.* text. ſing. *in l. cùm ſatis, §.*
*caueat, C. de agricol. & cenſit. lib. 11. capit. qui-
cunque aduocatiam, de pace tenenda, cap. 1. et
quib. cauſ. feud. amitt.* cum multis aliis, quæ aliud
agens adduxi *ſup. lib. 1. cap. 3. num. 75.* & in no-
ſtris terminis latiſſimè obſeruant, & proſequun-
tur Bald. *in cap. publici latrones, de pace tenenda*,
Roman. *conſ. 35. num. 1.* Guido Papæ *deciſ. 62.
per tot.* Natta *conſ. 614. num. 9. & 11. vol. 3.* Zaſi.
ſingular. reſponſ. cap. 3. n. 82. & ſeqq. plenè Gram-
mat. *deciſ. 104. per tot.* Grœuæus *concluſ. 16.
conſid. 1. n. 14. lib. 2.* Ant. Faber. *lib. 3. Cod. tit. 18.
definit. 2.* Huſanus *de hominibus propriis, cap. 8.
n. 27. & 28* Cabedus *deciſ. 8 n. 1. part. 2.* Maſtrill.
deciſ. 13. n. 18. Petra *de poteſt. Princip. cap. 5. n. 120.*
vbi aliqua exempla ſimilium priuationum ad-
ducit, & *cap. 8. n. 14. & ſeqq. & cap. 22. n. 5. & 6.
pag. 292.* Menchaca *controu. illuſt. lib. 1. cap. 8 n. 17.*
& plurimi alij, quos refert Roſenth. *de feudis,
cap. 1. concl. 33. num. 45. 48. & 59.* Mart. Mager.
*d. tract. de aduoc. armat. cap. 16. ex num. 599. &
num. 652. & ſeqq. & antecedentibus, & cap. 11.
num. 681.* † qui adducit plura ſimilia iuris, in 59
quibus ob ſæuitiam, & malam tractationem, vel
inſolitas tributorum exactiones priuatio indici-
tur, & inducitur, quæ mihi ad alia properanti re-
ferre non vacat, & vltra relatos ab eis, poſſunt
etiam videri plures alij, quos refert Boërius *de-
ciſ. 55. n. 6.* Sebaſt. Næuius *in ſyſtem. ad l. quiſquis,
C. in quibus cauſ. lib. 11. pag. 69.* Gail. *lib. 1. pract.
obſeru. 17. & de pace pub. lib. 1. cap. 2. n. 20. & ſeqq.*
vbi in ſpecie loquitur de vaſſallo, qui non ſer-
uat mandata Principis de non offendendo ſub-
ditos, nec grauando eos tributis, vectigalibus,
aut operis immoderatis. Ponte *de poteſt. Prore-
gis, fol. 64. num. 60.* Hartman. Piſtoris *lib. 1. q. 43.
n. 479.* Camill. Gallinius *de verb ſign. lib. 10. c. 15.
num. 22.* Camill. Borrellus *conſ. 30. & 31. cent. 2.
& de magiſtr. edict. lib. 4. cap. 9. num. 52.* Bobad. *in
in Politic. lib. 2. cap. 16. num. 82.* Menoch. *conſ. 2.
ex n. 196. & de arbitr. caſu 68. & 138.* Synoptica
obſeruatio *de tributis cap. 23 pag. 37.* Seſſe *de in-
hibition. cap. 26. n. fin.* vbi probat, † quod ipſi vaſ- 60
ſalli propria auctoritate poſſunt deſerere domi-
num, qui eos malè tractat, Caliſtus Remirez,
qui plures alios allegat, *de lege Regia Arag.
§. 32. num. 26. & ſeqq.* & noſter D. Ioan. del
Caſtillo *in tract. de vſufruct. cap. 3. num. 100. cum
ſeqq.* Vbi occaſione vſufructuarij, qui vſufructu
priuatur ob bonorum dilapidationem, idem in
feudatariis, & aliis reſoluit, & generaliter con-
cludit, † quemlibet, qui iure ſibi competenti 61
abutitur, illo priuari. Quia licet Baldus *in Auth.
ad hoc, C. de Latin. lib. & conſ. 439. col. 2. in fine,
volum. 3.* docere videatur, quod ſicut licitum eſt
domino ſeruum ſuum propria auctoritate cape-
re, & plagis mediocribus caſtigare, idem licet
Nobilibus facere de hominibus ſuis, contra-
rium tamen tenuit Angel. *in l. ſancimus, C. de
pœnis*, concludens tales Dominos, ſeu Nobiles
in hoc non eſſe tolerandos, ſed potiùs repri-
mendos, vt non ſint tam audaces ad maleficia
in plebem, & debiles perpetranda. Quia ipſemet
Bald. dixit *in l. ex hoc iure, D. de iuſt. & iur.* quod
ſunt nonnulli domini terrarum tyrannelli, qui
ſanguinem populorum emungunt, quod vix
precarium dimittunt eis ſpiritum, & refert Bar-
bat. *in cap. Rainald. de teſtam. verſ. 34.* & Boer.
d. deciſ. 55. num. 5.

Et in terminis † noſtrarum Commendarum 62
eandem quoque iuſtificationẽ, priuationis, vel ob

ſolam negligentiam,agnoſcit Acoſta *d. lib. c.*10. *pag.* 313. ita inquiens: *Quin potius ſi quid accipis, ob id accipis, vt tu viciſſim aliquid aliud rependas, quod ſi non dederis ipſe, quicquid abſtuleris, iniquum eſt, & iniurioſum. Vt medicus ab ægroto, aduocatus à cliente iuſtè pretium capit pro impenſa opera, & officio, ita Patronus ab Indo ſi quid accipit, pro officio accipit.* Et iterum *cap.* 12. *pag.*222. ibi: *Efficitur deinde vt ſi negligenter, admodùmque ſegnes ſe præſtiterint tales Patroni, neque emendare, & reſarcire iacturam pergant, poſſint omninò, imò verò debeant, ab Indorum commendatione remoueri, aliis eorum loco ſuffectis.* Et ſtatim refert ſchedulas, quæ hoc præcipiunt,quarum ſuprà meminimus,& capitibus ſeqq. agit de damnis, quæ Indis inferunt, & qualiter ſarciri debeant, de quo etiam in ſimili agit Remirez *vbi ſuprà* §. 36. *num.* 28.

Quod adeò verum eſt, vt licèt aliqui in his
63 caſibus requirant, † quod monitio præcedat, vt Commendatarius temperet ſe à ſæuitia,damnis, vel exceſſibus, quibus Indos ſibi commendatos,vel alioqui ſuos ſubditos, grauat.Contrarium tamen verius, & receptius ſit, nempè abſque vlla monitione priuari poſſe, cum ſatis ex natura contractus, & ipſis inueſtituræ legibus, quas iurauit, de hoc admonitus videatur, vt tenet Vulteius *de feud.c.*11.*n.*36. Afflict.*deciſ.*265. *num.*72.Gramm.*deciſ.*104.*num.* 18.*&* 19.Roland. à Valle *conſ.*1. *num.*79. *& ſeqq. vol.*2. *conſ.*41. *ex num.*21.*vol.*2.*& conſ.*18.*num.*14.*&* 29. *vol.* 3. Palac.Rub.*in introduct. Rub.de donat. inter, num.*8. Menoch.*d.conſ.*2 *num.*197.*volum.*1. Gail.*d.obſeruat.*17 *num.*4 Miſyng.*cent.*3. *obſeruat.* 8. *num.* 6. Bobadilla *d.num.*182.*&* 183.& innumeri alij ex feudiſtis, quos refert, & ſequitur Roſenthal. *cap.*10. *concluſ.*33.*num.*59 Martin.Magerus *dict. cap.*16.*num.*679.*& ſequentib.* vbi hunc articulum
64 exactiſſimè diſputat, & reſpondet † ad text. *in d.*§.*quicunque aduocatiæ*, vt quod ibi dicitur:*Et admonitus à domino ſuo non reſipuerit*, de æquitate, & ad maiorem iuſtificationem procedere
65 debeat, aut in exceſſibus, † qui in omittendo conſiſtunt, non qui in committendo, iuxta diſtinctionem Innocent. *in cap. extirpandæ*, §.*quia verò, de præbendis*, quem ibidem cæteri Canoniſtæ ſequuntur,& Archidiacon. *in cap. propter* 18. *diſtinct.* eam rationem reddentes, quia non facta latent,facta verò patent;& ex Legiſtis probant Bartol. Bald. Cuman. Romanus, & alij, quos refert Alexand. *in l. ita ſtipulatus*, *num.*13. *D.de verb.*vbi dicit hanc eſſe elegantem deciſionem Caſtrenſis *conſ.*371.*num.*3. *in fine*, *volum.*2. Bald. *in Auth. hoc amplius, n.*16.*C.de fideicomm.* Idem Alexand. *in l.* 1. *num.*7. *C. de his quib. vt indig.*& Roman. *in l.cognitione, D. ad Syllanian.*
66 Quibus etiam fauet,† quod delictum conſiſtens in committendo, grauius ſemper reputatur, quam conſiſtens in omittendo, *argum. ita l.vulneratus* 51. *D. ad legem Aquiliam*, *l. ei apud* 5. *in princip. D. depoſiti*, *l. ſi ſterilis* 21. §. *cùm per venditorem,D.de action.empt.l.*4.*D.de impenſ. in reb.dot.* cum aliis, quæ tradunt gloſſ. Bald. Alexand.Caſtrenſ.Aretin. & alij *in l. ſi mora* 9. *D. ſolut.matr.*gloſſ.*in l.*2.*D.ad Syllanian.*idem Bald. *in l. legis virtus, D. de legibus,& in l.* 1. *D.de eo, per quem fact fuer.* & latiſſimè Tiraqu.*in tract.de pœn.temp.cauſ.*44 *n.*24.*cum ſeq.* & doctè Narbona *in l.*20. *tit.*1. *lib.*4.*Recop.gloſſ.*10.*n.*118.*& ſeqq.*

Eſſe porrò non ſolum hanc priuationis pœnam, verum & alias grauiores, his delictis valdè condignas, vel ipſi † Commendatarij fateri 6
cogentur, cum tot, & adeò enixas Regum noſtrorum iuſſiones,& ſchedulas tranſgrediantur, quibus tributis ſibi conceſſis,& taxatis contenti eſſe iubentur, & nihil aliud ab Indis poſſe exigere,aut extorquere.Quos ſuæ (vt diximus) fidei, ac clientelæ commiſſos, & plures ipſorum expilant,& excoriant.& propterea quod infirmi ſunt,& imbecilles, vt ne mutire quidem contra illos audeant, fraude, & violentia miſeros plerunque ſuo fruſtrant ſudore, & perinde atque prædia quædam,aut greges reputant.Vnde quicquid emungi poteſt, ſiue ager ſit, ſiue pecus, id totum honeſto, ac liberali lucro aſſignant, & cum paſtores, & defenſores Indorum conſtituti ſint, in lupos conuertuntur. Quod eorum ſcelus adauget,† cum inde pernicies proficiſcatur, vnde ſalus maximè petebatur, vt rectè in noſtris terminis aduertit Acoſta *d. lib.*3. *cap.*16. *in fin.& cap.* 22 *pag.* 375. ibi: *Quæ ſpes vltra reſtat in felicium horum ſalutis, quando ab iis venena porriguntur, à quibus erat antidotum expectandum?* Et probatur *in l.meminerint, C. vnde vi, l.*1. *in fine, C. de his qui veniam ætatis, cap.*2. 16. *quæſt.*6. *cap. penult.de pœnis*, vbi dicitur, id quod ad defenſionis inuentum eſt ſubſidium, ad depreſſionis ſtipendium retorqueri non debere, Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. matrim. cap.* 9 ibi: *Maximè nefarium eſt, vt inde iniuriæ naſcantur, vnde iura deſiderantur.* Et magis ad rem Caſſiod. *lib.* 4. *epiſt.* 27. *Deteſtabilis eſt quidem omnis iniuria, & quicquid contra leges admittitur, iuſta execratione damnatur, ſed malorum omnium probatur extremum, inde detrimenta ſuſcipere, vnde credebantur auxilia prouenire: Exaggerat enim culpam in contrarium verſa crudelitas, & maius reatui pondus eſt,inopinata deceptio.& lib.*7. *epiſt.*11. *Defenſorem te itaque noſtra conſtituit auctoritas: vt nihil venale, nihil improbum facere velis, qui tali nomine nuncuparis.* Et † text. apud nos optimus *in l.* 3. *tit.* 19. *part.* 2. ibi: *Y por eſto dixeron los ſabios antiguos, que en el mundo no auia mayor peſtilentia, que recebir ome daño de aquel en que ſe fia*, & tradit alia nouiſſimè poſt hæc ſcripta D. Valençuela *conſ.* 161. *num.* 85. *& conſ.*163. *num.*140. *vol.*2.

Et ob hoc olim † lege duodecim Tabularum patronus clienti fraudem faciens, ſacer, & ignominioſus erat, vt tradit Gail. *d. lib.* 1. *de pace pub. cap.* 2. *num.* 21. eóque reſpexit Virgil. *lib.*6 *Æneid.* ibi:

Pulſatuſuè parens, & fraus innexa clienti.

Vt benè aduertit Camill. Borrel. *de præſtant. Reg. Cathol. cap.* 18. *ex num.* 50. vbi plura alia in eandem rem expendit, Ioan. Kalin. de verb. iur. verb. *Patronus*,Beroius *conſ.*49.*n.*1. *vol.*1. Simon Piſtor *conſ.* 19. *n.* 19. vbi docet † turpiſſimum eſſe grauare illum,quem defendere promiſimus,Frider.Prukman. *conſ.*7. *n.*147. *tom.*1. vbi allegat Ruin. *conſ.*43,*col.penul.volum.*1. Cephal. *conſ.*427.*n.*4. quibus addo Franc. Viuium *deciſ.* 233. *n.*2. *lib.* 2. Caccialup. *in l. frater à fratre, D. de condict. indeb.* & Mart. Mager. *de aduoc. arm. cap.*11. *num.*127. *& cap.*16. *n.*616. *&* 664. vbi ad idem expendit Vlpian.reſponſ. *in l.altius* 15. *D. ſi ſeruit. vind.* † vbi quod qui alium facientem prohibere ex officio neceſſe habet, id ipſe

ipse committere non debet, *& l. si negotia* 31. *D. mandat.* vbi Iulian. docet, eum,† qui alterius negotia administranda suscepit, idem præstare debere in sua persona, quod in aliorum. Vnde etiam originem duxit simile aliud iuris axioma, † quod is qui obligatus est alium indemnem conseruare contra extraneum, multò magis eum contra se ipsum indemnem conseruare cogatur, *l. cùm in eo* 44. *D. de pact. d. l. frater à fratre* 38. & ibi Ias. 1. *lect. num.* 23. *&* 2. *lect. numer.* 15. *dict. l. si negotia, & l. si fundum, D. mandat.* Schrad. *in tractat. de feud. part.* 9. *c.* 4. *num.* 22. & nouissimè Dom. Episcop. Chilens. D. Gaspar Villaroel *in lib. Iud. pag.* 495. vbi quod miserum est ibi inuenire dolorem, vbi sperabas remedium.

Quod † multum attendere, & curare deberent nostri Commendatarij, ne de his tot, & tam atrocia scelera referantur, qualia narrat Acosta *dict. lib.* 3. *cap.* 14. *& seqq.* & Episcop. Chiapens. *in suo tract.* 30. Propos. qua de causa sæpè de his Commendis tollendis actum fuit, vt dixi *suprà hoc libro, cap.* 1. *ex num.* 10. Et antiquas † etiam clientelas maximè improbauit Saluianus Massiliensis *lib.* 5. *de prouid.* atque earum, quæ hodiè vsitantur, vtilitatem meritò in dubium vocat Mager. *vbi suprà c.* 1. ferè per totum. Sed præstat Saluiani Massiliensis verba referre, eo quod ad viuum improbos aliquorum Commendatariorum mores notare videntur. *Vt † vim (inquit) exactionis euadant, tradunt se ad tuendum, protegendúmque maioribus, deditios se diuitum faciunt, & quasi in ius eorum, ditionémque transcendunt. Nec tamen graue hoc esset, si potentes patrocinia ista non venderent, si quod se humiles dicunt defensare, humanitati tribuerent, non cupiditati. Illud graue, ac peracerbum est, quod hac lege tueri pauperes videntur, vt spolient, hac lege defendunt miseros, vt miseriores faciant defendendo; omnes enim ij, qui defendi videntur, defensoribus suis omnem ferè substantiam suam, priusquàm defendantur, addicunt. Ecce quæ sunt auxilia, ac patrocinia maiorum. Nihil suscepis tribuunt, sed sibi: Nouum genus venditionis, & emptionis: venditor nihil tradit, & totum accipit. Emptor nihil accipit, & totum penitus amittit.*

Verum † his, & aliis obiectionibus Chiapensis benè satisfacit Ant. de Leon *d. tract. de confirmat. Regiis*, 1. *part. cap.* 19. *&* 20. & quantum fieri potuit, obuiam itum est per schedulas, quarum suprà meminimus, & vt concedamus eas ab aliquibus Commendatariis non obseruari, vitio hominum non causæ hoc fit, vt præclarè aduertit Acosta *d. lib.* 3. *cap.* 11. *in fine*, & prauorum peruersitas bonis detrahere non debet. Nam & alias † abusus rei substantiam minimè tollit, vt dixi *supra lib.* 1. *cap.* 4. *ex num* 82. & pluribus probat Anton. Hering. *de fideiuss. cap.* 1. *num.* 39. Iacob. Marchissel. *in silua quæst. pract. quæst.* 31. *num.* 1. Magerus *dict. cap.* 1. *num.* 327. cum multis seqq. & vt Tullius in Rhetor. inquit, in † nullo genere bonorum aliquid est tam rectum, in quo abutendo vitium non reperiatur, quod refert, & ornat Vsillus *in proœm. ad tit. Instit. de action.* Petr. Pechius *de iure sistendi, cap.* 5. *num.* 23. Petr. Greg. *lib.* 7. *de Repub. cap.* 11. *num.* 81.

Et ex † tutelæ exemplo, nostris Commendis valdè simili, comprobari potest, quæ cùm in se, & suo fine sanctissima sit, & iure, ac bono publico introducta, ad tuendum eum, qui propter ætatem se defendere nequit, *l.* 1. *de tutel. Princip. Inst. eod.* adhuc tamen frequenter hominum vitio ita degenerare solet, vt Papinian. non sine ratione dicere potuerit *in l. in fideicomm. §. nonnunquam, in fine, D. de vsuris*, rem esse minus tutam, fallacem, fragilem, & periculosam, & † Alber. *in d. l.* 1. *de tutel.* Tutores hodie non rectè dici tuitores, sed tollitores, ab effectu, quem refert Paul. Montanus *in tract. de tutelis, cap.* 4. *ab initio* Ioan. Gutierr. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 11. & Mager. *suprà num.* 344. quod tamen de malis, & perfidis accipiendum est. Nam † si quis ex istis, similibusque malorum, ac infidelium tutorum exemplis, tutelas è medio remouendas esse clamitet, nemo eum sanè mentis fore crederet, vt benè ipsi iidem Auctores animaduertunt, & nouissimè Leander Galganetus *in tract. de tutelis, lib.* 3. *quæst.* 1. *n.* 32. *& seqq.* 82 83

Quare Dei † optimi, & benegnissimi ope sperandum est, vt Patroni nostrorum Indorum officium non deserant. Et iudices, ac Magistratus debebunt contrarium facientes seuerissima animaduersione compescere. *Ne † similis vlterius grassetur fortè præsũptio* (vt loquar cum Cassiod. *lib.* 12. *epist.* 11.) *aut diuinam patientiam frequens prouocare possit excessus, vt qui in hac vlterius fuerit fraude versatus, & militia careat, & compendium propriæ facultatis amittat. Pudeat illis tollere, quibus iubentur offerre, vltra omnes crudelitates est, diuitem fieri velle de exiguitate mendici. Amentur honesta lucra, horreantur damnosa compendia, nullus audeat inde tollere* (penè dixit Indis) *quod possit collecta dispergere. Addendo perdidit, qui retinendo collegerit, & paupertatem potius ad se trahit, si exigentium pecunias non repellit. Additur, quod talibus non dare, tulisse est: & meritò, quando qui potest esurientibus subuenire, si non pascit, extinguit.* 84 85

Quod Ego semper † in Limano Conuentu, cum iudex similium causarum essem, seuerissimè practicaui, & in hoc Supremo Indiarum Senatu cum Fiscalis officio fungerer, pluribus disceptaui † contra hæredes cuiusdam Ferdinandi Velæ quondam Commendatarij *de los Aullagas*, in prouinciis Peruanis, qui ob excessiua tributa, quæ à suis Indis extorsit, & grauia damna, quæ eisdem irrogauit, ingenti pecuniarum summa damnatus fuit, & ad eius exactionem bona omnia, quæ reliquit sub hasta vendita, & inter alia oppidum de *S. Martin de Valde-Iglesias*, quod in Hispania, dum viueret, comparauit. Atque ita impletus fuit sermo Cassiod. *vbi suprà &* † illud *Exodi cap.* 22. *Viduæ, & pupillo non nocebitis, si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiámque vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli, &c.* Quibus addere licet alia, quæ ad eandem rem congessi, & expendi 1. *tom. lib.* 3. *cap. vlt. num.* 11. *& seqq.* 86 87 88

Et † in his damnis, excessibus, & iniuriis, quas Indi à suis Commendatariis se accepisse queruntur, minor sanè probatio desideratur, quoniam id frequenter statui, & recipi solet, vbi vassalli contra dominos, & pauperes, & infirmi contra potentes, & magnates, similes querelas 89

querelas in iudicium deducunt, vt notat Bald.
per text. ibi *in l. 2. §. Prætor ait, versic. Et filius, D. qui satisd. cogan.* Ias. *in l. quicunque, in
princip. 2. notab. D. de verbor. obligation.* Corneus *cons.* 11. *volum.* 2. Alexand. *cons.* 49. *vol.* 1.
Aretin. *cons.* 45. *in fine*, Matthæsylan. & eius
Additionator, *singul.* 31. & Bobad. *in Politic.*
lib. 2. *cap.* 16. *num.* 120. Quod tamen limitan-
90 dum existimo, † dummodò talis probatio in
suo genere sit perfecta, & per testes alioqui
habiles, & vbi nobilis contrarium plenius non
probauerit, vt per eundem Bald. & alios *vbi
suprà*. Idem Bald. *in l. si tutor petitus, ad fin. C.
de peric. tutor. & in l. qui accusare, C. de edendo*, Felin. *in cap. cùm contingat, col. 2. in prin-
cip. de rescript.* Decius *cons.* 37. Alexand. *cons.* 16.
col. 3. *in princip. volum.* 5. & Addition. Matthæs.
vbi suprà num. 3. *&* 6.

Eaque de causa, in ardua lite, quæ olim mo-
ta fuit contra quendam D. Alfonsum de Soto-
mayor Commendatarium Indorum de Sacaca,
super tributis excessiuis, quæ ab eis extorsisse
prætendebatur, in dubium vocari vidi. Vtrùm
† sufficientem probationem præstaret assertio,
91 & depositio officialium, qui ex ipsis Indis eli-
guntur ad hæc tributa colligenda, & Commen-
datariis tradenda, & in Regno Peruano vocan-
tur *Quipocamayos*, eo quod *Quiporum* suorum
rationem habeant, hoc est quorumdam † filo-
92 rum varij coloris, in quibus quosdam nodos
mirabili ordine complicant, qui eis pro scriptu-
ra deseruiunt, de quibus optimè agit Acosta de
natura Noui Orbis, *lib.* 1. *cap.* 25. *& in histo-
ria Indiarum, lib.* 1. *cap.* 24. *& lib* 6. *cap.* 2. *&
seqq.* & alij, quos latè recensui *in* 1. *tom. de Ind.
iur. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 31.

Etenim etsi non inficier multum ponderis
hanc numerationem, & assertionem habere,
vbi rectè, & vt oportet inita, & explorata fue-
rit, quia hi *Quipocamai* sunt † veluti officia-
93 les publicè electi ad hanc administrationem,
quorum libris fides integra dari, & ad eos re-
curri solet tanquam ad speculum, & fontem ve-
ritatis, *l.* 1. *C. de exactor. tribut. lib.* 10. *Auth. de
mand. Princip. §. publicorum*, iunctis aliis, quæ
notat Bald. *cons.* 265. *lib.* 1. *glossa magna*, Bart.
& alij DD. communiter *in l. quædam, §. num-
mularios, D. de edendo*, Ias. *in l. admonendi, nu-
mer.* 141. *D. de iur. iurand.* Beccius *cons.* 5 *per
totum*, Mascardus *conclus.* 672. *& seq.* & latissi-
mè Nicolas Genua *de Passeribus in tract. de
scriptura priuata, lib.* 4. *cap. de libris officialis,
de publico deputati, pag.* 223. *cum seqq.* & idem
in libris Massariorum alicuius Villæ, vel Ca-
stri, seu Communitatis affirmet Craueta *de an-
tiq. temp.* 1. *parte, versic. Quartò limitatur, n.* 63.
Beccius *vbi supra num.* 2. Stephanus Gratian.
decis. March. 137. *num.* 2. Tuschus *litt. L, con-
clus.* 346. *num.* 27. & Genua, *vbi suprà cap. de li-
bris Massariorum alicuius villæ, pag.* 336. Adhuc
tamen † non auderem eiusmodi *quipis* talem,
94 ac tantam fidem, & auctoritatem adhibere. Nam
eorum constructio, & explicatio fallax (vt au-
dio) & incerta est, nec mihi satis liquet dictos
Quipocamayos auctoritate publica huic muneri
præponi.

Et vt hæc deficiant, sunt Indi, quorum fides
vacillat, † vndè & ipsa quoque Quiporum con-
95 structio, & enodatio vacillabit, vt in simili ar-
gumentatur Bald. *in l. si pater, D. ad legem Cor-
nel. de falsis*, dicens, quod pater notarius non
potest recipere instrumentum in causa filij, cum
neque pro eodem testificari possit. Vt omittam
exactorum † libris contra tertium non credi, 9
nec fidem facere, vt latè, & optimè probat Me-
noch. *de arbitrariis, casu* 91. *cum seqq.* & idem
contingere in libris Massarij alicuius vniuer-
sitatis resoluit Alex. *cons.* 186. *n.* 6. *lib.* 2. post
Bald. *in l. Imperator, num.* 33. *in fin. D. de statu
homin.* & sequitur Ias. *in d. l. admonendi, n.* 98.
& sub aliquibus distinctionibus Gratus, Mas-
card. Ruger. Rutlandus, Scaccia, & alij, quos
refert Genua *vbi suprà pag.* 237.

Quibus addo, hoc certius esse, & vrgentius
procedere, vbi † tales *Quipocamai* sunt (vt 9
plerumque esse solent) ex ipsis Indis tributa-
riis, à quibus tributa repetuntur, vel exigun-
tur. Nam tunc, quemadmodum testimonium
pro se ipsis dictum non valeret, *l. nullus, C. de
testibus*, cum similibus, ita nec rationes, vel
instrumenta ab eisdem confecta, *l. instrumenta,
l. rationes, & l. exempla, C. de probation.* Bart. &
DD. *in d. §. nummularios, & in l. de eo, & l.
Diuus*, per text. ibi, *D. de fals.* Craueta *vbi
suprà num.* 68.

Idémque est, quamuis dicatur, quod causa
eos principaliter non concernit. † Nam sufficit, 9
vt aliquod commodum, vel interesse ex ea con-
sequi, vel sperare possint, etiam in consequen-
tiam, vt quis testis integer non dicatur, vt per
Bald. *cons* 10. *n.* 5. *lib.* 5. Alexand. *cons.* 45. *num.* 2.
lib. 2. Socin. *cons.* 47. *num.* 45. *lib.* 4. Grammat.
decis. 505 *num.* 12. *& cons.* 41. *num.* 4. Crauet.
cons. 99. *num.* 2. Paris. *cons.* 13. *num.* 79. *lib.* 3. Fe-
lin. *in cap. insuper, de testibus num.* 24. & latissi-
mè Monticul. *in eod. tract. vers. Pro se ipso,
fol.* 58 & Farinacius *q.* 60. *per totam.*

Vndè (& adhuc magis in terminis) † offi-
cialis vniuersitatis, seu exactor tributorum exa-
minatus in testem pro ipsa vniuersitate non est
testis idoneus contra forensem, vt docent DD.
per text. ibi *in l. in tantum, §. vniuersitatis, D.
de rer. diuis. cap. nuper, de testibus, l.* 3. *in fine,
titul.* 28. *part.* 3. quia † qua ratione vniuersitas
redditur suspecta, ita etiam officialis, eo quod
vbi caput est suspectum, etiam illi, qui caput
verosimiliter sequuntur, suspecti sunt, & idem
de eis, quod de capite indicatur, Bald. *in l.* 1. *C.
si Rector prouinciæ*, Abb. & DD. *in cap.* 1. *de iu-
diciis*, Abb. per text. ibi, *in cap. accedens, el* 1.
vt lite non contest. Decius *cons.* 151. *col.* 8. Couar.
in pract. cap. 37. & Farinac. *vbi suprà quæst.* 55.
num. 109. *& seqq.* vbi quod testes esse non pos-
sunt subditi, angarij, & parangarij pro eorum
dominis.

Tertiò, ex prædictis infertur, † Commen-
datarios nihil aliud, præter tributa taxata, &
designata, ab Indis sibi commendatis percipe-
re posse, vt expresse disponitur in sched. data
Fuensalidæ 26. Octobr. ann. 1541. quæ extat 2.
tom. pag. 234 & in pluribus alii, quas collegi
suprà hoc tomo, lib. 1. *cap.* 20. *ex num.* 1. vbi
etiam *ex num.* 18. *& num.* 82. latè probaui,
† omnes conuentiones, pactiones, & permu-
tationes inter Indos, & suos Commendata-
rios factas, prohibitas esse, quia semper sus-
pectæ, & miseris illis damnosæ præsumuntur.
Vndè neque † opera rustica, aliauè persona-
lia seruitia, neque puellas ad vxorum suarum
fullonica, culinas, vel lanificia, neque gallinas,
vel

vel oua, aut quid simile ad prandium petere possunt, vt disponitur in multis schedulis, quæ habentur *dict.* 2. *tom.pag.*230. *& sequentib.* vbi pœnæ contrarium facientibus imponuntur, vltra dupli restitutionem, quæ in similibus irrogatur *in l.* 11. *tit.* 3. *lib.*6. *Recopilationis.*

4 Et licèt alias † in libertis, ac patronis, & vassallis feudatariis, & eorum dominis, reperiamus se mutuò, ac reciprocè alere debere, vbi ad inopiam deuenerint, *l. libertus* 41. *D. de oper. libert. l.fin.C.eod.l.*4. *tit.*26. *part.*4. cum aliis, quæ latiùs tradit Zasius *lib.*1. *singul. respons.cap.*3. *n.*3. Martin. Colerus *de aliment.lib.*3.*cap.*13. *num.*89. *& ex num.* 94. *ad* 82. Afflictis, & Vrsillis *decis.* 265. *numer.* 104. Ioann. Sayson. *ad consuetud. Turonens. titul.*12. *art.*1. *versic. Vicesima conclusio*, Rosenthal. *in tract. de feud. c.* 8. *quæst.* 27. *num.* 7. *& seqq.* Ioann. Garcia *de expensis, c.*12. *& num.* 72. Collantes *in pragmat. agricol. lib.*3.

5 *cap.* 9. *ex num.* 1. Id quod † ad Ecclesiam erga eius patronum pauperem extendit etiam Cassiodor. *decis.* 3. *sub tit. de iur. patronat.* Paulus de Citadin. *in eodem tract. art.* 4. *sext. part. princip. num.* 1. *& seq.* & Colerus *d. cap.*13. *ex num.* 78. *ad* 88.

6 Hoc tamen † nunquam vidi cum Indis practicari, nec ratio iuris, vt practicètur, admittit. Nam Commendatarius non potest dici pauper, cui Indi suo tempore, ac modo debita tributa persoluunt, & vt demus hæc ad eius alimenta non sufficere, vel propter ingluuiem, & malam administrationem in egestatem deuenisse, non sunt cogendi Indi ei subuenire, cùm ipsi æquè,

7 aut longè magis pauperes sint, † & ex charitate benè ordinata, sibi potius, quam alij prospicere debeant, *l. Præses*, *C. de seruit. & aqua*, cum aliis, quæ copiosè adduxi *sup. hoc lib. cap.* 16. *num.*79. Tunica enim, pallio, & genu suprà propiùs est, vt vulgò dicitur, & plus se amat homo in vngue pedis, quam alium in vertice capitis, vt dixit Baldus *cons.* 312. *lib.* 4. Quò pertinet etiam, quod dicit Seneca: *Dabo egenti, sed vt ipse non egeam, succurram perituro, sed vt ipse non peream,* & Cato in distichis:

Dilige sic alios, vt sis tibi charus amicus,
Sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur.

Et tradit alia in eisdem terminis alimentorum D. Ioann. Bapt. de Latrea *discept. Granatens. pag.*614 *num.*27.

8 Maximè cum iura proclament, † eis, qui in necessitate seipsos posuerunt, subueniendum non esse, *l.* 1. §. 1. & ibi gloss. & DD. *qui satisd. cog. l. bona fides* 31. *in princip. D. depositi*, *cap. ex parte, de consuetud.* Roland. à Valle *cons.*87. *num.*56. *volum.*1. Menoch. *cons.*55.*num.*12.*lib.*1. Surd. *de aliment. tit.* 7. *num.* 12. & Horat. *lib.*1. *epist. ad Lolium*:

Quem sua culpa premit, deceptus omitte tueri.

Planè in reuerentiam huius veluti Patronatus, quem Commendatarij erga Indos sibi

9 commendatos habere videntur, † prætendi posset, eos ab eisdem Indis in ius sine venia vo-

0 cari non posse, quemadmodum nec † patroni à libertis vocantur, *l.* 4. *cum sequentibus*, *D. de in ius vocand. l.* 2. *C. eod.* §. *vlt. Inst. de pœn. tem. litigan.* nec domini feudorum à suis vassallis, vt per Husanum *de homin. propriis*, *numer.* 5. *& seqq. pag.*162. Rosenthal. *de feud. cap.* 10. *conclus.* 23. *numer.* 16. & plures apud Magerum *de aduocat. armat. cap.* 10. *num.* 43. nec Domini populorum à suis subditis, vt per Bobad. & relatos ab eo *in Polit.lib.*2.*c.* 16.*n.*60.

Sed adhuc contrarium in nostris Indis obseruandum est, & semper obseruari vidi, nunquam enim veniam expostulant, vbi cum suis Commendatariis litigare volunt. Sicuti & praxis communis obseruat in vassallis, & subditis erga dominos, & in clientibus erga suos protectores, & in parochianis erga suum Parochum, & in Ecclesia erga suum Patronum Ecclesiasticum, vt multis relatis, quos breuitatis causâ omitto, post longam disceptationem resoluit Magerus, omninò videndus, *vbi suprà ex n.*52. vsque *ad num.* 100. Rosenthal. *d. conclus.* 23. *num.* 19. & vltra relatos ab eis Rhenat. Choppinus *ad leg. Andium, lib.*2. *tit.*3. Anton. Mornacius *in notis ad leg.* 13. *D. de in ius vocand. & ad leg.fin.D.de inoffic.testamen.* vbi etiam tradit, posse vassallum esse aduocatum contra dominum, & Anton. Borrinius *in tract. de caualcata, siue seruitiis vassallor.*2 *part.c.*4.§.3.*fol.*61.

Vtrùm verò † Indus contra Commendatarium, aut pro eo, vel hic contra Indum, aut pro 111
eo in testem productus, iustè, vel iniustè à testimonij dictione abstineat, in dubium quoque vocari posset, ob simile exemplum patroni, & liberti, clientis, atque aduocati, coloni, & domini, & aliorum familiarium, & domesticorum, qui mutuò, & vicissim à ferendo testimonio repelluntur, vt refert Aul. Gel. *lib.*5. *noct. Attic. cap.*13. Iul. Paul. *lib.*5. *sent. tit.*15. §.1. vbi inquit, susceptos non posse esse testes accusatori, Specul. Aufrer. Nellus Campeg. Mascard. & plurimi alij, quos refert Farinacius *de testib. lib.*2. *tit* 6. *quæst.*60.*à num.*165. Borrinius § 8.*fol.*64. & nouissimè D. Valençuela *cons.*121.*num.*123.*volum.*2. & Magerus *vbi suprà num.*100. *& seqq.* Sed tamen in hoc quoque contrarium practicatur, vt ipse idem Magerus resoluit *ex num.* 107. vsque *ad num.* 130. vbi respondet argumentis contrariis, & plures pro hac parte Doctores adducit, & vltra relatos ab eo, copiosè Callistus Remirez *in tract. de lege Regia*, §. 24. *num.* 7. & Farinac. *vbi suprà numer.*171. qui tamen benè subiungunt, quod si adsit copia testium, honestius erit, vt eiusmodi personæ se à ferendo testimonio abstineant. Quod Ego etiam semper consului, & in facto practicatum esse sæpissimè vidi.

Quartò, & vltimò, hæc quæ diximus de Commendatariorum erga suos Indos obligatione, & de restitutione, quam eisdem facere debent ob officium minus exactè impletum, vel damna, & iniurias, quas miseris irrogauerint, lucem præbent, quæstionibus, quas circa hoc piè, & doctè mouet Acosta *dict. lib.* 3. *de procuran. Ind. salut. cap.* 16. Vbi † tradit, 112
quid prouidendum sit Sacerdotibus in confessionibus sacramentalibus Patronorum, seu Commendatariorum audiendis, vt eorum conscientias exonerent? & vltra eum Ioann. Matienz. *in tract. man. script. de moderat. Regn. Perù*, 2. *part. cap.* 28. Vbi agit † de restitutione damnorum à Commendatariis, vel conquisitoribus illatorum, & ab illis, qui de illa distributione participarunt, quam vulgò vocant *de Caxamarca*, & refert Zurita *in quæst. Theol. erga Indos, quæst.*7. vbi benè disputat, vtrùm † is 113
iustitiæ

114 iustitiæ officio satisfaciat, qui pro pecunia,
quam Indis eripuit, restituit Christianæ doctri-
næ prædicationem. Et resoluit, quod si igno-
tus dominus fuerit, implet restituendo genera-
liter ad prædicationem, ex traditis à D. Thom.
2. 2. q. 6. art. 5. Si verò notus, quamuis do-
ctrinæ inopia laboret, ita vt eam propriis sum-
ptibus quærere oporteret, non tamen posse pri-
uatum sua auctoritate ei applicare, ex eod. D.
Thom. *vbi suprà q. 26. art. 5.*

Idemque dicendum esse etiam si verisimile
115 sit, quod † pecunia Indo restituta, ille eam in
ebrietatem, aut alia flagitia conuerteret, quia
non ob id, quod quis malè suis rebus vsurus
sit, potest homo priuatus illas ab eo auferre,
etiam ad pietatis, & charitatis opera exercen-
da, sed imò tali casu esset pecunia in tuto col-
locanda, vt ebrio domino opportuno tempo-
re reddatur, vt ipse idem D. Thom. resoluit *d.
quæst. 62. art. 5. & 8. & in 1. 2. quæst. 66. art. 4.
& in 2. 2. quæst. 31. & in 3. part. quæst. 68. art. 5.*
quem sequitur Caietanus *d. quæst. 62. articul. 5.*
116 *ad 3.* vbi plenè examinat † qualem, ac quantam
diligentiam in inquirendo vero domino quis
facere debeat. Et Dom. Sotus *de iust. & iur.
lib. 4. quæst. 7. artic. 1. in solutione tertij argu-
menti*, & Ioann. Matienz. *dict. cap. 28.* vbi ad-
117 dit, quod † quia difficile est, damna Indis il-
lata, eisdem, qui verè illa receperunt, in multis
casibus satisfacere, monendi sunt Confessarij,
vt Commendatariis iniungant, vt Indorum
hospitalibus, communitatibus, Ecclesiis, vel
aliis piis operibus, quæ eis in communi vtilia
esse possint, ad salutem spiritualem, vel tem-
poralem, damnorum æstimationem relinquant,
quod à pluribus, dum in Peruano Regno es-
sem, factum vidi, & audiui, & ab aliis non
exiguas quantitates Indis relictas fuisse, vt in
solutione suarum taxarum, siue tributorum
subleuari possent, & in hæc recidunt, quæ in
simili tradit Molina Theologus, omninò vi-
dendus, *de iustit. & iure, 2. tom. disputat. 346.
col. 387. litt. B.*

Et semel, & iterum, me pro tribunali seden-
118 te, quæstio incidit, vtrùm † eiusmodi legata
pia essent, & eorum implementum coram iu-
dice Ecclesiastico ab Indis, vel eorum prote-
ctoribus peti posset. Et pia esse decisum fuit,
tam Indorum, quibus relinquuntur, contem-
platione, qui pauperes, & miserabiles perso-
næ censentur, vt dixi *suprà lib. 1. cap. 27. ex n. 1.
cap. 1. distinct. 87.* iunctis aliis, quæ tradit Ti-
raq. *in tract. de priuileg. piæ causæ, in præfat.
vers. Item relicta*, Syluestr. *in summa, verb.
Legatum 4. numer. 5.* quam habita considera-
119 tione ad causam legandi, quæ † anima legan-
tis, & eius exoneratio esse intelligitur, vt latè
prosequitur idem Tiraq. *ibidem, num. 13. vers.
Item relictum pro anima*, & plures alij, quos
refert & sequitur Padilla *in l. eam quam, nu-
mer. 54. C. de fideicomm.* Stephan. Gratian. *lib. 2.
discept. forens. cap. 329. à num. 13.* Alter Gra-
tianus *regula 194. numer. 6.* Tiber. Decianus
lib. 2. criminal. cap. 17. ex num. 3. Card. Tus-
chus *litt. L. concl. 106.* & Mascard. *de probat. 3.
tom. conclus. 1171. num. 68.* Ac proinde mix-
120 ti † fori esse, & coram iudicibus Ecclesiasti-
cis, etiam per dictos Indos laïcos exigi pos-
se, maximè si pro ipsorum Ecclesiis, vel hos-
121 pitalibus relicta fuerint, ex decis. † text. *in l.
hæreditas 50. D. de petit. hæred.* ibi: *Tamen
principali, vel Pontificali authoritate compellun-
tur ad obsequium supremæ voluntatis*, vbi gloss.
verb. *Principali*, idem notat, & allegat text.
in l. nulli, C. de Episcop. & Cleric. & idem pro-
bat gloss. 1. *per text.* ibi, *in cap. relatum primò,
& in cap. si hæredes, de testam.* & ibi Abbas,
Imola, Barb. Couarr. & alij, Tiraq. plurimos con-
gerens, *d. tract. de priuil. piæ causæ, priuil. 149.* vbi,
quod relicta ad causas pias sunt mixti fori, &
quod vbi versatur fauor pietatis, habet etiam
Episcopus iurisdictionem in laicos, Ioann. Gu-
tierr. *lib. 1. practicar. cap. 44.* Azeued. *in l. 10. tit. 1.
lib. 4. Recop. num 43.* Salazar *de vsu & consue-
tud. cap. 8.* Anton. Quesada *diuers. quæst. iur.
cap. 5.* Anton. Costanus *quæst. 10. num. 8.* Paz
in prax. 2. tom. prælud. 2. num. 46. Parlad. *diffe-
rent. 9. §. 2. num. 13.* Bobad. *in Polit. lib. 2.
cap. 17. num. 104. & seq. & num. 139.* & iterum
cap. 18. num. 120. & num. 1228. Ceuall. *de vio-
lentia, quæst. 84.*

Quod adeò verum est, vt etiam Indis non pe-
tentibus, † possit Episcopus eiusmodi legati 12
implementum hæredibus testantis indicere, si
ipsi intra annum illud exequi supersederint, vt
docet text. *in cap. 3. de testam.* & ibi DD. præ-
cipuè Couarr. *num. 1. l. 6. tit. 8. part. 6. l. 25. tit. 9.
l. 7. titul. 10. ead. part.* & vtrobique Greg. Lo-
pez, Padilla, Boër. Tellus Fernand. & alij relati à
Gutierr. *d. cap. 44. num. 4.* & vltra eos Roman.
sing. 1. & cons. 69. Aretin. *in cap. cum olim, de te-
stibus*, Bald. *in Authent. ingressi, col. 8. ad fin. C. de
sacrosanct. Eccles.* Apostilla ad Abb. *in dict. cap.
si hæredes*, & Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb.
Hunc contractum, num. 3.*

Neque his aduersatur, † quod legatum re- 12
lictum pro malè ablatis, aut exoneranda con-
scientia, videtur magis relinqui, vt debitum,
& ita solet habere vim debiti confessati, vnde
non est propriè legatum, & per consequens
nec pium dici potest, vt per Roman. *cons. 164.*
& eius Addition. *in verb. Terminat.* Guiller.
Bened. *in cap. Rainuntius, verb. Si absque li-
beris, el 1. num. 27. & seqq.* Anton. Ciofium
cons. 42. num. 11. part. 2. qui inde infert, super
hoc legato non posse adiici conditiones, ne-
que grauamina: & Cardin. Tusch. *litt. L. concl.
144.* Nam id intelligitur, vbi testator id ex-
presè fatetur, vel alias constat de debito, &
certis personis, vel incertis, de certis restitu-
tionem fieri iubet. Nos autem loquimur in
casu, in quo incertis reliquitur, & licet te-
stator hac causa sarciendi damna Indis illa-
ta, legatum fortè reliquerit, eam apertè non
expressit, sed (quod plerumque fieri solet)
tantummodò dixit: *Por si algo les fuere à
cargo, ò para descargo de mi conciencia*: quæ
verba legati substantiam, & pietatem non im-
mutant, nec minuunt, vt colligi potest ex tra-
ditis à Bart. & eius Additionat. *in l. qui vxori,
num. 3. D. de aur. & argent. legat. Auth. quod
obtinet, C. de probat.* Greg. Lopez *in l. 4. titul.
11. part. 6. gloss. 2. ad finem*, Steph. Gratian.
lib. 2. discept. forens. cap. 329. à num. 13. Ant.
Faber, qui citat Boër. & alios, *in suo Cod. Fa-
briano, lib. 4. tit. 24. definit. 36. num. 10.* & Syl-
uester *dict. §. legatum 4. num. 1.* vbi singulari-
ter docet, † quod in foro contentioso, si du- 1
bitetur, qua mente testator reliquerit lega-
tum in dictis casibus, præsumatur in dubio ad
piam

...piam causam,id est pro Deo, & animæ salute reliquisse.

Quibus addo, suprà dicta adeò vera esse, vt licèt † in aliis legatis controuersum sit, vtrum executiuè agi possit,vt constat ex his, quæ post alios, latè disputat Borgnin. Caualcan. *in tract. de vsufruct. mul. relict. fol.* 31. *num.*15. Ioseph. Ludou. *decis.* 23. *num.* 9. Dueñas *reg.* 15. *limit.* 2. Spino *in specul. testam. gloss.* 34. *num.*35. Parlad. *lib.*2. *quot. cap. fin.* 1. *part.* §. 9. Ceuall. *pract. commun. quæst.*103. & Fachin. *lib.*5. *controu. cap.* 31. In legato tamen, de quo agimus, etiam eiusdem pietatis intuitu, executiuè, & de plano procedendum sit, iuxta text. *in d. l. hæreditas, D. de petit. hæred.* per quam notat Bald. *ibidem*, *& in l. fin. col.* 4. *vers. Item nota hic meliorem textum*, *C. de codicill.* Specul. *in tit. de instrum. edit.* §. *nunc verò aliqua*, *vers. Quòd si vnus*, *num.* 57. Andreas Barbat. *in d. cap. si hæredes, de testament.* Paz *in praxi*, 3.*tom. cap.* 4. §. 1. *num.* 49. *& seq.* Gutierr. *lib.* 1. *pract. quæst.* 80. *circa finem*, vbi asserit secundùm hanc opinionem in praxi obtinuisse in legato facto Ecclesiæ Ciuitatensi.

Pro quibus pondero † text. *in Auth. de Ecclesiast. tit.* §. *si quis autem pro redemptione*, ibi: *Modis omnibus secundùm testatoris voluntatem ab his, quibus iussum est hoc facere compleri.* Verba enim illa † *modis omnibus*, important *ipso iure*, vt notat gloss. *verb. Modis omnibus, in Auth. vt defunct. seu funer. eor.* §. *sancimus*, gloss. *verbo Omni, in l.* 1. §. *si pecunia, D. de pet. hæred.* quas nimis commendat Alexand. ad Bartol. *in l. Imperator*, *D. de iure fisci*, *super verbo Mox*, Roder. Suarez *in l. post rem iudicatam*, *in lectura*, *vers. Adde quintum*, & alij, apud Barbosam de dictionibus, d. verb. Vnde neque aditionem hæreditatis, etiam inspecto iure communi,hæc legata desiderabant, & dies executionis eorum cedit à morte testatoris, secundùm Bald. *in d. l. hæreditas, & in l. fin. n.* 12. *de codicillis, & in l. si id, quod pauperibus, C. de Episcop. & Cleric. num.* 16. Gregor. *in l.* 6. *tit.* 10. *part.* 6. gloss. *Fasta vn año*, Peralta *in l.* 1. *n.* 85. *de legat.* 2.

Quæ omnia valdè conducunt † ad expositionem cuiusdam Regiæ schedulæ 30. Iulij, ann. 1568. ad Audientiam Noui-Regni Granatensis directæ,quæ habetur *in* 2. *tom. impress. pag.* 143. & iubet: *Que quando algunos Encomenderos en sus testamentos mandaren, que por algun tiempo no se cobren tributos de sus Indios por descargo de sus conciencias, y que se encomienden a sus mugeres, ò hijos que han de suceder en ellos con essa condicion, hagan entero, y breue cumplimiento de iusticia, de manera que se cumpla la voluntad de los testadores, &c.* Etenim hæc schedula, qua parte respicit ad fouenda hæc legata, quæ fiunt pro compensandis omnis Indis illatis, iustissima est, vt ex suprà dictis apparet.Dum verò probare videtur,quod hæredes teneantur illud præceptum defuncti adimplere, mihi durissima videtur, nisi alioqui iisdem defunctis in aliis bonis hæredes extiterint, iuxta ea,quæ notantur in cap. fin. de vsuris. Nam quod attinet ad Commendam, cùm in ea non succedant iure hæreditario, sed ex legis, & Regis prouidentia, prædictum grauamen implere non tenebuntur, sicuti neque alia antecessoris debita soluere, vt latiùs dixi *suprà hoc lib. cap.*14. *ex n.*1. *& cap.*16. *ex num.*70. Et hac de causa † verba illa dictæ schedulæ: *Hagais, y administreis entero, y breue complimiento de iusticia*;non ita accipienda censeo,vt præcisum implementum inducant: id etenim esset vno verbo totam Iurisprudentiam subuertere velle,vt alias dicitur *in l. si quando*, *C. de inoffic.* Sed dumtaxat iudicum, quibus dirigitur, animos excitat, vt breuiter, & per legitimos tramites eiusmodi causas expediant: hæc enim est magis frequens acceptio illorum verborum: *Hareis iusticia, hagais iusticia*, vt alio loco latiùs trademus, & benè notat,plures ad idem Auctores adducens,Ias. *in l. iustitia, n.*4. *&* 5. *D. de iust. & iur. & in l. causas, num.*7. *C. de transaction.* Maranta *cons.*65. *à n.* 10. Giurba *decis. Sicil.* 41. *n.*6. Alciat. *cons.*10. *num.*2. *lib.*5. & D. Præses Valençuel. *cons.*95. *n.*26. 13

CAPVT XXV.

De onere residendi, quod Commendatariis iniungitur. Et quando ratione absentiæ Commendis priuentur, & qui legitimè impediti dicantur?

SVMMARIVM.

1 *Residentia Commendatariorum, quibus rationibus inducta fuerit?*
2 *Prouisio Imp. D. Caroli V. ann.* 1536. *refertur, & ponderatur.*
3 *Commendatariorum residentia pluribus schedulis strictè cauetur, quæ referuntur.*
4 *Commendatarij intra triennium vxores ducere debent, & domos construere, & arbores plantare, & quare? & schedulæ, quæ id præcipiunt.*
5 *Onus residendi Commendatariis iniunctum, qui Auctores probent, & tractent? & verba Ioseph. Acostæ, quæ hoc elegantissimè exprimunt.*
6 *Vicini, quare appellentur hi, quibus Commendæ Indorum assignatæ sunt, & an hodiè expediat, vt hoc nomen ad omnes Indiarum incolas extendantur?*
7 *Commendatarij non debent residere in municipiis suorum Indorum, sed in vrbe proxima, quæ illius prouinciæ caput sit.*
8 *Commendatariis strictè prohibitum est, oppida Indorum sibi commendatorum incolere, imò & ingredi, & quare? & de schedulis, quæ de hoc agunt.*
Potentes debilibus semper impressionem facere præsumuntur, ibidem.
9 *Beneficia Ecclesiastica residentiam requirunt, & ea hac in parte Commendæ imitantur.*
10 *Feudatarij debent residere in prouinciis, vel terris sibi infeudatis sub pœna priuationis.*
11 *Feudatarij habent quandam conformitatem cum colonis Romanorum.*
12 *Officij, vel seruitij ratione, qui commodum habet, debet omni iure eius onera subire.*
13 *Officio priuatus, eo ipso priuari videtur beneficio, quod propter illud conceditur.*
14 *Schedulæ, quæ iubent, vt Commendatarij resideant,*

sideant, trahuntur etiam ad Commendas ante eas collatas.

15 Lex positiua habens originem, vel rationem à lege diuina, vel naturali, extenditur etiam ad præterita.

16 Lex declaratoria aliarum præcedentium trahitur ad præterita, & quare?

17 Commendatariis non est facilè permittendum, vt onus residentiæ, quam facere debent, excusent, ponendo substitutum, vulgò Escudero.

18 Faciens per alium videtur facere per se ipsum.

19 Obligatus ad aliquid faciendum, quando possit id perficere per alios æquè idoneos?

20 Commendæ pinguiores hodie dantur absentibus, & seruiuntur per substitutos, & quam hoc sit damnosum, & iniustum.

21 Rex solus potest in totum dispensare cum onere residentiæ, quam Commendatarij facere debent.

22 Proreges possunt dare licentiam limitatam ad faciendam absentiam à vicinitate Commendæ, sed ex iustis, & vrgentibus causis.

23 Licentias ad non residendum concedere, neque est æquum, nec honestum, nec vtile.

24 Industria, & persona Commendatarij eligi videtur in collatione Commendæ, & ideò non potest seruire per substitutum.

25 Substitutorum, qui à Commendatariis nominantur, officium est, tondere potius, quam docere.

26 Actum facere per se ipsum, si alicui mandatur, non poterit per substitutum.

27 Personæ industria vbi est electa, non potest quis alteri committere vices suas.

28 Industria personæ quando electa præsumatur, remissiuè.

29 Defendere alium, qui promisit per se, & suos, non per extraneos id facere debet.

30 Offendendi alium, si alicui licentia conceditur, non potest mandare, vt id per alterum fiat.

31 L. 2. C. de fund. Limitroph. expenditur.

32 Iuramentum de Indis defendendis, quod faciunt Commendatarij, in forma specifica impleri debet.

33 Rex, & Indi non debent fraudari in seruitio Commendatarij, quem elegerunt.

34 Creditor inuitus non cogitur recipere aliud pro alio, nec mutare debitorem, aut fideiussorem.

35 Proreges, & Gubernatores possunt dare licentiam Commendatariis ad absentiam modici temporis ex iustis causis.

36 Seruitutis species est ab aliquo loco non posse discedere.

37 Residentia non debet esse continua, & sine cessatione, & absentia breuis non dicitur absentia.

38 Prælatus inferior à Papa potest dare beneficiato licentiam ad absentiam, sed non indulgentiam non residendi.

39 Commendatariis debet relinqui libera nominatio substituti, & ad Gubernatorem tantùm pertinet approbatio.

40 Damna, quæ Indis intulerit substitutus, siue Vicarius Commendatarij, ipse sarcire debet.

41 Nominator est veluti fideiussor nominati, & pro eo periculum subit.

L. Imperator, §. 1. D. ad municipal. l. 1. D. de magistr. conuen. & plures aliæ agentes de periculo nominatorum, ponderantur, & illustrantur, ibidem.

42 Iacobi Cuiacij elegantia verba de periculo, & obligatione nominatorum, expenduntur.

43 Commendatarius absens sine licentia, vel non rediens transacto tempore licentiæ, an sine alia monitione, vel processu Commenda priuari possit?

44 Cap. ex parte, cap. qualiter, cap. inter quatuor, & cap. fin. de Cleric. non resid. explicantur.

45 Mora etiam decennalis non sufficit ad priuandum quem ipso iure suo beneficio propter absentiam, si monitio non præcessit.

46 Monitio facta tempore licentiæ, vt quis finito eius tempore redeat, an sufficiat ad hoc, vt non rediens priuari possit, absque alia noua monitione? & plura de materia monitionis, & num. seqq.

47 Licentiæ terminum transgrediens, minus peccat, quàm qui se absentauit sine licentia, & quare?

48 Feudatarij, & beneficiarij propter absentiam, solent priuari sine monitione, & processu.

49 Schedula anni 1529. refertur, quæ agit de monendis Commendatariis, vt resideant, cum præfinitione temporis quadrimestris.

50 Priuationis Cómmendæ pœna ob non residendum, ipso iure imponi videtur in quibusdam schedulis, quæ referuntur.

51 Statutum, vt pœna priuationis beneficij incurratur ipso iure propter absentiam, validum est, licet non desint contradictores.

52 Schedulæ, quæ inducebant priuationem ipso iure ob non residentiam in Commendis, oblitteratæ fuerunt.

53 Stylus seruat, vt etiam beneficiati habentes curam animarum, non priuentur propter absentiam, nisi post monitiones.

54 Absentia sola non inducit veram vacationem beneficij.

55 Priuationis pœna vbi imponitur, requiritur processus, seruato iuris ordine, ad eam infligendam.

56 Processus debet formari, etiam super eo, quod notorium esse prætenditur, & quare?

57 Notoria dicuntur multa, quæ non sunt.

58 Sententia declaratoria requiritur etiam in pœnis, quæ imponuntur ipso iure incurrendæ, ex magis communi sententia.

59 Sententia declaratoria in pœnis ipso iure incurrendis excusatur, vbi terminus præfigitur ad comparendum, cum clausula quod eo elapso amplius reus non audiatur.

60 Licentia ad faciendam absentiam in Commendis non solùm peti, sed & impetrari, & expressè in scriptis haberi debet.

61 Licentiam, qui dicit se habere ad non residendum in sua Commenda, vel beneficio illam probare debet.

Qualitas, cui aliquis innititur, ab eo probari debet, ibidem.

62 Impedimentum iustum, & vrgens excusat Commendatarium à non residendo, & non petenda licentia.

63 Impe

63 *Impedimenta iusta excusantia à non residendo, quæ dicantur?*

Cap. inter quatuor, & cap.fin. de Cler.non resid. *explicantur, ibidem.*

64 *Impedimentum alleganti,eius probatio incumbit,& iustificatio est arbitraria.*

65 *Impeditus vt possit se iuvare excusatione impediti,an illud protestari debeat?*

66 *Impedimentum iustum superueniens,etiam post absentiam voluntariam, pendente tamen monitione de comparendo,excusat, etiam si quis se nimis arctauerit.*

67 *Casus litis D. Ferdinandi Picarri refertur, qui fuit frater D. Marchionis Picarri, & maritus D. Franciscæ filiæ eiusdem Marchionis.*

68 *Carceratus, vel relegatus ob delictum, an eo ipso priuetur Commenda, in qua residere non potest?*

69 *Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi imputare debet.*

70 *Impedimentum in quod quis sua culpa se coniecit,non solet præstare excusationem.*

L.si fideiussor,§.si necessaria,D.qui satisd.cogan. & l.2.§.si quis tamen, D.si quis cautionibus, *& aliæ similes, explicantur, ibidem,& num.77.*

71 *Procurator pœnam, quam ex suo delicto passus est, non repetit.*

72 *Delinquens se pœnæ subdit,& quæ ratione delicti passurus est, prospicere debet.*

73 *Commodum quis ex delicto reportare non debet,nec esse melioris conditionis,quàm non delinquens.*

74 *Delinquentes etiam egestate laborare conuenit.*

75 *Paupertatem,qui incurrit ob culpam suam,non solet iuvari, nec restitui.*

76 *Antecedenti destructo, destruitur consequens.*

77 *Impedimentum carceris, vel relegationis non affectatum iustissimum est.*

78 *Relegatio præstat excusationem, vt causa committi possit extra Diœcesim.*

79 *Relegatus videtur residere in patria,quoad sibi vtilia, & similiter incarceratus.*

80 *Impedimentum etiam proueniens ex culpa, præstat excusationem,si talis culpa ad illud non fuerit affectata,& ordinata.*

81 *Sfortiæ Oddi opinio, qui carcerationis, aut relegationis iustæ impedimentum legitimum esse negat, reyicitur.*

82 *Emphyteuta etiam ob proprium delictum detentus in carceribus,excusatur à pœna non soluti canonis.*

83 *Beneficiatus,etiam sua culpa incarceratus, liberatur à solutione pensionis, & à pœnis contra non residentes.*

84 *Excommunicatio, & suspensio, etiam ob culpam incursa,præbet legitimum impedimentum.*

Cap.quia diuersitatem, de concess. præb. & cap. de cætero, de sent. excomm. *explicantur.*

85 *Bannitus, qui timet vim sibi inferri posse, excusatur à comparendo.*

86 *Carcerati sunt pauperes personæ, & restitutione iuvantur.*

87 *Vxor Commendatariæ excusatur à residentia, si maritum suum fuerit sequuta.*

88 *Impedimentum viri, æquè vxorem, ac illum excusat.*

89 *Scholaris tempore vacationis rediens in domum, gaudet priuilegiis, & eius vxor, & liberi.*

90 *Residentia patris prodest filio, & mariti vxori.*

91 *Vxor est accessoria mariti, & sequitur eius domicilium.*

92 *Vxor tenetur maritum etiam in carcerem, & in exilium sequi.*

93 *Maritus etiam si bannitus fuerit, debet illum vxor sequi,& alimentis dotalibus iuvare.*

94 *Vxores aliquæ maritos carceratos à vinculis liberarunt.*

95 *Culpa non ordinata ad casum,neminem priuat priuilegio aliàs sibi competenti.*

96 *Commodum ex culpa directè, & principaliter procedens, nemo consequi potest, secus vbi venit in consequentiam.*

97 *Fauore alicuius inducta, aliquando retorquentur in eius damnum,ex vi alicuius circunstantiæ, vel consequentiæ.*

98 *Commendatariis magis optabile esset in suis commendis residere, quàm in carcere, aut exilio.*

99 *Impedimentum legitimum facit quem iudicari pro præsente, & residente.*

100 *Relegatio in totum, nec in parte bona non aufert, nisi in sententia contrarium exprimatur.*

L.1.& 4.D. de interd. & releg. l.deportatorum, C.de pœnis, *& aliæ similes exornantur, ibidem*

101 *Sententia est stricti iuris, & in his tantum, quæ sonat, intelligenda.*

102 L.bona fides,D. depositi,*explicatur.*

103 L.Papinianus 21. D. de minor. *expenditur, & exornatur.*

104 *A separatis non fit illatio.*

105 *Delinquens perdit priuilegium sibi concessum, si illius causa culpam admittit, vel pœnæ veniam sperat.*

106 *Studiorum causa absens an possit antiquam commendam retinere, vel ad successionem, aut prouisionem nouæ admitti?*

107 *Casus litis D.Ioannis Felicis de Heredia,refertur.*

108 *Studentes habentur pro præsentibus, & residentibus in beneficiis, & quid in parochialibus.*

109 *Studiorum causa absent restitutionem habet ex clausula generali, & dicitur causa iustissima.*

L.necnon,D,ex quib.caus.maior. l.si longius, §.si filiusfamil. D.de iudiciis, l.Seiæ, §. Pamphile,D.de fund.instr.*& aliæ similes, explicantur,ibid.*

110 *Restitutio in integrum dari non solet ad lucrum,cum pœna, vel damno alterius.*

111 *Diuinare nemo tenetur.*

112 *Absentiam, qui facere vult, etiam causa studiorum, debet priùs Gubernatorem adire.*

Licentia Prælati requiritur in eo, qui se absentat à beneficio, etiam causa studiorum, ibidem.

113 *Absens, qui potuit procuratorem relinquere, an & quando restituatur, si illum non reliquit?*

Tom. II. Nn 114 *Negli*

114 *Negligentibus non subuenitur, sed necessitate impeditis.*
115 *Procuratorem etiam si absens posset relinquere, & non reliquerit, ex iusta causa aliquando restituitur.*
L. sed etsi, §. aduersus, & l. necnon, D. ex quib. caus. maior. *explicantur, ibid.*
116 *Studiorum causa absentes, ex opinione Alberici semper restitui solent, quamvis procuratorem non reliquerint.*
117 *Scholastici soli studio debent vacare, & de aliis non cogitare, & æquiparantur militibus.*
118 *Milites ab omni cura debent esse expediti.*
119 *Expeditio cur vocetur omnis actio militaris? ex Cassiodoro.*
120 *Commendas duas, vel plures habens in diuersis prouinciis, in qua earum residere teneatur?*
121 *Pensionarij commendarum an teneantur residere, sicut & ipsi commendatarij?*
122 *Consiliarij Regis si commendatarij sint, à residentia excusantur, & pro præsentibus habentur. Et quid in beneficiis Ecclesiasticis.*
123 *Canonici Episcopo inseruientes, aut assistentes pro præsentibus habentur.*

ONera seruitij militaris, & curandi spiritualem, & temporalem salutem Indorum, quæ Commendatariis iniuncta sunt, vt in præ-
1 cedentibus capitibus adnotauimus, † tertium hoc necessariò desiderarunt, cuius nunc tractationem suscipimus, nempè, vt omninò intra Regnum, & prouinciam, in qua Commendæ sitæ sunt, residere, & vicinitatem (vt dicunt) fa-
2 cere teneantur. Quod expressis verbis ostendit † quædam prouisio Dom. Imper. Carol. V. dat. Matrit. 13. Nouembr. ann. 1535. quæ habetur *in 2. tom. impress. pag. 250.* quæ huius oneris causas recensens, & pœnam priuationis, ipso iure incurrendam, contrauenientibus irrogans, ita notabiliter inquit: *Don Carlos, &c. Por quanto Nos somos informado, que por la poblacion y noblecimiento de la Nueua España, que es en las nuestras Indias, conuiene, que ninguna persona que estuviere fuera della en otras prouincias, y gouernaciones, tenga Indios encommendados en aquella tierra, y que los que tuvieren algunos, residan à la continua en ella, para los regir, y administrar en las cosas de nuestra santa Fè Catolica; y para que quando se ofrecieren algunas cosas tocantes à nuestro seruicio, y à la pacificacion y sossiego de los naturales della, se hallen presentes, y nos siruan como son obligados, porque de su ausencia se podrian seguir, y han seguido muchos daños, è inconuenientes, como por experiencia se ha visto, y queriendo proueer en el remedio dello, visto, y platicado por los de nuestro Consejo de las Indias, por quanto assi nos fue suplicando por parte de la ciudad de Mexico: Mandamos, que agora, ni de aqui adelante, ninguna persona que tuviere Indios encomendados pueda salir, ni salga de la dicha Nueua-España, sin tener para ello nuestra licencia expressa, ò del nuestro Virrei y Gouernador; y que si saliere sin la dicha licencia, ò no boluiere dentro del termino della, que por el mismo caso le sean quitados, y se le quito en los dichos Indios, que assi tuviere encomendados, y no goze mas de los tributos, ò prouechos dellos, &c.*

Et ante † hanc Prouisionem, idem satis strictè cautum fuerat ab eod. Imp. per aliam schedul. dat. Pintiæ 16. Maij, ann. 1527. & per alteram Prouisionem dat. Tolet. 21. Maij, ann. 1534. quæ inserta, & renouata reperitur in quadam sched. Philipp. II. dat. Matrit. 27. Februarij, ann. 1575. Et hæc fuit vna ex legibus Indiarum (quas nouas vocant) ann. 1543. cuius implementum sub omni rigore exequendum, iniungitur Proregi Peruano D. Fran. à Toletano in quadam sched. ann. 1573. quæ omnes, & plurimæ aliæ in hunc finem tendentes, reperiuntur *d. 2. to. ex pag. 248.* cum multis sequentibus.

Quibus simul ob hanc rationem Commendatariis iniungitur, † vt infra triennium vxores ducant in prouincia, vbi Commenda sita fuerit, sub pœna priuationis, & domos lapideas struãt, arboresque plantent, & alia similia opera faciant, quæ ipsam prouinciam nobilitent, & eos ibi permanere, & radices agere velle, demonstrent. A quibus schedulis non absunt aliæ, quæ non solùm prohibent Commendas absentibus dari, verùm & ab earum successione eos excludunt, qui tempore, quo defertur, abfuerint. De quarum iustitia, & praxi plura dixi *suprà hoc lib. c. 2. & cap. 17. num. 93.*

Et de hoc residendi onere in nostris Commendis † specialem mentionem facit Ioann. Matienz. *in l. 10. tit. 10. libr. 5. Recopil. gloss. 1. numer. 8. & 12. & in tract. manuscript. de gubern. Reg. Perù, 2. part. cap. 12.* & meliùs P. Ioseph. Acosta *de procur. Ind. salut. libr. 3. c. 11. pag. 319. & 320.* cuius verba, quia elegantissima sunt, hîc inserere non grauabor: *Secunda verò causa conseruandæ, ac tuendæ Reip. huius, non dubium est, quin æquitatis, vtilitatisque plurimum habeat, quin potiùs in eo salus Regni, tum temporalis, tum spiritualis sita sit, si non desint his, veluti deductis coloniis coloni sui. Nam (id quoque Romanæ Reip. sapientissimæ moris fuisse constat, vt nouos colonos) quo firmaret, defenderetque coloniam suam, domiciliò donatos, varijs priuilegiis, commoditatibusque prosequeretur: Regis Regnique interest, maximè vt sint, qui tanquam proprium domicilium tueantur, & quoad licet, amplificent. Quamobrem propria quadam nuncupatione, eaque apud nos honorifica, hi propriè vicini, ciuesvè nominantur, itaque & vxorati esse iubentur, & certam vrbem incolere, vnde nisi annuente Prorege abesse nusquam liceat: si abfuerit, absentis expensis, alius sufficitur, quòd si diutiùs moras traxerit, ab Indorum moderatione renouetur, aliusque succedit, perinde atque de mortuo, &c.*

De qua appellatione † *Vicinorum*, vulgò *Vezinos Encomenderos*, quæ Commendatariis hac de causa, veluti ab effectu, siue per antonomasiam tribuitur (cùm alij, qui Commendas non habent, appellentur *Domiciliarij*) agunt etiam plures schedulæ, quarum memini *suprà cap. 23. num. 28.* & Ioan. Matienz. *d. c. 12.* vbi in quæstionem vocat, an hodiè expediens sit, vt omnes indistinctè appellentur vicini.

Non est autem præcisum, † quòd in locis, siue municipiis Indorum siue commendatorum resideant, sed sufficit, quòd in vrbe, quæ eiusdem prouinciæ caput fuerit, vicinitatem faciant, vt in prædictis schedulis expresè deciditur.

ditur. Quin potius † aliis nouioribus an. 1555. 1559. 1563. 1569. quæ habentur *dict. 2. tom. pag. 257. & seqq.* & per aliam moderniorem dat. Matrit. 6. Iulij, an. 1609. grauissimè inhibitum fuit eisdem Commendatariis, ne in municipiis suorum Indorum residere possent, imò neque ad illa accedere, ob grauia damna, & molestias, quas illis irrogare soliti erant: semper enim potentes debilibus impressionem inferre, ac eos iniuriis afficere præsumuntur, vt præclarè ostendit Matth. de Afflict. *ad constitut. Neapol. pag. 71. numer. 4.* & quia cum iam essent Sacerdotes ad spiritualem, & Prætores ad temporalem Indorum gubernationem constituti, necessaria visa non fuit Commendatariorum apud eosdem residentia, vt tetigi *sup. cap. proximo, num. 19. & seqq.* & hoc ita hodie obseruatur, pœna decem millium auri ponderum ministris indicta, qui in contrarium licentiam præstiterint, de quibus schedulis, & praxi locuples testis est Anton. de Leon *in tract. de confirm. Regiis, 1. part. cap. 19. num. 36. & seqq. fol. 105.*

In qua quidem residentia desideranda, & tot schedulis ordinanda, & præcauenda, supposita Commendarum natura, & obligatione, † beneficiorum Ecclesiasticorum exemplum Reges nostri sequuti videntur; in quibus ob similem causam personalis adsistentia in loco beneficij præcisè requiritur, & modis omnibus commendatur, vt constat *ex cap. quia nonnulli, §. cùm igitur, cap. relatum, cum aliis, de Cleric. non resid. cap. fin. de rescript. libr. 6.* Concil. Trident. *sess. 6. de reformat. cap. 1.* Mandos. *designat. gratiæ, tit. de dispens. de non resid. fol. 46* Horat. Lucio *de priuileg. Scholast. Priuil. 98.* Nicol. Garcia *de benef. 3. part. cap. 2. ex n. 1.* Quintana-Dueñas *in Ecclesiast. siue de benef. libr. 4. numer. 49. cum seqq.* Adam Gontzen *lib. 6. Politicor. cap. 41. §. 6.* & nouissimè Dom. D. Felicianus à Vega Episcopus de la Paz *in cap. postulasti, num. 3. de foro compet. pag. 575.*

Aut si maius exemplum † feudorum, ad quorum similitudinem (vt sæpè diximus) nostra Commendæ in multis procedunt, in quibus etiam absentia vassalli feudi priuatione punitur, cap. ad hæc, hîc finitur lex Conradi, Gregor. Lop. *in l. 9. tit. 25. part. 4.* Innocent. *in cap. ex tua, num. 1. de Cler. non resid.* & plurimi alij, quos refert Iul. Clarus, & eius Addit. *in §. feudum, quæst. 29.* Iacob. Rebuff. Ioan. de Platea, & alij, per text. ibi *in l. 4. C. de iure fisci*, Borcholten *in tract. de feud. cap. 2. n. 12.* vbi hinc deducit † vassallos feudatarios, quandam conformitatem habere cum colonis Romanorum, & Rosenth. *in eod. tract.*

Et hoc sanè † valdè consentaneum est regulis iuris Diuini, Naturalis, & Ciuilis, quæ non permittunt, vt quis lucrum ferat ex re sibi data contemplatione alicuius officij, oneris, vel laboris, si hæc, quatenus in se est, deseruerit, & implere neglexerit, *l. vnica, §. pro secundo, C. de caduc. tollend. cap. eos, & cap. si quis Sacerdotum, dist. 81.* vbi docemur, † priuatum intelligi, quia est eius sequela, *cap. præter hoc 32. dist. cap. latores, de Cler. excomm. ministr. cap. Pastoralis, de appellat.* cum similibus quæ tradit gloss. *verb. Datur, in dict. cap. final. D. de rescript. in 6. per text.* ibi: *Et officium plerumque, propter quod beneficium datur, omittitur*, & plenius gloss. magna, in fine, *in Clement. cupientes, de pœn.*

Quod efficit, † vt tales schedulæ, & pœna 14
priuationis, quæ in illis iniungitur in casum absentiæ, locum quidem habere possint, & deberent, etiam si posteriores essent Commendis aliquibus concessis simpliciter, & sine expressione dicti oneris residendi. Quia † vbi lex positi- 15
ua venit ad obseruantiam legis diuinæ, vel naturalis, aut originem, vel rationem habet ab illa, non solùm futura, verùm & præterita etiam respicit, & complectitur, ita vt quoad eius obseruantiam post promulgationem omnibus sit generalis, & vna, vt docet gloss. singularis *in cap. final. verb. Futura, de constitution.* quam ibi Panormit. Felinus, & alij sequuntur per text. *in cap. cùm tu, de vsuris, l. penultim.* iuncta *l. eos, §. 1. C. eod. tit.* Anguianus *de legibus, libr. 5. controuers. 2. num. 20.* Quia tunc † talis lex magis 16
antiquæ declaratoria, aut exercitatiua, quam noua videtur, & sic nihil noui inducit, sed quod erat, detegit; *argum. l. ita fidei, D. de iure fisci, l. hæredes palam, §. 1. D. de testam. l. adeò 7. §. cùm quis, in fine, D. de acquir. rer. domin. Auth. de filiis ante dotal. instr. nat. collat. 3. Auth. de rapt. mulier. in fin. collat. 6.* ibi: *Tanquam si nostra lex ab initio cum interpretatione tali promulgatta fuisset à nobis, cap. vt lex 27. quæst. 1.* cum aliis, quæ dixi *sup. cap. 6. num. 83.* & tradit Panormit. Decius, Felin. & alij communiter *in d. cap. fin. de constit.* Ias. *in l. non dubium, C. de legib. ex numer. 10. ad 14.* Anguian. *sup. controuers. 5.* Azor *libr. 5. instit. moral. cap. 16. quæst. 13.* & Salas *de legibus, q. 97. sect. 7. pag. 558. & seqq.*

Neque audiendi sunt, qui docent, aut prætendunt, † hoc onus, & officium Commenda- 17
tariis iniunctum, æquè commodè impleri posse per substitutum, atque adeò sufficere, vt illum suo loco constituant, quòd vulgò dicunt: *Poner escudero, ò seruir por escudero.* Cum † qui per 18
alium facit, videatur facere per se ipsum, *cap. cùm ad sedem, de rest. spol. cap. muliere, de sent. excomm. cap. qui per alium, de regul. iur. in 6. l. is damnum*, vbi Decius, *D. de regul. iur.* Surd. *cons. 50. num. 13.* Vnde communiter receptum est, † posse quem illud ad quod obligatus est, 19
per alios æquè idoneos perficere, *cap. potest. 68.* & ibi Dynus, Franchus, & Pechius, *de regul. iuris in 6. l. nemo est, qui nesciat*, vbi DD. *D. de duobus reis, l. veteris, C. de contrahend. stipul.* cum similibus.

Nam etsi hoc hodie valdè frequentetur, & 20
omnes † ferè, aut saltem pinguiores Commendæ, dari soleant Magnatibus, aut Equitibus in Hispania existentibus, cùm speciali dispensatione seruiendi per substitutum; de quo dixi, & dolui *sup. hoc libr. cap. 2. numer. 60.* & & benè declamat Acosta *d. lib. 3. de procurand. Ind. salut. cap. 11. pag. 318.* & Ioan. Matienz. *dict. tractat. de moderat. Regni Perù 2. part. capit. 12.* vbi refert damna, quæ ex hoc sequuntur, & quantum oporteat, vt Commendarum reditus, cum in partibus Indiarum nascantur, in eisdem distribuantur, & consummantur. Nullus tamen † præter Regem potest hanc dispensa- 21
tionem concedere, vt ostendunt schedulæ suprà relatæ, & præcipuè illæ ann. 1570. & 1571. *dict. tom. pag. 253. & 255.* † quæ Proregibus 22
præcipiunt, vt nec licentiam quidem absentiæ

nisi ex magna, & vrgenti causa concedant, &
tunc cum temporis præfixione, & adsigna-
tione.
23 Nam † contrarium facere, nec licèt secun-
dùm æquitatem, nec decet secundùm honesta-
tem, neque expedit secundùm vtilitatem, vt
aliàs inquit text. in cap. magnæ, de voto, quia
lex,& ratio, ac natura Commendarum ipsorum
industriam,& personalem residentiam requirit,
24 † vt dixi *sup.cap.1.ex num.29. cap.2.ex num.57.*
& in simili probat text. *in d. cap. quia nonnulli,*
§.cùm igitur, de Cler. non resident. ibi: *Quæ re-*
sidere in loco, & curam eius per se ipsam valeat
exercere. Et per consequens non est eis permit-
25 tendum, vt seruiant per substitutos, † quorum
officium iuxta canonicas sanctiones potiùs est
tondere, quàm docere, *cap.ne pro defectu,de ele-*
ctione,cap.sanctorum,70.dist. cap.Clericos 71.dist.
cap. Eleutherius 91. dist. cap.1. cum aliis 21. q.1.
Concil. Trid. *dict.sess.6.de reformat.cap.2.* opti-
mus text. *in cap. extirpandæ, §. qui verò, de*
præbend. ibi: *Non per vicarium, sed per seip-*
sum, & in cap. in criminali 5. quæst.1. & ibi Do-
26 minicus, vbi dicit, † quòd si alicui mandatur,
vt actum per se faciat, non poterit illum facere
per substitutum. Facit *lex singulos, D.de testam.*
& communis DD. sententia, quæ habet, †
27 quòd vbi aliquarum personarum industria est
electa, non possunt aliis vices suas committe-
re, & demandare, *l. inter artifices, D. de solu-*
tion. l.seruus si hæredi, in fine, D. de statu liber.l.
vnica, §.sin verò talis, C. de cadu. tollend. text.
gloss. & DD. præcipuè Felin. qui amplissimè
loquitur, *in cap.fin.de offic. delegat.* Bartol. *in l.*
continuus,§ si ab eo,num.1. Imola *num.17.* Areti-
nus *num.18.D.de verbor.obligat.* Bald. *in l.quis-*
quis, num.1. C.de Episcop. & Cler. Bertachin.*in*
repert.verb. Industria,num 4 Cardin.Tusch. *eod.*
verbo, concl.105.& seqq. Hartman.Pistor. *lib.2.*
q.32.n.6.& 35. & Martin.Mager. *in tract.de ad-*
uocat.armat.cap.9.n.1059. & seqq.& c.10.n.573.
28 vbi post alios tractat quando & quibus casibus
censeatur electa fuisse inductria personæ,de quo
etiam pleniùs vide Menoch. *de arbitrar. lib. 1.*
q.54. & 68.
Vnde, & adhuc magis in terminis nostræ
29 quæstionis, † quòd qui promisit alium defen-
dere, quemadmodum (vt diximus) nostri Com-
mendatarij promittunt, per se ipsum, & pro-
prios suos subditos, non per extraneos, siue
conductos milites, id facere debeat, expressè
docuit Bartol. *in d. §.si ab eo, num.2.* & Imola
n.17. Lud.Roman. qui de communi testatur, *in*
l.eorum, D.de damn.infecto, Alex. *in l.si finita, §.*
si de vectigalibus, num.15. Zasi. *num.11. D.eod.*
Natta *cons.16.num.14.& seq.* Craueta *cons.503.*
*n.1.& seqq.*Menoc.*concl.54.n.14.& n.40.& seqq.*
& cons.712.n.22.& Hartman.Pistor.*d.q.52.n.35.*
30 Et idem procedere † in eo,qui habet licentiam
offendendi, tradit notabiliter Baldus *in cap. 1.*
§. iniuria, de pace iurament. firman. vbi ait,
quòd si caueatur licere offenso sumere vindi-
ctam de offensore, non poterit mandare illam
fieri per alterum, quia videtur electa industria
personæ ipsius offensi, licèt possit se vindica-
re, assumendo complices, seu auxiliatores:
31 quibus addo text.† singularem *in l.2.C.de fund.*
Limitroph. lib.10. vbi docemur, Regalia alicui
concessa à Principe, quales sunt nostræ Com-
mendæ, deferi, aut cedi aliis eodem Principe

inconsulto non posse, quia his tantùm fas est
possidere castellorum territoria, quibus adscri-
pta sunt, vbi Platea, & Lucas de Pena plura
notarunt.
Et prædicta quidem ea ratione fulciuntur,
quia cùm Commendatarij defensionem Regni,
& Indorum sibi commissorum promittant, &
iurent, † talis promissio in forma specifica, & 3
non per æquipollens adimpleri debet, argum.
text. *in cap. debitores, & capit. ad nostram, de*
iur. iur. vbi Panormitan. *num.4.* Felin. & cæte-
ri Canonistæ, Natta *cons.363. num.5. & cons.*
600. num.15. Modestin. Pistor. *cons. 21. nu. 23.*
& seqq. Cacheranus *decis.92. num.2.& seqq.* Et
prætereà, † quia si Commendatariis liceret 3
ad libitum residere, & seruire per substitutum,
Rex qui Commendatarium eligit, & Indi, qui
eum veluti in Patronum, & Protectorem ac-
cipiunt, in effectu cogerentur alium, quàm
quem elegerunt, habere, & indies mutare:
quod admittendum non est, cùm sit contra re-
gulas iuris, quæ in simili docent, quòd † sicut 3
aliud pro alio creditori inuito solui non potest:
l.2. §.mutui datio, D.si cert. pet. cum similibus,
ita nec cogitur eum, qui sibi obligatus est,tan-
quam principalis, vel tanquam fideiussor exi-
mere de obligatione, & fidem alterius, etiam
æquè idonei, sequi, vt per Angel. *in l.si manda-*
to meo, §.1. D.mand. & in l.vnde falsum, D.de
constit.pecun. Alex.*in l.facere,num.2.D.solut.ma-*
*trim.*Maurum *de fideiuss.section.5. cap.3.num.43.*
& section.10. §.5.num.8. & Ant.Hering. *in eod.*
tract. cap.20. §.4. Imò etiam si melior conditio
offeratur,*l.fin.D.de vsu, & habit. §.prætereà,Inst.*
*de actionibus,*cum aliis,quæ adducit Surdus *cons.*
201. num.2
Verum est tamen, quòd vltra Regis dispen-
sationem,† Proregibus etiam,& aliis Indiarum
Gubernatoribus,qui commendandi ius habent,
permissum est per schedulas suprà relatas, vt
Commendatariis, iustas causas allegantibus, ad
absentiam faciendam, licentiam ad hoc per
modicum tempus concedere possint,& per bien-
nium,si ad Hispaniæ Regna iter facere velint,
quia aliàs † species quædam seruitutis esset, à
certo loco non posse discedere, *l.Titio, §.Titio*
centum, D.de cond.& demonstr.l.2.D.de libero ho-
min.exhiben. cum aliis, quæ adduxi *suprà libr.1.*
cap.3. num.44. & sequentib. & idem loquens de
Continuis Regni Neapol.tradit Vinc. de Fran-
chis *decis.455.*
Et residentia † non debet esse continua, &
sine cessatione, sed debet dari aliqua vacatio,
cap.licèt Canon. de elect. lib.6. & tradunt Selua,
Boteus, & alij, quos refert Nicol.Garcia *de be-*
nef.3.part.cap.... num.97. docentes,quòd † Præ-
latus inferior à Papa potest ex causa dare li-
centiam absentiæ à beneficio, licèt non possit
dare indulgentiam,cùm hoc sit contra ius com-
mune, & in præiudicium Ecclesiæ:& hoc aper-
tè hodiè deciditur in Concil.Trid.*sess.23.de re-*
format.cap.1. vbi illa verba subduntur: *Qui ali-*
quantisper tantùm absunt, ex veterum Canonum
sententia non videntur abesse, quia statim reuer-
suri sunt.
Et ita † specialiter dispositum inuenitur in
sched. ann. 1540. quæ extat *dict. 2. tom. pag.*
255. vbi pagina sequenti, reperiuntur etiam
aliæ schedulæ anni 1571. & 1578. cum Prore-
ge Peruano loquentes, quæ declarant, nomi-
nationem

nationem vicarij, siue substituti, vulgò *Escudero*, quem Commendatarius in prædictis casibus relinquere debet, eius liberæ voluntati relinquendam esse. Proregi autem, vel Gubernatori solùm incumbere, personam quam ita elegerit, approbare, & quòd in hoc Regales Audientiæ se immiscere non debent.

Sed tunc quidem aduertendum erit, † quòd si quæ damna, vel iniurias talis substitutus (vt plerumque fieri solet) Indis irrogauerit, Commendatarius qui eum nominauit, illa sarcire debebit, si is soluendo non fuerit, vt aliàs in iure cautum habemus, † *in l. Imperator* 11. *§.* 1. *l. quid ergo* 13. *D. ad municipal. l.* 1. *versic. Parui, D. de magistr. conuen. l.* 2. *C. de peric. nomin. libr.* 11. *l. nullus* 60. *l. neminem* 64. *C. de Decurion. libr.* 10. *l. ad similitudinem, C. de Episcop. & Cler. l. nam & Seruius* 21. *C. de negot. gestis, l.* 2. *D. si mensor.* falsum modium dixerit, ibi: *Tu teneberis, quia dolo malo versatus es, qui tali homini credidisti, l. cum exhibuissem, D. de publican. & vectigal. §. item exercitor. Inst. de oblig. quæ ex quasi delicto*, cum aliis, quæ tradit Bart. *in l.* 1. *§. familiæ*, per text. ibi, *D. de oblig. & action.* Bald. *cons.* 386. *numer.* 7. Cephalus *cons.* 362. *num.* 27. Thesaur. *libr.* 1. *quæstion. forens. quæst.* 38. Menoch. *de arbitrar. casu* 445. *num.* 1. *& cons.* 1159. *numer.* 4 Farinac. *quæst.* 4. *num.* 53. Seraphin. *decis.* 527. *num.* 1. Henrigius *de fideiuss. cap.* 24 *num.* 189. & pulchrè Cuiac. *lib.* 2. *quæst....* Papin. *in dict. l. Imperator*, Vbi inquit † nominatorem esse, quasi fideiussorem. Et esse quosdam, qui ex legibus 12. tabularum Subvades nominantur. Eos scilicet, qui vadum, vel fideiussorum vicem substinent, puta nominatores, laudatores, creatores, affirmatores, qui non fideiussores sunt, sed tenentur æquè ac fideiussores.

Quibus ita præiactis inter varias quæstiones, quæ circa hunc articulum tractari possunt, illa primò loco se offert, vtrum † pœna priuationis ipso iure, & absque necessitate alicuius præuiæ citationis, vel monitionis incurratur, vbi quis sine licentia à sua se Commenda reprehensibiliter absentauerit, vel licentia impetrata, non redierit, postquàm terminus in ea designatus effluxerit? Et planè iure communi inspecto, verius existimo, monitionem necessariam esse, & quidem repetitam, & in propria persona factam, si commodè haberi possit, si autem ignoretur, vbi sit, per edicta, vel proclamata, cùm plures casus contingere possint, qui à residendi obligatione Commendatarios excusent, quos infrà trademus, vt probat † celebris text. *in capit. ex parte, cap. qualiter, cap. inter quatuor, & ca. final. de cleric. non residen.* & ibidem gloss. Panormitan. & alij, qui aiunt, quòd mora † etiam decennalis non sufficiat ad priuandum aliquem beneficio suo, sed oportet, quòd primò moneatur, vt redeat, quamvis possit aliter puniri de culpa in non residendo commissa: & idem colligitur *ex cap. si quis presbyter, cap. si quis in clero* 7. *quæst.* 1. Concil. Tridentin. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 1. & tradunt Selua, Capra, Mandos. Hojeda, Rebuff. & alij, quos refert, & sequitur Nicol. Garcia *de benefic.* 3. *parte, capit.* 2. *numer.* 126. Vbi cum eisdem docet, † non sufficere monitionem factam tempore datæ licentiæ, & idem obseruandum esse in beneficiis parochialibus curatis, quamvis contrarium alij tenuerint per text. *in cap. extirpandæ, §. qui verò, de præbendis*, vbi apponitur pœna priuationis ipso iure, cui variis modis respondet, & vltra relatos ab eo, eandem sententiam tenet Alexand. *consil.* 1. *volum.* 7. Corsetus, *verbo Beneficium*, & Cardinal. Zabarell. omninò videndus, *cons.* 132. Vbi id
fortiùs procedere dicit † in eo, qui petita li- 47
centia discessit, licèt elapso termino non redierit, quia lex inquit, præcipuè punit temerarium initium, quod in eo casu considerari non potest, vt docent Innocent. Hostiens. & alij, *in dict. cap. ex tuæ, de cler. non resident.* Abbas Siculus, Felinus, Panormitan. & alij, *in cap. quoniam, §. porrò*, per text. ibi, vt lite non contestata, vbi tamen Ioann. Andreas dicit, sufficere monitionem factam tempore datæ li-
centiæ. Et tam de beneficiis, quàm de † feu- 48
dis loquentes, eandem sententiam quoad monitionis, vel citationis necessitatem, sequuntur Iason *in l. si is apud quem, col.* 2. *C. de edendo*, Guido Papæ *quæst.* 249. Matth. de Afflict. & eius Additionator Vrsilis, omninò videndus, *decis.* 289. *per totam*, maximè *numer.* 18. Iul. Clarus *in § feudum, quæst.* 29. Felinus *in capit. examinata, numer.* 7. *de iudiciis*, Decius *in l. vinum, numer.* 9. *D. si cert. petatur*, Rolandus *cons.* 40. *ex numer.* 28. Rosenthal. *de feud. capit.* 10. *quæst.* 41. *per totam*, & plura ad varios iuris effectus de eadem monitionis materia tradentes Tiraquell. *in l. si vnquam, verb. Reuertatur, ex numer.* 368. Grammat. *decis.* 104. *à numer.* 22. Menoch. *cons.* 959. *num* 5. *volum.* 10. *& de arbitrar. casu* 498. *ex numer.* 33. *& casu* 531, *num.* 10. Hippolyt. *singul.* 341. Capicius *decis. pen.* Anton. Gomez *lib.* 3. *variar. cap.* 9. *numer.* 9. Didac. Perez *in l.* 6. *tit.* 16. *libr.* 3. *ordin. col.* 5. Azeued. *in l.* 2. *tit.* 1. *libr.* 2. *Recopil. ex numer.* 7 Tiber. Decian. *resp.* 12. *num.* 13. *libr.* 2. Gratian. *regula* 316. Costa *de rata. q.* 77, *à numer.* 10. vbi plures citat, Marescotus *libr.* 2. *var. cap.* 35. *num.* 91. *&* 96. latè Farinacius *in prax. crim. q.* 34. *à num.* 128. & latissimè D. Valenç. *cons.* 4. *ex numer.* 32.

Quibus adridet † in nostris Commendarum 49
terminis schedul. quædam dat. Matrit. 15. Ianuarij, ann. 1592. *d.* 2. *tom. pag.* 253. quæ iubet absentes Commendatarios requiri, & per quatuor menses expectari debere, vt ad seruiendas, & residendas suas Commendas accedant, & si ne tunc quidem comparuerint, illis cum effectu priuari. Quæ schedula corrigere videtur
aliàs anteriores, quæ † in casum absentiæ pri- 50
uationem, ipso iure incurrendam irrogabant, & præsertim prouisionem an. 1535 cuius meminimus *suprà num.* 2. vbi coniungitur casus absentiæ sine licentia, vel licentia finita, & dicitur: *Y que si saliere sin la dicha licencia ò no boluiere dentro del termino della, que por el mismo caso le sean quitados, y se le quiten los dichos Indios, que assi tuviere encomendados.* Et illa altera epistola Regia scripta ad Cancellariam Limanam 17. Iulij, an. 1555. *Que se metan en la caxa de tres llaues los tributos de los Indios del Encomendero que estuviere ausente, passada la dicha licencia, y que de alli adelante los oficiales Reales entiendan en la cobrança de los tales repartimientos.*

Nam licèt, † valeat statutum disponens, vt 51

incurratur pœna priuationis ipſo iure, & abſ-
que alia monitione propter abſentiam, vt docet
Cardinalis *in dict. cap. ex tuæ*, Botte de ſynodo,
3. parte, art. 1. num. 70. & 71. Rebuff. *in tit. de diſ-
penſat. de non reſid. num. 13.* & alij quos refert, &
ſequitur Nicol. Garcia *vbi ſupra num. 129.* re-
iecta contraria ſententia Ioann. Andr. Imol. &
aliorum *in dict. cap. ex tuæ*, de qua per Afflict.
52 *dict. decif. 289. num. 8.* Cùm tamen iam † præ-
dictæ ſchedulæ per non vſum quodammodo
oblitteratæ fuiſſent, poſteriori ſtare debemus,
argumento text. *in d. cap. extirpandæ, §. qui ve-
rò*, iuncto dicto decreto Concil. Trident. *ſeſſ.
23. de reformat. cap. 1.* & his, quæ obſeruat
Garcia *vbi ſuprà num 131. & 139.* & Flamin. Pa-
riſ. *de reſign. benef. lib. 1. cap. 10. num. 61.* qui
53 ait, † ſtylum ſeruare, vt ſi habentes curam
animarum diſcedant abſque licentia Epiſcopi,
poſt monitiones poſſint priuari, quod etiam
ſentit Zabarela *dict. conſ. 131. volum. 1.* reſol-
54 uens, † ſolam abſentiam non inducere veram
vacationem beneficij, etiam ſtante ſtatuto, quòd
abſens eo in caſu, ipſo facto pœnam priuatio-
nis incurrat.

Præterquàm quòd dictæ ſchedulæ eiuſmodi
55 monitionem non excludunt, quin † potiùs eo
ipſo, quòd dicunt Commendatarium priuan-
dum eſſe, ſupponunt, ſuper hac priuatione pro-
ceſſum formandum eſſe, ſeruato iuris ordine,
vt ait Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verbo Reuerta-
tur, num. 177.* Garcia *d. num. 139. & 152.* referens
ad hoc quandam declarationem Congregatio-
nis Cardin. & deciſionem Rotæ coram Orano.
56 Iuris autem ordo eſt, † vt in formando quoli-
bet proceſſu, etiam ſuper crimine notorio, re-
quiratur citatio, & probatio ſaltim ſuper tali
57 notorietate, † cùm multa dicantur notoria, quæ
non ſunt, cap. conſuluit, de appellat. & quia
fortè notorius ille criminoſus habebit legitimas
aliquas defenſiones, quæ admitti debeant, vt
ſcriptum reliquit Hoſtienſ. poſt gloſſ. ibi *in cap.
cùm ſit Romana, §. præterea, de appellat.* & plu-
rimi alij, quos refert Couarru. *in cap. Alma ma-
ter, de ſentent. excomm. 1. part. §. 9. num. 6.* Syl-
ueſt. *in ſumm. verbo Notorium, in fine*, Socin.
Senior; omninò videndus, *inter conſil. Curtij
Senior. conſil. 20. num. 11.* Menoch. *de arbitra-
riis, caſu 542. numer. 21. & ſequentibus*, Fari-
nac. *in praxi crimin. quæſt. 21. numer. 115. &
116.* & nouiſſimè Martinus Magerus *in tra-
ctat. de aduocatia armata, capit. 16. numer. 886.
pag. 740.*

Et quomodocunque hæc ſe habeant, ſaltim
non excuſabitur citatio, ad formandum proceſ-
ſum, & ferendam ſententiam ſuper declaratione
58 incurſæ priuationis. † Hæc enim ex magis com-
muni, & vera Doctorum opinione ſemper re-
quiritur, quantumvis lex, vel ſtatutum ipſo iu-
re, vel ipſo facto pœnam incurri caueant, vt
notant omnes *in cap. cùm ſecundùm leges, de hæ-
ret. lib. 6.* Dominic. *in cap. 1. §. fin. de homicid. eod.
lib.* & plurimi alij, quos refert Bernard. Diaz,
& eius Additionat. Salced. *reg. 543. incip. Ip-
ſo facto*, Iul. Clarus, & eius Addition. *in pra-
xi, quæſt. 80. num. 10.* Gratian. *reg. 360.* Matienz.
in l. 5. tit. 11. gloſſ. vnica, lib. 5. Recopilat. Ant.
Gomez *3. variar. cap. 14. num. 3.* Siman. *in Ca-
thol. inſtit. tit. 9. à num. 17.* Sahagun *in cap. item
cùm quis, in ſolut. ad 1. de reſtit. ſpoliat.* Tiraquel.
d. verb. Reuertatur, ex numer. 398. Couarru. *in 4.
2. part. cap. 6. §. 8. num. 10.* Menoch. alios addu-
cens, *de recuper. poſſ. remed. 1. num. 332.* & latiſſi-
mè Farinac. *vbi ſup. quæſt. 10. num 70. & quæſt. 19.
num. 48.* & Ego pleniùs *in meo tractat. de ſyndi-
cat. defunct. numer. 160. & ſeqq.* Magerus *vbi
ſuprà num. 885.* & nouiſſimè, ac ſatis exactè D.
Anton. Cabrerus *in tract. de pœna tripli, cap. 3. ex
num. 14. ad 18.* vbi plures alios adducit, & in
ſpecie de pœna priuationis feudi ob non præ-
ſtitum ſeruitium agens, Ant. Borrin. *in tract. de
ſeruitiis vaſſallorum, 5. part. c. 7. fol. 169.* & Roſen-
thal. omninò videndus, *in tract. de feudis, c. 10.
quæſt. 41. per totam*, & Nos *infrà cap. 27. ex n. 84.
& libr. 4. cap. 7.* & Martin. Magerus *in tract. de
aduocat. armata, cap. 16. num. 887.* D. Franc.
Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 13. cap. 9. num. 12.
& ſeqq.* D. Ioan. Bapt. Larrea *in diſcept. Granatenſ.
pag. 336.*

Quod tamen † aliqui limitare ſolent, quando 5
iudex alicui terminum præfigit, vt compareat, &
de iure ſuo doceat, & quòd poſteà non audia-
tur. Nam eo tranſacto priuatus manet abſque
alia declaratione, vt docet gloſſ. *per text. ibi in l.
ſed etſi per Prætorem, §. ſed etſi, verb. Decreto, D.
ex quib. cauſ. maior.* Angel. *in l. diffamari, C. de in-
gen. manumiſſ. gloſ. verbo Repellendus*, vbi etiam
Innocent. *per text. ibi, in cap. cum in tua, qui ma-
trim. accuſ. poſ.* & notant DD. communiter *in l. ſi
eo tempore, C. de remiſſ. pignor.* Socinus *in tract.
de citat. art. 5. n. 1. & ſeqq. & art. 22. princip. n. 22.
& art. 23. n. 3.* & Cæſ. Contardus *in d. l. diffamari,
ex n. 19. ad 43.*

Supradictam porrò licentiam † non ſolùm 6
petere, ſed obtinere Commendatarius debet, ex
doctrina text. *in cap. ſi religioſus, de elect. lib. 6.*
vbi eleganter loquitur, Io. Monach. *cap. cùm ad
hoc, cap. relatum, cap. inter quatuor*, vbi gloſſ. *de
cler. non reſident.* quam adeò veram eſſe repu-
tat Ioan. Andreas *in cap. ſi Abbatem, de elect. &
in reg. cùm ſtat. de reg. iur. in 6.* vt non ſufficiat
ſilentium, vel tacitus conſenſus illius, qui li-
centiam præſtare debet, ſed expreſſus neceſſa-
rius ſit.

Et, quod magis eſt, in ſcriptis haberi debet,
ſi credimus Bald. *in l. fin. C. de erogat. milit. anno-
næ*, Cardin. *in Clement. fin. de elect. quæſt. 12.* &
Caſſan. qui plures alios allegat, *in conſuet. Bur-
gund. Rub. 4. §. 7. num. 38. fol. 163.* Simon de Prætis
conſ. 68. ex Nicol. Garcia, omninò videndo, *d.
cap. 2. num. 25. & ſeqq.* Azorio *2. part. lib. 7. cap. 5.
quæſt. 4. & 5. & lib. 4. q. fin.* Sanchez *de matrim.
libr. 3. diſput. 27.* Baſilio Pontio *in eod. tractat.
pag. 716.* quem omninò vide, & Cenedo *in col-
lectan. 3. ad Sext. numer. 3.* Vincent. de Fran-
chis *deciſ. Neap. 455.* Et is, qui tali licentia
ſe excuſare, & ſuam abſentiam defendere ni-
titur, † cùm ſe in hac qualitate fundet, eam 6
probare, vel oſtendere debet, iuxta doctrinam
text. & DD. *in cap. in præſentia, de probat. l. Præ-
tor ait, l. 2. §. docere, D. vi bonor. rapt. cap. 1. de
homicid. libr. 7.* Bart. *in l. 1. §. ait Prætor, D. ne
quid in loco pub.* Iaſon *conſ. 164. num. 3. volum. 2.*
Roderic. Suarez, qui plura allegat, *in l. 8. tit.
de las herencias, libr. 3. fori, num. 34.* Anton.
Gomez *in l. 45. Tauri, num. 116.* Catelian Cot-
ta *in memor. iur. verbo Qualitas, in principio*,
& latiſſimè Maſcard. *de probat. concluſ. 76. nu-
mer. 3. & concluſ. 1254. num. 3.* & Fuluius Pa-
cian. *eod. tract. lib. 1. cap. 54. num. 9. & lib. 2.
cap. 38. num. 7.*

Quod

Quod tamen non ita amarè accipiendum est, † vt subita, & vrgens necessitas se offerat, non possit is, qui residere debet, se absentare sine licentia sui superioris, vt benè obseruat Hostiens. *in dict. cap. inter quatuor*, Affl. ct. *dict decis*. 289. *num*. 10. & Garcia *d. cap*. 2. *num*. 97. *& sequentib*. & prosequitur Azeuedus, omninò videndus, *cons*. 27. *num*. 20. *&* 21. quia impedimenta, quæ excusant à non residendo, excusare etiam poterunt à non petenda licentia, maximè si esset periculum in mora, & in longinquis Gubernator, qui eam concedere posset, vt in his Indiarum prouinciis sæpè contingit.

De † quibus impedimentis agit text. *in d. cap. inter quatuor, de cler. non resid.* ibi: *Dummodò non sint iusto impedimento detenti, cap. fin. eod. tit.* ibi: *Nisi excusationem rationabilem ostenderint, cap. 1. eod. tit. in 6. cap. præsentium, & cap. pastoralis 7. quæst. 1. cap. bonæ memoriæ, de elect.* & ibi Hostiens. *l. cùm seruum, § ex iusta, & lex si legatario, § fin. D. de fidei. libert. l. 2. §. si quis iudicio, l. 3. &* 4. & ferè per totum, *D. si quis cautionibus*, vbi latè DD. præcipuè Iason; & oann. Horosc. Hostiens. *in summ. de cler. non esiden. §. quæ sit pœna*, Rebuff. *in praxi, tit. le dispens. ad non resid. pag*. 498. & alij ex *surà* relatis, præcipuè Afflict. *dict. decis*. 289. *num*. 18. *& sequentibus*, Couarr. *lib*. 3. *variar. ap*. 13. Tiber. Decianus *respons*. 69. *volum*. 2. Medices *in tractat. de fortuit. casibus*, Mingon. *d consuet. Andegau. part*. 4 *num*. 8 Misynger. *cent. obser*. 92. *& cent*. 4. *obser*. 57. *&* 58. Gail. *lib*. 1. *obseru*. 143. *num*. 8. latissimè Scaccia *de appellation. uæst*. 15. *ex num*. 44. *ad* 156. & iterum *à num*. 305. sque ad finem, Azeued. *per text. ibi. in l*. 14. *tit*. 3. *ib*. 4. Recopil. & *cons*. 25. *per totum*, Costa *de rat. ata, quæst*. 117. Surd. *decis*. 189. *num*. 29. *& decis*. 5. Seraphin. *de iurament. cap*. 35. Pacianus *de robation. lib*. 1. *cap*. 47. vbi benè tradit, an † & uando alleganti impedimentum incumbat onus robandi, Messia *ad leg. Toleti, in fundam*. 3. *art. parte* 9. *fund*. 2. *& parte* 24. *fundam*. 2. *n*. 9. 18. Ioann. Gutierr. *canon. q*. 6. *num*. 11. *& lib*. 3. *ract. q*. 34. *ex num*. 21. & latissimè D. Valençuel. atim citandus.

De quo, & aliis huc spectantibus, & quòd istificatio, siue æstimatio impedimenti circa rem e qua agitur, vt plurimum, pendeat ex arbitrio dicis, Menoch. *casu* 118. *per totum*. Et an impeditus protestari debeat de impedimento? t videndus Aretin. *cons*. 161. aliàs 163. incip. erum est, & quæ notantur per DD. *in l. si us paratus* 73. *D. de procurat.* Ioseph. Ludou. *ecis. Perusina* 105. qui loquitur in pulchro, & uotidiano casu, Carroc. *in tract. de oblig. quæst. de persona, num*. 10. *part*. 1. Ceuallos *pract. ommun*. 3. *tom. quæst*. 861. *&* 866. & Maldonao *in sylua respons. lib*. 1. *respons*. 2. *num*. 1. *&* 6. *um seqq.* qui etiam tradit alia de impedimentis materia appellationis, *respons*. 15. *quæst*. 5. *à um*. 20. & meliùs, & luculentiùs Rosenthal. *feudis, cap*. 6. *conclus*. 46. *num*. 4. *&* 7. vbi ndem benè concludit protestationem impedienti necessariam non esse, licèt vtile sit eam face ad faciliorem eius probationem, & qualiter cuset à mora, & pœna, & *quæst*. 52. *& seqq.* vbi git de diuersis impedimentis, & nouissimè post æc scripta D. Valençuela *cons*. 184. *num*. 35. *& ns*. 109. *num*. 12. *& cons*. 4. *ex num*. 70. *&* 78. quem mnino vide.

Et est adeò verum, ratione iusti, & legitimi
impedimenti excusari beneficiarios, & nostros
Commendatarios ad hoc onere residendi, quòd
† etsi à principio non fuerit absens ex causa legi- 66
tima, sed tempore requisitionis, & citationis, de
qua *suprà* sermonem habuimus, sit iustè impedi-
tus, ita vt ad residendum venire non possit, puta
quia sit infirmus, vel detentus, aut ob aliam legi-
timam causam, excusari debeat, & cesset contuma-
cia, & consequenter non possit contra eum ad
priuationem procedi, vt docent Abb. Sicul. &
Ioann. de Imola *in d. cap. inter quatuor, & in d.
cap. quoniam, §. porrò, vt lite non contest.* Et etiam
si se nimis arctasset, & tunc superuenisset im-
pedimentum, dummodò ad veniendum sufficiens
tempus habuerit, vt docet Afflict. *d. decis*. 289.
num. 17.

Ex quibus paulatim in illam alteram quæstio-
nem prolapsi sumus, quæ aliquoties in Supremo
Indiarum Senatu agitata fuit, & præsertim † in 67
causa nobilis illius Equitis Ferdinandi Pizarri, qui
neptem ex fratre D. Franciscam Piçarro in vxo-
rem duxit. filiam, inquam, fratris sui Marchio-
nis D. Francisci Piçarro, Peruani Regni Con-
quisitoris, & D. Agnetis Huayllas Nustæ, quæ
fuit filia Guaynacapæ eiusdem Regni ante Hispa-
norum aduentum Moderatoris, & posteà nupsit
Martino de Ampuero nobili, & antiquo ciuita-
tis Regum Commendatario, vt refert Garcilassus
Inca *lib*. 9. *comment. cap*. 28. *in fine*, & tam ex
hac causa, quàm ob propria eiusdem merita,
aliquibus pinguibus Commendis Indorum ambo
donati fuerant. Et cum occasione seditionum, quæ
in eo Regno contigerant, & mortis D. Didaci
de Almagro, quæ eidem Ferdinando imputaba-
ur, in Hispaniam vocatus fuisset (quo etiam Re-
gio iussu D. Francisca deducta erat) ibidémque
pluribus annis in carceribus detentus, & variis li-
tibus sub diuersis Tribunalibus impeditus, ad
quorum expeditionem curandam, vxor eum plu-
rimum iuuit, ex parte Regij fisci prætendebatur,
amborum Commendas, ratione adeò longæ ab-
sentiæ, vacasse, præsertim cùm iudiciali senten-
tia, reditus in eandem prouinciam eis fuerit in-
terdictus. Ipsi verò hoc per eos non stare allega-
bant, & legitimum carceris, & tot litium impe-
dimentum, ex iuribus, & Auctoribus suprà re-
latis. Vnde in dubium vocatum fuit, † an in car- 68
ceribus sua culpa detentus, vel à prouincia, in qua
residere debebat, relegatus, ob hoc ipsum be-
neficia, vel Commendas amittat, quæ talem re-
sidentiam requirunt, quamvis in sententia rele-
gationis nihil super hoc cautum, pronuntiatum-
uè fuerit.

Et pro Fisco facere, & allegari posse videtur
vulgaris regula text. *in cap. damnum, de reg. iur.
in 6.* vbi dicitur, quòd † damnum, quod quis ex 69
sua culpa sentit, sibi, non alij, imputare debet,
quam ibidem vltra Dynum, & Ioann. Andr.
pluribus ornat Petrus Pechius, Laurentius Syl-
uanus *de feudi recognit. quæst*. 77. *num*. 5. & Ro-
senthalius *de feud. cap*. 6. *conclus*. 52. *num*. 2. Nec-
non etiam, † quòd impedimentum (aliàs legi-
timum) excusare non solet, quando quis spon-
tè, vel causa sua se in illud coniecit, *l. si fideius-
sor, §. si necessaria, D. qui satisd. cog.* ibi: *Ne-
que enim meretur, qui ipse sibi necessitatem sa-
tisdationis imposuit, l. 2. §. si quis tamen, D. si
quis cautionem*, ibi: *Si quid sit, quod ei impute-
tur, indignus est, cui hæc exceptio patrocinetur.*

Et magis in terminis *in § similique modo*, ibi: *Nam si ipse hoc affectauit, vel causam præstitit, non ei proderit exceptio*, *l. qui proprio, §. item, D.*
71 *de procurat*, vbi † procurator pœnam, quam ex suo delicto passus est, non repetit, cum aliis, quæ in simili latè adduxit Tiraquel. *de retract. lignag. § 1. gloss. 10. num. 25.* & nouissimè Aluarez de Velasco *de priuileg. pauper. 1. part. q. 54. num. 1. & seqq.*
72 Et rursus, quòd † qui deliquit, se ipsum videtur pœnis, & damnis subiicere, quæ delicti ratione pertulerit, & euentura esse prospicere debuit, *l. Imperatores 34. D. de iure fisci, l. vlt. C. ad leg. Iul. Maiest. l. sed & si 26. §. si feriæ, D. ex quibus caus. maior.* ibi: *Quia prospicere eas potuerit, & debuerit actor, ne in eas incidat*, *l. si putator 31. D. ad legem Aquil. l. si quis domum, §. 1.* ibi. *Quia hoc euenire posse prospicere debuit, D. locati*, cum aliis, quæ adducit Osualdus ad Donellum *lib. 15. cap. 23. litt. B.* Radulph. Forner. *lib. 6. rer. quot. cap. 21. D. Franc.* Amaia eruditè hunc articulum explicans, *lib. 1. obseruat. cap. 11. numer. 14.* & Cabrerus *in tract. de pœna tripli, prælud. 1. n. 23. & seqq.*
73 Et si hoc non admitteremus, † commodum quodammodò ex sua malitia reportaret, & esset melioris conditionis, quàm non delinquens, contra vulgarem regulam text. *in l. itaque fullo, §. 1. D. de furtis*, cum tamen contrarium ratio sua-
74 deat, & vt † delinquentes, etiam egestate laborent, vt exemplo sint aliis ad deterrenda maleficia, *l. bona fides 31. D. depositi, cap. ex parte. de consuetud.* cum aliis, quæ adducit Sfortia Oddus *in tract. de restit. in integr. q. 7. art. 5. part. 1. num. 41.* vbi in specie resoluit, carceratum ex proprio delicto non esse restituendum; & conducunt tradita à Menoch. *de arbitrar. casu 182. num. 38.*
75 † vbi resoluit alienationem rei fideicommisso subiectæ, quæ ob paupertatem fideicommissariis solet permitti, non concedi ei, qui sua culpa in illam incidit, & alia plurima iura, quæ in simili expendit Velascus *de priuileg. pauper. 1. par. q. 54. ex num. 1.*

Ac denique, quia sententia, quæ reditum ad Indiarum prouincias intercludit, virtualiter Commendæ priuationem inducit, quæ ex earum natura, non nisi à præsentibus haberi, &
76 percipi possunt. Nam † destructo antecedenti, destruitur consequens, quod sine illo consistere nequit, *l. 1. §. huius rei, D. de offic. eius, l. veteris, D. de itinere*, Euerard. *loco 96.* & Craueta *cons. 231. num. 2.*

Sed nihilominus in prædicta facti specie contrarium (vt audio) pronuntiatum fuit, & meo
77 iudicio rectissimè. Nam certi iuris † est, impedimentum carceris, vel relegationis non affectatum, legitimum esse, *dict. l. 2. §. similique modo*, ibi: *A Magistratu retentus est, & retentus sine dolo malo ipsius*, l. sed etsi, in princip. D. eod. ibi: *Aut fortè in exilium salua ciuitate abiit*, *l. 2. C. ex quibus caus. maior.* ibi: *Quòd sub custodia militari iussu Præsidis detinebaris*, *d. l. sed etsi, § 1. D. eod.* ibi: *Aduersus relegatum restitutionem faciendam ex generali clausula*, *l. 1. § 1. l. 9. l. 15. & l. 23. D. eod. l. Papinianus exuli, D. de minor.* cum multis aliis, quæ vltra DD. in eisdem iuribus, & alios Auctores *supr. num. 63.* relatos, tradunt *gloss. fin. in §. rursus, Inst. de action.* ibi: *Item in vinculis positus*, Bernard. Diaz *reg. 226. Nouell. reg. 15.* Claud. Pratus *gnos. gener. iur. lib. 6. tit. 3. cap. 2. pag. 354* Azeued. *cons. 25. num. 23.* qui loquitur *de impedimento carceris*, Petr. Surd. *decis. 189. num. 28. & decis 263. num. 16.* Vbi etiam agit de impedimento ex causa grauis litis, de quo etiam Ego *sup. hoc libro, cap. 16. num. 69.* Nicol. Garcia *dict. 3. part. de benef. cap. 2. num. 47. cum multis seqq.* Sayrus *decis. 17. de cler. non resid.* Farinac. *decis. 168.* & Riccius *in collectan. decis. part. 4. collect. 1233.* Et conducit celebris glossa *in cap. statutum*, *verbo Non euiden, de rescript. in 6.* ibi: *Vel fortè relegatus* per quam tenent Archid. Franc. Domin. & alij DD. ibidem † relegationem præstare iustam occasionem, vt causa committi possit extra diœcesim, etiam quando actor, & reus sunt eiusdem diœcesis, quam glossam ad hoc etiam allegat Felinus plura in eius confirmationem adducens, quia nimirum † talis hoc modo incarceratus, vel relegatus, in patria sua residere, & ibi vbi anteà domicilium habere videtur, vt notanter docuit Ioann. de Platea *in l. ciuis, C. de incol. lib. 10.* quem refert, & sequitur noster Greg. Lop. *in l. 3. verb. Salir de aquel lugar, tit. 18 par. 4.*

Neque his aduersatur, † quòd huiusmodi impedimentum ex culpa, siue delicto carcerati, aut relegati proueniat. Nam si hæc culpa (vt diximus) affectata non fuerit, & ad talem casum specialiter ordinata, nullo modo in aliis impedimenti iustificationi, & excusationi præiudicat, vt apertè ostendunt Iurisconsulti *in d. l. 2 §. simili modò*, & *in d. l. sed etsi, cum aliis sup.* relatis, per quæ iura ita expresè tenent Bart. Alber. Bald. Angel. Paul. Alexand. Ias. & reliqui Scribentes ibidem, & plurimi alij, quos in eadem specie impedimenti carcerationis refert, & sequitur Petrus Surdus *cons. 566. n. 13.* vbi falsam esse ait † opinionem Sfortiæ contrarium sentientis, & latè, & doctè Velasc. *d. tract. de priuileg. pauper. 1. part. q. 54. n. 29.* plures alios casus per totam quæstionem adducens, in quibus culpa non nocet, quando non ordinatu[r] ad casum.

Quibus valdè adstipulatur, quod signanter & multum in nostris terminis docet Anton. de Butrios *in cap. significante, notab. 4. de pignor.* in[-] quiens, quòd † emphyteuta detentus in carceribus, etiam ob proprium delictum, dicitur legitim[è] impeditus ad hoc, vt non possit priuari emphyteu[si] si ob cessationem solutionis per triennium. Quo[d] etiam priùs insinuauit Abb. Panorm. *ibid. notab. 3* & recoluit Ias. *in l. 2. n. 62. de iure emph.* & sequu[n]tur Decius, Cagnol. Rob. Tiraquel. Redoanus, & Picus, quos refert Corbulus *de iure emph. tit. de caducit. ob non solut. canon. limit. 10.* & idem pro[-] bat Socin. Iun. *cons. 70. n. 7. vol. 1.* Pinel. *in Aut[h.] nisi tricennale, num. 46. C. de bon. matern.* Sur[-] dus, alios referens, *d. num. 13.* & Couarr. *in epitome de sponsalibus, 2. part. capit. 3. §. 5. numer. 7.* Beccius *cons. 104. num. 5.* & latè Velascus *d. tract. q. 33. n 28.*

Et idem † ad beneficiatum sua culpa incarceratum, vt liberetur à priuatione beneficij o[b] non solutam pensionem, deduxit Gigas *de pensionibus, q. 275. & q 277. n. 15.* Et ad non resi[-] dentem in suo beneficio text. *in d. cap. fin.* vbi An[ton.] de Butrio *col. fin. de cler. non residen.* Et plurim[i] alij adducti à Nicol. Garcia *de benef. 3. part. cap. [...]* ferè per totum, & Velascus *dict. q. 54. ex num. 1.* vbi quòd eas lucratur etiam is, qui culpa sua [in] morbum inciderit.

Et facit text. *in capit. quia diuersitatem*, [...]
conce[...]

onceff. prebend. vbi † excommunicatio, seu suspensio iudicatur legitimum impedimentum, etiam i quis culpa sua inciderit in pœnam suspensionis, eu excommunicationis. Et decisio text. *in cap. de cetero, de sent. excommun.* quam notat, & extollit Abb. *ibid. notab.* 1. ad probandum, quòd excusatur b adeundo Romam, qui timet hostes, etiam si timor culpa eius acciderit.

Et adhuc magis in terminis facti nostræ quæstionis, notabilis doctrina Angeli *in disput. incip. Bononiensis à sua ciuitate bannitus, q.* 4. dum tradit, † excusari bannitum, si nõ compareat, nec mittat procuratorem, quando timet vim inferri, nedum bi, sed etiam causæ, vt si est repulsus propter partialitates, etiam si repulsus fuerit ob propriam culpam, seu delictum, dummodò ad id culpa non fuerit principaliter ordinata, cuius dictum refert, & sequitur Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, num.* 58. *de constit.*

Quibus adrident alia, quæ de † priuilegiis arceratorum, & pietate, quæ in eos, & eorum ausis exercenda est, quantumvis ibi propter delicta sua custodiantur, tradit eleganter Bartol. *in tract. de carcer. in fin.* Hippol. de Marsil. *in tract. crim. §. nunc videndum, num.* 11. Alexand. *in l. quamvis, num.* 10. *D. solut. matrim. & in Marcellus, §. res quæ, num.* 2. *D. ad* Trebell. Felinus *in dict. cap. cùm inter, num.* 20. *de excep.* Rebuffus *de sententiis prouisionalibus, gloss. vltim. col.* 3. *vers.* 12. *de arbitrariis, casu* 66. *num.* 17. & alij relati à Cerdano *in tract. de visitat. carcer. in principio*, Bobad. *in Polit. lib.* 3. *cap.* 15. *per totum*, & præcipuè *num.* 108. & Velasc. *vbi suprà num.* 7. & 10. Et est adeò verum, quòd impedimentum carceris, vel relegationis in casu nostræ quæstionis Commendatarium ab onere residendi excusare possit, & debeat, † vt idem admittendum sit in vxore commendataria, si forte maritum sequuta, suam Commendam deserat, etiam absque licentia se absentauerit. Nam cum sit mariti diuinæ, & humanæ domus socia, *l. aduersus, C. de crim. expilatæ hæred. l.* 5. *tit. part.* 3. vbi *gloss. verbo Campaña*, Angel. *cons.* 99. *num.* 3. Signorolus *cons.* 176. *num.* 11. & plures alij apud Tiraquel. *in l. connub.* & Tuschum *conclus.* 386. *littera V.* tenet illum tam in aduersis, quàm in prosperis sequi, *l. possessionum, C. com. vtriusque iudicij, l. plerumque, D. de ædil. edict. l. vxorem, §. codicillis* 2. *de legat.* 3. *l.* 7. *tit.* 2. *part.* 4. iunctis aliis, quæ Ego congessi *in tract. de crim. parric. lib.* 2. *cap.* 13. *pag.* 172. Ac proptereà, † viri impedimentum, æquè illam, ac suum excusat, vt docet text. celebris *in l. sacris, C. de prox. sacror. scrin. lib.* 12. per quam tenet Platea *ibidem*, quòd † scholaris, qui speculationum reuertitur domum, gaudet priuilegio, ac si resideret, & non solum ipse, sed & eius vxor, & liberi. Et idem insinuat text. *in l. cùm scimus, C. de agricol. & cens. lib.* 11. Vbi † residentia patris prodest filio, & residentia mariti prodest vxori, ac per consequens illo impedito, vel excusato, hæc quoque excusanda videtur.

Et huc respiciens Cumanus cons. 1. num. 4. inquit, quòd † vxor dicitur euulsa de costa mariti, & est illi subdita, & accessoria, in tantum, quòd ipsa tenetur sequi domicilium mariti, non è contra, & si maritus mutat domicilium, ipsa tenetur mutare. Et magis in nostris terminis glos. *in cap. vnaquæque* 13. *q.* 2. dum docet, † quòd tenetur maritum etiam in carcerem sequi, quam refert, & sequitur Apostilla *ad Franc. Marchum decis.* 740. & 738. *num.* 2. *lib.* 2. vbi plura in eandem rem adducens, resoluit, quòd vxor tenetur sequi maritum in vita, & in morte, & est ratio, ne detur materia fornicationis, vt per Abb. *in cap.* 1. *qui matrim. accus.* & Bartol. *in l. Mauia, §. vxore, D. de ann. legat.* & tradit alia Crauet. *cons.* 309. *n.* 2. & *seq.* vbi docet, † quòd etiam 93
si maritus esset bannitus, debet vxor cum illo morari, neque priuat bannum alimentis dotalibus. Quibus consonant alia, quæ congerit noster Valerius Hispan. *in hist. schol. lib.* 4. *tit.* 7. *cap.* 4. 5. & 6. Ioan. Bocat. *de mulier. illustr.* Palac. Rub. *in repet. Rubr.* §. 50. *num.* 32. Thomas Sanchez *de matrimon. lib.* 1. *disput.* 41. *ex num.* 1. *ad num.* 12. Bobadilla *in Politica, dict. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 130. & 131. & nouissimè D. Sebast. Cauallero de Medina *in præclara repetitione ad l. Aquilius, de donat.* quam typis excussit, & mihi pro sua comitate dicauit, *fol.* 37. *num.* 17. Vbi aliquarum † fœminarum exempla recensent, quæ 94
non solùm maritos incarceratos sequutæ sunt, verùm eos, variis fallaciis vtentes, à carceribus liberarunt.

Neque his quicquam obstant iura, quæ suprà in contrarium expendimus, ad probandum, neminem debere ex delictis commodum reportare. Nam planè eis satisfacit Valascus, omninò videndus, *dict. quæst.* 54. *ex num.* 30. plurimis confirmans, ex † culpa, quæ non ordi- 95
natur ad casum, non debere quem, nec solere damnum pati, vel priuilegio aliàs sibi competenti priuari.

Et prætereà responderi potest, illud esse verum, † quando commodum venit principali- 96
ter ex culpa, secus autem quando venit in consequentiam, vt probat tex. *in l. siue hæreditaria, D. de negot. gest. l.* 3. *§. si emancipatus, D. de bonor. possess. contra tab.* & insinuat Abb. *in cap.* 1. *col.* 4. *de exception.* Felin. *in cap. cum inter, num.* 20. *eod. tit. & in cap. quæ in Ecclesiarum, num.* 58. *de constit.*

Quemadmodum ex aduerso, aliquando etiam 97
contingere solet, † vt inducta in fauorem alicuius ex vi, aut occurrentia cuiusdam consequentiæ, vel circunstantiæ, sæpè in eius damnum retorqueantur, vt patet ex iuribus, quæ adducit gloss. & DD. *in l. nulla, D. de legibus*, & expressè docuit Bartol. *in l. quod fauore, num.* 7. *C. eod.* & Socin. *in l. cùm filio, num.* 1. *D. de legat.* 1. vt omittam in proposita specie non liquere,
† quod Commendatarius ex non residendo ra- 98
tione carceris, aut exilij commodum sentiat, cùm fortè ei vtilius esset residere, & per se res suas administrare, & si liberum esset, magis optaret hoc onus residendi sibi ratione Commendæ iniunctum subire, quàm relegationis incommodis, aut carceris tædio, & squallore torqueri, argum. tex. *in l. omnes, C. de pœnis*, cum aliis, quæ adduxi *sup. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 94. & *seq.*

Et non magis difficulter responderi potest ad illam aliam considerationem, quòd sententia relegationis damnatus, consequenter in priuationem Commendæ damnari videtur, quæ sine personali residentia haberi non potest. Nam † hoc 99
est, quod supplet, vel dispensari impedimentum, de quo egimus, vt apparet ex iuribus, & Auctoribus suprà relatis, scilicet, vt eius causa habeatur pro præsenti, & residenti. Et cùm certum sit, quod † relegatio, etiam in perpetuum facta, non 100

adimat

adimat bona in totum, nec in partem, nisi id in ea exprimatur, *l.1. & 2. D. de interd. & releg. l. deportatorum, C. de pœn. l.4. tit.31. part.* 7. & ibi Greg. Lop. *verbo Quando destierran, l. nemo*, vbi Bald. *C. de Episcop. aud.* cum aliis, quæ latè adducit Roland. à Valle *consf.38. num. 15. lib.1.* & Menoch. *de arbitrar. casu 330.num. 5.*

101 Dici non potest sententiam, † quæ stricti iuris est, & in tantùm, quæ sonat, intelligenda, *l. si iudex*, vbi DD. *D. de his qui sunt sui, vel alien. iur. l.1. §. si plures vna sent. cap. cùm dilectus, de offic. ordin. cap. fin. de caus. poss.* cum latè adductis à D. Præside Valençuela *conf.85. n. 45. & seqq.* ad alia diuersa, & extrinsecùs posita, ac de quibus, nec actum, nec fortè cogitatum est, extendi debere, contra *l. Diui fratres, D. de liberali caus. l. si à te, D. de excep. rei iud.* & alia, quæ tradit Alexan. *conf.49. n.1. vol.7.* Bart. *in l. Iulianus, n.6. D. de condict. indeb.* Dec. *conf. 43. num.4.* Vincent. de Franch. *decis.172. num. 8. & decisio Rotæ 317. num.1. in 2.par. diuers. Sacr. Palatij.*

102 Quibus nihil detrahit ratio, † quam ex I. C. Tryphonino deduximus, *in l. bona fides, D. depositi*, nimirum, quòd malè meriti etiam egestate, laborare debent. Nam id intelligendum est, præcedente sententia, quæ eis bona adimat, & in illis tantùm, quæ in ipsa contentæ sunt, vtidem tex. paulò superiùs exprese demonstrat, ibi: *Is deportatus est, bona eius publicata sunt.* Et benè in eiusdem terminis animaduertit Velascus *d.q.54.num.20.*

103 Cui ego adiicio † elegans Vlpian. responsum *in l. Papinianus 21. D. de minor.* vbi rectè Vlpianus reprehendit Papinianum, quòd in quæstione, de qua ibi, ad denegandam minori exuli restitutionem, ea ratione motus fuerit, quòd propter irrogatam pœnam ea indignus sit. Etenim (vt ibidem scripsit Cuiacius) *quæ indignitas est, si eum excuset exilij tempus in ea re, quæ à delicto omnino separata est.* Addo, & in sententia delicti condemnatoria, neutiquam comprehensa. Et hoc est, quod Vlpianus dicere voluit in illis verbis: *Quid enim commune habet delictum cum venia ætatis?* Ex quibus Interpretes communiter

104 illud iuris Brocardicum deducere solent, † quòd à separatis non fit illatio, de quo etiam *in l. finali, D. de calumniat.* & in aliis iuribus, & Auctoribus relatis per Velascum *in axiomat. iur. littera T. num.18.* & vltra eos Iason *in l. admonendi, num.30. de iur. iurand.* Palacius Rub. *in c. per vestras, notab.31. §.3. num.6.* Ascan. Clement. *de patria potest. cap.5. num.55.* Mand. *conf.2. n.13.* & Menoch. *de adipiscend. remed.6. num.185.*

105 Plane † si culpa ordinaretur ad fauorem, vel priuilegium, quod mediante impedimento ex eadem culpa proueniente prætenditur, vel ad remissionem ipsius delicti, vel pœnæ eius occasione inflictæ, vel infligendæ, quæque ipsum delictum directè, & immediatè respiceret, tunc dubium non esset, delinquentem debere priuilegium sibi indultum amittere, ex iuribus ita intelligendis *in l. sed si ex parte 4. §. quanquam, D. quod cum eo, l. relegatorum 7 in fine, D. de interd. & releg. l. auxilium 38. § in delictis, D. de minor.* iunctis his, quæ post Fulgos. ibid. tradit Alexand. *in l. quamvis. num.11. vers. Non obstat, D. solut. matrim.* Ias. *in Auth. res quæ, num.21. C. comm. de legat.* & Velascus *d.q.54. num.19.*

Supradictis consequens est, vt de illis dispiciaciamus, qui † studiorum causa à suis Commendis absunt, & vel earum prouisionem sibi fieri, aut successionem posse deferri contendunt, quamvis ex eiusmodi causa abesse contingat. Quod eò libentiùs scribam, quia nuper in Supremo Consilio Indiarum, id in † quæstionem vocauit D. Ioannes Felix de Heredia, Noui-Regni Granatensis in prouincia de los Musos Domiciliarius, petens, sibi tanquam magis benemerito, dandam esse Commendam, quam illius prouinciæ Gubernator cuidam Capitaneo Ioanni de la Peña contulerat, non obstante, quòd nec ipse, nec alius eius nomine, prouisionis tempore comparuisset ad sua merita alleganda, & commendæ petitionem faciendam. Dicebat namque hæc omnia ex priuilegio studiorum suppleri, quorum causa patriam deseruit, & in Salmanticensi Academia morabatur, & ex hoc capite restitutionem in integrum contra dictam collationem, & omissam iuris sui allegationem postulabat.

Et sanè negare non possumus, † hoc priuilegium studentibus indulgeri, vt pro præsentibus, & residentibus habeantur, vt in beneficiis Ecclesiasticis, docet text. *in cap. fin. de magistrat.* vbi DD. *cap. Prælatum, de Cler. non resid.* Concil. Trid. *sess.5. de reform. cap.1.* Horat. Lucius *de priuileg. schol. priuileg. 99. & 100.* Rebuff. *eod. tract. priuileg.29. & 31.* & innumeri alij, quos refert Nicol. Garcia *de benef. 3. part. cap.2. n.54.* cum multis seqq. Vbi refert Eugenianam, & disputat, an id etiam procedat in parochialibus, & is, qui ex hac causa se absentat, sui Prælati licentiam petere debeat.

Et de iure ciuili, † eandem causam receptam fuisse, & sufficientem iudicatam, ad hoc vt eius virtute in integrum restitui posset absens, qui aliquam ob hoc læsionem accepit, ex clausula generali: *Si qua mihi iusta causa videbitur*, probat elegans text. *in l. necnon, D. ex quibus caus. maior.* vbi I. C. eam iustissimam vocat, ibi: *Puta studiorum causa*, & ibi: *Ne decipiatur per iustissimam absentiæ causam, l.1. & 2. C. qui ætate, vel profess. l. si longius 18. §. si filiusfamil. D. de iud.* ibi: *Vt studiorum, vel alia ex iusta causa*, gloss. elegans *in §. rursus, verbo Quibusdam, Inst. de action.* ibi: *Item si absens fuit probabili causa, vt studiorum, &c.* Bartol. *in l. fin. D. de in integrum restit.* & plures alij, quos refert Mauricius *eod. tract. cap.340. & cap.366.* Idem Bart. *in l. Seia 20. §. Pamphila, D. de fund. instruct.* vbi concludit, absentem studiorum causa, præsentem iudicari, per eundem text. ibi: *Respondit, si studendi causa misisset, non quò à fundo eum aliorsum transferat*, idem Bartol. *in l. quæsitum de leg.3.* per text. ibi: & *in l. si is qui, col.2. d usucap.* Socin. *in l.1. de reb. dubiis*, Seraphin. *d priuileg. iuram. priuileg.74. num.113.* Mingon *ad consuetud. Andegauens. fol.239. num.4. co. 1.* Baldus *conf.328. col.3. volum.3.* Panormi Felin & alij, *in cap. tuæ fraternitatis, de Cle non resid.*

Sed nihilominus, in specie litis suprà propositæ, Senatus pronuntiauit, restitutioni absenti locum non esse, vtpotè, † qui non de retinend iure sibi acquisito, sed de nouo quærendo tractaret, in præiudicium alterius, qui legitimè proui sus à prouinciæ Gubernatore reperiebatur, contr *l. sciendum 18.* cum duabus sequentibus, *D. e quibus caus. maiores*, ibi: *Restitutio facienda est* no

non cùm & lucrifaciendi , ex alterius pœna , vel damno , auxilium sibi impertiri desiderant. Qui planè Gubernator † de absentis titulis , & meritis diuinare non debuit , argum. *cap. vt nostrum, vt Eccles. benef.* ibi : *Non autem de occultis potuimus diuinare* , cum traditis per Abb. *in cap. illud, num.9.de præsumpt.*& Gomez *in reg.Cancellar. de ann. poss. quæst.*19. Quemque , etiam si iam in Commendæ possessione reperiretur , vel ex † vrbanitate debuit ante discessum à prouincia adire , & ab eo licentiam petere. Quæ (meo iudicio) quidquid dicat Garcia *vbi suprà* , in se absentante causa studiorum præcisa est , cùm ea non sit repentina , & Prælati arbitrio remittatur, ex Concil. Triden. *sess.*23. *de reformat. cap.*1. imò & ex iure antiquiori *d. cap. relatum , de Cler. non resid.* vt expresè tenet gloss. *verb. Prælatorum* , & Butr. & Imola , ibidem , & plurimi alij , quos refert , & sequitur Horat. Lucius *dict. priuileg.*99. Flores de Mena *q.*24. *num.*29. Zechius *de casibus reseruat.casu* 23.*num.*2. Cerola *in prax. Episcopal.* 1.*part. verbo Studium* , §.1. & communis apud Rebuff. *in tract. de dispens. ad non resid. numer.*25. Hojeda *de incomp. benef. cap.*17. *num.*28. & Salcedus *in prax. cap.*52.

Et vt hoc deficeret,posset , & debuisset procuratorem relinquere , qui opportuno tempore suo nomine se vacantibus Commendis opponeret, & quæ iuri eius conuenite viderentur, repræsentaret. Quod † qui non facit , neque in hoc , nec in aliis casibus restitutionis beneficium meretur, *d.l. Papinianus* 21. *D. de minor.* vbi minori exuli denegatur restitutio , non quidem propter delictum, vt *suprà* diximus , sed quia cùm procuratorem dimittere posset , qui eius nomine ageret , non dimisit , vel cùm Prætorem posset adire , non adiit. Quò & pertinet *l. sed etsi per Prætorem,§.aduersus,D.ex quib.caus.maior.* ibi : *Sed non & ipsi concedendam , quia potuit procuratorem relinquere.* Et quod in simili tradit text. *in l.*1. *D. eum qui appellauerit in prouincia defendi debere.* Non † enim negligentibus subuenitur , sed necessitate rerum impeditis , *l. non enim , D. ex quib. caus. maior*,& ita docent communiter Scribentes in dictis iuribus , & gloss. *in l. fin. D. de in integrum restit.*

Quamvis non inficier, aliquando † etiam procuratore non relicto , vel relicto , si defunctus sit, aut minùs benè absentem defenderit , restitutionem ex causa concedi posse , vt inquit I. C. *in d. §. aduersus* , ibi : *Ex causa tamen puto etiam ipsi succurrendum* , *l. necnon* 28. *D. eodem tit.* quæ in specie loquitur de absente causa studiorum, ibi: *Deliberare debet Prætor , an ei subueniri debeat? puta studiorum causa fortè procuratore suo defuncto* , vt ad praxim , & concordiam dictorum iurium aduertunt Bartol. Cuiac. & Ant. Faber. ibidem , Iaso , Zasi. & Gomezius *in §. rursus, Inst. de action.* eleganter Felin. per text. ibi *in cap. cùm Bertoldus , num.*19. *de re iudic.* Alciat. *in l. absentem , num.*1. *D. de verbor. signif.* Ræuard. *lib.*5. *var. cap.*18. gloss. *in cap. biduum* 2. *q.*6. Greg. Lopez per text. ibi *in l.*28.*tit.*29. *part.*3. Mauritius *d. tract. de in integr. rest. cap.*340. Et specialiter Alber. in d. §. aduersus , dicens , semper vidisse obseruari , † quòd absentes causa studiorum restituantur , etiam si procuratorem non dimiserint , cùm potuerint. Et reddit rationem, quia soli studio debent insistere, & de aliis non

cogitant , *Auth. habita , C. ne filius pro patre.*
Nimirum quia studentes æquiparantur militibus,
vt *in prooem. Inst. & in l.*1. *C. de nou. Cod. fa-*
ciendo , l. aduocatus , C. de aduocat. diuers. iud.
† qui ab omni alia cura expediti esse debent: vn- 118
de & militaris actio expeditio vocatur , vt inquit
Cassiodor. *lib.*1. *var. epist.*17. ibi : *Hanc † me-* 119
ritò expeditionem nominauere maiores , quia
mens deuota præliis, non debet aliis cogitationibus
occupari.

Vltimò , circa huius capitis tractationem quæ-
ri non immeritò potest,† qua in prouincia Com- 120
mendatarius residere debeat , qui (vt sæpe accidit)
ex dispensatione Regia duas , vel plures Com-
mendas habet indiuersis , & remotis prouinciis
extantes ? Et vt breuitati consulam , ex similitudi-
ne præbendarum , vel beneficiorum (etiam paro-
chialium vnitorum) dicendum est, quòd residere
debet in digniori , vel in qua maluerit , eo at-
tento , vt omnibus , provt melius fieri poterit,
consulat , & eam non relinquat, in qua maiorem
necessitatem suæ curæ , & tuitionis agnouerit , vt
ex pluribus declarationibus Cardinalium, quas ad
litteram refert,resoluit Nicol.Garcia , omninò vi-
dendus,*d.*3.*par.de benef. cap.*2. *num.*185. *& seqq.*
Hieron. Gonçalez *in regul.*8. *Cancel. gloss.*6. *ex*
*num.*268. Thom. Sanch *de matrim.lib.*8.*disp* 1.
*num.*19.& alij , quos refert & sequitur Bobad. *in*
*Polit.lib.*2. *cap.*9. *num.*15.

De † pensionariis verò illud repeto, quod ob- 121
seruaui *suprà hoc lib.cap.*3.*num.*26.*&* 27.nimirum
eos de iure communi ad residentiam non teneri.
Schedula tamen nouissima anni 1619. cuius ibi
mẽtionem facio,contrarium cautum esse,ex ratio-
nibus,quæ in eadem commemorantur. Quod ta-
men vbique parum obseruatur,& Ego censeo mul-
tum in eo insistendum non esse,dummodò fructus,
& reditus pensionum in eadem prouincia, in qua
nascuntur,consumantur.

Consiliarij autem Regis nostri, † qui aliquan- 122
do Commendis donantur , eo ipso à residendi
obligatione excusati videntur , *ex l. quidam con-*
sulebant , D. de re iud. & præterea ob id, quòd
semper pro præsentibus in sibi vtilibus haberi so-
lent , ob seruitium , & assistentiam , quam Regi
faciunt , vt egregiè tradit,& pluribus ornat Boër.
omninò videndus , *decis.*18.*per totam* , Papon.
*lib.*1. *tit.*3. *arrest.*6. Rhenat. Choppin. *lib.*2.
Monast.*titul.*13. *numero* 14. *& lib.*1. *de sacra Po-*
*litia , titul.*5. *num.*18. *& lib.*3. *tit.*3. *num.*18.
& Bleynianus *de beneficiis . lib.*2. *tit. de præb.*
*ear. quæ fruct. & distribut. quotidian. num.*42.
*pag.*247. vbi , quod plus est , eosdem Consilia-
rios non solum supremarum Curiarum,sed etiam
Præsidialium pro præsentibus haberi docent,etiam
in præbendis & beneficiis Ecclesiasticis, & ad lu-
crandas distributiones quotidianas , & ad id pluri-
ma Arresta Parlamenti Gallici adducunt. Quod
tamen apud nos solùm obseruatur in Consilia-
riis supremæ Inquisitionis. Et tetigit eruditiss. D.
Vincent.Turturetus *in lib.de Sacello Regio,cap.*7.
*num.*26. *fol.*118.

Quod planè mirandum non est , † cùm vi- 123
deamus , etiam Canonicos , ad minus duos , E-
piscopi sui seruitio , ac ministerio assistentes,
præbendarum fructus integrè lucrari, & pro præ-
sentibus , ac residentibus haberi , *cap. de cætero,*
& cap.ad audientiam, de cler.non resid. vbi DD.
Nauarr. *in manual. cap.*25.*num.*121. Rota *decis.*
21. *num.*2. *part.*2. Couarr. *lib.*3. *var. c.*13. *n.*5.
vers.

vers. Tertiò eadem ratio e, Dueñas *reg.206. limit.1.* Hojeda *de incompat. cap.17.num.10.* Nicol. Garcia *de benef.part.3.cap.2.nu.341.& seqq.* vbi, quòd etiam distributiones quotidianas, stante consuetudine (quæ iusta est.) ex hac causa lucrari possunt, & nouissimè D. Valençuela *cons.101.nu.15.vol.1.*

CAPVT XXVI.

De onere tertiæ partis Peruanorum Commendarum fisco applicandæ, & confirmationis Regiæ in omnibus petendæ, & impetrandæ; de cuius materia plura scitu digna traduntur.

SVMMARIVM.

1 *Princeps regulariter feudatariis noua grauamina imponere non potest.*

2 *Feudo ad dominum deuoluto, in noua eius concessione, noua grauamina adiici possunt.*

3 *Commendæ licèt olim darentur sine onere tertiæ partis, & confirmationis, posteà hoc iustè eis adiici potuit.*

4 *Tertiæ partis detractio, & fisco applicatio, quando & quare in commendis Peruanis inducta fuerit? & schedulæ de hoc agentes.*

5 *Marchio Montisclarius Peruanus Prorex multum recusauit noua onera Commendis imponere, & quare?*

6 *D. Princeps Schillacensis exequi cœpit impositionem detractionis tertiæ partis commendarum Peruanarum, & quomodo? & verba schedulæ super hoc ad ipsum directæ.*

7 *Onus tertiæ partis ex commendis detrahendæ, qualiter continuari iussum fuerit? etiam si Regius fiscus ab antiquis consignationibus liberatus esset.*

8 *Commendarum collatio gratuita esse dicitur, quamvis remuneratoria, & verba schedulæ de hoc agentis.*

9 *Tertiæ partis commendarum detractio qualiter pro vna vice in singulis commendis restricta fuerit, & refertur schedula, quæ id disposuit.*

10 *Commendatario, cui detrahitur tertia pars commendæ sibi assignatæ, in alia eadem pars suppleri debet.*

11 *Commendatarij implent soluendo tertiam partem in Regia arca districtus commendæ, & schedula, quæ id declarauit.*

12 *Tributa, census, decimæ, & aliæ similes pensitationes, intra prouinciam, vbi earum collationes resident, regulariter soluendæ sunt.*

L. forma, §.2. D. de censibus, l.1. C. de mulier. & in quo loco lib.10. *& aliæ, similes, expenduntur, & illustrantur.*

13 *Solutio regulariter fieri debet in loco, vbi sita est res, pro qua soluitur.*

14 *Tertiæ partis Commendarum detractio solùm in Prouinciis Peruanis inducta fuit.*

15 *Annatæ dimidia præstatur in Nouo-Regno Granatensi ex singulis commendis, quæ conferuntur.*

16 *Annatæ dimidia hodie imposita est pro omnibus commendis, gratiis, & prouisionibus Regiis, & quare? & quid Auctor de hoc onere sentiat?*

17 *Tertiæ partis detractio, quæ ex commendis fisco applicatur, an debeat esse integra, vel deductis pro rata expensis, & aliis oneribus, & contributionibus commendarum.*

18 *Quotæ partis creditor, vel legatarius onera eidem parti annexa subire debet.*

L.2. de hæred. vel act. vend. in princ. & in §. sicuti, *expenditur, & illustratur, ibidem.*

19 *Fiscus tenetur ad ea, quæ condemnatus, cuius successor vniuersalis fuerit.*

20 *Casus litis D. Mariæ Pereira de Solorzano, sororis Auctoris, refertur.*

21 *Tertiam partem Commendarum, quæ fisco applicatur, non esse immunem ab oneribus ei iniunctis, quædam schedulæ exprimere videntur, quæ referuntur.*

22 *Valor redituum, quis esse dicatur.*

23 *Visitatores putant se Principi gratiores reddi, si quoquo modo pro fisco pronuntient.*

24 *Principis maior gloria, & opulentia consistit in eo, quòd priuatis in iustitiæ exhibitione adæquetur, & interdum ab eisdem vincatur, ex Plin. & Cassiod.*

25 *Detractio tertiæ partis commendarum Peruanarum, an extendatur ad eas, quæ per ipsum Regem, & Supremum ipsius Senatum in Hispania prouidentur?*

26 *Reges debent esse liberales, & subditorum opulentiam, & beneuolentiam suas putare diuitias, ex Patricio.*

27 *Onus petendi, & impetrandi confirmationem commendarum, quando, & quare introduci cœperit? & de schedulis de eo tractantibus.*

28 *Confirmationis petendæ grauamen, seu conditio in ipsis titulis commendarum inseri debet, & quod tempus assignetur ad eam petendam, & impetrandam?*

29 *Nauigationum pericula, & locorum distantia multoties efficit, vt quis excusetur si intra tempus designatum comparere non possit.*

30 *Confirmatio etiam ab illis peti debet, qui virtute Regij rescripti à Gubernatoribus Indiarum commendas accipiunt, & quare?*

31 *Rex, qui iubet alicui per Proregém commendam conferri, ipse commendare, seu conferr[e] videtur.*

Cap. ij qui 12. de præbend. in 6. *expenditu[r] ibidem.*

32 *Dispositio ex pluribus rationibus introducta non cessat, licèt vna earum cesset.*

33 *Dispositionis generalis ea est vis, vt debeat generaliter intelligi, etiam in casu, in quo minor ratio vrgere videtur, etiam si materi[a] sit odiosa.*

34 *Confirmatio non requiritur in commenda specialiter à Rege designata, & per Proregem conferri iussa.*

35 *Papa vbi prouidet, eligit simul, & confi[r]mat.*

36 *Prouisio Apostolica habet vim confirm[a]tionis; seu illam virtualiter includit, [&] verba notabilia M. Anton. Cuchi cir[ca] hoc.*

37 *Confirmatio est signum superioritatis,*

38 Confirma[t]

Confirmationis Regiæ impetrandæ necessitas iustè commendatariis iniungi potuit.

Confirmationis petendæ necessitas est veluti forma, & conditio concessionis commendarum, & debet impleri, & purificari.

Formæ defectus maior est, quàm substantiæ, & facit actum rescindi, vel resolui.

Feuda, quorum confirmatio, vel approbatio, non petitur intra tempus statutum, ipso iure amittuntur.

Rex ratione confirmationis commendarum, quam sibi reseruauit, eas dare videtur.

Confirmans an, & quando possit dici, quòd dat, & de distinctione confirmationis actus validi, vel inualidi, & quando agi dicatur ex confirmato, vel ex confirmante.

L. lege obuenire 130. D. de verb. signif. iuncta doctrina glossæ ibidem, *ponderatur, & explicatur, ibidem.*

Actum inualidum, vel aliàs vitiosum, vbi Princeps ex certa scientia confirmat, videtur dare, & dispensare.

Confirmatio actus aliàs validi, eum non alterat, sed tantùm corroborat, & ad confirmatum retrotrahitur.

Baldus grauiter, & philosophicè loquutus fuit in materia confirmationis, & ab aliis non allegatur.

Dom. D. Laurentius Ramirez à Prato laudatur, ibidem.

Confirmatum quando sit attendendum, & quando confirmans, & ex quo illorum agatur, ad multa expendere oportet.

Confirmationi alterius, quod accedit, eodem tempore factum videtur.

Princeps confirmans actum alioqui validum, non donat, nec meretur, sed debitum necessarium persoluit.

Confirmatio actus validi à Principe debet peti, sed negari sine iniuria non potest.

Tituli commendarum, quarum confirmatio Regi remittitur, quæ continere, & exprimere debeant, vt Princeps sufficienter certioratus dici possit?

Confirmatio incerta, vel incerti iuris, non valet.

Subreptio, vel obreptio quælibet vitiat confirmationem.

Subreptitia impetratio non tenet, etiam si sit sanctus ille, qui impetrat, ex Baldo.

Valor verus commendæ, cuius confirmatio petitur, necessariò exprimi debet, ad obreptionem vitandam.

Confirmatio nunquam extenditur, neque operatur vltra contenta, & specificata in narratione supplicationis.

Confirmatio transactionis, in qua interuenit fraus, vel læsio enormissima, nihil operatur, & est nulla, vbi est nullum confirmabile.

Confirmatio in forma communi parum, aut nihil operatur, & quid de alia, quæ fit in forma speciali?

Dom. Ioan. Ruiz de Laguna supremi Italiæ Senatus Fiscalis laudatur ibidem.

Confirmatio omnis censetur facta à Principe in forma communi ita vt nihil addat confirmato.

Confirmatio debet insertum habere confirmatum, ad maiorem sui valorem, vel saltim specificam eius relationem.

61 *Confirmatio nunquam intelligitur fier in præiudicium tertij non citati, & auditi.*

62 *Principis quælibet concessio intelligitur sine præiudicio tertij.*

63 *Clausulæ ex certa scientia, motus proprij, & similes, non sufficiunt ad sustinendam confirmationem in præiudicium tertij.*

64 *Clausulæ, quæ de stylo Notariorum adijciuntur, sunt damnosæ, & abolendæ, & non supplent defectum voluntatis, obreptionis, & subreptionis.*

65 *Confirmationem commendæ litigiosæ petere festinantes, non facta mentione litigij, nihil efficiunt.*

66 *Ius ad rem quis habere videtur per sententiam in sui favorem latam: imò & per solam petitionem factam in iudicio.*

67 *Princeps non præsumitur velle præiudicare tertio, etiam solum ius ad rem habenti, & etiam in modicis.*

68 *Casus litis cuiusdam commendatarij Carthaginensis refertur.*

69 *Ius superueniens quando possit obijci in vim exceptionis executioni sententiæ.*

70 *Attentare non videtur, qui conseruando iure suo nouam gratiam à Principe impetrauit.*

71 *Senatus Supremi Indiarum decisio refertur.*

72 *Ius superueniens ex priuilegio, vel confirmatione post litem motam, nihil tertio præiudicat, & an deduci possit in alia instantia, & quid post, & contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam?*

73 *Lis dicitur omni respectu finita per sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam.*

74 *Confirmatio in forma specifica cum relatione iuris tertij, cui Princeps præiudicare voluit, & potuit, etiam lite pendente, imò & iudicata opponi potest.*

75 *Confirmationem petere non debent ij, quibus successio commendæ ex lege defertur, & quare?*

76 *Confirmatio auctoris prodest eius successoribus.*

77 *Actus semel à Principe confirmatus, non eget alia confirmatione.*

78 *Confirmationem petere, & habere, etiam vbi necessaria non est, reprehendi non debet.*

79 *Gratiæ, & priuilegia per Principem confirmata, maiorem habent firmitatem.*

80 *Titulos plures habere, & cumulare quia potest, ad ius suum magis confirmandum, & consolidandum, dummodò ij inter se contrarij non sint.*

81 *Confirmationis in materia, quæ tractantur circa commendas, possunt deseruire ad confirmationem officiorum.*

Officiales electi à Proregibus, vel Gubernatoribus, an ante confirmationem Regis officia gerere possint? ibid.

82 *Confirmatio in reliquis dari videtur ab eo, qui quædam reuocauit, & an ex cursu temporis præsumatur? remissiuè.*

83 *Confirmatio commendæ vbi denegatur, quando fructus restitui soleant & debeant?*

84 *Fructus quis suos facere nequit sine titulo, & bona fide.*

85 *Fructus, qui auctoritate iudicis percipit, regulariter bona fide percipere videtur.*

86 *Commendatariis facilè relinquendi sunt fructus Commendarum, cùm cedant veluti in remunerationem seruitij, & pro cultura & cura.*

87 *Defectus, qui impediunt confirmationem commendarum, pecunia suppleri solent, & an id iustè fieri queat?*

88 *Leges commendarum iuris positiui sunt, & facilè dispensabiles.*

89 *Licentiam concedens, vel dispensans ad aliquid aliàs prohibitum faciendum, donare videtur.*

90 *Donari quod potest, pro pretio etiam regulariter dari potest.*

91 *Princeps solet plures pecunias pro dispensationibus, & licentiis corrogare, & quo id iure fundetur?*

92 *Confirmatio statutorum, seu ordinationum ciuitatum qualiter fiat, & an ante illam obseruari possint?*

93 *Confirmationem vbi Princeps concedit, dat robur actui, qui aliàs sine ea dicitur imperfectus.*

94 *Confirmans actum potest illum infirmare, mutare, supple: e, & de omnibus necessariis inquirere, & disponere.*

1 QVamvìs † non possit Princeps regulariter feudatariis imponere noua onera, vel grauamina, vt post alios notat Menochius *cons.* 181 *num.* 91. Bortel. *cons.* 1. *num.* 107. Petra *de potestat. Princip. cap.* 12 *quæst.* 3. *n* 121. *ex l. cùm dos, C. de pactis dotalibus, & l. perfecta donatio, C. de donationib. quæ sub modo, cum simil.* Hoc tamen
2 locum non habet, † vbi feudum domino apertum, & deuolutum fuit, tunc enim in noua eius concessione, quæ libuerit pacta, conditiones, & onera adiicre poterit, etiam vltra eas, quæ antiquitus apponi solebant, *l. in traditionibus* 49. *D. de pactis, l. legem, C. eod. l. rebus, & l. ea lege, C. de rer. permut.* cum notatis à Bart. Ias. & aliis *in eisdem iuribus*, Alex. *in l. si cùm dotem, num.* 9. *D. solut. matrim.* Guid. Pap. *cons* 39 *num.* 1. Fano *de pignor.* 4. *part. num.* 33 & 34. Ioann. Robert. *lib.* 3. *recept. sent. c.* 24. Marsil. *singul.* 148. Roman. *singul.* 728. & pluribus aliis, qui habentur *in syntag. com. opin. lib.* 2. *tit.* 3. *numer.* 54. & *seqq.*

Et ita contigisse vidimus in oneribus, de quibus in hoc capite agere destinamus, quoniam licèt † anteà collationes Commendarum ex so-
3 la Proregum, vel Gubernatorum concessione plenum effectum sortirentur, & ius irreuocabile Commendatariis præstarent. Posteà tamen in his, quæ de nouo prouiderentur, tertiæ partis detractio, & confirmationis Regiæ vbique petendæ necessitas, pluribus schedulis iniuncta fuit.

4 Quas, vt distinctiùs proponamus, sciendum est, quòd cùm fisci † iura, & alij Regij reditus in Peruanis prouinciis ob aliquas eorundem iurium venditiones, & alias super eisdem in fauorem aliquorum priuatorum consignationes, diminuti, & onerati essent, quod valdè damnosum esse experientia monstrauit, cùm vix alij Regi nostro liberi; atque indemnes existant, ex quibus tot ingruentibus bellis, & aliis vrgentibus necessitatibus succurrere possit, oportere visum fuit, vt hæc onera ab que aliqua patrimonij Regij læsione in poste rum luerentur. Et cùm nullum medium sua uius, ac commodius repertum fuisset, quàm v eorum solutio ex vacantium Commendaru redditibus sarciretur, expedita fuit primò qua dam schedula, dat. Arandæ 14. Augusti ann 1610. ad Peruanum Proregem Dom. Ma chionem Montisclarium directa, quæ iussi vt nullam deinceps vacantem Commenda conferret, quovsque ex ipsarum redditibus quod Regia gaza priuatis pensitabat, com pensatum esset, sub his verbis: *Os encar go mucho, que con los repartimientos que fue ren vacando, vais redimiendo las dichas si tuaciones, que se pagan de la dicha mi Rea caxa.*

Quod † cùm Marchio exequi recusasset, ali quas ad id iudicio suo iustas rationes expen dens, & inter alias illam, quòd facultas com mendandi, sibi initio officij, Regiis manda tis liberè data, per hoc grauamen intercipi vi deretur, suffectus tandem fuit in eius locum Dom. Prorex Princeps Squilacensis, † eiqu iniunctum per sched. dat. Oñate vlt. Octob ann. 1615. vt id omninò impleret, & ex Com mendis, quas Montisclarius aduersus illud man datum contulisset, tertiam partem ad prædi ctum effectum Commendatariis detraheret qui de hoc iustè queri non possent, cùm iuri rigore attento, Commendæ in totum eisdem adimi potuissent, vtpotè quas contra expres sam Regis interdictionem accepissent; cura rétque deinceps, ex aliis Commendis, quæ va carent eandem tertiæ partis detractionem face re, quovsque patrimonij, siue fisci Regij oner luerentur.

Cuius schedulæ verba, quia notabilia sunt & huius capitis basim constituunt, hîc inse rere oportet, & ita se habent: *EL REI Ilustre Principe de Esquilache, Primo, mi Vir rei, Gouernador, y Capitan general de las Pro uincias del Perù, ò la persona, ò personas à cuy cargo fuere el gouierno dellas. Auiendo hecho merced à diferentes personas destos, y essos Rei nos de algunas cantidades en repartimientos d Indios vacos, ò que vacassen en essas prouin cias, con calidad de que en el entretanto qu vacassen, se les pagassen de mi Real caxa. Po ser esto en mucha suma, y conuenir aliuiar m Real haziendo de estas obligaciones, por cedu la mia, fecha en 10. de Agosto del año passad de seiscientos y diez, embiè à mandar al Mar ques de Montesclaros, vuestro antecessor, qu con los repartimientos que fuessen vacando, fues se redimiendo las dichas situaciones. Y como quiera que por no auer cumplido con la dicha orden en todo, ni en parte, y auerido encomen dando todos los repartimientos que auia vacos y que vacaron en el tiempo de su gouierno en differentes personas, en todo pudiera yo dene gar las confirmaciones de las dichas Encomien das à las personas à quien se las dio, y dar po nulo todo lo que en esta razon hizo. Conside rando, que de los dichos repartimientos estan gozando las personas à quien el dicho Marque los dio, y que si se los mandasse quitar, seria con mucho sentimiento suyo. Por escusar este, y otros inconuenientes, he tenido por bien de conceder les las dichas confirmaciones de las di cha.*

chas Encomiendas ; esto con cargo que la tercia parte de su valor ayan de meter , y metan en la dicha mi Real caxa desde el dia que las commençaron à gozar. Y porque mi voluntad es, que estò mismo se haga de todas las que hallaredes vacas, y fueren vacando, hasta que la dicha mi caxa estè enterada de las dichas situaciones , os mando, que en el entretanto que no lo està , las Encomiendas que hizieres de los dichos repartimientos , sea con la dicha carga de que ayan de meter , y metan en la dicha mi caxa el tercio de su valor, con apercebimiento que os hago, que lo que en contrario hizieredes, serà en si ninguno, y de ningun valor y efecto. Fecha en Oñate à postrero de Otubre de 1615. Yo el Rei. Por mandado del Rei nuestro señor, Pedro de Ledesma.

Hanc schedulam Dom. Princeps Squilacensis, vbi primùm Peruanæ gubernationis habenas accepit, ad litteram implere curauit, & ad hoc generale quoddam decretum, siue edictum promulgauit, Limæ 20. Aprilis ann. 1616. Et cùm de hoc Regem, Regiúmque eius Indiarum Senatum per litteras suas commonefecisset, simúlque in eisdem retulisset, ex dictarum tertiarum partium applicatione iam Regiam arcam exoneratam esse; gratiæ ei ingentes redditæ sunt per epistolam dat. Matrit. 17. Martij ann. 1619. Et simul † iussum, vt nihilominus eandem applicationem in beneficium fisci ob vrgentes eius necessitates in posterum continuaret, videretque, an conuenientius esset eiusmodi tertiarum administrationem per Regios officiales fieri, vel per ipsos Commendatarios, præstita prius fideiussione earum opportuno loco, & tempore soluendarum? Et adiicitur nihil esse ob quod Peruani incolæ de hac Regis iussione conqueri possint, supposito, † quòd Commendarum collatio gratuita est, quamvis remuneratoria, & sic potest à Rege hoc oneri prægrauari, & sequitur: *Pues assi como yo puedo dar vna Encomienda con pension en fauor de vn tercero, la puedo justa, & indubitablemente aplicar, y resoluer para mi, siendo mi voluntad, mayormente procediendo de mi hazienda, ò de cosa que puedo dar, ò dexar de dar, &c.* Et hæc fuit origo, & introductio harum tertiarum in prouinciis Peruanis, quæ etiam confirmatur per aliam schedulam datam Matrit. 6. Martij ann. 1619. & 28. Iunij an. 1612. quas refert Anton. de Leon *in tract. de confirm. Regiis, 1. part. cap. 16. num. 5. & seqq.*

Sed quoniam eius occasione contingere posset, † vt breui Commendæ omnes in Corona Regia incorporarentur, si quoties vacarent, tertia earum pars ei applicanda esset, Peruani per suum Procuratorem D. Bartholomæum Oznaium hoc dubium tolli, & hanc duritiem temperari expostularunt. Et lata fuit altera schedula data Matr. 9. Martij ann. 1622. quæ declarauit, non nisi semel hanc detractionem, ex qualibet Commenda fieri debere, vt sic duæ aliæ semper liberæ maneant, ex quibus benemeriti remunerari possint. His verbis: *He tenido por bien de declarar, como por la presente declaro, y mandò, que la orden general, por la qual està mandado aplicar à mi hazienda el tercio del valor de las Encomiendas que vacaren, sea, y se entienda por la primera vez que cada Encomienda vacare, quedando las dos tercias partes para el beneficio del proueido, y encomendado: demanera, que con vna aplicacion del dicho tercio, quede, respecto de aquella Encomienda, in perpetuum, y mientras yo no mandare otra cosa, libre para auerse de encomendar en las dos tercias partes, de las quales no se ha de sacar tercio, por estar ya sacado, y porque à pocas prouisiones se consumiria toda la Encomienda, sin quedar que encomendar: y para escusar este inconueniente, y qualquier genero de duda, lo executareis, que assi es mi voluntad, &c.*

Simúlque cautum † fuit, vt quod ratione hu- 10
ius tertiæ partis Commendatariis auferabatur,
qui iussi fuerant intra certam, & destinatam
quantitatem remunerari, in aliis Commendis
posteà vacantibus suppleretur, & ad hoc quo-
tidie eis schedulæ conceduntur, vt tetigi *suprà*
hoc lib. cap. 10, num. 50. Et rursus quoniam Com-
mendatariis iniungi solebat, vt dictæ tertiæ par-
tis valorem in Regiam Limanam arcam defer- 11
rent, de quo ipsi etiam conquesti sunt, † expe-
dita fuit alia schedula Matrit. 28. Iunij, an. 1621.
ad Peruanum Proregem D. March. Guadalca-
zarium directa, quæ declarauit, tam in præte-
ritum, quàm in futurum Commendatarios, qui
sub hoc onere tertiæ partis Commendas acce-
pissent, implere: *Con meter los dichos tercios del*
valor de las tales Encomiendas en las caxas de
los distritos donde estuvieren, sin embargo de que
en los titulos, y despachos dellas, se diga ayan de
meter el dicho tercio en la dicha caxa de essa ciu-
dad de los Reyes.

Quod ex iuris communis regulis petitum
videtur, quibus semper cautum inuenimus, † 12
tributa, decimas, & quaslibet alias pensitatio-
nes, quæ vel Regio fisco, vel publicis aliis fun-
ctionibus à prouincialibus exsoluendæ sunt, vl-
tra eandem prouinciam ipsorum sumptu præ-
standas, & deferendas non esse, *l. forma, §. 2. D.*
de censibus, ibi: *Agri enim tributum in ea ci-*
uitate debet leuari, in cuius territorio possidetur,
l. 1. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10. ibi: *Pa-*
trimonij verò munera necesse est mulieres in iis
locis, in quibus possident, sustinere. Vbi Rebuff.
Platea, Pena, Mauricius, & alij *l. 3. C. de natural.*
lib. l. rescripto, § si quis, D. de muner. & honor.
l. 5. tit. 9. libr. 7. Recopil. Nouella 89. cap. 2. § 2.
vbi Cuiac. idem Cuiac. *libr. 10. obseruat. cap. 35.*
cap. fin. de parochiis, cap. Apostolicæ, de deci. cum
traditis ab Alex. *cons. 52. libr. 1. & cons. 101.*
num. 4. volum. 1. Decio, Paris. Aretin. & aliis,
quos refert, & sequitur D. Valençuela Piscator
in l. 2. C. de annon. & tribut. num. 5. & seqq. Rebuf.
in tract. de decim. q. 16. Ego *suprà hoc tomo, libr. 1.*
cap. 20. num. 71. & nouissimè Cencius *in tract.*
de censib. 2. part. cap. 2. q. 4 art. 5. num. 19. &
20. vbi pluribus probat, † quòd regulariter 13
solutio fieri debet in loco, vbi sita res est pro
qua census, vel tributum soluitur, vt per Bart. *in*
l. item illa, num. 13. D. de constit. pecun. Ias. *cons. 8.*
num. 3. libr. 1. Roland. à Valle *cons. 87. num. 14.*
libr. 1. & Virgin. Boccatium *in tract. de censibus,*
2. p. num. 73.

Ideò autem diximus † *in Prouinciis Pe-* 14
ruanis hanc tertiæ partis detractionem locum
habere, quoniam in aliis introducta non est, eo
excepto, quòd † in Nouo-Regno Granaten- 15
si ex qualibet Commenda pro vna vice dimi-
dia annata præstatur, nisi Commenda adeò te-
nuis sit, vt ad hoc non sufficiat, & de eius so-
lutione peculiaris mentio in titulis Commen-

datum fieri iubetur, per schedulam datam Matriti 15. Octobr. ann. 1622. cuius meminit Ant. de Leon *d. cap. 16. n. 6. fol. 81.*

16 Et hodie de † omnibus Commendis, vt & ex aliis gratiis, officiis, & beneficiis, alia dimidia annata præstatur ex nouioribus decretis, quæ ob bellorum sumptus, & alias vrgentes Regis nostri necessitates, & expeditiones hoc subsidij genus, vt & alia similia, non tam suaserunt, quàm extorserunt quæ spero, eisdem bellis cessantibus, cessatura, vt quod belli calamitas introduxit, pacis lenitas sopiat, vt in simili dicitur *in l. vnica, in princip. C. de caduc. tollend.* Aliàs enim satis omnibus patet, quàm sint eiusmodi præstationes excusandæ, & damnandæ, vt grauissimis verbis ostendit Imper. Iustin. *in Auth. vt indices sine quoquo suffrag. §. 1. collat. 2. & in l. 1. vers. Hoc etiam præsenti, C. de off. Præfect. Prat. Africa*, cum aliis, quæ adducit Mastrill. de Magistrat. *lib. 1. cap. 20.* Cabedo *decis. Lusit. 24 par. 1.* & Nos fortè latiùs alio loco trademus.

Hanc autem tertiam partem fisco ex prædi-
17 cta ratione applicandam, † integrè deducendam esse, sentire videtur Anton. de Leon *d. capit. 16. num. 6. fol. 81.* in illis verbis: *Y este tercio es preferido, y se saca primero, y ante todas cosas de las Encomiendas.* Sed contrarium quidem, nempè habendam esse rationem onerum, expensarum aliarúmque diminutionum, seu deductionum, quæ in Commendis contingunt, tam iuris, quàm æquitatis ratio suadet. Nam cùm
18 Princeps ea in Commenda † quotæ portionis particeps efficiatur, & veluti in locum priuati subrogetur, onus ei iniunctum agnoscere debet, iuxta text. & DD. *in l. si quis seruum 8. §. si cui certam, cum l. seq. D. de leg.* & aliæ, quæ latè adduxi *suprà hoc lib. cap. 10. num. 8. & seqq.* quibus addo textum mirabilem *in l. 2. D. de hæred. vel act. vend. in princip.* ibi: *Vt neque ampliùs, nec minùs iuris emptor habeat, quàm apud hæredem futurum esset*; *& in §. sicuti 8.* ibi: *Sicuti lucrum omne ad emptorem hæreditatis respicit, ita damnum quoque debet ad eundem respicere*, cum aliis, quæ in specie congerit Iaso *in l. re coniuncti, num. 136. D. de leg. 3.* Anton. Gomez *lib. 2. var. cap. 2. num. 44.* Cuiac. *lib. 2. obseru. cap. 30* & Barbosa *in l. si constante, §. fin. num. 7.*
19 *& seqq. D. solut. matr.* vbi latè probat † fiscum teneri ad omnia illa, ad quæ teneretur condemnatus, cui ipse vniuersaliter in totum, vel in parte bonorum ratione condemnationis successit, & latiùs Peregr. *de iure fisci, lib. 5. tit. 1. ex num. 53.* Iul. Clar. *q. 78. num. 39.* Gail. *obseru. 86. lib. 2. decis. Auenionens. 51.* Farin. *q. 25. ex num. 169.* & noster disertiss. D. Francisc. Amaia *lib. 1. obseru. cap. 11. num. 36.*

20 Quæ omnia mihi vsui fuerunt † in causa sororis meæ dilectissimæ Dom. D. Mariæ Pereiræ de Solorzano viduæ strenui Equitis D. Francisc. Valuerdi de Mercado, Præsidis Panamensis, cui cùm Peruanus Prorex quandam Commendam, dictam, *de los Ancorainas*, cum beneficio specierum concessisset, cum hoc onere tertiæ partis fisco præstandæ, integer huius tertiæ valor ab ea petebatur, absque vlla deductione expensarum, & diminutionum, vulgò, *quiebras y rezagos*, eò quòd beneficium specierum habuisset, me in contrarium nitente, & prædicta iura allegante, lucrique, ac damni computationem, & diuisionem pro rata offerente.

Ac prætereà expendebam epistolam Regiam dat. Matr. 17. Martij ann. 1619. ad Peruanum Proregem D. Principem Eschilacensem, cuius caput habet, † vt si viderit expedi- 21
re, beneficium specierum Commendatariis relinquat, cum onere, vt tertiam partem, deductis expensis, Regiis officialibus soluant, ibi: *Que esta misma hazienda en valor, auida consideracion al tercio, hazadas las costas, se pague por el Comendero en dinero en la caxa, y oficiales de cada distrito*; & aliam schedulam datam Matr. 28. Iunij 1621. ad Dom. Proregem March. de Guadalcaçar, quæ priores, de hoc tertio agentes, recensens, & vt in arcis districtus persoluatur, statuens, repetitis verbis tertiam partem valoris Commendarum solui debere ostendit, ibi: *Huuiesse de meter el tercio de su valor en la dicha mi caxa*, & ibi: *Que cumplan los Encomenderos con meter los tercios del valor de las tales Encomiendas en las caxas de los distritos donde estuuieren.*
Valor † autem redituum in eiusmodi casibus, 2
ille esse censetur, qui deductis expensis, & aliis contributionibus, & diminutionibus superest, vt pluribus etiam probaui *sup. dict. cap. 10. num. 4. & seqq.*

Sed nihilominus sororem meam (vel, vt meliùs dicam, me ipsum, tanquam eius fideiussorem) in solidum condemnauit Limensis Audiātiæ Visitator D. Ioan. Gutterius Flores, nescio
sanè quo iure, aut ratione permotus, nisi † ea 2
fortè, qua aliqui eorum ducuntur, qui eiusmodi officium exercent, putantes se Regibus gratiores reddi, si vtcunque, & vndecunque fiscum
impinguent, non animaduertentes, maiorem † 2
Principum gloriam, & opulentiam in eo consistere, quòd à subditis bonam causam fouentibus, superentur, vt post Plin. *in Panegyr. ad Trajan.* grauiter scribit Cassiod. *lib. 1. var. epist. 22.* ibi: *Æquitatem nobis placiturus intende, non quaras de potestate nostra, sed de iure victorias, quando laudabiliùs à parte fisci perditur, cum iustitia non habetur, &c.* & iterùm *eod. lib. epist. 19. Fisci volumus legale custodiri compendium, quia nostra clementia rebus propriis videtur esse contenta, & sicut nullum grauare cupimus, ita debita nobis pendere non debemus*, cum aliis, quæ adducam *infrà lib. 4. cap. 6.*

Vtrum autem † eiusmodi tertiæ partis detractio ex illis quoque Commendis facienda sit, quæ non à Peruano Prorege, sed ab ipso Rege prouidentur, in quæstionem etiam vocari potest, & planè Ego ad has non debere extendi opinabar, & pro me facit Anton. de Leon *d. cap. 16. num. 6. in fine*, sed nihilominus contrarium proximis his diebus Senatus censuit, & generali edicto decreuit, vt citiùs fisci debita extinguerentur, & eius incrementis succurri possit, quāuis Ego † censerem Reges, ac Principes, quibus nihil deesse potest, non pecunias contrahere, sed illis liberaliter vti debere, & subditorum opes, ciuiumque beneuolentiam suas putare diuitias, vt rectè aliud agens monuit Patricius *lib. 4. de Regno tit. 9.* & Ego dixi *supr. lib. 1. cap. 18. num. 55. & seqq.*

Et hæc hactenus de onere tertiæ partis dixisse contenti, de alio sermonem instituere oportet, quod in petenda Regia confirmatione

ne consistit. Et sciendum est, † hoc induci cœpisse per sched. dat. Vallisolet. 20. Septembr. ann. 1608. ad Peruanum Proregem D. March. de Montesclaros directam ; vbi hoc Regio seruitio expediens visum fuisse traditur, tam in Commendis, quàm in pensionibus, quæ fiunt de tributis Indorum, & quatuor anni ad impetrandam ; & præsentandam confirmationem assignantur, sub pœna amissionis fructuum Commendæ, vel pensionis, qui fisco Regio applicari iubentur. Quam schedulam cùm dictus Prorex implere detrectasset, plures ad id rationes, & excusationes commentus, quæ referuntur in quibusdam eius epistolis ann. 1611. Iterum, atque iterum idem eidem iniunctum fuit per schedulam 3. April. ann. 1610. & 20. Decemb. eiusdem anni, & 10. Nouembr. ann. 1612. & ad Nouam Hispaniam, & alias Prouincias extensum, per aliam sched. dat. Matr. 17. Ianuarij ann. 1612. addita pœna, non solùm priuationis fructuum, verùm & ipsius Commendæ, aduersus eos, qui hanc confirmationem petere neglexissent, quæ † quidem exinde vsitata est, & in ipsis titulis Commendarum, qui à Proregibus, & alijs Gubernatoribus conceduntur, id expressè cauetur ex earundem schedularum dispositione. Quæ † posteà ob locorum distantiam, & nauigationum pericula, & comperendinationes, quæ variæ, & inculpabiles esse solent, *l. qui commeatus, D. de re milit. l. 1. & seqq. D. si quis cantion.* cum similibus ; ita temperatæ sunt, vt in Limensi, Argentina, & Chilensi prouincia, & insulis Philippinis, intra sex annos à die expeditæ Commendæ tituli confirmatio præsentari debeat, in Mexicana verò, & alij vicinioribus, intra quinquennium, vt patet ex schedul. dat. Matriti 7. Febr. ann. 1623. & 28. Iulij ann. 1629. quarum, & superiorum specificam, & diligentem mentionem fecit Anton. de Leon *in tract. de confirm. Regiis, 1. part. capit. 17. per totum.*

Vbi *num.* 18. benè resoluit, † confirmationis petendæ necessitatem etiam illis incumbere, qui virtute Regij mandati de Commenda, vel pensione à Gubernatoribus Indiarum prouisi sunt. Nam generalis est dictarum schedularum determinatio, vt aliàs dicitur *in l. 3. §. Diuus, D. de sepulchro violato, & l. penultim. §. vltimo, D. de iuris, & facti ignorantia.* Et cum ratio, quæ confirmationem exegit, ea fuisse videatur, vt Rex noster, & supremus eius Senatus agnoscat, an ritè, & rectè in Commendarum prouisione processum sit, & competitorum merita æquo libramine expensa fuerint, & hæc ratio, etiam in habentibus schedulas ad futuras Commendas propter earum concursum procedat, & quia potuit locus esse gratulationi, & dignus digniori, aut magis antiquus minus antiquo præferri, meritò idem iudicium in hoc, atque in aliis casibus faciendum est, ex vulgari *reg. l. illud, D. ad leg. Aquil.* cum similibus.

Et vt concedamus minorem rationem petendæ confirmationis militare in hoc casu, quàm in aliis, eò quòd merita eius, qui talem schedulam impetrauit, iam à Rege approbata esse videntur, † & ipse videtur illam Commendam concedere, *argum. text. in cap. ij qui de præb. libr. 6.* ibi : *Eum quoque qui ad mandatum legati, vel alterius auctoritate Apostolica, specialiter in hac parte concessa, fungentis recipitur, authoritate Apostolica receptum dubium non existit.* Adhuc tamen † vrgent aliæ rationes, quæ sufficiunt ad sustinendam dispositionem confirmationis, *ex regul. §. affinitatis, Inst. de nuptiis*, quam latè ornat Velascus *in axiom. iur. litter. E, numer. 23.* & in nostris terminis Cancer *libr. 3. variar. resolut. cap. 2. num 208. & seqq.* Inncent. Alexand. & alij plures, quos refert & sequitur Hieron. Gratus *cons. 120. n. 47. libr. 2.* vbi docent, dispositionem ex pluribus rationibus introductam non cessare, licèt vna earum cesset. Et vt hoc deficeret, ea est vis † 33
dispositionis generalis, vt debeat generaliter intelligi, etiam quando maior ratio est in vno, quàm in alio, secundùm Tiraq. *de retract. lignag. § 1. gloss. 14 num. 102. l. 1. § quod autem, D. de aleator. l. 1. §. vxori, D. de auro & argent. legat. l. 1. §. & generaliter, D. de legat. præstan.* Crauet. *cons. 92. numer. 2. & cons. 133. num. 5.* Surd. *in tract. de aliment. tit. 1. quæst. 124. num. 10.* Ioann. Gutierr. *cons. 5. num. 6. vbi num. 6.* hoc verum esse probat, etiam si materia esset odiosa, post Crauet. *cons. 118. num. 14.* & tradit alia D. Præses Valençuela *cons. 21. num. 43. & sequentibus.*

Planè si schedula, quæ expedita proponi- 34
tur, † non esset generalis ad Commendas vacaturas, circa cuius implementum concursus aliarum posset, & deberet admitti, vt modò retulimus, sed specialis ad certam aliquam, & à Principe designatam Commendam. Tunc non dubitarem asserere confirmationem necessariam non esse, ex celebri doctrina glossæ *in capit. 1. verbo Prouisionem, de elect. libr. 6.* vbi di- 35
cit, † quòd quando Papa prouidet, eligit & confirmat, quam sequitur, & extollit Felin. *in cap. eam te, num. 3. & 4. de rescript.* resoluens; 36
Prouisionem † Apostolicam habere vim confirmationis, seu includere confirmationem virtualiter, quod vltra alios probat, & dilucidiùs exponit Marc. Anton. Cuchus *lib. 4. maior. institit. tit. 4. n. 52.* sic inquiens: *Illud sciendum est nullam tunc exigi confirmationem, cùm idem ille beneficium contulit, penes quem est confirmandi potestas, quasi eodem actu videatur vtrumque præstitisse, & expleuisse. Conferendo enim simul & confirmare videatur, aut saltim confirmatio superflua est : quia prouisioni electio, & confirmatio inesse videntu, quo fit, vt ij, quibus à Pontifice Maximo dignitas confertur, nulla confirmatione indigeant.* Licèt legamus Regem Lusitaniæ Ioann. II. statuisse, vt fierent confirmationes generales donationum bonorum Regiæ Coronæ, & quòd absque confirmatione non valerent, vt refert, Cabedus *decis. 5. numer. 4. part. 2.*

Ex quibus primò infertur, quòd cùm huiusmodi confirmatio tot schedulis fuerit requi- 37
sita, † & sit veluti quoddam signum, vel tessera superioritatis, quam Princeps sibi reseruare voluit, vt in simili tradit Craueta *consil. 908. num. 1.* Tiber. Decian. *respons. 8. num. 225. volum. 1. & respons. 19. num. 139. volum. 3.* Rota Romana *decis. 702. numer. 7. part. 1.* Bertazol. *in tractat. de claus. instrum. claus. 4. glossa 14. numer. 1.* & alij, quos refert, & sequitur Bernard. Grœuæus *in pract. conclus. libr. 2.* 38
conclus. 1. numer. 1. † iustè in dictis schedulis caueri potuit, vt Commendatariis in ipsis ti-

talis iniungatur necessitas petendæ, & impetran-
dæ talis confirmationis intra tempus præfinitum,
sub pœna priuationis ipsius Commendæ. Nam
hæc fuit † veluti forma, quæ conditionem indu-
39 xit, & ea non impleta, vel purificata, actus cor-
ruit, & habetur tanquàm si factus non fuisset,
l. Mæuius, *& l. qui hæredi*, *D. de condit. & de-
monstr.* cum similibus latè congestis à Molina
de primog. lib. 2. cap. 6, num. 37. & cap. 7. num. 1.
vbi pluribus † probat formæ defectum maiorem
40 esse, quàm substantiæ, & formam è lege requi-
sitam non posse per æquipolleus adimpleri, D.
Valençuela *cons. 87. num. 77. volum. 2.* vbi quòd
forma debet attendi magis quàm ratio, D. Ioann.
del Castillo *lib. 5. controuers. cap. 119. num. 6. &
sequentibus*, Fusar. *de substit. quæst. 246. num.*
16. & Ceuallos *tom. 4. comm. quæst. 900 num.*
56. dixi *suprà hoc libro*, *cap. 6. num. 18.* Et in
terminis contractus, vel concessionis Princi-
pis, vel priuati, & quòd etiam ex minimo eius
defectu rescindatur, vèl resoluatur. *l. necessariò
§. 1. D. de peric. & commod. rei vind. l. si pecu-
niam*, *D. si cert. petat. l. quod purè*, *D. quando
dies legat.* & plures apud Tiraquel. *in l. si vn-
quam*, *verbo Reuertatur*, *num. 277. C. de reuoc.
donat.* Surd. *cons. 129. num. 36.* Menoch. *cons. 134.
num. 30. & 31.* Molino *de ritu nuptiar. lib. 3. q. 51.
num. 11. & 12.*

Et ita videmus contingere in feudis, à qui-
bus Commendæ, vt sæpè diximus, dimanasse
41 videntur, Nam † in illis etiam requiritur con-
firmatio, siue approbatio Principis, vel al-
terius domini concedentis, & ea non impe-
trata, intra tempus à iure, vel ab homine de-
signatum, amittantur, etiam nulla requisita
sententia condemnatoria; vel declaratoria
sed ipso iure, vt ex communi opinione docet
Iul. Clarus *in §. feudum*, *quæst. 49. in princip.*
Roland. à Valle *cons. 40. num. 1. lib. 1.* Cardin.
Tuschus *litt. F. conclus. 124.* Bourgnim. Caual-
can. *decis. 25. num. 34. part. 2.* Marescot. *lib. 1.
variar. cap. 8. num. 2.* Rota Roman. *post tract.
Gallesij*, *de oblig. Cameral. decis. 146.* & Flam.
Cartar. *decis. 3.*

42 Et hac † conditione attenta, & remissione,
ad Principem pro petenda confirmatione, pos-
sumus asserere, ipsum Principem esse, qui has
Commendas concedit, & indistinctè sequi do-
ctrinam glossæ per text. ibi *in l. lege obuenire*
43 130. *D. de verborum significat.* vbi inquit, † quòd
qui confirmat, dat, quod & repetiit *in Authen.
quibus mod. nat. efficit. legit. §. sed igitur*, *ver-
bo Percipientibus*, *collation. 6.* Et probare in-
tendit *ex l. asse toto*, *D. de hæred. inst. & Auth.
de defensor. ciuit. § interim*, & pluribus prose-
quitur Cameratius *in cap. Imperialem*, *de probi-
bit. feud. alien. per Freder. pag. 43. colum. 3.* post
Isern. *ibidem num. 13.* D. Valençuela *consil.
79. num. 11.* vbi quod verbum *Confirmo*, in-
ducit nouam dispositionem, & Franc. de Pon-
te *de potestat. Proreg. tit. 8. § 10. num. 10. pag.*
284.

Alioqui enim verior, & receptior opinio
44 est, hoc solùm procedere † quando actus, qui
confirmatur, fuit nullus, vel inualidus, tunc
enim confirmans dicitur dare, si id faciat ex
certa scientia nullitatis præcedentis, quia tunc
eam supplere, & dispensare videtur, & agitur
ex confirmante, & non ex confirmato; aliàs au-
tem quando actus fuit validus, is, qui illum con-
firmat, propriè dare non videtur, sed largo modo;
& † confirmatio solùm adiicit robur primo actui, 4
& actus confirmans retrotrahitur ad confirma-
tum, & ex hoc non ex illo agi videtur, vt ad ex-
plicationem, & conciliationem textus *in d. l. ob-
uenire*, *cum l. 3. § de illo*, *D. pro socio*, *l. hære-
des palam*, *§. quod verò*, *D. de testam. l. si fun-
dus*, *in fine*, *D. de pignor. l. institutio talis 10.
D. de condit. instit. l. si quis priore*, *D. ad Trebel.
l. adoptio*. *D. de adoption. l. iure nostro*, *§. pro-
pter litem*, *D. de testam. tutela*, *cap. 2. de tran-
sactionibus*, & aliorum plurium, tradunt gloss. &
DD. in eisdem iuribus, *& in l. & quia*, *D. de
iurisd. omn. iud.* vbi magistraliter Iason, Baldus
in l. legibus, *num. 5. C. de legibus*, Felin. *in cap.
vltim. num. 15. de constitution.* idem Felin. &
Panormitan. post gloss. *in cap. coram*, *de offic.
delegati*, Decius *in Rubr. de confirmat. vtili,
vel inutili*, Gozadinus *cons. 64. num. 5.* Afflictis
ad constitut. Regn. Neapol. in præludiis, *quæst. 3.
num. 4.* & plures alij, quos refert, & sequitur
Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glossa 10. num.*
97. Surdus *decis. 245. num. 6. & sequentibus*, *&
cons. 262. num. 67. & cons. 85. à num. 32.* Craneta
cons. 976. num. 38. & cons. 563. num. 11. Decia-
nus *respons. 3. num. 238. volum. 4. responso 65.
num. 18. lib. 2. & 72. num. 48. eodem volum.* Mi-
synger. *respons. 1. num. 120. decad. 11.* Schrader.
cons. 19 num. 38. & 80. vol. 1. Quetta *cons. 74.
num. 3.* Menoch. *cons. 293. num. 3.* Alciatus *in di-
cta l. lege obuenire*, *num. 7.* Rebuff. *ibidem*, *vers.
Postremo*, Gerard. Mazzolus *cons. 9. num 54.* Pi-
nel. *in l. 2. num. 4. cum sequentibus*, *C. de bonis,
quæ liber.* Bertazol. *dict. clausul. 4. gloss. 14. num.*
3. Anton. Gomez *lib. 1. variar. cap. 9. num. 20.
& 21.* Azeued. *in l. 3. tit. 1. lib. 2. Recopil. num.*
12. *& in Rub. tit. 2. lib. 6. num. 227.* latissimè
Andr. Gail. & eius Additionator Grœuæus *lib. 2.
pract. obseruat. 1.* ferè *per totum*, Modestinus Pistor
cons. 37. num. 8. volum. 1. Paz de tenuta *2. part. cap.
57. num. 13. & 14.* Ioann. Gutierrez *lib. 3. pract.
quæst. 23. num. 6.* Ioann. Cochier *in tractat. de pri-
mariis precibus*, *pag. 91.* Cardin. Tuschus *litt. C.
conclus. 704. & 710.* cum aliis, Marchesan. *de com-
mission. 1 parte*, *pag. 154. & sequent. & pag. 997.
num. 9. & pag. 73 num. 258.* Seraphin. *de priuileg.
iuram. priuileg. 71. num. 7.* Arisminus Tepacius *lib.
1. tit. de confirm. in genere*, Fabius Turrer. *in tra-
ctat. de effect. clausul. codicil. quæst. 31. effect. 18. n.
18 fol. 79.* Paul. Fuscus *sing. 271. litt. C.* & noster Di-
dacus de Sahagum *in signif. iuris Canonici* apud
Salmanticenses Primarius *in Rep. Rub. & cap. pri-
mi*, *& finalis*, *de confirm. vtili*, *vel inutili*,
apud quos, & alios videri poterunt, quæ hanc ma-
teriam concernunt.

Sed miror † à nemine allegari Baldum *in
l. ex placito*, *ex num. 9. C. de rer. permut.* vbi
subtiliter, & philosophicè de ea tractat; &
quandò agatur ex confirmato, vel ex confir-
mante. Inquiens, quòd duplex est confirmans,
scilicet infundens, & tunc agitur ex confirma-
to, vt in eadem lege ex placito, & transfun-
dens, & tunc agitur ex confirmante, vt *in l.
tale pactum*, *§. qui prouocauit*, *D. de pact.*
vbi, quia appellatio pronuntiatum extinguit,
omnis virtus est transfusa in sententiam con-
firmantem. Et quod tunc confirmans dici-
tur dare, quando ita producit rem in esse, vt
ei originem præstet, quem locum Baldi eru-
ditè expensum vidi à Dom. D. Laurentio Ra-
mirez

mirez de Prado, nunquàm satis pro meritis laudato, in quodam arduo negotio, quod in Supremo Indiarum Consilio vertebatur. Et erit semper meminisse tenendos, quoniam † ex his principiis cognoscitur, quando confirmanti, & non confirmato accepto ferenda sit vtilitas inde dimanans: & sic quando Commendatarius debeat fructus Commendæ suos facere à tempore concessionis, vel à tempore confirmationis, & quando debeat mediam Annatam soluere, tanquàm ex noua gratia.

Nam re vera si nullus fuit defectus, qui confirmationem iustè impedire possit, Princeps non videtur gratiam facere in ea concedenda, quia quod † ad confirmationem alterius accedit, eodem tempore factum videtur, vt patet ex suprà relatis, & ex Monterio, omninò videndo, *decis. Aragon. 27. num. 6. & 12. & decis. 35. num. 70.* & quia tunc, vt diximus, non dat, id est non donat, † sed soluit debitum, *l. penultim. D. de ritu nupt.* Necessitas autem non habet meritum, sed voluntas, vt pulchrè in eisdem terminis docet Bald. *in eadem lege ex placito, num. 12.* qui ad id allegat textum *in l. si seruo fideicommissaria, D. de hæred. instit. & l. vnum ex familia, § 2. D. de legatis 2.* & idem probant, & latiùs ornant, & prosequuntur Bart. Angel. Alexander, & Decius relati à Reusnero *consil. 12. num. 48. lib. 2.* Georgio Acaccio *de priuileg. iur. ciuil. lib. 3. cap. 20. num. 3. & 4.* & Grœuæus *dicto lib. 2. obseruat. cap. 1. num. 6.* concludens † confirmationem priuilegij, vel alterius actus per se validi, ac subsistentis peti à Principe, nec denegari posse, esseque iniuriam, si denegetur, non autem beneficium, si concedatur, vt aliàs dicitur *in l. 1. §. permittitur, D. de aqua quotid. & æstiua*, circa cuius ornatum aliqua congessi *suprà hoc tomo, lib. 1. cap. 17. numer. 17.* & idem tenet Matthæ. de Afflict. omninò videndus, *ad Constit. Neapol. lib. 1. Rub. 97. in princ. num. 22.* qui pro hac sententia allegat text. *in cap. bonæ, el 2. de rest. spol.*

Secundò, † ex eadem causa, & origine requirendæ confirmationis Commendarum deducitur, Proregem, vel Gubernatorem, qui eas in partibus Indiarum confert, in ipsa concessione, cuius confirmatio à Rege in Supremo eius Senatu petenda, & impetranda est exprimere debere Commendæ qualitatem, & quantitatem, & modum vocationis, & in quibus rebus, vel fructibus consistit (nam seruitij personalis taxa, & præstatio omnino exulare iussa est, vt dixi *suprà lib. 1. cap. 1.*) Et prætereà merita, & seruitia eius, cui Commendam concessit, & an alias Commendas habeat, & quas alias remunerationes acceperit, & quòd edicta ad alios benemeritos vocandos, & audiendos præfixerit, & quibus rationibus adductus illum inter alios, vt digniorem elegerit. Etenim cùm confirmationis petendæ onus inductum fuerit ad hæc omnia cognoscenda, & penitiùs intelligenda, & vtrum in electione ritè, ac rectè processum fuerit, ad omnia exprimi, & narrari debent, quæ sufficienter Principem de hoc certiorem facere possent.

Nam † confirmatio incerta, vel incerti iuris non valet, vt consuluit Oldrad. *cons. 154 Viso priuilegio*, DD. *in dict. l. & quia, D. de iurisd. omn. iud.* Felin. & alij *in cap. dilecta, de rescript. cap. porrecta, de confirm. vtili, vel inutili*, Rebuff. *in l. subsignatum 39. §. incertus, vers. Sextò confirmatio, D. de verb. signif.*

Et quælibet † subreptio, vel obreptio, quæ 53
confirmationem impedire, vel ei obstare posset, vel Principem difficiliorem reddere ad concedendum, vitiat confirmationem, sicut & quælibet alia rescripta gratiæ, vel iustitiæ, & præsertim beneficialia, cùm in his omnibus voluntas concedentis desideretur, quæ vbi prædicta vitia interueniunt, deficere iudicatur, *cap. super litteris, cap. postulasti, de rescript. cap. dudum, de decimis*, vbi communiter Canonistæ, *l. 1. & 2. & l. etsi non cognitio, l. etsi legibus, C. si contra ius, vel vtil. pub. l. fin. C. de his, qui à non dom. manum. l. 2. C. de fund. & saltib. rei dom. lib. 12. l. 36. tit. 18 partit. 3.* cum innumeris aliis, quæ præter Scribentes in eisdem iuribus congerit Iason *cons. 115. lib. 1.* Alciatus *cons. 164 num. 10.* Gozadinus *cons. 26. num. 21.* Parisius *cons. 12. nu. 63. vol. 2.* Socinus Senior *cons. 120. num. 5. volum. 3.* Tiraquel. *in tract. de cess. causa, limit. 1. num. 12. cum seqq, & de pœnis temper. caus. 44. num. 41.* Surdus *cons. 395. num. 22. & seqq. lib. 3.* Bechius *cons. 111. num. 9. 17. & 34. & lib. 2. de arbitrar. casu 201. per totum*, Roder. Suarez *allegat. 12. num. 30. cum seqq. & alleg. 28. num. 26.* Couarr. *lib. 1. variar. capit. 20.* Molina *de maiorat. lib. 4. cap. 4. num. 48. & cap. 9. num. 33.* Mieres *eod. tract. 1. parte. q. 3.* Mandos. *in regula Cancellar. 32. de impetr. benef. vacant. q. 9. num. 9.* Marchesanus *de commission. 1. parte. pag. 64. num. 148.* Aluar. Valascus *consult 130. num. 9. & consult. 158. num. 2. & 13.* latissimè D. Valençuela *cons. 69. num. 90.* cum multis seqq. & Cardin. Tuschus *litt. O. conclus. 50. num. 3. & litt. S. conclus. 722. per totam.* Et huc respiciens dixit Bald. *in cap fin.* per text. ibi, *vt lite non contest.* † quòd subreptitia impetratio non te- 54
net, etiam si sit Sanctus ille, qui impetrat, quem refert Iason *in d. l. 2. num. 33. C. si contra ius, vel vtil. pub.* Et in terminis † de necessitate 55
exprimendi veri valoris, Felin. *in cap. ad aures num. 4. & 10. de rescript.* Ripa *in cap. ex parte, num. 85. eod. tit.* Rebuff. *de nominat. q. 9. num. 24.* Mandos. *in reg. 22. de vnione, & confirmat. q. 5. num. 2.* Couarr. *d. cap. 20. num. 7.* & Menoch. *d. casu 201. num. 77.*

Et ob hæc passim docemur, † confirmatio- 56
nem non posse extendi ad nullitates, obstantias, vel defectus non expressos, vel mentionatos in narratione, vel supplicatione, *l. Aurelius, §. testamento, de liber. legata, l. quædam, D. de iure codicill.* Bald. *in l. aduersus, num 3. C. si aduersus rem. iudic.* Gail. & Grœuæus *lib. 2. obseruat. cap. 1. num. 2.* Craueta, plures referens, *cons. 668. num. 8. lib. 4.* Riminal. *cons. 194. num. 59. lib. 2.* Mandel. Albens. *cons. 375. num. 2. lib. 2.* quia aliàs esset subreptitia, obreptitia, & nulla, *l. sed etsi hac, § patronum, D. de in ius vocand. l. 1. C. de collus. deteg.* vbi gloss. & DD. *d. l. etsi legibus, C. si contra ius vel vtil. pub.* cum similibus, *suprà* relatis, *cap. 2. de confirm. vtil. vel inutil.* Panormitan. *in cap. inter dilectos, numer. 8. de fide instrum.* Molina *dict. capit. 9. numer. 33. & sequentibus*, vbi probat, † quòd Princeps nunquam cen- 57
setur confirmare transactionem, in qua dolus, vel fraus, vel enormissima læsio interuenerit, quoniam talis confirmatio habet in se eosdem defectus, & nullitates, quas actus, qui

qui confirmatur, & sic nullum sortitur eff. ctum, *l. fin. D. de constitut. pecun. l. cùm testamentum 8. C. de iur. & fact. ignor. l. non dubium, C. de legibus*, gloss. *in l. si patronus, §. patronum, verbo Fabiana, D. si quid in fraud. patro. l. si constat, D. de appellation.* Bartol. *in l. priuilegia, C. de Sacrosanct. Eccles.* Bald. *in l. si absentis, num.21. C. si cert. petat. & in l. in contractibus, num.15. C. de non numer. pecun.* Ancharran. *consil.394. num.3. & 4.* Alexand. *cons.32. num.1. volum.2.* Gozadin. *cons.27. num.23. & 33.* Iason *in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, num.48. D. de verbor. oblig.* Craueta *cons.592. num.27. volum.4.* D. Valençuela *cons.69. num. 143.* vbi quòd confirmatio est nulla, vbi est nullum confirmabile, & *cons.32. nu.108.* vbi quòd confirmatio statutorum non trahitur ad inualida.

Atque hoc planè est, quod dicere solemus,
58 confirmationem † factam in forma communi, parum, aut nihil operari, nimirum, quia actum nullum validum non efficiat, sed tantùm actui valido robur (vt suprà diximus) vel spiritum præstet, quamvis illud sit in ea, quæ fit in forma speciali, & potestatem habente, & sciente vitium, & cum eo dispensare volente, vt constat *ex cap.1. de confirm. vtil. vel inutil.* text. & gloss. *in cap.1. & cap. veniens, de transaction. cap. quia diuersitatem, de concess. præben.* vbi gloss. Alexand. *cons.122. num.18. lib.8.* Suarez *allegat.14. num.1.* Seraphin. *de priuileg. iuram. 49. num.33. & priuileg.70. num.13.* Marchesan. latissimè *dict. tract. de commiss. 1. part. pag.64. & sequentibus*, Tiber. Decian. *lib.3. crimin. capit. 37. num.4.* Modestin. Pistor *cons.37. numer.11. volum.1.* Gaill. & Grœuæus *d. lib.2. obseruat. cap.1. num.11. & sequentibus, & num.27. & seqq.* vbi tradunt, quæ dicatur confirmatio in forma communi, & quæ in forma specifica, Molina *de primog. lib.2. cap.6. num.8.* Mieres *eodem tract. 2. par. quæst.2. num.3.* Velazquez de Auendaño *in l.2. Tauri, gloss.3. num.1. ad finem*, Iacob. Cancer *variar. resolut. part.3. cap.3. ex num.177.* Magon. *decis. Lucens.14. num.22.* Menoch. *cons.75. num.32. volum.1. & cons.414. num.14. volum.5.* Surd. *cons.340. numer.7. & cons.349. num.7. & cons.361. num.37. volum.3.* Casanate *cons.43. numer.94. cum sequentib.* latè Marescotus *lib.2. variar. cap.67. numer.23. & 34. & quæst.75. à num.37.* D. Valençuela *cons.79. numer.2. & sequentibus*, qui iuxta superiorem distinctionem intelligendus est *cons. 88. num 54.* dum nimis generaliter tradit, confirmationem Principis habere vim dispensationis. Nam hoc tantùm procedit circa expressa, & cognita, iuxta iura, & DD. ab eodem allegatos, & alia, quæ latissimè, & nouissimè tradit Dom. Ioann. Ruiz de Laguna, nunc sacri Consilij rerum Italicarum Fisci Patronus disertissimus, & anteà in Mediolanensi Senatu Quæstor meritissimus, in docta illa allegatione, quam typis excusit super quæstione Salaria Finarij *cap.1. n.15. & seqq. pag.10. & 11. & cap.4. per totàm, pag.124. & seqq.* vbi plura de materia confirmationis luculenter congessit.

59 Et illud præcipuè, † omnem confirmationem in dubio censeri factam à Principe in forma communi, quæ nihil de nouo tribuit, sed omnia relinquit in eo statu, in quo reperiebantur, ex iuribus, & Auctoribus *suprà* relatis, & *cap. cùm dilecta. de confirm. vtil. vel inutil. cap. ex parte, cap. quia intentionis, de priuileg.* cum aliis adductis à Rolando *consil.7. num.108. lib.3.* Giurba *ad consuetud. Messanens. in procem. num.37.* Osasco *decis.102. in fine.* Camil. de Medicis *respons.158. & 164* Farinac. *decis. Rotæ Romanæ 128. num.6. & decis.555. num.9.* Carolus Tapia *decis.2. num.63.* & nouissimè Ioseph. Roman. *cons.37. num.73.* Quibus tamen adiicio, confirmationem non prorsus subreptitiam dici posse, si eius narratio in maiori parte, & circa substantialia sit vera, vt dixi *suprà cap.8. num.67.* & latiùs prosequitur Marquesan. *dict. tractat. de commiss. 1. part. pag.134. num. 136.* Garcia *de beneficiis. parte 6. cap.2. n.189.* vbi quod in gratiosis, omnia narrata verificanda sunt & Bened. Capra *reg.50. num.52.* vbi an subreptio rescripti in vno, impediat implementum alterius?

Esseque iuris certissimam † conclusionem, confirmationem non probare confirmatum, nisi illud ostendatur, & ad maiorem ipsius confirmationis securitatem, & validitatem, & vt ex certa scientia processisse censeatur, oportere, & expedire, vt tenor priuilegij, vel alterius in cuiuslibet confirmati, inseratur ad litteram in instrumento confirmationis, vel adeò specifica eius mentio, & relatio, vt Princeps videri possit in nihilo circumuentus, vt latè probant Innocent. Felin. Imola, & cæteri *in cap. inter dilectos, de fide instrument.* Mascard. *de probation. conclus.404. num.6.* Osascus *decis. 126. num.3. & 4.* Craueta *cons.192. numer.14.* Tuschus *litt. C. conclus.710. num.28. & littera R. conclus.8. num.22. & conclus.18. n.7. cum seqq.* Iacob. Cancer *d. 3. part. var. cap.3. nu.191. & 218.* & latiùs, ac meliùs cæteris Grœuæus *d. cap.1. num.20. cum seqq.* & Magerus *de aduocatia armata, cap.14. num.109. pag.621.* vbi quod actus confirmans, ad illud, quod non est in confirmato, non extenditur.

Tertiò, vt alia prætermittam, quæ vulgatiora sunt, quàm vt in illis tempus terere debeamus, ex prædictis etiam deducitur, Principem, † qui has Commendas confirmat, siue in forma communi, siue in forma specifica, neutiquam censeri, quòd præiudicare velit iuri cuiusuis tertij, qui ad easdem Commendas litem in prouinciis, & Audientiis Indiarum, vel alibi mouerit, vel iustè mouere possit, & ad confirmationem petendam citatus non fuerit, & cum plena causæ cognitione conuictus. Quia † sicut quælibet concessio facta à Principe, censetur sine præiudicio tertij, *l.2. §. meritò, & à §. si quis à Principe, D. ne quid in loco pub. cap. super eo, de off. & potest. iud. delegat.* optimus text. *de iure nostro Regio in l. 11. tit.18. part.* cuius, & aliorum meminit Azeued. *in l.14. tit.3. lib.1. Recop. numer.39.* Ita etiam confirmatio, vt docet text. expressus *in cap.1. & in cap. fin. & in cap. sua nobis*, vbi Decius *num.7. de confirm. vtil. vel inutil.* Bald. *in l.1. D. de constit. Princip. & in l. fin. num.4. C. sent. rescindi non posse, & in cap.1. de pace* Constantiæ, Felin. *in cap. si quando num.1. in fin. de rescript.* Rota *decis.3. sub tit. de confirm. vtili, vel inutil. in nouis*, quam sequitur Decius *cons.401. num.24.* Thom. Grammat. *decis.104. num.2.* & plures alij, apud Decian. *respons.38. num.231. lib.3.* Grœuæus, omnino

nino videndus, *dict. cap.*1. *ex num.*45. *ad* 48. Marches. *de commissionibus*, 3.*part. pag.*170. *num.*37.D.Laguna *in d.allegatione salis Finarij, num.*15.*& seqq.*

Vbi hoc procedere tradunt, etiam † si in confirmatione adiiciantur clausulæ: *Non obstantibus*, *Motus proprij*, *Ex certa scientia*, vel de plenitudine potestatis, quia huiusmodi clausulæ censentur adiectæ præter Principis mentem, ex stylo tantùm Secretariorum, seu Notariorum, eiusmodi instrumenta conficientium, vt tradit Couarr. *in Rub. de testament.* 2. *par. num.*14. Loazes *in causa oppidi de Mula*, *col.* 3. *num.*64. Petrus Petra *de potest. Princip. quæst.*2. *cap. de clausul. ex certa scient. numer.* 10. *fol.*203. D. Valençuela *cons.*119. *num.*112. *volum.*2. & ante eos Baldus *cons.*292. *num.*3. vbi inquit, † hac de causa, & propter diuersas lites, quæ quotidie ex isto stylo oriuntur, debere dictas clausulas in totum ab Aula eradicari, vel saltem non ita frequentari, quod & tradunt Zasi. & alij relati à Petra *vbi supr. num.* 19. Menoch. *cons.*1. *num.*402. *lib.*1. *cons.*202. *num.*149. *& cons.*195. *num.*24. Socin. Iunior *cons.*77. *num.*124. *lib.*1. Roland. *cons.*7. *num.* 13. & quòd non supplent defectum intentionis, & voluntatis Principis, Petra *d. num.*20. Rota apud Farinacium *decis.*141. *num.*4. & latè Cancer, omninò videndus, *d. cap.*3. *num.*191. *& seqq.* vbi quòd clausula ex certa scientia non confirmat actum in præiudicium tertij, nec tollit vitium obreptionis, neque operatur in his, quæ consistunt in facto, de quibus Princeps non est informatus.

Quæ omnia notare oporttebit † pro aliquibus, qui properant titulos Commendarum religiosarum à Gubernatoribus impetrare, & eos sine mentione litigij, vel iuris tertij in Supremo Consilio præsentare, vt sic confirmationem obtineant, putantes sibi hoc pacto consultum iri. Nam nihil ipsis talis festinatio prodest, quoniam semper audiri poterit tertius comparens, & de iure suo docere volens, vt vltra suprà relatos latè ostendit Cancer *d. cap.*3. *num.*29. *& seqq. & num.*40. Vbi quòd, † qui obtinuit sententiam pro se super aliqua re, licèt pendeat causa supplicationis, dicitur habere ius ad rem, imò & per solam petitionem factam in iudicio, & *num.* 102.*& seqq.* vbi quod Princeps † non præsumitur voluisse præiudicare tertio in iure in rem, nec ad rem, & quòd præsumitur deceptus quando ex priuilegio, concessione, aut rescripto, tertio etiam in modicis præiudicat, & quòd vbi apparet id facere voluisse, est facienda interpretatio, vt quanto minus fieri possit, ei præiudicare voluerit.

Et hæc habui in praxi proximis hisce diebus † in causa cuiusdam Commendatarij de Cartagena, cui cùm alter oppositor litem mouisset super Collatione Commendæ, & à sententia Gubernatoris ad Regium Consilium, prouocasset, in quos duas sententias conformes pro se habuit, quæ in rem iudicatam transierunt, ille se defendere volebat, & denuò audiri, & causam suscitare intendebat prætextu confirmationis sibi in forma communi concessæ, quam nulla facta litigij mentione impetrauerat. Et eius Aduocati id eo colore curabantur, † quòd ius hoc, quod mediante confirmatione quæsiuit, non fuit visum, neque in iudicium deductum, & licèt superuenerit ex causa de futuro, potuit reo præstare exceptionem aduersus executoriam, licèt non prosit actori ad actionem. Neque † dici potuit attentasse, qui pro iure suo conseruando gratiam confirmationis à superiore impetrauerit, ex his quæ in simili tradit Bartol. *in l.cogi,C.de pet.hæred.*Cabedus *decis. Lusit.* 120.*part.*1.*num.*11.Calda Pereira *de iure emph.*3. *part.cap.*10.*num.*30.*in fine*, & alij, quos refert Anton.Gabr.*in comm.conclus.tit.de iudiciis, concl.*3. *num.*6. 70

Sed nihilominus † Senatus ex tempore hanc intentionem absque dubio repellendam iudicauit, quoniam dicta confirmatio, vt ex suprà dictis apparet, nullum ius nouum huic electo Commendatario addere potuit, & vt aliquod adderet, erat nulla, & subreptitia ex defectu narrationis litis pendentis, & præiudicio tertij, vt expresè in eisdem ferè terminis docet Abb. omnino videndus, *in cap. fin. vt lite pend. num.*8. Felin. *cons.*32. *num.*11. & Laderchius Imolens. *cons.*106. *num.*7. qui dicunt, † priuilegium, & quodlibet aliud ius superueniens ex gratia, vel concessione Principis, lite iam mota, nihil adiuuare, & Marchesanus *d.* 1 *parte*, *pag.*225. *num.*313.vbi quòd confirmatio appellatione pendente, illa tacita, non ligat. Et licèt aliqui hoc limitent, vt quamvis non profit in illa instantia, prosit tamen in alia, ea finita, vt per eundem Abbatem suprà cap. Abbate sanè, circa medium, de re iudic. & tradita à Lanario *cons.*16. *& seqq.* & Cancerio *d. cap.*3. *num.*470.id tamen ex communi omnium sententia sublimitatur, vbi iam fuerit lata sententia, quæ in rem iudicatam transierit. Nam tunc † dicitur lis omni respectu finita, & præcluditur via partibus ad aliquid de nouo deducendum: *l. fin. C. sent. rescind. non posse*, *l. causas*, *C. de transact.* bonus text. *in cap. exposita*, *de arbitr.* & egregiè docet Felin. *in cap.*1. *& capit. super litteris*, *de rescript.* vbi *num.*14. hoc ampliat, vt etiam si dicatur in rescripto: *Non obstanti tali sententia*, hoc non sufficiat, nisi etiam adiiciatur, *non obstante sententia lata, quæ transiuit in rem iudicatam*, Franchus *in d. cap. fin. vt lite pend.* Anton. Gabr. *dict. tit. de iud. conclus.*4. *num.*41. & Cancer *d. cap.*3. *num.*473. *& seqq.* & est optima Rotæ *decis.*33. in nouissimis *parte* 3. *lib.*3. vbi tamen prædicta declarans, inquit, tunc dici litem extinctam per sententiam transactam in iudicatum, vbi sit executioni mandata, & non anteà. Planè si lite pendente † confirmatio non in forma communi facta proponeretur, sed specificè, & cum relatione iuris alterius oppositoris, & litis status, & adhuc Princeps electum à Gubernatore confirmare voluisset, & confirmauerit, eius præcepto standum esset, & cessaret lis, iusque reo superueniens, etiam pendente lite ei prodesset, iuxta text. sic intelligendum *in l. fin autem*, §.1. *D. de reiuind. l. si mulier diuerterit, D. solut. matrim.* & plura alia, quæ post Bart. Bald. Alex. & alios tradit Paris. *cons.*125.*n.*11.*&* 12. *vol.*1.Afflict.*in c.*1.*n.*99.*cum seqq. qui succes. teneantur*, & latè Tiraq. *post leges connub. gloss.*8.*q.* 11.*n.*99. *cum seqq.* 71 72 73 74

Denique prædictis consequens est, eos, qui non ex noua gratia Commēdas accipiunt, sed per viam successionis, quæ sibi defertur, tanquam filiis, nepotibus, aut vxoribus Commendatarij defuncti,

defuncti, iuxta ea, quæ diximus *suprà hoc libro*
75 *cap.16.* non † debere grauari onere impetrandæ
Regiæ confirmationis, quia in eis cessant ratio-
nes, quæ illam induxerunt, cùm non admittan-
tur ex noua, & voluntaria Gubernatoris electio-
ne, sed ex legis vocatione, & implemento, atque
ita neque illis nouus titulus expediatur, sed titulus
76 Auctoris primò vocati, & † confirmatio, quæ in
eo interuenit, proficiat omnibus ab eo descenden-
tibus, & causam habentibus; vt docet Dynus
in l. priuilegia, C. de sacros. Eccles. Bald. *consil.*
355. num.6. volum.3. Afflictis *decis.128. num.1.*
Pereg. *cons.44. num.66. volum.1.* dicentes, quòd
77 † actus semel à Principe confirmatus, non
eget alia confirmatione, & ita in nostris termi-
nis benè obseruat Anton. de Leon *in d. tract. de*
confirm. Regiis, 1. part. cap.17. fol.91. num.19. cum
duobus seqq.

78 Quamvis sint aliqui, † qui ad maiorem caute-
lam faciunt sibi expediri titulos talium Commen-
darum, & eorum confirmationem desiderant, quod
nullo modo reprehendendū est, quin potiùs boni
79 consilij est, vt ipsi iidem DD. aduertunt, quia †
gratiæ, & priuilegia per plures Principes confir-
mata maiorem habent firmitatem, vt notat Are-
tin. *cons.15. dub.2. in fine,* Roman. *cons.327.* Loazes
in allegat pro March. de los Velez dub.1. num.7.
Georgius Acaccius *in tract. de priuileg. lib.3. cap.*
20. num.9. Amatis *decis. Lucensi 17. num.9.* D.
Valençuela *cons.89. num.125.* & latiùs Grœuæus
post Gaillium *d. lib.2. cap.1. num.7. & seqq.* &
Magerus *de aduocatia armata, cap.16. num.283.*
vbi probat, quòd priuilegij concessi confirma-
tio, vtilitatis est, non necessitatis, *& cap.14.*
num.102. vbi quòd in Gallia non petitur talis con-
firmatio, nisi quando Regnum delatum est ad
alium quàm filium.

Neque cuiquam imputari, aut nocere potest,
80 † quod plures titulos habere, & cumulare
velit, ad conseruandum, & consolidandum ius
suum, vel plenius reddendum, dummodò inter
se contrarij non sint, sed ad eundem effectum
tendant, *cap. post electionem, de conces. præben.*
l. D. ad leg. Falcid. Ioann. And. Monach. &
Dominic. *in cap. cùm personæ, de priuileg.* De-
cius *cons.271. num.19.* Anton. Gomez *in l.45.*
Tauri, num.97. & 98. Craueta *cons.16. num.6.*
Decianus *cons.13.* Cancer *dict. cap.3. ex num.281.*
Tiraquel. *de retract. lignag. §.1. gloss.7. num.71.*
& Ego latè *in 1. tom. lib.3. cap.1. n.61.* vbi plures
alios adduco.

Et hæc in præsentiarum de materia confirma-
81 tionis dixisse sufficiat, quæ † etiam deseruire
possunt ad confirmationes venditionum, & re-
nuntiationum officiorū, quæ per alias schedulas si-
militer requiruntur, de quibus alio loco dicemus,
& qui voluerit plura, videat tex. & DD. *in cap.*
venerabilem 34. cap. nihil 34. de elect. Ripam *in*
tract. de peste, sub tit. de remed. ad confirm. v-
bert. num.139. vbi etiam agit, an electi possint
exercere interim dum confirmantur? Gutierrez
cons.31. num.19. & seqq. Auend. *in cap. Prat. 1. par.*
cap.19. num.21. & Bobadilla *in Politica, lib.2.*
cap.16. num.15.

Et quòd, qui habet potestatem confirmandi, vel
82 reuocandi aliqua, † ex eo quòd quædam reuocat,
videtur alia confirmare, vide Grammat. *decis.65.*
num.16. Et an ex tempore præsumatur confirma-
tio, Marescot. *lib.1. variar. resolut. cap.13. & decis.*
Rotæ apud Marchesanum *in d. tract. de commissio-*
nibus, 2. parte, pag.552. num.2. vbi quod confir-
matio Apostolica non præsumitur spatio triginta
annorum.

Notabis tamen pro coronide huius capitis, quod vbi denegatur confirmatio in Supremo Consilio Indiarum, solet aliquando † iuberi, vt fructus medio tempore à Commendatario percepti, restituantur, si vrgens aliqua causa, & quæ fraudem arguat, vel sordes suboleat, denegationem suaserit, cùm tunc titulus ad non titulum redigatur, & bona fides deficiat, † sine quibus nec præscriptio, nec defectuum perceptio procedit, *l. qui bona fide, l. bonæ fidei, D. de acq. rer. dom. l. fructus, D. de vsuris, l.1. C. de pet. hæred. l. certum, C. de reiuind.* cum similibus latè congestis à Gilkenio, & Vuesemb. *in §. si quis à non domino, Inst. de rerum diuis.* Couarr. *lib.1. variar. cap.3. num.6.* & Pinel. *in l.2. C. de rescind. 2. part. cap.4. num.59.* & eleganter Caualcan. *decis.28. num.19. part.1.* vbi quod titulus putatiuus, cui lex à principio resistit, nec possessionem, & multò minus bonam fidem, & præscriptionem operatur.

Cæterùm si ex aliis causis leuioribus denegetur, fructus percepti non adimunt, † cùm Gubernatoris auctoritas, qui Commendam concessit, iustum titulum possidenti præstitisse videatur, *l. iustè possidet, D. de acquir. poss.* Et prætereà seruitij ratio haberi debeat, quod pro eiusmodi feudo Commendatarius medio illo tempore præstitit, cum quo fructus compensari ratio suadeat, *d. §. si quis à non domino,* ibi: *Naturali ratione placuit fructus, quos perceperit, eius esse pro cultura, & cura.*

Sæpèsæpius etiam † defectus, qui confirmationem retardere possent, postquàm à fiscali detecti, & obiecti sunt, aliqua pecuniæ quantitate soluta, componuntur, & dispensantur. In quo non est, cur quisquam scrupulum moueat. Nam cùm † omnes leges de Commendis agentes iuris positiui sint, benè potest Princeps, vbi sibi libitum fuerit, contra illas disponere & dispensare, vt in terminis notauit D. Valençuela *consil.83. numer.43.* Porrò, † qui dispensat, vel licentiam præstat in similibus rebus, donare videtur, *ex l. Titius puerum 3. D. de obseq. præstand.* ibi: *Etenim ille, etsi non gratuitum beneficium, tamen præstitit, l. in ædibus, §.1.* vbi Bald. & cæteri, *D. de donation, l. etsi liqueat, C. de inoff. donat.* cum similibus traditis per Molin. *lib.4. de primog. cap. vlt. num 64.* Id autem, † quod donari potest, pro pretio etiam (si aliud non obstet) rectè fieri potest, ex his, quæ notat Baldus in præludiis feudorum, *num.9.* Rosenthal. *in eod. tract. cap.1. conclus. 2. num.3. & cap.2. conclus. per totam.* Et hæc etiam notabis † pro aliis multis concessionibus, quæ pretio mediante his calamitosis temporibus fiunt, ex quibus ingens pecuniarum vis corrogatur, eè prædictis quippè principiis originem ducunt. Circa confirmationem verò † statutorum, & ordinationum, quas aliquæ ciuitates, & collegia Indiarum facere solent, & an ante eius Impetrationem prædicta statuta subsistant? & obseruari, ac custodiri possint, ac debeant? pluribus hic dicere supersedeo, eò quòd hæc quæstio latè ad vtramque partem tractetur à Regnicolis, quos refert Bobadilla *in Politic. lib.2. cap.16. num.129. & lib.3. cap.8. ex num.152.* Gratian. *reg.434.*

Salced.

Salced. ad Bernard. Diaz *regul.555.* Humada ad Greg. Lopez *in l.12. tit.1. part.1. gloss.1. ex num.5.* vltra quos etiam videri poterit Vincent. de Franch. *decis.2. num.31. part.1.* Steph. Gratian. *tom.2. discept. forens. cap.469.* & Cardin. Tuschus *verbo Statutum, concl.419.* Sed verius est, quod vt concedamus aliquando ob-
13 seruari, confirmatio † tamen in hoc actu, sicut & in aliis, de quibus suprà loquuti sumus, dat esse, & robur rei, & sine illa imperfectus est actus, *cap. postquàm 3.* vbi Panormit. *& cap. nihil 44.* cum aliis, *de elect. cap. fin. eod. tit. lib. 6.* Angel. *in Auth. de defens. ciuit. §. decretum, collat.6.* Eò quod, † qui confirmat, reprobare,
14 & infirmare potest, inquirendo, examinando, & metiendo iura, & mutando, supplendo, vel addendo, vt palam sit ex DD. *supra* relatis, Innocent. *in cap. quod sicut, de elect.* Natta *cons. 244. ex num.1. ad 3. volum.2.* Gutierrez *3. pract. cap.23. n.6.* Humada *vbi sup. num.8.* Rebuff. *in tract. nominat. q.15. n.10.* Anastas. Germon. *de indultis, §. in quibuscunque num.13.* & Seraphino *decis.1445. n.4.* aliàs *decis.762.* Et idem est in pacto de habenda, vel petenda ratificatione, quia antequàm fiat, actus perfectus dici non potest, *l. contractus 17. C. de fide instrum. l.6. tit.5. par.5.* vbi Greg. *glos.1. &* 2. cum aliis latè adductis ab Afflict. *decis.39. num.4.* Boër. *decis.18. num.1.* Parlad. *lib.2. rer. quotid. cap.2. num.47.* Lasarte *de gabel. cap.3. à n.13.* Azeued. *in l.2. tit.16. lib.5. Recop. num.29.* & Felician. *de censibus. tom.2. lib. 3. cap.4. num.3.*

CAPVT XXVII.

De commendarum extinctione, & resolutione, & an Princeps cum causa, vel etiam sine causa, eas in communi, vel in particulari posit auferre? & si semel ablatam, vel amissam restituat, noua, vel antiqua censenda sit?

SVMMARIVM.

1 *Peculij, & hominis similitudo.*
2 *Menchaca qualiter partitus fuerit tractatum de successionibus.*
Res omnes haben tortum, progressum, & interitum, ibidem.
3 *Annuos redditus similes ætatibus hominis facit Mornacius.*
4 *Auctor, quem ordinem seruauerit in tractatu de commendis Indorum.*
5 *Commendæ, quibus modis finiantur, & ad Regem deuoluantur.*
6 *Feudum amittitur ex eisdem causis, ob quas filius exhæredari, vel donatio reuocari potest, & remissio ad Auctores, qui de eis specialiter agunt.*
7 *Commendarum de extinctione, & resolutione, qui specialiter agant? & schedulæ, quæ de hoc tractant.*
8 *Commendarum, vt & feudorum resolutio & priuatio, an & quatenus fauorabiliter accipienda sit, & odium rationabile contineat?*
9 *Reuersio cuiuslibet rei ad suam primæuam naturam semper solet fauorabilis esse.*
10 *Feudum vbi amittitur, non dicitur vacare, sed domino aperiri, & qualiter is illud occupet?*
11 *Feudi, vel commendæ priuatio induci non debet, nisi in casibus à iure expressis.*
12 *Pœna vbi non est expressa, delinquens arbitrio iudicis punitur.*
13 *Commenda. vt & feudo, quis priuari solet ob ingressum religionis.*
14 *Religionis non solùm ingressus, sed professio requiritur, ad hoc, vt quis feudum, vel commendam amittat.*
15 *Monachus verus quis esse non videtur, donec professionem emittat.*
Cap. beneficium, de regular. lib.6. *& alia iura similia, expenduntur, & illustrantur, ibidem.*
Nouitij in quibus habeantur pro veris Religiosis, remissiuè, ibid.
16 Cap.1. vers. Ex hoc, de feudo fœmin. *explicatur.*
17 *Feudum, vel commenda interim dum feudatarius, vel commendatarius nouitius profitetur, debet esse in suspenso.*
18 Cap. qui clericus, si de feud. defunct. controuers. *explicatur.*
19 *Monachatus ratione an ita amittatur feudum, vel commenda, vt filij, & aliàs vocati maneant exclusi?*
20 *Monachus habetur pro mortuo.*
21 *Commendæ, & feudi priuatio, vel amissio ob delictum patris, regulariter non nocet filiis, vel cæteris à lege vocatis.*
22 *Confiscatio commendæ. vel feudi, quæ fit ob delictum patris, intelligitur quoad commoditatem talis feudi, vel commendæ, & pro vita delinquentis.*
23 *D. Don Franc. Alfarus Regius Consiliarius laudatur.*
24 *Commenda in totum amittitur ex crimine læsæ Maiestatis à patre commisso, etiam in præiudicium filiorum, & quare.*
29 *Crimen læsæ Maiestatis ipso iure priuationem inducit.*
Cap.1. §. si vassallus, si de feud. defunct. & cap.1. §. denique, quæ fuit prim. caus. benef. amitt. *expenduntur, ibidem.*
26 *Feudo per rebellionem aperto, prima inuestitura nunquàm posteà consideratur.*
27 *Delictum mariti in commenda dotali vxori non nocet, & quare? remissiuè.*
28 *Princeps an possit ad libitum aliquam, vel omnes commendas semel concessas, & constitutas auferre, vel extinguere, aut reuocare.*
29 *Commendæ videntur precario, & veluti in depositum possideri, & sic ad nutum reuocabiles esse.*
30 *Feuda precario data, ad nutum reuocantur.*
31 *Feuda, quæ vocantur de Camera, ad nullum Regis reuocantur, num.48.*
L.1. vers. La otra manera, tit.26. part.4. *explicatur ibidem, & num.48.*
32 *Donationes, quas Principes faciunt in bello, aut tempore belli, facilius reuocantur, & exempla de factis à Rege Ioan. Lusit. I. & Henrico Castellæ II.*
33 *Commendæ, & feuda magis gratiæ principalis quàm obligationis habere videntur.*
34 *Princeps facilè reuocare potest, & solet*

ea,

ea, quæ ex eius liberalitate, & indulgentia processerunt, & num. seq.

35 Princeps qualiter ex causa, vel sine causa possit reuocare donationes, etiam remuneratorias?

36 Commendæ ortum habuerunt à Regis institutione, & concessione, & ita ex eius voluntate absoluta pendere videntur.

37 Princeps potest reformationem generalem facere in legibus, statutis, & reliquis ordinationibus iuris positiui.

38 Reformatio eorum, quæ ad ius positiuum respiciunt, non requirit formam, & solemnitatem aliarum legum.

39 Papa potest iuri positiuo ad libitum derogare, & contra illud dispensare.

40 Reformatio generalis facta à Principe debet obseruari, etiam si tendat in præiudicium aliquorum priuatorum.

41 Princeps potest donationes suas modificare, & reducere ad normam æquitatis, & iustitiæ.

42 Beneficia omnia Ecclesiastica à Papa fluunt, & refluunt.

43 Papa habet plenam, & absolutam dispositionem omnium beneficiorum, & potest ea dare, & auferre ad libitum, & num. 69.

44 Beneficia omnia sunt manualia respectus Papæ.

45 Princeps faciliùs auferre, vel reuocare potest ea, quæ ipse suis vassallis concessit, quam quæ illi per se acquisierunt.

46 Commendarum præsens status non admittit earum ablationem, vel extinctionem.

47 Rex noster hodie iustè non potest Commendas semel datas in communi, nec in particulari sine causa auferre, vel reuocare.

48 Princeps peccat mortaliter reuocans sine causa gratias, & concessiones factas suis vassallis, &c.

L. 6. tit. 20. lib. 5. Recop. ponderatur, & illustratur, ibidem.

49 Commendas nostras feudis rectis similes facit Matienz. & irreuocabiles esse concludit, & quid sentiat de feudis Cameræ?

50 Camera Regia idem est, quod fiscus.

51 Pensiones, & entretenimientos, non sunt feuda Cameræ contra Matienzum, & æquè irreuocabiles esse debent, ac commendæ.

52 Beneficia Regum etiam ad filios, & posteros benemeritorum deriuari debent.

53 Benemeriti conquisitione Indiarum multis rationibus remunerari, & maioribus beneficiis augeri debent, ex Herrera, & Zapata, & Dom. Episcopo Chilensi.

54 Reges gratiores, & liberaliores esse debent in remunerandis benemeritis in prouinciis, & Regnis nouiter acquisitis.

Priuilegia, & immunitates, quibus mediantibus populi fundati sunt, vel eorum commercia creuerunt, non possunt tolli, nec alterari, ibidem.

55 Feuda, etiam ob gratiam concessa, Princeps sine culpa, aut graui aliqua publica causa auferre non potest.

56 Dominus feudi non solum illud reuocare non potest, verùm nec modificare, aut nouis conditionibus grauare, & num. seq.

57 Princeps an possit compellere vassallos ad dimittendum feudum remissiuè?

58 Donationes remuneratoriæ, contractus, & priuilegia Regum, non possunt sine graui culpa, aut causa reuocari, alterari, vel modificari ex veriori, & communiori opinione.

59 Facultas ad maioratum faciendum si concessa sit ob pecunias, vel ob seruitia, non potest posteà dari licentia alienandi res talis maioratus.

60 Priuilegia ob benemerita censentur realia, & perpetua, & præcisè obseruanda.

61 Princeps reuocans donationes, contractus, aut priuilegia, quæ concessit, præsumitur oblitus, aut circumuentus.

62 Casus fortuitus esse videtur, quòd Princeps reuocet ea, quæ dedit, vel concessit.

63 Tituli, & honores concessi pro seruitiis dicuntur dati pro satisfactione debiti, & non sunt minuendi, sed augendi.

64 Princeps valdè constans esse debet in verbis oris sui, & grauius peccat, quàm priuatus, si fidem frangat.

65 Princeps etiam si ex graui, & publica causa reuocet, quæ concessit, debet ea ex aliis bonis resarcire.

66 Princeps non solùm non debet tollere præmia data benemerentibus, sed potiùs eos, etiam nihil petentes, & inuitos quærere, & beneficiis cumulare.

67 Commendæ hodiè omni respectu irreuocabiles sunt.

68 Concessiones etiam ex mera Principis gratia procedentes irreuocabiles sunt.

69 Beneficia Ecclesiastica ex veriori, & tutiori opinione, non possunt à Papa auferri sine causa.

70 Causa iusta, vt Princeps reuocare, vel auferre possit per se concessa, qualis esse debeat.

71 Publica salus, vel vtilitas, priuatorum commodis antefertur.

72 Principum gratiæ, concessiones, vel priuilegia reuocari possunt, si damnosa esse cœperunt, aut in dedecus Coronæ Regiæ.

73 Princeps potest auferre commendam, feudum vel rem aliam alicuius priuati, vt alium valdè dignum remuneret, dato bono cambio antiquo possessori, & quare?

74 Remuneratio benemeriti, est iusta causa, vt alteri possit auferri dominium rei suæ.

75 Princeps debet esse liberalis, gratiosus, & valdè attentus in conseruandis suis largitionibus.

76 Princeps æquè conseruare debet concessa à suis antecessoribus, quam à se ipso, & quare.

77 Rex qualiter, & quam potenter repræsentet suam dignitatem, quæ nunquam moritur, nec mutatur, ex verbis Baldi, omninò legendis.

78 Reges non debent euertere, sed potiùs conseruare, & imitari facta suorum prædecessorum.

79 Tyrannus si quid Regio nomine concessit, obligat successorem.

80 Princeps non seruans bonos mores, & gesta suorum antecessorum, non seruat honorem eorum.

81 Rex non tenetur ad remuneranda seruitia facta suis prædecessoribus, ex opinione Matthæi de Afflictis, quæ reprobatur.

L. viuus,

L. viuus, D. si quid in fraud. patroni, *expenditur, & intelligitur*, ibidem.

2 *Principes putant dignitati suæ naturali iure deberi omnes operas, & obsequia subditorum, sed hoc non debet vacuare remunerationem eorum.*

3 *Reges solent semper dicere*: que hazen merced, *etiam rerum quas vendunt, vel ob aliam præcisam causam concedunt.*

4 *Commenda vt quis ob culpam priuari possit, priùs debet de ea audiri, & conuinci.*

5 *Princeps & eius Locumtenentes non possunt quempiam inauditum, & indemnatum priuare.*

6 *Bona reorum ante confiscationem, & rem iudicatam aliis danda non sunt.*

7 *Feudis, & beneficiis priuari non possunt possessores, nisi præcedat citatio, & sententia declaratoria, etiam ob crimen Maiestatis.*

8 *Citatio, & condemnatio, vel sententia declaratoria, an requiratur in delictis notoriis, vbi constat reum nullam excusationem habere?*

9 *Notorium non requirit ordinarij iudicij obseruationes, & alia de notorio, & eius effectibus, remissiuè.*

0 L. 3. tit. *de las* traiciones, lib. 8. ordin. l. 16. tit. 23. & l. 5. tit. 26. part. *ponderatur.*

Cap. cùm sit Romana, §. fin. de appellat. *expenditur, & illustratur*, ibidem.

1 *Principis assertioni, & iussioni dicentis, & iubentis aliquem puniri ob delictum, de quo sibi constat, an & quando credendum, & obediendum sit?*

2 *Principi non est obediendum in notoriè iniustis, vel procedenti ex sola scientia priuata, & grauissima verba Nauarri circa hoc.*

3 *Iussus Principis, etiam iniustus, excusat exequentem, secundum aliquos.*

4 *Principi asserenti aliquem deliquisse, & punire iubenti, parendum est in dubio, & pro eius iustificatione præsumendum.*

Cap. in memoriam, distinct. 19. *explicatur, & illustratur.*

5 *Iudex debet se inclinare, quòd mandatum Principis sit iustum, & illud exequi.*

6 *Princeps solus habet potestatem mandandi, sic facias, & vt aliquis torqueatur, vel suspendatur ex infallibili eius conscientia, & mandatarius non peccat, & quare?*

7 *Princeps potest iudicare iuxta propriam conscientiam, circumscriptis actitatis, & ei est obediendum, maximè vbi affirmat se certioratum.*

8 L. 42. tit. 18. part. 3. *explicatur, & illustratur.*

9 *Iudices inferiores, quibus Princeps committit, vt procedant, prout sibi constiterit, possunt iuxta propriam conscientiam arbitrari, & sine citatione, & processu iudicare.*

00 *Commenda si alicui adimatur ob rebellionem, & detur alteri ob benemerita, etsi cesset causa rebellionis, ab hoc benemerito auferri non debet.*

01 *Commenda alicui ob culpam ablata, si eidem postea restituatur ex indulgentia Principis, an noua, vel antiqua censenda sit?*

02 *Restitutio est in pristinum statum repositio, & tantum reddit, quantum adimit læsio.*

103 *Commenda, vel feudum ipso iure amissum, & domino apertum, si rursus delinquenti concedatur, nouum censetur.*

104 L. Peculium, §. si ab ære alieno, D. de peculio, l. inter stip. §. sacram, vers. Si nauis, D. de verb. l. qui res, §. area, D. de solut. *expenduntur.*

105 *Commenda ob delictum alicui ablata, & mox restituta, in dubio, vt antiqua, non vt noua reddi videtur, & quare?*

106 *Feudum regulariter quoad plures effectus non solet præsumi antiquum, sed nouum.*

107 *Restitutio bonorum confiscatorum fieri videtur cum omnibus qualitatibus, quas habebant ante confiscationem, & etiam quoad titulum dignitatis contra sententiam à Ponte.*

PEculium † Papirius Fronto I. C. relatus 1
à Martiano *in l. peculium* 40. *D. de peculio*, simile homini esse dicebat; quoniam nascitur, crescit, decrescit, & moritur, vbi Accurs. falsè eadem ratione, & asino æquipa-
rari potuisse subiungit. Et noster † Menchaca 2
in princip. lib. 1. de successionum creatione, progressu, & resolutione. In omnibus ferè rebus corporeis, occulta quadam vi eundem ordinem agnoscit, & ad suam tractationem accommodat, licèt non meminerit d. text. sicuti neque Ant. Mornacius *in l. 21. D. fam. ercisc. pag.* 293. dum eandem similitudinem † ad an- 3
nuos reditus, quos *censos* dicimus, paucis mutatis, traducit.

Quam nos † in Commendis quoque, de qui- 4
bus agimus, non ineptè consideramus, cùm earum originem, & creationem initio proposuerimus; & deinde progressum, quem per legem successionis habuerint; & nunc acturi simus de modis, & causis, quibus extinguuntur, seu resoluuntur, & ad Regiam Coronam, à qua exierant, reuertuntur. Nempè † per mortem 5
possessorum, elapsis vitis, pro quibus concedi solent, aut per renuntiationem, absentiam, ingressum Religionis, aut pluralitatem, siue incompatibilitatem, vel per delictum, quod priuationem inducat, vel propter transgressionem legum, & onerum, quæ in Commendis iussa sunt obseruari, vel per sæuitiam, aut abusum erga Indos sibi commendatos, & per quoslibet alios modos, qui de iure, vel de facto veram vocationem inducant, de quibus lato sermone egimus *suprà hoc lib. cap.* 5. & successiuè *in multis seqq. ex cap.* 16.

Et qui voluerit plura, adire poterit Zasium *in tract. de feud.* 8. *part. pag.* 88. *& part.* 10. *pag.* 151. *& seqq.* vbi † quod ex quibus causis po- 6
test filius exhæredari, ex eisdem potest vassallus feudo priuari, Schrader. *eod. tract. part.* 9. *cap.* 9. *& seqq.* Rosenthal. *cap.* 8. *quæst.* 27. *num.* 4. vbi quod ex quibus causis potest reuocari donatio iure perfecta, ex iisdem & feudum amittitur, *& cap.* 10. *conclusion.* 13. cum plurimis seqq. vbi specialiter enumerat omnes casus, qui inducunt vocationem, vel priuationem feudi, qui, mutatis mutandis, ad nostras Commendas transferri possunt, Ponte *in tract. de potest. Proreg. fol.* 64. *num.* 60. vbi de feudatario abutente, & *fol.* 196. *& seqq.* vbi agit de feudi confiscatione, & deuolutione ob delictum, *& pag.* 287. *num.* 3. *& seqq.* vbi de crimine parricidij, Molina *lib.* 4. *de*

primog. cap. 11. vbi enumerat causas, ex quibus feuda, & maioratus amitti solent, Petrus Petra de potest. Princip. cap. 23. ex num. 5. vbi de eisdem causis, & ad quem reuertatur feudum infeudatum finitum, & cadens, Menoch. omninò videndus, cons. 160. n. 1. & 503. n. 30. vbi, quando dicatur feudum deuolutum, & apertum domino per lineæ, & generationis defectum, Gregor. Lopez per text. ibi in l. 6. & 7. titul. 26. part. 4. latissimè Farin. lib. 1. prax. crim. titul. 3. quæst. 25. ex num. 62. vbi agit de confiscatione bonorum feudalium, & quibus noceat, Nicol. Garcia de benef. part. 11. cap. 10. per tot. vbi agit de vacatione beneficiorum ob priuationem.

7 Et in terminis † nostrarum Commendarum loquens, Ioan. Matienz. in l. 6. gloss. 2. tit. 20. lib. 5. Recopil. & schedulæ plures, quæ habentur in 2. tom. impress. ex pag. 200. ac præcipuè illa dat. Matr. 5. April. ann. 1552. quæ casus amissionis sigillatim connumerans, de quibus supra loquuti sumus, inquit, Commendam illicò ad Regiam Coronam redire, ibi: *Si aquel, ò aquella muriere, ò los dexare, ò por algun caso los perdiere, han de tornar los dichos Indios luego à nuestra Corona Real.* Ad quæ respiciens Ioseph. Acosta de proc. Ind. salute, lib. 3. cap. 11. pag. 316. sic ait: *Nostrorum autem hominum prima cum Rege pactio fuit, vt Indorum à se expugnatorum administratio, tum sibi, tum primo successori, aut hæredi firma, ratáque esset, exinde Regi liceret, cuicunque placuisset, adscribere.*

8 Et hinc est, † quod licet Commendæ, qua parte beneficium Principis continent, & seruitiorum remunerationem, fauorabiliter accipiendæ sint, l. beneficium, D. de const. Princ. cap. decet, de reg. iur. in 6. cum similibus, quæ tradit Sarmient. lib. 1. select. cap. 12. & Cacheran. cons. 19. num. 10. qua tamen onerum implementum desiderant, Regisque seruitium respiciunt, & in eorum contrauentionem pœnam priuationis statuunt, odium rationabile, vel imò fauorem, & æquitatem continere videantur, quæ in puniendis ingratis, & beneficiis abutentibus, ac iuramenta non obseruantibus, consideratur, vt in simili de feudis loquens obseruat Ripa in l. fin. quæst. 41. num. 137. & seqq. & Rosenthal. d. cap. 10. conclus. 14. litt. B, vbi alios adducit.

9 Necnon etiam propter naturam † reuersionis Commendarum ad Regiam Coronam, à qua processerunt, quæ item fauorabilis esse solet, vt notant DD. per text. ibi in cap. 1. de eo qui finem fecit agnat. & plures alij, quos recensent Tiraq. Cassan. Cacheran. Menoch. Marescot. & Monterus à Cueua, quos citaui sup. lib. 1. cap. 23. num. fin. & vltra eos Abb. in cap. veniens, num. 12. de præscript. vbi notat, quod factum solius Prælati nocet Ecclesiæ, quando per illud reditur ad ius commune, sequitur Felin. ibi num. 5. Ias. in l. si constante, num. 174. solut. matr. Prout etiam consensus Capituli necessarius in alienatione rerum Ecclesiæ, non requiritur, quando per illam res reuertitur ad suam naturam, Felin. in cap. cùm omnes, num. 8. Mantua 40. Ferretus de constit. Curtius de feudis, 2. part. quæst. 5. num. 8. & cons. 273. n. 14. lib. 3. & Beroius cons. 7. num. 17. lib. 3. tradunt alia Menoch. lib. 2. præsumpt. 16. num. 21. Mangil. de imputat. quæst. 45. num. 12. Greg. Lopez in l. 5. tit. 11. part. 4. gloss. 3. & eo respiciens Seneca de tranq. anim. cap. 11. ait: *Reuerti vnde veneris, quid graue est?* tradit alia nouissimè Dom. Episcop. Pacensis in cap. cæterùm, n. 29. & in cap. Clerici, num. 34. de iudic.

Et ob hæc dicimus, † feudo amisso, vel finito ob delictum, aut lineæ defectum, non tam vacare videri, quam domino ipso iure aperiri, libereque ad eum redire, vtiléque dominium cum directo consolidari, & quod possessio ciuilis naturalem ad se trahit, eamque dominus propria auctoritate apprehendere possit, quasi hac conditione, mente, & animo prima concessio facta intelligatur, cap. 1. si de feudo defunct. cap. 1. de succes. fratr. cap. 1. de duobus fratribus, text. in simili, cap. statutum, de præben. in 6. l. quæro, §. inter locatorem, D. locati, l. locorum, C. de omni agro deserto, lib. 10. Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 31. de constit. & in cap. bonæ, col. fin. vers. Et scias, de electione. Idem Baldus, Iason, Schraderus, & plurimi alij, quos refert, & sequitur Rosenthal. d. tract. de feud. cap. 7. q. 24. num. 21. & quæst. 60. num. 13. & 14. litt. N, & O, & Menoch. quem ipse non allegat, cons. 503. num. 7. & 8.

Quod tamen † efficere non debet, vt in casibus à iure non expressis, amissio, vel priuatio feudi, vel Commendæ inducatur, nisi culpa, vel causa maior sit, aut æqualis, ita vt omninò sub ratione legis comprehendi videatur, vt docent Isernia, Præpos. & alij in cap. similiter, n. 1. quibus mod. feud. amit. & latissimè Ripa, Schrader. & Rosenthal. vbi suprà & idem Rosenthal cap. 9. quæst. 54. n. 12. quia pœna † vbi non est expressa, ibi delinquens arbitrio iudicis punitur, vt probat text. & ibi DD. in l. continuus 138. §. cum ita, D. de verb. oblig. melior text. in l. 1. §. expilatores, D. de effract. Neuiz. cons. 75. num. 5. & Menoc. de arbit. casu 364. n. 14. & casu 365. num. 1. & seqq. & in terminis priuationis beneficiorum Nicol. Garcia de benef. part. 11. cap. 10. num. 2.

Ex quibus aptè, & vtiliter infertur, † quod licet quis soleat feudo, & Commenda priuari ob ingressum Religionis, vt communiter docent omnes feudistæ, per text. ibi in cap. qui Clericus, si de feudo defuncti controu. fuer. & per text. & ibi Bald. in cap. 1. de vassall. qui bellica arma deposuit, ibi: *Venerabilem domum iurauit, habitúmque religionis assumpsit, & sic conuersus factus est.* Idem Bald. in l. si finita, §. si de vectigalibus, col. 2. de damn. infect. Ioan. Andr. Butrius, Abb. & Felin. num. 79. in cap. in præsentia, de probat. Fran. Aretin. cons. 14. Calderin. cons. 4. de feudis, Oldrad. cons. 224. Catelian. Cotta in memor. iur. verb. Legitima, Gratianus reg. 321. num. 1. & plurimi alij congesti à Menoch. cons. 181. num. 75. & seqq. & Rosenthal. dict. tract. de feud. cap. 7. quæst. 29. per totam, iuncto textu, de iure nostro Regio, in l. 6. titul. 26. part. 4. vbi Greg. Lopez, & aliis, quæ adduxi sup. hoc lib. cap. 5. num. 14. & cap. 17. ex num. 64. Hoc tamen, † cum non sit satis expressum in iure, an de ipso ingressu religionis, vel professione iam emissa intelligendum sit, tutius erit ad professionem restringere, quam interim dum quis non emittit, † verus Monachus esse non videtur, nec beneficium Ecclesiasticum, si quod habet, amittit, vt in cap. beneficium, de regular. lib. 6. vbi gloss. verb. Conferendum

endum, Concil. Trident. sess. 23. de reformat.
cap. 1. cap. non solum, & cap. religioso, 2. res-
pons. vbi latè Ancharr. & alij de sent. excomm.
lib. 6. cap. porrectum, & cap. ex parte, de regu-
lar. cap. consuluit, qui cler. vel vouent. cap. ad
monasterium, de statu regul. prin. & l. 1. tit. 7.
de los Religiosos, part. 2. cum latè adductis à
Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 8. ex n. 22.
Menoch. de arbitrar. casu 436. & de præsumpt.
lib. 6. præsumption. 83. & 84. Carol. Tapia in
Auth. ingressi, verb. Ingressi, cap. 1. num. 31. &
seqq. & verb. Sua, cap. 2. per totum, Nicol. Gar-
cia de benef. parte 11. cap. 9. per tot. Quamuis
in aliis vti, & gaudere soleant nouitij priuile-
giis aliorum Religiosorum, vt iidemmet Au-
ctores obseruant, & nouissimè è D. D. Felicia-
nus à Vega, Episcop. de la Paz, in cap. decer-
cernimus, de iudiciis, num. 118. pag. 78. vbi alios
plures diligenter adducit, & D. Carleualius,
omnino videndus, in tract. de iudiciis, disp. 3.
q. 6. sect. 3. num. 439. & seqq.

Et in terminis nostræ quæstionis, de feudis
loquens, expresè tenet Greg. Lopez dict. l. 6.
part. verb. Religioso, reprobans opinionem
Andr. de Isernia, contrarium tenentis, in d. cap.
qui clericus, † & respondens ad text. in quo ni-
titur, nempè cap. 1. vers. Ex hoc illud, de feudo
fœmineo, quod debet intelligi de eo, qui exiuit
de Religione post professionem emissam, ita
vt exeundo in apostasiam incurrat, vt in dicto
cap. porrectum, & cap. 1. de voto. Nam alias illa
opinio esset impeditiua religionis, & cum noui-
tius iure permittente exire possit, quod illum
non adstringit, nisi in casum professionis, nul-
lam pœnam meretur, argum. l. Gracchus, C. ad
leg. Iul. de adult. l. si cui, D. de seruit. l. quamquam,
D. de ritu nuptiar. & idem sequitur Bald. &
Præpos. num. 2. Afflict. num. 11. in d. cap. qui Cle-
ricus, Thom. Marin. in tract. de feudis, lib. 1. tit. 2.
num. 139. Carol. Tapia d. verb. Sua, cap. 14. n. 16.
Menoch. de arbitr. casu 231. num. 16. vbi † quòd
feudum per hoc tempus debet esse in suspenso,
quia fieri potest, quod emittat professionem,
atque ita efficiatur omninò incapax; fieri etiam
potest, quod egrediatur, & sic feudum, vel Com-
mendam, sicut quælibet alia bona allodialia,
recuperet: & idem tenere videtur Rosenth. d.
tract. de feud. cap. 7. conclus. 29. num. vlt. & litt. V,
vbi reprobat opinionem eorum qui existima-
bant, per solum votum Religionis feudum
amitti, ex verbis † text. in d. cap. qui clericus,
ibi: Aut votum Religionis assumit. Nam verius
est, text. illum intelligendum esse, si Religionem
cum effectu assumat & profiteatur, vt apertè
ostendum Bald. Iacob. de Beluiso, & Laudens.
ibid. n. 3. qui text. illum de vero Monacho expli-
cant, & plures alios adducens D. Valençuela
consil. 83. num. 129. & seqq. part. 1.

Quæ tamen priuatio, † Monachatus, aut
Clericatus causa contingens, licet secundum
aliquos ita accipienda, & practicanda sit, vt
per eam etiam exclusi maneant filij naturales,
& legitimi, vel alias ad successionem talis Cle-
rici, Monachiuè vocati, quasi factum patris in
feudo nouo filiis obstare, & nocere possit, vt
per Iacob. de Ardizo, Balzaran. Afflict. &
alios, quos refert Thom. Marin. vbi suprà tit. 3.
num. 35. & 36. & Hartm. Pistor (licèt sub du-
bio) lib. 1. part. 2. q. 33. n. 16. Contraria senten-
tia longè verior & receptior est, quoniam cum

talis Monachatus, † professione sequuta, pos- 20
sessorem veluti mortuum efficiat, cap. cum si-
mus, de regular. l. Deo nobis, vbi Bald. & alij,
C. de Episcop. & Cler. cum similibus, & in no-
stris terminis idem Bald. in d. cap. qui Cleri-
cus, n. 2. ibi: Sed si factus est Monachus, om-
ninò vacat feudum, maiori ratione, quia ha-
betur pro mortuo: & plurimi alij apud Rosen-
thal. vbi suprà litt. Q, nulla est ratio cur filij, vel
alias ad successionem vocati, in hoc casu va-
cationis excludantur, præsertim in qua nulla
culpa amittentis considerari potest, vt optimè
aduertunt Laudens. Præpos. Albarot. Zasi.
Eguinat. Varo, Curtius Iunior, Vvesemb. Ca-
pitius, Borcholt. Scheneiduinus, & alij, quos
referens de communi testatur Iul. Clarus in §.
feudum, q. 78. n. 3. & Rosenth. vbi suprà num. 13.
& 14. & in addit. litt. P.

Et hoc adeò verum est, vt procedat etiam
in † priuatione, & confiscatione Commendæ, 21
vel feudi ex pacto, & prouidentia, quæ fit pro-
pter patris delicta, quæ hanc pœnam merean-
tur, quoniam adhuc, nisi contrarium in iure,
vel in feudi, siue Commendæ inuestitura, &
concessione expressum sit, patris quidem deli-
ctum ipsi tantum nocebit, & † pro eius vita (vt 22
maximè) fructus, & reditus feudi, vel Commen-
dæ confiscabuntur; cæterum, eo mortuo, filij, vel
vxor, qui ex lege successionis ad Commendam
vocantur; ex ipsius legis beneficio ad eam ad-
mittentur, vt tetigi suprà hoc lib. cap. 14. n. 23.
& probat text. in cap. Imperialem, §. illud quo-
que, de prohib. feud. alien. per Feder. cap. si vas-
sallus, si de feud. fuer. controuers. l. 3. vbi Bart. n. 1.
& 2. D. de interd. & relegat. l. Imperator, D. de
fideicom. liber. l. Statius Florus, §. Cornelio Feli-
ci, D. de iure fisci, l. cùm propter, §. hæreditatem, D.
de legat. 2. l. ex facto, §. ex facto, D. ad Trebell.
& latè, alios allegans, resoluit Alex. in l. apud
Iulianum, §. si quis alicui, num. 4. vbi etiam
Aretin. D. de leg. 1. Ias. in l. 2. in fine, C. de iu-
re emphyt. Bertrand. qui de communi testatur,
cons. 138. num. 5. vol. 2. & post plures, quos
refert Couarr. lib. 2. var. cap. 18. num. 2. Valasc.
de iure emphyt. quæst. 49. num. 6. Ioan. Garcia de
nobilitate gloss. 6. num. 38. vers. Sextò, quia in
feudis, fol. 136. Petrus Petra de potest. Princip.
cap. 17. num. 96. & 97. & cap. 23. num. 92. &
cap. 25. num. 55. Ægid. Bosius in prax. tit. de
Principe, & eius priuil. n. 310. Menoch. cons.
519. num. 5. cons. 534. n. 4. & seqq. & cons. 1156.
num. 42. Molina de primog. lib. 4. cap. 11. q. 4.
& 5. & alibi passim, Farin. in prax. crim. lib. 1.
tit. 3. q. 25. ex n. 62. Fusar. de substit. q. 529 per tot.
Gail. de pace pub. lib. 2. cap. 14. ex n. 16. D. Ioan.
del Castillo lib. 5. controuers. cap. 93. §. 8. num. 23.
Ioan. Caruallus in tract. de vna & altera quar-
ta, 2. part. num. 396. & seqq. & Fachin. lib. 7.
controu. cap. 20. & seqq.

Et in ipsis nostratum Commendarum ter-
minis loquens † eruditissimus vir Dom. D. 23
Franc. Alfarus, mihi multis titulis obseruan-
dus, & olim in Limensi Conuentu collega, nunc
in supremo Rei Dominicæ Senatu meritissi-
mus Consiliarius, in suo tract. de offic. Fiscal.
gloss. 20. num. 254. & seqq. vbi tamen benè
defendit, & in Regia Cancellaria Argentina
obtinuisse dicit anno 1599. quod † si com- 24
missum crimen læsam Maiestatem respiciat,
exceptum à prædicta regula censeri potest,

ita vt ad filios delinquentis Commenda non transeat, quamuis illa in prima (quod aiunt) vita eam possideat, *ex cap. 1. de success. feudi, & toto titulo si vassall. feud. priuetur.* Cùm hæ Commendæ ob merita, & præclara in Regem, ac Regnum seruitia (vt sæpè diximus) concedantur, & ad filios, vel vxores ex Regia etiam liberalitate extendantur, quibus se, tale crimen commitens, prorsus indignum reddit, nedum in his Commendis, quæ feuda noua vocari possunt, cum ab ipso patre delinquente fuerint acquisita, à quo filij causam habent, verùm & in feudis antiquis, ex multorum opinione, quæ nititur *in l. quisquis, C. ad legem Iul. Maiest. cap. cùm secundum leges, de hæret. in 6. l. 2. & 4. tit. 2. part. 7. l. 2. tit. de las traiciones, lib. 8. Ordin.* Quibus ca-
25 uetur † in his delictis, ipso iure, & à die commissionis priuationem incurri. Melior text. *in cap. si Capitanei, quibus mod. feud. amitt. cap. 1. §. si vassallus si de feud. defunct. controu. inter dom. & ag.* ibi: *Si vassallus culpam committat propter quam feudum amittere debeat, neque filius, neque eius descendentes ad id feudum reuocabuntur, cap. 1. §. denique quæ fuit prima causa benef. amitt.* ibi: *Vt siquidem vassallus ita in dominum peccauerit, vt feudum amittere debeat, non ad proximum, sed ad dominum beneficium reuertatur, vt hanc saltem habeat iniuriæ suæ vltionem*; A quorum auctoritate non audet recedere Iul. Clarus *in §. feudum, q. 63. n. 3.* & fuit doctrina originalis Bald. *in d. cap. Imperialem, §. callidis, num. 7. de proh. feud. alien. per Freder.* quam latiùs, alios adducens, prosequitur Gigas *in tract. de crim. læsæ Maiest. in Rub. de pœn. committ. q. 5. per totam,* Matth. de Afflict. *in cap. 1. §. item si fidelis, num. 26. & 27. quib. mod. feud. amitt. & decis. 265. num 60. & decis. 385. num. 4.* vbi ait, feuda non confiscari, nisi ob crimen læsæ Maiestatis, Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 7.*
26 *cap. 40. num. 15.* Vbi concludit, † feudo per rebellionem aperto, primam inuestituram nunquam postea in consideratione haberi, & innumeri alij, quos refert, & sequitur Rosenthal. *d. tract. de feud. cap. 10. quæst. 35. num. 37. litt. DD. & num. 70. 82. 83. & seqq.* Et est videndus *eod. cap. 10. quæst. 5. num. 29.* vbi rectè conclu-
27 dit, † delictum mariti in Commenda, vel feudo dotali vxori non obstare, & rationem discriminis tradit, & est videndus Caballus 1. *tom. resol. crimin. cap. 182.*

Sed est quæstionis, & quidem grauissimæ,
28 an † possit Princeps, etiam citra vllum delictum feudatarij, vel Commendatarij, eum feudo, vel Commenda priuare? vel in vniuersum ex causa, vel sine causa pro libito voluntatis, omnes Commendas iam concessas, & à priuatis possessas, extinguere, aut reuocare, & ad Regiam Coronam reducere? Et pro parte affirmatiua non ineptè considerari potest, Com-
29 mendas † nostras, vt & ipsum nomen ostendit, veluti in depositum, ac precario nomine datas fuisse, vt latius dixi *sup. hoc libro, cap. 1. num. 4. & cap. 16. ex num. 1.* quod vbi accidit, ad libitum reuocari posse, satis apertè constat *ex titulo integro D. depositi, l. 1. D. de precario,* &
30 in † feudis signanter respondit Alex. *cons. 216. num. 5. vol. 2.* Ias. *cons. 1. col. 7. vers. Tertiò principaliter, vol. 1. argum. l. Lucius, D. de donation.* & ante eos Bald. *in l. qui se patris, numer. 13. C. vnde liberi,* quos refert, & sequitur Petrus Petra *in tract. de potest. Princip. cap. 32. quæst. 3. n. 151.*

Quibus addo † text. & gloss. *in l. 1. vers. La otra manera, tit. 26. de feudis, part. 4.* vbi expresse deciditur, feuda, quæ vocantur de Camera, hoc est, quæ ex Regia Camera persoluuntur, quibus nostræ Commendæ similes esse videntur, ad Regis nutum adimi posse, ibi: *E este feudo atal puede el Rei tollerle cada que quisiere,* quem text. in nostris terminis expendit Matienz. *in l. 6. gloss. 2. tit. 10. lib. 5. Recop. num. 3. cum seqq.*

Præsertim cum Commendarum vsus propter bella Indica cœperit, & ad sedandas seditiones, quæ primis illis temporibus moueri cœperunt, quod efficit, † vt faciliùs reuocationi subiaceant, ex doctrina Felin. *in cap. 1. col. 3. artic. 7. de probat.* quæ habet, donationes quas Principes faciunt in bello, aut tempore belli non valere, vel iustè reuocari posse, quem refert, & sequitur Grammat. *voto* 88. & alij relati à Loazes *in allegat. pro Marchione de los Velez, pag. 107. num. 8.* & Ioan. Garcia *de nobilitate, gloss. 2. num. 29.* vbi quod non valent donationes factæ à Rege existente *en cuita è afincamiento,* & Georg. Cabed. *decis. Lusitan. 75. num. 12. part. 2.* vbi qualiter Rex Lusitan. Ioan. I. limitauit donationes, quas fecit tempore belli, prout & apud Castellanos Rex Enricus II. *in l. 11. tit. 7. lib. 5. Recopil.* & Enricus IV. *in l. 8. & 10. tit. 2. lib. 2. l. 4. & 17. tit. 10. lib. 5. l. 7. titul. 2. l. 29. tit. 14. lib. 6. l. 37. tit. 13. lib. 8. l. 15. tit. 27. lib. 9. eiusd. Recop.* circa quas plura scribunt Matienz. & Azeued. ibid. Otalora *de nobilit. 4. part. princip. cap. 4.* Ioan. Garcia *eod. tract. gloss. 2. per totam,* Mariana *de reb. Hispan. lib. 10. cap. 2.* Illescas *in histor. Pontif. lib. 6. cap. 19. fol. 117.* Eman. Costa *in quæst. patrui & nepotis, 1. part. per totam,* Molina *de primog. in præfat. num. 15. & lib. 1. cap. 5. num. 12.* vbi eius Addit. alter Molina *de maiorat. disp. 579. num. 9.* D. Valençuela *cons. 69. num. 6.* Et conducit illud Senecæ *lib. 4. de benef. cap. 36. Multa Reges, in bello præsertim, opertis oculis donant.*

Secundò, adduci potest, † quod vt in feudis, ita & in nostris Commendis, & si contractus quidam synallagmaticus iniri videatur, gratia tamen, & beneficium Principis præponderat, arg. *l. Titius puerum, D. de obseq. præst.* & eorum, quæ latiùs adduxi *sup. hoc lib. c. 23. num. 1. & seqq.* quo stante, communis DD. opinio esse videtur † Principem sine causa de plenitudine potestatis, & cum causa, de iure, & potestate ordinaria, feuda, quæ semel concessit tollere posse, *arg. d. l. Titius puerum, & l. qui fundos, C. de omni agro deserto, lib. 11* quas ad hoc singulares esse inquit Bald. *in d. l. qui se patris,* Albarot. & alij feudistæ, *in cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. & in c. 1. per text* ibi de natura feudi, Innocent. *in cap. ad Apostolicam, de simon.* Paul. Castrens. *in l. digna vox, num. 6. C. de legibus,* Socin. Senior, omninò videndus, *cons. 87. num. 13. vol. 3.* Barbat. *cons. 43. col. 2. volum. 1.* Cassanæus *cons. 1 num. 86.* Ripa *in tit. de diuers. rescript. respons. 5 n. 14.* & alij, quos refert Petra *vbi suprà n. 35 & 36.* vbi etiam addit, idem esse obseruandum in † aliis contractibus, & donationibus etiam remuneratoriis, quoniam Princeps ex iusta causa, vbi agitur de magno præiudicio, eas

reuocar[e]

reuocare poteſt, & etiam ſine cauſa, ſi de modico præiudicio tractetur, vt concludit Alex. *conſ.* 216. *num.* 30. *volum.* 2. Bald. *in d. l. qui ſe patris, numer.* 14. Afflict. *in conſtit. Neapol. conſtit. ea quæ ad decus, col.* 3. *in princip.* & alij plures quos refert Ægid. Benedictus *in l. ex hoc iure, D. de iuſt. & iure,* 2. *part. cap.* 1. *n.* 6. *& ſeqq.*

Et generaliter, quod donationes, & conceſſiones, quæ ex ſola gratia, & voluntate procedunt, ex eadem ſola voluntate reuocari poſſint, communis Doctorum opinio affirmare videtur, quam reſoluit Afflict. 128. *num.* 10. Roman. *conſ.* 436. Greg. Lopez *in l.* 3. *verbo Mugeres, q.* 29. *tit.* 13. *part.* 6. Burgos de Paz *in procemio legum Tauri, num.* 327. Couarr. *lib.* 3. *var. cap.* 6. *num.* 1. Molina *de primog. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 20. Petra *de poteſtat. Princ. cap.* 24. *num.* 218. Mareſcot. *lib.* 2. *var. cap.* 30. *num.* 9. Suarez *de legibus lib.* 8. *cap.* 37. *num.* 7. *&* 10. Thom. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 33. *num.* 11. & Gonçalez *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 35. *num.* 32.

Tertiò, poteſt expendi, † quod cum noſtrarum Commendarum inſtitutio, & conceſſio, ex noſtrorum Regum benignitate, & voluntate, iuſtis conſiderationibus informata, proceſſerit, vt ſæpè retulimus, & apertè affirmat D. Præſes Valençuela *conſ.* 83. *num.* 113. nihil eſſe videtur, quod impediat, eidem inſtitutioni, & conceſſioni in communi, vel in particulari finem imponere, vel aliam ſuper eiſdem Commendis formam introducere, vbi id ſibi expedire viſum fuerit: cùm certum, atque exploratum ſit, † in his, quæ ad ius poſitiuum reſpiciunt, poſſe ſupremum Principem reformationem generalem facere, eamque obſeruari debere etiam contra leges, & ſtatuta anteriora, quæ contrarium iuberent, vt tenet Bart. & reliqui Scribentes communiter, *in l. omnes populi, D. de iuſt. & iure, & in l. cunctos populos, C. de ſumm. Trinit.* latè Felinus *in cap.* 1 *& in cap. traſlato, de conſtit.* Platea, & alij *in l. neminem, C. de ſuſcept. & arcar.* Pariſius *conſ.* 47. *n.* 11. *&* 12. *volum.* 3. Corſetus *de poteſt. Regia, quæſt.* 2. *num.* 9. Quod adeò verum eſſe docet Paul. Caſtrenſ. *in l. vniuerſi, num.* 3. *C. de precib. Imper. offeren.* † vt talis reformatio ſeruari debeat, licet fieret ſine forma, & ſolemnitate data ad reformandum per *l. humanum, C. de legibus,* cuius dictum ſequuntur Alex. & Iaſ. *in eadem l. vniuerſi,* Decius *conſ.* 10. *num.* 14.

Et ſatis confirmat communis opinio Canoniſtarum, qui docent † Papam poſſe iuri poſitiuo derogare, & contra illud diſpenſare, & diſponere ad ſui libitum, etiam ſine cauſa, ſecundùm Innocent. *in cap. cùm ad Monaſterium, num.* 3. *de ſtatu Monac.* Domin. *in cap. ſi eo tempore, num.* 5. *de elect. in* 6. Felin. qui plures refert *in cap. ad audientiam, el* 2. *num.* 4. *de reſcript.* Curt. Iun. *conſ.* 1. *n.* 18. *& ſeq.* Mandoſ. *in reg.* 30. *Cancell. q.* 5. *n.* 5. qui dicit eſſe communem & veriorem opinionem, Principem ſupremum habere liberam poteſtatem immutandi ea, quæ ſunt iuris poſitiui, Pontan. *de ſpolio, lib.* 3. *n.* 100. Flam. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 5. *q. vlt. n.* 126. Petra *vbi ſuprà cap.* 32. *concl.* 2. *n.* 10. & plures alij, quos refert Thom. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſput.* 18. *num.* 2.

Quod etiam procedet, † quamuis talis reformatio tendat in præiudicium aliquorum priuatorum, veluti vbi Rex per legem generalem concedit immunitatem, ſeu reformationem aliquorum tributorum, quæ ſibi, & aliis inferioribus dominis à certis perſonis præſtari ſolebant. Nam talis lex obſeruanda erit, vt pluribus probat Bertazol. *in l. ſi quis maior, C. de tranſact.* Ant. Monachus *deciſ.* 1. *num.* 20. *& deciſ.* 23. *num.* 16. & videtur colligi ex text. notabili per argumentum ab ſpeciali *in l.* 11. *tit.* 18. *part.* 3.

41 Et magis in terminis, † quod Princeps poſſit donationes ſuas per viam modificationis reducere ad legem æquitatis, & iuſtitiæ, & ſtatuere, quem modum beneficij ſui velit, vt aliàs dixit I. C. *in l. Neratius, D. de reg. iur.* docere videtur text. *in l. qui fundos, C. de omni agro deſerto, lib.* 11. Iſern. & alij relati à Molina *lib.* 4. *de primog. cap.* 3. *num.* 10. *&* 17. Bald. *in l. nuptæ, D. de Senator.* Angel. *in l. Lucius, D. de euiction.* Bellon. *conſ.* 18. Montaluus *in l.* 2. *tit.* 12. *lib.* 3. *Fori, gloſſ. no puede,* Palacios Rub. *in repet. Rubr.* §. 69. *num.* 15. Pinel *in l.* 1. 3. *part. C. de bon. matern. illat.* 16. Eman. Coſta *in l. cùm tale,* §. *ſi arbitratu, limit.* 2. *in fine, D. de condict. & demonſtr.* Aluar. Valaſcus, agens *de lege mentali Luſitaniæ, conſult.* 119. *num.* 12. *& conſult.* 132. *n.* 15. *part.* 2. Cabedus *deciſ.* 75. *num.* 12. *part.* 2. Mantica *de tacit. conuent. lib.* 13. *tit.* 40. *num.* 5. Fontanella *de pact. nuptial. clauſula* 4. *gloſſ.* 5. *numer.* 20. *cum ſeqq.* & Mareſcotus *lib.* 2. *variar. cap.* 30. *num. fin.*

Quartò, & multum in ſimili facit, quod ex prædictis rationibus, & quia † beneficia 42
Eccleſiaſtica à Papa fluunt, & refluunt, *cap.* 2. *de præbend. in* 6. *Clem.* 1. *vt lite pendente, in fine,* cum latè traditis à Hieron. Gonçalez *in regul.* 8. *Cancell.* §. 1. *proœmiali,* iidem etiam Canoniſtæ communiter docent, † eundem Pa- 43
pam habere plenam, & abſolutam diſpoſitionem omnium beneficiorum, & poſſe de poteſtate ordinaria, etiam ſine cauſa, Clericum ſuo beneficio priuare, & vni auferre, & alteri dare, quia eius poteſtas, quoad hæc, nullis regulis, aut legibus coarctatur, vt per DD. *in cap.* quæ in Eccleſiarum, præcipuè Decium *n.* 111. *de conſtit. Domin. in cap. gratioſe, de reſcript. in* 6. *num.* 16. *& conſ.* 99. *num.* 7. Iaſ. *in l. Barbarius, num.* 43. *de off. Prætor.* & innumeros alios, quos refert Anton. Gabr. *in comm. concluſ. tit. de iure quæſito, concluſ.* 1. Cened. *collect.* 21. *ad Sextum, num.* 1. Nicol. Garcia *de benef.* 5. *part. cap.* 1. *num.* 2. *& ſeqq.* Petra *vbi ſupra cap.* 29. *num.* 9. & Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 10. *num.* 18. vbi † quod omnia 44
beneficia ſunt manualia reſpectu Papæ, & D. Valençuela *conſ.* 4. *num.* 161. *&* 162. Quibus adſtipulatur, quod in materia tollendi iuris quæſiti, tradunt DD. nimirum † facilius poſſe 45
tolli per Principem ea, quæ ipſe eiſdem conceſſit quam quæ ipſi vaſſalli ſua induſtria, & laboribus comparatunt, vt latè per Tiber. Decian. *conſ.* 25. *num.* 4. *lib.* 1. Lancellot. Conrad. *in temp. iud. lib.* 1. *cap.* 1. *de Imperat.* §. 4. *verſ.* 8. *num.* 6. Philip. Portium *de reg. iur. q.* 15. *verſ. Limita* 2. Villar Maldonado *in ſylua reſponſ. lib.* 1. *reſponſ.* 8. *num.* 29. *&* 58. & Maſtril. *de magiſt. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 318.

Sed licet hæc ita diſputari poſſint, † in- 46
ſpecto tamen præſenti ſtatu Commendarum, & quod licet olim precario, & veluti in depoſi-

tum darentur, hodiè tamen effectæ iam sunt, veluti proprium patrimonium Commendatariorum pro tempore concessionis. Necnon etiam, quod semper dantur, aut certè dari debent, benemeritis, & in præmium, ac remunerationem laborum, & seruitiorum, quæ pro Rege, & Regno subierunt, & præstiterunt, & in posterum, vbi occasio poposcerit, subire, & præstare tenentur, vt dixi latius *suprà hoc lib. cap.1. & 2. cap. 23. & seqq.* Contraria quidem sententia mihi longè iustior, tutior, & communior
47 videtur, videlicet † non posse Regem nostrum sine grauissima, & legitimata causa eas in totum, vel in partem reuocare, vel reformare in præiudicium possessorum.

Pro quo in primis considero celebrem doctrinam Angeli relatam à Felino *in cap. quæ in*
48 *Ecclesiarum, n.48. de constit.* vbi † apertè docet, mortaliter peccare Principem, qui sine culpa, vel causa reuocare vellet gratias, & concessiones suis vassallis semel factas. Quod etiam iure nostro Regio comprobat optimus textus *in l.6. tit.20. lib.5. Recop.* vbi expresè cauetur: *Que las cosas que el Rei diere à alguno, non ge las pueda quitar el, ni otro alguno sin culpa, &c.* Cuius auctoritate motus Matienzus *ibidem gloss. 2. per totam*, idem expresè, multis considerationibus
49 ductus, † in nostris Commendis affirmat, & eas feudis rectis, hac in parte, similes esse dicit, *& n.6. & 31.* respondet *ad legem 1. tit. 26. p.4.* quæ feuda Cameræ ad libitum concedentis reuocabilia esse inquit, vt intelligatur de pensionibus (vulgò *entretenimientos*) quæ filiis, & descendentibus debellatorum, & antiquorum incolarum Noui-Orbis ex Regia largitate tribui solebant, de quibus *in l.22. & 30.* Nouarum legum ad regimen Indiarum latarum ann. 1542.

Quod tamen Ego notandum censui *suprà*
50 *c.3. n. 40. & seqq.* quia † Camera Regalis idem est quod fiscus, *l.3. tit.12. lib.2. ordin. & l. fin. eod. tit. quæ est l.11. tit.13. lib. 2. Recop. l. 3. tit. 14. lib.2. eiusd. Comp.* ibi: *A nuestra Camara, ò Fisco*, cum aliis, quæ tradit Hugo de Celso *in repert.*
51 *verbo Fisco, vers.1.* Dictæ autem pensiones † non soluuntur ex Cameræ reditibus, sed ex tributis Indorum ad id destinatis, aut ex arca Regalis Gazæ, vnde, ni fallor, feuda Cameræ non sunt. Tum etiam, quia eadem ratio militat ad hoc, vt huiusmodi pensiones sint irreuocabiles, quæ in Commendis, cum institutæ sint pro benemeritis, aut illorum filiis, qui Commendas non habent, & sic sapiant earum naturam, in quarum locum quodammodò subrogantur, ex iuribus vulgatis, & beneficium Principis æqualiter contineant, & præseferant, quod, vt sæpè diximus, & statim dicemus, semper decet esse mansurum,
52 & † non solum ipsis, quibus conceditur sartum, & tectum tueri, verum & ad filios, & vxores post ipsorum mortem iugiter deriuari, vt *in l.1. C. de filiis official. lib.12. l.1.4. & 7. tit.27. part.2.* cum aliis quæ adducemus *infrà cap. 29.* & habetur in declaratoriis nouarum legum dat. Pinciæ 4. Iunij, ann.1543. *c.1.* & tenet Ant. de Leon *in tract. de confirm. Regiis, 1. part. cap.16. ex n.12.* vbi plura congerit de his pensionibus, siue *entretenimientos.*

Et est videndus Ant. de Herrera *in histor. gener. Ind. decad. 4. pag. 149.* vbi causas enumerat de conquisitoribus his Commendis † re-
53 munerandis, & Zapata *de iust. distribut. 3. part. cap. vlt. num. 32.* vbi tantum abesse inquit, vt Commendis priuari possint, quod imo maioribus aliis honorum titulis augeri, & remunerari deberent, quod etiam nouissimè, & grauissimè tangit P. Mag. Fr. Gaspar Villaroel, electus Episcop. Chilensis, *in lib. Ind. cap. 6. pag. 215.* Nulla habita consideratione doctrinæ *suprà n.32.* relatæ, scilicet quod donationes factæ tempore belli facilè reuocentur. Nam id non procedit in his, qui suis laboribus, & sumptibus militarunt, & Nouum-Orbem nostris Regibus acquisierunt, vt dixi *suprà cap.1. & 2.* quin potiùs sumus in alia doctrina, quæ † habet, quod in terris nouiter partis, possunt, & debent Reges gratiores, & liberaliores existere, de qua latè per Burg. de Paz *cons. 25. numer. 14. fol. 102.* & meliùs, & ad rem nostram accommodatius Adam Contzen *lib. 3. Politic. cap. 9. n.2.* cuius memini *suprà hoc lib. cap.2. in fine*, & similiter in ea, quæ docet, quod priuilegia non soluendi gabellas, vel similia, quæ conceduntur alicui populo in remunerationem seruitiorum, & mediante hac immunitate ille populus fundatus, vel auctus fuit (quod planè in his nostris Indiarum coloniis, mediantibus Commendis, contigisse videmus) non debent facilè per Principem tolli, vel alterari, quia magis contractibus, quam donationibus assimilantur, cùm eorum fiducia populi commercia creuerint, *l.2. D. de iure immun.* Abbas *in cap. in nostra, de iudiciis*, Caccialup. *in l. omnes populi, n.181. D. de iust. & iure*, Tiber. Decian. *cons.51. n.27. vol.3.* Menoch. *cons.156. num.33. vol.2.* Pedrocha *cons.37. n.10.* & Pet. Petra *de potest. Princip. c.23. dubit.2. princip. num.100.*

Secundò facit, quod si nostras Commendas feudis similes esse volumus, & ex eorum natura regulari, vt sæpè regulandas esse monuimus, verior, & communior sententia est, non posse † Principem de potestate ordinaria feuda semel (etiam ob gratiam) concessa, vassallis adimere, absque graui aliqua ipsorum culpa, vel vrgenti alia causa, quæ publicam vtilitatem concernat, & tunc quidem competenti cambio, seu remuneratione eisdem loco satisfactionis signato, vt probat text. *in cap. 1. de natura feudi*, & ibi Bald. & alij, *& in cap. 1. de feudo sine culpa non amittent.* gloss. & idem Bald. *in cap.1. §. fin. de his, qui feud. dar. possunt*, vbi inquit, quod Papa, & Imperator non possunt infringere iura vassallorum, nec eos feudo priuare, nisi conuictos, quia consuetudines feudorum ligant Principem, & potentius est ius naturale, quam Principatus. Idem etiam tenet Andr. de Isernia *in constit. ea quæ, num.5. lib.1.* Ias. *cons.86. num.5. vol.3.* Innocen, Abb. Butrius, & Felin. *num.48.* Decius *n.19. & seqq. in d. cap. quæ in Ecclesiarum, n. 19. & seqq.* Vbi † quod dominus feudi feudatarium priuare non potest feudo, neque aliqua parte eiusdem, neque eidem imponere noua onera, conditiones, vel limitationes, vltra id quod tempore concessionis conuentum fuit, Paul. Paris. *cons. 11. num. 44. & cons. 101. num. 11. & seqq. lib. 1.* plurimi alij, quos refert, & sequitur Matienz. *d. gloss. 2. n.2.* & vltra eos Greg. Lop. per text. ibi *in d. l. 1. tit. 26. & in l.5. tit.25. part.4. gloss.5. & in l.7. eod. tit. & part.* Vbi † an Princeps possit compellere vassallos ad dimittendum feudum? Petr. Petra *d. tract. de potest. Princip. cap. 15. num. 68.* vbi

quod

quod dominus feudi non poteſt iura feudalia inuitis vaſſallis alienare, nec in aliquo præiudicare, & *d.cap.32.q.2.n.22.* vbi quod neque ſpem ſuccedendi in feudo, etiam nudam, & imperfectam tollere poſſit, & *q.3 num.110. & ſeqq.* vbi quod etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt reuocare feudum conceſſum per viam contractus, & quod licet ab initio ſit gratuitum, ex poſt facto tamen tranſit in contractum, & *n.185. 194. & 195.* quod non poteſt à ſe inueſtitutum de feudo deſueſtire, nec etiam eius ſucceſſorem, & *n.121.* quod non poſſit aliquod onus apponere vltra naturam feudi. Quod & tradit Menoc. *conſ.181.n.55.* loquens de reuocatione feudi conceſſi per contractum, & *conſ.1156.n.39.* vbi quod nec poteſt, feudo ſemel conceſſo, nouum modum ſuccedendi conſtituere, niſi parum lædat, & *lib. 2. præſumpt. 10. n.50. & 51.* vbi quod non poteſt Princeps, niſi cum iuſta cauſa reuocare feudum, & maximè ſi ſit antiquum, & eſt omninò videndus Roſent. qui ad eandem rem innumeros cumulat, & contrarium ſentientibus plenè reſpondet, *in d.tract.de feud.c.10.q.11.per totam*, & Maſtril. *de magiſtr.lib.3.c.4. n.57. & ſeqq.* vbi quod dominus vaſſallum feudo priuare non poſſit abſque cauſæ cognitione, & idem Petra *d. c.32. q.5.n.58.* vbi quod feudum conceſſum ob benemerita non poteſt per Principem auferri, & Martin. Mager. *de aduoc. arm. c.11.num.190.& c.16. n. 191.* vbi quod etiam Imperator, & ex plenitudine poteſtatis, feudum ſine cauſa tollere nequit, & ſi id fecerit, tenetur vaſſallo ad reſtitutionem ſimilis feudi, & ad intereſſe.

Tertiò facit, quod etiam ſi Commendas tanquam contractus, donationes, vel priuilegia Principis metiamur, adhuc etiam in his, præſertim † vbi ex cauſa remunerationis proceſſerunt, crebrior, & certior eſt Doctorum aſſertio, quæ habet, nec reuocari, nec modificari poſſe per Principem concedentem, vel eius ſucceſſores, niſi donatarij grauis culpa præcedat, aut iuſta cauſa interueniat, & tunc in aliis rebus, id quod aufertur, compenſari debere. Et multi affirmant, ſolam cauſam ingratitudinis ad reuocationem donationis remuneratoriæ ſufficientem non eſſe, vt conſtat *ex l. ſi pater, §. fin.* iuncta gloſſ. *verb Irreuocabilis, D.de donat.l.donationes, quas Diuus, C.de donat.ante nup. cap.1. de probat.* Clem. Paſtoralis, §. *cæterum, de re iud. d. l. 6. tit. 10. lib. 5. Recop.cap. 1. de noua forma fidelit.* cum multis aliis, quæ de natura iſtarum donationum dixi *ſuprà hoc lib. cap. 1. & 2.* & vltra DD. *in d. cap.quæ in Eccleſiarum*, & Bald. *in d.l.qui ſe patris, C.vnde liberi*, notat Roman. *conſ.436.* Bartol. *in l. quod ſemel, de decret.ab ord.faciend. & in l.2. num. 10. D. de iure immun.* Alex. *conſ.307. vol.2.* Palac.Rub. *in repet.Rub.§.50.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. Donatione largitus, ex n.7.* Grammat. *deciſ. 65. à n.24.* Pet.Belluga *in ſpecul. Princip.Rub.2.n.3.fol.7.* vbi quod Princeps ad obſeruationem ſui contractus tenetur, & hoc omnis mundus habet pro Euangelio, latiſſimè Natta *conſ.122. n.6.& ſeqq. lib. 1.* Decian. *conſ. 51. num.26.volum.3.* Burſat. *conſ. 160. num. 33. vol. 1.* Hippol. Riminal. *d. conſ. 540. num. 96. volum. 5.* Aquiles Pedrocha *conſ. 37. num. 11.* doctiſſimè Surdus *conſ. 410. num.51.vſque ad 64. volum. 3.* Beroius *conſ.26. n.24.volum.1.* Menchaca *controuerſ.illuſtr. lib.1. cap.4.num.11.& cap.5.num.16.* Roland. *conſ.69.*
num.10. lib.1. Menoch. *de arbitr. lib.1. q.148. n.9.*
Ant. Gabriel *in commun. concluſ. tit. de non tol-*
ledo iure quæſito, concl.6.n.6. latè Rolandus *conſ.*
76. num.19. lib. 2. Aluar. Valaſcus *conſult. 72.*
num.5. Pinel. poſt alios, quos refert *in l. 1. 3.*
part.num.62.C.de bon. mater. Roder. Suarez *al-*
leg. 7. num. 8.& alleg. 9. num. 5. Matienz. per
text. ibi *in l.15. tit.10. lib.5. Recop. gloſſ.2.* Aze-
ued. *in l. 14. n. 42. tit. 3. lib. 1. Recop.* Gregor.
Lop. *in l.32. gloſſ.3. verb. No valdrà, quæſt.23.*
tit.9. part. 6. vbi ex his notanter deducit, quod
† quando Rex concedit facultatem ad conſti- 59
tuendum maioratum ob pecunias, vel ob ſerui-
tia illi facta, tunc non poteſt poſtea præſtare
facultatem ſucceſſoribus ad alienandas res in
huiuſmodi maioratu vinculatas, Burgos de Paz,
qui plura de his Principum contractibus, & re-
muneratoriis donationibus cumulat *conſ. 14. &*
25. Petrus Barboſa *in l. quia tale, num. 4. &*
ſeqq. n.25. vbi quod † priuilegia ob benemeri- 60
ta cenſentur realia, & perpetua, & tranſeunt ad
hæredes, Ioan. Garcia *in tract. de donat. remun.*
per tot. & præcipuè *num 8. & in tract. de nobil.*
gloſſ.3. §. 1. n. 17. vbi quod contractus initus à
Rege, vt Rege, & debet eſſe perpetuus, *& fol.*
137. col. 4. vbi quod priuilegium remunerato-
rium præciſe obſeruandum eſt, Pat. Rebell. *de*
obligat. iuſtitiæ, pag.222. vbi quod Princeps ex
cauſa, & non aliter poteſt reuocare donationes
ſubditis ob merita factas, Petra *vbi ſuprà c. 32.*
quæſt.2. num.48.& quæſt.3.n.84. vbi quod Prin-
ceps non poteſt etiam per indirectum venire
contra contractum cum ſubditis celebratum, nec
reuocare conceſſionem, aut priuilegium, quod
tranſiuit in contractum, *& cap. 32. concluſ. 2.*
n.60. vbi quod † quando reuocat per eum con- 61
ceſſa, præſumitur circumuentus, & per obliuio-
nem, vel errorem id feciſſe, niſi conſtet de eius
contraria voluntate, Camillus Borrellus *de*
præſtantia Regis Cathol. cap.64. n. 64. vbi quod
beneficia Principum perpetua, & permanentia
eſſe debent, D. Valençuela *conſ.99.n.29 & ſeqq.*
vbi innumera cumulat de donatis à Principe
non tollendis, *& conſ.2.num.69.* vbi quod † ca- 62
ſus fortuitus eſſe videtur, quod Princeps pacta
non ſeruet, prout & antea dixerat Petra *vbi*
ſuprà cap. 32. quæſt. 3. num.97. & conſ. 82. ferè
per totum, vbi quod benemerentibus non eſt di-
minuendus, ſed augendus honor, & quod † ti- 63
tuli, & honores conceſſi pro ſeruitiis, dicuntur
dati pro ſatisfactione debiti, Petrus Prema in
tract. de ſecuritatis promiſſione, quem refert
Martinus Magerus *in tract. de aduocatia arma-*
ta, cap. 11. num. 141. & 185. Vbi multa addu-
cunt † de conſtantia, & permanentia Principis 64
in verbis oris ſui, & eorum, quæ ſemel promiſit,
vel conceſſit obſeruatione, & conſeruatione, de
quo etiam Pet.Gregorius *lib.8. de Repub. c.8 &*
9. Cunon. *in tract.de pactis, c.14.per totum*, Mage-
rus *d.tract.de aduoc. arm. c.11. num.142. & ſeq.*
Remirez *de lege Reg. §. 3. num. 36.* vbi quod
omnes conuentiones, & iudicia Principis bo-
næ fidei ſunt, & eſſe debent, *& §. 30. ex nu-*
mer.38. Dom.Valençuela *conſ.2.à num.48.* Alua-
rez de Velaſco *in axiomatibus iuris, litt. B,*
num. 17. & 19. & quod grauius peccet, quam
quilibet priuatus frangendo fidem, & promiſ-
ſionem, Bald. *conſ. 324. in fine, lib. 1.* Molina
lib. 4. cap.3. num. 18. Tiraquel. *de nobilit. cap.*
20. num. 24. Gail. *lib. 2. pract. cap.51.* Matienz.

in l. 3. gloss. 12. num. 2. titul. 10. lib. 5. Recopil. Azeued. *ibidem numer.* 12. Craueta *consf.* 241. *numer.*19. *& seq.* & plura alia suo more cumulans D. Ioann. del Castillo *lib. 7. controuers. cap.* 18.*&* 41. Iacob. Cancer *lib.*3. *var.c.*3.*n.*46. 104. 110. *&* 154. vbi disputans, quæ sit potestas Principis in tollendo iure quæsito, resoluit, de potestate ordinaria illud tollere non posse, nec donationem remuneratoriam reuocare. &
65 quod † quoties ratione publicæ vtilitatis alicui damnum affert id debet de suo, vel ex aliis bonis Reipublicæ satisfacere, quod Ego etiam tetigi 1.*tom.de Ind.iure,lib.*2. *c.*21. *n.*36.*&* 62.

Pro quo, vltra alios supra relatos, facit text. *in l.* 1. *C. ex quibus causis serui pro præmio libert. accip. l. item si verberatum* 15. §. *item si fortè, D. de reiuind. l.* 2. *vers. Otrosi dezimos, tit.*1 *part.* 2. *l.* 31. *tit.* 18. *part.* 3. cum aliis adductis à Fachin. *lib.* 8. *controuers. iur. cap.* 63. Marta *de iurisdict. part.* 4. *centur.* 2. *casu* 195. *num.* 32. Villar *in silua responsorum, lib.* 1. *respons.* 8. *num.* 51. Mastrill. *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 351. *cum seqq.* & plures alij relati à D. Ioann. del Castillo *lib.* 2. *controuers. iur. cap.* 28. *& lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 6. *cum sequentibus.* Tantúmque abest, vt Princeps debeat
66 gratias benemeritis factas reuocare, † quod imò eisdem, etiam nihil petentibus, auxiliari, & subuenire debet, & ad hoc eos etiam latentes quærere, & inuitos attrahere, vt grauiter docuit Seneca *lib.* 2. *de benef. cap.* 18. dum ait, diligentius quærendum esse beneficij, quam pecuniæ creditorem, huic enim reddendum est quantum accepit, & si reddidi, solutus sum, ac liber, at illi etiam relata gratia cohæremus, Pontan.*in lib.de benef.c.*11.*& c.*28.& Canonherius *in aphorism. polit.*1. *part. pag.*289. quorum verba prolixitatis vitandæ causa hic inserere supersedeo, & poterit videri plura de donatione remuneratoria, & eius priuilegiis congerens Montealegre *in prax. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 122. *& seqq.* Callistus Remirez *de lege Regia*, §. 30. *num.* 26. *&* 27. Ego *suprà cap.* 10. *ex num.* 58. Ludouic. Morotius *resp.* 45. *part.* 1. Paschalis *de virib. patriæ potest.* 1. *part. c.*1.*num.*53. & nouissimè D. Ioan. Caballerus de Medina *in rep. ad d. l. Aquilius, de donat. ferè per totum.*

Et ex his patet responsum ad argumenta in contrarium adducta, cum videamus Commen-
67 das † hodie non dari precario, neque in depositum, neque continere meram gratiam, sed potius quendam veluti contractum, & debiti satisfactionem, & feudorum rectorum imitationem, quæ omnia irreuocabilia sunt, vt ex su-
68 prà dictis apparet, Vt omittam, etiam † concessiones ex mera gratia Principis procedentes, de potestate eius ordinaria reuocari non posse, vt aduersus alios, qui contrarium sentiunt, de quibus *sup. num.*35. resoluit Petra *d.cap.*32.*q.*3. *num.* 205. & reliqui DD. quorum copiosam allegationem modò retulimus, queis nouissimè addo Dom. Episcop. Chilens. Villaroel *in lib. Iud. pag.* 488. vbi quod est res animo digna Regio, dona, nec ab immeritis retrahere.

69 Id quod etiam † in beneficiis Ecclesiasticis procedit, quia licet sint multi, qui dicant, ex nuda Papæ voluntate pendere, quorum nomenclaturam in 3. argum. retulimus. Alij tamen de hoc dubitant, & alij contrarium absolutè defendunt, nisi iusta aliqua causa interueniat, quæ ad id possit Romanum Pontificem permouere, vt tandem cum veriori, & communiori opinione pluribus relatis resoluit Cened. *in collect.* 21. *ad Sextum, num.* 2. Emanuel Suarez *recept. sent. litt. B, num.*20.Pinel. *in Rub. C. de rescind. vend.* 1. *part. n.*30. Salced. *in addit. ad Bernar. Diaz, reg.* 209. *ampliat.* 5. Nauarr. Corras. Gambar. Menoch. Sarmient. & alij, quos refert Nicol. Garcia *d. tract. de benef. part.* 5. *cap.*1.*num.*7. & nouissimè Magerus *d. cap.*16. *n.* 194. vbi quod Papa beneficium alicui collatum auferens, vt det alteri, illi tenetur prouidere de alio simile, vt & in feudis dixi *supra n.*57.

Iusta porrò † causa reuocationis Commendarum, feudorum, & donationum, ac similium concessionum, de quibus agimus, non est metienda ex Principis reuocantis vtilitate, aut commoditate, vt benè prædicti Auctores considerant, sed ex Regni, ac Reipublicæ necessitate, quæ talem mutationem requirat, & vrgeat, cuius † saluti priuatorum commoda semper cedere debent, Auth. *res quæ, C. commun. de legat. l. vnica*, §. *penult. C. de caduc. tollen.* cum aliis, quæ adducit Corras. *de iuris arte*, 1. *part.cap.*23. & latè Gaill. *lib.*2. *pract. obseru.*56. *ex num* 3. & Bosinus *lib.* 3. *rer. Vngar. in Orat. Attilæ*, vbi ponit verba notabilia de affectu boni Principis erga vtilitatem publicam.

Et hoc maximè continget, † vbi factum, vel concessio Principis tractu temporis perniciosa, & damnosa esse cœperit: tunc enim potest, & debet emendari, & in melius commutari, vt tradunt DD. per text. ibi *in l. vacuatis* 19. *C. de Decurion. lib.* 10. *l.* 1. vbi Lucas de Pena *n.* 23. *&* 99. *C. de location. prad. ciuil. lib.* 11. *c. suggestum, & cap. dilecti, de decimis, cap. quid per nouale*, §. *vlt. de verb. sign. l.* 1. §. *his igitur, in fin. C. de emend. Cod. l.* 1. *in princip. vers. Et ideò nemo mirabitur, D. de ventre inspic. l. de ætate*, §. *ex caus. D. de minor. l.* 43. *tit.* 18. *part.* 3. Bald. *in l. clari, col.* 1. *C. de fideicomm.* Iacob. Bonuidius *in addit. ad Ioann. de Terra Rub. in tract. contra rebel. in procem. Turrecremata in cap. quia*, §. *verum, num.*4. *distinct.*63. & Petra *de potest. Princip. cap.* 24. *num.* 209. & rursus *c.*32. *q.*3. *n.*190. *&* 198. vbi idem inquit de gestis in præiudicium Coronæ.

Planè iusta etiam causa censeri solet, † vbi alicui feudum, vel aliam rem suam abstulerit Princeps, vt in eo, vel ea alterum valdè benemeritum remuneret. Nam creditur hoc in vtilitatem publicam tendere, iuxta text. & DD. *in l. item si verberatum*, §. 1. *D. de reiuend. l. Lucius, D. de euiction.* cum traditis à Romano *cons.* 310. Decio *cons.* 269. *&* 390. Gozadino *cons.* 1. *num.* 36. *& cons.* 26. *num.* 10. Grato *cons.* 61. *num.* 65. *vol.*2. Ruino *cons.* 60. *num.*6. *vol.*1. Tiraq. *in d. l. si vnquam, verbo Donatione, num.* 43. & in terminis feudorum Guiller. de Perno *cons.* 16. *per totum,* & optimè, & singulariter Sigismund. Lofred. *cons.* 30. *num.* 7. *fol.* 187. in consiliis feudalibus, vbi dicit, quod licet Princeps hoc facere possit, non tamen eius Vicarius, & sequitur Capicius, testatus de communi opinione, *decis.* 66 *n.*2. *& seq.* dicens, † quod causa remunerationis alterius sit iusta ad auferendum dominium rei meæ, Ioan. de Anna. *cons.* 81. *n.*1. *&* 4. Petr. Petra *vbi suprà c.* 32. *q.* 5. *n.* 51. qui tamen *eod.cap.q.*4.*n.*34.*& seqq. vsque ad* 44. benè resoluit, hoc in casu ei, cuius res aufertur, iustam

iustam recompensationem à Principe dari debere, quia alias diabolica potestas esset auferre rem alienam sine solutione pretij, secundum Bald. *in l. sicut, C. de seruit.* quem refert, & sequitur Afflict. *in cap.* 1. §. *similiter, num.* 29. *de Capitan. qui Curiam vend.*

5 Et his cessantibus, † in conseruandis Commendis, vel feudis, & similibus largitionibus, valdè attentus debet esse Princeps, vtpotè cuius sit proprium, esse liberalem, & gratiosum, & per se concessa non auferre, nec reuocare, vt per Baldum *in l. legatis, in fine, C. ad legem* Falcid. *Auth. de referend. in princip.* Isern. *n.* 24. & Afflictis *num.* 64. *in dict.* §. *similiter*, qui reprobant Aduocatos fiscales, contrarium dicentes, Petram, & relatos ab eo *vbi suprà cap.* 24. *num.* 26. *&* 230.

6 Idémque facere debent, † etsi à se ipsis concessa non fuerint, sed ab eorum antecessoribus, vt benè animaduertunt DD. *suprà* relati, & plures alij, quos congerit Mastril. *de magistrat. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 8. Petra *d. cap.* 32. *quæst.* 3. *num.* 179. Surd. omninò videndus, *cons.* 149. *num.* 38. *& cons.* 419. *ex num.* 51. *ad* 64. *vol.* 3. Baldus, qui magistraliter, & philosophicè loquitur, *cons.* 159. *num.* 5. *volum.* 3. vbi inquit,
7 quod † in Rege duo concurrunt, scilicet persona, & significatio, quæ est quoddam intellectuale perseuerans ænigmaticè, licet non corporaliter, & quod persona Regia est organum, atque instrumentum personæ intellectualis, ac publicæ, & hæc est illa, quæ principaliter fundat actus, quia magis ostenditur factum, seu virtus principalis, quam virtus organica, tex-
8 tus mirabilis *in cap.* 4. 25. *quæst.* 5. ibi: † *Si ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed euersor esse iure comprobarer, &c.* cum aliis, quæ mirabiliter tradit Decianus *cons.* 25. *ex num.* 41. *ad* 48. *volum.* 1. adiiciens post Bald. *Quod successor Principis contraueniens factis antecessoris, dicitur contrauenire sibi ipsi, ex quo semper est vnum imperium, & ab aliis spectet successoribus, quod ipse prædecessori suo præstitit*, Osasch. *decision.* 139. *num.* 11. *Ioan. Andr. Georg. allegat.* 15. *ex numer.* 12. *vsque ad* 16. vbi amplius notat *num.* 14. *&* 15. *Quod huiusmodi quæstio non pendet ex potestate personali, sed Coronæ, ac dignitatis, ideóque † etiam tyrannus, quando concedit regio nomine, obligat legitimum successorem iure perpetuo in illa dignitate*, Menoch. *cons.* 246. *ex num.* 18. *ad* 26. *volum.* 3. affirmans: *Quod non solum Princeps, sed etiam illius successor, siue per electionem siue per successionem, non potest contractum suum, vel sui prædecessoris infringere, seu aliter ab eo recedere, quamuis non sit hæres bonorum patrimonialium defuncti, sed solius dignitatis*, Peregrin. *de iure fisci, lib.* 1. *titul.* 3. *num.* 45. Craueta *cons.* 241. *num.* 17. Rodolphin. *in tractat. de suprema Princip. potest. cap.* 6. *num.* 195. *fol.* 38. Petra *eodem tract. cap.* 28. *num.* 13. vbi quod Princeps † non seruans bonos mores antiquorum, non seruat honorem eorum, & tradit alia Cabedus *decis. Lusitaniæ* 19. *per totam*, 2. *parte*, vbi concludit, quod licet Reges possint, & soleant ex bono publico, aut faciendo legem generalem reuocare, aut limitare gratias, & concessiones factas à suis antecessoribus, debent tamen valdè se ab hoc abstinere, cum eorum verbum debeat esse immobile sicut Polus in cœlo, & variatio in Principibus valdè damnetur, Rota *decis.* 33. *num.* 1. *tit. de præb. in antiq.* & prosequitur Morot. *resp.* 45. *ex n.* 9. *part.* 1. Paschal. *d. c.* 1. *n.* 50. & Ioan. And. Georg. *d. alleg.* 15. *à num.* 3. Aluar. Valascus *consult.* 72. *n.* 4 *part.* 1. Mastril. *de magistr. lib.* 1. *cap.* 18. *per tot.*

Et ex hoc mihi fuit semper valdè suspecta opinio Matthæi de Afflictis *decis.* 307. *num.* 13. *&* 14. dum ait, Regem † successorem non tene- 81
ri ad remuneranda seruitia facta, siue præstita Regibus suis antecessoribus, eo quod illa sint personalia, & post mortem recipientis non durat effectus obligationis ad antidora. Ad quod expendit *l. viuus, D. si quid in fraud. patroni*, & doctrinam Bart. *in l. ambitiosa, num.* 4. *de decretis ab ord. faciend.* & Iason *in l. si non sortem*, §. *libertus, D. de cond. indeb. & in l. ex hoc iure, D. de iust. & iure*, quos ait, hoc expresse affirmare. Quæ tamen nihil ad hanc rem facit, cum in diuerso casu, & propter diuersam rationem loquatur, neque excludat vim naturalis, & antidoralis obligationis in Principe, ex qua solutum repeti non potest, *l. quod pupillus, l. naturaliter, cum aliis, D. de condict. indeb.* Cabed. in ipsis nostris terminis, Afflict. reprehendens, *decis. Lusit.* 115. *n.* 5. D. Amaya *lib.* 2. *obseru. c.* 6. *n.* 23. Osuald. *ad Donel. lib.* 12. *cap.* 2. *litt. O*, Diana *resol. moral. tract.* 7. *resol.* 16. Et Bart. non loquitur in Rege, sed in communitate, quæ non ita laxas habet habenas, præterquam quod magis communiter reprobatur à sup. relatis, Ias. verò id nequaquam dixisse comperitur, vt ex eius lectione patebit, & benè obseruat Ant. Mornat. *in notis ad d.* §. *libertus*, dicens, illam sententiam sibi singularem, & eximiam visam fuisse, & Afflict. magis respexisse, quod fieri solitum esse nouerat, quam quod fieri deberet, eo quod
† Principes putant Regiæ dignitati naturali iu- 82
re operas à suis deberi, elicitúrque ab eis nihil quippiam, nisi maximi instar gratuitique muneris, vt tetigi *sup. hoc lib. c.* 10. *n.* 56. & sentit Bald. *in l. qui se patris, C. vnde liberi, n.* 34. vbi inquit,
quod † Reges, etiam vbi rem aliquam ob pre- 83
tium concedunt, se indulgere, vel eius gratiam facere dicunt, vulgò *Os bago merced*, vt alias dicitur *in l. Titius puerum, D. de obseq. præst.* & vide Vellugam *in specul. Princip. Rub.* 9. *n.* 27. Loazes *in alleg. pro March. de los Velez fundam.* 1. *n.* 26. Bossius *in prax. tit. de Principe, num.* 151. Roland. *cons.* 13. *ex num.* 11. *lib.* 3. Menoch. *de arbitr. q.* 55. *num.* 3. *&* 4. Acaccius *de priuileg. lib.* 3. *c.* 1. Steph. Gratian. *discep.* 167. *n.* 31. Tiraq. *in l. si vnquam, verb. Donatione, n.* 14 Rosenth. *de feudis, cap.* 3. *concl.* 21. *& c.* 10. *concl.* 11. Aluar. Valasc. *consult.* 120. *n.* 14. *part.* 2. Ioan. Garc. *de nobil. in inscrip. n.* 9. Gutier. *de gabell. q.* 4. *num.* 8. Cabed. *decis.* 19. *&* 75. *p.* 2. Nicol. Garcia *de beneficiis*, 6. *part. cap.* 2. *n.* 194. & plures alij, quos nouissimè congerit D. Ioan. del Castillo 7. *tom. controu. cap.* 18. *num.* 148. & Gloricius *resp.* 1. *à n.* 73.

Et ex eisdem iuris principiis descendit, quod
vbi † quis prætextu alicuius causæ, vel culpæ 84
Commenda priuandus fuerit, talis causa, vel culpa prius legitimè constare debebit. Neque
poterit † Princeps, & multò minùs eius locum 85
hac in parte tenentes, aliquem Commendatarium inauditum, & indemnatum, etiam sub prætextu delicti priuatione digni Commenda priuare, & eam alteri conferre. Nam regulariter prohibitum

86 prohibitum est, † vt bona delinquentis, ante
sententiam condemnatoriam, quæ in rem iudicatam transierit, non conferantur, l. 13. tit. 10. lib. 5. Recopil. vbi Matienz. & Azeuedus, Rebuff. ad leg. Galliæ, tit. vt beneficia ante vacationem, vel bona confiscata peti non debeant, vbi gloss. 6. verbo Confiscationes, inquit, huiusmodi donationes, seu concessiones etiam à Supremis Regibus factas, nullius esse momenti.

87 Et in terminis † feudorum, & beneficiorum,
quod licet Princeps, vel Papa in eis habeant plenissimam potestatem, adhuc non possint priuare possessores sine citatione, & sententia declaratoria absque iusta causa, latè Paris. cons. 11. num. 44. lib. 1. & cons. 101. n. 116. eod. lib. Azeued. in l. 2. verb. Mueran por iusticia, tit. 4. lib. 6. Recopil. Pet. Petra d. tract. de potest. Princip. cap. 29. numer. 23. Ioan. Cochier. de primariis precib. pag. 29. vbi quod priuatio beneficij fieri non potest, nisi vocato, & conuicto possessore, Menoch. cons. 503. num. 7. & 8. & cons. 534. ex num. 4 vbi quod dominus non potest occupare feudum ante sententiam declaratoriam, & latissimè Rosenth. in d. tract. de feud. cap. 10. conclus. 41. num. 124. & cap. 7. quæst. 60. num. 14. litt. O, & alij, quos refert, & sequitur Mastril. de magistr. lib. 3. cap. 4. num. 57. & seqq. Pereg. de fideicomm. art. 52. num. 137. & 139. & de iure fisci lib. 7. tit. 3. num. 10. fol. 209. text. & DD. in cap. cum secundum leges, de hæret. lib. 6. vbi etiam in criminibus læsæ maiestatis, & in pœnis, quæ ipso facto incurruntur, sententia declaratoria desideratur, & generaliter idem esse necessarium, quoties agitur de priuando quolibet alio possessore titulato, Felin. per text. ibi in cap. cum olim, num. 11. de re iudic. Stephan. Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 339. ex num. 26. vsque ad 32. latissimè Fabius Turretus cons. 9. ex numer. 6. vsque ad 19. lib. 2. Nicol. Garcia de benef. parte 11. cap. 10. num. 5. & seqq. vbi agit de priuatione beneficiorum Ecclesiasticorum, iunctis aliis, quæ adduxi suprà hoc libro, cap. 25. num. 58. Quod adeò verum esse tradit Tiber. Decian. cons. 14. num. 85. lib. 3. vt procedere doceat, etiam si nulla defensio competeret. In

88 quo † tamen parumper subsistendum est, cum
secundum aliorum sententiam, citationis, & condemnationis necessitatem, excludere soleat notorietas delicti, & quod reus nihil allegare possit, quod ad eum excusandum sufficiat, vt docet glossa in cap. quoniam, verbo Manifestum, de filiis presbyter. Bald. in l. cum fratrem, num. 8. C. de his, quæ vt indignis, Innocent. Abb. Felinus, & DD. in cap. vestra, de cohabit. cler. & mulier. & cap. cum olim, de re iudicat. cap. consuluit, de appellat. cap. cum sit Romana, §. fin. eodem tit. vbi Decius num. 33. Ioan. Andr. in cap. ad Apostolicæ, de re iudicat. lib. 6. DD. in l. 2. §. si de frumentaria, D. de admin. rer. ad ciuit. pertinent. Hippolyt. sing. 511. & plures alij, quos refert, & sequitur Felinus in cap. Rodulphus, de rescript. Tiraquel. in l. si vnquam, verb. Donatione, num. 16. in cap. Alma mater, num. 9. de sentent. excommun. in 6. Iul. Clar. in prax. §. fin. quæst. 9. num. 8. Nauarr. de spoliis Eccles. §. 18. num. 5. Pet. Petra d. tract. de po-

89 test. Princip. cap. 26 num 28. Quia † in notoriis
ordo est ordinem non seruare, cap. ad nostram, el. 3. vbi gloss. & DD. præcipuè Bald. n. 1. de iur. iurand. l. 1. §. sed si neget, D. de tab. exhib. cap. si quis hominem, de pace iuram. firm. in feudis, cap. venerabilibus, §. idem, cum seqq. de sent. excomm. lib. 6. Bartol. in l. scriptus, num. 6. de religios. & sumpt. funer. Abb. in cap. ex parte, el 2. num. 2. de off. delegat. & in cap. super eo, el 1. de appellat. Innocent. & Abb. in cap. post. electionem, in fine, de concess. preben. cum innumeris aliis, quæ de notorio, & eius effectibus tradunt DD. per text. ibi in l. si adulterium cum incestu, §. idem Pollionis, D. de adulter. gloss. celebris, verbo Causas, in Clement. appellanti, de appellationibus, Bald. cons 323. lib. 2. Abb. in cap. fin. num. 7. de maled. Felinus in cap. cum ordinem, de rescript. Ias. in l. 5. §. qui pro rei qualitate, num. 12. qui satisd. cogant. & in l. 2. num. 36. D. si quis in ius vocat. & in l. de quibus, num. 88. D. de legibus, Angelus in tract. de maleficiis, vers. Et per modum notorij, Socin. cons. 4. volum. 3. Dominic. cons. 146. Grammat. voto 30. num. 15. Ant. Burgens. in cap. cum dilecti, & in cap. peruenit, de empt. & vend. & plurimi alij, quos refert Menchac. in præfat. quæst. illustr. n. 25. Couar. in cap. Rainuntius, §. 11. n. 3. & in regula possessor, 2. parte, §. 1. n. 11. Padilla in l. ædibus, in fine, C. de seruit. Grammat. decis. 36. Euerard. cons. 24. num. 20. Menoch. de recup. remed. 1. num. 165. & rem. 15. n. 264. Gratian. regula 29. per totam, Gutier. de iuram. confirm. 1. part. cap. 7. à num. 4. Maranta in praxi, 6. part. tit. de appellat. num. 142. Azeued. per text. ibi in l. 1. tit. 5. lib. 4. Recop. num. 39. & 40. Villalobos inter commun. opinion. litt. P, num. 211. qui eam rationem reddunt, quod notorietas habetur pro processu, vt notat Carrerius in praxi crim. §. homicidium, Bald. in l. addictos, C. de Episcop. audientia, & latè Card. Tusch. litt. N, concl. 110. & seqq. & nouissimè Marius Burgius in tract. de modo procedendi ex abrupto, ferè per tot. Et in nostris ferè terminis est opti-
mus † text. in l. 3. tit. delas traiciones, lib 8. or- 9
din. ibi: Saluo, en caso que la traicion, ò maleficio sea notorio, l. 16. tit. 23. part. 3. ibi: O alebe, l. 5. tit. 26. ead. part. ibi: Fueras ende en pleito que fuesse de traicion. & facit text. in d. cap. cum sit Romana, § fin. de appellat. vbi Roman Pontifex refert, propter hoc Paulum Apostolum quemdam absentem, & irrequisitum excommunicasse, cuius, & aliorum argum. tenet Petra vbi suprà c. 26. n. 27. quod Papa etiam sine citatione potest procedere contra rebelles, & occupare eorum castra, & c. 24. n. 155. quod potest non citatum damnare, concurrentibus requisitis suprà relatis, & idem nouissimè tenet Magerus de aduocat. armata, c. 8. n. 175. & seqq.

Sed proximè † dictis inhærendo illud quoque in quæstionem vocari solet, & in causa grauissima cuiusdam Commendatarij Cuzquensis vocatum vidi, an si Rex, vel Prorex aliquem Cōmendā priuari, eamque alteri dari iubeat, asserens sibi constare, vel notorium esse, quod crimen priuatione dignum commiserit, eius assertioni, & iussioni standum sit, & ab inferioribus iudicibus obediendum. Et planè si eis euidenter constaret talem assertionem, vel iussionem † esse notoriè iniustam, benè possent, imò & deberent in executione supersedere, iuxta doctrinam text. in cap. si dominus, & cap. Iulianus 11. q. 3. l. seruus non in omnibus, D. de oblig. & action. l. non solum, §. si mandato, D. de iniuriis, l. non ideò minus, C. de accusation. gloss. in l. non videtur, §. qui iussu, D. de reg. iur. vbi plures casus expendit, & alia, quæ

quæ ſignanter tradit D. Thom. 2.2. q.64. art.6.
ad 3. Paul. Caſtrenſ. conſ. 423. in princ. Tib.
Decian. lib.9. crim.titul.37. num.8. Menoch. de
arbitrar. caſu 354. à num.2. Menchaca lib.1.con-
trouerſ. illuſtr. cap. 2. num. 12. Camill. Borrel.
de magiſtr. edict. lib. 2. cap. 2. num. 108. Berta-
chin. in repert. verbo Obedientia, num.10. Tuſ-
chus litt. O, concluſ. 3. & litt. P. concluſ. 478.
latè Cenedus in collect. 3. ad Decretal. num. 3.
vbi docent, Principi in illicitis obediendum
non eſſe, & Petra cap. 21. num. 15. vbi tradit,
Principem, etiam de plenitudine poteſtatis,
non poſſe ordinare, quod ſtetur eius aſſertio-
ni in præiudicium tertij, gloſſ. mirabilis in ex-
trauag. de dolo, & contumac. ad finem, Rau-
denſ. de analog. cap. 15. n. 183. vbi quod Prin-
cipi aſſerenti non creditur, quando dicit ali-
quem eſſe rebellem, Nauarr. in manuali, cap.25.
de peccat. Reg. num.9. vbi ita notabiliter inquit:
*Grauiſſimè peccant Reges, & Principes, qui ali-
quem etiam ſubditum inauditum, & indefenſum
interfici iubent, vel beneficiis, officiis, honoribus,
& aliis bonis ad nutum non amobilibus priuant,
ſola ſcientia priuata ducti; eodémque modo pec-
cant executores talium mandatorum, neque ex-
cuſantur obedientia, quam ſuis Regibus id præ-
cipientibus debent, quoniam contra ius naturale,
vel diuinum non eſt iis obediendum, &c.* & ſe-
quitur Magerus de aduocat. armat. cap.7. n.74.
vbi quod obedientia in rebus illicitis à iure eſt
reprobata, & cap.17. num.264. vbi quod offi-
cialis exequi non debet mandatum domini de-
lictum iubentis.

Quamuis non deſint, qui etiam hoc in caſu
3 contrarium tueantur, † iubentem peccare opi-
nantes, non autem exequentem, quem iuſſus ſu-
perioris excuſat, vt pluribus relatis obſeruat
Petra vbi ſuprà cap. 24. num. 45. & Farinacius
in prax. crim. q. 94. num. 44. & ſeqq. quod ta-
men eſt contra exemplum obſtetricum Ægypti,
de quo ex eod. cap. 17. Abbat. in cap. cum te-
neamur, per text. ibi de appellat. vbi quod po-
tiùs debet officialis officium relinquere, D.
Greg. Nazianz. orat. 12. poſt num. 36. verſ. Ve-
rum, vbi apertè, & alios ex ſuprà relatis.

Cæterum vbi de hac notorietate iniuſtitiæ
non conſtat, omnes abſque contradictione con-
4 ueniunt, † poſſe præcipere Principem ex infal-
libili eius conſcientia, quod aliquis, quem ſcit
deliquiſſe, etiam ſine alio proceſſu, non ſolum
in bonis, verum etiam corporaliter puniatur,
eique obtemperandum eſſe, & pro iuſtificatio-
ne mandati præſumendum, etiam ſi executor
circa eam dubius reperiatur, iuxta text. in cap.
in memoriam 19. diſtinct. & doctrinam Cyni in
l. reſcripta, C. de precib. Imper. offer. quam re-
fert, & ſequitur Felin. in cap. quæ in Eccleſia-
rum, num.60. de conſtit. Gandin. in tract. de ma-
leficiis, tit. de pœn. reorum, num.60. Cur. Sen.
conſ. 49. num.13. Abb. conſ. 84. & in cap. cum
olim, num.23. de re iudicat. Socin. Iun. conſ.92.
num. 4. Cagnol. qui de communi teſtatur in l.
velle non creditur, num. 15. de reg. iur. Thom.
Gramm. deciſ. 36. num. 83. Montaluus in l. fin.
tit. de las herencias, lib. 3. fori, quæſt. fin. verſ.
Ex quibus, & in l. 1. titul. 4. lib. 1. fori, gloſſ.
verbo No ceſſe, & gloſſ. verb. O que haga, vbi
dicit, quod iuſſus ſuperioris cenſetur neceſſi-
tas, & excuſat exequentem, & meliùs Ægidius
Boſſius in pract. tit. de homicidio, num. 98. cum
ſeqq. vbi ſingulariter tenet, † quod iudex debet 95
ſe inclinare, quod mandatum ſit iuſtum; &
illud exequi, Maſcard. de probat. concluſ. 1228.
ex num. 101. vbi an Principi, de tali delicto te-
ſtanti, credendum ſit? Petra in noſtris terminis,
cap. 32. concluſ. 2. num. 31. & ſeqq. vbi quod
Principi aſſerenti aliquem commiſiſſe tale de-
lictum, & bona eius eſſe fiſco applicanda, cre-
dendum eſt, & cap. 13. num.33. & quæſt. 4. nu-
mer.80. & cap.37. concluſ.2. num.2. Vbi † quod 96
Princeps ſolus habet poteſtatem mandandi, ſic
facias, & quod aliquis torqueatur, vel ſuſpen-
datur ex infallibili eius conſcientia, nec man-
datarius errat, quia debet præſumere, quod iu-
ſtè procedit, & cap. 28. num.73. & cap.20. n.60.
& ſeqq. vbi † quod poteſt iudicare ſecundùm
conſcientiam, circumſcriptis actitatis, licèt id 97
alij inferiores non poſſint, & etiam ſine cauſa
prætermittere ordinem iudiciarium, & cap. 22.
num. 4. vbi quod hæc tutius procedunt, vbi
affirmat ſe certioratum, quia tunc ei ſecurius
obediendum, & quid importet hæc clauſula.

Et eſt apud nos † text. expreſſus prædicta 98
omnia decidens, & explicans in l. 42. titul. 18.
part. 3. ibi: *Quando el Rei manda hazer algun
hecho ſeñalado, como ſi mandaſſe prender, ò
matar à algun hombre, ò derribar torre, ò ha-
zer cumplir algun juizio, que el mandaſſe cier-
tamente, &c.* Vbi benè loquitur noſter Greg.
Lopez, & meliùs Theſaur. deciſ. Pedemont. 14.
num. 4. vbi quod Princeps non tenetur ſeruare
ordinem iudicialem, præſertim iure poſitiuo
introductum.

Nec mirum eſt, ſi hoc Principi conceda-
mus, cum certum ſit † inferiores quoque, qui- 99
bus ipſe committit, vt procedant in aliquo ne-
gotio, prout ſibi ipſis conſtiterit, vel viſum fue-
rit, poſſe etiam ſecundum propriam conſcien-
tiam arbitrari, & procedere abſque vllo pro-
ceſſu iudiciali, aut partium citatione, vt ſingu-
lariter reſoluit Bald. in l. ſi qua per calumniam,
verſ. Sed pone, C. de Epiſcop. & Cler. & in l.
certum, col.2. D. vnde legit. & in l. non dubium,
C. de legibus, & in l. neque natales, C. de pro-
bat. Alex. in l. de vnoquoque, col. 2. in fine, de
re iudic. Roman. in Rub. de arbitr. col. 3. Ma-
ranta in praxi, part.6. num. 21. DD. in cap. fin.
de præſumpt. Lapus allegat. 61. Aretin. in l. ab
executione, circa finem, D. de appellat. & latè
Hippolyt. de Marſil. in l. de vnoquoque, num.65.
D. de re iud.

Et ſucceſſiuè ad prædicta notandum eſt, quod
ſiue ex abrupto, ſiue iudicialiter, Princeps
† Commendam alicui ob cauſam rebellionis 100
adimi iuſſerit, & eam alteri in remunerationem
ſeruitiorum conceſſerit, licet poſtea ceſſet cauſa
rebellionis, & Princeps iubeat rebelli omnia
ſua bona reſtitui, adhuc tamen hæc indulgentia
ad Commendam alteri aſſignatam non potri-
getur; quia licet cauſa rebellionis ceſſauerit,
non tamen ceſſat cauſa meritorum, quæ ſecun-
dam conceſſionem extorſit, vt pulchrè tradit,
& probat Philip. Corneus, omninò videndus,
conſ. 312. num. 36. volum.1. & Ripa in l. ſi ven-
tri, §. in bonis, n.13. de priuileg. creditor. quamuis
contrarium docere videatur Mareſcot. omninò
videndus, lib. 1. var. reſolut. cap. 39. num. 29.

Sed longè grauior quæſtio, & dubitatio eſſe
poteſt, † vtrum ſemel Commenda ablata ob 101
prædictam cauſam, vel aliam, quæ priuationem
inducat,

inducat, si postea Princeps eandem eidem Commendatario restitui iusserit, eius culpam condonans, & remittens, censeatur ei nouam Commendam concedere, vel antiquam in eodem statu, quo erat, restituere? Quod ad plures effectus vtile est, & præcipuè ad gaudium duarum, vel plurium vitarum, pro quibus Commendæ concedi solent. Nam si nouam Commendam esse dixerimus, de nouo vitæ currere, & computari incipient. Si autem eandem, ipsius possessoris morte finietur, si ipse in vltima vita illam possidebat.

Et quidem hoc tantùm ex voluntate concedentis, & verbis concessionis pendere existimo. Nam si dumtaxat restituendi animum habuit, dici non potest, plus iuris reo concedere voluisse, quam ante priuationem habue-
102 rat, cum † restitutio sit in statum pristinum repositio, *l. videamus*, §. *in Fauiana*, *D. de vsuris*, & id tantum reddat, quod abstulit læsio, *l. quod si minor*, §. *restitutio*, *D. de minor. l.* 1. *l. cùm indulgentia*, *& l. fin. C. de sent. pass. & restitutis*, cum aliis, quæ latè, & in nostris feudorum terminis tradunt Schrader. Sfortia Oddus, Cannetius, & alij, quos refert Rosent. *in tract. de feud. cap.* 2. *q.* 19. *litt. A*, & Ponte *de potest. Proreg. tit. de prouision.* §. 2. *num.* 11. vbi inquit, feudum hoc casu manere antiquum, secundùm primæuam naturam, & qualitatem, non obstante, quod dicat, *Restituimus*, *& de nouo concedimus*.

Cæterum si non vtatur verbo *Restitutionis*, aut cum hoc alia verba inuoluat, quæ nouam gratiam factam esse significent, præsertim vbi
103 sumus in casu, in quo † ipso iure pœna priuationis incursa fuerat, vt in crimine læsæ Maiestatis contigit, vel sententia declaratoria præcesserat, cuius virtute dominus iam possessionem apprehendit; tunc dicendum est, tanquam nouum concessum censeri, & sic ex eo die, vitarum tempus incipere, vt tenet gloss. *in cap.* 1. §. *insuper*, *de probib. feud. alien. per Fred.* quam sequuntur Isern. Bald. Afflict. & alij Scribentes ibid. Curtius Senior *cons.* 18. *num.* 47. Sigismund. Lofred. *cons.* 52. *num.* 3. *in feudalibus*, & communem testatur Dueñas *reg.* 323. Iul. Clar. *in §. feudum*, *quæst.* 8. *num.* 6. Et iuxta hanc distinctionem accipienda sunt, quæ disputat Ias. *cons.* 136. *volum.* 4. Ruin. *cons.* 12. *volum.* 1. Roland. *cons.* 60. *num.* 8. *lib.* 1. Villalob. *in commun. opinion. litt. V*, *num.* 5. Sfortia *de restit. quæst.* 98. *art.* 2. *num.* 20. *& seqq.* Rosenthal. omninò videndus, *dict. cap.* 2. *conclus.* 18. *&* 19. *& de emphyteusi* loquens Aluarus Valascus 1. *parte*, *quæst.* 4. *per totam*, & tetigi *suprà cap.* 22. *n.* 7. & nouissimè D. Valençuel. *cons.* 160. *num.* 75. *& sequentibus*, *volum.* 2.

104 Pro quibus facit text. *in l. peculium*, §. *si ab ære alieno*, *D. de peculio*, *l. inter stipulantem* 83. §. *sacram*, *vers. Et nauis*, *D. de verbor. obligat.* ibi: *Et nauis si hac mente resoluta est, vt in alium vsum tabulæ destinarentur, licet mutato consilio reficiatur, tamen & perempta prior nauis, & hæc alia dicenda est*, *l. qui res* 98. §. *area*, *D. de solution.* ibi: *Alia enim videbitur esse posterior nauis, sicut ille alius homo est.*

105 In † dubio autem censebitur talis Commenda concessa, tanquam antiqua, vt minus concedenti præiudicet, & aliis, qui in ea remunerari possunt, argum. *l. semper in stipulationibus*, *D. de reg. iur.* cum similibus, & eorum, quæ tradunt Ias. Roland. & alij ex *suprà* relatis, licet quoad alios effectus † feudum non soleat 106
præsumi antiquum, sed nouum, vt per Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 28. *num.* 2. *vers. Et idem credo*, Crauet. *de antiq. temp. vltim. part. num.* 5. & Menoch. *de præsumption. lib.* 1. *quæst.* 10. *num.* 54.

Et est communis Doctorum † conclusio, 107
quod in qualibet restitutione bonorum confiscatorum, quam Princeps subditis facit, semper omnes qualitates, quas antea habebant repetitæ censentur, tametsi id in gratia non exprimatur, ita vt quæ erant feudalia, maneant feudalia, & quæ sub maioratu, maneant maioratus, & quæ titulum habebant, cum eiusdem tituli honore restituantur, iuxta gloss. *in l.* 4. §. *si ære alieno*, *verbo Manet*, *D. de pecul.* quam ibi sequuntur Guillerm. Albert. Bart. Bald. Fulgos. Angel. Salicet. & alij, gloss. per text. ibi *in l. quod dicitur*, vbi latè Bartol. *num.* 9. *D. de impens. in reb. dotal. fact.* gloss. *in dict. cap. Imperialem*, §. *insuper*, *verbo Priuetur*, *de probib. feud. alien. per Freder.* quas glossas sequuntur plurimi relati per Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 30. *gloss.* 1. *num.* 29. Mieres *de maiorat.* 1. *part. quæst.* 12. Petr. Greg. *in tract. de concess. feudi*, *part.* 2. *quæst.* 3. *num.* 1. Freccia *de subfeudis*, *lib.* 2. *tit. quis dicatur Comes*, *num.* 47. & Mastrillus *de magistrat. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 84. *& seqq.* vbi reprobat Pontem contrarium tenentem, quoad concessionem tituli, & declarat qualiter eius dicta intelligi debeant.

CAPVT XXVIII.

De litibus, atque spoliis Commendarum, & qualiter, & apud quos sint iudices agitandæ? ad declarationem Regalis Prouisionis, sine legis, quam vocant de Malinas, & aliarum plurium.

SVMMARIVM.

1 *Causæ Commendarum olim indistinctè apud Regias Indiarum Cancellarias agitabantur, & terminabantur.*
2 *Lex quam vocant de Malinas, quando, quare, & qualiter nouam formam præfixerit in cognitione litium super Commendis Indorum?*
3 *Lex de Malinas, quas declarationes habuerit circa partium citationem, & spoliorum restitutionem, siue à partibus, siue à iudicibus fierent?*
4 *Tempus trium mensium ad faciendas probationes in causis Commendarum, per nouiores schedulas prorogatum fuit.*
5 *Audientiæ Regales reprehenduntur, quæ post legem de Malinas se immiscebant cognitioni causarum de Commendis Indorum.*
6 *Commendarum causæ, quæ reditus annuos mille ducatorum non excederent, in Regiis Indiarum Cancellariis audiri, & terminari possunt, non obstante lege de Malinas per nouiorem schedulam, quæ refertur.*
7 *Causæ Commendarum vltra mille ducatos, etiam hodie ad Regium Senatum remittendæ sunt,*

sunt, citatis partibus, & facta testium publicatione, & litis intra sex menses conclusione.

8 *Legis de Malinas, & eius declaratoriarum mentionem fecit Ioan. de Matienz. & Ant. de Leon.*

9 *Commendarum causæ cum Supremo Consilio reseruatæ fuerint? & num. seqq.*

10 *Senatus Supremus Indiarum rarò auocat causas à Regalibus Cancellarij, nec litium cognitioni se facilè miscet.*

11 *Voluntariorum ratio reddi non solet,*

11 *Causæ arduæ, & magnæ, plures, & maiores iudices requirunt, & magno animo sunt inducendæ.*

13 *Tenutarum causæ Supremo Castellæ Senatui reseruatæ sunt, & quare?*

14 *Feudalium causarum cognitio ad feudi dominium priuatè pertinet, vel ad Pares Curiæ, vbi cum ipso domino à vassallis disceptatur.*

15 *Feudales causæ etiam contra Clericos, & inter Clericos apud feudi dominum, vel Pares Curiæ terminandæ sunt.*

16 *Tenutæ iudicium, etiam contra Clericos, vel inter Clericos, debet agitari in Supremo Castellæ Senatu.*

17 *Lites super commendis Indorum semper terminantur à Supremo Senatu, vel Regalibus Audientiis Indiarum etiam inter Ecclesiasticos.*

18 *Iurisdictio Audientiarum Indicarum in causis commendarum de quibus cognoscere non possunt, etiam ex consensu partium prorogari non potest.*

19 *Acta à iudice seculari in causa petitionis hæreditatis, vbi non opponitur declinatoria super exceptione matrimonij, vel illegitimitatis, an, & quando valeant? & n. 23.*

20 *Iurisdictio ablata inferiori, & expresè & priuatiuè reseruata superiori, etiam ex consensu partium prorogari non potest, neque acta ab eo ratificari.*

L. 1. & 2. C. si non comp. iud. l. testandi 13. C. de testam. *& aliæ similes exornantur, ibidem.*

21 *Nullitas proueniens ex defectu iurisdictionis nunquam exclusa censetur.*

22 *Tenutæ in iudicio consensus litigatorum Tribunal supremi Senatus mutare non potest, & si in alio egerint, non de tenuta, sed de ordinario possessorio agere velle credentur.*

23 *Index laicus incidenter potest cognoscere de causa matrimonij.*

24 *Audientiæ Regiæ Indiarum, non solùm debent abstinere à causis commendarum, vbi expresè cognoscunt se inhibitas esse, verum & vbi dubitant de sua iurisdictione, & quare?*

25 *Interpretatio legis dubiæ, rescripti, vel priuilegij à Principe eius auctore petenda est.*

26 *Iurisdictionis defectum si quis timet, & adhuc sub hoc dubio in ea procedit, mortaliter peccat.*

Cognitio, an quis sit iudex? debet præcedere omne exercitium iurisdictionis, ibidem.

27 *Fisco agente contra priuatum super posessione, vel proprietate alicuius commendæ, an causa ad supremum Senatum remitti debeat, vel statim in Audientiis Indiarum terminari?*

28 *Fisci priuilegium est, vt nunquam litiget spoliatus, & vt eius causæ celeriter terminentur.*

29 *Commendæ à Clericis, & Ecclesiasticis possessæ, & etiam à laicis sine titulo, per Audientias Indiarum tolli iubentur in quibusdam schedulis, quæ referuntur, & expenuntur, & num. 55.*

30 *Lex de Malinas, & eius declaratoriæ etiam fiscum agentem pro commendis contra possessorem titulatum comprehendunt.*

31 *Iudicium claudicare non debet, licèt contractus aliquando claudicet fauore pupilli.*

32 *Princeps non dedignatur iura sua sibi esse communia cum priuatis.*

33 *Fiscus semper vtitur iure communi, nisi vbi specialiter reperitur priuilegiatus.*

34 *Pares Curiæ æqualiter cognoscunt de causis feudalibus inter dominum & vassallos tam vbi dominus est actor, quàm vbi reus.*

35 *Schedulæ Regiæ, quæ iubent Indos tolli ab iniustis possessoribus, qualiter sint intelligendæ?*

36 *Fiscus, quia fundat intentionem in commendis, potest compellere omnes earum possessores ad ipsarum titulos ostendendos, & schedulæ de hoc agentes.*

37 *Titulum suæ possessionis nemo regulariter edere cogitur, nisi vbi ius in re aliena, & alioqui libera prætendit.*

38 *Titulum edere debet is, cui ius commune resistit, vel contra se præsumptionem habet.*

39 *Feudorum possessores coguntur ad iussum domini suos titulos exhibere.*

40 *Beneficiorum tituli ab eorum possessoribus exhibendi sunt, quoties ad id requisiti fuerint.*

41 *Regalia possidentes coguntur titulos eorum fisco exhibere, & quare?*

Rex fundat intentionem in exercitio iurisdictionis sui Regni, etiam in terris dominorum, & Prælatorum, ibidem.

42 *Commendæ titulo exhibito, & inspecto, eius possessio iustificatur.*

43 *Titutus vbi requiritur ad possessionem, nihil eà proficit, si ille deficiat.*

44 *Possessio à iure damnata debet iustificari, aliàs non iuuat possessorem.*

45 *Indos tenentes in possessione seruitutis, debent ostendere titulum eius, ex lege Indiarum, quam refert & laudat Greg. Lopez, cuius verba referuntur.*

46 *Possessionem suam iustificat, etiam contra fiscum, qui titulum coloratum habet, & exhibet.*

47 *Possessione (& maximè in antiqua) manutenendus est, qui titulum apparentem præsentat.*

Cap. cùm personæ, de priuil. lib. 6. cap. cùm venissent, de inst. *expenduntur, & illustrantur, ibidem.*

48 *Interdicto retinendæ agenti in beneficialibus, sufficit probare possessionem cum titulo colorato.*

49 *Titulus etiam minus legitimus sufficit ad possidendum, quemadmodum & contractus etiam nullus ad possessionem transferendam.*

nius prouidit spoliatis.

100 *Spoliatus restitui iussus, potest vti executoria, etiam contra alium tertium, ad quem posteà commenda peruenerit, qua ipse spoliatus fuit.*

101 *Executoria, quæ committit, vt aliquis restituatur, contra quemlibet tertium extenditur.*

102 *Litigij vitium in quemcunque possessorem pertransit.*

103 *Litigiosa res, si alienetur, sententia contra eius emptorem exequi potest, & quare?*

104 *Sententia data contra debitorem non potest exequi contra eum, cui is vendidit, nisi intentata priùs reuocatoria.*

105 *Litigiosa, an & quatenus dici possit res, de cuius sola possessione litigium est.*

106 *Res incorporales, an & quatenus dici possint vitio litigij affici?*

107 *Executoria restitutionis spolij semel impleta, si quis ex noua causa spolietur, illa iuuari non potest.*

108 *Iudicium nouum constituitur interuentu nouæ causæ, vel nouæ personæ.*

109 *Condemnatus ad rem tradendam, si post illã traditam possessorem turbet, ex illa sententia conueniri non potest.*

110 *Testamento, si quis rem aliquam alicui vendi iusserit, & vendita euincatur, amplius ex testamento agere nequit, sed ex empto.*

111 *Arbiter si condemnet Titium, vt locet rem Sempronio, & hoc facto res auferatur, non agitur ex sententia, sed ex locatione.*

112 *Audientiæ Regales benè cognoscere possunt de dubiis ortis circa executorias in causis commendarum sibi commissis.*

113 *Incidentiæ ratione, quis sæpè cognoscit de quæstionibus, in quibus aliàs inhibitus erat.*

114 *Iudex criminalium, incidenter de ciuilibus causis cognoscere potest, & è contrario.*

115 *Testis deponens falsum coram aliquo iudice alterius fori, potest ratione incidentiæ ac eo puniri.*

116 *Attentata, quæ incidunt appellatione pendente, iudicat, & reuocat iudex eiusdem appellationis.*

CVm satis superque de nostratum Commendarum creatione, progressu, & resolutione in superioribus egerimus, superest nunc vt de litibus, quæ super illis oriri solent, tantisper dis-
1 piciamus, & apud quos sint iudices agitandæ? Et planè † hoc olim ordinariæ iurisdictionis fuisse videtur, ita vt prouinciarum Gubernatores hanc cognitionem haberent, & de eorum sententiis ad Regales Indiarum Cancellarias, seruato iuris ordine, appellaretur, vt constat ex antiquis earundem Cancellariarum ordinationibus, & ex quadam prouisione Imper. Caroli V. dat. Monzonij 25. Octob. an. 1533. ad Mexicanam Audientiam directa, quæ extat 2. *tom. impress. pag.* 168. & posteà per alia Matrit. 20. Martij ann. 1536. ad Peruanam, eisdem verbis transcriptam. Quod iterum idem Imperator districtiùs iniunxit eidem Audientiæ Mexicanæ in alia prouisione dat. Matrit. 14. August. ann. 1540. præcipiens: *Que conociessen de càusas sobre repartimientos de Indios, sin remitirlas al Consejo, como y à de antes le estaba ordenado, y con que de su sentencia, ò sentencias otorgassen la apelacion para el.* Et ita videmus plures lites, tam super possessione, quàm super proprietate dictarum Commendarum ab eisdem Audientiis terminatas fuisse, vt constat ex plurimis schedulis, quæ referuntur *dicto 2. tom. ex pag* 166.

Sed posteà, regnante adhuc eodem Imperatore, † expedita fuit alia Prouisio 20. Octo- 2
br. ann. 1545. quæ quoniam Malinis apud Belgas data fuit, vulgò appellatur, *la lei de Malinas*, & extat *d. 2. tom. pag.* 169. quæ refert quædam capita nouarum legum, quibus cautum fuerat, vt nullæ omnino causæ Commendas Indorum tangentes, apud Gubernatores, vel Senatores Indiarum trutinarentur, imò neque apud Regium earundem Senatum, sed omnia ad Regem referrentur, prouisurum, quod melius, & cõuenientius arbiraretur. Sed quoniam ab hac ordinatione per procuratores Indiarum supplicatum fuit, cum expressione damnorum, & inconuenientium, quæ ex illa resultabant, eam in parte reformans, concludit, & iubet: *Que si alguno pretendiere derecho à Indios, que esten en la Corona Real, ò que los posea otro tercero, parezca en la Audiencia, en cuyo distrito estuuieren los tales Indios, y ponga alli la demanda: y el Presidente, y Oidores de la tal Audiencia, den traslado à la otra parte, y dentro de tres meses hagan la probança, è informaciones que tuuieren que hazer, hasta doze testigos no mas, y se cierre con esto el processo, y se embie cerrado ante los del Consejo de las Indias, sin otra conclusion, ni publicacion alguna, para que en el visto, se prouea lo que conuenga, y sea justicia.*

Sed † quoniam in hac Prouisione non ca- 3
uebatur, qualiter partes citandæ essent, vt in eodem Regio Senatu ad litem prosequendam comparerent, expedita fuit alia Pintiæ 1. Sept. ann. 1548. quæ vocatur *Segunda declaratoria de la de Malinas*, qua cautum fuit, vt citarentur eo tempore, quo processus in Hispaniam remitteretur, vt ita necessarium non esset eos iterum ex Hispania citare, & interpellare. Et mox tertia, quæ idem apertius disposuit anno 1549. Et quoniam aliqui alios iniustè suis Indis spoliabant, & per longum tempus ex hoc dilecto commodum reportabant, cum lites Indorum ad Hispaniam remittendæ essent, atque adeò serum remedium spoliati consequi possent, statuit, vt de his spoliis Regiæ Indiarum Cancellariæ breuiter, & summatim cognoscerent, & in reliquo partes tam super possessione, quàm super proprietate ad Consilium Regium remitterent, his verbis: *Cà Nos por la presente declaramos, que si despues de la data della, algun despojo se huuiere hecho de los tales Indios, por qualquiera persona que sea, aunque pretenda tener titulo de ellos, por cuya color se aya atreuido, y atrèua à hazer el dicho despojo por su propria autoridad, haziendo fuerça à otro que los posea; que en tal caso, quitando la fuerça, y despojo, le tornen al punto, y estado, que estaua antes que el despojo se hiziesse, reseruando à cada vna de las partes su derecho à saluo, assi en possession, como en propriedad: y el que quisiere mouer pleito sobre los dichos Indios, alçada la dicha fuerça, oirlebeis conforme à la dicha declaraciõ suso incorporada guardãdo*

en el proceder el tenor, y forma de ella; y concluſos los pleitos los embiareis al dicho nueſtro Conſejo de las Indias, como por ella ſe manda; y antes que los embieis, hareis citar à las partes à quien tocare en forma, para que vengan, y pareZcan en el dicho nueſtro Conſejo, por ſi, ò por ſus Procuradores baſtantes, en ſeguimiento del dicho negocio dentro del termino que os pareciere, apercibiendoles, que no viniendo, ò embiando ſus procuradores dentro del dicho termino, en ſu auſencia, y rebeldia, auida por preſencia, ſe verà, y determinarà en la cauſa, lo que pareciere por juſticia, y los autos de la dicha citacion los hareis poner al fin del proceſſo.

Et cum occaſione huius ſchedulæ natum fuiſſet, vt Audientiæ Indiarum ſub ſpolij prætextu pluribus cauſis ſe immiſcerent, quæ poſſeſſionem, & proprietatem Commendarum tangebant, & de hoc Fiſcalis Regius in Supremo Indiarum Senatu conquereretur, edita fuit alia prouiſio Regis Philippi II. dat. Monzonij 11. Octob. ann. 1563. quæ vocatur: *Quarta declaratoria de la lei de Malinas*, & diſponit: *Que ſino es en caſo de deſpojo de parte à parte, y hecho con violencia, y por ſu propria autoridad, no ſe entrometan las Audiencias à conocer en manera alguna, aunque ſea ſobre la poſſeſſion de los Indios, ni en otros caſos algunos, que los Gouernadores, y Iuſticias proueyeren, ſaluo que ſubſtancien el pleito, y lo remitan como lo diſpone la lei de Malinas, &c.*

Verùm ex huius quoque Prouiſionis diſpoſitione, fraus alia ſtatim oriri, & cognoſci cœpit. Nam cum per eam Regales Audientiæ cognoſcere, & iudicare inhiberentur de poſſeſſione Indorum per quemlibet iudicem, aut Gubernatorem data. Aliqui iudices faciles erant in veris, & legitimis poſſeſſoribus ſpoliandis, & aliis ad libitum de eorum Commendis inueſtiendis; & ſpoliati, ob ſerum ad Hiſpaniam recurſum, ius ſibi competens proſequi deſinebant. Ideóque ſub eodem Rege Philip. II. alia Prouiſio emanauit dat. Matrit. 30. Decembr. ann. 1571. quæ in poſterum priuatis iudicibus, quouis titulo Indorum poſſeſſionem dare, vel auferre prohibet; & id tantùm Proregibus, vel Gubernatoribus tribuit, quibus Commendarum conferendarum ius, & poteſtas eſt, irritum & inane decernens, quod ſecùs fuerit attentatum, & ipſis Indiarum Audientiis illud reponendi facultatem indulgens.

Et rurſus cùm Audientia Limana ſcripſiſſet
4 aliquando † trium menſium ſpatium, per legem de Malinas aſſignatum, ſufficiens non eſſe, ad probationes in huiuſmodi cauſis faciendas, reſponſum ei fuit per epiſtolam ann. 1554. vt vbi expedire viſum fuiſſet, illud, non obſtante prædicta lege, protrahere poſſet. Quæ omnia in Regalibus earundem Audientiarum ordinationibus anni 1563. *d. 2. tom. pag.* 172. ad vnguem obſeruari iubentur.

5 Et cùm quædam ex illis † hoc in dubium reuocaſſet, innitens cortici verborum cuiuſdam Prouiſionis anni 1580. quæ extat *eod. 2. tom. pag.* 204. & nepotem patruo præferens, in ſucceſſione Commendarum, iubet, vt ita deinceps per Regales Indiarum Audientias in emergentibus quæſtionibus terminetur, expedita fuit quædam ſchedula Montemaiori 20. Februarij ann. 1583. *eod. tom. pag.* 172. *& ſeq.* quæ declarauit, Regiæ voluntatis non fuiſſe, nec eſſe, vt ſimilibus dubiis legis Malinæ prouiſio, & eius declarationes fruſtrentur, eaſque iterum ſeruari iubet, & in ſuo vigore, ac robore permanſiſſe decidit.

Sed tandem † quoniam Commendæ tenues 6
eſſe cæperunt, & experientia compertum fuit, plura damna, & diſpendia oriri ex eo, quod omnes lites ſuper Commendis Indorum emergentes, ad Regium Senatum remitterentur; vt his damnis obuiam iretur, & ſubditorum commodis, litiumque breuitati proſpiceretur, emerſit nouiſſima alia Prouiſio tempore Regis Dom. Philippi III. dat. apud oppidum D. Martini de Rubiales 17. April. ann. 1610. quæ legem de Malinas, & eius declarationes recenſens, earum diſpoſitionem, ob temporum varietatem, & alias cauſas, quarum mentionem facit, ita temperandam ſtatuit, vt ſolùm in Commendis obſeruetur quarum reditus mille ducatorum ſummam excederent. Sic inquiens: *Fue acordado, que debia mandar dar mi carta, y prouiſion, por laqual ordeno, y mando, que ſin embargo de lo diſpueſto por la dicha Prouiſion, y lei de Malinas, y declaraciones de ellas, de aqui adelante de los pleitos que ſe mouieren en las dichas mis Indias, Iſlas, y Tierra firme, deſcubiertas, y que ſe deſcubrieren, y qualquiera parte dellas, aſſi en poſſeſſion, como en propriedad, ſobre Encomiendas, y repartimientos de Indios, penſiones, ò ſituacion ſobre ellas hechas, que fueren de valor y renta de mil ducados abaxo, conforme à las taſſas de los tributos que eſtuuieren hechos, ſin deducion de cargas, ni gaſtos, puedan conocer, y conozcan las dichas mis Audiencias Reales de las Indias, cada vna en ſu diſtrito, como de los demas pleitos, y negocios de que pueden, y deben conocer, quedandoles à las partes el grado y remedio de la ſegunda ſuplicacion, en los caſos que huuiere lugar de derecho. Y que los pleitos de las Encomiendas, y repartimientos, penſiones, y ſituaciones, que fueren de mil ducados de renta arriba, conforme à las dichas taſſas de tributos, por poco que exceda de ellos, y ſin deducion de cargas y gaſtos, vengan al dicho mi Conſejo, hechos, y ſubſtanciados, y con las citaciones y forma ordinaria de publicacion de teſtigos, para ſi las partes quiſieren tacharlos, con que no exceda todo del termino de los dichos ſeis meſes, y ſobre los deſpojos que ouiere en las Encomiendas, penſiones y ſituaciones, aunque ſean de mil ducados de renta arriba, conozcan, y procedan las dichas mis Audiencias, como haſta aqui, y no ſolamente en los hechos de vna parte à otra, ſino tambien en los hechos por los Gouernadores y Iuſticia, de hecho, y ſin guardar el orden, y diſpoſiciones de derecho, cedulas, y leyes de las Indias: y mando al Preſidente, y los del dicho mi Conſejo de las Indias, y à mis Vir eyes dellas, y à los Preſidentes y Oidores de mis Audiencias Reales de las dichas Indias: que guarden y cumplan, en lo que les tocàre, eſta dicha mi Prouiſion, ſin ir, ni paſſar contra ello, ſin embargo de las dichas leyes, cedulas, y ordenanças, y otras qualeſquiera que aya en contrario, que en quanto à eſto las reuocamos, y derogamos, quedando en los demas en ſu fuerça y vigor, &c.*

Ex quibus, in compendium redactis, deducitur, † in Regiis Cancellariis Indiarum cognoſci

nosci non posse super possessione, vel proprietate de causis Commendarum, quarum reditus annui excedant summam mille ducatorum: De spoliis autem cognoscere posse; & reliquas causas intra sex menses in eisdem Audientiis actuari tantùm, & concludi debere, & ad Regem Indiarum Consilium, partibus ad id citatis, remitti, vt in eo, fine debito terminentur. Et † de hac lege de Malinas, & antiquis eius declaratoriis mentionem fecit Ioann. Matienz. *in l.9. tit.7. lib.5. Recop. gloss.2. num.3. & seqq.* & eisdem, & reliquis nouioribus schedulis, quas suprà suo ordine retulimus, Ant. de Leon *in tract. de confirm. Regiis. 1.part. cap.5. num.41. & seqq.*

Sed vt ex variis quæstionibus, quæ circa praxim istarum Prouisionum, & schedularum frequenter occurrere solent, aliquas attingamus. Illa primò discutienda venit, † cur Audientiis Indiarum harum causarum cognitio interdicta fuerit? cùm de aliis, & quidem grauissimis, tam ciuilibus, quàm criminalibus cognoscere, & pronuntiare possint. Et supremus Indiarum Senatus se in eis immiscere non soleat, quin potiùs ipsius ordinationibus caueatur, † vt illas dictis Audientiis relinquat, & rarò, vel nunquam ad se auocet, vt sic meliùs earundem Indiarum Gubernationi vacare possit. Et quidem † licèt in voluntariis ratio reddi non soleat, qualia sunt plura, quæ hanc Commendarum naturam, & dispositionem concernunt, vt sæpè tetigimus, & in terminis obseruat D. Præses Valençuela *cons.83. num.141.* Adhuc tamen dicere possumus, hanc inhibitionem originem traxisse ex grauibus illis bellis, & seditionibus, variisque querelis, quæ primis temporibus occasione distributionis Commendarum ortæ fuerunt, ob quas, & malam tractationem Indorum commendatorum, diu multumque de illis penitùs tollendis, & abrogandis actitatum fuit, vt dixi *sup. hoc lib. cap.1. & 2.* Vndè cùm & Commendæ ipsæ tunc temporis ob Indorum ingentem numerum, valdè pingues essent, & qui eis inhiabant potentes, & bellicosi, vtpotè præliis, & conquisitionibus harum prouinciarum assueti; oportere primò visum fuit ob grauitatem causarum, & potentiam litigantium, vt Rex solus de his litibus iudicaret, & statim, ob magnas eius occupationes Regio Indiarum Senatui eadem cognitio priuatiuè mandata, vt habetur in d. prima lege, seu Prouisione de Malinas, de qua dixi *sup. num.2.* Nam licet nullum deferri posset Prætoriis Indiarum, adhuc tamen cùm in iisdem prouinciis, & inter ipsos litigatores morarentur, securiùs visum fuit eiusmodi causas ad Supremum illud Regiæ Curiæ Tribunal uocare, vbi liberiùs, & maturius terminari possunt. Nam † de causis arduis, & magnis, & inter Magnates, magno quoque animo, & à magnis iudicibus iudicandum est, *l. non distinguemus 32. §. de liberali, D. de recept. arbit.* ibi: *Quia fauor libertatis est, vt maiores iudices habere debeat, l.2. in fine, C. de pedan.iud. l.1. C.* vbi Senat. vel Clarif. cum aliis, quæ congerit Roman. *singul.472.* Forner. *lib.2. select. c.23.* Cuiac. *lib.9. obseruat. c.37.* Morla *in empor. iuris, tit.2. n.145.* Seneca *lib.10. epist.72.* ibi *Magno animo de rebus magnis iudicandum est. Alioqui videbitur illarum vitium esse, quod nostrum est, &c.*

Et potest adduci optimum simile, † ex causis *tenutarum* in statibus, & maioratibus Hispaniæ, quæ ob easdem rationes Supremo Castellæ Senatui priuatiuè reseruantur *in d.l.9.tit.7.lib.5.Recopil.* & similibus, vt ibidem aduertit Matienzus *d. gloss.2. n.1.* statim ad nostras Commendas inferens, ac proinde sentiens, in eis eandem rationem militare, idem Matienzus *in l.10. eod. tit. gloss.2.* Molina Theolog. *de iustitia & iure, tom.3. disputat.637. num.1.* Paz *in tract. de tenuta, 1.part. cap.39. & 2.part. cap.63.* & D. Valençuela *cons.69. num.26.* 13

Et aliud † de feudis, quæ nostræ Commendæ imitantur, in quibus notissima regula est, quòd causæ inter duos vassallos super feudo ortæ, ab ipso domino feudi terminandæ sunt; & inter dominum, & vassallos, apud Pares Curiæ, & non apud alios iudices inferiores, vt probat text. *in cap. Imperialem, §. præterea, de prohib. feud. alien. per Frede.* & ibi gloss. *verbo Duos,* & omnes feudistæ communiter, tex. & DD. *in cap. cæterùm, de iudiciis, cap. Romana, §. debet, de appellat. in 6. cap. ex transmissa, & in cap. verum, de foro compet. cap.1. de controuers. inter Episcop. & vassal. l. vlt. tit.26. part.4.* cum multis aliis, quæ tradit Dueñas *regul.321.* & Rosenthal. *in tract. de feudis, cap.10. q.41. num.75. & c.12. q.1. 2.3. & seqq.* vbi omnia Scribentium dicta circa has conclusiones latissimè, & & diligentissimè congerit. Et adeò veras esse inquit, vt procedant, etiam † si aliqui ex iudicibus sint laici, & vnus, vel vterque ex litigantibus clerici; nam adhuc ratione feudi apud dominum, vel eius Curiam, & Pares conueniendi, & iudicandi sunt, de quo dixi plura, & ad nostras Commendas accommodaui *sup. cap.5. num.13.* & nouissimè alia adducit Dom. D. Felician. à Vega, Episcop. Pacensis meritissimus, *in cap. decernimus, num.26. & 165. de iudiciis, & in cap.1. n.3. & 25. de foro compet.* & latiùs *in cap. verum 7. n.1. & seqq. eod. titulo.* 14 15

Et nunc addo optimam instantiam in iudicio tenutæ (de quo nuper meminimus) † quod etiã contra Clericum possidentem, & sic reum necessarium effectum, coram dicto Supremo Castellæ Senatu, & non coram iudice Ecclesiastico rei, esse deducendum, & ventilandum, tenet Paz *d. cap.63. in fine,* Emanuel Roder. *in quæstion. regul. 2. tom. q. 63. art.10. vers. Quantum,* & nouissimè Additionator Molinæ *lib.3. cap.14. num.1.* qui testantur de veriori, & receptiori, siue agatur de tenuta bonorum iurisdictionalium, siue non iurisdictionalium, & reprobant opinionem Bobadillæ, qui contrarium renuit, in Politica, *lib.2. cap.18. ex num. 157.* sequutus Martam *in tract. de iurisd. 4.p. casu 37. n.16. & cas.225. n.5.* & alios, quos ibi recenset. 16

Et † ita nunquam vidi, neque audiui de causis Commendarum, etiam ad monasteria Monachorum, vel Monialium, aut Hospitalia, vel alias Ecclesiasticas personas ex dispensatione pertinentiũ, in tribunalibus Ecclesiasticis actum fuisse sed semper in Supremo Indiarum Consilio, aut in Regalibus earundem Indiarum Cancellariis, iuxta formam præscriptam in schedulis, & prouisionibus *suprà* relatis. 17

Quæ † adeò obseruari debet, vt etiam ex consensu partium, vel ex errore, non possit prorogari in his causis iurisdictio dictarum Audientiarum, in casibus sibi non permissis. Nam etsi 18

19 aliàs † valeant acta à iudice feculari in caufa
petitionis hæreditatis, fi non opponitur coram
eo declinatoria, quòd exceptio matrimonij, vel
illegitimatis fit priùs coram Ecclefiaftico pertra-
ctanda, vt per text. & DD. in cap. tuam, de or-
din. cognit. Anchatr. *conf.*98.*n.*2. & alios, quos
refert & fequitur Craueta *conf.*220. *num.*5. In
20 noftro cafu contrarium dicendum eft, quia † quã-
dò iurifdictio eft ablata inferiori, vel referuata
fuperiori, non poteft inferior de caufa cognofce-
re ex tacito, neque expreffo confenfu litigatorum,
neque eius iurifdictio prorogari, etiam non ap-
pófita nullitate, imò nec acta ab eo validari, aut
ratificari, per ratihabitionem illius, qui poterat
delegare, *l.*1. *&* 2. vbi DD. *C. fi à non comp.
iud. l. certa ratione, & feq. C. quando prouocar.
non eft neceff. l.*2. *D. de iudic. l. fi per errorem,
D. de iurifd. omn. iud. l. ius publicum, D. de pact.
l. teftandi caufa* 13. *C. de teftam.* ibi: *Non autem
iurifdictionis mutare formam, vel iuri publico
derogare, cuiquam permiffum eft*, gloff. *in l. li-
cèt, C. de indic. & in l.*2. *C. de iure fifci*, Bart.
*in l. obferuare, n.*6. *&* 7. *D. de offic. Proconf.*
Bald. qui multum in noftris feudorum terminis
loquitur, *in cap.*1. §. *fin. n.*19. *de probib. feud.
alien. per Freder.* idem Bald. *in l.*1. *col.*13. *C. qui
accuf. non pofs.* Alex. *conf.*82. *vifo proceffu, in
princ. lib.*3. & plures alij, quos refert & fequitur
Maranta *de ordin. iud.* 4.*par. num.*20. & Sebaft.
Vantius, omnino videndus, *in tract. de nullitatib.
tit. de nullit. ex defectu iurifdictionis.* vbi inquit,
21 † hanc nullitatem prouenientem ex defectu iurif-
dictionis, nunquam exclufam cenferi, etiam fi
ftatutum aliquod breue tempus præfigat ad dicen-
dum de nullitate, iuxta text. gloff. Abb. & DD.
*in cap.*2. *de crim fal[f]. gloff. in Clement. vnica, de
fequeftr. pofs.* & alia, quæ tradit Didacus Pe-
rez per text. ibi *in l.*2. *tit.*15. *lib.*3. *Ordin.* A-
zeued. *in l.*2. *&* 4. *tit.*17. *lib.*4. *Recop.* & in ter-
minis tenutæ Paz *d.* 1.*par. cap.* 39. *numer.*46.
22 *&* 47. vbi inquit, † confenfum litigatorum non
poffe mutare iudicium, fi Tribunal, vbi de ea
difceptare volunt, incompetens fit, & quòd fi
in eo egerint, intelligentur non tenutam, fed
ordinarium iudicium poffefforium profequi vo-
luiffe.

Neque obftat, quòd (vt diximus) exceptio
matrimonij, vel illegitimitatis, non oppofita
nullitate, ante iudicem fecularem tractari poffit,
cuius cognitionis non folùm incompetens, ve-
23 rùm, & omninò incapax effe videtur. † Nam cer-
tius eft, quòd quando caufa matrimonij non agi-
tur inter coniuges, fed incidens eft, poteft à iu-
dice laico pertractari, vt latè per Farin. *in tract.
de inquifit. q.*8. *num.*150. Mart. *de iurifd.* 2.*par.
cap.*80. *ex num.*16. Thom. Sanch. *de matrim.
lib.*3. *difp.*54. *ex num.*3. quemadmodum & vbi
agitur de repetenda dote propter adulterium,
laicus eft competens iudex, vt eft cafus deci-
fus per Franch. *decif.*312. *num.*6. & refert Addi-
tion. Molinæ *d. lib.*3. *cap.*3. *num.*24. *&* 25.
*pag.*260.

24 Et prædicta adeò vera funt, † vt non folùm
debeant Regales Audientiæ fe abftinere à cogni-
tione huiufmodi caufarum, vbi notoriè cafus fi-
bi commiffos in quantitate, vel in qualitate ex-
cedunt, verùm & vbi probabili ratione dubitari
poffit, an excedant, vt puta fi dubium fit, an de
mero fpolio, vel de iudicio poffefforio tractetur,
vel an Commenda, habita confideratione fru-
ctuum, penfionum, vel expenfarum, aut alia-
rum deductionum, vel acceffionum, mille duca-
tos excedat, vel non excedat. Nam tunc fecurius
erit in earum cognitione fuperfedere, & ad Re-
gium Confilium remittere, tum ex vulgari regula
iuris, quæ habet † interpretationem, & dubie- 2
tatem refcripti, conceffionis, vel priuilegij prin-
cipalis ab eo petendam effe, *l. fi Imperialis, l. le-
ges facratiffimæ, C. de legibus, l. non ambigitur,
D. eod.* gloff. *in cap. decet, de reg. iur. in* 6. quæ
allegat, *cap. quid per nouale, de verb. fignif.*
cum multis aliis, quæ adducit Velafc. *in axio-
mat. iur. litt. I. num* 88. Tum maximè, † quia 2
mortaliter peccat, non folùm, qui fciens de-
fectum iurifdictionis in caufa procedit, verùm
& is, qui de ea dubius, & anceps exiftit, vt eft
communis Theologorum poft D. Thom. 2. 2.
*q.*67. *art.*1 Leffius *de iuftit. & iur. lib.*2. *cap.*
29. *dubit.*6. Cordub. *in quæftionar. lib.*3. *q.*5.
Sylueft. *verb. Dubium*, Azor. 1.*tom. inft. mo-
ral. lib.*2. *cap.*1. Vazquez *in* 1. 2. *difp.*62. *cap.*
1. & latiffimè Vantius *tit. de nullit. ex defect.
iurifd. ex num.*1. *ad* 10. Ceuallos *de violent.*
2 *par. q.*63. *ex num.*4. D. Valençuela *conf.*48.
*num.*39. Mifyng. *obfer.*87. *num.*2. *cent.*9. vbi
inquit, & probat *ex cap. fuper litteris, de re-
fcriptis*, quòd cognitio, an quis fit iudex, debet
præcedere omne exercitium iurifdictionis, Pe-
guera *decif. Catal.*189. & Aloif. Riccius *collect.*
204. *par.*1.

Secundò, circa eandem legem de Malinas, &
eius declaratorias, quæri poteft, & folet, an cùm
in eis dicatur, in Regio Indiarum Confilio ter-
minandas effe Caufas Commendarum, quæ in-
ter priuatos conuertuntur, fiue Indi fint in Co-
rona Regia, fiue à priuatis poffideantur, quid
† dicendum, & practicandum fit, vbi ipfe fif-
cus actionem mouet, & aliquem priuatum, Indis,
quos poffidet, priuari, & fibi applicari prætén-
dit? Et prima facie dicendum videtur, fifcum
agentem in prædictis legibus comprehenfum non
videri, fed in Regalibus Indiarum Cancellariis
audiri debere, quoniam in eo ceffant rationes,
quæ illarum caufarum euocationem ad Senatum
Regium fuaferunt. Et quia † eius priuilegium eft,
vt breuiter, & de plano in iuribus fibi compe-
tentibus integretur, *l. miffi opinatores, C. de
exact. tribut.* Ofafcus *decif.*89. *num.*3. *cum fe-
quentib.* & nunquam litiget fpoliatus, vt habes
apud Couar. *in practicis, cap.*17. *num. fin.* Re-
buff. ad leges Gallicas, 3.*tom. tit. de materiis
poffefforiis, art.*2. *glofs.*2. *num.*26. *& feqq.* vbi
ait tritam regulam effe in Regno, quòd Rex nun-
quàm litigat Diffaifitus, Roland. *conf.*89. *num.*35.
*lib.*2. Ioan. Garcia *de nobil. glofs.*9. *n.*5. *l.*9. *tit.*11.
*lib.*2. *Recop.*

Tum præcipuè, † quia habemus expreffam fche-
dulam datam Pinciæ 1. Martij, an. 1551. & aliam
Matrit. 17. Iulij, ann. 1572. *to.*2. *impref. pag.*229.
quæ eifdem Cancellariis committunt, & iniun-
gunt vt tollant Indos, quos Clerici, Epifcopi, vel
Monafteria poffederint, & eos ad Coronam Re-
giam reducant, & aliam dat. Pinciæ 18. Iulij, ann.
1551. *eod. tom. pag.*233. quæ caput Nouarum legum
ann. 1542. præcisè obferuari per eafdem Audien-
tias iubet, & Indos omninò illis omnibus adimi,
qui eos abfque iufto aliquo, & legitimo titulo ha-
beant.

Sed nihilominus Ego contrarium defende-
rem, vbi priuatus à fifco impetitus legitimam
aliquam,

aliquam, vel saltim coloratam Commendæ possessionem habuerit. Nam † generalis est dictarum legum hoc in casu determinatio, quoad omnes litigantes, vel litigare volentes, super possessione, vel proprietate Commendarum, vt ad Regium Senatum remittatur. Et quemadmodum vbi priuatus contra fiscum agit, hoc obseruandum est, ita viceversa, vbi fiscus contra priuatum. Nam † iudicium claudicare non debet, *l. si cùm dies*, §. *penult. D. de recep. arb.* ibi: *Absurdum enim esse, iussum in alterius persona ratum esse, in alterius non*, *l. 3. D. mandat.* ibi: *Namque iniquum est, non esse mihi cum illo actionem si nolit, illi verò si velit mecum esse*, *l. in hoc, D. famil. erciscun. l. non tantùm 2. D. de re iud. l. fin. C. de fruct. & litium expens. l. in sacris, C. de prox. sacror. scrin. lib. 12. l. non debet, D. de reg. iur. cap. vlt. 3. q. 5.* cum latè adductis à Thomaseto *regul. 155.* Amatis *decis. Ferrar. 11. num. 12.* Tuschus *litt. E. concl. 306.* & Velasco *in tract. de priuileg. pauper. 1. par. q. 55. ex num. 4.*

Et licèt contractus aliquando claudicet fauore pupilli, vt *in l. Iulianus*, §. *si quis à pupillo, D. de action. empt. l. 4. tit. 11. part. 3.* Fiscus tamen † non dedignatur iura sua sibi esse communia cum priuatis, *l. digna vox. C. de legibus, l. 3. C. de testam. Nouella 105. cap. 2.* cum aliis, quæ congerit Osualdus *ad Donel. lib. 1. commen. cap. 17.* & disertissimè D. Fran. Amaya *lib. 1. obseruat. cap. 1. num. 91. & seqq.* & † semper vtitur iure communi, nisi specialiter priuilegiatus reperiatur, *l. quod placui. D. de iure fisci*, text. & ibi gloss. *in l. item veniunt. §. in priuatorum, D. de pet. hæred. & in l. 1. C. eod. tit.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. n. 100.* Peregrin. *de iure fisci. lib. 5. tit. 1. num. 1. & seqq.* & Nouarius *lib. 1. quæst. forens. q. 14. n. 10.* Et ita videmus, † quòd in feudis Pares Curiæ æqualiter iudicant, siue dominus agat super feudo, & eius inuestitura contra vassallos, siue vassalli contra dominos, vt *in d. cap. 1. de controuers. feudi*, apud Pares terminanda, cum similibus *sup. num. 14.* relatis.

Quibus non repugnant schedulæ illæ, quas in contrariū expendimus, & quòd fiscus nunquàm solet spoliatus litigare. Nā † procedunt, quidem, & absque dubio practicari debent, in casibus, in quibus loquuntur, scilicet, vbi fiscus suam intentionē fundatam habet, & ille, cum quo litigare vult, non est possessor, sed iniustus Commendæ intrusus, & detentator, absque vllo titulo colorato. Quo casu iustum est, vt Regales Audientiæ fiscum restituant, quemadmodum & priuatos de facto spoliatos restituere possunt, ex eadem lege de Malinas, & eius declaratoriis, quarum seriem suprà retulimus.

Et sic hac consideratione habita, † potest fiscus compellere omnes, & singulos possessores Commendarum per publicum proclama, vel alio modo, vbi sibi expedire visum fuerit, vt compareant ad exhibendos titulos earum, vt habetur in d. schedula ann. 1551. & in quodam capite instructionis Proregis Peruani 18. in ordine ann. 1595. quod extat *in 1. tom. pag. 312.* & meminit Anton. de Leon *d. tract. de confirmat. Reg. cap. 17. n. 21. & 22. part. 1.* Nam † & si regulariter nemo cogatur edere titulum suæ possessionis, *l. cogi, C. de petit. hæred.* & ibi DD. gloss. *in cap. ordinarij. verbo Exhiberi, de off. ordin.* gloss. fin. *in cap. 1. de reg. iur. lib. 6.* Ias. *in §. actionem, n. 200. Inst. de actionibus*, cum aliis; quicunque tamen, qui titulum, aut ius in re aliena prætendit, is meritò titulum, aut ius illud docere debet, cùm alioqui res illa domini, & libera præsumatur, *l. altiùs, C. de seruit. & aqua*, Ambros. de Vignate *inter consilia feudalia. cons. 52. numer. 8.* Rosenthal. *de feudis, cap. 10. quæst. 41. n. 103. & q. 43. n. 27.* & latè Menoch. *lib. 3. præsumpt. 91. num. 3.*

Et idem est, † quoties ius communi possessori resistit, aut præsumptio est contra eum, vt rectè docet Lucas de Pena per text. ibi *in l. 2. C. de fund. Limitroph.* & in † feudis (de quibus agimus) est communis omnium limitatio *in d. l. cogi. & in cap. Imperialem*, §. *illud quoque præcipimus, de prohibit. feud. alien. per Fred.* vbi Afflict. *num. 12. l. per inciuile, C. de furt. cap. cùm contingat*, ibi, *Nisi rationabilis causa ostendatur, de decimis*, cum aliis, quæ tradit Hartman. Pistor. *lib. 2. quæst. q. 46. numer. 7.* Gail. *lib. 2. obser. 69. num. 7.* Roland. à Valle *cons. 89. n. 24. vol. 2.* innumeri apud Rosenthal. *d. tract. de feud. cap. 6. q. 68. in fin. & cap. 8. q. 33. n. 8. & seqq.* vbi agit de citatione ad ostendendum titulos, & quid si constet de non iure ipsorum, Menoch. omninò videndus, *cons. 1125. num. 15.* & vltra relatos ab eo, Socinus *reg. 525.* Ioan. Franc. Ponte *de potest. Proreg. pag. 138. n. 37. & seqq.* & nouissimè, & latissimè hunc articulum tractans Marius Cutellus *in decis. Siciliæ 1. & 2. per tot.* & Peregr. *de iure fisci, lib. 7. tit. 3.*

38 (beside "Et idem est, †"); 39 (beside "& in † feudis")

Et in † titulis beneficiorum, quod etiam exhiberi debeant DD. præcipuè Phil. Franc. in d. cap. ordinarij, vbi argumentantur de beneficio ad feudum, Ioa. Garc. *de nobilit. gloss. 2. §. 1. n. 24.* Mascard. *de probat. concl. 1372. vol. 3. per tot.* & Rosenthal. *vbi sup. d. q. 33. litt. H.* vbi alios adducit, idem procedere docens in emphyteusi litt. I. & in quocunque † qui Regalia possidet litt. G. Matta *de iurisd. 2 part. cap. 5. n. 9. & 15.* Greg. Lopez *in l. 2. verbo Iustitia, tit. 1. part. 2.* vbi probant, Regem fundare intentionem ad exercendam iurisdictionem in omnibus suis Regnis, etiam in terris dominorum, & Prælatorum, & ad petendum, & cogendum eos, vt titulos suos exhibeant. Quod & probatur *in l. 2. & 3. tit. 1. lib. 4. Recop.* & per Matienz. Palac. Rub. & eius Additionat. Bellug. & alios, quos refert, & sequitus Bobad. *in Politic. lib. 2. cap. 16. n. 92.* 40 41

Et mediante † hac exhibitione, & inspectione titulorum nostrarum Commendarum liquèbit, vtrùm sit deferendum necnè possessioni, quam Commendatarius se habere prætendit? Nam in casibus, in quibus requiritur titulus ad possessionem, † vbi is deficit, nihil prodest possessio, vt notat Bald. *in cap. quæ in Ecclesiarum, n. 3. de constit. & in l. locorum, C. de omni agro deserto, lib. 11.* & in nostris terminis deciditur per sched. Regiam ann. 1551. de qua sup. n. 29. quæ iubet, vt nemo possit se iuuare possessione Indorum, qui legitimum titulum eorum non ostenderit, quia † possessio à iure damnata debet iustificari, aliàs non iuuat possessorem, *cap. ad decimas, de rest. spol.* cuius meminit Greg. Lopez *in l. 5. verb. Que si el señor, tit. 14. part. 3.* vbi multum signanter subiungit: *Quòd ex hoc patet iustitia illius legis, editæ † contra tenentes Indos in possessione seruitutis, vt ostenderent titulos, quæ promulgata fuit an. 1543. in oppido de Madrid, licèt priùs data Barchinonæ anno proximè præcedenti:* & idem in aliis quæstionibus valdè similibus, docet *eadem* 42 43 44 45

l.5. d. tit.14. part.3. l.17. tit.14. part.7. Paul. de
Castro in l. ad probationem, la 2. C. de probat. Ota-
lora de nobilitate, cap.2. 2. part.3. part. princip. n.
4. Mascard. de probat. concl.146. n.12. & 14.
ver. Secundò limita, Menoch. de recuper. re-
med.15. à n.458. & n.469. & seq. Rosenth. d.
tract. de feud. cap.12. concl.12. n.42. & n.61. &
seqq. & Azeuedus in l.8. tit.9. lib.3. Recop. ex n.3.
vsque ad n.11.

46 Iustificare † autem dicetur suam possessionem,
quoad hunc effectum retinendi Commendam, &
excludendi spoliationem à fisco intentatam (vt
suprà diximus) qui titulum eius saltem colora-
tum ostenderit. Nam adeo potens est possessio,
maximè vbi per annos aliquot continuata repe-
47 ritur, vt quis debeat in ea † manuteneri ex titulo
apparenti, licèt non concludenti, quousque in
iudicio proprietatis vincatur, cap. cùm personæ,
§. penult. vbi Ioan. Andr. n.6. Geminian. 4.
Franc.2. Anchar. 5. de priuileg. lib.6. Couar. in
pract. c.17. n.9. vers. Primum vbi de iuribus, tex.
celebris in cap. cum venissent, de institution. ex
cuius hypothesi rectè notat Abb. ibidem n.8. Quòd
possessio contra ius coadiuuata ex vera præsumptio-
ne alicuius tituli, licèt clare non constet de qua-
litate tituli, sufficit ad repellendum proprietarium
illius iuris, nisi clarè probet defectum tituli præ-
sumpti. Sequitur Marescotus lib.1. variar. cap.11.
num.36. & 37. & cap.59. per totum, Ioan. Garcia
de nobil. gloss.8. num.4. vsque ad 11. Achil. de Gras-
sis decis.5. de restit. spol. Marta de iurisd. 2. part. c.
5. n.18. & seqq. vbi saltim coloratum titulum suf-
ficere arbitrantur, & Cacheran. decis.54. vbi pro-
48 bat † in interdicto retinendæ in beneficialibus
sufficere probare antiquam possessionem, & iustifi-
care eam cum exhibitione, vel probatione alicuius
tituli, etiam colorati.

49 Et est ratio huius rationis, † quòd titulus etiam
minus legitimus sufficit ad possidendum, quem-
admodum contractus etiam nullus sufficit ad trans-
ferendam possessionem, si eius virtute de facto ap-
prehendatur, vel ab eo, qui illam habet, tradatur,
l.1. §. si vir vxori, vbi communiter DD. D. de
acquir. possess. ibi: Quia res facti infirmari iure
ciuili non potest, Bald. in l. non dubium, C. de
legibus, num.18. gloss. finalis in l.3. §. ex pluri-
bus, vbi Alberic. & alij, D. de acq. poss. l.5. §.
sciendum, iunct. gloss. ibid. D. de donat. inter,
Aretin. in d. §. si vir, n.4. Socin. cons.13. vol.4.
50 Necnon, quòd † exceptio, etiam dubia, inte-
rim dum pendet, & deciditur causa talis dubieta-
tis, idem operatur, quòd exceptio perpetua, l.
sufficit. D. de condict. indeb. vbi Ias. n.2. l.2. §. si
pendeat, D. ad Macedon. Purpur. in l. edita, num.
204. & 205. C. de edend. Tiraq. de retract. con-
uent. §.2. gloss.1. n.39. Craueta de antiq. temp. 1.
part. §. viso de verbis, num.58. fol.47. Seraph.
de Oliuar. decis.1581. num.3. Vbi egregiè docet,
51 † quòd mandatum de manutenendo datur existen-
ti in possessione, interim dum dubitatur de reuo-
catione priuilegij, Rota lib.2. diuers. decis.64.
n.1. & 2. vsque ad 5. fol.586. vbi concludit, quòd
vbi deducitur in controuersiam validitas alicuius
tituli, vel præcepti Papalis, non debet quis,
pendente huiusmodi iudicio, priuari commodo
suæ possessionis, argum. text. in cap.1. vbi Abb.
num.4. vt lite pendente, Marescotus lib.2. va-
riar. cap.64. per totum, & præcipuè n.9. & seqq.
vbi quòd † manutentio est concedenda existenti
52 in possessione exigendi, quamvis reprobatus sit
contractus, cuius vigore exigit, per duas senten-
tias, è quibus fuerit appellatum. Imò etiam stante
re iudicata, donec discutiatur negotium restitutio-
nis in integrum.

Quinimò, † etsi titulus etiam discoloratus vi- 5
deatur, adhuc si quis eius virtute in possessione
fuerit, non poterit per fiscum, & Regias India-
rum Cancellarias Commenda priuari, nisi priùs
ad hoc citatus, & saltem in summario iudicio con-
uictus fuerit, vt disponitur in quadam antiqua
Prouisione data Monzonij 25. Octobr. ann. 1533.
quæ habetur 2. tom. sched. pag.168. Quod non
videtur derogari per nouiores de Malinas, & alias,
de quarum praxi, & interpretatione agimus. Et
est iuris communis regulis consentaneum, quibus
docemur, † quòd licèt valeat prouisio, & colla-
tio de beneficio, quod alter sine titulo possidet,
adhuc tamen ille possessor, vel detentator priùs
citari, audiri, & conuinci debet, l.1. cum vul-
gat. D. vti possidet. l. meminerint, C. vnde vi,
vbi dicitur, hoc non posse excusari, etiam au-
ctoritate rescripti Principis, cap. inter quatuor,
de maiorit. & obedientia, l.2. C. si per vim, vel
alio modo, cap. licet Episcopus (quod est capi-
tale in hac materia) de præbend. in 6. vbi Domi-
nic. notab. penult. Innocent. Hostiens. Ioann.
Andr. Panormit. & alij in cap. multa, de præ-
bend. Bald. in l. si maritus, C. de donat. inter,
Alexand. consil.103. colum. fin. lib.3. Bartol. in
l. fin. versic. Item extra gloss. quæro, Baldus in l.
si deserta, C. prop. pub. pensit. & in l. nam ita
Diuus, D. de adopt. colum.2. versic. Sed nunquid
Marta dict. cap.5. num.69. vbi docent, quòd
possessio etia iniusta, nemini, quamvis notorio
prædoni, est auferenda sine causæ cognitione; &
quòd regulariter omnis possessor est manutenen-
dus, l.1. §. sin autem proprietarius, C. comm. de
manumis. l. sed etsi seruus, D. quod cum eo, l. fin.
D. de vsucap. latè Decius consil.191. num.1. Cal-
derin. cons.4. numer.1. de dilat. vbi signanter di-
stinguit, quòd si † committitur alicui iudici, vel
tribunali, vt inquirat, an titulus, quo vassallus
aliquid possidet, est iustus, vel defectuosus? Si
hæc inquisitio tendit solùm ad informandum Prin-
cipem, non est necessaria eius citatio, sin au-
tem ad titulum reprobandum, & possessionem
vassallo auferendam, debet præcedere citatio so-
lemnis: † quoniam possessor, quantumvis illi-
citus, non potest damnari, nec remoueri, nisi
primò citetur, & condemnetur, l. defensionis 7.
C. de iure fisci, Felin. in cap. cùm olim, num.11.
de re iudic. Guido Papæ decis.366. Stephanus
Gratian. lib.2. discept. forens. cap.339. ex num.
26. vsque ad 32. Marta in compilat. decision. tom.
2. tit. spolium, cap.25. fol.141. Peregrin. de fi-
deicommiss. artic.52. num.135. & 136. vsque ad
139. & de iure fisci lib.8. tit.3. num.10. fol.209.
Rodolphin. de suprema potestat. Princip. cap.6.
num.199. vbi, quòd ita seruatur in Curia Par-
lamenti, Couarr. lib.1. variar. cap.16. num.9.
& 10. Fabius Turretus cons.9. ex num.6. ad 19.
lib.2. & latissimè Nicol. Garc. de benef. par.11. cap.
10. ex num.5.

Quamvis non desint, † qui contrarium teneant, 7
vbi notorius est tituli defectus, vt dixi cap. præce-
denti, num.89. & sequentibus, vel vbi spolium
ex prædicta causa iniustæ possessionis fit à Rege,
vel Prorege, aut alio magno iudice, † quia tunc 8
remedia possessoria, vel interdictum vnde vi, non
habet locum, vt docet Alberic. in l. si de vi, ad
finem

finem, D. de iudiciis Afflict. decis. 361. num. 12. & 13. vbi rationem reddit, quòd Princeps non tenetur seruare ordinem iudiciarium, & in dubio præsumitur, quod benè egerit, ad differentiam spoliati ab inferiori, secundùm Innocent. in cap. de causis, de re iudicat. & Bald. in l. fin. C. de legibus, & idem sequuntur Bellamera in cap. non liceat, num. 33. & sequentib. 12. quæst. 2. Baldus cons. 445. volum. 1. Decius consil. 125. colum. 3. Gerard. Mazol. cons. 31. num. 9. & seq. Petrus Perra de potest. Princip. cap. 6. num. 106. pag. 143. & latè Rosenthal. de feudis, cap. 10. quæst. 41. num. 84. loquens de Imperatore, qui notorium spoliatorem spoliat, & quòd tunc citatio necessaria non sit.

Eritque longè certius, † quando agitur de numeratione Indorum, & tollendis his, qui vltra contentos in titulo, vel matricula possidentur, quia ad hoc nulla citatio necessaria est, vt docet Bartol. post gloss. ibi in l. 2. §. D. de administ. rerum ad ciuit. pert. in l. 2. C. de curial. & cohortal. Abbas in cap. ex insinuatione, in fine, de appellation. & in dicto cap. cùm olim, de re iudic. colum. 6. & in cap. bonæ, el 1. col. 4 de elect. & in cons. 68. in fine, volum. 2.

Et idem contingeret, † vbi ex stylo, vel consuetudine, ad talem priuationem faciendam ex vitione tituli iniusti, vel defectuosi, receptum fuisset, quod non interueniret citatio, nam talis consuetudo excusaret, & operaretur, vt actus sustineatur, nec annullari possit ex defectu citationis, vt voluit Baldus in Auth. si quis in aliquo, colum. pe ult. C. de edendo, Alexand. cons. 65. volum. . Decius cons. 163. incip. In causa, col. 7. & Alex. in l. de vnoquoque, D. de re iud. vbi eius additio plures alios congessit: & Ego subiicio, † quod ubi inter duos de Commenda, vel quolibet alio iure simili litigatur, non est necessarium ipsos Indos commendatos citare, vt egregiè docuit Ias. in l. rescripta, D. de pactis. & Parlador. lib. 2. quotid. cap fin. 5. part. §. 9. n. 21. vbi docet, quod inter duos optimates de iurisdictione alicuius oppidi disceptetur, non erit necesse homines de populo siue vassallos ad causam citare secundùm Bald. in l. 2 C. de liberali causa, Innocent. & reliquos in cap. inter quatuor, de maiorit. & obedient. Quemadmodum nec in vnione beneficiorum necesse est, vt ad eam faciendam citentur illi de plebe, vt post Boër. Hojedam, & alios benè resoluit Nicol. Garc. de benef. part. 12. cap. 11. de vnione, num. 119. fol. 308.

Sed nunc alia hic nascitur quæstio, vtrum hoc quod diximus, de necessaria tituli exhibitione, & possessionis iustificatione, vbi ex parte fisci commenda prætenditur, procedat, & locum habeat † in eo, qui à priuato spoliatus est, & spolij restitutionem in Regalibus Indiarum Cancellariis sibi fieri postulat, iuxta formam, quam præscribunt schedulæ suprà relatæ. Et censeo id inter priuatos non admittendum, vulgò: *En los despojos de las Encomiendas, que se hazen de parte à parte.* Nam fisco ideò titulus exhiberi debet, quia † suam intentionem fundatam, habet, non solùm quoad proprietatem, verumetiam quoad possessionem, vt in terminis notauit Greg. Lopez in l. 6. tit. 29. partit. 3. gloss. fin. & ab ea parte probatio exigenda est, quæ illam particulari aliquo iure, vel concessione excludere nititur, l. ab ea parte, D. de probation. cum vulgat. Qui autem fundat de iure communi, nihil probare tenetur, vt latè per Couarr. in pract. cap. 17. n. fin. vers. Primum, Pacian. de probat. lib. 1. c. 8. n. 5. text. gloss. & DD. in cap. cùm personæ, de priuileg. in 6. quæ ratio inter priuatos non militat, cùm vterque alieno, idest Principis, beneficio fundetur, vt rectè, præter alios, obseruat Marta d. cap. 5. n. 33. & 70. vbi ait, titulum nullum requiri in possessorio inter priuatos, etiam ad colorandum.

Atque ita, † in rebus profanis, agenti inter 65
dicto recuperandæ, non incumbit probare titulum, sed solùm possessionem, & spolium, de quibus constat in actis, † quoniam spoliatus, etiam 66
si sit prædo, ante omnia restitui debet, cap. 1. cap. in litteris, de restit. spol. l. 1. §. à me, D. de vi, & vi armata. l. si quis ad se fundum, C. vnde vi, cum innumeris aliis, quæ ad huius Brocardici comprobationem adducit Corsetus in regula spoliatus, Menoch. de recuper. poss. remed. 1. ex num. 12. Ant. Gabriel. commun. conclus. tit. de restit. spoliat. conclus. 1. Cardin. Tuschus litt. S. conclus. 185. & Aluarez Velascus in tract. de priuileg. pauper. part. 1. q. 46. ex n. 1. & in axiom. iuris, litt. R. n. 118. & seqq. Quod est adeo verum, † vt etiam si quis offerat se incontinenti 67
exceptionem dominij probaturum, non obsit talis exceptio petenti restitutionem, ob fauorem spolij, & odium spoliati, vt docent omnes DD. Canonistæ communiter per text. ibi in d. cap. 1. & cap. litteras, §. final. de restit. spol. & Legistæ in l. naturaliter, §. nihil commune, D. de acquir. poss. vbi Ripa n. 52. Felin. in cap. fin. num. 3. de libelli oblat. & alij suprà relati. Qui addunt, † quòd sicut exceptio proprietatis non 68
potest opponi ab spoliatore, ita nec ab habente causam ab eo. Et idem procedit † in exceptione 69
iuris tertij, vt docet Bart. in l. 2. D. de except. rei iud. etiam si hæc exceptio opponatur ab ipso tertio, vbi ex tali oppositione iuuatur spoliator, vt singulariter declarat Ant. de Butrio in d. cap. in litteris, num. 23. post Innocent. in cap. veniens, de spons. & latiùs Ripa vbi suprà n. 8.

Et licet † sit talis exceptio, quòd per eam con- 70
stet de non iure agentis, & inducatur notorius defectus tituli, & proprietatis, quia adhuc non impedit reuocationem spolij, & attentatorum, neque de ea potest agi in iudicio possessorio, vt per Philip. Franc. in cap. bonæ memoriæ, n. 15. de appellat. & latè Couar. qui de communi testatur, in pract. cap. 23. n. 4. quidquid contrarium sentire videatur Ioan. de Imola in d. cap. bonæ, Anchar. in cap. ad decimas, de restit. spol. & Afflict. decis. 98. & alij nouissimè relati à D. Valenç. cons. 134. n. 57. vol. per tex. † in eod. cap. 71
ad decimas, vbi notorius tituli, & proprietatis defectus in causa decimarum obstat, agenti ad spolij restitutionem. Nam ille textus ea consideratione subnititur, quòd ibi spoliatus erat incapax decimarum, eiusque possessionem iuris prohibitio, & præsumptio contradicebat, & aduersarij intentionem fundabat, prout in casu fisci agentis, vel spoliantis suprà retulimus, & optimè post alios, quos refert, tradit Ant. Gabr. vbi sup. limit. 7. n. 66. & seq. & n. 107. Corras. lib. 2. miscel. cap. 2. Menoch. de recuper. remed. 15. q. 34. n. 433. & seqq. & latissimè Marta de iurisdict. 2. part. cap. 5. n. 46. & seqq. Iacob. Berreta, omninò videndus, cons. 21. n. 3. Hercules Marescotus lib. 1. var. cap. 59. num. 15. & seqq. & libr. 2

cap. 64.

cap.64. qui eandem solutionem assignant ad text. *in cap. significasti, de diuortiis*, & tradit alia idem
72 Menochius *conf.559. num.38.* vbi † quod occupans violenter feudum ab alio possessum, suo iure priuatur.

73 Quæ etiam procedent † in spoliis factis à iudicibus inferioribus, iuxta nouiores dispositiones dictarum schedularum. Nam hæc quoque illicò, & ante omnia per Regales Audientias reuocanda, & restituenda sunt, vt deciditur in eisdem sche-
74 dulis, † quæ in summa, ex tribus interdictis possessoriis, quæ reperiuntur in iure, nimirum *Adipiscendæ, Retinendæ, & Recuperandæ*, vt ait tex. *in §. sequens, Inst. de interdictis*, Bald. *in l. ordinarij, num.3. C. de reiuindicatione*, & Menochius *in tract. de adipiscend. in principio, & de retinen. num.15.* Duaren. *lib.1. disput. cap.19.* Cuiac. *lib.5. obser. cap 17.* Alciat. *lib.10. parerg. cap.7.* Hottom. *lib.1. obseruat. cap.10.* Quintanad. *de iurisdict. & imperio, lib.1. cap.7. num.34.* Ausonius de laudibus ternarij numeri, ibi: *Interdictorum triplex genus, &c.* solùm dictis Audientiis reliquisse videntur cognitionem recuperandæ possessionis, vbi spolia fiunt de parte ad partem, & retinendæ, quoad curam, & solicitudinem, vt veri, & legitimi possessores in sua possessione tueantur.

75 Et licèt hoc olim † non admitteretur, in spoliis à iudicibus factis, fortè *ex l. iustè possidet, D. de acquir. possess. l. qui auctore, D. de reg. iur. l.3. D. quod metus causa*; posteà tamen in eis etiam obseruari iussum fuit, nisi Proregibus, vel Gubernatores essent, qui Principem repræsentarent, & commendandi Indos facultatem ha-
76 berent. Nam † tales iudices ordinarij, vbi de facto procedunt, pro personis priuatis habentur & sic spoliati ab eis possunt intentare remedium restitutionis spoliatorum, vt *in cap. cùm causam, de off. delegat. cap. conquerente*, vbi DD. *de restit. spoliat. l.2. tit.13. lib.4. Recopil.* Speculator. *de petitor. & possess. §. quoniam*, Ripa *in d. §. nihil commune, num 58.* Abb. *in cap. dilectus, el 1. num.4. de rescript.* & aliis traditis à Burgos de
77 Paz *conf.12. n.18.* & quæ † de facto ab eis fiunt, de facto etiam restitui debent, sine ordine, & sigura iudicij, vt traditur *in l. minor 25. annis, in princip.* vbi elegans gloss. D. de euictionibus, *l. si cum nulla, D. de re iudicat. l. quemadmodum, D. ad leg. Aquil.* Hippol. de Marsilis *in l.1. in princip. num.31. D. de quæstion.* Felin. *in cap. qualiter, & quando, el.1. n.15. vers. Tertiò limita, de accusat.* Bartol. *in l. fin. n.11. C. de edict. Diui Adriani*, Bald. Alexand. & alij, *in l. si pacto: quo pœnam, C. de pactis*, idem Alexand. *conf.5. n.8. lib.2.* & plures alij, quos refert, & sequitur Burgos de Paz *vbi suprà*, & Magerus *de aduoc. arm. cap.13. num.323.* vbi quòd iudici spolianti, vel de facto, vel iniustè procedenti, resistere licet.

78 Quorum multi (quod plus est) tenent, † quod etiam non citato possessore potest iudex reuocare possessionem ei datam, si de facto, non citato primo alio possessore, data fuerit, per doctrinam Ioann. Andreæ *in addition. ad Speculat. tit. de sentent §. species, vers. Et quoque*, & Ioann. Fabri *in §. fin. num.7. Inst. de pœna temere* litigantium, quem sequuntur Angel. & Imola *in l. de vnoquoque, D. de re iud.* Ant. & Abb. *in cap. cùm cessante, de appellat.* & alij, quos refert Felinus *vbi supr.* Romanus *singul.773.* latè Boër. *decis.238. num. finali*, & Ioann. Gutierr. *de iuram confirmat. 3. parte, cap. fin. per totum.* Et hoc est, quod voluit dicere Abb. in cap. quia clerici, de iure patronatus, quod in † actibus notoriè iniustis procedit iudex extraiudicialiter spoliando: quem refert. & sequitur Gregorius Lop. *in l.4.* gloss. *fin. in fine, tit.2. part.7.*

Nulli namque † iudici permittitur priuare quemquam de facto possessione rei suæ, *l. meminerint, C. vnde vi, l. fin. C. si per vim, vel alio modo.* Imò nec etiam † Principi, nisi de potestate absoluta, & ex iusta causa, vt diximus *in cap. præcedenti*, & docent communiter Scribentes *in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitut. & in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. pub.* Bertazolus *conf. 289. lib.2. num.33. & conf.366. n.7. cum seqq. lib.2.* vbi quòd † etiam spoliatus à fisco est ante omnia restituendus, Ruinus *conf.46. n.6. lib.1.* Peregrin. *conf.21. num.34.* vbi quòd Princeps ex hoc non fit reus, sed spoliatoris partes sustinet, alioqui esset cautela iniusta contra vassallos, quia nec etiam Principi licet aliquem spoliare de facto, Gramm. *decis.15. n.10. & decis.18. n.21. & decis.65. n.33.*

Et hoc adeò verum esse putat Matth. de Afflict. in cap. Imperialem, *§. illud, de prohib. alien. per Fred. n.36. & 41. & decis.361. num.40.* Vt contra se ipsum, & alios, quos retuli *suprà num.62.* doceat, † hoc modo spoliatum, non teneri ostendere titulum pro obtinenda restitutione, quod etiam sequitur Capicius *decis. 27.* Bertazol. *sup. num.10.* Matta *d. tract. de iurisdict. 2. part. cap.5. num.66. & seqq.* maximè vbi ex parte spoliati allegatur immemorialis præscriptio, vel longæua possessio; hæc † enim obstat ei etiam, qui de iure fundat, qualis est fiscus, & agit possessoriè, ne restituatur, vt per Rotam *decis.11. de rest. spol. in nouis*, Hippol. Riminal. *conf.169. num.24. lib.2.* quia † ex ea oritur præsumptio tituli, qui sufficit pro manutentione, Rota *decis.595. num.4. part.1. diuersorum*, & Couar. ita declarandus *d. c.17. pract. num. 6. vers. Secundò oportet.*

Neque his repugnat, quod diximus de spoliis factis à Proregibus, vel aliis Gubernatoribus Indiarum, qui commendandi ius habent. Nam id eò tantùm tendit, † vt Audientiæ Regiæ earundem Indiarum in restitutione eiusmodi spoliorum se non immisceant, non autem quod talia spolia prædictæ schedulæ probare velint, cùm potiùs eorum cognitionem & restitutionem Supremo Consilio reseruent, vt habetur in quinta declaratione Prouisionis de Malinas; licèt benè verum sit, † quod secundùm multorum sententiam, hæc, quæ modò dixi, selent limitari in eo, cui vehementer iuris præsumptio resistit. Nam aduersus eum etiam lite pendente datur executio sui iuris ei, qui fundatam habet intentionem in eo, nec aduersarius tuendus est in possessione *d. capit. cum persona, §. fin. de priuileg. in 6.* vbi Ancharr. *num.5. & 4.* Abb. *in capit.1. num.8. vt lite pend.* Couarr. *in capit.17. num.6. pract.* Menoch. *de retinend. poss. remed. vltim. numer. 24.* Roland. *conf.79. num.34. & 35. lib.2.* Portoles *in scholiis ad Molinum, verbo Firma num.63. & sequentib.* & copiosè Marescotus *lib.1. variar. cap.11. num.6.* vbi addit, etiam hoc obseruandum, quamvis is, cui ius vehementer resistit, alleget præscriptionem. Nam

li-

e pendente, qui fundat iure communi, eo v-ur, quousque præscriptio plenè probata sit, ad hoc vltra alia expressam Rotæ decisionem egat.

Ad hæc tamen spolia facta à iudicibus, per udiencias restituenda, vt resarcienda, † ne-sse est, vt qui se grauatum senserit, à tali olio appellet, & tanquam attentatum re-oni petat id omne, quod appellatione pen-nte fuerit innouatum. Nam † attentatum cum habere non solet, nisi appellatio inter-nerit ad iudicem superiorem, in cuius con-mptum fit attentatio, nec sufficit allegare incipaliter de nullitate extra sententiam, vt nent Anton. Abbas, & Franchus *in capit. di ctus, num.31. de appellat.* post Innocent. *in p. cùm in Iure peritus, de offic. delegati*, & urimi alij, quos refert, & sequitur Lancello-s *de attentatis, limitat.50. ampliat.* 8. Co-art. *in pract. cap.21. num.1. in fine*, & Scac-us *de appellation. lib.3. cap.2. quæst.12. num.* 2. vel alia verba, quæ appellationem, & re-ursum superioris præseferant, aut † etiam ar-ptio itineris, *cap. dilecti filij, cap. ad audien-am, cap. bonæ memoriæ, de appellation. cap. hibita, de iudiciis, cap. audita querela, de st. spol.* quibus iuribus probatur, quòd nihil hoc casu refert, quid ex æquipollentibus fiat, quòd sicut appellatio potest fieri per procura-rem, ita etiam & arreptio itineris, vt declarat nton. de Butrio *in cap. vt debitus, numer.15. e appellation.* Millius *in repert. verbo Appel-ationis vim*, & de communi testatur Lancel-otus *vbi suprà 2. parte, cap.12. ampliat.16. nu-er.3.* Crauet. *in annotat. ad prax. Vestrij, lib. cap. vltim. num.27.* & Scaccia *dict. tract. de ap-llat.46.n.41.*

Idemque erit, etsi appellatum non sit, † sed ab oliante capiatur possessio infra terminum datum d appellandum. Nam tunc etiam possessio dicitur tentata, vt ex Rotæ decisione docet Marescot. *ict. lib.2. variar. cap.64. nu.21.* & restitui ante om-ia cum fructibus debet, vt per Cardin. *in d. cap. ona, colum.3.* Fran. *nu.6. de appellat.* Decium *con-l.200. num.1.* Marant. *de ordine iudic.6. parte, nu-ner.395.*

Et in hoc nulla debet esse cunctatio, † quo-iam hoc remedium attentati est magis pri-ilegiatum, quàm reliqua possessoria, & in quo x mero iudicis officio, etiam nullo seruato iu-is ordine celeriter procedi debet, *cap. non so-um*, vbi DD. *de appellat. lib.6.* Ripa *in cap. sæ-è, num.10. de rest. spol.* Decius *vbi suprà nu. in fine*, Rota *decis.1. num.2. de offic. iud. & ecis.78. num.1. de appellat. in antiquis.* Adeò t † iudex, qui attentata pendente appellatione on reuocat, iniquè, & iniustè procedere dica-ur, vt per Ioann. Andr. *in d. cap. non solùm*, oann. Monachus *in cap. cupientes, §. penult. n fine, de elect. in 6.* Afflictis *decis.98. num.8.* Neque † priùs possit de proprietate tractari, aut uis cogi in eius iudicio respondere, quàm atten-atorum reuocatio procedat, & in possessione, à qua fuit spoliatus, cum omnibus fructibus resti-utus sit, Rota *decis.79. dicto tit. de appellat.* Bald. *in cap. conquerenti, in princip. de appel-lat.* Abbas *in cap. accedens, el 2. colum.2. vt lite non contest.* Craueta *cons.146. num.3.* vbi (quod plus est) doctissimè subdit, † spo-liatum tanto tempore post restitutionem, absque eo, quòd proprietatis petitioni respondeat, sta-re posset, quanto ipsum spolium durauit, ex Abb. *in cap. venerabili, col.2. de off. deleg.* Curt. Iun. *cons.41. ad fin.*

Verum illud quoque, prædictis inhærendo, dubitari potest, vtrum à † Prorege, vel Guber- 96
natore spoliatus, contra eos agere debeat, vel contra tertium, vel fiscum, cui Commendam contulerunt, vel applicarunt, à qua ipse spo-liatus fuit. Et quamvis, † inspecto rigore iu- 97
ris ciuilis, interdictum recuperandæ, quale hoc est, solùm contra spoliatorem dari videatur, vt *in l. cùm à te, D. de vi, & armata*: iure tamen Canonico electioni spoliati relinqui-tur, an velit spoliatorem pro interesse conue-nire, vel possessorem scienter rem sibi ablatam detinentem, vt probat text. expressus *in cap. sæpe, de restit. spoliat.* cuius dispositionem hodie in vtroque foro seruandam esse, testatur Butrius *ibidem num.7.* Abbas *num.4.* Bartol. *in d. l. cùm te*, vbi agnoscit conditione illius decretalis agi posse contra tertium possessorem, & idem te-net Ripa *in l. naturaliter, §. nihil commune, D. de acquir. poss. num.53.* & latè Menoch. *de recuper. remed.16.*

Qui ea (inter alias) ratione nituntur, † quia fis- 98
cus, vel tertius, quibus res adiudicata est, ratum ha-bere videntur spolium in eorum fauorem à iudi-cibus factum, & sic quodammodo illud fecisse, iux-ta *l. 1. § quoties, D. de vi, & vi armata, cap. cùm ad sedem, de restit. spol. cap. qui per alium, de reg. iur. in 6.* vbi Dynus, & Pechius hoc in terminis spolij benè notarunt.

Vt omittam, quod vt hoc remedium in prædi-cto casu cessaret, prouisum adhuc, & sanè pingius, spoliatis videri poterat † per aliud, quod habetur 99
in cap. redintegrandæ 3. quæst.1. in quo disponitur, quòd quocunque modo, & per quemcunque quis spolietur, debet in sua possessione tueri, & in pri-stinum statum reponi, de quo latiùs vltra Scriben-tes ibidem agit Menoch. *dict. tract. de recuper. re-med.15.*

Quod etiam efficiet, † vt si spoliatus contra 100
hunc tertium, cui Commenda sibi ablata, con-cessa fuit, in Supremo Consilio litigauerit, & executoriam obtinuerit, & quo tempore ad par-tes Indiarum illa vsurus accedit, iam non ille, qui eum spoliauit, vel spoliari fecit, sed tertius alter denuò à Prorege, vel Gubernatore proui-sus, Commenda potiatur, contra hunc quoque vires suæ executoriæ intendere possit. Cùm † 101
quia commissio executoriæ, quæ iustitiam fieri iubet, & rem in pristinum statum reponi, con-tra quemlibet tertium extenditur, secundùm Abb. *in cap. P. & G. de offic. delegati*, & Afflict. *de-cis.227.* Tum etiam, quia talis tertius vitium † li- 102
tigij scierit, vel scire debuerit, quod in quemcun-que possessorem pertransit, iuxta doctrinam An-geli, Bartol. Salicet. & aliorum, quam probant & sequuntur, & illustrant plures, quos refert Couarr. *in practicis, cap.15. num.7. in princip.* Boërius *decis.181. num.48. & 51.* qui simpli-citer asserunt, † quod si res litigiosa alienetur, 103
poterit sententia exequi contra emptorem, quia non potuit statum mutare in præiudicium a-ctoris, quantum ad ordinem iudicij, examina-tionem causæ, & cursum litis, *in l. fin. D. de litigios. l.2. C. eod. l. quamquam, §.1. D. de a-qua pluuia*, vbi Bart. Cuman. Roman. & Imo-la, idem Bartol. *in l. à Dino Pio, §. si super re-bus,*

bus, & ibi Alexand. *D. de re iudic. & in l. 3. n. 23. C. de pignoribus*, Angel. *in Auth. de litigiosis, num.* 5, Ias. *cons. 43. volum.* 1. quibus dicit ab hac opinione esse temerarium recedere, Isernia *in cap. 1. §. condemnatorium, num. 1. quæ sint Regal.* Couar. *d. cap. 15. n. 6. & 7.* Afflict. *decis. 396. n. 9. & seq.* vbi disputant, an in hoc casu necessarium sit intentare reuocatoriam? & resoluunt, quòd in eo limitatur reg. res inter alios acta, & doctrina Bartoli *in d. §.*
104 *si super rebus, ad fin. de re iudic.* vbi ait, † sententiam latam contra debitorem, non posse exequi contra eum, cui talis debitor per dolum, & fraudem aliquid vendidit, absque eo quod talis tertius nouo iudicio victus sit, & ab eo per reuocatoriam talis res euincatur, quoniam id intelligitur, vbi nouus possessor legitimè possidet, & absque eo, quod vitio litigij affecta fuerit.

105 Quibus non aduersatur, quod † quando de sola possessione tractatur, vt in specie nostræ quæstionis, non potest dici res litigiosa, neque in eius translatione ad alium, inducitur vitium litigij, *l. 1. C. de litigios. Auth. de litig. §. ideoque*, Bald. *in l. 1. C. de reuoc. iis, quæ in fraud. cred.* gloss. *in cap. 1. de confirm. vtil.* Abb. *in cap. Ecclesia, vt lit. pendent.* Natta *cons. 145. n. 16. vol. 1.* Boherius *singul. vitium litigiosi, n. 3. fol. 373.* Nam id verum quidem esse poterit quoad ipsam rem, quæ ratione litis ortæ super eius possessione litigiosa non dicetur, cæterùm negari non potest, quin ipsa possessio litigiosa dicatur, ex eo tantùm, quod eius occasione sit intentatum aliquod remedium possessorium, vt signanter docet Abb. *vbi sup.* Afflict. *in const. eorum fraudibus n. 8. lib. 2. Rub. 41.* Angel. *in d. Auth. in princip.* Boberius *d. singul. n. 3.* & optimè Aug. Veroius *in cap. 1. ex n. 17. ad 23. confirm. vtil. vel inut. in 1. part. repetit. canonic. fol. 160.*

106 Quemadmodum † & in rebus incorporalibus contingit, in quibus similiter, etsi non inducatur vitium litigij, quia in bonis nostris esse non dicuntur, vt per Hostiens. *in summ. de alien. iud.* Bart. *in l. 1. D. de litigios.* Afflict. *suprà n. 29. vers. Vigesimus secundus casus.* Adhuc tamen quando ante cessionem, vel translationem talis iuris, vel rei incorporalis, erat iam mota lis, & petitio intentata, non solùm super possessione, vel quasi illius rei, sed etiam super proprietate, & fructibus eiusdem, efficitur proculdubio litigiosa, ex Abbat. *vbi suprà num. 7.* qui optimè docet, quod quamvis res incorporales in bonis nostris esse non dicantur, & ideò quæstio super eis mota, illas litigiosas non reddat, dicuntur tamen quasi in bonis esse, atque adeò actiones, quas ad illas consequendas habemus, litigiosæ redduntur. Et sic in casu, qui nostro valdè similis est, sententiam contra nouum possessorem exequi posse, optimè resoluit Afflict. *decis. 396. num. 9.* vbi Vrsill. & alij eius Additionatores plura notarunt.

107 Plane si hic, qui † executoriam obtinuit, eius virtute ad Commendam fuerit restitutus, & postea Prorex, aut Gubernator nouam causam, vel delictum (cessante fraude) prætexuerit, ob quam illi eandem Commendam ademerit, ipsamque alteri dederit, contra hunc amplius dicta executoria vires suas extendere non valebit, vt iam in facti contingentia pronuntiatum fuit in causa D. Antonij de Quiroga cum D. Petro à Sotomaior. Nam & si de eadem Commenda agatur, † non tamen eadem est causa petendi, nec idem ius, nec eadem conditio personarum, quæ nisi omnia concurrant, alia res est, vt docemur *in l. cùm quæritur, cum sequentibus, D. de except. rei iudic. & in l. si cum vno 22. eodem tit.* ibi: *Tamen personarum mutatio, cum quibus singulis suo nomine agitur, aliam, atque aliam rem facit.*

Et pro hoc facit doctrina Iacobi de Aretio relati à Bartol. *in l. penult. §. fin. D. de acquir. poss.* vbi inquit, † quod si condemnatus ad rem tradendam illam tradiderit, adeò liberatur, vt licèt posteà turbet possessorem in possessione eiusdem rei, non possit ex illa sententia conueniri, nec iudex ex vigore illius iudicij se intromittit. Quod probat auctoritate glossæ magnæ, in fine, *l. Pomponius, §. sed & is, D. de procurat.* & verissimum putat Roman. *in l. sed si possessori, n. 4. de iur. iurando*, saltim quando ex interuallo res fuit reuersa ad restituentem.

Et non minus congruenter expendi potest alia doctrina eiusdem Bart. *in l. si fideiussor §. meminisse, num. 2. D. de leg. 1.* vbi † inquit, quod si quis testamento iusserit, vt alicui res aliqua vendatur, & vendita illi sit, & ab eo posteà euincatur, non agitur de actione ex testamento, sed actione exempto. Et si † arbiter condemnauerit Titium, vt locaret rem Sempronio, & facta fuerit locatio, & posteà ab illo fuerit ablata res, non agitur contra locatorem actione ex sententia, sed ex locatione, ex tex. optimo *in l. in numerationibus 44. vers. Tantumdem, D. de solution.* cui arridet celebris gloss. *in Autx. sacramenta puberum, verb. Custodiantur, C. si aduers. condition.* ibi: *Non autem actione ex eo contractu aget à modo semel re tradita, & in cap. 1. §. item sacramenta, verbo Sponte, ad medium, de pace tenenda*, ibi: *Sed si iam tradiderat, tunc secus erit.* Ex quibus valdè in nostris terminis tradit Paul. Castrens. *in d. Auth. sacramenta, in repet. num. 34.* quod obligatus alicui tradere rem, si tradat, & posteà ille cadat à possessione, non agitur, pro ea recuperanda actione personali prima, quæ competebat ad traditionem.

Et de his quidem quæstionibus, & dubiis, ac de aliis, si quæ fortè super dictis executoriis moueantur, benè † cognoscere possunt Regales Indiarum Audientiæ, quibus tales executoriæ à Supremo Consilio remitti solent, vt eas impleant, & exequantur. Nam etsi per schedulas supra relatas in causis Commendarum coarctatam habeant iurisdictionem, id solùm procedit, vbi suo motu de illis cognoscere volunt, secus autem vbi procedunt virtute executoriarum sibi commissarum, quia tunc benè possunt cognoscere de omnibus in eis deductis & comprehensis, & de attentatis contra ipsam executionem, & de omnibus dubiis, & exceptionibus, quæ eius implementum, vel impedimentum concernunt. Nam † nouum non est, vt quis ratione incidentiæ de aliquibus causis, vel personis cognoscat, & iudicet, de quibus aliàs principaliter iudicare non posset, *l. quoties, C. de iudic. l. cùm proponas, C. de reb. cred.* DD. *in cap. tuam, de ordin. cognit. cap. lator, qui filij sint legit. c. prudentiam, de donat. inter,* Felin. *in cap. cæterum, in princip. de iudiciis*, cum multis aliis, quæ adducit Panuinus *in tract. de off. & potest. Cap. sed. vacant. 2. parte princip. q. 12. num. 22.*

num. 22. & Bobadilla *in Politic. lib.* 2. *cap.* 18. *num.*162.*cum sequentibus.*

Et ita resoluunt DD. in † iudice causarum criminalium, qui licèt nullam habeat iurisdictionem in causis ciuilibus potest tamen de eis inquirere, & iudicare, vbi causa ciuilis incidit in criminalem, vt per Bartol. *in l. interdum*, §. *qui furem, num* 4. *de furtis*, Felin. *in d. cap. cæterum*, *colum.*2. *vers. Secundò limita*, Afflict. *in constitut. Neapol. si quis in posterum, num.*43. *lib.* 1. *Rub.*17. Quemadmodum è contrario delegatus ad causam ciuilem, etiam si nec leuem coërcitionem habeat, si tamen in illa causa ciuili, † quis deponat falsum, poterit eum extraordinariè punire, iuxta doctrinam Specul. *in tit. de testib.* §. 1. *vers. Item quod est corruptus*, Bald. *in cap. præterea, de off. delegat.* Fulgos. *in l.* 1. §. *qui mandatum*, *D. de officio eius*, *circa finem*, Angel. *in l. querela*, *colum. fin. C. de falsis*, & communis apud Sebast. Sapiam, qui alios allegat, *in l. fin. num.*6. *D. de off. eius*, & plures Farinac. *tit. de inquisit. quæst.* 8. *& in materia attentatorum*, † quod quis possit etiam incidenter, & accessoriè de illis agere, vel iudicare, vbi prosequendo causam appellationis, emergunt, siue contingunt, tradit Cardinal. *in cap. dilecti, el* 3. *col.* 1. *in fine*, *de appellat.* Rota *decis.* 2. *de rescript. in nouis*, Marant. *de ordin. iudic.*6.*part. num.*396.

CAPVT XXIX.

De eisdem litibus, & maximè, quæ fructuum restitutionem concernunt.

SVMMARIVM.

1 *Causæ super Commendis Indorum, in non exceptis iure communi regulantur.*
2 *Feudales lites obseruant ordinariam praxim aliarum.*
3 *Commendarum in causis, quod tempus detur ad probandum, & an requiratur citatio, publicatio, & conclusio?*
4 *Publicatio testium, & causæ conclusio, an sint de substantia iudicij?*
5 *Commendarum, & feudorum ratione competunt omnia remedia possessoria.*
6 *Possidere melius est, quam alio possidente petere.*
7 *Possessorium prius est discutiendum, quam petitorium.*
8 *Petitorium vbi eisdem fundamentis nititur ac possessorium, peccant, qui statim super eo non pronuntiant.*
9 *Possessio regulariter probatur ex sola fructuum perceptione.*
10 *Possessio antiquior præfertur nouiori, cæteris paribus, in interdicto retinendæ, & minus vitiosa, magis vitiosæ, & quæ antiquior dicatur? & quod ea probata probatur spolium.*
11 *Titulum iustum statim probans, obtinet in possessorio retinendæ contra antiquiorem possessorem.*
12 *Titulus solus non confert, nec probat possessionem, sed ei causam præstat.*
13 *Titulum habens à Rege, præfertur habenti ab alio inferiori.*
14 *Titulus iniustus, inualidus, aut cui lex ab initio resistit, non est titulus, nec causat bonam fidem.*
15 *Præscriptio longi temporis non requirit exhibitionem, sed solam allegationem tituli, dummodò is iustus, & validus sit.*
16 *Possessor intrusus de facto est deponendus, & verus, & titulatus conseruandus.*
17 *Possessor malæ fidei tenetur restituere fructus perceptos, & percipiendos.*
18 *Hæres possessoris malæ fidei tenetur etiam ad fructuum restitutionem, & singularis successor, & quare?*
19 *Fructus regulariter sequuntur possessores bonæ fidei.*
20 *Possessorio agenti etiam in beneficialibus, fructus restituendi sunt, quamuis titulum suum non colorauerit.*
L. bonæ fidei, D. de acq. rer. domin. *& similes illustrantur*, ibidem.
21 *Possessor bonæ fidei, etiam si vincatur in iudicio proprietatis, non restituit fructus industriales, & quid de naturalibus?*
22 *Commendarum fructus an sint dicendi industriales, vel naturales, & quid in feudis?*
23 *Litis contestatio inducit malam fidem, & ob id à die eius solet fieri fructuum condemnatio.*
24 *Iudex ex officio potest facere fructuum restitutionem ex die contestationis.*
25 *Mala fides præsumitur ex litis contestatione, & est præsumptio iuris, & de iure.*
26 *Fructus in iudiciis restitutoriis debentur à die occupationis, & quando restitutio fit ipso iure.*
27 *Dies, & pœna vbi adiicitur ad restituendam aliquam rem, ex lapsu eius debentur fructus absque alia interpellatione.*
28 *Res semper debet cum fructibus reddi, quando titulus sententiæ habet ortum ex causa irrita.*
L. si fullo, D. de condict. sine causa, l. si à te, D. de except. rei iud. *& similes expenduntur, & illustrantur* ibidem.
29 *Fructuum condemnatio non semper fieri debet, ex litis contestatione, & qui casus ab ea excusent.*
30 *Bona fides ad acquisitionem fructuum potest causari etiam ex titulis iniustis, & ex errore.*
31 *Fructus medio tempore perceptos non tenetur restituere, obtinens in possessorio, & succumbens in petitorio.*
32 *Mala fides, quam causat litis contestatio, excusat bona, quæ oritur ex eo, quod quis obtinuit in possessorio.*
33 *Fructus si petiti sint, simul cum Commenda, & sententia solum condemnet ad restitutionem Commendæ, an quoad fructus absoluisse videatur?*
34 *Fructus etiam specificè non petiti, veniunt in iudiciis vniuersalibus ex natura actionis.*
L. item veniunt, §. fructus, D. de pet. hæred. & l. 2. C. eod. *& aliæ similes explicantur, & illustrantur*, ibidem.
35 *Sententia condemnatoria super iure vniuersali, videtur etiam continere condemnationem super fructibus, & è contrario in absolutoria.*
36 *Sententia lata super restitutione iuris vniuersalis,*

uersalis, si non intelligeretur cum fructibus, plenè legis intentioni non satisfieret.

Fructus separari nequeunt à re principali in iudiciis vniuersalibus, ibidem.

37 *Interdicto retinendæ, vel recuperandæ, vbi agitur, veniunt fructus, licet non petantur.*

38 *Proprietatis restitutio, vel adiudicatio alicui facta, virtualiter includit in se adiudicationem fructuum.*

39 *Sententiæ verbis (secundùm aliquos) non est necessaria expressio fructuum, vbi res adiudicari iubetur.*

40 *Sententia est stricti iuris, & non extenditur, nisi ad specificata.*

41 *Fructuum mentio expressa in sententia, requiritur, vt eius virtute peti possint.*

42 *Fructus vbi debentur iure actionis, potest pro eis nouum iudicium instaurari, si in principali non fuerint petiti, vel condemnati.*

L. centum Capuæ, D. de eo quod certo loco, l. & ex diuerso, §. 1. D. reiuind. l. 1. C. de iudiciis, *& aliæ similes explicantur*, ibidem, & num. 52.

43 *Expensæ vbi omittuntur in sententia, non inducitur illarum absolutio.*

44 *Iudex, qui in vna parte rei petitæ, vel in sorte, & non in fructibus condemnat, non ideò ab omissis absoluisse videtur.*

45 *Omissio determinationis alicuius articuli in sententia, non inducit eius condemnationem, nec absolutionem.*

46 *Instantiæ diuersæ formari possunt super re principali, & super fructibus.*

47 *Tenutæ etiam in iudicio noua instantia formari potest super fructibus in eo iudicio omissis.*

48 *Fructus expressè petiti, si in sententia omittantur, reus ab illis absolui videtur, & ampliùs super eis agi non potest.*

L. terminato, C. de fruct. & litium expens. l. fin. § fin. D. de condict. indeb. l. non solum, D. de reiuind. *explicantur, & illustrantur.*

49 *Fructus, etsi iure actionis æquè principaliter, ac res ipsa debeantur, semper tamen solent peti accessoriè ad eam.*

50 *Iudicio principali finito per sententiam, non potest ampliùs tractari de accessoriis illius.*

51 L. 4. C. depositi *ponderatur, & illustratur*, ibidem.

52 *Fructus, vsuræ, expensæ, & similia, tunc possunt peti in nouo iudicio, post finitum principale, quando de eis peculiaris speculatio intercessit.*

53 *Fructus, qui æquè principaliter debentur, ac res ipsa, ex qua procedunt, de rigore iuris in eodem libello cumulari non possunt, licet praxis contrarium seruet.*

54 *Iura, quæ inuicem contraria videntur in materia omissionis fructuum in sententia, quomodo concilientur?*

55 *Iudicium vniuersale qualiter comprehendat fructus non petitos, nec condemnatos.*

56 *Litigantes super Commenda, si decedant non relictis hæredibus suis, sed extraneis, an hi, & vbi super fructibus Commendæ nouam litem mouere possint?*

57 *Ioannis Matienzi opinio refertur, & discutitur super lite de fructibus inchoanda inter hæredes litigantium super Commenda.*

58 *Accessorium corruit, deficiente principali, cui innititur.*

59 *Dispositio nondum perfecta vitiatur, si deuenit ad casum, à quo incipere non potuit.*

60 *Instantia causæ, litigatorum morte regulariter finitur.*

61 *Iurisdictio ad certas personas, res, vel causas restricta, ad alias extenditur.*

62 *Instantia actiuè, & passiuè solet transire, seu continuari in hæredes litigantium.*

63 *Instantia non transit in successorem, vbi per mortem litigantis extinctum fuit ius, super quo erat lis.*

L. si constante, §. fin. solut. matr. *& similes illustrantur*, ibidem.

64 *Instantia super his, quæ sanguinis iure proueniunt, non transit nisi in successores sanguinis.*

65 *Instantia cœpta cum possessore beneficij, vel dignitatis, non transit ad eius hæredes in his non succedentes.*

66 *Instantia in feudis solùm transit ad successorem in feudo, non verò ad eos, qui hæreditario iure succedunt.*

67 *Feudum est homo mutus, & pro eo loquitur, & agit feudatarius.*

68 *Hæredes litigantium benè possunt, si volunt, pro fructibus Commendæ litem inchoare in Regalibus Cancellariis Indiarum.*

69 *Fructus non videntur esse pars rei, à qua procedunt, sed quid distinctum ab ea.*

70 *Instantia perempta, quis rem de nouo petere non prohibetur.*

71 *Senatus Supremus potest cognoscere de fructibus Commendæ, etiam perempta instantia litis super ipsa Commenda pendentis.*

72 *Fructuum ratione durat instantia Commendæ, etiam inter hæredes, qui in illa non succedunt, & quare?*

Iudicium, vbi cœptum est, ibi finiri debet in toto, & in eius partibus, ibidem.

73 *Hæredes ad quos transit instantia, saltim ratione fructuum, an sint citandi de nouo?*

74 *Fructuum, & aliarum accessionum ratione durat lis etiam mortuo homine, pro quo iudicium cœptum fuit.*

L. vtique & l. si hominem, D. de reiuind. & l. si seruus 11. D. iud. solui *ponderantur*, ibid.

75 *Meum est, quod ex re mea superest.*

L. solùm, § meum, D. de reiuind. & l. si seruus, § boue subrepto, de condict. furt. *explicantur*, ibidem.

76 *Causa cœpta super statu hominis, durat etiam eo mortuo, propter emolumentum successionis.*

L. quamuis 3. C. ne, de stat. defunct. *ponderatur, & illustratur*, ibidem.

77 *Nobilitatis causa litigans, si moriatur, durat instantia cum hæredibus ob pignorum captorum recuperationem.*

78 *Instantia cœpta super maioratu, durat etiam inter successores extraneos propter fructus.*

79 *Tenutæ in iudicio veniunt fructus, & omissi in sententia possunt iterùm peti in supremo Senatu.*

80 *Commendæ ius cognosci debet, vt sciamus ad quem eius fructus pertineant, & hoc meliùs expeditur per supremum Senatum.*

L. vlt. C. vbi de ratiociniis, *explicatur*, ibid.

81 *Causa*

81 *Cauſa vna vbi alteri præiudicat, tranſit inſtantia.*

82 *Æquitatis ratione, & vt lites breuientur, ſæpè prorogatur iuriſdictio.*

Lites citò finiri vtiliſſimum, & æquiſſimum eſt, ibidem.

83 Cap. ſignificaſti, de offic. deleg. *expenditur, & illuſtratur.*

84 *Delegatus ad meram executionem, ex cauſa iuſta poteſt aſſumere cognitionem.*

85 *Tenutarum, & ſecundæ ſupplicationis cauſæ, etiam finitæ in ſupremo Conſilio per mortem litigatorum, poſſunt in eodem terminari inter hæredes eorum ratione fructuum.*

86 *Caſus litis ſuper Comitatu de Bailen, in qua Auctor fuit iudex, refertur.*

ET hæc hactenus circa quæſtiones tangentes ſpolia Commendarum dixiſſe contenti. In reliquis, quæ concernunt † lites, quæ ſuper eiſdem Commendis moueri poſſunt, & ſolent ſuper poſſeſſorio, vel petitorio, tam in Regalibus Cancellariis Indiarum, vbi mille ducatorum reditus non excedunt, quam in ſupremo Senatu, vbi excedunt; ordinarius modus procedendi, & iudicandi aliarum cauſarum obſeruandus eſt, prout & † in feudalibus litibus contingit, iuxta ea, quæ poſt Mozzium, Piſtorem, & plurimos alios, quos refert, tradit Roſenthal. *de feud. cap. 12. quæſt. 11. num. 6. & lit. B*, Eo excepto, † quod terminus probationum cauſarum, quæ ad Regium Senatum remittendæ ſunt, ad ſex menſes reſtringitur in nouioribus ſchedulis ſupra relatis, quæ hac in parte emollierunt duritiem antiquiorum, quæ tres tantum concedebant, ſicut & in eo, quod olim partis citatio ad remiſſionem faciendam, teſtium publicatio, & cauſæ concluſio non requirebatur, quod poſtea merito emendatum fuit.

Nam teſtium † publicationem, & cauſæ concluſionem de ſubſtantia iudicij deſiderari, maximè inſpecto noſtro iure Regio, apertè docet Did. Perez *in Rubr. & l. 6. tit. 11. lib. 3. Ordin.* Et quamuis contrarium teneat Greg. Lopez *in l. 34. tit. 16. part. 3. verb. Abiertos*, Azeued. *in l. fin. num. 2. tit. 6. lib. 4. Recop.* Segura Daualos *in direct. iud. 2. part. cap. 14. ex num. 7.* vbi tractat, quid dicendum ſit in criminalibus, & arbitrariis? Matienz. *in dialog. relat. 3. part. cap. 45. n. 7.* & plures alij, quos refert, & ſequitur Farin. *de teſtib. quæſt. 75. n. 5. & ſeqq.* Certum tamen eſt, priorem opinionem admittendam eſſe; vbi à non facta publicatione, vel concluſione fuit appellatum, & quod huius defectus, teſtium fidem grauiter vacillare facit, aut in totum eneruat, vt poſt innumeros Auctores concludit Farin. *vbi ſuprà n. 7. 10. & 11.* Menoch. omninò videndus, *de arbitrar. lib. 1. q. 33.* Alex. Stiacus *in praxi cap. 18. per totum*, & Vantius *in titul. de nullit. ex defect. proceſſ. num. 40. & 41.*

Competúntque † pro eiſdem Commendis omnes actiones, & remedia poſſeſſoria, quæ pro feudis cumulat, & expendit idem Roſent. *d. cap. 12. quæſt. 12.* Et ante omnia circumſpicere 6 acturus debet, an † poſſeſſorio aliquo remedio experiri poſſit, quia ſemper longè commodius eſt poſſidere, & aduerſarium ad onera petitoris compellere, quam alio poſſidente petere, *l. is qui deſtinauit 24. D. de reiuind. §. retinendæ, Inſt. de interd.* cum aliis.

Quò ſit, vt iure communi, & pariter feudali, de † poſſeſſorio, & petitorio quæſtione orta, 7 poſſeſſorium prius ſit diſcutiendum, *l. ordinarij 13. C. de reiuind. l. incerti, C. de interd. l. permiſceri penult. D. de acq. poſſeſſ. cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſ. & propriet.* cum ſimilibus, ibidem per gloſſ. & DD. allegatis, & in terminis feudorum per Afflict. *in capit. 1. in princip. notab. 3. ſi de feud. fuer. controuerſ. inter domin. & agnat.* Balzaran. *ibid. numer. 9.* Roland. *conſ. 2. num. 3. & conſ. 98. n. 3. vol. 3.* Cæſ. Contard. *in l. vnica, C. ſi de moment. poſſeſſ. limit. 2. §. num. 24.* Borcholten. *in tract. de feud. cap. 10. num. 30.* Pacianus *de probation. 1. part. cap. 67. num. 86. fol. 239.* & Roſenth. *d. cap. 12. q. 11. num. 5. & in notis litt. A.*

Quamuis verum ſit, † quod vbi poſſeſſorij 8 & petitorij fundamenta eadem ſunt, & ſtatim de illis in vtroque iudicio conſtare poteſt, non debet duplex iudicium formari, ex his quæ grauiter, & doctè tradit Sarmient. omninò videndus, *lib. 2. ſelect. cap. 13. num. 5. & 6.* Ioann. Guttier. *conſ. 6. num. 12.* & eis, & aliis relatis Hier. Gonçal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 1. §. 5. num. 96.* vbi probant, mortaliter peccare, & ad omnes expenſas, damna, & intereſſe partis teneri, tam litigantes, quam iudices, & aduocatos, & procuratores, qui vbi ex cauſæ meritis notorium defectum proprietatis, agnoſcunt, in ſuperficiariis, & dilatoriis remediis poſſeſſoriis inſiſtunt, vel pronuntiant, & ius proprietatis parti, cui competit, reddere ſuperſedent.

Porrò † vbi ſolum poſſeſſorium in iudicium 9 deducitur, ille in dubio iudicandus eſt poſſidere, qui fructus perceperit, quoniam regulariter ex eorum perceptione poſſeſſio probatur, *l. Titia, D. de ſolution. l. litibus, C. de agricol. & cenſ. lib. 11. l. vim facit, D. de vi & vi armata*, Bart. *in l. 2. C. de acquir. poſſ.* Pariſ. *conſ. 5. num. 21. volum. 4. & conſ. 104. num. 79. volum. 1.* idem Bart. *in l. foramen, D. de ſeruit. vrban. & in l. 1. num. 22. D. ſolut. matr.* Ruin. *conſ. 53. num. 7. volum. 4.* Roder. Suar. *in l. poſt rem iudicatam, in declarat. leg. Reg. limit. 2. per totam*, Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſina 29. n. 14.* Aluar. Valaſc. *de iure emph. 1. part. quæſt. 9. num. 13. & ſeqq.* Gilken. *d. præſcript. part. 2. membr. 3. cap. 4. numer. 5.* & latè Maſcard. *de probat. concluſ. 1188.* & Paz *de tenuta cap. 8. numer. 20.*

Et rurſus antiquior † poſſeſſio nouiorem 10 vincit, cæteris paribus, in poſſeſſorio retinendæ, vt cum multis probat Menoch. *de retinenda, remed. 3. num. 725.* Maſcard. *ſup. concl. 1199. per totam.* Et minus vitioſa, magis vitioſam, *l. ſi duo, D. vti poſſid.* Ruin. *conſ. 28. num. 17. volum. 4.* D. Valençuela *conſ. 121. ex n. 42. vol. 2.* Perſonal. *quæſt. 4. num. 29. & ſeqq.* vbi quod antiquior poſſeſſio recentiori præualet, & quod ea probata probetur ſpolium, & Raudenſ. *de analog. cap. 15. num. 197.* vbi tractat, quis dicatur antiquior poſſeſſor? & quod illum denudare durities, & immanitas ſit. Qui † autem 11 iuſtum titulum ſtatim oſtendit, obtinet in poſſeſſorio retinendæ contra antiquiorem poſſeſſorem, cap. licet cauſam, & ibi Ant. de Butrio, & alij Scribentes communiter, Bart. *in d. l. ſi duo,*

duo, idem Bart. Imol. Castrenſ. & alij in l. ſi
de eo, §. fin. D. de acquir. poſſ. Alexand. conſ. 81.
volum. 3. Ruin. conſ. 53. num. 3. & 11. volum. 4.
Maſcard. d. concluſ. 1199. num. 6. 11. & ſeqq.
Debet tamen ſimul cum hoc titulo poſſeſſio
12 probari, † quia ſolus titulus eam non confert,
nec probat, ſed tantum ius poſſidendi cauſat,
vt in ſimili, loquens de beneficiis, tradit Cra-
ueta conſ. 154. num. 21.
13 Et † qui habet titulum à Rege præfertur
habenti à Prorege, vel ab alio Gubernatore,
argum. text. in l. fin. D. de Decurion. cum aliis,
quæ adducit Chaſanæ. in Catalog. glor. mund.
part. 10. conſid. 31. & 32. Azeued. conſ. 12. ex
num. 23. Menoch. conſ. 902. num. 59. volum. 10.
Mareſcot. omninò videndus, lib. 2. var. cap. 64.
num. 2. & tetigi ſup. cap. 9. num. 43. & ſeqq.
14 Ideo autem iuſti tituli memini. † Nam titu-
lus iniuſtus, vel inualidus, & cui lex à princi-
pio reſiſtit, non eſt titulus, nec bonam fidem
poſſidenti præſtare poteſt, l. nec vlla, §. 1. vbi
gloſſ. verb. Sciens, & Bart. num. 1. D. de petit. hæred.
Bart. per text. ibi in l. quemadmodum, C. de agri-
col. & cenſit. & in l. ſed ſi lege, §. ſcire, D. de petit.
hæred. Ruin. conſ. 41. num. 28. volum. 4. Tuſch. litt.
T, concl. 311. 312. & 315. Maſcard. ſup. num. 56.
15 Quod adeò verum eſt, vt † licet in præſcriptio-
ne longi temporis, ſufficiat allegare titulum, &
bonam fidem, ne quis illum exhibere teneatur,
vt pluribus probat Couarr. in reg. poſſeſſor, 2.
part. §. 10. num. 9. verſ. Hinc & illa ſolemnis, ta-
men ſi producatur titulus, qui apparet iniu-
ſtus, nihil opitulabitur, imò cauſabit malam
fidem, vt in ſpecie ex multis concludit Roman.
conſ. 474. num. 27. Abbas in cap. grauis, de re-
ſtit. ſpol. num. 7. Pariſius conſ. 27. num. 118. &
ſeq. & latiùs num. 136. volum. 1. Tiber. Decian.
conſil. 117. num. 68. & ſeqq. volum. 3. Caualcan.
deciſ. 28. num. 19. part. 1. & Tuſchus d. litt. T,
concluſ. 311.
16 Vnde eſt, † vt talis poſſeſſor tanquam in-
truſus de facto ſit remouendus, & alter conſer-
uandus, vt in cap. ad petitionem, de accuſat. &
17 quod cùm in † mala fide ſemper verſatus fue-
rit, teneatur ad reſtitutionem fructuum, non
ſolum perceptorum, ſed & qui percipi potue-
runt, l. ſi nauis, §. fin. & l. fructus, D. de reiuind.
l. domum, C. eodem, l. 1. C. de petit. hæred. l.
apud Iulianum, §. 1. vbi Imola, Alex. & Iaſ. de
legat. 1. & in l. ſed & partus, D. quod metus cau-
ſa, §. illorum, Inſt. de offic. iud. l. 40. titul. 28.
part. 3. cum aliis, quæ vltra Auctores ſuprà
relatos, tradit Bart. in l. & ex diuerſo, D. de rei-
uind. Couarr. lib. 1. var. cap. 3. Menoch. de re-
cuper. poſſeſſ. remed. 15. ex num. 576. Pinel. in
l. 2. C. de reſcind. 2. part. cap. 4. ex num. 51. Greg.
Lopez per text. ibi in l. 39. tit. 28. part. 3. & in
l. fin. eodem tit. Azeued. in l. 1. tit. 11. lib. 4. Re-
cop. num. 31. Auendañ in tract. de 1. & 2. decret. 3.
part. num. 4. Gilken. in l. certum, C. de reiuind.
& D. Ant. Pichard. in §. ſi quis à non domino,
Inſt. de rer. diuiſ. & nouiſſimè D. Valençuela
conſ. 196. num. 34 volum. 2. Quod adeò verum
18 eſt, † vt hæres quoque talis poſſeſſoris malæ fi-
dei, ad eandem fructuum reſtitutionem tenea-
tur, quaſi ipſe malæ quoque fidei poſſeſſor ſit,
l. 2. in fine, vbi gloſſ. C. de fructib. & lit. expenſ.
l. cum hæres, D. de diuerſ. & temp. præſcript.
Auth. malæ, fidei, C. de long. temp. præſcript. l. 19.
tit. 29. part. 3. vbi hoc extenditur etiam ad ſin-
gularem ſucceſſorem, Bart. in d. l. ex diuerſo, §. 1. Bald. in l. vitia, C. de acquir. poſſeſſ. DD. in d. cap. grauis, Menoch. qui alios plures congeſſit, d. remed. 15. num. 618.

Cæterùm ſi titulus iuſtus ſit, & eum poſſeſſio, & bona fides comitata fuerit, non ſolùm talis poſſeſſor in poſſeſſione tuendus, & præferendus eſt, † verum & in fructuum perceptione, & ablatorum reſtitutione qui ſemper tales poſſeſſores ſequuntur, vt poſt alios probat Maſcardus de probat. concl. 146. num. 13. vbi cum Rotæ deciſione reſoluit, † agenti poſſeſſorio, etiam in beneficialibus, fructus reſtituendos eſſe, quamuis titulum ſuum non colorauerit, quia hi ſemper ſequuntur bonæ fidei poſſeſſores, d. §. ſi quis à non domino, Inſt. de rerum diuiſ. l. bonæ fidei, D. de acq. rer. dom. l. fructus, D. de vſuris, cap. conſultationibus, D. de iure patron. Anton. Gabr. 2. tom. commun. concluſ. lib. 1. tit. de acq. rer. dom. concluſ. 1. & 2. Pinel. & alij ſuprà relati, qui docent hoc adeo verum eſſe, † vt licèt talis poſſeſſor poſtea in iudicio proprietatis vincatur, adhuc prædictos fructus ita perceptos reſtituere non teneatur, maximè ſi ſint induſtriales, quales † Ego eſſe exiſtimo fructus Commendarum, cum dentur propter onera, & ſeruitia, de quibus in ſuperioribus egimus; quidquid contrarium, in feudis loquens, probare videatur Capicius deciſ. 93. num. 11. & ſeqq. Nam fructus naturales, & ciuiles ſi extent, aut ex eis quis factus fuerit locupletior, multi ſunt, qui putent, etiam à poſſeſſoribus bonæ fidei in conſequentiam rei euictæ reſtitui debere, vt per gloſſ. marginalem, Bart. Angel. & alios in d. l. & ex diuerſo, §. 1. Inſt. de off. iudic. d. l. fructus de vſuris, & d. l. 39. tit. 18. part. 3. Alexand. conſ. 90. volum. 2. & conſ. 22. volum. 4. & communis apud Anton. Garbr. vbi ſuprà concl. 2. Gregor. Lopez d. l. 39. & Couarr. d. c. 3. n. 6. qui inquit, hoc ſuaderi poſſe auctoritate I.C. in illa æquiſſima, quam proponit, ratione, in l. ſi me, & Titium, D. ſi cert. pet. de qua nonnulla congeſſi ſuprà hoc lib. cap. 15. num. 49. & ſequitur Surdus d. conſil. 293. num. 13. & 14. vbi probat, quod quis ſemper præſumitur factus locupletior ex fructibus conſumptis.

Et hinc fluit, quod cum per litis conteſtationem tales poſſeſſores in mala fide conſtitui incipiant, regulariter ex die eiuſdem conteſtationis fructuum condemnatio fieri ſoleat, quaſi ceſſante fundamento, ex quo illorum acquiſitio cauſatur, l. certum 22. C. de reiuind. l. 2. C. de fruct. & litium expenſ. d. l. 39. tit. 28. partit. 3. l. 11. tit. 15. partit. 5. vbi noſter Greg. Lop. latè Guid. Papæ, & eius Addition. deciſ. 45. Ruin. conſ. 24. vol. 1. & Ioan. Garcia de expenſ. cap. 23. num. 45. & 46. qui addunt, † iudicem ex officio ſuo talem condemnationem, etiam non petitam, facere poſſe, per l. ædiles, §. item ſciendum, D. de ædil. edict. & alia, quæ tradit Boerius deciſ. 18. per totam, Afflict. deciſ. 59. Capella Tholoſana deciſ. 195. Ioann. Coppus de fructibus, lib. 4. tit. 2. c. vnico, Capicius deciſ. 10. num. 24. Surd. deciſ. 293. num. 8. 9. & 10. vbi † quod mala fides præſumitur ex litis conteſtatione, & eſt præſumptio iuris, & de iure, Magonius deciſ. Lucenſi 53. n. 18. Miſynger. centur. 4. obſeruation. 55. Theſaurus deciſ. 235. Paz de tenuta, cap. 8. num. 33. & Camill. Borrel. in ſumm. deciſ. 1. part. tit. 47. numer. 128. & 129.

Quod

Quod maximè † procedet in iudiciis restitutoriis, in quibus etiam à die occupationis fructus venire solent, *l. qui restituere, D. de rei vind. l. videamus, vers. Nam & verbum restituere, D. de vsuris, d.l. & ex diuerso, §.1. D.de reiuind.* ibi; *Non debere enim lucro possessoris cedere fructus, cum victus sit, & quare habeat, quod non esset habiturus possessor, si statim possessionem restituisset*, cum aliis traditis à Couarr. *lib.1. var. cap. 3. num. 1.* Et comprobatur ex recepta DD. sententia, quod quando restitutio fit ipso iure, statim ex eo tempore debent fructus restitui, non expectata petitione, aut litis contestatione, vt post gloss. *in Auth. de incest. nup. §. 1. verbo Imminere*, Bart. Angel. Bald. Ioan. Andr. Anchar. Dom.Franc. Afflict. & plures alios duxit Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo Reuertatur, num.268. C. de reuocand. donat.* & in fideicommissis loquens Bartol. *in l. fideicommissariam, num.4. D. ad Trebel.* & Surd. *decis.25. num.19.*

7 Idemque est, † vbicunque reperitur certus dies signatus, ex quo quis Commenda potiri debeat, pœna contra detinentes, vel impedientes adiecta. Nam tunc etiam ipso iure veniunt fructus restituendi à tempore moræ absque vlla alia petitione, vel interpellatione, *l. traiectitiæ, in princip. & in §. de illo, D. de oblig. & action. l. Celsus 27. D. de recept. arbit. l. Thais 41. §. intra certa, D. de fideicommiss. libert. l. magnam, C. de contrab. stipulat.* cum notatis à Bartol. & aliis *in l. etsi post tres, D. si quis caution. l. si insulam, num.4. D. de verb. oblig.* Greg. Lopez *in l. 35. tit. 15. partit. 5.* Padilla *in l. super possess. num.7. C. de transact.* Aluar. Valasc. *de iure emphyt. 1. part. quæst.5. num.13.* Anton. Gomez *in l. 33. Tauri, num.3.* Couar. *lib. 3. var. cap.17. num.4.* Matienz. *in l.7. gloss.3. num.2. tit.4. lib.5. Recop.* latè Carrotius *de locato, 4. parte, tit. de mora, à num. 51.* & optimè Surdus *cons. 293. num. 11.* vbi quod fructus debentur à tempore moræ, quando quis agit ad rem, quæ erat sua, Anton. Faber *lib. 6. coniect. cap.7.* & noster D. Antonius Pichard. in præclara illa sua disputatione de mora, *ex num.70.*

Quorum doctrina, ex eo etiam maximè ful-
8 cire † potest, quod quando titulus sententiæ ortum habet ex causa irrita, tunc res absque dubio cum fructibus restitui debet, vt post Nattam *cons. 535. num.12.* eleganter prosequitur Surd. *cons. 168. lib.2. ex num. 28.* Peregrin. *de fideicom. art.45. num. 34.* quibus addere possumus text. *in l. si fullo*, vbi Bald. *D. de condict. sine causa, l. si à te, D. de except. rei iud. l. filio 16. §. contra tabulas, D. de inoff. testam.* & tradita à Pinelo *in l. 2. part. 2. cap.4. num.5. C. de rescind. vend.* Gutierr. *in repet. l. pater filium, num.16. D. de inoff. testam.* Osasc. *decis. Pedemont. 160. num.12.* vbi citat Roman. Nattam, Menoch. & alios, & Mastrill. *decis. Siciliæ 29. num. 3.* & est videndus Parlador. *in sexquicent. differ. 36. num. 9.* vbi tradit, quod in actione reali aliquando veniunt fructus ante litem contestatam, at in actione personali nunquam, nisi post litem contestatam.

9 Circa quod tamen notandum erit, † non semper etiam ex die contestationis fructuum condemnationem fieri debere, quidquid dicat Surd. *d. cons.293. num.10.* cum ab ea, quilibet titulus possessionem, & perceptionem iustificans, & legitimam causam litigandi, & statim non cedendi, possessori præbens, excusare soleat, *l. sed si lege, §. scire*, vbi Bart. *num. 2.* Couar. *d. lib.1. var. cap. 3. num. 8. vers. Præterea*, Osasc. *decis. 160. num. 8.* Imò non requiritur titulus, sed sufficit qualisqualis occasio possidendi, *d. §. scire communis* apud Ant.Gab. *cons.35. num.44. lib.2.* Osascus *vbi proximè num.8.* Gutier. *lib. 3. pract. quæst.71. à n.13.* Rota apud Farin. *decis.320. num.2. part.2. in recent.* vbi ampliat, si possessio sit cum titulo inualido, & *num 2.* addit, quod † bona fides, quæ sufficit ad acquisi- 30
tionem fructuum, potest causari ex iniustis, & temerariis titulis, per *d. §. scire.*

Et quod bona fides ex errore iuris deducta, licet non sufficiat ad præscriptionem dominij, quia est maioris præiudicij, sufficiat tamen ad fructuum acquisitionem, notabiliter resoluit Rota *d. decis. 320. num. 4. & 5. & per totam, & decis. 665. num. 7. ead. 2. part.* Riccius *decis. 333. part. 3.* Nouarius *1. part. quæst. forens. quæst.46. per totam*, & indiuiduo Capella Tholos. *decis. 445.* vbi eius Additionator notanter subiecit, quod † obtinens in possessorio, 31
& postea succumbens in petitorio, non tenetur restituere fructus medio tempore perceptos, ex gloss. *in cap. significauerunt, de testib. in verb. Recursum, & in cap. cum super verb. Restituendum, & in cap. Pastoralis, de causa possess.* Menoch. *cons. 1173. num. 9. lib. 12.* Et quod hoc procedat † etiam ad excusandam ma- 32
lam fidem post litis contestationem, docet Surdus, omninò videndus, *decis. 281. num. 8.* & post eum Cancer. *3. tom. var. resol. cap.16. n.74. cum tribus seqq.*

Sed est quæstionis, quæ iam de facto contigit in causa D. Maria Fajardo de Villaroel, cum D. Iann. Roldano de Auila, † vtrum si 33
fructus simul cum Commenda in libello actoris in iudicio possessorio, vel petitorio petantur, & tandem sententia, quæ in rem iudicatam pertransiit, nulla fructuum mentione habita, de sola restitutione Commendæ pronuntiet, atque condemnet, an quoad fructus absoluisse videatur, vel omissi censendi sint, ita vt pro illis petendis possit iterum nouum iudicium formari, vel instaurari? Et prima quidem facie dicendum videtur, talem fructuum omissionem non pro absolutione, sed potius pro condemnatione haberi debere, † quia in iudiciis vniuersalibus 34
(quale esse videtur Commendæ petitio, cuius etiam possessio ex ministerio legis statim transfertur, vt dixi *supra cap. 16. num. 51.*) fructus ex natura actionis continentur, & veniunt, tanquam pars rei, licet specificè petiti non fuerint (nedum vbi petiti, vt in casu quæstionis propositæ) *l. item veniunt, §. fructus, D. de pet. hæred.* & ibi *gloss. verb. Omnes*, vbi signanter docet: *Quod in iudicio vniuersali est vnica tantùm actio, quæ & rem, & fructus simul comprehendit, l. 2. C. eod. l. non est, C. famil. erciscund.* cum latissimè traditis à Boerio *decis. 18. num.5.* Achil. Personal. *in tract. de adipisc. poss. tit. de petit. hæred. num. 698.* Matienz. *in Rubr. tit. 2. lib. 5. Recop. part. 1. num. 5.* Gratian. *discept. forens. cap. 40. num. 22. & cap. 422. num. 1.* Giurba *decis. 65.* & innumeri alij relati per D. Ioann. del Castillo *tom. 6. controu. cap. 135. num. 10. in fin. & num. 17.* & vltra eos Auendañ. *respons. 6. num. 3. vers. Quinta conclusio,*

Couarr. d. lib. 1. var. cap. 3. num. 1. Gutierr. 3. pract. cap. 38. Peguera deciſ. Cathal. 178. & Theſaur. deciſ. 29.

35 Vnde conſequitur, † quod ſententia condemnatoria ſuper tali iure vniuerſali, facere etiam videatur ius, quoad fructus, ſeu eorum quoque condemnationem continere, d. l. ex diuerſo, §. vbi autem, D. de reiuindic. vbi gloſſ. & Bart. num. 4. Abb. in cap. grauis, num. 18. de reſtit. ſpoliat. Hippolyt. in l. quæſtionis, n. 63. D. de quæſtion. Menoch. de recuper. remed. 60. num. 50. vbi allegat Socin. conſ. 93. num. 13. & 14. lib. 3. idem Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 256. num. 5. Pereg. de fideicom. art. 49. num. 148. qui n. ſeq. idem tradit in caſu contrario, ſcilicet in ſententia abſolutoria in principali, quæ etiam comprehendit fructuum abſolutionem, licet id non expreſſerit, l. ſi quis eum totum, §. ſi ancillam, & §. de fructibus, D. de except. rei iud. ſequitur Molina, de noſtris maioratibus loquens, lib. 3. cap. 12. num. 18. & 22. vbi inquit, † quod
36 ſi ſententia ſine fructibus intelligeretur, non eſſet plenè legis intentioni, & iudicij neceſſitati ſatisfactum, Paz de tenuta, cap. 11. n. 7. & n. 26. & per totum, & cap. 13. num. 31. & 39. vbi inquid, quod in hoc iudicio fructus ſeparari nequeunt, & cap. 8. num. 36. & 37. & expreſſius in l. penult. ſtyli, num. 38. & Giurba, Barboſa & innumeri alij, quos congerit Caſtillo d. cap. 135. num. 27. ad 48.

37 Et hoc eſſe certiùs, † vbi agimus interdicto reſtituendæ, vel reſtitutorio recuperandæ, quia ex eorum natura veniunt fructus, licet petiti non ſint, docent Innocent. & Abb. in d. cap. grauis, Boer. d. deciſ. 18. num. 4. Additio Ranchini ad Guidon. Papæ d. deciſ. 405. Surd. conſ. 293. num. 16. lib. 2. Auendan. reſponſ. 6. num. 3. in fine, Menoch. de retinend. remed. 3. num. 289. Molina d. lib. 3. cap. 12. Paz d. cap. 11. n. 7. Caſtillo d. cap. 135. num. 9. ad finem, & n. 10. ad medium, & num. 11. 34. & 37. vbi citat text. in l. interdictis, de interdictis.

38 Et † quod ad conceſſionem, ſiue tranſlationem proprietatis conſequenter pertinent, & dari videantur fructus, & omnes vtilitates, & acceſſiones rei, cuius quis dominus declaratur, eſt elegans text. in l. ſolum, §. meum, & in d. l. & ex diuerſo, §. 1. D. de reiuind. gloſſ. Bart. & communiter DD. in l. in fideicommiſſariam, D. ad Trebel. Molina d. lib. 3. cap. 12. num. 18. Peregrin. d. artic. 49. num. 88. & 83. quorum argumento docet Ripa in cap. cùm Eccleſia Su-
39 trina, de cauſa poſſeſſ. num. 108. quod non eſt neceſſarium, quod ſententia de fructibus ſpecialem mentionem faciat, quia ex ſola rei adiudicatione, fructus etiam adiudicati cenſentur, ſequitur Boer. d. deciſ. 18. num. 3. Afflict. deciſ. 59. plenè Surdus d. conſ. 293. numer. 15. per totum, vbi cum Bald. concludit, ſufficere, quod actor petat ſententiam in ſuum fauorem proferri.

Secundò, pro eadem parte facere videtur, quod etſi concedamus talem omiſſionem fructuum in ſententia non inducere condemnatio-
40 nem, † quia illa eſt ſtricti iuris, & non ſolet extendi niſi ad ſpecificata, & omiſſum habetur pro omiſſo, l. diui, D. de liber. cauſa, l. ſi à te, D. de except. rei iud. l. 1. C. ſi plures vna ſent. cum aliis, quæ notat Bart. in l. ſi expreſſim, D. de appellation. Menoch. conſ. 110. num. 13. & Tuſchus litt. S, concluſ. 129. & in terminis † fructuum Couarr. d. l. lib. 1. var. cap. 3. n. 1. Menoch. vbi ſuprà num. 11. & ſeqq. Salgado de Regia protectione, 4. part. cap. 9. num. 33. 114. & 115. Vbi probant neceſſarium eſſe, vt ſententia ſpecificam fructuum condemnationem faciat ad hoc, vt eius virtute peti poſſint, Puteus deciſ. 314. lib. 2. Vveſemb. conſ. 99. p. 2. Iaſ. in l. diuortio, §. ob donationes, num. 6. Bertachin. verbo Fructuum petitio, & verbo Fructus extantes, & Rebuff. ad leges Gallic. 3. tom. tit. de fruct. & eorum reſtit. fol. mihi 468. vbi inquit, quod non ſolum eſt neceſſaria expreſſa fructuum mentio, verum quod in ſententia debet iudex ſibi reſeruare liquidationem eorum. Adhuc tamen permittendum videtur, vt pro eiſdem fructibus nouum iudicium inſtauretur; cum illi, † in caſu de quo agimus, non ſolum debeantur de officio iudicis, & veluti acceſſoriè ad Commendam, de qua litigatur, ſed tanquam pars illius, & ex eadem actione, vt ſuprà retulimus, & ſic eſſe videamur in deciſione text. in d. l. & ex diuerſo, §. 1. D. de reiuind. l. centum Capuæ, D. de eo quod certo loco, vbi gloſſ. l. quod in diem 7. D. de compenſat. l. 1. C. de iudiciis, l. ſi in iudicio 25. D. de except. rei iudic. l. 3. 4. tit. 22. part. 3. Quibus probatur, quod quando fructus, expenſæ, vel vſuræ iure actionis, vel obligationis nobis debentur, poſſunt peti in nouo iudicio, etiam ſi non fuerint petitæ, vel terminatæ in eo, quod præceſſit circa negotium principale, quorum auctoritate ita expreſsè docuit Accurſ. in l. 1. gloſſ. 1. C. ſi aduerſ. rem. iud. vbi etiam Albert. Cynus in l. 2. C. de poſ. Imol. in cap. vltim. ad fin. de except. Felinus in cap. cum inter, num. 15. de re iud. Capell. Tholoſ. deciſ. 178. Boer. d. deciſ. 18. num. 2. Giurba d. deciſ. 65. Peguera deciſ. 80. Surd. deciſ. 59. Addition. Guid. Papæ d. deciſ. 495. Auendan. d. reſponſ. 6. num. 1. & 2. Rota Genuenſ. deciſ. 87. Couar. in pract. cap. 25. num. 6. vbi loquens † de expenſis, inquit, quod ſi petitæ ſunt, & iudex omiſit earum condemnationem, non cenſetur ab illis abſoluiſſe: & in idem tendunt alia, quæ tradit Aluar. Valaſc. de partition. cap. 39. n. 62. Ioan. Garcia de expenſ. cap. 6. num. 16. & optimè Corneus conſ. 49. lib. 2. vbi inquit, † quod iudex, qui in vna parte rei petitæ condemnat, non ideò in aliis abſoluere videtur, quem referens Craueta conſ. 320. in princip. adhuc magis in noſtris terminis inquit: Quod quando ſunt petita ſors, & fructus, ſi fiat condemnatio quoad ſortem, non cenſetur facta abſolutio quoad fructus, quia argumentum à contrario ſenſu, non debet ſumi vltra limites ſenſus directi, vt per Caſtrenſ. conſ. 106. lib. 2. Et generaliter, † quod omiſſio determinationis in ſententia, non inducat condemnationem, nec abſolutionem, nec faciat gradum de viſta, ò reuiſta, tenet idem Ioann. Garcia vbi ſuprà num. 14. contra Panorm. in cap. ſignificauerunt, de teſtibus, & repetit in tractat. de nobilitat. gloſſ. 11. num. 35. verſ. Sed ego neſcio, & ſeq.

Et in idem recidit doctrina Angeli in l. malæ fidei, num. 1. & 2. C. de condict. ex leg. † vbi probat, diuerſas eſſe poſſe inſtantias ſuper principali, & ſuper fructibus, quia lite finita ſuper re principali; ſuper fructibus nouum iudicium inchoari poteſt, & tradit alia D. Ioan. del Caſtillo d. cap. 135. num. 8. vbi allegat text. in l. marito, § fin. D. ſoluto matrim. l. ſi proprietati, D. de

de iure dotium, Barbos. *in Rubr. solut. matr.* 3. *part. n.* 62. Giurb. *decis.* 65. *num.* 19. Et est videndus Scaccia *de appellat. q.* 17. *limit.* 21. *num* 45. Ruginel. *in pract. quæst. cap.* 14. *num.* 4. vbi generaliter concludit: *Quod in his, quæ iure actionis veniunt, datur petitio in alia instantia, etiam si res principalis sit restituta*, & melius Paz *de tenuta cap.* 17. *num.* 70. *& seqq.* vbi, quod magis
7 est, † probat, etiam in iudicio tenutæ, quod non admittit supplicationem, nouam instantiam fieri posse super fructibus in tali iudicio non petitis, aut in eius condemnatione omissis: *Quia hi fructus* (inquit) *comprehensi non fuerunt in sententia, & super his noua instantia inchoata fuit*, Gutierr. *lib.* 3. *pract. quæst.* 38. *num.* 29. *&* 30.

Sed his non obstantibus, adhuc in specie propositæ quæstionis contrarium veriùs existimo, & in facti contingentia, cuius suprà mentionem feci, pronuntiatum vidi: quoniam omissio
8 † condemnationis fructuum, vbi specificè petiti, & in iudicium deducti sunt, pro denegatione, siue absolutione eorum habetur, nec causa semel, quoad principale decisa, occasione fructuum, vsurarum, vel expensarum, aut aliarum similium accessionum, instaurari permittitur, vt expresse probat text. *in l. terminato, C. de fruct. & litium expens.* ibi: *Quia post absolutum, dimissúmque iudicium, nefas est litem alteram consurgere ex litis primæ materia, l. fin. §. fin. D. de cond. indeb. l. non solùm*, vbi gloss. & Bart. *D. de reiuind. l.* 4. *C. depositi*, text. apud nos expressus *in l.* 251. Styli, quorum, & aliorum auctoritate, ita in terminis fructuum docent Innocent. Imola, Butrius, & alij, *in d. cap. grauis*, DD. *in l. Paulus, la* 1. *D. de re iudic.* Guid. Papæ *d. decis.* 405. *numer.* 2. ibi: *Sed quid si tales fructus fuerint petiti, & index omittat condemnare, an poterit posteà peti? dic quod non, vt dicit Dom. Anton. de Butrio vbi sup.* Boer. *d. decision.* 18. *num.* 1. ibi: *Ex quo enim de fructibus nihil in arresto dictum fuit, non debentur.* Et fuit doctrina originalis glossæ *in cap. accusatus*, §. 1. *verb. Iudicari, de hæret. lib.* 6. quam sequuntur Bart. & Fulgos. *num.* 19. *in d. l. fructus, D. de vsur.* idem Bart. *in l. Aurelius, §. Caius, in fine, num.* 15. *D. de liber. legata*, Paul. Castrens. *in l. quod vxori, D. de acquir. poss.* Angel. & Imola *in l. qui Romæ, §. duo fratres, D. de verb. obligat.* Gama *decis.* 191. vbi eius Additionator Flores de Mena plures alios adducit, Ioan. Garc. *de expens. cap.* 23. *num.* 36. *vers. Inde est*, Auendañ. *resp.* 6. *num.* 1. & in terminis alimentorum Petr. Surd. *de aliment. tit.* 6. *q.* 3. *n.* 29.

Qui ea ratione mouentur, † quod fructus accessoriè ad rem, quæ vindicatur, communiter, & in eodem libello peti solent, quamuis debeantur æquè principaliter, & iure actionis, vt testatur Cynus *in l. cum propria, C. si quis alteri*, vel sibi, Surdus *d. cons.* 293. *num.* 18. Scaccia *d. tract. de appellat. quæst.* 19. *num.* 40. *&* 41. Castillo *d. cap.* 135. *num.* 2. Vnde † finito per sententiam iudicio super principali, nihil remanet, in quo niti, vel super quo instaurari possit iudicium super accessorio, quam rationem † apertè expressit Imperator *in d. l.* 4. *C. depositi*, ibi: *Sed si depositi actione expertus es, tantummodò sortis facta condemnatio est, vltra non potes propter vsuras experiri. Non enim duæ sunt actiones, alia sortis, alia vsurarum, sed vna, ex qua, condemnatione facta, iterata actio, rei iudicatæ exceptione repellitur.*

Neque huic sententiæ obstant iura, & auctoritates *suprà num.* 43. *& seqq.* in contrarium adductæ. Nam vt ex eis apertè colligitur, † debent intelligi in vsuris, vel fructibus, pro quibus peculiaris stipulatio, aut obligatio intercessit. Hi enim si de eis in sententia mentio facta non fuerit, vel si in principali iudicio petiti non sint, possunt iterum iure actionis in nouum iudicium deduci, vt *in d. l.* 1. *C. de iudiciis*, cum similibus. Imò † de rigore iuris iudicium super dominio rei, & super fructibus, qui petuntur æquè principaliter cum ipsa re, non possunt cumulari, ex ratione *l. fundi* 18. *D. de except. rei iud.* licèt praxis, vt modo diximus, introduxerit, vt eodem libello, & iudicio petantur. Et ita notat Bart. *in d. l. & ex diuerso, §. vbi autem, num.* 3. *&* 4. *D. de reiuind.* Abb. *in d. cap. grauis, de rest. spoliat. num.* 18. Bart. *num.* 18. Castrens. 12. & Ias. 20. *in l. edita, C. de edendo*, vbi post Bald. dicit *d. l. fundi* esse ad hoc singularem, Surd. *d. cons.* 293. *num.* 3. Scaccia *de re iudic. gloss.* 14. *quæst.* 19. *num.* 34. *& seqq.* Castillo *d. cap.* 135. *n.* 2. 52 53

Et hanc † distinctionem, & solutionem ad iura prædicta, vt concordentur cum *d. l.* 4. *C. depositi*, & similibus, vltra Auctores *suprà* relatos, magistraliter tradit Cynus *in eadem l.* 4. vbi etiam Dionys. Gottofredus *in notis, Roman. cons.* 449. incip. *Inquiritur*, Matthæsyllan. *singul.* 9. Craueta *cons.* 220. Surdus *decis.* 69. *num.* 4. Barbosa *in l.* 1. *D. solut. matrim.* 1. *part. num.* 48. Aluar. Valascus *consultat.* 107. *num.* 13. Iul. Pacius *in antinom. cent.* 7. *cap.* 94. Hugo Donel. & Osuald. *lib.* 2. *comment. iur. ciuil. cap.* 6. *litt. B*, *& lib.* 22. *cap.* 5. *& litt. C. & litt. O.* & idem Donel. *in d. l.* 4. *C. depositi*, Zangerus *de exception.* 3. *part. cap.* 17. *num.* 32. Asinius *in tract. de execut.* §. 7. *cap.* 89. *&* 90. & Paz *in d. l.* 251. *styli num.* 4. 54

Qui nullam quoad hoc distinctionem faciunt inter † iudicia vniuersalia, vel particularia. Vt 55
omittam, etiam in vniuersalibus solum videri æquè principaliter deberi fructus perceptos post litem contestatam, non verò ante, si super eis petitio, & expressa condemnatio non interuenerit, iuxta notata *in l. si rem, D. de reiuind. l. si quis missum, § iudex, D. de damn. infect.* Boer. *d. decis.* 18. Salgado *d. cap.* 9. *num.* 135. Surdus *d. cons.* 293. *num.* 15. vbi ex Angelo *in l. solemus, D. de iudiciis*, addit, duo esse necessaria, primum, quod lite pendente fructus sint petiti, secundum, quod tales fructus ex natura actionis veniant, & sequitur Castellus *d. cap.* 135. *n.* 8.

Sed quando in hanc fructuum tractationem incidimus, omittere non licet celebrem aliam quæstionem, quam circa eos, & legem de Malinas, de qua agimus, mouet, & de facto habuisse, & iudicasse refert Ioann. Matienzus *in l.* 9. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop. gloss.* 2. *ex num.* 4. *vsque* 14. nempè † si pendente lite super Commenda ad 56
Regium Consilium remissa, iuxta formam præscriptam in schedulis, quas *in cap. præcedenti*, commemoraui, contingat mori possessorem talis Commendæ, atque eum etiam, qui cum illo de proprietate litigabat, nullo ab vtroque hærede relicto, qui iuxta legem successionis in dicta Commenda succedere posset, an in eodem Consilio eadem causa prosequenda sit ratione

fructuum, quos hæredes litigantium ad se pertinere contendunt, vel ad Regiam Cancellariam in partibus Indiarum, vbi Commenda sita est, deuoluenda? vt ibi dicti hæredes super fructibus nouum iudicium instaurent, si sua interesse putauerint.

57 In qua quæstione † hanc vltimam partem veriorem, & in puncto iuris sustentabiliorem arbitratur Matienzus motus eo, quod extincto per mortem litigatorum principali Commendæ iure, cuius contemplatione causa ad Supremum Senatum delata fuit, non potuit ibi-
58 dem † accessorium subsistere, ex iuribus vulgaribus per eum relatis, & latissimè per Tiraquel. *de iure constit.* 3. *part. limit.*7. *ex n.*25. *ad* 40. *& de cessante causa* 1. *part. n.*203. cum seqq.
59 Necnon eo, † quod dispositio nondum perfecta, & consummata, vitiatur, si ad eum casum deueniat, à quo incipere non potuit, *l. pluribus, §. etsi placeat,* vbi Scribentes, *D. de verb. oblig. l. pro parte* 11. *D. de seruit. l. fin. D. rerum amotarum,* cum multis aliis, quæ congerit Tiraquel. *de cessant. causa, limit.*12. *per totam,* Pet. Greg. *lib.*4. *syntag cap.*1.*num.*7. Anton Gom. *lib.*2.*var. cap.*10. *num.*15. Corras. *d. l. pro parte, num.*10. Surdus *cons.*211.*n.*10. Claud.Prat.Gnoseon general. *iur. lib.*6. *tit.*7. *cap.*3.

Cui Ego non minus congruentèr subiicio,
60 † instantiam causæ litigatorum morte finiri, vt probat text. *in Auth. de nuptiis, §. deinceps, collat.*4. Barbosa *in l. si constante, §. fin. D. soluto matrim. num.*20. *ad med.* Sebast. Medices *in tract. mors omnia soluit, num.* 161. & meliùs Lancellot. *de attentat.* 2. *part. cap.*4. *in præfat. num.*263.
61 *& seq.* Quod certius est, † vbi iudex ex particulari delegatione, vel commissione cognoscit, vt in nostro casu Supremus Senatus, tunc enim, quia stricta est, ad alias personas, vel res non extenditur, quam ad eas, quas rescriptum comprehendit, vt notatur *in l. si vnus, §. ante omnia, D. de pactis,* & in indiuiduo in iurisdictione prorogata probat Peregrin. *in suis practicis tractat. lib.*1. *tit. de iurisd. ordin. & delegat. num.*38. *&* 39. & in terminis secundæ supplicationis text. *in l.*2. *tit.*20. *lib.*4. *Recop.* & Auendan. *in tract. de secunda supplicatione, num.*10.

Neque obstabit, si replicetur, quod hæredes licèt non sint capaces Commendæ, sunt
62 tamen capaces fructuum, ac per † consequens in eos ratione eorum instantia cœpta cum defunctis actiuè, & passiuè continuanda videtur, *ex vulgar. reg. l. tam ex contractibus, D. de iudiciis, l. si eum hominem, D. de fideiussor. cap. quia G. de iudiciis,* cum traditis à Barbos. *vbi suprà num.*20. *&* 21. Molina *de primog. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 6. Aluar. Valasc. *consultat.* 160. *tomo* 2. Cæs. Barzio *decis. Bononiens.*36 *ex num.*7. Thesaur. *decis. Pedem.* 10. Giurba *decis.*84. *numer.*11. Trentacinq. *lib.*2. *variar. tit. de iudiciis, resol.*4. Gail. *lib.* 1. *obseru.* 67. *num.*3. *& obseru.* 108. Parlad. *different.* 136. *à numer.* 6. Villar Maldonad. *respons.* 2. *numer.* 21. *& respons.* 15. *quæst.*5. *num.* 20. *& seqq.* Marta *de iurisdict.* 4. *part. casu* 32. Marescot. *lib.*2. *var. cap.*62. Surd. *cons.* 268. *lib.* 2. & innumeri alij relati per D. Ioan. del Castillo *lib.*2. *controuers. cap.*9. *per totum.* Nam hæc regula, inter alias limitationes,
63 illam præcipuè patitur, vt procedat † in successore eiusdem iuris, non verò in eo, qui extincto iure, cuius occasione instantia cœpta est, quouis alio modo litiganti succedit, vt probatur in fisco succedente virtute confiscationis in dote mulieris, ad quem ideò instantia cum illa cœpta non transit, *d. l. si constante, §. fin. solut. matr.* & in aliis exemplis, quæ habentur *in l. nulla, C. de procurator. Clement.* 1. *eod. l. si seruus, in princip. D. de cond. furt. l. post finitam* 11. *D. de susp. tut.* gloss. *in l. tigni, §. fin. verbo Absolui, D. ad exhibend.* & tradunt Roman. *in d. l. si constante, §. fin. num.*3. & ibi Barbos. *num.*15. Imola *in l. si eum hominem, numer.* 3. *post medium, D. de fideius.* Muta *decis.* 9. *num.* 17. & magis in terminis Bald. *cons.*121. *incohantes, num.*3. *&* 7. *& cons.*217. *Ego puto, num.*4. *lib.*3. vbi probat, quod † in illis rebus, quæ sanguinis iure proueniunt, instantia cœpta non ad alios transit, quam ad successores eiusdem iuris. Quod ad successores maioratus optimè transtulit Roderic. Suar. *cons.* 10. *num.*13. & doctè D. Præses Valençuela *cons.* 60. *n.*29. *&* 35. Cabedus *decis.*198. *num.* 4. *part.*1. Leon *decis. Valentiæ* 136. *num.* 5. *vers. Quartò in hoc articulo.* Et ad † possessorem beneficij, vel dignitatis, Abb. *in d. cap. quia G. de iudiciis, num.*11. *vers. Tertius casus,* vbi etiam Decius *num.* 8. & Peregrin. *de fideicommis. art.* 53. *num.* 28. Et in feudis loquens, mirabiliter Vincent. de Franchis *decis.* 593. resoluens, instantiam † litis super re feudali transire in successorem feudi, & non in successorem bonorum iure hæreditario, quod etiam docuit Ias. *cons.* 158. *num.*10. *vol.*4. inquiens, quod quando res super qua lis vertitur, non est transitoria ad hæredem extraneum, instantia cessat per mortem litigantis, Freccia *de subfeud. lib.* 2. *limit.* 18. *num.*58. *pag.* 161. Menoch. 984. *ex num.* 15. *volum.* 10. qui ad hoc expendunt *l. si operarum, D. de oper. libert.* Capicius *decis.*1. *n.*8. Rouitus *cons.*182. *num.*3. *&* 4. *vol.*1. Thoro *in comp. decis. tom.*2. *litt. T, vers. Instantia in feudalibus, col.* 2. *pag.* 269. & innumeri alij, quos refert, & sequitur Rosenth. *de feudis, c.*9. *q.*23. *& seqq. & cap.*12. *q.*6. *n.*50. *& litt. B,* vbi docent, † quod in eiusmodi causis feudalibus feudatarius solùm præstat vocem, & est veluti pica, & organum feudi, quod per se tanquam homo mutus non potest loqui, quod feudum reuocat membra sua in reintegratione, &c.

Sed quamuis hæc pro Matienzi opinione perpendi possint, & Ego ab eo non dissentiam, vbi † hæredes volunt in Regalibus Indiarum Cancellariis super fructibus nouam instantiam inchoare, quia id rectè facere poterunt, cùm iam non Commendam, vel Commendæ ius, sed nouam rem, hoc est fructus, siue fructuum restitutionem in iudicium deducant, qui † separati sunt ab ipsa Commenda, & diuerso ab ea iure censentur, argum. text. *in l. qui res, §. aream, D. de solution. l. in ædibus, §. ex rebus, D. de donation. l. iubemus, C. ad Trebell. l. scimus, in princ.* & ibi Bart. *num.*2. *C. de inoff. testam.* Bald. *in l. vlt. C. de vsucap. pro donato,* Palac. Rub. *in repet. Rub. §.*62. *num.* 10. Ant. Gomez *in l.* 40. *Tauri, num.*64. Greg. Lopez *in l.*26. *tit.*11. *partit.*4. *glos.*3. *in fin.* Mieres *de maior.* 3. *part. q.* 9. *num.* 14. Matienz. Capicius, & alij, quos refert Paz de tenuta, *cap.*8. *num.* 12. Et quia † etiam perempta instantia, quis rem de nouo petere non prohibetur, vt per Bart. *in Auth. quæ supplicatio num.* 3. *C. de precib. Imp. off.* & relatos ab Sforcia *de in integr. restit.* 1 *part. art.*7. *n.*26.

Contrarium

Contrarium tamen tenendum censeo, vbi
71 volunt † in eodem Supremo Senatu causam, si-
ue instantiam super eisdem fructibus prosequi.
Nam etsi hæc dici possit, quoad Commendam
extincta per mortem litigatorum, neque respe-
ctu huius iuris transeat in hæredes, vt conclu-
dunt Auctores in contrarium allati, qui ita in-
telligendi sunt, cum tamen simul cum Com-
menda fructus, veluti in eius accessionem, peti-
ti fuerint, aut etiam non petiti, veniant in his
72 iudiciis vniuersalibus, vt suprà † probaui, ho-
rum ratione durare quidem videtur iurisdictio,
instantia, & iudicium coram eorum Senatu cœ-
ptum, neque suæ commissionis, aut delegatio-
nis fines excedere videbuntur, si illud quoad
hanc accessionem prosequantur, atque diffi-
niant, *l. vbi cœptum, D. de iudiciis*, iuncta *l. quæ
de tota, D. de reiuind. reg. accessorium, de reg.
iur. lib.* 6. & aliis pluribus, quæ ad eorum com-
probationem congerit Velasc. *in axiom. iur. litt.
I, num.* 135. *&* 143. *& litt. A, num.* 29. *& seqq.*
Ipsique hæredes, & litigantium procuratores
instantiam quoad eam conseruare, & continua-
re videantur, ita vt rectè possit cum eis, vel in-
ter eos sententia proferri, vt *in dict. l. nulla, &
l. procuratoribus, C. de procurat. l.* 23. *tit.* 5. *par-
tit.* 3. cum traditis à Parlador. *lib.* 2. *quotid. cap.
fin.* 5. *p.* §. 9. *n.* 28.

73 Quod adeo verum est, vt † sint plures, qui
teneant, talium hæredum nouam citationem
ad huius iudicij prosecutionem, vel diffinitio-
nem non requiri, licèt alij securius esse, quod
citentur, existiment, vt nemine relato tenet
Valascus *cons.* 38. & potuit allegare Gamam
decis. 324. Mastrill. *decis. Sicil.* 137. Misyn-
ger. *cent.* 1. *obseruat.* 85. Gail. *lib.* 1. *pract. ob-
seru.* 109. *ex num.* 4. Rutland. *de commission.
lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 6. Grœuæum ad Gail. *vbi su-
prà* & Cald. Pereir. *in l. vnica, C. ex delict. de-
funct.* 4. *part. num.* 24.

Et pro hac sententia Primò pondero text.
in lin l. vtique 16. *& in l. si hominem, D. de rei-
74 vindic.* vbi † mortuo homine, vel animali, cu-
ius ratione lis contestata fuit, etiam sine dolo
possessoris, docent I.C. adhuc ratione fructuum,
& partuum, & eius, quod alias interesse potue-
rit, iudicium prosequendum, & ab eodem iudi-
ce terminandum esse: quod etiam non minus
apertè docemur *in l. si seruus* 11. *D. de iud. solui*,
ibi: *Quoniam expedit de euictione actionis con-
seruandæ causa, item fructuum nomine rem iudi-
cari.* Et ad Arbitros (quod plus est) extendit
text. *in l. non distinguemus, vers. Item non est co-
gendus, D. de recept. arbit.* ibi: *Si aliquid liti-
gantium intersit.*

Secundò, expendo text: *in l. solum, §. meum,
D. de reiuind.* iuncta *l. si seruus, §. boue subrep-
75 to, D. de condict. furtiua*, vbi † quia meum est,
quod ex re mea superest, cuius vindicandi ius
habeo, inferunt I. C. quod si bos, de cuius vin-
dicatione, vel condictione furtiua agebatur,
hoc iudicio pendente moriatur, adhuc pro
corio, carne, & cornibus eius, sententiam desi-
derari, quamuis in legatis horum consideratio-
nem non haberi alias scribat Paulus I. C. *in l.
mortuo boue* 49. *de leg.* 2. de quorum intelle-
ctu, & conciliatione latè agit Accurs. & Bar-
tolus, vtrobique Morla *in emporio iuris, tit.* 1.
num. 10. & Lasarte *in tract. de decima venditio-
nis, cap.* 12. *à num.* 14.

Tertiò facit, † *l. quamuis* 3. *C. ne de statu* 76
defunct. vbi quamuis causa cœpta fuerit super
statu mariti, & is ea pendente decesserit, docet
Imperator instantiam durare, & iudicem eun-
dem in eandem pronuntiare cogendum esse,
propter successionis emolumentum. Cuius text.
argumento in simili, & satis vtili, notabilique
quæstioni probat Otalora *de nobilit.* 2. *part.* 3.
princip. c. 7. & Ioan. Garcia *in eod. tract glos* 40.
num. 12. quod in lite apud nos instituta super
nobilitate, vulgò *Hidalguia*, mortuo eo, qui
litem cœpit, † etiã si liberos non relinquat, pos- 77
sunt adhuc eius hæredes extraneis audiri, & in-
stantiam prosequi coram eisdem iudicibus, qui
specialiter ad has causas Nobilitatis cognos-
cendas, & decidendas, constituti sunt, saltim, vt
eis pignora reddantur, & restituantur, quæ à de-
functo pro tributis capta fuerant, à quibus ipse
immunem se esse dicebat.

Quibus † consequenter idem Ioan. Garcia 78
vbi suprà adhuc magis in nostris terminis in-
fert: *Hoc idem obseruari in maioratibus prop-
ter fructus, & accessiones.* Neque ab his mul-
tum distat Christoph. de Paz *in l.* 251. *styli* fe-
rè *per totam*, † vbi cùm ad vtramque partem 79
disputasset illam quæstionem. An fructus ve-
niant in iudicio tenutæ, tandem venire resol-
uit, *& num.* 37. hoc adeò verum esse conclu-
dit, vt si fortè à Supremo Senatu eorum con-
demnatio omissa fuerit, de eis iterum cognos-
cere posset, & sententiam ferre debeat, quod
iterum repetiit *in tractat. de tenuta, cap.* 8. *nu-
mer.* 18. *& seqq. & cap.* 13. *num.* 1. *& seqq.* &
sequitur aliud agens Gironda *de priuilegiis,
num.* 154. *& seqq.*

Denique in fauorem eiusdem opinionis, &
aduersus contrariam Matienzi, considero, quod
si vt ipse aduertit *num* 8. † ad cognitionem ha 80
bendam, cui fructus pertineant, necessariò in
Regali Audientia cognosci debet, cui ex litiga-
toribus, si superstites essent, ipsa Commenda
Indorum esset competitura, à qua cognitione,
vt ipse fatetur, & vt *suprà* vidimus, dictæ Au-
dientiæ inhibitæ sunt. Quanto id melius, & se-
curius expediri poterit in Supremo Senatu, ad
quem eiusmodi causæ remitti iubentur, & vbi
omnia iura partium super principali iure Com-
mendæ deducta sunt, ex cuius examinatione
fructuum quæstio necessariò decidenda videtur,
argum. text. *in l. vltima, C. vbi de ratiociniis*,
ibi: *In militari oportet iudicio respondere, in quo
& instructio sufficiens, & noua testimonia, & ve-
rissima possunt documenta præstari.* In quo ge-
neraliter notat Dionys. Gothofred. *Quod vbi
suppetit totius rei instructio amplior, ibi ratio
reddenda est.*

Et ego addo, † quod vbicunque vna causa 81
est præiudicialis, ad aliam (vt accidit in casu
quæstionis propositæ) ibi semper transit instan-
tia, vt per text. & DD. *in cap. quia V. de iudiciis,
l. si eum hominem, de fideiussor.* & notata ab
Otalora *vbi suprà num.* 7.

Et ex his patet responsum ad omnia, quæ
in contrarium adducta sunt. Et licet hæc opi-
nio, attento iuris rigore, adeo certa non esset,
deberet † tamen propter æquitatem, & litium 82
breuitatem admitti, argument. text. *in l. si ho-
minem* 30. *D. mandat.* de cuius regula latè
agit Tiraquel. *de pœn. temp. in præfat. ex nu-
mer.* 25. *ad* 37. *l. singulos, D. de except. rei iudic. l.*

terminato,

terminato, *C. de fruct. & lit. expens. l. si quis iusiurandum* 11. *C. de reb. cred.* ibi: *Ne repetita lite finis negotij alterius causæ fiat exordium, l. properandum* 11. *C. de iudic.* cum aliis, quæ congerit Cotta *in memorab. iur. verb. Lites citò*, Ego *in meo tract. de Ind. iur. lib.* 3. *cap.* 3. *num.*7. *& seqq.*

83 Et addo † text. optimum, & magis in nostræ quæstionis specie, *in cap. significasti, de offic. deleg.* vbi delegatus Papæ ordinarij vices assumit, exequiturque sententiam, vbi iustitiæ munus aliter expediri non potest, & doctrinam Panormit. *in cap. de cætero, colum.* 2. *de re iudic.*
84 vbi inquit, † delegatum ad solam executionem, ex causa iusta, noua, vel antiqua, quæ delegantem mouere potuisset, posse assumere causæ cognitionem, & partium exceptiones admittere, & terminare, licet hæc alias talia sint, quæ eius commissionem, vtpotè meri executoris, excedant.

Quæ omnia multum in praxi notanda sunt,
85 non solum pro Commendis Indorum, † sed etiam pro causis tenutarum, & secundæ supplicationis in Supremo Senatu introductis, & dependentibus. Nam licet earum cognitio ex speciali Principis commissione procedat, & limitata sit, ad ea tantum, quæ merita eiusmodi causarum concernunt. Adhuc tamen si lite pendente litigatores decedant, & extingui videatur causa principalis super maioratu, poterunt tamen pronuntiare super fructibus, etiam inter hæredes extraneos, & non erunt super hoc remittendi ad Regales Cancellarias, prout
86 † his diebus contigit, & decisum fuit (me inter alios magni nominis viro, licet indigno, ad hoc iudicium adlecto) in causa, quæ in Supremo Castellæ Consilio pendebat super Comitatu de Bailen, inter Dom. Ducem de Arcos, & Dom. D. Catherinam Ponce de Leon, quæ decedens sine hærede sanguinis, iuris sui vniuersalem successorem, in quo potuit, & qualiter potuit, reliquit Maritum suum nobilem, & eximium virum Dom. D. Didacum de Cardenas, Supremi Senatus Indiarum dignissimum Consiliarium, & mihi multis titulis venerandum, licet fructibus potitus non fuerit, eo quod in fauorem Ducis semper ipso principali successionis articulo pronuntiatum fuit, & sic fructuum quæstioni præiudicatum.

CAPVT XXX.

Vtrùm expediens sit, vel fuerit, Indorum Commendas in perpetuum concedi, ita vt in familia possessorum instar maioratuum durent, & deferantur?

SVMMARIVM.

1 *Commendæ, an in perpetuum concedi debeant, vel debuerint? antiqua est quæstio.*
2 *Officiales Regij Guathemalenses, quid olim scripserint super Commendarum perpetuitate?*
3 *Perpetuitas Commendarum admissa olim non fuit, & quare?*
4 *Nouæ (quas vocant) Indiarum leges, quæ de Commendis tollendis latæ fuerunt, quas turbas excitauerint, & qualiter reuocatæ fuerint.*
5 *Leges sæpè bonæ, & vtiles creduntur, quæ postea experiendo damnosæ apparent, & digna reuocatione.*
6 *Perpetuitatis Commendarum tractatio sæpè agitata, & renouata, & de schedulis, quæ de ea agunt.*
7 *Peruani Commendatarij, qualiter Commendarum perpetuitatem petierint per D. Antonium à Ribera eorum procuratorem?*
8 *Comes de Nieua, & alij Commissarij qualiter in Peruuium mandati fuerint ad tractandum de perpetuitate Commendarum? & quid egerint?*
9 *Commendarum perpetuitas, an pro pecunia Regi oblata concedi posset? fuit in quæstionem vocatum.*
10 *Fr. Alphons. de Castro, quid consulerit circa Commendas ob pretium perpetuandas.*
11 *Commendarum perpetuitatis tractatio qualiter fuerit tempore Proregis D. Franc. à Toleto, & postea suscitata, & nunquam resoluta.*
12 *D. Eugenius de Salazar Regius Indiarum Consiliarius, quid senserit de perpetuitate commendarum?*
13 *Licentiatus Ioan. Ortizius Ceruantes tractauit de commendarum perpetuitate, & circa hanc doctum libellum scripsit, & non obtinuit.*
14 *Sententiarum, & opinionum varietas iuris prudentiam, & alia, quæ debent resolui, conturbat, & obscurat.*
15 *Ratio nec decipitur, nec decipit vnquam.*
16 *Seruitia Conquisitorum Indiarum magna fuerunt, & ingens, & perpetuum bonum Regibus Hispaniæ pararunt, atque ideò perpetuam quoque remunerationem requirere videntur.*
17 *Seruitij magnitudo, & perpetuitas inducit, & exigit perpetuitatem satisfactionis, & remunerationis.*
Senecæ insignis locus expenditur pro remunerandis filiis, & posteris benemeritorum, ibid.
18 *Priuilegia concessa ob merita, debent, & censentur esse realia, & perpetua.*
19 *Donationes, & remunerationes factæ ob terras nouiter partas, ampliores esse debent.*
20 *Conquisitores, & alij qui pacta mercede Regi aliquod seruitium præstiterunt, nihil ampliùs petere posse videntur.*
21 *Principes decet liberalissimos esse in remuneratione seruitiorum.*
22 *Remuneratio, an meritis, & seruitiis respondeat? iudicis arbitrio relinquitur.*
L. fin. tit. 27. partit. 2. *expenditur, & illustratur*, ibidem.
23 *Conquisitores antiqui, & benemeriti Indiarum nusquam satis remunerati videntur.*
24 *Remuneratio meritorum, & seruitiorum, quæ Principibus fiunt, strictè, & ad stateram libranda non est, ex Cassiod. & Alex. ab Alex.*
25 *Gratias quomodo antiqui effinxerint, & quare?*
26 *Regum maiestas offenditur, si eorum liberalitas coangustetur.*

27 *Dona*

27 *Donationes nullæ à Principe factæ immensæ videri possunt.*
28 *Austriaca familia Augustissima vltra omnes alias semper emicuit in cumulata remuneratione seruitiorum.*
29 *Successorum proprium esse debet, imitari vestigia antecessorum.*
30 *Hispaniæ Monarchia tum in aliis, tum maxime in liberalitate, & clementia erga subditos Othomanam Turcarum superat.*
31 *Principum æqualis error est nullam, aut malam gratiam benemerentibus reddere, & minus flagitiosum est armis, quam munificentia vinci.*
32 *Præmia benemerentibus dari conuenit, vt alij eorum exemplo ad præclara facinora excitentur, & quòd præmia nutriunt virtutes.*
33 *Homines magis laborant pro filiis, quam pro se ipsis.*
34 *Vitæ breuitatem posteritatis memoria consolatur.*
35 *Conquisitores multum sentiunt, quod præmia meritorum suorum ad posteros non extendantur, & quod ideò mendicare cogantur.*
36 *Commendas parentum morte finitas, eorum liberis denuò conferri aliquæ schedulæ prohibent, quarum durities notatur.*
37 *Filios, & posteros ad officia, & præmia parentum regulariter iura vocare, & præponere solent.*
38 *Parentes possunt, & solent filiis, & posteris sua seruitia relinquere.*
39 *Filios parentum meritis illustrari, & eleuari ad officia, & dignitates, pluribus bonæ notæ locis ostenditur.*
Baldi, & Hieron. Osorij elegantia verba de præmiis parentum in filiis continuandis, expenduntur, ibidem.
40 *Indiarum prouinciæ accessoriè vnitæ sunt Regnis Castellæ, & Legionis, & eorum legibus, & moribus gubernari debent.*
41 *Hispaniæ Proceres, & benemeriti pro suis facinoribus præmia perpetua, & iurisdictionalia consequnti sunt.*
42 *Bona alicui à Rege donata, si continent iurisdictionem, titulum, aut dignitatem, eo ipso in perpetuum, & per viam maioratus dari videntur.*
43 *Commendæ, quæ dantur in remunerationem seruitiorum, debent sortiri naturam bonorum maioratuum Regiorum, & quare?*
44 *Priuilegia, & alia, quæ conceduntur à Regibus ob seruitia, debent perpetuò durare, & in successores transire.*
45 *Conquistorum Indiarum miseram conditionem qualiter, & quare deploret Fr. Ioan. Zapata?*
46 *Bellatores per inopiam deficere, iracundiam mouet.*
47 *Maioratuum institutio familiarum splendorem conseruat.*
48 *Indiarum prouinciæ magis illustres, & securæ efficientur, inducta perpetuitate Commendarum.*
49 *Prouinciæ cuiusuis gloria, & tutela in vassallis locupletibus consistit.*
L. 14. tit. 5. partit. 2. *expenditur*, ibidem.
50 *Regis vecordia, aut tyrannis ostenditur in vassallorum oppressione, aut depauperatione.*
51 *Commendatarij perpetui magis pugnabunt pro salute, & conseruatione Indorum, quam temporales, & quare?*
52 *Mercenarij, & rem conductam habentes parum curant de eius augmento, aut conseruatione.*
53 *Indiarum ærumna, & dissipatio nascitur ex eo, quod pauci has prouincias incolant, animo ibidem permanendi.*
54 *Magistratus perpetuos esse oportere plures sentiunt, & quare?*
55 *Canis vlcerosi, & muscis pleni fabula refertur.*
56 *Prædia Limitrophia, quo animo militibus assignare soleret Alex. Seuerus Imperator.*
57 *Dolore magno amittuntur, quæ cum magno habentur.*
58 *Causa cognoscitur per effectus.*
59 *Damna plura orta videntur ex antiqua forma Indos gubernandi, & commendandi, & aliqua recensentur.*
60 *Vtilitas publica diuturna ludificatione differri non debet.*
61 *Damnis Reipublicæ celeriter de remedio prouidere Regium est.*
62 *Remedia sera non proficiunt.*
63 *Legibus antiquis non est insistendum, vbi temporum, aut rerum mutatio eas mutari suadet.*
64 *Tempus vnumquodque suos mores affert, & ei accommodandæ sunt leges.*
65 *Leges omnes mutandæ, aut emendandæ sunt, vbi id emergens causa suaserit.*
Cap. non debet, de consang. & affin. Auth. de non alien. reb. Eccles. *& alia iura similia, expenduntur, & illustrantur*, ibidem.
66 *Commendatariis si iurisdictio simul cum perpetuitate Commendarum concedatur, multa bona sperari possunt, quæ recensentur.*
67 *Reductiones Indorum dissolutæ, per commendarum perpetuitatem reparabuntur.*
68 *Commendatarij possunt reuocare Indos sibi commendatos, fugientes, aut alibi commorantes.*
69 *Commendarum diuisio, & in exteros, & alienigenas Indiarum collatio cessabit, inducta earum perpetuitate.*
70 *Causæ, & lites Indorum sunt parui momenti, & qualiter indices se in illis habere debeant.*
71 *Indorum, & aliorum Regaliorum donationes regulariter prohibitæ sunt.*
72 *Regaliorum alienationem, qui consulunt, proditionis crimen committunt.*
L. 5. tit. 15. partit. 2. *expenditur*, ibidem.
73 *Commendæ concedi solitæ in perpetuum concessibiles, & alienabiles mansisse videntur.*
74 *Commendæ datæ in remunerationem seruitiorum, etiam cum iurisdictione, non possunt tolli nec reuocari.*
75 *Commendæ si perpetuæ efficiantur, non habebit Rex præmia, quæ in posterum benemeritis dare possit.*
76 *Præmiorum expectatio homines accendit.*
77 *Homines nunquam incassum, frustráque laborant.*
78 *Reipublicæ salus non minus consistit in conseruando, quam in acquirendo.*

79 *Partæ*

79 *Parta amittere maius dedecus est, quam non parauisse.*

80 *Vitæ humanæ felicitas non tam in inchoatione, quam in perfectione consistit.*

81 *Regio fisco hodie damnosum esset Commendas perpetuare, & quare?*

82 *Vassallorum alienatio parcè, & strictè à Regibus fieri debet.*

83 *Alienationes Regalium, aut vassallorum, quæ continent grauem diminutionem, inhibentur, & factæ reuocantur, etiam si diuisim, & minutatim fiant.*

84 *Vassallorum vbi interest, Principi potiùs subiici, quam priuato, non valet eorum alienatio.*

85 *Regis magis, quam priuati, vassalli esse omnes desiderant, & præcipuè Indi, & quare?*
Honoratiores reputantur, qui sublimioribus subsunt, ibidem.

86 *Vassallorum deterior conditio fieri dicitur, si alienentur per Principem in inferiorem.*

87 *Commendatarij temporales sunt valdè damnosi Indis, & idem multò magis timeri potest de perpetuis, & iurisdictionem in eos habentibus.*

88 *Trita, & veterata reformare difficile est.*

89 *Potentes vbi ad malitiam, vel auaritiam declinant, potentius lædunt.*

90 *Commendarum perpetuitas erit inductiua seruitij personalis Indorum adeò prohibiti.*

91 *Futurum lucrum despicit, qui præsenti inhiat.*

92 *Indorum infirmitas omnibus obnoxia, & præcipuè Commendatariis, & qualiter ab illis tractentur.*

93 *Commendatariorum luxus, superbia, & inobedientia timeri potest, si perpetui efficiantur.*

94 *Subditi, vt maximè à Rege dependeant, curandum est, & præsertim in Indiis.*

95 *Indi hodiè valdè diminuti sunt, & tanquam si plures essent, seruire coguntur.*

96 *Commendatarij perpetui non iuuabunt, sed potius turbabunt seruitia personalia Indorum.*

97 *Vtilitas publica non debet cedere commodis priuatorum.*

98 *Commendatarij perpetui potiùs officient, quam proficient conuersioni, & reductioni Indorum, & aliis quæ referuntur.*

99 *Leges, & consuetudines antiquæ, sine maxima, & euidentissima vtilitate mutandæ non sunt.*
L. in rebus, D. de const. Princip. l. minimè, D. de legib. *& aliæ similes expenduntur, & illustrantur.*

100 *Nouitas in omnibus rebus fugienda, & de eius damnis, & quod nec noui sancti facilè debeant admitti.*

101 *Consuetudinis antiquæ mutatio, etiam quæ adiuuat vtilitate, nouitate perturbat, ex D. August.*

102 *Lex antiqua, etsi nonnibil vitiosa, melior est, quam noua.*

103 *Commendarum aliquarum perpetuitatem Auctor olim probauit, nunc iudicium suspendit, & quare?*

104 *Commendarum perpetuitas sub qua forma olim, & à quibus probata fuerit?*

105 *Dom. Prorex D. Franc. à Toleto quid senserit de perpetuitate Commendarum?*

106 *Commendæ hodiè ita extenuatæ, & alienigenis, & immeritis collatæ reperiuntur, vt nullatenus de eis perpetuandis tractari conueniat.*
Præsens rerum status semper est considerandus, non qui olim fuit, ibidem.

107 *Malum minus, comparatum ad maius, habet rationem boni, & ex duobus malis minus sequendum est.*

108 *Perplexio in electione minoris mali, non nascitur, ex re ipsa, sed ex stulta opinione.*

109 *Medicamenta quod morbis, hoc debent exhibere iura negotiis.*

110 *Remedia non debent esse incerta, vel grauiora, aut periculosiora morbis.*

111 *Remedia vera sunt, quæ sanatis morbis postea non sentiuntur.*

112 *Vulnera quædam curando maiora fiunt, ex Ouidio.*

113 *Remedium in nonnullis morbis est remedia omittere.*

114 *Vitia erunt, dum homines erunt.*

HIs, quæ diximus, omnibus (ni fallor) numeris absolutum videri potest, quidquid ad propositum nobis tractatum de Commendis Indorum spectat. Quod si aliquis adhuc aliquid fortè desiderauerit, secum cogitet, precor; an ipse in reliquis congerendis, disponendis, & illustrandis diligentior esse potuisset? Superest nunc, vt collophonis vice illam quæstionem addamus, quæ diu, ac sæpè in controuersiam vocari solet, vtrum † scilicet expedientius 1
sit, vel fuisset, easdem Commendas ita constitui, & à Regibus nostris conferri, vt non pro vna, & altera vita durarent, vt hodie fieri retulimus, sed à possessoribus in suos successores iugiter sanguinis iure, primogeniorum, aut feudorum familiarium more, deriuarentur? Et inuenio hanc quæstionem ferè cum ipsis Commendis subortam. Nam Ant. de Herrera *in histor. gener. Ind. decad. 4. lib. 7. c. 5. in fin.* recenset, † Regios 2
Guathemalenses officiales seriò proposuisse hanc perpetuitatem ann. 1530. quasi ipsi Regi, ac Regno, & Indorum conseruationi maximè conuenientem, & idem latiùs, & distinctiùs prosequitur *decad. 8. lib. 10. c. 17. 18. & 19.*

Sed hoc admissum non fuit, † quin potiùs magis è re esse visum, vt Commendæ, quæ eousque datæ fuissent, vbi vacarent, ad Regiam Coronam reducerentur, neque amplius priuatis conferri possent, super quo latæ fuerunt ann. 1540. † nouæ illæ (quas vocant Indiarum leges) quarum executio in Peruanis Prouinciis eas turbas excitauit, quæ omnibus notæ sunt, & in Nouæ-Hispaniæ idem fortè contingeret, nisi prudentia clarissimi viri D. Francisci Tello de Sandoual, Supremi Senatus Indiarum Consiliarij, suspensa esset, vt tetigi *suprà hoc lib. c. 1. & 2. & c. 16. n. 4. & 5.* & latiùs commemorant idem Ant. de Herrera *d. hist. gen. Ind. decad. 7. lib. 7. c. 14. & seqq.* Did. Ferdin. Palentinus *in hist. Peruana, 1. p. cap. 10. cum seqq.* August. Zarate *in ead. hist. lib. 5. c. 4.* Gomara *c. 175.* & Garcilas. Inca *in suis Commentariis 2. p. lib. 4. cap. 7.*

Vnde idem ipse Imperator, qui prædictas leges Barchinonæ signauerat ann. 1542. eas ann. 1546. reuocauit, & Commendas (vt antea) inter benemeritos ad duas vitas distribui iussit, † cum experimento cognouisset, id damnosum, & 5
inutile fuisse, quod credebat coniectura prodesse,

desse, vt in simili inquit Imp. *in Auth. hæc constitutio, collat.* 8. vbi Accursius addit, quandoque fieri malam legem, quæ bona credebatur, & cùm postea apparet, est necessaria noua lex, quod benè etiam prosequitur Petr. Greg. *lib.* 10. *de Repub. cap.* 6. *per tot.*

Quo facto, statim rursus renouari cœpit eadem † tractatio de Commendis perpetuandis, & inuenio sched. eiusdem Imperatoris datam Ratisbonæ 14. April. eod. ann. 1546. quæ extat *2. tom. impres. pag.* 289. & refert hanc perpetuitatem instanter petiisse omnes prouinciales Religionum, & procuratorem Nouæ-Hispaniæ, pluribus pro ipsius necessitate, & vtilitate rationibus adductis, & iubet eiusdem Prouinciæ Proregi D.D. Antonio de Mendoça, vt id sedulò exequatur: *Dexando las cabeceras, y puertos, y otros pueblos principales en la Corona Real, y la jurisdicion ciuil, y criminal, y otros pueblos assimismo para que se pudiesse hazer merced à los que adelante siruiessen.* Et iterum in alia Prouisione eiusdem Imperatoris dat. Guadalaxaræ 3. Aug. eod. ann. 1546. *d. tom. pag.* 230. *in fin.* præcipitur Licentiato Michaëli Diaz de Armendariz Noui-Regni Granatensis Visitatori, vt Commendas, quæ personis prohibitis ablatæ fuerant, inter Conquisitores, & alios benemeritos distribuat: *Entretanto que Nos proueemos en la perpetuidad de estas Prouincias lo que conuenga.*

Quod magis etiam, ac magis † inualuit, misso in Hispaniam à Peruanis Commendatariis Nobili viro D. Antonio de Ribera, vt de ea apud Regem, & Regium Indiarum Senatum instanter ageret, & magnam pecuniarum vim in præmium, vel pretium concessionis offerret. Tunc enim idem D. Imperator Carolus V. Gandauij 5. Septembris, ann. 1556. eam concessit, † & ad illius executionem in easdem Prouincias Peruanas cum amplissima potestate, & facultate mandauit Proregem Comitem de Nieua Licentiatum Birviesca de Muñatones, Regij Senatus Indiarum Consiliarium, D. Didacum de Vargas Caruajal, & Ortegam de Melgosa, tanquàm Commissarios, & Dominicum de Gamarra pro Secretario, quos hucvsque in ea prouincia vocant: *El Conde de Nieva, y Commissarios*, & de eorum legatione plenè agit Ant. de Herrera *d. hist. gener. decad.* 8. *lib.* 10. *cap.* 18 *pag.* 328. qui tamen re infecta redierunt, tum ob aliquas difficultates, quæ executionem negotij sibi commissi grauiter morabantur. Tum maximè, quia Peruani Commendatarij ingentem pecuniarum vim, à suo procuratore promissam, corrogare non potuerunt.

De cuius receptione † ob hanc causam, & an licita, & secura esset in foro conscientiæ, præstantes quique illius tempestatis Theologi à Piissimis nostris Regibus consulti videntur. Nã penes me habeo consilium manuscriptum † 10 eruditissimi viri Fr. Alphonsi de Castro datum Londini 13. Ianuar. ann. 1558 cuius etiam memini *sup. hoc lib. c.* 1. *n.* 22. in quo tandem resoluit, supposito, quòd Commendæ in totum non auferantur, vt Chiapẽsis Episcopus consulebat, & contendebat, sibi congruentiùs videri, vt in perpetuum, etiam pretio pro eis accepto, vendantur, seu concedantur, & hoc scrupulo carere, ex iis, quæ de venditione officiorum tradit D. Thom. *in opusc.* 21. *ad Ducissam Brabantiæ*, dum tamen pretium moderatum sit, & magis idonei, & benemeriti præferantur, legésque saluti, & bonæ tractationi Indorum conducentes sanciantur, & seuerè, ad vitandam tyrannidem Commendatariorum, seruentur, & exequantur.

Sed rursus cum Peruana Indorum Respublica, multis ærumnis oppressa, labi, ac vehementer imminui cœpisset, & plurimi cordati viri huius mali remedium in perpetuatione Commendarum positum esse contenderent, † anno 11
1572. iniunctum fuit Peruano Proregi D.D. Francisco à Toleto, vt de ea introducenda tractaret, vel quid sibi, rem proximiùs, & penitiùs intuenti, oportere videretur, ad Regium Senatum referret. Quod cùm ille fecisset, vt tradit Herrera *d. cap.* 18. res iterum nouas comperendinationes accepit.

Et idem posteà contigit, cùm eam suscitaret alter legatus, seu Procurator nomine Peruanorum Commendatariorum, cuius libellus typis excessus, † commissus fuit egregio, & litterato Viro D. Eugenio de Salazar, Regij Senatus Indiarum Consiliario, qui hanc propositionem minus probasse videtur, vt patet ex apostillis propria ipsius manu eidem libello insertis, quas originales apud me habeo. 12

Nec meliorem fortunam expertus est † Licentiatus Ioann. Ortiz. de Cervantes, posteà Cancellariæ Noui Regni Granatensis Auditor, qui cùm ad Regiam Curiam cum mandatis Commendatariorum Peruani Regni peruenisset, & doctum satis, ac varia eruditione refertum memoriale super eodem articulo typis excussisset, & præsentasset ann. 1619. nullam tamen hac de re deliberationem à Rege, & Regis Senatu impetrare potuit, nimirum † propter multas varias, & etiam contrarias de ea sententias, & opiniones, quæ ipsam satis in se difficilem, & ambiguam, magis confusam, & conturbatam redíderunt, vt aliàs de legali sapientia loquens dixit Iustinianus *in l.* 1. *vers. Cum autem, & vers. Nostram, C. de veter. iur. enuclean.* & generaliter, de varietate loquens, Ioan. Salisberiens. *in Policratico lib.* 2. *cap.* 24. *Porrò varietas ambiguitatem inducit, in ambiguis autem omnis definitio periculosa est.* 13 14

Sed præstat, vt ex pluribus rationibus, quæ hinc inde circa hanc quæstionem adduci possunt, & solent, aliquas expendamus, vt sic eius resolutio manifestiùs appareat. Nam (teste Manilio *lib.* 2. *Astronom.*) † *neque decipitur ratio, nec decipit vnquam.* Et pro eorum sententia, qui perpetuitatem suadent. Primò consideratur, quòd cùm harum Commendarum præmio, de remunerandis seruitiis tractetur, quæ primi † illi Conquisitores, & incolæ Indiarum 16 Regibus nostris præstiterunt in Nouo hoc Orbe suis expensis, & laboribus subigendo, incolendo, aut conseruando, iuxta ea quæ late diximus *suprà hoc lib. cap.* 1. & 2. & 1. *tom. lib.* 2. *c.* 6. *numer.* 30. & benè, recenset Herrera *in histor. gener. Ind. decad.* 4. *libr.* 6. *cap.* 11. *pag.* 149. & Acosta *de procur. Ind. salut. libr.* 3. *cap.* 11. par esse videtur, & fuit, vt quemadmodum ipsa seruitia perpetuam causam habent, & eisdem Regibus adeò vtilem, & quæstuosam, vt nulla maior reperiri possit, iuxta ea quæ etiam latè dixi *d.* 1. *tom. libr.* 1. *cap. fin. per totum*, & tradit Herrera *in d. histor. gener. Ind decad.* 8. *libr.* 5. *cap.* 16. *pag.* 151. Ita etiam satisfactio, & re- 15

muneratio pro eiſdem ſeruitiis perpetua ſit, vt
17 † colligitur ex text. in cap. 1. §. fin. de his qui feud. dare poſſ. l. etiam, §. 1. D. de manum. vind. l. ſi pater, D. de donat. l. 1. & 6. cum aliis, tit. 27. part. 2. & in ſimili egregiè docuit, & veluti pro regula conſtituit Baldus in l. ſi cùm mihi, D. de dolo, inquiens, quòd ex magnitudine ſeruitij inducitur perpetuitas remunerationis, latiſſimè pluribus aliis more ſuo relatis Tiraquel. in l. ſi vnquam, verb. Donatione largitus, ex num. 42. Pariſius conſ. 11. num. 48. volum. 1. Palacius Rub. & eius Additionator in repet. Rubr. §. 50. num. 5. Mieres de maiorat. q. 26. numer. 6. Auendañ. de exeq. mand. lib. 1. cap. 1. num. 5. verſ. Item ſcientia, Cabed. lib. 3. diuerſ quæſt. cap. 8. à nu. 3. Greg. Lop. paſſim in l. 2. tit. 27. partit. 2. & in l. 4 gloſ. penult. ibid. & in l. 10. gloſſ. 2. tit. 18. partit. 3. & D. Valençuela Velazquez, qui alios adducit, conſ. 82. num. 1. part. 1. & in noſtris teminis Zapata de iuſtitia diſtribut. 3. part. cap. vltim, per totum. Quibus ſignanter adiicio aurea Senecæ verba libr. 4. de benef. cap. 30. ſic aientis: *Non ſine ratione ſacra eſt magnarum virtutum memoria; & eſſe plures bonos iuvat, ſi gratia bonorum non cum ipſis cadat. Hoc debemus virtutibus, vt non præſentes ſolùm illas, ſed etiam ablatas è conſpectu colamus. Quomodo illæ id egerunt, vt non in vnam tantùm ætatem prodeſſent, ſed beneficia ſua etiam poſt ipſas relinquerent: ita & nos non vna ætate grati ſumus. Hic magnos viros genuit, dignus eſt beneficiis, qualiſcunque eſt, dignos dedit. Hic egregiis maioribus ortus eſt, qualiſcunque eſt, ſub vmbra ſuorum lateat: vt loca ſordida repercuſſu Solis illuſtrantur, ita inertes maiorum ſuorum luce reſplendeant.*

Vndè poſt plures, quos refert, reſoluit Bar-
18 boſa in l. quia tale, num. 8. & 25. † quòd priuilegia conceſſa ob merita, cenſentur realia, & perpetua, & Camill. Borell. de præſtantia Reg. Cathol. cap. 64. num. 64. quòd talia beneficia Principum perpetua, & permanentia eſſe debent, & idem docet text. in l. 4. tit. 4. partit. 5. l. 8. tit. 12. lib 3. Fori, quæ eſt l. 6. tit. 10. lib. 5. Recopil. ibi: *Las coſas que el Rey diere à alguno, non ge las puede el toller, nin otro ninguno ſin culpa*, l. 1. eod. tit. & lib. ibi: *Que ſean validas, y le ſean guardadas para ſiempre*, &c. Vbi Azeued. ex numer. 7. ad 20. & in l. 3. ex num. 7. vſque ad 17. in l. 15. eod. tit. quæ edita fuit ad remunerandas donationes exceſſiuas, dicitur: *Las mercedes que ſe hizieren por buenos, y razonables ſeruicios correſpondientes à ella, deben ſer conſeruadas*: & tradit alia Roderic. Suarez alleg. 9. num. 3. & in l. quoniam in prioribus, limit. 28. & in alleg. pro Comit. de Valentia dubit. 2. num. 6. Anton. Gomez in l. 40. Tauri, num. 12. Burgos de Paz conſ. 25. num. 14. fol. 102. Vbi multò for-
19 tiùs procedere inquit, † vbi donationes, & remunerationes fiunt ob terras nouiter partas, quia ibi liberaliores eſſe Principes debent; de quo vide etiam Mag. Marquez in Gub. Chriſt. lib. 1. c. 33. pag. 222. & alia quæ dixi ſup. hoc lib. cap. 27. num. 54.

Neque his obſtat, quòd Regis noſtri pactum
20 veluti quoddam † cum Conquiſitoribus feciſſe videantur de dictis Commendis ad duas tantùm vitas concedendis, vnde nihil amplius petere poſſunt, vt innuit Acoſta d. lib. 3. de procur. Ind. ſalut. cap. 11. ibi: *Noſtrorum autem hominum prima cum Rege pactio fuit, vt Indorum à ſe expugnatorum adminiſtratio tum ſibi, tum primo ſucceſſori firma, ratáque eſſet, exinde Regi liceret, cuicunque placuiſſet adſcribere*, &c. & tetigi ſuprà cap. 16. numer. 8. & expreſsè probari videtur in l. 19. tit. 26. partit. 2. ibi: *Cà eſtos deben dar galardon, ſegùn la poſtura a que con ellos puſieron*, quod & repetitur in l. 8. 10. 11. 29. & 30. eod. tit. 26. & in l. 5. tit. 27. ead. part. 2. ibi: *O ſi ante que en aquel fecho entraſſe, puſieſſe con ſu ſeñor, que por qualquier deſtos fechos, le dieſſe galardon ſeñalado, en aquella manera lo debe deſpues el ſeñor cumplir, que la poſtura fue*: Quoniam negari poteſt hoc pactum ab initio interueniſſe, cum id poſteà ex lege ſucceſſionis inductum fuerit, de qua egimus dict. cap. 16. Et vt maximè verum ſit, nunc non agimus, quid de iuris rigore Princeps facere debeat, ſed quid ipſi, & Regno expediens ſit, vel fuiſſet in perpetuitate, & continuatione iſtarum Commendarum concedenda, vel neganda.

Et nemo inficias ire poterit, maximè † de- 2
cere Principes liberaliſſimos eſſe in faciendis donationibus remuneratoriis, vt pluribus probaui ſup. hoc lib. cap. 1. & alibi paſſim, & latiſſimè proſequitur Portius conſ. 168. num. 4. D. Valenç. d. conſ. 82. Signorol. conſ. 26. Tiraquel. de nobil. cap. 36. num. 40. & ſeqq. Gregor. Lopez per text. ibi in l. 2. tit. 27. part. 2. ibi: *Cà dar galardon*, &c. Roſenthal. de feudis, capit. 40. q. 30. num. 7. ibi: *Quòd honorificum eſt habere vaſſallos, & benemeritos remunerari*, Camill. Gallin. de verb. ſignif. lib. 5. capit. 20. numer. 44. & 45. vbi † quòd relinquitur iudicis arbitrio, an benemerita rei donatæ æquiualeant? & è contrario. Ad quod alludit l. fin. d. tit. 27. partit. 2. ibi, *E debe el caudillo auer ſu conſejo, y aluedriar ſobre aquello, catando qual es el home que le demandò el galardon, y el hecho, que le hizo, y el logar, è tiempo, en que lo ouo de fazer, y ſegun aquello lo debe galardonar*, & tradit alia Menoch de arbit. caſ. 88. n. 51. & ſeqq.

Quo ſuppoſito ſatis liquet, † quòd qui veris 2
& legitimis titulis conquiſitionis tanti Orbis nituntur, ſatis remunerari dici non poſſunt in alicuius, & interdum tenuis commendæ ad duas vitas conceſſione, vt omittam, † non debere in his remunerationibus fieri acrem, ſiue ſtrictam collationem meritorum, neque ad ſtateram (quod aiunt) trutinandas eſſe, vt dixi eod. capit. 1. num. 61. & ſeqq. & docet Caſſiodor. libr. 1. epiſt. 36. *Quia maiora nos decet dare, quàm ab accipientibus accepiſſe videamur. Hæc æqualitas æquitas non eſt, ſed pars noſtra iuſtiſſimè penſat, cùm reddendo plus fuerit onerata*, & pluribus proſequitur etiam in priuatis loquens Alex. ab Alex. libr. 5. dierum Gen. cap. 1. vbi ad hoc gratiarum picturam expendit, & ita notabiliter inquit: *Nec tantùm eadem menſura, ſed multo maiori ſi poteſt beneficium remunerari, & benè cumulatam gratiam referre decet, nec vocare ad calculos expenſorum, & acceptorum. Ideò † non immeritò Gratias, vnam àuerſam, duáſque nos aſpicientes veteres effinxere, quia geminata gratia, & cumulata ad nos redire debet.* Quod in Regibus infallibiliter procedit, † quorum maieſtas offenderetur, ſi eiuſmodi anguſtiis circumſcribatur, vt ſignanter tradit And. Barbat. in cap. Sedes Apoſtolica, colum. 2. de reſcript. gloſſ. celebris in l. ſed etſi ſuſcepit, §. penultim. verbo Modica,

Modica, D. de iudiciis, Hippol. Riminald. qui adducit notabile exemplum Alexandri Magni *in §.1. Inst. de donat. ex num.1220. vsque ad 1226.* vbi proptereà supponit *n.1221.*† quod nullæ donationes à Principe factæ, immensæ videri debent, quia liberalitas Principis nullis huiusmodi frænis, & cancellis coërceri potest, *l. fin. C. de præpos.agen.in reb.lib.12.l.sancimus,§.exceptis, C.de donation.*Tiraquel.*de nobilit.cap.37.n.53. & in d.l.si vnquam,verbo Donatione largitus, num.* 84.& 85.Menoch.*cons.331.num.75.& 76.vol.4.* Idem Mench. *consil.201. numer. 31. volum. 3.* & Tiber.Decian.omninò videndus,*respons.25. ex num.60. ad 69. vol.2.* vbi addit † hanc conditionem, humanitatem, & liberalitatem in nulla vsquã Principum familia magis viguisse, & splenduisse, quàm in Serenissima, & Augustissima Austriaca à D.Imp.Nostro Carolo V. magnis trophæis condecorata,& augustiori reddita,cui repugnare quodammodò videretur Rex noster,si eisdem vestigiis non insisteret, † cùm debeat esse proprium successorum imitari vestigia prædecessorum,vt *in proœm.Clement.§.nos verò, & in cap.litteras, circa finem.de rescript.*cum aliis, quæ latè adducit Pet. Petra *de potest. Princip. cap.28. n.13.* Roland.à Valle *cons.1. num.48.* & D. Præses Valençuela *cons.98.num.91. & 92.*

Idemque agnoscit Adam Contzen *lib.1. Polit. cap.16.* † vbi Hispaniarum Monarchiam, vel hac sola de causa longè excellere Othomanam Turcarum,his elegantissimis verbis scripsit: *Duo sunt hoc tempore potentes Monarchæ, Hispaniarum Rex, & Turcarum Imperator, diuersa studia vtriusque, hunc tyrannum,illum legitimum Regem ostendunt. Hispanus Academiis, arte bellica, nauigationibus plurimo sumptu subditos exercet,ad magna excitat,& tantas opes ad Principum dignitatem, ad nobilitatis splendorem, animos alendos, ac firmandos,impendit :Othomanides verò inscitia, pauperie, seruitio tot populos premit, &c.*

Vnde concluditur, non esse hanc Conquisitorum remunerationem angustis finibus limitandam, quia vt idem Politicus inquit *libr.3. cap.8. §.1. in fine*, † Principum non minimus error est, benemerentibus nullam, aut malam gratiam reddere, cui mirè conueniunt verba Salustij in Iugurtha, dum ait : *Minus flagitiosum esse Principem armis, quàm munificentia vinci*, & est videndus, alia plura eleganter congerens de liberalitate, qua Principes vti debent, Petrus Andreas Canonherius *in aphorism. politicis, pag.778.* & in specie de meritis Conquisitorum Indiarum, & laboribus, & nauigationibus,quibus se exposuerunt, omni sæculo memorandis, & remunerandis D.Epis. Chilensis Villaroël *in lib. Ind. pag.215.*

Secundò, pro eadem sententia perpenditur, quod si finis, ad quem hæc remuneratio dirigitur, is est, vt † benemeriti aliquod præmium seruitiorum suorum accipiant,& alij eorum exemplo ad res similes præclarè gerendas excitentur, *l. vt virtutum 2. C. de statuis, & imaginibus, l. viuus, vers. Benemerentibus, D. si quid in fraud. patr.* Cassiod. *lib.2. epist.16.* ibi : *Nutriunt namque præmiorum exempla virtutes. Neque quisquã est, qui non ad morum summa nitatur ascendere, quando irremuneratum non relinquitur, quod conscientia teste laudatur*, Liuius *decad.3.* *Eò impendi laborem, ac periculum, vndè emolumentum, atque bonos sequeretur, nihil non aggressuros homines, si magnis conatibus magna præmia proponantur. Magnos animos magnis honoribus fieri*, Plutarch. *in Cæsare : Spiritus militum, animique ardores Dux ipse excitat, atque alit, quando honores, & dona largiens ostendit, se non sui luxus, aut voluptatis gratia bello diuitias parare, nec illas opes, seu communia virtutis præmia apud se recondi, & in hoc tantùm ipsum esse diuitem, vt militibus præmia dare valeat.*

Dubitandum non est, vtrumque commodiùs & perfectiùs consequi posse, si eiusmodi præmia in Conquisitorum, & benemeritorum liberos, & posteros deriuentur. Nam semper † homines illorum occasione magis laborant, quam 33
pro se ipsi, D. Paul. *2. ad Corinth.12. l.1. D. de iust. & iure, l. penult. D. de bon. libert.l.nam etsi parentibus, D. de inoff. testam. l. cùm ratio, D. de bonis damnat. l. Iulianus, D. si quis omis. caus. testam. l. de emancipatis, C. de legit. hæred. cap. Prædicator 16. q.2. cap. cùm Apostolus, de censibus, l.2. tit.7. & l.2. tit.20. part.2.* cum aliis, quæ pleniùs congessi *in meo tract. de crimin. parricidij, lib.2. cap.10.* vbi inter alia adduco Senecam *lib.2. controuers.* 1. dicentem : *Vt quid tandem misera ista diuitiæ expetuntur? si ne in hoc quidem, vt liberis relinquantur.* Et Cassiod. *lib.2. epist.24.* dum inquit : *Nutriuntur à paruulis, ipsis laboratur, ipsis diuitiæ conquiruntur, & cùm sibi vnusquisque credat abundare, quod possidet, cùm à patribus adhuc quæritur, pro altera potiùs ætate peccatur. Maria ipsa sæuis tempestatibus agitata, genitoris cura non refugit, vt peregrinis mercibus acquirat, quod propriæ scholi derelinquat, pro qua non recusamus subire exitium.* Conducit Patritius *libr. 9. de Regno, tit.19.* his verbis : *Hæc est illa ratio, quæ efficit, vt magnus quisque vir studio laudis trahatur, & gloriæ cupiditate incendatur quia † quidem breuitatem vitæ posteritatis memoria consolatur.* 34

Quemadmodum è contrario videmus, † multum frigescere, vbi in prima, vel secunda vita præmia sibi collata, finienda considerant, & filios, vel ad summum nepotes, omnibus facultatibus exutos, mendicare, & panem ostiatim quærere, cogendos esse, prout quotidie contingere cernimus, & grauissimis verbis docet, & dolet D. Fr. Ioan. Zapata Guathemalensis Episcopus *de iust. distrib. 3.par. cap. fin. num.6. pag.441.* vbi postquàm de iustitia Conquisitorum in consecutione,& continuatione Commendarum,& aliorum præmiorum differuit, subdit: *Se multos cognouisse ex primorum illorum Conquisitorum successoribus,& directa successione progenitis, qui neque pro stipendio, neque pro remuneratione sua, neque suorum parentum aliquid acceperint, & pauperes mercede aliorum viuunt, qui sibi debitis potiuntur, & gaudent, & cùm ipsi laborarint, alios vident in suos labores, laborumque fructus introire, quod eis summa tristitia est, & illi summæ curæ esse debet, cui commissum est eorum patrocinium.* 35

Quod quidem eo magis benemeriti dolent, quod † sunt aliquæ schedulæ, quæ expressè 36
vetant, ne liberis eorum conferri possint Commendæ,

mendæ, quæ ipsorum morte vacauerint, de
quarum serie, & duritie egi *suprà hoc lib. cap.
5. num. 92. & seqq.* cum nihil aliàs iura ma-
37 gis cauere, & desiderare soleant, † quam vt filij,
& posteri ad officia, & præmia parentum (e-
tiam alioqui minus habiles) promoueantur, vt
præter ea quæ retuli loco *suprà* citato, lato
calamo prosequitur Ægid. Benedictus *in l. ex
hoc iure, D. de iust. & iur. 1.par. cap.18. n.68.*
38 vbi tractat, † qualiter parentes possint, & so-
leant filiis, & posteris suis sua seruitia relin-
quere. Et de hac promotione, & prælatione
agentes, Bald. *cons.159. num.5. vol.3. & in l.
aliquando, num.5. D. de offic. Procons. & in l.
fin. C. de testam. milit.* Caccialupus *in l. diem
functo, q.21. D. de off. assess.* Tiraq. *de nobilit.
cap.20. num.8.* Aluar. Valasc. *consul.129. nu-
mer.12. & 13.* cum aliis, Menoch. *cons.246. à
num.8.* Tiber. Decian. *resp.25. num.41. & se-
quentib. vol.1.* Osasc. *decis. Pedemont.139. n.11.*
Surd. *cons.419. ex num.51. vol.3.* Rodolphin.
de suprem. Princip. potest. cap.6. num.195. Si-
mancas *de Repub. lib.3. cap.5.* Mastrill. *de ma-
gistr. lib.1. cap.8. ex num.2. ad 13.* Ponte *de-
cis.27.* Matienz. *in dialog. Relator. 3.par. cap.
5. num.5.* Mag. Marquez *in Gubernat. Chri-
stiano, pag.218. & 329.* Petr. Faber *lib.3. se-
39 mest. pag.100. & 105.* Et hoc est, † quod graui-
ter, & eleganter scriptum reliquit Seneca *lib 4.
de benef. cap.30.* Cassiodor. *lib.2. epist.2.* ibi:
*Non enim relinqui inglorios patimur, qui gene-
ris claritate prædicantur; currat quinimò hono-
rum gratia per parentes. Sub imperio boni Prin-
cipis omnium fortuna proficiat. Nam quis despe-
ret augmentum, vbi est in amore donum, & præ-
stare propositum?* Et Fuluius Constantius *in tit.
C. de filiis official. lib.12. ex num.24. ad 32.*
vbi reprehendit Matienz. *in dial. Relat. 3.par.
cap.5. n.7.* qui voluit impugnare hanc conti-
nuationem munerum paternorum in filios, &
inquit: *Quod Principum benignitas, ac vni-
uersi orbis consensus hanc nimis scrupulosam tra-
ditionem explosit.* Et posteà subdit, quòd hoc
est adeò verum, vt quamvis Princeps in re-
munerandis benemeritis debeat consulere Pro-
ceres, ac Senatores. Hanc tamen consulta-
tionem adhibere non solet, cum agitur de trans-
ferendo filio in militiam, vel officium pater-
num, *ex l.5. tit.10. lib.5. Recop.* quæ hunc ca-
sum, vt primum, & præcipuum expressit, in
quo consultatione Princeps non eget. Quibus
addo Bald. *cons.355. num.6. vol.1.* Qui iniuriæ
speciem quandam esse dicit, quod in liberos ea
priuilegia, & beneficia non continuentur, qui-
bus ipsi causam dederunt, sic inquiens: *Sed cer-
tè imò videtur, quòd dictum priuilegium transeat
ad filios, & posteros, tali ratione, quia quoties
liberi sunt causæ priuilegij, transit ad eos priuile-
giũ, vt d.l. assiduis & è cõuerso si parentes sint cau-
sa priuilegij filiis concedendi, debet transir
ad filios filiorum, propter amorem, & honorem
parentum, licèt parentes desierint esse in huma-
nis, & sic merita parentum transeunt in
filios. Item quia priuilegium istud videtur
concessum memoriæ, & nobilitati, quæ per
gloriam viuere intelligitur; item si rationes
non sufficerent, tamen illa ratio sufficit, quia
Princeps tenetur renouare, alias facit iniu-
riam, l.1. §. permittitur, D. de aqua quotid.*

& æstiua. Et in idem tendit Ossorius *lib.1.
de Reg. inst. pag.184* vbi Principem monet, vt filios
benemeritorum gratia, opibus, & ornamentis au-
geant, si maiorum suorum vestigiis institerint, & in
studium verissimæ laudis incubuerint. Sic enim
inquit: *Illorum virtutem, & debitis præmiis afficies,
& eorum memoriam à quibus generati sunt, grata
voluntate prosequeris.*

Tertiò, eandem partem fortiter adstruit,
quod † Indiarum prouinciæ accessoriè vnitæ 40
sunt Regnis Castellæ, & Legionis, ac per con-
sequens eisdem legibus, & moribus gubernan-
tur, vt latè dixi *1.tom. lib.3. cap.1. num.46. &
seqq.* & prosequitur Ioann. de Platea *in l. nemi-
nem, C. de Decurion. lib.10.* Burgos de Paz *q.
6. num.19.* & in specie de nostris Indiis loquen-
tes Ioann. Horoscius *in l.2. num.8. & 9. D. de
legibus, colum.138.* Auiles *in proœmio cap. Præ-
tor. verbo Istas, num.9.* Azeued. *in l.5. n.5. tit.
1. lib.1. Recop.* & Christoph. de Paz *de tenuta
cap.39. num.31. & 32.* & cauetur *in ipsis ordi-
nar. Supremi Consilij Indiarum, ordin.14.* Vn-
de † quemadmodum benemeriti de Regnis, 4
& conquisitionibus Hispaniæ, ea præmia, quæ
pro suis laboribus, & egregiis facinoribus à Re-
gibus acceperunt, in perpetuum consequuntur,
& consequuti sunt, vt ostendit Bobadilla in Po-
litic. *lib.2. cap.15. num.6.* & cum iurisdictione,
aliisque honorificis titulis per viam maioratus
posteris suis relinquere possunt, & solent, qui-
nimò & non relicta ex natura † ipsius concessio- 4
nis hoc tacitè actum, siue inductum videtur, vbi
bona donata dignitatem, & iurisdictionem in-
cludunt, vt probat text. *in cap.1. §. prætereà
Ducatus, de prohib. feud. alien. per Fred.* vbi
omnes feudistæ, Guid. Papæ *decis.476.* qui testa-
tur ita esse iudicatum in Francia in causa cuiusdam
Comitatus Valentiæ; latissimè Tiraquel. *de pri-
mog. q.4. ex num.21.* Guillerm. Bened. *in cap.
Rainuntius, verbo In eodem testam. el 1. à num.
150.* Fran. Zoanetus *in tract. de primatu prioris
geniti, cap.3.* Tiraquel. omninò videndus, *de
nobilit. cap.37. num.58. & seqq.* vbi quod feuda
& officia concessa à Principibus, eo ipso perpe-
tua sunt, & aliæ concessiones reales esse cen-
sentur, & ex nostris contra Roder. Suarez, An-
ton. Gomezius *in l.3. Tauri, num.12.* Pinel. *in
l.1. par.3. num.17. C. de bon. mater.* vbi ait, in
Lusitania hoc ita decisum esse in omnibus
bonis à Rege donatis, Greg. Lopez *in l.1. tit.
12. partit.2. gloss.1.* Mieres *de maiorat. 1.par.
quæst.26. num.2.* Molina *eod. tract. lib.1. cap.
7. num.2. & cap.11. num.10.* Ant. Quesada *di-
uers. quæst. cap.6. num.21. & in fine,* Matienz.
in l.11. tit.7. lib.5. Recop. gloss.7. num.2. Burg.
de Paz *in quæstion. ciuil. q.2. numer.49.* alter
Molina *de iust. & iure, disp.581. num.1. & se-
quentib.* Parlador. *in sexquicent. differ.18 §.1. n.16.*
Mastrill. *de Magistrat. lib.4. cap.12* & Don. Ioan.
del Castillo *tom.5. controu. c.128. n.19. & seqq.*

Pariter idem probandum, & admittendum
videtur, † in remunerationibus factis Conqui- 4
sitoribus Indiarum in Commendis, de quibus agi-
mus, quæ feudorum, & maioratuum vicem ob-
tinent, vt sæpè probauimus, & sunt pro labo-
ribus stipendium, pro sumptibus solutio, pro
terris, & Regnis ab ipsis partis, suoque Regi
vltrò oblatis, fideliterque, & liberaliter elar-
gitis, remuneratio, vt in terminis aduertit Za-
pata

pata *de iust. distrib. 3.par. cap. vlt. num.3. &* 10. vbi inter alia adducit Nattam *cons.122.num.*
44 *6. lib.1.* & plures alios, qui probant † priuilegia, & alia, quæ à Regibus conceduntur in laboris, & seruitij remunerationem, ex sua natura perpetua esse, perpetuoque debere à successoribus obtineri. Et. *num.33.* concludit, miseratione
45 † dignam esse Conquisitorum vicem, qui digni ob sua gesta, præclara, & humanis viribus superiora facta, vt Comitum, Ducum, Marchionum titulis decorarentur, non modò iis honoribus, & in remunerationem priuilegiis, eorum filij non honorantur, verùm pauperrimam vitam gerentes, ab aliis quo viuant, mercedem recipiunt, quod esse probat contra omnes regulas iustitiæ commutatiuæ, & distributiuæ, & duplicem illis præbet molestiam, & quod ab honore excludantur, & quod à lucro. Quæ est consideratio Petr. Greg. *lib.31. de Repub. cap.1. num.6.* & iuuatur ex illo Ec-
46 clesiastici *cap.26. & 27.* † *In duobus contristatum est cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit, vir bellator deficiens per inopiam, &c.*

47 Quartò, facit, † quod quemadmodum in Hispania, mediante Maioratuum institutione, familiarum splendor conseruatur, & ipsius Regni conseruationi prospicitur, vt tetigi *suprà hoc lib. cap.1. num.77. & seqq.* Ita pariter hæ
48 Indiarum † prouinciæ magis tutæ, & splendidæ essent, si pluribus Commendatariis diuitibus, & perpetuis abundarent, qui ad hunc maximè finem institui cœperunt, vt inquit Acosta *de procurand. Ind. salut. lib.3. cap 11.* & Ego *in hoc*
49 *tract. d. cap.1.* Nam † gloria, & tutela alicuius prouinciæ in vassallis locupletibus consistit, vt egregiè docet Imperator Iustin. *in Auth. vt iud. sine quoquo suffrag. in princip.* & optimus text. *in l.12. tit.1. & l.14. tit.5. part.2.* ibi: *Ca entonces son el Reino, è la Camara del Emperador ò del Rei, ricos, è abundados, quando sus vassallos son ricos, è su tierra abondada:* pro-
50 vt è contrario † nihil magis eorundem Regum væcordiam, aut tyrannidem ostendit, quàm vbi eos pauperes, & miseros reddit, vt *in l.10. tit. 1. eadem par.2.*

51 Et tales † Commendatarij scientes se esse perpetuos Indorum sibi concessorum Patronos, & vsufructuarios, magis pro eorum salute, & conseruatione prospicerent. Quod regulariter secùs faciũt ij, qui illos ad tempus commendatos habent. Nam solùm præsentem quæstum intuentes, grauiter eos vexare, exprimere, & opprimere solent, nihil de futuro curantes, cùm ad ipsos, vel ipsorum filios id non pertineat, provt semper contigit
52 † in mercenariis, & aliis, qui prædia ad certum tempus conducunt, vt habetur *Matth.2. & Act. 9.* ibi: *Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & deserit oues, & fugit:* quod refertur *in cap. aduersitas 48.7.q.1.* & in optimo casu considerauit Concil. Trident. *sess.23. cap.1. de reformat.* & in nostris terminis disertissimus Ioseph. Acosta *de procur. Indorum salute, lib.3. cap.5.* ibi: *Atque*
53 *inde † quoque rebus Indicis altera non leuior ærumna proficiscitur, quod cum Gubernatores omnes Hispaniam cogitent, studia sua omnia, & curas illic collocent, Indicum solum, veluti alienum, atque extraneum habeant, ita parum curant, quod nihil amant. Quod quantum statui, atque incrementis Reipublicæ obsistat, dici non potest.* Et ibi: *Inde abeuntes, dissipata omnia, atque exusta relinquunt.*

Quæ etiam ratio (inter alias) perpendi solet ab iis, qui melius putant Reipublicæ consultum iri,
† si perpetuos, quàm si annales, vel temporales 54
Magistratus creauerit, vt docet Aristot. *lib.2. Politic. cap.1.* & post alios refert Guiller. Bened. *in cap Rainuntius. verb. Duas habens filias, num.41.* Mastrill. *de Magistrat. lib.2. cap.23.* & Bobad. *in Polit. lib.1. c.17. num.1. & seqq.* & Petr. Greg. *lib. 7. de Repub. cap.4. num.16.* vbi refert † vulgarem 55
fabulam de cane vlceroso, qui malebat muscas iam plenas sanguine, & veluti futuras sustinere, quam illis excussis, alias famelicas admittere, quæ exugerent restantem sanguinem. Et facit *l. Prætor, §. fin. D. de vacat. & excusat. mun.* ibi: *Tolerabilius est, &c. cap.1. de renuntiat.* gloss. *in cap. hinc 16.q.1.* cum latè adductis à Camil. Borrel. *de Magistr. edict. lib.1. cap.12. & seqq.* & quod in optimo simili tradit, vltra alios, noster D. Franc. Amaya *lib.1. obseruat. cap.1. num.61.* docens, Alexandrum Seruum Imperatorem, † prædia Limitrophia, id 56
est, ea, quæ in hostium finibus essent, militibus suis concedere solitum fuisse, ita vt eorum essent, & hæredum, si militassent, vt alacriùs pugnarent, & loca illa libentiùs amantes, hostes fortiter arcerent, in eosque irruere non formidarent, cum se suaque defenderent. Nam vt præclarè inquit D. Isidorus *lib.3. de summo Bono:* † *Cum ma-* 57
gno dolore amittuntur, quæ cum magno amore habentur: minus autem carendo dolemus, quæ minus possidendo diligimus.

Quintò, perpenditur, † quòd causa cognosci- 58
tur per effectus, *cap. qualiter 11. q.3. l.15. tit.13. partit.2.* vnde cùm ex antiqua, & hucusque vsitata forma Indos commendandi, & gubernandi,
† plurima damna orta fuisse experiamur, tam er- 59
ga ipsos Indos, quàm erga ipsas Indiarum prouincias, de quibus in superioribus egimus, conueniens
non videtur, vtilitatem † publicam diuturna ludi- 60
ficatione differri, vt aliàs inquit Cassiodor. *lib.5. epist.31.* & tot damnis, atque ærumnis, † celeriter, 61
& efficaciter remedia non adhibere, *l.1. D. de damno infect. Auth. de defensor. ciuit. in princip. collat. 3. l.2. tit.10. part.2.* ibi: *Cà pues el Rei es cabeça de todos, dolerse debe del mal que recibieren, assi como de sus miembros.* Ouid. *lib.2. de Ponto, elegia 9.*

Regia (crede mihi) res est succurrere lapsis
Conuenit, & tanto, quantus es ipse viro.

Ne † serò ad remedia perueniatur putrefactis 62
partibus, quæ in sufficiente pharmaco cauterium, aut abscissionem postulent, vt ait Petrus Gregor. *lib.21. de Repub. cap.1. n.5. & lib.10. cap.5. n.10.*

Vbi etiam monet, † non esse antiquis legi- 63
bus insistendum, si magna vtilitas Reip. contrarium suaserit, quæ non permittat sine detrimento euidenti salutis eius, leges iam latas
locum habere: quia † vnumquodque tempus 64
suos mores affert, quibus accommodandæ sunt leges, sicuti aliæ leges in antiquo Testamento, aliæ in nouo, & aliæ priscæ Romanorum inter rudem populum, aliæ posterioribus sæculis probatæ, reiectis, vel emendatis primis: & idem grauiter ostendit S. Isid. Pelusiota *lib.2. epist. 46.* inquiens: *Non graue, ac sceleratum est aliquid innouare, cùm vtilitas nouitati adiun-*

cta est. Non enim noxia, & vtilia vetustate perpenduntur. Verum id explorandum est, an in antiquioribus vitium inueniatur, an contra in recentioribus virtus reperiatur. Quod prius etiam do-
65 cuit † Imp. *in Authen. de non alienand.* §. *vt autem lex, collat.*1. *Auth. quib. mod. natural. effic. legit. in princip. collat.*5. text. *in cap. non debet, de consang. & affinit. procem. Clement.* ibi: *Vix aliquid adeò certum, clarumque statuitur, quin ex causis emergentibus, quibus iura iam posita mederi non possint, &c. l.*11.*tit.*11 *partit.*1. *Emendar sus leyes, quando entendire, ò le mostraren razon porque lo deba hazer*; melior text. *in l.*2.*C. de veter. iur. enucl.* ibi: *Quia ideò imperialem fortunam rebus humanis Deus præposuit, vt possit omnia, quæ nouiter contingunt, & emendare, & componere, & modis, ac regulis competentibus tradere, & hoc non primum à nobis dictum est, sed ab antiqua descendit prosapia, &c.* Quod etiam singulariter probat tex. *in Auth. vt frat. filij, collat.*6. *l. Diuifratres, D. de iur. patron. l. nonnunquam, D. de coll. bon,* melior text. *in Auth. de nuptiis,* §. *nos autem, collat.*4. ibi: *Non enim erubescimus, si quid meliùs etiam eorum, quæ ipsi priores diximus, adinueniamus, hoc sancire, & competentem prioribus imponere correctionem.* Imp. Martian. *in proœ. lib. leg. Nouellar. tit.*5. ibi: *Æqualis in vtroque æquitas est, vel promulgare, quæ iusta sunt, vel antiquare, quæ grauia.* Teste enim Pet. Andr. Canonher. *in aphor. Hippocrat.* 1.*tom. pag.*519. idem Politici facere debent, quod medici, qui contraria remedia morbis adhibent, quando propria nihil profecisse cognoscunt. Quod etiam Michaël Hospital. his, quæ sequuntur, carminibus, eleganter expressit:

Quam meliùs medici, qui quo nihil ante priora
Profecisse vident, adhibent contraria, leges
Decepti medicas, artemque valere iubentes:
Hoc nos illa modo, nuper quæ cœpimus arma
Ponere nè pudeat, hominesque errata fateri,
Et magis apta malis, quæ sunt medicamina nostris
Quærere.------

Porrò hoc remedium fortè sumi potuisset, & nunc poterit, inducta perpetuitate Commenda-
66 rum, † & in Indos commendatos, iurisdictione ipsis eorum Patronis concessa, prout in Hispania conceditur dominis vassallorum. Nam ita Prætotorum excessus cessabunt, Parochi diligentiùs Indos instruent, & ab idololatriis reuocabunt, Hispania, Æthiopes, & hybridæ eos iniuriis non afficient, Patronum verentes, qui pro eis, tan-
67 quàm pro se ipso pugnabit. Reductiones † quoque ipsorum Indorum reparabuntur, & conseruabuntur, quæ hodie ferè in totum dilapsæ, & dissolutæ conspiciuntur, absque vlla spe redintegrationis durabilis, cùm sit nemo, qui de ea sedulò curet, secus erit, si Commendatarij perpetui efficiantur, cum sit verosimile, eos pro illis, tan-
68 quàm pro re sua, vigilaturos, † & quocunque fugerint, vel moram traxerint, in proprios lares reuocaturos, vt aliàs dicitur *in l. origine, C. de municip. & originar. lib.*20. *& l. cùm satis, C. de agricol. & censit. lib.*11. vbi Platea, & Lucas de Pena, *Auth. de mandat. Princip.* §. *sed etiam suscipientes,* vbi gloss. *verb. Agricolas,* ait: *Et sic nota, quod potestas vindicat ciuem suum, vel comitiuum*: quam pluribus ornat Menoch. *in suo eleganti cons.*11.*n.*76. Afflict. *in constit. quisquis Burgensibus sub tit. de reuocand. transeunt. ad alien. habit.* Ponte *in tract. de potest. Proreg.* Rubr. *de abund. ciuit. tit.*2. §.2. *num.*8. Dapicius *decis.*118. & 169. & nouissimè D. Francisc. Merlinus *controuers. forens. capit.*83. *per totum,* vbi alios adducit, & Ego *sup. lib.* 1.*cap.*3 *num.*64 *& seqq.* & latiùs *cap.*23.*ex n.*44.

Et vltra hæc aliud etiam damnum non minus considerabile cessabit, nempè † quod Commen- 69
dæ non diuidantur, aut, quod magis dolendum est, in exteros, & de Indiarum prouinciis, & conquisitionibus nullatenus meritos conferantur, de quo pluribus egi *sup. hoc lib. cap.*2.*ex num.*57. Neque poterit aliquod incōueniens considerari in concedenda Patronis erga suos Indos iurisdictione, cùm † illorum causæ tales plerumque sint, 70
vt vel ab ipsis Indis iudicari possint, & debeant, summariè tractari, vt etiam ostendi *sup. hoc tom. lib.*1. *cap.*2 6. *num.*18. & ab Imp. Iustiniano doceamur, non debere de rebus exiguis homines magnas attritiones sustinere, *in Auth. de instrum. fide,* §. *oportet, vers. Vt autem,* quod meliùs expressit Acosta, in eadem specie nostrorum Indorum loquens, *d. lib.*3. *de procur. Ind. salut. cap.*23. sic de eorum Magistratibus inquiens: *Pueris se potius ludimagistros, quàm forenses iudices cogitent, & ibidem causas more patrisfamilias componere, & pro arbitratu agere, sæpè tutiùs, atque commodius, nisi atrox aliquod facinus accidat, quod rarum est, cùm pleraque nugarum, & puerilium concertationum similia sint*: cuius loci memini etiam aliud agens *sup. cap.*27.*num.*34. & his non relatis, vsum huius iurisdictionis Commendatariorum erga suos Indos opportunum esse, agnoscit Dom. Episcopus de la Paz *in cap. ex transmissa, num.*26. *de foro compet.*

Sextò, denique in fauorem eiusdem partis expendo, quod licet Rex, & dominus noster hanc perpetuitatem concedens, videatur à se abdicare vassallagium Indorum, quod est contra *l.*10. *tit.*10. *de las donaciones,* lib.5. Recop. & alia iura, † quæ generaliter docent, 7
eiusmodi alienationes excusari, & inhiberi debere, vt per tex. & DD. *in cap. intellecto, de iureiurand.* gloss. *in l. inuitus, in princip. D. de fideicomm. libert.* & meliorem text. *in l.*5. *tit.*15. *part.*2. Vbi † eos, qui tales alienatio- 7
nes consulunt, proditionis crimen incurrere inquit, & Isaiæ verbis contraire *cap.*42. *vers.* 8. ibi: *Ego Dominus, hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus.* Hoc tamen parum considerabile est, cùm videamus, attento præsenti statu Commendarum, vel eas ipsas, quæ in Regia Corona incorporatæ sunt, parui lucri, & momēti esse, † & aliàs iam ab eisdem concedi solitas, quod 7
efficit, vt semper alienabiles, & concessibiles maneant, iuxta ea, quæ latiùs dixi suprà, in alio loco retulimus, & quòd non possint † tolli, nec reuoca- 7
ri, vbi fiunt in remunerationem seruitiorum, etiam si contineant alienationem iurisdictionis, & vassallorum, vt per text. *in l. penult.* §.1. *de donat.* & *cap.*1. *de noua forma fidelit.* & alia iura, optimè docet Bart. *in l. quod semel, de decret. ab ord. faciend.* & *in l.*2. *num.*10. *D. de iure immunit.* Bald. *in l. qui se patris, num.*10. *C. vnde liberis,* Grammat. *decis.*65. *à num.*24. Natta *cons.*122. *à num.*6. *lib.*1. Ant. Gabr. 1.*tom.*

commun.

ommun. tit. de non tollend. iure quæsito, con-
luſ.60. num.60. Valaſcus *conſult.72. numer.5.*
c in noſtris terminis loquens Fr. Ioann. Zapata
tract. de iuſt. diſtrib. 3.par. cap. vlt. num.8.
um ſeqq.

Sed in contrarium, pro negatiua opinione, uæ harum Commendarum perpetuitatem ex-ludit, plures quidem, & ſatis efficaces rationes onderari etiam poſſunt, & ſolent, quæ qui-em effeciſſe videntur, vt res hæc toties pertra-ata, adhuc deciſa non fuerit, vt tetigi *ſup. hoc d. cap. num.4.* & latè proſequitur Ant. de Herrera *in hiſt. gener. Ind. decad.8. lib.10. cap. .& ſeqq.*

Primo namque, † arduum, & difficile repu-tum eſt, Regum noſtrorum liberalitatem, quæ his Commendis concedendis, & continuandis ucet, eò transferre velle, vt neceſſariam, & rpetuam alienationem contineat. Nam hoc ctо nihil eos fere habituros inquiunt, in quo ſſit benemeritos de hoc Nouo Orbe in po-erum remunerari: quod efficiet, vt vaſſallorum ctora refrigerentur, quæ præmiorum expecta-one accenduntur, *l.1. D. de iuſt. & iure, l.3. fin. tit.10. & l.2. tit.27. par.2.* vbi dicitur: *ue como ſin agua no puede permanecer vna erta, tampoco ſin galardones conſeruaſe vna publica*. Lucret. *lib.5. Nuſquàm † hominum nus incaſſum, fruſtraque laborat*: Plin. *lib.3. tur. hiſtor. cap.4.* ibi: *Tantaque ad pericula incenda fuit ſatis cauſa ſperare, quod cuperent:* cer. *lib.3. de natura Deorum: Neque domus, que Reſpub. ſtare poteſt, ſi in ea rectè factis mia extent nulla, nec ſupplicia peccatis.* En-d. *dict.22. Qui tollit ſudoris præmium, fran-ſtudia dimicandi. Tolle ſpem prædæ, tuliſti ta certaminis. Neſcis quàm iuſtus dolor de amiſ-laboris fruge naſcatur.* Et ita veteribus Con-iſitoribus proſpiciendum eſt, vt nouis bene-rentibus præmia non deſint. † Cùm ſalus ip. non minus in eius acquiſitione, quàm in nſeruatione conſiſtat, iuxta illud vulgatum Oui-*Non minor eſt virtus*, quod pluribus ornat noſtris terminis Ioſeph. Acoſta *de procur. Ind. ut. lib.3. cap.11.* Eduard. Veſtinus *in theatro a ciuilis lib.2. c.23. n.2.* Coſta *de facti ſcien-, & ignorantia inſpect.11. per tot.* vbi id mul-iuribus probat, & potuit allegare *l. fin. D. de ibus*, ibi: *Totum autem ius conſiſtit, aut in uirendo, aut in conſeruando, aut in minuendo.* Saluſt. de bello Iugurthino, vbi inquit: † *aius dedecus eſſe parta amittere, quàm omni-non parauiſſe*, cui conuenit Xenoph. *lib.7. Cy-ædiæ*, ibi: *Magnum equidem eſſe arbitror perium parare; ſed multò magis id, quod ſis ptus, conſeruare. Nam adiſpici ſæpiùs illi tigit, qui audaciam dumtaxat adhiberet, ſed inere, quod adeptus ſis, id verò non ſine con-entia, nec ſine multo ſtudio fieri ſolet*, & Va-Max. *lib.9. cap.12.* † qui vitæ humanæ fe-tatem non tam in inchoatione, quam in per-tione conſtituit, quem ſequitur Boëtius *lib.3. .2.* his verbis:

Nec manet vlli traditus ordo,
Niſi quod fini iunxerit ortum,
Stabilemque ſui fecerit Orbem.

Secundo conſideratur, quod etſi ſuperior ra-deficeret, † multum attendi deberet, ipſius gis, fiſcique eius vtilitas, & commoditas, propter eximios ſumptus in bellis quotidiè factos, & in aliis rebus, quæ ad conſeruatio-nem, & defenſionem adeo late parentis, & reli-quis nationibus inuiſæ Monarchiæ deſiderantur, ita ſuam liberalitatem temperare debet, vt ſibi nequaquam deficiat, *l. rem legatam, D. de adim. legat.* cum innumeris aliis, quæ adducit Aluar. Velaſcus *in axiomat. iur. litt. L. num.70.* quin-potiùs, vbi id oportere viſum fuerit, Commen-darum reditus ad Regiam Coronam reducat, vt iam in Noua Hiſpania in totum iuſſum, & fa-ctum videmus, & in Regno Peruano in tertia eorum parte, iuxta ea, quæ dixi *ſup. c.16. n.8. & ca. 26. per tot.* 82

Vt omittam, ſemper † parcè, & ſtrictè quan-tum fieri poſſit practicandam eſſe perpetuam vaſ-ſallorum alienationem, & maximè in Indis, vt cauetur *in d. l.12. tit.10. de las donaciones, lib.5. Recop.* & in aliis ſchedulis, quarum mentionem fecimus *ſup. cap.1. ex num.25.* quia, etſi vnius, vel alterius villæ, aut caſtri conceſſio Principi 83
permittatur, † vbi tamen plures ſunt, & quæ in Regalium iurium grauem diminutionem tendunt, inhiberi debet, & etiam ſi facta reperiatur, re-uocari, vt *in l.1. & 5. & per tot. tit.15. part.2.* iunctis aliis, quæ poſt plures, quos refert, con-gerit Mieres *de maiorat. 4 part. q.1. limit.6. num. 22. cum ſeqq.* & Iacob. Cancer. *1. tom. variar. reſolut. cap.1. num.154.* vbi ita notabiliter inquit: *Iura regalia per multas alienationes ſeparatim factas, quamvis modicas, reuocanda ſunt, quia ten-dunt in diminutionem Regni, vt plures donationes ſimul iunctæ, vt inoſſicioſæ reuocantur, quæ ſingulæ inoſſicioſæ non ſunt, vt in l.1. C. de inoſſicioſ. donat. & eſt pulchra ratio, quia aliàs paulatim Rex poſ-ſet Regnum annihilare, modò dando vnam villam, cras aliam, &c.*

Et hoc maximè procedere docet Alciatus *in l. debitorum pactionibus, num.25. C. de pactis,* 84
vbi † ipſorum vaſſallorum intereſt, ipſi potiùs Principi, quàm alicui alteri priuato domino ſub-iici. Nam tunc (inquit) alienatio in contrarium facta non valebit, etiam adiecta clauſula, De plenitudine poteſtatis, & quamvis Princeps di-cat, ſe id in ſeruitiorum remunerationem facere. Et in omnibus vaſſallis regulariter, ac præcipuè 85
in noſtris Indis hoc intereſſe reperitur. Nam † ne-mo eſt, qui magis non deſideret eſſe vaſſallus Regis, quàm alterius, vel ea tantùm de cauſa, quod qui ſublimioribus ſubditi ſunt, honoratio-res reputantur, vt per Roman. *conſ.460. num.5.* Lucam de Pena *in l. vnica, colum.2. & 3. C. de capit. ciuium cenſ. eximen. lib.11.* Roderic. Sua-rez *allegat.9. num.6.* Menchac. *lib.1. controuerſ. illuſtr. in præfat. ex num.26. & cap.3. in fin.* Ro-land. *conſ.1. num.37. vol.1.* Bobad. *in Politic. lib 2. cap.16. num.13.* Craueta *conſ.291. n.14.* D. Præſ. Valençuela *conſ.59. num.14. & ſeqq.* Iacob. Cancer. *lib.3. variar. cap.3. num.362. & ſeqq.* & Calliſtus Ramirez *de lege Regia Aragon. §. 32. num.14.* vbi demonſtrat, quanto peioris con-ditionis ſit eſſe vaſſallum priuati Baronis, quàm Supremi Regis: illud enim (inquit) miſera eſt ſerui-tus, hoc autem ſumma eſt libertas, vt cecinit Clau-dian. *in 3. verſ.42.*

Nunquam libertas gratior vlla
Eſt ſub Rege pio. 86

Et ſic dicitur, † fieri deterior conditio vaſſal-lorum ſi alienentur per Principem in inferiorem, vt notat Guido Pap. *deciſ.562.* Roman. *conſ.26.* Rubeus *conſ.69.* Iaſon *in §. item Seruiana, nu-mer.169.*

*mer.*169. *Inst. de action.* Ripa *in l.*2. *n.*46. *D. solut. matrim.* Roland. *d. cons.* 1. *num.* 36. Ioann. Garcia *de nobilit col.*1. § 1. *n.*13. & alij, quos refert, & sequitur Cancer. *d. n.* 362.

Tertiò, pro eadem opinione consideratur,
87 quòd cùm hodiè † Commendatarij, quamvis
temporales sint, & nullam in Indos sibi commendatos
iurisdictionem habeant, adeò duram,
& grauem dominationem in eos exerceant, vt
prohibere oportuerit, ne in illorum municipiis
resideant, vllumvè contractum cum ipsis celebrēt,
iuxta ea, quæ dixi *sup. cap.*25. verendum quidem
est, ne insolentiores reddantur, si se perpetuos
Indorum dominos, & cum iurisdictione cogno-
88 scant. Nam † trita, & veterana reformare diffi-
cile est, *l. præcipiunt* 37. *D. de ædil. edict.* &
89 † potentes vbi ad malitiam omnia declinant, &
cupiditatis, aut rapacitatis fomite ducuntur, non
prodesse, sed potentiùs obesse solent, vt latissimè
& elegantissimè tum exemplis, tum auctoritatibus,
ostendit Martinus Mager. *de aduocatia armata, cap.*1. *ex n.*144. *& cap.*9. *ex num.*340. quo & illud
Varronis pertinet: *Qui potest plus vrget; pisces
vt sæpè minutos magnus comest; vt aues enecat
accipiter.* Et Æsopæus ille Apologus de accipitre,
de quo pulchrè Sigonius *lib.*8. *de Regno Italiæ.*
Ita enim hic rerum ambitus se se habet, nihil
penè fit, quod non alterius damno viuat, nihil
quod cuiquam prædæ non sit, vt inquit Scaliger.
*exercit.*189. *dist.*5.

Et cùm tot legibus libertati Indorum prospectum
sit, & seruitia personalia, vel in totum
90 tolli, vel maxima ex parte temperari, † hæc
omnia peiorem statum recipient, & Commendatarij
Indos sibi commendatos, & in perpetuum
datos loco seruorum habebunt, & eorum
vxores, & liberos tollent, in metalla adigent,
ac totam substantiam exhaurient, iuxta illud
mali, & tyranni Regis exemplum, quod habetur
1. *Regum cap.*8. de quo Ego latiùs 1. *to. lib.*3.
*cap. vlt. num.*22.

91 Nec tam † futuri temporis, & posteritatis memoria,
siue contemplatione ducentur, cuius respectus
valdè è contrario prætexitur, quàm præsentis
lucri cupiditate, *arg. l. cùm hi*, §. 1. *D. de transact.* & illius Claudiani sententiæ:

-----*Omne futurum*
Despicitur, suadentque præsentia fructum.

92 Semper enim † obnoxia est istorum miserorum
infirmitas, vt dixi *sup. lib.*1. *cap.*27. & eos aliqui
insolentes Commendatarij tractare solent
more, ac modo illius ancillæ, de qua Plautus *in
Mercat. Act.*4. *scen.*3.

*Nihil opus nobis ancilla, nisi quæ texat, quæ
molat,*
Lignum cædat, pensum faciat, ædes verrat.
Quæque habeat quotidianum familiæ coctum cibum.

Et Terent. *in Phorm. Actu* II. *scena* 1.

Molendum vsque in pristino, vapulandum.

Quartò facit, quod etsi Commendatarij perpetui,
& magis diuites, magis etiam pro Indiarum
defensione, & conseruatione pugnare debeant,
vt in altera opinione supponitur. Ex ad-
93 uerso tamen timeri potest, † ne eiusmodi diuitiæ
eos in luxum, & superbiam deducant, & Regi
nostro potentissimo, eiusque mandatis minus
affectos, & attentos efficiant, cùm nihil adhuc
supersit, quod vel ipsi, vel ipsorum liberi ab
eius manu, & indulgentia sperare possint. Quod
† in omnibus prouincis, sed præcipuè in his
Indiarum, ita valdè ab eodem Rege remotis,
summoperè cauendum est, & enixè curandum,
vt subditi maximè ab eo dependeant, &
vtrumque Regnum, licèt tot Cœli, soli,
ac sali tractibus separatum, vnum veluti corpus
efficiat.

Quintò consideratur † præsens Indorum status, qui cum vbique numero paucissimi sint, in seruitiis personalibus, metallorum effossione, & operatione, aliisque publicis operibus, & muniis Reipublicæ necessariis, incessanter, & tanquam si plurimi essent, deseruiunt, vt in libro primo retulimus. Quibus † seruitiis, & Indorum ad ea præparationi, & deductioni, verosimile est Commendatarios opem non laturos, sed potiùs repugnaturos, si super eisdem Indis iurisdictionem, & perpetuam dominationem exerceant, & in eorum conseruatione, & propagatione suam, suorumque posterorum substantiam positam videant, quam certum est per seruitia prædicta valdè minui, vel in totum extingui. Vnde publica vtilitas, cuius contemplatione eiusmodi seruitia tolerantur, priuatorum commodis cedet, vel magna ex parte turbabitur † contra vulgares regulas iuris, quas congessi *sup. lib.*1. *cap.*4. *n.*114. *& seqq.* & illud Osorij *lib.*7. *de Regis inst. Vt in corpore non quod vni membro iocundum est, sed quod totius corporis incolumitati conducit, præcipuè expectari conuenit. Sic in Republica, non quod vnicuique libeat, sed quod vniuersis expediat considerandum est.*

Idemque inconueniens fortè militabit † in reductionibus faciendis, Commendarum termini[s] diuidendis, Indis vindicandis, & quod magi[s] dolendum esset, in Fide Catholica instruendis, & confirmandis. Nam timendum est, ne prau[i] Commendatarij, suis lucris intenti, his omnibu[s] officiant, potiùs quàm proficiant, litibus, & contentionibus intestinis inter se digladientur, & plura damna, quàm quæ nunc experimur, al[iis] ipsis iisdem oriantur, à quibus maximè salus, & remedium sperabatur. Quod efficit, † vt mini[mè] mutare leges, & consuetudines diu recepta[s] conueniat, interim dum ex nouis, quas inducer[e] cupimus, maxima, & euidentissima vtilitas non agnoscitur, *l. in rebus nouis, D. de constit. Princip. l. minimè* 23. *D. de legibus, l. etsi nihil* 183. *D. de regul. iur.* cum aliis, quæ † de nouitati[s] siue innouationis damnis plenè tradit Ioann. Neuizanus, omnino videndus, *cons.*11. *n.*3. *& seq.* Menchaca *de success. creat.* §. 30. *n.* 312. Menoch. *cons.*302. *num.*16. *cum seqq. consil.*748. *num.*4 *lib.*5. *præsumpt.*44. vbi quod omnis nouitas præsumitur mala, ex Baldo *in d. l. in rebus*, text. gloss. optima *in cap. final. de religios. dom. &* *cap. vnico, eod. tit. in* 6. vbi quod neque nouu[m] collegium, neque noua religio, nec nouæ rel[i]quiæ, nec nouus Sanctus facilè admitti debet; quo pluribus agit Pat. Ribadeneira in vita S. I[g]natij, *lib.*2. *cap.*17. & alia tradens Simancas *li[b.]* 4. *de repub. c.*10. 11. *&* 14. Lælius Zechus *Principe lib.*1. *cap.*6. *num.*10. Paliargus *sup* *lib.*15. Cornel. Taciti, *obseruat.*121. Ioann. C[a]chier. *in Thesaur. aphorism. polit. lib.* 2. *cap.* *pag. mihi* 59. *&* 62. vbi ait, quemadmodum ne valetudinis offensione, nemo subitò victus r[a]tionem mutat, ita nec leges sine maxima rer[um] conuersione, & adducit D. August. *epist.*11 † *Ipsa mutatio consuetudinis, etiam quæ adiuu[at]*
vtilitat

vtilitate, nouitate perturbat. Et Thucyd. *lib.3. histor.* eam Rempublicam, quæ malis quidem, sed immotis legibus vtitur, præstantiorem esse illa, quæ bonis quidem legibus vtitur, sed tamen mobilibus, & inconstantibus, & Dion. Cassium *lib.52.* vbi refert cohortationem Augusti Cæsaris *ad Senat. Roman.* in hæc verba: *Positas semel leges constanter seruate, nec vllam earum immutate, nam quæ in suo statu eademque sem-*
102 *per manent, † & si nonnihil vitiosa, vtiliora tamen sunt iis, quæ per innouationem, vel meliora iudicantur*, quod sensit etiam Tacit. *lib.14. annal.* dum ait: *Super omnibus negotiis meliùs, atque rectiùs olim prouisum, & quæ conuertuntur in deterius mutari*, & dixi atque adduxi alia suprà *lib.1. c.4. num.69. & seqq.* Quibus addo, quæ eruditè considerat Alphonsus Carranza *in tract. de partu humano, cap.87. num.81.* vbi quod nouitatis amatores magnis se periculis exponunt, & alia de vitandis nouitatibus in administratione Reipub. congerens Callist. Remir. *de leg. Reg.* §.11.*n.*21.D.Thom.1.2.*q.*97. *art.*2. vbi ita notanter scribit: *Lex non est mutanda, quoties experientia quippiam melius affert, ni tantum sit bonum, vt mala infinita nouatio vincat*, Symmach. *lib.*10. *epist.*54. *Seruanda est tot sæculis fides, & sequendi sunt nobis parentes, qui sequuti sunt feliciter suos. Video quale sit, quod instituendum putetur, sera tamen, & contumeliosa est emendatio senectutis.*

Atque hæc sunt, vel ad hæc quidem reducuntur, quæ in lubrica hac, & difficili quæstione, tam in facto, quàm in iure ad vtramque partem expendi possunt, quarum plures non malè congessit Anton. de Herrera *d. hist. gener. Ind. decad.* 8. *lib.*10. *cap.*19. in cuius sanè resolutione magis optarem aliorum sententiam audire, quàm meam interponere. Sed vt iniuncto muneri satis-
103 faciam. Si † prioribus illis annis, quibus hæc quæstio moueri cœpit, iudicium meum in ea requireretur, non dubitarem pro perpetuitate Commendarum suffragium ferre, vel in totum quidem vel saltim pro aliquibus in vnaquaque prouincia pinguioribus, aliis Coronæ Regiæ seruatis, vt vel ex earum reditibus iuuaretur, vel iis, qui noua seruitia præstitissent, iuxta illarum merita satisfaceret. Ita enim ipsarum prouinciarum splendori, conseruationi, ac securitati, & priorum Conquisitorum memoriæ, & egregiis facinoribus pleniùs consultum esset, & fortè plura mala, ac damna cessassent, quæ ex contrariis dispositionibus hodie post vulneratam causam sera pœnitentia experimur.

Et hanc † formam Commendarum distribuendarum aliquæ antiquæ schedulæ proposuerunt, & præcipuè illa 14. Aprilis, ann.1546. ad Proregem Nouæ-Hispaniæ directa, cuius mentionem feci *suprà num.6.* Et in eadem perstiterunt Comes de Nieua, & Commissarij, in Peruuium delegati ad hanc perpetuitatem si opportunum sibi videretur introducendam, vt refert Anton. de Herrera *in histor. gener. Indiar. decad.*8. *lib.* 10. *cap.*18. *pag.*328. & postea † Dom. Prorex Peruanus D. Franc. à Toleto, vt idem Auctor ibidem recenset, qui Prorex addidit, sibi non videri Indos satis capaces, vt plenè suæ libertati relinquerentur, nec per se ipsos se regere possent. Nec etiam in vniuersum Commendarum perpetuationem conuenire, posse autem aliquas ex pinguioribus, ac viris illustribus, & benemerentibus datas, in perpetuum, & cum iurisdictione concedi, ad instar dominorum vassallorum Hispaniæ, & aliarum nationum, quæ politicè gubernantur, & ex successibus, atque effectibus, qui ex hoc resultarent, experimentum sumi, an in posterum idem in aliis inducere, vel restringere conueniret, prout & in simili docuit celebris text. *in cap. Apostolicæ, de donation.* Ioannes quoque Matienzus *in tractatu manuscripto de gubernatione Regni Perù, 1.part. cap.28. & seqq.* pro eadem perpetuitate consuluit, & *cap.* 30. aliquas leges, vel conditiones adducit, quibus id magis commodè exequi posset, & idem sentit Fr. Ioan. Zapata *de iustit. distribut. 3.part. cap.vlt. per tot.*

At verò, præsenti rerum statu considerato, in quo Indi † ita diminuti sunt, & per consequens 106
Commendæ in eam tenuitatem deductæ, vt vix quotidiano victui Commendatarij sufficiant. Nec non etiam, quòd earum plures, & pinguiores Proceribus Hispaniæ concessæ reperiuntur, aliisque, qui in prouinciis Indiarum non resident, nec de earum Conquisitione nullatenus meriti sunt, vt dixi *suprà cap.2. num.57.* & quod aliæ per maritos ad vxores, & è conuerso, vltra vlla merita ex lege successionis peruenerunt, atque aliæ etiam per subreptiones, & fraudes, ne dicam per sordes à Gubernatoribus extortæ sunt. Non auderem ab antiqua forma recedere, neque pro perpetuitate in totum, vel in parte concedenda, consulere, quia omnes ferè causæ, & rationes cessant, quæ pro eius suasione considerantur, & dubij sunt valdè, atque incerti effectus, & vtilitates, quæ in futurum ex noua hac introductione promittuntur, quin potius alia grauiora damna timeri possunt, vt *sup.* retulimus. Vnde sumus in vulgari iuris regula, qua docemur, semper præsentem rei statum attendi debere, non qui olim fuit, vt *in l.4. in fine, C. si seru. exportand. l.3. §. affinitates, D. de postuland.* melior text. *in l. quod semel, D. de decret. ab ord. facien. c. fin. de transact. c. si quis ignorat 32. q.4. l.17. tit.1. par.1. l.3. in fin. tit.26. par.2.* cum aliis, quæ adducit Petr. de Antiboli *in tract. de munerib. 3.par. §.4. n.199.* Tiraq. *de cessante caus. 1. par. n.26.* D. Valençuela *cons.167. ex n.74. vol.* 1. Et similiter in aliis regulis (suprà etiam ponderatis) quibus docemur, nihil facilè ex antiquis, & solemnibus absque maxima, & euidentissima vtilitate immutandum esse, & minus malum esse leges, vel consuetudines aliqua in parte vitiosas conseruare, quam anceps nouitatis periculum experiri. Minus quippè † malum, comparatum 107
ad maius habet, rationem boni, *cap. iurauit 22.q.4 c.duo mala 13.dist.* vbi dicitur, id nos tali in casu resoluere debere, quod minori nexu noscitur obligare, iunctis aliis, quæ tradit Camill. Borrel. *de Magist. edict. lib.2. c.2. n.104.* & Nos *sup. lib.1. c. 4. n.77. & seqq.*

Ad quod etiam facit notabilis gloss. in proœmio eiusdem distinctionis, quæ singulariter inquit, † perplexionem hanc, quantum ad rem 108
nihil esse, sed quantum ad animum, & stultam opinionem. Et † cùm teste Iustiniano Imp. *in* 109
Auth. hac constitutio innouat, col.8. cuius dictum refert, & extollit Petr. Greg. *lib.1. de Repub. c.1. n.10.* quod medicamenta morbis, hoc exhibeant iura negotiis, non debemus pro Reipublicæ curationem † remedia incerta adhibe- 110
re, aut quæ sint grauiora, vel periculosiora ipsis damnis,

damnis, vel morbis, quorum reparatio desideratur. Contra vulgatum aphorismum omnium Politicorum, de quo Scipio Ammirat. *in dissert. ad Tacit. lib.3. discursu 2. per tot.* Nam vt elegantissimè inquit Quintil. *decla.14. §.1.*
111 *Illa † verè sunt remedia, quæ fugatis morbis, causisque languoris, posteà non sentiuntur; & ea tantum innocenter dabuntur, quæ potentiæ suæ qualitate consumpta, desinunt, cùm profuerunt.* Aliàs enim verendum est, ne in illud incidamus, quod Ouid. *lib.3. de Ponto, Eleg.7.* his verbis expressit:

112 *Curando † fieri quædam maiora videmus*
Vulnera, quæ meliùs non tetigisse fuit.

113 Vnde & Tacitus docuit *lib.34. Annal.* † nonnullis morbis vnicum esse remedium, remedia
141 omittere. Et summa hæc sit, quod † vitia erunt, dum homines erunt, vt idem Tacitus inquit: & vt homo semper futurus est homo, sic Commendatarij semper Commendatarij, quoad damnum Indorum, siue sint perpetui, siue temporales. Scitum enim, & certum est illud Senecæ *lib.1. de benef. cap.10. Hoc maiores nostri questi sunt, hoc nos querimur, hoc posteri nostri querentur. Euersos esse mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas, & in omne nefas labi.*



CAPVT XXXI.

De Peruanis militibus, vulgò dictis Lanças y Arcabuces, *&* de los Entretenidos *Nouæ-Hispaniæ, & dubiis, quæ circa eorum consignationes contingere solent.*

SVMMARIVM.

1 *Lancearij Peruani, & Intratenuti Nouæ-Hispaniæ, sunt quodammodò similes commendatariis.*

2 *Lanceariorum, & Sclopetariorum militia in Regno Peruano, quod initium habuerit? & hi, quos vocant,* Alabarderos.

3 *Lanceariorum & Arcabusiorum militia à D. Prorege March. de Cañete creata, reformari iussa fuit, sed id effectum non habuit.*

4 *Malitia Lancearum, & Arcabusiorum, quem statum, & progressum habuerit tempore Proregis D. Francisci à Toleto, & aliorum sequentium.*

5 *Proregibus permissum fuit decem lanceas inter familiares, & domesticos suos distribuere.*

6 *Lancearum, & Arcabusiornm militia, qualiter, & quare quoad salaria fuerit reformata anno 1618. ex consilio D. Proregis Principis de Esquilache?*

7 *Lancearij Peruani obtulerunt, se sine salario seruire velle, priuilegiis militiæ contenti.*

8 *Militum causæ ciuiles, & criminales coram Magistro militum agitabantur, quem hodie Proreges, & Gubernatores repræsentant, qui simul sunt Capitanei generales.*

9 *Iurisdictio militaris qualis sit, & qui Auctores de ea pertractent?*

10 *Priuilegium fori militaris qualiter Lanceis, & Arcabusiis Peruanis relictum, & confirmatum fuerit?*

11 *Milites ad custodiam Proregis deputari, quando, & quot cœperint in Noua-Hispania.*

12 *Entretenidos in Noua-Hispania, & alibi qui sint, & dicantur?*

13 *Militia Peruana Lancearum, & Arcabusiorum, cur ita appellata fuerit?*

14 *Lancea, quale genus armorum? & quod hoc vocabulum fuerit proprium, & antiquum Hispanorum ante Romanos.*

15 *Lanceas Peruanos quo nomine vocari iusserint schedulæ Regiæ?*

16 *Lancеariis Peruanis datur sedes nobilium in Audientiis eiusdem Regni.*

17 *Arcabusierij dicuntur ab Arcabusiis, & de huius nominis etymologia.*

18 *Arcabusiorum, & similium tormentorum bellicorum inuentum, quando cœperit? & aliqua in eius detestationem.*

19 *Alabarderij dicuntur ab Alabardis, quibus vtuntur, & de huius nominis significatione & etymologia.*

20 *Militia Lanceariorum, Arcabusiorum, & Alabarderorum, quo fine instituta?*

21 *Lancearij, & Arcabusierij Peruani præstant idem ferè iuramentum, quod commendatarij.*

22 *Milites Romani, & Athenienses, quod iuramentum præstarent, & qualiter patriæ defensioni vitam deuouerent? ex Vegetio, & aliis.*

23 *Soldurij apud Gallos, qui essent, & qualiter se pro iis, etiam, quibus se in clientelam dabant, morituros iurarent?*

24 *Hispani cæteris omnibus nationibus fideliores semper reputati sunt.*

25 *Romani Imperatores vsi sunt Hispanis militibus ad sui corporis custodiam.*

26 *Sertorius de cognatis non fidens, ex incolis Hispanis custodiam habuit.*

27 *Militia Lancearum potest comparari aliis scholis, quæ apud Romanos vsitabantur.*

28 *Militiæ apud Romanos appellabantur scholæ hominum armatorum, vel togatorum, qui ratione muneris, cui destinabantur, aliquod salarium, siue commodum ex publico recipiebant.*

L.Lucius 22.D.de leg.2. *& aliæ plures de militiis antiquis agentes, referuntur, & illustrantur, ibidem.*

29 *Consignatio pro militia Lanceariorum facta, si omnibus non sufficiat, qualiter eis pro rata soluenda sit?*

30 *Alimenta quando aliquis tenetur præstare pluribus, vnum corpus repræsentantibus, æqualiter ea distribuere debet.*

Cap.cùm omnes, de constit. *expenditur, & illustratur, ibidem.*

31 *Sociis pluribus in his quæ debentur, æqualis solutio facienda est.*

L.verum, §.si cùm tres, D.pro socio, *ponderatur, & illustratur, ibidem.*

32 C.decimas 16. q.7. *refertur & exornatur.*

33 *Æquales in successione, debent esse æquales in distributione.*

34 *Debitum vniuersitati, non est debitum singulis.*

35 *Casus*

35 *Casus litis inter lanceas antiquos, & nouiores super gaudio consignationis, refertur.*

36 *Titulus beneficij si in totum sit extinctus, & reuocatus, licèt posteà idem beneficium conferatur, non agitur ex titulo antiquo, sed ex nouo.*

37 *Beneficium datum alicui cum clausula, vt aliis præferatur, intelligitur, nisi eis iam fuerit ius quæsitum.*

38 *Fructuum in perceptione, & distributione hi præferri debent, qui actualiter seruierunt eo anno, quo fructus percipiuntur.*

39 *Lanceis reformatis, iustè eorum consignationes fisco applicatæ fuerunt, iure reuersionis.*

40 *Collegio, vel communitate aliqua destructa, vel reformata, eius bona tanquam vacantia fisco applicantur.*

SVperest, vt de illis militibus aliqua subnectamus, qui in Regno Peruano vulgò appellantur: *Lanças y Arcabuces*, & in Noua-Hispania *Entretenidos*; quoniam † hi quoque quandam Commendatariorum speciem, siue figuram habere videntur. Et sciendum est, quod † cùm an. 1554. missus fuisset in dictum Regnum Peruanum D. D. Andreas Hurtado de Mendoça, Marchio de Cañete, qui appellatur *el Vejo*, vt in eo Proregis, & Ducis generalis munus exerceret, sed interdicta sibi Commendarum concedendarum potestate, quoniam tunc (vt diximus in cap. præcedenti) de earum perpetuitate deliberabatur. Is quibusdam verbis schedulæ, quæ hoc iussit, permotus, quibus benemeriti solati, & remunerari iubebantur, & simul Proregis, & Regni securitati, & auctoritati prospiciens, ad imitationem militum, qui in Castella *Continuos* vocantur, quosdam equestres elegit, quos *Lanças* & *Arcabuces* vocauit, & alios pedestres falcigeros, siue falcarios, quos vocauit *Alabarderos*, eisque in vacantibus Indorum Commendis 114500. argenti probi pondera in annuos reditus consignauit, ea distributione facta, vt Lancearij mille ponderibus donarentur; Sclopetarij, siue Archabusierij quingentis; Alabarderij, centenis octuagenis, sub eo onere, vt Regni defensioni in bellis occurrentibus deseruire, & militare deberent, & præsertim Proregis personam tutari, & quocunque iret comitari, vt sic eius dignitas magis venerabilis, & spectabilis redderetur.

3 Sed † cùm de Proregis potestate in hoc militum delectu, & consignatione dubitatum fuisset, ex rationibus de quibus *sup. c. 4. n. 55. & seqq.* & multi eos minimè necessarios esse affirmarent, electus fuit ad idem Proregale munus Comes de Nieua anno 1559. eique per schedulam 28. Septemb. ann. 1560. iniunctum, vt prædictos milites reformaret, & tributa, quæ illis persolebantur, in Coronam Regiam reduceret, triginta tantùm equestribus, & viginti pedestribus militibus reseruatis, qui sufficere visi fuerunt, vt eius custodiæ, excubiis, ac mandatis adessent. Quod tamen ipse implere supersedit, iudicans id non decere, & militum, qui reformarentur, animos contristare, & conturbare posse, qui hoc solatium, non solùm ob officij præstandi mercedem, sed in præteritorum quoque laborum, & seruitiorum remunerationem acceperant. Idemque fecit, & sensit Licentiatus Lupus Garsias de Castro Regius Indiarum Consiliarius, qui dicto Dom. Comiti de Nieua sub Præsidis, & Gubernatoris titulis suffectus fuit ann. 1563.

Et tandem anno 1568. † Dom. D. Francisco à Toleto ad eandem Proregiam dignitatem bonis auibus electo, de hac rursus magis seriò quàm anteà tractatum fuit, & schedula Regia expedita, quæ omnibus exactè trutinatis, indulsit, vt centum Lancearij, quinquaginta Archabusieri, totidemque Alabarderij conseruarentur, illis, octingentis, secundis, quingentis, vltimis, tercentis argenti puri, ac probi ponderibus in annuos reditus designatis. In qua schedula eorum omnium munus, & instructio plenissimè continetur. Eaque, & illa, quarum supra meminimus, pluresque aliæ, quæ posteà in istarum declarationem editæ sunt, ad litteram recensentur *in 4. to. impress. ex pag. 1. ad 13.* Quarum aliquæ † Proregibus 5
permittunt decem lanceas inter domesticos, & familiares suos distribuere, reliquas autem benemeritis conferre iubent, cum onere arma, & equos habendi, sustentandi, & reditus Commendatorum, ad hoc designatarum, ad Regiam Limanam arcam deferri, ex eaque omnibus æqua lance competentium stipendiorum annuam solutionem fieri. Porrò schedulæ ann. 1568. quæ huius materiæ velut caput est, verba, post exordium introductionis dictæ militiæ, ita se habent: *Auemos acordado, que durante nuestra voluntad, y en el entretanto que otra cosa Nos proueemos, aya cerca de vuestra persona, y de los Virreyes que por tiempo fueren, el numero de cien Lanças, y cincuenta Arcabuceros de acauallo, ò mula, y que esto se ponga ansi en efecto, no embargante qualesquier cedulas y prouisiones nuestras, que en contrario esten dadas: y lo que està determinado cerca de resumirlas à numero de treinta; y que en el salario, seruicio, y nombre, y consignacion, y paga, y lo demas que à esto toca, se tenga y guarde la orden siguiente.*

Que el salario y sueldo destas lanças sea el que estaba señalado, à mil pesos cada vno, y à los Arcabuceros à quinientos; y que este aya de ser igual, sin hazer ventajas de vnos à otros, que seria odiosa, y sin hazer entre ellos plaças dobles, de que resultaria diminuirse el numero, y que estas Lanças y Arcabuces ayan de residir de ordinario cerca de vuestra persona, y de los Visorreyes que por tiempo fueren, no les siendo por vos, ò por ellos otra cosa ordenado; y que ayan de seruir en paz y en guerra, como por vos le serà mandado, è tener el cauallo, y las armas que les señalareis, lo qual serà segun que allà os pareciere que conuiene, y el juramento de fidelidad, y seruir en forma: de manera, que entiendan que es plaça y oficio, con obligacion de seruir, y no solo gratificacion, y recompensa de seruicios, aunque en el proueerlos, y nombrarlos se ha de tener respeto à esto.

El nombre destas plaças y Lanças, para que sea mas honrado, y entren en ellas personas de mas calidad, y quales conuiene, podrà ser de Gentiles hombres, ò Continuos: y en los Arcabuceros de Guarda de acauallo, pues guardandose el efecto y sustancia en todo lo demas, es bien honrarlos, y ansi allà vos lo podreis ordenar.

La prouision, y assi mismo la remocion, ò priuacion destas Lanças se os comete y remite à vos, con que desta facultad no aueis de vsar sino con muy justas y legitimas causas, porque en essa tierra, y genero de hombres dellà, se debe ir en esto con consideracion.

El

El dinero que montare la dicha consignacion de las Lancas y Arcabuces, se ha de meter en nuestra caxa, como està ordenado, y de alli se ha de sacar, y pagar por los officiales nuestros, y por sus nominas, conforme à lo que en semejantes casos se acostumbra.

Y *demas de las dichas cien Lancas, y cincuenta Arcabuceros, auemos acordado, durante la nuestra voluntad, y entretanto que otra cosa no proueemos,. gais cincuenta Alabarderos, con salario de trec. ntos pesos cada vno: y por aliuiar la costa, y para ayuda à la paga destos, se baxarà del numero de las dichas cien Lancas, cinco, y de los cincuenta Arcabuceros, otros tantos: con lo qual, y aplicandose lo que faltàre por la orden que hasta aqui se ha tenido, se podrà pagar y sostener la dicha guarda. Fecha en Madrid à veinte y ocho de Diziembre de mil à quinientos y sesenta y ocho años. Yo el Rei. Por mandado de su Magestad, Francisco de Eraso. Señalada del Consejo.*

Quod ita pluribus annis obseruatum fuit, quo-
6 vsque † consignationibus diminutis, cum reditus earum omnibus non sufficerent, Proreges, quasi gratulationem exercentes, iis, quibus sibi libitum erat, solui nolebant, aliis interim esurire, aut mendicare coactis. Quorum clamor cum Regias aures impleret, & simul plurimi essent, qui inanem esse horum militum conseruationem affirmarent, & longè vtiliùs, quod illis persoluebatur, in alios Regios sumptus expendi posse, D. Proregi Marchioni de Montesclaros directa fuit quædam schedula 2. Martij ann. 1614. per Regium Consilium Status expedita, qua iubebatur, vt quid sibi hac in re optimum factu videretur, animaduerteret, & quibus meliùs posset modis, dictā reformationem disponeret. Quod tamen ipse non præstitit, quin potiùs plures, & satis vrgentes rationes prætexuit, quæ hoc comperendinari suadebant. Quibus tamen non obstantibus, cum Montisclario D. Princeps Squillacensis in Proregali munere successisset, & hic de reformandis dictis militibus suffragium tulisset, quidè, & plausibiliter in Regia Curia receptum fuit, & Matriti 16. April. ann. 1618. schedula expedita, quæ præcisè dictam reformationem iniunxit, eo addito, vt quæ his militibus ex annis retrò lapsis reliqua forent, ex futuris reditibus prorata perciperent, & aliis officiis, atque honoribus solarentur.

Et in hunc modum reformatio facta fuit, à qua † milites supplicarunt, & supplicatione pen-
7 dente, petierunt, & obtulerunt, se velle absque vllo salario easdem functiones, quas anteà, seruire, & subire, dummodò sibi priuilegia militaria, quibus frui solebant, conseruarentur, quorum id erat, & est præcipuum, vt de causis eorum, ciuilibus, & criminalibus in militari dumtaxat foro,
8 & coram ipso Prorege, & eius Auditore, † tanquam Magistro militum, conuenirentur, iuxta text. *in l.* 1. & quæ ibi notantur, *C. de offic. Magistr. limit. & de offic. iud. militar. l. Magisteria, C. de iurisdict. omn. iud. l. fin. C. de re milit. lib.* 12. *l. vlt. C. vbi quis de cohort al. eod. lib.*
9 *l.* 3. *tit.* 29. *par.* 7. cum aliis, quæ † de dignitate, & iurisdictione Magistri militum tradit Petr. Greg. *lib.* 19. *syntagm. cap.* 18. Coteræus *de iure, & priuil. milit. lib.* 2. *cap.* 6. Ayala *de iure & off. belli, lib.* 3. *cap.* 8. Petr. Caballus *resol. crim. centur.* 3. *casu* 294. *ex num.* 262. Vincent. de Franch. *decis.* 88. *par.* 1. Georg. Acacius *de priuilegiis milit. lib.* 2. *cap.* 5. Osuald. *ad Donell. lib.* 17. *comment. iur. cap.* 20. *litt. H.* Mastrill. *de Magistr. lib.* 5. *cap.* 16. vbi agit de offic. Auditoris generalis, & meliùs *decis. Sicil.* 173. *per totam*, vbi multum in nostris terminis loquitur, Tib. Decian. *lib.* 7. *crimin. cap.* 15. Azeued. *in l.* 1. *num.* 70. *tit.* 16. *lib.* 8. *Recop.* Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 68. *cum seqq.* Card. Tusch. *litt. M. concl.* 233. & 235. Petr. Roizius *decis. Lituan.* 3. Iacob. Cancer. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 2. *de iurisd. num.* 133. & Arismin. Tepatus *lib.* 2. *tit. de re & iure milit. fol.* 274. Cabedus *decis. Lusit.* 103. 2. *part. per tot.* vbi in specie agit de officio & iurisdictione Magistri Celerum siue Custodis Regij corporis: & Ducis *de los Ginetes*, quibus possunt hi nostri Lancearij milites comparari. Et nouissimè & latissimè, post hæc scripta, D. Valençuela Velazquez *cons.* 200. *num.* 33. & 44. vbi de iudicibus militaribus, & quod militantes, & magistratus militares nihil habent commune cum Curiis, iunctis aliis, quæ nos dicemus, vbi de Proregibus sermonem instituerimus.

Quod † priuilegium dictus dominus Prorex eis libenter concessit per prouisionem ad id expeditam 26. Martij ann. 1619. confirmatam per eius successorem D. Marchionem de Guadalcaçar 9. Iulij ann. 1622. & denique approbatam per caput quoddam Regiæ epistolæ, eidem Marchioni directæ 29. Septembr. ann. 1623. Atque hic sanè est istorum militum in Peruanis prouinciis discursus, & præsens status. In Noua verò Hispania † reperio sched. 27. Maij ann. 1568. cum D. Prorege D. Martino Enriquez loquentem *d.* 4. *to. impress. pag......* quæ permittit, vt ad sui custodiam, siue tutelam viginti quatuor *Alabarderos* habeat, & Ducem, siue Capitaneum eorum, cui duplicatum salarium constituat, dum tamen hic Locumnentem non habeat, nullumque ei salarium à Regiis officialibus persoluatur, nec aliquorum reorum capturam exercere possit, sed id Regiis criminum Quæstoribus relinquatur. Quod etiam quantum ad salarij Locumtenentis denegationem, cauetur, circa Proregem Peruanum in alia sched. ann. 1574.

Et quod † filiis Conquisitorum, & aliis benemeritis, quibus Indorum Commendæ non obtigissent, aliquæ erogationes fiant ex tributis earundem Commendarum, quæ Coronæ Regiæ applicatæ fuissent, quibus se commodè exhibere, & aler possent, cautum etiam reperio per sched. ann. 1542 & 1536. quæ extant *in* 2. *to. pag.* 193. & 230. *in fin.* & eorum mentionem fecit Ant. de Leon *in tract. de confirm. Regiis,* 1. *par. c.* 16. *n.* 11. & 12. *fol.* 81. & *seq.* Idemque mos Siciliæ, Neapoli, & in aliis, Regnis Hispaniæ Monarchiæ obtinuit, eosque ibidem *Tratenutos* vocant, vt præter alios ostendit Mastrill. *d. c.* 16. *num.* 5. & meliùs *d. decis.* 173. *num.* 30. & 31. vbi quod isti *Tratenuti* stant in Regno pro custodia domini Proregis, & ponuntur in numero aliorum militum.

Quibus ita præiactis, iam apparet, † horum militum nomina ab armis per metonymiam sumpta fuisse. Nam Lancearij à lancea dicuntur † quæ hastam longam significat, qua hostem e minùs ferire solemus, & hoc nomen origine fu Hispanum fuisse primitiuæ illius linguæ, qua ante Romanorum aduentum vtebamur, expres

trad

tradit Marcus Varro *lib. 14. rer. diuin.* Probus apud Aul. Gell. *lib. 15. noct. Atticar. cap.* 30. Ioannes Rosinus *lib. 2. antiq. Rom. cap.* 17. vbi, quod veteres Romani lanceam *Quirim* vocabant,& ea donare consueuerant illos, qui in bellis, quam acriter strenuéque pugnantes, fortitudinis laudem meruissent. Dempsterus ad eundem Rosinum *lib.* 10. *cap.* 10. *pag.* 794. D. Sebast. Couarr. *in thesaur. ling. Hispan. verb. Lança, fol.* 514. & Bernard. Aldrete *de orig. ling. Castell. lib. 2. cap. 4. pag* 169.

Et extat quædam schedula ann. 1568. *d. tom. pag.* 15. quæ, † quo hi milites honoratiores redderentur, vocari eos iubet, *Gentiles hombres*, vel *Continuos de la guarda del Reino.* Et hac propter † eisdem, instar Commendatariorum, in Regalium Audientiarum subselliis locus assignatur in bancho nobilium, de quo honore, & priuilegio videnda sunt, quæ tradit celebris text. *in l. vltima, C. vbi Senat. vel Clariss. l.* 2. *& fin. C. de offic. diuers. iudic.* Otalora *de nobilit. 4. part. princip. cap. vltim. num.* 15. Tiraq. *de nobilit. cap.* 20. *ex num.* 51. & Mastrill. *de Magistr. lib. 4. cap. 3. num.* 134. *& seqq.* & alij, quos referam *infrà lib. 4. cap. 3. num...*

Arcabusierij † autem dicuntur ab arcabusiis, id est, ferreis manualibus tormentis, quæ equitando portant, & vel funiculo incenso, vel rota circa silicem agitata in hostes exonerant. Et hoc verbum origine sua Italum esse videtur, ab arca nimirum ferrea deductum, quæ tormentarium puluerem,& plumbeas glandulas capit, & foramine postea in longum extenso, vulgò *Cañon*, quod Itali *Bussium* dicunt, vt ex Polidor. Virgil. & Rocha obseruat idem Couarr. *vbi suprà verb. Arcabuz*, quibus conuenit Guid. Pancirol. *in tract. de nouis repertis, tit.* 18. vbi Enric. Salmuth. eius Commentator, plura alia satis notanda, & scitu iucunda † circa huius exitialis instrumenti inuentionem, extensionem, & detestationem adducit, vltra Polid. Virgil. *lib. 2. de inuent. rer. cap.* 11. Forcatul. *de Gallor. Imper. & Philosoph. lib. 4. pag.* Simon. Maiol. *in dieb. Canicul.* 1. *part. colloq.* 23. *pag.* 760. Anton. Sabellic. *de rerum, & artium inuent. pag.* 119. Leuin. Lemnius *de occult. miracul.* Philip. Camerar. *oper. subsec. cent. 1. cap.* 28. Iul. Cæsar Scaliger. *contra Cardan. exercit.* 180. Iustus Lipsius *de militia Romana lib. 5. pag.* 239. Et potuit allegare Ludou. Ariost. *in Orlando Furioso cantu* 9 qui grauiter, & eleganter in hæc inuehit, & dæmonis æstu in perniciem generis humani inuenta esse tradit, prout & fecit Nathan Chyrreus *in suo itinerario fol* 99.

Cerberus euomuit triplici de gutture flammas
Sulphura, sal, nitrum, fulmina, bella, globos.

Et auctor carminis ad Quercetani Sclopetarium, cuius versus refert Salmuth *suprà, pag. mihi* 284. & quia elegantissimi sunt, hic inserere lubet:

In prauas, spreta, quum labes, Numinis ira
Se mortale genus, laxis immersit habenis,
Armi potens, scelerum vindex, iustissimus vnus:
Igniuomas rutilo nubes fabricatus Olympo,
Torsit in indomitas ardentia fulmina terras.
At magis exarsit sceleris vesana libido,
Inuisum cœlo, & terris è faucibus Orci
Verticis obrasi monstrum dum excitur opacis,
Orbis dira lues, nostrique infamia sæcli.
Hoc noua, namque nouo cuduntur fulmina fabro,
Et Stygia erumpunt stygio documenta Magistro.
Qualia Auernalis pandens mysteria templi,
Torua Hecate dederat: monstrosa inclusa cucullo.
Lucida quam pariter permixto sulphura nitro,
Thesiphone adiunxit: flammasque operasque ministras.
Flammigeræ hinc retrò torquentur fulmine glandes.
Glandiferæque fremunt horrendo murmure flammæ,
Vt reboënt campi, montesque, & magnus Olympus.
Mox rapidum latas infert se virtus in oras,
Quod quatit (heu furiale malum) tot fortia bello,
Corpora, tot tetrò raptim, vlcere pascitur artus.
Crescente, vt pœna, crescat quoque Numinis ira.

Alabarderi † quoque à telo, quo vtuntur, di- 19
cti sunt, quod hastatum est, cuspide ad pungendum, & gladio ad secandum constans, hoc est punctim cæsimque feriendum, & vulgò dicitur *Alabarda*, nomenque sumpsit ab Albanis, siue Alabessiis, qui primi eo vsi sunt, vt existimat D. Sebast. Couarr. *dict. thesaur. verb. Alabarda*, & Mastrillus *d. lib. 5. de Magistr. cap. 16. num.* 5. post medium, & est simile falcibus militaribus, siue securibus Romanis, quibus olim Lictores vtebantur. Vnde Erasmus illud vocat, *Telum Apparitorum*, licet Mastrill. vbi proximè malit eos *Celeres* esse, siue Celeribus assimilari, de quibus agit Plutarch. in vita Romuli, & alij latè congesti à Surgento *de Neapol. illustr. cap. 16. n.* 14.

Munus † autem (vt tetigi) eo tendit, vt 20
Regni, & Regis, siue Proregis, qui eum repræsentat, custodiæ & defensioni deseruiant. De quo fideliter implendo,& exequendo, alendóque equo, & comparandis, ac conseruandis armis huic militiæ necessariis, † idem ius- 21
iurandum formaliter præstant, quod Commendatarios præstare diximus *suprà hoc lib. cap. 23. num.* 9.

Et de militibus Romanis refert Vegetius
de re militari lib. 2 cap. 5. ibi: *Iurant † autem* 22
milites per Deum, & Christum, & Spiritum sanctum, & per Maiestatem Imperatoris, cui tanquam corporali Deo Fides, & deuotio præstanda est, se omnia strenuè facturos, quæ præceperit Imperator, militiam nunquam deserturos, nec mortem recusaturos pro Romana Republica, cui addere licet aliam formulam apud Q. Curtium *lib.* 7: *An non propemodum in tua verba tui omnes, te præeunte, iurauimus? eosdem nos inimicos, amicosque habituros, quos tu haberes?* Epitectum Arriani *lib. 1. cap.* 14. vbi de militibus Romanis prodit: *Milites propter stipendium iurant se Cæsaris salutem omnibus rebus anteferre.* Et vt refert Pollux *lib. 8. cap.* 9. apud Athenienses, qui vigesimum ætatis annum attigissent, sub dio ista iurabant: *Arma non dehonestabo, nec adstantem, quisquis is fuerit, socium relinquam: pugnabo quoque pro focis, & aris solus, & cum multis, patriam, nec turbabo,*

turbabo, nec prodam: Nauigabo contra quamcunque destinatus fuero regionem, solemnitates perpetuas obseruabo, receptis consuetudinibus parebo, tuebor & solus, & cum reliquis omnibus, atque colam sacra patria; & tradunt alia Brisson. *de formul. pag.* 380. Dempster. ad Rosinum *lib.* 10. *cap.* 3. *pag.* 787. *& seqq.* Ayala *de iure belli, lib.* 3. *cap.* 5. Lipsius *de militia Romana, lib.* 1. *cap.* 6. & nouissimè Felesacus *lib.* 2. *select. tract.* 2. *de iurisiur. religion. cap.* 3. *pag.* 94. *& seq.*

23 Vt sic minus mirandum videatur, † quod de Solduriis Gallorum tradit Iul. Cæsar *lib.* 3. & vbi etiam *Deuotos* eos vocat, ob id quod se his, quibus in clientelam, & amicitiam dabant, solemniter iurarent, omnibus in vita commodis, vna cum iis fruituros, & si quid eis per vim accidisset, aut eundem casum subituros, aut mortem sibi illaturos. Ita vt nefas esset, etiam in extrema fortuna deserere patronos. Quod ipsum etiam tribuit Valer. Maxim. *lib.* 2. *cap.* 1. nostris Celtiberis, & Cornel. Tacit. Germanis *in lib. de mor. German.* & recolit, aliqua notans circa etymologiam huius nominis *Soldurij*, Petr. Greg. *lib.* 14. *syntagm. c.* 10. *num.* 14. Ioann Kalinus *de verb. iur. verb. Soldurij*, & Martin. Mager. *de aduocat. armata c.* 15. *num.* 203. *& seqq. pag.* 660.

24 Et hæc virtus fidelitatis † in nulla vsquam natione magis, quam in Hispana emicuit, vt docet *l.* 2. *in princip. tit.* 18. *part.* 2. ibi: *E por ende, los Españoles que todauia vsaron de la lealtad mas que otros omes, l.* 1. *tit. de los hijosdalgo. lib.* 4. Ordin. Otalora *de nobilit.* 2. *part. cap.* 5. præsertim in custodia suorum Regum,
25 quod effecit, vt † vel etiam Romani Imperatores, iam inde à Iulio, & Augusto Cæsare, eam notam habentes, hoc munus eis commiserint, vt constat ex Sueton. in August. *cap.* 49. Dione Cassio *in Seuero*, Tit. Liuio, *decad.* 3. Polybio *lib.* 3. Ambr. de Morales *lib.* 9. *cap.* 41. *& lib.* 8. *cap.* 19. & Did. Valdes *de dignit. Regum Hispan.*
26 *cap.* 7. *num.* 25. Vbi addunt, † quod Sertorius etiam de cognatis non fidens, ex incolis Hispanis custodiam habebat. Et idem notat eruditissimus D. Greg. Lopez Madera *de excellent. Monarch Hispan. cap.* 11. §. 3. *pag.* 92. vbi addit, Iubam Mauritaniæ Regem suos reliquisse, & Hispanis sui corporis tutelam commendasse. Et quod Germani ad hoc etiam Principibus Romanis deseruierint, provt & hodie Regibus nostris deseruiunt, vide Sueton. *in Galba c.* 16. Surgent. *de Neapoli illustr. cap.* 16. *numer.* 14. Mastrill. *d. cap.* 15. *num.* 5. *in fin.* Cabed. agentem de creatione & officio Magistri Celerum, *d. decis.* 103. *ex num.* 1. & Magerum *d. cap.* 15. *numer* 182. *pag.* 658. vbi etiam ostendit, custodiam corporalem Principum olim sicut hodie vsitatam, & qualiter Romulus trecentos corporis sui custodes ex præcipuis familiis habuerit.

27 Possúntque comparari † eiusmodi militum manus, militiis Cohortalibus, de quibus agitur *in titul. C. de cohortal. lib.* 12. & latè apud Conan. *lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 2. & reliquis, qui apud Romanos in aliquam scholam, siue militiam armatam, aut togatam referebantur,
28 † ex quo annonarum commoda, & salaria publicè à Principe percipiebant, de quibus agitur *in l. Lucius Titius* 22. *D. de legatis* 2. vbi notat Gottofred. Quæ ipsa commoda, & salaria, *Militiæ*, etiam appellabantur, vt ostenditur in eodem text. *& in l. mortuo boue* 49. §. 1. *D. de legat.* 3. *l. libertis* 18. §. *ab hæredibus, D. de alim. legat. l. creditor* 52. §. *inter, D. de action. empt. l.* 3. §. *si quid minori, D. de minor. l. omnimodò* 30. *C. de inoff. test. l. restituendæ, C. de aduoc. diuers. iud. l. vlt. C. de pignorib.* cum aliis, quæ doctè congerit, & explicat Connan. *d. cap.* 15. *per tot.* Brisson. & Hottoman. *de verb. iur. verb. Militiæ*, Cuiacius *in Nouel.* 53. *cap.* 4. Alciat. *lib.* 1. *prætermiss.* Lælius Taurellus *in integro tract. de militiis ex casu.*

Et hac de causa cum omnes Lancearij, vel Alcabusierij, aut Alabarderi, vnum veluti corpus constituant, meritò per sched. dat. Matrit. 21. Februar. ann. 1575. directam Dom. Proregi D. Francisco à Toleto, & alias quamplures, cautum † fuit, vt si consignationes tributorum, ad eorum salaria constitutæ, omnibus non sufficerent, pro rata in tributum iuxta seruitij tempora vocarentur, iuxta doctrinam Innocentij *in cap. cum omnes, de constitut.* per text. ibi, vbi inquit, † quod quando aliquis tenetur præstare pluribus alimenta, tanquam vnum corpus repræsentantibus, æqualia omnibus subministrare debet, sine discrimine ordinis, aut gradus, ita quod vni tantum præstetur sicut alteri, & ita in his, quæ ad victum Canonicorum proferuntur ex communi promptuario, æqualitas est seruanda in perceptione. Quod etiam tenet Hostiens. Ioan. Andr. Butrius. Anchar. Bald. Imol. Decius & alij ibidem, præcipuè August. Beroius *num.* 90 & communis, quam resoluit, & sequitur Lara de Cordùba *in l. si quis à liberis*, §. *sed si filius, num.* 51. *D. de liber. agnoscend.*

Pro qua etiam ponderari potest text. *in l. verum*. §. *si cum tres, D. pro socio*, vbi † in his, quæ pluribus sociis debentur, omnes æqualiter recipere debent, & si vnus plus recipiat, quam alter, tenetur illud plus aliis communicare. Quod ad eos etiam, qui collegium, vel communitatem constituunt, porrigit Lara *vbi suprà num* 59. per iura, & Doctores ibi citatos, & habetur *in l. collegarum*, vbi Rebuff. *D. de verb. signif.* Et in text. optimo *in cap.* 1. *incip. Decimas*, 16. *q.* 7. vbi in simili ita eleganter loquitur Greg. VII. Roman Pontif. *Has verò decimas sub manu Episcopi fore censemus, vt ille, qui cæteris præest, omnibus iustè distribuat, nec quicquam personis honorabilibus exhibeat, vnde alij Sacerdotes habeant, alij verò detrimentum patiantur, omnibus itaque fideliter distribuat*; vbi gloss. *verb. Honorabilibus*, inuehit aduersus Prælatos contrarium facientes, & alia iura adducit; quorum etiam Nos meminimus *suprà hoc lib. cap.* 5. *n.* 82. *& seqq. & cap.* 7. *n.* 150. *&* 151. Et est sæpè repetendus Cassiod. *lib.* 1. *epist.* 9. ibi: † *Iniquum est, vt de eadem substantia, quibus competit æqua successio, alij abundanter affluant, alij paupertatis incommodis ingemiscant.* Quia † debitum vniuersitati, non est debitum singulis, *l. sicut*, § *si quid. D. quod cuiusque vniuers.* vbi Angel. *in princip.* & Paul. Castrens. *in* 1. *&* 2. *notab* Bertrand. *cons.* 242. *vol.* 3

Et hæc mihi vsui fuerunt, dum iudex sederem † in causa Lancceariorum, qui vocabantur antiqui, de tempore Marchionis Cannetij, qui schedulas quasdam impetrarunt, vt in solutione

suorum

ſuorum ſtipendiorum aliis nouioribus, poſtea nominatis, præferrentur. Nam ſuppreſſa facti veritate, illas extorſerunt, non experimentes omnibus idem ius ex aliis Regiis diſpoſitionibus datum eſſe, & creatos à Marchione Camnetio fuiſſe in totum extinctos, & reuocatos, atque † adeò quamuis poſtea ex noua, & ſuperueniente Principis voluntate fuerint renouati, non tam ex antiquæ nominationis titulis regulandos eſſe, qui in totum deleti fuerunt, quam ex nouis, aut renouatis, iuxta ſingularem diſtinctionem, quam faciunt Bart. & DD. per text. ibi *in l. ſi ita legatum, §. fin. de leg. 1. l. quid tamen, in princip. & §. nobis quoque, D. quib. mod. vſusfruct. amitt. l. inter ſtipulantem, §. ſacram, D. de verb. l. qui res, §. aream, & l. cum ſeruus, D. de ſolution. l. 4. C. de oper. publ. gloſſ. 1. in cap. 3. de iure patron.* Bart. Alber. Paul. Alexand. & Iaſ. *in l. 1. §. ſi quis ædificium, D. de noui oper. nuntiat.* cum aliis latè adductis ab Alex. *conſ. 34. num. 5. & ſeqq. lib. 5.* Leobino Dalerio *in diſput. Canonica, tract. de mandat. Apoſtol. argum. 1. num. 68.* text. & DD. *in l. ius ciuile, D. de iuſtit. & iur.* Bertachin. *verb. Libellus nouus*, Angel. *in l. ſcire debemus, n. 1. D. de verb. oblig.* Ego latè *in cap. de præcedentia, num. 52.* & Card. Tuſch. *litt. N, concl. 128. & litt. V, concl. 23.* Quo ſtante, ſuccedit altera iuris regula, qua docemur, beneficium datum † alicui cum clauſula, vt præferatur aliis, intelligendum eſſe, niſi fuerit eis ius quæſitum, vt per Compoſtel. *in cap. cauſam quæ, de reſcript.* quem refert & ſequitur Cepola *de ſeruit. ruſtic. cap. 4. de ſeruit. aquæductus, n. 23.* Bertrand. *conſ. 292. num. 2. vol. 3.*


Vt omittam, in ſimilibus diſtributionibus, non tam nominationis, aut etiam debiti prioritatem attendi debere, quam perceptionis fructuum, ſiue redituum, ex quibus diſtributio facienda eſt. Nam † ſi hi, qui percipiuntur, præſentis anni ſunt, aut proximè præcedentis, potiores in illis eſſe debebunt hi, qui eiſdem ipſis annis ſeruierunt, & operas ſuas præſtarunt, quam alij, qui decurſas præteritorum annorum penſiones allegant, in quibus nulli, vel non ſufficientes omnibus fructus, aut reditus collecti comperiuntur, vt rectè docuit Geminian. per text. ibi *in cap. final. §. porrò, numer. 4. de offic. Ordin. lib. 6.* quem ſequitur Philip. Franc. *ibidem num. 2.* Gigas *de penſion. quæſt. 40. & quæſt. 72. & conſ. 15. num. 3.* & latè optimè Borgnin. Caualcan. omninò videndus, *deciſ. 37. num. 48. & 53. in fine, 2. part. tom. 2. & deciſ. 8. num. 80. & deciſ. 27. num. 19. & ſeqq. part. 3. eiuſd. tom.* vbi eam rationem tradit, & repetit, quod in his caſibus tales fructus, ſeu reditus, videntur deſtinati, & obligati pro miniſtris præſentibus, & non præteritis, & pro oneribus currentibus illius anni, quo fructus ſunt recollecti, vnde in illis prælationem habent, quia & diuerſi eſſe videntur à fructibus aliorum annorum, vt alias dixit I. C. *in l. ſi vſusfructus 6. D. de vſufr. legato*, ibi: *Vt peti iam vſusfructus, qui legatus eſt, non poſſit, quia alius futurus ſit, quam qui legatus fuit*, iunctis aliis, quæ in ſimili tradit Burſat. *conſ. 238. num. 12. tom. 2.* Rota apud Ludouiſ. *deciſ. 507. num. 5.* Guid. Pap. *deciſ. 575. num. 1.* Hieron. à Leone deciſ. Valent. 145. *num. 13. & 14. 2. part.* & in materia alimentorum loquens Petr. Surd. *in tract. de aliment. tit. 4. q. 26. per totam.*

Porrò reformata, aut diſſoluta hac lan- 39
cearum militia, reditus eis aſſignatos, in Regiam Coronam incorporari debere, dubium eſſe non poteſt, cùm ab eadem exierint, & ius reuerſionis in hoc plurimùm operetur, vt dixi *ſuprà cap. 27. num. 9.* Necnon etiam ex communi alia Doctorum aſſertione, quæ habet, bona, quæ alicuius Collegij, vel Communitatis fuerint, eo, eavè deſtructa, aut diſſoluta, fiſco applicari debere, ex traditis à Gail. *lib. 2. obſeru. 61.* Et de Templariis militibus loquens tradit Angel. per text. ibi *in l. ſicut 7. §. ſi quis, num. 36. D. quod cuiuſque vniuerſ.* Bart. *in l. fin. §. fin. num. 22. D. de collegiis, & corpor. illicit.* Felin. *in cap. cùm dilecta, num. 21. de reſcript.* Caſtrenſ. *conſ. 16. lib. 1.* Cardin. Tuſchus, qui alios adducit, *litt. C, concluſ. 457.* & Peregr. *de iure fiſci lib. 3. tit. 12. num. penult. & vltimo*, quem immeritò reprehendit Nicol. Loſæus *in tractat. de iure vniuerſitatum, 1. part. cap. 2. num. 85.* Et qui de Templariis eorúmque ordine, & eius extinctione alia ſcire deſiderauerit, legat Caſſaneum *in Catalog. glor. mund. part. 9. conſid. 5.* Petr. Gregor. *lib. 5. ſyntagm. cap. 33.* Illeſcas *in hiſtor. Pontif. lib. 5. cap. 17. & lib. 6. cap. 1.* Eman. Rodrig. *quæſt. regul. 1. tom. quæſt. 5. art. 1.* Quos & plura iura de eis agentia nouiſſimè congerit Dom. D. Felician. à Vega Epiſcopus Pacenſis, ſiue de la Paz, *in cap. cum deputari, num. 7. de iudiciis, pag. 341.* & vltra eos pleniùs rem tractat Petr. Mexia *in ſilua variæ lection. 2. part. cap. 53.* Robert. Gaguin. Paul. Æmil. & Arnald. Ferron. *in hiſt. Franc. ſub vita Philippi Pulchri*, & Platina, Papir. Maſſon. & Anaſtaſ. Germon. in vita Clementis V. ſub quo deleti ſunt ob crimen hæreſis, & alia delicta, quæ eis imputabantur, de quibus per Bart. *in l. aut facta, §. fin. D. de pœnis*, Calderin. *conſ. 121. quod eſt 7. tit. de iudic.* & Angel. de Peruſio *conſ. 165.* quos refert Tuſch. *litt. T, concluſ. 26.* Menoch. *de arbitrar. caſu 286. num. 424.* & nouiſſimè, poſt hæc ſcripta, ſæpè à nobis laudatus, & ſæpius laudandus, Dom. Præſes Valençuela *conſ. 115. num. 1. & 2. vol. 2.* vbi plurimos alios Auctores de his agentes adducit.



LIBER TERTIVS,

IN QVO DE REBVS ECCLESIASTICIS, Et Regio circa eas Patronatu.



CAPVT PRIMVM.

De conceßione Decimarum, Hispaniæ Regibus in Prouinciis Noui-Orbis à sede Apostolica facta, & an, & quatenus valeat, & de causis ad easdem decimas pertinentibus apud seculares Iudices agi poßit?

SVMMARIVM.

1 *Reges nostri valdè curarunt diuinum cultum in Prouinciis Indiarum.*

2 *Regnorum fulcrum consistit in cura Religionis, & Cultus diuini.*

3 *Reges Hispaniæ acceperunt conquisitionem Indiarum sub onere propagandæ Religionis, & fundendi pro ea (si oporteret) sanguinem proprium.*

4 *Religionis promouendæ curam, & obligationem, quam Reges nostri habent, & agnoscunt, plures schedulæ exprimunt, quæ referuntur.*

5 *Clausula testamenti Elisabethæ, Reginæ Catholicæ, refertur.*

6 *Decimæ & primitiæ Indiarum, qualiter ab Alex. VI. R. P. Regibus Catholicis concessæ fuerint?*

7 *Bulla concessionis decimarum Alex. VI. ad litteram refertur.*

8 *Laici qualiter sint incapaces decimarum in possessione, & proprietate? maximè post Concilium Lateranense.*

9 *Decimas laicis, & maximè Principibus, Rom. Pontifex ex iustis causis in feudum, & aliis modis concedere potest*, & numer. seqq.

10 *Pontifex Romanus est generalis administrator cum libera bonorum Ecclesiæ.*

11 *Decimarum laicis Principibus à sede Apostolica concessarum exempla, remissiuè.*

12 *Papa (si velit) potest laicis etiam nulla causa existente, ad libitum decimas, & alia spiritualia concedere, & id seruandum erit.*

13 *Infidelium conquisitio, & ad Fidem conuersio semper fuit reputata iusta, & sufficiens causa, vt Principibus hæc patrantibus decimæ concedantur, & exempla similium concessionum.*

14 *Carolus Martellus, qualiter partitus sit decimas inter Nobiles, qui eum iuuarunt in bello Sarracenorum?*

15 *Concessio decimarum facta Principibus laicis, sub prætextu conuersionis infidelium, fortiùs obligat, tali conuersione sequuta, & peracta.*

16 *Decimarum concessio facta Regibus in prouinciis Indiarum, habuit onus fundandi, & dotandi Ecclesias, & Ecclesiasticos, & sic iustior, & tutior fuit.*

17 *Decimæ solùm quatenus concernunt necessariam sustentationem Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, sunt de iure Diuino.*

18 *Papa in positiuis potest etiam sine causa, & ad beneplacitum dispensare.*

19 *Decimæ, vbi laicis conceduntur, semper habent imbibitam obligationem præstandi congruam sustentationem Ecclesiis, & Rectoribus earum, ad quos alias tales decimæ pertinerent.*

20 *Laicus, si decimas accipiat cum onere distribuendi in vsus pios, quod sibi supererit, & si id non impleat, non tenetur ad restitutionem.*

21 *Decimæ laicis concessæ non debent præcisè in eleemosynam distribui, & sunt liberæ à subsidio, & quid ab excusato?*

22 *Concilio lateranensi derogari potest, & communiter derogatur in concessione decimarum, quæ laicis fieri solet.*

23 *Lateranensi Concilio derogatur per clausulam*, Non obstantibus.

24 *Clausula*, Non obstantibus, *maximè iuncta cum illa*, Motu proprio, *derogat dispositioni conciliari.*

25 *Derogatio specifica non requiritur, vbi apertè constat de voluntate Principis.*

26 *Papa vbi laicis post Concilium Lateranense decimas concedit, satis videtur eius prohibitioni derogare.*

27 *Dispositio generalis, quæ solùm in vno casu verificari solet, idem operatur, ac si ille expressus fuisset.*

28 *Reges Catholici qualiter decimas Indiarum sibi à sede Apostolica donatas, Ecclesiis redonauerint, & vbi non sufficiunt, Episcopos, & alios Ministros suis sumptibus alant.*

29 *Decimæ laicis concessæ nullum ius spirituale eis tribuunt, sed tantùm fructuum perceptionem.*

30 *Decimæ Principibus laicis concessæ, statim efficiuntur de Regalibus, & inter patrimonialia eorum bona connumerantur.*

31 *Decimarum laicis concessarum causæ, tam in facti, quam in iuris quæstionibus, & tam inter seculares, quam inter Ecclesiasticos, apud quos iudices tractandæ sunt?* & num. seqq.

32 *Casus litis inter Ecclesias Cathedrales, & Religiones Indiarum super solutione decimarum, refertur.*

33 *Laici*

33 *Laici non possunt cognoscere de causis Ecclesiasticorum, & Religiosorum, etiam ipsis consentientibus, vel consuetudinem in contrarium allegantibus.*

Cap. si diligenti, de foro competenti, & iura similia, expenduntur, & illustrantur, ibidem.

34 *Priuilegij Pontificij de interpretatione, vel obseruatione vbi agitur, ipse Pontifex priuatiuè cognoscere debet.*

Cap. cum venissent, de iudiciis, ponderatur, & illustratur, ibidem.

35 *Decimarum causæ, maximè vbi agitur de earum iure, & proprietate, merè spirituales censentur, & à laicis iudicari non possunt.*

Cap. tuam, de decim. & l. 56. tit. 6. p. 1. *& iura similia, expenduntur, & illustrantur*, ibid.

36 L. 5. tit. 1. lib. 4. Recop. *ponderatur.*

37 *Personæ mutatione, priuilegium quoque mutari, aut cessare solet.*

L. per procuratorem, vers. Mutatione, D. de acq. hæred. *& similes, ponderantur, & illustrantur*, ibid.

38 *Decimæ Principibus laicis concessæ, si ab eisdem Ecclesiis donentur, pristinam Ecclesiastici iuris naturam recipiunt. Contrarium,* num 53.

39 *Res qualibet de facili reuertitur ad suam naturam.*

40 *Iudices seculares cognoscere possunt de causis decimarum, tam in facti, quam in iuris quæstionibus, vbi agitur de spectantibus ad temporalem earum perceptionem, etiam inter Ecclesiasticos, & cum eorum inhibitione.*

41 *Decimarum laicis concessarum de causis, quod Principes seculares, & eorum tribunalia cognoscant, totus mundus obseruat, & referuntur consuetudines, & exempla omnium ferè nationum, & innumeri Auctores, qui de illis testantur.*

42 *Tertiæ decimarum Hispaniæ sunt quid temporale, & de eis cognoscunt Tribunalia secularia nostrorum Regum.*

43 *Decimarum de causis in Indiis semper, quæ oportuit, iuxta regulas iuris Canonici statuit, & in causis emergentibus cognouit & pronuntiauit supremus Senatus earumdem Indiarum, & referuntur plures schedulæ, & exemplaria.*

44 *Religiones Indiarum noua prædia decimalia acquirere lite pendente, quædam schedula ann.* 1576. *iubet, quæ recensetur.*

45 *Equites Ordinum Militarium nullis priuilegiis se excusare posse, quominus in prouinciis Indiarum decimas soluant, quædam schedulæ Regiæ iubent, & declarant, quæ referuntur.*

46 *Statuta, qui in aliquo negotio facere potest, multò melius de eodem poterit iudicare.*

Forum sortiri, & statutis ligari regulariter à pari procedunt, ibidem.

47 *Leges Principum secularium statuentes circa materias ius Ecclesiasticum, & Canonicum concernentes, qualiter accipiendæ sint?*

48 *Princeps habet priuilegium, vt omnes causæ ad eius fiscum, vel patrimonium pertinentes coram suis Tribunalibus secularibus, etiam contra Ecclesiasticos pertractentur.*

49 *Reges nostri, quamuis in aliquibus partibus decimas Ecclesiis redonauerunt, adhuc plura sibi in illis reseruant, quæ sufficiunt ad tuendam ipsarum perceptionem, & iurisdictionem.*

50 *Fisci priuilegium est, vt quascunque causas, in quibus de euictione teneri, vel aliò modo aliquod interesse habere potest, ad suos iudices trahat.*

51 *Decimæ semel Regales effectæ, & (vt ita loquar) temporalizatæ, & si postea à Rege donentur Ecclesiis, adhuc tamen iudicantur tanquam temporales, & de Regalibus, ex magis communi opinione, & quare?*

52 *Regi incumbit defendere eos, qui ab ipso aliquam gratiam, vel donationem acceperunt.*

53 *Lis si moueatur super gratiis, & donationibus, quas Reges Ecclesiis fecerunt, coram iudicibus fisci causa agitari debet.*

L. 57. tit. 6. part. 1. & l. 6. tit. 1. lib. 4. Recop. *expenduntur, & exornantur*, ibid.

54 *Bona Coronæ Regiæ in quoscunque donatarios transeunt cum retentione naturæ, iurisdictionis, & aliorum priuilegiorum talium bonorum.*

55 *Princeps est iudex competens in causa sua, & suorum Regalium, etiam si inter Ecclesiasticos de illis agatur.*

56 *Donatarius quilibet Regis, agens pro conseruatione rei sibi ab eo donatæ, coram Regalibus iudicibus, etiam contra Monasterium, litigare potest.*

57 *Ecclesiasticis pro rebus conseruandis, potest cognoscere Princeps, quia peculiari studio debet eas defendere.*

58 *Gregorij Lopez opinio notatur, vel declaratur.*

59 *Censuras Bullæ in Cœna Domini quando incurrant iudices seculares, qui de causis decimalibus cognoscunt?*

60 *Opinionem probabilem, qui sequitur, securus est in conscientia, & quæ dicatur opinio probabilis.*

61 *Opinio generalis, & ab antiquo probata, & practicata, habetur pro veritate.*


EXpositis his, quæ ad Indiarum Occidentalium acquisitionem, & Indorum personas, & statum visa sunt pertinere, nunc tertio loco de illis oportet sermonem inire, quæ gubernationem spiritualem, siue Ecclesiasticam, tam circa eosdem Indos, quam erga Hispanos in eisdem Indiarum prouinciis commorantes, concernunt. Qui sanè locus vel primus esse debuisset, tum ob ipsius tractationem, dignitatem, & excellentiam, tum etiam † ob præcipuam, & eximiam curam, quam 1
Piissimi, & Potentissimi Reges nostri in disponendis promouendis, & augendis rebus Ecclesiasticis Indiarum nauarunt. Agnoscentes nimirum † tutissimum, & certissimum Impe- 2
riorum fulcrum, & stabilimentum in veri Dei cultu, Fide, ac Religione propaganda, conseruanda, & augenda consistere, vt docet Nouella Theodos. & Valent. *tit.* 2. ibi: *Inter cæteras solicitudines, quas amor publicus peruigili nobis cogitatione indixit, præcipuam curam*

curam esse perspicimus veræ Religionis indaginem, cuius si cultum tenere possis, iter prosperitatis humanæ aperitur inceptis. Iustinianus *in Authent. quomodo oporteat Episc. ordin. collat. 1. in princip.* cum aliis, quæ adduxi *1. tom. lib. 1. cap. vlt. ex num. 89. & lib. 2. cap. 16. ex num. 59.* & latissimè aduersus Marchiauellum tractat, & probat Adam. Contzen *lib. 2. Polit. cap. 3. cum multis seqq.* Et sub hac præcipuè lege, & conditione has Prouincias sibi à sede Apostolica fuisse concreditas, ita vt pro ea implenda, etiam deberent, si oporteret, proprium sanguinem fundere, vt habetur in Bulla concessionis Alexand. VI. quam retuli *eodem 1. tom. lib. 2. cap. 24. num. 16.* & enixè semper obseruatam fuisse probaui *lib. 1. cap. 16. ex num. 42. cap. 19. ex num. 17. & lib. 3. cap. 6. ex num. 27.*

3 Id quod † cum ipsi Piissimi Principes passim edixerint, & protestati fuerint, vt patet ex innumeris propè schedulis, ordinationibus, & instructionibus, quæ ab hac obligatione, & eius implendæ desiderio exordium accipiunt, tum maximè liquere poterit ex ordinatione supremi Senatus Indiarum, quæ habetur *1. tom. impress. pag. 13.* quæ eidem Senatui hanc primam curam præ aliis iniungens, ita habet: *Segun la obligacion, y cargo con que somos Señor de las Indias, y estados del mar Oceano, ninguna cosa deseamos mas que la publicacion y ampliacion de la lei Euangelica, y la conuersion de los Indios à nuestra santa Fè Catolica. Y porque à esto, como al principal intento que tenemos, endereçamos nuestros pensamientos, y cuidados. Mandamos, y quanto podemos encargamos à los del nuestro Consejo de las Indias, que pospuesto todo otro respeto de aprouechamiento, è interesse nuestro, tengan por principal cuidado las cosas de la conuersion y dotrina; y sobre todo se desuelen y ocupen con todas sus fuerças y entendimiento en proueer Ministros suficientes para ella, poniendo todos los otros medios necessarios, y conuenientes para que los Indios, y naturales de aquellas partes se conuiertan, y conseruen en el conocimiento de Dios nuestro Señor, à honra, y alabança de su santo nombre. Demanera, que cumpliendo Nos con esta parte, que tanto nos obliga, y à que tanto deseamos satisfazer, los del dicho Consejo descarguen sus conciencias, pues con ellos descargamos Nos las nuestras.*

4 Idem quoque,† non minus grauibus & seriis verbis exponitur, & iniungitur Proregibus, & Gubernatoribus Indiarum in instructionibus, & schedulis, quas reperies *4. tom. pag. 263. & seqq. & pag. 247. & 1. tom. pag. 164. & 307. & seqq.* ibi: *Primeramente, por quanto en reconocimiento de tanta merced como Dios nuestro Señor nos ha hecho en hazernos Rei de tantas, y tan grandes Prouincias como son las de las nuestras Indias, nos tenemos siempre por obligados à dar orden como los naturales de las dichas Prouincias le conozcan, y siruan, y dexen la infidelidad y error en que han estado, para que su santo nombre sea en todo el mundo conocido, y ensalçado, y los dichos naturales puedan conseguir el fruto de su sacratissima Redempcion, pues es el principal, y final deseo, è intento que tenemos, conforme à la obligacion con que las dichas Indias se nos han dado, y concedido, &c.*

Et eandem obligationem, & curam cognouit, & suis successoribus iniunxit † Elisabetha 5 Regina Catholica in clausula sui testamenti, quam retulimus *d. 1. tom. lib. 3. cap. 6. num. 30.* sic inquiens: *Item, por quanto al tiempo que nos fueron concedidas por la santa sede Apostolica las Islas, y Tierra firme del mar Oceano descubiertas, y por descubrir, nuestra principal intencion fue, de procurar inducir, y traer los pueblos dellas à nuestra santa Fè Catolica, y embiar à las dichas Islas y Tierra firme Prelados, y Religiosos, y Clerigos, y otras personas doctas, y temerosas de Dios, para instruir los vezinos y moradores dellas en la Fè Catolica, è los enseñar, è dotar de buenas costumbres, è poner en ello la diligencia debida. Porende suplicio al Rei mi señor mui afectuosamente, y encargo, y mando à la dicha Princesa mi hija, y al dicho Principe su marido, que assi lo hagan, y cumplan, è que este sea su principal fin, y que en ello pongan mucha diligencia, &c.*

Quæ cura, & obligatio, eo quoque titulo maior fuit, & esse debuit, quod non solùm prædicti Reges, & Domini nostri temporalibus harum Indiarum fructibus, & emolumentis à sede Apostolica donati fuerint, verum † & 6 omnibus earundem decimis, & primitiis cum eodem onere Fidei prædicandæ, & propagandæ, & Ecclesias, & Ministros Ecclesiasticos, quas, vel quos tempus erigi, & nominari desideraret, fundandi, atque erigendi, & competenter dotandi, & sustentandi, vt habetur in Bulla eiusdem Alexand. VI. Pontificis Maximi, quam licet non viderit, imò & expeditam non fuisse supinè scribat D. Carrascus *ad leg. Recopil. cap. 6. §. 2. num. 14. vers. Pro contraria parte*, in Archiuiis supremi Senatus Indiarum originalis seruatur, & his verbis concepta reperitur.

Alexander † Episcopus, Seruus seruorum Dei. 7 *Charissimo in Christo filio Ferdinando Regi, & Charissimæ in Christo filiæ Elisabethæ Reginæ Hispaniarum Catholicis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Eximiæ deuotionis sinceritas, & integra Fides, quibus Nos, & Romanam reueremini Ecclesiam, non indignè merentur, vt votis vestris, illis præsertim, per quæ circa Catholicæ Fidei exaltationem, ac infidelium, & barbarum nationum depressionem libentiùs, & promptiùs intendere valeatis. Sanè pro parte vestra Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod vos, pia ducti deuotione, pro Fidei Catholicæ exaltatione summoperè desideratis (prout iam à certo tempore citrà, non sine magna impensa vestra, ac laboribus facere cœpistis, & indies magis facere non cessatis) Indias, & partes Indiarum acquirere, & recuperare, vt in illis quæcunque damnata secta abiecta, colatur, & veneretur Altissimus. Et quia pro recuperatione Insularum, & partium prædictarum vobis necesse erit graues subire impensas, & grandia pericula perferre, expedit, vt pro conseruatione, & manutentione dictarum Insularum postquam per vos acquisitæ, & recuperatæ fuerint, ac perferendis impensis ad conseruationem, & manutentionem prædictarum partium necessariis, ab illarum incolis, & habitatoribus, pro tempore existentibus, decimas exigere, & leuare possit. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt in præmissis, vobis statui-*

que

que veſtro opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui eiuſdem Fidei exaltationem, & augmentum, noſtris potiſſimè temporibus, ſupremis deſideramus affectibus, pium, & laudabile propoſitum veſtrum plurimum in Domino commendantes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Vobis, & ſucceſſoribus veſtris pro tempore exiſtentibus, vt in Inſulis prædictis ab illarum incolis, & habitatoribus, etiam pro tempore exiſtentibus, poſtquam illæ acquiſitæ, & recuperatæ fuerint (vt præfertur) aſſignata prius realiter, & cum effectu, iuxta ordinationem tunc Diœceſanorum locorum, quorum conſcientias ſuper hoc oneramus, Eccleſiis, in dictis Inſulis erigendis, per Vos, & ſucceſſores veſtros præfatos, de veſtris, & eorum bonis dote ſufficienti, ex qua illis Præſidentes, earumque Rectores ſe commodè ſuſtentare, & onera dictis Eccleſiis pro tempore incumbentia, perferre, ac cultum diuinum: ad laudem Omnipotentis Dei, commodè exercere, iuráque Epiſcopalia perſoluere poſſint; decimam huiuſmodi percipere, ac licitè, & liberè leuare valeatis, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium de ſpecialis dono gratiæ indulgemus. Non obſtantibus Lateranenſis Concilij, ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omninò liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datis Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Domini milleſimo quinquageſimo primo, ſextodecimo Kalendas Decembris. Pontificatus noſtri anno decimo. Adrianus. Regiſtrata apud me Adrianum, &c.

Quæ Alexandri Sexti conceſſio, poſtea à ſequentibus Rom. Pontificibus confirmata reperitur, nec eſt cur à quopiam in dubium vocetur, quaſi † Principes laici decimarum proprietate, imò neque poſſeſſione donari poſſint, & multò minus eam in ſuos hæredes, & ſucceſſores transferre, maximè poſt prohibitionem Concilij Lateranenſis, vt *in cap. non liceat Papæ* 12. *quæſt.* 2. *cap. quoniam* 16. *quæſt.* 1. *cap. ad decimas* 16. *quæſt.* 7. *cap. ad hæc, cap. quamuis, cap. prohibemus, cap. tua, el* 1. *cap. dudum, cap. à nobis, de decimis, cap.* 2. §. *ſanè, eodem titul. lib.* 6. *cap. ſi quis Presbyterorum, de reb. Eccleſ. Extrauag. ambitioſæ, eod. titul. cap. cùm & plantare, de priuileg. cap. cùm Apoſtolica, de his quæ fiunt à Prælat. l.* 22. *titul.* 20. *part.* 1. cum aliis, quæ latè adducit Diu. Thom. Caietan. & alij, *in* 2. 2. *quæſt.* 87. *artic.* 3. Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *numer.* 5. Rebuff. *de decim. quæſt.* 10. *num.* 12. & 16. & *quæſt.* 13. *num.* 28. Moneta *eod. tractat.* Caniſius *cap.* 13. Sahagum *in cap. decernimus, de iudic. ex num.* 158. Seraphin. *deciſ.* 1387. *num.* 1. & *deciſ.* 1424. *num.* 1.

Nam hoc eam limitationem recipit, † niſi ſummus Pontifex ex iuſtis cauſis contrarium indulgeat in particulari, & non in communi, vt in terminis probat text. *in d. cap. cùm in Apoſtolica, in fine, de his quæ fiunt à Prælat.* gloſſ. *in cap. cauſam quæ, verb. Detinere, de præſcript. & in d. cap. à nobis, verb. Exemptus, poſt medium*, de decimis, melior text. *in l.* 23. *titul.* 20. *part.* 1. vbi Gregor. Lopez, Hoſtienſ. omninò videndus, *in ſumm. de decimis, verſ. Tertiò quæritur, num.* 13. Couarr. *in d. cap.* 17. *num.* 10. vbi, quod poteſt Papa non ſolùm laicos immunes facere à ſolutione decimarum, verum & capaces percipiendi decimas ab aliis laicis, Rebuff. *d. quæſt.* 13. *num.* 110. Nauarr. *de redit. Eccleſ. quæſt.* 1. *monit.* 54. 57. & 58. & latiùs *monit.* 64. vbi inquit, quod decimæ ex iuſta cauſa poſſunt concedi laicis in feudum à Romano Pontifice, † & cum ſit generalis adminiſtrator cum libera bonorum Eccleſiæ, & Clericorum, & locum Dei tenens in terris, poteſt laicis, nedum fructus decimarum, ſed ipſum ius decimandi perpetuo concedere cauſa iuſta accedente, eleganter Paulus Æmilius *deciſ.* 241. *part.* 1. Barboſa *in l. Titia, D. ſolut. matrim. num.* 40. Gutierr. *lib.* 3. *pract. cap.* 14. *num.* 30. & *lib.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 3. Ioann. Garcia *de expenſis cap.* 9. *ex num.* 90. Laſarte *de decima vendit. cap.* 19. Leſſius *de iuſt. & iure, lib.* 2. *cap.* 39. *dubit.* 41. Enriquez *in ſumma Theolog. moral. lib.* 7. *cap.* 26. Suarez *de Religione, lib.* 1. *cap.* 14. *numer.* 1. Gabriel Vazquez *in opuſcul. moralibus, titul. de benef. cap. vnico*, §. 1. *dub.* 4. latiſſimè Marta, qui plures alios adducit, *de iuriſd.* 2. *part. cap.* 43. *num.* 46. & *ſeqq.* Riminald. Iun. *conſ.* 41. *num.* 25. *volum.* 1. Camill. Borrell. *in addit. ad Bellugam*, §. *tractemus*, & §. *reſtat, & de præſtan. Reg. Cathol. cap.* 59 *per totum*, Raphaël. de la Torre *in* 2. 2. *tom.* 1. Calliſt. Remir. *de lege Regia Regni Aragon.* §. 31. *ex num.* 3. Roſent. *de feud. cap.* 4. *concl.* 27. *per totam*: vbi quod decimæ poſſunt laicis in feudum concedi, Cardoſus *in praxi iud. & aduocat. verb. Papa, numer.* 18. Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 146. & 147. *pag.* 910. Eman. Rodr. *in quæſt. regul.* 2. *tom. quæſt.* 44. *art.* 3. *pag.* 156. Seraphin. omninò videndus, *dict. deciſ.* 1387. *num.* 2. vbi, quod benè poſſunt fructus decimarum laicis concedi ab habente poteſtate, Cabedus *deciſ. Luſitan.* 63. *ex num.* 1. *part.* 2. Gilken. *de præſcript.* 3. *part. cap.* 8. *num.* 18. Seſſe *deciſ.* 162. *num.* 8 Martin. Mager. *de aduocat. armata, cap.* 9. *num.* 797. *pag.* 414. & *ſeqq.* Petrus Petra *de poteſt. Princip. cap.* 24. *num.* 159. Melchior Reinoſus *obſeru.* 50. *à num.* 5. D. Franc. de Leon *deciſ. Valentina* 3. *num.* 11. *part.* 1. Moneta *de decimis, cap.* 5. *num.* 83. D. Ioann. del Caſtillo *in* 7. *tom. controuerſ. de tertiis, cap.* 10. *per totum*, quæ referunt † exempla plurimorum Regum, 10
quibus conceſſæ ſunt, quæ etiam ex noſtris Hiſtoricis proſequuntur Mariana *de rebus Hiſpan. lib.* 13. *cap.* 22. Zurita *in Annal. lib.* 2. *cap.* 50. & *lib.* 1. *cap.* 25. Mieres *in hiſt. Regis Iacob. I. lib. cap.* 9. Beuter. *lib.* 2. *cap.* 8. Petrus Gregor. *lib.* 17. *ſyntagm. cap.* 7. *num.* 22. Valdes *de dignit. Reg. Hiſpan. cap.* 20. *numer.* 25. & Carbonel. *lib.* 1. *hiſtor. Arag. cap. del Rey Empere.*

Quibus adſtipulantur Felin. *num.* 44. Dec. *num.* 25. *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* & alij, quos refert & ſequitur Petr. Belluga *in ſpec. Princip. Rubr. de decim. num.* 134. vbi, quod plus eſt, tenent † poſſe Papam, ſi 11
velit, de plenitudine poteſtatis, etiam ſine cauſa, concedere laicis decimas, & alia ſpiritualia, qua tamen nunquam vti velle præſumitur, vt ſingulariter tradit Innocent. *in cap. innotuit, de elect.* & latè Petr. Petra *in d. tract. de*

potest. Princip. cap. 324. §. principali, ex n. 34. & seqq. si tamen vtatur, factum tenebit, & sine discrimine ab inferioribus erit obseruandum, vt, post alios, concludit Abbas in d. cap. à nobis, de decim. Felin. in cap. ad audientiam, el 2. de rescript. col. 5. ad finem, Couarr. d. cap. 17. n. 9. & videtur probari in d. l. 23 part. ibi: Como el lo tuuiere por bien.

Sed nobis ad hæc confugere necesse non est, cum in Bulla, de qua agimus, tot causæ adeo vrgentes, & efficaces considerentur, & vel il-
13 la † sola satis sufficiens censeri soleat, quod Reges nostri Prouincias infidelium acquirere, & ad Fidem conuertere procurabant, de qua in terminis agit text. in cap. Adrianus 63. distinct. d. cap. cum in Apostolica, & alia iura supra citata, Hostiens. in summ. tit. de decim. §. sed vtrum, vers. Tertiò quæritur, Henric. & alij, quos refert & sequitur Rebuff. d. q. 13. num. 110. latissimè Callistus Remirez d. §. 31. vbi indubitanter tenent, posse Papam concedere alicui Principi laico, fauore Fidei, quod percipiat decimas omnium locorum Paganorum, aut schismaticorum, aut hæreticorum, quos potuerit subiugare. Quod etiam docuit noster Gregor. Lopez, & multum notari iubet, pro tertiis, quas Papa concessit Regibus Hispaniæ in d. l. 23. tit. 20. part. 1. verb. Tomen diezmos, & Martin. Mager. d. cap. 9. num. 799.
14 vbi inquit, olim † Carolum Martellum decimas suis nobilibus concessisse, in compensationem auxilij sibi contra Sarracenos exhibiti, & in terminis tertiarum nostræ Hispaniæ Couarr. d. cap. 17. ferè per totum, Bobadill. Castillo, & alij ex supra relatis, vbi de decimis Regni Gallæciæ, & Granatæ loquuntur, & loquendo de priuilegiis decimarum concessis Regibus Franciæ, latè Guiller. Bened. in cap. Rainuntius, verb. Duas habens, num. 122. Rupellanus lib. 1. instit. forens. cap. 25. & de concessis ab Vrbano II. Regi Aragonum, & Regibus Hispaniæ anno millesimo nonagesimo quinto, & qualiter Neapoli & Siciliæ practicetur, Petr. Belluga d. rubr. 15. §. tractemus, num. 24. Marc. Mantua cons. 121. num. 189. cum seqq. & Camil. Borrell. dict. cap. 59.

15 Præsertim † dicta acquisitione, & conuersione virtute, & confidentia huius concessionis, & priuilegij ex postfacto sequuta, quæ illud firmius, & omninò irreuocabile reddit, & veluti ad euictionem obligat, tam ipsum concedentem, quam eius successores, eo quod in vim contractus, & præmium laboris transire videatur, vt tenet Imol. & Felin. num. 9. & alij DD. communiter in cap. nouit, de iudiciis, & in cap. veritatis, de iureiurand. Bald. in l. qui se patris, col. 6. C. vnde liberi, & innumeri alij, quos refert & sequitur Ant. Gabr. lib. 3. commun. opin. tit. de non tollend. iure quæsito, concl. 5. & 7. latè Roland. cons. 76. num. 19. vol. 2. Couarr. in cap. requisisti, num. 2. de testam. Carol. Ruin. cons. 25. num. 16. volum. 1. Molina de primog. lib. 1. cap. 10. num. 31. & lib. 3. cap. 6. num. 11. & 12. & Nos sup. hoc tomo, lib. 2. cap. 10. ex num. 55. & cap. 27. num. 58.

Et eo etiam considerato, quod (vt eadem
16 Bulla præsefert) dicta † concessio non fuit simplex, sed grauando Reges nostros, vt Ecclesiis, & Ministris Ecclesiarum de suis bonis necessaria subministrarent, prôvt semper faciunt, & fecerunt. Quo casu, † cùm decimæ, quatenus non sunt necessariæ ad omnimodam sustentationem Clericorum ministrantium, non sint de iure diuino, sed de iure positiuo, vt probat l. 1. tit. 2. part. 1. Couarr. d. cap. 17 num. 2. vers. Præterea, & communis Theologorum, & Iuristarum, de qua Nos suprà hoc tomo, lib. 1. cap. 21. num. 44. & seqq. benè potuit Pontifex eas absque vlla dubitatione concedere; cùm † in positiuis possit etiam sine causa, & ad beneplacitum dispensare, cap. innotuit, vers. Quamuis, de elect. cap. proposuit, de concess. præbend. Innocent. in cap. cum ad Monasterium, num. 1. de statu Monach. Abb. in cap. fraternitatis, col. 2. de schismaticis, Decius cons. 436. num. 14. latè & optimè Hostiens. Ioan. Andr. Henriq. Ancharr. & alij in d. cap. à nobis, post gloss. ibi, de decimis, Rebuff. de congrua, num. 80. Couarr. vbi suprà num. 6. Seraphin. decis. 1345. num. 2. vbi probant, semper in † concessione decimarum laicis facta, hanc obligationem inesse, vt salarium, vel congruam dare debeant Rectoribus Ecclesiarum, ad quos alias de iure tales decimæ pertinerent, & Pater Rebellus de obligat. iust. 2. part. lib. 18. quæst. 13. num. 7. pag. 872. vbi notabiliter addit, has donationes modales esse, & quod † etsi quis iubeatur, quod superest de decimis sibi concessis, vltra necessariam Clericorum sustentationem, in alios pios vsus conuertere, & id non faciat, peccabit quidem ob modum non impletum, verum ad restitutionem non tenebitur. Quinimò † Sotus lib. 10. quæst. 4. art. 3. col. penult. ad medium, bona hæc decimalia laicorum ab obligatione præstandi eleemosynam libera esse dicit, & à præstatione subsidij, quod & tradit Ioan. Garcia de expens. cap. 4. num. 99. Reinosus obseru. 50. num. 16. Barbos. in d. l. Titia, num. 42. P. Molina, qui reprobat Lasartem contrarium tenentem, disput. 663. num. 10. licet secus sit in excusato ex Breui Pij V. dat. Romæ 4. Martij ann. 1572. quem refert Perez de Lara in compendio trium gratiarum lib. 2. del excusado, fol. 52.

Neque his obstat prohibitio Concilij Lateranensis, cum ei expresè derogatum in dicta Bulla reperiatur, quod sufficit † ad illius eneruationem, & dispensationem, vt per Archid. in cap. 1. de const. lib. 6. Ioann. Andr. in cap. 1. de excess. Prælat. Bald. in l. humanum, num. 5. de leg. latè Felin. in cap. nonnulli, col. 4. de rescript. & communis opinio, quam omnis mundus obseruat, vt testatur Lodou. Gomez. in d. cap. 1. de constit. num. 86. & Martin. Magerus, omninò videndus, d. tract. de aduocat. armat. c. 9. num. 797. pag. 414. vbi ait, prohibitionem dicti Concilij hodie in decimis temporalibus in vsu non esse.

Cui etiam, vel per † clausulam, Non obstantibus, & alias, quæ in eadem Bulla continentur, satis derogatum videri posset, quamuis ipsius Concilij peculiaris mentio facta non fuisset, vt per Felin. vbi suprà col. 2. & Gomez. num. 186. cum aliis, quæ de † viribus eiusdem clausulæ tradit Marta de clausul. 1. part. clausula 74. Aug. Barb. eodem tract. clausula 82. & seqq. & Cardin. Tusch. litt. C. concl. 348. & 349. vbi, quod derogat etiam dispositioni Conciliari, maximè si iungatur cum clausula, Motu proprio, quæ etiam in dicta Bulla reperitur, vt

vt per Cassador. decis.4.de præbend.Fab.decis.60. lib.2. & plenissimè Petrus Petra de potest.Princip.cap.32.pag.655.cum multis seqq.

5 Vt omittam, † quod vbicunque de voluntate Principis constat, & quod iure contrario, derogare voluit (prout in nostro casu contigisse videmus) non est curandum, vtrùm alia formalis derogatio interueniat, necne, vt rectè docuit Ioann. Andr. in cap.1. de excessibus Prælat. quia non figura litterarum, sed sensus intellectualis inspicitur, secundùm Bald. cons.180. lib.4. Socin.& Moder. in l. si mihi & tibi, §. in legatis, D. de leg.1. Alexand. cons. 187. lib. 5. num.18. & cons.111. num.16.lib.6.vbi hanc communem appellat, Crauet. cons.126. num.4. Rebuff.in concord. tit.de forma mandat. Apost. pag.
6 201. gloss. Non obstantibus. Cum † autem Papa laico decimas concedit, eo ipso visus est Lateranensi Concilio derogare, & velle, quod non obstante, quod donatarius sit laicus, decimas percipere possit, argum. text. in l. idem Vlpian. §. sunt & alij, de excusat. tut. & eorum, quæ notant DD. in l. quidam consulebat, D. de re iudic. Ias. in l. Barbarius, num. 8. D. de offic. Prætor. Abb. Felin. Imola, & alij in cap. præterea, de testib. congend. idem Felin. post alios, in cap. cùm inter, de except. & loquendo in terminis priuilegij, per quod tollebantur decimæ Parochiano, Decius cons. 113. num. 5. Dis-
7 positio † quippè generalis, quæ solùm in vno casu potest verificari, idem operatur, ac si ille in eadem dispositione fuisset expressus, vt in l. 2. D. de liber. & posthum. l. pediculis, §. item cum quæreretur, D. de auro & argento legato, & in terminis Ioann. Andr. d. cap. 1. col. 2. & plures alij, quos refert Marescotus lib. 1. var. resolution. cap.19. per tot. vbi etiam in terminis disputat de clausulis & requisitis necessariis, ad hoc, vt Concilio Lateranensi in materia concessionis decimarum derogari videatur, & in quo differat à derogationibus sancti Concilij Tridentini.

Porrò tantum abfuit, † quod Reges nostri ex his decimis aliquod compendium temporale prætenderint, vt vel ipsi iidem Catholici Ferdinandus, & Elisabeth, qui dictam Bullam impetrarunt, ex suis reditibus omnes spirituales, & Ecclesiasticas Indiarum functiones, expeditiones, & missiones suppleuerint, provt & hodie eorum successores faciunt, congrua quingentorum millium marapetinorum Episcopis assignata, & respectiuè aliis Præbendariis, & Beneficiariis similiter, vbi nullæ, vel minus sufficientes decimæ colliguntur, & vbi sunt sufficientes, eas eisdem Ecclesiis liberaliter relinquendo, duabus tantum nouenis partibus sibi reseruatis, iuxta formam, & diuisionem, quam cap. 4. trademus, vbi de earum erectionibus egerimus.

Illud interim vtiliter adnotantes, † hanc decimarum concessionem, quæ Regibus fieri solet, non tam dirigi ad ipsum ius easdemmet decimas percipiendi, & proprio titulo habendi, quod spirituale est, ac per consequens seculares excludit, sed ad fructus temporales, qui ex ipsis decimis resultant, atque procedunt, cap. tua, cap. dudum, cap. prohibemus, de decimis, cap. fin. ne Prælat. vices suas, cap. vestra, de locato, gloss. in cap. peruenit, verb. Laicalibus 1. quæst. 3. & in cap. vlt. verb. Non licet 16. quæst. 1. l. 1. tit. 5. lib. 1. Recop. DD. omnes in cap. 3. de iudic. Redoan. de spoliis Clericorum, q. 14. à num. 4. Bald. in l. si vsusfructus, in lect. antiqua de iure dot. D. Thom. 2.2. q. 10. artic. 4. ad 3. Roder. Suar. alleg. 8. num. 12. Sotus de iustit. & iure lib. 9. q. 7. art. 1. Couar. d. cap. 17. pract. & lib. 1. var. cap. 17. num. 5. Ioan. Garcia de expensis cap. 9. num. 97. Lasarte de decim. vend. cap. 19. num. 32. Anast. Germon. de sacrorum immunit. lib. 3. cap. 19. num. 54. Gironda de priuil. num. 251. Barbosa in d. l. Titia, D. solut. matrim. num. 41. per totum, cum aliis relatis à Suarez de benefic. cap. 1. dub. 7. & latè noster Ioann. Balboa, insignis Primarius Salmanticensis, in cap. causam quæ 7. de præscript. ex num. 5. & D. Francisc. de Leon d. decis. Valentiæ 3. num. 13. & 14. lib. 1. vbi, quod ius decimandi non potest laicis concedi, tamen fructus decimarum benè possunt cadere in laicum, quia non est ius spirituale, sed temporale, ex pluribus ibidem adductis.

Et simul, † atque tales fructus ex priuilegio Pontificis ad Principes seculares pertinent, efficiuntur de Regalibus, & inter temporalia, & patrimonialia ipsorum bona connumerantur, vt expressè docet glossa per text. ibi in cap. generali, verb. Regalia, de elect. lib. 6. vbi etiam Archidiaconus, Ioann. Andr. & Ioann. Monach. num. 4. Butrius num. 13. Geminianus num. 9. Bald. in cap. 1. in fine princip. tit. Episcop. vel Abbat. in feud. Bertrand. cons. 276. n. 17. lib. 3. Belluga in specul. Princip. rubr. 13. §. tractemus, num. 38. vbi latiùs eius Additionator, Camill. Borrel. Auendañ. de exeq. mandat. part. 2. cap. 4. num. 20. Ioan. Gutier. lib. 1. pract. quæst. 4. num. 1. Arnulph. Ruzeus de Regal. priuil. 16. num. 29. Petr. Greg. lib. 17. syntagm. cap. 7. numer. 19. Sixtinus in tract. de Regalib. cap. 2. num. 54. Barbosa in d. l. Titia, num. 41. in princip. Melch. Reinosus obseruat. 50. numer. 15. Cabed. decis. 63. num. 3. D. Hieron. de Leon decis. 3. num. 30. D. Francisc. Salgad. de protect. Regia, 3. part. cap. 10. num. 148. & plures alios referens noster diligentissimus D. Ioan. del Castill. tom. 7. controuers. de tertiis, cap. 11. num. 2. 30

Vnde dubitari solet, † vtrum si super decimis, ita donatis, & earum perceptione, occupatione, vel vsurpatione aliqua lis oriatur, siue de facto, siue de iure inter ipsum Principem, & priuatos, vel inter eosdem priuatos inuicem decertantes, siue seculares sint, siue Ecclesiastici, possit Princeps, & eius Ministri seculares de eiusmodi causis cognoscere, & in eis iurisdictionem exercere? Quæ quidem quæstio, cum alias sæpè, tum præcipuè † hisce diebus in supremo Indiarum Consilio acerrimè agitata, & ventilata fuit in causa Ecclesiarum Cathedralium earundem Indiarum, cum ordinibus Religiosorum in eis commorantium, qui virtute priuilegiorum, quæ se habere dicunt, de decimis non soluendis, plura quotidie prædia emunt, & colunt, quæ antea apud laicos possessores decimas exsoluebant, & ab eorum præstatione se subtrahunt, in graue damnum dictarum Ecclesiarum, quæ, vt ei obuiam iretur, enixè postulabant, & vt Religiones ad obseruantiam cap. nuper, de decimis reducerentur. Qua in causa Ego Regij Patronatus nomine, & tanquam eius, Fiscalis, atque Defensor, 31 32

Ecclesiarum

Ecclesiarum Cathedralium partes egi, & in di-
cto Senatu eam peragendam, & terminandam
obtinui, non obstante declinatoria exceptione
à Religiosis opposita, qui iudicium sedis Apo-
stolicæ prouocabant, & in sui fauorem primam
quoad hanc remissionem sententiam reportaue-
rant, eiusque confirmationem ex sequentibus
prætendebant.

Primò, quoniam hæc causa inter personas
merè Ecclesiasticas tractabatur, & rei, ac pos-
35 sessores conuenti Religiosi erant, de † quo-
rum personis, & bonis, tam in ciuilibus, quam
in criminalibus seculares iudices, qualibet
dignitate fulgentes, etiam ipsis consentienti-
bus, & consuetudine in contrarium allegata,
& probata, non solum incompetentes, verùm
omninò incapaces existunt, & priuatiuè so-
lum Ecclesiastici cognoscere possunt, *cap. si
diligenti*, *cap. significasti*, *de foro competenti*,
cap. cum non ab homine, *cap. at si clerici*, *cap.
qualiter*, & *cap. clerici*, *de iudic. Auth. statui-
mus*, *C. de Episcop. & cleric. apud proprios
Episcop.* cum innumeris aliis, quæ circa ho-
rum iurium praxim, & illustrationem post alios
antiquiores, tradit Couar. *cap. 31. pract.* dis-
putans, à quo iure hæc exemptio proueniat,
Bellarm. *lib. 1. de cler. cap. 28.* Marta *de iurisd.
2. part. cap. 6.* Carol. de Grassis *de effect. cleri-
cat. effect. 1. num. 2. & ampliat. 7. n. 42. & 372.*
Germon. *de sacror. immunit. lib. 3. cap. 5. n. 65.*
Barbosa *in collect. ad Decretal. sup. cap. Eccle-
sia sanctæ Mariæ*, *de constit. num. 17.* Cenedus
*collect. 37. à num. 7. & lib. 4. cap. 8. num. 12. &
cap. 9. num. 3.*

Secundò, quia in proposita specie agitur
de interpretatione, valore, & obseruatione
36 priuilegiorum Romani Pontificis, quo † ca-
su, nedum lite inter Ecclesiasticos orta, verum
& inter quoslibet seculares, ipse Pontifex adiri
iubetur *in cap. cum venissent de iudiciis*, iun-
cta *l. ex facto*, *D. de vulgar. l. 27. titul. 18.
part. 3. l. 2. tit. 1. part. 2.* & vtrobique Greg.
Lop. *l. 6. tit. 1. lib. 4. Recop.* iunctis aliis, quæ
tradit Catelian. Cotta *in memorab. iur. verb.
Priuilegium*, Ioan. Garc. *de nobilit. gloss. 1. §. 1.
num. 1. & 2.* Gutier. *lib. 3. pract. q. 28. n. 2.* Girond.
de priuil. num. 83. & Cochier. *de iurisd. Ordinar.
in exemptos, lib. 2. q. 13.*

Tertiò, quia etiam his cessantibus, cum hæc
lis super decimarum controuersia agitetur, &
quidem non tantum in articulo merè possesso-
rio, sed super petitorio, & declaratorio iuris
à Religionibus decimandi, vel non deciman-
37 di, † merè spiritualis, vel saltim spirituali an-
nexa censenda est, & talis, vt de ea etiam in-
cidenter iudices seculares cognoscere nequeant,
cap. tua, *de decim. Clem. dispendiosam*, *de iudic.
l. 56. tit. 6. part. 1.* ibi: *E mostrò, que aquel-
las demandas son espirituales, que se fazen por
diezmos, è pertenecen à juizio de santa Iglesia,
è los Prelados las deben juzgar.* Quod & pro-
bat Alex. III. in quarto Decretal. *sub titulo de
iudiciis*, quæ habetur *in 1. compilat. Decretal.*
& incipit. *Relatum*, vbi conqueritur, quod
laici priuati de decimis non vereantur iudicare,
cum id neque à quolibet Rege, vel Principe,
sustinendum esset, & præcipit, vt deinceps su-
per his causis, *Nullatenus se intromittere præ-
sumant, sed eas venerabili Episcopo, & aliis per-
sonis Ecclesiasticis tractandas, & iudicandas,
sine contradictione qualibet relinquant*, idem do-
cent, & vbi agitur de ipso iure decimandi, &
de priuilegio Pontificis, super eo concesso, cer-
tissimum esse inquiunt, gloss. *in cap. ex teno-
re, verb. Ecclesiasticum iudicem*, *de foro com-
petenti*, & *in cap. 1. 11. quæst. 1.* Feder. de Senis
cons. 245. num. 3. Andr. Gail. *lib. 1. pract. ob-
seru. 38. num. 1.* Germon. *d. lib. 3. cap. 19. n. 2.*
& expressè Alex. Moneta *de decimis, cap. 8.
quæst. 1. ex num. 1. ad 14.* Rebuff. *eod. tractat.
quæst. 10. num. 2 & 38.* ibi: *Et quando agitatur de
iure decimandi, quia causa spiritualis est, cogno-
scit Ecclesia*, Ioan. Gutierr. *lib. 3. pract. q. 26.
ex num. 1. ad 9.* Azor *1. part. inst. moral. lib. 7.
cap. 36. quæst. 1.* Zerola *in prax. Episcop. verb.
Decima, vers. Ad sextum*, Marquesan. *de com-
mission. 2. part. cap. 4. num. 30.* Quibus † fauet *l. 5.* 3
titul. 1. lib. 4. Recop. vbi in causis decimalibus
laicos coram Episcopis citandos esse innuit, &
quidem in capitibus Episcopatus, quam in hoc
benè expendit Gutier. *vbi suprà n. 7.* Anguia-
nus, omninò videndus *in tract. de legib. lib. 2.
controuers. 13. num. 24.*

Quartò, pro parte earundem Religionum,
ad suam declinatoriam magis corroborandam,
adducebatur, quod in quæstione proposita,
neque Fiscus, neque Ecclesiæ Cathedrales,
nomine eius, se iuuare poterant eo priuilegio,
quod causæ fiscales, etiam decimales, coram
fisci iudicibus tractari debeant. Eo quod Re-
ges nostri has decimas Indiarum, de quibus
agimus, sibi à sede Apostolica concessas, iam
à se abdicarunt, & eisdem Ecclesiis concesse-
runt, vbi sufficere visæ sunt ad congruam ea-
rum dotem, & sustentationem, vt suprà tetigi-
mus, & infrà latiùs *cap. 4* dicemus. Vnde † mu- 3
tatione personæ, illud priuilegium cessare, &
mutari videtur, & ad subrogatum non transit,
l. per procuratorem, *D. de acquir. hæred.* ibi:
Mutatione personæ castrensia esse desierunt, *l. 1.
D. de impon. lucrat. descript. lib. 10. l. licitatio, §.
Fiscus*, *D. de publican.* notat Bart. *in l. 1. nu-
mer. 4. C. de nauicular. lib. 10.* Bald. *in Rub. de
vsur. quæst. 4.* Petr. Antiboli *de muneribus, 3.
parte, numer. 86.* & post alios Gironda *de ga-
bellis, 7. parte, §. 1. num. 5.* Aluar. Valascus
*de iure emphyt. quæst. 15. num. 5. vers. Quibus
accedit, & quæst. 17. num. 15.* & Menoch. *cons.
703. num. 18.*

Et in ipsis nostris decimarum terminis, quod
etiam si Principibus laicis concessæ, tanquam
quid temporale iudicari possint, vbi tamen
† ab eisdem, Ecclesiis redonantur, priscam 4
naturam recipiant, & omni respectu iuris Ec-
clesiastici censeri debeant, expressè docent, &
probant Greg. Lop. *in l. 23. tit. 2. part. 1. verb.
No tomen diezmos*, Arnulph. Ruzæus *in tract.
de iure Regalior. priuil. 55. vers. Et est adeò
verum*, Rebuff. *de decim. quæst. 10. n. 50.* Mieres
de maiorat. 1. part. quæst. 58. num. 189. Francisc.
Grimaldet. *in §. decimarum, lib. 2. cap. 6. num. 50.*
Geor. Lobetus *litt. D. arresto 60.* & Brodæus
in eius additionib. Bleinian. *de benef. lib. 1.
cap. 5. numer. 24.* & alij, quos refert & sequi-
tur Aug. Barbosa *de potest. Episcop. 3. part. al-
leg. 121. à num. 10.* Quia † quælibet res de faci- 4
li reuertitur ad suam primæuam naturam, *l. si
vnus*, *§. pactus*, *vers. Quod & in specie*, *D. de
pactis*, *l. si testamentum 23. D. de testam.* Goza-
din. *cons. 1. num. 35.* Curt. Iun. *cons. 1. num. 23.*

Gonçalez

Gonçalez *ad regul. 8. Cancell. gloss. 7. à num. 9.* cum aliis adductis à Velasc. *in axiom. iuris, litt. R, num. 84.*

Sed his non obstantibus, Ego pro parte Ecclesiarum Indiarum, & supremi Senatus iurisdictione tuenda, consideraui. Primò, incapa-
2 citatem † iudicum secularium, quæ ex aduerso proponitur, tunc quidem obstare posse, vbi de ipso iure decimandi tanquam spirituali tractatur: hoc enim est, quod agunt, & supponunt iura & Auctores, qui de dicta incapacitate loquuntur. Cæterum vbi de hoc dubium non versatur, sed de temporali earum perceptione, negari non posse, communem esse, & receptam omnium Regnorum, & Tribunalium praxim, vt de litibus, & quæstionibus decimarum, quæ semel Regibus concessæ sunt, siue in facto, siue in iure consistant, Regia suprema Tribunalia priuatiuè cognoscant, & pronuntient, etiam cum inhibitione Nuntij Apostolici, & aliorum iudicum Ecclesiasticorum, si quando, se his negotiis immiscere præsumunt, vt in specie testatur Couarr. *in pract. quæst. 35. num. 2.* ibi: *Tertiò, quoties decimæ à Romano Pontifice translatæ fuerunt in Principem laicum, poterit iudex secularis, vtcunque causa tractetur, de decimis cognoscere, imò ad eum pertinet huius causæ cognitio priuatiuè, &c.* quod etiam probat, & † exemplis illustrat, Petr. Belluga *in dicto speculo Princip. Rub. 13. §. restat, ex num. 1.* vbi *num. 14.* concludit: *Quòd si Ecclesiastici de eis cognoscere teneant, Princeps, reintegrando suam iurisdictionem, procedit ad occupationem temporalitatum*, Ioan. Gutier. *lib. 1. pract. quæst. 14. num. 4.* vbi referens verba Couarr. inquit, eius resolutionem vbique locorum seruari, Stephanus Auferius ad Capell. Tholosan. *decis. 109. ante finem*, dicens, Episcopum Albiensem litigasse cum subditis suis super decimis in Curia Parlamenti, Guillerm. Benedict. *in cap. Rainuntius, verb. Duas habens filias, fol. 19.* Rebuff. *de decimis, quæst. 10. num. 39.* qui firmant, ita in Regno Franciæ inconcussè seruari, post Rupellanum *lib. 1. forens. instit. cap. 25.* Guid. Papæ *decis. 1. & decis. 288.* Cassan. *in consuet. Burgund. rub. 1. des justices, §. 6. num. 35.* Franc. Marc. *decis. 45. part. 2.* vbi de eadem Galliæ consuetudine testantur, Castellus *in l. 6. Taur. gloss. de qualquier calidad, vers. Et quod dixi, & in l. 3. verbo Veinte y quatro horas, vers. Ex quo infertur,* Georg. Cabedus, qui testatur *de consuetudine Regni Lusitaniæ, decis. 63. num. 4. part. 2.* Cacheran. *decis. Pedem. 32.* Thesaurus *decis. 22.* qui testantur *de consuetudine Sabaudiæ*, Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. cap. 71. num. 348. & in addit. ad Bellug. d. §. restat, litt. E, verb. Princeps*, vbi consuetudine Regni Neapolitani, Adrian. Geland. *lib. 2. rer. iudic.* Augustæ Cameræ Imperialis, *decis. 13. num. 5. & 6.* vbi de consuetudine Germaniæ, Callist. Remirez *de lege Regia, §. 31. num. 4.* vbi de consuetudine Regni Aragonum, Thom. Mier. *in constitut. Cathalon. pag. 367.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. gloss. 13. part. 2. num. 58.* & D. Franc. de Leon, omninò videndus, *d. decis. 3.* vbi de consuetudine Cathaloniæ, & Regni Valentiæ, cui decisioni ipse Leo hunc titulum præfixit: *Decimæ in Regno Valentiæ ex priuilegio Apostolico Regi concessæ, & effectæ fuerunt profanæ, & de earum causis iudices Regis cognoscunt, etiam in petitorio*, quod idem non minus apertè, & constanter docet insignis Petr. Barbos. duas ad id fulciendum rationes adducens, *d. l. Titia, num. 42.* Alexand. Moneta sibi contrarius *de decimis, cap. 8. num. 15. ad medium, pag. 118.* qui hanc praxim, de qua loquimur, negare non potuit, prout & fecit Ioan. Azorius *lib. 7. institut. moral. cap. 36. quæst. 3. in fine*, & Anguianus *lib. 1. de legibus, controuers. 13. num. 27.* Hier. Ceuallos, latissimè loquens, *lib. 3. commun. quæst. 822. numer. 75.* inquiens: *Quod licet decimæ, quamdiu sunt penes Ecclesiam, sint bona Ecclesiastica, si tamen transferuntur in laicum, perdunt nomen, & priuilegium rerum Ecclesiasticarum, & iudex Ecclesiasticus non cognoscit de illis, arg. d. l. per procuratorem, cum aliis suprà dictis.*

Et vltra prædictos Auctores, & alios, quos ipsi adducunt, eandem sententiam, & praxim expresè, & securè admittit Paz *in praxi, 2. tomo, prælud. 2. numer. 24.* resoluens cum Rebuff. & Couarruu. *suprà*: *Quod in his causis decimarum secularis poterit cognoscere, non solum de quæstione facti, sed etiam de quæstione iuris*, Ioann. Garcia *de expensis, cap. 9. num. 24.* qui testatur, quod in lite olim mota inter Episcopos, & Nobiles Regni Castellæ & Gallæciæ, tempore Dom. Regis Enric. I. & iterum tempore Regum Catholicorum super decimis, quas iidem Nobiles se ex concessione Apostolica habuisse, vel alias legitimè possedisse, & præscripsisse prætendebant ante Concilium Lateranense: *Res apud Senatores Regios agitata hinc inde est, qui tandem pronuntiarunt, non esse amplius de ea re agendum Episcopis, Nobilesque iustè decimas percipere, nec esse amplius inquietandos, nec perturbandos, vt habetur latissimè in Chronic. Ioann. I. cap. 10.* Bobad. *in Politica lib. 2. cap. 18. num. 14.* vbi referens eundem Ioan. Garciam, & alios ex suprà relatis, concludit: *Que quando los diezmos, ò las tercias de ellos pertenecen à los Reyes, ò à señores, ò à Caualleros por derecho beneficial, ò feudal, ò por priuilegio concedido por el Romano Pontifice, podrà no solo el Consejo supremo, sino qualquier Corregidor en su ciudad conocer delas tales causas, no solamente en la possession, pero en la propriedad, y de qualquier suerte y forma que se traten, &c.*

Quibus adstipulatur elegans consilium Cumani 84. incipit: *In causa decimali, num. 3.* vbi inquit: *Quod licet cognitio decimarum regulariter sit fori Ecclesiastici, si tamen de eis esset facta concessio feudalis, vel alias laico, tunc ratione commoditatis temporalis iudex potest esse laicus*, quem sequitur Balb. *de præscrip. 1. part. 5. partis principalis, quæst. 7. num. 7. in fine*, Ioan. Anton. de Nigris *in capitulum Reg. Neapol. Item, statuimus, quod Comites, in fine*, & Petr. Foller. *in cap. Reg. & quia nuper, num. 1.* Carol. Tapia *de iure Regn. Neapol. lib. 1. tit. de decimis, pag. 75. num. 6. & seqq.* idem tenet Bursatus *cons. 50. num. 14. lib. 1.* vbi defendens alienationes, quas Duces Mantuæ fecerunt de iuribus quasdam decimas percipiendi, quæ ad ipsos pertinebant ex priuilegio Apostolico ante Concilium Lateranense, ita notabiliter inquit: *Vtique istæ decimæ*

in

in perſonas laicorum non cenſentur prohibitæ, nec vetitæ, ſeu ſecularibus interdictæ, quin etiam vti ab antiquo ante dictum Concilium habitæ, tanquam proprium laicorum patrimonium vendi, alienari, hypothecari, præſcribi, cognoſcique per iudices laicos, valent, vt tradunt communiter Canoniſtæ omnes in cap. cum Apoſtolica, & in cap. prohibemus, de decimis, Barbatia amplè conſil. 35. Iaſ. conſ. 156. lib. 1. Alciat. ex communi conſ. 10. num. 5. & ſeq. & Franc. Marcus deciſ. 17. num. 2. & deciſ. 185. &c. & idem repetit idem Burſat. conſ. 127. num. 121. vol. 2. & conſ. 49. num. 9. lib. 1.

Extat quoque pro hac parte elegans conſ. Menoch 757. n. 16. vol. 18. vbi, cum in caſu ſimili, ab aduerſariis de incompetentia, ſeu incapacitate iuriſdictionis obiectum fuiſſet, ita ſatisfacit: *Huic dubitationi reſpondetur, quod cum hæc decima feudalis conceſſa fuerit laicis, iure potuit ſereniſſimum dominium Venetorum de ipſius decimæ poſſeſſione, ſeu quaſi cognoſcere, & illam continuationem, vel miſſionem in poſſeſſionem D. Contarinæ concedere. Ita in terminis ſcripſit Petr. Rebuff. in tract. de decim. q. 10. n. 39. qui commemorat alios affirmantes, iudices Regios Galliarum, & Hiſpaniarum, de cauſis harum decimarum cognoſcere, & iudicare, quibus accedit Crauetta conſ. 258. col. 1. &c.*

Idem probat Rhenat. Choppin. de morib. Pariſienſ. lib. 3. tit. 1. num. 7. & 8. Franc. Duaren. de feud. cap. 5. num. 7. Argentræus ad conſuet. Britanniæ, tit. des apropriances, articul. 266. col. 1134. vbi plura Arreſta Pariſienſis Senatus ad hoc expendunt, & de Galliæ conſuetudine teſtantur, & Bernard. Grœuæus lib. 2. pract. obſeru. cap. 38. vbi plures ex Germanis ad idem adducit, & tetigit Roſenthal. de feudis, cap. 4. concl. 27. litt. B.

Quibus conueniens Steph. Gratian. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 238. num. 58. notanter omnia ſupradicta recolligens, concludit: *Quod de cauſis decimarum, quæ conceduntur per Pontificem Regibus, & Principibus, cognoſcit iudex ſecularis, etiam priuatiuè ad Eccleſiaſticum, quia poſſidentur titulo temporali, & non ſpirituali, ſiue ſit quæſtio iuris, ſiue facti, cum etiam tunc non agatur de iure decimandi ſpirituali, ſed de facultate percipiendi fructus contentos ſub nomine decimarum, vt per D. Thom. quæſt. 100. artic. 4. ad 3. &c.* & idem non minus apertè reſoluit Anaſtaſ. Germon. licet aliàs Eccleſiaſticæ iuriſdictionis propugnator acerrimus, lib. 3. de ſacror. immunit. cap. 19. num. 90. ſic inquiens: *Sed ſi decimæ à Romano Pontifice beneficiario, feudatarioue iure fuerint in Principem laicum tranſlatæ, vt fuerunt in Philippum Galliæ Regem, & in Catholicos Reges Ferdin. & Eliſabetham, vt Auctores ſunt Rebuff. & Didac. Couarruu. poteritnè ſecularis iudex cognoſcere, & de iis ius dicere? Lugdunenſes Ioann. Rupellan. Guillerm. Bened. Caſſan. & Pet. Bulluga, dicunt poſſe, imò ſi laicis moleſtia infertur coram iudicibus Eccleſiaſticis, ſuper huiuſmodi decimis, ſic infeudatis ante Lateranenſe Concilium, ſolent impetrare litteras à Rege, quibus inhibetur iudicibus Eccleſiaſticis, ne de his cognoſcant, ſed cauſas ad Magiſtratus ciuiles remittant. Et hoc eſt, quod ait Didacus, huius ſcilicet cauſæ cognitionem ad ſecularem iudicem pertinere, & quidem priuatiuè: quæ in re mihi videtur rectiſſima eius opinio, vt ſcilicet huiuſmodi praxis procedere valeat, quoties laici iure poſſunt decimas tenere, vt puta ex ſummi Romani Antiſtitis indulgentia, vel Eccleſiam recompenſauerint de maiore, vel æquali.*

Et pro eadem ſententia poſſunt expendi Palac. Rub. in repet. Rubr. de donat. inter, §. 33. num. 13. Menchac. controu. illuſtr. cap. 89. n. 6. Ceuall. lib. 4. q. 822. & 897. à n. 636. & in 5. tom. de violentiis, 2 part. quæſt. 17. & 25. per tot. Laſarte d. cap. 19. num. 30. Enriq. in ſumma, 2. tom. lib. 7. cap. 27. litt. Y. & plures alij Regnicolæ, quos Ego ipſe referam infrà hoc lib. cap. 4. ex num. 21. Quatenus † de tertiis decimarum, quæ competunt noſtris Regibus Caſtellæ ex conceſſione Apoſtolica, loquentes, 4
indubitanter affirmant, eiuſmodi decimas eſſe, & iudicari *tanquam quid merè temporale, & patrimoniale Principis, & ideò de eis cognoſcere poſſe iudices laicos, tanquam de rebus profanis, ſiue vergat in iudicio quæſtio iuris, vel facti, & vim facere Eccleſiaſticos, ſi eis inhibeant.* Quod idem poſt Nauarr. in Manual. cap. 21. num. 30. & alios Theologos & Iuriſtas reſoluit, & securè probat Enriq. in ſumm. lib. 7. cap. 27. num. 2. vbi refert conceſſiones tertiarum, & aliarum decimarum noſtris Regibus factas, & reſoluit: *Eis extantibus ſecurè poſſe decimas à laicis haberi, & poſſideri, & de eis non cognoſcere Epiſcopos ſed laicos iudices.*

Et eſt videndus Capicius deciſ. 20. vbi refert cauſam huiuſmodi decimarum in Senatu Neapolitano agitatam, & Camillus Borrellus in ſumma deciſ. tit. 19. de decimis, num. 20. & ſeqq. vbi non contentus hoc docuiſſe in addition. ad Bellug. & in dict. tract. de præſtan. Reg. Cathol. & in conſil. 20. centur. 1. latiùs idem repetit, affirmans: *Quod ex prædicta ratione in Regno Neapolitano cognitio omnium decimarum eſt penes Magiſtratus Regios, præſertim ſupremi Collateralis, ſiue ſanctioris Conſilij, & quod in conſtitutionibus illius Regni ita cauetur, quæ fuerunt confirmatæ à Papa Honorio*; & adducit plura exempla cauſarum, in quibus ita, ipſo patrocinante, pronuntiatum fuit. Et nouiſſimè in eadem ſententia ſunt D. Ioan. del Caſtillo, qui plurimos citat, tom. 7. contr. cap. 12. à num. 20. Did. Brito in cap. 2. de locato, part. 2. numer. 36. in fine, & D. Felicianus à Vega in cap. qualiter & quando, de iudic. num. 10.

Secundò conſiderari, ſemota prædictorum auctoritate, qui in communi de eiuſmodi decimis loquuntur, in † ſpecie decimarum noſtrarum Indiarum, id ipſum innumeris exemplis, & ſchedulis cautum, & probatum reperiri; quæ oſtendunt, ſupremum Indiarum Senatum de decimis, & cauſis eas concernentibus pronuntiaſſe, & ſecundùm iuris Canonici regulas ſtatuiſſe, vt patet ex his quæ referuntur in primo tomo ſchedul. impreſſ. ex fol. 176. cum multis ſequentibus: & in ipſo hoc negotio decimarum, quarum ſolutionem Religioſi detrectant, illam ann. 1576. ad D. Martinum Enriquez, Proregem Nouæ-Hiſpaniæ directam, quæ iuſſit, vt † lite pendente eos noua prædia acquirere non permitteret, & alias 26. Iulij ann. 1608. ad Dom. Proregem Peruanum Marchionem de Monteſclaros

Montesclaros, 28. Martij 1628. ad Dom. Principem Squillacens. 9. Martij 1624. ad Dom. Marchionem de Guadalcazar, 10. Maij ann. 1621. ad Fiscalem Audientiæ Argentinæ, quæ iubent, Bullas, & Brevia Apóstolica, quibus Religiones sua circa hanc exemptioné decimarum privilegia probare, & communire contendunt; recolligi, & ad supremum Indiarum Consilium remitri, vt in eo, quod oportuerit, ordinetur, & interim nihil in soluendis decimis, anteà præstari solitis, innouetur.

Quod etiam specialiùs prouisum fuit circa
47 Equites † Ordinum Militarium, qui similia priuilegia ad exemptionem decimarum allegabant, per sched. dat. Matriti 12. Martij ann. 1623. vbi hæc exemptio illis expresè negatur, & Regijs Indiarum Proregibus, Gubernatoribus, & Cancellarijs iniungitur: *Que cada uno en su distrito provea lo que mas le pareciere conveniente, para execuciō de lo referido; y assistan à los Prelados, y demas Ministros Eclesiasticos en todo lo que fuere necessario para la cobrança de los dichos diezmos, impartiē dolos para ello el auxilio seglar, en caso que sea necessario, demanera, que se consiga el efecto que se pretende, &c.* quibus schedulis non visis idem adhuc, licèt dubius, resoluit D. Carrasc. *ad leg. Recop. cap. 6. §. 2. num. 13.*

48 Porrò certi iuris est, eum † qui super aliqua causa habet potestatem statuendi, de eadem quoque in emergenti facti quæstione iudicare posse, cùm forum sortiri, & statutis ligari, regulariter pari passu procedat, gloss. *in cap. quod Clericis, verb. Aliquos, de foro competenti*, Anton. *in Rubr. de consuetud. num. 7.* Alex. *consf. 210. num. 2. lib. 2.* Decius *consf. 497. num. 1. & in cap. Ecclesia sancta Mariæ, numer. 18. de constit.* Boër. *decis. 13. num. 14.* & post alios, Alderan. Mascard. *de interpret. statut. conclus. 1. num 24.*

49 Licèt non inficier, † has leges Principum secularium, quæ super his materiis decimalibus, & aliis Ecclesiasticis statuunt, non in vim dispositionis accipiendas esse, cùm hoc facere non non possint, iuxta text. & DD. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. cap. fin. de vita & honest. Cleric. cap. 1. de immunit. Eccles. in 6.* Tiraq. *de retract. lign. §. 32. n. 80. cum seqq. & glos. 3. num. 3.* Anguian. *de legib. lib. 2. controuers. 15.* sed potiùs in vim declarationis, & quasi ius Canonicum coadiuvantes, & denotantes in ordine ad id, quod per ipsum dispositum est, vt benè aduertit P. Suarez *de legib. lib. 4. cap. 11. nu. 11. & in tract. de immunit. Eccles. lib. 4. cap. 2. nu. 10.* & alio in loco dicemus.

Tertiò allegaui, quòd vltra hoc priuilegium, quod habent Principes seculares, de his decimis cognoscendi, competit eisdem in casu huius litis aliud, quod eandem iurisdictionem
50 tutiorem reddit, † Fiscalium nempè causarum, & ab eis dependentium ad sua Tribunalia secularia, etiam contra Religiosos, & Ecclesiasticos adducendi, de quo *in l. proximè, D. de his, quæ in testam. delent. cap. nunc autem, dist. 21. cap. cùm venissent*, iuncta gloss. *verb. Iudicari, de iudic.* cum multis aliis, quæ tradit Alberic. *in Auth. statuimus, nu. 4. C. de Episcop. & cler.* Oldrad. *consf. 13. an Episcopus in princ.* Bossius *in praxi, tit. de publicat. bonor. num. 24.* Palac. Rub. *in repet. cap. per vestras, notabili 2. vers. Sed est pulchra dubitatio, num. 42.* Didac. Perez *in l. 2. gloss. 1. tit. 1. lib. 2. Ordin.* Azeued. per text. ibi *in l. 2. & 3. titul. 1. lib. 4. Recop.* Ruzeus *priuil. 16. num. 1. & 3.* Thom. Grammat. *in constit. Neapolis, Rubr. de ordin. iud.* quem refert & sequitur Balzaran. *in consti. Sicil. Rub. de cler. conuer. cap. 1. num. 13. pag. 457.* Couarr. *in pract. cap. 8. num. 3. ad finem*, Peregr. *de iure fisci, lib. 7. tit. 1. ex numer. 1.* & DD. Franç. Alfarus *in tract. de offic. Fiscal. gloss. 16. à num. 21.*

Cui priuilegio non obstat exclusio, quæ pro parte Religionum obiicitur, inde petita, quòd Rex noster iam has decimas sibi concessas in Ecclesias contulerit. Nam † verius, & certius 51 est, in multis prouinciis eas non contulisse, sed adhuc apud ipsum manere, & per Regios officiales administrari, qui soluunt Episcopis, & aliis Ministris Ecclesiæ, quæ necessaria sunt ad eorum congruam sustentationem. Et præterea in omnibus sibi reseruauit duas nouenas partes earundem decimarum, vt *sup.* tetigi, & dicam latiùs *infrà cap. 21.*

Et vt hæc deficerent, habet patronatum omnium Ecclesiarum Cathedralium Indiarum, cuius virtute ei incumbit ipsas defendere, & protegere, & de necessariis prouidere. si ipsis decimæ, quas largitus fuit, non sufficiant, quæ omnia operantur, vt possit, & debeat non solùm huic liti assistere, verùm & in se suscipere vt quę ipsum maximè tangat, & concernat, & ius patronatus ipsius, de cuius causis planum etiam est, quod in Regiis Tribunalibus semper tractatur, vt latiùs *in cap. seq.* trademus.

Vnde apparet dictam euasionem, siue obiectionem nullius esse momenti, quia † quoties- 52 cunque fiscus vendit, vel agitur de eius interesse propter euictionem, vel alio modo, potest eam litem trahere ad iudices fiscales, sic limitata, *l. venditor, D. de iudiciis*, vt probatur *in l. 3. C. de iure fisci, lib. 10.* vbi Bart. Paul. Castrens. & Iacob, *in dict. l. venditor*, & plures alij, quos ibidem refert, & sequitur Barbosa *num. 140. & 149.* Caualcan. *decis. 8. num. 2. cum seqq.* vbi *num. 7.* dicit, hanc esse communem sententiam, quod & fatetur Marta *de iurisd. casu 34. numer. 16. cum seqq.* reprobato Thesauro, qui in contrarium inclinat, Scaccia *de appellat. quæst. 7. num. 23.* Caldas *de empt. & vend. cap. 31. num. 82.* Cancer. *2. variar. cap. 16. à numer. 42.* & Dom. Alfar. *de offic. Fiscal. gloss. 16. priu. 1. à num. 26.*

Verum dato etiam, sine veritatis præiudicio, quòd hæc omnia deficerent, vel ex solo lis hæc apud Regium Senatum prosequi debet, quòd Ecclesiæ Cathedrales has decimas à Rege habere dicantur. Nam licèt Auctores, quos adduxi *sup. hoc cap. nu. 39.* affirment mutatione personæ Regiæ priuilegium cessare, & mutari. Plures tamen alij sunt, & magnæ quidem auctoritatis, qui contrarium tuentur, neruosè docentes, quod † decimæ semel Regi donatæ, 53 temporales, & Regiæ iurisdictionis effectæ, quamvis posteà ex eius liberalitate Ecclesiis donentur, non amittunt naturam Regaliorum, quam semel acceperant, vt ex Floriano, Iasone, & aliis, cum communi testatur Redoan. *de rebus Eccles. cap. de decimis, quæst. 8. num. 16.* Bursatus *consf. 50. ex num. 12. vol. 1. & consf. 127. num. 122. vol. 2.* Forgetus *in tract. de*

decimis, *cap.6.num*.8.Ruzeus *de Regalibus,priuil.* 55.*num*.4.& Argentræus *ad consuet.Brittan.titul. des apropriances*, *art*.266. *col*.1134.*num*.13. ibi: *Et verò quod magis mireris semel tali initio decimæ alienatæ,& in commercia deductæ,etiam si quo casu ad Ecclesias redierint, naturam non mutant, & in feudo & prioris domini conditione manent, nec à lege feudi laici eximuntur*; quasi dicat:sem-
54 per manere Regalia,& † ipsi Regi, qui ea concessit, incumbere, defendere Ecclesiam, & quemlibet alium donatarium, qui ab ipso, causam habuit, vt tradit gloss. *verb. Regalia*, *in d. cap. generali*, *de elect. lib*.6. vbi Ioan. Monac. *num*. 7. & Geminian. *num*.9.

Et expresse de iure nostro Regio probatur *in*
55 *l*.57.*tit*.6.*par*.1.vbi indistinctè docemur, quamlibet litem motam super rebus à Rege donatis Ecclesiis, vel Clericis,ante iudices Regios, & seculares,& non ante alios intentandam, & prosequendam esse.Quod etiam traditur *in l.6.tit.1.lib.4.Recop*.quam Azeued.ibidem generaliter accipit, siue Ecclesiastici agant,siue conueniantur iuxta dictam legem partitæ, cui similis est forus Regni Valentiæ,cuius meminit Belluga *dict*.§.*restat,num.6.&* 10. vbi multum in nostris terminis inquit, duabus rationibus cogntionem causarum decimalium Regiis iudicibus competere,tum quia sunt de Regalibus,tum quia sunt Ecclesiis à Rege donatæ,& sic quasi ante donationem, & post donationem semper affectæ, & incorporatæ cum Principis iurisdictione,vt notatur *in l.rescripto,§.fin.D.de muner.& honor*.& per Bald.*in l.placet*, *C. de sacros. Eccl*.Ceuall.*q*.822.*n*.106. ibi:*Cum donatarius habeat tertias ex donatione Regis eius iure vtitur, quia donatarius Regis dicitur procurator fisci in rem suam, & tunc causa tractanda est coram eodem iudice coram quo ageret procurator fisci, vt tradit Afflict.decis.2.num.1.vt probat d. l. benè à Zenone,&c.*

Quam etiam doctrinam sequitur Georg. Cabed.& ad quoslibet donatarios,& participes Regij patronatus transfert, *in tractat. de patronat. Regiæ Coronæ,c*.50.inquiens,sic sæpè iudicatum,&
56 quod ratio est:*Quia † bona Coronæ, etiam si sint penes donatarios,non amittunt naturam bonorum Regiæ Coronæ quocunque vadant,quia in iurisdictionalibus attenditur ad originem,& initium rei, vt per gloss.in cap.statutum,de rescrip. in 6.* Ad quod potuit etiã allegare insigne *cons.Oldrad*.83. & Roland.à Valle *cons*.89. *num*.28. *lib*.2. vbi in
57 eisdem nostris terminis loquens,inquit: *Quod † Princeps est iudex competens in causa sua, & defensione Regaliorum, etiam si Prælatus, vel alia persona esset Ecclesiastica,imo si Ecclesia ipsa alia*
58 *teneat,quia non poterit declinare iurisdictionem Regis*. Et in † quolibet donatario Principis idem probat Salicet. *in l. omnia*, *per illum text. C. de paganis*, & eo non relato Afflict.omnino videndus, *d. decis*.2. referens decisum: *Quod Monasterium pro conseruanda donatione sibi facta per Regem potest litigare corã Regalibus indic.contra aliud Monasterium*:& sequitur Ant.Fab.*in tit. C. de priuileg.fisci*, *definit*.2. & Iacob. Rebuff. per text.ibi *in l.vniuersi 4.C.de fundis rei priuatæ,lib.*
59 11.*n*.2.notans: *Quod † pro Ecclesiastica re potest cognoscere Princeps, quia peculiari studio Principis debeat defendi res Ecclesiæ*.Vnde cautè legen-
60 dus est † noster Gregor. Lop. *in l.17. tit.4 par.3. verb. Cà si ellos*, quatenus explicans illum text. dum docet, quod ad hoc, vt iudex aliquam causam delegare possit, debet prius inquirere, an suæ iurisdictionis sit, quia si ipse non potest de ea cognoscere, multo minus poterit illam alteri delegare, inquit Greg. *Facere ad quæstionem, quod si Rex donet alicui partem aliquam decimarum, quæ Regi competunt ex priuilegio Pontificis,& super tali donatione lis oriatur, sitque quæstio super iure decimandi, vel quota decimæ, quod non potest in Curia Regis cognosci, quia sicut ipse non potest cognoscere de tali causa, veluti merè spirituali, sic nec eius Curia.* Et subdit hoc esse benè notandum ad limitationem *d.l.27.tit.18.part.* 3. quæ Regi tribuit cognitionem priuilegiorum, & donationum, quas facit: loquitur enim contra apertam tot, & tantorum virorum doctrinam; vel est strictè circa terminos, in quibus loquitur, intelligendus, nempè quando de mero iure percipiendi decimas agitur, quod vbi absolutè in quæstionem deducitur, non negamus esse spirituale, vel spirituali annexum, vt dixi *suprà num*.42. & resoluit Azeued. *in d. l.1, tit.5. lib.1. Recop*.

Iuxta quæ omnia satis apparet, nihil esse cur,
qui hanc iurisdictionem exercent, † censuras Bul- 61
læ in Cœna Domini veteri possint. Nam licèt in ea §.14. anathematizentur seculares omnes, qui beneficiales, & decimales causas, aut alias spirituales, & spiritualibus annexas ab ecclesiasticis auocant,& se de illarum cognitione tanquam iudices interponunt.Id tamen intelligendum est,nisi id faciant in casibus à iure permissis,vt benè notauit Nauarrus *tom.2.cap.27.num*.70. Barbos. *in d. l. Titia*, *num*.47. Marta *de iurisd. 2. parte, cap.43. num.73. & 74.* Qualem esse hunc, de quo agimus; suadent rationes, & auctoritates, tot tantorumque virorum, quas hucusque commemorauimus,

Nam si is,† qui opinionem probabilem sequi- 62
tur,securus est in conscientia, & probabilis opinio dicitur,quæ vnius,vel alterius docti, & grauis viri auctoritate innititur,vt docet Angel.*verb. Opinio, num*.2.Siluest.*ibid.q*.1. Nauarr. *in Manuali Latino cap.27. num*.228. Valentia *in 1. 2. disp.3. quæst.12. punct.4. quæstiuncula* 4. Sata *verb. Dubium*, *num*.3. Sanchez *in summ. lib.1. cap.9. nu*. 7. Vazq. *tom.1. disp.62. cap.4. num.12.* Azor *tom.1. lib.... cap.7. quæst.6.* Villalobos *in summa 1.tom. diffinit.4. num.16.* Sayrus *in Claui Regia lib.1. cap.6. num.8.* Torres *de Fide*, *disp.85.dub.* 3. Alter Sanchez *in select. disputationum,disp.44. num*.61. latissimè Nicol. Garc. *de benef. par.7. c.2.n.24.& par.11.cap.9 à n.361.* & Ego, plures alios referens, *in meo tract. de Indiar.iure,lib.3. cap.2. n.38.* quanto magis omni scrupulo vacare debebit, qui non modo opinionem probabilem sequitur, sed communi totius Orbis Christiani tribunalium praxi receptam, & tot legibus,
& Auctoribus munitam.Opinio quippè † genera- 6
lis ab antiquo deriuata & conuenientibus rationibus suffulta,habetur pro veritate, vt egregiè docet Bald.*in l.conuenticula,C.de Episcop.& Cler*.Cepola *cons.ciuili 38.n.11*.Menoch. *cons.152. num.14. vol.6*.& Ego *vbi sup.num*. 48.Et hæc quidem hactenus de hoc articulo iurisdictionis in huiusmodi causa dixisse sufficiat. Quid verò de eius iustitia in puncto exemptionis decimandi, quam Religiosi prætendunt, sentiamus, *infrà hoc lib. c*.21. dicemus.

CAPVT II.

De iure Patronatus Ecclesiastici, quod idem Reges nostri in Prouinciis Indiarum habent, & exercent ex eiusdem sedis Apostolicæ concessione.

SVMMARIVM.

1 *Reges, & supremi Principes sunt vbique Defensores & Protectores generales omnium Ecclesiarum sui Regni.*

2 *Reges sola ratione protectionis generalis, quam habent in Ecclesiis sui Regni, non acquirunt in eis verum, & proprium ius patronatus.*

3 *Patronatum Ecclesiarum Noui-Orbis, qualiter à sede Apostolica impetrare curauerint Reges Catholici.*

4 *Patronatum Ecclesiarum Noui-Orbis à Sede Apostolica petitum, & impetratum fuisse, plures schedulæ Regiæ supponunt, quæ referuntur.*

5 *Bullæ iuris patronatus Indiarum, vel ex sola relatione, & assertione Regum nostrorum pluribus schedulis facta, probari possunt.*

6 *Verbis enuntiatiuis, & relatiuis Principum credi solet, & debet, & quare?*

7 *Bullæ pro præsentandis Episcopis Hispaniæ in* l.1.& 5.tit.6.lib.1.Recop. *referuntur, & eas se originales vidisse Gregor. Lop. testatur.*

8 *Violentiarum Ecclesiasticorum iudicum per seculares cognitio, in quadam lege Recopil. enuntiatiuè Regibus Hispaniæ de iure competere dicitur, & id sufficit.*

Patronatus Regius Indiarum non potest in dubium vocari, cùm de eius concessione extat aperta Bulla Iulij II.

10 *Bulla Iulij II. concessionis Regij patronatus in Ecclesiis Indiarum ad litteram refertur.*

11 *Patronatus Regius Indiarum iustis causis concessus fuit, & præsertim ob fundationes, & dotationes Ecclesiarum.*

12 *Ius patronatus regulariter acquiritur à quibuslibet laicis, vel Ecclesiasticis ex fundatione & dotatione.*

13 *Patronatus Regni Aragonis Bulla refertur, & ponderatur.*

14 *Titulus acquisitionis, vel recuperationis terræ infidelium, & eorum conuersionis ad Fidem est efficacior cæteris, ex quibus solet acquiri, vel concedi ius patronatus Ecclesiastici.*

L.14.tit.3.& l.3.tit.6.lib.1.Recop. *ponderantur, & illustrantur ibid.*

15 *Infidelium debellationem licitam esse nouissimè defendit Martin. Magerus, licèt contrarium sentiant, & aduersus nos oblatrent Salmutius, & Giphiander.*

16 *Priuilegia iuris patronatus Ecclesiastici Indiarum, Regibus nostris concessa, non possunt dici merè gratiosa.*

17 *Papa solet, & potest tanquam dominus Ecclesiarum, & beneficiorum ius patronatus earum ex mera gratia, & ad libitũ concedere.*

18 *Ius patronatus Regium non comprehenditur in generali derogatione patronatuum Concil. Trident. quia fuit concessum ex causa onerosa.*

19 *Derogationes quantumvis generales, nunquam extenduntur ad Patronatus.*

20 *Patronatus Regij reuocatio, etiam si expressa sit, non debet admitti, & ab ea supplicare licet.*

21 *Patronatus Regius, vbi habet clausulam irritantem, quod in contrarium attentetur, firmior, & irreuocabilior redditur.*

22 *Clausula decreti irritantis legat Papam.*

23 *Ius patronatus Regij Indiarum, etiam non ostenso priuilegio, ex vi consuetudinis, & præscriptionis defendi hodie posset.*

24 *Priuilegio, quod quæri potest, etiam per præscriptionem.*

25 *Patronatus Regius per priuatos nulla consuetudine, vel præscriptione præiudicari potest.*

26 *Lex benè potest iubere, vt nulla possessio insurgat non dato titulo, & sic nec præscriptio causetur, vel proficiat.*

27 *Præscriptionem nullam dari posse contra Regum patronatum Indiarum, plures Regiæ schedulæ iubent, quæ referuntur.*

28 *Patronatum Regium Indiarum, quibus titulis laudent, & iustificent Fr. Ioan. Zapata, & Camill. Borell.*

29 *Dom. D. Franciscus Alfarus, Regius Consiliarius, laudatur, & eius verba de patronatu Regio Indiarum agentia, referuntur.*

30 *Patronatus Regius Indiarum magni semper habitus est à nostris Regibus, & cautum, vt illibatum seruetur.*

31 *Marchiones de Cañete, & del Valle, qualiter reprehensi fuerint, quod Regium Patronatum læderent?*

32 *Patronatum Regium vsurpantes, vel turbantes, puniri, & à prouinciis Indiarum expelli iubentur in quadam schedula, quæ refertur.*

33 *Patronatum Regium infringentes quidam Prælati & Religiosi notantur, & reprehenduntur in notabilis schedula ann.1610.*

34 *Patronatus omnes Regij, vbique locorum summa cura defendi solent, & debent.*

35 *Patronatus Regius Indiarum magis, quam alij defendi, & illæsus conseruari debet, & quare?*

36 *Regibus Hispaniæ iniunctum fuit à sede Apostolica totum pondus conuersionis, & prædicationis Indorum.*

37 *Reges nostri in spiritualibus Indiarum sunt veluti Vicarij Romani Pontificis.*

38 *Papa est, & esse debet, præcipuus Motor conuersionis, & prædicationis infidelium.*

39 *Papæ stricto iure incumbit creare Episcopos, & Ecclesias erigere in terris infidelium nouiter conuersorum, & reliqua necessaria ad spiritualem eorum salutem disponere.*

40 *Reges Hispaniæ in prouinciis Noui-Orbis sunt effecti, quoad spiritualia, veluti legati, aut delegati Romani Pontificis, & Dei Vicarij, & Auctores ita tenentes.*

41 *Papa quoties transfert iura spiritualia in laicum, ipse, non ille, his vti videtur, & nu-mer.43.*

42 *Reges Siciliæ sunt Legati à latere pro Ecclesiasticis illius Regni ex concessione Vrbani II.*

43 *Monarchia Ecclesiastica in Regno Siciliæ vnde originem, & iustitiam trahat?*

44 *Papa potest laicis cōmittere causas spirituales, & dare votum in electionibus, & fructus beneficiorum.*

45 *Reges Franciæ sunt Canonici in pluribus Ecclesiis sui Regni, & in eis, vt tales superpelliceum induunt, & alia Ecclesiastica munia explent.*

46 *Reges Hispaniæ sunt Canonici Ecclesiæ Burgensis, Toletanæ, & Legionensis, & in hac etiam Excellentiss. D. Marchio Asturicensis.*

47 *Laici ex concessione Pontificis possunt excommunicare, & beneficia Ecclesiastica conferre.*

48 *Reges Franciæ, Siciliæ, & alij dicuntur habere priuilegium conferendi beneficia, maximè sede vacante, & quòd ob hunc respectum non sunt merè laici.*

49 *Rex noster in Regno Valentiæ & Aragonis cognoscit etiam super Prælatos exemptos.*

50 *Laicis committere potest summus Pontifex etiam causas criminales, & punitionem Clericorum.*

51 *Reges nostri possunt vocare in Hispaniam Clericos in Indiis scandalosè degentes, & quare?*

1 OMnes † Christiani Orbis Imperatores, Reges, ac Principes supremi, ratione soli suæ ditionis, in quo Ecclesiæ sitæ sunt, generalem quandam protectionem, & defensionem earum; & præsertim Cathedralium, proprio iure sibi communiter vindicant, vt docet glos. *in reg.*40.*Cancellar.* Innocent.VIII. Archidiac. *in cap.lectis* 63.*distinct.* Dominic.& Cardin. Alexandr. *ibidem*, idem, & alij per textum ibi *in cap.filiis, vel nepotibus, cap.quicunque, cap.decernimus* 16.*q.*7.Bald.*in proœm.Decretal.§.Rex pacificus, num.*12. Veroius *in Rubr. de iure patron. n.*27.Palacios Rub. *de benefic. vacant.in Curia, num.* 8. Paris de Puteo *de syndic. verb. Ciuitas, capit.* 2. *ad finem*, Lambertin. *de iure patronat. part.*1.*lib.*1. *art.*2. *q.*11. *princip.num.*3. Francisc. Marcus *decis.*90. 93. *&* 456. & plures alij, quos refert Cened. *in Collectan* 64.*ad Decretum*, Nos *infr.cap.*4. *ex num.*25. & latè & eleganter Mart. Mager. *de aduocat.armata, cap.*9.*num.*11.*& seqq. & num.*658.

Sed licèt aliqui eorum hanc protectionem
2 ita extendant, † vt ius patronatum appellent, verius est solùm ad tutelam, & patrocinium in communi porrigi debere, iuxta text. *in d.cap.filiis, vel nepotibus*, & ea quæ tradit Achid. *vbi sup.* Anastas.Germon.*de sacrorum immunit.lib* 3. *cap.*12.*num* 25. & nouissimè egregius noster D. Ioan.Balboa, Primarius Salmanticensis, *in cap. cùm Ecclesia Sutrina, de causa poss. num.*38. qui benè inquit, nullum peculiare ius habere Imperatores, ac Reges in Ecclesiis, & Episcopatibus, nisi titulos sui patronatus ex fundatione, dotatione, aut priuilegio sedis Romanæ, vel multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum ostendant, vt docet Trident.*sess* 25.*de reform.cap.*9.

Id quod Catholici nostri Reges Ferdinandus & Elisabetha agnouisse videntur, † quandoquidem non contenti concessionibus Apostolicis, de occupatione, conquisitione, & decimarum perceptione in his Prouinciis Indiarum agentibus, & reseruatione iuris patronatus, quod sibi reseruarunt in erectionibus priorum Ecclesiarum Cathedralium, quas in illis fundarunt, de quibus meminit Anton. de Herrera *in hist.gener. Indiar.decad.*1.*lib.*8.*cap.*10. *pag.*278.*& seqq.* & Nos latiùs *infrà d. cap.*4. sedulam operam dederunt, vt sedes Apostolica peculiare priuilegium dicti iuris patronatus eisdem concederet, curam eius petendi, & impetrandi primum iniungentes Commendatario D. Franc. à Rojas, tunc Romæ eorundem Regum nomine Legationis munere fungentem, & posteà aliis Legatis, qui ei in hoc munere successerunt; eis præcipientes, & in mandatis, seu instructionibus super hoc expeditis, aduertentes, vt tale ius patronatus plenissimè concedi curarent, & adinstar illius, quod in Regno Granatensi habebant, & exercebant, ita vt ab ipsis Regibus electi, & præsentati recipi, & admitti deberent, Archiepiscopo Hispalensi curante, & exequente, & vt propter locorum distantiam tempus præsentandi intra quatuor menses, quod patronis laicis conceditur ad decem & octo porrigeretur. Necnon etiam vt diuisio Episcopatuum, & Diœceseum, earúmque constitutio, & adsignatio per eosdem Reges, vel personas ab ipsis nominatas fieri posset, provt latiùs ex Regiarum epistolarum, & instructionum fide recenset idem Anton.de Herrera *in d.histor. gener.Indiar.lib.*6.*cap.*19.& post *decadem* 4. *in descriptione Indiarum*, quam ad eius calcem apposuit.

Et † manifestè ostendunt innumeræ schedulæ, quæ reperiuntur *in* 1. *tomo impress. pag.* 83. *& seqq.* vbi de hoc vniuersali patronatu Regio in Ecclesiis Indiarum agentes, & disponentes, illud à Sede Apostolica, eo quo diximus modo petitum, & impetratum esse supponunt, vt præcipuè liquet ex illa, quæ eiusdem patronatus exercendi formam constituit, data apud D.Laurentium 1.Iunij ann.1574. & ita exorditur: *Como sabeis el derecho de patronazgo Eclesiastico nos pertenece en todo el estado de las Indias, ansi por auerse descubierto, y adquirido aquel Nueuo-Orbe, y edificado en el, y dotado en el las Iglesias y Monasterios à nuestra costa, y de los Reyes Catolicos nuestros antecessores; como por auersenos concedido por Bulas di los sumos Pontifices, concedida de su proprio motu, &c.*

Id quod etiam reperitur in alia schedula 22, Iunij ann. 1591. quæ reperitur *eod.* 1.*tom pag.* 167. ibi: *Por quanto perteneciendome, como me pertenece por derecho, y Bula Apostolica, como à Rey de Castilla y Leon el patronazgo de todas las Iglesias de las Indias Occidentales, y la presentacion de las Dignidades, Canongias, Beneficios, oficios, y otras qualesquier Prebendas Eclesiasticas de ellas &c.* & in mandatis traditur Proregibus, qui ad Regnum Peruanum, & Nouam-Hispaniam delegantur, vt patet *ex capit.*10.*instruct.Peruani d.tom.pag.*310. *&* 9. *Nouæ Hispaniæ pag.*327 ibi: *Assimismo os encargo tengais muy particular cuenta con la conseruacion del derecho de mi patronazgo Real, guardano vos, y haziendo qu*

lo

los Prelados, assi Eclesiasticos, como de las Ordenes, no le quebranten, sino que antes le guarden, segun, y como ha sido concedido à los Reyes de España por las anta sede Apostolica, y se declara en las prouisiones que sobre ello por mi estan dadas, sin permitir, ni dar lugar à que los Prelados se embaracen, ni metan en lo que no les pertenece, como algunos lo han intentado.

Quæ vel sola relatio, & enunciatio tantorum Principum, præsertim toties (vt vidimus) repetita, & geminata; asserentium † se prædictas Bullas Pontificias habere, sufficiens quidem videri posset, vt certi, & securi esse possimus, quòd eas verè & realiter habent, & impetrarunt, cùm verbis eorum, etiam enuntiatiuis, credi soleat, & debeat, in his quæ sunt de fundamento suæ intentionis, etiam si loquantur de facto alieno, quoniam præsumptio est pro his verbis, quæ vera sint. vt benè docet text. & ibi glos. penult. & Card. Zabarella *in Clement. 1. de probat.* gloss. *verb. Asserat, in cap. si Papa, de priuil. lib. 6.* Bald. *in l. iurisiurandi, num. 5. C. de testib.* Barbatia *in addition. ad eundem* Bald. *in l. ex his verbis, C. de testam. milit.* text optimus *in cap. cùm à nobis, de testib.* Quæ iura, quamvis loquantur in Romano Pontifice, idem tamen est in Imperatore, & in alio Principe non recognoscente superiorem, secundùm Roman. *singul.* 126. incipit: *Sanctus Pater Eugenius*, Celsum *in addit. ad Bald. in d. l. iurisiurandi*, Paul. Castr. *cons.* 339. *vol.* 1. Alexand. *cons.* 11. *col.* 4. *volum.* 7. Socin. iun. *cons.* 65. *vol.* 4. latè Mascard. *de probat. concl.* 139. *per totam, vol.* 1. Anton. Gabr. *in comm. opinion. tit. de probationib. concl.* 2. Cabedum *de patronat. Regiæ Coronæ, cap. 3. nu. 6.* & Nicol. Genua *de Passeribus in tract. de verb. enuntiat. lib. 2. q. 2.* vbi agit de verbis enuntiatiuis prolatis à Papa, *& q. 4. & seqq.* vbi de prolatis ab aliis Principibus, vel in legibus, & statutis eorum, & vsque ad nauseam plurima congerit.

Cui Ego addo nobilem text. *in l. 1. & 5. tit. 6. lib. 1. Recop* vbi † pariter Reges nostri enuntiatiuè testantur, se habere Bullas Apostolicas ad præsentationem Archiepiscoporum, & Episcoporum Hispaniæ, & id sufficiens esse, vt eis credatur, docet Greg. Lopez *in l. 18. tit. 5. par. 1.* vbi affirmat se easdem Bullas originales vidisse, & legisse. Et idem † circa cognitionem inter Ecclesiasticos per viam violentiæ tollendæ, quæ de iure & consuetudine antiqua, & obseruata nostris etiam Regibus Hispaniæ competere asseritur, & enuntiatur *in l. 2. tit. 6. lib. 1. Recop. & in l. vlt. cap. 1. tit. 7. eod. lib. & l. 36. tit. 5. lib. 2. Recop.* probat latè Hieron. Ceuallos *in tract. de violentiis, 1. par. glos. 3. per totam.* Docens, dictarum legum asseuerationem sufficere ad hoc, vt de certitudine istius iuris ampliùs dubitandum non sit. Quod argumentum latiùs etiam adducit, & prosequitur D. Franc. Salgad. *in tract. de Regia protectione 1. par. cap. 1. ex n. 26.*

Quæ tamen, quod attinet ad nostram concessionem iuris patronatus Indiarum, ex abundanti dicta sunt. Nam † dubitari non potest, quòd Bullæ, quæ in dictis schedulis referuntur, verè, & realiter interuenerint, quæ in Regio Archiuio supremi Senatus Indiarum originaliter asseruantur, & præsertim illa Iulij II. anno 1508. qui proximè post Alex. VI. sedem Apostolicam occupauit, & gubernauit. Nam Pius III. qui medius fuit inter eos, solum sedit dies 26. vt patet ex Chronico Onuphri Panuini, & ex aliis Scriptoribus, qui de vitis Pontificum scripserunt, quæ Bulla reperitur typis excusa *in 1. tom. dictarum schedul. impres. pag.* 33. & hoc totum, quod diximus, his verbis luculenter concessit, & expressit.

Iulius † Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad 10
perpetuam rei memoriam. Vniuersalis Ecclesiæ regimini diuina dispositione, licèt immeriti, Præsidentes, illa præsertim Catholicis Regibus libenter concedimus, per quæ eis decus, & honor accrescat, ac earundem terrarum Regni statui, & securitati opportunè consulatur. Sanè cùm paucis antè temporibus charissimus in Christo filius noster Ferdinand. Aragonum, etiam & Siciliæ Rex illustris, & claræ memoriæ Elisabeth Castellæ & Legionis Regina, diutino Maurorum iugo ex Hispania eiecto, in Oceanum penetrantes, ignotis etiam terris salutiferum Crucis vexillum intulissent, vt scilicet, quantum in se fuit verbum illud ratum facerent, in omnem terram exiuit sonus eorum, subiugassentque sub axe ignoto, & insulas, & loca plurima, & inter cæteras maximi pretij, & populatissimam vnam, illique Nouam Hispaniam nomen imposuissent, Nos in ea, vt falsis, & perniciosis ritibus extirpatis, vera Religio plantetur, ad eorundem Regis & Reginæ preces instantissimas, vnam Metropolitanā Ayguacem, & duas Cathedrales, videlicet Maguen & Baiunen Ecclesias, cum summa Christiani nominis gloria ereximus. Et ne animi noua Fide imbuti, si pium aliquod opus aggrederentur in construendis Ecclesiis, aut locis piis, illud in tali parte insulæ huiusmodi facerent, vnde aut Religioni Christianæ ibidem recenti, aut temporali Regum dominio præiudicium aliquod afferri poßet. Accepimusque quòd præfatus Ferdinand. Rex (qui etiam Castellæ, & Legionis Regnorum huiusmodi gubernator generalis existit) ac charissima in Christo filia nostra Ioanna, eorundē Regnorum Regina, ac ipsius Ferdinandi Regis nata eis, quod nulla Ecclesia, Monasteria, aut locus pius, tam in prædictis iam acquisitis, quàm aliis acquirendis insulis, & locis absque eorundem Ferdinandi Regis, & Ioannæ Reginæ, ac Regum Castellæ & Legionis pro tempore existentium consensu erigi, aut fundari possint, & cùm expediat eidem Regi, Ecclesiis, & Monasteriis præfatis personas fidas, & gratas, & acceptas præesse, ius patronatus, & præsentādi personas idoneas, tam ad Metropolitanas, quàm aliàs Cathedrales Ecclesias erectas, & pro tempore erigendas, & alia quæcunque beneficia Ecclesiastica infra annum à die illorum vacationis computandum, & ad inferiora beneficia Ordinariis locorum, & in euentum quod præfati Ordinarij infra decem dies absque legitimæ causa instituere recusarint, quicunque alius Episcopus ad eorum requisitionem præsentatum huiusmodi instituere possit, concedi sūmoperè cupiunt. Nos attendentes præmissæ insulæ, & prædictorum Regnorum, cuius Reges Apostolicæ sedi deuoti, & fideles semper fuerunt, decori, & venustati, ac securitati cedere, ad magnam instantiam, quam super hoc fecerunt, & faciunt apud Nos præfati Ferdinand. Rex, & Ioanna Regina debitum habentes respectum, habita super his cum fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, de illorum consilio, eisdem Ferdinando Regi, & Ioannæ Reginæ, ac Castellæ, & Legionis pro tempore existenti, quòd nullus in prædictis acquisitis, & aliis acquirendis insulis, & locis maris huiusmodi Ecclesias magnas, & locis statui præfati Regis

*Regis importantes, aliàs quàm Ferdinandi Re-
gis, & Ioannæ Reginæ, ac Regis Castellæ & Le-
gionis pro tempore existentis expresso consensu
construi, ædificari, & erigi facere possit, ac ius
patronatus, & præsentandi personas idoneas ad
Ayguacem, & Maguen, ac Baiunen prædictas,
& alias quascunque Metropolitanas, ac Cathe-
drales Ecclesias, & Monasteria, ac Digni-
tates in eisdem Cathedralibus, etiam Metropoli-
tanis post Pontificales maiores, ac Collegiatis Ec-
clesiis principales, ac quæcunque alia beneficia
Ecclesiastica, & pia loca in dictis insulis, & lo-
cis pro tempore vacantia, videlicet ac Cathedra-
les, etiam Metropolitanas, etiam regulares Ec-
clesias, ac Monasteria, de quibus Consistoriali-
ter disponi debeat infra annum à die vacationis,
& eorundem propter longam maris distantiam
Nobis, & successoribus nostris Romanis Pontifi-
cibus canonicè intrantibus, ad inferiora verò be-
neficia huiusmodi locorum Ordinariis, & si Or-
dinarij præfati personam præsentatam infra decem
dies instituere neglexerint, ex tunc quilibet alius
Episcopus illarum partium ad requisitionem Fer-
dinandi Regis, seu Ioannæ Reginæ, aut Regis pro
tempore existentis huiusmodi præfatam personam
præsentatam ea vice instituere liberè, & licitè va-
leant, authoritate Apostolica tenore præsentium
concedimus, non obstantibus præmissis, & aliis
constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis,
cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo
omninò hominum liceat hanc paginam nostræ con-
cessionis infringere, vel ei ausu temerario con-
traire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,
indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum
Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incur-
surum. Datis Romæ apud sanctum Petrum, anno
Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo
octuagesimo, quinto Kalendas Augusti Pontificatus
nostri anno quinto P. de Comitibus. Registrata apud
me Sigismundum.*

Hactenus Bulla Iulij Secundi, cuius tenor
satis exprimit, † causas, quæ concessionem
11 istam iustificant, nimirum conquisitionis, &
conuersionis Indorum infidelium, & quòd Re-
ges nostri omnes Indiarum Ecclesias Cathe-
drales fundauerint, construxerint, dotaue-
rint, vel ex suis propriis reditibus, vel ex pro-
uentibus, & fructibus decimarum sibi à Roma-
na sede concessis, iuxta ea, quæ retulimus *sup.
cap. proximo nu.* 28. & latiùs dicemus *infrà c.* 4.
Vnde nec nimirum, quòd eadem sancta Sedes
ipsarum patronatum eisdem ex priuilegio con-
12 cederet, cùm illud ipsum † generalis iuris com-
munis dispositio concedat omnibus etiam pri-
uatis hominibus, tam laicis, quàm clericis,
qui similes dotationes, & fundationes faciunt,
Trident. *sess.* 25 *de reform. cap.* 9. glos. *in cap. piæ
mentis* 16. *quæst.* 7. cum aliis, quæ latè addu-
cunt Rochus de Curte *in tract. de iure patro-
nat. ferè per tot.* Paul. de Citadin. *eod. tract.* 3. *par.*
Lambertin. 1. *part.* 1. *lib. q.* 2. *vsque ad* 9. Vivianus
1. *part. lib.* 2. *per totum* Staphil. Zerola, Gonça-
lez Rebuf. Lælius Zechus, & plurimi alij, quos
refert Nicol. Garcia *de benef.* 5. *part. capit.* 9. *nu-
mer.* 36. Rota *decis.* 85. *part.* 2. & *decis.* 306.
part. 1. Caputaq *decis.* 1 3. *num.* 1. *par.* 2. Farin.
decis. 523. & nouissimè D. Præses Valençuela
cons. 188. *num.* 6. & *seqq. fol.* 569. *volum.* 2. Mar-
tin. Mager. *d. tract. de advocat. arm. cap.* 18.
Georg. Cabedus *de patron. Regiæ Coronæ.*
cap. 2. *numer.* 1. 19. & D. Felician. à Vega
Episcop. de la Paz *in cap.* 4. *de indicijs n.* 15.
& *seqq.*

Et similes causas refert summus Pontifex
Clemens VII. † in Bulla concessionis pa- 13
tronatus Regni Aragon. quam Regi & Impe-
ratori Carolo V. & eius successoribus expe-
diri iussit anno 1526. vt patet ex illis verbis:
*Ratione illarum fundationis, ac recuperatio-
nis earundem de manibus infidelium*: quem
titulum † recuperationis, seu debellationis, 14
vel conuersionis infidelium, potiorem esse ad
quærendum ius patronatus aliis, qui ex fun-
datione, constructione, & dotatione resultant,
satis ostendit text. *in l.* 14. *tit.* 3. & *in l.* 3. *tit.* 6. *lib.*
1 *Recop.* Didacus Perez *in l.* 3. *tit.* 3. *libr.* 1. Ordi-
nam. & ex communi mente Doctorum, notat
Menchaca *libr.* 2. *controu. illustr. rap.* 51. *num.* 38.
Camill. Borell. omninò videndus, *de præstant.
Reg. Cathol. cap.* 53. *num.* 9. & 17. & ex Theo-
logis Caietanus 1. *tom. opuscul. tract.* 1. *de potest.
Papæ, capit.* 27. Victoria *relect.* 1. *de potest. Ec-
cles. quæst. vltim, num.* 3. Soto *in* 4. *distinct.* 25.
quæst. 2. *art.* 2. Driedon. *de liber. Christian. libr.*
2. *capit.* 2. Less. *de iust. & iure, libr.* 2. *capit.* 34.
dub. 15. *numer.* 22. & *sequentib.* & Azor *tom.* 2.
libr. 6. *cap.* 19. §. *quintò quæritur*, & Martin. Ma-
ger. *vbi supr. cap.* 9. *num.* 11. & 658. vbi, etiam
semoto priuilegio, concludit, vel ex hac sola
acquisitione, & conuersione infidelium solem-
ne esse, vt conquisitores in illorum terris ius
patronatus acquirant, & ibidem latissimè dis-
putat, † an eiusmodi conquisitiones, & bella, 15
quæ Fidei ampliandæ causa infidelibus infe-
runtur, licita sint, & affirmatiuè respondet.
Ex cuius dictis, & traditis à Me *in* 1. *tom. libr.*
2. & 3. *per totum*, facile conuinci possunt, quæ
in contrarium post illa scripta tradit Henric.
Salmut. in commentar. ad Panciçol. *sub tit. de
nouiter repertis, cap.* 1. *de Nouo Orbe*, & Ioann.
Giphiander *in tract, de insul. cap.* 22. *per tot.* præ-
cipuè *ex num.* 32. vbi inuidè, & calumniosè no-
stras in Indos expeditiones, & conquisitiones
sugillant.

Quod efficit, † vt huiusmodi priuilegia non 16
possint, nec debeant dici merè gratiosa quamvis
aliquando † Papa soleat, & possit ea ex mera 17
gratia, vel mero titulo lucratiuo concedere, cùm
sit dominus omnium beneficiorum, *cap.* 2. *de
præbend. lib.* 6 glos. vltim. *in cap. felicis, de pœ-
nis, eod. lib.* Gomez *in procem. ad regul. Cancell.
vers. Considerata, num.* 7. Hieron. Gonçal. *ad re-
gul.* 8. *Cancellar.* §. 2. *procem. num.* 44. & Viuianus
vbi sup. lib. 14. *cap.* 1. *num.* 1.

Vnde descendit, vt nec in † generali dero- 18
gatione talium priuilegiorum Concil. Trident.
sess. 25. *cap.* 9 *de reformat.* comprehendantur,
cùm videantur habere causam onerosam, vt per
Seraph. *decis.* 499. *num.* 4 Bobad. *in Polit. lib.* 2.
cap. 18. *à num.* 215. Gutierrez *lib.* 3. *pract. q.* 13. *nu-
mer.* 72. Gratian. *reg.* 340. Cened. *q.* 22. *num.....*
Parlad. *different.* 120. §. 1. *à num.* 40. Ceuallos
q. 897. *à numer.* 438. latissim. Nicol. Garc. *de
benef.* 5. *part. capit* 9. *numer.* 120. Gregor XV. &
eius Additionat. Beltramin. *decis.* 107 *num.* 3.
Riccius *in praxi for. Eccl. decis.* 168 *num.* 99.
Vivian. *d. tract. de iure patron. lib.* 4 *cap.* 10. *ex
numer.* 1-. Dom. Episcop. D. Felicianus *vbi supr.* 19
num. 18. & 19. Maxime quia tales derogatio-
nes, quantumvis generales sint, nunquam
extendun

extenduntur ad patronatus Regios, vt idem Consilium declarat, ibi: *Exceptis patronatibus super Cathedralibus Ecclesiis competentibus, & exceptis, quæ ad Imperatorem, & Reges pertinent, &c.* & ostendit Felin. *in tract. quando litteræ Apostolicæ noceant, ampliat.* Lambertin. *de iure patron. lib.2. par.3. q.9. art.11.* Palac. Rub. *de benef. vacant. in Curia, §.11. & 12.* Ceuallos *pract. commun. cap.36. num.1. & 4.* Flamm. Paris. *de resig. benef. lib.2. q.4. num.47.* Callist. Remirez *de lege Regia, §.27. num.18.* Ceuall. *in tract. de violentiis, 2 par. gloss.8.* Borrell. *sup. cap.51. & 52.* D. Alfar. *de offic. Fiscal. gloss.2. num.19.* & eleganter Hier. Gonçalez *in d. reg.8. Cancel. gloss.24. num.159. & gloss.18. num.97. cum seqq.* Garcia *de benef. d. 5.par. cap.1. n.219. & 575.* D. Episcop. Pacens. *vbi sup. num.19.* & illustriss. Bracharensis *in notis ad cap. cum longè, dist.53. pag.568.* vbi, quod patronatus Regius non cõtinetur in generalibus derogationibus, & Azeu. *in l.5. tit.6. & in l.1. n.4. lib.1. Recop.*

Addo quod talis reuocatio, etiam si expressa fuisset, non deberet admitti, nec admitteretur in Hispania, sed ab ea cum debita veneratione supplicandum esset, vt patet *ex l.5. tit.6. lib.1. Recop.* & traditis à Couar. *in pract. cap. 36. num.3. vers. Olim,* de quo videndus est Dec. *cons.126. num.4.* & Tiber. Decian. *resp.6. num.34. lib.2.*

Quod planius procedit, † vbi in priuilegio concessionis iuris patronatus, apposita est clausula annullatiua, & decretum irritans cuiuslibet actus, qui contra illud fuerit attentatus. Nam hæc † ligat Papam ex communi conclusione Canonistarum, de qua Geminian. per text. ibi *in cap. quoddam, in fine de præbend. in 6.* vbi Ancharr. *notab.3.* Francus *notab.2.* Probus *in Addit. ad Menach. in cap. tibi, qui de rescript. in 6.* Rebuff. *in concordat. tit. de firma, & irreuocabili concord. vers. Vltimò notandum est,* Menoch. *cons.83. num.6. lib.1.* Puteus *decis.141. n.4. lib.2.* Anastas. Germ. *in tract. de indult. Cardinal. §. alioqui. num.15.* Cassador. *decis.2. de decret.* Nicol. Garcia *d. cap.1. n.19. 21. & 25,* vbi allegat Mohedanum *decis.21.*

Quibus addere licet, etiam semota dicti priuilegij concessione, vel ostensione, iam hodie de hoc iure patronatus Indiarum nostrorum Regum dubitari non posse, cum † tot retrò temporibus ab initio detectionis ipsarum Indiarum, eo vsos fuisse constet, atque adeò, vel ex sola vi, & ratione huius consuetudinis & præscriptionis, illud vendicare possint, quia † quod est quæsibile per priuilegium, potest etiam quæri per consuetudinem, & præscriptionem, vt ostendit text. & DD. *in cap. querelam, de elect.* Trident. *d. sess.25. cap.9. l.1. tit.6. lib.1. Recop.* Alexand. *cons.74. n.8. vol.4.* Lambert. *de iur. patron. 1.par. lib.1. q.10. princip. art.5. num.45. ad finem,* Didac. Perez *in l.2. tit.6. lib.1. Ordin. gloss.1. vers. Consuetudine etiam, & verb. Præscriptione,* Ripa *in Rubr. de iudic. num.79.* Felin. *in cap. cum causam, n.7. de præscript.* Tusch. *pract. conclus. iur. litt. Y. concl.604.* & plures alij, quos adducit Couar. *in pract. cap.36. num.6. vers. Quartò est, & in reg. possessor, 2.par. §.10.* & nouissimè Viuian. *in praxi iuris patron. lib.2. cap.9. & lib. 4. cap.8.* vbi licèt referant aliquos, qui contrarium tenent, hanc tamen magis communem appellant, & Cabedus *de patronat. Reg. c.2. nu.3.* & in terminis patronatus Indici D. Alfar *d. gloss.2. n.21.* vbi probat iure & consuetudine vti.

Qua tamen præscriptione non poterunt iuuari
priuati, † qui contra Reges nostros hoc ius pa-
tronatus, vllo modo vsurpare, vel alterare præ- 35
sumpserint. Nam in patronatibus Regiis nulla
currit, nec valet præscriptio etiam immemoria-
lis, sicut nec in cæteris Regalibus, vt tradit Re-
buff. *3. tom. ad leges Gallicas, tit. de mater. pos-
sess. in præfat. num.133.* Aluar. Valasc. *de iure
emph. q.9. num.26.* Cab. *d. cap.7. ex num.2. &
cap.34. num.3. & decis. Lusitan.65. num.3. par.
2.* vbi inquit, quod patronatus Regius regulatur
in Lusitania sicut cætera bona Regiæ Coronæ, &
non potest præscribi etiam tempore immemoria-
li, Couarr. *in pract. cap.1. & seqq.* Auend. *de
exeq. mand. lib.1. cap.4.* & Menoch. *de retinend.
remed.3. num.155.* vbi eam rationem reddunt, quod
† potest lex ex causa efficere, vt nulla possessio in-
surgat, non dato titulo, & sic sine possessione, & 26
contra ius resistens præscriptio non datur, *reg. sine
possessione, de regul. iuris in 6. cap.1. de præscrip.
eod. lib. cap. ad decimas, de restit. spol.* cum aliis, &
idem benè obseruat Menchaca *lib.2. contron. il-
lust. cap.51. num.37.* Salgad. *de Regia protect. 3. par.
cap.10. num.148.*

Et in terminis † huius Regij patronatus India-
rum expressè decisum est in sched. eius declara- 27
toria ann.1574. in fine, ibi: Y *otro si, que por
costumbre, prescripcion, ni otro titulo, ninguna
persona, ni personas, ni Comunidad, Eccle-
siasticas, ni seglares, Iglesia, ni Monasterio,
puedan vsar de derecho de patronazgo, sino fue-
re la persona que en nuestro nombre, y con nue-
stro poder y autoridad le exercitare.* Quod cum
sæpè aliàs repetitum fuerit, tum maximè in quadam epistola directa ad Dom. Proregem Peruanum Principem Squillacens. 28. Martij ann. 1620. vbi cum declarasset omnes præbendas, beneficia, & officia Ecclesiastica Indiarum, ad hunc patronatum pertinere, & super hoc litibus locum dandum non esse, addit: Y *sin reparar en qualquier vso contrario, pues contra el dicho nuestro Patronazgo no se admite, ni se puede llamar costumbre, sino corruptela, y mala introducien, y pecado, de que es justo descargar la conciencia de los que estan enlaçados en el, &c.*

Et de iustificatione, tum concessionis tum
executionis eiusdem Patronatus agens † idem re-
soluit Fr. Ioan. Zapata Augustinianus, qui po- 28
steà fuit dignissimus Episcopus Guathemalensis
in tract. de iustit. distributiua, 2.par. cap.14. per totum, vbi *num.11. pag.283.* ita notanter concludit: *Iustissimam causam arbitror eam, propter quàm Regibus nostris Hispaniæ ius patronatus Indiarum est elargitum. Quia propriis, vel suorum expensis eas debellarunt, & Indis victis, ad Fidem Catholicam, & Ecclesiam reduxerunt. Et quæ parta sunt, & reducta, conseruant, prouidissimaque protectione tuentur, attentissimisque, & piissimis oculis protegunt, & defendunt. Quod vt continuò præstent, liberalissimeque prouideant, neque labori, neque pecuniis, neque aliis penè infinitis solicitudinibus parcunt; ac si Christianissimi Reges hoc vnum haberent, quod curarent. Eis perpetuò prouidendo de Episcopis dignissimis; de Ministris doctioribus, de Proregibus, & Gubernatoribus Christianissimis, qui potiùs religiosi Prædicatores, quàm Principes seculares, & zelo Religionis, & cura maiorum in Religione pro-*

gressum apparent. Et ita horum, & illorum paci, & maiori prouentui Reges nostri soliciti inuigilant, vt illorum Regnorum incolæ, non solùm de necessariis, sed & de superabundantibus remediis gaudeant, & abundent. Quapropter iustissima causa est, vt eisdem Regibus summi Pontifices hoc ius patronatus concesserint, liberalissimeque, & plenissimè sint elargiti, &c.

Et ante hunc Auctorem idem reperies non minori verborum ponderatione notatum per Camill. Borrell. *d. tract. de præstant. Reg. Cathol. cap. 50. num. 29.* vbi inquit, quod in his Indiarum Prouinciis Rex Catholicus exercet, & fundatam habet vniuersalem patronatum Ecclesiasticum ex concessione, & priuilegio Pontificum: *Nam illis quærendis Rex Catholicus effudit bona, opes, ac sanguinem, vt Ecclesiæ Catholicæ, cuius nomen gerit, ampliet Principatum, alios ibi aggreget, & Ecclesias ibi nouas constituat, erigat, & dotet. Sic enim exequutus est, & exequitur, noua templa construi mandando, Ecclesias ædificari faciendo, dotes congruas, & reditus illis tribuendo, Fidei Christianæ, ibidem Seminaria sustentando. Vnde non immeritò sancta sedes Apostolica, vti optima Mater, grato animo Prælatos ex Regia nominatione constituit, instituit, & fouet.* Sed non possum silentio præterire alia verba non minus grauia, & ad nostrum
29 institutum valdè conducentia, † oculati testis eruditissimi, & mihi multis titulis venerandi Dom. D. Franch. ab Alfaro, nunc Regij patrimonij Senatus Consulis meritissimi, *in tract. de offic. Fiscal. gloss. 2. num. 20. & 21.* vbi postquam de hoc Regio patronatu, & eius iustificatione in communi disseruit, ad nostras Indiarum Prouincias sermonem conuertens, sic inquit: *Quod & quotidie videmus fieri in his Indorum partibus, vbi quotidie noua eriguntur templa, quibus omnia ad cultum diuinum necessaria Regiis expensis comparantur. Quid ergo dicam de maximo numero Religiosorum, qui in has partes maximis Regiis expensis peruenerunt, & singulis propè annis veniunt? Præterquàm quod in pluribus prouinciis, vbi vel ex earũ paupertate, vel aliis de causis decimæ ministrorum sustentationi non sufficiunt, Episcopis, Personatibus, & singulis Parochis congrua portio à Rege nostro & assignata est, & tribuitur ex Regali patrimonio. Quod hodie in aliquibus Episcopatibus obseruatur, in aliis autem, paucis ab hinc annis, obseruabatur, in omnibus ferè à principio obseruatum fuit.*

Est autem, & fuit hoc ius patronatus Ecclesiastici Indiarum Occidentalium tanti semper à
30 Catholicis nostris Regibus † habitum, vt multis repetitisque schedulis, & iussionibus illud sartum, tectumque tueri, & omni ex parte inconcussum, & illibatum sibi conseruari præceperint, vt ostendunt plures, qui habentur *in 1. tom. im-*
31 *press. ex pag. 83.* Vbi inter † alia Marchio Cannetius, Prorex Peruanus, reprehenditur, & aliqui Prælati grauiter notantur, quod ei immiscere se voluerint. Et Marchio del Valle, quod Bullas quasdam Apostolicas impetrauit, vt in villis, & oppidis sui Marchionatus ius patronatus sibi exer-
32 cere liceret. Et in illa anni 1574. §. 1. † grauiter puniri, & à prouinciis Indiarum expelli iubẽtur quicunque seculares, vel Ecclesiastici, qui huic iuri temerariis ausibus contraire præsumpserint.

Et nouissimè, cum Regiis fuisset auribus inti-
33 matum, † quosdam Religiosos, & Prælatos normam in illo exercendo præscriptam innouare tentasse, & aliqua officia, & beneficia Ecclesiastica, spreta Regiæ præsentationis solemnitate, inuasisse, scriptum fuit Peruano Proregi Dom. Principi Squillacensi in epist. dat. Matriti 28. Martij ann. 1620. vt hoc emendare curaret, & omnibus notum faceret: *Que el titulo legitimo que tiene razon del principio formal, y sustancial de poder ser vno Prebendado, ò Parocho de las Indias, es la presentacion hecha en nombre de su Magestad, por quien tenga poder suyo para ello, y que assi se procure conseruar el patronazgo Real, en materia que tanto importa, y està indiuidualmente con el gouierno spiritual, y temporal, y que esto se guarde aun en las Sacristias, y otros oficios de las Iglesias.*

Et sanè cum hæc cura frequens, & magna in
aliis † Regiis patronatibus esse soleat, vt tradit 3
Cabedus de patronat. Regiæ Coronæ, *cap. 7. num. 3. & cap. 34. num. 3.* Bernartius *de patronat. Regni Aragon. per totum*, Carol. de Grassal. *lib. 2. Regal. Franciæ*, *lib. 2.* Iacob. Rebuff. *in l. 40. num. 2. C. de fund. rei priuatæ, lib. 11.* Rochus de Curte *de iur. patron. verb. Onerosum, num. 1. & 2.* Gigas *de pension. q. 6. & 23. par. 1.* & Oliuanus, omnino videndus, *de iure fisci, cap. 13. num. 33.* Iustissimè in † hoc Iadiatum, lon- 3
gè maior esse debuit, cum Reges nostri ob Apostolicæ sedis distantiam ex eiusdem sedis concessione, imo & iussione & commissione, totum pondus gubernationis ipsarum, & præiudicationis, ac conuersionis Indorum suis humeris imposuerint, vt patet ex verbis prioris Bullæ Alexand. VI. quæ vocatur concessionis Indiarum an.
1493. in illis verbis: *Hortamur † vos quamplu-* 3
rimum in Domino, & per sacri lauacri susceptionem, qua mandatis Apostolicis obligati estis, & viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi attentè requirimus, vt cum expeditionem huiusmodi omninò prosequi, & sumere prona mente Orthodoxæ Fidei zelo intendatis, populos in huiusmodi insulis, & terris degentes, ad Christianam Religionem suscipiendam inducere velitis, & debeatis. Et paulò post: *Et insuper mandamus vobis in virtute sanctæ obedientiæ, vt sicut etiam pollicemini (& non dubitamus pro vestra maxima deuotione, & Regia magnanimitate vos esse facturos) ad terras firmas, & insulas prædictas viros probos, & Deum timentes, doctos, peritos, & expertes ad instruendum incolas, & habitatores præfatos in Fide Catholica, & bonis moribus imbuendum, destinare debeatis, omnem debitam diligentiam in præmissis adhibentes.*

Quæ Bulla, & illæ, quæ decimæ, & ius patronatus Indiarum Regibus nostris concesserunt, quas in cap. præcedenti retulimus, † eos efficiunt in prædictis spiritualibus, muneribus, & functionibus, reliquisque ad ea necessariis, veluti Vicarios Romani Pontificis, quem certum est † esse, & esse debere primum motorem conuersionis, & prædicationis infidelium, ac veluti Comestabilem exercitus Dei, & Prædicatorum verbi diuini, vt pluribus probaui *3. tom. lib. 2. cap. 8. num. 76. & cap. 25. num. 43. & seqq.* & vltra alios, benè docet P. Franc. Suar. *in tract. de Fide, disp. 18. sect. 1. num. 7.* Atque adeò † ad illum, stricto iure, pertinere Episcopatus, & beneficia Ecclesiastica erigere, & creare in terris, & prouinciis eorundem infidelium nouiter ad Fidem conuersis, & cætera omnia disponere, & ordinare,

nare, quæ ibidem profutura, & magis condu-
centia esse censuerit ad Dei veri Religionem pro-
mouendam, ampliandam, & stabiliendam, vt docet
Bald. & Angel. *in l. id quod apud hostes, D. de legat.*
1. Franc. Vargas *in tract. de iurisd. Pontif. & Epis-*
cop. confirm. 11. n. 3. & alij relati à Ceuallos *to. 4.*
pract. comm. q. vlt. num. 324. & seqq. Cabed. *decis.*
Lusitan. 195. num. 2. par. 1. & decis. 47. per totam,
par. 2. Ægid. Bened. *in l. ex hoc iure, 1. tom. cap. 3.*
num. 15. & 16.

Et in ipsis terminis nostrarum Indiarum lo-
quens, Fr. Eman. Rodrig. *1. tom. quæst. regul. q.*
40 *35. art. 2.* Vbi † ait, Reges nostros, virtute hu-
ius commissionis Apostolicæ, potuisse olim so-
los prouidere, & prouidisse de Ministris, & de
aliis, quæ ad Religionem, & conuersionem In-
dorum spectarent; quia per dictas Bullas sunt ef-
fecti eius delegati. Quo loquendi, & sentiendi
modo vtitur etiam Fr. Ioann. Focher. in itinera-
rio ad Indos conuertendos, *1. par. cap. 7. vers. 4.*
fol. 13. & cap. 11. & 12. vbi addit, quod nostri
Principes auctoritatem habent mittendi Prædica-
tores ad Indos, & hi possunt dici missi à Roma-
no Pontifice, Fr. Alphons. à Veracruce in diuer-
sis tractatibus, quos scripsit, & præcipuè in de-
clarat. de Bullæ Alex. VI. Fr. Ioan. Baptista *in*
aduertentiis Confessariorum Indorum, 2. part. pag.
177. Fr. Ludou. Miranda *in Manuali Prælato-*
rum, q. 42. art. 3. vbi inquit: *Quod Romani Pon-*
tifices quoad Indias Occidentales, & earum cau-
sas, fecerunt Reges Castellæ & Legionis suos Le-
gatos, & Commissarios cum plenaria potestate ad-
ministrandi, & disponendi in istis Regnis, non
solùm temporalia, verùmetiam spiritualia. Et
idem nouissimè tradit Seraphin. Freitas *de iusto*
Imperio Asiatico, cap. 7. num. 3. quod sumere po-
tuerunt ex doctrina Ioan. Andr. *in cap. 2. de præ-*
bend. lib. 6. quem refert Staphilæ. *de litter. gra-*
tiæ, tit. de form. mandat. prouidendo, form. 3.
num. 10. & seqq. vbi loquens de alio simili indul-
to, quod habent nostri Reges, ita inquit: *Præ-*
fati Reges, & alij habentes similia indulta, sunt
delegati, imo potius nudi Ministri Papæ, quia quo-
41 *ties † Papa transfert iura spiritualia in laicum,*
non execrat illa, nec sunt fundata in laico, vt fun-
data in ipso, sed vt in Ministerio, & agente nomi-
ne Papæ. Quinimò & Dei, cuius hac in parte Vica-
rij appellari possunt, ex traditis à Gregor. Lopez
l. 1. tit. 1. par. 2. quem refert & sequitur Gabr. Pe-
reira *in decis. Portugall. 22. num. 6.* & Salgado
de Regia protect. 1. par. cap. 1. prælud. 1. num.
40. & 41.

Cui conuenit Camill. Borrel. *de præstant. Reg.*
Cathol. cap. 59. per totum, vbi probat eundem no-
42 strum Catholicum Regem † respectu Regni Si-
ciliæ esse non solùm delegatum, verùm & Lega-
tum à latere summi Pontificis, atque Apostolicæ
sedis, ex concessione Vrbani II. quam ibi refert, &
ob hanc causam cognoscere de appellationibus
Ordinariorum Ecclesiasticorum per suum Regium
43 Tribunal, quod appellatur Monarchiæ. De cuius
defensione aduersus oppugnationem Illustrissi-
mi Cardinalis Baronij scribunt plurimi Au-
ctores, quos adduxi *1. tom. lib. 3. cap. 1. n. 75. & seqq.*

Quod non est, cur in dubium vocetur ex de-
fectu capacitatis Principum laicorum in perso-
nas, & causas Ecclesiasticas, & spirituales, *cap.*
decernimus, cum aliis, de iudiciis. Nam (vt mo-
do tetigimus) stante concessione Romani Pon-
tificis, ipse, non ille, iudicare videtur. Et talis,
ac tanta est eius auctoritas, & potestas, † vt pos- 44
sit laicis dictas causas committere, & eos illarum
capaces facere, vt in perceptione decimarum di-
ximus *in cap. præcedenti, post gloss. in cap. lai-*
cis 16. q. 7. Bald. *in l. rescripta, num. 4. C. de*
precib. Imper. offerend. Abb. *in cap. causam quæ,*
vbi Felin. *num. 6. de præscript.* & manifestiùs pro-
batur *ex cap. nobis, de iure patron. cap. sacro-*
sancta, & cap. Massana, de elect. vbi, quod eis
potest dare vocem, & votum in electionibus
Prælatorum, gloss. *in Extrauag. susceptì, verb.*
Personis, & verb. Priuilegiis, de elect. & in
cap. benè quidem, 96. distinct. & Abbas *in cap.*
quanto, de consuet. vbi, quod potest dispensare,
quod habeant fructus quorumlibet beneficiorum,
provt contingit in Regibus Franciæ, † qui in 45
pluribus Ecclesiis Regni sui habent Canonicatus,
& cum ad eas accedunt, lineam vestem, Sacer-
dotali more, cum aliis Canonicorum insignis
desumunt, munusque suum cum aliis Canonicis
obeunt, vt præter alios, tradit Carol. de Grassal.
lib. 2. Regalium Franciæ, cap. 1. & Bapt. Fulgos.
dict. & fact. memoral. sub tit. de Religionis cul-
tu, in fine, Ioann. Ferrald. *de priuileg. Regni*
Franciæ, priuileg. 7. Boëcius *Episteroic. quæst. de*
iure sacro, lib. 1. num 42. Provt etiam Reges no-
stri habent in Ecclesia Burgensi, Toletana, &
Legionensi, in qua etiam Excellentiss. Marchio
Asturicensis Canonicus est, vt refert Nauarr.
cons. 2. num. 17. ad medium, de iure patronat. cap.
præter, §. attamen, 32. dist. cap. Adrianus; cap.
in Synodo, dist. 63. cap. dilectus 34. cum simili-
bus, de præbend. cap. Memnam 2. q. 5. In qui-
bus videmus posse etiam laicos † excommunica- 47
re, & conferre beneficia Ecclesiastica ex commis-
sione sibi data, de quo etiam agit Decius *in d.*
cap. decernimus, num. 6. de iudiciis, vbi nouissimè
Dom. Episcop. D. Felician. *num. 19.* post Palac.
Rub. Petr. Greg. Ioan. Gratian. Nicol. Garc. &
Hieron. Gonçalez, quos ibidem allegat, quibus
addo Anguianum *in tract. de legibus, lib. 2. con-*
trouers. 34. Franc. Marcum *decis. 9. num. 6. & 93.*
num. 9. vbi agit de Rege Francorum, † qui ha- 48
bet priuilegium conferendi præbendas, sede va-
cante, ob quod, & alia similia concludit idem
Auctor *decis. 456. à num. 31.* quod Rex Franciæ
non est merè laicus, & idem de Regibus Sici-
liæ & Neapolis, & aliis tradit Vgolinus *de cen-*
sur. cap. 1. tab. 1. §. 10. num. 3. & seqq. Nauarr.
cons. 6. de offic. Ordin. num. 2. lib. 1. Petr. Bellu-
ga *in specul. Princip. rubr. 11. §. videndum,* vbi
eius Additionator Camill. Borrell. *verb. Proba-*
mus: idem Borrel. *de præstant. Reg. Cathol. d.*
ca. 53. vbi ex † his defendit antiquissimam & im- 49
memorabilem consuetudinem, quam Rex noster
habet in Regnis Valentiæ & Aragoniæ cognos-
cendi etiam super Prælatos exemptos, Anastas.
Germon. *de sacror. immunit. lib. 2. cap. 1. nu. 27.* vbi
alia similia priuilegia commemorat, & inquit, mi-
rum non esse, quod tunc temporis Ecclesia Prin-
cipibus secularibus hanc potestatem tribuerit, quia
ob Sarracenorum & paganorum tyrannidem, secu-
larium, ac temporalium Principum brachiis indi-
gebat.

Quinimo (quod plus est) etiam causas crimi-
nales, † & Punitionem Clericorum potest lai- 50
cis summus Pontifex demandare, cum ad id iusta
aliqua causa interuenerit, vt pluribus probat Cen.
in quæstion. Canon. *cap. 4. à num. 4.* latè Marta
de iurisdict. 2. par. cap. 6. n. 31. & seqq. & nouissi-
mè

mè Bonacina *de legib. disp.*10. *quæst.*2. *punct.*1. § 3. *num.*2. quod tamen ius consuetudine etiam immemorabili quæri non posse, rectè docet, & probat Dom. Episcop. Pacensis *in cap. clerici* 8. *num.*25. *& seqq. de iudiciis.* Et in hæc respicere videtur (licèt ea non tetigerit) Fr. Eman. Rodr. *d. art.*2. Vbi postquam Reges nostros fecit Delegatos Pontificis in partibus Indiarum, inquit,
51 hinc esse, † quod si aliquis Ecclesiasticus in eis non exemplariter viuit, statim euocatur à Rege in Hispaniam, quia impeditur conuersio Indorum, de quo agemus latiùs *infra hoc eodem lib. ca pultimo.*

CAPVT III.

De eodem Regio Patronatu, & vtrùm sit censendus laicalis, vel Ecclesiasticus, & de variis eius effectibus, & specialibus.

SVMMARIVM.

1 *Patronatus diuiditur in Ecclesiasticum, & laicalem, & qualis vterque?*

2 *Patronatus Ecclesiasticus & laicus in quibus conueniant, & differant: remissiuè.*

3 *Patronatus Regius Indiarum, an sit censendus laicalis, vel Ecclesiasticus? & rationes, quæ Ecclesiasticum esse suadent.*

4 *Patronatus Regius etsi competat ex priuilegio Pontificis, non desinit esse laicalis, cùm laicis, & tanquam talibus concedatur.*

5 *Patronatus ius vbi est mixtum ex laico, & Ecclesiastico, quid præponderet?*

6 *Patronatus Regij natura non mutatur ex eo, quod Ecclesiæ vt plurimùm, ex decimis fundatæ sint, & quare?*

7 *Ius patronatus Regium in Indiis esse laicale in specie probant aliqui Auctores, qui referuntur.*

8 *Ius patronatus Regium in Indiis esse laicale vsus, & praxis eius exercendi satis ostendit.*

9 *Obseruantia post priuilegium subsequuta, & continuata est optima interpres ipsius priuilegij.*

10 *Reges nostri fundant in possessione patronatus laicalis, & ideò in ea manutenendi sunt.*

11 *Patronatus Regius Indiarum non censetur derogatus, nec præiudicatus ex noua dispositione Tridentini.*

12 *Patronatui Ecclesiastico facilè derogatur à Papa, vel per solam simplicem collationem, non ita in laicali, vel mixto.*

13 *Patronatus Regius est potentius, & efficacius cæteris, & non censetur derogatus per generales, nec per speciales reseruationes.*

14 *Beneficia iuris patronatus Regij, etiam si vacent in Curia, non pertinent ad prouisionem Papæ.*

15 *Beneficia iuris patronatus Regij, si absque Regis præsentatione conferantur, erit collatio nulla, & subreptitia, & restitutio fiet cum fructibus.*

16 *Prælati Indiarum si quicquam facere, vel prouidere tentauerint in præiudicium iuris patronatus Regij, inualidum, & inutile erit.*

17 *Præsentatione siue Regia, nemo in Indiis nullum beneficium, quamvis minimum, obtinere potest.*

18 *Permutationes beneficiorum, vel Prabendarum an possint fieri de assensu Proregis, vel Gubernatoris, qui Regio nomine Patronatum exercet?*

19 *Permutationes beneficiorum Indiarum, quando in partibus Indiarum admitti possunt, ex sententia Auctoris.*

20 *Renuntiatio beneficij etiam causa permutationis non valet, nisi interueniat auctoritas superioris Ecclesiastici.*

21 *Ius patronatus Regij Indiarum in Corona Regia incorporatum est, & schedulæ, & exempla, quæ id declarant.*

22 *Ius patronatus Regium, est inalienabile in totum, & ex parte.*

23 *Bona Regiæ Coronæ incorporata, non possunt vtiliter alienari, saltim vltra vitam concedentis.*

24 *Causæ, quæ Regium fiscum, vel patrimonium concernunt, coram secularibus fisci iudicibus agitandæ sunt.*

25 *Causæ concernentes ius patronatus Regium ad Regios iudices, & Tribunalia spectant, & num. seqq.*

26 *Iuris patronatus priuatorum causæ, & earum cognitio regulariter est fori Ecclesiastici.*

27 *Tuitio, & iurisdictio Regij patronatus pertinet ad Regem.*

28 *Patronatus Regij causæ pertinent ad iudices Regios, tam in petitoriis, quàm in possessoriis.*

29 L.5.tit.6.lib.1.& l.34.tit.5.lib.2. Recop. *explicantur.*

30 *Lites concernentes patronatum Regium Indiarum, non solùm in supremo earum Consilio, verùm & in Regiis Indiarum Cancellariis tractari possunt, ex schedula ann.*1574.

31 *Patronatum circa Regium, vel præsentationes eius virtute factas, si aliqua dubia oriantur, quis ea declarare debeat? & schedulæ de hoc agentes.*

32 *Appellationes declarationum, quæ fiunt super dubiis iuris Patronatus, quomodo interponendæ, & prosequendæ sint?*

33 *Bullæ impetratæ contra Regium Indiarum patronatum, vel in eius præiudicum qualiter retineri soleant?*

34 *Cognitio causarum Regij patronatus Indiarum per Regales Cancellarias præsumptam quandam approbationem summi Pontificis habere videtur.*

35 *Iudices seculares de materiis possessoriis patronatus, imo & beneficialibus, ex communi ferè omnium Regnorum consuetudine cognoscunt,*

36 *Præsentatum à patrono Regis vicem gerente, si Prælatus Ecclesiasticus recipere recuset, & iustas causas alleget, quis de eis cognoscere debeat?*

37 *Regibus competit in Ecclesiis Indiarum omnium*

nium Prælatorum , Præbendariorum, Beneficiatorum, & aliorum officialium Ecclesiæ præsentatio.

8 *Præsentatio est vnus ex præcipuis fructibus iuris patronatus.*

9 *Collatio Episcopatuum , & aliarum Præbendarum , & Beneficiorum Indiarum , qualiter fiat ? & quod laici etiam Reges sunt eius incapaces.*

0 *Ferdin. Menchaca opinio de collatione Episcopatuum, & aliorum Beneficiorum per Reges facienda, cautè legenda est.*

1 Cap.fin.de conceſſ.Præbend.*explicatur.*

2 *Reges Galliæ solos posse non solùm præsentare, verùm & conferre Prælaturas , & Episcopatus Regni sui, tradit Grassal.*

3 *Primariæ preces Imperiales , in quo differant à collatione?*

4 *Laici, etiam stante priuilegio , quod possint collationes Beneficiorum facere , temporalia conferent , non spiritualia , nisi sequatur alia confirmatio Papæ , vel Prælati Ecclesiastici.*

5 *Laicis mandare potest Pontifex ea, quæ sunt iurisdictionis, non quæ sunt ordinis.*

6 *Priuilegia conferendi Prælaturas , & Beneficia , qui Reges habeant , & qualiter sint intelligenda?*

7 *Reges Franciæ nimis extendebant priuilegia conferendi beneficia , & alia , quæ se habere dicebant , quousque concordatæ factæ fuerunt.*

8 *Patroni laici intra quadrimestre præsentare debent.*

9 *Reges , etsi sint patroni laici , non arctantur ad præsentandum intra quadrimestre , & quare?*

0 *Præsentationes à Regibus patronis quocunque tempore fiant, admitti solent per Papam, & alios Prælatos, & quare?*

1 *Præsentationes Episcopatuum , vel aliarum Præbendarum in Indiis vacantium , non possunt fieri intra quadrimestre propter magnam distantiam locorum, & qualiter hoc Reges nostri iam olim prouiderint.*

2 *Patronatus Regius Indiarum non inhibet , nec inuidet patronatui priuatorum in Monasteriis, Capellis, & minoribus Ecclesiis, & schedulæ de hoc agentes.*

3 *Laici retrahendi non sunt à fundationibus, & dotationibus Ecclesiarum.*

4 *Patronatum, qui habet in aliqua Ecclesia. vel Capella , potest ibidem arma, seu insignia gentilitia sua apponere.*

5 *Arma sua , siue insignia , nemo potest in Ecclesiis patronatus Regij , vel locis publicis ponere.*

6 *Arma, siue insignia gentilitia priuatorum simul cum Regiis , vel prope ea apponere, semper minus decem reputatum est.*

7 *Arma seu insignia gentilia insculpere, vel affigere in locis piis, quæ quis ædificat, vel ornamentis, quæ Ecclesiis donat, an sit licitum, vel pij operis meritum minuat.*

8 *Hospitalium omnium ex Regiis largitionibus in prouinciis Indiarum fundatorum, Rex noster vnicus patronatus existit , & schedula de hoc agentes.*

9 *Hospitalia , quæ sub Regum protectione sunt, an , & quomodo Ordinarius visitare possit.*

60 *Hospitalia iuris patronatus priuatorum, quando, & quomodo Ordinarius visitare possit , & schedula de hoc disponens.*

61 *Hospitalia , quæ erecta non sunt cum auctoritate Prælati Ecclesiastici , neque habent Ecclesiam, & campanile, sunt merè secularia.*

62 *Hospitale, vt dicatur locus Religiosus, & gaudeat priuilegiis fori , & immunitatis Ecclesiasticæ, quæ requirantur.*

63 *Hospitalium libri quando faciant fidem ad probandam mortem eorum , qui in eis defecerunt.*

64 *Rex est patronus, & executor omnium piorum operum, quæ eius vassalli in suo Regno facere iubent.*

L.hæreditas 53.verſ.Quamquam, de petit.hæred. & l.Quintus Mucius, in fine , D. de annuis legatis, *exornantur, ibidem.*

65 *Senatus Regius, qualiter se interponere soleat, pro exequendis testamentis Prælatorum , & aliis ad pia opera factis.*

66 *Lusitaniæ iure, ministri publici nominati sunt ad curandam executionem testamentorum.*

67 *Rex noster , & alij in suis Regnis sunt , & esse debent patroni , protectores , & executores Conciliorum , & maximè Tridentini.*

EX iis , quæ capite præcedenti retulimus , inferre possumus , quod † cum ius patronatus distingui soleat in Ecclesiasticum , & laicale , & Ecclesiasticum dicatur , quod Ecclesiasticis dignitatibus , vel Ecclesiis adhæret , & ab illis exercetur , vel quod acquiritur , quoties ex bonis Ecclesiæ fundatur , construitur , vel dotatur aliqua alia Ecclesia , vel Capella , laicale verò , quod è conuerso procedit , nimirùm , quoties sunt laici, qui illud habent , & exercent, vel ex propriis bonis ſecularibus , & patrimonialibus fit prædicta fundatio constructio, vel dotatio, vt probat text. *in cap. vnico , de iure patronat. lib. 6. cap. cùm autem* , vbi Abbas , & DD. *eodem tit. in antiq.* text. & gloſſ. *in Clement. 2. verb. Præsentare, de iure patron.* gloſſ. *in cap. dilectus 6. de offic. deleg.* cum plurimis aliis , quæ congerit Lambertinus *de iure patronat. 1.par. lib.1. artic.5.quæst.1. principali* , Couarr. *in pract. cap.36. num.2.verſ. Distinguitur autem* , Greg. Lopez *in l.13. tit.5. par.1. gloſſ.7.* vbi Humada , Cened. *in Canon. quæstion. quæst.12. num.5.* Cabedus *de patron. Regiæ Coronæ , cap.1. num.10. & seqq.* Pat. Gabriel Vazquez *in opuscul. moral. tit. de benef. cap.2. §.1. à num.1.* Auguſt. Barboſa *in Pastorali, 3.part.allegat.72.num.128.* Erudiſſ. Dom. D. Felician. à Vega Epiſcopus Pacenſis , *in cap. quanto 3. de iudiciis , num.27.* Salgad. *de protect. Regia , 3.par. cap.9. ex num.100.* & latiùs Iulian. Viuianus *in praxi fori patron. lib. 1. cap. 3. per totum* , vbi *num.22.* adducit † quadraginta & octo caſus , in quibus differunt ius patronatus Eccleſiaſticum , & laicale ; & *num.25.* decem & quinque, in quibus patroni Eccleſiaſtici & laici. Meritò in quæſtionem vocari poſſit, an † hoc, de quo agimus, & noſtri Reges exercent in partibus Indiarum , ſit Eccleſiaſticum, vel laicum?

Nam prima facie Eccleſiaſticum eſſe videtur, cum à ſummo Pontifice , vt à ſupremo Eccleſiaſticæ poteſtatis fonte , proueniat , & Reges noſtri eundem in eius exercitio (vt diximus) repræſentent,

ſentent, tanquam ipſius legati, vel delegati, & Eccleſias Indiarum, vt plurimum, fundauerint, conſtruxerint, & dotauerint, ex decimis ſibi ab eadem ſede Apoſtolica conceſſis, quas dubium non eſt inter bona Eccleſiaſtica, imo & ſpiritualia, connumerari, *cap. prohibemus, de decimis, cap. cauſam quæ, de præſcript. cap. 1. 16. quæſt. 7. cap. cùm Apoſtolica, de his quæ fiunt à Prælato*, cum aliis, quæ adduxi ſup in cap. proxim. præced. Quibus rationibus in hanc opinionem inclinauit M. Aragonius loquens generaliter de omnibus Regiis patronatibus, & iure præſentandi Regum Hiſpaniæ, *in 2. 2. q. 61. art. 2.*

4 Sed meo iudicio non rectè, quoniam † priuilegium Pontificum, quod interuenit ad ampliandam, & promouendam noſtrorum Regum iuriſdictionem, & auctoritatem, non mutat ſecularem eorum naturam, & cùm revera laici ſint, tanquam laicis, vel tanquam laicale conceſſum eſſe videtur, argum. *l. quæritur, D. de ſtat. homin. l. & qui habet 3. D. de tutelis*, Farinac. *in fragmentis, verb. Mixtum.* Et vt daremus eſſe
5 mixtum, † adhuc idem probare deberemus, quia licèt aliàs ius patronatus Eccleſiaſticum, tanquam dignius, trahat ad ſe laicale minus dignum, ex regula *cap. 2. de conſecrand. Eccleſ. cap. per tuas, cap. contingit, de arbitris, cum ſimilibus*, hoc tamen limitari ſolet, quando non adeſt aliquis Eccleſiæ fauor, ſed ipſius patroni, vt in noſtro caſu; quia tunc, qualitas laicalis præualet Eccleſiaſticæ, vt per Nicol. Garciam *ſup. num. 284.* Gonçalez *gloſſ. 18. num. 12.* & Salgad. *de protect. Reg. 3. par. cap. 9. num. 112.* Neque in contrarium mouere
6 debet, † quod decimæ noſtris Regibus à ſede Apoſtolica conceſſæ ſint, nam eo ipſo quaſi quid laicum, & in proprio ipſorum Regum patrimonio conſiſtens, effectæ fuerunt, & eodem iure, quo cætera bona Regiæ Coronæ, cenſentur, vt *ſup. cap. 1.* probauimus.

Vnde in eadem ſpecie, de qua loquimur,
7 quod abſque dubio † hic Regius patronatus ſit laicalis, & non Eccleſiaſticus, tenet idem Cabed. *d. tract. cap. 1. num. fin.* in illis verbis: *Eſt apud nos Regium ius patronatus, quod tertiam non conſtituit ſpeciem, ſed cadit ſub ſecundo membro, cum laicale, & ſeculare ſit, vt de ſe patet.* Et adhuc magis in ſpecie, agens de ipſo patronatu noſtrarum Indiarum, & opinionem Aragonis conuincens, Fr. Ioan. Zapata *in tract. de iuſtit. diſtribut. 2. par. cap. 14. num. 16. & ſeqq.* Addens, quod Reges noſtri, non ſolùm ex reditibus decimarum fundarunt, conſtruxerunt, & dotarunt Eccleſias iſtarum Regionum, ſed ſæpiſſimè, vbi illæ deficiunt, ex propriis bonis ſuæ Cameræ, ex quibus aſſignantur parochis reditus annui in ſtipendium, & ſuſtentationem. Et in pluribus, qui tenuiores ſunt, & decimas ad congruam Epiſcoporum ſuſtentationem non habent, Rex ipſe ex ſuis bonis ſimiliter, & iis liberaliſſimum ſtipendium ad congruam eorum ſuſtentationem elargi-
8 tur. Et † quod, vel ipſa forma, & modus, quod per tot retrò annos Reges noſtri vſi ſunt in præſentationibus, & reliquis, quæ ſpectant ad hunc Regium patronatum Indiarum, & illius exercitium, ſatis oſtendunt, quod illud tanquam laicale habuerint, & poſſederint: vnde, dato, licèt non conceſſo, quod in verbis priuilegij poſſet eſſe
9 aliqua dubitatio † talis conſuetudo, & obſeruantia eam ſuſtulit, quaſi eiuſdem priuilegij hactenus fidiſſima interpres, vt latè probat Dec. *conſ. 156. in fin.* Laurent. Syluan. *conſ. 66. num. 20.* & plures alios referens Bertazol. *conſ. ciuili 97. num. 25. vol. 1.* Ego *1. tom. de Indiarum iure, lib. 2. cap. 24. ex num. 84. & lib. 3. cap. 1. ex num. 25.* latiſſimè & nouiſſimè D. Valençuela *conſ. 103. num. 30. & conſ. 120. n. 26. & conſ. 135. num. 31. & 117. vol. 2.* & in ſimilibus terminis Camill. Borrell. *de præſtant. Reg. Cathol. cap. 53. num. 37.* vbi etiam *n. 5.* & *num. 36.* inquit, & probat, quod † mediante dicto priuilegio, & pacifica & quieta vſu eius in prædicta forma, cum bona fide, continuatione, abſque dubio in ea manutenendus eſt, vt per Paul. de Caſtro *conſ. 323. col. 1. vol. 1.* Ægid. Boſſ. *in prax. tit. de fiſco, & eius priuileg. num. 60.* cum in his ſuam intentionem fundatam habeat, *argum. cap porrò, cap. recepimus, de priuileg.* & eorum, quæ in ſimilibus tradunt Bald. *in l. 1. § is qui, D. de exercit. act.* idem Bald. *conſ. 355. vol. 1.* Paul. de Caſtro *conſil. 36. n. 5. vol. 1.* Surd. *conſ. 140. n. 21. vol. 2.* & Fabius Turret. *in conſ. 99. nu. 9. vol.*

Quod procedit etiam hodie poſt † Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat.* quod nouam formam induxit ad obtinendum, oſtendendum & probandum ius patronatus laicorum. De quo & de aliis, ad hanc materiam iuris patronatu pertinentibus, latè vltra Lambertinum, & alio agit Ioſeph. Ludou. *concl. 42. per totam*, Miere *de maiorat. 3. par. q. 77.* Flamin. *de confident. benef. q. 28. ex num. 205.* Gonçalez *ad regul. Cancell. 8. gloſſ. 18. à num. 30.* Caualçan. *deciſ. 17 par. 2. & deciſ. 11. & 28. par. 3.* Rota Romana inter nouiſſimas ſacri Palatij, *deciſ. 345. par. 1. & diſcept. 577. n. 14. lib. 3.* Ceuall. *q. 614. & quæſt. 717.* Leonius *in Theſaur. fori Eccleſiaſt. cap. 6. de iure patronat.* Mareſcot. *lib. 2. var. reſolut. cap. 5.* Campanil. *in diuerſor. iur. Canon. rubr. 11. cap. 1. ex num. 405.* Riccius *collectan. 58. & 124. & 638. & 1691. cum ſeqq.* Garcia *de benef. 5. par. cap.* *num. 104. & 105.* cum aliis, & *cap. 9. à num. 10.* Tuſch. *pract. concl. litt. Y. concluſ. 617.* Marc *in compilat. deciſ. titul. de iure patronat. cap. 1.* & multis ſeqq. Marcheſan. *de commiſſion. tom. pag. 43. & 477.* Camill. Borrell. *in ſumma deci rubr. 32.* Viuian. *in dict. praxi iuris patronat. p tot.* maximè *lib. 11. cap. 56. & lib. 12. c. 1.* & Salgad. omninò videndus, *d. tract. de protect. Regi cap. 9. & 10.* Nam illa diſpoſitio Concilij non procedit in patronatibus Regiis, quibus in nihilo derogare voluit, vt ibidem oſtenditur, latiùs dixi ſuprà *cap. proxim. ex n. 5.* & benè proſequitur D. Franc. Salgadus *dicto cap. 10. num. 96. & ſequentibus.*

Et ita † licèt facilè præiudicetur patronatu Eccleſiaſtico, vel per ſolam collationem factam à Papa, abſque alia derogatione, *cap. cum dilectus, de iure patron. cap. dilectus*, & ibi Abb. *de offic. deleg.* Hojeda *de incompat. benef. 1. par. cap. 24. num. 112.* Gonçal. *dicta gloſſ. 18. num. & 7.* Caſſiod. *deciſ. 4. n. 11. de probat. & deci fin. num. vlt. de iure patronat.* laicale tamen imò & mixtum, non cadit ſub generalibus reſeruationibus, vt per Lambertin. *de iure patro 3. par. lib. 2. q. 9. art. 9. in fine*, Couarr. *in pract. cap. 36. num. 5. verſ. Tertiò, opportunè*, Hojeda *vbi ſup. n. 114.* & alij plures relati à Salgado *cap. 9. n. 114.* Et multò minus † Regium, quod eſt potentius & efficacius, quam aliorum inferiorum, vt colligitur ex Trident. *ſeſſ. 25. de refor. 9.* Menchaca *lib. 2. controuerſ. cap. 51. ex num. 37.* Cabed. *de patron. Reg. Coronæ, cap. 1.*

ben

benè obseruauit Palac. Rub. *in tractat. de benef. vacant. in Curia*, §.16. Inde inferens, quòd † licèt beneficia, quæ vacant in Curia, soleant regulariter pertinere ad prouisionem Romani Pontificis, vt latè dixi *sup. libr. 2. cap. 6. num.* 89. Hoc tamen non procedet in his, quæ sunt sub iure Regaliorum, quibus nulla, quantumvis expressa, reseruatio, vel derogatio præiudicare potest. Quod optimè etiam prosequitur Rebuff. *de nominat. q. 15. num. 9. & seqq.* Couar. *d. cap.* 36. *num.* 6. Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ, cap.* 35. *per totum*, vbi † quòd debet censeri nulla, & subreptitia collatio aliter facta, & quòd non solùm Ecclesiam restituit talis intrusus, sed etiam fructus, D. Franc. Alfarus *de offic. fiscal. gloss. 2. num.* 9.

Et ad alios † quoscunque Prælatos ex maioritate rationis extendendum est, cùm neque hi quicquam facere, vel prouidere possint in præiudicium eiusmodi, imò nec cuilibet alterius laici patronatus, *cap. consultationibus, cap. ex insinuatione, de iure patronat.* text. & glos. *in cap. decernimus, cap. Monasterium, & seqq.* 16. *quæst. 7. tototit. D. si quid in fraudem patronis, l. 5. tit. 6. libr. 1. Recop.* cum adductis à Salgado *vbi sup. d. cap. 10. numer.* 143. vbi, quòd prouisio erit nulla, & appellationi esse deferendum declarabitur in Tribunali Regio, iunctis schedulis, quarum suprà, in huius capitis initio, meminimus, † quæ nullis omninò præbendariis, vel beneficiariis collationem dari permittunt, qui Regiæ nominationis litteras, siue titulos non præsentauerint.

Quod adeò verum est, vt neque † permutatio, neque pensionis assignatio possit etiam per summum Pontificem de consensu partium constitui super Præbendis, vel beneficiis pertinentibus ad Regium hunc patronatum, quamvis specialiter ei in litteris derogetur, nisi Regius assensus in his interuenerit, vt, post plures alios, quos refert, benè docet Gigas *de pensionibus, quæst.* 23. Couar. *d. cap.* 36 *practic. num. 9. vers. His denique, & num. 10. vers. Secundò est*, Flamin. Paris. *de resignat. benef. libr. 2. quæst. 4. per totam*, nouissimè Ioan. Cochier. *de commutat. benef. c.* 19. & Viuian. *in prax. iuris patronat. libr.* 13. *capit. 9. &* 10. Cabedus *de patronat. Regiæ Coronæ, cap. 11. num. 2. pag.* 42. Et satis apertè probari videtur *in l. 5. tit. 6. l. 18. 21. & 25. titul. 3. lib. 1. Recop.* & de nostro iure municipali Indiarum est text. expressus in sched. dat. Pintiæ 13. Iunij an. 1615. quæ absolutè tales permutationes prohibet, etiam si consensus Prælati interveniat, & Proregis, sive Gubernatoris, qui Regio nomine patronatum exercet.

Quod tamen Ego, verba, & mentem ipsius schedulæ sequutus, cùm nuper de ea in legem reducenda ageretur, † ita temperandum existimaui, vt in beneficij, quæ in illis partibus à Proregibus præsentantur, eorum & Prælatorum assensus sufficeret ad permutationes eiusmodi ex iustis causis admittendas, secus in alijs præbendis, quarum prouisio Regi ipsi, & supremo eius Senatui reservata est, & ita praxi seruari vidi, licèt pluribus ex Patribus Conscriptis placuerit, omnes omninò permutationes dicta prohibitione comprehendi, vt fraudibus, & simonijs, quæ hac occasione fieri possunt, & solent, obuiam iretur. Et de hoc Regem ipsum consuli placuit.

Vnde rarò etiam in ipso Senatu admittuntur, & tunc præcedente superioris Ecclesiastici
informatione, & auctoritate, absque † qua non 20
valere renuntiationem, quæ fit causa permutationis, etiam si fiat coram patrono laico, concors est Scribentium opinio, vt per Ant. de Butr. *in cap. vlt. n.* 5. Abb. *n. 3. du renunt.* Puteum *decis. 412. lib.* 1. Crauet. *cons. 82. n.* 3. Flamin. Paris. *lib. 7. q. 9. n.* 14. & Cochier *d. tract. de commutation. benefic. cap. 2. num.* 16. quod nescio an in patronatu Regio aliquam limitationem recipiat. Nam aliquando vidi etiam, inconsultis Prælatis, permutationes admitti, præsertim existentibus in Curia his, qui de permutatione conuenerant, nouisque ad Præbendas permutatas præsentationis litteris expeditis.

Secundò, ex eisdem principiis deducitur hoc ius patronatus, tam ob sui concessionem, & prærogatiuam, quàm ob nostrorum Principum
æstimationem † in Regia ipsorum Corona in- 21
corporatum esse, & ob hanc causam regulari debere, sicut cætera bona eiusdem Coronæ, vt constat ex Bulla Iulij II. quam *in cap. præcedenti retulimus*, vbi concessio fieri dicitur Regi Ferdinando, & Ioannæ Reginæ, ac Castellæ & Legionis Regibus pro tempore existentibus, & sched. ann. 1574. in princip. ibi: *Y mandamos, que el derecho del dicho patronazgo vnico, è insolidum de las Indias, siempre sea reseruado à Nos, y à nuestra Corona Real, &c.* quæ verba inducunt incorporationem cum Regno, vt in simili, loquens de patronatu Regio Lusitaniæ, obseruat Aluar. Velas. *de iure emphyt. q. 50. n.* 23. Georg. Cabed. *d. tract. de patronat. Regiæ Coronæ, cap. 4. num. 6. & c. 12. n. 6. & decis. Lusitan.* 65. *n. 3. part. 2. pag.* 101. Et agens de patronatu Abbatiarum Consistorialium Regni Castellæ, Salgad. *de protect. Regia, 3. part. cap. 10. n.* 148. *& de patronat. Regum Franciæ* Annæ. Robert. Choppin. & alij, quos statim *numer.* 25. citabimus.

Quò fit, vt † nullo modo, etiam ex volun- 22
tate, & concessione expressa ipsorum Regum in alium transferri, vel alienari possit in totum, nec pro parte, non magis, quàm reliqua alia bona, quæ ad eandem Regiam Coronam
spectant, & de Regalibus dicuntur, † & ideò 23
inalienabilia esse censentur, saltem vltra tempus, quo ipse alienans vixerit, vt post alios, docet Couar. *libr. 2. var. cap. 18. n.* 10. Didac. Perez *in l. 1. tit. 6. libr.* 1. Ordin. *collat.* 240. text. & DD. *in l. filiusfamil. §. Diui, D. de leg. 1. & in capit. intellecto, de iur. iurand. l. 4. & 5. tit. 15. part.* 2. Rhenat. Choppin. *de doman. Franciæ, libr. 2. tit. 1. n.* 2. Petr. Gregor. *de Repub. libr. 3. cap. 8. n.* 4. Vbi Regem marito similem faciunt, qui bona Coronæ Regiæ veluti dotalia alienare non possit; Francisc. Topius *de potest. Princip.* §. 5. *n.* 36. Salgad. *de Regia protect. part. 1. cap. 1. prælud. 2. n.* 76. Hottoman. *quæst. illustr. capit.* 1. Menchac. *de success. creat. libr. 3. §. 26. limit.* 31. *num. 46. &* 52. Valençuela *cons. 99. num.* 71. D. Ioann. del Castillo *libr. 7. controuers.* vbi de tertiis, *cap. 9. n.* 27. Mastrill. de Magistr *libr. 1. cap.* 13. & Villadiego, ex multis, in Prologo, *Del fuero juzgo, l. 2. num.* 50. Et in terminis nostri patronatus Indiarum, Matienz. *in tract. M. S. de moderat. Regni Perù, 1. part. cap.* 37. Et deciditur *in d. sched. ann.* 1574 ibi: *Sin que en todo, ni en parte pueda salir della; y que por gra-*

cia,ni merced,ni por testamento,ni por otra disposiciō alguna,que Nos,ò los Reyes nuestros sucessores hizieremos ,no seamos vistos conceder derecho de patronazgo à persona alguna,ni à Iglesia, ni à Monasterio , ni prejudicarnos en el dicho derecho de patronazgo.

24 Et hoc etiam efficit , quemadmodum † de aliis Regalibus,& bonis patrimonialibus Principis , causæ , & dubitationes, quæ emergunt, debent iudicari , & declarari per iudices seculares , & supremas Curias ab eo deputatas , vt *in l.2. & 5.* vbi causæ fiscales , *l.1. C. si aduers. fiscum* , cum aliis , quæ tradit Bald. *in l. si debitum , num. 4. C.quando fisc. vel priuat.* Peregrin. *de iure fisci , libr. 7. titul. 1. per totum,* Quemada *quæst. fiscal. 1. & 2.* Didac. Perez *in l.6. tit.41. libr.2. Ordinam.* glos. *Saluo en aquellos,* D.Franc.Alfarus *de offic.fiscalis,gloss.16.priuileg.1. num. 21. seqq.* latissimè Regnerus Sixtinus de Regalibus , *1. parte, cap.8. per totum,* cum aliis , quæ adduxi *suprà , cap. 1. & nu.42.*

25 Ita etiam † causæ concernentes Regium patronatum , tractandæ sunt, & tractari solent coram ipso Principe , & supremo eius Senatu, vel Regalibus Indiarum Cancellariis. Quia licèt aliàs in aliis patronatibus debeant ad iu-
26 dicium Ecclesiæ remitti ; ob id † quòd hoc ius sit spirituale , vel spirituali annexum , vt *in cap. quanto , de iudiciis , Clement. dispendiosam, eodem tit. l.56. tit.6. part.1.* cum aliis , quæ latè adducit Cabedus *de patronat. Regiæ coronæ, cap. 49.* & Ceuallus *de violentiis, 2. part. quæst. 94.* Vbi hinc refert, non esse recursum ad Regalem Cancellariam per viam violentiæ contra iudicem Ecclesiasticum , qui inhibet iudici seculari , vt non cognoscat de causa iuris patronatus, etiam inter laicos. Hoc tamen limitatur in eo , quod ad Reges pertinet , qui etsi demus , quòd sit etiam spiritualibus annexum,& ex concessione Romani Pontificis emanauerit , tamen , vbi semel factum est Regale, inter iura patrimonialia Principis computatur,
27 † & ad eum pertinet eius tuitio , & iurisdictio, vt eleganter tradit Turrecremata *in cap. filijs, vel nepotibus 16. quæst.7.*DD. per tex.ibi *in cap. generali, §. vltimo , de elect. lib. 6.* Bald. *in cap. 1.num.8.Episcop.vel Abbat.* Bertrand. *cons.276. num. 17.vol. 3.* Aufrerius *de potest. seculari, fallent.25.* Carol. Grassal.*lib.2.Regal.Franciæ,cap. 5.col.fin. & cap.1.col.5.* vbi inquit, quod Curia Parlamenti cognoscit etiam de petitorio præbendarum,quas Rex confert,Iacob.Rebuff.*in l. 4. num. 2. C. de fund. rei priuatæ , lib. 11.* Guilier. Bened. *in cap. Reinuntius , verb. Et vxorem , el 2. num.62. & num. 74. & seqq.* Beroius *cons. 65. num. 117. vol. 1.* Did. Perez *in l. 3. tit. 3. lib. 1.* Ordinam. Mieres *de maiorat. 3. part. q. 11. ex num. 11. vsque ad fin.* Iacob Cancius *in margarita fisci , dub.8. n. 22. fol. 30.* Thom. Mier. *super capitulis Curiarum Cataloniæ , collat. 10.fol.43. & 44.* Annæus Robertus *lib. 3. rer. iudica 1. cap. 1.* Rhenatus Choppinus *de domanio Franciæ , lib. 2. tit. 8. num. 7. & in tract. de sacra policia forensi , in præfatione , num. 10. & 11.* Oliuan. *de iure fisci cap. 13. num. 33.* Belluga *in specul. Princip. rubr. 15. §. tractemus , num. 38. vers. Et hoc ius tertij ,* Hottom. *de verb. feudal. verb. Regalia,* Balzaran. *de feud. tit. 56. quæ sint Regalia num. 8.* Guid. Papa , & eius Addit *decis. 1. &* 85. Maranta *de ordin. iudic. 4. par. num. 77.* Nauarr. *in cap. cùm contingat , de rescript.* Ioan. Garcia *de nobilit. gloss. 9. num. 22.* Matienz. *in l. 3. gloss. 10. num. 2. tit.10. lib. 5. Recop.* Parla *differ. 9. n. 25.* Bobadilla *in Politica lib. 2. cap. 18. num. 141. & 213.* vbi alios allegat , & vltra eos Cabedus *vbi sup. num. 10. & 11.* qui tamen solùm agnoscit hanc iurisdictionem in merè possessorijs ; & latè D. Francisc. Salgad. *d. tract. de Regia protect. 3. par. cap. 10. num. 190. & seqq.* vbi generaliter cum suprà dictis , & alijs Auctoribus tenet , † Regem & eius consilium de his causis cognoscere siue in possessione , siue in proprietate , & hoc esse vsu receptum & permissum , non solùm in Hispania , verùm etiam in Regnis Galliæ, Angliæ, Hungariæ,& Apuliæ, & satisfacit obiectionibus Martæ , qui contrarium tenet *in tract. de iurisd. 2. par. cap. 4. ex num. 1.* & idem tradit Arnulphus Ruzæus *de Regal.priuil. 26.n.1.& seqq.* omninò videndus.

Et licèt † *l.5.tit.6.libr.1. Recop.* solùm præcipiat procuratoribus fiscalibus , quòd prosequantur causas Regium ius patronatus tangentes, coram quibus,& quomodo debeant : *Ante quien , y como deban : l. tamen 34. tit. 5. libr.2. eiusdem Recopil.* hos iudices seculares esse declarat. Et hoc expressiùs de nostro iure municipali Indiarum pluribus schedulis decisum reperitur , & præsertim † in illa declaratoria iuris patronatus , cuius sæpè meminimus , quæ non solùm supremo earum Senatui , verùm & Regiis Cancellariis hanc iurisdictionem concedit , ibi : *Y los nuestros Virreyes , Audiencias, y Iusticias Reales procedan con todo rigor contra los que assi fueren y vinieren contra nuestro derecho , è patronazgo , procediendo de oficio, ò à pedimiento de nuestros fiscales , ò de qualquiera parte que lo pida , y en la execucion dello se tenga mucho diligencia* ; Et in alia ad Audientiam Mexicanam directa ann. 1540. quæ extat *2. tom. impress. pag. 30.* quæ non solùm lites, verùm † & dubia , si quæ orta fuerint , super intelligentia , & praxi eiusdem Regij patronatus , & recipiendis , vel non recipiendis his, qui eius virtute præsentantur , ab eadem Audientia terminari , & declarari iubet. Quamvis hoc posteà per dictam sched. ann. 1574. in fin. solis Proregibus, & Præsidibus, qui ius patronatus Regio nomine exercent , committi videatur , & apertiùs per ordinationes Cancellariarum ann. 1562. quæ sic habent : *Item, quando huviere duda cerca de entender alguna cosa de la contenidas en la ereccion de las Iglesias , ò sobre las colaciones que el Obispo ha de hazer à los por Nos presentados , que el Presidente de la Audiencia lo declare.* Quo iure hodie frequentiùs vtimur , quamvis † si aliqua pars se grauatam senserit hac Proregis , siue Præsidis determinatione , vel declaratione , ei recursus maneat appellandi ad Regiam Cancellariam , & huic appellationi Prorex deferre teneatur , vt nouissimè decisum vidi per quandam sched. dat. apud D.Laurent. 14.August. ann. 1620. super lite doctrinarum oppidi de Lambayeque. Quod Ego intelligerem quoad effectum deuolutiuum:nam ab statuto, vel erectione, aut eius declaratione, seu executione , regulariter non admittitur appellatio quoad effectũ suspensivũ,quin potius ea emota est procedẽdũ, *c.consuluit,el 3.de appel.c.*

ex

ex ore, *de his quæ fiunt à mai. parte Cap. cap. relatum*, *de his quæ fiunt à Prælat.* Roman. *consil.* 43. *numer.* 2. Gigas *de pensionib. quæst.* 45. *numer.* 3. Ceuall. *de violent. quæst.* 27. *numer.* 10. & idem est in præsentatione facta virtute patronatus Regij, *cap. consultationibus*, *de iure patron. l.* 9. *tit.* 15. *part.* 1. vbi Gregor. Salgad. *de Regia protect.* 3. *part. cap.* 10. *num.* 3. & vltra relatos ab eo, Cabed. *de patronat. Reg. capit.* 8. Garcia *de benef.* 5. *part. capit.* 1. §. 10. *à num.* 477. Gratian. *discept.* 113. *num.* 32. Pereira *de manu Regia*, *capit.* 7. *num.* 25. Reinosus *obseru.* 66. Farin. 1. *part. nouiss. decis.* 224. *&* 2. *part. decis.* 423. Peregrin. *cons.* 35. *num.* 1. *volum.* 1 Menoch. *consil.* 1057. *num.* 1. Ioann. Baptist. Costa *cons.* 29. Alexand. Trentacinq. *cons.* 65. *numer.* 12.

Et hanc praxim, in ipsis terminis iuris patronatus Indiarum, agnoscit Fr. Manuel. Rodrig. *in quæst. regul.* 1. *tom. quæst.* 35. *art.* 2. qui
3 ex prædictis oriri inquit, † quòd si aliquod priuilegium impetretur à Papa, quod tangat gubernationem rerum spiritualium, vel Ecclesiasticarum in partibus Indiarum, non aliter executioni mandari permittatur, quàm si priùs in supremo earum Consilio exhibitum fuerit, & inspectum, ne fortè in aliquo Regio patronatui præiudicet. De qua praxi, & retentionis Bullarum ex prædicta causa, vel ex aliis iustificatione, plura adducemus *infrà hoc lib. capit.* 23. vbi peculiarem de hac re sermonem inibimus.

4 Quibus adiicio, † quòd cùm hæc Curiarum secularium cognitio in his iuris patronatus Regij litibus, & quæstionibus, tot retrò temporibus, tam in Hispania, quàm in partibus Indiarum inconcussè obseruata fuerit, & constet eam per summum Pontificem concedi posse, ex latè traditis à Menoch. *de retinend. possess. remed.* 3. *num.* 353. saltim præsumptivè ex tacita, & diuturna ipsorum Pontificum approbatione, concessa, vel saltim permissa videri potest, vt doctè in simili notat Nauarr. *in cap. cùm contingat*, *remed.* 1. *vers. Tertiò facit*, *de rescriptis.*

Vt omittam, dictam cognitionem rarò proprietatem eiusdem iurispatronatus attingere, sed tantùm materias facti, & merè possessorias,
5 † in quibus faciliùs, & securiùs omnes Auctores suprà relati Regiis superioribus Curiis saltem extraordinariam tuitionem concedunt, etiam in causis beneficialibus, cùm ad id tantùm dirigatur, vt quieta sit Respublica, nec alicui iniuria, vel violentia fiat, vel indebitè possessione sua spolietur, vel præsentatione fraudetur. Quod in Neapolitano Regno passim etiam fieri testatur Matth. de Afflict. *decis.* 24. & de communi vsu omnium ferè mundi Regnorum, Menoch. *vbi sup. ex num.* 328. *vsque ad* 337. vbi sic reducit ad concordiam dissidentes in hoc opiniones Doctorum, Couarr. (licèt aliàs satis scrupulosè in hac materia loquatur) *in capit.* 35. *practic. quæst.* 2. *vers. Non negamus*, & latissimè, & plenissimè Camill. Borell. *de præstant. Reg. Cathol. capit.* 71. *numer.* 212. cum multis sequentibus, & Hieronym. Ceuall. *in tractat. de violent.* 2. *part.*
6 *quæst.* 65. *per totam.* Vnde si Prælatus † præsentatum à patrono recipere nolit ob simoniam, vel alias causas, quæ contra eum ex visitatioue resultent, illæque probabiles, & non affectatæ videantur, non auderem consulere, de his Proreges, vel Regales Audientias cognoscere posse, sed Prælati reclamationi potiùs deferendum, donec præsentatus suam innocentiam coram iudice competenti probauerit, aut purgauerit. Nam si cuilibet de populo reclamare licet à mala electione, siue præsentatione, vt *infrà capit.* 2. *numer.* 68. trademus. Cur Prælatus circa hoc audiendus non erit? Cuius iurisdictioni, & cognitioni Ecclesiasticæ in hoc casu nulla schedula derogari video, quin potius illa ann. 1574. hoc in terminis iuris communis relinquere videtur. Sic etenim habet: *Auiendole presentado la prouision original de nuestra presentation, sin dilacion alguna, le harà prouision, y canonica institucion, y le mandarà acudir con los frutos, excepto teniendo alguna excepcion legitima contra la persona presentada, y que se le pueda probar; y no se la oponiendo tal, ò no se la probando, sea obligado à pagar los frutos, rentas, costas, è intereßes que por la dilacion se le recrecieren*: quod multum notare oportet, quia sæpè contingit, & nunc, cùm hæc prælo mandamus, ad Regium Senatum delatus est casus insularum Philippinarum, in quo huius articuli minus exacta intelligentia, magnas, & lamentabiles inter Archiepiscopum, & Gubernatorem contentiones excitauit, quæ silentio potiùs inuoluendæ, quàm posteritati referandæ videntur.

Tertiò, ex superioribus fluit, virtute Regij patronatus, de quo agimus, competere gloriosissimis † Regibus, ac dominis nostris 37
in prouinciis Indiarum electionem, & præsentationem Prælatorum, & omnium Præbendarum, beneficiorum, & Ministrorum dictarum Ecclesiarum, vsque ad minimum officium Sacristæ, vt & in Regno Granatæ obseruari, tradit Bobadilla *dicto libr.* 2. *capit.* 18. *numer.* 221. & patet ex Bullis & schedulis, quas suprà retulimus. Est † quippè talis nomina- 38
tio, & præsentatio vnus ex præcipuis fructibus iuris patronatus, vt rectè docet Calderinus *cons.* 19. *in fin. de iure patronatus*, Viuian. *eod. tractat. libr.* 5. *capit.* 2. *numer.* 3. *&* 4. & nouissimè D. Valençuela *cons.* 188. *numer.* 10. *volum.* 2. Sed tamen † collatio, & Canonica 39
institutio Romano Pontifici erga Prælatos, & ipsis Prælatis in suis Diœcesibus erga alios Beneficiatos remittitur, provt & in Regnis Hispaniæ obseruatur, quia eius faciendæ (etiam Principes) capaces non sunt, vt docet Bonifac de Vitalinis *in Clementin. vnica de concession. Præbend.* Innocent. omninò legendus, *in capit. quod super*, *colum.* 1. *de elect.* Ioann. Andreas *in capit.* 2. *de præbend. libr.* 6. text. *in capit. si quis deinceps* 36. *quæst.* 7. *& in capit. final. de iure patronat.* Rebuff. *in tractat. nomin. quæst.* 15. *numer.* 10. Anastas. Germon. *de indult. Eccles.* §. *in quibuscunque*, *num.* 13. Camill. Borell. *d. tractat. de præstant. Reg. Cathol. capit.* 50. *numer.* 32. *&* 33.

Quò fit, vt cautè legendus sit Ferdinand. † 40
Menchaca *libr.* 2. *controu. illustr. capit.* 51. *numer.* 37. dum nimis generaliter tradit: *Regibus, & dominis nostris integrum, saluumque etiam hodie, non secus ac olim, ius, & facultatem esse, conferendi omnes Archiepiscopatus, Episcopatus,*

patus, Præbendas, Dignitates, Personatus, Recto-
rias, beneficiáque omnia Ecclesiasticis personis
per vniuersam Hispaniam. Nam de electione
tantùm, vel nominatione intelligi debet; vt
ipse idem paulò pòst insinuare videtur, licèt
oscitanter hæc nomina confundat. Quem sen-
41 sum recipit etiam † text. *in c.fin. de concess. præ-*
bend. qui videtur velle Comitem, aut Comitis-
sam Flandriæ habere ius conferendi beneficia,
quia debet intelligi de præsentatione, non de
vera collatione, secundùm Panormit. & DD.
ibidem, & Carolum de Grassal. *de Regal. Fran-*
42 *ciæ, lib. 2. cap. 1. pag. 7.* vbi vult probare, † solos
Reges Franciæ ex priuilegio, & consuetudine
habere ius non solùm præsentandi, verùm &
conferendi prælaturas, & beneficia sui Regni,
& in hoc differre ab Imperatore, qui non hà-
bet potestatem conferendi, sed faciendi, recipi
43 tantùm, & vocantur Primariæ preces † Impe-
riales, inter quæ lata est differentia, vt per Ioan.
Andr. *in addition. ad Speculat. titul. de legato, §.*
nunc tractemus, & idem docet Arnulph. Ru-
zæus *de iure Regal. in Præfat. vers. Quarta fuit*
opinio, Chopinus *de sacra politia, lib. 1. cap. 7. n. 11.*
& 13. & de domanio Franciæ libr. 2. titul. 9. ex
numer. 5.

Quamvis verius sit, etiam stante dicto priui-
44 legio, † laicos iura spiritualia conferre non
posse, quæ ipsi non habent, sed solùm tempo-
ralia, de quibus inuestiri videtur, spiritualia
autem, sic inuestitos recipere à confirmatore,
vel consecratore, aut alio ministro Ecclesiasti-
co, vt in specie aduertunt, & docent Innocent.
& Rebuff. *vbi suprà*, & eorum verba recensens
Camill. Borell. *d. cap. 50. num. 32. &* 33 & vltra
eos Restaurus Castaldus *in tractat. de Imperat.*
45 *quæst. 100. num. 17. &* 18. Vbi probat, † ea quæ
sunt iurisdictionis, vt est collatio beneficio-
rum, etiam laicis per Pontificem mandari
posse, vt per Decium, & DD. *in cap. 2. de iudi-*
ciis, non etiam ea quæ sunt ordinis. Et eodem
46 modo explicat, & accipit, † similia priuilegia,
quæ habent Reges nostri in Hispania, & in
Belgio, & alij Reges, & Duces aliarum pro-
uinciarum, quos ibi recenset, Ioan. Cochier. *in*
dict. tract. de primariis precibus, in proœmio, pag. 3.
& nouissimè Viuianus *in praxi iuris patronat.*
libr. 11. cap. 12. vbi etiam refert Reges, qui eius-
modi priuilegia habere prætendunt; & inquit,
asserta priuilegia esse potius nominationes,
47 quàm collationes. Et quòd quia Reges † Fran-
ciæ nimis ea, & contra iuris regulas extende-
bant, vltimo loco fuerunt facta concordata,
quæ refert, & peculiaribus Commentariis il-
lustrat Rebuff. & sic sopitæ sunt graues illæ
dissensiones, & mordaces, vel procaces episto-
læ, quæ huius rei causa interuenerunt inter Bo-
nifacium Octavum, & Philippum Pulchrum
Francorum Regem, de quibus dicam *infrà hoc*
libro cap. 12. n. 26.

Dictas porrò præsentationes, alij patroni †
48 laici regulariter intra quadrimestre facere de-
bent à die vacationis, vel saltem à die scientiæ
computandum, *cap. quia diuersitatem, de con-*
cess. præbend. cap. licèt, de supplend. negligent.
Prælatorum, cap. cùm propter, de iure patronat.
cum aliis latè adductis à Lambert. *in eod. tract.*
part. 2. lib. 2. q. 1. art. 1. Riccio *in collect. decis.*
part. 1. collect. 119. & in praxi resolut. 184. Ant.
Fabro *C. de sacros. Eccles. definit. 35. & de*
Episcop. & cleric. definit. 17. & de iure patron.
definit. 3. Peregr. *cons. 32. numer. 15. volum. 1.*
Salgado *de protect. Regia, 3. parte, cap. 11. nu. 62.*
Maceratens. *libr. 1. var. resolut. cap. 29. num. 20.*
Moneta *de optione, cap. 3. num.* 106. *& cap. 6.*
numer. 19. Gratian. *3. tom. cap.* 560. *à num.* 26.
Rota apud Farin. *2. part. nouiss. decis. 177. nu-*
mer. 5. Costa *de scientia facti, centur. 1. dist. 90.*
num. 55. Flores de Mena *quæst. 3.* August. Bar-
bosa *in Pastorali, 3. part. alleg. 72. numer. 126.*
Viuian. *in praxi iuris patronat. libr. 7. cap. 1. & 2.*
Alexand. Ludou *decis. 177. nu. 5.* Narbona *in l. 20.*
glos. 22. num. 33. lib. 4. Recop. & Nicol. Garcia *de*
benef. part. 10. cap. 2. à num. 34. & 5. part. cap. 9.
num. 209.

Quod tamen † in Regiis patronatibus non 4
obseruatur, quia Regibus quadrimestris lapsus
non nocet, siue ipsorum officiales, siue ipsi va-
tionis scientiam habuerint, ex legitima præscri-
ptione, qua tuti sunt, eò quòd multis occupatio-
nibus impediti, tam in bello, quàm in pace, in-
dulgendum sit eis, si intra legitimum tempus,
talas præsentationes non fecerint, argum. text.
in cap. cæterum 5. de rescript. & in cap. ex parte
12. de officio deleg. Et ita quandocunque † eas 5
faciant, admittendæ sunt, provt semper admit-
tuntur, tam à summo Pontifice in Episcopati-
bus, quàm ab inferioribus Prælatis in minori-
bus beneficiis, & si secus fieret, possent con-
tradicere, & reclamare prouisionibus, absque
eorum consensu factis, vt de communi praxi
testificans, tradit Cabedus *de patronat. Regiæ*
Coronæ, cap. 28. à num. 5. & eum referens Nicol.
Garcia *d. cap. 2. n. 34. ad fin.* & Salgad. *de protect.*
Reg. 3. par. cap. 10. num. 43. & 44.

Quo iure, multò maiori ratione † in præsen- 5
tationibus Indiarum vtimur, propter magnam
locorum distantiam, & alia interualla, & impe-
dimenta, quæ contingere solent, & possunt;
quorum consideratio in causa fuit, vt vel ipsi
Reges Catholici dum de impetrando hoc Re-
gio patronatu ab Apostolica sede tractarunt,
decem & octo mensium spatium ad præsenta-
tiones faciendas desiderauerint, vt ex fide, & re-
latione Antonij de Herrera dixi *in cap. præced.*
n. 3. Quod tamen hodie ad plures prouincias vl-
teriùs detectas, insufficiens quoque est. Et ita
licèt in Bulla concessionis annus tantùm præ-
figatur à die vacationis computandus, hoc ta-
men non obseruatur, nec iuri communi præ-
iudicat, quod in Regiis patronatibus, vt modò
vidimus, latiores habenas indulget.

Quartò (vt plura alia omittam, quæ pra-
xim huius Regij patronatus Indiarum con-
cernunt, quæ satis apertè cauta sunt in d. sche-
dul. ann. 1574. & eius declaratoriis *dicto 1.*
tom. ex. pag. 83.) illud tandem admonendi su-
mus, quòd etsi Reges, ratione soli, habeant
illam generalem protectionem, & defensionem
omnium Ecclesiarum, Monasteriorum, & Hos-
pitalium, quæ in suis terris fundantur, & eri-
guntur, de qua egimus *sup. cap. præced. num. 1.*
Non tamen † ex hoc efficiuntur earum patro- 5
ni, provt nec nostri sunt, nec esse voluerunt
in his prouinciis Indiarum, exceptis Eccle-
siis Cathedralibus, & aliis, quæ verè & reali-
ter ex eorum sumptibus, & reditibus fundatæ,
constructæ, & dotatæ reperiuntur, vt decidi-
tur in multis schedulis, de quibus suprà, &
præsertim in illa D. Philippi II. data en el

Pardo

Pardo 17. Maij ann. 1591. qua permittitur priuatis quibuscumque (impetrata priùs ad id Regia facultate, iuxta ea quæ *infra cap.* 23. dicemus) construere, vel dotare Ecclesias, Monasteria, Hospitalia, Capellas, vel quæ voluerint opera pia, & in illis ius patronatus sibi acquirere, & reseruare, absque eo, quòd eorum voluntati, & dispositioni prætextu patronatus Regij aliquid obiiciatur. Cuius schedulæ nouissimè meminit Dom. D. Felician. à Vega Episcopus de la Paz *in cap. quanto, de iudiciis, n.* 17. Et vltra eam extat alia ad Decanum, & Capitulum Mexicanum directæ, dat. Pintiæ 26. Octobr. ann. 1544. *tom.* 1. *pag.* 102. quæ etiam in Ecclesiis Cathedralibus, excepta Capella maiori, alias cum assensu Regio priuatis vendi posse permittit, & vt in illis ius patronatus, quod pacti fuerint, liberè habeant, & exerceant.

Quarum schedularum eandem rationem reddere possumus, quam Doctores communiter tradunt, dum inquirunt, cur iuri patronatus laicorum, nunquam per litteras, & alias concessiones, vel prouisiones Apostolicas derogari censeantur. Nempè † ne laici retrahantur ab ædificatione, erectione, vel dotatione Ecclesiarum, vt docet Lapus *alleg.* 96. *numer.* 5. Barbat. *cons.* 35. *num.* 1. *volum.* 2. Gigas *de pension. q.* 37. *numer.* 12. Decius *cons.* 126. *num.* 4. & *cons.* 149. *ad fin.* Selua *de benefic. quæst.* 11. *numer.* 13. Corras. *in Paraphr. Sacerd.* 4. *par. capit.* 6. *numer.* 33. & Couarr. *in pract. cap.* 36. *in princip.*

Quod efficit, vt † huiusmodi fundatores, & patroni in his Ecclesiis, Monasteriis, Xenodochiis, vel Capellis, sic constructis, & dotatis, nomen, vel arma sua, & insignia Gentilitia apponere possint, quæ tamen † in locis publicis, vel Ecclesiis ad Regem pertinentibus, affigi omninò prohibentur, etiam si Proregum, aut Episcoporum sint, & simul cum Regiis appendantur, vt constat ex quadam sched. dat. apud D. Laurent. 18. Octobr. ann. 1583. *tom.* 1. *pag.* 261. Hoc quippè † semper minus decens, & impudens reputatum est, vt per Bald. *in l.* 1. *C. quæ res vendi non poss.* Ias. *in l.* 1. *C. vt nemo priuatus*, Frecc. *de subfeudis authorit.* 47. *num.* 2. & aliis relatis Mart. Mager. *in tract. de aduoc. armata, cap.* 18. *num.* 155. *cum seqq. pag.* 816. vbi *ex num.* 117. *pag.* 812. latissimè
7 tractat, † an sit licitum, & conueniens, in Ecclesiis, Capellis, & ornamentis, aliisque rebus diuino cultui sacratis, insignia affigere, vel insculpere? Et hoc, ipsius pij operis, quod prætenditur, ob vanitatis labem, meritum minuat. De quo etiam pluribus disputauit insignis noster M. Basil. Pont. Legionensis 1. *par. var. disp. quæst.* 7. *scholastica, per totam, ex pag.* 259. *ad* 268.

8 In Hospitalibus † quoque, tam Indorum, quàm Hispanorum, quæ ex Regiis largitionibus passim in omnibus Indiarum prouinciis fundata, & dotata reperiuntur, vt patet ex innumeris schedulis, quæ habentur 1. *tom. ex pag.* 361. idem ius patronatus Reges nostri habent, & exercent, & non minori cura, quàm aliarum Ecclesiarum sibi conseruari præcipiunt, vt aliis omissis, seriò dispositum fuit in quadam sched. dat. Cobejæ anni 1593. quæ extat *d.* 1. *tom. pag.* 301. in qua Archiepiscopus Limanus notatur, quòd aliquas circa hoc querimonias sedi Apostolicæ præsentauerit, & additur: *Que bien sabe que los Hospitales de los pueblos de Españoles son de mi patronazgo, fundados, è dotados con mi hazienda, è limosnas, que les he hecho, y hago de ordinario; y que los que ay en los pueblos de Indios se maintienen con la cota que el Virrei don Francisco de Toledo les adjudicò en las tassas, è tambien de las sementeras, è otros bienes de comunidad, que los Indios tienen para este efecto, è que con ser los dichos Hospitales de pueblos de Españoles de mi patronazgo, è los de Indios sustentados con bienes legos, è del mismo genero los de las fabricas, è puestos, los vnos, è los otros essentos de su jurisdicion en lo temporal*, & tradit alia Ant. de Herrera *in hist. gener. Indiarum decad.* 4. *in descriptione, pag.* 81.

Et idem de iure communi cautum est, † tam 59
in ipsis Hospitalibus, quàm in Capellis ibidem erectis, & eorum administratoribus *in Clement. quia contingit. de religios. domib.* vbi Cardin. *numer.* 4. Concil. Trident. *sess.* 22. *cap.* 8. *de reformat.* ibi: *Non tamen quæ sub Regum immediata protectione sunt.* Et in variis ordinationibus Lusitaniæ, quas referunt Gama *decis. Lusitan.* 288. Aluar. Valas. *consult.* 105. *per totam*, Cabed. *de patronat. Regiæ coronæ, c.* 38. & 39.

Vbi probant, quòd nec visitatio huiusmodi Hospitalium, Ordinariis Ecclesiasticis competit, sine ipsorum Regum licentia, & permissione, quam quidem nostris in Indiis iam habent, vt dicitur in sched. *suprà* relata, ibi: *He mandado dar cedulas mias, para que el, y sus Vicarios puedan visitar los bienes pertenecientes, à las fabricas de las dichas Iglesias, y hospitales de Indios de todo esse Arçobispado, è tomar las cuentas à los Mayordomos, y Administradores, y cobrar los alcances, y ponellos en las caxas de comunidad, y en lo espiritual le queda la visita libre, y como la tiene, y ha tenido, sin que en esto, aora, ni en ningun tiempo se le aya puesto impedimento, y que en los demas Hospitalos que no son de mi patronazgo, haze, sin contradicion lo que el derecho le permite.*

Quod etiam, quatenus pertinet † ad Hos- 60
pitalia patronatus priuatorum, vel ciuitatum nouissimè repetitum fuit in alia sched. Matriti 24. Martij ann. 1621. directa ad Reuer. Dom. Episcop. Arequipensem, qui cùm quereretur, sibi ad visitandum Hospitale dictæ ciuitatis aditum interdici, responsum accepit: *Que le visitasse conforme à derecho, y lo dispuesto por el santo Concilio de Trento, y reuea, y visite las obras pias del, tomando cuenta, à las personas que las huvieren administrada, ò administraren, hallandose presentes los Cabildos, ò particulares que fueren patronos, no embargante que en las fundaciones y dotaciones de los dichos Hospitales, y obras pias, se aya puesto clausula de que no se puede entrometer en ellas el Ordinario, porque assi cesien las fraudes y conclusiones que suele auer en la dichas administraciones, y cuentas dellas.* Quod tamen intelligi debet, † vbi 61
talia Hospitalia fundata sunt cum auctoritate Prælati, & habent Ecclesiam, Altaria, & campanilia. Nam aliàs sunt merè secularia, & ad Principem secularem pertinet iurisdictio super eorum bonis, vt notatur *in cap. ad hæc, de religios. domib.* gloss. *in Clement. per litteras*

teras, *de præbend.* Bald. *in l. si quis ad declinandam*, § *in omnibus*, *num.* 21. *C. de Episc. & Cler.* Abb. *in cap. de Xenodochiis*, *de religios. domib.* Parif. *conf.* 34. *lib.* 4. Cabed. *d. capit.* 38. *numer.* 1.

62 De quo, & quæ requirantur ad hoc, † vt Hospitale dicatur locus pius, & religiosus, & censeatur constructum fuisse auctoritate Episcopi, & gaudeat priuilegio fori, & immunitatis Ecclesiasticæ, & de aliis quæstionibus practicis ad materiam Hospitalium pertinentibus videndus erit Tiraq. *de priuil. piæ causæ*, *priuil.* 138. Cut. Iunior. *conf.* 20. *per totum*, Feder. de Senis *conf.* 130. *num.* 2. Zepola *cautela* 21. *nu.* 2. Greg. Lopez *in l.* 4. *tit.* 11 *par.* 1. *verb. A la Iglesia*, Valasc. *d. conf.* 105. *per totam*, Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 20. *num.* 4. Sfortia *de in integr. restit.* 1. *par. q.* 3. *art.* 6. Tiber. Decian. *libr.* 2. *crimin. cap.* 25. *num.* 18. & 19 Menes. *in l. si aquam* 2. *ex num* 45. *C. de seruit. & aqua*, Caualcan. *decis.* 17. *ex num.* 34 *part.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 869. *decis. Perus.* 30. *ex num.* 7. & *decis.* 90. & 93. Cæsar Barzius *decis. Bononiens.* 124 Ioseph. Ludou. *decis. Perus.* 98. Alexand. Trentaquin. 1. *to. var. resol. lib.* 1. *tit. de rescript.* & *privileg. resol.* 4. *per. tot.* Avendañ. *de censib. cap.* 78. *à num.* 1. Farin. 1. *tom. q.* 28. *à num.* 36. latè Peralta *in l. Manius* 68. § *in fundo*, *num.* 6. *de leg.* 2. Remig. de Goni *de immunitat. Eccles. amp.* 1. *n.* 7. Iacob. Portius *com. concl. lib.* 5. *concl.* 7. Nicol. Garcia *de benef.* 1 *par. cap.* 3. Bobadilla *in Polit. libr.* 2. *cap.* 17. *num.* 39. & *cap.* 18. *num* 139. Gutier.
63 Canon. *quæstion. q.* 35. *ex n.* 18. Et † qualiter libri Hospitalium faciant fidem, & præcipuè ad probandam mortem in illis defunctorum, Nicol. Genua *de Passeribus de script. priuat. lib.* 5. § *liber Hospitalis*.

Quibus pro coronide huius capitis addo, non solùm prædictorum locorum Regem esse patronum, & protectorem, verùm & omnium †
64 operum piorum, quæ ipsius vassalli vbilibet constituti, vel viui, vel morientes fieri iubent. Nam cura, vt hæc impleantur, & debito modo exequantur, penes ipsum, & supremum eius Regium Senatum principaliter residet, vt probat text. *in l. hæreditas* 53. *vers. Verùm quamquam*, *D. de petit. hæred.* ibi: *Principali, vel Pontificali auctoritate compelluntur ad obsequium supremæ voluntatis*, *l. Quintus Mucius* 7. *in fine*, *D. de annuis legat.* ibi: *Sed interuentu iudicis hæc omnia debent ad effectum perduci*, *l.* 7. *tit.* 10. *par.* 4. iunctis aliis, quæ signanter tradit Innocent. *in cap. nos quidem*, *de testam.* Roman. *singul.* 1. & *consil.* 69. & plures alij ex antiquioribus, quos refert Tiraq. *de priuileg. piæ causæ*, *priuil.* 150. Couarr. *in cap. si hæredes*, & *in cap. cùm Ioannes*, *num.* 1. *de testam.* & ex recentioribus Valasc. *d. consult.* 105. *num.* 28. & *ex n.* 57. *tom.* 2. vbi animaduertit *numer.* 63. quòd ex appositione manus Principis, colligitur eius immediata protectio, Ioan. Guttier. *libr.* 1. *practic. cap.* 44. Bobad. *d. lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 120. Dom. Valençuela *conf.* 60.
65 *num.* 1. & 2. Vbi testatur, † duos ex Consiliariis Principis fuisse deputatos ad implendum testamentum Archiepiscopi Hispalensis Dom. D. Ferdinandi de Valdès, & idem factum vidimus pro testamento Illustriss. Archiepiscop. Toletani Cardinalis Quiroga, & tangit aliquid Marta *de iurisd.* 2. *par. cap.* 10. *num.* 32. & *capit.* 18. *numer.* 3. 4. & 8. Leon *decis. Valentiæ* 20. *num.* 3. & 4. & *seqq.* D. Perez de Lara *de anniuers. & capellan. libr.* 2. *cap.* 1. *num.* 48. & 49. Ceuallos *de violentiis*, 2. *par. q.* 84. *num.* 14. & Molina Theolog. *dis.* 251. *col.* 3. vbi ait, † de iure 6
Lusitaniæ esse nominatos Ministros publicos Regios, quibus deuoluitur executio, & emolumentum prioribus executoribus relictum, & amissum ob negligentiam.

Quinimò ob eandem etiam causam Reges nostri, & alij in suis Regnis sunt, & esse debent patroni, † & protectores, imò & executores 6
Conciliorum, quæ ad meliorem Ecclesiæ gubernationem statuuntur, & præcipuè sancti Concilij Tridentini, quia vix est, vt possit Rex suum patronatum Ecclesiasticum conseruare, nisi in eius piis sanctionibus obseruandis sedulam operam nauet, vt insinuatur *in cap. ab Imperatoribus* 23. *q.* 3. *l.* 1. *tit.* 3. *libr.* 1. *Recopil.* ibi: *Los Reyes, y Principes de la tierra, à quien Dios encommendò la defension de la santa Madre Iglesia*, Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 20. *pag.* 349. ibi: *Confidens eos, vt Catholicos, quos Deus sanctæ Fidei, Ecclesiæque Protectores esse voluit*, tradit Paz *in praxi tom.* 2. *prælud.* 5. *numer.* 10. Enriquez *de Pontif. claue. libr.* 2. *cap.* 11. § 3. *litter. D.* & *cap.* 12. § 2. *in fine*, & *cap.* 15. § 1. *litt. D.* & *litt. L.* & *cap.* 20. *gloss. vltima*, & *cap.* 23. *circa fin.* Flores Diez de Mena *libr.* 1. *variar. quæst. q.* 12. *num.* 8. *in fine*, & iterum *q.* 4. *num.* 35. vbi inquit, hoc ius habere ex Bullis, & concessionibus summorum Pontificum, Bobadilla *in Polit. libr.* 2. *cap.* 18. *numer.* 154. & *libr.* 3. *capit.* 5. *numer.* 34. *in fine*, doctiss. Ceuall. *libr.* 5. *comm. pract. quæst.* 897. *de violentiis*, *numer.* 218. & 219. & rursus *numer.* 335. *ante finem*, & in peculiari tractatu *de eisdem violentiis*, 1. *par. glos.* 6. *num.* 61. & alia satis doctè adducens D. Francisc. Salgad. *de Regia protect.* 1. *par. cap.* 2. *prælud.* 2. *num.* 73. & *seqq.* D. Narbona *in l.* 59. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop. glos.* 2. & Martinus Mager. *de aduocatia armata*; *cap.* 2. *num.* 98 *pag.* 54.

CAPVT IV.

De ingenti, & assidua Regum nostrorum cura in erigendis, dotandis, & ditandis Cathedralibus Indiarum Ecclesiis, & speciali iure patronatus, quod in præsentatione Prælatorum, & Præbendariorum ipsarum exercent, & quæ sit communis forma erectionum, & diuisionis fructuum, seu decimarum, inter dictos Prælatos, & Præbendarios, & alios earundem Ecclesiarum Ministros.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiarum Cathedralium erectio ad Romanum Pontificem pertinet.*

2 *Reges nostri, quo iure, cura, & studio in erigendis & dotandis Ecclesiis Cathedralibus Indiarum vsi fuerint?*

3 *Ecclesiæ Cathedrales Indiarum, qualiter dotatæ fuerint à Regibus Hispaniæ.*

4 *Bulla*

4 *Bulla Alex. VI. decimas Indiarum nostris Regibus concessit cum onere congruæ sustentationis, & dotationis Ecclesiarum, & Ministrorum Ecclesiasticorum.*

5 *Erectio Cathedralium Indiarum, simul atque à Regibus Hispaniæ disponitur, sedi Apostolicæ videnda, & approbanda remittitur.*

6 *Ecclesiarum Metropolitanarum, & suffraganearum, quæ in hunc vsque diem in Nouo-Orbe erectæ sunt, peculiaris nomenclatura proponitur.*

7 *Prebendariorum numerum in Ecclesiis Cathedralibus Indiarum, qualis, quantusque sit?*

8 *Regum nostrorum curam, & magnitudinem, in erectione, & dotatione Ecclesiarum Indiarum, plures Auctores laudant, & admirantur, qui referuntur.*

9 *Regibus nostris ob Ecclesiæ, & Ecclesiarum in Nouo Orbe dilatationem, & fundationem, quæ S. Scripturæ vaticinia conueniant?*

10 *Pietas, & cura Regum nostrorum in dilatanda Christi Fide, ab Angelis in cœlo cantatur.*

11 *Regibus Ecclesias dotantibus, & amplianibus, Deus magnam felicitatem promittit.*

12 *Archiepiscopatus, & Episcopatus, quot in toto Orbe Christiano hodie reperiantur?*

3 *Erectionis priorum Cathedralium Indiarum, & pactionis initæ cum primis Episcopis Hispaniolæ forma refertur.*

14 *Erectio Cathedralium, quæ hodie in omnibus prouinciis Indiarum obseruatur, compendiosè refertur.*

5 *Diuisio decimarum quomodo hodie fiat inter Prælatos, Prebendarios, & alios Ministros Ecclesiarum Indiarum.*

6 *Decimarum gaudium, etsi Ecclesiis donatum sit, Reges tamen earum benè administrandarum curam non dimiserunt.*

7 *Officiales Regij, & vnus ex Auditoribus, qualiter locationi decimarum assistere debeant, & schedulæ de hoc agentes.*

8 *Nouenæ duæ partes decimarum Regibus nostris in erectione Ecclesiarum reseruatæ sunt, & qualiter administrentur.*

9 *Nouenarum decimalium exactio, an, & quatenus manu Regia fieri possit?*

0 *Noueni decimarum Indiarum Regibus reseruati sunt adinstar tertiarum Hispaniæ.*

1 *Tertiæ decimarum Hispaniæ pro bonis temporalibus reputantur, & per seculares iudices administrantur, iudicantur, & exiguntur.*

L.1.tit.23.de las tercias lib.9.Recopil. *ponderatur, quatenus eas constituit inter bona patrimonialia Principis, & decimas inter tractatus de rebus spiritualibus.*

Rubricarum diuersitas ostendit diuersitatem subiectorum, & naturam rerum, de quibus in illis tractatur.

4 *Nouenorum exactio est veluti quid dependens à iure Regij patronatus, de cuius causis seculares iudices cognoscunt.*

Erectione ecclesiarum cauetur, vt ius patronatus ipsarum illæsum in omnibus Regibus conseruetur.

26 *Prælatorum electio, & præsentatio ad Cathedrales, vel Collegiatas, non quæritur regulariter ex solo iure patronatus, nec consuetudine, vel præscriptione, nisi adsit quoque priuilegium R. Pontificis.*

27 *Reges nostri ex speciali priuilegio Pontificis habent electionem, & præsentationem Prælatorum Ecclesiarum Indiarum.*

28 *Archiepiscoporum, & Episcoporum Hispaniæ nominatio, & præsentatio, quo iure, & ex quo tempore nostris Regibus competat, & aliis in suis Regnis.*

Cap. cùm longè 25. dist. 63. & l. 18. tit. 5. par. 1. & l. 1. tit. 6. lib. 1. Recop. *illustrantur, ibidem.*

29 *Episcoporum ad Cathedrales electio, variis modis pro veritate temporum ab initio nascentis Ecclesiæ facta reperitur; & Auctores, qui de eis agunt.*

30 *Episcopum à Rege præsentatum, si Pontifex confirmare nolit, quid faciendum? remissiuè.*

31 *Menchacæ opinio refertur putantis, licitum, & expediens esse, vt Reges Hispaniæ Episcopatus, non solum præsentent, sed etiam conferant.*

32 *Rex nullus in toto Orbe adeò magnas, & pingues Prælaturas vno verbo prouidet, ac Hispanus, ex Auctore Thesauri politici.*

33 *Prælatos Ecclesiarum à Regibus eligi, & præsentari, conuenientissimum est, & præsertim in Indiis, & quare?*

34 *Reges si non haberent præsentationem Prælatorum Ecclesiarum sui Regni, possent iustis causis interuenientibus, se eorum electioni immiscere, vel contradicere.*

35 *Prælatis Indiarum, vbi à Rege præsentantur, solent dari litteræ commendatitiæ, vt à suis Capitulis ad gubernationem Ecclesiæ admittantur, etiam ante Bullarum expeditionem, & quare?*

36 *Praxis, quod Prælati Indiarum cum sola Regia præsentatione incipiant administrare Ecclesias, quibus præficiuntur, antiqua est, & iusta.*

37 *Consuetudine induci potest, vt electus Episcopus ante confirmationem Papæ administret.*

38 Cap. auaritiæ, de elect. lib. 6. *& iura similia, quæ electum ante confirmationem Papæ non posse administrare tradunt, explicantur.*

39 *Electus à Rege in Episcopum, vel per concordem electionem, aut data necessitate ecclesiæ, & in aliis casibus potest administrare ante confirmationem Papæ.*

40 *Portugalliæ in Regno Episcopi electi etiam ante confirmationem administrant.*

41 *Archiepiscopus Limanus notatus fuit, quod Papæ detulerit Episcopos Indiarum administrare solere ante Bullarum expeditionem.*

42 *Electus ante confirmationem Papæ non administrat Ecclesiam iure proprio, sed vice Capituli, sede vacante, qui eum suo loco constituit.*

43 *Electus Episcopus, cui administratio Ecclesiæ committitur à Capitulo sede vacante, an possit*

possit constituere Vicarium generalem, vel per se ipsum debeat administrare?

44 *Delegatus etiam Principis non subdelegat, vbi eius persona, & industria electa est.*

45 *Iurisdictio, quam Capitulum sede vacante, ad preces Principis transfert in Episcopum electum, non est delegata, sed ordinaria.*

46 *Vicarium generalem si non posset nominare Episcopus electus, qui loco Capituli administrat, nec foraneos posset, quod est absurdum.*

47 *Vicarij foranei habent delegatam iurisdictionem.*

48 *Capitulum sede vacante, potest nominare Vicarium, siue Prouisorem generalem.*

49 *Vicarius generalis habet ordinariam iurisdictionem.*

50 *Vicarius generalis potest omnia sibi commissa delegare, & subdelegare, maximè si id ei concessum fuerit in sua nominatione.*

51 *Electus, non tam Vicarius, quàm generalis administrator ex Pontificia auctoritate censendus est.*

52 *Administratores generales sunt loco Prælatorum, & possunt omnia, quæ ipsi Prælati.*

53 *Electum posse per se, vel per alium administrare Oldrad. expressè docet, cuius verba referuntur.*

54 *Obseruantia antiqua multum veneranda est.*

55 *Episcopus translatus ad aliam Ecclesiam, & ad eius administrationem iter faciens, Bullis non expeditis, an possit in ea, quam deserit, Vicarium generalem relinquere?*

56 *Electi Episcopi, quæ possint facere, & expedire ante consecrationem, vel post eam, ante apprehensam Episcopatus possessionem.*

57 *Episcopus confirmatus, etiam non consecratus, potest exercere iurisdictionem ordinariam in sua Diœcesi.*

1 LIcèt certum sit, † Ecclesiarum Cathedralium erectionem ad solùm Romanum Pontificem pertinere, *cap.*1. *ne sede vacante, cap. quod translationem*, vbi gloss. *de offic. deleg. cap.* 48. *& seq.* 16. *q.*1. *gloss. in cap. sicut vnire, de cess. Prelatorum, cap. licet, de prebend. in* 6. *Clement.*1. *vt lite pendente, l.*2 *tit.*10, *par.*1. vbi Greg. Lopez *gloss.*1. cum multis aliis, quæ adducit Mandos. *de signat. gratiæ, tit. de erection.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de erect. Eccles. in Cathedr.* Azorius 2 *par. instit. moral. lib.*5. *cap.* 29. *quæst.*25. *& lib.*6. *cap.*30. *q.*2. *&* 4. Nicol. Garcia *de benef.* 5. *par. cap.*1. *num.*1. *& par.*12. *cap.*5. & meliùs cæteris Isidor. Mosconius *in tract. de maiest. Ecclesiæ militaris, lib.*1. *par.*1. *cap.*15. Petr. Greg. *de benef. cap.*13. *nu.*4. Bzouius *de Pontifice Romano cap.*34. quo loco probat esse fontem Sacerdotij, Thom. Sanch. *lib.*2. *consil. moral. lib.*2. *cap.*2. *dub.*37. *num.*7. D. Valençuela *cons.*4 *num.*161. *& cons.*63. *num.* 94. Filiucius *de statu Cleric. tract.*41. *cap.*2. *à num.*2. *& tract.*45. *cap.*5. *à num.*14. Fabric. Blenianus *de benef. lib.*3. *cap.*3. *numer.*26. & August. Barbosa *de iure Eccles. libr.*2. *capit.*2. *num.*97.

Cùm tamen in prouinciis Indiarum, talis, ac tanta nostris Catholicis Regibus auctoritas, & potestas circa res Ecclesiasticas ab eisdem Romanis Pontificibus concessa fuerit, qualis quantaque ex eorum indultis, & ex aliis colligitur, quæ superioribus capitibus adnotauimus. Meritò † iidem ipsi Reges, vbi primum res, atque status dictarum prouinciarum id exigere cœpit, sedulam, atque assiduam operam, & diligentiam nauarunt, & quotidie non minori cura, & solicitudine nauant, vt Cathedrales Ecclesiæ in vrbibus, & locis conuenientibus erigantur, & de Archiepiscopis, vel Episcopis, Dignitatibus, Canonicis, & Portionariis, aliisque Ministris necessariis, & idoneis prouideantur: eisdem liberaliter † relinquentes fructus decimarum sibi priùs à sede Apostolica concessarum, & vbi decimæ non sufficiunt, ex Regiis iuribus, & reditibus competentes prouentus, ad congruam eorum sustentationem, nullis parcendo sumptibus assignantes. Sequentes nimirum tenorem Bullæ dictæ concessionis, ibi: *Assignata † priùs realiter, & cum effectu (iuxta ordinationem tunc Diœcesanorum locorum, quorum conscientias super hoc oneramus) Ecclesiis in dictis insulis erigendis per vos, & successores vestros, de vestris, & eorum bonis dote sufficiente, ex qua illis Præsidentes, earumque Rectores se commodè sustentare, & onera dictis Ecclesiis pro tempore incumbentia perferre, ad Cultum diuinum ad laudem Omnipotentis Dei debitè exercere, iuraque Episcopalia persoluere possint, &c.* iunctis aliis, quæ tetigi *suprà hoc lib. capit.*2. *num.*28.

Et statim, vbi cuiuslibet Ecclesiæ erectio fit, † eam ad sedem Apostolicam cum debita obedientia, & submissione remittunt, vt per eam (si oportere visum fuerit) approbetur, & confirmetur, prout semper ob summam ipsarum erectionum iustificationem, & conuenientem dispositionem, approbantur, & confirmantur.

Atque in hunc planè modum, eo, quo hæc scribimus, tempore † sex Metropolitanæ Ecclesiæ, & triginta duæ eisdem suffraganeæ erectæ sunt, videlicet in insulis, quas vocant *de Barlouento*, Archiepiscopalis insulæ Hispaniolæ, aliàs Sancti-Dominici, quæ suffraganeas habet Cubensem, Portus-diuitis, Caraquensem, siue *de Veneçuela*, & Abbatialem *de Iamaica*. In Nouo-Regno Granatensi Archiepiscopalis Sanctæ-Fidei de Bogota, quæ suffraganeas habet Carthaginensem, Sanctæ-Martæ, & Popaianensem. In prouinciis Nouæ-Hispaniæ Archiepiscopalis Mexicana, quæ suffraganeas habet Tlaxcalensem, siue *de la Puebla de los Angeles*, Guajacensem, siue Antiquariæ. Mechoacanensem, Yucatanam, Guathemalensem, Chiapensem, Nicaraguensem, Nouæ-Gallæciæ, siue *de Guadalajara*, Nouæ-Cantabriæ, Hondurensem, siue Sancti-Saluatoris. In latissimis Peruanis Prouinciis Archiepiscopalis Limana, aliàs *de los Reyes*, qua suffraganeas habet Pananensem, Quitensem, Truxillanam, Guamanguensem, Arequipensem, Cuzquensem, & in Prouincia de Chile dua alias, quæ appellantur Sancti-Iacobi, & Conceptionis. Nam alia, quæ ibidem erecta fuit, & di cebatur Imperialis, vrbe destructa, cessauit. I eisdem prouinciis Peruanis superioribus, vulg. *de Arriba*, Archiepiscopalis Argentina, aliàs *de los Charcas*, vel *de la Plata*, quæ suffraga neas habet Pacensem, siue *de la Paz*, Tucuma nensem

nensem, Sanctæ-Crucis *de la Sierra*, aliàs *de la
Barranca*, Fluminis Argentei, aliàs *Rio de la
Plata*, *ò Buenos aires*, & Paraguanam. In insu-
lis Philippinis, quæ vltra vndecim mille esse re-
feruntur, Archiepiscopalis de Manila, quæ suffra-
ganeas habet Ecclesiam Nouæ-Segouiæ, insulæ
Luzonis, Sancti nominis IESV in insula de Zebu,
& Cacerensem in prouincia de Camarines, earun-
dem insularum. Quæ omnes Ecclesiæ † ducentas
Dignitates, tercentum & octoginta Canonicatus,
totidemque Portionarios habere comperiuntur,
vltra alios Capellanos, Parochos, Beneficiarios, &
Ministros, quos vix recensere possimus, &
alias minores Ecclesias, quæ septuaginta millium
numerum excedere dicuntur.

Vnde iustè hanc † magnitudinem, & Regum
nostrorum curam, & pietatem, hac in parte, non
solùm nostri Auctores, verùm exteri etiam passim
referunt, laudãt & admirantur, vt constat ex Ioan.
Boter. *in relation. vniuers. 5. par. pag. 77. & 82.
cum seqq.* Thom. Bozio *de sign. Eccles. Dei, lib.
4. cap. 3. & lib. 20. signo 87. cap. 6. & sign. 89.
cap.* 8. & alibi passim, vbi inter alia ait, ideo
Regibus Hispaniæ Deum concessisse Indiarum
opes, & diuitias, vt Ecclesias ditiores constitue-
rent, & centuplum acciperent, eleemosynas lar-
gientibus promissum. Quod refert etiam Didac.
Valdès de dignit. Reg. Hispaniæ, *cap. 21. in fine*,
& speciatim, omnes Ecclesias Cathedrales In-
diarum recensens, Thomas Stapleton. Anglus,
*de magnitudine Romanæ Eccles. lib. 1. cap. 3. in
fin.* Guiller. Zenocharus *de Repub. Caroli Cæsa-
ris, lib. 2.* Petr. Martyr. *in Histor. Noui-Orbis,
decad. 2. lib. 9.* Camil. Borrel. *de præstant. Reg.
Cathol. cap. 76. n. 17. & seqq.* Relatio omnium
officiorum, Archiepiscopatuum, & Episcopa-
tuum Noui-Orbis, quæ habetur *in 1. tom. sched.
impress. pag. 31.* Ant. de Herrera *in descript. In-
diar. pag. 80. & seqq.* Fr. Ioan. à Torquemada
in Monarch. Indian. lib. 19. cap. 30. & 31. Fr.
Alphons. Ferdinandez Dominic. *in histor. Eccles.
nostrorum temporum, lib. 1. cap. 8. & cap. 36. &
seqq.* Ægid. Gundisaluus de Auila, Regius Chro-
nographus, vir litteris, & virtute conspicuus, *in
Theatro Magnitudinum villa Matritensis,
pag. 471.* & Ego, qui alios adduxi *1. tom. de In-
diar. iur. lib. 1. cap. 6.*

Ita, vt † ad Reges nostros ob hanc Ecclesiæ,
& Ecclesiarum in Nouo-Orbe dilatationem, con-
structionem, & ampliationem, merito applica-
ri possit, & soleat illud Isai. cap. 60. *Me enim
insulæ expectant, & naues maris in principio, vt
adducam filios tuos de longe, argentum eorum,
& aurum eorum cum eis, in nomine Domini Dei
tui, & sancto Israël, qui glorificauit te.* Et me-
lius illud, quod statim dicitur, *vers. 16. Suges lac
Gentium, & mamilla Regum lactaberis*: quod
ad curam Regum in dotandis, & alendis Eccle-
siis, optimè post alios, refert Mart. Delrius *in
Adagiis sacris, 1. to. adag. 125. pag. 126.* Quæ
1 † cura, & pietas, vel ab ipsis Angelis in cœlo
cantatur, & celebratur, iuxta illud *Apocalyps. cap.
11. Et septimus Angelus tuba cecinit, & factæ
sunt voces magnæ in cœlo, dicentes: Factum est
Regnum huius mundi Domini nostri, & Christi
eius, & regnauit in sæcula sæculorum.* Et tradunt
1 alia † de felicitate, & prosperitate, quam Deus
ob hoc solet Regibus largiri, D. Thom. *de regim.
Princip. lib. 2. cap. 16.* Valer. Maxim. *lib. 1. tit. de
Relig.* Bellarm. *de offic. Princip. lib. 3.* Chassan.
in Catal. consid. 17. par. 5. Ego *d. 1. tom. lib. 1.
cap. vlt. num. 88.* & est videndus Thom. Staple-
ton. *lib. 1. de magnitud. Eccles. Roman. cap. 3.* &
Albertus Myræus *in notitia Episcopatuum, & in
Chronograph. Eccles.* vbi referunt, in toto † Orbe 12
Christiano reperiri hodie 130. Archiepiscopa-
tus, 1017. Episcopatus, absque his, qui esse
solebant in terris hodie ab infidelibus occupatis,
& qui in Indiis numerantur, qui sanè omitti ab
eis non deberent, cùm non paruam Ecclesiæ
accessionem dederint.

Forma porro, † quæ primùm data, & obser- 13
uari iussa fuit in erectionibus Ecclesiarum Cathe-
dralium, benè recensentur ab Anton. de Herrera
*in histor. gener. Indiar. decad. 1. lib. 8. cap. 10. pag.
278.* vbi adducit pactiones initas inter Ferdinan-
dum Regem Catholicum, & primos illos Episco-
pos ad insulam Hispaniolam creatos, qui voca-
bantur D. Fr. Garcia de Padilla, D. Petrus Suarez
Deza, D. Alfonsus Manso, & cum ad Ecclesias
Cathedrales Sancti Dominici, Conceptionis,
& S. Ioan. à Portu-diuite electi, & creati fue-
runt, cum Regibus Catholicis pacti sunt, vt si-
bi decimæ relinquerentur, exceptis illis, quæ
ex auro, argento, cæterisque metallis, lapillis
pretiosis, & margaritis colligerentur, ipsi verò
Regem, tanquam patronum agnoscerent, pro
eo preces funderent, & reliqua Ecclesiastica
munia adinstar Hispalensis Ecclesiæ obserua-
rent, & alia facerent, quæ latiùs in eisdem pa-
ctionibus continentur, quarum summam refert
Herrera *vbi sup.* & de illis publicum instrumen-
tum confectum fuit. Datum Burgis 8. Maij ann.
1512. quod Ego originale, & pergamenis chartis
scriptum inspexi.

Sed posteà hæc omnia in meliorem statutum
reducta fuerunt, & de consilio Apostolicæ sedis,
& Reuerendissimorum, & doctissimorum Epis-
coporum, qui pro tempore creati sunt, in eam
tandem formam conuentum, † quæ ex sequen- 14
ti, quàm summatim adducemus, Ecclesiæ Lima-
næ erectione patebit, à qua parum differunt aliæ,
nisi quod pro regionis modo, plures, aut paucio-
res Præbendarios, ac Rectores enumerant, vt
etiam patebit ex collatione eiusdem erectionis,
cum alia Ecclesiæ Guathemallensis, quam typis
excusam inuenies apud Fr. Ant. Romesalium *in
histor. prouinciæ Guatemalens. lib. 3. cap. 12. &
seqq.* Limana verò (quam dixi facta ann. 1543.)
post præfationem D. Hieronymi de Loaisa, pri-
mi eius Episcopi, & posteà Archiepiscopi, qui
eam formauit, & Bullam Pauli III. qui illam Ec-
clesiam in Cathedralem erexit, dat. Romæ pri-
die idus Maij ann. 1541. hæc habet. Quinque Di-
gnitates instituit, nempè Decanum, Archidia-
conum, Cantorem, Scholasticum, & Thesau-
rarium; & vniuscuiusque munus describit, & in
Scholastico gradum, in altero iurium, aut in ar-
tibus, in aliqua generali vniuersitate requirit,
quod qualiter practicandum sit, *infrà cap. 13. n.
18.* dicemus. Decem Canonicatus, cum declara-
tione, quod ad minus debeant esse Subdiaconi,
& quod nunquam Canonicatus cum Dignitate
coniungi possit. Sex integras, totidemque dimi-
dias Portiones, & qualiter Canonici, & Portio-
narij Altari, & Choro deseruire, & quæ quali-
tates in præsentandis requirantur, enarrat. Duos
Rectores, seu Curatos, & sex Capellanos, &
totidem Acolythos, quorum electionem sibi
reseruat, aliarum autem Præbendarum, & Dig-
nitatum

nitatum præſentationem Regij patronatus eſſe declarat. Officium Organiſtæ, Perticarij, Oeconomi, & Cancellarij, & Canicularij etiam inſtituit, & quæ hi munia obire debeant, oſtendit. Et poſteà, quam ſinguli ex Eccleſiæ reditibus partem habituri ſint, & quod prædicta ſtipendia in diſtributiones quotidianas partiantur, & ſolùm intereſſentibus aſſignentur, & qui per octo menſes ſine licentia, aut legitima excuſatione abfuerint, Præbenda, vel officio priuari poſſint. Mox fructus omnes decimarum, aliorumque redituum, vel prouentuum Eccleſiæ, in quatuor æquales partes diuidendos eſſe decernit, quarum vnam Epiſcopo tribuit. Decano vero, & Capitulo, & reliquis Eccleſiæ Cathedralis miniſtris, alteram abſque deductione aliqua tertiæ partis, quæ in Hiſpania Regibus præſtatur, & vulgò *Tercias* nuncupantur. Quoniam ipſi Reges ab ea Prælatos, & Præbendarios Indiarum liberos eſſe voluerunt. Reliquas verò duas partes iterum in nouem diuidendas eſſe decernit, quarum duas Regiæ Maieſtati in ſignum ſuperioritatis, & iuris patronatus aſſignat. Septem autem reſtantes ita diuidit, vt quatuor Rectoribus, ſiue Curatis applicentur, cum onere præſtandi octauam partem Sacriſtæ, & beneficia ſimplicia ex eo, quod his detractum fuerit formandi, ſi fructus nimis excreuerint, quæ beneficia patrimonialia futura fore declarat. Tres alias partes æqualiter fabricæ Eccleſiæ cuiuſlibet loci, & hoſpitalibus liberè applicat. Et denique præfigit modum, quo diuina officia celebranda ſint, & Capitula in Cathedrali habenda. In quibus Capitulis, inquit, Portionarios vocem habituros vna cum Dignitatibus & Canonicis, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, præterquam in electionibus, & aliis à iure prohibitis caſibus, qui ſolis Dignitatibus, & Canonicis pertinent. Reſeruatque ſibi, & ſucceſſoribus iuriſdictionem circa viſitationem, correctionem, & punitionem Capitularium, & aliorum Clericorum totius Diœceſis. Et vt Clerici primæ tonſuræ priuilegio fori gaudere poſſint, requirit, vt incedant cum corona aperta, & habitu Clericali. Reſeruatque in ſe facultatem ampliandi, mutandi, & emendandi in hac erectione ea omnia, quæ temporis tractu id exigere comperta fuerint.

Hactenus erectio Eccleſiæ Limanæ. Ex qua, vel Me tacente, ſatis apparet, piè, & prouidè ea omnia ordinata eſſe, quæ ad Eccleſiæ miniſteria religiosè adimplenda conducunt, & qualiter inter Prælatum, menſam Capitularem, & alios Miniſtros, fabricam, & hoſpitalia decimarum fructus diuidi, & partiri Reges noſtri voluerint.

15 Quæ † eadem diuiſio pluribus ſchedulis comprobatur, & præſertim in illis, dat. Talaueræ 6. Iulij ann. 1540. & 13. Februarij ann. 1540. & in alia Matriti 3. Octob. ann. 1539. quæ habentur 1. *tom. impreſſ. pag* 112. *&* 113. *& pag.* 200. quarum ſumma hæc eſt: *Que hecha vna grueſſa de lo que pudieren valer y montar los diezmos, las dos partes de quatro, ſean, y ſe ſaquen para el Prelado, y Cabildo por mitad, y de las cartas dos ſe hagan nueue partes, las dos nouenas dellas para ſu Mageſtad, y de las ſiete que quedan, las tres ſean para la fabrica de las Igleſias Catedrales, y Hoſpitales que en cada Parroquia ſe han de hazer; por manera, que el vn noueno y medio ſea para la fabrica, y el otro para el Hoſpital, y los otros quatro nouenos que quedan ſe han de gaſtar en ſuſtentar los Clerigos, y Miniſtros que ſe han de poner en las Igleſias para la adminiſtracion de los ſantos Sacramentos, y ſeruicio dellas, y no otra coſa.*

Sed licet Reges noſtri, vt ex prædictis appareret, decimarum fructus, & gaudium Eccleſiis reliquerint, † non tamen à ſe penitus abdicare vo- 1
luerunt curam, & vigilantiam, vt in eorum locatione, collectione, & adminiſtratione cautè, prouidè, & fideliter ageretur, cum in hoc, ipſarum quoque Eccleſiarum commodum verſetur, quæ ſub ipſorum Regum tutela, protectione, & patronatu ſemper conſtitutæ ſunt, vt ſuprà retulimus. Et ita † Regiis officiariis iniunctum eſt, vt ſaltem vnus eorum locationi, & diſtributioni decimarum, tam ſede Epiſcopali vacante, quàm non vacante; ob rationes, quas diximus, intereſſet, ſic vt fraudibus, inconuenientibus, quæ alioqui hac cura ſpreta, timeri poterant, obuiam iretur, vt conſtat ex epiſtola Regia anni 1575. ad Peruanum Proregem Dom. D. Franciſcum à Toleto directa, & ſchedula 18. Ianuarij eiuſdem anni, quæ extant 1. *tom. pag.* 193. *&* 194. vbi (quod magis eſt) vt & decimæ iuxta erectionis ordinem diuidantur, ordinatio Audientiarum inſeritur ann. 1563. quæ iubet, vt vnus ex Auditoribus computationis, & diuiſionis faciendæ tempore præſens ſit. Sic temperatis aliis antiquioribus ſchedulis anni 1522. & ſequentium, quæ habentur *eod. tom. pag.* 180. *&* 194. & in totum adminiſtrationem decimarum Regibus officialibus demandabant, & Prælatis, & Eccleſiis interdicebant. Nam hoc eo tempore obſeruabatur; quo, necdum Eccleſiis ipſis decimæ dotis titulo conceſſæ erant.

Quæ tamen hodie practicari poſſunt, & debent † in duabus illis nouenis partibus, quas Reges noſtri ſibi in erectionibus, & in dictis ſchedulis reſeruarunt. Nam iſtarum omnimoda adminiſtratio, exactio, & diſtributio, etiam ſi piis operibus, & Eccleſiarum fabricis (vt ſæpè contingit) applicatæ ſint, per Regios omnino iudices facienda eſt, vt apertè deciſum inuenio per quaſdam ſched. dat. Matrit. 3. Octob. ann. 1539. & 21. Iunij ann. 1562. & 17. Iulij ann. 1572. *d.* 1. *tom. pag.* 200. *&* 3. *tom. pag.* 305. *& ſeqq.*

Circa quarum ſchedularum praxim, & iuſtificationem, reſpectu iuriſdictionis, conſultus Limæ fui à D. Prorege Principe Squilacenſi, & † vtrum ipſe poſſet prouiſiones ſub Regio nomine, & ſigillo expedire contra aliquos Prælatos, & Capitula Eccleſiarum, vel eorum Oeconomos, qui dictas duas nouenas partes decimarum Regi competentes occupabant, & detinebant, rationemque earum reddere detrectabant. Et reſpondi, abſque dubio poſſe, tum ex aliis, quæ de natura, & conceſſione decimarum Indiarum dixi *ſup. hoc lib. cap.* 1. tum maximè, quia hæ duæ nouenæ partes † ſunt Regibus noſtris reſeruatæ ad inſtar tertiarum Hiſpaniæ, licet eas in quantitate, & modo computationis non æquent, & in ſignum ſuperioritatis, & iuris patronatus, & ratione acquiſitionis Indiarum, vt expreſsè dicitur in dicta erectione modo relata. Vnde nulla eſt ratio, cur de his nouenis ſeculares iudices cognoſcere, inquirere, & exigere non poſſint, cùm de cauſis, & exactionibus omnium decimarum, quæ Regibus conceſſæ ſint, cognoſcere poſſint, iuxta ea, quæ latiſſimè dixi *d. cap.* 1. *ex num.* 43.

Et

21 Et in ſpecie in † tertiis Hiſpaniæ, quibus hi duo noueni, vt erectio inquit, æquiparantur, hæc omnia per ſeculares iudices exequantur, & quotidie in praxi obſeruentur, vt expreſsè deciſum eſt *in l.1. in fine, tit.5. lib.1. Recop.* & ſecurè docet Gregor. Lopez *in l.22. verbo No los deben haber, & in l.24. verb. Tomen diezmo,* verſ. *Quod tu nota, tit.21. par.1.* Didac. del Caſtillo *in l.6. Taur. verb. De qualquier calidad, & in l.13. verb. Veinte y quatro horas*, vbi dicit, ſe ita ſæpè conſuluiſſe; & obtinuiſſe, latè Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. q.15. num.15. verſ. Quibus accedit*, Couar. *in pract. cap.35. n.1. verſ. Tertio, quoties*, Laſarte *de decima vendition. cap.19. num.36.* vbi refert cauſam, & originem conceſſionis tertiarum, Paz *in praxi 2.tom. prælud.2. num.24.* Ioan. Gutierrez *lib.1. pract. cap. 14. n.1.* Ioann. Garcia *de expenſ. cap.9. num.91. & 92.* optimè Barboſa *in l. Titia, ex num.42. & 47. D. ſolut. matrim.* & innumeri alij, quos nouiſſimè congerit D. Ioann. del Caſtillo *in 7. tom. ſuarum controuerſiarum*, cui titulum fecit *de las tercias, cap.11. ex num.2.* Melchior Reinoſus *obſeru.50. num.14.* Brito *in cap.2. de locato, num.36.* Thom. Sanch. *in conſil. moralib. lib.2. cap.24. dub.57. num.1.* Rhenat. Choppin. *de moribus Pariſienſibus, lib.3. tit.3. num.7.*

2 Quod indicat † text. *in l.1. & per totum titul.21. de las tercias, lib.9. Recop.* Quatenus titulus ille inter iura Regalia. & bona patrimonialia Principis collocatur: & titulus de decimis, in ea parte eiuſdem Recopilat. Vbi de ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis agitur, quam ponderationem fecit Couarr. Laſarte, & Ioann. Gutierr. *vbi ſup.* & Azeued. *in ead. l.1.* Quæ † rubricarum diuerſitas ſubiectorum diverſitatem oſtendit, vt docet Alexand. Iaſ. Alberic. & alij *in l.1. D. ſi cert. pet.* Dec. *conſil. 508. num.3.* Corn. *conſ.67. num.1. lib.1.* Bald. *conſ.34. n.3. lib.5.* & Craueta *conſ.6. in primo dubio, per tot.* Gigas *de crim. læſæ Maieſt. tit.1. q.40. n.9. & 10.* Alderan. Maſcard. *de ſtatutis, concl.2. n.189. & 190.* Caball. *reſol. crimin. centur.1. caſu 235. num.14.* & Did. Per. *in l.3. tit.8. lib.8. Ordin. gloſſ.2.* Vt † omittam hanc nouenorum exactionem, recuperationem, & cognitionem, eſſe veluti executionem iuris patronatus, quod noſtris Regibus competit, de quo etiam in Regiis Tribunalibus, & per ſeculares iudices agi poſſe, magis vera, & communis Doctorum ſchola teſtatur, vt abundè probatum reliqui *in cap. præcedent. ex n.26.*

Harum verò ſic erectarum Eccleſiarum patronatus † eiſdem Regibus ſaluus, & illæſus conſeruari debet, vt ex verbis ipſius erectionis apparet, tum in reliquis, quæ ad illum ſpectant, tum præcipuè in electione, & præſentatione Prælatorum, qui Eccleſiis erectis præficiendi ſunt. Nam † etſi de iuris rigore ad Patronum, etiam Principem, virtute patronatus non pertineat electio, & præſentatio Prælatorum Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, vt probat text. & ibi Abb. *in cap. nobis, de iure patron. l.1. tit.15. par. 1.* Alexand. *conſ.74. lib.4.* Rochus de Curte *de iure patron. verb. Eccleſia, q.2.* Lambert. *eod. tract. 1. par. lib.2. q.4. princip.* Couarr. *in reg. poſſeſſor. 2. par. §.10. num.4.* & communis de qua per Boër. *deciſ.32. num.5.* qui hoc adeo verum eſſe inquiunt, vt nec conſuetudine, nec præſcriptione patronus laicus id poſſit acquirere, quia requiritur priuilegium Romani Pontificis, vt per text. & gloſſ. *in d. cap. nobis, cap. hinc eſt etiam 16. q.1. & d. l.1. tit.15. par.1.* niſi cum tali præſcriptione conſenſus Epiſcopi, fundationis, & dotationis interueniſſe probetur, aut alia concurrant, de quibus per Cardin. *in Clem. plures, §. fin. de iure patron.* Rochum, & Couarr. *vbi ſup.* Did. Per. *in l.1. tit.6. lib.1. Ordinam. verb. Deban*, & text. & DD. *in cap. fin. de præſcript. lib.6. & in d. l.1. tit.15. par.1.* Hoc tamen ius † in noſtris In- 27
diis nullam dubitationem recipere poteſt, cum expreſſis verbis in Bulla Iulij Secundi eis concedatur, ibi: *Ac ius patronatus, & præſentandi perſonas idoneas ad prædictas, & alias quoſcunque Metropolitanas, & Cathedrales Eccleſias, &c.*

Et in aliis Eccleſiis † Hiſpaniæ, eodem iure, 28
ex ſimilibus Bullis, & priuilegiis vtantur, vt indicat *l.1. tit.6. lib.1. Recop.* vbi dicitur, id competere antiqua conſuetudine, iuſtis titulis, & conceſſionibus Apoſtolicis, quas conceſſiones ſe vidiſſe, & legiſſe teſtatur Gregor. Lopez *in l.18. tit.5. part.1. verbo, Antigua coſtumbre*, & Mariana *de rebus Hiſpan. lib.24. cap.16. & lib.25. cap.5.* Gutierrez *lib.3. pract. quæſt.13. num.72.* Garcia *de benefic. 5. parte, cap.1. num.218.* Doctiſſimus, & mihi amiciſſimus D. Ioann. Balboa Mogrouejo, Primarius Salmanticenſis, & rei dominicæ fiſci Procurator egregius, *in cap. cum Eccleſia Sutrinia, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. num. 50.* vbi Auctores dictæ conceſſionis facit Adrian. VI. Clemens VII. Paul. III. & Alexand. VI. & hunc eſſe meliorem & robuſtiorem titulum inquit, quo tale ius adſtrui, & defendi poſſit. Quamvis ſint alij, qui illud longè antiquius eſſe affirment, & iam inde à Gothorum temporibus tractum, & Toletanorum Conciliorum decretis ſtabilitum, de quibus *in cap. cùm longe 25. diſtinct.63. & dict. l.18. partitæ, & 1. Recopilat.* cum aliis, quæ de eodem Regali iure præſentationis Epiſcopalis agentes, tam in Hiſpania, quam in aliis Regnis, vbi eadem viget conſuetudo, & † de variis modis, 29
& mutationibus. quæ ab initio naſcentis Eccleſiæ in electionibus Epiſcoporum interuenerunt, latè, & doctè, vltra alios antiquiores, quos refert, tradit doctiſſimus Couarruuias *in regul. poſſeſſor, 2. parte, §.10. num.6.* Gregor. Lopez *vbi ſuprà*, Didac. Perez *in l.3. tit.3. lib.1. Ordinam. & in l.2. tit.6. eodem lib.1. ex pag.149. verſ. Item Reges Hiſpaniæ*, Palac. Rub. *de donat. inter, num.24. Peregrin. verb. Electio, fol. 61.* Azeued. *in dict. l.1. Recopil.* Azor. *2. part. inſtit. moral. lib.3. cap.18.* Burſar. *conſ.126. volum.2.* Caſtaldus *de Imper. quæſt.100. numer.6.* Caſſaneus *in Catalog. gloriæ mundi, 5. par. conſider. 24. verſ. 99.* Ceuallos *4. tom. commun. quæſt.897. num.379.* Gonçalez *in regul.8. Cancellar. gloſſ.43. num.60.* Spino *in ſpecul. teſtam. gloſſ.4. numer.13.* Gutierrez *dict. capit.13. numer.72. & Canonicarum cap.11. num. 2.* Bobadilla *in Politica libr.2. capit.18. numer. 215.* Cabed. *de patron. Regio, cap.37. à num.1. & deciſ.63. numer.3. par.1.* Cenedo, qui plures alios recenſet, *in collectan.51. & 64. ad Decretum, ex num.1.* vbi ait, quod Reges Galliæ non ſolùm nominationem, verùm & inueſtituram, & collationem prætendunt, Petr. Re-

buff.

buff. *in concordat. sub tit. de Regia ad Prælat.*
30 *nominat.* vbi tractat, † quid faciendum, si Papa
nolit instituere, vel confirmare præsentatum à
Rege, Ioachim. Steph. *lib.3. de iurisd. cap.11.*
Grassal. *lib.2. de Regal. iure 3.* Choppin. *de do-*
man. Franciæ, lib.2. tit.10. & de sacra politia,
lib.1. tit.7. ex num.22. Petrus Gregor. *lib.15. syn-*
tagm. cap.12. & sup. Decret. *tit. de elect. cap.5.*
n.23. Selua *de benef. 5. par. q.13. num.48.* Marta
de iurisdict. 2. par. cap.40. à num.12. Annæ. Ro-
bert. *lib.3. rerum iudic. cap.1.* Modestin. Pistor.
cons.44. Vigel. *in method. iuris Pontificij, lib.*
3. cap.10. Corsetus, & alij, quos refert Men-
chac. *lib.2. controu. cap.22. n.14. cap.51. num.38.*
31 *& seqq.* Vbi tantum huic iuri defert, † vt exi-
stimet, collationem, etiam hodie, nostris Re-
gibus competere, & rectam Regni gubernatio-
nem, id suo veluti iure deposcere, ne vassalli co-
gantur tot sumptibus, & expensis Roman adire,
Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cathol. cap.50.*
& 51. per tot. vbi specialem mentionem fecit de
præsentatione ad Episcopatus huius Noui-Orbis,
Isid. Moscon. *de maiest. Eccles. lib.1. par.1. cap.*
8. §.1. & 2. Boëtius Epou Frissius *heroicarum*
quæstion. de iure sacro, lib.1. sub tit. de Regalib.
ex n.26. Moneta *de commut. vlt. volunt. cap.11.*
n.122. pag.1503. & ex n.134. Scacc. *de iudic.*
lib.1. c.2. & 3. Vincent. Cabot. *lib.1. disp. cap.*
2. & seqq. vsque *ad cap.6.* inclusiuè, vbi distin-
ctiùs cæteris hunc articulum tractat, Mar. Muta
ad constit. Sicil. 3. tom. cap.21. num.40. & cap.
22. num.12. & 15. fol.12. vbi agit de Regibus
Siciliæ, Ioan. Cochier, de omnibus ferè Regi-
bus agens, *in tract. de primar. precib. Imper. in*
proœm. pagin.1. & seqq. Iulian. Viuian. *in praxi*
iur. patron. lib.3. cap.1. n.37. & lib.11. cap.12.
num.2. & seqq. elegantiss. & eruditiss. D. Vincent.
Torturetus *in Sacello Regio, fol.107. & 108.* do-
ctissimè Dom. D. Roder. Acuña Archiepisc. Bra-
charens. *in notis ad cap. qui Episcopus, dist.23.*
ex num.3. ad 11. & ad cap. Reatina, cap. cum lon-
gè distinct.63. pag.560. & 567. Mariana *de rebus*
Hispan. d. lib.24. cap.16. ad finem, & lib.25.
cap.5. Didac. de Spes *in hist. Ecclesiæ Cæsar. Au-*
gustanæ, lib.1. sub tit. De la institucion de los
Obispos desde la primitiua Iglesia hasta nuestros
tiempos, eleganter Garsias Loaisa Archiep. To-
let. *in notis ad cap.6. Concil. Tolet.12. verb. Libe-*
ra Principis electio, Gil. Gonçalez Dauida *in*
hist. de Salamanca, lib.3. cap.18. quem refert &
sequitur Nicol. Garc. *de benef. 5. par. c.1. n.218.*
Gabr. Pereir. de Castro *de manu Reg. tom.1. fol.*
234. n.76. vbi Portugalliæ Regibus hoc ius à
tempore Alfonsi V. competere inquit, Cened.
q.22. n.27. Salgad. *de protect. Regia, 3 par. cap.*
10. n.9. & 235. & seqq. Anast. Germon. *de sa-*
cror. immunit. lib.3. c.12. à num.39. Lancellot.
Conrad. *in templo iudic. lib.1. cap.2. §.3. n.15.*
Quintanadueñas *lib.1. Ecclesiast. cap.5. col.4.* Hu-
mada *in l.18. tit.5. par.1. gloss.1.* August. Barbo-
sa *de iure Ecclesiast. lib.1. cap.8. ex num.84.* no-
uissimè Ioan. Filesacus *de sacra Episcop. auctor.*
cap.7. vbi signanter agit de Regia in Hispania,
Gallia, & alibi ad Prælaturas nominatione, Sa-
laçar de Mendoça *de orig. dign. Hisp. lib.1. cap.*
6. fol.8. vbi ait, tempore Flauij Eruigij Regis
Gothorum Concilio Toletano cautum, vt ad Ar-
chiepiscopum Toletanum spectaret prouisio om-
nium Episcopatuum Hispaniæ, Rege absente, &
vt hi qui à Regibus præsentarentur, ab eodem
Archiep. confirmationem reciperent, Martin. Ma-
gerus *de aduocat. armata, cap.9. ex num.11. &*
num.376. & num.422. & cap.11. ex numer.21.
pag.105. vbi in specie agit de nostris Regibus
Hispaniæ, & ex Auctore relationis de Hispania,
in Thesauro politico Italica lingua edito, † ait 32
nullum Regem totius Orbis ita magnas, & di-
uites Prælaturas concedere, & quod vno ver-
bo potest *conferire senza alcun danno suo, ò di*
altrui, cinquanta sesanta, cento, ò sino cento
cinquanta mille sicuti de entrata, nominando al-
cuno Archiepiscopo di Toleto, ò Siuiglia, ò di
Burgos, ò di altra Chiesa importante; cosa que non
puo far altre Principe.

Et sanè † conuenientissimum est, vt Reges 33
hanc Prælatorum præsentationem habeant in Ca-
thedralibus sui Regni, maximè in his remotis In-
diarum regionibus, vt cognoscant, & sibi deuinctos
& benè affectos habeant eos, qui intra proprias
ipsorum prouincias adeò magnum munus gesturi
sunt, vt notat Innocent. *in cap. super his, de accu-*
sat. Abbas, Guimier, Benedict. & alij, quos refert
& sequitur Corset. *de potest. Reg. q.11.* Co-
uarr. *d. 2. par. §.30. num.5.* & ostendit *l.2. tit.*
6. lib.1. Ordin.

Quæ ratio adeo potens est, vt etsi † talem ele- 34
ctionem non haberent, se tamen eis immiscere
possent, & de partibus electi exquirere, & con-
tra eum, & eius electionem retractandam, ex iustis
causis opponere, vt insinuat gloss. *in cap. Impe-*
rium, 10. dist. & prosequitur Lambertinus, exē-
plum de Rege Apuliæ, & aliis adducens, *de iure*
patron. art.29. q.2. princip. par.2. lib.1. num.30.
& in art.2. q.10. princip. par.1. lib.1. num.3. Abb. *in*
cap. cùm terra, de elect. & in cap. de hoc, de simonia,
& in cap.1. num.0. & cap. quod sicut, de elect. &
Palac. Rub. *in introduct. Rubricæ, n.29.* Notabis ta-
men, quod post nominationem semel factam per
Regem ad Cathedralem sui Regni non potest va-
riare, vt per D. Valenç. *cons.155. num. 18. & 26.*
vol.2.

Post Regiam verò Prælati electionem, & no-
minationem, ne diutius Ecclesia vacet, si Ponti-
ficis confirmationem, & consecrationem Electus
expectare teneretur, † solent litteræ commenda- 35
titiæ, hoc est, *por ruego y encargo,* expediri ab
eodem Rege, ad Capitulum sede vacante, vt in-
terim dum Bullæ Pontificiæ expediuntur, & re-
mittuntur, talem Electum, siue præsentatum ad
gubernationem Ecclesiæ admittat, eique vices
suas committat, quod semper Capitula obediunt,
& hoc modo, virtute talis delegationis, iurisdi-
ctionalia administrat. Quæ † praxis, seu consue-
tudo antiqua esse videtur. Nam Fr. Aug. Daui-
la in sua hist. Mexic. *lib.1. cap.31.* loquens de
electione Fr. Dom. de Betanzos ad Episcopatum
Guatemalæ ann.1543. refert, hoc modo eius
gubernationem illi remissam fuisse, quamvis
Episcopatum acceptare noluit, & valida, ac satis
iusta est, cum etiam semota delegatione Capitu-
li sede vacante, † per consuetudinem possit in-
troduci, vt Episcopus electus, etiam ante confir-
mationem, administret, vt loquens de consuet.
Portug. tradit Oldrad. *consil. 9. Posito sine*
veri præiudicio, num.5. vers. Item proponit, qui
loquitur de Episcopo Bracharensi, & eum refert
Tusch. *litt. P. concl.384 pag.265. & lit. C. concl.*
824. pag.272.

Et licèt hic † stylus damnari, & auaritiæ tri-
bui videatur *in cap. nosti, & cap. qualiter, de*
elect.

elect.cap.cùm iam dudum,de præbend. quorum iurium dispositio renouatur, & magis aggrauatur *in cap.auaritiæ 5.de elect. libr.6.* vbi Electis non permittitur se ingerere administrationi Ecclesiarum, ad quas vocati sunt, in spiritualibus, vel temporalibus,ante confirmationem electionis de ipsis celebratæ, etiam sub titulo Oeconomatus, vel procurationis nomine, aut alio quæsito colore: vbi gloss.*verb.Confirmetur*,tres rationes huius Decretalis adducit.Primam,quia Electi aliàs de confirmatione non curarent. Secundam, quòd confirmatio nihi operaretur, si administrationem per solam electionem haberent. Tertiam,quòd si contigeret electionem cessari, non possent sic de facili remoueri. Et quartam adiicit Oldrad. *cons.*191.*n.*1.*&* 2. nempè, quòd prædo est, quicunque talem administrationem sine auctoritate Superioris vsurpat. *l.ex stipulatione, D.de acq.poss. l.dotis, D.solut. matr.* Et quòd non potest consuetudine contrarium induci, quia esset contra bonos mores, & tradit alia idem Oldrad. omninò videndus, *cons*146.*num.*1.

Sed nihilominus contrarium probandum est in nostro casu,cum † electio fit à Rege,vel Imperatore, vt per Hugon. Ioan. & glossa, *verb. Ecclesiarum,in eod.cap.auaritiæ,& in cap.legimus,* 93.*dist.* Necnon etiam, vbi electio ex concorditer facta, & Electus longè distat à Curia Romana, provt in Indiis maximè contingit; tunc enim, ad concessionem,vel postulationem Capituli,benè potest suscipere administrationē, vt exprefsè disponitur *in cap. nihil, de elect.* Et latè docent Scribentes ibidem, *& in d. capit. auaritiæ*, præcipuè Archid. *num.*1. & idem Oldrad. *d.cons.*9. *numer.*1.*&* 2. Vbi aliam causam adducit, nempè si adsit necessitas, vel vtilitas Ecclesiarum propter quam multa statuuntur, & sine præiudicio permittuntur, *capit. de pro defectu, de elect. capit. quàm sit, eod. tit. libr.6. capit. quàm sit,* 50. *dist. l.tutor, D.de administr. tutor. l. lex quæ tutores, C. eod.* Et in hoc casu addit, benè admitti consuetudinem, quam refert iamdudum in † Portugallia obtinuisse, quemadmodum & in nostris Indiis obtinet.

Et cùm vim huius consuetudinis non satis percepisset † quidam Archiepisc. Limanus,fertur ad Romanum Pontificem scripsisse, quòd Episcopi Indiarū, non expeditis Bullis,Episcopatus possidebant,& administrabant qui tamen in hac parte notari iussus fuit per sched.an.1593. quæ extat 1.*to.pag.*301. Nimirum,quia(vt diximus)nō administrant proprio nomine,† sed vice Capituli sede vacāte, & ex eius delegatione: quod videtur ei,& in eum omnem suam auctoritatem, & potestatem contulisse, & suo loco constituisse,argum.*l.si filius,§.*1. *D.quod cum eo,* ibi: *Effectu enim quodammodo hæres est, l.* 2. *vers. Nam hæres*, ibi: *Rogatus hæres videtur, vt te suo loco constituat, l.si hæres* 68. ibi: *Hæredis loco fungi eum, cui fideicommissum relictum est, D. ad Trebell.* cum aliis traditis à Alpa *in l.*1. *§.de illo, notab.* 1. *D. eodem titulo.* Et pluribus, quæ de natura & æquali potentia subrogati, tradit Euerard. *loco* 93. Carol Cotta *in memorab. verb. Subrogatum*,Claud. Grat. Gnoseon *gener. iur. libr.* 2. *tit.*9. *capit.* 2. Flamin. Paris. *de resign. benef. libr.*1.*quæst.*15. *numer.*22.

Vnde cùm Limæ essem, nata fuit dubitatio, an talis electus, in Ecclesia sibi hoc modo ad administrationem concessa, † deberet ipse 43 per se ipsum administrare, vel posset Prouisorem, vel Vicarium constituere? Et licèt primâ facie videatur dicendum, quòd non, quia delegatus † non potest subdelegare, etiam si de- 44 legetur à Principe, quando eius persona electa est, *cap.fin.* §.1.*de offic.delegat. cap. si pro debilitare, eod. tit. cap. is cui eod.in* 6. cum traditis à Zerola *in praxi*, 1.*parte,verb. Delegatus,col.*129. Adhuc tamen contrarium resolutum fuit; quia dicere possumus hanc † iurisdictionem, quam 45 habet, non esse delegatam, sed ordinariam, quam Capitulum habet, & in eum ob preces Principis transfundit, non tanquam in Petrum, Ioannemvè, sed tanquam in habentem Episcopalem nominationem, & ita verba debent deseruire intentioni, & secundùm eam accommodari, *l. insulam, D. de præscript. verb. l. scire oportet, § aliud. D. de excus. tutor.* cum vulgat. Alioqui, si propterea, quòd eius persona electa est, † non posset nominare Vica- 46 rium generalem, idem probandum esset in Vicariis foraneis,in locis vbi est consuetudo, quòd isti ponantur, & cùm Electus ad talia loca non posset accedere, vel in eis residere,manerent sine Rectore, aut Gubernatore;quod non est dicendum, per argumentum ab absurdo vitando, & à minus sufficienti prouisione legis, de quibus per Euerard.*loco* 8.& Camill.Gallin.*de verb. sign.libr.*5.*cap.*17. Etenim † Vicarios foraneos 47 delegatam iurisdictionem habere constat, vt latè per Narbon. de appell.à Vicario Episcopi, 1.*par.numer.*35. *pag.*34. & hanc eis electus dare non posset, si delegandi facultatem non haberet.

Rursus facit, quia cum talis Electus sit (vt diximus) subrogatus in locum Capituli sede vacante,dubium non est, quin in omnibus eius iuribus succedat. † Capitulum autem sede va- 48 cante, posse constituere Prouisorem, siue Vicarium generalem notorium est, & probat Abb. *in cap.irrefragabili,num.*2.*de offic.Ordin.* Felin.*in cap.cùm olim,de maior. & obed.* Pauin. *de potest. Capituli sede vacante,*2.*parte princip.quæst.*10.*numer.*1. *&* 2. Trident. *sess.*24. *de reform. cap.*16. Et quòd talis † Vicarius habeat ordinariam 49 iurisdictionem, resoluit idem Pauin. *suprà numer.*3. Sanch. *de matrimon. tom.*1.*libr.* 3.*disp.*29. *num.*4. & Narbona *vbi sup.* 1. *part. num.* 100. *cum seqq.* Et Nos latiùs *infrà capit.*13. Et, vt solùm consideremus talem Electum tanquam Vicarium generalem; adhuc tamen † Vicarius 50 generalis Episcopi, vel Vicarius simpliciter, quando vnicus est, potest omnia sibi commissa delegare, & subdelegare; quia omnia, quæ in eum transeunt,sunt delegabilia,vt exprefsè docet Feder.de Senis *consil.* 202. incip. *Reuerende Pater*, quem refert & sequitur Cardin Tusch. *litt. V. conclus.*185. *& conclus.*188. Et licet aliqui contrarium teneant, omnes tamen conueniunt, id facere posse, vbi ei data fuerit facultas substituendi, vel subdelegationem fecerit ad tempus limitatum, vel ex iustis causis, vt præter alios videri poterit apud Sbrocium *in tract. de Vicario Episcopi. libr.*1. *quæst.*18. *num.*7. *& libr.*2. *quæst.*66. Zerol. *in prax.* 2.*part. verb. Vicarius, dub.*4.*pag.mihi* 349.*in fine.*Azor. 2.*par. instit. moral. capit.* 6. *numer.*68. Et latè Nicol. Garcia

Garcia *de benef.* 1. *tom.* 5. *part. cap.*9. *num.*148. *cum seqq.* & Azeued. *in l.* 1. *numer.* 8. *titul.* 9. *lib.*3. *Recop.*

51 Deinde facit, quod † talem electum magis iudicare debemus tanquam Administratorem generalem, auctoritate Pontificia ex tolerantia sedis Apostolicæ,& Regum nostrorum nominatione suffultum, qui in his partibus vices Pontificis in multis exercent, vt supra probaui. Pla-
52 num autem est, † tales administratores generales, esse loco Prælati, vt quotidie in Hispania videmus practicari, & hodie actualiter practicatur in Administratore Archiepiscopatus Toletani, vt probat text. gloss. & DD. *in cap. Ecclesiæ Cathedrali, de supplend. neglig. Prælat. lib.* 6. Oldrad. *cons.* 208. incip. *Quoniam ex tempore, num.*3. quem refert & sequitur Tusch. *dict. litt. V, concl.* 192.

Et denique facit auctoritas eiusdem Oldradi, qui in eisdem terminis, de quibus loquimur, nempè electi administrantis ex consuetudine vice Capituli, interim dum à Romano
53 Pontifice confirmatur, expresse docet, † posse per se, vel per alium gubernare, *d. cons.* 9. *numer.* 4. *in fin.* ibi: *Illi sic electi, post consensum præstitum, ante confirmationem obtentam, administrant, & administrare consueuerunt bona, & res Ecclesiæ per se, & per alios spiritualia, & tempo. alia.*

Quæ omnia securiora redduntur per consuetudinem, quæ retrò temporibus obseruata est in his prouinciis circa nominationem Prouiso-
54 rum per tales electos, † cui multum deferre debemus, *ex l. si de interpretatione, l. minimè, D. de legibus, l. si lenones, C. de Episcop. aud.* cum latissimè traditis à Menoch. *cons.*71. *n.*56. *volum.*1. Ioseph.Lodou. 3.*tom.commun. titul.de consuet. conclus. vnica, vers. Infertur tertiò*, Puteo *decis.* 283. *lib.*1. & à Nobis *in* 1. *tom. lib.* 2. *cap.* 24. *ex num.* 84. *& lib.* 3. *cap.*1. *ex num.*25. 55 Vtrùm verò in † Ecclesia, quam deserit, possit alium Vicarium relinquere, vel statim deuoluatur iurisdictio ad Capitulum, quasi iam tunc sedes vacare incipiat, *infrà cap.* 12. Deo annuente, tractabimus.

56 Potest autem expedire † Episcopus electus, & confirmatus litteris iam expeditis, & præsentatis ante consecrationem, ea, quæ sunt iurisdictionis,sicut excommunicare, iudicare,corrigere, &c. *cap. transmissam, de elect.* illa verò, quæ sunt ordininis, non potest exercere, *cap. quod sicut, §. prætereà, eod. tit. Extrauag. iniunctæ eod. tit. inter commun. vers. Ante litterarum præsentationem*, gloss. *in cap. is cui* 42. *verb. Pro intellectu, de elect. in* 6. text. *in Clem.*2. *vers. Episcopi, de rescript.* Abbas *in cap. conquerente, de off. Ordin.* Selua *de benef.* 1. *part. quæst.* 2. *num.* 31. & alij, quos refert Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.*28.*&* 29. *num.*20. *& seqq.* & Lancellot. *in temp. iud. lib.*2. *cap.* 5. §. 4 latè Chircouius 5. *tom. consil. Germaniæ, cons.* 2. *num.* 49. Duaren. *de benef. c.*5. Petr. Gregor. *in part. iur. canon. lib.*5. *tit.*2. *& lib.*15.*syntag. cap.*12. *n.*33. Venator *in annaliis iur. Pont.tit.*6.*& tit.*31. Ioachim Steph. *de iurisd. Eccles. lib.* 4. *cap.* 14. *& lib* 1. *inst. Canon.cap.*7.

Et generaliter, quod ius acquirat ex sola electione, & vtrum ante apprehensionem possessionis possit ordinare homines suæ Diœcesis, & alia huc spectantia, benè prosequitur Ioan. Andr. Abbas, & alij, *in cap. transmissam, de elect.* idem Abb. *in cap. quod autem, col.*2. *in princip. de concess.* Præbend. *cap. si tibi absenti*, ibi: *Vt tuum dici valeat, de Præbend. lib.* 6. Did. Perez *in l.* 2. *tit.*6.*lib.*1.*Ordinam.pag.*155.*vers. Hinc etiam*, Card. Tusch. *verb. Electus, concl.*94. *& seqq.* Isid. Moscon. *de maiest. Eccles. lib.*1. *c.*8. §. 1. *&* 2. & nouissimè D. Felician. à Vega Episcop. Pacensis, *in cap. verum, de foro compet. num.* 7. 57 Vbi † quod sola confirmatio, etiam ante consecrationem, tribuit exercitium iurisdictionis, ex Couar. Flaminio Cucho, Piasecio, Nicol. Garcia, Azor. Alzedo, & aliis pluribus. Quos allegat, quod etiam benè pluribus aliis relatis prosequitur Augustin. Barbosa *in Pastorali*, 1. *part. tit.*1. *cap.*4. *à num.*7.

CAPVT V.

De Episcopatuum diuisione, quæ ob distantiam prouinciarum fieri solet, & à quo tempore nouus Episcopus fructibus gaudeat, & iurisdictionem accipiat? & de aliis quæstionibus, quæ circa eandem diuisionem sæpè se offerunt.

SVMMARIVM.

1 *Episcopatuum diuisio, vel vnio ad summum Pontificem pertinet.*

2 *Prouinciarum diuisio, vel aggregatio est de Regalibus.*
L. si eadem, D. de offic. assess. *& alia similes, explicantur, & exornantur*, ibid.

3 *Prouincia qualibet, quot ciuitates habere debeat, & Metropolitanus quot suffraganeos?*

4 *Ciuitas qualibet habens merum Imperium, & Magistratuum nominationem, potest dici prouincia.*

5 *Prouincia est qualibet Regio, quæ regitur per iurisdictionem vniuersalem.*

6 *Episcopatuum diuisio ex quibus causis iustè fieri possit?*

7 *Distantia longa viarum multos effectus in iure operatur.*

8 *Episcoporum numerus debet regulari ex distantia locorum, & numero subditorum, sicut vnio ex vicinitate, vel raritate eorundem.*

9 *Episcopatus vnus quantum ab altero distare debeat, iudicis arbitrio relinquitur.*

10 *Episcopatus diuidere, & subdiuidere nullibi magis oportet,& practicatur, quam in Indiis Occidentalibus, & quare?*

11 *Indiæ Occidentales quantum quotidie augeantur, lustrentur, & illustrentur, & locus Tertulliani, qui eis conuenire videtur.*

12 *Episcopatuum Indiarum erectio, & diuisio, ac subdiuisio, qualiter fuerit Hispaniæ Regibus à sede Apostolica delegata? & Bullæ Pontificum de hoc agentes.*

13 *Diuisio, vel erectio Episcopatuum semper fieri debet ad postulationem Principis secularis.*

14 *Reges nostri qualiter sæpè vsi fuerint Pontificia facultate sibi concessa, ad erigendos, & diuidendos Episcopatus?*

15 *Diuisio Episcopatuum vbi necessaria videtur, qualiter summus Pontifex consuli soleat, & ab eo Regibus nostris executio remitti?*

16 *Episcopatus diuisio consensum Episcopi regulariter desiderat, de cuius Episcopatus diuisione, & dismembratione agitur.*

17 *Episcopatum, si absque legitima causa Pontifex diuidat, peccabit quidem, sed factum tenebit, & quid si Episcopus atiquus consensum neget?*

18 *Bulla diuisionis, & nouæ erectionis Episcopatus Arequipensis summatim refertur.*

19 *Arequipensis, Guamanguensis, & Truxillensis Episcopatus diuisio qualiter facta, & Proregi Peruano commissa fuerit?*

20 *Episcopatus vbi in aliquo oppido erigitur, tale oppidum titulo ciuitatis regulariter donatur.*

21 *Ciuitas regulariter dici, & appellari non potest ea, quæ Episcopatum non habet.*

22 *Ciuitas ad Episcopalem sedem erecta, an debeat palatium facere pro Episcopo?*

23 *Ciuitates omnes non est opus, vt præcisè proprium Episcopum habeant, & earum curandarum, & hoc titulo insigniendarum potestas apud secularum Principem independenter à summo Pontifice residet.*

24 *Ciuitas, vt aliqua sit, quoad spiritualia requiritur consensus Pontificis; quoad temporalia sufficit Imperatoris, vel Regis.*

25 *Vrbium decus augetur per Episcopi sedem.*

26 *Episcopalis sedes, vt in aliqua vrbe de nouo erigatur, quæ considerari debeant?*

27 *Episcopatuum diuisio aliquando, vel ob id solum facienda est, quod Episcopi magnos reditus habeant.*

Extrauag. Saluator, de Præbend. inter comm. expenditur, & illustratur, ibid.

28 *Episcopi, qui excessiuas opes habent, & eis non, vt oportet, vtuntur notantur.*

29 *Prælati multi ex redituum luxuria pereunt, & ex adipe prodit iniquitas.*

30 *Constantinus Imperator, vbi donationem Ecclesiæ fecit, quæ vox fuerit audita?*

31 Cap. quoniam, de vita & honest. Cler. cap. cum M. de constit. *explicantur, & illustrantur.*

32 *Basili, & Antimij super diuisione Diœcesuum dissensio, & vtilis eius concordia, ex Nazianz.*

33 *Ecclesia Cathedralis non est erigenda, nisi vbi reditus sufficientes habet, & quare?*

34 *D. Greg. Nazianzen. D. Basilium notat, quod in vili oppido Sasimorum Episcopum constituerit.*

35 *Ecclesiæ Cathedrales aliquando conuenit, vt erigantur in locis non multum numerosis, nec diuitibus propter vtilitatem animarum.*

36 *Episcopatus diuisione facta, quovsque antiquus Episcopus gaudeat iurisdictione, & fructibus Episcopatus à suo diuisi, & dismembrati?*

37 *Lis, quæ de facto contigit inter Archiep. Limanum cum Episcopo de Truxillo, & Episcopum Cuzquensem cum Episcopo Guamanguensi super fruct. Episcopatuum diuisorum.*

38 *Causæ etiam spirituales, & inter Ecclesiasticos, vbi agitur de merè possessoriis, solent à iudicibus secularibus, præsertim supremis, cognosci.*

39 *Episcopus etiam si consensum præstiterit ad diuisionem Episcopatus, non ideo integram eius iurisdictionem, & administrationem amittit, vsque ad aduentum noui Episcopi in Ecclesia diuisa, & quare?*

40 *Episcopus nouiter prouisus non potest capere possessionem, nisi litteris Apostolicis expeditis, & ostensis.*

41 *Consensus Episcopi antiqui, pro diuisione, & dismembratione sui Episcopatus facienda, qualiter intelligendus sit?*

42 *Episcopus non debet deserere administrationem partis suæ Diœcesis, de cuius diuisione tractatur, vsque in aduentum successoris, & quare?*

43 *Episcopus renuntians, post admissam renuntiationem, desinit habere iurisdictionem, quia ea transit ad Capitulum sede vacante.*

44 *Capitulum non datur in Ecclesia nouiter erecta, in qua prius non est installatus Episcopus, qui eius caput est, & esse debet.*

45 *Resignatarius non potest percipere fructus, ante receptionem litterarum, & eovsque eis gaudet resignans.*

Extrauagans iniunctæ, de elect. inter communes, ponderatur, & illustratur, ibid.

46 *Fructus Episcopatus diuisi ex die gratiæ, siue* Fiat, *pertinent ad Episcopum nouiter creatum, quamuis non apprehenderit possessionem, & quare?*

47 *Gratia dicitur perfecta ex die, quo verbum* Fiat, *per Papam pronuntiatum est, ex num. 49.*

48 *Papa est supremus Dominus Ecclesiarum, & potest res vnius auferre, & alteri dare.*

49 *Titulus Episcopi antiqui, post factam diuisionem, reducitur ad non titulum, quoad partem Episcopatus ab antiquo diuisam, & dismembratam, & sic cessat perceptio fructuum.*

50 *Episcopus de nouo electus ex die gratiæ habet titulum sufficientem ad fructuum acquisitionem, & quare?*

51 *Papa vbi primum aliquem pronuntiat Prælatum, dicitur statim habere Prælaturam.*

52 L. meminisse, de offic. Præsid. *explicatur.*

53 *Gratiæ officiorum aliorum Principum, in quo differant ab iis, quæ per Pontificem fiunt in Beneficiis, & Episcopatibus.*

54 Fiat *verbum per Pontificem prolatum non respicit tempus futurum, sed præsens, & instans.*

55 *Bulla diuisionis Episcopatuum ex die gratiæ, eorum separationem facit, & fructuum, & redituum ipsorum.*

56 *Congregatio Cardin. per Paul. V. confirmata declarauit fructus Episcopatus diuisi ex die* fiat *ad nouum Episcopum pertinere. Quæ ad litteram refertur.*

57 *Fructus Episcopatus diuisi pertinere ad nouum Episcopum ex die gratiæ, stylus Romanæ Curiæ seruat, sed eos petere non potest, nisi litteris expeditis, & præsentatis.*

58 *Schedula Regia notabilis refertur, quæ fructus diuisi Episcopatus ex die gratiæ ad nouum Episcopum pertinere declarauit.*

59 *Episcopus nouiter creatus ad Ecclesiam ab alia diuisam, si moriatur antequam ad eam accedat, apud quem remaneat eius administratio?*

60 *Episcopatus de nouo erectus, cuius primus Episcopus necdum apprehendit possessionem, non videtur plene formatus.*

61 *Prabendarij, qui ad Ecclesiam nouiter erectam præsentati sunt, si Episcopus eiusdem moriatur, à quo instituendi sint?*

62 *Metropolitanus an possit instituere Præbendarios Ecclesiæ sui suffraganei nouiter creati, & defuncti, antequam illius possessionem apprehenderet?*

63 *Sedes Episcopalis quando, & quandiu vacare dicatur?*

64 *Ecclesia Cathedralis nouiter ab alia diuisa, necdum eius erectione formata, & confirmata, quibus legibus, vel consuetudinibus gubernari debeat?*

65 *Ecclesiæ vnitæ, vel diuisæ retinent easdem leges, vel consuetudines, quas antea habebant, interim dum aliæ non inducuntur.*

66 *Ecclesiæ suffraganeæ in his, in quibus non habuerint proprias leges, & consuetudines, debent regi secundum Metropolitanam.*

QVemadmodum erectio Cathedralium, & noua in eis Episcoporum creatio, & institutio ad sedem Apostolicam pertinet, vt in capite præcedenti probaui. Ita absque dubio
1 ad eandem spectat, † Episcopatum semel erectum, & propriis limitibus circumscriptum, ex iustis causis ob commodiorem administrationem, & animarum salutem diuidere, vel alteri, si oportuerit, vnire, aut Cathedralem iam erectam, in Metropolitanam eleuare, *cap. quod translationem, de offic. delegati, cap. & temporis 6. quæst. 1. cap. sicut vnire, de excess. Prælat. l. 2. tit. 1. part. 2. l. 5. titul. 5. part. 1.* ibi: *Fazer de vn Obispado dos, è de dos vno, auiendo alguna razon aguisada, ò por ruego de los Reyes, cap. nisi, de offic. delegati, cap. fin. de confirmat. vtili, vel inutili, cap. fraternitatis 15. quæst. 1. Extrauag. Saluator, de præbend.* inter communes, *cap. præcipimus 16. quæst. 6.* cum aliis, quæ tradit Innocent. *in cap. cum ob Ecclesiar. de offic. Ordinar.* Speculat. *in titulo de legato, §. nunc ostendendum, num. 4. vers. Quintò, venit,* Roman. *cons. 345. num 16.* Hieron. de Monte *in tract. de finib. regund. cap. 12. num. 15.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de erect. pag. 107.* Caualcan. *decis. 40. num. 17. part. 2.* Franc. Marc. *decis. 1120. per totam, part. 1.* Ægid. Bened. *in l. ex hoc iure, D. de iust. & iure, cap. 2. num. 3.* Cardos. *in prax. iud. & aduocat. verb. Episcopus, num. 23.* Azor *tom. 2. instit. moral. lib. 4. cap. 35. vers. Secundum,* Tuschus *littera P. conclus. 49. num. 15.* Barbosa *de iure Ecclesiastico, lib. 1. cap. 2. n. 141.* & Nicol. Garcia *de benef. part. 12. cap. 2. & 4.*

2 Quemadmodum † & prouinciarum diuisio, vel aggregatio in temporalibus, non per alium etiam, quam per supremum Principem fieri potest, *l. si eadem, D. de offic. assess.* vbi Bart. Castrens. & alij, *l. vnica,* & ibi gloss. Bart. & Platea *C. de Metrop. Beryt. lib. 11.* text. & ibi Bart. *in Auth. vt iudices sine quoquo suffragio, §. illud tamen decernimus, d. l. 2. tit. 1. part. 2.* Enriq. de Boich. *in d. cap. sicut vnire,* Rebuff. *vbi suprà num. 5.* & Auendañ. *de exeq. mand. part. 2. cap. 14. num. 10.* Archidiac. Turrecrem. & alij *in cap. scitote 26. quæst. 3.* Qui text. † est 3
celebris in materia, quot ciuitates vnaquæque prouincia habere debeat, vt prouincia dici possit? & quot Episcopos suffraganeos sub vno Metropolitano? quamuis id exactè non obseruetur, sed prouinciæ nomen secundum vniuscuiusque regionis vsum, vel Principis designationem, & voluntatem, pluribus, vel paucioribus ciuitatibus concludatur, vt post Bart. *in Extrauag. qui sint rebelles, verb. Lombardiæ,* docet Ias. & alij *in d. l. ex hoc iure,* Cardin. *in Clement. dudum, §. extra, de sepultur.* gloss. & Bart. *in l. cum in longi, C. de longi tempor. præscript.* Prateius *de verb. iuris, verb. Prouincia;* vbi, † quod prouinciæ hodie æquiparatur quælibet ciuitas, quæ merum imperium habet, 4
suosque sibi Magistratus constituit, Cardin. Tusch. *litt. P, conclus. 949. & litt. C. concl. 115. num. 9.* Vbi † quod prouincia est quælibet regio, quæ regitur per iurisdictionem vniuersalem, prout Arcniepiscopatus legatio, Præsidatus, vel quid simile. 5

Iusta verò causa diuisionis † Episcopatuum 6
ea est, quæ resultat ex distantia longa locorum, vel ex oppidorum, & hominum in eis habitantium, tali, ac tanta multiplicatione, vt commodè per vnum Pastorem gubernari non possint, vt constat ex iuribus *suprà* relatis, *cap. 1. de Eccles. ædificand.* vbi gloss. & Extrauag. vnic. *de offic. deleg. inter commun.* Ioan. Andr. *ad Specul. tit. de censib. §. 2.* Butrius *in cap. vacante, num. 5.* & ibi Abbas *num. 2. & 5. de Cler. non resid.* Roder. Suar. *alleg. 7.* Roman. *cons. 275. & 345. num. 16.* Caualcan. & Franc. Mar. *vbi suprà* Ludou. Cancer *lib. 3. variar. resolut. cap. 3. num. 420. & seqq.* Rebuff. *in prax. tit. de erect.* Cathed. Mandos. *de signat. gratiæ, verb. Erectiones, §. amplius,* Pet. Gregor. *de benef. cap. 12. num. 3. & 4.* Zerola, qui loquitur de erectione Parochiarum ob eandem rationem, *in praxi, verb. Parochia, n. 6. pag. 274.* Zipæus *de iure Pontificio nouo, lib. 3. tit. de Eccles. ædif. num. 14.* Andr. Vvalens. *in parat. iuris Canon. lib. 3. eod. tit. num. 8. §. quæque,* Flauius Cherubinus *in Compendio* Bullarij, *tom. 2. in Bullam Sixti V, ann. 1556. quæst. 1.* iunctis aliis, † quæ de ef- 7
fectibus, quos in iure operari solet distantia longa viarum, tradit glos. per text. ibi *in cap. nihil, §. fin. de elect. cap. cum longè 63. dist. cap. cum olim, de dolo & contumacia, cap. tum ex litteris, de in integr. rest.* vbi sequentia carmina adducit:

Non facit ergo parum distantia longa viarum,
Prorogat inducias, onus aufert, impedimentum:
Cogit adire forum, conseruat ius dominiorum.

Et latè per Plateam, & Lucam de Pena *in l. mediterraneos, C. de annon. & tribut. lib. 10.* Oldrad. *cons. 9. num. 1.* Bobadilla, qui alios adducit, *in Politica, lib. 2. cap. 17. n. 110. & cap. 21. n. 70.* & optimè in nostris terminis text. *in Clement. dudum, § numerus,* & ibi gloss. *verb. Exigit, de sepulturis,* vbi, quod † numerus Prælatorum 8
debet esse æqualis distantiæ locorum, & numero subditorum, Trident. *sess. 21. de refor. cap. 4.* gloss. *in cap. cum inferior, & maior. & obedient. verb. Cathedralem,* vbi ait: *Propter longam & latam prouinciam debere erigi nouam Ecclesiam Cathedralem, cap. postquam hostilis 16. quæst.*

q.1. vbi è contrario, propter vicinitatem, & populi raritatem vnio Ecclesiarum fieri iubetur, de quo Menoch. *conf.*477. *lib.*5. gloss. *in cap. vltimo*, 80. *dist.* quæ docet, arbitrio iudicis relinqui, † quantum vnus Episcopatus ab altero distare possit, & debeat, quam refert, & sequitur Menoch. *de arbitr. centur.*5. *& casu* 497.*& casu* 297.vbi etiam erectionis causas arbitrarias constituit.

Quæ causa & ratio, cùm nullibi vrgentiùs & frequentiùs militare possit, & soleat, quam in † vastissimis istis Indiarum prouinciis, ob magnam, & interdum imperuiam locorum distantiam,& varias colonias,vrbes,& municipia, quas quotidie deduci,construi,& formari necessitas,vel vtilitas exigit,ita,vt de eis dicere possimus cum Tertull.*de anima,cap.*30.† *Omnia iam peruia, omnia nota, omnia negotiosa, solitudines famosas retro fundi amœnissimi oblitterauerunt, arenæ seruntur, saxa panguntur, paludes eliquantur, tantæ vrbes, quantæ nec casæ quondam, iam nec insulæ horrent, nec scopuli terrent, vbique domus, vbique populus, vbique Respublica, vbique vita.* Meritò iam inde à primis detectionis illarum initiis, Catholici † nostri Reges eam præuiderunt,& à sede Apostolica postularunt,vt quemadmodum erectionis Episcopatuum cura, ita & diuisionis,vel restrictionis,vbi oporteret, sibi, suisque Consiliariis delegaretur. Ita tamen, vt statim eandem diuisionem,vel restrictionem, & eius causas eidem sedi Apostolicæ succensendam,& approbandam remitterent. Quod illis Pontificio diplomate concessum fuisse,seriò affirmat Ant.de Herrera *in historia generali Indiarum, decad.*7. *lib.*6. *cap.*7. *pag.*149. referens dictum deploma traditum fuisse egregio viro D. Francisco Tello de Sandoual, cùm ad visitandam Nouæ-Hispaniæ prouinciam missus fuit ann.1543. eique iniunctum: *Que en la junta de los Prelados presentasse el Breue que lleuaba, que de su Santidad auia impetrado Iuan de Vega, Señor de Grajal, Embaxador del Rei en Roma, para que todas las vezes que al Rei, y à su Consejo pareciesse, que se deben estender, ò acortar los limites de los Obispados de las Indias, se pueda haxer de la manera, y segun pareciore que conuiene para el buen gouierno, y administracion de ellos, y para escusar diferencias entre los Prelados. Porque quando se suplica à su Santidad, que erija algun Obispado, ò le diuida, no se puede embiar cierta relacion de los limites que debe tener, para que su Santidad los declare, y señale en la Bula de la ereccion, porque muchas vezes conuiene variar, y mudar los limites para su mejor gouernacion espiritual, y que presentando el Breue platicassen sobre lo que pareciesse proueer en ello, y auisasse al Rei, &c.*

Et idem supponit Ioann. Matienz. *in tract. M.S.de moder.Regni Perù,2.par.cap.*16.vbi tradit, quòd Episcopatus in Peruanis prouinciis creari,vel diuidi possent. Et hoc est consonum doctrinæ gloss.*in Extrauag.vnica,verb.Exerimus de offic.deleg.* † quæ, in diuisionibus Episcopatuum faciendis,Principis postulationem desiderat,eique subscribit,rationem reddens, Franc. Marc.*decis.*1120.*num.*34.*&* 35.& exemplum adducens Filesacus *de sacra Episcop.auctorit.cap.*7. §.7. *pag.*195. vbi refert epistolam Innocent.IV. in qua probat, & laudat, quod Archiepiscopus Rhemensis, in quodam castro suo cupiebat nouum erigere Episcopatum, auctoritate quidem Apostolica, sed non sine assensu Regis.

Et hoc iure sæpesæpiùs Reges nostri vsi comperiuntur, & his vltimis annis vsi sunt,in 14
diuisione Episcopatuum de Arequipa, & de Guamanga, qui ab Episcopatu Cuzquensi dismembrati sunt, & alterius de Truxillo, qui partim ab Archiepiscopatu Limano, partim à Quitensi diuisus fuit. Nisi quòd † sola de ne- 15
cessitate diuisionis cognitione habita, & Episcoporum pro tempore existentium, vel nominatorum consensu explorato, & obtento, rem ad sedem Apostolicam retulerunt, & eadem sancta Sedes nouarum Cathedralium,nouorumque Episcoporum erectionem, creationem, & diuisionem admittens, & approbans; ipsismet Regibus, & personis ab ipsis nominandis, diuisionis formam, & propriæ cuiusque Diœcesos assignationem commisit. Et idem paulò antè factum fuit in diuisione Episcopatus de la Paz, & de Santa Cruz de la Sierra ab Archiepiscopatu de la Plata.

Ideò autem dixi: *Habita cognitione necessitatis, & obtento consensu Episcopi,* † quoniam re- 16
gulariter,absque his, diuisiones fieri non debent, vt per gloss. *in cap.*1. *verb. Diuisiones, dist.* 10. *cap. felix, & cap. multis* 16. *q.*1.Nauarr.alia referens, *de spol. Cler.* §.3. *n.*2. Panorm. *in c. ad audientiam,el* 1.*num.*16. *de Eccles. ædif.*Roch. de Curt. *de iur. patron. verb. Honorificum, num.* 10. Trident. *sess.*21. *de reform. cap.*4. *vers. In his verò.* Quamvis etiam † si sine causa Pontifex diuidat, peccabit, factum tamen tenebit, 7.
vt in simili tradit Sanchez *de matrimonio lib.*7. *disput.*2. *num.*6. Suar. *de legibus, lib.*2. *cap.*14. *num.*22. & in nostris terminis Dom. Acuña *d. cap.*1. *num.*5. *pag.*52. Et si Episcopus assensum neget, potest adhuc Pontifex, cum sacri Consistorij consilio, ex causa legitima, diuisionem, & nouam erectionem concedere, Panormit. *in cap. fin. de confirm. vtil.* gloss. *in cap.*1. *dist.* 10. & *in cap.*1. *de Eccles. ædif.* Felin. *in cap. cùm in Ecclesiarum, de constit. col.*16. Franc. Marcus *decis.*1120. *num.*14. *&* 28. Vnde sunt multi, qui docent, Canones assensum Episcopi requirentes, interpretari debere de vrbanitate, non de necessitate, vt per gloss. *in cap. sæpè, dist.*10. vbi Archid. *& in cap. multis Conciliis* 16. *q.*1.

Bulla autem erectionis † & diuisionis Are- 18
quipensis, cuius norma in aliis quoque eodem ferè tenore repetitur, expedita fuit à Paulo V. *felic.record.*10.Kalend.August.an.1609.& easdem propè rationes eius faciendæ adducit,quas modò retulimus.Partemque ab Ecclesia Cuzquensi diuisam,& dismembratam per Commissarios ad id destinatos apud Arequipensem, eodem prorsus iure manere iubet,& sub eodem Metropolitano, tam in iurisdictione, quàm in fructuum perceptione, patronatumque in ea nostris Regibus æqua lance reseruandum, atque ab eis exercendum declarat,atque anteà in Cuzquensi & in aliis Indiarum exercebatur,neque ei hoc, vel alio modo per sed.Apost.derogatum.Oppidumque de Arequipa in ciuitatem erigit,& districtum in Diœcesim, vt commodiùs & honestiùs Episcopatus titulo frui possit, ac fungi.

19 Quam † diuisionem,& terminorum seu Diœcesum assignationem Regius Senatus commisit Dom. Marchioni de Montesclaros, tunc Proregi Peruano, per sched. dat. Matr. 5. Iunij ann. 1612. qui eam summa dexteritate, Me in aliquibus assidente, executioni mandauit.

20 Ideò autem inquit Bulla, oppidum de Arequipa, *Pro † ciuitate erigi, & vt ciuitatem deinceps habendum*, provt dicitur etiam in simili in Extrauag. Saluator, vers. *Volentes*, de Præbend. inter communes. Quoniam secundum frequentiorem Ecclesiæ vsum, per solam Episcopalis dignitatis in aliquo oppido assignationem, videri solet in ciuitatem constitui.

21 Nec ciuitas appellari † potest, quæ Episcopum non habeat, vt voluit Bart. in l. si hæres, §. *r. de leg.* 1. vbi etiam Ias. *ex numer.* 4 idem Bart. *in leg. fin. D. de colleg. illicit. & in Extrauag. qui sint rebelles*, §. *Lombardiæ*, *numer.* 5. Bald. *in l. si aliquam*, *D. de offic. Proconſ. & in Margar. verb. Ciuitas*, *& in l. ex hoc iure, in princ. D. de iust. & iure*, Alciat. *in l. pupillus*, §. *vrbs*, *D. de verb. sign.* & plures alij, quos refert & sequitur Decius, & eius Addition. *in cap.* 1. *de priuil. ex num.* 1. Hieron. de Monte *in tract. fin. regund. cap.* 5. Camill. Borrell. *in addit. ad Bellugam*, *rubr.* 6. *verb. Dignitatem, fol.* 20. *& de præstant. Reg. Cathol. cap.* 76. *n.* 22.

22 *& conſ.* 2. vbi latè tractat, † an ciuitas ad Episcopalem sedem erecta debeat facere palatium pro Episcopo, & Bobadilla *in Polit. lib* 2. *cap.* 17. *num.* 15. Cened. *in collect.* 101. *ad Decretal. num.* 1.

23 Licèt verius sit, non omnes † ciuitates Episcopos habere, neque illis indigere, & ius creandarum ciuitatum, apud Imperatorem, & Regem in suis prouinciis, independenter à summo Pontifice, aut Episcopi designatione, residere, vt communiter docent DD. *in d. leg. ex hoc iure*, Innocent. *in cap. cum ab Ecclesiarum*, *de offic. Ordinarij*, Præpositus *in cap. Episcopi*, *& in cap. superiore* 80. *dist.* Natta *conſ.* 636. *num.* 100. Aluar. Valasc. *ad legem Imperium. D. de iurisd. omnium iud. num.* 73. Elias *in cap. si ciuitas*, *de sent. excomm. in* 6. Bart. *in l. vnica*, *C. de Metropol.* Beryto *lib.* 11. vbi expresse ait, posse vrbem esse, quæ non habeat Episcopum, & ex sola Principis concessione, vel nominatione hoc titulo gaudere, provt & nostra Arequipensis iam gaudebat antequam in Cathedralem erigeretur. Et idem concludit *in d.* §. *Lombardiæ*, *num.* 6. inquiens, quod

24 † vt ciuitas sit, quoad spiritualia, consensus Papæ requiritur, quoad temporalia consensus Imperatoris, & quod in Alemania sunt multæ ciuitates sine Episcopo, sequitur bene & latè rem disputans Rainal. Corsus *lib.* 3. *indagation. cap.* 3. Tusch. litter. *C. concl.* 280. *num.* 15. *& concl.* 115. *num.* 8.

25 Licet verum sit † augeri decus vrbis per Episcopi sedem, & in eadem sede de nouo eri-
26 genda, considerandum esse, quod habeat populum nobilem, diuitem, & numerosum, & sufficientem Sacerdotum copiam, ne alias sedes Episcopalis vilescat, vt benè obseruat Isidor. Moscon. *de maiest. Eccleſ. lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 15. & ante eum Rebuff. *vbi sup.*

27 Vbi addit, † quod aliquando est iusta causa diuidendi Episcopatus, quod multos reditus habeat, vt notanter de Ecclepa Tholosana loquens inquit Ioan. XXII. *in d. Extrauag. Saluator*, *vers. Attendentes*, cuius verba semper meminisse iuuabit, quia valdè conducunt ad notandos, † & depingendos mores aliquorum 28
Episcoporum, qui excessiuis huiusmodi opibus abutentes, eas non in diuini cultus augmentum, sed in sumptus enormes, & vsus extraordinarios conuertunt. Contra quos inuehitur etiam Rebuff. *vbi suprà num.* 4. tradens, quod † multi Prælati ex redituum luxuria pereunt, & 29
Philipp. Probus in addition. ad Ioan. Monach. *in cap. auaritiæ*, *de elect. lib.* 6. *num.* 7. vbi cum Regio Psalte Psalm. 71. considerat, quod ex adipe prodiit iniquitas, & cum Barbat. ex D. Hier. refert, quod † cum Constantinus Ecclesiæ 30
fecisset donationem, audita fuit vox cœlitus demissa: *Hodie venenum effusum est in Ecclesia Dei*, propter plura nimirum damna, quæ ex affluxu diuitiarum oriri solent.

Et conducit † text. qui eandem rationem, 31
quod reditus sint multi, aut sufficientes ad erectionem nouarum Ecclesiarum, vel Præbendarum considerat, *in cap. quoniam, in princip. de vita & honest. Clericor. cap. cum M.* & ibi Abb. & Felin. *num.* 5. Ripa *num.* 35. *&* 36. *de constit. cap. penult.* vbi gloss. *verb. Diminuti, eod. tit.* Bart. *in l. non plures, num.* 3. *C. de sacroſ. Eccleſ.*

Eleganter D. Greg. Nazianz. *orat.* 10. *in laud. D. Basilij*, vbi refert † dissensionem inter An- 32
timum, & D. Basilium super diuisione Diœcesuum ob eandem redituum copiam exortam, & concludit, dissidium hoc in Ecclesiæ commodum, & incrementum conuersum esse: *Patria nimirum pluribus Episcopis communita, animarum maiori cura suscepta, & qualibet ciuitate suis prouentibus abundante.*

Alioqui † vbi reditus non sunt sufficientes, 33
neque vrbs digna Cathedra Episcopali, multum in diuisione cunctandum est, *d. cap.* 1. *de priuileg. D. Clem. epist.* 2. *de Episc.* ibi: *Ne vile eorum nomen fiat*, idem *epist.* 3. ibi: *Ad honorabilem vrbem titulandus, & nominandus est*, Theod. Balsan. *in schol. ad Can.* 6. *Synod. Sardicenſ.* ibi: *Quia autem vilibus electis Episcopis in paruis, vilibusque parochiis, in quibus sæpè ne erant Episcopi quidem, qui & pedibus incedebant, & erant alioqui contempti. Episcopalis dignitas contemptui habebatur, statuerunt Patres, &c.* D. Gregor. Nazianzen. *orat.* 20. *in laudem Diui Basilij*, vbi † illud in 34
eo notat, quod Sasimis, vili, & inamœno, & perangusto oppidulo, Gregorium amicum iuratissimum præfecisset, tanquam ipsius virtuti parum consideret.

Licet verum sit, † in partibus Indiarum, & 35
alibi, vt animarum necessitas id exposcit, dispensari posse, vt etiam in castellis, & villis, & sine magnis prouentibus Episcopi constituantur, *cap. & temporis* 16. *quæst.* 1. *d. cap. Episcopi*, vbi gloss. *verb. Vilescat*, *& verbo Non castellis*, 80. *dist.* gloss. *verb. Maioribus*, *in d. cap.* 1. *de priuil.* ibi: *Sed hoc intelligo quantum ad vulgi opinionem, quia vbicunque nomen Episcopi habet:* quibus addo verba Nazianzeni *epist.* 22. *ad Cæsarienſ.* patris nomine: *Sum quidem Pastor exiguus, exiguique gregis Antistes, &c. At gratia nunquam angusta est, nec locis circumscripta.*

Porrò prædictis Episcopatuum diuisionibus factis,

factis, aliquæ dubitationes oriri ſolent, quas
hic breuiter recenſere, & reſoluere, ob ipſa-
rum frequentiam, & lectorum commodum non
5 grauabor. Et prior eſt, an † antiquus Epiſco-
pus, à cuius Diœceſi alia diuiditur, & diſmem-
bratur, vſque ad aduentum noui erecti, & ele-
cti, etiam in parte diuiſa adminiſtrare, & iu-
riſdictionem Epiſcopalem exercere poſſit, at-
que adeo fructus integrè, vt antea percipere?
vel hæc omnia ceſſent, & ad nouum Præla-
tum pertineant; ex die, quo ei gratia à ſede
Apoſtolica facta fuerit, quæ vulgo appellatur,
el fiat? Quæ quæſtio ventilata fuit in ſupremo
Indiarum Conſilio, & in Regio Limano Con-
uentu ſub † occaſione nouæ erectionis Cathe-
dralis de Guamanga, & de Truxillo, & per
ſched. dat. Secobricæ 5. Decembr. ann. 1615.
ad dictum Limanum Conuentum directam, ei
commiſſum, vt ipſos litigantes Epiſcopos, me-
lioribus, quibus poſſet, mediis, in concordiam
reducere procuraret, quod ſi id non continge-
ret, iudiciali definitione cauſam terminaret,
quaſi hæc † tanquam merè poſſeſſoria, & vio-
lentiæ ſpecimen ex parte occupantis habens,
etiam inter Eccleſiaſticos, ad ſeculares iudices
pertinere poſſet, ex traditis à gloſſ. & DD.
*in cap. cum dilectus, verb. Iuramento, de elect.
cap. fin. de iudic. leg. 2. titul. 6. lib. 1. Recop.*
Guid. Pap. *quæſt. 71. & 85.* & plurimi alij,
quos refert Couarr. *in pract. cap. 35.* Caualcan.
de brachio Regio, 1. parte in princip. num. 15. Io-
ſeph. Seſſe *de inhibit. iuſtitiæ*, Aragon. *cap. 8. §.
4. num. 3.* vbi hanc appellat charitatiuam defen-
ſionem, & latiſſimè Ceuallos *in tract. de vio-
lent. ferè per totum*, D. Franc. Salgad. *de pro-
tect. Regia, part. 1. cap. 1. prælud. 5. num. 217.* &
alibi paſſim.

Pro parte enim antiqui Epiſcopi facit, quòd
etſi † conſenſum ad diuiſionem faciendam
præſtiterit, cùm tamen in tota prouincia mero
iure vniuerſalem iuriſdictionem haberet, *cap.
cum Epiſcopus, de offic. Ordinar.* eam continua-
re poteſt, & debet, & per conſequens fructibus
etiam gaudere (cùm hi dentur propter offi-
cium) vſque ad ſucceſſoris aduentum, ne alias
gregem Dominicum lupus rapax inuaderet, aut
in facultatibus ſuis Eccleſia viduata graue diſ-
pendium pateretur, vt alias in ſimili deciditur
*in cap. ne pro defectu 41. de elect. & in l. memi-
niſſe, D. de offic. Proconſ. Auth. de adminiſtrat.
§ fin.* vbi redditur ratio, *collat. 2.* cum aliis,
quæ multum in noſtris terminis notat Bald. *in
ead. leg. meminiſſe, num. 1.* vbi nominatim lo-
quitur de ſalariis, Decius *in cap. ſi duobus, nu-
mer. 12. de appell.* Rebuff. *in prax. tit. de ſimo-
nia, in reſign. num. 33.* & Barboſ. *in l. diuortio,
2. part. num. 50. ſolut. matrim.* vbi loquitur de
Epiſcopo renuntiante. Maximè cum certi iuris
4 ſit, † Epiſcopum nouiter prouiſum, Epiſcopa-
tus poſſeſſionem capere non poſſe, niſi litteris
expeditis, & oſtenſis, vt *in Extrauag. iniunctæ,
de elect. inter comm.* cum notatis à Panorm. *in
cap. qualiter, 1. notab. eod. tit.* latè Nauar. *in cap.
accepta, oppoſit. 8. à numer. 13. de reſtitut. ſpo-
liat.* & plures alios nouiſſimè referens D. Va-
lençuela *conſ. 190. num. 25. volum. 2.* vbi quod
iuriſdictio Epiſcopi ſolum ceſſat ſucceſſoris
aduentu.

4 Secundò facit, † quod aſſenſus ad diuiſio-
nem præſtitus per Epiſcopum antiquiorem, ci-
uili & rationabili modo intelligendus eſt, hoc
eſt, ita vt non prius velit iuriſdictionem, & fru-
ctus iuriſdictionis à ſe abdicare, quam ſucceſſor
adueniat, & eum paſtorali cura, & ſolicitudine
iuuet, ac viciſſim reſpectiuè partem eorundem
fructuum, & emolumentorum accipiat. Eſſét-
que ei imputandum, † ſi in tanta locorum di- 42
ſtantia, & nauigationum, itinerúmque diſcri-
mine, ob ſolum nuntium Epiſcopi nouiter de-
ſignati, commiſſum ſibi regimen, & oues diu
lactatas ſine paſtore deſereret, cùm nec trium
menſium moram tanta in re pati velit Eccleſia,
d. cap. ne pro defectu. Et ex his excluditur do-
ctrina Barboſæ, & aliorum, quos ipſe addu-
cit *vbi ſuprà num. 51.* contrarium tenentis † in 43
Epiſcopo renuntiante. Nam id eo fundamento
nititur, vt idem Auctor oſtendit, quod tunc,
poſt admiſſam renuntiationem, iuriſdictio po-
teſt adminiſtrari per Capitulum ſede vacante,
vſque ad aduentum renuntiatarij, quod in no-
ſtro caſu non militat, cum agamus de Eccle-
ſia nouiter diuulſa, & erecta, quæ † eovſque
non habet Capitulum, quod pro electo ab-
ſente gubernare poſſit, cum prior debeat eſſe
electio, & inſtallatio nouiter electi, quam Ca-
pituli, cui ipſe præſidere debet, cum Canonici 44
ſint veluti partes, & membra eius, quæ ſine ca-
pite eſſe non poſſunt, vt benè, præter alios, no-
tat Cardin. Tuſch. *verb. Capitulum, concl. 46.
& 54.* Bellamera *conſ. 20. num. 7.* & Iſid. Moſ-
con. *d. cap. 15. pag. 291.* & dicemus *infr. cap. 14.
ex num. 1.*

Tertiò, facit text. in Extrauag. iniunctæ, de
elect. inter communes, † qui probat, reſigna- 45
tarium non poſſe percipere fructus ante recep-
tionem litterarum, cuius argumento tenet Re-
buff. *in prax. tit. de reſign. ſimon. num. 41. & in
tract. de nominat. quæſt. 14. num. 157. & in titul.
de public. reſign. gloſſ. 18. num 7.* in reſignatione
conditionali, quæ fit coram ſummo Pontifice
in fauorem alicuius, poſſe reſignantem perci-
pere fructus, donec fuerint ſibi intimatæ lit-
teræ expeditæ in fauorem reſignatarij. Quod
ampliat idem Rebuff. *conſ. 186. num. 1.* & alij,
quos refert Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib. 1.
quæſt. 6. num. 21. & ſeqq.* vt requiratur acceptio,
& poſſeſſio reſignatarij, quaſi tunc demum ius
à reſignante abdicari videatur, ex notatis per
gloſſ. Butr. Abbat. & alios, *in cap. cum pridem,
de pactis, l. 1. & 2. C. de peric. & commod. rei
vend.* cum aliis.

Sed his non obſtantibus, contraria ſenten-
tia, quod ad fructus attinet, verior, & ſecurior
videtur. Nam licet quoad exercenda munera
paſtoralia antiquus hic Epiſcopus vſque ad no-
uioris Eccleſiæ diuiſæ aduentum habilis vi-
deatur, cum nullus ſit per quem melius exer-
ceri poſſint, & vt maximè de iuris rigore iu-
riſdictione careat ex die factæ diuiſionis, & no-
ui Epiſcopi creationis, tamen acta per eum
ex bona fide ſuſtineri poſſint, argum. *l. Bar-
barius, D. de offic. Prætor.* & aliorum iurium,
quæ in ſimili notat Barboſa *vbi ſuprà num. 50.
& 51.* Fructus † tamen ex die gratiæ ſuos face- 46
re non poterit, quia ex quo aſſenſum præſtitit
ad diuiſionem, vel Epiſcopatum cum hoc onere
accepit (quod frequentius eſſe ſolet) tacitè
parti Epiſcopatus diuidendæ, & fructibus ei
correſpondentibus, renuntiaſſe videtur, ex
tempore, quo illa per Romanum Pontificem

facta fuerit, vt in terminis Episcopi, vel Beneficiarij renuntiantis, latè, & optimè docet Barbosa *vbi suprà num.* 44. Sarnens. *in reg. de public. quæst.7. num.* 2. & plures alij, quos refert & sequitur Flam. Paris. *vbi suprà n.27. & seqq.* vbi *num.* 38. *&* 39. id ampliat, etiam si post multos menses post consensum præstitum, siue *fiat* Papæ, stetisset expedire litteras resignata-
47 rius. Et † rationem reddit, quia gratia tunc est perfecta, & ius plenè quæsitum, & per consequens ex illa die verè dominus efficitur resignatarius, & sic ad illum tanquam talem fructus spectant, *l. fructus, l. in fundo, l.ex diuerso, l.non solum, §.meum, D.de reiuind.* cum multis aliis traditis à Tiraq. *de retract. conuent. §.2. gloss.1. n.34. cum seqq. & eodem* Flam. *vbi suprà ex n.45.*

48 Secundò facit, † quod summus Pontifex, qui est summus Princeps, & Dominus Ecclesiarum, vt *in cap. 1. & per totam causam 16. quæst. 1. cum vulgat.* potest rem vnius Ecclesiæ auferre, & alteri dare, cap. conquestus, & ibi glos. *9. q. 3. cap. per principalem ead. causa, & quæst. cap. constitutus 6. de religios. domib.* Vnde post ad-
49 missam, & factam diuisionem, † titulus antiquioris Episcopi, qui nitebatur in concessione Romani Pontificis, reducitur ad non titulum, sine quo perceptio fructuum non causatur, vt latè *sup. lib. 2. cap.... num....* & in terminis ostendit text. *in d. Extrauag. Saluator.* Absque eo, quod de hoc queri possit antiquus Episcopus, qui eidem diuisioni assensum præbuit, cùm scierit, vel scire debuerit, hanc esse vim gratiæ
50 Pontificiæ, vt solo verbo perficiatur, † & nouo electo statim sufficientem titulum præstet ad fructuum acquisitionem. Nam sumit vires ex prolatione verbi *Fiat*, vt præter relatos à Flamin. *vbi suprà* eleganter docet Abbas *in cap. nosti, & in cap. transmissam, de elect.* dicens,
51 quod vbi primum Papa, † verbo pronuntiat aliquem Prælatum Episcopum, vel Abbatem, statim facta pronuntiatione, talis sic pronuntiatus habet beneficium, vel Episcopatum, Bald. omninò legendus, *in l. humanum, num. 6. C. de legatis 1. & in l. si qui per calumniam, num. 7. C. de Episcop. & Cleric.* vbi dicit, quod statim, vt dicit Princeps *Fiat*, gratia perfecta est, Molina *de primog. lib. 2. cap. 7. num. 55.* Ioann. Gutierr. *cons. 9. num. 6.* Petr. Surd. *cons. 109. num. 6. vol. 1.* & latè Mascard. *de probat. conclus. 183. num. 36. & 1338. num. 2.*

52 Et ex his patet responsum † ad legem meminisse, & alia argumenta pro contraria parte considerata. Nam in gratiis aliorum Principum, quæ officiorum seruitia concernunt, non
53 † solet dari vsus, nec salarium successori vsque ad possessionis apprehensionem, & ideò mirum non est, si antecessor vsque ad eius aduentum in eodem officio perseueret, & salario fruatur. Quod secus est in concessionibus summi Pon-
54 tificis, cuius † verbum *Fiat* non respicit tempus futurum, sed præsens, & instans, sicut illud Dei, Genes. 1. *Fiat lux, & facta est lux*, vt benè aduertit Rebuff. *in concord. Rubr. de mandat. Apost. verb. Litteras, vers. Item dispensatio,* Ripa *lib. 2. resp. 11. sub tit. de iure patron.* Decius *cons. 175. post num. 6. vers. Tertiò, non obstant,* Afflict. *decis. 263. num. 67.* & optimè omnium Lapus *alleg. 120. in nouis*, cum additionibus Quintilian. Mandos. & consilium Calderini ibi adultum, quod est valdè notandum, Arnulphus Ruzæus *de Regalibus priuileg. 4. num. 14. & priuil. 45. num. 6.* & Nicol. Garcia *de benef. 2. part. cap. 2. num. 91.*

Denique facit, quod hoc idem, quod dicimus, satis expressum videtur in † dicta Bulla diuisionis, quam suprà retulimus, dum repetitis, & geminatis clausulis nouum Episcopatum, ex tunc separat, dismembrat, & segregat ab omni antiquioris Episcopi iurisdictione, & decimas, iura, & reliqua emolumenta amplius percipere vetat, & ad nouum Episcopum transfert. Pro quo etiam emanauit expressior alia † Pauli V. declaratio ad interrogationem Reuerendiss. Dom. D. Fr. Augustini de Caruaial, electi ad Episcopatum Guamanguensem, tunc nouiter, vt diximus, simul cum Arequipensi diuisum, cuius hæc sunt verba: *Per Monsignor Fr. Augustino di Caruajal, Vescouo di Panamà nel Pirù, il qual essendo passato al Vescòuato di Guamanga, se dubita, se si le debono y frutti del giorno, que fu ereta la Chiesa, ò vero del giorno chel oratore fu proposto in Consistoro, ò piu dal giorno che esse piglio il possesso? Sanctissimus Dominus noster, audita sacræ Congregationis Cardinalium, Episcoporum negotiis Præpositorum, sententia, mandauit, vt fructus ei consignentur à die translationis, & præfectionis in Episcopum, & Pastorem Ecclesiæ Guamanguensis. Datis hac die vigesimatertia Maij ann. millesimi sexcentesimi quintidecimi. Antonius Maria Cardinalis Gallus, &c.* Quæ decisio, vel declaratio est conformis † stylo Romanæ Curiæ, secundum quem sæpè iudicari vidisse testatur Flamin. *vbi suprà num. 60. & 68.* Ita tamen, vt antequam hic nouus electus tales fructus petere possit, debeat prius litteras expedire, & præsentare, & virtute earum possessionem capere.

Et pro eadem, in propriis terminis habemus sched. Regiam, supra dicta omnia dilucidè comprehendentem, & decidentem, in causa electi Episcopi Truxillensis, dat. Segouiæ 5. Decembr. ann. 1615. quæ similem aliam litem, quam sibi moueri timebat Episcopus Truxillensis, nouiter à Limano & Quitensi diuisus, enarrat, & rationes quæ vtrimque allegabantur, quæ cum suprà relatis omninò conueniunt, & nihilominus iuxta prædictas iuris Canonici regulas & sanctiones declarat: *Pertenecer al dicho Obispo de Truxillo los frutos decimales desde el dia del Fiat de su Santidad, en la presentacion del dicho Obispado para la dicha Iglesia de Truxillo*: iubétque, vt ei integrè ex dicto die per eorum Oeconomos, siue Receptores absque vlla mora, vel controuersia restituantur.

Secunda quæstio, occasione dictarum diuisionum oblata, illa est, † apud quem debeat remanere iurisdictio Episcopatus diuisi, vbi contingit, quod Episcopus ad eum nouiter erectus & creatus moriatur, antequam illius possessionem, & gubernationem apprehendat, & diuisionem, & erectionem sibi mandatam opere impleat, provt superioribus annis contigisse videmus in Reu. D Fr. Christophoro Roderico ad Arequipensem Ecclesiam promoto, & D. Lud. à Carcamo ad Truxillensem. Et me cum aliis Collegis censente, resolutum fuit, quod licet Episcopo mortuo soleat regulariter eius iurisdictio in Capitulum pertransire,

cap.

cap. 2. ne Prælati vices suas, cum aliis, quæ infrà cap. 13. dicemus, tamen cum in hoc casu Capitulum nondum formatum esset, nec Episcopatus adhuc diuisus, erectus, & dotatus, quia hæc omnia electi aduentum desiderabant, & expectabant, tenendum est † hunc Episcopatum plenè formatum, & in esse deductum non videri, vt probat text. iuncta gloss. verb. *Diœceses, in Extrauag. sedes Apostolica, de offic. deleg.* & latè Azorius *in summa, tom. 2. lib. 6. cap. 30. vers. Quartò quæritur*, ac proinde eiusdem administrationem ad proximiorem Episcopum pertinere, vt constat ex text. *in cap. si fortè, & in cap. vltimo*, vbi gloss. & DD. *65. dist.* Abbas *in cap. 1. de elect.* & Ias. *in l. si grege, D. de leg. 1.* Qui cum sit ille idem Episcopus antiquus, à cuius Episcopatu alter diuidebatur, in eadem administratione, vt antea, manebit, non tam iure deuolutionis, quàm conseruationis (vt ita dixerim) & continuationis, quasi iurisdictio, quæ ei adimebatur, tacitam conditionem habeat, si alter nouus Episcopus accedat, qui eam in se supere, & exercere possit.

Vnde & tentari potest, ab hoc eodem Episcopo esse † instituendos Præbendarios, qui ad nouam diuisam Ecclesiam electi fuerint, & Regiæ nominationis, ac præsentationis titulos exhibuerint. Qui casus etiam in quæstionem, in prædictis diuisionibus vocatus fuit, & vtrum hi sic instituti, Capitulum constituerent, vel à Metropolitano in defectum proprij Episcopi institui possent. Quod à † iuris tramite abesse non videtur, ex doctrina gloss. *in cap. presbyteri, verb. Ciuitatis, vers. Sed quare non petebant hoc ab Archiepiscopo, 24. dist.* quam refert Rebuff. *in prax. tit. de deuolution. num. 72.* Licet eam non omninò probet, inquiens, quod Metropolitanus solum habet hoc ius, data negligentia suffraganei, *cap. 2. de concess. Præbend.* quæ non potest considerari in eo, qui mortuus est, ac proinde securius putat collationem suspendi, interim dum sedes vacauerit, & dicitur † sedes vacare, donec Episcopus nouus adeptus fuerit possessionem teste Hostiens. *in cap. olim 1. de rest. spol.* & Felin. *cons. 40. col. 2.*

4 Denique de illo dubitari in materia huius Capituli solet, † quibus legibus, vel consuetudinibus debeat gubernari Ecclesia nouè diuisa, interim dum eius erectio à primo Episcopo ad eam electo ordinatur, perficitur, & à sede Apostolica confirmatur. Et respondendum est, illis planè eisdem, quibus Ecclesia illa gubernabatur, à quibus ipsa diuisa, & dismembrata fuit, vt notant DD. communiter *in l. si eadem, D. de offic. assess. & in l. vnica, C. de Metrop. Beryto*, Paul. Castrens. *consil. 322. num. 2. vol. 1.* Roland. à Valle *in tractat. de lucro dotis, lib. 1. quæst. 85. num. 2.* Hier. de Monte *in tract. de finib. regund. cap. 3. num. 4.* Craueta *de antiq. tempor. part. 4. §. Transeo nunc ad quartum, num. 55.* Ludolph. Schrader. *cons. 3. num. 30. fol. 286 col. 2.* Et conducunt, quæ de Regnis, vel prouinciis accessoriè, vel æquè principaliter vnitis, latè congessi *1. tomo de Indiar. iure, lib. 3. cap. 1. num. 46. & seqq.* & quod tradunt Canonistæ communiter *in cap. 1. ne sede vacante*, post gloss. ibi *in verb. Vniendo; & cap. & temporis 16. quæst. 1.* etiam gloss. *verb. Vnire.* Concludentes,
5 quod in duabus † Ecclesiis Episcopalibus, ita vnitis, vt vtraque remaneat Episcopalis, licet vnus, & idem sit Episcopus vtriusque Ecclesiæ, tamen vtraque remanet æquè principaliter Episcopalis, retinendo omnia sua iura, statum, & dignitatem, quam habebant ante vnionem. Quod similiter in Monasterio alteri Ecclesiæ vnito, vel ab ea diuiso, docet Panorm. per text. ibi *in cap. quia Monasterium, de Religios. domib.* Felin. *in cap. translato, de constit.* & alia similia congerens Ripa *respons. 21. num. 6. lib. 1.* Clapperiis *in cent. caus. Fiscal. causa 1. ex num. 13.* Vbi etiam benè addit, in his, quæ † in Eccle- 66
siis inferioribus satis expressa non fuerint, debere regi secundum consuetudinem Ecclesiæ Metropolitanæ, cui subiiciuntur, vt notant omnes DD. per text. ibi *in d. cap. translato, & in d. l. vnica, C. de Metrop. Beryto lib. 11. & in §. fin. Inst. de satisd.* vbi dicitur, *Necesse esse omnes prouincias, caput omnium nostram ciuitatem; hoc est Regiam vrbem, illiusque obseruationem sequi.* Melior text. *in cap. cum olim, de censib. & in cap. de his, in fine, 12. distinct.* ibi: *Vnum, eundemque in psallendo teneant modum, quem in Metropolitana sede cognouerint institutum*, vbi alios adducit Illustriss. Bracharens. *num. 3.* & Quaranta *in summa Bullarij, verb. Archiepiscopi auctoritas, num. 13. vers. 22. auctoritas, pag. 74.* quem omninò vide.

CAPVT VI.

De professione Fidei, & iuramento fidelitatis, quod Prælati Indiarum Romano Pontifici præstare tenentur, & an id per Procuratorem facere possint? vel in manibus cuiuslibet Prælati, aut Capituli sede vacante, si eum, quem ad hoc Pontifex designauit, mortuum esse, vel in longinquis morari contigerit? Et de alio iuramento Regiæ iurisdictionis, Patronatusque tuendi, quod etiam in aliquibus schedulis ab eisdem Episcopis præstari iubetur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi qualiter facere debeant Fidei professionem, & iuramentum de præstanda fidelitate Romano Pontifici?*

2 *Iuramentum Episcoporum de fidelitate præstanda Rom. Pont. quale sit, & quam antiquum?*

Cap. ego N. de iureiur. *explicatur, & illustratur, ibid.*

3 *Iuramentum fidei, & fidelitatis an possit ab Episcopis Indiarum præstari per Procuratorem? & quæstiones sæpè super hoc ortæ.*

4 *Fidei professionem, & iuramentum fidelitatis præstari posse à Prælatis, & aliis Beneficiariis, per Procuratorem, multi Auctores tenent, qui referuntur, & contrarij,* num. 14.

5 *Facere per alium, quis regulariter potest, quod per se ipsum.*

6 *Iusiurandum, vbi in contractibus, & in aliis casibus à iure desideratur, per Procuratorem præstari potest.*

7 Iuramentum

7 *Iuramentum fidelitatis, quod ob feudum, vel subiectionem dominis à vassallis præstatur, regulariter fieri potest per Procuratorem.*

8 *Iuramentum licet sit actio personalis, non excludit, quin per alium fiat iurando in personam domini.*

9 Cap. optatum, dist. 100. *expenditur, & illustratur.*

10 *Episcoporum, qui per procuratorem præstiterunt iuramentum fidelitatis, exempla referuntur.*

11 *Iuramentum per procuratorem, quibus circumstantiis concurrentibus admittant Couarr. & P. Suarez.*

12 *Iuramentum fidelitatis, & professionem fidei, quam Episcopi facere debent, non posse fieri per Procuratorem certior, & communior opinio est.*

13 *Iuramentum fidelitatis debet fieri tactis sacrosanctis Euangeliis.*

14 *Professionem Fidei per ipsos Prælatos personaliter debere fieri, Trident. decidit, & aliquæ declarationes, quæ referuntur.*

15 *Bullæ verba, per quam Pontifex solet committere alicui Prælato, Fidei professionem ab alio faciendam, expenduntur.*

16 *Iuramentum fidelitatis in feudis, ex magis communi opinione, personaliter exhiberi debet, & quando secus?*

17 Cap. vnicô, §. verum, de stat. regul. in 6. *ponderatur, & illustratur.*

18 *Iuramentum fidelitatis, & professionis Fidei, si aliquibus Prælatis committatur à R. P. & illi mortui sint, vel absentes, an in aliorum manibus fieri possit?* & n. seqq.

19 *Fidei professio videtur requirere præcisam obseruantiam, tam ex parte siue persona, quæ eam facere, quam quæ recipere debet.*

20 *Fidei professio, ad seruandam formam Concilij, debet fieri coram Vicario Capituli sede vacante, & non coram ipso Capitulo, licet hoc illum nominauerit.*

21 *Præbendarius Romæ electus, & existens non implet faciendo ibi professionem Fidei, sed debet adire suum Episcopum, aut eius Vicarium.*

22 *Prouisio legis viuæ, hoc est Papæ, vel Principis, eandem interpretationem recipit, quam prouisio legis mortuæ.*

23 *Rescripta commissionum, & delegationum, de persona ad personam non extenduntur, quia sunt stricti iuris.*

24 *Commissio alicui data, vbi continet nudum ministerium, per ipsum nominatum, non per alium, etiam ipsius in officio successorem, exequenda est, secundum Bart. qui reprobatur.*

25 *Iuramentum, & professionem Fidei mortuo, vel longè absente Prælato, cui commissa sit, in manibus alterius fieri posse, Auctor consuluit, & quare?*

26 *Rescripta ad recipiendum ab aliquo Prælato iuramentum fidelitatis, vel professionis Fidei, in eorum fauorem expediuntur.*

27 *Rescripta, & commissiones ob gratiam alicuius, & ad eius postulationem concessa, extenduntur ad ea omnia, quæ ei fauorabilia, & vtilia esse possint, & provt verosimile est, quod voluit Auctor ipsorum.*

28 *Prælati vbi designantur, vt coram eis fiat Fidei professio, præsupponitur, quod viui sint, & vicini profiteri debenti.*

29 *Verosimiliter, quod rescribens, vel disponens respondisset, id pro cauto haberi debet.*

30 *Rescripta extenduntur de persona ad personam, & loco ad locum, ex verosimili mente concedentis, & ne eius gratia vana reddatur.*

31 *Papa si mandat alicui prouideri de Præbenda vacatura, poterit ex eius mente prouideri etiam de vacante.*

32 *Rescripta delegatoria ad lites, non solent admittere extensionem de persona ad personam, secus in aliis casibus, maximè si designatio personæ eius substantiam non respicit.*

33 *Prælati consecratio, etsi in aliqua designata Ecclesia fieri iubeatur, poterit ex iustâ causa in alia fieri.*

34 *Via eligenda est, per quam vtrique parti consulitur.*

35 *Diuersa non videntur, aut dissentientia, quæ in ratione conueniunt.*

36 *Bullæ ad consecrationem alicuius Episcopi, habent clausulam, vt fieri possit à quocunque maluerit Catholico Antistite. Vnde idem permittendum videtur in receptione iuramenti, & professionis Fidei.*

37 *Consecrare Episcopum, & ab eo recipere professionem Fidei, sunt veluti dependentia, & meliùs per vnum eundémque Prælatum, quàm per diuersos, & longè distantes expediri possunt.*

38 *Consecratio alicuius Episcopi à tribus aliis regulariter facienda est, sed in Indiis vnus sufficit cum duabus aliis Dignitatibus, vel Canonicis, ob distantiam locorum, & Episcoporum paupertatem.*

39 *Causæ omnes, quæ debent per summum Pont. expediri, ratione difficilis accessus per Episcopos expediri permittuntur.*

40 *Transitus est facilis in habentibus symbolum.*

41 *Impedimentum, quando datur respectu vnius personæ, benè potest dari recursus ad aliam.*

42 *Actus, quod habeat suum effectum, semper iura intendunt, quamuis aliqualiter à forma recedatur.*

43 *Forma, vbi necessitas, aut difficultas vrget, omitti potest, & per æquipollens adimpleri.*

44 *Auctoris opinio, & consilium à summo Pontifice, & ab aliis viris doctis probatum fuit.*

45 *Dataria Romana, quem morem iam obseruet in commissionibus ad recipiendum iuramentum, professionem Fidei, vel pallium Archiepiscoporum, & Episcoporum Indiarum.*

Pallium nullus Archiepiscopus potest propria manu sibi assumere, vel induere, ibid.

46 *Capitulum sede vacante an possit recipere iuramentum fidelitatis Episcopo commissum?*

47 *Iuramentum, quod Episcopi Indiarum præstant de Regia iurisdictione, & patronatu non vsurpando, quale sit?*

48 L. 12. tit. 3. lib. 1. Recop. *explicatur, & illustratur.*

49 *Episcoporum iusiurandum de Regiis iuribus non vsurpandis, qualiter renouatum sit?*

50 *Episcopi, excepta causâ feudi, iuramentum ex Principum secularium legibus subire, compelli non solent.*

51 *Episcopi, quibus cæremoniis, & qua forma faciunt homagium ratione feudi?*

52 *Schedula nouissima de iuramento Regiæ iurisdictionis, & patronatus per Prælatos Indiarum non turbando, refertur.*

53 *Iuramentum, quod à Prælatis exigitur de non turbandis, vel vsurpandis Regiis iuribus scrupulo caret.*

54 *Episcopi licet ratione rerum spiritualium per leges Regias non possint cogi ad aliquod iuramentum præstandum, pro temporalibus tamen conseruandis, illud regulariter subeunt, & sicut alij vassalli reputantur.*

55 *Rex dum à Prælatis, quos nominat, iuramentum exigit, eos non grauat, sed iurium suorum conseruationi consulit.*

56 *Iuramentum qualiter exigatur, & præstetur à Prælatis Franciæ, ratione Regiæ fidelitatis, & temporalitatis.*

57 *Episcopi Alemaniæ ante apprehensionem Episcopatus debebant comparere ante Regem, ad reuerentiam ei præstandam.*

L. 3. tit. 3. lib. 1. Ordinam. *ponderatur, & illustratur, ibidem.*

58 *Episcopi venire debent ad vocationem Regis, & eius manus osculari, ipse tamen eam eis porrigere non solet.*

59 *Regis manum ab Episcopis osculari non debere sentit Aluar. Pelagius, contra quem Borrellus insurgit.*

60 *Reges Hispaniæ multum Episcopis, & Sacerdotibus deferunt, & sunt Protectores, & assertores immunitatis, & iurisdictionis eorum.*

61 *Episcopi pluribus rationibus tenentur non vsurpare, nec turbare Regiam iurisdictionem.*

62 *Iuramentum reddit arctiorem, & efficaciorem obligationem, qua quis alias ante eius præstationem tenetur.*

63 *Iuramentum habet vim litis contestationis, & interrumpit quamlibet præscriptionem, qua alias iurans se iuuare posset.*

64 *Auctor qualiter eluserit præscriptionem, qua nonnulli Prælati in materia tertiarum se tueri volebant.*

65 *Episcopi præstant iusiurandum de non alienandis, nec diminuendis rebus, iuribus, & priuilegiis suarum Ecclesiarum, vel Dignitatum.*

66 *Iuramentum, quod Episcopi præstare debent de non alienandis rebus Ecclesiæ, semper factum præsumitur.*

COmmune quidem est Archiepiscopis, & Episcopis ad Indiarum Ecclesias electis, & consecratis, cum aliis, qui in toto Orbe Christiano eliguntur, vt non † priùs suorum Episcopatuum regimen, & possessionem apprehendant, quam professionem Fidei emittant, & speciale iuramentum faciant de fidelitate Romano Pontifici præstanda. Quod valdè † antiquum esse in Ecclesia Dei, satis patet *ex cap. ego N. de iureiurand.* cum concordant. Trident. *sess. 24. cap. 1. de reformat. vers. Ità tamen, & ex duabus Bullis Pij IV.* vbi ponitur eius forma, quæ habentur *in summa constit. pag. 476. &* 481. De quarum praxi tractant plurimi DD. relati à Cerola *in praxi Episcop. 2. part. cap. 5. pag.* 340. Piasecio *in eadem praxi, 2. part. cap. 5. pag.* 340. *& seqq.* Flamin. Paris. *de resign. benef. lib. 10. quæst. fin.* Lælius Zechus, Lancellotus, Conradus, & alij, quos refert Cenedus *in collect. 108. ad Decretal.* Nauarr. *cons. 7. & seqq. de iureiurand.* Azor. *in summ. 2. part. lib. 7. cap. 2. col.* 811. Emanuel Roder. *in summa, 1. tom. cap. 19. num. 7.* Nicol. Garcia *de benef. 3. part. cap. 3. per tot.* Thom. Sanchez *in summa lib. 2. cap. 5.* Cardin. Tusch. *litt. E, concl.* 302. & plures alij relati ab August. Barbos. *in remiss. ad d. cap. 12. Concil. Trid. vers. Prouisi, num.* 7. & iterum latiùs *in collectan. n. 19. pag.* 426.

Sed illud frequentius & peculiarius in Episcopis Indiarum, præ aliis, dubitatum vidi, vtrum † cum receptio eiusmodi Fidei profes- 3
sionis, & iuramenti fidelitatis à Summo Pontifice regulariter aliis Episcopis, vel Archiepiscopis, specialiter designatis, committi, & delegari soleat, & hi (vt sæpè contingit) in prouinciis valdè distantibus commorentur, propter vastam latitudinem, & interdum imperuiam Noui huius Orbis regionum, quod fortè in Romanæ Curiæ Dataria satis compertum non est. Sit præcisum dictos Prælatos, sic nominatos vocare, vel adire, ad talis professionis, & iuramenti exhibitionem, seu præstationem, vel sufficiat, quod ea per procuratorem præstetur, cum speciali mandato ad id missum, & deputatum. De qua quæstione consultus fui per Reuerendiss. Episc. Guatemalensem D. Fr. Ioan. Zapata Augustinianum, qui pro se ipso doctam allegationem scripsit, & typis mandauit, cui omnes ferè Nouæ-Hispaniæ Theologi, & Iurisconsulti subscripsere. Et iterum per Illustriss. & Reuerendiss. Dom. D. Ferdinandum Arias de Vgarte, tunc electum Episcopum de Quito, & nunc pro meritis post Archiepiscopales sedes Regni Noui Gratanensis, & Argentinam, ad Limanam euectus, vbi sanctè, laudabiliter, & vt vno verbo dicam, Apostolicè, Pastorale, quo fungitur, munus exercet.

Et quidem partem † affirmatiuam, nempè 4
quod per Procuratorem fieri possit, expressè tenent Nauarr. *d. cons. 11. num. 2.* Azor. *dict. cap. 2. col. 812. in fin.* Petr. Ledesm. *in summ. 2. part. tract. 1. cap. 4. concl. 10. sexta difficult.* Zerola *in praxi, 2. part. verb. Fidei professio,* Doct. Ioan. Balboa *in d. cap. ego N. num. 3. pag.* 266. & generaliter, tam de Episcopis, quam de aliis Beneficiariis, in Fidei professione loquens, August. Barbosa, qui adducit Campanil. Ricciul. Viuian. Nouarium, Tamburin. Ferentil. Massobr. & alios *in collect. ad Concil. d. cap. 12. num. 39. pag.* 429. & nouissimè Dom. D Felician. à Vega Episcopus Pacensis *in cap. Pastoralis, num. 7. de iudic.*

Qui primo ea consideratione mouentur, quod cum † regulariter quis possit facere per 5
alium, quod potest facere per se ipsum, nisi contrarium expressè dispositum reperiatur, *cap. potest quis, de Præb. in 6. cap. qui per alium,* cum similibus, *de reg. iur. in 6. cap. 1. §. sed vtrum, per quos fiat inuestitura, cap. 1. quo temp. miles,*

vbi

vbi Petrus Rauenas, Albarot. & alij, & procurator ad matrimonium, & alios quoslibet contractus, quantumuis graues, admittatur, *l. 1. de procurat. l. 2. D. de act. & obligat. cap. vltim. de procur. lib. 6.* cum multis aliis, quæ adducit Azeued. *in l. 4. tit. 4. lib. 7. Recop. num. 7.* nulla ratio esse videtur, cur iuramentum fidelitatis, Fideique professio idem non admittat, cum neque maiorem consensum postulent, neque magis personalem actionem insinuent, quàm alij contractus, qui per procuratorem celebrati, vim habent obligandi.

Secundò, pro eadem sententia perpenditur,
6 quod † non solum in contractibus, verum & in multis vtriusque iuris casibus, qui iurisiurandi specialem religionem, & exhibitionem desiderant, permissum, & receptum est, vt quis illud tam per procuratorem, quam per se ipsum facere possit, vt constat *ex cap. tibi Domino, 63. distinct.* iuncta gloss. ibidem, *verb. Iurare, cap. metuentes 17. quæst. 4.* vbi gloss. *verb. De præsenti, cap. vnico, §. verum, de statu regular. in 6. cap. vltimo, de iuram. calum. eod. lib.* cum aliis, quæ ad hoc ipsum probandum adducit Couarr. *in cap. quamuis pactum, 1. parte, §. 5. num. 8.* Nauarr. *lib. 1. consilior. tit. de summa Trinit. consil. 4. num. 2. & lib. 2. tit. de iureiurand. consil. 11. num. 2.* Cardin. Tusch. *litt. I, concl. 530.* vbi adducit, *l. iusiurandum, §. fin. de iureiurand.* cum ibi notatis, & iterum *concl. 537.* & alibi sæpè, Petrus Ledesm. & Azor. *in locis suprà citatis,* Thom. Sanch. *in summa lib. 2. cap. 5. n. 7.* vbi saltim agnoscit posse fieri professionem Fidei à Præbendariis, & Beneficiariis per Procuratorem, & specialiter, *lib. 3. cap. 13. numer. 17.* Pat. Suar. *de Religione, tom. 2. quæst. 89.* D. Thom. *disput. 72.* Soto *de iust. & iure, lib. 8. quæst. 2. artic. 2. ad 4 §. per hæc,* Caietanus *2. 2. quæst. 98. art. 2. in argum 4.* D. Thom. & nouissimè Dom. D. Felician. à Vega *in d. cap. Pastoralis, de iudic. num. 7.* & omnes communiter, qui de iuramento in communi sermonem instituerunt.

7 Et in iuramento † fidelitatis Regum, vel vassallorum ratione feudi, si legitimum aliquod impedimentum adsit ad non comparendum personaliter, tradit latissimè Rosenthal. *de feudis, cap. 6. concl. 37. per totam,* & plures alij, quos adduxi *suprà lib. 2. cap. 23. num. 100.* vbi idem in nostris Commendis Indorum admitto.
8 Et ratio est, quia † licet iuramentum sit actio personalis, tamen secundum Caiet. vbi suprà. *Non debet quis ita rudis esse, vt sic accipiat iuramentum esse actionem personalem, quod nullo pacto possit exhiberi per alium: quoniam constat, quod contrahere matrimonium est non minus actio personalis, & tamen potest per alium contrahi per verba de præsenti. Sed intellige, quod sicut in coniugio facit quis actionem personalem alterius, dicendo: Ego nomine Martini accipio te in coniugem: ita in iuramento potest dicere: Ego nomine Martini iuro sic fuisse, vel esse, vel fore; & tunc ille solus, cuius nomine iuratur, tenetur ex vi iuramenti.* Ita Caietanus, cuius doctrina specialiter probata, & exemplificata reperitur *in dict. cap. tibi Domino,* iuncta gloss. ibidem, *verb. Iurare,* & in aliis *suprà* relatis.

Vltimò, eandem sententiam adhuc magis
9 confirmo, & specialius probo † *ex cap. optatum, dist. 100.* Vbi Episcopus Agripinensis per suum Nuntium à Ioanne Papa pallium postulauit, qui illud ei ob has causas non concessit, quia Fidem Catholicam ad plenum in epistola non exposuerat, & quia in epistola non subscripserat, & quia nec aliquem nuntium miserat, qui pro eo iuraret, ibi: *Nec aliquem, qui hanc iureiurando firmaret, miseris.* Ergo si hæc Episcopus ille fecisset, & specialem nuntium misisset, apertè innuit text. quod Pontifex Fidei professionem per procuratorem acceptasset, & optatum pallium Episcopo contulisset.

Et ita Thom. Sanchez *d. cap. 5. num. 7. vers. Maior autem,* testatur illis diebus, quibus hæc scribebat, † Episcopum de Malaga præstitisse iuramentum per procuratorem in manibus Episcopi de Guadix, qui solum triginta leucis distat à Diœcesi Malacitana, qui, vt faceret, retulit, alium Episcopum similiter per procuratorem eandem Fidei professionem emisisse. Et, *vt suprà* dixi, idem contigit in Episcopo Guathemalensi, vt excusaret adire Tlascalensem, vel Mexicanum, multis leucis distantes, quibus id à sede Apostolica commissum erat. Quod satis in causa est, vt formalitas eiusmodi professionis, & iuramenti, hoc temperamentum procuratoris accipiat, vt tandem in simili, post plures alios, quos refert, agnoscit Couarr. *d. §. 5.* Suar. *lib. 2 de Relig. de iuram. promiss. cap. 31. n. 7.* ibi: *Prima † si possit personaliter adesse, qui iurare tenetur: secunda, quod non sit legitimè impeditus, ita vt commodè ipsum, cui iuramentum debet præstari, adire non possit.* Quibus alij addunt aliam: *Quod ille, cui iuramentum præstatur, non contradicat,* vt habetur *in d. cap. 1. §. verum, de statu regular. lib. 6.* & multis ornat, & prosequitur Rosent. omninò videndus, *d. conclus. 37. litt. C. & litt. E.*

Sed licet hæc sententia, præsertim his argumentis, & exemplis, vltra alios, fulcita, satis probabilis sit. † Contraria tamen securior, & communior videtur, & sic, quod saltem in personis Episcoporum, & Archiepiscoporum, Fidei professio, & dictum iuramentum fidelitatis Romano Pontifici præstandæ, non possit per procuratorem admitti: quod adeo substantiale esse docuit Couar. *in d. cap. quamuis, §. 1. num. 3.* vt Prælati † debeant illud facere, tactis sacrosanctis Euangeliis, nec sufficit quod iurent per suam consecrationem, vel imponendo manum ad pectus. Et ita videtur decidi per Conc. Trid. *de sess. 24. cap. 12.* dum apertè requirit, quod professionem † Fidei faciant per se ipsos, ibi: *Orthodoxæ suæ Fidei publicam facere professionem, & in Romanæ Ecclesiæ obedientia se permansuros spondeant, ac iurent:* iuncta declaratione sacræ Congregationis Cardinalium, quam refert Farin. *ibid. pag. 328. in paruis,* quæ inquit, *Quod debent iurare per se ipsos, & quod si absentes sint, accedant ad hoc ad Ecclesiam.* Et iterum expressius, quatenus dubitanti, an facturi publicam Fidei professionem ad formam illius capitis, si sint absentes, possint illam emittere per procuratorem, responsum fuit: *Non possunt, sed debent professionem emittere per se ipsos:* de quibus declarationibus mentionem faciens Nicol. Garc. *d. 3. part. c. 3. dub. 12. n. 64.* securè affirmat hodie procuratorem non admitti, & addit, idem antea decisum videri per Rotam in causa Carthaginensi 19. Februarij

Februarij ann.1588. quatenus declarauit hoc
uramentum debere corporaliter præſtari, ex
doctrina Abb. *n.6.* & aliorum *in d. cap. ego N.*
Et pro eadem ſententia ſtat Hieron. Gonçal. *in*
reg.8. Cancell. §.7. procæmiali, n.169. verſ.Simi-
liter, Additio ad Nauarr. *d. conſ.11. n.2.* Steph.
Gratian. *1.tom. diſcept.forenſ. cap.166. num.2.*
Thom. Sanch. *d. lib.2. cap.5. n.7.* vbi, etſi de
beneficiariis conſentiat, de Epiſcopis negat, aſ-
ſeuerans, ſe credere id fieri non poſſe, & idem
affirmat Squillante *de oblig. Clericor.1.par. n.9.*
Vgolin.*de offic.Epiſcop.cap.50.§.16.n.1.*& nimis
criter Fr.Sigiſmund.à Bononia,*de elect.dubit.50*
.3. licèt eius fundamentis latè reſpondere co-
netur Maſſobr.*in tract. de Synodo Diœceſ.dubit.*
.o. quos ad vtramque partem adducit Aug.
Barboſa *in nouis collectan. ad Concil.Trid.d.cap.*
2. *verb. Facere teneantur*, *n.39. &* 40. Qui
etiam diſputat *in Paſtorali allegatione 61. n.20.*
in tract. de Canonic. cap.17.num.5. & nouiſ-
ſimè Bellarmin. hæc habet *in ſuis notis ad Con-*
il. d. cap.12. n.7. pag.411. Quod iuramentum
profeſſionis eſt corporaliter præſtandum, vt tra-
unt DD. in cap. ego N. de iureiurand. vbi Abb.
um.6. P.at. lib.1. deciſ.43. & ſic oportet pro-
tentem præſentem eſſe, alioqui non poterit di-
corporaliter illam profeſſionem præſtaſſe,
eſt coram Capitulo, & Epiſcopo, Plat. d.
eciſ.43. Profeſſio Fidei non poteſt fieri per pro-
uratorem, Plat. lib. deciſ.77. in dicta Carthagi-
enſi fructuum dicens, ita fuiſſe reſolutum per il-
uſtriſſimos Cardinales Interpretes S.Congreg.Tri-
entinæ.

Pro quibus expendo ex mente Thom. San-
chez vbi ſup. verba Bullæ, † per quam ſummus
Pontifex ſolet committere hanc receptionem
profeſſionis, & iuramenti, quæ ſic habent: *Ne*
propter hoc ad ſedem Apoſtolicam accedendo, per-
ſonaliter laborare cogatur, volentes parcere la-
boribus, & expenſis, fraternitati veſtræ commit-
timus, &c. Ex his enim deducitur, quod ſi
poſſet per procuratorem præſtari, non eſſet opus
laboribus, & expenſis parcere, nec alicui vices
ſuas Pontificem committere, vt nomine ipſius
acceptet, ſed poſſet Epiſcopus Romano Procu-
ratori poteſtatem dare, vt ſui nomine in Pontifi-
cis manibus prædictam Fidei profeſſionem per
procuratorem præſtaret.

Rurſus conſidero, quòd iuramentum fidelita-
tis in feudis, ex magis communi ſentẽtia, per ip-
ſius vaſſalli perſonam fieri debet, quia habet an-
nexam exhibitionem reuerentiæ, vt conſtat ex
Bald.*in l.1. D.de acquir.rer.dominio, & in c.2. de*
ordin.cognit.& ex multis aliis adductis à Roſent.
q.37.litt. A. & licèt aliqui hoc limitent, vbi
vaſſallus commodè ad dominum ire non poteſt,
hoc eſt intelligendum, ipſo domino conſentien-
te, & diſpenſante, vt ex eiſdem Auctoribus patet
& manifeſtiùs ex text. † *in d.c.vnic.§.verum, de*
ſtatu reg.in 6. vbi Abbatiſſa, quæ aliàs clauſurá
ſui monaſterij infringere non poteſt, nec debet,
hac prohibitione non obſtante, ſi monaſterium
feudum habeat, cuius ratione domino temporali
homagium præſtare debeat, & is conſentire no-
luit, vt per procuratorem præſtetur, poterit ad il-
lud præſtandum, decenter aſſociata, clauſuram
deſerere, & ad dominum iter facere, quo loci
Philipp.Franc.*n.2* hoc deſcendere inquit, ex prę-
ciſa & ſubſtantiali perſonalitate, quam talia iu-
raměta requirũt, & alios ad idem adducit ibid.
Barb.*in collect.n.3.* & Aſcan. Tamburin. *de iure*
Abbat.to.1.diſp.8.q.3. n.14. Vnde Ego ab hac
ſententia, nonniſi dato maximo, & grauiſſimo
impedimento, recedere auderem, & tali qui-
dem, vt veroſimiliter coniectari poſſemus, quod
ſummus Pontifex, de illo certioratus, licen-
tiam ad iurandum per procuratorem conce-
deret.

Huic quæſtioni ſuccedit altera, de qua etiam
cùm Limæ eſſem ſemel, iterum, & tertiò con-
ſultus fui, in conſecratione nimirum Reueren-
diſſ. Epiſcoporum de Quito, de Guamanga, &
Arequipa, nempè † ſi Bulla commiſſionis dicti 18
iuramenti fidelitatis, & profeſſionis Fidei,
aliquem Prælatum, vel Prælatos deſignet, qui
tempore receptionis mortui eſſe reperiantur,
vel in partibus valdè remotis à loco, in quo
Epiſcopus tranſlatus, vel de nouo creatus, ac
conſecrandus, moratur, & ibi, vel in loco vi-
ciniori adſit alter Epiſcopus, vel Archiepiſco-
pus, in cuius manibus velit facere dictam pro-
feſſionem, & iuramentum, an is licitè, & validè
eam recipere poſſit, quamvis cum eo Bullæ ver-
ba nequaquam loquantur.

Et pro parte negatiua ea omnia vrgere vi-
dentur, quæ in quæſtione præcedenti † de præ- 19
ciſa obſeruantia, & formalitate huius iuramen-
ti retulimus, & de non mutanda, nec varianda
perſona illud præſtare debentis, quod pariter ad
perſonam recipientis extendit Nicol. Garcia *d.*
tract.de benef.3.part.cap.3.num.25.cum ſeqq. vbi
reſoluit, quod ſuppoſito, quod Concilium præ-
cepit Fidei profeſſionem, quæ debet fieri à præ-
bendariis, & aliis beneficiariis, faciendam eſſe
ante Epiſcopum, vel eius Vicarium, ſi fortè con- 20
tigiſſet ſedem eſſe vacantem, & Capitulum no-
minaſſet vnum ex Capitularibus pro Vicario,
non impleret is, qui eſt facturus profeſſionem,
faciendo eam in manibus Capituli, ſed præcisè
debet facere in manibus Vicarij; quamvis videa-
tur, quod iſte Vicarius receperit à Capitulo iu-
riſdictionem, quæ apud ipſum reſidet, ſede va-
cante, provt neque hoc iuramentum, de quo
agimus, ab eodem Capitulo recepi poterit, iuxta
ea, quæ noto *infrà cap.13.*

Deinde facit, & ex eodem fonte præciſæ ob-
ſeruantiæ deſcendit, quod quamvis † talis 21
Præbendarius, vel Beneficiarius ſit Romæ, & ibi
prætendat dictam profeſſionem facere, non im-
plet ita faciens, & eſt obligatus eam facere in
manibus ſui Epiſcopi, vel Vicarij, & ſui Capitu-
li, vt reſoluit Rota in pluribus deciſionibus ab
eodem Garcia vbi ſup.relatis. Iuxta quæ, idem
videtur dicendum in caſu, de quo agimus, cùm
forma dictorum Breuium, quibus receptio Epiſ-
copis in eis nominatis committitur, ſit lex, vel
Canon, quo regulari debeat. Quia cùm ad Fidei
profeſſionem faciendam per Epiſcopos, non ſit
ſpecialiter deſignata perſona, eam deſignat Pon-
tifex, vbi caſus occurrit, & † prouiſio, vel diſpo-
ſitio legis viuæ eandem obſeruationem, & inter-
pretationem recipit, quam prouiſio legis mor-
tuæ, argum. eorum, quæ tradit Accurſ. *in l.1.*
§. decretalis, D. de ſucceſſ. edict. l.3. §. cauſa
cognita, D. de bonor. poſſeſſ. & DD. commu-
niter, præſertim Decius *num.17.* Sichard. *num.*
24. & Philipp. Maſſinius 588. *in Rubr. C. qui*
admitti.

Rurſus & illud pro eadem parte conſiderari
23 poteſt, quòd hæc † reſcripta commiſſionum, & delegationum ſui natura reſtringibilia, ſiue ſtricti iuris eſſe videntur, ac proinde non licet à præciſa eorũ forma recedere, nec de loco ad locũ, vel de perſona ad perſonam tranſitum facere, *c. cùm dilecta 22. c. Rodulphus 35. de reſcript. cap. prudentiam 21. cap. venerabilis 37. cap. P. & G. 40. de offic. delegat.* cum multis aliis, quæ tradit Angel. *conſil.* 138. Roman. *conſ.* 338. *num.* 4. vbi eius addition. *verb. Comprehendit*, & latè Tuſchus *litt. R. concl.* 213. *per totam*, & *litt. F. concl.* 422. vbi *num.* 10. hoc extendit in tantum, quod ſi excedatur forma reſcripti, vel delegationis factum eſſet nullum, *ca. cùm olim*, vbi Abbas *de offic. delegat.* Alex. *conſ.* 57. *col.* 1. *in princip. lib.* 7. Guid. Papæ *deciſ.* 70. Decius *conſ.* 603. *num.* 10. & plures alij apud Aluarez de Velaſco *in axiomat. iur. litt. F. num.* 156. & *ſeqq.*

Quibus addo, hanc commiſſionem continere nudum miniſterium recipiendi dictam profeſſionem, & iuramentum, † quo caſu exiſtimat
24 Bart. *in l. & quia, circa finem, de iuriſdict.* omnium iudicum, ſecutus Innocent. *in cap. final. de offic. delegat.* quod non ſolùm non poteſt vnus Epiſcopus loco alterius adiri, verùm (quod magis eſt) commiſſio non tranſit in ſucceſſorem eiuſdem Prælati, etiam ſi fuerit facta ſub nomine dignitatis. Quam doctrinam repetiit idem Bartol. *in l.* 1. *§. hac verba, D. de vulgar.* & Petr. de Ancharran. *in cap. priuilegium, de reg. iur. in* 6. *col. penult.* licèt meo iudicio vera non ſit, & ita eam meritò reprobant alij Auctores magis communiter, vt conſtat ex Abbate & Decio *n.* 14. *verſ.* 9. *in cap. quoniam Abbas, de off. deleg.* Anton. de Butrio, & Ioan. de Imola *in d. cap. fin. eod. tit.* vbi alios adducunt, & conducunt, quæ de reſcripto inter certas perſonas, & quando habeat locum inter alias, tradit Tuſch. *lit. R. concl.* 213.

Sed licet hæc de ſtricto iuris rigore ita ſe habeant, adhuc tamen † in caſibus ſuprà relatis
25 conſului, & obtinui, mortuo, vel longè abſente Prælato, cui dicti iuramenti receptio commiſſa fuerit, benè & validè poſſe quemlibet alium ſuperſtitem, vel viciniorem illud recipere. Ad quod ſuadendum, & probandum, hæc, quæ ſequuntur, argumenta perpendi.

26 Primum, † quod eiuſmodi Bullæ, vel Breuia Apoſtolica, quibus Prælatis in partibus Indiarum receptio dicti iuramenti, & profeſſionis Fidei committitur, ſemper ad ſupplicantis petitionem concedi ſolent; & quo magis eius commoditatibus conſulatur. Vnde reſcriptorum fauorabilium naturam ſortiuntur, & ſortiri debent.
27 Et vt talia † ad ea omnia referri, & extendi, quæ neceſſaria ſint, vt orator pleniùs, & faciliùs ſedis Apoſtolicæ gratiam, iuxta concedentis voluntatem conſequi poſſit, vt eleganter reſoluit Felinus *conſil.* 3. *num.* 3. Bald. *in l.* 3. *C. de nuptiis*, vbi dicit, hoc certiſſimum eſſe, quando ampliatio, vel extenſio dicti fauoris, non tendit in damnũ, vel odium alterius, vt in noſtro caſu contingit. Et magis in terminis, loquentes in reſcriptis commiſſionum, idem reſoluunt Oſaſcus *deciſ. Pedemont.* 88. *num.* 9. Grammat. *deciſ. Neapolit.* 103. *num.* 203. & Menoch. *conſil.* 18. *lib.* 1. vbi concludunt, quod quando dicta reſcripta dantur ad petitionem ſupplicantis, debent accipere interpretationem ſecundùm ſupplicationem, & accipi, provt veroſimile eſt, quod voluit, & intellexit Auctor ipſorum, *cap. dilecti, de decimis*, & ne contineant repugnantiam, aut damnoſa ſint ſupplicanti, idem Oſaſcus *deciſ.* 5. *num. final.* Dynus, Ancharran. & plures alij, quos refert & ſequitur Pet. Pechius per text. ibi *in cap. odia, & in cap. quod ob gratiam, de reg. iur. in* 6.

Secundum, quia † in hoc, de quo loquimur, caſu, planum quidem eſt, tam in ſupplicatione, quàm in conceſſione dictæ commiſſionis ſupponi, Prælatum, cui dirigitur, viuum, aut vicinũ, vel ſaltem viciniorem eſſe. Vnde ex veroſimili concedentis voluntate iuſtè deducimus, quod ſi mortis, vel longæ, & periculoſæ diſtantiæ caſum præuidiſſet, abſque dubio à quocunque alio Catholico Antiſtite, qui ſuperſtes, vel vicinior inueniretur, eam impleri poſſe mandaret. Atque † adeo hoc ipſum, veluti pro cauto, & mandato habere, & exequi poſſumus, ex vulgari, & notabili doctrina gloſſ. *in l. tale pactum, §. final. D. de pactis*, quæ loquens etiam de extenſione de perſona ad perſonam, docet, ſemper id debere haberi pro cauto & expreſſo, quod legiſlator, teſtator vel quilibet alius, de cuius voluntate explicanda tractatur, veroſimiliter reſpondiſſet, ſi de eo fuiſſet interrogatus. Quam pluribus ornant Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in princip. C. de reuocand. donat. num.* 3. & 50. Menoch. *lib.* 4. *præſump.* 89. *ex n.* 84. Peregrin. *de fideicomm. art.* 11. *ex num.* 32. & Parlador. *in ſexquicent. differ.* 12. §. 1 *num.* 10.

Id quod, † in ipſa materia reſcriptorum fauorabilium, & extenſione eorum de loco ad locum, vel de perſona ad perſonam ex veroſimili mente proferentis, vt operentur effectum, qui in illis prætenditur, & gratia inutilis, vana, vel damnoſa non efficiatur, optimè etiam docuit Bald. *in cap. poſtulaſti, num.* 9. *de reſcriptis*, Felin. *ibid. num.* 9. Rebuff. *in praxi, tit. de non promot. intra ann. num.* 55. & DD. omnes communiter per text. ibi *in l. quidam conſulebant, D. de re iud.* & multum in noſtris terminis domini de Rota in duabus deciſionibus, quas ad litteram refert Nicol. Garc. *d. tract. de benef.* 3. *par. cap.* 3. *num.* 75. & *ſeqq.* vbi cum Romanus Pontifex cum quodam Præbendario diſpenſaſſet, vt per duos annos, non obſtante reſidentia, quam in propria Eccleſia facere debebat, Romæ morari poſſet, neque in reſcripto mentionem feciſſet, quod Præbendæ fructus lucraretur, quamvis Fidei profeſſionem in manibus ſui Epiſcopi & Capituli iuxta diſpoſitionem Concilij Tridentini non emiſiſſet, & ob hanc cauſam fructus ei non ſoluerentur, lite ſuper hoc mota declaratum fuit in eius fauorem, ea ratione, quod reſcriptum cum fauorabile eſſet, virtualiter dictam diſpenſationem profeſſionis, ad eius effectum cõſequendum neceſſariam, continere videretur. Quia alias inutile, imo & damnoſum impetranti futurum foret. Faciunt etiam, quæ in ſimilibus caſibus ex eadem ratione reſoluit Felinus *conſil.* 12. *per totum*, Decius *conſil.* 232. *num.* 4. vbi, quod ſi † Papa mandat alicui, vt prouideat de præbenda vacatura, poterit prouidere de vacante ex mente Papæ, Bald. *conſil.* 26. *in fine, verſ. Item optio, volum.* 1. vbi quod reſcriptum conceſſum Petro & Ioanni, extenditur

litur ad eorum ſubrogatus, ſi alter eorum moriatur.

Tertium, quia licèt verum ſit † in reſcriptis delegatoriis regulariter de vna perſona ad aliam extenſionem non dari, vt *in cap. P. & G. de officio delegat.* cum aliis, quæ congerit Morla *in emporio iuris, tit.2. de iuriſd. omnium iudic. quæſt.21. art.1. cum ſeqq.* & alij, de quibus *ſuprà num.23.* hoc non procedit, vbi reſcripta ſunt ad alios caſus, quàm ad lites, quia tunc in eis benè admittitur extenſio ad aliam perſonam aptam ad executionem eorum, vt colligitur ex gloſſ. *in procœm. Decretal. verb. Bononiæ,* & notat Felin. *dict. cap. P. & G. num.5.* maximè quando talis perſonæ expreſſio, vel deſignatio reſcripti ſubſtantiam non reſpicit. Nam ſi reſpiceret, nedum mandatum eſſet ſeruandum, ſed etiam qualitas mandati, cap. cum veniſſent, vbi Bald. *de eo qui mittitur in poſſeſſ.* Iaſon. *in l. qui Romæ, §. Callimachus, num.10. D. de verbor. obligat.* Vbi verò (vt dixi) non reſpicit, & ad actum peragendum, velut quid accidentale ſe habet, & extrinſecam formam concernit, vt in noſtro caſu contingit, tunc parum curare debemus de modo, & forma, dummodò effectum habeamus, & benè poteſt per æquipollens adimpleri, vt probat text. *in l. cùm ſeruus 102. D. de verbor. obligat. l. vniuerſis 6. C. de precib.* Imper. offer. *l. ſi quis mihi bona 25. §. ſed quid ſi mandaui, D. de acquirend. hæredit. l. ſi mater, C. de inſtit. & ſubſtit. l. 1. D. de ventre inſpiciend. l. 1. D. de liberis & poſthum.* notat Alexand. & alij, quos refert Cardin. Tuſchus *littera F. concluſ.419. à num.1. vbi num.7. & ſeqq.* loquitur de forma data in reſcripto, latè D. Hieronym. de Leon *in deciſ. Valentiæ 108. num. 13. parte* 1. & Marius Muta, omninò videndus, ad conſtit. Siciliæ, *1. tom. cap.39. num.109. & ſeqq. pag.283.* vbi poſt Andream de Iſernia, & alios, quos, refert multum in noſtris terminis tenet, quod † ſi ſummus Pontifex mandaret Archiepiſcopo Panormitano, vt conſecret talem Prælatum in tali Eccleſia, poteſt ex cauſa alibi illum conſecrare, & iuſtam cauſam reputat, quamlibet, quæ præſtet probabile impedimentum, ob quod ad deſignatum locum iri non poſſit, ex quo locus non eſt ex ſubſtantia conſecrandi, & demonſtratiuè potius, quam taxatiuè deſignatus eſſe cenſetur. Et ſic in noſtro caſu cùm non magis operetur Fidei profeſſio, & iuramentum fidelitatis factum in manibus Epiſcopi nominati, quàm alterius, † eligenda via eſt, per quam vtrique parti conſulitur, *l. 1. cum ibi notat. C. de diuerſ. reſcript.* & à Tuſch. *litt V. concl.* 181.

Et ſumus in doctrina Baldi *in l. omnes populi, col.7. verſic. Tertiò quæro,* vbi inquit: *Quod † non videntur diuerſa, aut diſſentientia, quæ in ratione conueniunt; quia ratio eſt coniunctio diuerſorum caſuum ad eundem finem tendentium, & vbi plura habent eandem rationem, cùm de vno tantùm ſit mentio, videtur fieri exemplariter, non reſtrictiuè,* quam doctrinam ſequuntur plures alij per Tiraquel. *d. l. ſi vnquam, verb. Libertatis, n.41. & d. tract. de ceſſante cauſa, num.157.* quem omnino vide.

Quartum, quia † cum Bullæ, quæ pro conſeruandis nouis Epiſcopis expediuntur, ſemper illam clauſulam habeant: *Vt à quocunque maluerint Catholico Antiſtite ſanctæ Romanæ Eccleſiæ communionem habente, conſecrari poſſint;* idque ob eorum gratiam, & commoditatem fieri dicatur, vt ex ipſarum Bullarum tenore patebit. Durum, imò & abſonum eſſet, nouiter creatos, ſeu etiam tranſlatos Epiſcopos, eandem facultatem non habere, in eligendo Epiſcopo ad profeſſionem Fidei faciendam, & iuramentum fidelitatis præſtandum, vbi mortuus, vel abſens fuerit is, qui deſignatus inuenitur, quia contingere poſſet (vt iam ſæpè de facto contigiſſe vidi) vt haberet Epiſcopum vicinum, vel præſentem, à quo conſecraretur, & teneretur alium longè diſtantem adire, ad effectum profeſſionis, & iuramenti; cum tamen † hæc ſint veluti acceſſoria, 37
& dependentia ipſius conſecrationis, quæ longè melius per vnum, & eundem Epiſcopum expedientur, argumento text. *in c. quanto, de iudiciis, & in conſecrantem* videntur in executionem delegatæ conſecrationis tranſire, iuxta iura vulgaria.

Maximè † cùm in eadem conſecratione ob 38
prædicta impedimenta, & diſtantiam locorum, diſpenſatum etiam videamus in his partibus Indiarum, vt licèt ad eam ſaltem tres Epiſcopi requirantur, *cap. Epiſcopi, & cap. Epiſcopum, 64. diſtinct. cap. porrò, 67. diſtinct.* gloſſ. *in c. ne Epiſcopi, de tempor. ordinat. l.28. tit.5. partit.1.* Ita vt multi teneant, nullam eſſe, ſi à paucioribus fiat, vt latè videbis apud D. Anton. *in ſumm. part.3. tit.14. cap.16. §.9.* Silueſt. *verb. Conſecratio, in princip.* Armilla *eodem verbo, num.2.* Azor. *tom.2. lib.3. cap.30. verſ. Quæret item,* Enriq. *in ſumma, lib.10. cap.7. num. 3.* optimè Vazquez *de Ordine, diſp.246. cap.6. num.59. & ſeqq.* Filliucium *in ſumma, tom.1. tract.9. de Sacra. Ordin. cap.5. num.106.* cum aliis, quæ tradit Illuſtriſſ. Bracharenſ. *in notis ad cap. Epiſcopum 5. 61. diſt. num.2.* Poſſit tamen ab vno tantùm Epiſcopo fieri, qui in defectum aliorum duas Dignitates, vel Canonicos mithratos ſibi in ſocios aſſumat, provt quotidie fieri videmus, quia Papa poteſt mutare hanc formam, quamvis fuerit ab Apoſtolis inſtituta, vt tradunt Hugo, & Præpoſ. *in d. cap. porrò,* quos ſequitur Gregor. Lopez *in dict. l.28. tit.5. part.1. gloſſ.2.* & notatur *in cap. Archiepiſcopus, & in cap. ne Epiſcopi, de temp. ordinat.* & per Dom. Brachar. *in cap. de abiectione 3. 64. diſtinct.* & extat de hoc expreſſa declaratio S. Congreg. Cardin. quam refert Farinac. *ad Concil. Trident. ſeſſ.23. cap.1.* vbi ait, ſic declaratum fuiſſe à maiori parte Theologorum, qui conſulti fuerant, & ita Pium Quintum diſpenſaſſe.

Quintum & vltimum, quoniam quemadmodum † in omnibus cauſis, quæ debent per ſum- 39
mum Pontificem expediri, & dicuntur de caſibus reſeruatis, ſi ad eum difficilis ſit acceſſus, Epiſcopus ſe eis immiſcere poteſt ratione pietatis, quam ſuadet benigna iuris interpretatio, & vt fidelium ſpirituali, & temporali conſolationi, & vtilitati occurratur, vt tradunt Abbas *in cap. at ſi Clerici. §. de adulteriis, num.9. de iudiciis,* & ibidem nouiſſimè D. Felician. à Vega *n. 164. & ſequentibus,* Gutierrez *lib.1. Canonicar. quæstion. cap.23. num.1.* Thomas Sanch. *de matrimon. lib.2. diſp 40. num.3.* Marius Alterius *de cenſuris, lib.5. capite 2.* Mauleon *de Sacrament. in tit. de Sacrament. Matrim. diſpenſat. quæſt.2. num.7.* & Aloiſius Riccius *in*

prax. Episcop. decis. 26, ita in nostro casu, longe maiori ratione, ob impedimentum mortis, vel longæ distantiæ; & difficilis accessus Episcopi designati, poterit alter, qui superstes, aut vicinior reperiatur, eius vices sup-
40 plere, vel subire: cùm † in habentibus symbolum (vt vulgò solet dici) facilis sit transitus, *l. in rem.* §. *item quæcunque*, *D. de rei vindic. l. sed cum patrono*, *D. de bon. possess. l. si unus*, §. *pactus*, *D. de pactis*, *cap.* 1. *circa medium*, *de sacra Vnction. cum vulgat.*

Quibus addo *l.* 1. *in princip. D. de eo per*
41 *quem fact. erit*, † vbi probatur, quòd quando datur impedimentum respectu vnius personæ, benè potest dari recursus ad aliam, vt actus fiat quamuis si impedimentum deficeret, aliud esset dicendum. Vt aduertit Tuschus; post Paul. Castrens. & alios, quos refert, *litt. N. num.* 13. Semper enim iura intendunt, † quòd actus habeat suum effectum, consequaturque verum implementum, quamuis per alium modum, quàm contentum in forma signata ad eius celebrationem, vt consuluerunt Bald. & Alexand. quos etiam refert, & sequitur idem Tusch. *littera. C. conclus.* 51. *num.* 4.
42 *&* 8. Et suggerente necessitate, † etiam ea, quæ sint de forma, possunt per alium modum similē adimpleri, *l.* 1. vbi DD. præcipuè Ripa *num.* 38. *D. de verbor. oblig.* Alexand. *cons.* 96. *volum.* 4. Ias. *in l.* 1. *num.* 13. *D. de liber. & posthum.* Felin. Paris. & alij plures apud Riminald. *cons.* 364. *num.* 32. Petr. Surdus *decis.* 269. *num.* 18. & Molinus *in tract. de pactis nuptial. lib.* 1. *c.* 25. *n.* 45. Raudens. *de analog. cap.* 38. *n.* 82. & Græuæus *ad Gaill. lib.* 1. *conclus.* 2. *consid.* 1. *num.* 3.

Ex quibus rationibus, & fundamentis facilè erit cuiuis contrariis, quæ pro negatiua opinione adduximus, satisfacere. Et hæc, quæ pro affirmatiua perpendimus, † adeò efficacia,
43 & substantilia visa sunt, vt in tribus vel quatuor casibus ab omnibus Theologis, & Iurisprudentibus Limanæ vrbis probata fuerunt, & ad sedem Apostolicam posteà (vt audiui) delata, ad petendum suplementum, quod vocant *Perinde valere*, si fortè opus esset. Et eadem sancta Sedes necessarium esse declarauit; & me iuxta ipsius mentem, & intentionem respondisse, & consuluisse. Et ad tollendas similes dubitationes cautum † est in Dataria, vt tales
44 commissiones, & aliæ, quæ in promotione, & translatione Archiepiscoporum pro recipiendo pallio expediuntur, generaliter cuiuis Episcopo dirigantur, vel quod magis securum, & iam praxi receptius est, Decano, & Capitulo, cui electus, vel translatus præesse debet. Absit tamen, quod quis possit pallium sibi remissum propriâ auctoritate sumere, quamuis dicat Romæ suo Procuratori traditum. Nam hoc non sufficiet, & qui contrarium fecerit, in periculum nullitatis ea omnia deducet, quæ palij auctoritate peraguntur, & præterea arbitrariè puniri per sedem Apostolicam poterit, vt aduertit Azor *tom.* 2. *instit. moral. lib.* 5. *cap.* 30 quod obiter notare volui, quia his diebus in quæstionem deductum vidi, & à quodam grauissimo Prælato non satis animadversum.

45 In Capitulum † autem sede vacante dixerunt aliqui in casibus suprà relatis, prorogari etiam posse delegationem, & commissionem, de qua agimus, si mortuus reperiatur Episcopus, vel Archiepiscopus, qui Romæ designatus fuerat: quod tamen Ego non facilè admittendum censui ex deductis *suprà* in argumentis partis negatiuæ, quæ contra Capitulum longè magis, quàm contra alium Prælatum stringunt. Atque item ex eo, quod secundum veriorem opinionem in Capitulum sede vacante, solùm ea transferuntur, quæ virtute iurisdictionis ordinariæ Episcopis competunt, de quo latiùs agemus *infrà hoc eodem lib.* 3. *capite* 13.

Superest autem nunc, vt de alio iuramento
nonnulla dicamus, † quod Episcopi Regibus 4
nostris, de eorum iuribus, & reditibus non inuadendis, Regioque præsertim patronatu non usurpando facere debent, & qualiter hoc in prouinciis Indiarum practicetur.

Et sciendum est, quòd cùm iam inde à temporibus Regum Catholicorum Ferdinandi, & Elisabeth, huius iuramenti præstatio stabilita fuerit in Curijs Toleti ann. 1480. Ex
quibus sumpta est † *l.* 13. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* 4
detectis postmodum Indijs, id idem in ipsis obseruari pluribus schedulis iussum fuit, & inter alia, quæ Episcopos concernunt, repetitur in quadam dat. Vallisolet. 20. Marcij ann. 1602. ibi: *y el Obispo ha de hazer el juramento que debe de no tomar los derechos Reales, y de guardar mi patronazgo.*

Sed cùm hoc † ob incuriam Regiorum
ministrorum ferè in desuetudinem abijsset, 4
& ob aliquas difficultates, quæ se obtulerunt circa formam, & tempus præstandi huius iuramenti, & cogendi Episcopos nouiter electos, vel translatos ad illud præstandum, maximè si iam consecrati essent, & suorum Episcopatuum possessionem adepti, iuxta ea, quæ
de † Episcopis ad similia iuramenta, excepta 4
feudorum causa, nouis secularum Principum constitutionibus, & pragmaticis non ligandis, latè congerunt DD. per text. ibi *in ca. petitio, de iureiurand.* Cardin. Tusch. *litt. E. conclus.* 302. *ex num.* 6. Marta *in tract. de iurisd.* 4. *par. centur.* 1. *casu* 16. *n.* 29. *& seqq. & casu* 43. *ex num.* 13. vbi reprobat Auctores Gallos contrarium admittentes, & inquit quòd
etiam ubi † iurant, siue homagium præstant ra- 5
tione feudi, solent iurare, stola adcollum posita, & manu ad pectus, non autem iurant inter manus Regis, aut Cancellarij, aut Quæstoris, neque vt laici, qui iungunt manus inter manus, vt per Ioan. Ferald. *in tract. de iurib. & priuileg. Reg. Franc. num.* 25. Arnulph. Ruzæum *in tract. de iure Regal. num.* 14. post Innocent. *in cap. solitæ*, *de minor*, *& obed.* & latiùs Carol. de Grassalis, omninò videndus, *lib.* 2. *Regal. Franciæ. cap.* 11. *pag.* 75. *& seqq.* Supremus Senatus Indiarum de his per Regiam Limanam Cancellariam consultus fuit anno 1614. & Ego de mandato eiusdem Cancellariæ epistolam exaraui, & post longam huius articuli comperendinationem, examinationem, tandem edi-
ta fuit super hoc † nouissima quædam schedula 5
an. 1629. quæ post eorum, quæ diximus, præfationem, *dicta l.* 13. *Recopil.* in vsum reduci iubet, & in Indijs ab earum Episcopis simul etiam iuraui: *Que no iran contra el patronazgo Real ni la percepion de los dos novenos que en los diezmos se reservan à su Mageftad. Ni otra alguna cobrança de los derechos, y rentas Reales, y que antes de hazer este paramento no se*

les consienta entrar en la possession, y administracion de sus Obispados.

Ex qua schedula satis liquet forma, quæ in hoc iuramentum obseruanda est. Neque est, cur in eius executione quispiam amplius † scrupulum habeat, vel moueat, cùm eam præcesserit adeò seria, & matura deliberatio, & vt ipsa refert, edita fuerit adinstar legis Regiæ in Hispania obseruatæ, & nunc quoque renouatæ, & maiori cura obseruari iussæ. Nam licèt fatendum sit, † Prælatis ratione Episcopatuum, qui sunt spirituales, eiusmodi iuramenta iniungi non posse, nec similiter ratione bonorum temporalium in Ecclesiam translatorum, quia etiam spiritualibus hærent, cap. quanto, de iudiciis, cum similibus, cùm traditis à Ruzæo, & Merta *vbi suprà.* Ratione tamen bonorum temporalium, locorum, & iurisdictionis temporalis in eis exercendæ, iuramentum fidelitatis regulariter subeunt, sicut alij cæteri domini vassallorum, vt pluribus ostendit Guillerm. Bened. *in cap. Rainutius, verb. Et vxorem, decis.* 1. *num.* 22. *&* 23. Et eum referens Callist. Remirez *in tractat. de lege Regia Arag.* § 27. *numer.* 19. & Carol. Grassal. *vbi supr. capit.* 11. quia quoad hæc tanquam alij vassalli laici reputantur, vt benè obseruat Bobadilla *in Politic. libr.* 2. *capit.* 18. *numer.* 64.

Et in iuramento, de quo agimus, nihil eis de iure suo adimitur, sed solùm Rex noster, † qui eos in nominatione, & præsentatione ad Episcopatum honorat, Regalium, temporaliúmque iurium suorum conseruationi studet, & qui poterat illos non nominare, & alios æquè idoneos eligere, nominationi, quam facit, hunc modum iniungit, qui cùm non repugnat Ecclesiasticæ libertati, etiam ab Ecclesiasticis Prælatis seruandus est, argumento text. & eorum, quæ ibi notant Innocent. & alij *in capit. nimis, de iureiurando,* Bald. *in l. fin. C. sine censu, vel reliq.* Ias. *in l. placet, numer.* 17. *C. de sacrosanct. Eccles.* Et ibi Thom. Parpal. & Bobadill. *d. numer.* 64. Et latiùs in terminis huius iuramenti loquentes, & eius iustificationem defendentes, Rebuff. *in concord. titul. de nominat.* Gregor. Lopez *in l.* 15. *tit.* 15. *part.* 2. Gabr. Pereira *in tractat. de manu Regia,* 2. *part. capit.* 37. & nouissimè Anton. Diana *resol. moral.* 4. *part. tractat.* 1. *resol.* 77. *&* 79. vbi quærit, an iudex secularis possit priuare temporalitate Clericum vsurpantem iurisdictionem secularem?

Quibus conueniunt plura † Arresta Parlamenti Parisiensis, quæ refert Rhenat. Choppin. *de iure Cœnobitar. libr.* 2. *pag.* 330. vbi tradit, decretum fuisse, Archiepiscopum Auxitanum, & alios teneri facere homagium, & iurare fidelitatem Regi ratione suæ temporalitatis, & aliquando decretam fuisse missionem in possessionem bonorũ Aquitanici cuiusque Cœnobij, & Præsulatus, ob clientelare, fideique obsequium, Regi non præstitum.

Quod mirum videri non debet, cùm *in l.* 3. *tit.* 3. *libr.* 1. *Ordinament.* Iampridem ab Alphonso Rege nostro huius nominis cautum reperiamus, ne † vllus Episcopus, ex his, qui olim ex populi, vel Clerici suffragiis eligebantur, ad commissam sibi Ecclesiam accedere posset, quin priùs coram Rege se sisteret, vt ei debitam reuerentiam præstaret. Quæ quidem lex in nouiori legum Castellæ collectione, quam nouam Recopilationem vocamus, compilata non fuit, quia iam stylus percrebuerat, vt Episcopi Hispaniæ non nisi ad solam Regum præsentationem eligerentur, iuxtà ea, quæ dixi *suprà hoc lib. cap.* 4. Sed manet adhuc † etiam in Episcopis 58
non solùm electis, verùm & consecratis, hæc Regalis reuerentiæ & obedientiæ obligatio, ratione superioritatis in temporalibus, tum in eo quòd ad ipsorum vocationem venire debent, quoties fuerint requisiti, *cap. petimus* 11. *q.* 1. *cap. Princeps, cap. administratores, & cap. Regum* 23 *quæst.* 5. Nouella Iustiniani 438. *const.* 115. *l.* 65. *tit.* 5. *part.* 1. *vers. La quarta,* & ibi Greg. *l.* 8. *tit.* 7. *part.* 2 *l.* 13. *tit.* 3. *libr.* 4. *Recopil.* cum aliis traditis à Decio, Antibolio, Matienz. & Azeued. quos refert Bobadill. *dict. capit.* 18. *numer.* 61. & Belluga *in specul. Princip. rubr.* 1. *& seqq.* vbi Borell. latè Natta *cons.* 487. *volum.* 3. Peregr. *cons.* 1. *numer.* 49. *volum.* 1. Oliuar. *de iure fisci, capit.* 10 *num.* 6. *&* 9. Grassal. Regal. Franciæ, *libr.* 2. *iure* 12. D. Valençuel. *cons.* 4. *n.* 150. *vol.* 1. vbi quòd priùs tenetur accedere Episcopus ad vocationem Regis, quàm ad vocationem Archiepiscopi: tùm etiam, vt ei manus osculari teneantur, vt dixerunt Archidiac. & Laurent. *in c. duo sunt* 96. *distinct.* Et referunt Francis. Marc. *decis. Delphinal.* 455. *num.* 13. *volum.* 1. Aluar. † Pelagius *de* 59
planctu Eccles. libr. 2. *cap.* 18. *&* 30. vbi fatetur, se ipsum potius timore, quàm amore osculatum fuisse dexteram Regis Portugalliæ, contra quẽ, hæc, & alia referens, grauiter inuehit Camill. Borell. *de præstant. Reg. Cathol. cap.* 54. *per totum,* vbi hanc prærogatiuam nostrorum Regum fundat, & defendit, qua scimus eos iam non vti, sola genuflexione contentos, idémque cum aliis Presbyteris faciunt, vt † ostendant quan- 60
tum Sacerdotum dignitati, & personis Ecclesiasticis deferant, pro quorum simul immunitatibus & exemptionibus, & ne quis temerariis ausibus eorum iurisdictionem inuadat, se acerrimos defensores constituunt, vt apertè constabit *ex l.* 1. *cum multis sequentib. tit.* 3. *libr.* 1. *Recopil.*

Quæ vel sola ratio † iustiorem reddit deci- 61
sionem, & obligationem præstationis iuramenti, de quo agimus, de Regia iurisdictione non vsurpanda. Nam aliàs non esset æqualis retributio, vt omittam aliam, quam exprimit *d. l.* 3. *in princ. de gratitudine,* quam Prælati nostris Regibus debent, cum ad eorum supplicationem per Sedem Apostolicam prouideantur, & confirmentur.

Neque est paruæ considerationis huius iuramenti præstatio, † nam stringit, & efficacio- 62
rem reddit obligationem, qua alioqui, etiam eo non præstito, tenebantur, iuxta ea, quæ tradunt DD. *in l. si quis maior, C. de transact. & in l. fin. C. de non numer. pecun.* Imol. & Alex. *in l. miles,* § *decem, D. de re iud.* Oldrad. *cons.* 238. Decius *cons.* 408. *n.* 7. Ruin. *consil.* 134. *col.* 3. *vol.* 1. Grat. *respons.* 39. *n.* 4. *lib.* 2. Seraph. *priuil.* 73. *&* 74. & latè Surd. *decis.* 3. *n.* 8. *&* 9. Et, quod magis est, † habet vim 63
litis contestationis, atque adeò excludit, & interrumpit quamcumque præscriptionem, quam Episcopi allegare possent, & prætenderent in præiudicium iuris patronatus, vel alterius cuiuslibet iuris Regalis, quibus se non contrauenturos in forma dicti iuramenti promittant, vt latissimè per text. *in l. si duo patroni* 13. § *idem*

§. idem act. D. de iureiur. post innumeros alios, quos refert, tradit Seraphin. *in tract. de priuil. iurament. priuileg. 50. & 51.* Balbus *de præscript. 2. part. 3. princip. quæst. 14. num. 11. & 4. part. vltim. par. quæst. 2. num. 3.* Couar. *lib. 2. var. cap. 9. num. 7.* Bertazol. *consil. ciuili 26. num. 29.* Tiber. Decian. *cons. 10. num. 74. & cons. 44. num. 22. lib. 1.* Duaren. *in prior. comment. ad tit. de iureiurando, cap. 22. & in posterior. cap. 5.* Fachineus *lib. 1. controuers. cap. 70.* Donel. *lib. 24. commentar. cap. 17.* vbi Osuald. *litt. AA.* Ierem. Setzerus *de iuram. lib. 1. cap. 25. num. 121.* & Camill. Borell. *cons. 40.*
64 *num. 35.* Quæ † doctrina mihi vsui, & honori fuit in aliquibus litibus, quas defendi, dum rei dominicæ Senatus Fiscalem Procuratorem agerem, contra aliquos Episcopos, qui in materia tertiarum se volebant præscriptione munire, cuius miror mentionem non fecisse diligentissimum, pariter ac doctissimum D. Ioan. del Castillo *in suo tractat. de tertiis,* vbi *cap. 35. per totum,* plura de modis interrumpendæ præscriptionis adducit.

65 Et est simile aliud iusiurandum, † quod de stylo Curiæ, & in ipso actu consecrationis Episcopi præstant, nempè de non alienandis, nec diminuendis rebus, iuribus, & priuilegiis ad suam Ecclesiam, vel dignitatem Episcopalem pertinentibus, de quo agunt Ioan. Andr. & Panorm. *in cap. ego N. de jureiurand.* glos. *in cap. vt super, de rebus, Eccles.* Crescentius *decis. 2. de iureiurand.* Redoan. *de rebus Eccles. quæst. 55.* Et aliis pluribus relatis, Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. 52. per totum*, vbi etiam eius Additionator
66 Benechendorfius. Quod, etiam † si factum non appareat, præstitum tamen præsumitur, vel ob id tantum, quòd fieri solitum est, vt egregiè tradit Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 81. n. 46.* & Crescent. *vbi supr. num. 1.*

CAPVT VII.

De ordinaria, & extraordinaria Archiepiscoporum, & Episcoporum in prouinciis Indiarum iurisdictione.

SVMMARIVM.

1 *Episcoporum dignitas, & officium, quale ac quantum, & quibus titulis, & honoribus gaudeant?*

2 *Episcopus est de maioribus dignitatibus, & prouinciarum Præsidibus comparatur.*

3 *Episcopi olim nolebant in Cardinales creari, quia hæc minor dignitas censebatur.*

4 *Episcopi, quò maiori dignitate funguntur, eò magis sanctimonia splendere debent, & aliis exemplo esse.*

5 *Præsidentium integritas salus est subditorum, & insignis locus Isidori Pelusiotæ, & D. Greg. in huius rei comprobationem.*

6 *Episcopos, qui eligunt, vel proponunt, summo studio de melioribus præficiendis curare debent.*

7 *Reges tenentur sub peccato mortali digniores in Episcopos eligere.*

8 *Episcopi litteris, & eruditione præstare debent.*

9 *Regibus imputare potest hodie S. R. Ecclesia malam electionem Prælatorum, cùm ferè semper confirmet præsentatos ab eis.*

10 *Episcopus bonus eligi non videtur, si alter sit, qui melior illo eligi potuisset ex D. Gregorio, cuius notabilia verba referuntur.*

11 *Episcopi non deficient hodie, æquè boni, ac olim, si vt oportet, quærantur, & eligantur.*

12 *Præesse, qui dignè possunt, deesse nunquam possunt, ex D. greg.*

13 *Reges in electione Episcoporum benè possunt, salua conscientia, personæ respectum habere, si ea Ecclesiæ etiam vtilis sit.*

Cardin. Bellarm. quid responderit Clement. VIII. eum consulentes de iusta electione Prælatorum, ibid.

14 *Reges Hispaniæ quàm bonos semper Prælatos eligere soleant ad Ecclesias sui patronatus, ex Anastas. Germon.*

15 *Reges Galliæ parum curant de bonis Prælatis suis Ecclesiis præficiendis; & de damnis, quæ inde nascuntur, ex Choppino.*

16 *Episcopi an aptiùs, & tutiùs ex Cœnobitis, quàm ex Clericis secularibus eligantur?*

17 *D. Chrysost. quid sentiat de electione Monachorum ad Episcopatus?*

18 *D. Cyprian. August. Ambros. & Chrysost. ex foro, & Rhetorum Scholis ad Episcopatus vocati sunt.*

19 *Episcopus debet habere sapientiam rerum secularium.*

20 *Theologusnè an Iurista aptior sit ad Episcopatum?*

21 *Episcopus vltra scientiam veteris & noui Testamenti, debet etiam habere scientiam vtriusque iuris, & quare?*

22 *Episcopi ad Ecclesias Indiarum cum maiori cura, & idoneitate, quam ad alias quærendi sunt, quia & multa habent, quæ aliis Prælatis non conceduntur.*

23 *Episcopis quæ competant iure ordinis, quæ ex lege iurisdictionis, & quæ ex lege Diœcesana, remissiuè.*

25 *Episcopis Indiarum in multis dispensare permittitur, ob distantiam Sedis Apostolicæ, & quæ illa?*

25 *Papa licèt aliquando absoluat, vel dispenset in casibus Episcopis commissis, non ob id eorum facultati derogare videtur.*

26 *Archiepiscopi sunt supra Episcopos, & quam in eis superioritatem, & iurisdictionem exerceant?*

27 *Metropolitana Ecclesia grandioris honoris est, quàm suffraganea.*

28 *Episcopus in prima instantia cognoscit de omnibus causis Ecclesiasticis, & in mero, & mixto imperio, & fundat suam iurisdictionem.*

29 *Archiepiscopus, exceptis casibus à iure expressis, nihil potest in Diœcesibus suffraganeorum, etiam de consensu partium.*

20 *Metropolitanus in Diœcesi sui suffraganei, solum ipsum regulariter subditum habet.*

31 *Metropolitanus in aliquibus casibus procedit contra*

contra suffraganeos, & hi illi iuramentum obedientiæ præstare debent.

Cap. dilecti filij, de maior, & obed. ponderatur, & illustratur, ibid.

32 Archiepiscopus est Pater, & Episcopus animarum suorum suffraganeorum.

33 Metropolitani quando possint exercere iurisdictionem in suffraganeos, & subditos suffraganeorum.

34 Metropolitani, vt curam habeant de modo procedendi Capitulorum suffraganeorum sede vacante, disponit quædam schedula, quæ refertur.

35 Metropolitani iudices, vt in aliquibus locis suffraganeorum Ecclesiarum valdè à Metrop. distantibus, constituantur, sæpè actum est, & schedula, quæ de hoc agit.

36 Archiepiscopi non possunt regulariter constituere officialem Metropolitanum in Diœcesi suffraganeorum, nisi id de antiqua consuetudine habeant.

37 Metropolitani est Concilium Prouinciale conuocare, & ei præsidere, & suffraganei vocati tenentur venire.

38 Conciliorum Prouincialium plures quæstiones, & qui de eis agunt, remissiuè.

39 Metropolitanus tenetur ad obseruantiam Concilij Prouincialis, & an ab eo possit excommunicari?

40 Concilia Prouincialia Indiarum nō celebrantur quolibet triennio, sed sexennio, aut septenio, vel vbi necessitas postulat, & schedulæ de hoc agentes.

41 Concilia Prouincialia & Synodalia non priùs debent in Indiis publicari, quàm à Rege, & supremo eius Senatu visa, & approbata fuerint.

42 Conciliis in Prouincialibus non præualet sententia Metropolitani, sed maiori parti est standum.

43 Concilia generalia, & Episcopi totius Orbis nihil statuere possunt Papa refragante, & quare?

44 Collegialiter vbi plures coadunantur, vnusquisque vnam tantùm vocem, seu votum habet, & maior pars votorum præualet.

45 Capitulum sede vacante debet vocari ad Concilium Prouinciale, & habet vocem in eo, contra Quarantam, & alios.

46 Metropolitanus, qui congregauit Concilium Prouinciale, si ad alteram Ecclesiam promoueatur, an desinat præsidere in dicto Concilio, & suffraganeus antiquior eius locum subintret?

47 Prælatus, qui de vna Ecclesia ad aliam transfertur, quousque in prima possit administrare.

48 Episcopus translatus, etsi administret prima Ecclesia, quousque accipiat possessionem secundæ, id debet intelligi quoad ea, quæ competunt ex lege iurisdictionis.

49 Metropolitani præsidentia in Concilio Prouinciali ex auctoritate, & vsu pallij dependet.

50 Concilia Prouincialia Metropolitanus conuocare non potest ante acceptum pallium.

51 Archiepiscopalis officij plenitudo confertur per receptionem pallij, & ante illum non sortitur nomen Archiepiscopi.

52 Pallium pro primo Archiepiscopatu receptum, cessat per translationem ad alium, etiam si contingat, quod posteà redeat ad primum.

53 Pallij in concessione, & vsu consistit magna præeminentia Archiepiscoporum, & plura de ea, & vsu, & confectione pallij, & Auctore de eo agentes.

54 Archiepiscopus potest in tota sua Diœcesi pallio vti, crucem ante se deferre, & populum benedicere, sed non ordines conferre, nisi de licentia suffraganei.

55 Episcopi, an, & quando possint cognoscere de causis miserabilium personarum, & se pro earum defensione interponere.

56 Pauperes, & miserabiles personæ habent omnia priuilegia Ecclesiarum.

Egestate sordentibus, est mors solatium, & vita supplicium, ibidem.

57 Episcopi possunt visitare, & prouidere horrea publica, data socordia Magistratuum secularium.

58 Episcopi Indiarum maiorem occasionem, & facultatem habent subueniendi iniustè oppressis a iudicibus secularibus, ex doctrina Greg. Lopez, Bobadillæ, & aliorum, qui referuntur.

59 Episcopus Fluminis-Argentei, quomodo excusauerit factum defensionis, & effractionis carceris, pro liberando quodam reo, quem Gubernator secularis iniustè vltimo supplicio afficere volebat.

60 Miserabilium personarum causa principaliter pertinent ad iudices seculares, & Ecclesiastici eis facilè se immiscere non debent.

61 Iurisdictio Ecclesiastica, & secularis se mutuò iuuare debent, non autem impedire.

62 Recursus ad Ecclesiasticos pro iniuriis, vel iniustitiis illatis à iudicibus secularibus raro practicatur in Hispania, & quare?

63 Episcoporum auxilium, vel recursus in causis miserabilium, & oppressarum personarum, debet intelligi quoad protectionem, non quoad iurisdictionem.

64 Iudex Ecclesiasticus quando possit per censuras procedere contra seculares, non facientes, vel denegantes iustitiam.

65 Executores testamentorum, etiam ad causas non pias, si negligentes sint in earum implemento, possunt per Episcopos admoneri, & compelli.

66 Desolati propriæ defensionis auxilio spectant ad Ecclesiam.

67 Iudicis secularis, data notoria iniustitia, vel tyrannide, Ecclesiasticus se interponere potest, sed hoc raro, & ex magna causa faciendum, & quare?

68 Iudices seculares, & Ecclesiastici Indiarum, debent abstinere à competentiis, & altercationibus iurisdictionis, propter graues tumultus & seditiones, quæ ex his oriri possunt, & sæpè solent, & adducuntur exempla, & notanda verba Gambæcurtæ.

69 Remedia sunt tardiora, quàm mala, natura infirmitatis humanæ.

70 Episcopi Indiarum præ cæteris tenentur obseruare iurisdictionem Regiam, & cætera Regalia propter magnos honores, quos ab

ab eodem Rege accipiunt.

71 *Episcopi sunt Consiliarij Regis,& esse debent veluti Assessores, & directores Magistratuum secularium,& Patres patriæ vrbium, in quibus sedem habent.*

72 *Episcopi in Consilium Regium adsciscuntur, vt tam ipsi, quàm seculares, qui in eo interueniunt,Regni tranquillitati in vtroque brachio prospiciant, & se omnes mutuo iuuent,ex Cassiod. & aliis.*

L.certissimè 34.C.de Episcop. aud. *expenditur, & illustratur.*

73 *Episcopi quid populis,& Magistratibus secularibus præstare debeant, & quid inuicem ab ipsis accipere?*

74 *Episcopi vt intersint Conciliis Regiis multum interest ex sententia Blesensis, cuius verba referuntur.*

75 *Iudices Ecclesiastici leuibus ex causis seculares excommunicare,vel pœnis pecuniariis damnare non debent.*

76 *Concil.Trid.*sess.25. de reform. cap.3. *explicatur,& num.*85.

77 *Iudices Ecclesiastici quando possint licitè in reos seculares pœnis pecuniariis animaduertere.*

78 *Pœnæ pecuniariæ, quæ à iudicibus Ecclesiasticis imponuntur,quomodò distribui,seu applicari debeant?*

79 *Episcopi vtrum habeant fiscum?*

80 *Episcopi,& alij iudices Ecclesiastici si pœnas pecuniarias irrogent secularibus, an possint eas propria auctoritate exequi, vel inuocato brachio seculari?*

81 *Iacobi Berretæ opinio circa præcisam inuocationem brachij secularis per Ecclesiasticos, pro exigendis pœnis pecuniariis, refellitur.*

82 *Episcopus an possit habere familiam armatam pro tuenda, & exequenda sua iurisdictione?*

83 *Episcopi multum debent curare de ouibus sibi commissis, & præcipuè de Indis, eorumque conuersione, & prædicatione.*

84 *Episcopus debet in dies singulos prædicare, & sementem Euangelij facere,ex D.Chrysost.cuius grauia verba referuntur.*

85 *Episcopis, donec resideant, fructus dari non debent, & quare ex quadam Regia sched. quæ refertur.*

86 *Episcopi ad Ecclesias Indiarum electi, in Hispania consecrari prohibebantur, & quare? & quod hoc facilè dispensandum non esset.*

87 *Episcopi Indiarum, etiam ad alias Ecclesias translati,ante obtentam licentiam,propriam deserere non possunt.*

88 *Episcopi Indiarum suis Ecclesiis arctissimo vinculo ligati, & desponsati sunt, quod non nisi à Romano Pontifice solui potest.*

89 *Episcopi quidam Indiarum in Hispaniam sine licentia repedantes, etiam allegata ægritudinis causa, auditi non sunt.*

90 *Episcopis ad non residendum in sua Diœcesi, non præstat legitimum impedimentum,morbus etiam sonticus.*

91 *Episcopi de licentia Metropolitani, an & per quod tempus possint abesse à suis Episcopatibus.*

92 *Episcopi, qui in aliqua regione de salute periclitantur, iustè petere possunt se ad aliam Ecclesiam transferri.*

93 *Episcopi non debent intumescere propter adeptionem dignitatis Episcopalis.*

94 *Episcopi debent Clericos honorare, & vt collegas habere,vt ipsi ab eis honorentur.*

95 *Episcopi ita debent Clericis æquari, vt ab eis non contemnantur,& insignis locus D. Gregor.*

96 *Presbyteri ac Episcopi, vt filij habendi sunt, non vt vassalli.*

97 *Episcopi aliqui Indiarum se vocant Principes Ecclesiæ,& Clericos valdè inurbaniter tractant.*

98 *Prælatis iniquis, & iniqua iubentibus subditi obedire non tenentur, nec eorum vitia venerari.*

ARchiepiscoporum † & Episcoporum onus tale quidem est, vt vel Angelicis humeris formidandum dicatur in Concil. Trid. *sess.*6. *cap.* 1. *de reformat.* Eorum quoque proinde dignitas, & auctoritas tanta, vt Ecclesiæ Principes, Apostolorum successores, dignitatum culmen, sanctissimæ, sacratissimæque Personæ dicantur, & in partem solicitudinis Apostolicæ sedis vocati, vt habetur *in Auth. de sanctiss. Episcop. collat.*9. *cap. venerabili* 37. *de Præbend. cap.*2. *eod. tit. lib.*6. iuncta glossa ibi *verb. Dignitatem, cap. quamquam* 2. *q.*6. *cap. in nouo,* 21. *dist. cap. quorum vices,* 69. *dist. cap. legimus,* 24. *dist. c. cum Episcopus, de offic. Ordin. lib.*6. vbi dicitur: *Ordinarius Generalis*, Concil. Trident. *vbi sup. & sess.*23. *cap.*4. cum innumeris aliis, quæ tradit Felin. *in Rubr. de maior & obed. num.*9. Abbas *in cap. dilectus, num.*1. *de concess. Præb.* Bertachin. *in tract. de Episcop. lib.*2. Ancharran. *cons.*105. Barbat. *in proœm. Clem. num.*6. *&* 26. vbi inquit, quod Episcopi sunt fundamentum Ecclesiæ, & dignitas Episcopalis, dignitas Dignitatum, Bald. *in l. siue pars,* † *C. de dilatiõ.* vbi asserit, Episcopum esse de maioribus dignitatibus, & Præsidi æquiparari, Mastrill. de Magistrat. *lib.*3. *cap.*10. *num.*389. Anastas. Germon. *de sacr. immunit. lib.*3. *cap.*7. *& seqq.* latè Illustriss. D. Roder. Acuña Archiep. Brachar. *in cap. Ecclesia, dist.*35. *num.*4. *& in summa, dist.* 40. *num.*1. Cened. *in collect.*115. *ad Decretal. num.*2. vbi ex Fusco & Panuino tradit, quod † vsque ad tempora Bonifacij VIII. nullus erat Episcopus, qui vellet fieri Presbyter Cardinalis, quia putabant non licere descendere de maiori dignitate ad minorem, Camill. Borrell. *in summa decis.* 1.*parte, tit.*6. *num.* 6. Ludouic. Sarauia *in tract. de iurisd. adiunct. quæst.*1. *num.*9. Bobadilla *in Politic.lib.*2.*cap.*17. *num.*15. Franc. Hallerus *in defens. Eccles. Hierarch. tit. de Episcop. per tot.* Ioan. Filesacus *de sacra Episcop. auct. per totum,* Sbrocius *de Vicar. Episcop. lib.*2. *q.*26. Barbosa *in Pastorali,* 1.*par. tit.*1. *cap.*1. *&* 2.*par. alleg.*1. *num.*4. *&* 12. Maurit. Alcedus *de præcellent. Episcop. dignit.* 1.*part. cap* 8. *ex num.*3. *& cap.*11. *&* 12. *per totum,* Tusch. *verb. Episcopus, concl.*234. Alois. Riccius *in prax. var. resol.* 2.*par. resol.* 203. *num.*2. *& resol.*211. *num.*2. Scaccia *de sent. & re iudicat.gloss.*12.*num.*27.eruditiss.D.Ioseph. Vela *in c.*1.*de offic.Ordin.* 1.*par. num.*11. *& num.* 134.Adam Contzen.*lib.*6. *Polit. cap.*38. *&* 39.

&c

& omnium optimè D.Chrysost.*in tract.*quem inscripsit:*Quod summæ dignitatis sit, sed periculosum valdè Episcopum agere.*

Quo fit, † vt quanto ipsi maiori potestate, ac dignitate refulgent, tanto magis debeant vitæ sanctimonia, & probatis moribus splendere, quia vt inquit Trident.*d. cap.*1. *Integritas † Præsidentium, salus est subditorum*: & Episcoporum vitia ad ipsos Sacerdotes, qui ipsis parent, tum ad reliquos deinde diffunduntur. Et quemadmodum natura comparatum est, vt ad eius, qui præest, similitudinem sese subditi comparent, sic fit, vt vsurpato Sacerdotij, quo quis indignus est, imperio, eius ornatus, ac decor in statum quemdam inconditum, atque deformem transeat, vt grauissimis verbis scripsit Isidor. Pelusiota *epist.* 209. *lib.*2. *fol.*302. quæ merito extollit, plura alia in eandem rem doctissimè congerens, Petr. Faber *lib.*2. *semest. cap.*20. *pag.*314. Rebellus *de obligat. iustitiæ*, 1.*par. pag.*106. *&* 107. & plurimi alij, qui de scientia & grauitate morum in Episcopis requisita pertractant, quos latè refert Barbosa *in collect. ad Concil. pag.*69. *litt.*8. & in nostris terminis Episcoporum Indiarum Concil. Limense III. *act.*3. *cap.*1. cuius aurea verba omnino videre oportebit; & eis conueniunt alia non minus grauia, & elegantia, quæ habentur apud D. Gregor. *lib.*1. *Registr. indict.*9. *epist.*24. & sic habent: *Summus itaque locus tunc benè regitur; cum is, qui præest, vitiis potiùs, quam fratribus dominatur. Benè acceptam potestatem regit, qui & tenere illam nouit, & impugnare. Benè regit, qui scit per illam super culpas erigi, scit cum illa cæteris in æqualitate componi.*

Et hoc idem simul efficere debet, † vt Senatores, & Principes, qui eiusmodi Prælatos, quærendi, proponendi, & nominandi curam, & potestatem habent, maiori studio, & solicitudine, de melioribus semper, & dignioribus præficiendis, inuigilent. Nam id † etiam in Regibus sub peccati lethalis reatu fieri debere expressè decisum est in Concil. Trident. *sess.*24. *de reform. cap.*1. *vers. Nisi, quos digniores*, & tradit S. Leo Papa *epist.*84. *c.*6. dicens: *Optimum ad Episcopatum esse eligendum*, D. Thom. 2. 2. *q.* 185. *art.*3. latè, & eleganter Menoch. *de arbitrar. casu* 425. † vbi quod debeant litteris, & eruditione præstare; iuxta text. *in cap. omnes*, 38. *dist. cap. nisi cum pridem*, §. *pro defectu, de renunt. cap. si rector*, 43, *distinct.* cum aliis, Rebell. *de oblig. iust.* 1.*par. lib.*3. *quæst.*3. *num.*10. *pag.*142. Galet. *in Margar. casuum conscient. verbo Eligere, pag.*95. *col.*2. Cardin. Bellarm. *de offic. Princip. lib.*1. *cap.*10. Duaren. *de sacris Eccles. minister. lib.*5. *cap.*12. vbi de obligatione Regis, & partibus eligendorum, Raudens. *decis. Pisana* 34. *in princ. & à num.*179. Dom. Acuñ. *in cap. si in plebibus* 20. *dist.*63. Gambacurta *de immun. Eccles. lib.*6. *cap* 9. *num.*7. vbi inquit: *† Regibus imputandum, si eorum culpa Episcopi tales non sunt, quales olim fuere, & quales ipsi desiderant. Sedes enim Apostolica, longe posita, illorum vitam, ac mores minus perspectos habere potest. Inque informationibus ad eam transmissis quiescens, eos, quos illi nominant, fere probare, ac confirmare solet, nisi aliquando aliunde aliud illi constet, id quod raro contingit*; & plures alij quos refert Nicol. Garcia *de benef.* 7.*par. cap.* 6. *num.*16. Zapata *de iustit. distrib.*2.*par.cap.*15. *num.*11. vbi etiam quod hæc obligatio in Regibus sit cum onere restitutionis, Schitin. *in eodem tract. lib.*2. *disp.*1. *per totam*, & alij citati à Fr. Sigismund. de Bononia *in tract. de elect. dubit.* 33. & August. Barbosa *in Pastorali*, 1.*parte, tit.*2. *gloss.*3. *num.*29. & nouissimè *in collect. ad d. cap.*1. *Concil. num.*1. *&* 4. vbi plurimos cumulat de iusta, & saluberrima electione Prælatorum habenda.

Quibus Ego addere soleo verba D.Greg. Magni *in lib.*1. *Reg.* vbi inter alia, quæ fusissimè simul, & elegantissimè de Episcoporum electione, & statu differuit, illud primum facit: tantam
† esse Episcopalis status dignitatem, & eminen- 10
tiam, vt nemo, bonus sit censendus Episcopus, si sit vir in Israël melior illo, nisique instar Saul, ab humero, & sursum emineat super omnem populum. Hoc est, nisi scientia, contemplatione, & prudentia, quæ per caput, in quo vigent sensus omnes, significatur; nisi eloquio, & doctrina, quarum collum, vnde emanat vox, & sermo, typus est, longo interuallo præcellat quotquot mortalium eius curæ subiiciuntur. Quod & D. Chrysost. obseruauit *lib.*2. *de Sacerdotio.*

Addit secundo D. Gregorius † crasso in errore 11
versari eos omnes, qui putant, priscis quidem seculis, Apostolorum nimirum temporibus, & subsequentibus aliquot annorum centuriis, largitum esse Deum Ecclesiæ suæ talium electorum virorum multitudinem. Verùm temporum decursu, æuoque præsertim nostro, tanta nos eorum penuria premit, vt non raro dispensandum sit cum assumendis ad spirituale regimen: quocirca, his ob præfectorum inopiam suffectis, minimè putant eundem à nobis honorem deberi. At oppositam sententiam summus is Doctor tuetur. *Dispensatio*) inquiens) *vt in plerisque Ecclesiæ negotiis salubris sit, lethalis profectò, & mortifera hic*
est, qui † digne præesse possunt, deesse nunquam 12
possunt.

Quæ tamen non ita strictè accipienda sunt,
vt non possit Rex † personæ respectum habere, 13
si hæc simul Ecclesiæ seruitio, & vtilitati conducat, legimus enim in vita Illustriss. Cardin. Bellarm. *lib.*3. *cap.*5. §. *rursus, ad consultationem Clement. VIII.* sic respondisse: *Deberent prouideri Ecclesiæ de bonis personis, non autem personæ de bonis Ecclesiis. Fateor tamen optimam illam esse prouisionem, tum vtrumque simul fieri potest, vt & personæ benemerenti, & Ecclesiæ vacanti vtiliter prouideatur*; cui Pontifex ita respondit: *Scimus, & hoc, quantum in nobis est, præ oculis habemus, prouidere Ecclesiis, non autem personis, nisi quando & Ecclesiis, & personæ æquè nos prouidere putamus.*

Quod sanè peculiari Dei dono quotidianis experimentis cognoscimus in electionibus, &
nominationibus, quæ † à nostris Catholicis 14
Regibus fiunt. De quibus ita loquitur Anastas. Germon. *de sacror. immun. lib.*3. *capit.*20. *numer.*40. *Vtinam omnes tale ius habentes, tales nominationes facerent, vt Philippus Hispaniarum Rex, & verè Catholicus. Non enim statim nominat, nec ad cuiusque preces, sed matura adhibita deliberatione, habitoque personarum delectu, tales offert viros Pontifici Maximo (non in Hispania solùm, sed in Indiis, & Neapolitano, & Sicilensi Regno) qui Episcopali dignitate merito ab omnibus digni existimentur, & ob hanc vnam potissimam causam semper*

per

*per existimaui , omnia illi potentissimo Regi feli-
ter cedere.*

Quæ verba refert Ceuall. 4.*tom. commun. opi-
nion. quæst.*897. *num.*475. & quanti fieri debeant,
patebit ex contrariis effectibus , qui in Francia ex
eisdem electionibus ob earum deprauationem ,
ambitionem , & nundinationem agnoscuntur, de
quibus grauiter dolet domesticus , & oculatus ip-
sius Regni testis Rhenat. Choppin. *de sacra po-
lit. lib.*1. *tit.*7. *num.*27. inquiens post alia, quod
hinc *secuta est paulatim ouilis Dominici desertio,
mox errabundo grege , enatæ hæreses , aut renoua-
tæ potius , excitata deinde vere sacra , scelestaque
ciuium bella , quæ coniurati factionum auctores pa-
triæ suæ toties intulerunt.* Et paulò pòst : *Reli-
quum esse Ego quidem censeo , sed citra affectus,
vt medicorum more causa ipsa intestini morbi euel-
latur , ex affecto nostræ Reipublicæ corpore , id est
libera suffragationum iura Ecclesiasticis reddan-
tur Collegiis,à quibus non profani post hac Dyna-
stæ , non Heroides , sed Cænobitæ optimi præpo-
nantur , lectissimi item vtrique Clerici in sacra
Sacerdotij sede collocentur , tunc vtique speran-
dum fore , vt Ecclesiastico duce , comites alij
Galliæ contineantur in officio pacatius , & Fran-
cici Regni celsitudinem videamus demùm suo ge-
nio restitutum.*

16 In eo verò , quod Choppinus † Cœnobitas
Clericis præponere videtur in designatione Epis-
copatus,etsi pro se habeat Iustiniani Imper. *No-
uell.6.* quomodo oporteat Episcopos ordinari,
vbi statuit , non ex populo , sed ex Monasteriis
potius petendum esse Episcopum , neque id no-
uum sit , vt ibidem pluribus probant Cuiacius
& Ritthershusius , Ego eis non valdè assentior.
Nam data in aliis meritorum paritate , aptiores
Clericos duco , vt rectè probat Alfons. Gurrer.
in speculo Principum , siue *thesauro Christianæ
Religionis* ,c.12. & Balduin. *ad d. Nouel.pag.*16.
17 Nam † D. Chrysost. ingenuè fatetur , frequenter
accidisse , vt qui inde vocarentur , cæteris ferè es-
18 sent ineptiores ad hanc functionem. Et certè †
Cyprianus , & Augustinus non ex solitudine
Monachorum , sed ex scholis Rhetorum , & vi-
ta communi , ad regendas Ecclesias accersiti sunt.
Ambrosius à profana præfectura , nondum etiam
baptismo initiatus : Chrysostomus à causis foren-
sibus ; ipseque laudat quemdam Philogonium,qui
ex forensi causidico factus fuerat Episcopus. Et
19 certè negari non † potest , sapientiam rerum se-
cularium requiri etiam Episcopo , vt probat text.
& DD.*in cap.legimus* 7.*distinct.*37.vbi Dom.Bra-
charens.*num.*4.& Greg.Lopez *in l.*37. *tit.*5. *part.*
1.*gloss.*3.

Quo argumento defendi etiam potest opinio
eorum , qui asserunt , † aptiores esse ad Episco-
20 patus Iuristas, quam Theologos. De qua quæstio-
ne latiùs agunt plures ex antiquis Doctoribus,
quos refert Euerard. *in locis legalibus , loco ab
auctoritate , vers. Ex his* , Alciat. *in Rubr. C.
de summa T. init.* Menoch.*de arbitrar. casu* 425.
*num.*25. & ex nouioribus Rebell. *d. tract. de
obligat. iust. part.*1.*pag.*146. Camill. Borrell. *de
præstant. Reg. Cathol. cap.*50. *num.*65. Bobad.
*in Polit. lib.*1. *cap.*6. *num.*14. Emanuel Rodrig.
1.*tom. regul. quæst.q.*11.*art.*4. Enriquez *in summ.
lib.*10. *cap.*33. § 2. *litter. E.* Zapata *de iustit.di-
stribut.*2.*par. c.*10. *per tot.* & Schitinus *eod.
tract. lib.*2. *disp.*1. *num.*4. *pag.*187. Et pro Iu-
ristis facit text. *in cap. omnes* 6. *distinct.*38. vbi
non solũ requiritur in † Episcopo scientia Noui 2
& Veteris Testamenti , sed & sacrorum Cano-
num , siue vtriusque iuris , cum iuxta eius regulas
in spiritualibus , & temporalibus debeant iudica-
re , vt etiam docet text. *in Authent. vt Clerici
apud proprios Episcopos* , §.1. *collat.*6. gloss.
*verb. Iudicem , in Authent. de sanctiss. Episcop.
§. si quis contra , collat.*9. Menoch. *vbi sup.
num.*27. & Dom. Roder. Acuña *in d. cap. om-
nes,num.*2.& tradens alia Simanc.*in Cath.inst.tit.*
25. *ex num.*23.

Quæ omnia , omnibus Archiepiscopis , & E-
piscopis communia cum sint , in † illis certè dili- 2
gentius attendi debent , qui ad Indiarum Cathe-
dras eriguntur , quibus liberiorem manum in vi-
tiis corrigendis , Indis conuertendis , & Fide Ca-
tholica instituendis , & in reliquis , quæ ad hoc
Pastorale munus spectant , tum alij passim Ro-
mani Pontifices , tum præcipuè Pius V.felicis re-
cordationis , in quodam Breui concessit , cuius
meminit Fr. Alphons. Ferdinan. *in hist. Relig.no-
stri temporis* , *pag.*182. Atque ita non solum ha-
bent , & exercent , quæ † aliis Episcopis iure or-
dinis , vel lege iurisdictionis , & Diœcesana
competunt , de quibus latè , & distinctim agunt
iura & DD. in cap. conquerente . §.1. *cap. dile-
cto , de off. Ordin. cap. inter vos , de re iud. cap.
cùm olim , cap. cùm Canonicus , de censib. l.*15.
& 16 . *tit.*5. *par.*1. Trident. *sess.*23. *de sacram.
Ordin. c.*4. cum latè adductis ab Innocent. *in c.*
1. *de offic. Ordin. & in cap. Theodosius , de stat.*
Monach. Ant. de Butrio *consil.*19. *in princ.* Ca-
ietan. *de potest. Papæ , cap.*3. Victoria *eodem
tract. relect.*2, *num.*10. Simanc. *de Episc. dignit.
c.*2. Lælius Iordan. *de maior. Episc. caus. cap.*3.
Cuchus *lib.*2. *maior. inst. tit.*6. Paul. Fuscus *de
visitat. lib.*1. *cap.*2. & 4. Lancellot.*in temp.Iud.
lib.*2. *cap.*5. §.4. Petr. Gregor. *in partition. iur.
Canon. lib.*5. *tit.*2. *cap.*2. & *lib.*15. *syntag. cap.*
12. *num.*33. Ioachim Steph. *de iurisd. Eccles.
lib.*4. *cap.*14. Pacian. *de probat. lib.*2. *cap.*28. &
29. Franc. Varg. *in tract. de iurisd. Episcop.
per tot.* Cerola *in praxi Episcop.* 2.*par. verb. Iu-
ra* , Isidor. Moscon. *de maiest. Ecclesiæ , lib.*2.
*cap.*8. §.1. & 2. Tusch. *litt. E. conclus.*236. Fi-
lesacus *de sacra Episcop.auct. cap.*18. & innume-
ri alij , quos congerunt Azeu. *in prax. Episcop.*
Barbosa *in Pastorali* , & eruditissimus D. Ioseph.
Vela Senator Granatens.meritissimus,*in repet. c.*1.
*de offic.Ordin.n.*9.& *seqq.parte* 1.

Sed multa prætereà , eisdem , † ob distantiam
sedis Apostolicæ , & meliorem Indorum conuer-
sionem , concessa sunt , quæ aliàs eadem sancta
sedes sibi solet specialiter reseruare. Nam à casibus
contentis in Bulla in cœna Domini absoluere pos-
sunt ; sanctum chrisma eo, qui in illis partibus
reperitur , balsamo , & clericorum numero con-
secrant. Nouos Episcopus vnus solus consecrare
potest : limina sancti Petri non nisi in quinquen-
nium , & tunc per procuratorem visitant : in om-
ni irregularitate , excepta ea , quæ ex homicidio
voluntario extra bellum , & simonia dispensant,
& etiam in gradibus vltra tertium ad matrimo-
nium prohibitis , & cum Indis etiam in om-
nibus iure diuino non prohibitis , vt coniunctis,
vel attinentibus : & aliquando , etiam in impe-
dimentis dirimentibus matrimonium contractũ,si
òcculta fuerint , & cum illegitimis , quoad or-
dines , & etiam beneficia curata Indorum , ratio-
ne idiomatis , & melioris conuersionis eorum, &
bigamia

bigamia etiam ex delicto publico proueniente, & in simonia etiam publica, quoad censuras, & pœnas, & habent facultatem absoluendi omnes, & quoscunque Indos à crimine hæresis, & ab aliis quibuscunque & casibus reseruatis, & dispensandi cum eisdem Indis, & in eorum conuersione se occupantibus, in voto castitatis perpetuæ. De quibus, & aliis, cum peculiari relatione Breuium, & indultorum Apostolicorum, quibus ista concessa sunt, latiùs agit Fr. Emanuel Rodriguez *in quæst. regul. 1.tom. q.99. art.1. 2. & 3.* Fr. Ioann. Baptista *in aduertentiis Confessarior. Indicor. 2.par. pag.*142. 161. 428. 432. 435. & Reuerendiss. Dom. D. Felician. à Vega *in suis eruditissimis lucubrationibus ad librum secundum Decretal. pag.*180. 183. 287. 192. 194. & 195 499. & 501. Qui benè addit, *in cap.4. §. de adulteriis, de iudic. n.102. pag.* 182. quod licet † aliquando summus Pontifex in supradictis casibus dispensare etiam soleat, quia ad eum fortè partes recurrunt, non tamen ex eo videtur in aliquo derogari facultati eiusdem dispensationis Archiepiscopis, vel Episcopis Indiarum concessæ, vt tenet gloss. valdè singularis, *in cap.1. verb. Episcopi, de filiis Presbyter. lib.6.*

Porro licet suffraganei suis † Metropolitanis inferiores sint respectu auctoritatis, honoris, & exercitij iurisdictionis, quam in eos etiam vsque ad excommunicationem, suspensionem, & interdictum, iusta causa interueniente, exercere possunt, *cap. per singulas*, vbi Geminian. *9.q.3. cap. igitur, cap. seruatis 25. q.2. cap. venerabili 52.* vbi Abb. *de sent. excomm. cap.2. §. fin. de offic. Ordin. lib.6.* Clement. Archiepiscopo, vbi Zabarel. *n.7. de priuil. cap. Romana 3. §. in alium, de appellat. lib.6.* Clement. *Saluator, de Præbend. inter commun.* Vbi ex hac ratione deciditur Metropolitanam † Ecclesiam grandioris honoris esse, quàm suffraganeam, cum multis aliis, quæ vltra Scribentes in eisdem iuribus, congessit Anastas. Germon. *de sacror. immunit. lib.3. c.7.* Quaranta *in summa Bullarij, verb. Archiepiscopi auctoritas, pag.43. cum seqq.* vbi quadraginta auctoritates Metropolitanorum enumerat, Chassan. *in Catal. glor. mund. 5.par. consid.44.* Zechius *de Repub. Eccles. fol.114. n.4. & seqq.* Panuin. *de offic. Capit. sede vacante, 2.par q.6. num.6.* Lambertin. *de iure patr. 2.par. lib.1. art.20. 1.quæst. princip. num.8. cum seqq.* Tusch. *litt. E. conclus.241.* Adam Contzen *lib.6. polit. cap.38.* Ioan. Filesacus *de sacr. Episcop. auct. cap.9. & 11.* Illustriss. Archiepisc. Brachar. *in cap. quia 7. dist.44. num.1.* Dom. Pacensis *in cap. decernimus, num.7. cum seqq. de iudiciis,* & nouissimè D. Præses Valençuela *cons.125. n.3. fol.159. vol.2.* In his tamen partibus Indiarum (sicut & in aliis prouinciis) regulariter † vnusquisque Episcopus in sua Diœcesi ordinariam iurisdictionem in prima instantia habet, merumque, ac mixtum imperium exercet, & in his suam intentionem fundat, etiam cum aliorum inhibitione, *cap. nullus primas, 9. q.2. cap. cùm Episcopus 7. de offic. Ordin. lib.6. cap. omnes Basilicæ 16. quæst.7. cap. cùm causam 13. de probat. cap. cùm persona, de priuileg. cap.2. de constit. lib.6.* iuncta glossa ibi *verb. Diœcesim,* Concil. Trident. *sess.24. cap.20. de reform. versic. Causæ omnes*, cum multis aliis, quæ notat Abb. *in cap. quæ in Ecclesiarum, num.10. de offic. Ordinar.* Bertachin. *in tract. de Episc. 5.par. lib.4.*
num.70. Quaranta *vbi supr. auctor.18. num.16.*
& 17. vbi † quod Archiepiscopus in Diœcesi- 29
bus suffraganeorum nihil potest illis inuitis, nisi
in casibus sibi à iure concessis. etiam de consensu
partium, Cuchus *lib. 1. maior. instit. cap.12. vers.*
Cùm Episcopus, Aug. Barbos. *in Pastorali. 3.par.*
alleg.80. num.4. & alleg.107. num.20. Cardin.
Tusch. *litter. D. concl.450.* Boët. *decis 227. in*
princip. Peregrin. *in tract. de iurisd. Ordin. lib.1.*
num.50. Alois. Riccius *in 1 par. decis. Curiæ Ar-*
chiep. Neapol. decis.201. & 213. per tot. & in
prax. var. resolut. 1.par. resol.59. num.1. & re-
solut.346. in princip. & latissimè Dom. Valen-
çuela *cons.43. num.3.* & iterum nouissimè *cons.*
122. num.15. lib.2. Mauric. de Alcedo *de præcel-*
len. Episcop. 1.par. cap.13. à num.58. D. Felician. à
Vega *in d. §. de adulteriis, num.73. & in cap.1. de*
foro compet. ex num.9. ad 17. Ita vt dici soleat, † 30
Metropolitanos in Diœcesibus suorum suffraga-
neorum nullos alios subditos habere, quam ipsos
suffraganeos, vt probatur *in cap.1. & per totam*
9.q.3. cap. quia cognouimus 10. quæst.3. cap. Pasto-
ralis, in princip. vbi Abbas *num.2. de offic. Ordin.*
c. Metropolitanam 2.q.7. cum aliis, quæ tradit Qua
ranta *vbi sup. auctorit.16. pag.46. num.10.*

Contra quos † in aliquibus casibus (vt dixi- 31
mus) procedere potest. Et ipsi ei, veluti in reco-
gnitionem subiectionis, & maioritatis (quando
immediatè Papæ non subsunt) iuramentum sub-
ordinationis, vel obedientiæ, præstare solent, iux-
ta text. *in cap. dilecti filij*, vbi DD. *de maior. &*
obedient. gloss. *in cap. vt super, de rebus Eccles.*
cum aliis, quæ tradit Cosmas Guimier. *in pragm.*
sanct. verb. Iuramentum, fol.150. Redoan. *de*
rebus Eccles. pag.51. qui de praxi huius iuramen-
ti latiùs scribit, *eod. tract. q.3. ex num.1. pag.*
394. & eos referens Petr. Cened. *in collect.108.*
ad Decretal. num.1. Tusch. *litt. E. concl.241.*
& nemine relato Quaranta *vbi sup. verb. Quinta*
auctoritas, pag.15. vbi numeris seqq. addu-
cit plura ad probandum, quod † Archiepis- 32
copus est Pater, & Episcopus animarum suf-
fraganeorum, & de obedientia, quam ei præ-
state debent, D. Acuña *in cap. placet, & in*
cap. si quis 65. dist. & in cap. quia, dist.64. vbi
inter alia tradit, quod suffraganeus consecratus
absente Metrop. tenebatur illum intra duos men-
ses visitare.

Et hanc quidem iurisdictionem, † tunc potis- 33
simè exercere debent Metropolitani; cùm eis con-
stiterit de notoriis criminibus, & violentiis, vel
de nimia negligentia suorum suffraganeorum, in
obeundis muneribus, ad quæ ratione ordinis, vel
lege iurisdictionis, aut Diœcesana tenentur, quia
tunc horum potestas ad Archiepiscopos deuolui-
tur, *cap. Romana, §. sanè, de censibus, lib.6.*
cap. Romana, de pœnis, eodem lib. cap.1. & fi-
nal. vbi *gloss. 9. q.3. d. cap. Pastoralis, in princip.*
& ibi gloss. *de offic. Ordin. cap. sicut olim: de*
accusat. cap.1. de supplend. neglig. Prælatorum,
lib.6. l.11. tit.5. part.1. cum multis aliis iu-
ribus, & DD. congestis à Paz *in praxi, 2 tom.*
prælud.2. num.14. & prælud. fin. à num.1. Ma-
rescot. *lib.1. var. cap.54.* Ximenez *in collect.*
ad d. cap. Pastoralis, Eman. Roder. *in summ.*
1.tom. cap.234. concl.3. Gratian. *lib.1. dis-*
cept. forens. cap.169. qui aliquos casus addu-
cunt, in quibus Archiepiscopus cognoscit, &
iurisdictionem exercet in subditos suffraga-
neorum, & Quaranta *vbi sup. auctor.19. pag.72.*
&

& seqq. vbi disputat, an dicta deuolutio data negligentia, sit quoad compellendum suffraganeum, vt suum munus exerceat, vel quoad hoc, vt ipse Metropolitanus illud per se ipsum, etiam inuito suffraganeo, exequi possit? & concludit cum Eelino contra Abbatem, vniuersum mundum hanc vltimam partem tenere, dummodo priùs suffraganeus sufficienter requisitus fuisset, pro quo Matth. de Afflict. Rebuff. & alios allegat.

34 Et Ego addo, de iure † nostro Indiarum notabilem sched. dat. Matrit. 5. Decembr. ann. 1608. ad Limanum Archiepiscopum directam, quæ ei iniungit, vt Capitulorum sibi suffraganeorum, sede vacante, actiones attendat, & vbi iniustè, vel negligenter se gerere animaduerterit: *Vse del derecho y jurisdicion que por el Canonico se le dà, para remedio de estos daños, procurando, que los dichos Cabildos procedan en todas sus acciones como conuiene*, cuius schedulæ & doctrinæ meminit D. Felician. à Vega Episcopus Pacensis *in cap. caeterùm, de iudiciis, n. 33. pag.* 208.

Et per aliam schedulam dat. Burgis 1. August. ann. 1605. directam Peruano Proregi Dom. Comiti Montis-Regij inquiritur, † an expediat in
35 Diœcesibus suffraganeorum, vbi id necessitas, vel distantia locorum postulauerit, aliquem iudicem, Metropolitani vices gerentem, constituere, quo breuius & commodius appellationum causæ prosequi valeant. Quod deinceps in prouincia Chilensi executioni mandari iussum fuit per aliam schedul. dat. Matrit. 1. Iunij ann. 1612. scriptam ad Proregem Peruanum Dom. Marchionem de Montesclaros, licèt id facere supersederit ob nouam formam datam in appellationibus Ecclesiasticis prosequendis, ex Breui Gregorij VIII. de qua *inf. cap. 9.* tractabimus; & quia, vt ait Qua-
36 ranta *vbi sup. pag. 57.* † Archiepiscopus non potest in Diœcesi suffraganei constituere officiales, qui de causis ad eum per appellationem deuoluẽdis cognoscant, nisi de consuetudine habeat, licèt iam deuolutas possit, si velit, in eadem Diœcesi delegare, *cap. 1. de offic. Ordin. lib. 6.*

37 Emicat quoque Metropolitani auctoritas † in conuocatione, & præsidentia Concilij Prouincialis, ad quod suffraganei ab eo vocati accedere tenentur, *cap. 1. & per tot.* 18. *dist. cap. si Episcopus*, & ibi gloss. 27. *dist.* Gemin. & Franchis *in cap. 1. de pœnis in 6.* Quaranta *d. verb. Archiepiscopus, auctor. 15. pag.* 47. & latiùs *verb. Concilium Prouinciale*, vbi *ex pag.* 170. *ad* 195. plu-
38 rimas † quæstiones ad hæc Concilia Prouincialia pertinentes, doctè pertractat, & alias videbis in plenissimis tractatibus quos de Conciliis scripserunt Iacobatius, & Ant. de Rosellis, Mantua Albanus, & alij, & in specie de Conciliis Prouincialibus & Synodalibus, Enric. Botte, & Michaël Thomasius, post quem subiicitur alter tractatus D. Isidor. Hispalensis de ordine celebrandi hæc Concilia, & Bellarm. 2. *tomo controuers. lib. 1. cap. 4* Azor 2. *tom. inst. moral. lib. 5. cap.* 18. Cardin. Tusch. *litter. C. concl.* 5 49. *& seqq.* late Vuamesius *cons. 46. lib. 1.* Filesacus *de sacr. Episcop. auct. c. 10. &* 13. Leand. Galganet. *de iure publico, lib. 3. tit.* 120. & doctissimus Nauarr. *lib. 1. consilior. tit. de offic. Ordin. cons. 7.*
39 *& tit. de maior. & obed. cons. 6.* vbi docet, † Metropolitanum, licet sit caput talis Concilij, ad eius tamen obseruantiam teneri, & ab eo posse excommunicari, & quod etiam à Metropolitano ad Concilium, tanquam ad superiorem, potest appellari; iuxta gloss. fin. *in cap. à collatione* 11. *de appellat. in 6.* & alios DD. quos refert & sequitur Thom. Sanch. *de matrim. lib. 8. cap. 6. num.* 11.

Circa quæ Concilia, in his Indiarum prouinciis illud sæpè agitatum vidi, † an in eis practicari 4
debeat decisio Trident. *sess. 24. de reform. c. 2.* Vbi ea fieri iubet quolibet triennio per Metropolitanum, aut ipso impedito, per Episcopum antiquiorem. Sed inuenio plures schedulas *in 1. tom. impress. pag. 138. & seqq.* quæ propter longam Diœcesanorum distantiam, triennium in sexsennium, aut septennium commutant, ex Bulla dispensationis Gregor. VIII. dat. Romæ die 15. April. ann. 1583. Quod posteà ex alia Pauli V. 7. Decembr. ann. 1610. ad instantiam Regis nostri ad duodecim annos extensum est, ita, vt ante eorum transcursum, talia Concilia nequaquam conuocentur: non quod præcisè singulis duodecim annis congregari debeant, nisi id necessitas postulauerit, provt Mexici & Limæ practicatum videmus, vbi à multis retrò annis celebrata non sunt. Et de hac Bulla Pauli V. fidem facit, & se eam in Archiuio S. Ecclesiæ Metropolitanæ ciuitatis Regum vidisse Dom. Episcop. Pacens. D. Felician. à Vega *in cap. 1. de iudic. num.* 11.

Et quo casu celebrari contigerit, peculiare quoque est in eisdem Indiarum prouinciis, vt eiusmodi † Concilia, imo nec Synodalia, aut Diœcesana, publicari possint, & executioni mandari, quousque ad Regem nostrum, qui eorum Protector est, & esse debet (vt dixi *suprà cap. 3. num. 67.*) remittantur, & in supremo eius Indiarum Consilio recognoscatur, an aliquid contineant, quod Regium patronatum, vel conuersionem Indorum, aut vsum priuilegiorum Ordinum Mendicantium retardet, quod ad instantiam Religiosorum stabilitum, tradit Eman. Roder. 1 *to. regul. quæstion. q. 35. art. 2. ante finem.*

Rursus, & illud iterum in quæstionem vocatum fuit, an in eiusmodi Conciliis, sententia Metropolitani præualeat sententiæ suorum suffraganeorum, vel maioris partis eorum? & an Capitula sede vacante eis interesse possint, & debeant, & votum decisiuum habeant, vel tantum consultiuum. Et ad primam quæstionem respondi cum doctissimo Nauarro *lib. 3. consil. 1. de his, quæ fiunt à Prælat.* † *maiori parti standum esse.* Quoniam licèt in Papa, qui generali Concilio præest, contra obseruetur, quia Episcopi totius Orbis nihil possunt ibi statuere eo refragante, *cap. significante, de elect.* cum aliis ab eod. Nauarro relatis. In Prouinciali tamen contra obseruatur, quia licèt Archiepiscopus in eo præcedat, & præsideat; non tamen eo modo, quo Papa, in cuius sola persona tota potestas Ecclesiæ repræsentatur. Sed collegialiter adunantur Metropolitanus, & suffraganei, & ita maiori parti standum est. & ille non nisi vnam vocem, siue suffragium habet, arg. *cap. 1. ne sede vacante, lib. 6. & cap. fin. de regul. eod. lib. cap. cùm omnes,* vbi gloss *de elect. l. quod maior, D. ad municip.* cum aliis, quæ in terminis vltra Nauar. *vbi sup.* tradit Enriq. Botte. & plures alij, quos refert & sequitur Quaranta *vbi sup. quæst. 29. pag. 180. & seq.* vbi eius Additionator.

Secundæ verò quæstioni respondi, † quod licèt Quaranta *vbi sup. vers. Quartò quæro, pag.* 271. eam

eam mouens,exiſtimet (poſt alios, quos refert)
Capitulum,ſede vacante,vocandum eſſe, verum
ſolum votum conſultiuum habere , eo quod
dumtaxat ad tractatum Concilij vocari iubea-
tur , *in cap. vlt. de his quæ fiunt à Prælat.* per
quem ita docet Panorm. *ibid. & in quæſt.* incip.
*Epiſcopus,num.*29.Anton.de Roſelis *in tract. de
Conciliis,art.*6.*num.*4.*& art.*5.*num.*4. & Vuameſ.
*d. conſ.*46. *num.* 9. *& ſeqq.* Contrarium tamen
mihi probabilius videri, & ſic, quod etiam ha-
beat votum deciſiuum, maximè ſi fuerit vacans
ipſa Metropolitana , cum in iuriſdictione ſui
Prælati ſuccedat (*vt infrà cap.* 9. dicemus)
eumque quoad hoc repræſentet,vt benè agnoſ-
cit additio ad Quarantam vbi ſupra adiiciens,
quod ſi hoc non placuerit Concilio Prouin-
ciali, conſulenda erit ſacra Congregatio. Quod
tamen remedium ſerum eſſet in Indiis poſt
Concilij conuocationem, & ita conſulerem,
vt Capitula Cathredalium hanc declarationem
antecedenter impetrarent , vt ea , cum caſus
occurreret vti poſſent.

Provt in alia quæſtione facere oportebit,
quæ his proximis annis valdè ventilata fuit in
Concilio Prouinciali Argentino, quod congre-
gauit , & perfecit Illuſtriſſ. & Reuer. Dom. D.
Ferdinand. Arias Vgarte , tunc Argentinæ Ec-
cleſiæ , & nunc Limanæ Archiepiſcopus me-
ritiſſimus. Vtrum ſcilicet † ſi Metropolitanus,
qui Concilium congregauit,ad aliam Eccleſiam
tranferatur, & ſuæ tranſlationis Bullas accepe-
rit, vel alias certam notitiam habuerit , poſſit
modo eidem Concilio intereſſe , & præeſſe,
vel abſtinere debeat , & eius præſidentiam , &
proſecutionem antiquiori ſuffraganeo relin-
quere. Nam licet in facti contingentia , quam
retuli, Metropolitani officium durare, obtinue-
rit , ob id , quod † non videatur antiquæ ſedis
iuriſdictionem, & gubernationem amittere,
quovſque nouæ actualem poſſeſſionem appre-
henderit, iuxta opinionem Roman. *conſil.* 345.
*num.*17. quam ſequuntur Felin. *in cap. eam te,
de reſcript. num.* 8. Hojeda *de incomp. benef.* 1.
*part.cap.*3.*num.*12.Azor.*lib.*7.*inſt. moral.cap.*16.
quæſt. 12. Parlad. *differ.* 110. *num.* 12. quos re-
fert Nicol. Garcia *de benef. part.* 11. *cap.*6. *nu-
mer.*40.*&* 41.vbi addit,*de conſuetudine Hiſpania*
hoc frequentius receptum eſſe , referens plura
exempla , & ſecundum eam dari ſolere proui-
ſiones in Conſilio Cameræ , vt primæ Eccleſiæ
vocatio non publicetur, donec ſecundæ poſſeſ-
ſio apprehendatur. Adhuc tamen res apud me
difficultate non caret. Nam contraria ſenten-
tia in puncto iuris verior & communior vide-
tur , nempe vacationem primi Epiſcopatus in-
duci per ſolam tranſlationem ad ſecundum à
Pontifice factam,accedente ipſius tranſlati con-
ſenſu,etiam non adepta poſſeſſione ſecundi , vt
poſt Abb.Panuin. Greg.Lop.Mandoſ. Maſcard.
Franc.Marcum,Proſper.Auguſtin.& alios,tradit
idem Nicol.Garcia *vbi ſuprà n.* 39.

Et vt ratione vtilitatis publicæ conceda-
mus , adminiſtrationem primæ , conniuentibus
oculis , permitti , hoc † intelligendum erit in
iis , quæ Epiſcopo competunt ratione iuriſdi-
ctionis , non quæ ex lege Diœceſana , iuxta di-
ſtinctionem gloſſ.*in cap.dilectus,de off. Ordin.* &
DD. quos *ſuprà hoc cap.num.*22. retulimus. Ad
quam conuocatio Concilij Prouincialis ſpe-
ctat, ſicut & fructuum perceptio,quos quidem,
Auctores vtriuſque opinionis conueniunt, non
poſſe percipi, nec lucrari ab Epiſcopo tranſla-
to ex die tranſlationis, cum ex eodem lucretur
fructus ſecundi Epiſcopatus , provt etiam dixi
*ſuprà hoc lib. cap.*5.*num.*46.

Vltra quod facit , & fortiùs ſtringit , † au- 49
ctoritatem congregandi huiuſmodi Concilia
Prouincialia , & in eis præſidendi , ex auctori-
tate, & vſu pallij Archiepiſcopalis pendere , vt
apertè deducitur ex cæremoniali Clem. VIII.
cap. de pallio, cap. quod ſicut, §.præterea,de elect.
vbi deciditur , † non licere Archiepiſcopo an- 50
te receptionem pallij illa conuocare , & tenet
Abb. *in cap. quanto , & in cap. Paſtoralis , de
off. Ord.* optimè Azor *lib.*3. *inſtit. moral.cap.*34.
quæſt. 9. Quaranta *d. verb. Concilium Prouincia-
le, num.*9. *pag.* 171. & latius *verb. Archiepiſco-
pi auctoritas , verſ.* 32. *auctoritas , pag.* 82. vbi
inquit , † Archiepiſcopalis officij plenitudinem 51
conferri per pallium , & quod antequam quis
illud obtinuerit, licet ſit conſecratus, non ſor-
titur nomen Archiepiſcopi , nec poteſt conſe-
crare, nec conuocare ad Concilium, nec chriſ-
ma conficere , nec Eccleſias dedicare , nec cle-
ricos ordinare. Quò fit , vt † cum vſus pallij 52
pro primo Archiepiſcopatu conceſſi , ceſſet ex
die tranſlationis ad ſecundum, in quo virtuali-
ter primo renuntiaſſe cenſetur , vt conſtat *ex
dict. cæremon. cap.de pallio,cap.fin.de auth.& vſu
pallij* , cum aliis traditis à Panuino *in tract. de
viſitat.*2.*part. quæſt.*3. *num.*19. Quaranta *de au-
thor.* 32. ibi : *Etiam ſi pallium in alio Archie-
piſcopatu habuiſſet , cum oporteat petere nouum
pallium*,& D. Roder. de Acuña *in notis ad text.
in cap. pallium, diſt.*100. vbi hoc ampliat,etiam
ſi redeat ad eundem Archiepiſcopatum , quem
prius habuit, & renuntiauit , quia adhuc nouo
pallio eget. Merito dicta quæſtio ſatis anceps,
& declaratione , vt dixi , digna videtur , & de
ea conſultus fui à Reuerendiſſ. Epiſcop. San-
ctæ Crucis Dom. D Ferdin.de Campo, qui pro
hac parte in dicto Concilio Argentino fortiter
dimicauit.

Cuius occaſione , cum de pallio Archiepiſ-
coporum inciderit mentio , omittere non de-
bemus,† in eius conceſſione,& vſu,aliam etiam 53
Archiepiſcoporum præeminentiam conſidera-
ri,quoniam his ſolis à ſede Apoſtolica concedi
ſolet,eoque intra propriam Diœceſim vti dum-
taxat debent , dum viuunt , & mortui cum eo-
dem ſepeliri. De quibus , & aliis pluribus quæ-
ſtionibus ad introductionem , confectionem,
benedictionem , ſignificationem , auctoritatem,
& vſum pallij pertinentibus , aliqua hic ſub-
texere poſſem , ſed quoniam id inſtituti noſtri
ratio non patitur , videri poſſunt , quæ circa
hæc luculenter ſcribunt Chaſſan. *in Catal.
glor. mund.* 4 *part. conſider.* 26. Anaſtaſ. Ger-
mon. Vaſconcell. & Anton. Vallenc. *in Para-
tit l. ad d. tit. de auth. & vſu pallij* , Stephan.
Durant. *in ration. diuin. lib.*2. *cap.*9. *ex num.*41.
Guid. Pancirol. *in theſaur. variar. antiq. lib.* 1.
cap. 20. *pag.*21. *&* 22. vbi eleganter pallij for-
mam , & contexturam deſcribit , Quaranta
dict. verb. Archiepiſc. verſ. 32. *auctoritas , pag.*
82. *& ſeqq.* Tiber. Decianus *reſponſ.* 16. *lib.* 3.
Anaſtaſius Germonus *de ſacror. immun. lib.* 3.
cap. 7. Cardin. Tuſchus *litt. P , concluſ.* 39.
latius , & melius cæteris , quos viderim , plu-
res quæſtiones mouens , & exactè reſoluens

Illuſtr. Bracharenſ. Acuña *in cap.*1. *diſtinct.*100. *ex n.*1.*cum multis ſeqq.*

54 Eſt autem animaduertendum, quod † licet Archiepiſcopus per totam ſuam prouinciam pallio vti poſſit, & crucem ante ſe deferre, & populum benedicere, & indulgentias concedere, vt probat text. *in cap.* 1. *de auth. & vſu pallij*, vbi Abb. gloſſ. Clement. Archiepiſcopo, *de priuileg.* vbi hoc ampliat etiam in loco exempto, & Quaranta *d. verb. Archiepiſcopus*, *auctor.* 29. *cum tribus ſeqq.* non tamen poterit in Diœceſibus ſuorum ſuffraganeorum, ſicuti neque alius quilibet Epiſcopus ordines, conferre, neque alia Pontificialia exercere ſine ipſorum conſenſu, & licentia, vt conſtat ex ſacro Concil. Trid. *ſeſſ.* 6. *cap.* 5. *& ſeſſ.* 14. *de reform. cap.* 2. & notant plures DD. quos refert Aug. Barboſa *in remiſſ. ibidem, & in Paſtorali,* 2.*part. alleg.* 6. *numer.* 4. quod adeo verum eſt, vt non ſufficiat licentia tacita, ſed expreſſa requiratur, ne alias in pœnam ſuſpenſionis incurrat, quæ in eodem Concilio infligitur, vt ad eius declarationem notat Narbona *in l.* 59. *gloſſ.*1. *num.* 22. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop.* & D.Felician. à Vega *in cap. ſignificaſti*, *de foro compet.num.*32.

Pertinet quoque ad auctoritatem, & dignitatem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, &
55 maximè in his partibus Indiarum, quod † cauſæ Indorum, viduarum, & aliarum miſerabilium perſonarum, quæ iniuſtè ab aliis vexantur, & affliguntur, ad eorum tutelam, & protectionem, ſaltem ſecundario, ſpectare videntur, hoc eſt, data ſecularium iudicum abſentia, vel negligentia, aut notoria iniuſtitia, vt probat text. & DD. *in cap. ſuper quibuſdam*, *de verbor. ſignif. cap. omnis oppreſſus* 2. *quæſtion.*6. *cap.*1. *&* 3. *diſt.* 87. gloſſ. *verb. Pauperem*, *in cap. licet*, *de cenſibus*, quæ loquitur in iniuſta impoſitione, vel exactione tributorum, *cap. ſi quando* 8. *cap. Paſtoralis* 28. §. *quia verò*, *de offic. deleg.* melior, & ſingularis text. *in cap. ſignificauit*, *de off. Ordin. cap. licet*, *cap. ex tenore*, *cap. cum ſit generale*, *de foro compet.* Auth. *vt different. iudic. adire*, §. *ſi vero contigerit*, Bertachin. *in tractat. de Epiſcop. lib.* 4. *part.* 3. *num.*35. Specul. *titul. de competit. iud. addi.* §.1. *verſ. Decimusnonus*, *num.* 16. Palac.Rub. *in repet. cap. per veſtras*, *notab.* 2. *num.* 8. qui eam
56 rationem † tradit, quod pauperes, & miſerabiles perſonæ habent omnia priuilegia Eccleſiarum, & egeſtate ſordentibus eſt mors ſolatium, & vita ſupplicium, *l. quiſquis*, §. 1. *C. ad leg. Iul. maieſt.* Couar. *in pract. cap.* 6. *numer.* 1. *& ſeqq. & cap.* 34. *num.* 3. *verſ. Sic & Innocentius*, D. Valençuel. *conſ.* 156. *num.*96. *volum.*2. Gonçalez *ad regul.* 8. *Cancell.* §. 2. *procem. num.* 25. Cened. *Canon. quæſt. cap.* 35. *num.* 12. Miranda *in manuali Prælat. tom.*2.*quæſt.*7. *num.*2.*fol.*527. Dom.Brachar. Acuña, qui plures alios adducit, *in cap. licet* 1. *num.* 3. *diſt.*87. *pag.* 750. *& in cap. quiſquis* 3. *ead. diſt. num.* 1. *pag.* 753. Monter à Cueua *deciſ. Aragon.*23. *num.*1. Parlador. *different.* 9. §. 3. *num.*7. vbi ex eiſdem principiis con-
57 cludit, data † ſocordia Magiſtratuum ſecularium, poſſe Epiſcopos horrea publica recognoſcere, & prouidere. De quibus etiam Tuſch. *litt. E*, *concl.* 240. 254. *&* 255. *& litt. I*, *concluſ.*442. *& litt. P*, *concl.* 41. *num.* 14. & nouiſſimè Doct. Balboa *in relect. ad d. cap. licet, de foro compet.* Pet. Gudelin. *de iure nouiſſ. lib.*6.*c.*6.

Id quod æquiſſimum eſſe, & omnino obſeruari debere in prouinciis multum remotis, vt ſunt Noſtræ Terræ-firmæ, & inſulæ maris Oceani, data negligentia iudicum, grauibus verbis probauit noſter Gregor. Lopez omnino legendus, *in leg.*48. *titul.*6. *part.*1. *gloſſ.* 8. quem poſt Humad. Did. Perez, & Matienz. quos refert, in eiſdem terminis noſtrarum Indiarum, ſequitur, & defendit Bobad. *in Polit. lib.*2.*cap.*17. *n.*110. ſic inquiens: *Eſto puede verificarſe en las Indias, y partes mui remotas, donde ſin gran dificultad, y ſin eſperança de oportuno remedio, no ſe podria ocurrir al Rei, ò al Superior para conſeguirle, y deſagrauiar à los miſerabiles tiranizados, y oprimidos, que en tal caſò el Obiſpo, ò Iuez Ecleſiaſtico podrà hazerlo, por la dilacion, diſtancia, ò impoſſibilidad para poder occurrir el Superior à que quite la opreſſion.* Idem Bobad. *ibid. num.* 129. vbi poſt Innocent. Hoſtienſ. & alios, quos refert, ita concludit: *Caſo* 84. *es, quando el Corregidor, ò otro juez ſeglar tuuieſſe preſo en la carcel à alguno iniuſtamente, que entonces podria el Obiſpo ordenarle, que lo ſoltaſſe.* Quod etiam docuit Bald. *in l. nemo*, *num.*2. *C. de Epiſcop. aud.* Lucas de Pena *in l. nemo carcerem*, *C. de exact. tribut. lib.* 10. Auendañ. *de exequend. mandat.* 1. *part. cap.* 19. *num.* 8. & poſt alios, Marcel. Cala *in tract. de modo articuland. & proban.* negat. gloſſ. 1. §. 1. *à num.* 96.

Quibus auctoritatibus, & aliquibus exemplis, & antiquis Eccleſiæ decretis, relatis ab Antonio Auguſtino *in epitom. iur. Pontif. veteris*, *lib.*14. *tit.*13. *cap.* 6. 7. *&* 10. & Seuerino Binio 2. *tom. Concil. general. part.* 1. *pag.* 485. his † proximis diebus Reuerendiſſ. Epiſcop. Fluminis Argentei, vulgo *del Rio de la Plata*, Dom. D. Fr. Petr. à Carrança, excuſauit in ſupremo Indiarum Conſilio exceſſum iuriſdictionis, qu[i] ſibi imputabatur, ob id quod à carceribus extraxerit quemdam Ioannem de Vergara, quem eiuſdem vrbis Gubernator inauditum, & indefenſum, & abſque ſacramentorum receptione morti tradere volebat.

Et ſanè, his circumſtantiis verificatis, non dubitarem eius excuſationem admittere. Cæterum † cum ad Regem, & Regios iudices primò, & principaliter pertineat de cauſis ciuilibus, & criminalibus ſuorum ſubditorum iudicare, etiam ſi orphani, & viduæ ſint, aut carceribus detenti, vt conſtat *ex leg.* 5. *tit.* 3. *par.* 3. *leg.*1. 2. *&* 3. *tit.*1. *lib.*5. *Ordin. l.*8. *&* 9. *tit.*3. *lib.*4. *Recop.* Non facilè relinquendum eſt arbitrio Prælatorum, & iudicum Eccleſiaſticorum, vt his cauſis ſe immiſceant, quia prætextu pietatis perniciosè, vel ambitiosè ſtudio ampliandæ ſuæ iuriſdictionis multoties errabunt, vt alias dicitur *in l. ſi ſeruum* 91. §. *ſequitur*, *D. de verbor. oblig.* & paſſim turbaretur diſtinctio, ſeu diuiſio iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, & ſecularis, † quarum intentio eſt, & eſſe debet, vt ſe mutuo iuuent, non autem impediant, *cap. ſolitæ, de maior. & obed. Extrauag.* vnam ſanctam, *eodem titulo*, *cap. nouit*, *de iudic.* cum ib[i] notatis.

Quo reſpiciens Auendañ. *de mandat. Reg.* 1. *cap.*19. *num.*8. Azeued. *in l.*4. *num.*3. *tit.*1. *lib.*4. *Recop.* quos refert & ſequitur Bobad. *d. num.*129. tradunt, † in Hiſpania prædictum recurſum nor[i] practicari, ea etiam ratione addita, quod Eccleſiaſtici quoque ſæpè iniuſtas capturas, & extorſiones faciunt, quibus tamen ſe Prætores

locorum

locorum non immiſcent, nec immiſcere debent, reſeruato tantum partibus violentiæ recurſu ad Regales Audientias, ob denegationem appellationis, vt reſoluit Carol. de Graſſis *de effect. clerical. effectu 1. num. 390. & ſeqq.* D. Felician. à Vega per text. ibi, *in cap. qualiter & quando, de iudic. num. 4. & 27. & in cap. cum ſit generale, num. 3. de foro compet.* qui idem Auctor bene aduertit *in cap. ex tenore, num. vlt. eod. tit.* id quod dicitur de cauſis viduarum, & pauperum, per Epiſcopos, & iudices Eccleſiaſticos
63 exequendis, intelligendum eſſe, † non quo ad iuriſdictionem, ſed tantum quoad protectionem, ſiue patrocinium, quod Eccleſia velut pia mater affectuosè impendit omnibus, & maximè illis, qui miſerabiles ſunt.

64 Et hoc iure vtens, † poterit Eccleſiaſticus cenſuris compellere iudicem, vt ſuo munere fungatur, modo ſit negligens, & requiſitus non faciat iuſtitiam, vt docet Suar. *de cenſur. diſp. 20. ſect. 1. num. 14.* quem refert Bellet *diſquiſ. clerical. part. 1. tit. de fauor. cleric. reali, §. 5. n. 38.* & Dom. Acuña *d. cap. quiſquis, num. 1. pag. 753.* pro quibus eſt elegans text. *in cap. adminiſtratores 23. quæſt. 5.* & gloſſ. *verb. Excommunicationis, in cap. Iudæi 5. de Iudæis,* vbi inquit, hoc non ſolum procedere in cauſis Fidei, ſed in quocunque caſu, vbi iudex Eccleſiaſticus negligens eſt facere iuſtitiam, quia Eccleſia ſe intromittere debet, & compellere ipſum.

65 Et idem eſſe † contra executores teſtamentorum negligentes, etiam ad non pias cauſas, & quod Epiſcopus poſſit ſe intromittere, ſiue procedat ex officio, ſiue actione intentata per legatarios, tenet Panorm. *in cap. cum eſſes, de teſtam.* Couar. Azor, Quaranta, Cerola, & plures alij, quos refert & ſequitur Acuña *in c. 2. num. 3. diſt. 87.* qui hoc ampliat, vt idem procedat in Capitulo ſede vacante, & pro his expendit generalitatem text. *in cap. deſolatis,* alias incipit defenſionis, *ead. diſt. 87.* vbi docemur, quod † propriæ defenſionis auxilio deſolati, ſpectant ad iudicium Eccleſiæ.

Planè talis † poſſet, ac tam notoria eſſe iudicis ſecularis iniuſtitia, ſiue tyrannis, vt non ſolum cenſuris, verum & militari manu eius exceſſus ab Epiſcopo reprimi poſſit, vt cum Alberico, Archid. Alex. Hippolyt. Sylueſtr. Mexia, Azeued. & aliis concludit Bobad. *in Politic. lib. 2 cap. 15. num. 4.* ibi: *Y no ſolo puede quitar al dicho Clerigo notorio, pero à qualquier otro, al qual la iuſticia ſeglar iniuſtamente lleuaſſe à iuſticiar*; quia Eccleſia tenetur modis omnibus liberare ita iniuſtè damnatos ad mortem, vt per gloſſ. *verb. Iniuſtè, ad fin. in cap. hi qui 14. quæſt. 6. & in cap. non inferenda 23. queſt. 3.* ibi: *Eripe eum, qui ducitur ad mortem & in cap. reos, verb. Defendentur, ad medium 23. quæſt. 5.* In quo tamen vt dixi, & iterum moneo, raro ſerio. & cum magna deliberatione procedendum eſt. Quia vt idem Bobad. ſubdit *in eod. cap. 15. num. 18. & ſeqq.* Eccleſiaſticis arma tractare non licet, & vereri debent, ne dum vnius necem excuſare intendunt, pluribus ſub hac occaſione excidium inferant, & Rempublicam graui ſcandalo afficiant, aut ſeditionibus, & tumultibus popularibus viam aperiant.

Quod præcipuè † in his Indiarum prouinciis valdè periculoſum eſt, in quibus, magis quam alibi, homines his ſimultatibus afficiuntur, & verificatur illud Taciti in vita Agricolæ:
† Natura infirmitatis humanæ tardiora ſunt re- 69
media, quam mala: vt non ſine magno dolore, & labore his proximis annis experti ſumus in graui illo tumultu Mexicano anni 1625. & in ſimili tradit Gambacurta *de immunit. Eccleſ. lib. 6. cap. 6. num. 6.* inquiens: *Longo vſu, & experientia compertum eſſe, nullum negotium ſuccedere ſolere infelicius eo, quod præcipitanter geritur, atque vbi inter curias venitur ad altercationes, & apertas rixas, nihil omninò boni ſperare poſſe. Potentia & cunctatione inextricabiles perſæpè difficultates ſuperantur, & deſperatis rebus opportunum, atque efficax remedium adhibetur.*

Et in his valdè cauti, & prudentes debent
eſſe † Epiſcopi Indiarum, curantes, ne Regi, 70
Regno, vel Regiæ iuriſdictioni aliquod damnum, vel præiudicium generetur, cum ab eo electi fuerint ad dignitatem, & iuriſdictionem, quam exercent, & habeant omnes præeminenentias Prælatorum Hiſpaniæ, vt tradit Herrera *in hiſt. gener. Ind. decad. 1. lib. 8. c. 10. pag. 278.*
Inter quas illa eſt, † vt Regij Conſiliarij, ſiue 71
de Regio Conſilio eſſe dicantur, vt docet gloſ. *verb. Conſilia, in pragmat. ſanct. l. 6. tit. 9. part. 2.* & ibi gloſſ. *verb. Aconſejar, l. 4. tit. 4. lib. 2. Recop.* Greg. Lop. *in l. 11. tit. 5. part. 3.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ. 9. num. 49. fol. 225.* & plures alij, quos refert Bobad. *in Polit. lib. 2. cap. 16. n. 7. & cap. 17. n. 15.* Vbi quod etiam ſunt, & eſſe debent veluti Conſiliarij & Aſſeſſores, ſiue Directores Magiſtratuum, & Gubernatorum vrbium, in quibus reſident, & Patres patriæ, vt per Roland. *conſ. 37. n. 23. vol. 4.* & Germon. *de ſacror. immun. lib. 2. cap. 10. & in tract. de indult verb. Poſito, pag. 7. num. 18.*

Quod eos magis arctat, & obligat, vt diligenter curent eorundem Magiſtratuum concordiam, Reipublicæ tranquillitatem, & Regiæ iuriſdictionis, quatenus fieri poſſit, conſeruatio-
nem, † ad hoc enim præcipuè in Regium Conſi- 72
lium adſciti eſſe videntur, vt eleganter colligitur ex *l. certiſſimè 34 C. de Epiſcop. aud.* ibi: *Et quanto plus rebus Epiſcoporum accedit honeſtatis, & decoris, tanto magis & noſtram Rempub. augeri credimus. Si enim hi prætulerint vitam honeſtam, & vndique irreprehenſibilem, & reliquum populum inſtruxerint, vt is ad illorum honeſtatem reſpiciens, multis peccatis abſtineat, planum eſt, quod inde, & animæ omnibus meliores erunt, & facilè nobis tribuetur à Maximo Deo Saluatore noſtro Ieſu Chriſto clementia conueniens.* Melius Caſſiod. *lib. 11. epiſt. 2. ad Ioan. Pap. Quis enim dubitat proſperitatem noſtram veſtris meritis applicandam eſſe. Nolite in me tantum reiicere ciuitatis illius curam, quæ potius veſtra laude ſecura eſt, &c. Quapropter nos decet cuſtodire aliqua, ſed vos omnia. Monete me, quæ ſunt gerenda ſolicitè. Bene agere, vel correptus exopto: ſum quidem iudex Palatinus, ſed veſter non deſinam eſſe diſcipulus. Nam tunc iſta rectè gerimus, ſi à veſtris regulis minimè diſcedamus.* Quod & repetit adhuc grauius, & elegantius *lib. 11. epiſt. 3. ad Epiſcop. Italiæ*, quam refert & laudat Baron *7. tom. annal. ann. 534. num. 6.*
docens † quid ſeculi poteſtates, & Magiſtra- 73
tus ſibi ipſis, quid populo, quid Epiſcopis, atque inprimis diuino cultui debeant? Quid

etiam Episcopi ipsis Magistratibus, atque populis præstare teneantur?

Et conducit valdè Blesensis epist.84. nomine Richardi Archiepiscopi Cantuariensis ad Alexand. III. vbi post aliquas rationes,& exempla,
74 quæ adducit ad probandum,† & quantum oporteat, quod Ecclesiarum Prælati Regum consiliis intersint. Ita eleganter inquit: *Vnum noueritis, quia nisi familiares, & Consiliarij Regis essent præfati Episcopi, supra dorsum Ecclesiæ fabricarent hodie peccatores, & immaniter, ac intolerabiliter opprimeret Clerum laicalis præsumptio. Nunc autem, si quid in Ecclesiæ attentatur iniuriam, auctoritate Pontificali corripitur, aut si ad hoc Ecclesiastica censura non sufficit, spiritualis gladij defectus, ciuili suppletur,& ad eorum arbitrium principalis animaduersio exercetur. Et deinde Ecclesiarum dignitas erigitur: in Clero libertas, pax in populis, in Monasteriis quies, iustitia liberè exercetur, superbia deprimitur, augetur laicorum deuotio, Religio fouetur, diriguntur iudicia, leges acceptantur, decreta Romana vim obtinent,& possessiones Ecclesiasticæ dilatantur.*

Illud quoque Episcopi (& præsertim Indiarum) attendere debent, † ne pro leuibus causis
75 seculares, vbi contra eos procedendi ius habent, Ecclesiasticis censuris feriant, aut pœnis, vel mulctis pecuniariis condemnent. Nam vtrumque eisdem per Concil. Trid. iniungitur, *sess.25. de reform.cap.3.& sess.24.cap.8. in fin. & de Indiarum iure*, per sched. quandam dat. Tolet.27. Aug an.1560, quæ extat 1. *tom. impress. pag.*168. & repetitur 2. *tom. pag.*33. vbi relatis damnis, quæ ex contrario stylo sequuntur, ita concluditur: *Porende rogamos, y encargamos à los dichos Prelados, y sus Vicarios, y oficiales, y à cada vno dellos, segun dicho es, que de aqui adelante no descomulguen en los casos que tuuieren iurisdicion, por casos y cosas liuianas, ni echen penas pecuniarias à los legos, porque no se dara lugar à que se haga lo contrario, por los inconuenientes que dello resultan.* De qua schedula recopilanda, siue in nouam collectionem legum Indiarum (quam edere paramus) redigenda, cum nuper in supremo Indiarum Senatu tractaretur, visum fuit mihi aliquantulum tem-
76 perari debere. Nam † Concil.Trid. *d. cap.*3.nefas esse inquit seculari cuilibet Magistratui prohibere Ecclesiasticis iudicibus,ne quem excommunicent,& horum arbitrio relinquit, aliquando pœnis, & mulctis pecuniariis, etiam in laicos animaduertere, dummodo eiusmodi pœnas in pios vsus conuertant, vt constat ex illis verbis: *Liceat eis, si expedire videbitur, in causis ciuilibus ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus,contra quoscunque etiam laicos, per mulctas pecuniarias, quæ locis piis ibi existentibus, seu per captionem pignorum, personarúmque districtionem per suos proprios, aut alienos executores faciendam, siue etiam per priuationem beneficiorum, aliáque iuris remedia procedere, & causas definire.*

Quibus verbis sublata, aut composita videtur antiquorum controuersia, quorum qui-
77 dam existimabant, † non licere Ecclesiasticis iudicibus pœnis pecuniariis reos ad eorum forum pertinentes, laicos præsertim, damnare, moti ex text. *in cap. 3. de pœnis, cap. irrefragabili, §. vlt. de off. Ord. cap. vt clericorum, de vita & honest. cler.* Alij licitum esse contendebant,dummodo non auaritiæ cupiditate,& animo eas imbursandi, sibique applicandi ad id ducerentur,sed zelo iustitiæ, easque in pios vsus conuerterent, iuxta text. *in cap. dilectus, de off. Ord.cap.si vos 23. quæst.5. cap. cum sit nimis, §. vlt.de Iudæ.cap.cum tu*, cum aliis, quæ ad concordiam horum iurium cum *d. cap.3. de pœn.* & similibus,tradunt gloss.Abb.& Felin.*ibid.* idem Felin.*d.§.cæterum*,Corn.*cons.19.lib.2. per totum*, Palac. Rub. *in repet. Rubric. §.39.col.penult.* latè,& optimè Couarr.*lib.2.var.cap.9.num.8.& 9.* quam sententiam Conc. Trident. probauit, & praxis vbique recepit, vt testatur Card. Tusch. *litt. E, concl.17. in princ.& in fin.& litt.P, conclus.*232. Peregr. *de iure fisci, lib.1. tit.2. ex numer.*104. Segura Daualos *in direct. iud. 2. part. cap.*10. *à num.*2.Steph.Gratian. *lib.1. discept. forens.cap.*154.*à n.*24. Bernard.Diaz *in praxi,c.*142. *per tot.* vbi eius Addition. Salcedus, Vgolin. *de off. & potest. Episcop. cap.8. §.3. num.1.* Cened. *Canon.quæst.cap.*39. Ceuall.4. *tom.comm. q.*897. Quaranta *in summa Bullarij, verb. Capitulum, pag. 131. & verb. Pœnæ, fol. 395. & seqq.* vbi tractat, an & quando Episcopus pauper possit eas sibi applicare? Thom. Valasc.*alleg.34. n.11. & 12.* Riccius *in prax. for. Eccles. decis.* 377. Barbosa *in Pastoral.part. 3. alleg.* 107. Georg. Cabed. *decis. Lusit.* 81. *per tot. part. 1. pag.* 95. latissimè, pluribus aliis relatis, Farin. 1. *tom. crim.q.19.num.*51. Bobad.omninò videndus, *in Polit. lib.2. cap.17. num.* 199. *cum seqq.* Qui post Salced. vbi sup. ad idem refert constitutionem quandam Concilij Prouincialis Toletani ann. 1599. Tridentino conformem, tam circa, facultatem, † quam circa applicationem huiusmodi pœnarum. Et extant similes, & strictiores constitutiones Archiepiscopatus Mediolanensis factæ per sanctissimum illum, & iam merito inter Diuos relatum Cardinalem D. Carolum Borromeum, quæ referuntur in Concilio Prouinciali Mediolan. VI. *tit. de mulctis, & pœnis, & in actis Mediolan. Eccles. part. 2. tit. de offic. depositarij*, in mulctis, & in instructionibus congregat. Diœcesan. *titul.* 22. quibus cauit, aut pecuniæ ex his condemnationibus redactæ, apud fidelem sequestrum deponerentur (qui nullo modo ex suis domesticis, & familiaribus esset) & omnino (quoad fieri posset) in pios vsus eorum locorum conuerterentur, ex quibus corrogatæ essent, vel vbi delicta commissa fuissent, quæ tales condemnationes meruerunt. Quæ distributio, vel applicatio sancita etiam reperitur in Concil. Limano III. *part. 2. cap.*122. quod vide

Ex quibus videtur hodie cessare disputatio quam mouent Peregr. Bobad. Salced. & alij ex supra relatis, vtrum scilicet Episcopi habeant fiscum? de qua etiam agit Tusch. *d. conclus.17. num.31. & litt.C. concl.*722. Necnon illa, vtrum possint Episcopi † & alij iudices Ecclesiastici easdem pœnas propria manu à secularibus exigere, vel ad id debeant præcisè inuocare auxilium brachij secularis? De quo maior erat dubitatio, propter communes contrarias, & diuersorum iurium auctoritate subnixas, quas refert, & latissimè prosequitur Iacob. Berreta, omnino videndus, *cons. 3. cum quinque seqq. lib.* 1. Vbi in negatiuam inclinat. Sed meo iudicio † non rectè. Nam Concil.

Trid

Trid. *sess.*24. *de reform. matr. cap.*8. *in fine*, solum dicit brachium seculare inuocandum, si opus fuerit, quod adeo illis secularis iudex debet impertiri, vt si neget, possit ad id cogi sub pœna excommunicationis, vt docet Lud. Rodolphin. *de brach. secular.num.*45. Menoch. *de arbitrar.cas.*452. Bobad.*d.cap.*17.*n.*80. Marta, Salced. Bellacomb. Eman. Roder. Farin. & alij, quos refert Barbos.*in remiss.ad d. cap.*8. Concil. *q.vlt.*dictum autem *cap.*3.*sess.*25. apertè hoc relinquit voluntati, & dispositioni Ordinariorum, in illis verbis: *Per suos proprios, aut alienos executores*, quæ non rectè putat Berreta vbi suprà nihil antiqui iuris dispositionibus addidisse. Maximè si consideremus, hanc executionem successisse in locum excommunicationis, quam Episcopus, absque dubio, propria auctoritate, etiam in laicos, exercere poterat, vt aduertit Leo *in thesaur. for. Eccles.*2.*part.cap.*16.*n.*18. & Bellarm.*in addit.ad d. cap.Concil. litt. I.* vbi etiam ponderat illa verba: *Liceat eis*, quæ intelliguntur tam de iure, quam de facto, vt declarat Bart.*in l. stipulatio ista*, §. *hi qui, num.*3. *de verbor. oblig.* & idem sequuntur innumeri alij, quos refert Farin. *de hæresi, quæst.*182.*n.*90. *in fine*, Marta *de iurisdictione*, 1.*part.cap.*50.*&* 51. *numer.* 10. & Aug. Barbosa *in nouiss. collect. ad Concil.Trid.d.cap.*3.*num.*35. vbi probant, quoad
2 hunc effectum posse † Episcopum familiam armatam tenere, per quam prædicta exequi valeat, quod etiam relatis vtriusque partis Auctoribus, & fundamentis, latè tractat, & resoluit Læl. Iordan. *de Roman. sedis orig. part.*2.*cap.*8. & eum referens, & sequens Card. Tusch. *litt.E, concl.*253. & nouissimè D. Ioan.Bapt.de Larrea *in discept. Granatens. cap.*1.*num.*6. *pag.*4 quamuis contrarium enixè tueatur Berreta *vbi suprà cons.* 4. & grauiter ad partes disputet Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 15. vbi iustius, & prudentius Ecclesiasticos facturos docet, si hac facultate non vtantur.

Denique, illud vltimo Indiarum Episcopos moneo, quod sanè primum esse debuisset, vt † summopere de commissis sibi ouibus curent, & præcipuè de Indis, qui magis, quam alij in spiritualibus, & temporalibus tantis præceptoribus, & protectoribus egent. In his quippè personis, & prouinciis magis, quam alibi, obseruare oportet illud D.Chrysost. consilium, vel præceptum, *lib.*6. *de Sacerd.cap.*4. sic inquientis: *Episcopum † necesse est in singulos propemodum dies sementem facere, vt ipsa saltem assuetudine doctrinæ sermonem auditorum animi retinere possint. Nam, & opulentia ingens, & potentiæ amplitudo, & languor à deliciis exoriens. Itémque & multa alia his addita, semina semel iacta suffocant, nonnunquam autem & spinarum densitas, ne ad terræ quidem superficiem sementem ipsam decidere patitur, &c.*

Et huc respicit sched. quædam data Pardi 25.Ianuarij ann.1569. quæ extat 1. *tom. impress. pag.* 171. Et cauet, † ne Episcopis fructus, & reditus suorum Episcopatuum exsoluantur, quovsque eorum possessionem capientes, in eis inseruire, & personaliter residere cœperint. Quoniam multi erant, qui litteris expeditis, cum ex die gratiæ fructus ad se pertinere scirent, iuxta ea, quæ dixi *sup.c.*5. *ex n.* 45. longas moras trahebant, & in Hispania, vel alibi manentes illos exigebant, & consumebant.

Quod etiam obuiare curauit Paul.V. in Bulla dat. Romæ 7. Decemb.ann 1610. quæ ob eandem causam iubet, † ne Episcopi ex Hispania 86
ad Indiarum Ecclesias electi, aliquas ibidem moras trahant, nec consecrationem accipiant, sed ad suas Ecclesias primo quoque tempore nauigent, ibique consecrentur, sub pœna amissionis fructuum pro tempore detentionis. Quod pluribus annis obseruatum fuit, & meo iudicio obseruare oporteret, licet iam hodie omnes ferè Electi dictæ Bullæ dispensationem petant, & obtineant, & in Hispania consecrari soleant, Regiis ad hoc ad Romanum Pontificem litteris impetratis, pro derogatione dicti Breuis.

Eandémque rationem habent aliæ schedulæ anni 1561. quæ reperiuntur *d. pag.* 171. & renouantur per aliam dat.Matr. 26. Ianuar.ann. 1620. dum strictè præcipiunt, † ne Proreges, 87
& Gubernatores Indiarum aliquem ipsarum Episcopum sedem, siue Ecclesiam suam deserere, & in Hispaniam remeare sine expressa licentia, quouis colore quæsito, patiantur, quoniam reperti sunt aliqui, qui id facere ausi sunt, parum verentes censuras iuris Canonici, quæ talem desertionem grauiter increpant, & puniunt, si licentia Romani Pontificis non præcesserit, etiam vbi ad aliam Ecclesiam se transferunt, propter † arctissimum vinculum matrimonij, 88
quod cum Ecclesia sua contraxisse dicuntur, *cap. quanto, cap. inter corporalia, de translat. Episcopi, cap. si quis Episcopus, & cap. hoc nequaquam*, vbi latè Turrecrem. *cap. nisi cum pridem, de renunt.* Vbi hoc ampliatur, etiam si velint religionem ingredi, Concil.Nicen *c.*15. & Sardicense *cap.* 16. & melius Trident. *sess.* 6. *de reform. cap.* 1. & iterum *sess.* 23. *cap.* 1. iunctis aliis, quæ post D. Thom. & Theolog. 2. 2. *q.*185. *art.*4.*&* *q.*189. *art.*7. tradit Menoch. *de arbitrar. casu* 423. vbi causas translationis arbitrarias facit, absentiæ verò nullas admittit, Camill. Borrell. *consil.*2 *num.*16. Azor *inst. moral.* 2. *part. lib.*4. *cap.*3. *q.*3. & plures alij relati ab Aug. Barbosa *in remiss. & collectan. ad Trident. vbi suprà.*

Quod his diebus in praxi habuimus, in quodam † Episcopo, qui morbum grauem, quem 89
patiebatur, causatus, & intemperiem aëris, & cœli, sub quo sedem habebat, eam reliquit, & in Hispaniam nauigauit; sed auditus non fuit, quovsque ad suam Ecclesiam rediret. Et in alio, qui ob easdem causas licentiam à supremo Indiarum Consilio postulabat, præmissa ægritudinis suæ informatione, coram Metropolitano facta, & eiusdem Metropolitani licentia, iuxta formam Concilij *d. sess* 23. qui etiam repulsam passus est. Nam à sacra Congregatione Cardinalium declaratum est, vt ibidem Farinac. testatur, † morbum etiam perpetuum, 90
non præstare legitimam excusationem Episcopis ad non residendum.

Et quod de informatione, & licentia Metropolitani Tridentinum subiicit, † debet intel- 91
ligi in absentia ad modicum tempus duratura, vt ex eod. text. Concilij colligitur, secus in ea, quæ fit in perpetuum, vel ex Indiis ad Hispaniam, quæ necessario per tres, vel quatuor annos duratura est, nec nisi de licentia Romani Pontificis concedi potest, aut renuntiatione absoluta Episcopatus in eius manibus facta, & admissa, iuxta text. *in d. cap. nisi cum pridem,*

cap. Gonsaldus 17. *q.*2.*cap. denique* 6. *q.* 3. *l. legatus* 20. vbi gloss. *D. de off. Præsid.* cum aliis.

92 Planè † cœli, vel soli intemperies, quæ grauis, & damnosa saluti alicuius Episcopi esse probata fuerit, licet ad eius absentiam, siue desertionem excusandam non sufficiat, sufficiet tamen ad hoc, vt facilius possit, & cæteris paribus debeat, ad aliam Ecclesiam, siue saluti commodiorem transferri, vt scripsit gloss. *in cap. tribus, de consecrat. dist.* 1. *& in cap. quorundam*, 34. *distinct.* Menoch. *dicto casu* 423. *num.* 12. Thomas actius *de infirm. part.* 1. *cap.* 41. *num.* 11. & Camill. Borrell. *de magistr. edict. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 33. *fol.* 122.

Illud autem Episcopos, & præcipuè nostra-
93 rum Indiarum, monitos velim, † ne de Episcopatu intumescant, & putent se non dispensationem Christi, sed Imperium consequutos, vt alias dixit D. Hieronym. ad Titum, *cap.* 1. & habetur *in cap. illud* 20. 8. *q.* 1. quia vt idem D. inquit *in epist.* 2. *ad Nepotianum*, relatus *in cap. esto*, 95. *distinct.* scire potius debent, se Sacer-
94 dotes esse, non dominos, † & clericos, quasi clericos honorare, vt & ipsis à clericis, quasi Episcopis honos deferatur. Vnde & *in Concil. Carthag.* 4. *cap.* 34. *& cap.* 35. cautum est, vt Episcopus, in quolibet loco sedens, stare Presbyterum non patiatur. Et licet in Ecclesia, & in consessu Presbyterorum, sublimior sedeat, intra domum vero collegam se Presbyterorum esse cognoscat. Quod etiam refertur *in cap. Episcopus* 9. *&* 10. *dist.* 95. vbi glossa bene sub-
95 iungit, hoc ita † faciendum dum tamen non contemnatur, *vt in l. obseruare, de off. Præsid.* & vtrumque elegantissimè dixit D. Greg. *lib.* 1. *Regist. in d.* 9. *epist.* 24. sic inquiens: *Bene acceptam potestatem regit, qui scit per illam super culpas erigi; scit cum illa cæteris in æqualitate componi: sic autem seruanda est virtus humilitatis, vt non soluantur iura regiminis: ne cum Prælatus quisque se plus quàm decet, deiicit, subditorum vitam restringere sub disciplinæ vinculo non possit.* Et est videndum Concil. Trid. *sess.* 25. *de reform. cap.* 6. *post med. & cap.* 17. *in fin.* Abb. *in*
96 *cap.* 1. *n.* 1. *de excess. Prælat.* qui addit † ab Episcopo Presbyteros, vt filios habendos esse, non vt vassallos, cum aliis, quæ in simili notat Tiraq. *in l.* 13. *connub. gloss.* 1. *part.* 3. *n.* 41. Lancel. *in temp. omn. iud. lib.* 2. *cap.* 5. *§.* 3. *n.* 7. Anton. Gama 1. *part. decis.* 1. *n* 5. & text. & gloss. *verb. Subtrahant*, vbi Dom. Acuña *in cap. cum Beatus*, 45. *distinct.* Et † idem monet, & in visceribus Christi obtestatur nostros Indianos Episcopos Concil. Limense III. *act.* 3. *cap.* 1. *in fine*: *Vt dignitatem suam morum præcipuè splendore, & vitæ integritate tueantur, forma facti gregis ex animo, non dominantes fastu seculari, nec turpe lucrum amantes, nec luxu mensæ, aut apparatu superuacaneo, quæ sunt huius mundi sapientes, sed benigni, modesti, zelo Fidei accensi, pauperum semper patres, & pro commisso sibi grege soliciti, ministerium suum impleant, &c.*

97 Quæ animaduertere volui, † propter aliquos Prælatos Indiarum, qui se pleno ore Ecclesiæ Principes vocant, & vocari sinunt, & clericos ita valdè despiciunt, vt ferè omnes tractent, seu appellent *de vos*, nullam erga eos vrbanitatem seruantes, quasi, aut inuideant, aut non dignentur audire, contra text. *in d. cap. esto, vers. Pessimè*, 95. *dist.* Non animaduertentes, quod olim † idem erat Presbyter, qui 98
& Episcopus, & se magis consuetudine, quam dispositionis dominicæ veritate, Presbyteris esse maiores, vt ex verbis D. Hieron. tradit Gratian. *in cap. olim* 5. 95. *dist.* Torreblanca *de iure spirit. lib.* 2. *cap.* 12. *ex num.* 25. Et quod non
† omnis Episcopus, qui dicit: *Pax vobis*, est si- 9
cut columba, sed potius coruis æquiparatur, si malus fuerit, & vitiorum nigredine, raucedine vocis, voracitate, fœtore spiritus, garrulitate, & furto, vitæ candorem, & dignitatis Episcopalis albedinem conspergauerit; vt præclarè docuit D. Aug. *tract.* 6. *in cap.* 1. Ioan. relatus *ex cap. non omnis* 30. 2. *quæst.* 7. & ibi gloss. elegans *verb. Corui*, & plurima alia contra malos Prælatos adducens Fr. Anton. Perez *in laur. Salmant. pag.* 288. vbi locum Theoph. adducit, qui explicans illud Pauli: *Episcopum non debere esse percussorem*, inquit Paulum cohibere Episcopos, non solum vt importunè corpora subditorum manibus non feriant: verum nec conscientias. Malè enim audiunt Prælati, apud quos feruent, siue præcepta, siue censuræ contra subditos.
Qui & illis † resistere poterunt si aliquid con- 1
tra Canones suscipiant, aut subditos ad malum cogant, Felin. *in cap. si quando, num.* 7. *de rescript.* Bermond. Chouer. *de publ. concub. Rubr. statuimus, numer.* 15. *in fin.* Gigas *de resid. Episcop. cap.* 16. *n.* 5. Neque enim subditi Prælatis ita debent subiici, vt cogantur eorum vitia venerari, *cap. admonendi* 1. *quæst.* 7. Afflict. *in cap.* 1. *num.* 192. *ex quib. caus. feud. amitt.* Cunon. *de pact. cap.* 34. *num.* 209. & Mart. Mager. qui agit de moderamine, quo in hoc vti debeant, *de aduocat. armat. cap.* 7. *num.* 71. *& seqq.*

CAPVT VIII.

De Vicariis generalibus, & Visitatoribus Episcoporum Indiarum, & variis quæstionibus, quæ circa eorum potestatem, & auctoritatem in eisdem prouinciis contingere solent.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij Episcoporum, & qui de eorum officio & potestate pertractent.*
2 *Vicarij generales, particulares, & foranei, & eorum differentia, remissiuè.*
3 *Vicarij generales Episcoporum habent iurisdictionem ordinariam, & idem tribunal cum eis constituunt.*
4 *Vicarius generalis, & Episcopus, qui eum præposuit, vna, & eadem persona censentur, & vbi fit mentio de Episcopo, Vicarius etiam subauditur.*
5 *Episcopus vbi recusatur, eo ipso Vicarius eius recusatus manet, & quare?*
6 *Episcopus recusatus habetur pro mortuo.*
7 *Vicarij ad Episcopum licet non detur recursus per viam appellationis, datur tamen per viam recusationis, nullitatis, & restitutionis, reseruationis, & auocationis.*
8 *Episcopus bene potest sibi reseruare aliquas causas ex iis, quæ alias in mandato Vicarij generalis venire solent.*
9 *Episcopi auctoritas maior, & firmior, quam Vicarij*

mitatu ab Episcopis, & eorum Visitatoribus facienda est.

57 *Concilij Limensis grauia verba referuntur circa moderationem sumptuum visitationum.*

58 *Indi quid contribuere debeant Visitatoribus Ecclesiasticis, nomine procurationis?*

59 *Visitatoribus Episcopi salarium competens omni iure assignare tenentur, vt sic cessent ab illicitis exactionibus.*

60 *Salarium non conuentum, & designatum, an Visitatores, & Vicarij generales ab Episcopis petere possint?*

61 *Salarium non conuentum, an, & à quibus peti, & qualiter præstari, & moderari soleat?*

62 *Pragmatica ann.* 1616. *de non præstandis salariis non conuentis famulis Magistratuum, Prælatorum, & aliorum Magnatuum, expenditur.*

63 *Notarij Episcoporum non possunt petere salarium non conuentum, & suis sportulis contenti esse debent.*

64 *Notarios Ecclesiasticos, qui excedunt in exactione sportularum, an, & quatenus possit punire iudex secularis?*

65 *Leges taxantes pretia rerum, Clericos & Ecclesias ligant.*

66 *Notarij Ecclesiastici excedentes in officio, possunt syndicari non solum ab Ecclesiastico, verum & à seculari iudice.*

67 *Notarium etiam Clericum propter falsitatem posse saltim ciuiliter puniri à iudice seculari, sunt, qui putent; qui tamen ab aliis bene reprobantur.*

68 *Notarij laici Episcoporum an in quibuslibet delictis gaudeant priuilegio fori Ecclesiastici?*

69 *Notarij Tribunalium Ecclesiasticorum, an laici esse debeant, & non clerici?*

70 *Episcopi, an cogi possint, vt solum laicis notariis in suis tribunalibus vtantur?*

71 *Officia secularia exerceri per eos, qui si in eisdem officiis delinquant, per Magistratus seculares puniri non possint, semper absurdum reputatum est.*

DE Vicariis & Visitatoribus Archiepiscoporum, & Episcoporum in his Indiarum prouinciis, ea omnia (vbi opus fuerit) notari
1 debebunt, quæ † generaliter de huiusmodi officialibus passim tradunt DD. *in Rubr. & per totum, de officio Ordinarij, & de officio Vicarij, & D. de officio eius, cui mand. est iurisd. & C. de officio eius qui vicem alterius gerit, cap. Roman. in princip.* vbi elegans gloss. *de appell. lib.* 6. & vltra alios antiquiores Bertachin. & Iacob. Sbrozius *in tractat. de offic. & potest. Vicarij Episcop.* Socin. Panuin. Altamiran. Felician. & alij *in tract. de visitatione*, Rebuff. *in praxi benef. tit. de Vicar. Episc. & inform. Vicar. Archiepiscop.* Cuchus *lib.* 1. *inst. iur. Canon. tit. de Vicario Episcop.* Card. Tusch. *litt. V, conclus.* 180. *& seqq.* Isidor. Moscon. *de Maiest. Ecclesia, lib.* 1. *cap.* 10. *pag.* 265. Nicol. Garcia *de benef.* 5. *part. cap.* 8. *per totum*, vbi *num.* 20. adducit alios de hac materia tractantes, Cerola *in praxi Episcop. verb. Vicarius*, Narbona *in tract. de appellat. Vicar. ad Episcop. per totum*, Barbosa *in Pastorali*, 3. *part. alleg.* 54. Lancellot. Conrad. *in templo omn. iudic. lib.* 2. *cap.* 6. *de Vicario Episcopi*, Anton. de Prætis *in clypeo Pastorali, cap.* 6. qui etiam, & præcipuè Sbrozius *lib.* 1.
quæst. 25. 26. *&* 27. adducunt † diuisionem in- 2
ter Vicarios generales, & particulares, ac foraneos, & ad hoc, vt quis sit generalis Vicarius, requiri dicunt, quod ad omnia sit generaliter deputatus, veluti ad causas spirituales & temporales.

Quorum Vicariorum munus ideo proximè
post Episcopos ponimus, quia † ordinariam, 3
æquè, vt illi, non delegatam iurisdictionem exercent, vnumque, & idem tribunal constituunt. Quod efficit, vt non possit de Vicariis ad Episcopos appellari, *cap.* 2. *de consuet. lib.* 6. *cap. Romana* 3. *de appellat. eodem lib.* glossa *verb. Officialem, in cap.* 2. *de offic. Vicar. eodem lib.* Couarr. *lib.* 3. *var. cap.* 20. *num.* 4. *& in practicis cap.* 4. *num.* 8. Gregor. Lopez *in l.* 2. *tit.* 4. *part.* 3. *gloss.* 1. Rota *decis.* 1. *& decis.* 4. *num.* 3. *sub tit. de offic. Vicarij*, Cardin. Tusch. *litt. E, conclus.* 300. *& litt. V,* 186. latissimè Scaccia *de appellat. quæst.* 8. *ex num.* 53. Sbrozius *d. tract. lib.* 2. *quæst.* 55. Surd. *cons.* 50. *num.* 15. *lib.* 1. & plures alij, quos refert Nicol. Garcia *de benef.* 5. *part. cap.* 8. *num.* 21. Dom. Episcop. Pacens. D. Felician. à Vega *in cap. decernimus, de iudic. num.* 155. & Dom. Archiepisc. Bracharens. *in cap.* 1. *dist.* 25. *num.* 19. & Aug. Barbos. *in remiss. ad Concil. sess.* 24. *de reform. cap.* 16.

Quinimò † vna, & eadem persona censen- 4
tur, vt per eundem Garciam *suprà num.* 52. cum aliis, quos refert Narbona *d. tract. de appell. à Vicar. ad Episcop.* 1. *part. numer.* 217. Dom. Pacens. *in cap.* 5. §. *de adulteriis, num.* 56. *de iudiciis*, & Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri, n.* 440.
fol. 225. qui hinc infert, † legitimam causam 5
recusandi. Vicarium esse, quod quis habeat suspectum ipsum Episcopum. Quod & tradit, pluribus ornans, Surd. *d. cons.* 50. *num.* 30. Lauren. Beneuentanus *in tract. de iud. suspect. cap.* 4. *à num.* 7. Narbona *vbi suprà* 1. *part. à num.* 126. Scaccia *vbi suprà num.* 68. & nouissimè Ramo-
nius *cons.* 3. *num.* 48. Addentes, † Episcopum 6
recusatum, haberi pro mortuo, quoad illam causam, vt per DD. relatos à Mastrillo *decis. Siciliæ* 6. *num.* 12. *part.* 1. ac proinde, quemadmodum mortuo Episcopo, Vicarij iurisdictio extinguitur, vt per gloss. vltim. *in Clem. fin. de procurat.* sic quoque suspenditur iurisdictio eiusdem Vicarij si Episcopus tanquam suspectus recusetur, cum non possit plus iuris esse in causato, quam in influente potentiam causæ, vt per Molinam, & alios *lib.* 3. *de primog. cap.* 5. *numer.* 45.

Quamuis negari non possit, quod † licet de 7
Vicario generali non detur recursus ad Episcopum per viam appellationis, detur tamen aliis modis, qui citra appellationem intentari solent, nimirum per viam recusationis, nullitatis, & restitutionis in integrum, vt Marantam *de ordin. iud. part.* 6. *de appellat. vers. Secunda principalis regula*, *num.* 371. Ant. Naldum *in quæst. moral. verb. Vicarius, num.* 4. *pag.* 919. & per viam reseruationis, vel auocationis alicuius causæ ex sibi alias in generali mandato com-
missis, † quas potest idem Episcopus in se assu- 8
mere, vel aliis specialiter delegare, vt docet Couarr. *in pract. cap.* 9. *num.* 1. *vers. Primò hinc deducitur*, Azor 2. *tom. inst. moral. lib.* 3. *c.* 37. §. 18.

quæritur,

quæritur, & nouissimè Anguian. *de legib. lib.2. controuerf.26. num.11.*

Et † semper intelligitur esse maior, & firmior potestas Episcopi, quam eius Vicarij, & Episcopus maior est Vicario. Vnde prohibere potest, † ne delegatus Vicarij procedat, Bart. *in l. iudicium soluitur, de iudic.* Bertachin. *in tract. de Episcop.3. part. lib.4. num.* 48. & mutare, seu moderari pœnas à suo Vicario constitutas, vt concludit Aloisf. Riccius *in prax. var. resolut. 1. part. resol.* 304. Marc. Ant. Genuensf. *in prax. Archiep. cap.* 48. *num.* 3. & Dom. D. Felician. à Vega *in d. §. de adulteriis, num.* 57. *& seqq.*

Sed quoniam Mihi (hic, vt in aliis) ea tantùm prosequi cordi est, quæ in prouinciis Indiarum vidi in dubitationem, & disputationem incidere, & quorum resolutioni, vel consulendo, vel iudicando interfui. Illud primum assumo, † vtrum Episcopi teneantur, etiam nolentes, & reluctantes huiusmodi Vicarios, vel Visitatores habere, & constituere, vel possint, si velint, eos excusare, & per se ipsos ea omnia munia subire, & exercere, quæ illis committi solent, provt de facto exercere tentauit quidam Arequipensis Episcopus. Et breuiter respondi, quod si Episcopus in sua Diœcesi residet, eaque breuis sit, ita vt per se possit omnibus negotiis vacare, non tenetur habere Vicarium, vt expresſè docet Boer. *quæst.*347. *n.* 6. *part.* 2. Puteus *decis.*43. *&* 44. *lib.* 2. Ioan. Paul. Lancellot. *lib.* 1. *instit. iur. Canon. tit. de offic. Vicar. verb. Non potest.* Cæterum si secus res se habeat, & Episcopus omnibus negotiis sufficere nequeat, vel dum in litigiis dirimendis, delinquentibus corrigendis, aliisque exequendis, quæ per Vicarios solent, & possunt communiter expediri, Ecclesiæ suæ regimini, commissi Dominici gregis curæ, orationi, & prædicationi, aliisque rebus spiritualibus desit, in quibus maximè pastoralis solicitudo versari debet; vt inquit Concil. Trident. *sess.* 5. *de reform. cap.* 2. Tunc absque dubio tenebitur Vicarium generalem constituere, vt insinuat gloss. *4. in cap. petiisti* 17. 7. *quæst.*1. *& in cap.2.verb. Statuuntur, ne Prælati vices suas*, Abbas *in cap. quoniam, de offic. Ordinarij*, vbi docet, in causis necessariis, veluti iudiciariis quibuscunque, debere Vicarium constituere, & ita fuisse terminatum in Rota refert Puteus *decis.* 43. *lib.* 2. *num.*2. Mosconius *d. cap.*10. *pag.*266. *vers. Tandem*, Quaranta, & eius Additionator *in summa Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas, fol.* 75. Sbrozius, qui ad partes disputat, *lib.* 1. *q.* 46. *& quæst.* 55. Nauarr. *cons.*4. *de offic. Ordin.* vbi, post Abbatem, *vbi suprà* resoluunt, posse in dictis casibus Archiepiscopum constituere Vicarium Episcopo negligente, & latè Gratian. plures alios referens, *lib.* 1. *discept. forens. cap.* 93. & noster Flores Diez de Mena, omnino videndus, *lib.*1. *var. quæst. q.* 8. §. 1. *num.* 2. *& seqq.* Quorum doctrina iuuatur † *ex illo Deuter. c.*1. vbi Moyses: *Non valeo* (ait) *solus negotia vestra sustinere, & pondus, & iurgia. Date ex vobis viros sapientes, ac gnaros, & quorum conuersatio sit probata in Tribubus vestris, vt ponam eos vobis Principes. Tunc respondistis: Bona res est, quam vis facere.*

Vnde † Tiberius Imperator apud Tacit. *lib.*1. *annal.* inquit: *Nec vnius mentem esse tanta molis capacem.* Et † in militaribus, & plerisque aliis 14
officiis, Subadiuuæ, & Vicarij iis constituebantur, qui erant ægritudine, vel grauioribus occupationibus præpediti. Qui Optiones † vo- 15
cari solebant, de quibus Vlpian. *in l.* 6. §. *fin. D. de bon. damnat.* vbi Budæus, Veget. *de re milit. lib.*2. *cap.* 7. Guther. *lib.* 3. *de off. dom. August. cap.*19. Brisson. Kalinus, & alij *de verb. iur. verb. Optio*, noster eruditissimus, & cultissimus D. Laurent. Ramirez de Prado in Tessera legum *in l. super creandis* 11. *C. de iure Fisci, lib.*10. & D. Martin. Larreategui, Pintianus Senator meritissimus, *lib.* 5. *select. cap.* 1. *num.* 1.
pag. 261. & alia in simili tradentes, de † Adiu- 16
toribus dandis Politicis Magistratibus, Petr. Gregor. *lib.* 10. *de Repub. cap.* 3. *num.* 6. Iacob. Tapia de Aldana *de triplici bono, lib.*6. *fol.* 174. *colum.* 2. & fusius Ianus Langlæus *lib.*7. *semest. cap.*40.

Quod tamen, non ea mente dictum videri
volumus, vt Episcopi † ipsam eandem curam, 17
quam suis Vicariis & Visitatoribus generalibus committunt, relinquant, quin potius simultaneè, vbi opus fuerit, exerceant, & de moribus, & gestis eorum vigilanter, & diligenter inspiciant, & inquirant, vt cauetur in Trident. *sess.* 24. *cap.* 16. *& in l.* 4. *tit.* 7. *lib.* 7. *Recop.*
Nam re vera † frons occipitio prior, & oculus 18
domini saginat equum, vt veteri circumfertur prouerbio. De quo Xenoph. *lib.* 5. *memorab. Arist. œconomic. cap.* 6. Cato *de re rustic. cap.* 4. Plinius *lib.* 18. *cap.* 5. Erasm. *in adag.* vbi referunt apophtegma illius, qui interrogatus, quale † stercus esset optimum ad agros fœcundan- 19
dos? respondit: *Domini vestigia.*

Et in ipsis nostris terminis Espencæus *lib.* 3. *digress. cap.* 22. vbi ex Ioan. Echio *homil.* 2. *de
sanct. Steph.* ait: † *Nostrates Prælatos Aposto-* 20
licum ordinem inuertere, dum spiritualia grauiora, quam quæ subeant, rati, in Pontificalibus, suffraganeorum, in iudicialibus, officialium, in absoluendis peccatoribus, pœnitentiariorum ope vtuntur, in prædicatione Monachum aliquem, nescio quem, proferunt; in aliis spiritualibus alios habent Vicarios. Sin qua in re census, aut reditus laborant, & temporalia quis moratur, extrà moram hæc res ad ipsum dominum Episcopum referenda.

Quare idem Espencæus satyricè subdit, se meminisse, D. Ioddocum magni tunc nominis
concionatorem, † polliceri palam solitum hu- 21
iusmodi Episcopis futuro seculo Vicariam quidem salutem, personalem verò perniciem: *Adibunt* (aiebat) *concionabundus huiusmodi, per Vicarium paradisum, in persona inferos.* Etenim
† Christus Dominus Petro, & in eo reliquis 22
Prælatis dixit: *Pasce oues meas: non verò, cura vt alij pascant oues meas*, vt præclarè animaduertit (alia circa hoc congerens) Bellarm. in admonitione ad Episcopum Nepotem *contro-
uers.* 1. Non enim † satis feliciter procedunt, 23
quæ oculis agas alienis, vt Liuius scribit, &
† par erit culpa in Prælato, si per alios suas 24
oues deglubi patiatur, ac si ipse deglubeat.

Vnde Paul. 2. *ad Corinth. cap.* 12. *vers.* 16. non contentus innocentiam suam hac in parte purgare, adiecit: *Numquid per aliquem eorum, quos misi ad vos, circumueni vos?* hoc est, vt ibidem exponit noster Mariana: *Decepi vos exigendo aliquid per alios*: & Petrus Blesensf. *epist.*

25 *epist.* 25. † malos & cupidos Vicarios Episcoporum, non officiales, sed officiperdas, & eorum sanguisugas vocat, sic inquiens: *Credo huiusmodi officialibus, non ab officio nomine, sed ab officio verbo, manasse vocabulum. Nam genus hoc hominum est, quod dicunt officiperdi. Tota officialis intentio est, vt ad opus Episcopi suæ iurisdictionis commissas miserrimas oues vice illius tandem emungat, excoriet. Isti enim sunt Episcoporum sanguisugæ euomentes alienum sanguinem, quem biberunt.*

Secunda quæstio, quæ sæpius etiam circa Vicarios Episcoporum in his partibus Indiarum
26 rum ventilatur, ea est. Vtrum † Monachi possint esse Vicarij? Nam cum plures Episcopi ex Religione, & Cœnobiis hodie assumantur, & hi secum ferant in socios alios Cœnobitas, volunt, & solent eis hoc munus demandare, prout accidit in Episcopo Quitensi, Panamensi, Guamanguensi, & in aliis passim. Quorum occasione graues querelæ in Regiis interdum Audientiis introducuntur. In quibus planè decidendis, parum difficultatis habere possumus, si
27 sequamur generalitatem cuiusdam † schedulæ ad huius articuli determinationem expeditæ, quæ extat *in* 1. *tom. pag.* 118. & ita habet. *El Rei. Reuerendo en Christo Padre Obispo de San Juan de Puerto Rico, del nuestro Consejo. Nos somos informado, que teneis por vuestro Prouisor, y Vicario general en esse Obispado à vn fraile Francisco de vuestra Orden; y sabiendo vos, que esta no es de las causas que se deben admitir, no fuera razon que lo huuierades hecho, ni que se entendiera que excedeis de lo que es iusto; porque vuestro oficio es proprio de dar exemplo: y porque el mal que desto resulta no passe adelante, os ruego y encargo, que luego remouais del dicho cargo al dicho fraile Francisco, proueyendole en persona que no sea fraile, el qual lo deba exercitar conforme à lo que dispone el derecho Canonico. Fecha en Badaioz à* 26. *de Mayo de* 1580. *años.* Sed Ego restringendam quidem existimaui ad casum Regularis ex Minoritis, vel aliis Mendicantibus, de quo specialiter loquitur, quoniam tales funditus pro mortuis habentur, Clement. exiuit, de verb. signif. & contra professionem suam faciunt, vbi se his negotiis immiscent, Clem. in plerisque, *de elect. Clement.* 1. §. *ad prioratus, de regular.* Et pariter, quia in negotiis forensibus periti esse non solent. Card. Alexand. *in cap. si quis, dist.* 58. *in fine*, Re-
28 buff. *de Vicario, num.* 32. In † aliis vero Monachis, & multo magis in Canonicis Regularibus, qui appellatione Clericorum veniunt, secutus sum communem Doctorum traditionem, qui admittunt, Vicarios Episcoporum esse posse, dummodo ad hoc superiorum suorum licentiam habuerint, vt per text. *in cap.* 1. *& cap. generaliter, & cap. de præsentium*, vbi gloss. 16. *quæst.* 1. gloss. *in cap. si quis, dist.* 68. Rebuff. *vbi suprà num.* 30. DD. *in Clement.* 2. *de rescript.* Guid. Papæ *decis.* 563. Francisc. Marcus *quæst.* 1286. *part.* 1. Rota *decis.* 3. *de offic. Vicarij*, Vantius *tit. de nullit. ex defectu iurisd. deleg. num.* 82. Fuschus *de Visit. cap.* 17. *num.* 100. *lib.* 2. Graph. 2. *part. decis. lib.* 3. *cap.* 20. *n.* 14. Moscon. *de maiest. Eccles. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 10. *pag.* 272. Campanil. *in diuers. iur. Canon. Rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 118. & alij plures, quos refert & sequitur Aug. Barbosa *in collect. ad cap.* 1. *de filiis presbyter. pag.* 188. *n.* 8. Vbi addit, † quod etiam si ad Vicariatum requiratur qualitas legitimitatis (de quo vide Nicol. Garcia *d.* 5. *part. cap.* 8. *in additionibus, num.* 10.) sufficit dispensatio, quæ in Monachis super hoc defectu inducitur per ingressum Religionis. Et melius, ac latius cæteris, rem ad partem disputans, & sub prædicta distinctione resoluens, Sbrocius *d. tract. de Vicar. Episcop. lib.* 1. *quæst.* 38. *per totam.* Qui ibidem *num.* 14. *vers. Secundò principaliter*, hoc securius procedere tradit, † quando Episcopus Monachus habet secum alium Religiosum de suo conuentu, quia solus stare non debet, qui propriè est casus, de quo tractamus. Et licet Segura de Auilos *in direct. iud. Eccles.* 1. *part. cap.* 12. *num.* 2. *& seqq.* ex sententia Specul. Papæ licentiam ad hoc requirat, contrarium tamen receptius est, vt sola superioris Religionis sufficiat, vt per alios Auctores supra relatos. Et ipse Segura *num.* 7. fatetur, quod si Monachus esset eminentissimæ scientiæ, & prudentiæ, posset tunc de sola licentia Superioris à claustro auocari, vt extra iurisdictionalia, pro regimine, rectáque Episcopatus gubernatione Episcopo consulat, & assistat, † quamuis melius sit, vt omnino ab his muneribus abstineant, vt rogat schedula suprà relata, communem Hispaniæ morem secuta, vbi nunquam, vel raro vidimus Religiosos cuiusuis Ordinis ad Vicariatus admitti, & tradit alia, latè hunc articulum disputans Thom. Sanchez *in summa lib.* 6. *capit.* 13. *ex numer.* 88.

Tertiò, † an Episcopus iam consecratus, alterius Archiepiscopi, vel Episcopi Vicarius esse possit; nuperrimè dubitatum fuit, in casu D. Feliciani de Vega, qui gerebat officium Vicarij generalis Illustrissim. Archiepiscopi Limensis, quo plus quam viginti quatuor annis laudabiliter functus est, & cum esset ad Episcopatum Popaianensem electus, & consecratus, & mox ad Pacensem translatus, & interim dum profectionem parabat, Vicariatum continuaret, aliqui æmuli hanc promotionis, & consecrationis exceptionem ei opposuerunt, quæ tamen viribus caruit, & ab eodem Præsule doctè repulsa fuit. Quoniam nullo iure prohibitum reperitur, vnum Episcopum, alterius esse Vicarium, quin potius, si necessitas, vel iusta alia causa suaserit, permissum esse, apertè ostendit text. *in cap. quoniam in plerisque* 14. *de off. Ordin.* & post Archidiacon. Rebuff. & plures alios, quos refert, docet Sbrozius *d. lib.* 9. *quæst.* 44. *num.* 2. & iterum *lib.* 2. *quæst.* 5. *num.* 10. Vbi ex supposito, quod possit esse Vicarius, quæstionem mouet, † an possit ibidem tanquam Episcopus Pontificialia exercere? & resoluit, posse, saltim cum proprij Archiepiscopi, vel Episcopi speciali mandato. Quod etiam tenet Azor 2. *part. instit. moral. lib.* 3. *cap.* 45. *quæst.* 9. & alij, quos refert Barbosa *in Pastorali,* 3. *part. alleg.* 54. *num.* 83. & idem supponit Ancharr. *in cap. fin. de off. Vicar. lib.* 6. Vbi loquitur de quodam Archiepiscopo, qui Episcopum, pro tempore absentiæ suæ, Vicarium elegit, & Menoch. *consil.* 51. *num.* 59. *volum.* 1. qui licèt hoc regulariter prohibitum esse sentire videatur, postea tamen id, extante causa vrgentis necessitatis, permitti posse inquit. Quinimò & sine ea, vbi Episcopi

copi † titulares, siue (vt alij eos vocant) *Nullatenses*, vel *Nullatenentes* sunt, quotidiana praxi in Regnis Hispaniæ, & Italiæ receptum videmus, & obseruat Sbrozius *d. cap.* 31. *num.* 18. & 19. & generaliter, quoties ex eorum absentia propriæ Ecclesiæ nullum notabile detrimentum generari possit, vt ex doctrina Caietani, & aliorum, probat Gabr. Vazquez *in opusc. de benef. cap.* 4. *art.* 1. §. 2. *dub.* 2. *num.* 143. *pag.* 770. & Bonacina *in tract. de onere, & oblig. benef. ad resid. disp.* 5. *part.* 5. *num.* 10. *in fine*. Cæterum † si dictus dominus Electus Pacensis, ob ambitionem Vicariatus alienæ Ecclesiæ, propriam desereret, & ad residentiam in ea faciendam primo quoque tempore, vbi ei opportunitas data fuisset, iter non arriperet, tunc grauiter quidem peccaret, & incideret in pœnas Trident. *sess.* 23. *de reformat.* & Bullæ Pij IV. 4. Septemb. ann. 1560. Quæ intra quatuor menses Episcopos omnes comparere, & residere iubet, quæ licet loquatur de his, qui post acceptam possessionem se absentauerant, vt ex eius tenore patet, & magis apertè ex alia strictiori constitutione, quam nuper promulgauit Dom. ac Pontifex noster Papa Vrbanus VIII. dat. Rom. ann. 1635. Ex identitate tamen rationis extendi † potest ad recenter promotos, & consecratos, si absque iusta causa Ecclesiæ sibi commissæ possessionem capere distulerint, quamuis ad hoc nullum certum tempus à iure præfixum reperiatur, vt aliud agens agnoscit Nicol. Garcia *de beneficiis, part.* 11. *cap.* 6. *numer.* 12.

Quartò, sæpissimè dubitari contingit, † an hi Vicarij generales Episcoporum Indiarum, debeant esse Presbyteri, vel saltim in sacris Ordinibus constituti? Quoniam passim aliqui Prælati eos huic muneri præficiebant, qui solum prima clericali tonsura initiati erant Et sanè hoc tantùm sufficere, dummodo ita censuratus, coniugatus, vel bigamus non sit, & ætatem legitimam 25. annorum habeat, & in habitu clericali incedat; apertè docemur *in cap. iudicatum* 89. *dist. cap.* 2. *de cleric. coniug. cap. in noua* 16. *quæst.* 7. cum aliis relatis per Abbat. *num.* 12. *decis.* 5. Ripam 56. Burg. 40. Mant. 33. *in cap. decernimus, de iudic.* Rebuff. *d. tit. de Vicar. Episcop. num.* 37. Lancel. Conrad. *in temp. omn. iud. eod. titul.* 1. *num.* 2. Sbroz. *lib.* 1. *quæst.* 31. *per totam*, Moscon. *d. cap.* 10. *pag.* 271. Cened. *in collect.* 4. *ad Decret.* Nicol. Garcia *de benef.* 5. *part. cap.* 8. *in princip.* Segura *in direct.* 1. *part. cap.* 11. *num.* 6. & nouissimè Dom. Præses Valençuela *cons.* 101. *num.* 67. & 68. *volum.* 2. & D. Felician. à Vega *in d. cap. decernimus, num.* 149. & *num.* 154. Et licet Clemens VIII. in quodam † Breui mandauerit, omnes Vicarios præsentes, & futuros debere esse sacris Ordinibus initiatos, & alias eorum deputationem nullam, & inualidam esse, hoc tamen Breue in Hispania nec publicatum, nec receptum fuit, & eo non obstante continuatur consuetudo nominandi Vicarios primæ coronæ, provt & in prouinciis Indiarum nominari vidi in Archiepiscopatu Limensi, & Episcopatu Truxillano, & tradit (de eodem stylo testificans) Nicol. Garcia *d. cap.* 8. *num.* 11. *cum seqq. & in addition. ad idem caput, num.* 14. & *seqq.* & Mauricius de Alcedo *de praexcellen. Episcop. dign.* 2. *part. cap.* 2. *num.* 4.

Quamuis † inficiari nolo, nec possum, longe decentius esse, vt, si fieri possit, ex Presbyteris eligantur. Neque enim posse eum, qui sacris non sit initiatus, Ecclesiasticarum causarum, & multo minus personarum esse iudicem, patres palam contestantur, vt patet ex D. Athanas. in epist. ad solit. vit. agent. D. Ambros. *lib.* 5. *epist.* 32. & Alano Coppo *dialogo* 1. *cap.* 21. *pag.* 138. Intercedente † tamen 41
dispensatione Romani Pontificis bene possunt laici etiam coniugati esse Vicarij generales Episcoporum, & alias causas ciuiles & criminales clericorum audire, & expedire, vt dixi *sup. hoc lib. cap.* 2. *ex num.* 44. & 50. Et aduertit Sbrozius *de c.* 31. *num.* 14. & *seqq.* vbi adducit † exemplum in 42
Paulo de Castro, qui omnino laicus, & coniugatus, fuit constitutus Vicarius generalis Florentiæ in spiritualibus, decreto Martini V. vt ipse idem Castrens. narrat *consil.* 220. *Visa quadam disputatione*, & Thomas Dipsonatus in eius vita.

Quintò, non minus frequenter dubitatum vidi, † de loco, quem in choro, & in Synodo Prouin- 43
ciali & Synodali habere debeat Vicarius generalis, & an præcedat Archidiaconum, tam absente, quam præsente Episcopo? In quo articulo licet Nauarr. *cons.* 1. & 2. *de maior. & obed.* & Menochius 91. *lib.* 1. & *cons.* 257. *lib.* 3. Archidiaconi partes defendant; reliqui tamen DD. pro Vicario stare videntur, ita vt dicant non valere consuetudinem in contrarium, vt constat ex Abbat. *cons.* 21. Chassan. *in Catalog. glor. mund.* 4. *part. consid.* 46. Boer. *de author. mag. cons. num.* 74. & *seqq.* Bertrand. *consid.* 23. *num.* 8. *lib.* 1. Rebuff. *in praxi, tit. de Vicar. Episcop. num.* 7. Franc. Marco *decis. Delphin.* 619. *n.* 3. Lancel. Conrad. *in temp. Iud. lib.* 2. *c.* 6. §. 2. *num.* 14. *cum seqq.* Azeued. *in Curia Pisana, lib.* 2. *c.* 2. *n.* 19. Sarmient. *lib.* 7. *select. c.* 17. Sbrozio, qui plures alios refert, *lib.* 2. *c.* 25. Flam. *de resignat. benef. lib.* 7. *q.* 24. *in fin.* Læl. Zech. *de Rep. Eccles. c.* 23. *num.* 7. Cerola *in prax. verb. Vicarius, vers.* 15. Steph. Gratian. 2. *tom. discept. forens. cap.* 298. *num.* 37. Gambara *de off. legati, lib.* 3. *num.* 109. M. Anton. Cuchus *lib.* 2. *maior. instit. tit.* 83. *num.* 99. Tusch. *litt. V, concl.* 184. & nouissimè, & latissimè Dom. Præses Valençuela, qui nihil intactum relinquit, *cons.* 101. *per totum.* Et secundum hanc receptiorem, & veriorem sententiam † Limanus Conuentus iudicauit, lite 44
ad eum per viam violentiæ deducta, super præcedentia Vicarij in Concilio Synodali contra Archidiaconum, & Capitulum Ecclesiæ Limanæ; quia à solo Decano præceditur, in quo Capitulum Ecclesiæ repræsentatur, quod verum est Vicario præferendum esse, vt docent Auctores supra relati, & præcipuè Menoch. *d. cons.* 257. *num.* 94. In quo consilio multa notatu digna reperies de his præcedentiis Ecclesiasticis, & eleganter Ant. de Prætis *de iurisd. Episcop. tom.* 13. *tract. part.* 2. *c.* 6. & 7. *per tot.* vbi securè resoluit, quod Vicarius debet præcedere omnes Canonicos, & Dignitates, excepto Decano, siue in præsentia, siue in absentia Episcopi, etiam si aliqui ex illis essent Episcopi, sed ibi sederent, vt dignitates, & quod, qui contrarium prætendunt ambitione, & quod † in 45
omnibus Capitulis sunt æmuli, & capita Eteroclita, id est, factiones mouentia.

Quod tamen bene limitat *d. cap.* 6. *num.* 52. nisi † talis Vicarius esset simul Canonicus, & ingre- 46
deretur chorum, vt talis, in apparatu Canonicali, quia tunc sederet in loco sibi, vt Canonico, quia tunc sederet in loco sibi, vt Canonico contingenti, secundum Domin. *in cap. à collatione, de appellat. lib.* 6. Vbi plura alia exempla ad hoc probandum

dum adducit, & latè Panuin. *de offic. & potest. Capit. sede vacant. quæst.* 10. *part.* 4. *vers. An autem Vicarius Capituli*; & hæc est praxis communis omnium Ecclesiarum, & secundum eam his proximis diebus consului ad interrogationem Illustriss. & Reuerendiss. Episcopi Pampilonensis: quia etiam Episcopi, & Prælati, si sunt de aliquo Collegio, sortiuntur locum non secundum dignitatem Episcopatus, sed secundum antiquitatem dignitatis Collegialis, vt pulcrè tradit Seraphin. *decis.*1058. & Purpurat. *in l.* 1. *D. de offic. eius*, *num.*195. vbi quod Episcopus scholaris debet in actibus Vniuersitatis præcedi ab eius Rectore, de quo etiam Gratian. 1. *tom. discept. forens. cap.* 106. *numor.* 4. & post alios Anguianus *de legib. lib.* 3. *controuers.* 33. *n.* 85. vbi, quod Rector Complutensis in actibus Vniuersitatis præcedit Archiepiscopum Toletanum. Et quod Episcopus, qui in aliqua Ecclesia vt Canonicus adest, debeat post Decanum sedere, Panorm. *in cap. postulasti*, *à num.* 8. *de concess. præbend.* Gratian. *suprà num.* 9. Barbosa *de Canonic. cap.* 36. Anel. de Amat. *consil.* 30. Iacob. Gall. *cons.*29. *num.*33. Luna *cons.* 4. Alcedus *de præst. Episcop.* 2. *part. cap.* 1. *num.*61. Ponte *decis.*8. & Fulu. Constantius *in l.* 1. *C. de Consulib. lib.* 12. *n.* 16.

47 Vnde † cautè legenda, & practicanda est quædam sched. Regia, dat. Matr. 9. Iulij ann. 1630. In qua cum Tlascalensis Archidiaconus quereretur, sibi suum in choro locum ab Episcopo adimi, vt Vicario relinqueretur, iniunctum Episcopo fuit, vt id excusaret, & generaliter statutum, Archidiacono suum locum, etiam præsente Vicario, relinquendum, nisi vbi contrarium vsu, & consuetudine inualuisset. Nam re vera (iuxta supra relata) consuetudo ex parte Archidiaconi petenda esset, quinimò & eam illi non prodesse, Abb. & alij sentiunt. Vnde hæc schedula opinioni Nauarr. & Menoch. qui Archidiaconum præferunt adhæsisse videtur.

Sextò, frequenter agi solet de quæstione remotionis Vicarij, semel ab Episcopo nomina-
48 ti. Et † an cum causa, vel sine causa, & ad nutum eius fieri possit? Et quamuis Abb. *in cap. tua uobis*, *num. final. de offic. Vicarij*, & plures antiquiores, & recentiores, quos nouissimè refert Nicol. Garcia *in addit. ad tract. de benef.* 3. *part. cap.* 7. *num.* 22. D. Valençuela *cons.* 101. *num.*10. *volum.* 2. ad nutum reuocari posse existiment, etiam si iuramentum de non reuocando tempore nominationis præstitum sit. Contraria tamen opinio verior & receptior est, & hodie praxi obseruatur, nimirum, vt causa, & ea quidem grauis ad talem remotionem desideretur, propter huius officij dignitatem, & existimationem personarum, quæ ad illud eligi solent, & pro eorum manutentione sæpissimè Regiæ prouisiones expediri solent, vt constat ex relatis à Boer. *decis.*49. *num.* 23. *& de auth. magn. Consilij*, *num.* 154. Ioan. Gutier. *lib.* 3. *pract. cap.*11. *num.* 4. Iacob. Sbrozio *d. tract. de offic. Vicar. lib.* 3. *quæst.* 32. Ceuall. *pract. commun. quæst.* 422. *num.* 26. *& in tract. de violent.* 2. *part. quæst.* 62. *à num.*34. Flores Diaz de Mena *in pract. quæst. cap.* 10. *num.* 34. *& seqq.* Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 41. *&* 42. Auiles *in cap. Prator. cap.* 1. *gloss. verb. Fiel*, *num.* 42. Burgos de Paz *cons.* 21. *num.* 5. D. Valençuela *d. cons.*101. *num.*7. & latius *cons.* 130. *num.* 38. vbi *num. seqq.* idem tenendum esse ait in Vicariis, siue Locumtenentibus Correctorum, de quibus Bobad. *in Polit. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 18. Et quid in Vicariis nominatis à Capitulo sede vacante dicemus *inf. c.* 13. *ex num.* 56. vbi etiam de syndicatu Vicariorum agemus *ex num.* 26. & generaliter, quod etiam in amobilibus ad nutum requiratur causa, M. Mantua *decis.*19. *part.*2. Boer. *decis.*149. *à n.*11. Chassan. *in Catal.* 7. *part. consid.* 33. Burg. de Paz *d. cons.*21. *per tot.* & Padilla *in l. cum quis*, *C. de iur. & fact. ignor.* & nouissimè de Vicar. Episcoporum, & aliis officialibus loquens D. Ioann. Bapt. de Larrea *discept. Granatens. cap.*2. *ex num.* 1.

Septimò, omissis aliis, quæ de Vicariis generalibus Indiarum tradit Fr. Ioan. Bapt. *in aduertent. confess. fol.*140. *& fol.* 200. *& fol.* 357. & qualiter Religiosi mendicantes non possint vti omnimoda intra duas diætas, vbi eiusmodi Vicarij morantur. Sciendum † est eosdem Vicarios posse etiam esse Visitatores generales suarum Diœcesum, dum tamen hoc eis specialiter ab Episcopo committatur, vt deciditur in Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 3. & resoluit Rebuff. *in prax. titul. de form. Vicar. num.*100. *& seqq.* Sbrozius *vbi suprà lib.* 2. *q.*130. *num.*2. Paul Fuscus *de Visitat. lib.*1. *cap.*2. Azor. *instit. moral. part.*2. *lib.* 3. *cap.*45. *quæst.*4. Vgolin. *de potest. Episc. cap.*4. §. 7. *vers. Tertiò, nec visitare*, Narbon. *de appellat. à Vicar. ad Episc. part.*1. *num* 224. & Barbos. *in Pastoral.*3. *part. alleg.* 73. *num.* 28. cuius rei ratio ea est, quod in mandato Vicariatus veniunt tantum ea, quæ Episcopis competunt ratione iurisdictionis ordinariæ. Ius † autem visitandi competit eis ex lege Diœcesana, saltem quantum à visitatis procurationem recipit, vt per text. & DD. *in cap. conquerente*, §. 1. *& cap. dilecto*, *de offic. Ordinarij*, *cap. inter vos*, *de sent. & re iudic.* cum aliis, quæ adduxi *suprà cap.* 7. *ex num.* 25. & tradit Marian. Socin. *de visitatione*, *quæst.* 1. *num.* 2. & Dom. Acuña *in notis ad cap. non debere* 5. *dist.* 80.

Et est † adeo necessarium, & substantiale, vt per Concil. Trid. *d. cap.* 3. multum Episcopis iniungatur, vt per se ipsos, si fieri possit, talem visitationem faciant, vel vbi legitime impediti fuerint, per suos Vicarios generales, aut idoneos, & probatæ vitæ Visitatores. Quod etiam eisdem valde commendatur in sched. dat. apud D. Laurent. 5. August. ann. 1577. & in aliis, quæ reperiuntur 1. *tom. pag.* 164. *& pag.* 116. & esse conuenientissimum suadent rationes, quas de vtilitatibus, quæ ex domini oculis proficiscuntur, adduxi *suprà hoc cap. num.* 21. *& seqq.* Quibus nunc addo, in materia visitationis loquentem D. Greg. Nazianz. *epist.* 34. vbi sic quendam Episcopum excitat, † qui locorum circuitu, & itinerum laboribus ab hoc munere per se exemplo deterrebatur: *Locorum circuitu angeris, tibique instabilis esse videris, quemadmodum ligna, quæ aquis feruntur. Absit, Vir Eximie, absit vt ita affectus sis: illorum enim cursus coactus est, tuus autem circuitus Deo gratus, & acceptus. Fixumque tibi, ac stabile est, multis prodesse, quamuis loco minimè fixus sis. Nisi vero quis Solem accuset, quia in orbem currit, radios fundens, atque omnibus rebus, quas obit,*

obit, vitam afferens, aut etiam inerrantes stellas laudans, Planetas accuset, quorum error ipse quoque compositus est, atque concinnus. Et sanè placet hic illud † consilium Columellæ *lib. 2. de re rust.* vt frequenter dominus, si possit, agrum suum exerceat, & inspiciat: *Et frequentius se venturum, quam sit venturus denuntiet, sub hoc enim metu villicus cum familia erit in officio.*

Quod munus † visitationis, prædicationis, & recognitionis suarum ouium, vt præcipuum Episcopalis instituti, omnibus Prælatis sub districta vltione imperatur *in cap. irrefragabili, & in cap. inter cætera, de off. Ordin.* & grauiter commendatur *in l.6.tit.3.lib.1.Recop.*& de nostro Indiarum iure in sched. dat.Matrit.5. Decemb. ann. 1608. quæ si Episcopi hac in parte negligentes fuerint, Metropolitanis iniungit, vt ipsi accedere, vel mittere possint ad visitandas Diœceses suorum suffraganeorum, & tradit alia Menoch. *de arbit.cas.*424. Vbi post alios necessitatem, & vtilitatem harum visitationum commendat, † & arbitrio iudicis relinqui docet, pœnam Episcopi negligentis, necnon & tempus, quo visitatio fieri debeat. Et quod Episcopo affirmanti se non posse visitare, quia est impeditus, credi debeat, Sbroz. *d. lib. 2. quæst.* 121.

Ad quam quidem visitationem omni † iure moderatis sumptibus, & cum paruo comitatu ire iubentur, ita vt procurationis sibi designatæ quantitatem nullo modo excedant, & quærant, quæ Iesu Christi, non quæ sua sunt, vt constat *ex cap. cum Apostolus, cap. olim, cap. sopita, cap. procurationes, de censib. Extrauag. communica, eod. tit. cap. exegit, eod. in 6. cap. cum ex officij, de præscrip.* Conc. Trid. *d. sess. 14. c. 3. de refor. vers. Interim,* ibi: *Exceptis tantum victualibus, quæ sibi, ac suis frugaliter, moderatéque pro temporis tantum necessitate, & non vltra, erunt ministranda.* Circa quod plures vtiles quæstiones inuenies apud Nauarr. *cons. 1. & 12. tit. de censib.* Cerol. *in prax. Episcop. 1. part. verb. Visitatio, §. 1. & seqq.* Stephan. Gratian. *lib. 1. discept. forens. cap. 57. num. 16. cum seqq.* Vgolin. *de off. Episcop. cap. 49. §. 3.* Sbroz. *d. lib. 2. quæst. 112. & 113.* vbi quod valet consuetudo, quod nihil detur, & quod ad euitanda scandala deberet Episcopus dare omnia necessaria Visitatori. Sayr. *in Floribus decis. sub tit. de censib. decis. 1. & 11.* Card. Tuschus *litt. V, concl.* 218. D.R. Acuña *in cap. 5. 80. dist.* Franc. de Leo *in Thesaur. for. Eccles. part. 2. c. 16. à n.* 41. Paul. Piasec. Genuens. Beller. & plures alij, quos refert Aug. Barbos. *in Pastor. d. 3. par. alleg. 73. n. 50. & seqq. & in nouissimis collect. ad Conc. Trid. d. cap. 3. pag.* 388. & 389. & omnino Petr. Surd. *in tract. de aliment. tit. 4. quæst. 22. per tot.* & Adam Gontz. *lib. 6. polit. c. 14 & 15.* plura alia satis notanda de his visitationibus adducentes.

Et quoad nostrarum Indiarum Visitatores, idem grauiter cautum est † *in Conc. III. Limens. act. 4. c. 4.* cuius verba relatu mihi digna videntur, & ita habent: *Visitatores, vt non solum excessus corrigant, sed etiam exemplo modestiæ, & Christianæ sobrietatis ædificent, nullo modo patiantur pompam, aut profanum apparatum, aut nimios sumptus in occursationibus, & hospitationibus sibi exhiberi. Munera quæcunque, aut commodi aliquid præterea, quæ sunt à iure permissa, neque Visitator ipse recipiat, neque suos recipere permittat; sed neque emat, neque permutet, cum his, qui visitantur equitatum, aut aliquid aliud si quid eiusmodi acceperit, sciat se ad dupli restitutionem intra mensem faciendam iuxta constitutionem Concilij Tridentini in conscientia teneri. Quod si non restituerit intra prædictum tempus, ab omni beneficio, & officio esse suspensum, secundum Greg. X. in Concilio generali editam sanctionem, quæ habetur in d. cap. exegit, de censib. lib. 6.*

Iuxta quæ intelligenda est schedula Regia 2. Iunij ann. 1557. quæ habetur *in 1. tom. impress. pag.* 116. dum iubet, † ne Indi Indorumuè populi, aut communitates quicquam sub procu- 58
rationis nomine visitatoribus tribuant, ea reddita ratione, quod laici ad hæc nullo modo tenentur. Quod etiam multum curandum esse inquit noster Ioan. Matienz. *in tract. M. S. de moder. Reg. Perù, 1. par. cap. 27.* ob id, quod graues molestiæ, extorsiones, & vexationes à miseris Indis sub nomine eiusmodi, & aliarum procurationum fiunt, quas Peruani vocant *Camàricos.* Etenim hoc procedet, nisi vbi fuerit contraria consuetudo, quam non damnat, sed potius obseruari iubet Concil. Limens. *vbi suprà* sequens vestigia Conc. Trid. & prosequitur Barbosa *d. alleg. 73. n.* 48. tractans, qualiter præscribi possit exemptio, vel præstatio procurationis. Et ita reperio prouisionem quandam D.D. Martini Enriquez, Peruani Proregis, dat. 13. Nouemb. ann. 1587. quæ non obstante dicta Regia schedula Visitatoribus ab Indis tribui iubet: *Cada quatro dias doze gallinas, dos carneros de la tierra, dos fanegas de maiz, y vna de harina: y en dia de pescado veinte y quatro hueuos, y quatro libras de pescado, y yerua y leña. Y siendo el pueblo de mas de quinientos Indios, hasta mil, doblado, con que por esto no adquieran possession, ni derecho alguno à lo que assi se les manda dar.* Quamuis hæc taxatio arbitrio Episcoporum relinqui videatur *in Concil. Limens. II. ann. 1567. cap. 110. pag. 30.* ibi: *Que los Obispos visiten sus ouejas, ò embien Visitadores, a los quales tassen la procuracion de comida, especialmente la que han de dar los Indios, y tambien señalen tiempo y compañia, y lo demas, segun la forma del Concilio Tridentino.* Et quoniam Visitatores in his partibus in multis excedunt, plures aliæ cautiones ad eorum excessus compescendos propositæ sunt, *d. Conc. Limens. III. act. 4. cap. 3.* & in Bulla confirmat. eiusd. *pag.* 91. hæc verba habentur: *Sciunt experti illarum regionum, Visitatorum sæpè cupiditate & fraudibus, visitationes non parum fuisse corruptas, vnde remedij nihil rebus Ecclesiasticis allatum sit, quin potius damni plurimum datum, &c.*

Quæ vt commodius impleri possint, & Vicarij, & Visitatores Episcoporum procurationis limites non excedant, meritò statutum est in Concil. Trident. *& in d. Limensi III. act. 4. cap. 2.* † vt salarium competens eisdem ab Epis- 59
copis assignetur, ita vt neque de pœnis Cameræ Episcopalis, neque de condemnationibus, Visitatoribus ipsis, aut officialibus eorum, aliquid proueniat, quod iam olim statutum etiam fuit in Concil. Tolet. VII. quod refertur *in c. 4. 10. quæst. 3. & in cap. inter cætera, & cap. cauendum, de off. Ord. & in l. 3. titul. fin. lib. 8. Rec. pa* propter magna incommoda, quæ ex his possent litigantibus obuenire, de quibus benè agit

Segura in direct. iud. Eccleſ. cap. 14. num. 18. concludens num. 36. quod in foro conſcientiæ tenentur Prælati de bonis propriis, aut prælatura ſalarium ſuis Vicariis, aut Viſitatoribus conſtituere, non vero ex bonis ſubditorum, aut vaſſallorum, quibus iuſtitia miniſtratur. Quod ſequitur etiam Follerius in conſt. Reg. Neapol. peruenit, num. 23. & in conſt. ad hoc volentes, num. 3. Matienz. in dialog. relat. lib. 3. cap. 32. num. 9. Auendañ. in 2. part. cap. Prætor. cap. 10. à num. 3. Sbroz. de Vicar. Epiſcop. lib. 1. q. 55. per totum & lib. 3. quæſt. 54. num. 3. & Flores Diaz de Mena lib. 1. var. quæſt. quæſt. 8. n. 6. & ſeqq.

60 Sed † an ſi ſalarium his officialibus ſignatum non fuerit, nec de eo expreſsè, nec tacitè conuentum, adhuc illud iudicialiter petere, & conſequi poſſint, ſæpiſſimè vidi in quæſtionem vocari in his partibus Indiarum. Nullus enim ferè Epiſcopus moritur, ſuper cuius bonis, ſeu ſpoliis concurſus creditorum in Audientiis Regalibus non formetur. Et ſtatim Vicarij, & Viſitator ſe opponunt, & pro ſuis ſalariis acerrimè dimicant. Contra quos facit,
61 quod regulariter dici ſolet, † nempe ſalarium non conuentum nequaquam deberi; vt in l. ſalarium, C. mandat. & l. ſalarium, D. eod. cum ſimilibus, quæ, vltra alios antiquiores, tradit Speculat. in titul. de ſalario, Andr. Gail. lib. 1. pract. cap. 44. vbi latè eius Addit. Grœuæus, Rota deciſ. 559. num. 1. & deciſ. 679. num. 10. part. 1. diuerſ. ſacri Palatij, & de procuratore loquens Menoch. conſ. 228. num. 6. Aloiſ. Riccius in praxi Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 85. num. 3. part. 1. & in tutore idem collect. 656. part. 5. Vincent. de Franch. deciſ. 121. & in famulo, aut alio ſeruiente, Paul. Caſtrenſ. conſ. 346. volum. 2. Menoch. vbi ſuprà num. 4 & 95. & nominatim in Vicario Epiſcopi Iacob. Puteus deciſ. 43. lib. 2. & deciſ. 5. lib. 3. Mohedan. deciſ. 4. de offic. Vicar. in nouis, vbi Addit. Marta voto 99. num. 2. Farin. deciſ. 291. num. 1. tom. 1. par. 1. Flamin. Pariſ. de reſign. benef. lib. 1. quæſt. 16. num. 54. vbi refert ſic à Rota eſſe deciſum, & ſequitur Ant. Naldus in pract. quæſt. verb. Vicarius, num. 6. pag. 919. quamuis contrarium, ex æquitate magis, quam ex rigore iuris obſeruari ſoleat, maximè vbi Vicarius ſolitus eſſet operas ſuas locare, & Epiſcopus conducere, & vbi ſportulæ iudiciales adeo tenues ſunt, vt ex eis Vicarius, vel Viſitator ſe commode exlubere non poſſit, vt concludant idem Auctores proximè relati Segura d. cap. 14. num. 36. Sbrozius de Vicario Epiſcopi, lib. 1. quæſt. 55. num. 4. & ſeqq. Flores Diaz de Mena d. quæſt. 8. num. 6. 7. & 8. & nouiſſime plures alios referens D. Præſes Valençuela conſil. 179. numer. 61. & ſeqq. volum. 2.

Et ita hoc ferè arbitrarium hodie eſt in ſupremis Hiſpaniæ Tribunalibus, & aliquando ſimiles petitiones admittuntur, & ſalaria eiuſmodi moderatè taxantur, aliquando in totum ex prædictis conſiderationibus repelluntur, præ-
62 cipuè † poſt pragmat. Matritenſ. 19. Martij ann. 1616. quæ expreſsè vetuit, ne ſalaria non conuenta petere poſſint hi, qui Magiſtratibus, Prælatis, aut aliis dominis famulantur, aſſiſtunt, vel obſequuntur, à quibus alias commoditates, vel fauores in temporalibus, vel ſpiritualibus ſperare poſſunt. Cuius pragmaticæ meminit Amat. Roder. in tract. de priuileg. cred. 1. part. art. 3. fol. 33. num. 28. vbi inquit ſanctiſſimam fuiſſe: Et maxima cum deliberatione & iuſtitiæ zelo ſtatutum, ob vitandas plures lites, quæ quotidie circa hoc oriebantur, & incommoda, quæ ſequebantur, præcipue cum & mortuo Epiſcopo, aut alio Prælato, inique eorum bonis, aut ſpoliis facto creditorum concurſu, multi ſuſcitarentur famuli, petentes pro ſuis ſeruitiis ſalaria aliqua, &c. Quod etiam in noſtris terminis multo ante cautum fuit in Bullis Pauli III. & Pij V. quarum mentionem faciemus infrà hoc lib. cap. 11. n...... & tetigit D. Felician. à Vega in cap. cum contingat, num. 31. & 35. de foro comp. D. Valençuela conſ. 57. num. 14. & Rota Romana ſacri Palatij, 3. part. lib. 3. deciſ. 1619. vbi requirit, quod famulus ſit deſcriptus in libro Epiſcopi.

Et quod dicimus in Vicariis & Viſitatoribus, longe maiori ratione repetitum volumus in † Notariis eorundem Epiſcoporum, & officialium. Nam hi quoque nullum ſalarium petere poſſunt, & ſportulis ſuis contenti eſſe debent. In quarum † exactione ſi exceſſerint taxam Regiis edictis præfixam, vulgo: Los Aranceles Reales, poteſt iudex laicus eos, ſi laici fuerint, punire, ſi vero clerici, Regium Senatum commonefacere, vt huic exceſſui obuiam eatur, quoniam graues, & inſolitæ ſportularum exactiones, reputantur eſſe quædam veluti vectigalia, ſiue gabellæ, & impoſitiones illicitæ, l. vectigalia, D. de publican. & vectig. cum traditis à Quintil. Mandoſ. in gloſſ. facultatum, §. & taxam, verb. Solita, & cum † leges reſpicientes pretia rerum, & ea taxantes, clericos, & Eccleſias ligent, vt per textum & DD. in cap. conſtitutus, de reſtit. in integrum, Nauarr. in Manuali, cap. 23. numer. 88. Mexia ad pragmat. taxæ pan. concluſ. 1. num. 4. & concluſ. 4. numer. 11. Sotus de iuſt. & iure, lib. 6. quæſt. 2. articul. 3. concl. 3. Gutierr. lib. 2. pract. quæſtion. 180. numer. 11. Bobad. in Polit. lib. 3. cap. 4. num. 69. Felician. de cenſib. lib. 2. cap. 1. num. 15. & 46. tom. 1. Velazquez de Auendaño in eodem tract. cap 28. num. 1. & 2. & cap. 32. à num. 5. Did. Perez in Rubr. titul. 2. lib. 8. Ordin. pag. 31. verſ. Igitur pretium iuſtum, optimè Palatius de contract. cap. 6. pag. 305. & Azeued. in leg. 6. tit. 5. num. 4. & 6. lib. 5. Recop. Merito ſportularum taxatio, iuſtè, & pro bono Reipublicæ à Principe facta, eoſdem ligare debebit, & exceſſus in contrarium tentati reprimi per eundem Principem poſſunt. Ad quod ſunt iura expreſſa leg. 27. & 33. tit. 25. lib. 4. leg. 17. tit. 5. lib. 3. Recop. Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffr. §. volumus, collat. 2. ibi: Non ſinere amplius aliquid quam ſacra noſtra conſtitutione diſpoſitum eſt, percipere ſportularum: & de noſtro municipali Indiarum iure ſchedul. dat. 12. Iunij ann. 1559. & aliæ plurimæ, quæ reperiuntur in 2. tom. impreſſ. pag. 371. & ſeqq. quæ ſtrictè præcipiunt: Que en los juzgados Eccleſiaſticos de las Indias aya aranceles de los derechos que deben lleuar los juezes, y notarios, y que eſtos no paſſen del triplicado de los que ſe lleuan en el Arçobiſpado de Toledo, vt notat in terminis Bobad. in Polit. lib. 2. cap. 17. n. 598. & cap. 18. num. 229. & cap. 211. num. 112. & 260. D. Hier. de Leon deciſ. Valentiæ 20. ex num. 49. part. 1. Petr. Caball. reſolut. crimin. tom. 1. caſu 53. num.

num.3. & seqq. Cyn. & Bald. *num.* 10. *in Auth. qua in prouincia* 6. vbi de criminib. Auendañ. *in cap. Prætor.* 1. *part. cap.* 2. *ex num.* 12. Belluga *in speculo Princip. Rubr.* 11. §. *& quæ dicta sunt, num.* 4 *fol.* 35. Azeued. *per text. ibi in l.* 31. *tit.* 6. *lib.* 3. Recop. Carroc. *de locato, tit. de sport. iud. q.* 7. *ex num.* 40. *fol.* 21. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 40. *& seqq.* & Quintil. Mandos. *vbi supra & dicam infrà lib.* 4. *c.* 3. *num.....*

Et hoc adeò verum esse aliqui existimant, vt tales † Notarij, si laici sunt visitari, & syndicari possint de huiusmodi excessibus; non solum ab Episcopo, cui deseruiunt, vel eius Vicario, hoc enim nullam recipit dubitationem, vt patet ex Aufr. Puteo, Tiber. Decian. & aliis, quos refert Bobad. *d. lib.* 2. *cap.* 17. *numer.* 48. Verùm & à iudicibus Regiis secularibus, si credimus Georg. Cabedo *decis. Lusitan.* 14. *n.* 17. 1. *part.* vbi ad id refert Arrestum Senatus Lusitani, quo decretum fuit cognitione appellationum causarum, in quibus scribæ iudicum Ecclesiasticorum accusati fuerant, eo quod excedebant taxam in salariis scripturæ contra dispositionem ordinationum illius Regni, pertinere ad iudices Cancellariæ.

Quod eò protrahit Ferrer *in obseruat. Catalon.* 222. vt existimet, † Notarium, etiam Clericum ratione falsitatis in instrumento commissæ posse puniri per iudicem laicum saltem ciuiliter, priuatione nempe officij. Quod tamen meritò reprobat Caballus *resolut. crim. centur.* 1. *casu* 64. Mastrill. *decis. Siciliæ* 159. dicens ibi decisum fuisse, ad iudicem Ecclesiasticum esse remittendum, quem refert, & sequitur Aloys. Ricc. *in collect. decis.* 4. *parte, collect.* 1613. & est videndus Steph. Gratian. *lib.* 2. *discept. forens. cap.* 340. *num.* 7. 28. *&* 29. *& cap.* 34 *per totum*; vbi probat † Notarios etiam laicos Episcoporum, siue sint perpetui, siue temporales, siue habeant salarium, siue non, & siue delinquant in officio, vel extra officium, fori priuilegio gaudere, eo nimirum quo secundum multorum sententiam gaudent omnes famuli, & familiares Prælatorum. De quo, & quomodo praxi recipi debeat, latè tractant Calcan. *consil.* 71. *& duabus seqq.* Boer. *decis.* 9. Capic. *decis.* 12. Viuius *decis.* 126. Menoch. *de arbitrar. cas.* 552. Natta *cons.* 576. Vinc. de Franch. *decis. Neapol.* 407. *part.* 2 *num.* 4. Vbi, post alios, probat de delictis actuariorum, & aliorum curiis inseruientium, proprias curias cognoscere, Thesaur. *decis. Pedem* 22. Iul. Clar. *quæst.* 35. *num.* 18. Marta *de iurisdict.* 4. *part. casu* 111. *&* 216. *cent.* 2. Farin. 1. *tom. crim. quæst.* 8. *n.* 46. Parlad. *in sexquicent. differ.* 9. §. 1. *num.* 7. *&* 8. Ioann. Maria Nouar. *in praxi elect. fori, sect.* 35. *ex n.* 2. Bobad. *d. cap.* 17. *num.* 97. *& c.* 18. *n.* 166. & Aloys. Ricc. *in prax. Archiepisc. decis.* 549. Quamuis in Notariis, & Tabellionibus Episcoporum pro villis, & dominiis temporalibus, quæ aliquando habent, & in quibus temporalem iurisdictionem exercent, contrarium probari debeat, ex traditis ab eodem Bobadilla *d. cap.* 17. *num.* 196.

Et vtcumque sit, quo magis hi Notarij in officio contineantur, & ne clerici secularibus negotiis se immisceant, tam de iure Canonico, quam Regio sæpè cautum est, † vt sint laici, & non clerici, excepto si aliqua causa spiritualis, vel merè Ecclesiastica tractetur, ad quam clerici Notarij deputari poterunt, vt patet ex textu & gloss. *in c. sicut, ne clerici, vel monac. cap. multorum* 2. ibi: *Notarij gessit officium, dist.* 32. *l.* 15 *tit.* 18. *lib.* 2. *l.* 12. *tit.* 3. *lib.* 1. Recop. cum aliis traditis à Ias. *in l.* 1. *n.* 8. *D. de iust. & iur.* Grassis *decis. Aurear. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 18. Cened. qui alios adducit, *in collect.* 147. *ad Decret. n.* 11. Did. Per. *in l.* 12. *tit.* 3. *lib.* 1. Ord. Couar. *in pract. cap.* 19. *num.* 8. Salced. omninò videndus, *in addit. ad prax.* Bernard. Diaz *cap.* 58. Carol. de Grass. *de effect. cleric. effect.* 8. *num.* 1. & plures alij, quos refert Illustriss. Bracharens. Acuña *in notis ad d. cap. multorum, n.* 2. Mastrill. *d. decis. Sicil.* 159. Riccius *d. collect.* 1613. *& in prax. Archiepis.* Neapol. *decis.* 331. vbi dicit, quod sic practicauit text. *in cap. vt officium*, §. *ad conscribendas, de hæreticis*, de quo etiam Peña *in direct. Inquis.* 3. *part. q.* 19. *comment.* 68. & Grassis, & D. Acuña *vbi suprà.*

Quæ omnia mihi vsui fuerunt, cum Limæ essem, † & in Regali Cancellaria tractaretur de
prouisione contra Archiepiscopum, & eius Vi- 78
carium generalem expedienda, vt nullos Notarios haberent, qui merè laici non essent, vt sic magis in officio continerentur, & delinquentes facilius puniri possent. Quod tamen nunquam obtinuit, & contenti fuimus nullos notarios ad faciendas relationes causarum temporalium Ecclesiasticarum in Regium Prætorium admitti, qui laici non essent, semper quippè maximè absurdum, & iniquum reputatum est, † admitti ad officia publica secularia eos, qui si in eis delinquant, à iudicibus secularibus puniri non possint, vt eleganter docet Couar. *in pract. cap.* 33. *n.* 6. *vers. Clerici autem*, Vincent. de Franc. *decis.* 479. *n.* 2. *&* 4. & Petr. Caballus *part.* 1. *resol. crim. d. cap.* 64. *num. vlt.* qui addunt, posse circa hoc Principes seculares legem particularem condere, eamque tenere, & congruam, & rationabilem censeri debere.

CAPVT IX.

De appellationibus, quæ à sententiis Prælatorum, & Vicariorum Indiarum interponuntur, & qualiter iuxta nouam formam Breuis Gregorij XIII. prosequantur, & terminentur?

SVMMARIVM.

1 *Causæ omnes fori Ecclesiastici in prima instantia pertinent ad Episcopos, & Ordinarios locorum.*

2 *Ordinariorum ius in prima instantia à partibus in eorum præiudicium renunciari non potest.*

3 *Lites omnes, & præsertim Ecclesiasticæ citò terminari iubentur, & de earum instantiis.*

4 *Lites Ecclesiasticæ in Indiis ex variis causis protelabantur, quæ referuntur, & remedia, quæ ad hoc damnum tollendum proposita fuerunt.*

5 *Metropolitanos iudices constituere in prouinciis longè distantibus à sua Metropoli, aliquando tractatum fuit.*

6 *Bulla Gregor. XIII. de forma appellationum* in

in causis Indiarum executioni mandari, quando, & quare iussæ fuerit?

7 *Schedula Regia, quæ Breue Greg. XIII. in appellationibus litium Ecclesiasticarum in Indiis seruari iussit, ad litteram refertur.*

8 *Breui Gregorij XIII. quæ difficultates obiectæ fuerint?*

9 *Rescripta, quæ, & quando expirent morte concedentis, & impetrantis re integra?*

10 *Audientiæ Limanæ & Argentinæ, quid responsum fuerit circa Breue Gregor. XIII. de appellationibus causarum Ecclesiasticarum?*

11 *Rescripta gratiæ, etsi aliquid admixtum habeant, quod iustitiæ, vel iurisdictionis exercitium contineat, non expirant morte concedentis, vel impetrantis.*

12 *Breue Gregor. XIII. circa appellationes causarum Ecclesiasticarum in Indiis, ad litteram refertur.*

13 *Breue Greg. XIII. in epitomen reducitur.*

14 *Appellationis interpositio de suffraganeo ad Metropolitanum regularis est in iure.*

15 *Appellatio potest de iure interponi de suffraganeo ad Papam, omisso medio Metropolitani.*

16 *Papa est index Ordinarius omnium Ordinariorum.*

17 *Appellatio si ad Papam interponatur, omissis mediis, eo ipso manent ligatæ manus inferiorum.*

18 *Appellatio de minori ad maiorem iudicem interponenda est, & hoc videtur esse de eius substantia.*

19 *Appellatio de vno ad alium denotat superioritatem, & nulla est, si de maiori ad minorem, etiam ignoranter, vel ex partium consensu, interponatur.*

20 *Metropolitanorum appellationes legitimè ad Primates, vel Patriarchas deferendæ sunt, nisi omisso medio, Papa appellatur.*

21 *Inferior non habet potestatem in superiorem, neque eius factum, vel sententiam etiam nullam reuocare potest.*

22 *Pontifex ex causa ius positiuum derogare potest.*

23 *Papa potest inferiorem virtute suæ delegationis superiorem facere.*

24 *Subrogatio omnes qualitates transfundit in subrogatum.*

25 *Qualitatibus aliquibus attentis, quis potest alio inferior esse, & respectu alicuius accidentis super illum in aliquo eleuari.*

26 *Consuetudine, vel statuto effici potest, vt iudex ad quem, pro superiore habeatur, quoad causas ad eum appellatas, licet in aliis inferior sit.*

27 L. 14. tit. 18. lib. 4. Recop. *expenditur.*

28 *Gregor. XIII. ad appellationum formam in causis Ecclesiasticis Indiarum innouandam, longa itinerum distantia permouit, & desiderium litigantium sumptibus consulendi.*

29 *Monachus propter absentiam sui Prælati coram Episcopo conuenitur.*

30 *Monialis absente Abbatissa nomine proprio in iudicio agere potest.*

31 *Filiusfamilias propter longam patris absentiam admittitur ad agendum.*

32 *Forum quis sortiri compellitur alias declinabile, propter nimiam locorum distantiam.*

33 *Distantiæ longæ plures effectus referuntur, & Auctores, qui de eis agunt?*

34 *Superioris adeundi difficultas vbi est, multa permittuntur, quæ alias non tolerarentur.*

35 *Concil. VI. Carthaginensis locus expenditur de appellationibus transmarinis non admittendis.*

Cap. placuit, el 1. 2. q. 6. *explicatur, & emendatur*, ibidem.

36 *Causæ, etiam maiores, Episcoporum, olim in Hispania coram Episcopis comprouincialibus tractari, & terminari solebant, nullo ad Romanam sedem recursu permisso.*

37 *Vicinitas loci, vel personæ multa inducit, & suadet ei committi, aut concedi, quæ aliàs non concederentur.*

38 *Sententiæ duæ conformes faciunt rem indicatam, ex Breui Greg. XIII.*

39 *Sententiæ tres conformes regulariter requiruntur ad faciendam rem indicatam.*

40 *Leges nouæ ex fori exercitatione plurimum lucis accipiunt.*

41 *Suffraganeus, an si existat in Diœcesi sui Metropolitani, possit ibi appellationes ab illo coram se interpositas audire, & terminare?*

42 *Metropolitanis non licet ingredi Diœceses suffraganeorum, etiam ad cognoscendum de appellationibus illorum.*

43 *Archiepiscopus in Diœcesi suffraganei nihil eo inuito exercere potest.*

44 *Territorij sui terminos vnusquisque obseruare debet.*

45 *Iudex semper ac fieri potest, in loco ipso Tribunalis sententias, & acta iudicialia pronuntiare, & decernere debet.*

46 *Suffraganeus, qui quoad appellationes efficitur, veluti superior Metropolitani, in eius Diœcesi pronuntiare potest, vel causas committere.*

47 Cap. vt litigantes, de appellat. lib. 6. *explicatur.*

48 *Delegatus summi Pontificis, reputatur tanquam Ordinarius.*

49 *Episcopus, vbi procedit, tanquam delegatus Papæ, maior est Archiepiscopo.*

50 *Breue Gregor. XIII. an porrigi possit ad causas iam appellatas ante eius promulgationem, & executionem.*

51 *Leges nouiter latæ non porriguntur ad lites iam pendentes tempore quo promulgantur.*

52 *Statuta non comprehendunt negotia pendentia, etiam si statuens id exprimat.*

53 *Rescriptum impetrans, & eo vti in iudicio incipiens, altera parte inuita, illud reuocare non potest.*

54 *Appellatio si semel interposita sit, & postea Episcopatus diuidatur, vel suffraganeus Metropolitanus efficiatur, an ea mutanda sit?*

55 *Constitutiones nouæ iura partium lædere non possunt.*

56 *Qualitate cessante, quæ iurisdictionem indulget, ipsa quoque cessare solet.*

57 *Decurio, qui tanquam talis cognoscit de appellatione ad Capitulum ciuitatis delata, debet cessare in causa, si Decurio esse desierit.*

58 *Canonico, si tanquam tali, causa committatur,*

mittatur, & ea non finita desinat esse Canonicus, adhuc manet iudex, & quare?

59 *Sententiæ duæ conformes, quæ exequi iubentur per constitutionem Gregor. XIII. an intelligantur in eo solum casu, quo de Metropolitano ad suffraganeum appellatur, vel etiam in eo, quo de suffraganeo ad Metropolitanum?*

60 *Sententiæ duæ conformes licet exequi iubeantur per Breue Greg. XIII. tamen admittitur contra eos exceptio nullitatis defectus iurisdictionis.*

61 *Nullitas proueniens ex defectu iurisdictionis nunquam excludi videtur.*

62 *Sententiam confirmatam exequi solet iudex à quo, reuocatam iudex ad quem, & de praxi huius articuli.*

63 *Sententiæ conformes, quæ dicantur, & an si in diuersis summis condemnent, verum sit saltem in minori conformes esse?*

CAusæ omnes † ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, & præsertim matrimoniales, & criminales, in prouinciis Indiarum (sicut & in aliis) in prima instantia coram Ordinariis locorum tractandæ sunt, vt disponitur *in Conc. Trid. sess.24. de reform.c.20.* de cuius praxi plurima congerunt Fuscus, Monal. Zerol. Piasec. Nouarius, Salgad. & alij, quos refert August. Barbos. in nouis *collectan. ad eundem text. & in Pastorali, part. 3. allegat* 51. & vltra eos Nauarr. *cons. 3. in tit. de off. de leg. & cons. 9. de priuileg.* Paz *in praxi, 2 tom. prælud. vlt. ex num. 6. & 18.* vbi hoc adeo verum esse inquit, † vt ius Ordinariorum in prima instantia nullo modo possit in eorum præiudicium à partibus renuntiari, Hier. Gonçal. *in regul.* 8 Cancell. *gloss. 52. num.36.* Caldas Pereira *in l. si curatorem, verb. Quod pristinum, num.31.* & Flores de Mena *lib. 1. variar. quæst.c.12.* Extatque ad id idem notabilis constitutio Leonis X. & altera Greg. XIII. incipit, *Romani, in summ.* Bullar. *fol.178. & fol.701.*

Sed cum in iure † semper (& præsertim in huiusmodi causis) breuitas desideretur, vt constat ex eod. text. Concil. ibi: *Saltem infra biennium à die motæ litis terminentur, & sess. 25. cap.10. vers. Admonet, cap. finem litibus, & cap. fin. de dolo & contum. c.1. & 2. de re iud. cap. consultus, de procur.* cum aliis, quæ late congessi *in meo 1. tom. de Ind. iure, lib.3. cap. 3. ex n.7.* Et hoc † tam propter litigatorum artes, quam propter iudicum Ecclesiasticorum negligentiam, & locorum distantiam in his prouinciis Indiarum consequi non posset. adeo vt in prouerbium abierit: *Si te quieres hazer inmortal, hazte pleito Eclesiastico*, merito Prudentissimi, & Piissimi nostri Reges subditorum damnis obuiam ire cupientes, plures, ad excitandam hac in parte Prælatorum curam, schedulas expedierunt, & aliquando tractatum † fuit de iudicibus Metropolitanis, in prouinciis longè distantibus constituendis, ne in causis appellationum Metropolim adire necessarium esset, vt constat *ex sched. quandam dat. Burgis* 1. August. *ann.*1605. & alia dat. Matrit. 1. Iunij ann. 1612. quarum memini *sup.c.7.n.35.*

Sed tandem magis placuit, vt executioni mandaretur † Bulla quædam Greg. XIII. fœlicis recordationis, quam concessit ad postulationem Regis nostri Philippi II. ann. 1578. vbi nouam formam constituit super modo, & forma appellationum interponendarum, ac prosequendarum, & litium breuiandarum in partibus Indiarum. Et ad hoc expedita fuit schedula Regia Matriti 7. Martij ann. 1606. ad omnes Audientias earundem Indiarum directa, quæ dolet illius Bullæ executionem tamdiu suspensum fuisse, & iubet, vt deinceps absque vlla mora, vel excusatione practicetur, & publicetur, his verbis: *El Rei.* † *Mi Virrei, Presidente, è Oidores de mi Audiencia Real de la* 7
ciudad de los Reyes de las prouincias del Perù. Por Breue Apostolico de Gregorio XIII. que se expidio à postrero de Hebrero del año passado de 1578. se dispone, y manda, que todos los pleitos Eclesiasticos de qualquier genero y qualidad que auia, ò que ouiesse en las mis Indias Occidentales, se siguiessen en todas instancias, y se feneciessen, y acabassen alla, sin los sacar para otras partes, como mas particularmente lo entendereis por el dicho Breue, de que con esta os mando embiar copias autoriçadas. Y porque he entendido, que de no se auer cumplido lo susodicho se han seguido, y siguen muchos inconuenientes, daños, y molestias à las partes, que vienen con los dichos pleitos à estos Reinos, os mando, que hagais cumplir y executar precisamente, en todo esse distrito, lo dispuesto por el dicho Breue, dando noticia del à todas partes, y la orden que conuenga, para que se cumpla, y no se vaya, ni passe contra lo en el contenido en manera alguna. Fecha en Madrid à 7. de Março de 1606. años. Yo el Rei. Por mandado del Rei nuestro señor, Iuan de Ciriça.

Et licet dicta Audientia Limana, atque etiam 8
Argentina, aliquas † difficultates repræsentauerit, quæ huius rescripti executionem morabantur, & inter alias eam, quod antiquum valdè esset, & veluti consopitum, cum tam concedens, quam impetrans ante eius publicationem, vsum, & implementum, & sic † re integra, decessis- 9
sent, *arg. text. in l.1. D. de nundinis,* ibi: *Nundinis à Principe impetratis, non vtendo qui meruit, decennij tempore vsum amittit, leg. 3. tit. 7. part. 5. cap. fin. §. officium, de off. deleg. in 6.* vbi quod litteræ, seu rescriptum, si est iurisdictionale, expirat, re integra morte concedentis, cum aliis traditis à Calder. *consil. 455. alias 11. de censib. circa med.* Decio *in capit. cum accessissent, numer. 16. de constit.* Paulo Castrens. *consil. 4320.* Hier. Gabr. *consil. 162. per tot. lib.1.* & Tiber. Dec. *cons. 25. num. 106. lib. 1. & cons. 66. numer. 65. lib. 3.* Vbi hoc certiùs esse docent, vbi impetrans rescriptum, vel priuilegium, eo pluries vti potuit, & non fecit. Nihilominus † Audientiæ Limanæ per 10
sched. 4 Februar. ann. 1608. & Argentinæ per aliam 17. Iulij ann. 1609. responsum fuit, vt commissam sibi huius executionis prouinciam, absque vlla excusatione, vel hæsitatione implerent, scirentque omnia attente, & circumspectè in supremo Indiarum Consilio inspecta, & trutinata fuisse. Et cum Dom. Prorex Marchio de Montesclaros, tanquam Præses dictæ Audientiæ Limanæ iterum scripsisset, iam id executioni mandatum fuisse, responsum accepit per epist. dat. Aranjueci 24. Ianuar. ann. 1610. in hæc verba: *Lo que toca à auer despachado prouisiones para que se cumpla y execute el Breue de Gregorio XIII. sobre las apelaciones* de

de las causas Ecclesiasticas en conformidad de lo que se os ordenò por cedula mia, està bien, y assi lo hareis con el cuidado que os està ordenado. Nam reuera dictum rescriptum, siue priuilegium † magis fuit gratiæ, quam iustitiæ; & licet iurisdictionis quandam mutationem, siue concessionem contineat, hæc tamen fuit accessoria ad gratiam; & sic perpetua, & quæ morte concedentis, etiam re integra, expirat, iuxta ea, quæ tradit Abb. *cons.*34. *num.*5. *&* 6. *lib.* 2. text. & DD. præcipuè Padilla *in l.*2.*C.de diuers.rescript.* qui multis modis respondet *ad d. l.* 1. *de nundinis*, Bart. & Carol. de Tapia *in l. fin. D. de const. Princ.* latè & optimè Felin. *in c. cum accessissent, n.*35. *de constit.* vbi etiam Dec. *n.*17. idem Dec. *cons.*271. *&* 496. Menoc. *cons.*377. & Card. Tusch. *litt. P, concl.*755. *per tot. & litt. R, concl.* 208.

Gregoriana porro Constitutio sic habet:
12 *Gregorius † Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam. Exposcit debitum Pastoralis officij, cui disponente Domino præsidemus, vt litium dispendiis, quæ in foro Ecclesiastico pro tempore tractantur, ea, qua fieri potest, celeritate succurratur. Exponi sane nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Catholicus, quod in partibus ciuitatum, terrarum, locorum, & oppidorum, ac dominiorum Indiarum, Terræ firmæ, & insularum maris Oceani, ob locorum à Romana Curia distantiam, difficilè admodum rescripta Apostolica haberi quiuerint; ac propterea appellationes, quæ à quibusuis sententiis in causis, tam criminalibus, quam ciuilibus, ac aliis quibuscunque forum Ecclesiasticum concernentibus, pro tempore latis, interponuntur, difficulter admodum recipi, & admitti possunt, ac propterea incolarum prædictorum dispendiis, quæ ex litium longitudine proueniunt, valde consultum fore, si duæ sententiæ pro tempore latæ, rem indicatam facerent, & ab illis amplius non liceret appellare. Quare idem Philippus Rex nobis humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremus. Nos, qui populorum quorumlibet quietem, & commodum, quantum cum Deo possumus, libenter procuramus, eundem Philippum Regem à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati. Volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod in omnibus Regnis, terris, & dominiis Indiarum, & Terræ-firmæ, & insularum maris Oceani, & alias quomodocunque, & qualitercunque nuncupatis, dicto Philippo Regi mediatè, vel immediatè subiectis, quandocunque in causis, tam criminalibus, quam aliis quibuscunque forum Ecclesiasticum concernentibus, à sententiis pro tempore latis, appellari contigerit, si prima sententia ab Episcopo lata fuerit, ad Metropolitanum; si vero prima sententia ab ipso Metropolitano promulgata fuerit, ad suffraganeum Ordinarium viciniorem appellatio interponatur; cuius sententia, si primæ conformis fuerit, vim rei iudicatæ obtineat, & executioni per eum, qui eam tulerit, quacunque appellatione non obstante, demandetur. Si vero illæ duæ, siue ab Ordinario, & Metropolitano, siue à Metropolitano, & Ordinario viciniori latæ, conformes non fuerint, tunc ad alterum Metropolitanum, vel Episcopum, à quo primo fuit lata sententia, viciniorem eiusdem prouinciæ, appelletur, & duas, ex ipsis tribus sententias conformes (quas etiam vim rei iudicatæ habere volumus.) Is, qui vltimo loco iudicauerit, exequatur, quacunque appellatione non obstante. Decernentes omnia, & singula, alias quam vt præmittitur intentata iudicia, nullius prorsus roboris, vel momenti fore, & quascunque deinceps, modo prædicto non seruato, interpositas, vel interponendas appellationes, nullas, irritas, & inanes existere, sicque per quoscunque iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam loci Ordinarios, & causarum Palatij Apostolici Auditores (sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate) iudicari debere, irritum quoque & inane, si secus super his à quocunque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, etiam municipalibus, & particularibus illarum partium, legibus, statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis, quibusuis iudicibus, tam Ordinariis, quam delegatis, & quibusuis aliis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac quibusuis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibus, & aliis decretis quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenore huiusmodi præsentium pro expressis habitis, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Cæterum quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca deferri, volumus, & similiter Apostolica auctoritate decernimus, vt illarum transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo cuiuslibet personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die XV. Maij ann. M. D. LXXIII. Pontificatus nostri anno I.*

In qua Constitutione (vt vides) tria, & quidem admodum necessaria, nouiter deciduntur. Primum, † in causis Ecclesiasticis Indiarum, appellationem interponi debere, non ad sedem Apostolicam, sed de suffraganeo ad Metropolitanum, vel si prima sententia lata fuerit à Metropolitano, ad viciniorem suffraganeum eiusdem Metropolitani.

Secundum, duas sententias conformes, ab eisdem latas, vim rei iudicatæ obtinere, & executioni mandandas esse per eum, qui primam tulit, & pronuntiauit.

Tertium, si conformes non fuerint, tunc secundam appellationem admitti, & interponendam esse ad alterum Metropolitanum, vel ad Episcopum viciniorem ei, qui primam sententiam tulit, & si duæ ex his conformes fuerint, exequi debere per eum, qui vltimo loco iudicauerit.

Et quod ad primum articulum attinet; qua parte

parte appellationem à ſuffraganeo defert Metropolitano, nihil noui inducit, cum id ſecundum Ordinarij iuris regulas procedat, quod ſubditis † Epiſcopi ſuffraganei, ad Archiepiſcopum appellare permittit, *cap. per ſingulas*, *el 2. cap. nullus primas*, *cap. conqueſtus 9. q. 3. cap.1. de offic. deleg. cap. duo*, *cap. Paſtoralis, de off. Ordin. cap. dilectus*, *cap.cum cauſam*,*cap. ſolicitudinem*, *de appellat. cap. per tuas*, *de ſent. excom. cap. 1. de foro comp. in 6. cap. Romana de appell. eod. lib. cap. vt litigantes*, *de off.* Ord. *leg.7. tit.4. part.3.* cum aliis, quæ vltra ordinarios in eiſdem locis adducit Quaranta *in ſumma Bullar. verb. Archiepiſcopi auctoritas*, *auct.18. pag. 53.* Scaccia *de appell. lib.3. quæſt.8. num.86. cum ſeqq.* Petr. Gregor. *eodem tract.lib.4 cap.2.ex n.1.* Paz *in praxi,2. tom.prælud.1.num.4 fol.4.*

Quatenus vero dicta conſtitutio excludit, vel denegat, quod † litigantes Papam eo in caſu adire, vel ad eum appellare poſſint, noui iuris inductiua, & antiqui correctoria videri poteſt, cum eo inſpecto, poſſent, ſi vellent, ad Papam, omiſſo medio Archiepiſcopi appellare, † quia ipſe eſt iudex Ordinarius omnium Ordinariorum,vt per gloſſ.*in cap.ſi duobus*, *de appell.* Felin. *in cap. cum te conſulente*, *de off. deleg.* Quaranta *vbi ſuprà* & latiſſimè Scaccia *quæſt.7.num.46.* cum multis ſeqq. *& q. 10. n.9.* Vbi quod † per talem interpoſitionem appellationis ad Papam, ſunt ligatæ manus inferiorum, & quod ſi Metropolitanus hoc ſciens, adhuc in cauſa procedere velit tanquam iudex Ordinarius appellationum, proceſſus erit nullus,& aliis pœnis veniet puniendus, de quibus per text. gloſſ. & DD. *in cap.ſi duobus*, *de appell.* Dueñas *reg.24. limit.4.* Ant.Gabr. *lib.2. comm. opin.tit.de appell.concl.1.& ſeqq.*& Scacc. *d.q.7.num.55.*

In eo quoque dicta conſtitutio à iuris communis regulis deuiat, quod ſuffraganeum viciniorem, & inferiorem, iudicem facit in ap-
8 pellationibus à ſuo Metropolitano interpoſitis, † cum regulariter apellationes debeant gradatum interponi de minori iudice ad ſuperiorem, *l.1. §.ſi quis*, *D. de appell.* cum latè traditis à Cardin. Alexand. *in Rubr. de appel. ex n.20.*Rebuff.*in eod. tract.ex n.1.* Scaccia *q.2. n. 7. per totam*, ita vt de ſubſtantia appellationis eſſe dicatur, vt de minori ad maiorem iudicem appelletur, non ad minorem, imo nec ad æqualem, & conſuetudo in contrarium non admittatur, *cap. cum appellationibus*,*de appellat. cap.2.de conſuet.lib.6 l.præcipimus*,*C.eod.tit.* Ferrar.Montan.*de appell.lib.2.cap.5.* Paul.Caſtrenſ. *in l. aduerſus, num.2. C.ſi aduerſ. rem iudicatam*, Ioan. Bapt. Ferretus *conſ. 292. num.2. volum.2.* Rebuff. *vbi ſuprà n.6.* quos refert D.Valençuela *in monit. contra Venet.6. part. num.74. & 75.* Hippolyt. Riminald *in Rubr. D. de offic. eius*, *num.48. & 166.* Gregor.Lopez *in l.1. & in l.18. verb. Igual, tit.23. part.3.* Azeued. *in l.1. tit.18. lib.4.Recop.num.11.* Paz *in praxi, 1. tom.6 part. in proœmio*, *num.43.* Menoch. *conſ.75. num.23. volum.1.* Roland. *conſil.75. numer. 19. volum.3.* Franciſc. Marcus *deciſ. 366. numer. 24. & deciſ.233.num.4.*

9 Hinc deduces, quod appellatio de vno ad alium,denotat ſuperioritatem. Latiſſimè Tuſch. *verb. Appellatio*, *concl. 352.* Doct. Balboa, qui inde ad plures practicas quæſtiones ſubinfert, *in cap, ſi duobus 7. num.4. & ſeqq.de appellat.* & Scaccia *d.tract.q.2. per totam*, vbi probat, eſſe nullam appellationem de maiori ad minorem, etiam ignoranter, vel ex pacto interpoſitam, & *q.8.n.86.& 97.& ſeqq.*vbi inde bene etiam ſubinfert, hac de cauſa legitimos & ordinarios iudices appellationum à Metropolitanis interpo-
ſitarum, eſſe † Primates, vel Patriarchas, qui 20
ſunt veluti Patres, & Superiores Archiepiſcoporum, niſi quis velit, omiſſo eorum medio, Papam adire. De quo etiam late agit Specul. *tit. de appell. §. nunc tractemus,in princip.fol.188.* Card. Iacobat. *de Conciliis, lib.1.art.1. ex n.255.* Petr. Gregor. *de appell. lib.4. cap. 6. n. 2. verb. Ab Epiſcopis*, Læl. Iordan. *de Rom. ſede origin. cap. 13.* Iſidor. Moſcon. *de maieſt. milit. Eccl.lib.1.part.1. & 17.*

Et eſt ratio huius rationis, quia abſonum eſt
vt † inferior habeat poteſtatem in ſuperiorem, 21
contra reg. text. *in l.ille à quo*, *§. tempeſtiuum*, *D. ad Trebell. l. nam magiſtratus*, *D. de recept. arb.* & tradita à Chriſtoph. Caſtellion. *conſ.23. num. 5.* Ioan. Menoch. *in cap. licet, num. 6. de Præb. lib.6. & in c. ſtatuta*, *n. 3. de hæret. eod. lib.* quamobrem, inferior non poteſt infringere,vel reuocare ſententiam,aut factum ſuperioris, *l. minor autem*, *D. de minor.* Vital. *in tract. clauſ. verb. Expleto errore, num.18.* Crauet.*conſ. 148.num.3.& 4.* vbi ampliat, etiam ſi talis ſententia, vel factum ſuperioris eſſet nullum, vt *in d. l. ille à quo*, *& l. formam*, *C. de off. Præfect. Præt. l. eos, §. ne liceat*, *C. de vſuris*, *Clem. 2. de conſuetud. Clem.ne Romani*, *de elect. cap. cum inferior*, *de maior. & obed.cap. vt noſtrum, de appellat.* vbi Moderni, Innoc. *in capit. inter dilectos*, *de exceſſ. Prælator.* Ancharr. *conſ. 57.* Roman. *conſ. 335. num. 8.* Decius *in cap. cum acceſſiſſent,col.2. verſ.Secunda concluſ. de conſtit. & conſ.393.col.4 in fine.*

Sed cum hæc omnia, quamuis in ſe veriſſima, & regulariter iuſtiſſima ſint, de iure poſi-
tiuo procedant, non eſt dubium, † quin ſum- 22
mus Pontifex, ex cauſa, imo & ſine cauſa, ſi velit, poſſit in illis diſpenſare, ex latè traditis à D. Valençuela *d. 6. part. ex num. 42.* Pet. Petra *de poteſt. Princip. cap. 27. per totum.* Atque ita facere (vt Gregorius in dicta conſtitutione fecit) quod ordinarius ille modus interponen-
darum appellationum † mutaretur, viciniorem 23
ſuffraganeum, licet inferiorem, quoad hoc ſuperiorem faciendo, non tam ex vi ſuæ dignitatis, & ordinariæ iuriſdictionis, quam virtute delegationis Apoſtolicæ, quam ex dicta conſtitutione conſequitur, vel ſubrogationis in locum ipſius Romani Pontificis, vel Primatis, ſiue Patriarchæ, ad quos (vt diximus) gradatim Metropolitanorum appellationes deferri ſolent.
Quæ † ſubrogatio omnes qualitates in eum 24
transfundit, quæ erant in illis, in quorum locum ſubrogatur,*l ſi eum 10. §.qui iniuriarum, D. ſi quis caution.* cum latè adductis à Tiraq. *de primog.q.10.ex n.43.*Catel.Cotta *in memorab.iur. verb.ſubrogatum*, Crauetta, poſt alios, *in l. 1. de legat.1.ex num.170.* Tuſch. *litt. A, concluſ.174. & 308.* & latiſſimè D. Valençuela *conſ. 84. n.5.cum ſeqq.*

Neque eſt nouum, vt † qui attentis aliis 25
qualitatibus alicui inferior eſt, reſpectu alicuius accidentis eleuetur, & idem ſuperior in

re aliqua efficiatur, vt patet in exemplis *cap. ſanè, de offic. deleg. cap. Paſtoralis*, §. *præterea, de offic. Ordin.* cum traditis ab Abbat. *in cap. ad abolendam, num.* 15. *de hæret.* Quaranta, *verb. Archiepiſcopi auctoritas, numer.* 18. Griuell. *deciſ. Dolana* 82. Ego *ſup. cap. prox. ex num.*44.

Et in ipſis terminis appellationum, quod non ſolum per Romanum Pontificem, verum
26 & † per conſuetudinem, aut ſtatutum municipale effici poſſit, vt iudex ad quem, pro ſuperiori habeatur, optimè notat Præpoſ. *in Rubr. de appellat. num.*26. ſic limitans id quod ſupra diximus, quod non valeat conſuetudo appellandi de ſuperiori ad inferiorem, nam extante illa conſuetudine, vel declaratione, iam inferior hac in parte ſuperior videtur. Quod etiam refert & ſequitur Rebuff. *vbi ſupra n.* 6. & D. Balboa *in d. cap. ſi duobus, de appellat. num.* 4. *verſ. Niſi ſimul*, adducens exemplum in oppidis dominorum particularium: *Donde el Alcade mayor ſuele conocer en primera inſtancia con los Alcaldes ordinarios, y tambien conoce en la ſegunda en grado de apelacion*, &
27 ad idem bene expendit † *l.* 14. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recop.* Quæ tales conſuetudines valere probat, quaſi earum prætextu illi iudices efficiantur maiores iudici à quo.

28 Cauſa autem, quæ † Gregorium ſuaſit, vt hac in parte id, quod vidimus, diſponeret, & iuris habenas laxaret, fuit (vt ipſe exprimit) longa itinerum diſtantia, ſi Romanus Pontifex adeundus eſſet pro appellationibus Eccleſiaſticis Indiarum; & pium, ac iuſtum deſiderium, vt litigantium ſumptibus, & diſpendiis, litiumque breuitati conſuleretur. Quod multa ſimilia priuilegia in iure extorſiſſe videmus in eiſdem materiis iuriſdictionalibus, vt nunc de aliis dicere ſuperſedeam. Sic enim Monachus
29 † propter abſentiam ſui Prælati in remotis agentis coram Epiſcopo conuenitur, vt per Ioann. de Lignan. *in Clem. ne in agro, de ſtat. regular.* quem refert, & ſequitur Abb. *in cap. ſi quis contra clericum, num.* 42. *de foro com-*
30 *pet.* Sic † Monialis, abſente Abbatiſſa, in iudicio agere poteſt, licet alias id illi abſque eius licentia non permitteretur, *cap. cum dilecta, in fin.* vbi gloſſ. *de reſcript.* iuncto *cap.*
31 *non dicatis* 12. *quæſt.*1. Sic † filius familias propter patris abſentiam ad agendum, & defendendum in iudicium admittitur, *l. ſi longiùs,*
32 §. *ſi filius, D. de iudic.* Et † forum, quis ſortiri compellitur, quod alias poſſet legitimè declinare, *vt per text. & gloſſ. penult. in cap. cum ex litteris, de in integrum reſtit.* vbi illa notan-
33 da carmina † refert, quæ adduxi *ſup. hoc lib. cap.* 5. *numer.* 7. Sic propter laborem, & expenſas itineris, non poteſt quis virtute reſcripti Apoſtolici trahi ad iudicium vltra duas diætas extra ſuam Diœceſim, *cap. nulli, de reſcript. cap. ſtatutum*, §. 1. & §. *cum autem, de reſcript.* Nec dicitur haberi recurſus ad ſuperiorem, quando in eo habendo, propter difficultatem, & diſtantiam itineris, eſſet quis habiturus plus damni, quam vtilitatis, ex doctrina Bart. per text. ibi *in leg. mediterraneos*, vbi etiam Ioann. de Platea, *C. de annon. & tribut. lib.* 10. Sic propter diſtantiam viarum, non citatur perſonaliter ille, qui extra prouinciam reſidet, ſed ſufficit ad domum citari, vt probat text. iuncta gloſſ. *verb. In Hibernia, in cap. cum olim, de dolo & contumacia*; & itidem non petitur, nec ſperatur conſenſus abſentium, qui conſentire, aut diſſentire poterant, *cap. fin. de maior. & obed.* vbi bona gloſſa *leg. fin.* §. *vbi autem in vnum, C. de bon. quæ liber.* ibi: *Vel longè abſunt*, Et ſic denique, † propter difficilem aditum ſuperioris, & mortis periculum, eius conſultatio, quæ alias requireretur, omittitur, & poteſt inferior ſuperioris partes aſſumere, *leg. ſi quis filio exhæredato*, §. *quid tamen, D. de inınſt. rup.* iunctis aliis notandis exemplis, quæ adducunt Bart. & DD. *in l.* 1. §. *ſi plures, D. de exercit.* Abb. Felin. & alij *in cap. ex parte, de conſtitut.* idem Abbas *col.*1. & Felin. *col.* 15. *verſ. Nihilominus, in cap. dilectus, de appell.* Vbi, quod extante difficultate adeundi ſuperiorem, ſemper licet iuris rigorem temperare, DD. communiter *in d. l. ſi longius, & in l. nemo, l. pro locis, l. mediterraneos, C. de annon. & tribut. lib.* 10. gloſſ. *verb. In remotis, in cap.* 3. *de temp. appell. lib.* 6. Tiraquel. *in l.* 1. *connub. gloſ.* 1. *part.* 1. *n.* 39. Couarr. *de ſponſal.* 2. *part. cap.* 7. *num.* 5. Molina *de primog. lib.* 4. *cap.* 4. Iaſ. *in l. fin. num.* 71. *de off. eius*, Bald. *in cap.* 1. *qualiter vaſſall.* Auiles *in cap. Prætorum, cap.* 1. *verb. Derechamente, num.* 22. Trigona *ſing.*13. *num.* 5. & 6. Redin. *de maieſtat. Princip. verb. Sed etiam per legitimos tramites, num.* 41. & Bobad. omnino videndus, *in Polit. lib.*2. *cap.*21. *num.*118. & 119. & *cap.*17. *num.* 106. & *ſeq.* & *num.* 160. qui omnes, & alij paſſim, plures alios effectus adducunt, quos diſtantia itinerum operatur, & Ego *d. cap.*5. *num.*7.

Sed omitti non poteſt decretum † Synodi Carthaginenſis Sextæ, cui B. Auguſtinus interfuit, in cuius *cap.* 105. ob eandem rationem, in eiſdem terminis, de quibus agimus, ſub anathematis pœna ordinatum fuit, vt grauari, à vicinis Epiſcopis audirentur, & quod ſi quis ab Africa ad tranſmarina appellaſſet, à nullo in communione reciperetur. Ex quo decreto aſſumpſit Gratianus text. *in cap. placuit, el* 1. 2. *quæſt.* 6. & de ſuo illa verba addidit, *Niſi fortè ad Romanam ſedem appellauerit.* Quæ tamen delenda ſunt, quia in illo Concilio non agebatur de detrahenda Romani Pontificis dignitate, & auctoritate, ſed ex veroſimili eius mente, vt difficultatibus appellationum tranſmarinarum occurreretur, viciniores Epiſcopi adiri iubebantur, vt rectè aduertit Marta *de iuriſdict.* 1. *part. cap.*16. *num.*15. & 16. ſic reſpondens obiectioni Bruti Fulminis, quam adduxerat *cap.* 10. *n.*14. qui impie ex illo textu deducere conatur, Romanum Pontificem vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopum non fuiſſe.

Et ſimilis conſuetudo † olim inualuerat in Hiſpania, iudicandi, & decidendi, non ſolum ordinarias priuatorum, verum & maiores cauſas Epiſcoporum, per Prouinciales Epiſcopos viciniores, nullo ad Romanam ſedem recurſu permiſſo, quam tamen damnauit Sixtus II. in ſua epiſt. Decret. ad Epiſcop. per Hiſpan. prouinc. conſtit. quæ habetur *in* 1. *tom. epiſt. ſummi Pontif. pag.* 241. quia quemadmodum diſtantia, & longinquitas operatur illos effectus, de quibus diximus. Ita etiam † vicinitas loci, vel perſonæ, ratione propinquitatis, multa ſuadet, & concedit, quæ alias

alias non permitterentur , vt docet elegans
gloss. *in cap. quoniam* 12. *quæst.* 1. *l.* 1. *C. de ca-*
non. largit. titul. lib. 10. vbi Valençuela Pisca-
tor *num.* 4. *&* 5. *l. vbi absunt* , *& l. Dinus* , *D.*
de tutor. & curator. dat. ab his , cum multis
aliis , quæ de effectibus vicinitatis congessit
Alciat. *de verb. signif. lib.* 1. *col.* 28. Tiraq. *de*
priuileg. piæ causæ , *priuileg.* 56. *& de retract.*
lignag. §. 23. *gloss.* 2. *num.* 2. & Card. Tusch.
litt. V, *concl.*

Reliquæ verò duæ partes Gregorianæ con-
stitutionis , de qua agimus , † concernunt ad
executionem duarum sententiarum confor-
mium & in eis etiam ob desiderium litium bre-
uiandarum , & sumptuum excusandorum , vna
instantia supprimitur ; cum † alioqui non nisi
tribus sententiis causæ Ecclesiasticæ , vt & se-
culares finiantur , *cap. directæ* , *& cap. sua no-*
bis, vbi Innocent. & alij, *de appell. Clement. vt*
calumniis, *de re iudic. l. vnica. C. ne liceat tertio*
prouocare, *l.* 23. *tit.* 23. *part.* 3. *l.* 5. *tit.* 17. *lib.* 4.
Recop. cum aliis , quæ congerit Bernardus
Diaz *reg.* 719. Dueñas *regul.* 50. Anton. Ga-
briel. *lib.* 2. *comm. conclus. titul. de re iudic. con-*
clus. 1. Ant. Gama , & Addit. Flores de Mena
decis. 122. Lanfranc. Balbus *decis.* 471. Gail.
lib. 1. *obseruat. cap.* 72. Misyng. *centur.* 1. *obseru.* 15.
Paz *in praxi, annot.* 2. *num.* 7.

Sed quoniam in praxi huius constitutionis
aliqua dubia emerserunt , quæ me iudicante
terminatæ sunt , è re esse arbitror in Lectoris
gratiam, hic earum hypothesim, ac decisionem
connectere : † nam ex fori exercitatione nouæ
leges plurimum splendorem accipiunt , vt alias
dicitur *in leg.* 2. §. *his legibus latis* , *D. de ori-*
gine iuris.

Et primum fuit , in causa Reuerendiss. Epis-
copi Guamanguensis Dom. D. Franc. Verdu-
[illegible] , † qui cum Limæ iam assumptus, & conse-
cratus moraretur , essetque vicinior suffraga-
neus Archiepiscopi Limani , voluit de qua-
dam appellatione ab Archiepiscopo interpo-
sita , & ad se , mediante hoc rescripto Grego-
riano , deuoluta , in eadem ciuitate Limensi co-
gnoscere, & diffinire, & dubitatum fuit , an id
facere posset ? Mouebatque quæstionem,
quod etiam si iudicandi facultatem haberet, hoc
tamen non in alieno territorio , sed in proprio
sibi concessum videretur , cum neque † ipsis
Metropolitanis liceat , in suffraganeorum pro-
uinciis , etiam ad cognoscendum de appella-
tionibus ab illis interpositis , eorum Diœceses
ingredi, inibique iurisdictionem exercere , aut
Metropolitanos (quos vocant Iudices) consti-
tuere, nisi vbi id consuetudine immemorabili
præscripsissent, *cap. nullus primas* 9. *quæst.* 2. *cap.*
peruenit, *cap. duo*, *cap. sicut, de offic. Ordin. cap.* 1.
in princip. & §. quia in causis , *eod. tit. in* 6. *cap.*
ut vnire , *de excess. Prælat. cap.* 1. *de supplend.*
neglig. Prælat. in 6. cùm latè adductis ab Scri-
ptoribus ibidem , & Innoc. Bellamer. & Abb.
in cap. Pastoralis , *de offic. Ordin.* Couarr. *in*
pract. cap. 9. Gratian. *lib.* 1. *discept. cap.* 179.
[illegible]ola *in prax. Episcopali* , *verb. Archiepisco-*
pus , Paul. Piasec. *in ead. prax.* 2. *part. cap.* 4.
[illegible]rescot. *lib.* 1. *variar. resol. cap.* 54. *ex num.* 6.
[illegible]aranta *in summa Bullar. verb. Archiepisc.*
[illegible]or. pag. 47. Paz *in praxi* , 2. *tom. prælud.* 1.
num. 14 Vbi loquitur de difficultate Salman-
[illegible] orta super constituendo ibidem iudice

Metropolitano ab Archiepiscopo Compostel-
lano. Nimirum , quia , vt exclamat Hostiens.
vbi suprà & latiùs dixi *sup. cap.* 7. *ex num.* 35.
† Archiepiscopus in Diœcesibus suffraganeo- 43
rum suorum nihil potest inuitis suffraganeis
exercere. Et vnusquisque † territorij sui termi- 44
nos obseruare , & intra eos se continere debet,
ne quæ secus fecerit , nullitatis vitium incur-
rant, *l. fin. D. de iurisd. omn. iudicum*, *l.* 2. *D. de off.*
Procons. leg. 3. *D. de offic. Præsid. cap. statutum*
11. §. *in nullo* , *de rescript. in* 6. *cap.* 1. *de for.*
compet. eodem lib. cap. ea quæ 26. *de regul. iur.*
eodem l. 7. *tit.* 4. *part.* 3. cum aliis, quæ ad horum
iurium illustrationem congerit Dueñas *reg.*
146. Mantua *singul.* 41. 42. *&* 45. Hippolyt.
singul. 124. *&* 203. Quintanad. *de iurisd. lib.* 1.
cap. 6. *num.* 24. Aloiſ. Ricc. *in prax. Archie-*
piscop. Neap. 2. *part. decis.* 188. *num.* 6. & Ioan.
Baptista Toro *in compend. decis. verb. Iurisdi-*
ctio contentiosa , *pag.* 25. Adeo † vt vel locum 45
ipsum pro Tribunali erectum , & designatum
iudices, tam seculares , quam Ecclesiastici exce-
dere , nisi ex causa non debeant , neque extra
illum acta iudicialia expedire , *l. cum senten-*
tiam 6. *C. de sent. & interloq. l. ius pluribus* 11.
D. de iustit. & iure , *l.* 3. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recop.*
cum aliis , quæ adducit Vantius *titul. de nullit.*
ex defect. iurisd. Ordin. num. 110. Azeued. *in*
leg. 15. *titul.* 6. *lib.* 3. *Recop. num.* 1. Mastrill. *de*
Magistr. lib. 3. *cap.* 9. *num.* 51. Barbos. *in Pa-*
storali , 3. *part. alleg.* 80. *num.* 6. & Dom. D. Fe-
lician. à Vega Pacens. Episc. *in Rubr. de foro*
compet. num. 8. *& seqq.*

Sed nihilominus , in quæstione proposita,
contrarium censui , quoniam cum hic † suffra- 46
ganeus (vt suprà diximis) quoad recipiendas,
& cognoscendas huiusmodi appellationes, effe-
ctus fuerit quasi alter Metropolitanus , vel in
eius locum subrogatus, certum est , quod tales
causas iam appellatas, & sibi delatas in Diœce-
si Metropolitani definire poterit , vel aliis de-
finiendas committere , quoniam iura , quæ in
contrarium adduximus (vt ex ipsis patet) lo-
quuntur ante impositionem appellationis , vt
ostenditur *in d. cap.* 1. *de offic. Ordinar. lib.* 6. &
expresè probat † elegans textus *in cap. vt liti-* 47
gantes 5. *eodem titul.* cuius hæc sunt verba : *Vt*
litigantes releuentur à laboribus, & expensis, sta-
tuimus , ne Archiepiscopus causas, quæ per appel-
lationem , vel aliàs iure Metropolitico deferun-
tur ad ipsum , alibi, quàm in sua propria ciuitate,
vel Diœcesi, aut in eis , in quibus appellatum ex-
titit , vel causæ ipsæ consistere dignoscuntur , au-
diat , vel audiendas committat , nisi sibi aliud de
consuetudine competat in hac parte. Quem tex-
tum, eo, quo diximus, modo , vbique praxi re-
ceptum, tradunt Dom. Anchar. Anton. de Bu-
trio , & Philipp. Franc. ibidem , & idem affir-
mat, & resoluit Quaranta *vbi suprà n.* 15. *&* 16.
& est expressa decisio Rotæ in causa Valenti-
na iurisdictionis die Lunæ 1. Aprilis , ann.
1596. quæ habetur apud Seraphin. *decis.* 1183.
part. 2. & Aloiſ. Ricc. *in d. praxi decis.* 512.
pag. 543. ac proinde non videtur excedere suum
territorium , quandoquidem tota prouincia
est territorium Metropolitani , ad cognoscen-
dum de dictis causis , sibi per appellationem
deuolutis , vt optimè inquit Franch. *in d. cap.*
vt litigantes.

Et dato , quod non consideremus , suffraga-
neum

reum tanquam Metropolitanum, sed tanquam delegatum summi Pontificis ad hoc genus causarum, adhuc idem probare debemus, quo-
48 niam † delegatus summi Pontificis reputatur Ordinarius, ex doctrina Abbat. *in cap. si quis contra, num. 4. de foro compet. & in cap. qualiter & quando, n. 3. de accusat.* per text. *in c. 2. de offic. deleg. in 6.* quem optimè exornat Morla *in empor. titul. 2. in princip. num.* 104. Imò
49 † Episcopus, in causis, in quibus procedit, tanquam delegatus Papæ, maior est Archiepiscopo, quoad illum articulum, vt *in cap. sanè, de offic. deleg. cap. Pastoralis, §. præterea, de offic. Ordin.* cum traditis ab Abb. *in cap. ad abolendam, num. 15. de hæreticis*, & Quaranta *vbi suprà num.*18.

Secundum dubium motum fuit in causa Ecclesiastica matrimoniali D. Annæ de Cabrera cum D. Ioanne Porcel de Peralta, vtrum dicta
50 † constitutio Gregorij, nouam hanc formam in appellationibus interponendis, & prosequendis inducens, ad illam causam porrigi posset, quæ iam erat appellata ad Romanum Pontificem, tempore quo dicta constitutio publicata fuit, & rescriptum impetratum ad quendam iudicem, coram quo dictus Ioannes Porcel comparuerat, & illud præsentauerat, qui postea suffraganeum adire, & iudicium cœptum deserere, etiam reluctante coniuge, contendebat. Et decisum fuit non posse, quia verba ipsius constitutionis expresse declarant, practicari debere in appellationibus post ipsius publicationem interpositis, vel interponendis. Quod etiam est iuris regulis consentaneum; quæ non permittunt
51 † nouas constitutiones trahi ad negotia pendentia, imo & inchoata, nisi nominatim contrarium legislator in ipsis declarauerit, *l. leges 7. C. de legibus, l. fin. C. de sacros. Eccles. l. fin. C. de vet. iur. enucl. leg. hac consultissima, C. de testamentis*, cum aliis, quæ tradit Accurs. per text. ibi *in Auth. vt cum, de appell. cognoscend. in princip. verb. Referente*, Abb. *in cap. fin. de constit. numer.* 9. & plures alij congesti à Cenedo *in collect. 1. ad Decretum, numer. fin.* Ioann. Gratian. *reg. 295. in fine*, & Anast. Germon. *lib. 1. animaduers. cap.* 2.

52 Quod in statutis † adeo verum est, vt etiam si statuens pendentia negotia comprehendat, adhuc ad illa extendi non possint, si credimus Bart. qui huius rei rationem reddit *in leg. omnes populi, num. 40. D. de iustit. & iure*, vbi cum multis communem dicit Bologнет. *n. 156. cum seqq.* Ioan. Horosc. *num.* 131. & sequitur Baldus post Bart. *in d. l. fin. C. de sacros. Eccles.* & latè disputans Felin. *in d. cap. fin. de constit. num.* 3. & melius, ac expressius cæteris Ias. *in l. non dubium, num 15. C. de legibus*, vbi ita singulariter inquit: *Illud etiam teneas perpetuò cordi, quod statuta, vel reformationes ciuitatum nunquam trahuntur ad pendentes lites, etiam (quod est singulare) statutum istud expressè diceret.* Maximè cum in specie proposita per impetrationem & vsum rescripti summi Pontificis, non esset res integra, sed potius ligatæ manus omnium inferiorum, vt dixi *suprà n.* 17. Neque liberum esset ei, qui eiusmodi rescrip-
53 tum impetrauit, & præsentauit, altera † parte inuita, & contradicente, ab eius vsu discedere, vt probat elegans text. *in cap. interpositas, §. illud denique, de appellat. l. fin. C. quando prouoc. non est necesse*, Bart. *in l. si quis libellos, C. de appellat.* Decius *cons. 60. col.* 1. & plures alij, quos adducit Ioan. Gratian. *reg.* 41. Cardin. Tusch. *litt. R. concl.* 208. & huius litis mentionem faciens D. Carrasc. *ad leg. Recop. c. 6. §. 4. n. 27. fol.* 72. vbi etiam dicti nostri Gregoriani diplomatis meminit.

Tertium dubium, superiori cohærens, ortum fuit in causa Francisci de Medrano Presbyteri, cum Martino Hidalgo. Nam cum Argentinus Episcopus in ea primam sententiam tulisset, & ab eo † ad Limensem Archiepiscopum tunc Argentini Metropolitanum, appellatum esset, posteáque Argentina Ecclesia in Metropolim erecta fuisset, desiderabat Medranus ad suffraganeum Pacensem, Argentino viciniorem, litem deuolui, qui tamen non obtinuit tum † quia hæ nouæ constitutiones partium iura lædere, vel mutare non debent, *d. l. leges* cum aliis *suprà* relatis; tum etiam, quia iudicium, vbi cœptum, vel introductum fuit, finiri debet, *l. vbi cœptum, D. de iudiciis*, & factum legitimè ex superuenienti causa non retractatur, *cap. factum, de reg. iur. in 6. l. non est nouum D. eodem.* Neque obstare visum fuit, quod in contrarium obiiciebatur, nempè, quod cum virtute Gregorianæ constitutionis, suffraganeus vicinior, quoad has appellationes Metropolitani vices assumat, videtur eo ipso cessare iurisdictio, quæ antea Limensi competebat; † cum qualitas, siue causa, qua nitebatur, cessauerit, & in alium translata fuerit, argum. text. *in l. si vsusfructus, D. quib. mod. vsusfruct. amitt. l. tutelas, in princip. D. de capit. minut. l. pater filium, §. Tusculanis, D. de leg.* 3. iunctis aliis, quæ tradit Craueta *cons.* 302. *num.* 31. & Azeued. *in Curia Pisana, lib. capit. 6. numer.* 66. vbi exemplum adducit in Ducurione, † qui ratione Decurionatus [...]tis cognitionem suscepit, iuxta casum & formam *leg. 7. titul. 18. lib. 4. Recop.* & ante eius determinationem officium Decurionatus reliquit, vel amisit, nam amplius in causa illa iudicare non poterit. Quoniam id ea ratione procedit, quia iurisdictio, ea sola qualitate attenta, concedebatur, & sustinebatur. In antiquo autem Metropolitano semper dignitas, & auctoritas durat, quæ iurisdictionem induxit, cuique (vt diximus) per nouam formam, quoad causas coram eo iam pendentes & introductas, derogari non potest. Quemadmodum nec derogatur cognitioni causæ alicui † tanquam Canonico commissæ per sedem Apostolicam, quamuis post receptionem litterarum desinat Canonicus esse, vel ex [...] solo, quod durat in illo præsumptio peritiæ & integritatis, quæ fuit causa finalis, quæ Pontificem ad illius nominationem mouit, vt dicet elegans gloss. *in cap. statutum, verb. Canonicis, de rescript. in 6.* quam ibidem sequitur Lud. Gomez *num.* 125. & alij DD. communiter, Abbas *consil. 93. vol.* 2. Paul. Castren. *cons. 288. num. 3. volum.* 2. Decius *in cap. quoniam Abbas, numer. 6. de offic. deleg.* & Tiraq. *de cessante causa, 1. part. limit. 4. num.* 4. & idem Azeued. *d. num* 66.

Quartum dubium in eadem causa motum, eo tendit, an quod Gregoriana constitutio iubet, de † duabus sententiis conformibus executioni mandandis, intelligi debeat solu[...]

in eo casu, quo de Metropolitano ad suffraganeum viciniorem prouocatur, in quo dumtaxat videtur nouum ius induxisse? An etiam, vbi è conuerso, de suffraganeo ad Metropolitanum, quod cum iure communi nitatur, eiusdem regulis relinqui prætendebatur, & sic quod tres sententiæ requirerentur, iuxta ea quæ *suprà num.39.* tradidimus. Sed planè, licèt hoc verbis Gregorij satis comprehensum non sit, negari non potest, quin mente apertissimè decidatur, cum tota illa constitutio litium breuitati prospiciat, & partium expensis, sumptibus, & laboribus excusandis, quod atquè in vno, atque in altero casu procedit. Necnon etiam, quia si vbi suffraganeus inferior sententiam Metropolitani confirmat, duæ istæ possunt, & debent executioni mandari, durum planè, imò & absurdum esset, vt confirmatoriæ Metropolitani, in quo maior dignitas emicat, minor his, & auctoritas tribueretur. Maximè cum hoc casu, etiam in Regnis Hispaniarum, vbi tres sententiæ desiderantur, duæ, † supradicto modo conformes, statim, præstita fideiussione, executioni mandari soleant, vt tradit Paz *in praxi tom. 7. part. cap. vnico*, *num.* 113. *& seqq.* & in terminis dicti Breuis Gregorij XIII. de quo disputamus, quod nulla inter vtrumque casum differentia constituenda sit, optimè (vt solet alia) nouissimè agnoscit Dom. Episcop. Pacensis D. Felicianus à Vega *in Rubr. de foro compet. num.*24. adiiciens *num.*25. Non † ideo excludendam esse exceptionem nullitatis, prouenientis ex defectu iurisdictionis, cum hæc etiam contra tres sententias conformes admitti solet, & † nulla quantumuis generali prohibitione excludi videatur, vt docet Roder. Suar. *t. de los emplaçamientos*, *num.* 47. Couar. *in pract. cap.*25. *num.*4. Anton. Gomez 3. *variar. cap.*12. *num.* 8. Ioan. Garcia *de nobilit. gloss.* 1. *n.* 2. *numer.* 24. & plures alij, quos refert, & sequitur Dom. Præses Valençuela *cons.* 11. *in fine, & cons.* 84. *num.* 36. & Vincent. Carroc. *tract. de remed. contra sentent. except.*22. *q.*13.

Quatenus vero dicta constitutio executionem sententiarum conformium ei, qui primam vicit, remittit, non conformium, ei qui vltimam; † sequi videtur magis communem praxim omnium Tribunalium, quæ eundem hodie ordinem seruat, licèt iure communi inspecto, disputari solet & possit, vtrum ex sententia confirmatoria, vel ex confirmata agatur? & vtrum confirmans, vel confirmatus eam exequi debeat, vt latè per DD. *in l. furti*, *in fine*, *D. de his, qui notan. infam. l.* 1. *D. de re iudic. Auth. quis litigantium*, *C. de Episcop. aud. leg. præcipimus*, *§. in his*, *C. de appell. leg.* 27. *titul.* 23. *part.*3. *leg.*6. *titul.* 17. *lib.* 4. *Recop. cap. cum in Ecclesia*, *& cap. vt debitus honor*, *in fin. de appell. cap. cum appellationibus*, *eod. tit. lib.* 6. cum aliis, quæ post Bart. *in l. à D. Pio*, *num.*15. Alex. *num.* 20. *de re iudic.* tradit Greg. Lop. *in leg.* 1. *tit.* 27. *part.* 3. *verb. Los mayores*, Maranta *in praxi*, 6. *part. tit. de executione sententiæ*, *num.*6. Bernard. Diaz, & Salced. *reg.* 676. Ioann. Gutierr. *lib.* 1. *pract. quæst.* 98. *per totam*, Azeued. *lib.*6. *num.*3. latissimè Matth. Coler. *in tract. process. execut.* 2. *part. ex num.* 27. Cald. Pereira *de iure emphyt. tom.* 1. *quæst.* 5. *ex n.*26. Amator Roder. *in tract. de execut. sentent. cap.*1. *ex num.*18.

Conformes † porrò illæ duæ sententiæ esse dicentur, in quibus non solum quantitas, verum & tempus, & qualitas conditionis conueniunt. Alioqui si prima purè in mille condemnet, secunda conditionem, vel aliam qualitatem adiiciat, vel si prima ad annum, secunda in biennium, siue longius tempus solutionem differat, conformes appellari non poterunt, vt argum. *l.*1. *§. si quis simpliciter*, *D. de verb. obligat.* & *§. præterea*, *Inst. eod.* tenuit Bald. *in l.* 1. *C. de sentent. quæ sine certa quant.* & latè Alciat. *in d. §. si quis simpliciter*, *num.* 57. & 69. Et idem esset, si vna condemnaret in centum, & altera in quinquaginta, vt pluribus relatis tenet Hieron. Gabr. *cons.*56. *num.*4. *lib.* 1. Bursat. *consil.* 219. Ant. Portius *inter cons.* Farin. *consil.*177. *num.*3. & alij, quos refert Cæs. Barzius *decis.* 112. *num.* 4. Ioann. Botta *cons.* 103. *num.* 5. & *seqq.* & *numer.* 15. & Menoch. *consil.*509. *num.* 17. *volum.* 6. Quamuis non desint alij plures, & magni nominis Auctores, qui contrarium defenderint, moti eo quod videantur dictæ sententiæ in minorem summam consensisse iuxta *d. l.* 2. *§. si stipulanti*, *de verbor.* & tradita à Couarr. *in pract. cap.* 25. *numer.* 6. *vers.* 11. Afflict. *decis.* 362. Thesaur. *decis.* 122. *num.* 10. Petr. Surd. *cons.* 112. *num.* 7. Tusch. *litt. S*, *conclus.*172. *num.* 13. vbi alios adducit, cum quibus etiam sentire videtur Menoch. *cons.* 1048. *volum.* 11. *num.* 1. & 2. *cons.* 1074. *num.*1. & 2. & Farin. *in* 2. *part. decis. Rotæ*, *decis.* 318. *numer.* 1. & tangit Cæsar Barzius sibi contrarius, *decis.* 38. *num.* 12. quæ omnia notari etiam debent pro praxi, & explicatione text. *in l.*43. *titul.*5. *lib.*2. *leg.*5. *tit.* 17. *l. fin. titul.*20. *lib.*4. *leg.*5. *lib.*7. *Recop.* quæ de sententiis, & suffragiis conformibus agunt. 64

CAPVT X.

An, & de quibus bonis Indiarum Prælati, tam seculares, quam Regulares, viuentes, vel morientes disponere possint.

SVMMARIVM.

1. *Episcopi viuentes, vel morientes, de quibus bonis disponere possint.*
2. *Episcopi si in sibi necessariis de proprio patrimonio aliquid erogauerit tantundem retinere possunt de his, quæ intuitu Episcopatus quæsierunt.*
3. *Prælati, vt cautè procedant, debent, & solent facere inuentarium de bonis, quæ habent tempore, quo Prælaturam accipiunt.*
4. *Bona omnia, quæ Prælati relinquunt, in dubio intuitu Ecclesiæ, & ex reditibus Episcopatus, quæsita præsumuntur.*
5. *Ecclesia habet fundatam suam intentionem super omnibus bonis à Prælato defuncto possessis.*
6. *Prælati hæredes debent probare quod bona, quæ sibi deberi prætendunt, fuerint quæsita ab eis, ante adeptionem Episcopatus, vel aliunde quam eius intuitu.*
7. *Qualitas, in aliquibus bonis requisita, regulariter ab eo, qui illius defectum obiicit, probari debet.*

8 *Inuenta*

8 *Inuentarium, siue repertorium bonorum, illi omnes facere tenentur, qui de eis rationem aliis reddere debent.*

9 *Episcopi non possunt disponere per vltimam voluntatem de bonis quæsitis intuitu Ecclesiæ, etiam ad pias causas, & quare?*

10 *Episcopi de bonis intuitu Episcopatus quæsitis, donationes causa mortis facere nequeunt, & quare?*

Donatio causa mortis nihil fere à testamento distat, ibidem.

11 *Clerici de iure communi testari non poterant de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis, sed hoc consuetudine abolitum est, & quod valeat talis consuetudo.*

12 *Episcopi, vt testari valeant de bonis intuitu Episcopatus quæsitis, etiam ad pias causas, consuetudine induci non potest.*

13 *Episcopi, vt testari possint de bonis quæsitis intuitu Episcopatus, debent habere indultum Romani Pontificis, & an tunc eorum consanguinei succedant, etiam si forte sine testamento decesserint? in quo sunt opiniones contrariæ, quæ referuntur.*

14 *Testandi facultate sibi concessa, si Episcopus non vtitur, vel si moriatur, re integra, Pontifex, qui illam concessit, nihil talis facultas prodest.*

15 *Episcopus etiam si habeat licentiam testandi, debet in pios vsus disponere.*

16 *Licentia testandi de bonis intuitu Episcopatus, quæsitis, Episcopis concessa, iuri tertij non præiudicat.*

17 *Episcopus si habeat licentiam testandi, an possit testamentum semel illius virtute factum reuocare, vel codicillos facere?*

18 *Prælati dum viuunt, an & quatenus disponere possint de bonis quæsitis intuitu Ecclesiæ?*

19 *Dispositionem suorum bonorum latiorem in vita, quam in morte sæpe iura permittunt.*

L. viuus libertus, D. de bonis libertorum, *expenditur*, ibidem.

20 *Bona Episcoporum, & Ecclesiarum sunt bona pauperum.*

21 *Episcopi in foro interiori tenentur reseruare pauperibus, quæ sibi supersunt de bonis intuitu Episcopatus quæsitis.*

22 *Episcopi, qui inter pauperes non distribuunt, quæ sibi supersunt de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis, an ad restitutionem teneantur?*

23 *Episcoporum mensa, & supellex qualis esse debeat? remissiuè.*

Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 1. *explicatur, & illustratur*, ibidem.

24 *Pauperibus furari, & rapinam facere dicitur Episcopus, si in profanos vsus absumat bona, quæ illis distribuere tenetur, ex D. Bernard.*

25 *Episcoporum bona, quibus vocibus, & querelis pauperes petere, imo & inuadere possint? ex eleganti loco D. Gregorij, qui refertur?*

26 *Episcopi peccant, si bona Episcopatus intuitu quæsita, donent, vel expendant in vsus profanos, sed tamen talis donatio, vel alienatio valet.*

27 *Donationes factæ ab Episcopis in vsus profanos Dei iudicio reseruantur.*

28 *Episcopi, an dominium fructuum sui Episcopatus acquirant? remissiuè.*

29 *Episcopi ex opinione aliquorum possunt de reditibus Episcopatus facere maioratum, etiam ad profana.*

30 *Pontifex Romanus libere, & irreuocabiliter disponit, dum viuit, etiam in profanos vsus de bonis intuitu Papatus quæsitis.*

31 *Episcopi exceptis casibus reseruatis, eandem facultatem habent in sua Diœcesi, quam Papa in vniuersali Ecclesia, & in locum Apostolorum successerunt.*

32 *Res mobiles, & immobiles, comparatæ ex fructibus intuitu Episcopatus quæsitis, eorum naturam, & dispositionem siue dispensationem in omnibus sortiuntur.*

33 *Res comparatæ ex reditibus Episcopatus, manent apud Episcopum, dum vixerit, nec acquiruntur Ecclesiæ ipso iure, etiam reuocabiliter.*

34 *Bona empta per Prælatum ex pecunia, vel rebus Ecclesiæ, ipso iure quæruntur Ecclesiæ.*

35 L. fin. C. de sacrosanct. Eccles. *non extenditur ad ea, quæ Prælati, & Beneficiarij sibi, & ex suis pecuniis emunt.*

36 *Prælati peccant, si in fraudem Ecclesiarum bona, quæ emunt de reditibus Episcopatus, in capitibus alienis supponunt.*

37 *Episcopi seculares, & regulares an differant circa bona, quæ emunt ex reditibus Episcopatus?*

Causa grauis spolij Episcopi Guadalajaræ cum Decano, & Capitulo eiusdem Ecclesiæ, refertur, ibidem.

38 *Episcopi regulares, ex opinione multorum, non possunt disponere etiam inter viuos de vllis bonis intuitu Episcopatus quæsitis, nec de patrimonialibus, vel quasi.*

39 *Ecclesia Cathedralis in bonis Episcopi regularis in locum Monasterij subrogatur.*

40 *Regularis promotus ad Episcopatum, an, & in quibus conseruet primitiuum Religionis statum, quam vouit.*

41 *Res empta ab Episcopo regulari de reditibus Episcopatus, ipso iure acquiritur Ecclesiæ irreuocabiliter, ex Bald. & aliis, qui referuntur.*

42 *Episcopi regulares de bonis quæsitis in Episcopatu, secundum multorum opinionem solum disponere possunt in modica quantitate.*

Cap. cum olim, de priuil. *explicatur*, ibidem.

43 *Episcopi regulares etiam de bonis quæsitis ex stipendiis, & salariis Principum disponere nequeunt, secundum Martam.*

44 *Episcoporum regularium, & secularium libertas, aut facultas circa dispositionem bonorum quæsitorum intuitu Episcopatus, qualiter distinguatur ex opinione P. Suarez, cuius verba referuntur.*

45 *Episcopus regularis, vt possit disponere de bonis in Episcopatu quæsitis, etiam ad pia opera, debet secundum aliquos impetrare dispensationem Papæ.*

46 *Episcopi regulares quod in nihilo differant à secularibus in dispensatione bonorum quæsitorum intuitu Episcopatus, affirmant, plures, qui referuntur.*

47 Roti

94 *Donationes factæ à Prælatis in graui periculo vitæ positis, fraudulentæ à multis censentur, quamvis actualis traditio interveniat.*

95 *Prælati, in mortis articulo constituti, moderatas tantùm donationes bonorum mobilium in pios vsus facere possunt.*

96 *Donationes factæ à Prælatis morti proximis, etsi eas appellent inter viuos, inutiles sunt.*

97 L. si filia, de diuortijs, l. filiæ meæ, solut. matrim. *expenduntur, & illustrantur.*

98 *Prælatus morti proximus non habet liberam dispositionem, & magis mortis causa, quàm inter viuos donare censetur.*

99 *Alienatio facta ab ægroto in extremis laborante, præsumitur fraudulenta.*

100 *Legitimatio facta in articulo mortis, præsumitur fraudulenta, & substitutum non excludit.*

101 *Religionem ingrediens, vel profitens tempore mortis, non excludit substitutum, quia præsumitur in eius fraudem ingressus, vel professus.*

102 *Emancipatio facta à patre in extremis laborante, præsumitur fraudulenta.*

103 *Permutatio beneficij facta tempore mortis non valet, tanquam fraudulenta.*

104 *Donatio omnium, vel maioris partis bonorum, facta ab Episcopo ægrotante, in odium, vel fraudem Ecclesiæ facta præsumitur.*

105 *Donatio omnium bonorum habet secum fraudis præsumptionem.*

L. omnium, §. Lucius, D. quæ in fraud. cred. *ponderatur, & illustratur, ibidem.*

106 *Donans omnia bona sua, de quibus testari non poterat, in fraudem legis, vel statuti donasse censetur.*

107 *Donationes omnium bonorum ab Episcopis factas, tanquam fraudulentas, & præiudiciales Cameræ Apostolicæ damnauit Clemens VIII.*

108 *Regula Cancellariæ de infirmis resignantibus, expenditur, & à multis porrigitur ad donationes factas à Prælatis grauiter ægrotantibus.*

109 *Episcopi ægrotantes debent viuere per viginti dies post donationes tunc temporis factas, ex opinione multorum, qui referuntur.*

110 *Episcoporum ægrotantium donationes, vt valeant, requiritur superuiuentia 40. dierum ex motu proprio Pij IV. qui ponderatur.*

111 *Rescripta missa ad vnam prouinciam debent obseruari in aliis, in quibus eadem militat ratio.*

112 *Statuta Ecclesiæ Romanæ debent obseruari in aliis, quarum caput existit.*

113 *Statuta extenduntur de casu ad casum, ne casus odiosus magis fauorabilis maneat, quàm priuilegiatus.*

114 *Spolia Episcoporum Ecclesijs deferri, fauorabile est, Cameræ Apostolicæ odiosum.*

115 *Ecclesia vtitur omnibus fisci priuilegiis.*

116 *Motus proprius Pij IV. circa donationes Episcoporum fraudulentas vitandas & superuiuentiam 40. dierum, in Indiis obseruari iussisse videtur quædam schedula, quæ refertur, & explicatur.*

117 *Iustitia, vbi fieri iubetur in aliquo rescripto, an & quando aliquid ex antiqui iuris præceptis innouare velle censeatur.*

118 *Motum proprium Pij IV. nec in Hispania, nec in Indiis esse receptum multi tradunt.*

119 *Donationes factas ab Episcopo, etiam moribundo, validas esse, si aliàs fraus illarum non probetur, tenent multi, qui referuntur num. seqq.*

120 *Traditio rei donatæ non respicit substantiam, sed executionem donationis.*

121 *Præsumptiones etiam iuris, & de iure, veritati cedunt, si liquido probari possit.*

122 *Episcopis, dispensationem bonorum iura circumscribere nolunt, sed tantùm fraudibus obuiare.*

123 *Episcoporum donationes, absolutè & irreuocabiliter factæ, etiam in articulo mortis, validæ sunt, ex Abb. & aliorum sententia.*

124 *Prælatus, etiam morti proximus, potest donare omnia bona sua ad maioratum faciendum, ex opinione Molinæ, qui de hac praxi testatur.*

125 *Donatio inter viuos non amittit suam naturam, & effectum, quamvis ab ægrotante fiat, quin potius valida est, & laudabilis ex opinione Molinæ Theologi, Sarmienti, & aliorum.*

L. Seia cùm pater, D. de donat. caus. mort. *expenditur, & illustratur ibidem.*

126 *Episcopis infirmis non adimitur libertas disponendi inter viuos, quam aliàs illis iura concedunt.*

127 *D. Laurentius moriturus, donauit thesauros Ecclesiæ.*

129 *P. Gabr. Vazquez notanda verba referuntur circa donationes Episcoporum ægrotantium.*

130 *Donationes Episcoporum ægrotantium, qui admittunt, nihil curant de superuiuentia, sed solùm de veritate, & irreuocabilitate earum.*

130 Cap. ad hæc, & cap. relatum, de testam. *qualiter à Nauarro, & aliis intelliguntur.*

132 *Argumentum à contrario sensu non valet, contra id, quod aliàs est in iure expressum.*

133 *Donationis ægrotantis Episcopi valor, vel fraus ex variis circumstantiis pendet, quæ arbitrio iudicis relinquuntur.*

134 *Causæ aliquæ referuntur super donationibus Episcoporum ægrotantium, & qualiter in illis definiendis variatum sit.*

135 *Nauarri grauia verba referuntur circa donationes Episcoporum ægrotantium, etiam in pios vsus factas.*

136 *Prælati admonentur, vt à fraudulentis donationibus abstineant, & Deum fallere non posse animaduertant, & quòd in hoc furtum committunt, ex Barbacia, & aliis.*

Expedi

EXpeditis ijs, quæ ad Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Indiarum creationem, & iuriſdictionem ſpectant, oportet, vt videamus, qualiter de ſuis bonis, tam in vita, quàm in morte diſponere poſſit. Nam ſuper hoc tum libi cum præſertim in his prouinciis plurimæ quotidie lites, & dubitationes moueri ſolent, quas non pigebit hîc breuiter, & dilucidè pertractatas, & diffinitas habere.

Et vt certa ab incertis ſeparemus, inter omnes conſtat, † eos ad libitum (ſicut & alios ſeculares homines) de illis bonis diſponere poſſe, tam inter viuos, quàm per vltimam voluntatem, quæ patrimonialia ipſorum fuiſſe probentur, vel ante Epiſcopatum acquiſita, aut etiam poſteà, non tamen eius intuitu, ſed vel ſua induſtria, vel aliàs ratione, ſeu contemplatione perſonæ, & non occaſione dignitatis, vt probat text. & ibi DD. *in cap. Epiſcopi, cap. ſint manifeſta 12. q. 1. cap. 1. cap. fixum 12. q. 5. cap. cùm dilectus, de iure patr. cap. 1. & cap. quia nos, de teſtam.* 2. & 5. *tit.* 21. *part.* 1. cum alijs adductis per Nauarr. *in tract. de reditib. Eccleſ. quæſt.* 1. *nu.* 19. Couarr. *d. cap.* 1. *num.* 3. & 11. Molin. *de primogen. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 27. & 51. alter Molina *de iuſt. & iure, tract.* 2. *diſp.* 142. 146. & 147. *nu.* 3. Leſſius *de iuſt. & iure, lib.* 2. *cap.* 4. Azor. *inſt. moral.* 2. *part. lib.* 7. *cap.* 9. *q.* 1. & *lib.* 12. *c.* 11. *q.* 2. Tolet. *in ſumma, lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 20. & 21. Eman Roder. *in ſumma, verb. Limoſna, cap.* 198. *num.* 1. Et Marta *de iuriſd.* 1. *part. caſ.* 24. *per totum.* Qui hoc adeò verum eſſe exiſtimant, vt ſi † Epiſcopus in ſe alendo, vel alijs neceſſariis vſibus aliquid de proprio patrimonio erogauerit, tantundem de Epiſcopatus fructibus retinere, ſibique reſeruare poſſit.

Et ob hæc laudanda † eſt cautio Prælatorum, qui ſtatim atque ad Epiſcopalem apicem promouentur, antequam ſe eius adminiſtrationi, & fructibus miſceant, ſolemne, & iuridicum inuentarium de bonis, quæ tunc poſſident, facere ſolent, vt omni tempore de eis conſtet, & liberè teſtari, & diſponere poſſint, vt per Couar. *in d. cap.* 1. *de teſtam. num.* 9. Et Cabed. *deciſ. Luſitan.* 83. *par.* 1. *num. vlt.* Nam aliàs hoc in dubium vocabitur, cùm omnia quæ † habeant, vel relinquunt intuitu Epiſcopatus, quæſita dicantur, & præſumantur, *cap.* 1. *de pecul. cler.* vbi ſcribentes, gloſſ. *verbo, Probentur, in Auth. de Eccleſ. tit. §. interdicimus, collat.* 9. & *in cap. ſint manifeſta* 12. *q.* 1. Balb. *conſ.* 298. *lib.* 1. Couar. *d. cap.* 1. *num.* 6. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 51. *num.* 23. Pariſ. *de reſign. lib.* 14. *q.* 7. *num.* 48. & 49. Vbi quòd † Eccleſia habet fundatã intentionem ſuper omnibus bonis à Prælato defuncto poſſeſſis, Gama *deciſ. Luſit.* 313. *num.* 2. vbi eius additio plures refert Redoan. *de ſpoliis, q.* 9. & *q.* 25. *num.* 8. Maſcard. *de probat. concluſ.* 587. incip. *Eccleſiaſticæ res,* Camil Borel. *in ſumm. deciſ.* 1. *tom.* ... *tit.* 6. *num.* 35. & 36. Anton. Cardoſ. *in prax. iud. & aduocat. verb. Epiſcopus, num.* 55. Aug Barboſ. *in Paſtoral.* 3. *part. alleg.* 114. *num.* 13. Card. Tuſch. *litt. B, concl.* 112. Marta *de ſucceſſ. legal.* 4. *par. q.* 1.
6 *art.* 4. *ex num.* 29. *ad* 35. Adeò, † vt in ipſos Epiſcopos, vel eorum hæredes onus contrariæ probationis transfundatur, nempè, quòd intuitu perſonæ, & aliunde, quàm ab Eccleſia acquiſierint, vt docet Lapus *alleg.* 114. *num.* 1. &
7 alij *ſuprà citati.* Quamvis aliàs, † qualitas in aliquibus bonis requiſita, ab eo, qui illius defectum obiicit, probari debeat, vt intret ſtatuti diſpoſitio, ſiue prohibitio, vt notat Bart. & communiter Scribentes *in l. cætera, § ſed ſi parauerit, D. de leg.* 1. gloſſ. & DD. *in l. mancipia, C. de ſeruis fugit.* Et, poſt alios, Proſper. Paſſetus *conſ.* 191. *num.* 11. Omnis enim, † qui rationem reddere 8
tenetur inuentarium facere debet, *l. tutor, qui repertorium, D. de admin. tut. l. cùm oportet, § cùm autem, C. de bon. quæ liber.* Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 3. Et latiſſimè Scobar *in tract. de ratiocin. cap.* 9. *ex num.* 1. Et in terminis Marta *d. num.* 37.

De bonis † autem quæſitis intuitu Epiſcopa- 9
tus, nullo modo per teſtamentum, ſiue vltimam voluntatem diſponere poſſunt, quia illorum non pleni, & perfecti domini eſſe videntur, ſed tantùm vſuarij, vel (vt magis communis habet) vſufructuarij, ac propterea ius illis vtendi, vel de illis amplius diſponendi, morte finiatur; & Eccleſiæ debeat reſeruari, iuxta text. & gloſſ. *verb. Reſeruari in cap. præſenti, de off. Ordin. lib.* 3. Et communem opinionẽ, de qua per Corn. *conſ.* 314. *num.* 2. *lib.* 3. Barbat. *in cap. fin. de pecul. cleric.* latè Ferret. *conſ.* 118. Bellon *conſ.* 3. Caſtrenſ. Socin. Et alij, quos refert Tuſch. *litt. B, concl.* 79. *per totam*; Et eleganter Petr. Barboſ. *in l. diuortio,* 2. *part. num.* 58. Et Marta *d. art.* 4. *ex num.* 37. Vbi hanc concluſionem, ſiue prohibitionem Epiſcoporum, aliquid diſponendi in morte neque ex teſtamento, neque ab inteſtato, ſecurè admittunt. Et eandem probant, & ampliant, vt etiam in teſtamentis ad pias cauſas procedat; text. *in d. cap.* 1. *cap. quia nos, cap. cùm in officiis, cap. ad hæc, & cap. relatum, el* 2. *de teſtam.* vbi latè, poſt alios, Couar: omninò videndus, *cap.* 1. & 2. *cap. quia Ioannes, in fin.* 12. *q.* 5. *Auth. licentiam, C. de Epiſcop. & cleric. l.* 5. & 8. *tit.* 21. *par.* 1. *l.* 6. *in fin. tit.* 2. *lib.* 1. *Recop.* cum aliis, quæ adducit Paul. de Caſtro *conſ.* 225. *libr.* 2. Card. Tuſch. *litt. E, concluſ.* 287. Calderin. *conſ.* 48. *num.* 1. & 6. Molina *d. libr.* 2. *capit.* 10. *numer.* 29. alter Molina *d. diſp.* 147. *num.* 5. Nauarr. *de redit. q.* 3. *monit.* 1. & *conſ.* 6. *ſub tit. de donat. num.* 1. Ceuallos *in commun. opin. q.* 388. *num.* 64. Thom. Decius, qui hoc limitat in Epiſcopis titularibus, *conſ.* 53. *num.* 2. Boëcius Epom Friſius *in ſyntagm. antiq. Eccleſ. tit. de iure prouent. Eccleſiaſt.* Et Paul. Piaſec. *in prax. Epiſcop.* 2. *part. cap.* 5. *num.* 38. 39. & 40. Paul. Comitol. *in reſponſ. moral. reſponſ.* 70. *pag.* 146,

Et idem procedit † in donatione cauſa mor- 10
tis, quæ nihil ferè à teſtamento diſtat, *l. fin. C. de donat. cauſ. mort.* §. 1. *Inſt. eod. l. cùm antiquitas, C. de teſtam. l. fin. tit.* 4. *part.* 5. Menoc. *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *n.* 151. & *lib.* 3. *præſumpt.* 37. *num.* 2. Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 1. *tit.* 12. Iul. Clar. §. *donatio, q.* 5. Et in propriis noſtris terminis Molin. *d. c.* 10. *n.* 31. alter Molina *d. diſp.* 147. *concluſ.* 12. & *diſp.* 148. *concl.* 2. Nauar. *conſ.* 4. *d. tit. de donat. n.* 4. Redoan. *de ſpoliis, q.* 7. Et Cauallos *d. n.* 64. Idque apud omnes conſtitutiſſimum eſt, vt tradit nouiſſimè Gabr. Pereira *deciſ. Luſit.* 75. *num. fin. ad finem.*

Et adeò verum reputatur, vt licèt in † cle- 11
ricis ſimilis prohibitio teſtandi de prædictis bonis intuitu beneficij, aut ſacerdotij quæſitis, conſuetudine noſtræ Hiſpaniæ, & aliarum prouinciarum derogata fuerit, & paulatim introductum, vt ſaltim ad pios vſus de illis teſtari poſſint, quam conſuetudinem licèt damnet

Aluar. Pelag. de planct. Eccles. lib. 2. cap. 28. art. fin. Et Gregor. Lop. in l. 53. tit. 6. part. 1. gloss. probat tamen lex nostra 13. tit. 8. libr. .... Recopil. vbi benè eam defendit Matienz. glos. 4. Azeued. num. 3. Barbos. vbi sup. nu. 6. Couar. in d. cap. 1. de testam. Dueñas reg. 366. Sarmient. de redit. Eccl. 4. par. cap. 1. num. 8. Nauar. eod. tract. q. 3. mon. 6. num. 2. Gutier. lib. 2. pract. cap. 114. per tot. Molin. d. c. 10. num. 53. alter Molin. d. disp. 147. à nu. 25. Flores de Mena in addit. ad Gamam decis. 315. Nicol. Garc. de benef. 2. par. cap. 1. num. 11. & 5. par. cap. 1. num. 594. Alex. Moneta de distrib. q. 2. nu. 5. & q. 4. num. 11. Ceuallos d. q. 388. num. 38 & 39. Roxas de success. cap. fin. num. 43. latissimè D. Valençuela cons. 98. & plures alij congesti à Cenedo in collect. 12. ad Decret. Et Marta d. tract. de success. legal. 1. tom. pag. 1108. & 4. part. q. 1. numer. 19. & 36. Quibus fauent aliquæ Regiæ schedulæ, quæ eandem in nostris Indiis seruari iubent, neque collectores admitti, quæ extant in 1. tom. impress. fol. 130. & seqq. Adhuc tamen
12 † talis consuetudo in Prælatis, neque admissa sit, neque admitti possit, & debeat, quia (vt diximus) etiam ad pios vsus testari non poterunt, vt benè obseruat Nauar. d. q. 3. monit. 3. in fin. Couar. d. cap. cùm in officiis, num. 2. Greg. Lop. d. l. 53. gloss. Molin. dict. disp. 147. num. 13. & 14. Gutier. d. cap. 114. Et Nicol. Garc. & D. Valençuela vbi supra.

13 Et si quis fortè testari voluerit † necesse est, vt à sede Apostolica licentiam, & facultatem poscat, & impetret, Marta d. q. 1. art. 4. ex n. 37. Quo facto, etiam si testamentum non condat, sed intestatus decedat, consanguineis proximioribus eius bona deferri, censuit Bursat. cons. 22. vol. 1. Aug. Beroius cons. 84. num. 80. lib. 2. Natta cons. 216. num. 13. Craueta cons. 176. Boërius decis. 48. num. 2. Menoch. cons. 210. num. 69. vol. 1. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 67. Caualcan. de vsufruct. num. 155. Cagnol. in l. fin. C. de pact. numer. 246. Rota diuers. decis. 369. lib. 3. Cald. Pereira de nominat. emph. q. 7. Vincent. de Anna singul. 391. Quamvis aliqui eorum non satis in hac opinione persistant. Et contrariam, nem-
14 pè facultatem testandi non prodesse, † nisi ea vsus reperiatur Episcopus, qui eam impetrauit, & non sit mortuus re integra Pontifex, qui il-
15 lam concessit, & quòd etiam vbi ea vtuntur † debent in foro interiori ad pios vsus testari, apertè docet Nauar. in tract. de spoliis, §. 7. numer. 6. Couar. in d. cap. cùm in officiis, numer. 8. Toletus in summa, libr. 5. cap. 4. num. 18. & alij quos refert Tusch. litter. B, conclus. 112. & litter. S, verbo Spolia clericorum, conclus. 348. Et est videndus Paul. Castrens. cons. 90. col. fin. vers.
16 Neque obstat, vol. 1. Vbi ait, † hanc licentiam iuri tertij non præiudicare, Ripa in l. 2. num. 2. de leg. 1. Cæsar Fumagiol. ibid. ex numer. 10. ad 29. Tiraquell. in l. boues, §. hoc sermone, reg. 2. num. 128. Socin. Iunior. cons. 89. num. 27. lib. 10. Decius cons. 512. Iul. Clarus §. testamentum, q. 17. Couarr. in d. cap. cùm in officiis, num. 9. de testament. Et Albarald de coniect. ment. defunct. lib. 2. cap. 1. ex num. 6. Quintil. Mandos. in gloss. facultatum, cap. de licentia testandi, per totum,
17 vbi inter alias quæstiones eam disputant; an † si Episcopus virtute huiusmodi licentiæ semel testatus fuerit, possit primum testamentum reuocare, & aliud de nouo condere, vel codicillos facere?

Sed nunc videndum est, an, & † quatenus Prælati, dum viuunt, disponere, & expendere possint de fructibus, & reditibus intuitu Episcopatus quæsitis. Non enim est novum, † vt laxiores habenæ circa hoc viuentibus, quàm morientibus concedantur, vt ostendit Scæuola in l. viuus libertus 9. D. si quid in fraud. patron. ibi: *Viuus libertus donare benemerentibus amicis potest: legare verò nec benemerentibus amicis potest, quò patroni partem minuat.*

Et sciendum est, quòd cùm † bona Episcoporum, & Ecclesiarum sint bona pauperum, c. fin. 16. q. 1. cap. cùm ex eo, de elect. vbi Felin. nu. 6. Decius in cap. constitutus, de rescript. cum aliis, quæ adducit Tiraq. de iure const. limit. 16. n. 3. Alexan. Moneta de distribution. 3. par. q. 1. num. 15. & seqq. Et Tusch. litt. B, concl. 111. & litt. F, concl. 511. in foro interiori † contenti esse debent his tantùm, quæ necessaria sunt ad sui vsum, & sustentationem, iuxta dignitatem, & qualitatem status & officij, quod habent, ac repræsentant, & reliqua in pauperes, & pios vsus erogare tenetur, vt disponit, & grauiter exprimit Conc. Antiochenum cap. 25. cap. quisquis, cap. sint manifesta, cap. Episcopus, & cap. res Ecclesiæ, cum seqq. 12. q. 2. cap. quia Ioannes 12. q. 5. cap. videntes, cap. tibi, ô Sacerdos, 44. dist. Concil. Trident. sess. 25. de reformat. 1.

Adeò, vt si secùs fecerint, † secundùm multorum opinionem, ad restitutionem teneantur, & secundùm communiorem, & veriorem, saltim mortaliter peccent, sine onere tamen restitutionis, quia solùm legem charitatis, & non iustitiæ transgrediuntur, vt cum D. Thoma, Adrian, Soto, Arboreo, Driedonio, Couarr. & aliis, quos refert, obseruat Dom. Bañez in 2. 2. q. 32. art. 6. dub. vltim. Gregor. Lop. in l. 40. verb. Que los diessen, tit. 5. part. 1. Nauarr. vbi sup. q. 1. monit. 26. 27. 34. 38. & 39. & cons. 4. de donat. num. 1. & cons. 6. num. 6. latiùs Redoan. de spol. q. 9. num. 5. & 11. & q. 3. §. sed in contrarium, num. 1. & §. stantibus, num. 7. in fine; Nicol. Garcia de benef. 5. part. cap. 1. num. 596. Azeued. in d. l. 13. tit. 8. libr. 5. Recopil. qui cautè legendus est, nam nimis strictè, & cum restitutionis obligatione Tridentini decretum intelligit, Molina Theolog. disp. 144. Lessius de iust. & iure, libr. 2. cap. 4. dub. 6. Azor d. lib. 7. inst. moral. cap. 8. & seqq. Menoch. de arbitrar. casu 520. num. 13. vbi tradit, † qualis debeat esse supellex, & mensa Episcoporum, Vgolin. de off. Episcopi, cap. 3. num. 5. Duran. de Eccles. Ministr. libr. 2. cap. 1. Narbon. in l. 35. gloss. 2. num. 13. tit. 3. lib. 1. Recop. Borrel. de præstant. Reg. Cathol. cap. 76. num. 3. Villadiego in foro indic. l. 28. tit. 1. lib. 2. num. 1. Gabriel Vazq. tract. de eleemos. cap. 4. num. 8. & de reditib. Ecclesiast. cap. 1. §. 3. dub. 1. num. 46. Ioann. Valer. de different. inter vtrumque forum, verb. Beneficiatus, differ. 5. vbi eos reprehendit, qui doctrinam Concilij magis de honestate, & perfectione, quàm de præcepto esse, dicere audent, & August. Barbosa in Pastorali, 1. part. tit. 2. gloss. 5. numer. 12.

Quibus addo D. Bernard. epist. 2. vbi hoc idem his grauissimis verbis cum Prælatis loquens ostendit: † *Denique quidquid præter necessarium victum, ac simplicem vestitum de altari retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est*: & epist. 42. col. 3. *Clamant pauperes: Nostrum est, quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur;*

bitur; D.Gregor. *epist.21. lib.11. O Pastor † non largiris tua, sed aliena: quid ergo mirum, quod tota die lustrent domum Episcopi pauperes, cùm sit ea domus dispensatoris rerum ipsorum? Possent enim vociferari ad valvas, imò vsque ad secretum cubiculum, dicentes: Domine, non vult nobis dare, quæ illi, vt nobis daret, dedisti.*

In foro tamen exteriori, licèt peccent (vt diximus) si Ecclesiæ † fructus, & reditus donent, vel expendant in vsus profanos, ferè omnes tamen conueniunt, tales sumptus, & donationes, si cessante fraude, & irreuocabiliter fiant, validas esse, quia pro constanti habent, quòd eorundem redituum, instar vsufructuarij, plenum ius, & dominium, dum viuunt, acquirant, & exerceant, vt post gloss. *in cap. præsenti, verb. Reseruari, de off. Ordin. lib. 6.* Abbat. *in cap. cæterùm, de donat. num.4. & in cap. ad hæc, de testam. num. 3.* & plures alios, quos cumulat, resoluit *d. lib. 2. de primog. cap. 10. num. 32.* asserens, sic quotidie in forensibus controuersiis obseruari, & contra Cameram Apostolicam pronuntiari, & † nullo iure, quoad forum exterius prohibitam esse Episcopis bonorum suorum donationem, atque commutationem, & quòd nullus iudex, præter Deum, potest de his sibi rationem exigere, aliàs totus mundus litibus inuolueretur. Alter Molina *disp. 148. concl. 2. num. 3.* Couarr. *in d. cap. cùm in officiis, num.5.* Iul. Clar. *§. testamentum, q. 14.* Nauarr. *d. q.1. monit. 8. num. 2.* Thom. Sanch. *in summ. tom. 2. libr. 6. cap. 6. num. 8. & 9.* vbi disputat, an † verum sit quòd dominium dictorum fructuum acquirant? Rota *decis. 772. numer. 4. part. 1. diuers.* Ludouis. *decis. 401. numer. 7.* Augustin. Barbosa *de potest. Episc. alleg.114. num. 32.* ibi: *Inter viuos tamen possunt donare, etiam non modicè, & in profanos vsus*, Gabr. Vazq. *de redit. Eccles. cap. 1. §. 3. dub. 7. numer. 71.* Mieres *de maiorat. 1. part. q. 1. num. 14.* Et in nouis *num. 50.* vbi expressè concludit, † quòd Episcopi de reditibus Episcopatuum possunt constituere maioratum ad profana, & sequitur alios adducens Farinac. *decis. 241. numer. final. part. 2.*

Pro quibus facit, quòd in simili † videmus de summo Pontifice Romano, qui licèt testari non possit de bonis intuitu Papatus quæsitis, ea tamen, dum viuit, absque vlla limitatione vsque ad supremum vitæ exitum liberè, etiam in profanos vsus expendit, & id firmum & stabile manet, vt ex aliis aduertit Azor *d. lib.7. cap.28. q.1.* Vnde non est mirum, si idem inferioribus Prælatis concedamus, † qui, exceptis reseruatis, in suis Diœcesibus eandem facultatem habent, quam Pontifex in vniuersali totius orbis Ecclesia, & in locum Apostolorum successerunt, Actor. 20. *Posuit vos Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei, cap. in nouo, 21. dist.* ibi: *Pari consortio, cap. vltim. 68. dist.* Trident. *sess. 23. cap.4. in doctrina*, Victoria *de potest. Eccles. relect. 2. q. 2. numer.28. pag.168.* Sotus *libr. 10. q.1. art.3. concl. 1. & in resp. ad 2.* Ledesma *24. quæst. 24. art. 1.* Paul. Fuscus *de visitatione, libr. 1. cap. 2 num. 12.* Suar. *de legibus, libr. 4. capit. 4. num.21.* Azor. *tom.2. libr.3. cap.28. quæst.3.* Gregor. Lop. *in l.3. tit.10. part.2.* Illustriss. Bracharens. Acuña *in d. c. vltim. 68. dist. num. 1.*

Et idem, quod de fructibus dicimus, dicere quoque possumus † de rebus, siue mobilibus, 32 siue immobilibus, quas Episcopi ex pretio eorundem fructuum sibi, & non Ecclesiæ nomine comparauerint; nam hæ quoque in libera ipsorum dispositione manent, dum vixerint, neque Ecclesiæ ipso iure acquiruntur, vt cum communi, & magis vera opinione docet Hostiens. Ioan. Andr. Barbat. & alij *in cap. inquirendum, de pecul. clericor.* Nauarr. *d. q.1. mon.37. & mon.66. & in propugnat. ad num.11. ad med. & in cap. cùm non liceat 12. q.1. num.4. & §.6. num.4.* Sarmient. palinodiam recantans, *de redit. 1. part. defens. ad monit.37.* Marsil. *eod. tract. cap.23. num.19.* Azor. *d. 2. tom. libr. 8. cap. 3. q. 5.* vbi refert id decisum per summ. PP. Iul. III. Paul. III. & IV. in hæc verba: *In quibus constitutionibus habetur, immobilia bona, quæ emunt beneficiarij, suo, non ipsius Ecclesiæ nomine, ex reditibus beneficiorum, non fieri ipso iure Ecclesiæ*, sequitur Filliuc. *3. tom. tract.43. cap.4. q.2.* Quod est adeò verum, † vt nec reuocabiliter acquiratur Ecclesiis, ante 33 traditionem, dominium, vel possessio rerum, quæ emuntur nomine, & ex pecuniis ipsorum Episcoporum, vt per eundem Nauarr. *admonit.37. ad fin.* quidquid contrarium, post alios, defendat Couarr. *dict. capit. 1. de testament. numer. 5.* Et Sarmient. ante retractationem, *d. 3. part. capit. 5. numer. 5.* Tiraquell. *de priuileg. piæ causæ, priuileg. 120.* Et idem sequuntur Alex. Ludouis. *d. decis.401. num.10.* Farin. *d. decis. 241. num.6. par.2.* Barbos. *d. 3. part. alleg. 114. num.20.*

Quibus non obstant, quæ tradit summa Angelica, *verb. Emptio, §.17.* Bald. *cons.298. n.1. lib.1.* Portius *cons.104. per tot.* Redoan. *de spoliis, q.3. § sed in contrarium, num.16.30.31. & seqq.* Et plures alij, quos refert & sequitur Bellet. *disquisit. clerical. § 2. num.3* Et Alois. Ricc. *in prax Eccles. to.3. resol.433. n 4. & seqq.* Nam intelligendi sunt † in bonis emptis de pecunia propria ipsius Ec- 34 clesiæ, in quibus Prælatus, merus administrator esse censetur, iuxta iura, quæ allegant, & sic etiam intelligi debent, *in c.2. de donat. cap. Episcopi 12 q.1. cap. fixum 12. q.5. d. cap.2. inquirendum de pecul. clericor.* Auth. *de Ecclesiast. titul. § interdicimus, col.9.*

Et ideò inquit Nauarr. *d. monit. 37. num. 1.* quòd † *l. fin. C. de sacros. Eccles.* non extenditur 35 ad ea, quæ beneficiarius sibi, & proprio nomine emit. Quamvis peccent † Prælati, & 36 furtum committant, vbi in fraudem suarum Ecclesiarum per tertias personas, prædia, vel quid simile emunt, vt, posteà ad propinquos perueniant, vt per Barbatiam *in d. cap. inquirendum, num.4.* Et Iul. Clar. *§. testamentum q.27. num. 6.* quorum verba in fine huius capitis adducemus.

Sed est dubium, † an circa hæc, quæ di- 37 ximus, sit constituenda aliqua differentia inter Episcopos seculares, & regulares? In quo plurimùm digladiati sunt Aduocati celebriores Hispaniæ his diebus in causa grauissima Episcopi Guadalajarensis, D.Fr.Ioan. de Valle, qui fuit Monachus Benedictinus, inter eãdem Ecclesiam Gadalajaræ, & Monasterium Regale D. Benedicti vrbis Pintianæ, quod bona dicti Episcopi, virtute cuiusdam donationis sibi deberi contendebat. In qua causa Ego tanquam Fiscalis supremi Consilij Indiarum Ecclesiæ partes

38 partes assumpsi. Et allegabatur,† Episcopos regulares, non solùm prohibitos esse, disponere de bonis acquisitis intuitu Episcopatus,etiam inter vivos, verùm & de patrimonialibus,atque aliis,quæ propria industria,vel alio quovis titulo quæsierint, eò quòd hæc omnia suis Ecclesiis ipso iure pertineant, & ab eis repeti, & reuocari possint, quæ in earum præiudicium donata,vel alienata fuerint,*cap.statutum* 18.*q.*1.*cap. cùm olim,de priuil.*vbi Innoc.*n.*3. Bald.*cons.*298. *lib.*1.Rota *diuers.decis.*705. *num.*3. *par.*1. Alex. Trentac. *cons.*28.*lib.*2.vbi loquens de hæreditate, in qua successit Monachus Episcopus effectus, inquit, quòd acquiritur Ecclesiæ, Eman. Rod.*tom.*3. *quæst.regul. q.*69 *art.*4. *in fin.* Molin. *de primogen.lib.*2.*cap.*10. *n.*28. Molin.Theolog. *disp.*140. *fol.*171.*litt.B.* Tusch.*verb.Bona,concl.* 112. *num.*8.*& seqq.* Pereira *decis.*75.*n.*2. Thom. Sanchez *in summa,*2.*tom.lib.*6.*cap.*6. *num.*8. vbi
39 inquit † cum D. Thoma, Ecclesiam in locum Monasterij subrogari, atque adeò quemadmodum respectu Monasterij nulla est differentia inter dicta bona, sed potiùs omnia indistinctè, cuiuscunque qualitatis sint, per Religiosum, ante promotionem ad Episcopatum, in Monasterium transferuntur, ita post promotionem in Ecclesiam, quam regit, vt Prælatus, & idem nouissimè tenent Faustus *in thesauro Relig.lib.*6. *q.*190.*& lib.*8.*q.*52. *&* 63. Castrus *in operib.moral.tom.*1. *tract.*6. *disp.*2.*punct.*9. *num.*2. *& seqq. pag.mihi* 603. Tamburin. *de iure Abbat. tom.* 2. *disp.*21. *quæst.* 27. Barbos. *d.alleg.* 114. *num.* 18. *&* 19. *& in collectan. ad d. cap. statutum* 18. *q.* 1. *num.* 13. *pag.* 358. & alios referens Illustriss. Vlyssiponens. Acuña *in cap. benè, dist.*62. *num.*30.

40 Cuius ratio est, † quòd Religiosus, qui in Episcopum promouetur, primitivum statum conseruat, neque à voto paupertatis, & obedientiæ, quibus anteà erat adstrictus, eximitur, aut dispensatur, nisi quatenus illorum obseruantia obstat executioni muneris Episcopalis, vt per Aug Barbos. hinc in terminis ad nostram quæstionem inferentem, *d.alleg.*144. *numer.* 18. Mag. Marquez *in defens. Ordin. Eremitarum D. Aug.* & idem latè probat Bonacin. *in tract.de clausura,q.*2 *punct.*9.*cap.*3.*diffic.*2.*nu.*16. *pag.*98.

41 Et ad rem emptam ab Episcopo regulari, de pecunia intuitu Episcopatus quæsita, & quòd ob id Ecclesiæ acquiratur irrevocabiliter, extendit Bald. *cons.*298. incip. *Hæc materia, numer.*1.*lib.*1. Rota *decis.*241. *num.*6.*& decis.*316. *num.*1.Ludouic.*d.decis.*401.*num.*9. Molfes.*cons.*1. *num.*6. & meliùs Pereir. *d.decis.*75. Capic. *decis.* 200.vbi loquuntur de reuocatione quarumdam donationum ab Episcopis regularibus factarum, ob hanc solam considerationem, quòd essent regulares, & disposuissent contra decisionem †
42 text. *in d.cap.cùm olim,de priuil.* quæ solùm permittit eis, donare intra modicam quantitatem, vt agnoscit glos & Card.Zabarel.ibid idem Zabarel.*in d.cap.cæterùm,de donat. n.*5. vbi respondens ad text. *in d. c.cùm olim*, inquit, quòd ibi loquitur *de pecunia, quam Religiosus factus Episcopus acquisierat, & illa cedit episcopatui, nec potest de illa disponere in quantitate immoderata, sed in quantitate moderata.* Quod rursùs repetiit *in cap. fin. de pecul. cler.* & sequuntur Marta *de iurisd.* 4.*par. cas.*24.*num.*5. *&* 6. *& de succ.ess.legal. par.*4.*q.*1.*art.*4 *num.*13.*pag.*20. vbi id extendit † ad quæsita per Episcopum regula- 4
rem ex stipendiis, & salariis Principum, Angelus *de acquir. poss. q.*3. *art.* 20. *ex num.* 1062. *ad* 1067. Suar. *de Relig. tom.*4. *lib.*3. *cap.*16. *numer.*29. vbi ita notabiliter inquit: *Præterea †*
in multis casibus licèt vterque peccet, abundan- 4
tiùs donando,quàm possit,est tamen diuerso modo. Nam secularis non peccabit contra iustitiam, sed contra Religionem, abutendo bonis aliquo modo sacris, vel contra misericordiam, omittendo pauperes propter consanguineos, vel contra obedientiam Canonum Ecclesiasticorum, præsertim d. Concil. Trident. Regularis verò propter hos modos peccabit etiam contra iustitiam, cùm ea donet, quorum non est dominus, & vltra facultatem dispensandi, quam habet. Dices, cui facit iniustitiam? non enim suæ Religioni, quia nullum ius habet ad talia bona, nec suæ Ecclesiæ, quia illa potius tenetur ex iustitia portionem suam dare Episcopo. Respondeo, iniustitiam fieri propriæ Ecclesiæ, in qua manet dominium talium bonorum, propter incapacitatem talis personæ, & ideò licèt ex iustitia teneatur alere Episcopum, eique administrationem omnium bonorum committere, nihilominus ipse etiam tenetur ex iustitia ius Ecclesiæ illæsum seruare, &c. Et sequitur nouissimè Cruz *de stat. Relig. lib.*1.*cap.*2. *dub.*4. *concl.*2. *fol.*5. & Sanct. Faust. *vbi sup. d.q.*52. *&* 63. Capic. *d. decis.*200 *num.*4.*vsque ad fin.*Marc. Ant.Genuens.*in pract. Eccles.q.*264.*ex nu.*1.Toro *in compend.decis. part.*2. *verb.Bona empta per Episcopum,pag.*49.Tapia *in Auth.ingressi,verb.Sua, cap.*6.*n.*90 *pag.*419.Entiq. *in summa lib.*10.*de sacris Ordinibus, cap.*33. *num.*3. *&* 4. vbi inquit, quòd ad hoc † vt Episcopus regularis possit de suis bonis, etiam ad pia opera, disponere, debet impetrare dispensationem à summo Pontifice,& duo impedimenta narrare, vnum quòd est Religiosus,& alterum, quòd est Episcopus,& idem tradit Sanch.*in summa,d.lib.*6. *cap.*6.*n.*11.& Barbos.*d.alleg.*114.*num.*24.

Verum pro contraria opinione nimirum quòd † nulla sit constituenda differentia inter Prælatos regulares, & seculares quoad dispositionem bonorum, quæ Ecclesiæ intuitu, vel aliter acquisierunt, aut rerum, quæ ex illis sibi, & suo nomine compararunt, maximè quando disponunt in pios vsus, apertè stare videntur omnes Auctores,quos retuli *sup.n.*18.qui generaliter de omnibus Prælatis loquuntur, & in indiuiduo singulariter dictam differentiam excludit Card.Zabarella,sibi contrarius, *in Clement.*2. §. *Sed & tales,*1.*notab.de vita & honest.cleric.*quem refert & sequitur Nauar. *d.tract.de redit.q.*1.*monit.*8.*n.*2. vbi affirmat,neminem esse,qui ei contradicat, per hæc verba: *Vbi singulariter Cardinalis (cui nemo in hoc contradicit) ait,regularem clericum, tam latè posse disponere de fructibus sui beneficij regularis, quàm clericus secularis de fructibus sui beneficij secularis, quod sine vllo proprietatis vitio facit.* Et eandem sententiam (si benè inspiciatur) videtur approbare † Rota *decis.*772. *num.*4. *part.*1. *diuers.* Et post Bald. & alios,quos allegat,eandem Rota apud Ludouis. *decis.*401. *num.*7. & loquens in terminis indiuidualibus, de quadam donatione facta cuidam Monasterio, à quodam Episcopo Cuzquensi eius Religioso, Nauarr. *cons.*6. *tit. de donat.* idem Nauar. *eod. tit. cons.*7. *num.*1. vbi intrepi-
dè

dè consulit, *Posse Episcopum regularem disponere in vita per donationes, & alias dispositiones inter viuos factas de bonis, quæ habet, in vsus. Cauendum tamen, quòd vt prædicitur, præfatorum bonorum dispositio est facienda per viam donationis, vel alterius contractus irreuocabiliter inter viuos facti.*

Quod tandem sequitur Barbosa (licèt in contrarium allegetur) *d. alleg.* 114. *à n.*22. concludens, † quod in vita Religiosus beneficiarius, aut Episcopus, tam amplè potest disponere, quàm ample potest Episcopus secularis, & Molfesius *d. cons.*1. licèt *in num.*6. fauere videtur parti contrariæ, posteà tamen *ex num.*18. vsque ad 35. hanc vltimam partem fundat, & defendit, & idem facit Farin. *decis.*241. *n.*4. *tom.*2. & P. Suarez *d. cap.*16. *à num.*28. quamvis rem in quæstionem deducat, tamen *à num.*31. concludit, quod: *Religiosus factus Episcopus, ex vi tituli Episcopatus, potest liberè dispensare talia bona in omnem vsum aliàs sibi non prohibitum: in hoc ergo rectè æquiparatur Episcopus regularis seculari.*

Et pro eadem sententia stat iterùm Nauar. *in comment.*2. *de regul. num.*10. Redoan. *de spoliis, q.*3. *§. idem venit dicendum, num.*16. *& seqq. pag.*119. Sotus *de iust. & iur. lib.*10. *q.*5. *art.*7. Azor. *tom.*1. *lib.*12. *cap.*7. *q.*2. qui ea † ratione nituntur; quod titulus Episcopalis à ede Apostolica concessus, eos efficit capaces dictorum bonorum, & secularibus æquat, & sic quoad hunc effectum in voto Paupertatis dispenati videntur. Et vt daremus, non manere dispenatos quoad dominium, vt per Nauarr. & citatos Comitolo *lib.*1. *respons. moral. q.*70. *à num.*1. uod ad effectum tamen, de quo agimus, est uæstio mominalis, vt eleganter concludit Azor. *ict. q.*2. vbi post Molin. *disp.*146. Nauarr. & lios resoluit, † quod possunt comparare reditus nnuos, quos *juros*, vel *census* vocamus, & maioatus in fauorem suorum nepotum, vel consanguieorum instituere; quod etiam innuit Mieres *de naiorat. par.*1. *q.*1. *num.*14. & in noua impress. 50. & absolutè de quocunque Episcopo loquẽes, Molina *lib.*2. *de primog. cap.*10. *à num.*40. & alter Molina *d. disp.*146. & remissiuè ad eum uarad. *de conicct. mente defunct. lib.*2. *cap.*1. *um.*7.

Et pro eis facit celebris text. *in* † *cap.*1. 18. .1. vbi loquens de Monacho Benedictino facto Episcopo, inquit: *Monachus factus Episcopus; velut legitimus hæres sibi hæreditatem endicandi potestatem habeat.* Dictio enim † *si*... denotat dominium, & possessionem, Brisson. & Hottom. *verb. Suum*, & in specie P. Suar. *d. cap.*16. *num.*21.

Neque obstat obiectio, † quòd quidquid acuirit Episcopus regularis, acquirit Ecclesiæ, vt bseruant Auctores pro contraria opinione rela.... Nam hoc procedit, nisi Episcopus in vita isponat de illis bonis, vt rectè aduertunt hi, quos to hac vltima citamus; & præcipuè Nauarr. *d.* .3. *monit.*25. qui ad id allegat pro expresso text. n *d. Clem.*2. *§. sed & tales, de vita & honest. cler.* arin. *a. decis.*24. *n.*8. & Ludouis. *d. decis.*401. *n.*12. & 13. vbi *n.*7. respondens obiectioni contrariæ, c formaliter inquit: *Neque obstat, quòd simus in Episcopo regulari, quia regularis effectus Episcopus facit fructus suos in vita, & de eis disponere otest, non minus, quàm secularis.*

Et quod ait Marta, & alij, † quòd Præla- 54
tus Monachus, neque potest disponere de rebus
intuitu Ecclesiæ acquisitis, neque de suis patri-
monialibus absque licentia Papæ, debet intelligi
de dispositione testamentaria, de qua loquuntur
iura, & Auctores, quos † allegant iuxta re- 55
ceptam doctrinam Bart. *in l. non solùm, §. si li-
berationis, D. de liber. legat.* Tiraq. *de retract.
conuent. §. gloss.*9. *num.*53. Menoch. *de reti-
nend. remed.*3. *num.*270, Cephal. *cons.*192. *num.*
45. *vol.*2.

Quam explicationem, seu solutionem assigna-
re possumus textui † in d. cap. olim, §. præte- 56
reà, de priuil. quo præcipuè nititur decisio Perei-
ræ, & opinio sup. relata. Nam vt docent Card.
& Hostiens. ibid. loquitur in dispositione testa-
mentaria. Nam si loqueretur inter viuos, repug-
naret expresè decisioni tex. *in cap. cæterùm, de
donat. cap. Ioannes* 12. *q.*5. & obligationi, ad
quam Episcopi eligi, & inuitari videntur, † quæ 57
in administrandis, & in pios vsus, & pauperes
erogandis reditibus Episcopatuum consistit, vt
dixi *sup. n.*21. *& seqq.* & probat text. *in cap. glo-
ria Episcopi* 12. *q.*2. *l.*40. *tit.*5. *par.*1. D. Hier.
*lib.*2. *ad Nepotian. epist.*12. Annæ. Robert. *lib.*
4. *rer. iud. c.*3. & Duaren. *de sacr. Eccles. mi-
nist. lib.*2. *c.*1. in quo regularis non differt à secu-
lari, Eman. Roder. 2. *tom. quæst. regul. q.*8. *art.*8. Na-
uar. *in d. Apolog. de reditib. q.*1. *n.*11. vt omittam,
alios intelligere illum text. quòd loquatur de do-
natione nimis excessiua, & sine causa, quæ ea ra-
tione ibi rescinditur, non quòd à regulari facta
fuerit; & alios, quod bona ibi donata non erant
Episcopi, sed Ecclesiæ, quæ ipse Episcopus Mo-
nasterio donauit, quia eius regularis erat, vt
constat ex gloss. Ioan. Andr. *ibid.* Qui alios etiam
intellectus adducunt.

Quod in † causa fuisse arbitror, vt licèt do- 58
ctissimus Nauar. & alij ex sup. relatis mentio-
nem fecerint d. text. non tamen curauerint ei res-
pondere. Nam textus, qui † diuersos habet in- 59
tellectus, ad decisionem causarum adduci non po-
test, nec debet, Ias. *in l.*1. *n.*70. *& seq. D. de
transact.* Felin. *in proœm. Decret. n.*2. Crauet.
*cons.*617. *num.*11. Card. Tusch. *litt. L concl.*273.
Et licèt † Pereira *d. decis.*75. 3 *num.*3. expresè 60
dicat, quòd Episcopus regularis neque inter viuos
nec per vltimam voluntatem potest disponere
de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis; nullum ta-
men Auctorem allegat, qui de actu inter viuos
loquatur, sed solùm de actu testandi, vnde di-
cta propositio sola ipsius auctoritate subnititur,
quæ contra tot, & tam graues Patres præualere
non debet.

Et vtcunque sit, † quotidiana praxis ostendit, 61
hanc differentiam inter dictos Prælatos seculares,
& regulares non subsistere; sed omnes pari pas-
su de bonis intuitu Episcopatus quæsitis ad libi-
tum inter viuos disponere, vt benè aduertit Na-
uarr. *vbi suprà*, & meliùs *consil.*6. *tit. de donat.
n.*8. *in fine*, ibi: *Quia sufficit, quòd haberet fa-
cultatem disponendi per contractum intes viuos,
quam habere omnes Prælatos, & Beneficiarios
regulares, quoad fructus suorum beneficiorum, su-
prà probatum est, & praxis totius orbis Christia-
ni seruat:* & quidem in pios vsus † disposuisse 62
comperimus Prælatos quàm plures regulares, ma-
xima prudentia, & vitæ sanctimonia refulgentes,
vt sanctus Thomas Benedictinus Archiepiscopus
Cantuariensis, sanctus Thomas de Villanueua

Augustinianus, Archiepiscopus Valentinus, venerabilis Fr. Bartholomæus de los Martyres, Archiepiscopus Brachatensis, Fr. Franciscus Ximenez de Cisneros Franciscanus, Cardinalis, & Archiepiscopus Toletanus, & alij, qui nostris temporibus vigent, & viguerunt, qui eximiam, imò & profusam hac in parte liberalitatem, sui muneris, & animæ præcipuum ornamentum, &
63 fulcimentum esse censuerunt, quos omnes † peccasse, aut peccare, vel iniuncti sibi officij Pastoralis obligationes ignorasse, nemo sanus existimare debet, vt aliàs in simili casu rectè cõsiderauit Sarmient. *d. tract. de redit. Eccl.* 2. *par. c.*4. Couarr. *in pract. cap.*35, *num.*3. Nauarr. *in Manual. cap.*17. *num.*283. *vers. Pro affirmatiua*, & alij, quos adduxi *sup. lib.*1. *cap.* 13. *num.*74.

Hac ergo opinione, vt veriori, & communiori
64 retenta potest quidem ex ea † prima ampliatio deduci ad conclusiones suprà relatas de libera dispositione Prælatorum per actus inter viuos, vt tam in regularibus, quàm in secularibus procedat, sub peccato tamen mortali, si aliter, quàm in vsus pios, & pauperes disposuerint.

65 Et sit nunc secunda ampliatio, † quòd absque vllo peccato possint hos pauperes quærere, vel opera pia facere, etiam extra suam Diœcesim, vt docet Nauarr. *d.q.*1.*num.*63.*& seqq.& monito* 25. *num.*1, Molin. Theolog. *disput.*145. Azor *d.lib.* 7. *cap.*10. *quæst.*2. Ludouis. *d. decis.*401. *in princip.* & Farin. *d. decis.*241. *num.*1. *par.*2. quamvis iustius sit, vt intra propriam Diœcesim hæc opera pia exerceantur, cùm ex ea fructus, ex quibus facienda sunt, proueniant, & percipiantur iuxta ea, quæ dixi *sup. lib.*2. *cap.*5. *ex n.*49. & dicam infrà hoc *lib.*3. *cap.*18. vbi ad id expendo notabilem schedulam Regiam dat. Barchinon. 1. Maij ann. 1543.

Tertia ampliatio sit, vt etiam in vtroque foro
66 possint † suis propinquis, & consanguineis ea largiri, quæ necessaria fuerint ad decentem eorum sustentationem, & statum conseruandum, vt *in l.*8. *tit.*21. *par.*5. & per eundem Nauarr. *sup. n.* 65. Molin. *disp.*146. Molin. *de primog. lib.*2. *c.* 10. *ex n.*37. Eman. Roder. *in summ. d. cap.*198. Sarmient. *de reor.* 4.*par. c.*6. *n.*15. Gutier. 2. *pract. c.*114. *n.*16. Suar. *d. cap.*16. *n.*28. Caldas *de potest. eligendi*, *cap.*13. *n.*13. Ceuall. *in commun. opin. q.*388. *n.*33. Comitol. *lib.*1. *respons. moral. q.*2. *n.*2. & alios, quos refert Aug. Barbos. *in d. Pastoral.* 1.*par. tit.*2. *gloss.*9. *n.*30. *cum seqq.* D. Valençuela *cons.*98. *per totum*, Card. Tusch. *litt. P. conclus.*501. *& litter. F. conclus.* 511. Huc enim non prohibetur in Concil. Trid. *d. sess.*25. *de reform. cap.*1. *vers. Omninò verò*, sed tantum profusa in eos liberalitas, & studium ditandæ, & augendæ posteritatis. Solent quip-
67 pè † aliqui Episcopi cæci esse circa nepotes, vt dixit Bald. *in Auth. quicunque*, *C. de sacros. Eccles.* Ias. *in vsibus feud. tit. qui feud. dar. poss. ante num.*14. Franc. Leo *in thesaur. for. Ecclesiast.* 1.*par. cap.*3.*n.*37. *vbi supr. n.*30. *cum seqq.* Ioan. Valer. *in differ. vtriusque fori*, *verb. Munera, different.*1. *n.*64. & Simon Maiol. *in diebus Canicul.* 1.*tom. colloq.*7. *de quadrupedibus*, *pag. mi-*
68 *hi* 271. vbi narrat in Arabia † arietes, siue verueces compertos esse, qui cornibus carent, sed tamen caudas longissimas habent, quod inquit esse symbolum deprauatorum Prælatorum: *Qui cornibus carent, ne quemquam corripiant criminosum: caudas tamen profusissimas hi habent, quandoquidem successionem filiis, nepotibusnè profusissima parata hæreditate præparant. Cornua enim & arieti, & Prælato in ornamentum, ac munimen sunt, vt ouibus suis aduersantes, etiam (si res ferat) percutiant. De cauda autem, ac successore sibi in hæreditate minimum studium gerant, verè Pastorum est officium, propterea & oues, & agni fidelem plebem significant.* Cæterùm † propinquis necessitatem patientibus, certum est, quod Prælati non solùm possint, sed imò debeant eis subuenire, & extraneis præferre, nisi hi extremè indigeant, *cap. est probanda* 86. *dist.* Abb. *in c. peruenit*, per text. ibi, *n.*1. *vers. Et credo, de arbitr.* Capella Tholosana *decis.*290.*n.*8. Boer. *decis.*129.*n.*8. Campegius *de dote*, 1.*par.q.*23. Petr. Foller, quem vide, *in praxi censuali*, *verb. Nicolaus*, *fol.*29. *ex n.*4 *ad* 11. Surd. *de aliment. tit.*8. *priuil.* 92.*n.*5. Marsil. *de reditib. cap.*32. *n.*8. *&* 9. Molin. *d. disput.*146. *vers. Est tamen*, Valençuela *d. cons.*98. & decisum fuit in Episcopo regulari apud Farin. *d. decis.*241. *num.*1. *ad fin.* & Ludouis. *d. decis.*401. *num.*2.

Quartò amplio, † vt hæc disponendi facultas, tam circa prædictos consanguineos, quam erga extraneos, vel in quoslibet alios profanos vsus, magis libera sit in vtroque foro, in illis bonis, quæ Prælati sua parsimonia ex reditibus Episcopatus acquisierint, & seruauerint. Hoc est, si cùm possent plus in rebus sibi, & suæ dignitati ac familiæ necessariis, expendere, genium suum, vt dici solet, fraudauerint, & parcè, ac frugaliter viuendo aliquid cumulauerint. De his enim bonis idem quod de patrimonialibus iudicium est, atque adeò etiam in testamento disponere poterunt, vt contra Abbat. & alios, resoluunt Ioan. Maior. Adrian. & alij, quos refert, & sequitur Nauarr. *in d. Apolog. q.*1. *monit.*26. *&* 30. *à num.*2. *& monit.*43. *num.*1. *& monit.*78. *n.*3. *& de spol. cleric.* §.1. *num.*3. *&* §.8. *num.*7. sic intelligens D. Thom. 2. 2. *q.*185. *art.*3. idem Nauarr. *in Manual. cap.*25. *num.*127. Sotus *de iustit. & iure*, *lib.*70. *q.*4. *art.*3. Sarmient. *de redit.* 2.*par. cap.*8. *num.*15. Couarr. *in d. cap. cùm in officiis num.*2. Molina *de primog. d. lib.*2. *cap.*10. *num.* 50. alter Molina *disp.*145. *&* 146. Lælius Cechus *de rep. Eccles. tit. de benef. num.*10. Petr. Barbosa *in l. diuortio*, 2.*par. num.*68. *D. solut. matrim.* Auendañ. *respons.*19. *num.*6. Leon *in thesaur. for. Eccles. par.*3. *cap.*3. *num.*16. Lessius *de iust. & iure*, *lib.*2. *cap.*4. *à num.*39. *& cap.*19. *num.*42. Victorel. *in addit. ad summ. Tolet. lib.*5. *cap.*4. *vers. Bona*, Redoan qui plures effectus connumerat, ex quibus conflari potest hæc parsimonialis acquisitio, *in tract. de spoliis*, *q.*3. §. *sed in contrarium*, *num.*6. Sanchez *in summ. lib* 6. *cap* 6. *num.*14. Cardin. Tusch. *litter. F. concl.*511. *num.*20. vbi refert Bald. & Socin. dicentes, quòd † potest Prælatus donare consanguineis suis, quatenus potuisset nugatoriè expendere in equis, domicellis, & conuiuiis si ab istis abstinuit. Et in terminis Episcoporum regularium, quibus magis propria, & connaturalis esse videtur frugalitas, & auctoritas, idem adhuc procedere, & obseruari debere, resoluunt Ludouis. *dict. decis.* 401. *num.*6. & Farin. *d. decis.*241. *num.*3. *par.*2.

Qui eam rationem reddunt, † quod cùm reditus assignentur pro congrua, & decenti

dignitatis

dignitatis, & status Episcopalis sustentatione, & hoc non consistat in puncto Arithmetico, *cap. & si quæstiones, de simonia, cap. non cogantur, 41. dist.* gloss. celebris, *verb. Necessitatem, ad finem, in cap. clericus* 21. *q.*1. Abb. *in cap. statuimus, de maior. & obed.* Nauarr. & P.Molina
3 *vbi suprà*, † ea, quæ Prælati sibi ex tali sustentatione parcè viuendo subtrahunt, propria eorum efficiuntur, & verum, ac plenum dominium in illis acquirunt, & sic consanguineis, etiam diuitibus, donati possunt, vt per eundem Molin. *d. disput.*145. *num.*1. & 3. & *disp.*146. *num.*2. & 47. & *disp.*147. *num.*3. qui tamen benè ibi considerat, hæc † rarò in foro exteriori obseruari, nulliusque Prælati testamentarium dispositionem sub hoc colore defendi, vnde consultiùs facient, si de eiusmodi bonis, dum viuunt, pro arbitrio, vt possunt, disponant, & conscientiam suam tot, tantorumque Auctorum doctrinæ deponant.

Quintò amplio, vt eadem facultas latiùs etiam pateat in vtroque foro, & tam in vita, quàm in morte † in bonis acquisitis etiam post adeptum Episcopatum, sed non immediatè ex eius fructibus, & reditibus, sed aliundè ob Prælati operam, aut industriam, veluti ex eleemosynis promissis, ex funeribus, oblationibus procurationibus visitationum, confirmationibus, firmis, & aliis pœnis pecuniariis, si quæ à iure Cameræ Episcopali applicentur, quæ bona, quasi patrimonialia Doctores appellant. De quibus latiùs agit Nauarr. *d. q.*1. *monit.*19. 30. & 39. text. & DD. *in cap. relatum, vers. Cæterùm, cap. quia nos, & in cap. cùm in officiis, de testam.* Molina Theolog. Less. Azor. Emanuel, & alij in locis suprà relatis, Leo *in thesaur. for. Ecclesiast.* 3. *par. cap.*4. *num.*14. Moneta *de distribut. quotid.* 3. *par. q.*1. *num.*21. Filliucius *in appendice posthuma ad opera moralia, tract.*43. *cap.*3. *num.*14. & Dom. Episcop. Pacens. D. Felician. à Vega *in cap. si clericus* 5. *n.*18. & *seqq. de foro compet.* Vbi, quod magis mirandum est, numeris seqq. cum eisdem, & aliis Doctoribus resoluit, † eandem naturam sortiri distributiones quotidianas, etiam si tota præbendæ glossa, siue massa, in eis consistat, vt in Ecclesiis Indiarum contingit.

In quo tamen Prælati ne excedant, vel decipiantur, monendi sunt, quòd † pro ordinibus, dimissoriis, testimonialibus, sigillo, aut aliis, quæ ad ordines pertinent, nihil omninò, nec per se, nec per ministros suos, etiam ab spontè dantibus, recipere possunt, vt cauetur in Tridént. *sess.*21. *de reform. cap.*1. & docent Tolet. *in summ. lib.*5. *cap.*89. Cerola *in prax. Episcop.* 1. *par. verb. Dimissoriæ ad* 7. Nauarr. *in cons.*7. *de simonia in priore editione*, vbi quòd non valet consuetudo in contrarium, Lessius *d. lib.*2. *cap.* 35. *disp.*10. Suarez *de Religione*, 1. *tom. lib.*4. *de simonia, cap.*53. Et idem dicendum est in dispensationibus matrimonialibus, & collationibus beneficiorum, Trident. *sess.*24. *de reform. cap.*5. & 14. & *sess.*25. *de reform. cap.*18. Nicol. Garcia *de benefic. part.*8. *cap.*1. *num.*76. & 77. Armentariz ad leges Nauarræ *lib.*1. *tit.*18. *de Episcop. num.*17. & plures alij, quos refert Aug. Barbos. *in collect. ad cap.*1. *de simon. & ad d. c.* 1. *Trid. sess.*21.

Et ad prædictam classem bonorum reduci posse videntur † etiam ea, quæ ex reditibus decimarum Episcopatus vacantis, successori concedi solent, iuxta ea, quæ *cap.*12. dicemus. Nam & de his ad libitum, tam viuens, quàm moriens disponere poterit, quia non iudicantur bona Ecclesiastica, sed potiùs Regia quædam donatio, vt responsum fuit per sacram Congregationem Cardinalium ad dubitationem Illustris. illius venerandi, & recolendi Archiepiscopi Limani D.Toribij Alfonsi Mogrouejo, & in simili notant Nauarr. *d. q.*1. *monit.*39. & Molina *d. disp.*142. quamvis *in tract. de spoliis clericorum*, §.6. *num.*6. contrarium censeat, & cum eo Azor *d. lib.*8. *cap.*3. §.14. quæritur, vsque *ad §. extat*, docens negari non posse, hoc, intuitu Ecclesiæ adquiri, cùm alioqui ei, nisi Episcopus esset, non concedatur. Et idem in quæsitis ex quartis funeralibus, confirmationibus, & ordinibus, licèt in his aliqua industria, & labor personalis consideretur. Quod mihi satis probabile videtur, & in dubio magis semper inclinare debemus, vt Ecclesiæ intuitu acquisita dicantur, quàm quòd sint bona patrimonialia, vel quasi, vt eleganter aduertit Redoan. de spoliis Ecclesiast. *q.*3. §. *quid dicendum, n.*1. & *seqq.* Azor *vbi sup. q.*4. & in eadem sententia residet insignis sua tempestate Limanus Theologus P. Ioan. Menachus è Societate Iesv, in tract. M. S. de quarta funer. 2. parte, in additionib. dub.2. de quo iterum mentionem faciam *infra hoc lib. cap.*22.

Sextò amplio, vt † dicta prohibitio amarè tractanda, & accipienda non sit, vt aliàs inquit 79
Paul. I. C. *in l. si id quod* 28. §. *si quas serui operas, D. de donat. inter*, cuius in nostris terminis benè meminit gloss. *verb. Conferantur, in d. cap. relatum, de testament.* Et hac propter licèt Prælati de bonis suis mobilibus, vel immobilibus, intuitu Ecclesiæ quæsitis, testari non possint, nec viuentes sine reatu peccati in profanos vsus donare, vel expendere. Benè † tamen eis pemittitur, etiam in ægritudine constitutis, dum tamen 80
sui compotes sint, aliqua de bonis mobilibus moderatè, non ratione testamenti, sed eleemosynæ intuitu, erogare in pauperes, & pia loca, & opera, & in gratificationem, & remunerationem eorum, qui viuentibus inseruierint, siue consanguinei sint, siue extranei, iuxta seruitij meritum, vt expressis verbis disponitur † *in cap. ad hæc* 8. 81
& *in d. cap. relatum* 12. §. *licet autem, de testam.* quæ iura recepit lex nostra 8. *tit.*21. *par.*1. & sic Hispano sermone donanit: *Mas si ouiessen algun mueble adelantado de sus beneficios, aunque testamento non deban fazer, bien pueden darlo, è partirlo à pobres, è à Ordenes, è à otros logares que sean de merced, è à parientes, è amigos, è à los que los siruen en su vida, quier sean de su linage, ò non: è esto non por razon de testamento, mas como por limosna, ò por galardon del seruicio que les fixieron. E esto pueden fazer siendo sanos, ò enfermos, ò à hora de muerte, tanto que sean en su sesso.*

Quæ ipsa accipienda sunt, vt tales donationes valeant, & licitè, & securè fieri possint, non solùm in foro exteriori, verùm & interiori: † lex 82
enim non debet docere, nec permittere, quod culpam lethalem induceret, iuxta gloss. singularem in cap. quæ in Ecclesiarum, de constit. gloss. & DD. *in cap.*1. *eod. tit. lib.*6. D. Thom. 2.2. *q.*96. *artic.*4. & tradita ab Anton. Gomez *in l.*3. *Taur. num.*123. & Aluar. de Velasco *in axiom. iur. litt. L. num.*42. & *seqq.* Maximè cùm illæ erogationes, quas ægrotos facere permittunt, sint in pios vsus, in quos sani omnia sua bona, si vellent absque

abſque vllo ſcrupulo, imò potiùs cum merito ex-
pendere poſſent, vt *ſup. num.21.* probauimus.
83 Etenim † id etiam, quod amicis, & famulis pro
remuneratione donatur, in pios quoque vſus ex-
pendi videtur, *cap. quicunque 66. 12.q.2.* Nauar.
*de redit.q.1.num.90.& in Apolog.q.1.num.34.81.
& 82.* Couarr. *in d.cap.cùm in officiis,num.9. circà
fin.* Molin. Theolog. *diſput.145. col. 6. in fin.con-
cluſ.5. verſ. Ab hac,& 148. concl.4.* latè Redoan.
de ſpoliis, tit. qui de fructibus, §. nunc autem,
quod intelligendum eſt etiam vbi talia merita, &
ſeruitia de rigore iuſtitiæ nullam remunerationem,
ſiue compenſationem extorquere poſſent, ſed ex
ſola quædam honeſta, & morali gratitudine re-
munerarentur. Nam ſi iuridicam, & legalem exa-
ctionem haberent, tunc potius ſolutio debiti fie-
84 ri videretur; ad quam non † eſt dubium bona
Prælati teneri, etiam ſi ipſe id non declarauerit, *c.
peruenit, de fideiuſſ.* gloſſ. *in cap. præſenti, verb. Por-
rò, de off. Ordinar. lib.6.* Rota *in antiq. deciſ.31.n.2.
ſub tit. de probat.* Nauarr. *conſil.4. tit. de donat. n.1.
& fin.* & Ludouiſ. *d. deciſ.401. num.5.* cum aliis,
quæ *cap. ſeq.* dicemus.

Sed eſt dubium, & quidem grauiſſimum, &
ſuper quo innumeræ quotidie lites vbique, &
præcipuè in his partibus Indiarum, moueri ſo-
85 lent: Quid iudicandum ſit † de immenſis & ex-
ceſſiuis donationibus bonorum ſuorum mobiliũ,
aut immobilium, quas Prælati aliqui, dum vi-
uunt, & adhuc ſani in profanos, aut etiam in
pios vſus, facere ſolent, prædicta tamen bona
à ſe non abdicando, ſed potius eorum vſumfru-
ctum ſibi reſeruando, & conſtituti clauſulas, &
alias ſimiles adiiciendo? Et quid de his, quas
iam ægrotantes, & morti proximi faciunt, etiam
ſi ſtatim donatariis res donatas actualiter tradant,
& an requiratur, vt aliquo poſtmodum tempore
ſuperuiuant?

Et ſanè, licèt (vt ſæpè diximus) in profanos
vſus cum peccato, & in pios vſus ſine peccato
poſſint, dum viuunt, etiam profusè, & pro ſui
86 arbitrio diſponere. Vbi † tamen in talibus dona-
tionibus fraus aliqua timeri, aut ſuſpicari poteſt,
& quòd dirigantur ad fruſtrandam, & elidendam
diſpoſitionem iuris Canonici, quod Prælatis
de bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis teſtari prohi-
buit, cautè quidem, & valdè circumſpectè pro-
cedere debemus.
87 Quapropter ſunt multi, † qui licentiam, quam
Prælati habent, de bonis ſuis inter viuos ad li-
bitum diſponendi, ita accipiendam exiſtimant,
dummodò realis, actualis & effectiua eorũ traditio
interueniat, vt fraudis, & fictionis ſuſpicio euite-
tur, vt conſtat ex Cardin. & Barboſ. *in d. cap. ad
hæc, de teſtam. n.6.* Couar. *in d. cap. cùm in officiis,
num.5. eodem tit.* Sarmient. *de redit. 2.par. cap.8.
num.10.* Nauarr. *q.1. monit.35* Greg. Lop. qui re-
fert & ſequitur hac in parte doctrinam Barbatiæ
in d.l.8. gloſſ.3. in fine, tit.21. par.1. & plures alij ex
Doctoribus infrà citandis.
88 Id quod expreſsè diſponitur in quodam motu
proprio Pij IV. ann.1560. ibi: *Niſi poſt dona-
tiones ipſas illi, qui eas fecerint, per quadragin-
ta dies ſuperuixerint, ac realem, & actualem tra-
ditionem ipſorum bonorum infra dictos 40. dies
fecerint, & aliæ ſolemnitates à iure requiſitæ, de-
ſuper ſeruatæ fuerint, &c.* & in alia Bulla Pij V.
ann.1567. ibi: *Vel ſi ſani extiterint, niſi realis re-
rum donatarum illarum donatarij ſubſequatur
traditio, & illarum perpetua dimiſſio, ſeruata ta-
men forma iuris, ſi quæ ſeruanda fuerit, nullas, ir-
ritas, & inanes fore, & eſſe; nullumque per eas
ipſis donatariis in rebus donatis huiuſmodi, etiam
ſi in pecunia, aut iocalibus, vel ſupellectilibus
domus conſiſtant, ſeu ad illa ius acquiri, aut ac-
quiſiiſſe cenſeri.*

Et licèt in inſtrumentis, quæ de huiuſmodi do-
nationibus fiunt, ſoleant apponi, & cumulari
clauſulæ traditionis inſtrumenti, conſtituti, re-
ſeruationis vſusfructus, & aliæ ſimiles, qui † ſo-
lent operari tranſlationem poſſeſſionis, & domi-
nij in donatarium, *l. quod meo, D. de acquir.
poſſeſſ. l. fin. C. eod. l.16. de donat. l. quiſquis, C. eod.
l.9. tit.30. par.3.* Ant. Gomez *in l.17. & 45. Tauri,*
Molina *de primog. lib.4. cap.2. num.58.* & Burgos
de Paz Iun. *q.10. à num.20.* Hæ tamen † clauſulæ
fraudis præſumptionem non excludunt, ſed po-
tius augent, ex traditis à Menoch. *lib.5. præ-
ſumpt.3. n.103.* Sarmient. *2.par. cap.8. num.10.*
& Stephano Gratiano, omninò videndo, *tom.
5. diſcept. forenſ. cap.854. num.46.* vbi, ex eo
ſolo, quòd Epiſcopus donans ſibi pro tempore
vitæ vſumfructum reſeruauit, fraudem præſumi
pluribus probat, cùm eiuſmodi clauſulæ ſolùm
inducant actus quoſdam fictos acquirendæ poſ-
ſeſſionis, vt notum eſt. Qui † quidem nullum
effectum operantur, quando vera, & actualis
traditio deſideratur, Alex. *in l. cùm hæredes, num.
9. D. de acquir. poſſeſ.* Gratian. *tom.1. diſcept.
forenſ. cap.113. num.178.* & Ant. Gomez *in l.45.
Tauri, num.56.* Maximè vbi agitur de priuanda
Eccleſia iure ſibi quæſito, ad quod ſunt neceſſarij
actus naturales transferendæ poſſeſſionis, & ficti
non ſufficiunt, Alex. *in l.1. D. de acquir. poſſeſſ. in
princ. n.21.* Iaſ. *ibid. n.110.* Maranta *in tract. de alie-
nat. n.270.* Tiraq. *de iure conſt. limitat.16.* & Mar-
cus Ant. Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. q.302.*

Et quia † data fraude, vel nullitate inſtrumen-
ti, omnes clauſulæ in eo poſitæ, nullæ etiam iudi-
cari debent, nec poteſt virtute earum in præiu-
dicium Eccleſiæ poſſeſſio transferri, *l. iubemus, in
fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* tradit Bartol. & Alex.
in l.1. §. ſi vir vxori, D. de acquir. poſſeſſ. num.8.
idem Alexand. *conſil.81. num.14. lib.3.* Genuenſis
vbi ſup. quæſt.131. & latiſſimè Ioan. Caſtagna *in
tract. de benef. deduct. ne egeat. q.1. fallent.1. num.
40. vſque ad fin. pag.110.* † textus optimus *in l.
Sulpicius 42. de donat. inter*, ibi: *Si color, vel
titulus, vt ſic dixerim, donationi quæſitus eſt,
nihil valet traditio.*

Pariter quoque, eandem fraudis palliationem,
ac per conſequens expreſſum nullitatis vitium, ob
poteſtatis defectum, conſiderant multi in eiuſ-
modi donationibus, etiam in pios vſus cum ex-
ceſſu factis à Prælatis † in mortis articulo, au
in graui vitæ periculo conſtitutis, quamvis ea-
rum actualis traditio ſtatim facta ſit. Quoniam i
apertè prohibet text. *in d. cap. ad hæc, & in d.
cap. relatum, & in d. l.8. tit.21. par.5.* Quæ
dumtaxat permittunt Prælatis in ægritudine con-
ſtitutis, vt de bonis mobilibus ratione eleemo-
ſynæ aliquid moderatè erogare valeant, unde i
reliquis id prohibere videntur, provt elegante
in noſtris terminis agnoſcit Sarmient. *d. tracta
de redit. Eccleſ. 4. par. cap.4. num.6.* vbi inqui
† quòd etiam ſi his donationibus imponant no
men contractus inter viuos, & ad traditione
deveniant, tamen ſi morti proximi ſint, & ex e
infirmitate decedant, ſunt nullæ, & inutiles,
iure vltimæ voluntatis cenſentur, vtpotè ab ill
facta

factæ, qui testari minimè possunt. Ad quod vltra alia expendit optimum text. † *in l. si filia, D. de diuortiis, l. filiæ meæ, D. solut. matrim.* quibus probatur, præsumi fraude illum misisse repudium vxori, mortis tempore, qui viuens mittere potuit.

Et idem colligitur ex Bald. *in Auth. nisi rogatio, C. ad Trebell. col. fin.* vbi etiam allegat text. *in c. 1. de renunt. lib. 6. c. de his, & in Extrauag. de sepult.* quibus concordat *l. 6. tit. 13. par. 1.* sequitur Decius *in cap. in præsentia, num. 56.* & probat Gregor. Lopez *in d. l. 8. partit. gloss. 3. in fin.* Couarr. *d. cap. cùm in officiis, r. 5. & d. cap. ad hæc*, vbi inquit, quòd ex moderatione talium donationum cessat fraudis suspicio, Carol. Tapia *in Auth. ingressi, C. de sacros. Eccles. verb. Sua, cap. 6. n. 91. pag. 429.* vbi inquit, quòd † Prælatus in infirmitate constitutus non habet liberam dispositionem, & ideò non potest donare, Menoch. *lib. 3. præsumpt. 36. n. 6.* vbi tenet, quòd talis donatió magis causa mortis, quàm inter viuos fieri præsumitur, Ripa de actis *in articulo mortis, cap. 4. num. 15. 16. 17.* vbi latè comprobat, & plura similia iuris exempla ad idem tendentia perpendit, & Ioan. And. Georg. *alleg. 22. ex num. 12. ad 19.* loquens de quadam consuetudine Regni Neapolitani, quæ reseruat agnatis certa bona, nisi alienentur ab agnato in vita, & probans, † alienationem fuisse fraudulentam, ex hoc, quòd facta fuerit per ægrotum in extremis laborantem.

Quemadmodum etiam videmus, quòd legitimatio † facta in articulo mortis, per subsequens matrimonium, non excludit substitutum, cùm in eius fraudem facta præsumatur, Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 8. & lib. 4. præs. 83. num. 78. & cons. 108. num. 16. vol. 2. & cons. 581. num. 1. vol 6.* Fusar. *de substit. q 308. num. 175. vol. 261.* Et † ingrediens religionem tempore mortis, cùm viuus potuerit ingredi, præsumitur id fecisse in fraudem substituti, & ideò illum non excludit, Alciat. *in l. post contractum, num. 61. vers. Quale est, D. de donat.* Menoch. *d. lib. 4. præs. 83. num. 76.* & Monasterium non acquirit bona profitentis in articulo mortis, vt ex aliis tradit Riccius *in prax. Eccles. tom. 2. resol. 493. num. 10. ad finem.*

Et emancipatio facta à patre, † in extremis laborante, præsumitur fraude facta, vt ab hæreditate filium excludat, Ancharr. *cons. 430.* Et † permutatio beneficij opulenti cum tenui, facta ab eo, qui erat senex, & valetudinarius, & sic morti proximus, iuris præsumptione non valet, & præsumitur fraudulenta, Oldrad. *cons. 324. n. 6.* Rota *decis. 2. de præsumpt. in antiq.* Crauet. *cons. 82. n.* Ricc. *in prax. Eccl. tom. 2. resol. 465. per tot. & resol. 480. n. 2.*

Quæ fraudis præsumptio in nostris terminis hinc manifestiùs conuincitur, † cùm de omnibus bonis, vel de maiori eorum parte ægrotans donat, & disponit, quia id in odium, & exclusionem Ecclesiæ fieri videtur, *l. omnium, §. Lucius, D. quæ in fraud. creditor.* Vbi ex † donatione omnium bonorum præsumitur fraus, Angel. ibidem, & *in l. Marcellus, §. res quæ, D. ad Trebell.* vbi de eo, qui non de omnibus, sed de melioribus bonis disposuit, Alex. *cons. 55. n. 1. lib.* Decius *cons. 174. num. 1.* Nauarr. *de redit. q. 1. monit. 35. ad finem*, vbi in terminis tradit, donationem eximiæ cuiusdam quantitatis, quæ fieret tempore valetudinis aduersæ præsumi fictam, & simulatam, Ioan. Andr. Georg. *alleg 22. num. 20. cum seqq.* Vbi loquitur de eo, qui † donat 106
omnia bona sua, de quibus non poterat testari, iuxta consuetudinem Neapolitanam, & ait, præsumi in fraudem ipsius fieri, & plures alios DD. ad idem allegat, & præcipuè insignem decisionem Matth. de Afflict. 370. *in tertio dubio*, & Vincent. de Franch. *decis. 435. num. 35. 39. & 42.* & potuit allegare *decis. Ludouis. 401. ad finem*, & Farin. *decis. 241. num. fin. par. 2.* vbi † si- 107
miles donationes tanquam fraudulentas, & in præiudicium Cameræ Apostolicæ à Clemente VIII. damnatas scribunt.

Quæ omnia, adhuc vrgentiùs confirmantur † ex antiquis, & nouis Regulis Cancellariæ, quæ 108
loquuntur de infirmis resignantibus, quæ viginti dierum superuiuentiam post factam resignationem ad eius valorem, requirunt, siue resignans, tempore, quo eam fecit, sanus fuerit, siue infirmus, vt per Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 2. q. 6. num. 6. & 7.* quam regulam communiter plures DD. extendunt ad donationes (de quibus agimus) ab Episcopis factas, & sic nimirum quòd ad hoc vt validæ sint, etiam si aliàs reliqua iuris requisita habeant, † debeant per viginti dies 109
post earum celebrationem superuiuere, vt signanter aduertit Carol. Tapia *in d. Auth. ingressi, verb. Sua, cap. 13. num. 39. pag. 475. & verb. Nec de his, cap. 1. num. 61. pag. 534.* Filliucius *de statu cleric. tract. 43. cap. 8. n. 9.* ibi: *In foro verò iudiciali non valet dispositio clerici ægrotantis, nisi viginti dies superuiuat*; idem tenet Azor *2. tom. lib. 8. cap. 4. quæst. vlt.* sic inquiens: *Aut saltem cùm beneficiarius, aut pensionarius postquàm dederat, non vixerit viginti diebus, vt donatio valeret*, Vazquez *de redit. cap. 2. §. 1.* & repetit idem Filliucius *eod. cap. 8. n. 15.* ibi: *Si autem intra viginti dies mortuus est, tenetur restituere, quia prohibitus est eo tempore donare*, Vazq. & Redoan. locis citatis.

Quod denique magis certum, & euidens reddi videtur, attento dicto motu proprio Pij IV. cuius mentionem fecimus suprà n. 88. vbi † non solùm 110
viginti, verùm quadraginta quoque dierum superuiuentia desideratur, vt patet ex illis verbis: *Nisi post donationes ipsas illi, qui eas fecerint, per quadraginta dies superuixerint, &c.* Quæ constitutio licèt loquatur cum Collectore Cameræ Apostolicæ, & respectu spoliorum Episcoporum decedentium, quæ ei applicantur in Hispania, & Italia, quod in nostris Indiis admissum non est, vt *cap. sequenti* dicemus, negari tamen non potest, quin ex ea argumentum sumi possit pro quibuscunque aliis, ad quos de iure dicta spolia pertineant, tum ex vulgari regula, quòd † rescrip- 111
tum Principis ad vnam personam, vel prouinciam directum, extenditur ad alias, in quibus eadem militat ratio, vt per Bart. *in l. relegatorum, §. interdicere, num. 3. D. de interd. & relegat.* Angel. *in l. item veniunt, §. cæterùm, D. de petit. hæred.* Ias. *in l. 1. num. 7. D. de constit. Princip.* Anton. Corset. *de potest. Regia, q. 22. num. 20. tom. 16. tract. fol. 134. col. 4.* Quod maximè procedit in † statutis Ecclesiæ Romanæ, quæ alia- 112
rum superior, & caput existit, vt cum pluribus tradit Decian. *respons. 22. num. 27. & 28. & seqq. lib. 2.* & Alderan. Mascard. *de statutor. concl. 2. num. 10. pag. 368.* Cùm etiam ex his, quæ tradit idem Alderan. Mascard. *in conclus. 4.* vbi resoluit,

quòd

113 quòd † licèt regulariter ſtatuta non extendantur de caſu ad caſum, nec perſona ad perſonam; hoc tamen fallit, quando ſi talis extenſio non fieret, reſultaret, quod caſus odioſus magis priuilegiatus maneret, quàm fauorabilis, quod in noſtra
114 quæſtione procederet. Nam † quòd Eccleſiæ his ſpoliis gaudeant, eſt conforme iuri communi, vt ſuo loco dicemus. Quod verò Cameræ Apoſtolicæ applicentur, eſt de nouo introductum contra ius commune, ob ſpecialem eius fauorem, & priuilegium. Vnde quod Cameræ conceditur, non videtur Eccleſiæ denegandum in prouinciis, vbi illa ex iure communi ſuccedit:
115 maximè ſtante alia regula iuris, † quæ docet, Eccleſiam vti omnibus fiſci priuilegiis, de qua per gloſſ. *in cap. quæſitis, verb. Iure minoris*, & ibi Abbas *de in integr. reſtit.* Euerard. *in topicis legal. loco à fiſco ad Eccleſ. num.*1. Marc. Ant. Genuenſ. *in pract. Eccleſ. q.*183.

116 Quibus addo, † dictum Motum proprium in Indiis obſeruari iuſſum fuiſſe videri per quandam ſchedul. Regiam dat. Matrit. 3. Iunij ann. 1620. quam, quia notabilis eſt, & paucis innoteſcit, hic inſerere libet: *El Rei. Preſidente, y Oidores de mi Audiencia Real de Santa Fè del nueuo Reino de Granada, Franciſco Martinez de Ribamontan Santander, mi Gouernador, y Capitan General de la Prouincia de Sancta-Marta me eſcribio en carta de 9. de Iulio del año paſſado de 1610. que antes que murieſſe don Fr. Sebaſtian de Ouando, Obiſpo que fue de la Igleſia Catedral de aquella Prouincia, auia hecho algunas donaciones à ſobrinos, parientes, y criados ſuyos, y que al tiempo de ſu fallecimiento no ſe hallaron en ſu caſa mas, que la cama, y vnas ſillas viejas, como conſtaria por los teſtimonios que embiaba, para que viſto todo por los del mi Conſejo de las Indias, ſe proueyeſſe lo conueniente. Y auiendoſe hecho, y mandado dar traſlado al Licenciado don Diego Gonçalez de Cuena y Contreras, mi Fiſcal en el, y reſpondido, que las donaciones que real, y efectiuamente conſtare auer hecho el dicho Obiſpo por titulo de donacion entre viuos irreuocables, con entrega real, y viuido deſpues dellas los quarenta dias, ſe pueden tener por validas, y mandarſe cumplir: y las que no tuuieren eſta calidad. Y que todos los bienes del dicho Obiſpo, no auiendo hecho inuentario, pertenecen à la Igleſia; y ſi le huuiere hecho, y conſtare quales eran bienes patrimoniales, no adquiridos del Obiſpado, ni por raxon del, eſtos pertenecen à ſus heredos. He tenido, y tengo por bien de remitiros lo ſobredicho, como por la preſente os lo remito, para que atendiendo à lo que dize el dicho mi Fiſcal, hagais juſticia. Fecha en Madrid à 3. de Iunio de 1620. años. Yo el Rei. Por mandado del Rei nueſtro Señar Pedro de Ledeſma.*

Et quamvis dicta ſchedula ſolùm decidat,
117 quòd *fiat juſtitia*, † & ex hoc videatur non tolli ius partibus, neque quicquam ex antiquo mutari, ex traditis à Iaſ. *in l. cauſas, vel lites, C. de tranſact. & in l. iuſtitia, D. de iuſt. & iur.* Contrarium tamen ſequitur Baldus *in cap. ſtuduiſti, de offic. legati, num.*3. & dubitari non poteſt nouam diſpoſitionē induci, vbi ex tenore reſcripti conſtat Principem aliquid de nouo ſancire voluiſſe, vt per Bimium *conſ.*98. *n.* 101. *& ſeqq. lib.*1. Fab. de Ann. *conſ.*23. *num.*4. *&* 4. *lib.*3. vbi ſic conciliat dictas opiniones contrarias, Ceuall. 4. *par. commun. q.*906. *num.*377. *& ſequentibus*, iunctis aliis, quæ Nos dicemus infrà *lib.* 4. *cap.* 5. Quod certè in ſpecie propoſita contigiſſe credere poſſumus. Nam cùm Eccleſiæ querela adeò iuſta eſſet, & Fiſcalis petitio, ita prudens, apta, & iuris regulis conſentanea, veroſimile eſt Principis deciſionem ſe cum petitis conformare valuiſſe, alioqui res in antiquo ſtatu, & eiſdem damnis, fraudibus, & inconuenientibus ſubiecta maneret.

Sed quamvis hæc ita ſe habeant. Non tamen deſunt plures grauiſſimi viri, qui ſemota auctoritate dictæ constitutionis Pij IV. † quam neque in Hiſpania; neque in Indiis receptam dicunt; veriùs eſſe exiſtiment, dictas † donationes quantumvis immenſas, ſiue in bona, ſiue in aduerſa valetudine factas, valere, neque præciſam, & actualem traditionem, neque aliquam ſuperuiuentiam requiri; dummodò in illis nulla fraus interueniſſe probetur, aut præſumptiones fraudis, ſi quæ obiiciantur, contrariis argumentis, & rei geſtæ circumſtantiis, excludi poſſint: quia † donatio irreuocabilis, etiam ſine traditione perficitur, cùm hæc non reſpiciat ſubſtantiam diſpoſitionis, ſed tantum executionem, *l. ſi quis argentum, §. fin. C. de donat.* & vt ait Menoch. *de præſumpt. lib.*1. *q.*61. *& ſeqq.* etiam † præſumptiones, quæ iuris, & de iure vocantur, veritati, cedunt, ſi ea per quinque teſtium depoſitionem probetur, aut etiam per duos integræ fidei, maximè concurrentibus aliis indiciis, & præſumptionibus contrariis, vt docet Butrius *in cap. vidua, de regul.* Decius *in cap. poſtremo, de appell. n.*7. & latiſſimè idem Menoch. *ſup. q.*65. Iuris quippè deſiderium † non eſt, Epiſcoporum facultatem circumſcribere, ſed fraudibus obuiare, vt ipſa eadem conſtitutio ſæpiſſimè oſtendit præſertim in illis verbis: *Romani Pontificis prouidentia circumſpecta indebitis fraudibus, per quas Camera Apoſtolica læditur, &c.* & ibi: *Talibus fraudibus per noſtræ ſolicitudinis curam, quantum cum Deo poſſumus, obuiare volentes.*

Et ita in terminis, quòd abſolutæ dictæ donationes † inter viuos, & irreuocabiliter, fraude ceſſante, perfectæ, validæ, & vtiles ſint, probat Abb. *in cap. cæterùm, de donat. n* 4. Nauarr. *conſ.*6. *&* 7. *ſub tit. de donat.* Iulius Clarus, Couar. vterque Molina, & reliqui alij, quos adduxi *ſup. hoc cap. num.*9. *&* 10. Et nihil auferre quòd tempore ægritudinis fiant, tradit expreſsè Nauarr. *de reditibus, q.*1. *monit.*34. & meliùs *conſ.*4. *num.*1. *d. tit. de donat.* Redoan. *de ſpoliis, q.*8. vbi ad id allegat Oldrad. *conſ.*114. Graphiis 2. *tom. lib.*3. *tit.*16. *de donation. deciſ.*5. & melius omnibus Mollna (quamvis articulum hunc ſatis dubium eſſe fateatur) *d. lib.*2. *de primog. cap.*10. Etiam in Prælato loquens, † qui ex omnibus bonis ſuis, morti proximus, per donationem irreuocabilem inter viuos, primogenium inſtituit, vbi *num.*41. ſubdit, ſic ſe apud ſuprema Tribunalia contra Cameram Apoſtolicam obſeruatum vidiſſe, neque vſquam tales donationes reſciſſas fuiſſe, tametſi propter opinionum varietatem propè ſemper lites huiuſmodi concordia componi ſolebant.

Et inter alias rationes, quas allegat, ea eſt potiſſima, quòd † donatio inter viuos, quamvis in ægritudine fiat, naturam ſuam non amittit, nec irreuocabilis eſſe deſinit, vt probat text. *in l. Seia, §. cùm pater D. de donat. cauſ. mort.* vbi notabiliter Bart. quem ſequuntur aliqui Scriben-

te

es communiter, & Alex *in l.quæ dotis, num.6.* *D.solut.matrim.*Ant.Gomez *in l.3.Taur.num.*110. *& lib.2.var.cap.4.num.15.* & Couarr. *in Rubr.de testament. 3.par. num.25. verſ. Cæterum.* Idem quoque non minus apertè,tam in Epiſcopis regularibus,quàm ſecularibus,& quidem cum ſecuritate vtriuſque fori, ſi eiuſmodi donationes ad pia opera,& irreuocabiliter fiant, tenet alter Molina *d.diſp.148. num.5.* vbi non ſolùm validas, verùm & laudabiles eas eſſe dicit,quamvis fiant a Prælatis in eo morbo conſtitutis, quo è vita deceſſerunt;† quia cùm ab eis per morbum nõ auferatur adminiſtratio,& diſpenſatio,quàm in bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis,ſibi iura concedunt, melius eſt, vt ſerò quàm nunquam ſuum munus adimpleant, placatéque ſatagant Maieſtatem diuinam,boniſque operibus ſe præparare,ad exitum ex hac vita.Cui in hoc conuenit Sarmientus, licèt in contrariam opinionem inclinet, *d. lib.4. cap.4. n.7.* vbi inter alia hæc verba memoria digna ſcripta reliquit: †. *Diuus Laurentius moriturus donauit theſauros Eccleſiæ, cuius exemplum, qui ſequatur, nonnè ſecurus à fraudis ſuſpicione erit?* Et eſt omninò videndus Pater Gabriel Vazquez *d.tract. de reditib. cap. 1. §.3. dub.6. fol. mihi 751.* qui quæſtionem noſtram mouet,& reſoluit, his verbis: *Sed an donationem inter viuos facere poterit, qui eſt in mortis articulo conſtitutus? dubium eſt: quia tunc illa potius videtur cauſa mortis, quàm inter viuos donatio. Tum etiam, quia videtur fieri in fraudem ſucceſſoris. Verumtamen reſpondent Sarmient. qui latè de hoc diſputat, 4.par. de reditib. cap.4. num.6. & infr. & Couarr. in cap. cùm in officiis, num.5. & Nauarr. in ſumm. Hiſp. cap. 25. num.139. & in q.3. de reditib.num.8. & Silueſtr. verb. Clericus 4. q.3. & q.5. quòd poteſt donare, modò ſit donatio inter viuos, in qua ſtatim dominium transferatur: & videtur ita eſſe verum, etiam ſi poſſeſſio tantùm poſt mortem concedatur, vt obſcurè inſinuat Couarr. cuius ſenſum vix potui percipere. Ratio eſt, quia parum obſtat ſuſpicio, ſiquidem huic ius conceditur in tota vita de illis diſponere, non ergo ſpirat illa poteſtas vſque ad mortis articulum. Præſumptio autem, vt docet Sarmient. tollitur ſi fiat donatio in pia opera,& non in conſanguineos.* Qui omnes † Auctores(vt ex illis apparet)quàvis ſcripſerint poſt conſtitutiones Pij IV.& Pij V. quarum ſuprà meminimus, nullam requirunt ſani, aut ægroti Prælati donantis actualem traditionem,neque vim conſtituunt in eo,quod per aliquos dies ſuperuiuat, vel quòd ſtatim poſt donationem moriatur,ſed in eo,quòd vera,& irreuocabilis talis donatio fuerit.

Et ad text. † *in cap. ad hæc, & in cap.relatum*, quibus contraria opinio nititur, & ſolùm moderatæ donationes bonorum mobilium ægrotantibus permittuntur; reſpondent Nauarr. vterque Molina, Couarr. & alij, ex *ſuprà* citatis, quòd id non excludit, quin ceſſante fraude poſſint Prælati ægrotantes omnia bona ſua in pios vſus erogare, vt aliàs in iure permiſſum eſſe *ſuprà* retulimus. Nam † argumentum à contrario ſenſu non eſt inducendum contra id, quod aliàs eſt in iure expreſſum, cap. à nobis,de ſent.excomm.gloſſ.*in cap.ſignificaſti,* vbi Felin.& alij,*de foro compet.* Mantic. *de coniect.lib.3.tit.15.num.15.*& latà Velaſc. *in axiom. iuris,litt.A. num.375.*

Cæterùm quamvis hæc ita ſe habeant, cùm tamen hoc, quod ad inducendas, vel excuſandas præſumptiones fraudis in animò conſiſtat, & † tot,& tam vehementes ſint coniecturæ, & 132
argumenta quæ ex circumſtantiis donationum, ſuprà dicto modo,& tempore factarum, deſumi poſſunt,vt conſtat ex his,quæ in fauorem prioris opinionis perpendimus, meritò ipſe Molina *d cap.10.num 44.* concludit: *Quòd quando caſus occurrerit, deliberandum eſt*, provt Ego certè deliberaui, & variis ſententiis has quæſtiones diffiniui, iuxta cauſarum,perſonarum, rerum, & temporum qualitates,& circumſtantias, cùm iudex eſſem † in arduis litibus, ad Limanam 133
Audientiam deuolutis, ſuper ſpoliis Illuſtriſſ. D.Toribij de Mogrouejo, & D. Bartholomæi Lobo Guerrero, Archiepiſcoporum Limenſiũ, D.Antonij de la Raya, & D.Ferdinandi de Mẽdoça,Epiſcoporũ Cuzquenſium Et idem in ſupremo Senatu Indiarum fieri vidi,in eiſdem, & aliis cauſis,& præcipuè in illa, cuius *ſuprà* memini,D.Ioan.de Valle,Epiſcopi de Guadalajara in qua tandem contra donationem ab eo ægrotante,etiam in vſus pios,factam, pronuntiatum fuit à grauiſſimis iudicibus ex eodem Conſilio & ſupremo Caſtellæ de peculiari Regis noſtri decreto ſelectis,& coadunatis.

Vt ergo tandem finiam, vtens † verbis Nauarri *d.q.1.monito 34.ad finem, & monit.35. ad* 134
finem, *pag.347.* *Cenſeo donationes huiuſmodi in foro exteriori fictas, & in fraudem factas plerumque præſumi, licèt valorem integrum ante Deum, & in foro conſcientiæ habituræ ſint,ſi in pia opera vero animo,& irreuocabiliter fiant. Atque etiam multum eis in foro exteriori deferri debeat: ſi donator ſit fide dignus, & iuramento teſtetur eam donationem non ficto, ſed vero animo facere, vt ſatisfaciat obligationi, qua tenetur, quæ ei ſuperſunt piis operibus, & pauperibus erogare. Iuret etiam ſe nunquam eam reuocaturum, quantumvis poſtea ſit ſuperſtes, hoc enim vehementer adimit ſuſpicionem prædictam.* Hæc Nauarrus, & quidem de piis donationibus loquens; viderint † ergo Præſules, quanto in periculo vtriuſque 135
fori verſentur illæ, quas in vſus profanos, & in nepotes, & propinquos, quæſitis technis, & coloribus faciunt, vel emendo prædia, vel alias res alieno nomine ad hunc effectum de reditibus Eccleſiæ, vel oblationibus, vel votis fidelium. Quo caſu abſque dubio furtum committunt, & furi æquiparantur, vt latè probat Barbatia *in cap. inquirendum, de pecul. cleric.* ſic concludens: *Et benè notent miſeri Prælati, qui iſto caſu æquiparantur furi*: & Iul. Clar.*§.teſtamentum, q.27. num.6.* ſic inquiens: *Et caueant Prælati, qui in fraudem Eccleſiarum ſuarum per tertias perſonas prædia acquiri faciunt ex pecuniis per eos cumulatis ex fructibus beneficiorum ſuorum, vt ea in propinquos ſuos poſtea perueniant: quia dum alios fallere putant, ſeipſos potius deiiciunt in æternum vitæ interitum. Deum enim fallunt,cui nihil eſt occultum.*

CAPVT XI.

De ſpoliis Epiſcoporum Indiarum, & eorum applicatione, collectione, & cognitione.

SVMMARIVM.

1 *Spolia Epiſcoporum qualiter diffiniantur à Nauarro, & aliis.*
2 *Spoliorum nomine quid veniat.*
3 *Epiſcoporum ſpolia regulariter Eccleſiæ, in cuius gremio decedunt, applicari ſolent.*
4 *Clericorum decedentium ſpolia Eccleſiæ applicantur, vbi de eis teſtari non poſſunt.*
5 *Spolia Epiſcoporum, iura aliqua futuris ſucceſſoribus reſeruare videntur; quæ explicantur.*
Cap. quia ſæpè, de elect. lib. 6. cap. præſenti, de off. Ordin. *& alia ſimilia, explicantur, & illuſtrantur, ibidem.*
6 *Spolia Epiſcopi decedentis, quatenus reſeruari iubentur futuro ſucceſſori, debet intelligi, vt de illis diſponat in vtilitatem Eccleſiæ.*
7 *Eccleſia poteſt diſponere de ſpoliis Epiſcopi decedentis, data mora in aduentu ſucceſſoris.*
Cap. illud 12. q. 2. cap. cùm vos, de offic. Ordin. lib. 6. *& alia iura ſimilia, explicantur, ibidem.*
8 *Oeconomus Eccleſiæ quis ſit, & eius officium, & in quo differat à vicedomino?*
Cap. in noua, & cap. quoniam 16. q. 7. & cap. volumus 89. diſt. *explicantur, ibidem.*
9 *Eccleſia non tam ſuccedere, quàm retinere, ſiue continuare dominium dicitur in bonis Prælati.*
Cap. 1. & cap. in officiis, de teſtam. *explicantur, & illuſtrantur, ibid.*
10 *Prælati ex opinione multorum non habent dominium, ſed ſolam adminiſtrationem in bonis quæſitis intuitu Epiſcopatus.*
11 *Dominium, & poſſeſſio rerum Eccleſiæ eſt penes Chriſtum, non penes Prælatum.*
12 *Eccleſia fundat intentionem in ſucceſſione omnium bonorum Prælati decedentis, & debet in illis manuteneri.*
13 *Eccleſia ſuccedit etiam in bonis patrimonialibus Epiſcopi decedentis, ſi is teſtamentarium, vel legitimum ſucceſſorem non habeat, excluſo fiſco.*
L. ſi quis presbyter, & Auth. licentiam, C. de Epiſcop. & cleric. *explicantur, & illuſtrantur, ibidem.*
14 *Monaſterium in ſucceſſione Religioſi excludit cognatos.*
15 *Religioſo facto Epiſcopo, ſuccedit Eccleſia, & non Monaſterium in omnibus bonis, etiam patrimonialibus.*
16 *Eccleſia ſubrogatur in locum Monaſterij, quoad ſucceſſionem regularis facti Epiſcopi.*
17 *Regularis factus Epiſcopus efficitur Adminiſtrator tantùm bonorum quomodolibet ad eum pertinentium.*
18 *Spolia & vacantes Epiſcoporum occupat Camera Apoſtolica in Italia, Hiſpania, & alibi, & de conſtitutionibus de hoc agentibus.*
19 *Camera Apoſtolica qualiter per ſuos Collectores exerceat applicationem ſibi factam ſpoliorum, & vacantium Epiſcoporum decedentium.*
20 *Spolia Epiſcoporum, quòd pertineant ad Cameram Apoſtolicam, nouo iure inductum eſt.*
21 *Spolium in Hiſpania ſolùm cauſatur ex bonis & perſonis Epiſcoporum, non autem clericorum, vt in Italia, & alibi.*
22 *Camera Apoſtolica in Indiis Occidentalibus non occupat ſpolia, & vacantes Epiſcoporum decedentium, ſed ius commune in illis obſeruatur, & idem practicatur in aliis prouinciis, quæ referuntur.*
23 *Conſuetudo excludens Cameram Apoſtolicam ab ſpoliis, & vacantibus Epiſcoporum valida eſt, non obſtante Bulla Pauli III. quæ explicatur.*
24 *Molinæ Theologi lapſus notatur.*
25 *Cameræ Apoſtolicæ introductio in ſpoliis Epiſcoporum, & clericorum eſt odioſa, & quas turbas apud Græcos & Gallos excitauerit?*
26 *Collectores Apoſtolici, quòd in ſpoliis, & vacantibus Indiarum Occidentalium non admitterentur, qualiter cautum fuerit, & plures ſched. de hoc agentes.*
27 *Schedulæ quædam notabilis refertur, agens de ſpoliis Epiſcoporum Indiarum, & Collectoribus excludendis.*
28 *Spolia, & vacantes Epiſcoporum, quo iure, & modo colligantur, & adminiſtrentur in prouinciis Indiarum Occidentalium?*
29 *Spoliorum Epiſcopalium in collectione, & adminiſtratione abſque ſcrupulo procedere poſſunt Audientiæ Regales, & alij Gubernatores.*
30 *Epiſcoporum vix mortuorum bona omnes diripiunt, & furantur, & elegans locus antiquam eſſe hanc conſuetudinem notans.*
31 *Pontificum Romanorum decedentium bona diripi, & ſpoliari ſolent, nedum Epiſcoporum & antiqui Canones hanc corruptelam deplorant.*
32 *Aduocatiæ feudales reſpectu Epiſcoporum, & Eccleſiarum vnde ortæ?*
33 *Reges Hiſpaniæ ab antiquo ſuſceperunt in ſ tuitionem, & protectionem ſpoliorum, & vacantium Epiſcoporum decedentium.*
L. 18 tit. 4. par. 1. *expenditur, & illuſtratur, ibidem, & num. 37.*
34 *Epiſcopus vicinior moneri, & vocari ſolebat vbi per antiquos Canones alter Coepiſcopus ægrotabat, vt tam de ſalute, quàm de bonis eius curam gereret.*
35 *S. Carol. Borromeus Archiepiſcopus Mediolanenſis, quid ſtatuerit circa ſpolia Epiſcoporum?*
36 *Epiſcopus quidam Siculus reditus reliquit pro Epiſcopis ſucceſſoribus ſuis ægrotis curandis, & mortuis ſepeliendis, & quare?*
37 *Audientiæ Regales non ſolùm colligunt ſpolia Epiſcopi decedentis, verùm & cognoſcunt de litibus, & petitionibus famulorum, & aliorum, ſuper eiſdem bonis exortis, & quare?*

38 *Regia*

38 *Regia protectio, quæ olim per Reges præstabatur circa spolia Episcoporum, nunc exercetur per eius supremum Senatum, & Regales Cancellarias.*

39 *Reges Castellæ hominem proprium deputare solebant pro custodia, & administratione spolij Episcopi defuncti, & redituum sedis vacantis.*

40 *Spolia Episcoporum, & fructus sedis vacantis qualiter olim diuidi solerent per Reges Castellæ, & Legionis.*

41 *Senatus supremus qualiter se inserat in taxandis, & soluendis damnis, quæ Episcopus defunctis bonis Ecclesiæ præstare debet?*

42 *Prælatorum decedentium bona à latrociniis, & direptionibus defendere, Regum officium est.*

43 *Reges quemadmodum defendere debent Ecclesias Pastore viduatas, ita & bona Pastoris defuncti, quæ ipsis applicantur.*

44 *Patronatus laicus, etsi non habeat administrationem rerum Ecclesiæ, habet tamen defensionem.*

45 *Custodia, & defensio aliquarum rerum, cui committitur, potest, & debet earundem inuentarium facere.*

46 *Salaria famulis Episcoporum defunctorum debita quo iure, & modo soleant solui iuberi per iudices seculares? & Auctores, qui de hoc agunt.*

47 *Spolio Episcopi defuncti inest necessitas soluendi debita eius, & spolium solùm dicitur, quod, his deductis, superest.*

48 *Episcopus quæ legitimè promisit, ex eius spolio soluenda sunt.*

49 *Spolia etiam vbi Cameræ Apostolicæ reseruantur, solui debent, ante omnia, debita à Prælato defuncto legitimè contracta, siue is sit secularis, siue regularis.*

50 *Remuneratio seruitiorum fieri potest ex bonis Prælati defuncti.*

51 *Salarium non conuentum, an, & quando famulis debeatur.*

52 *Salarium non conuentum peti non posse à famulis, & officialibus Episcoporum declarauit Pius V. cuius Bulla refertur.*

53 *Episcoporum famuli, vel officiales, vbi aliquas expensas in eorum seruitio fecerunt, iustè remunerationem petunt.*

54 *Vicarius Episcopi, quando salarium non conuentum petens audiri possit?*

55 *Salaria famulorum Episcoporum moderatè soluenda sunt, & an illis obstet præscriptio triennij?*

56 L.6.tit.15.lib.4.Recop. *explicatur.*

57 *Remuneratio à famulis, & ministris Episcoporum, an, & quando in iudicio post mortem eorum peti possit? & quòd non dicitur liberalitas, sed debiti solutio.*

58 *Donatio remuneratoria dicitur quædam alienatio, titulo magis oneroso, quàm lucratiuo facta, & qualiter æstimetur arbitrio iudicis.*

59 *Remuneratio famulorum, & officialium suorum cadit sub congrua de his, quæ Prælatus ad sustentationem expendere potest.*

60 *Ecclesiis in quemcunque euentum debet reseruari Pontificale Episcopi decedentis.*

61 *Pontificale Episcopi decedentis, quod Ecclesiæ debet reseruari, quale sit, quidue comprehendat? & an valeat donatio de eo, vel eius parte à Prælato facta inter viuos?*

62 *Episcopus si aliqua bona donet cum reseruatione vsusfructus, & posteà ea alienet, vel consumat, an sarciri debeant donatario post mortem Episcopi ex aliis bonis eiusdem?*

Vsusfructuarius quemadmodum caueat pro rebus consumptis? ibid.

63 *Rem præstare qui debet, illa perempta, qualiter ad eius æstimationem teneatur?*

64 L.si donatæ 37.D. de donat. inter, & l. si quis argentum, §.sui autem, C. de donat. *expenduntur.*

65 *Donatio perfecta, nec per alienationem rei donatæ, nec per alium actum contrarium reuocari potest.*

66 *Liberalitate ex sua, qui conueniuntur, amarè exigendi non sunt.*

67 *Donans, reseruato vsufructu, non tenetur cautionem præstare, quam alij vsufructuarij præstant, & quare?*

68 L.Aristo, § fin. de donation. l. ad res donatas, de ædil. edict. l. filio, D. vt legat. nom. *caueatur, expenduntur.*

69 *Gabella quando soluenda sit de bonis Prælatorum, quæ venduntur ad eorum debita soluenda, vel alia ratione.*

70 *Ecclesiæ Indianæ, in cuius quis gremio decedit, & non Cameræ Apostolicæ debet applicari spolium Episcopi ex Ecclesia Hispana ad Indicam translati, etiam pro bonis quæsitis intuitu primi Episcopatus.*

71 *Matrimonium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam, in cuius gremio decedit, causat, vt eidem Ecclesiæ bona illius applicentur.*

72 *Episcopus translatus de vno Episcopatu ad alium, potest secum ferre fructus iam perceptos, & res mobiles ex eisdem comparatas.*

73 *Episcopi translati, cui Ecclesiæ teneantur reseruare bona in primo Episcopatu quæsita? ex Barb. & aliis.*

74 *Vacatio, quæ per translationem inducitur, operatur eundem effectum, ac illa, quæ per mortem.*

75 *Monachus translatus de vna Religione ad aliam, non adimit bona priori Religioni, sua contemplatione quæsita.*

76 *Episcopi bona, quæ Ecclesiæ, vel successori reseruantur, debent intelligi de morte naturali tantùm.*

77 *Mortis mentio in rescriptis Apostolicis solùm intelligitur de naturali.*

Cap. susceptum, de rescript. in 6. *declaratur, & illustratur, ibidem.*

78 Cap. manifesta 12. q. 1. *explicatur.*

79 *Episcopus translatus de vna Ecclesia ad aliã, res primæ secum transferre non debet.*

80 *Episcopi translati non faciunt inuentarium de bonis quæsitis intuitu primæ Ecclesiæ, quod facere deberent, si illa illi reseruare tenerentur.*

81 *Episcopus Indiarum renuntians, & alio suam personam, & bona transferens, vbi Camera Apostolica spolia colligit, an ei causet spolium, & casus qui circa hoc contigerunt.*

82 *D. Fr. Ioan. Solanus Episcopus Cuzquensis, & eius historia.*

SPolia, de quibus hoc in capite agere destinamus,† rectè diffiniuntur à Nauar. *in tract. de spol. Eccles.§.1.vers.De spoliis autem*, vt sint: *Bona Ecclesiastica à Prælatis intuitu Ecclesiæ,vel immediatè, vel mediatè quæsita, & ante eorum mortem iustè ab eisdem non impensa,nec distributa.* Quod idem est,ac si diceret, † spoliorum nomine venire id omne, quod Prælati morientes relinquunt, ex bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis, de quibus in vita legitimè non disposuerunt. In quibus quidem bonis certa est,& tenenda antiqui iuris Canonici constitutio, † quæ eorum successionem Ecclesiæ,in cuius gremio decedũt, absolutè,& simpliciter,tam ex testamento, quã ab intestato applicat,& reseruat,vt apertè constat *ex cap.Episcopi 22.q.1.cap.placuit,cap.Pontifices 12.quæst.3.cap.Sacerdotes; cap. quicunque 12.q.4.c.1.& cap.fixum 12.q 5 cap.statutum 18.q.1.* vbi gloss.ab omnibus recepta, Auth. *licentia, C.de Episc.& cler.c.1.in fin.de testam.c.fin.* iuncta gloss.fin.*de success.ab intest.* Et respectum † successionis clericorum,in prouinciis, vbi non extat consuetudo, vt de eiusmodi bonis testari non possent, idem statutum est *in d. cap.1. cap. cùm in officiis,de testam.& in c.3. de pecul. clericor.* cum aliis, quæ latè adducunt Scribentes in eisdem iuribus, Couar. *in d. c.1. n.19.* Nauar. Redoan. Pontan. Mainacia, & alij, in copiosis tractatibus, quos de spoliis clericorum ediderunt, & latissime Papon. *ad consuetud. Borbon. §.479.* Cerola *in praxi, 2.par. verb. Spolium*, Quaranta *in summa Bullar. eodem verb. pag.44.* Aug. Barbos. *in tract. de offic. & potest. Episcop. alleg.114. per tot.* & nouissimè Vincent.Filliuc.*de statu clericor.tit.de spoliis,per totum.*

Et licèt sint aliqua iura, † quæ huiusmodi successionem, vt & vacantis Ecclesiæ reditus, futuris successoribus applicare, & reseruare videantur, vt constat *ex cap. hac cuius placiti 38.* vbi gloss. *verb. Successionis, cap. non liceat 48. 12. q.2. cap. quia sæpè 40. de elect. lib.6.* ibi: *Bona à Prælatis ipsorum dimissa, vel vacationis tempore obuenientia, quæ in vtilitatem dictarum Ecclesiarum expendi, vel futuris deberent successoribus fideliter reseruari,cap.præsenti, de offic. Ordin. eod. libro, Clem statutum, de elect* gloss. per text.ibi *in cap.1.verb.Prædecessori, de solutionib.* iunctis aliis,quæ tradit Oldrad.*cons.249. n.1.& seqq.* vbi docet, quòd Episcopo mortuo successor eius debet habere bona illius,Roman. *cons.259. in casu proposito, num.3.* Couar. *d. cap. cùm in officiis, n.9. & in cap. relatum, c. 2. num.2. & 3.* Nauarr. *in tract. de spoliis,§ 10 num.1. pag.210.* Ioan. Matienz. *in l.13. tit.8. gloss.4. n.4. lib.5. Recop.* P. Molina *disp.447 num.13. in fin.* Nicol. Garcia, qui alios adducit, *de benef. 5.par. cap.1. num. 94. & 596 & 2 par. cap.1. num.12.* & Card. Tusch. *litt.B concl.111.& litt.F.concl.516.& litt.F. verb. Spolium, concl.368.*

In hac tamen iurium, & opinionum varietate, vera concordia est, successionem,de qua agimus, ad Ecclesiam pertinere, & iura, quæ eam futuro successori reseruare videntur, accipienda esse de reditibus vacationis, de quibus simul agunt referendo singula singulis, vt

in

in cap. seq. dicemus, vel quamvis in successione etiam antecessoris intelligantur, ita hoc accipiendum esse, vt non sibi, & suo nomine eam acquirat successor, siue illa ei reseruari iubeatur, sed † nomine ipsius Ecclesiæ, vt tanquam eius dispensator, vel administrator dispenset, vel distribuat, sicut alia bona, & reditus eiusdem Ecclesiæ, vt euidenter colligitur *ex d. cap. relatum, vers. Vbi autem*, ibi: *Is ea bona, sicut & alia ipsius Ecclesiæ, in Dei timore dispenset*, vbi glos. *verb. Vnus*; & insinuat text. *in d. c. hæc cuius placiti* 38. *vers. Substitutus* 12. *q.* 2. Couarr. *d. cap. relatum, n.* 2. & tenet expresè Molina *d. disp.* 147. *num.* 8. dicens, quòd nomine Ecclesiæ venit Prælatus successor, & latiùs Redoan. *in d. tract. de spoliis cleric. q.* 1 *num.* 11. *& q.* 5. *num.* 3. *& q.* 8. §. *ad maiorem, num.* 13.

Ex quibus possumus deducere interpretationem ad plura loca iuris Canonici, quæ disponunt, vt † si in aduentu successoris aliqua mora sit, possit Ecclesia, & eius œconomus in opus fabricæ, vel vtilitatem Ecclesiæ prædicta bona, & reditus distribuere, iis tantùm, quæ superfuerint, successoris distributioni reseruatis, vt patet ex text. *in d. c. illud* 47. 12. *q.* 2. *Sed ad opus Ecclesiæ, & successoris sui in libera œconomi, & clericorum permaneāt potestate, d. c. quia sæpè, de elect. lib.* 6. ibi: *Quæ in vtilitatem dictarum Ecclesiarum expendi, d. c. præsenti, de off. Ordin. lib.* 6. & vtrobique gloss. *verb. Reseru. c. cùm vos* 4. *eod. tit. & lib.* ibi: *Ponatis œconomos, qui debeant fructus percipere, & eos, aut in Ecclesiarum vtilitatem expendere, aut futuris personis fideliter reseruare.*

Et huc potest referri, quod traditur in Concil. Calcedonensi *cap.* 26 his verbis: † *Quoniam in quibusdam Ecclesiis (vt rumore comperimus) præter œconomos, Episcopi facultates Ecclesiasticas tractent. Placuit omnem Ecclesiam habentem Episcopum, habere œconomum, qui dispenset res Ecclesiasticas secundùm sententiam proprij Episcopi.* Quod etiam diffinitur in Concil. Hispalensi, cui D. Isidor. interfuit, *cap.* 2. & habetur *in cap. in noua, & in cap. quoniam* 16. *q.* 7. *cap. volumus, dist.* 89. & tradit gloss. *in cap. Diaconum, verb. Vicedominum*, vbi constituit differentiam inter vicedominum, & œconomum: *Vt vicedominus sit qui habet potestatē super res ipsius Episcopi; œconomus, qui super res Canonicorum, cui res Ecclesiastica gubernanda traditur.* Quod etiam declarat Archidiac. *in d. cap. in noua* Sbrozius *de off. Vicar. lib.* 1. *q.* 46. *per tot.* Prateius, & Ioan. Kalinus *de verb. iur. verb. Oeconomus*, Bullenger. *de off. Eccles. eod. verb.* & Isidor. Moscon. *de maiest. Eccles. lib.* 1. *par.* 1. *c.* 10. *pag.* 269. (vbi tamen minus benè œconomum cum officio Vicarij commiscet) & latè D. Præses Valençuela *cons.* 176. *num.* 55. *vol.* 2.

Et est adeò verū, dictum spolium ad Ecclesiam pertinere; vt † non tam in eo succedere dicatur per mortem Prælati, quàm conseruare, & retinere dominium bonorum illius, quasi iam tunc, ab ipso acquisitionis tempore, statim ad Ecclesiam pertinere cœpissent, vt colligi potest *ex d. cap.* 1. *de testam.* ibi: *In dominio Ecclesiæ conseruentur, & in cap. cùm in officiis*, ibi: *Penes Ecclesiam eandem volumus remanere*, & pluribus relatis concludit August. Barbos. *d. alleg.* 114. *num.* 13. & ante eum Petr. Barbosa *in l. diuortio, in principio,* 2. *part. num.* 53. *D. solut. matrim.* eorum opinionem adstruens, & sequentes, qui † Prælatum non acquirere dominium tenuerunt, quasi hoc resideat penes Ecclesiam, sed administrationem tantùm rerum, quas acquisierint, restrictam ad id, quod Canones disponunt, vt scilicet ex reditibus Episcopatus sibi necessaria sumat, & superflua in pauperes distribuat, de quo videnda sunt, quæ *in cap. præcedent. num.* 20. *& seqq.* pertractauimus. Et conuenit doctrina Innocentij in cap. quod super, de caus. possess. & propriet. num. 3. & 4. 10

Vbi quòd † dominium, & possessio rerum Ecclesiæ est penes Christum, non autem penes Prælatum, Alex. *in l.* 1. §. *municipes. D. de acquir. poss. num.* 8. Peregrin. *de fideicom. art.* 48. *num. fin.* Mart. Ant. Genuens. *in practicab. Eccles. q.* 135. *num.* 5. 11

Quod efficit, † vt Ecclesia, vbicunque orta fuerit quæstio super horum bonorum occupatione, & prætensione, fundatam habeat quoad ipsa suam intentionem, & debeat in illis manuteneri, etiam in summarissimo remedio, quod vocatur, *interim*, vel ex sola assistentia iuris communis, *cap. cùm personæ, de priuil lib.* 6. Marescot. *lib.* 1. *variar. cap.* 11. *num.* 1. Steph. Gratian. *tom.* 3. *discept. forens. cap.* 441. *num.* 22. *& tom.* 5. *cap.* 870. *num.* 8. *& cap.* 890. *num.* 18. 12

Et hoc extenditur non solùm ad bona, quæ Prælatus intuitu Ecclesiæ acquisiuit, verùm & † ad patrimonialia, aut aliundè quæsita, si de eis 13 in testamento non disposuerit, & ab intestato decedens legitimum successorem non habeat, excluso fisco, qui aliàs huiusmodi bona tanquā vacantia occupare solet, vt probat text. expressus & valdè notandus *in l. si quis Presbyter. & in d. Auth. licentiam. vers. Item si quis, C. de Episcop. & cleric.* ibi: *Item si quis Episcopus, aut Minister Ecclesiæ moriatur sine testamento, & successore legitimo, vel legitima successio competit Ecclesiæ, in qua constituti sunt*, vbi notant Bart. Bald. Alber. & Paul. de Castro *cap.* 1. *de success. ab intest.* vbi Ant. de Butrio, Abb. & reliqui communiter Canonistæ, *c. vlt.* 12 *q. fin.* ex quibus sumpta est *l.* 4. *tit.* 21. *part.* 1. ibi: *E si por auentura non ouiessen parientes ningunos fasta el quarto grado, que lo heredasse la Iglesia en que era beneficiado. La razon es, que aquella sea su heredera, que lo allegò à Dios, pues que otro pariente non auia*, iunctis aliis, quæ tradit Bartol. *in l. si quis filio*, §. *eius, D. de iniust. rupt.* Rota *decis.* 7. *tit. de test. in antiq.* Nicolaus de Vualdis *in tract. de success. ab intest. par. vltim. ad finem*, Ioann. Gallus *quæst.* 290. Matth. de Afflict. *in cap. vnico*, §. *bona vacantia, num.* 11. *in tit. quæ sint Regalia*, Peregrin. *de iure fisci, lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 10. Roxas *de success. cap.* 34. *num.* 38. & nouissimè Marta *de success.*

Quod longè magis certum est in Episcopis regularibus. Nam licèt aliàs † Monasterium 14 in successione Religiosorum excludat cognatos, iuxta text. *in Auth. ingressi, C. de sacros. Eccles. & cap. in præsentia, de probat.* vbi notant DD. maximè Abb. *num.* 16. Felin. *num.* 29. Calderin. *cons.* 48. *num.* 3. Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 19. *à num.* 6. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *tit.* 46. *n.* 7. *&* 8. Gutierr. *lib.* 1. *Canon. cap.* 32. & plures, quos adducit Cened. *in collect.* 111. *ad Decretal. num.* 1.

15 Vbi tamen † Religiosus factus est, Episcopus, eius Ecclesia succedit ei in omnibus bonis, non solùm intuitu Episcopatus quæsitis, sed in patrimonialibus, & ex propria industria, vel alio quovis titulo obvenientibus, *cap. statutum* 18. *q.* 1. *cap. cùm olim, de priuileg.* vbi Innocent. *num.* 3. Rota *diuers. decis.* 705. *num.* 9. *part.* 1. Alex. Trentacinq. *cons.* 18. *lib.* 2. Vbi de hæreditate, in qua successit Monachus Episcopus effectus, quod acquiratur Ecclesiæ, Eman. Roder. *tom.* 3. *regul. q.* 69. *art.* 4. *in fin.* Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 28. Molin. Theolog. *de iustit. & iure, disp.* 104 *fol.* 761. *litt. B*, Tapia *in Auth. ingressi, verb. Sua, capit.* 6. *num.* 8. *cum seqq.* Pereira *decis.* 75. *num.* 2. Et Thom. Sanch. *in summ. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 8.
16 Vbi benè inquit cum D. Thoma, quòd † Ecclesia subrogatur in locum Monasterij, & quemadmodum respectu Monasterij non est distinctio inter prædicta bona, sed omnia indistinctè, cuiuscunque qualitatis sint, per Religiosum ante promotionem ad Episcopatum transferuntur, ita & post promotionem, quoad Ecclesiam, quam regit vt Prælatus. Efficitúrque dictorum bonorum
17 † non tam dominus, quàm administrator, cum obligatione conuertendi ea in vsus proprios eiusdem Ecclesiæ, *d. cap. statutum, in fin.* 18. *q.* 1. Molina *disp.* 140. *ad finem.* Azor *lib.* 12. *instit. moral. cap.* 10. *q.* 6. Aug. Barbos. *de offic. & potest. Episcop. dict. allegat.* 114. *num.* 18. *& seqq.* & nouissime, & latissimè D. Præses Valençuela *cons.* 190. *num.* 19. *volum.* 2.

18 Et quamvis † in Italia, Hispania, & alibi, hoc ius Canonicum antiquum, quod (vt diximus) spolia Episcoporum, tam regularium, quàm secularium eorum Ecclesiis deferebat, derogatum sit per Bullam Pauli III. ann. 1441. incip. *Romani Pontificis prouidentia*, & alias subsequentes constitutiones Iulij III. Pauli IV. Pij V. & aliorum summorum Pontificum, qui ea Cameræ Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ applicari iusserunt, vtpotè in qua aliæ inferiores repræsentantur, & ad hoc conseruatores primum, & deinde speciales Collectores in singulis prouinciis constituerint. De quibus constitutionibus,
19 & † earum iure, ratione, & praxi latè, & eleganter agit Ægidius Bellamera *cons.* 1. Zabarella *cons.* 79. Quintil. Mandos. *de signat. gratiæ, tit. de licentia testandi*, Nauarr. *de redit. q* 3. *monito* 4. *in princip. & tract. de spoliis*, § 5. *&* §. 9. *num.* 4. *&* §. 10. *in princip.* vbi securè affirmat, post Paul. Castrens. *cons.* 96. *lib.* 1. *nul-*
20 *lum.* † Canonem inueniri in corpore iuris, qui statuat huiusmodi spolia ad Papam pertinere. Idem Nauarr. *lib.* 6. *consil. tit. de donat. cons.* 6. *numer.* 1. Marcus Anton. Colum. *tit. de redit. capit.* 26. Redoan. Mainatia, Ioan. Anton. de Nigris, Filliucius, & Pontanus *in integris tractatib. de spoliis Ecclesiast. per totum*, Couarr. *d. capit. cùm in officiis*, *numer.* 6. P. Molina *d. disput.* 147 *num.* 10. *&* 13. Olanus *in antinom. iur. litt. C*, *num.* 18. Ioseph. Ludouic. *decis. Perusina* 35. *num.* 2. *&* 3. Azeued. *in l.* 6. *in fin. tit.* 2. *lib.* 1. *Recop.* & plures alij, quos refert Cened. *in collect.* 12. *ad Decretal. num.* 3. Ceuall. *lib.* 1. *commun. q.* 388. *num.* 64. Hieron. Gonçalez *in reg.* 8. *Can-*
21 *cell. gloss.* 51. *num.* 72. vbi ait, quòd in † Hispania ex solis bonis, & personis Episcoporum causatur spolium Nicol. Garcia *de benef.* 2. *par. cap.* 1. *n.* 16 *&* 5. *par. cap.* 1. *n.* 596. Cerola *in prax. Episcop.* 1. *part. verb. Spolium* & Card. Tusch. *eod. verb. conclus.* Leo *in thesauro fori Eccles. par.* 3. *cap.* 3. *per tot.* Caualcan. *decis.* 22. *num.* 4. *decis.* 27. *num.* 75. *decis.* 32. *numer.* 32. *decis.* 37. *numer.* 49. *part.* 2. *& decis.* 8. *ex num.* 7. *par.* 3. Molina *lib.* 2. *de primog cap.* 10. *ex numer.* 26. Gratian. *discept.* 319. *num.* 15. Cabed. *decis. Lusit.* 8. 1. *par.* Marta *de iurisd.* 4. *par. casu* 122. *centur.* 2. Enriquez *de Pontificis claui, lib.* 2. *cap.* 18. §. 1. *& in gloss. litt. I, & in c.* 23. *gloss fin.* Grilenzonus *cons.* 112. D. Valençuel. *cons.* 98. *num.* 33.

In prouinciis tamen † nostratum Indiarum Occidentalium adhuc obseruatur, & obseruari debet antiquum ius Canonicum, quod hæc spolia Ecclesiis applicat, quia dictæ constitutiones, illa Cameræ Apostolicæ reseruantia, admissæ non sunt, neque vsus Collectorum ad ea exigenda & colligenda, sicuti neque in Gallia, Germania, & Lusitania, imò neque in Regno Nauarræ, & Aragoniæ, aut in aliis prouinciis Hispaniæ, præter eas, quæ Coronæ Castellæ nomine, & titulo continentur, vt expresè testatur Nauarr. de nostris Indiis specialem mentionem faciens *d. tract. de spoliis*, §. 10. *&* §. 14. *per tot.* vbi affirmat, † talem consuetudinem, excludentem Cameram Apostolicam ab his spoliis, validam, & licitam esse, quia licèt eam damnet dicta Bulla Pauli III. debet intelligi de præcedenti, non de sequenti, maximè rationabili, & eiusdem Pontificis licentia, & iugi multorum annorum tolerantia munita, qualis hæc est, quæ in his Indiis Occidentalibus practicatur, & idem post Guid. Pap. Ioann. Fabr. Guiller. Bened. & alios, quos refert Philip. Probus *in cap. præsenti, vltim. de off. Ordin. lib.* 6. docet Molina *d. disp.* 147. *num.* 12. Vbi tamen † per incuriam affirmauit in tota Hispania vigere, cùm tantùm de Lusitania testari voluisset, vt aduertit Garcia *d. cap.* 1. *num.* 89. Card. Tusch. omninò videndus, *litter. S. verb. Spolium, concl.* 368. *&* 369. vbi cum Zabarell. Bellamera, & alijs docet † dictam reseruationem Cameræ Apostolicæ factam, odiosam esse, & strictè interpretandam, & quòd Græci propter eam recesserunt à Papa, & in Francia causauit indignationem clerici contra Papam, quia nimis rigorosè Collectores eius bona rapiebant, & in malos vsus conuertebant, & idem circa valorem dictæ consuetudinis testatur Anton. Gama *decis. Lusit.* 313. *part.* 1. Vbi eius Addit. Flores de Mena, & omnes ferè Auctores suprà relati, Ioann. Gutierr. *libr.* 1. *pract. q.* 49. *num.* 4. Bobadill. *in Politica libr.* 2. *cap.* 18. *num.* 180. Alois. Riccius *in prax. fori Eccles. decis.* 601. Caualcan. *d. decis.* 22. *numer.* 4. *par.* 2. vbi testatur de consuetudine status Mediolanensis, quem sequitur Ioann. Baptista Costa *de ratione ratæ*, *q.* 226. *part.* 2. Seraphin. *decis.* 594. *numer.* 13. *cum sequentib.* Pereira *decis.* 95. Illustriss. Bracharens. Acuña *in notis ad cap. illa autem* 11. *distinct.* 12. *num.* 6. *pag.* 70. vbi ad hoc post Nauarr. text. illum expendit *in vers. Quod enim.*

Et in ipsis nostris Indiarum terminis narrat Anton. de Herrera *in hist. gener. Ind. decad.* 4. *libr.* 5. *cap.* 1. *pag.* 98. vbi refert, quòd † cùm in Curia Regis de his Collectoribus in Indiis introducendis per Nuntios Apostolicos sæpè, & enixè tractatum, & eis denegatum esset, quia iustitiam non fouebant, adhùc clanculum quemdam Collectorem ad insulam Hispaniolam miserunt ann. 1528. quod cùm supremum Indiarum Consilium resciisset, statim Regiæ Cancellariæ

ellariæ in eadem inſula reſidenti per Regiam epiolam iuſſit, vt illum non admitterent, & vbi tteras aliquas Apoſtolicas intimaſſet, eas cum ebito, obſequio reciperent, & ad idem Conſium mitterent, vt ibi examinarentur, & ad Rohanum Pontificem ſupplicatio interponeretur. Quo etiam reſpiciunt plures aliæ ſchedulæ anni 551.1543.1563. & 1581. quæ habentur *in 2. om.impreſſ.fol.44.& ſeqq* & inter ordinat. Mexianas Licent.*de Puga fol.*181. Quæ ſeriò, & enixè dem repetunt, & iuxta iuris Canonici diſpoſiiones hæc ſpolia Eccleſiis reſeruari, Collectoriis exploſis, præcipiunt. Et † præſertim illa daa in Eſcoriali 29. Maij ann 1581. ad Mexicanam Audientiam directa, quæ ſuprà dicta omnia diluciè narrat, & diſponit, & vbi caſus occurrerit, omnò videnda erit.

Cum ergo hæc ſpolia ad Eccleſias Cathedrales ndiarum pertineant, eiſque reſeruari debeant, & ictæ Eccleſiæ ſint de iure patronatus Regij, & ſub nmediata eius protectione, vt dixi *ſup. c.3.* Meitò † Regales Audientiæ earundem Indiarum, el locorum Gubernatores, aut Prætores, vbi Auientiæ non ſunt, ſtatim atque Prælatus moritur, uò & vbi morti proximus renuntiatur, ſe dictis onis, & ſpoliis colligendis, & cuſtodiendis imiſcent, quod pluribus item ſchedulis Regiis deiditur, & iubetur, ac præſertim illis, quæ expeitæ ſunt circa ſpolia Epiſcoporum Argentini, & laſcalenſis, & D. Toribij Mogrouejo, Archiepiſopi Limani.

Quod † non eſt cur quiſpiam, ob defectum iuſdictionis ſuccenſeat, cùm & in Hiſpania idem eri ſoleat, & ad hoc paſſim Regiæ prouiſiones xpediantur, quamvis ibidem ad Cameram Apoolicam ſpolia pertineant, vt benè obſeruat Boad. *in Polit. lib.2. c.18. n.*180. & alij Auctores atim citandi. Nimirum, vt hæc bona ſequeſtentur, & in tuto collocentur: quæ † alioqui, tiam ſeminecis Prælatis, ab ipſorum famulis, & b aliis, tam clericis, quàm laicis, & aliquando otentioribus, abſque vllo diuini, vel humani dicij timore, expilari ſolent. Ita, vt vix ſindoem relinquant, quo Prælatus tegi, & humari poſt. De quo Ego ſæpè oculatus teſtis fui, & vbique dem contingere ſuadet id, quod ſcriptum reliuit Auctor Dialogi de ſtatu Eccleſiæ inter opea Hincmari: *Decedente Epiſcopo ſubſtantia eius nuaditur, bona eius ſicut hoſtium ſpolia diuidunur, &c.*

Et videmus † ad ſacrum etiam Palatium, & polium Romani Pontificis extenſum, & multis ntiquorum Conciliorum Canonibus damnatum, & deploratum, vt patet ex Rauen. ſub Ioanne XII. *cap.*11. *vol.*5. Chalcedonenſ. *c.*22. Aquiſgran. *cap.*88. Vuormat. *cap.*55. Valentino in Hiſpania tempore Sixti IV. Troſleienſe *cap.*14. Ilerdenſ. *cap.*16. Quorum † occaſione ortæ ſunt aduocatiæ feudales, de quibus Eraſmus Cochier ntegrum tractatum ſcripſit, & alium pleniorem Martin. Mager. *de iure protectionis*, quam † noſtros Reges Hiſpaniæ iam inde ab antiquis temporibus hoc in caſu exercuiſſe, apertè comprobat ext. à paucis animaduerſus *in l.*18. *tit.*5. *par.*1. ic inquiens: *Antigua coſtumbre fue de Eſpaña, durò todauia, è dura oi dia, que quando fina el Obiſpo de algun lugar, que lo fazen ſaber el Dean, y los Canonigos al Rei, è que le encomiendan los bienes de la Igleſia, &c.* quod non ſolùm d reditus ſedis vacantis, verùm & ad ſpolia defuncti, æqualiter referri poteſt, cùm tunc ad Eccleſiam pertinerent, nondum Cameræ Apoſtolicæ Collectoribus introductis.

Et huc reſpiciunt alij Canones, qui grauiter 34
ſtatuunt, † vt Epiſcopus proximior, nuntio accepto, de aduerſa alterius valetudine, ad eum feſtinet, eique ægrotanti medeatur, morienti opituletur, & mortuo, bonorum collectioni, ac cuſtodiæ proſpiciat, vt Eccleſiis decedentium ſeruarentur, à quibus ſi pauperes eſſent, nihil pro hoc labore, & cura percipere poſſet, ſin diuites, vnam tantùm libram auri, vt patet ex Concil. Regienſi *cap.*5. Aurelianenſ. II. *c.*6. Tolet. IX. *cap* 9. Aurelian. V. *cap.*8. & Aquilienſ. *cap.*10. *tom.4. Concil. pag.*1095. Quos Canones iam per deſuetudinem antiquatos, in vſum † in ſuo Archiepiſco- 35
patu Mediolanenſi reduxit S. Carol. Borromeus Concil. I. Prouinciali Mediolanenſ. 2.*par. tit. de funct. Epiſcopi.* Et extat notabile † teſtamentum 36
cuiuſdam Siculi Epiſcopi, qui miſeram Prælatorum conditionem, dum ægrotant, & moriuntur agnoſcens, ingentem quandam vim pecuniarum reliquit, ex qua reditus compararentur, & duobus antiquioribus ſuæ Eccleſiæ Canonicis aſſignarentur, ſub ea lege, & conditione, vt ægrotis deinceps ſucceſſoribus ſuis aſſiſterent, & de neceſſariis prouiderent, & bonorum tutelæ ſimul etiam proſpicerent.

Sed quoniam in hoc Eccleſiaſticorum cura, & charitas valdè refriguit, meritò (vt diximus) Regales Audientiæ eam ſuſcipiunt, & quod plus eſt, ſequeſtro bonorum facto, eorum † omnium 37
petitiones admittunt, & expediunt, qui à defunctis Prælatis aliquid ſibi ratione ſeruitij, vel aliis iuſtis titulis, & legitimis probationibus deberi contendunt. Quod abſque vllo ſcrupulo, & ſumma cum iuſtificatione fieri poſſe, docet Bobadill. *dict. cap.*18. *num.*180. cùm bona Prælati ea tantum dicantur, quæ deducto ære alieno ſuperſunt, & lites in immenſum protelarentur, ſi earum occaſione Eccleſiaſtici iudices adeundi eſſent. In cuius praxis comprobationem citat Bobad. Sarmient. *de redit. Eccleſ.* 4.*par. cap.*1. *num.*8. vbi tamen hunc articulum non pertractat, & Ioann. Gutierr. *d. lib. pract. cap.*49. *num.*4. & eadem expreſsè, ac ſecurè admittit idem Ioan. Gutier. *de gabel. lib.2. q.88. num.*12. *in princip.* Ioan. Segura Daualos *in direct. iud. Eccleſ.* 1.*par. cap.*14.*n.*4. Laſarte *de decima vendit. c.*19.*n.*45. *& nou.* Carleual. *de iudic. pag.*159. *ex n.*344.

Egoque pro ea adduco text. in dict. l.18. part. ſuprà perpenſum. Nam † quod ibi Regiæ tuitio- 38
ni commendari dicitur, nunc per Regios iudices expeditur, vt ſentit Palac. Rubeus *in introduct. Rubr. de donat. inter*, *num.*28. Cabedus *de patron. Regiæ Coronæ*, *cap.*28. *num.*7. *pag.*141. vbi probat, quòd cuſtodia bonorum Epiſcopi defuncti pertinet ad Regem: ad quod † olim ho- 39
mines proprios à Regibus deputari ſolere, conſtat ex hiſtoria Palentina Archidiaconi del Alcor in vita Epiſcopi D. Petri, vbi priuilegium notabile memorat circa hoc eidem Eccleſiæ Palentinæ conceſſum à Rege D. Alphonſo X anno 1254. & aliud ſimile Eccleſiæ Ouetenſis, & Auſtricenſis refert nouiſſimè inſignis, & diligens Regius Chroniſta Ægidius Gonçalez Dauila in Theatro Eccleſiaſtico dictæ Eccleſiæ Ouetenſis, *pag.*41. Quod, quia notabile eſt, hîc inſerendum duxi, & ſic habet: *Por gran fauor, que he de hazer bien, è merced à la Igleſia Catedral de Ouiedo y*

al Cabildo de esse mismo lugar, otorgo, y establezco de aqui adelante para siempre jamas, que cada que muriere el Obispo de la sobredicha Iglesia, que todas las cosas que huviere à la sazon que finare, que queden saluas, y seguras en juro, y en poder del Cabildo, è que ninguno non sea osado de tomar, ni de forciar, nin de robar ninguna cosa dellas. Otrosi mando, è otorgo, que el home mio non tome, nin robe ninguna cosa de las que fueren del Obispo, mas que las guarde, y que las ampare con el home que el Cabildo diere, para guardarlas para el otro Obispo que viniere. E esto otorgo por mi, è por los que reinaren despues de mi en Castilla y Leon. Et idem reperies apud Fr. Prudent. de Sandoval *in hist.Carol.V.lib.27.& in histor. Regis Alphons. VII. cap. 64. fol.179.* Vbi
40 ait, † de antiqua consuetudine Hispaniæ ita spolia hæc diuidi solere, vt pars vna Ecclesiæ fabricæ, altera pauperibus tribueretur, tertia ad Regem spectaret.

41 Expendo etiam similem praxim, † quæ in Hispaniæ Regnis seruatur apud Regios supremos Senatores, vt de eorum præcepto, iudex Regius vicinior Episcopatu, compellat hæredes mortui, vt nominent æstimatores, seu taxatores damnorum, quæ res Ecclesiæ passæ sunt, toto tempore, quo Episcopus mortuus obtinuit Episcopatum, qui, cum nominatis à nouo Episcopo, æstiment damna, & deteriorationes, electo etiam tertio, duobus non conuenientibus, factáque æstimatione solui iubetur pecunia nouo Episcopo, vt damna resarciantur, de qua testantur Molina *de primog. lib.1.cap.27.num.3.* & Ioan.Garc.*de expensis,cap.11.num.69.*

Et in nostris terminis eandem sententiam probat Cabed. *decis.Lusit.83.part.1 per tot.* vbi probat hoc ius nostrorum Regum,& eorum iudicum
42 secularium ex eo descendere, † quia ad eos spectat Prælatorum defunctorum bona defendere à latro-
43 ciniis, quæ contingunt eorum morte. Et † quòd cùm ad ipsos pertineat patronatus Ecclesiarum Cathedralium,& sub eorum protectione sint, vbi Pastore viduantur, nimirùm si ad ipsos spectet bonorum Episcoporum defunctorum defensio, vt reseruentur ei, ad quem de iure pertineant.
44 Quamvis enim patronatus † laicus non possit se intromittere circa res Ecclesiæ, potest tamen quoad defensionem, Innoc. *in cap cùm vos, de offic. Ord. num.* 1. latissimè Martin. Mager. *de aduoc. arm. cap.3.n.165. & cap.15.n.157.& 158.& seqq.* vbi quòd Patrono de iure incumbit onus defendendi Ecclesiam, & malè alienata repetere, & quòd si id non fecerit, omni commodo, quod ab ea habet, priuari poterit.

45 Et inde infert Cabedus, benè sequi: † *Quòd ad quem pertinet custodia, & defensio rerum, pertinet etiam facere earum inuentarium*, Porcelin. *de inuent. cap.2. q.15. num. 27.* qui citat Archid. *in cap. generali, de elect. lib.6.* Insuper & committere solet Rex noster rescripto speciali, vt †
46 iudices seculares cognoscant de seruitiis famulorum Archiepiscopi, & Episcopi vita functi, vt eis persoluatur salarium, & debita, si quæ debet Episcopus, & quæ ei debentur, exigantur. Et de his omnibus cognoscunt iudices seculares mortuo Episcopo, si super illis aliqua lis mouetur in iudicio, & ita seruatur in nostro Regno. Et idem latiùs probant Franc.Marc.*decis.90. num.5.par.1.* ibi: *Sed in contrarium videtur in casu isto, quia talis reductio ad manus Delphinatus fit ex iusta, & legitima causa ad saluum ius habentis, obuiando scandalis, & periculis futuris*, Thesaur. *decis. Pedem. 113. num. 6* Oliuan. *de iure fisci cap.13.ex n.23.* vbi assignat causas, quare sequestratio in bonis Ecclesiasticis ponatur per Regem, & Ioseph.Sesse *de inhib.Instit.Aragon. cap.1.§.3.numer. 20. & seq.*

Inest quippè † spolio hæc necessitas, siue obli- 7
gatio, debita à Prælato defuncto contracta soluendi, neque spolij nomine venit, nisi quod iis deductis superfuerit, *cap. peruenit*, vbi omnes *de fideiussor.cap.præsenti,§.porrò*, ibi: *Solutis debitis de offic. Ordin. lib.6.* iunctis resolutis per Archidiaconum, *in cap.fin. de testam.in 6.* Franc.Marc *decis.436. per totam, 1.par.* Bonacosa *in tract. de seruis,& famulis,q.194. tom.6.tract.* Doct. *par.1 fol.29.* Tiraq. *de retract.lignag.§.15. gloss.1.nu.7* Boër. *decis.204. num. 48.* Gigas *de pension. quæst. 72. num.1.* Gutierr. *lib.1.* Canonic. *cap.1.à n.109*
& num.114. Quod † etiam ad legitimè promissa 8
ab eodem Prælato protrahitur *in cap. quicunque Episcopi*, vbi gloss. *verb. Promiserint 12.q.2.dict. cap.peruenit,de fideius.* Tiraq.*in l.si vnquam,verb.*
Donatione,num.27. Et etiam habet locum, † vbi 9
spolia Cameræ Apostolicæ reseruantur, quamvis viginti dies post contractum debitum non superuiuat, vt expresse decidit Rota *in antiq. decis.41 sub tit. de probation. numer.2.* ibi: *Et ideò cùm persona sua sit ad huiusmodi debita obligata, non mirùm si etiam de fructibus suorum beneficiorum, quos facit suos, satisfacere teneantur.* Et tam in Episcopis secularibus, quam regularibus obseruari debere, & ita quotidie practicari, resoluunt Alexan. Ludouisius, aliàs Gregor. XV *decis. 401. num. 4. & 5.* & Farin. *decis. 241. numer.2. par.2.*

Quod etiam, vt aliqui ex eisdem Auctoribus tangunt, procedet † in solutione, & remuneratione eorum, qui ipsis Episcopis defunctis inseruierint. Nam licèt plurimi † doceant salarium non conuentum illis tantùm famulis de rigore iuris deberi, qui probauerint se solitos fuisse operas suas locare, & vice versa dominum eas conducere, argum. text. *in l.salarium, D. & C.mandati*, & eorum, quæ latè, post alios antiquiores, tradit Feder. de Senis *cons.118.* Alex. *cons. 109. col.2. lib. 6.* vbi Natta *in addit. ad eundem*, idem Natta *cons.376.* Cephal. *cons.534. numer.9.* Simon de Præt. *cons.53. num.1. in fin. & num.2.* latissimè Ioan. Botta, qui nec de æquitate deberi conatur defendere, *cons.43. num. 5. & seq. decis. Genuæ 115. num. 2. & 3.* Baëza *de decima tutor. cap.2.num.2.& cap.20.num.20.* Albarad. *de coniect. mente, lib.2. cap.19. §.1. num.113. ad finem* & plures alij relati à Flores de Mena *lib.1. var. q.8. §.2 num. 1.* Vizcontus *in conclus. iuris, verb. Salarium*, & Ceuallos *tom.1. commun.q.288.numer. 5.* & in nostris terminis † Bulla Pij V. ann. 1567. quam *supr.* retulimus, ibi: *Nullus super eorum bonis mercedem petere possit in preiudicium creditorum, nisi euidenter appareat, quòd sub certa constituta mercede ad huiusmodi seruitium accessisset.* Adhuc tamen contraria opinio, vt ex æquitate præstetur, & iuxta seruitij meritum taxari, & solui debeant, ne quis ex labore alieno locupletaretur, verior, & cõmunior videtur, quàm iuuat text. *in l.excepto, C. de locato, l. sed an vltrò, §.1. & l.quæ vtiliter, D. de negot. gest.l.2. tit. 12. part. 5.* & aliis iuribus, & rationibus defendunt Guid.Papæ, & eius Addit. *decis.68.* Ar

Gom

Gomez *lib.2. var.cap.2. num. 9.* Socin. Iun. *conf.* 196.*lib 2. num.*1. Iaf. *in §.triplici, Inst.de action.* Riminal.Iun.*conf.*478.*lib.*4.Did.Perez *in l.1.tit.2. lib.1.Ordin.litt. A, verf. Est tamen dubium*, Rebuf. *in prax. lib.2. tit. de famulorum salariis, gloss.3.* Baëza *d.c.20.num.20.in fin.* Gutierr.*de iuram.confirm.lib5.c.64.nu.5.* vbi testatur se ita vidisse practicari, Flores de Mena *d.q.8. §.2. num.3. & 10.* Ceuallos *d.q.288. n.6.* Azeued. *in l.6. tit.15. numer.4.lib.4. Recopil.* vbi asserit, sic vidisse practicari, etiam non probata consuetudine soluendi talia salaria, contra Did. Perez exigentem huius consuetudinis probationem, Bobab. *lib. 2. Polit. cap.10.num.38.litt C*, Menoch.*conf.*288.*num.*10. & 24.*conf.* 570. *num.*4. *in tract. de arbitrar. casu* 514.

Quod securiùs procedit, vbi † personæ huiusmodi, quæ Episcopis inseruierunt, aliquas expensas tacitas, vel expressas ob hanc occasionem fecerunt; tunc enim, remuneratione non facta, in vtroque foro, & secundùm Auctores vtriusque opinionis, iustum salarium debetur, & persoluendum est, vt resoluunt Fr.Lud.Lop. *in instruct.neg. cap.25.& in instruct.conscient. 2.part. cap.*8. Flores de Mena *vbi sup.num.6.&* 10. §.1. *num.19.&* 28. Vbi exemplum adducit in † Vicario Episcopi, si fortè is ex prouentibus officij sufficienter remuneratus non fuisset, aut si ex longinquo deductus sub spe promissionum Episcopi ad eum se transtulit, & alia commoda, & lucra deseruit, & posteà promissionibus frustratus inuenitur. De quo etiam & an his obstet noua pragmatica ann.1616. alia congessi *sup. cap. 8. ex num.*62. quæ hîc adnotare iuuauit, & Bullam Pauli III. sæpè relatam, ibi: *Quia verosimile non est, vt qui pro mensuali salario, & stipendio illis seruiunt, exactionem eorum salariorum, & stipendiorum vltra integrum annum differant, &c.* Et ita sæpè in emergentibus causis pronuntiaui, † sub magna tamen dictorum salariorum moderatione, & insuper habita præsumptione triennij, quæ aliquando ea petentibus obiiciebatur, de qua *in l.6.tit.15. libr.4. Recop.* Quoniam † ea, vt Azeue.ibid. rectè resoluit *num.45.&* 46. locum non habet, vbi tales famuli, amici, vel consanguinei sine salarij conuentione seruierunt, non tamen animo donandi, sed repetendi, nisi aliàs maioribus beneficiis remunerati essent.

Quæ † etiam remuneratio, si in vita præstita non fuerit, aliquando etiam post mortem Prælati in iudicio peti poterit, & præstari debebit, iuxta personarum, & seruitiorum contemplationem, nec tam liberalitas, quàm debiti solutio appellanda erit, *l. Attilius Regulus, D.de donat.caus. mort. l. sed si lege, §. consuluit, D.de pet. hæred. l.penultim.D.de ritu nuptiar.* cum innumeris aliis, quæ de natura donationis remuneratoriæ adduxi *supr. libr.2.cap.1. ex num. 57. & cap.30. ex numer. 21.* & est videndus Ioann. Faber *in l.1. in fine, C.de inoffic. testam.* Vbi † quòd dicitur quædam alienatio, titulo oneroso, non lucratiuo facta. De qua, & eius æstimatione arbitrio iudicis reseruata, plura congerit Tiraq.*d.l.si vnquam, verb. Donatione, numer.* 84. & 102. Alciat. *de præsumpt. regul.* 1. *præs.* 16. *numer.* 3. & *respons.* 584. *numer.* 5. Menoch. *de arbitrar. cas.* 132. *numer.* 6. & 7. & in terminis Prælati donantis, *casu* 434. *num.*4. & 6. Iaso *conf.* 222. *libr.*2. & *conf.*10. *numer.* 18. *libr.* 3. Vbi Beccius *in addit. litter. H*, idem Beccius *conf.* 129. *num.*26. *lib.*2. Mascard. *de probat. concl.* 186. *in fine*; Ioann. Garcia *de remuner. donat. num.* 52. Costa *de ratione ratæ, q.57. num.*2. Morquecho *de diuis. bonor. lib.2. cap.11. num.*44. Et quòd talis † remu- 59
neratio cadat, & comprehendatur in congrua sustentatione Prælati, & inter ea, quæ tam viuus, quàm moriens de bonis, etiam intuitu Episcopatus quæsitis, potest, & debet expendere, & disponere, Molina *de iust. & iure, disp.* 145. *vers. De remuneratoriis*, Redoan. *de spoliis, quæst.3. §.sed in contrarium, num.*16. & tetigi *sup. cap.proxim.num.* 85.

Iuxta quæ decidendæ erunt lites, quæ occasione istorum spoliorum, & salariorum in Regiis Audientiis Indiarum sæpè (vt dixi) formantur: aduertendo tamen, quòd in quemcunque euentum, etiam si aliquæ donationes ab Episcopis factæ solui iubeantur, hoc non debet præiudicare Ecclesiis eorum, † saltim in Pontifical, 60
& reliquis, quantumvis pretiosis, ad cultum diuinum, & eius apparatum pertinentibus. Hæc enim, etiam vbi spolium pertinet ad Cameram Apostolicam, Ecclesiæ reseruari debere, expressè constitutum est per Bullam Pij V. dat. Romæ 3. Kalend. Septembr. ann. 1567. quam ad litteram refert Redoan. *in tract. de spoliis, pag.* 479. Motus proprius Pij V. *fol.* 111. & 112. Laurent. Cherubin. *in Bullar. Pontific.* 2. *tom. pag.* 238. Nauarr. *de spoliis*, §. 8. Molina *disp.* 147. § *Pius V.* Azor *libr.8. instit. moral. cap.* 8. *q.* 8. §. *quæstio quidem*, vbi aliquas quæstiones huc spectantes adducit, & aliàs Marta *de success. legali, 4.par. q.1.art.4. num* 44. Vbi probat, quòd Prælatus habens facultatem testandi, non potest disponere de mobilibus oratorio suo priuato applicatis. Quod tamen est intelligendum † de 61
Pontificali, quo tempore mortis vtebantur. Nam si in vita de aliquibus rebus ad illud pertinentibus disposuisset, valida esset illorum alienatio, vel commutatio, vt benè aduertit Nauarr. *dict.* §. 8. *numer.* 4. *ad finem*, & *conf.* 2. *sub tit. de donat. per totum*, & Petr. Marthæ. in notis ad dictum Motum proprium Pij V. *pag. mihi* 557. vbi verba Nauarri transtulit, & illum suum caduceatorem appellat, & habui de facto in causa spolij Reuerendissim. Episcop. Cuzquensis D. Fernandi de Mendoça, quæ in Limano Prætorio vertebatur super quibusdam donationibus factis D. Sebastiano Gonzalez de Mendoça ipsius ex fratre nepoti cum reseruatione vsusfructus.

In qua causa idem D. Sebastianus intendebat, † bona, quæ post factam donationem E- 62
piscopus consumpsit, vel alienauit, sibi ex aliis eiusdem bonis sarcienda esse, ex reg. tex. *in l.* 1. §. *cauere*, & §. & *habet*, *D. de vsufruct. quemadmod. caueat. l. si is cuius* 15. *cum l. seqq.D.de vsufruct. l.* 1. & 4. *C. eod. l.* 20. *tit.* 31. *part.*3. Ias. *conf.* 40. *num.*2. *volum.*1. & plures alij relati à D.Ioan. del Castillo *de vsufruct. cap.*17. *num.*4. & *seqq.* iuncta *l. qui restituere*, *D. de reiuind. l. in re furtiua*, *l. si seruus*, §.*boue*, *D. de condict. furt.* quibus probatur † in obligationibus rei præ- 63
standæ, vel restituendæ, illis peremptis, succedere obligationem ad id, quod interest, vel æstimationem, cum aliis traditis à Bart. & Modernis *in l. stipulationes non diuidantur*, *D. de verbor. obligat.* Aiora *de partition. 2.part. q.36. num.*6. & 3.*part. q.29.num.*104.*ad finem*: & in terminis donationis, de qua agimus, text. † expressus 64
in

in l.ſi donata 37.D.de donat. inter, ibi: *Sed quia cauſam poſſidendi donatio præſtitit, niſi reddatur res, æſtimatio facienda eſt iuſto pretio*: cui etiam conuenit text. *in l. ſi quis argentum 35. § ſin au-*
65 *tem,C.de donat.* Et † quia quemadmodum donatio ſemel perfecta reuocari expreſsè non poteſt in præiudicium donatarij, ita nec tacitè per rerum donatarum conſumptionem, alienationem, aut aliam diſpoſitionem in contrarium factam, vt eleganter, poſt alios, quos refert, tradit Crauet.*conſ.* 103.*num.*16.*lib.*1. Velazq. de Auendaño *in l.*25. *Tauri, num.*3. gloſſ. vnic.quos, & alios refert & ſequitur D. Ioan. del Caſtillo *vbi ſup. capit.* 39. *num.*42.

Quibus attentis, hac quoque in parte in fauorem eiuſdem D. Sebaſtiani pronuntiauimus, cum magna tamen rerum, quas petebat, moderatione.
66 Nam, † qui ex liberalitate ſua conueniuntur, amarè exigendi non ſunt, *Divus Pius* 28. *cum ſimilibus, D. de regul. iuris*, & ideò lex eos non
67 obligat † ad aliquam cautionem præſtandam, etiam vbi res, quæ vſu conſumi, vel deteriorari poſſunt, donarunt, cum reſeruatione vſusfructus, licèt ad hoc alij vſufructuarij teneantur, vt conſtat *ex d.l.*1. *§. cauere*, cum ſimilibus *ſuprà* relatis, & expreſsè agnoſcit Decius *in d. l. Divus, numer.* 2. *& conſ.* 265. *num.* 5. Corneus, Socin. Platea, Gozadinus, Rolandus à Valle, & plures alij, quos refert Pinel. *in l.*1. *C. de bonis matern.* 2 *part. numer.*8. Ioann. Gutierr. *in l.nemo poteſt, num.*191. *D. de legat.*1. vbi etiam Ioan. Annibal. *numer.* 174 & latiſſimè D. Valençuela *conſ.* 29. *numer.*3. *cum multis ſequentib. volum.* 1. Vbi
68 ad id benè ponderat † text. *in l. Ariſto, §. final. D. de donat. l. ad res donatas, D. de ædil. edicto*, ibi: *Quod minimè dicendum eſt, ne eo caſu liberalitatis ſuæ donator pœnam patiatur, & l. filio, D. vt legator.* nomine caueatur, vbi filius, & ſervus non cogunt patrem, vel dominum ad cauendum, ſecundùm terminos illius tituli, vel ad promittendum ſub hypotheca bonorum, quia eorum beneficio legitimam conſequuntur.

69 Verùm verò, & quando, † de bonis ſpoliorum, quæ per ſeculares iudices ad hæc debita ſoluenda, vel ne pereant, aut ex alia cauſa in publica ſubhaſtatione venduntur, gabella ſoluenda ſit, quam vulgò *Alcauala* vocamus, rectè ſub diſtinctione bonorum, & hæredum, quam faciunt, reſoluunt Laſarte *cap.*19.*n.*48.*& ſeqq.*& Ioan.Gutier.*de gabell.lib.*2.*q.*88.*ex num.*12.

Eſt autem adeò verum, prædicta ſpolia Prælatorum in Indiis defunctorum, ad Eccleſias ipſatum Indiarum, & non ad Cameram Apoſtoli-
70 cam pertinere, vt † etſi daremus, aliquem Epiſcopum Eccleſiæ Hiſpaniæ ad Eccleſiam Indiarum tranſlatum fuiſſe, & ſecum aliqua bona transfretaſſe, intuitu primæ Eccleſiæ quæſita, adhuc ad ſecundam hæc, & alia, quæ reliquerit, pertinebunt, quia in eius gremio decidit, & inter eam, & Epiſcopum, illo tempore, adeſt matrimonium
71 ſpirituale, quod præcipuè † cauſat hanc acquiſitionem, & in cuius ſignum anulum defert, primo poſt tranſlationem penitùs reſoluto, vt docere videtur Abbas, omninò videndus, *conſ.*101. *num.*5. *par.*2. per text. *in cap. ſi quis iam tranſlatus* 21. *quæſt.* 2. & amplectitur Rota apud Farinac. *deciſ.* 475. *part.* 1. *tom.* 2. *num.*6. *&* 7. vbi plura alia in eius comprobationem adducit, & eadem Rota *in antiq. deciſ. vnica, de tranſlat. Epiſcop.* vbi tenet, † quòd Epiſcopus tranſlatus de vno Epiſcopatu ad alium, poteſt ſecum ferre fructus iam perceptos, prout generali totius orbis conſuetudine ſeruari videmus, vt notat Sarmient. *d. tract. de reditib.* 2. *part. q* 4. *ad finem*, Bellamera *in d. cap ſi quis tranſlatus, numer.*10. *& in cap.cùm venerabilis, num.*47. *de except. & in ſpecie*, non ſolùm ad fructus iam perceptos, verùm & ad res mobiles ex fructibus primi Epiſcopatus acquiſitas, extendit Panuinus *de poteſt. Capit. ſede vacante*, 2.*part.q.*8. *num.*28.*in tom.* 12. *tractat.part.*2. *pag.*428. Calderin. *conſ.* 2. *ſub tit. de reb. Eccleſ.* Nicol. de Vbaldis *de ſucceſſ. ab inteſt. cler. part.* 2. *§. finita, num.*11. *tom.* 8. *tract.....part.* 1. *fol. mihi* 353. & nouiſſimè Caldas Pereira, qui alios adducit, *conſ.* 48. *ex num.*25.

Et quamvis Petr. Barboſa *in l. diuortio, in princip.* 2.*part. numer.* 55. referat Paul. Caſtrenſ. *conſ.*337. *numer.*7.*libr.*1. Alciat. *reſponſ.*1. *à numer.*3.*& num.*47. *libr.*1. & alios, qui hanc translationem bonorum videntur contradicere; † & tandem reſoluat, quòd quamvis transferri poſſint, tamen ſi de illis Epiſcopus tranſlatus non diſpoſuerit, debent primæ Eccleſiæ reſeruari, quia translatus non debet eſſe melioris conditionis, quàm reſidens, & quia vocatio, quæ † per tranſlationem inducitur, eundem effectum debeat operari, quàm mors naturalis, argum. text. *in cap. in apibus, §. ecce* 7. *q.* 1. quem ad id notat gloſſ. *in Clement.* 1. *verb. Morte*, vt lite pendent. & gloſſ. *in cap. ſi Epiſcopus, verb. Morte de ſupplend. neglig. Prælat.* & alij DD. quos in ipſis noſtris terminis, Barboſæ opinionem ſequutus, refert alter Auguſtin. Barboſa in Paſtorali, 3. *part. alleg.* 114. *numer.*16. & D. Præſes Valençuela *conſ.* 190. *numer.* 7. *volum.* 2. vbi quòd tranſlatus de vno Epiſcopatu ad alium, cenſetur mortuus, quoad Eccleſiam à qua fuit translatus.

Quibus fauet alia communis Doctorum opinio, quæ habet, quòd † Monachus tranſlatus de vna Religione ad aliam, non adimit bona acquiſita ex ſua perſona priori Religioni; tranſitus enim ei non debet officere, vt ex pluribus tradit Eman. Roder. *lib.*3.*regul.q.*5.*art.*5. Sanch.*in ſumm.lib.*7. *cap.*32. *num.*8. & cum aliis Bonacina *de clauſura q.*2.*punct.*9 *§.*4. *diffic.*2. *num.*2. *& ſeqq. pag. mihi* 92. *&* 93.

Adhuc tamen in terminis Epiſcopi tranſlati idem Barboſa, & alij fatentur contrariam opinionem conſuetudine vniuerſali admiſſam. Et in ſpecto etiam iuris rigore veriorem eſſe latè oſtendit Caldas Pereira *d. conſil.* 48. *ex num.*15. Quoniam † omnia iura, quæ Eccleſiæ, vel futuro ſucceſſori Prælati bona reſeruant, de morte naturali loquuntur, vt ex ipſis apparet, † quæ non ſolet extendi in reſcriptis Apoſtolicis ad mortem ciuilem, neque ad aliud genus vacationis, niſi ſpecialiter exprimatur, *cap. ſuſceptum, de reſcript. in* 6. ibi: *Cùm non per renuntiationem vacauerit, ſed per mortem*, Rebuff. Mandoſ. & alij apud Cald. *vbi ſup. num.* 19. & ante eos Calderin. inde reſoluens contra Cameram Apoſtolicam *conſ.*1.*de pecul. cleric.* & inquiens verba reſeruationis eſſe ſtrictè intelligenda, & illa *de medio ſublatis*, naturalem mortem, & non ciuilem denotare.

Quibus non aduerſatur † text *in cap.manifeſt.* 12. *q.* 1. ibi *Vt ſi Epiſcopo contigerit inopinatus tranſitus*

transitus, res Ecclesiæ nullo modo possint minui, & perire. Nam ibi, *Transitus,* non translationem sed mortem significat, & non agit de rebus propriis Episcopi intuitu Episcopatus quæsitis, sed de rebus ipsius Ecclesiæ, vt patet ex eod. text. & ex antecedentibus, & seqq. quas † verum est in præiudicium primæ Ecclesiæ ad secundam transferre non posse; vt in eiusdem iuribus, & *in d. cap. si quis translatus.* Quod in illis aliis non contingit, cùm possit de eis, dum viuit, ad libitum disponere, etiam post translationem, vt agnoscit Cardin. *cons.* 110. *numer.* 2. & Barbosa *d. numer.* 55. *verb. Quod si translatus*, & quidem sine peccato in pios vsus, etiam extra Epscopatum, vbi eas acquisiuit, vt resolui *in cap. praced. numer.* 65.

Quibus adijcio, quòd si huiusmodi bona priori Ecclesiæ, vel Cameræ Apostolicæ reseruari deberent, † teneretur translatus tempore translationis inuentarium facere, & post mortem ad iudicium diuisorium prouocandum esset, quod nusquam praxi receptum vidi in nostris Indiis, vel in aliis prouinciis, vbi Collectores Apostolici non admittuntur.

Maior quidem difficultas esse † videtur in eo Indiarum Episcopo, qui absolutè suo Episcopatui in manibus Pontificis renunciauit, & Ecclesiam deserens, in Hispaniam, vel Romam domicilium suum transtulit. An nempè huic, ex post facto decedenti, & bona, quæ secum portauit, intuitu Episcopatus quæsita, relinquenti, ipsa adhuc Ecclesia succedere debeat, vel Camera Apostolica, aut Monasterium, in quo professus fuit, si fortè fuerit regularis? Quæ quidem quæstio bis in supremo Indiarum Consilio agitata fuit in causa R. D. Fr. Ioannis de Espinosa Episcopi quondam Chilensis, & D.Fr.Ioann.de Valle Episcopi Guadalajarensis, & aliam similem adducit Nauarr. *cons.* 15. *sub tit. de regularibus*, *in* 1. *edit.* & *consil.* 5. *tit. de donat. in* 2. agens de quodam Regulari Ordinis Prædicatorum Episcopo Cuzquensi, cuius nomen, licèt ipse non exprimat, erat † D. Fr. Ioann. Solanus, qui renuntiauit Episcopatui, cautus, quòd per seculares iudices integra sibi facultas exercendi Pastorale officium adimebatur, & Romam veniens tempore Pij V. felic. record. ibi decessit, suis bonis, dum viueret, Ecclesiæ S. Mariæ supra Mineruam, ad pia opera donatis de quo agunt Fr. Anton. de Remesal. *lib.* 4 *hist. Guatim. cap.* 13. *numer.* 2. & *libr.* 9. *capit.* 9. Fr. Alphons. Fernandez *libr.* 3. *hist. nost. temp. capit.* 53. & Fr. Ioan. Marieta *lib.* 14. *Sanctorum Hispaniæ, fol.* 212.

Etenim prima facie dicendum videtur, hunc Episcopum renuntiato Episcopatu † titularem manere, ac per consequens in eius bonis spolium non esse, cùm iam Ecclesiam non habeat, iuxta ea, quæ tradit Thomas Docius *cons.* 53. *num.* 2. ext. optimus *in cap. inter corporalia, de translat. Episcop.* ibi: *Cum quis Episcopali præditus dignitate, nullius tamen Ecclesiæ possit esse Episcopus, quemadmodum de illo contingit, qui oneri Pontificali renuntiat, non honori*, & loquens in Episcopis regularibus Sotus *de iustit. & iure, lib.* 10. *q.* 5. *art.* 7. *n. fin.* vbi inquit, bona eorum, licèt acquisita sint ab eis in Episcopatu, ipsorum Monasteriis obvenire, Saa *in summ. verb. Religio, n.* 52. Eman. Roder. *in quæst. regular.* 3. *tom. q.* 69. *art.* 4. *ad finem.*

Qui Auctores, titularium Episcoporum appellatione, renuntiantes comprehendere velle videntur, cùm de bonis acquisitis in Episcopatu loquantur, quod de titularibus solùm non posset verificari; quoniam hi non habent Ecclesiam, nec Episcopatum cum fructibus, & exercitio, sed solùm dignitatem sine administratione, quia fortè eorum Episcopatus est apud Sarracenos, quos vulgariter Episcopos Nullitenentes, vel Nullatenses appellamus, vt benè inquit Thom. Docius *d. cons.* 53. *num.* 2. & Sbrozius *de offic. Vicar. lib.* 1. *q.* 31. *num.* 18.

Et potest adduci alia ratio ad excludendam Ecclesiam à successione talium Episcoporum renuntiantium, nimirùm † defectus matrimonij spiritualis, quod post cessionem, vel renunciationem 84
Episcopatus factam de consensu Pontificis cessat, vt docemur *in d. c. inter corporalia*, & per Ferret. *cons.* 11. *num.* 2. *cum seqq.* Gonçalez *ad reg. Cancell. gloss.* 15. *num.* 48. & Farin. *d. decis.* 475. *numer.* 6. & 7. *part.* 1. Quo vinculo matrimonij cessante, cessare quoque debere videtur successio Ecclesiæ, quæ ex eo producitur, quemadmodum & in matrimonio carnali contingit, quo † non 85
solùm omninò soluto, sed vel per diuortium, etiam quoad thorum, separato, cessat quoque ius successionis, quæ aliàs inter virum & vxorem concedi solet, vt *in l.* 1. *D. vnde vir, & vxor*, cum aliis traditis à Tiraq. *de retract. lignag.* §. 10. *gloss. vnica, num.* 17. Guillerm. Bened. *in cap. Rainutius, verb. Et vxorem, decis.* 5. *nu.* 238. & Barb. *in Rubr. solut. matrim.* 2. *part. num.* 56. *vers. Et ex his ita resolutis.*

Et hoc erit certiùs, si sequamur opinionem eorum, qui docent, † Episcopum Religiosum renuntiantem, ad suum Conuentum, siue Monasterium 86
redire debere, de qua Azor *d. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *ad finem*, Aragon. 22. *q.* 88. *art.* 11. *ad* 3. *fol. mihi* 1036. & alij, quos refert Sanchez *in summa,* 2. *to. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 28.

Sed his non obstantibus, † tam in Episcopis 87
secularibus, quàm regularibus renuntiantibus, contrariam sententiam veriorem existimo, & pro ea in litibus *suprà nu.* 18. relatis pronuntiatum fuit. Quia certius est, quòd quamvis per renuntiationem dissoluatur vinculum matrimonij spiritualis, non † tamen dissoluitur, nec præiudicatur ius 88
Ecclesiæ quæsitum in bonis eius intuitu eousque paratis, quia hoc etiam in matrimonio † carnali illibatum manet coniugi, qui non dedit 89
causam separationi, vt vel in ipso exemplo *d. l.* 1. *D. vnde vir & vxor*, tradunt Decius *numer.* 10. Curtius Iun. *numer.* 34. *in l.* 1. *C. eod.* Barbos. *d. num.* 56. *vers. Sed id ex supradictis declarandum est, vt verum sit in eo, qui dedit causam diuortio, &c.* & nouissimè Magilius *de imputation. q.* 188. *pag. mihi* 724. Et idem praxi receptum videmus † in communicatione bonorum, quæ constante matrimonio lucrantur, quo- 90
rum medietas etiam post diuortium competit coniugi, qui in eo culpam non habuit, vt pluribus probat Gomez de Leon *alleg.* 1. *numer.* 12. Matienz. *in l.* 2. *tit.* 9. *libr.* 5. *Recopil. gloss.* 1. *num.* 48. Gutierr. *de iurament. confirmat.* 1. *part. capit.* 1. *numer.* 61. & *lib.* 1. *Canonic. cap.* 24. *numer.* 14. Ioann. Garcia *de coniug. ac quæstu*, *num.* 163. & cum multis aliis Giurba *ad statut. Messan. cap.* 1. *gloss.* 6. *num.* 61.

Et ita in terminis nostræ quæstionis, contra Sotum, & alios suprà relatos, † quòd Episco- 91
pus titularis, vel renuntians, etiam regularis, nullum

nullũ præiudicium Ecclesiæ paret, vbi ei cõpetit successio, expresse tenet Capitius *decis.* 200. *per totam*, Azor. 1. *tom. lib.* 12. *cap.* 10. *q.* 7. *ad fin.* Sanch. *in d. summa lib.* 7. *cap.* 32. *nu.* 68. *pag. mihi* 544. Barbosa *in Pastorali*, 3. *par. allegat.* 114. *nu.* 22. & Bonacina *de clausura*, *q.* 2. *punct.* 9. § 4. *difficult* 2. *num.* 16. *ad finem*, *pag. mihi* 99. qui licèt loquantur de successione Cameræ Apostolicæ, idem tamen sentiunt, vbi Ecclesia ius antiquum in eadem successione conseruat, exclusa eadem Camera, & velut in eius locum subrogata, vt in nostris Indiis contingit.

Et idem insinuare videtur Nauarr. *d. cons.*
6. *de donat.* vbi Monasterium admittit, quia
Episcopus, de quo ibi, in vita disposuit, & etiam
si disponeret per testamentum, posset id face-
92 re per priuilegium Sixti IV. & † Leonis X.
quod hoc permittit Prælatis: & beneficiariis
secularibus, & regularibus in Curia deceden-
tibus, quod ostendit, his deficientibus, in fa-
uorem Ecclesiæ Nauarr. consulturum fuisse,
non obstante, quòd Episcopus ille extra In-
diam moreretur, & in loco vbi Camera Apo-
stolica spolia percipit, quia licèt aliàs dici so-
93 leat, circa ius succedendi † attendendum esse
statutum, vel consuetudinem loci, vbi sita sint
bona, de quorum successione agitur, non verò
testatoris, aut hæredum, vt probat Albert.
Brun. *de statut. q.* 25. Gozadin. *cons.* 49. *num.* 11.
Ancharr. *consil.* 163. & alij, quos allegat Ma-
tienz. *in l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recop. gloss.* 1. *à num.*
74. Hoc tamen fallit in mobilibus, quæ in præ-
iudicium successoris, & absque eius consensu
mutantur, vel transportantur, vt iidem ipsi
Auctores ostendunt, & in terminis Rota apud
Seraphin. *decis.* 594. *num.* 21. 22. *& seqq. par.* 1.
94 Aliàs enim esset in † manu Prælatorum India-
rum multa bona congerere, & ea in Hispaniam
transportare, sicque Ecclesias suo iure frauda-
re, quod admitti non debet. Nam fraudis
95 † suspicione stante, statutum, quod aliàs non
porrigeret vires suas vltra districtum extendi-
tur ad decidendum, & excludendum actum
fraudulentum, vt in simili tradit Riminald. *in
princip. Instit. de donat. num.* 261. *& seqq. &
cons.* 42. *num.* 43. 46. *&* 47. *lib.* 1. & in pulchro
casu Cened. *in Canon. q.* 21. *per totam*: Et quan-
96 do statutum † est prohibitiuum in personam,
& prohibitio fauorabilis, benè porrigitur ad
bona, etiam extra territoriũ, vt in pulchris exẽ-
plis ostendit Bart. *in l. cunctos populos, num.* 31. *C.
de summa Trinit. num* 32. & latè Surd. *cons.* 532.
ex num. 17. *lib.* 4 Mieres *de maiorat. par.* 1. *q.* 58.
num. 25. *&* 26. & plenissimè Menoch. *lib.* 2. *præ-
sumpt* 2 *num.* 6. & Ioann. Anton. Bellon. *cons.*
74. *num.* 117.

Et prætereà ponderari potest ratio tradita
ab Azorio, & aliis vbi sup. dum Cameram A-
postolicam admitti docent, & Monasterium
97 excludunt; nempè † quod Episcopi Religiosi,
etiam post renũtiationem Episcopatus, *Manent
à Religione soluti, ac liberi.* Vnde reiicere viden-
tur sententiam aliorum, qui ad Monasterium
redire debere dixerunt, prout & apertè reiiciũt
Enriquez *in summ. lib.* 10. *cap.* 32. § 4. Emanuel.
tom. 3. *regul. q.* 52. *art.* 26. Saa *verb. Episcopus,
num.* 11. & alij, quos refert & sequitur Sanchez
d. cap. 6. *num.* 29. Cenedus *de la pobreça Reli-
giosa, duda* 48. *à num.* 2. & in nostris terminis
Nauarr. *d. cons.* 6. *num.* 1. *& num.* 11. vbi notanter inquit cit. Ioan. Andr. *Per transitum Religiosi ad Episcopatum induci, quandam subtilem apostasiam & parum cautè loqui recentiores, qui dicunt, quòd renuntiatione facta, debet ad Ordinem, siue Monasterium redire: tum, quòd nullo id iure cautum est, & ita non dicendum, cap. consuluisti* 2. *q.* 4. *& cap.* 2. *de translat. Prælat. tùm quòd etiam in terminis id asserit Feder. de Senis consil.* 5. *&* 19. *& Bonifac. in Clem.* 1. *de regular. tùm, quòd praxis omnium Monachorum renuntiantium loco Episcopatus, & non honori, hoc seruauit, & seruat Papa id sciente, & consentiente.* Et idem nouissimè tradit Laiman. *lib.* 4. *Theolog. moral. tract.* 5. *de stat. Relig. capit.* 5. *numer.* 9. *ad medium*, vbi hoc extendi † ad Episcopum depositum absque degradatione.

Quæ omnia lucem aliquam præbere poterunt ad decisionem alterius quæstionis, quæ his proximis annis semel, iterùm, & tertiò, agitata fuit super collectione spoliorum aliquorum Religiosorum Indiarum, & aliarum prouinciarum, † qui extra claustra vagantur, & aliqua bona in hac Curia Matritensi, & alibi reliquerunt, quæ Collector Cameræ Apostolicæ sibi applicanda esse prætendebat. Nam licèt hoc in Italia receptum sit virtute Bullæ, siue Motus proprij Gregor. XIII. dat. Romæ 25. Iun. ann. 1577. quam adducit Laërt. Cherub. *in Bullar. pag.* 1254. & Petr. Matth. *in summa Const. Pontif. pag.* 720. vbi renouantur, & ampliantur aliæ Bullæ Pauli IV. & Pij IV. de quarum praxi; & executione latè agit Nauarr. *d. tract. de spoliis*, § 5. *per totum & cons.* 15. *sub tit. de regular. num.* 4. *in antiq.* Quintil. Mandos. *de signat. gratiæ, tit. de licentia testandi, & spol. concess. fol.* 116. Paul. Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 15. *post num.* 55. Eman. Roder. 3 *tom. regul. q.* 10. *art.* 12. *pag.* 108. Quaranta *in Bullar. verb. Spolium, vers. vlt. pag.* 485. Cerola *in praxi Episcop.* 2. *par. verb. Spolium, vers.* 7. *pag.* 104. Molina *de iustit. & iure, tract.* 2. *disp.* 147. *vers. Licèt negandum*, Azor. 2. *par. inst. moral. lib.* 8. *cap.* 3. *vers.* 15. *quæritur*, Ioan. Franc. Leo *in thesaur. for. Eccles.* 3. *par. cap.* 3. *ex num.* 51. & nouissimè Filliuc. *d. tract. de spoliis cleric. cap.* 2. *pag.* 25. & latiùs *cap.* 6. *pag.* 37. *& cap.* 7. *pag.* 39. *num.* 8. qui resoluunt per hanc constitutionem reuocari ius commune, & Bullam Pauli IV. quæ hæc bona Monasteriis dictorum Religiosorum applicari iubebant. Adhuc tamen contra eandem constitutionem plures considerationes satis vrgentes, & concludentes opponit Nauarr. *d.* § 5. *num* 3.

Et vtcunque sit, certissimum est, † eam in Regnis Hispaniæ nunquam admissam fuisse, vt agnoscunt omnes DD. *suprà*, relati, præcipuè P. Molina *dict. vers. Licèt negandum*, vbi post alia sic habet: *Quamvis autem Gregor. XIII. dum spolia ad bona omnia Religiosorum extra claustra ex hac vita decedentium, extendit in vniuersum loqui videatur de Religiosis quorumcunque Regnorum, atque vbiuis decedentium, nescio tamen an id extra Italiam sit vsu receptum vsuuè recipietur, quare quando casus occurrerit vsus, ac consuetudo loci sunt requirenda.* Quam consuetudinem, iuncta tolerantia summorum Pontificum validam, & legitimam esse tandem etiam concludit Azor *d. lib.* 8. *cap.* 4. *vers.* 2 *quæritur.*

quæritur, & alij, quos in simili adduxi *sup. hoc cap. num.* 23. & semper in Hispania obuiam itum esse Collectoribus eiusmodi spolia Cameræ Apostolicæ colligere, & applicare contendentibus, testantur Redoan. *d. tract. de spoliis, q.* 4. *num.* 24. Nauarr. §. 14. *num.* 4. & Filliuc. *vbi sup. cap.* 6. & *cap.* 7. *num.* 6. & *seqq.*

Quibus, & aliis attentis, & expensis, reiecta fuit prætensio, & intentio Collectoris Apostolici in casibus suprà relatis. Seriâ † super hoc consultatione, & deliberatione per grauissimos, & doctissimos viros de mandato Regis, & Domini nostri Philippi IV. habita, in præsentia, & domo Eminentissimi Domini, ac Domini mei Cardinalis de Trejo, supremi tunc Senatus Castellæ Præsidis meritissimi, inter quos Ego vnus, licèt minimus, interfui. Et vltra supra relata ad excludendam dictam intentionem Collectoris expendi, quòd si Monachus sine licentia extra claustra vagatur, † adhuc quicquid acquirit, etiam vagando, & apostatando, suo Monasterio quærit, cui per suam fugam, vel apostasiam præiudicium generare non debuit, *cap. si Abbates* 18. *q.* 5. *cap. si quis rapuerit* 27. *q.* 7. Redoan. *vbi sup. q.* 8. *num.* 77. Sin autem vagatur de licentia Superioris, vel Romani Pontificis, etiam planius est, † quòd manet Monachus, & habitum, & iura, ac priuilegia Monachi retinet, & potest ad Monasterium, vbi voluerit, redire. Vnde non videtur ab eo discessisse, nec Religionis iura deseruisse, *arg. §. pauonum, vers. In iis autem, Inst. de rer. diuis.* & celebris doctrinæ Abb. antiqui *in cap. cùm illorum, de sentent. excommun.* & Panormit. *in cap. ex rescripto, de iureiurand.* quos refert & sequitur Nauarr. *cons.* 41. *de regular.* qui dicunt: *Quòd is, qui defert habitum extra Monasterium de licentia, obedientia, vel mandato superioris, censetur deferre illum intra Monasterium.* Quò fit, vt semota Gregorianæ constitutionis auctoritate, nulla sufficiens ratio ad eiusmodi spolia introducenda considerari posse videatur.

Et vlteriùs consideraui, quòd quamvis multum operetur hæc vagatio extra claustra sine licentia, vel cum licentia superiorum, solùm potest † tales Monachos reducere adinstar clericorum secularium beneficiorum, de quorum spoliis colligendis multò arctiùs, quàm de spoliis Religiosorum vagantium loquuntur dictæ Pôtificiæ constitutiones. Vnde sequitur, quòd cùm in Regnis Hispaniæ obtenta sit consuetudo, imò & lege Regia, & Indiarum schedulis approbata † de non admittendis Collectoribus, nec spoliis in bonis clericorum, sed quòd possint de suis bonis etiam intuitu beneficiorum quæsitis liberè disponere, tam inter viuos, quàm per vltimam voluntatem; vt suprà dixi, & probaui *sup. c. præced. n.* 21. longè planiùs eadem consuetudo retineri, & obseruari debebit in bonis Religiosorum Hispaniarum, vel Indiarum, quâmvis extra claustra vagari dicantur, & ita, me audito, in hanc sententiam per omnes, qui in dictis sessionibus interfuerunt, manibus, quod aiunt, & pedibus itum fuit.

CAPVT XII.

De fructibus, & reditibus Ecclesiarum vacantium in prouinciis Indiarum; & quid in eorum collectione, administratione, & distributione obseruetur.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ vacantis reditus administrare, & custodire, ad quem pertineat iure communi.*

2 *Patroni Ecclesiastici, & laici, quod ius habeant circa custodiam, & administrationem fructuum Ecclesiæ vacantis.*

3 *Vacantis Ecclesiæ custodia, & administratio ad illum regulariter spectat, ad quem & institutio, quando patronus laicus est.*

4 *Patronos laicos ab Ecclesiasticis non differre in administratione Ecclesiæ vacantis, tenet Cabedus, & quare.*

5 *Patroni laici si priuilegium, vel consuetudinem habeant custodiendi, & administrandi fructus, & reditus sedis vacantis in eo tuendi sunt.*

6 *Reges Hispaniæ, vtpotè Patroni, & Protectores Ecclesiarum Indiarum, tuentur, & administrant earum reditus sede vacante.*

7 L. 18. tit. 5. par. 1. & l. 3. tit. 3. lib. 1. Ordinam. *explicantur, & num.* 13.

8 *Homo proprius qualiter olim constitueretur à Regibus Hispaniæ ad tuendas res Ecclesiæ vacantis.*

9 *Reges Galliæ, Neapolis, & Lusitaniæ habent etiam custodiam redituum Ecclesiæ sedis vacantis.*

10 *Ecclesiæ Pastore viduatæ, sunt sub Regia protectione.*

11 *Vacantibus Ecclesiis iuris patronatus Regij qualiter deputetur œconomus à Prorege Neapolitano.*

12 *Ecclesiarum Cathedralium Indiarum sede vacante, qualiter administrent, & custodiant fructus officiales Regij, & schedulæ de hoc agentes.*

13 *Executorialium litterarum, seu prouisionum, quæ dantur Episcopis nouiter creatis per sacrum Consilium praxis vnde ortum habeat, & earum formula.*

14 *Gregor. Lopez fuit Senator Regij Consilij Indiarum.*

15 *Regum custodia in reditibus sedis vacantis, non dirigitur ad lucrum ipsorum, sed ad bonum ipsius Ecclesiæ, ne eius reditus diripiantur.*

16 *Magistratus quilibet potest sequestrare bona, quorum deprædationem timet, vt ea vero domino seruentur, & reddantur.*

17 *Rex potest exercere sede vacante iurisdictionem in villis, quæ pertinent ad temporale dominium Prælatorum.*

18 *Tutela fructuum Ecclesiæ sedis vacantis, nihil habet iuris spiritualis, sed meram conseruationem eorum respicit.*

Cap. cùm vos, de offic. Ordinar. *explicatur, & illustratur, ibidem.*

19 *Reditus, & fructus sedis vacantis, quædam iura Episcopo futuro successori reseruare videntur, quæ referuntur, & Auctores ita sentientes.*

Cap. cùm vos, de offic. Ordin. lib. 6. Clement. statutum, de elect. & Extrauag. suscepti, eod. tit. *explicatur, ibidem.*

20 *Ecclesiæ saltim pro dimidia pertinere reditus sedis vacantis, ostendunt plura iura, & Auctores, qui referuntur.*

Cap. præsenti, de off. Ordin. cap. quia sæpè, de elect. lib. 6. *explicantur, & illustrantur, ibidem.*

21 *Reditus sedis vacantis distribui inter Ecclesiam, & futurum Prælatum antiqua praxis Hispaniæ seruasse videtur, & priuilegium, quod hoc insinuat.*

22 *Sedis vacantis fructus, quando, & quomodo in Hispania cœperunt applicari Cameræ Apostolicæ.*

23 *Collectores Apostolici in Hispania non solùm colligunt spolia Episcoporum decedentium, sed etiam fructus sedis vacantis.*

24 *Cameræ Apostolicæ introductio, applicando sibi bona, & reditus Ecclesiæ sede vacante, sæpiùs, vt reuocetur, actum est, & quare.*

25 *Cameræ Apostolicæ collectio in reditibus sedis vacantis, & spoliis Prælatorum decedentium, multis in locis admissa non est, & quod hæc consuetudo valet.*

26 *Reges Galliæ non admiserunt Collectores, Apostolicos pro reditibus sedis vacantis, & sibi eos plenè reseruant, & de epistolis super hoc inter Bonifacium VIII. & Philipp. Pulchrum.*

27 *Sedis vacantis fructus colligere, & sibi appropriare solent Galliæ Reges, & qualiter hoc ius vnum de Regalibus suæ Coronæ faciant.*

28 *Reges Vngariæ & Poloniæ reseruant sibi fructus, & reditus sedis vacantis.*

29 *Indiarum in Regno non admittitur Collector pro spoliis Episcoporum decedentium, nec pro reditibus sedis vacantis, sed hi iuxta ius Canonicum distribui iubentur.*

30 *Reditus sedis vacantis Ecclesiarum Indiarum pro dimidia inter Ecclesiam, & futurum Prælatum diuidi, & peti magis, quàm præstari solebant.*

31 *Sedis vacantis fructus quando demum, & ex quibus causis actum fuerit, vt in Ecclesiis Indiarum nostris Regibus applicarentur.*

32 *Senatus supremus Indiarum quid Regi consuluerit super reditibus sedium vacantium, quos sibi applicari volebat?*

33 *Tertia pars ex reditibus sedium vacantium Indiarum ex quo tempore, & quibus rationibus, & exemplis Regibus applicari cœperit, & schedula notabilis hanc historiam recensens.*

34 *Reditus sedium vacantium Indiarum, vt Regi in totum applicarentur, iterum in quæstionem vocatum fuit ann. 1635. & quibus rationibus.*

35 *Dom. D. Christophorus Moscosus Regij fisci Patronus meritissimus, & diserta eius iuris allegatio laudatur.*

36 *Decimæ Regibus concessæ, & ab eisdem Ecclesiis donatæ, ad secularem naturam redire videntur, vbi vacant Ecclesiæ, quibus donatæ fuerunt.*

37 *Concessio cessat, concessionis causa cessante.*

38 *Decimæ concessæ sunt à Regibus Ecclesiis, & Episcopis Indiarum, vt ex illis commodè se alere possent, & perpenditur Bulla erectionis.*

39 *Alimentorum legatum cessat morte alimentarij, etiam si statuto debeantur.*

40 L. dominus 64. § per fideicommissum, D. de vsufr. *ponderatur, & illustratur.*

41 *Capellæ iuris Regaliorum, vbi vacant, Rex percipit fructus futuros, & extantes tempore vacationis.*

42 *Redituum sedis vacantis concessio fieri solita per Reges nostros Ecclesiæ, & successori, eos obligare non videntur ad idem in futurum faciendum, & quare.*

43 *Precibus frustra impetratur, quod de iure communi conceditur.*

44 *Reges vbi donant Ecclesiis, vel Episcopis successoribus reditus sedis vacantis, dicunt:* Que les hazen merced dellos.

45 *Donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur.*

46 *Verba priuilegiorum, & aliarum concessionum Principis, semper in propria significatione accipienda sunt.*

47 *Sedis vacantis reditus variè variis temporibus distributi reperiuntur in Ecclesiis Indiarum.*

48 *Præstatio difformis non causat ius aliarum præstationum in futurum.*

49 *Præscriptio non admittitur facilè contra fiscum, præcipuè in Regalibus.*

50 *Bona incorporata in Regia Corona, in præiudicium successorum alienari non possunt.*

51 *Reges Hispaniæ sæpè in suis testamentis reuocarunt, & nullas esse declararunt donationes à se ipsis factas, in præiudicium Regiæ Coronæ.*

52 *Remissio iuris exigendi reditus sedis vacantis, & aliorum pertinentium ad Coronam Regiam, non durat vltra vitam concedentis.*

53 *Concessio decimarum facta Ecclesiis Indiarum per Reges nostros, quòd perpetua, & irretractabilis sit, quibus argumentis probetur.*

54 *Beneficia Principum decet esse mansura.*

55 *Decimæ à Regibus nostris concessæ fuerunt Ecclesiis Indiarum in executionem promissionis factæ Pontifici, qui eas ipsis donauit.*

56 *Actus non tribuitur exequenti, sed ordinanti.*

57 *Decimæ, quas Reges nostri cesserunt Ecclesiis Indiarum, succedunt in locum congruæ sustentationis, quæ illas dotare tenebantur.*

58 *Alimentorum concessio, si perpetuam causam habet perpetua quoque censetur.*

L. 3. & l. vxori meæ, de dote præleg. *explicantur, & illustrantur, ibid.*

59 *Dotis legatum in rebus æstimatis factum, ad ipsas, non ad earum quantitatem refertur.*

60 *Res aliqua vbi donare dicitur, magis da proprietatem*

proprietatem, quàm ad vsumfructum donatio referri debet.

61 *Alimentorum nomine, quod præstatur filiis illegitimis, non finitur cum personis eorum, sed proprietatem in illis acquirunt.*

62 *Reges debent esse liberales in donationibus Ecclesiæ faciendis, quia per hæc non depauperatur, sed potius augetur eorum status.*

63 *Decimæ Regibus concessæ, etsi temporales efficiantur, ab eisdem tamen Ecclesiis donatæ, pristinam spiritualem naturam accipiunt.*

64 *Totum, qui cedit, vel renuntiat, nihil excludit, nec sibi reseruat.*

65 *Reges nostri si vellent sibi aliquid reseruare, tempore quo decimas Ecclesiis concesserunt id expressissent.*

66 *Prouisio, vel reseruatio facta in aliquo particulari casu, ostendit in aliis non reseruatis, nihil excipi voluisse.*

67 *Decimæ quod Prælatis Indiarum assignari dicantur in congruam sustentationem, non efficit, vt illæ vsusfructus, vel alimentorum naturam sortiantur, & perpetuæ esse desinant.*

68 L.cùm alimenta, §.cùm fratris, D. de supellect.legata, *ponderatur, & illustratur.*

69 *Donatio quoties incipit à re ipsa, quæ donatur, perpetuam causam habet, etiam si posteà adiiciatur, quòd sit gratia alimentorum, vel vsusfructus, secus si incipiat ab eorum concessione.*

L.donationes § species, D. de donat. *explicatur, & illustratur, ibidem.*

70 *Legatum factum causa alimentorum est transmissibile ad hæredes, si à rei legatæ donatione testator incipiat.*

L.annua 10. §.Attia, D.de annu.legat. *ponderatur, & illustratur, ibidem.*

71 *Verbi in perpetuum, propria significatio, quæ sit.*

72 *Sede vacante, quamvis cessent alimenta Prælati, non tamen Ecclesiæ, quæ nunquam moritur.*

73 *Ecclesiæ alendæ, & dotandæ, ac reparandæ obligatio perpetuam causam habet.*

74 *Res vna, & eadem non debet diuerso iure censeri.*

75 *Regio fisco, vel nulla pars pertinet in reditibus sedis vacantis, vel ad totam æquo iure vocari debet.*

76 *Prælati Indiarum cur à Rege petere soleant, vt sibi detur, & applicetur pars redituum sedis vacantis.*

77 *Reges dicere solent:* Que hazen merced, *etiam vbi id, quod debent, exsoluunt.*

78 *Reges nostrì etiam si aliquo iusto titulo potiri possent reditibus sedium vacantium, deberent illos expendere in vsus pios, & quare.*

79 *Prælatus tenetur bona intuitu Ecclesiæ quæsita in pios vsus conuertere.*

80 *Reges Galliæ etsi approprient sibi reditus sedium vacantium, eos tamen in vsus pios semper expendunt.*

81 *Rex noster, quod tandem consilium cœperit circa reditus sedium vacantium sibi applicandos, & qualiter tertia parte contentus fuerit, in pios vsus distribuenda.*

82 *Eleemosynæ, quæ à Regibus nostris facienda sunt ex reditibus sedium vacantium, quem pietatis modum, siue ordinem habere debeant.*

83 *Rex Hispaniæ ex tertia parte redituum sedium vacantium Indiarum, quam sibi applicat, quando, & qualiter belli expensas facere possit.*

84 *Pyratæ omni iure proscripti, damnati, & diffidati dicuntur.*

85 *Bona, & reditus sedis vacantis, vel quotam eorum partem, si quis sibi deberi prætendat, debet esse contentus his, quæ solutis expensis supersunt.*

VAcantium † Ecclesiarum custodia, & fru- 1
ctuum, & redituum mensæ Episcopalis
collectio, & administratio iure communi in-
specto ad Ecclesiam & Capitulum, vel eius
œconomum generalem regulariter spectat, qui
in hoc, defuncto Episcopo, vt & in iurisdi-
ctione succedunt, vel his negligentibus ad Me-
tropolitanum, vt colligitur *ex cap. quoniam,*
75. dist. cap. non licet 12 q.5. cap. fin. de sup-
plend. neglig. Prælat. lib.6. Clem. ne in agro,
§. si quis autem, de stat. regul. Concil. Tri-
dent. *sess.24. cap.16* cum aliis, quæ tradit, &
prosequitur Abbas *in cap. bonæ memoriæ, num.*
11. cum seqq. de appellat. Vbi etiam reliqui
communiter Scribentes, Innocent. *in cap. vt*
nostrum, vt Ecclesiast. benef. & pluribus relatis
Lapus *alleg.81. num.7. & 8.* Franc. Marcus *de-*
cis.90. ex num.1 vsque ad num.5. Ioann. Cor-
ras. *in Paraphrasi Sacerdotali, par.1. cap.2.n.9.*
& Ant. Thesaur. omninò videndus, *decis. Pedem.*
131. ex num. 1. ad 6.

Sin autem Ecclesia † Patronum habeat, & 2
is Ecclesiasticus sit, ei incumbit de conuenien-
ti administratore prouidere, *cap. cùm vos*, vbi
DD. *de offic. Ordinar.* Si verò laicus, curare de-
bebit, vt hoc per Ecclesiasticos, quibus com-
petit, fideliter peragatur, cæterùm ipse admini-
strationi se immiscere non potest. Quoniam † 3
ad illum spectat custodia Ecclesiæ vacantis, ad
quem pertinet institutio, quando patronus lai-
cus est, vt expresse probatur *in d. cap. cùm vos,*
vbi gloss. & DD. *d. cap. non licet, cap. illud, cap. de*
laicis 12.q.2. cap. cùm venissent, de institution. cap.
filiis, vel nepotibus 16. quæst.7. l.3. tit.15. par.1.
Bald. *in d. cap. bonæ memoriæ, num.5.* vbi etiam
Abb. & Imola *num.12.* qui hanc communem
appellant, Decius *in cap. de Monachis, de præ-*
bend. & Georg. Cabedus *de patronat. Reg. Co-*
ronæ cap.25.

Quamvis ipse idem in d. cap. bonæ, num
21. non inefficacibus argumentis contra hanc
communem insurgat, probare intendens, nul-
lam † differentiam inter patronum Ecclesiasti- 4
cum, & laicum in hac parte constitui debere,
imò efficacius, & magis priuilegiatum esse ius
patronatus laicorum, quàm Ecclesiasticorum.
Quod certè absque vlla hæsitatione admitten-
dum erit, † vbi vel priuilegio Apostolico, vel 5
longa consuetudine talis custodiæ, & admini-
strationis ius patronis laicis competeret, vt
notant Abbas & Imola *in d. cap. cùm vos, Spe-*
culat. in tit. ne sede vacant. circa finem, num.6.
Palac. Rub. *in tract. de benef. vacant. in Curia,*
§.10. Greg. Lopez *in l.11. tit.16. par.1. verb.*
Mayordomo, Lambertin. *de iure patron. lib.2.*

par 2 q.1 principal.art.29.num.12. & art.30.fol. 131.Theſaurus *d.deciſ.*131.& Iulian. Viuian.*eod. tract. par.2. lib.7. cap.8. num.2.*

6 Quo fit, vt cùm † glorioſiſſimi noſtræ Hiſpaniæ Reges, non ſolùm generalem protectionem Eccleſiarum Cathedralium ſui Regni, verùm & iùs patronatus in eiſdem (præſertim Indiarum) habeant, & exerceant, tot priuilegiis, ac prærogatiuis munitum, iuxta ea, quæ latè dixi *ſuprà hoc lib.cap.2.& 3.*meritò eis (inter alia) hæc cuſtodia, & adminiſtratio cōpetat, vt apertè agnoſcit idem Palac.Rub.*d.*§.10. & licèt cogitandum relinquat Greg.*d.verb.Mayordomo,*ibi: *Ex quo tu cogita, an iſtud ius competat Regibus Hiſpaniæ ex conſuetudine*; expreſsè tamen de ea

7 teſtatur † *l.18.tit.4 par.1.*quæ licèt inſinuet tūc temporis non eſſe in Hiſpania introductam cōſuetudinem, quòd Epiſcopi ad nominationem Regum eligerentur, & præſentarentur, antiquum tamen eſſe inquit, ex rationibus ibidem adductis, vt Regis cuſtodiæ, & adminiſtrationi bona Eccleſiæ vacantis commendarentur, vt patet ex illis verbis: *Antigua coſtumbre fue de Eſpaña, è duro toda via, è dura oi dia, que quando fina el Obiſpo de algun lugar, que lo fazen ſaber el Dean, è los Canoniges al Rei, &c. è que le encomiendan los bienes de la Igleſia, è el Rei debegelo otorgar, è embiarlos à recabdar, &c.* vbi Greg. Lopez hoc facere inquit ad id, quod notauerat, & cogitandum reliquerat *in d.l.11.*

Et idem probatur *in l.3. tit.3. lib.1. Ordin.* & in antiquis priuilegiis aliquarum Eccleſiarum, de quibus memini *ſup. cap.prox. num.39.*

8 vbi mentio habetur † de homine proprio, quem Reges Caſtellæ ad hoc nominare, & delegare ſolebant.

Et eandem cuſtodiam ſibi eadem ratione

9 Reges † Franciæ adrogaſſe, tradit Franc. Marcus *deciſ.91. & 372. num.1. part.1.* Theſaur. *d. deciſ.131.* Rebuff. *in concordat. titul. de Regia ad Prælat. nomin. faciend.* gloſ. *verb. In manibus*, & gloſ. *Et hodie nimis*, Ægid. Magiſter *de Regaliis, cap.1. in princ.* Annæ. Robert. *lib. 3. rerum iudic. cap.1. fol.4.* & plura congerens Rhenat. Choppin. *lib.3. de ſacra Politia, tit.3. num.3. & Regno Neapolitano, & Luſitano,*

10 idem obſeruari; quia † ſub Regis protectione ſunt Eccleſiæ Paſtore viduatæ, Matth. de Afflict. *ad conſtit. Regni, rubr.28. n.1. lib.3.* Cabedus *de patron. Regiæ Coronæ, cap.26. num.7. & 8. & deciſ.83.1.par.* & nouiſſimè D. Valençuela *conſil.196. num.54. & ſeqq. vol.2.* qui re-

11 fert † qualiter Prorex Neapolitanus vacantibus Epiſcopatibus, aut Dignitatibus, vel beneficiis ſpectantibus ad ius patronatus Regium, quoad præſentationem, nominationem, aut liberam prouiſionem deputet œconomum, qui illorum curam habeat, & fructuum, vt excepta portione moderata œconomo aſſignata, conſeruentur ei ad, quem de iure pertineant, & D. Thom. Carleualius *de iudic. pag.159. numer. 344.*

12 Id quod de Indiarum † iure cautum etiam habemus in illa ſched. dat. Matrit. 18 Ianuarij ann 1575.quæ extat 1.*tom pag.*134. ad Regios Argentinæ vrbis officiales directa, quæ eis iniungit vt locationi, & adminiſtrationi decimarum ſedis vacantis adſiſtant, ne in illis fraus cōmittatur, vt conſtat ex illis verbis: *Para que veais, y entendais como ſe hazen, y mireis por lo que toca al buen aprouechamiento, y buen recaudo dellos, y en que no ſe cometan fraudes, ny aya otros inconuenientes.* Et longè expreſſiùs in alia data Matriti 1. Martij ann.1543 ex qua ſumpta eſt generalis ordinatio ad omnes Audientias Indiarum ann.1563. quæ iubet, vt Regij officiales hos reditus exigant, & in Regiis arcis cuſtodiant, his verbis: *Y porque Nos tenemos ordenado que auiendo ſede vacante por falleſcimiento del Obiſpo, ò Prelado de la dicha prouincia, ſe meta en nueſtra Real caxa la parte de los diezmos, que conforme à la ereccion auia de auer, y le pertenecia al tal Prelado. Mandamos, que cada y quando que lo tal ſucediere, los dichos nueſtros oficiales Reales lo cobren, y metan en nueſtra Real caxa, y lo tengan en ella por cuenta aparte, y nos den ſiempre auiſo de la quantidad que huuiere caido de ello, para que Nos proueamos lo que mas conueniente ſea al ſeruicio de Dios N.S. y nueſtro.* Quod quia minus exactè implebatur in prouincia Nouæ Hiſpaniæ, expedita fuit quædam ſched.dat.Matrit.23 Iunij ann. 1627.quæ Proregi iniungit, vt curet antiquam ordinationem, ac conſuetudinem obſeruari: *Y de orden à los oficiales Reales de Mexico, y à los demas de ſu diſtrito, que cobren las vacantes de los Obiſpados de aquella tierra, y los eſpolios, y lo tengan en ſu poder por cuenta aparte, y auiſen lo que ſe ha hecho de las paſſadas.*

Et ex hac cuſtodia, & Regiæ manus in fructibus ſedium vacantium impoſitione, orta fuit praxis, † tam noſtri Regni, quàm Gallici, vt non aliter nouus Prælatus ad eorum exactionem admittatur, quàm litteras Regias præſentet; quibus id iubetur, quas vulgò *Executoriales* vocamus, vt tradunt omnes ferè Doctores ſup. citati, præcipuè Theſaur. *d. deciſ.131. n.10.* & inſinuat *d. l.18. part.*ibi: *Mandele entregar,* vbi Greg. Lop. ſic inquit: *Ex hoc fortè manauit practica executorialium, quæ dantur in hoc Regio Conſilio.* Vbi eſt aduertendum, quòd loquitur de Conſilio Indiarum, cuius † ipſe Cōſiliarius tunc erat, & dum vixit, fuit. In quo formula eiuſmodi executorialium poſt narratam Epiſcopi nominati, petitionem, præſentationem, & ſedis Apoſtolicæ confirmationem, ſic concludit: *Y viſto por los de mi Conſejo de las Indias, y las dichas Bulas, lo he tenido por bien, y aſſi os mando à todos, y à cada vno de vos, ſegun dicho es, que veais las dichas Bulas originales, ò ſu traſlado ſignado, y conforme al tenor dellas deis, y hagais dar al dicho F. la poſſeſſion del dicho Obiſpado, y le tengais por tal Obiſpo de eſſa prouincia; y le dexeis, y conſintais hazer ſu oficio Paſtoral por ſi, y ſus Vicarios, y oficiales, y vſar, y exercer ſu juridicion, por ſi, y por ellos, en aquellos caſos, y coſas, que ſegun las Bulas, y conforme à las leyes deſtos Reinos, lo puede, y debe hazer, haziendole acudir con los frutos, rentas, y diezmos, reditos, y otras coſas, que como à Obiſpo de eſſe Obiſpado le pertenecieren, conforme à ſu ereccion, y orden que tengo dada, &c.*

Neque eſt, cur hæc Regum cura, & cuſtodia cuiquam ob iuriſdictionis defectum ſcrupulum moueat, quoniam ea † non dirigitur ad res Eccleſiaſticas occupandas, & inuadendas, neque hoc de Regia in Eccleſias pietate, & largitate ſuſpicari licet, ſed potius ad

ad eas cuſtodiendas,& defendendas,& lites,differentias,& rapinas ſedandas,& excuſandas,quæ horum bonorum occaſione in earundem Eccleſiarum vacantium perniciem,& boni publici turbationem fieri ſolent:quod vbi timetur,qui-
6 libet † Magiſtratus,& multò magi Princeps,licitè poteſt aliorum bona ſequeſtrare, & ad ſuá manum reducere, vt vero domino reſeruentur, eique cui de iure competant, ex poſtfacto reſtituantur, *l.æquiſſimum,de vſufr.* Felin *in cap.3. de præſcript.* Boſſius *in prax. tit. de Princip. num.* 212. Bobadilla *in Polit. lib.2. cap.18. num.*
7 93. *verſ. Y aun en ſede vacante*, vbi ait, † Archiepiſcopatu, vel Epiſcopatu vacante, poſſe Regem iuriſdictionem temporalem exercere in locis, vel villis, quæ aliàs ſunt de dominio temporali eorundem Archiepiſcoporum, vel Epiſcoporum.

8 Et hæc tutela fructuum, tanquam quid temporale,† meram conſeruationem reſpicit,nihilque iuris ſpiritualis vſurpat, vt in ſimili tradit Angel.*conſ.*23.quem ſequitur Socin. *inter conſ. Curtij conſ.*20.& in eiſdem terminis, de quibus agimus,text.*in d.cap.cùm vos,de off.Ordin.*iuncta gloſſ.fin.*ibid.& l.is cui §.qui legatorum, D.vt in poſſ.legat.*Philip.Prob.*in addition. ad Ioan. Monach.in d.cap.cùm vos,& quæſt.*40. Lapus *d.allegat.*81.Enric.de Bohic *in cap.examinata,de iudiciis*,Selua *in tract.de benef.2.par.q.9. col.2.* Rebuff.*in d.concord.* gloſſ. *verb.Et hodie*, Theſaur. *d. deciſ.*131. *num.*9. & Dom. Valençuela *d. conſ.*196. *num.*60. ibi: *Non enim hoc fit, vt fructus beneficiorum Regi quærantur, in quem talis ſuſpicio intereſſe pecuniarij cadere non poteſt, ſed, vt excepta portione moderata œconomo aſſignata, conſeruentur ſucceſſori, vt erat de iure communi.*

Porrò quis ſit hic, † cui de iure communi competant, & reſeruari debeant fructus, & reditus Epiſcopatus, ſede vacante, grauiſſima quidem eſt difficultas. Nam text. in Clement. ſtatutum, de elect. docere videtur, eos in ſolidum futuro ſucceſſori Epiſcopo pertinere,ibi: *Tempore vacationis earum futuris ſucceſſoribus fideliter reſeruandis*, quò & ſpectat text. *in d. cap. cùm vos, de off. Ordinar. lib.6. Extrauag. ſuſcept.*, *in principio*, *verſ. Itaque de elect.*cum aliis, quæ hanc opinionem tenentes, tradunt Ioan. Monach. in cap. quia ſæpè, de electione, vbi Philip. Probus in addition. Dominic. Ioan. Andr. & alij, ibid. & *in cap. præſenti vlt.* per text. ibi, *de off. Ordin. lib.6.* Abbas *in cap. fin. num.7 ne Prælat. vices ſuas*, Ancharran. *conſ.*158 Boërius *deciſ.*340. *num.*2. Panuin. *in tract. de offic. & poteſt. Capit. ſede vacante, par.1. princip. q.1. num.1.* Plotus *de in litem iurand.* § 33. Hieron. Gabriel *conſ.*197. *num* 14. Arnulph. Ruzæus *de iure Regalium, numer.2. fol.*375. *in vol.12. tract. Doctorum*, Couarru. *in cap. relatum, de teſtament. num.3.* Redoan. *de ſpoliis, quæſt.1. numer.20. & quæſt.5. num.3.* Copus *de fructibus lib.4. tit.3. cap.2.* & plures alij relati ab Azor. *2. tom. inſtit. moral. lib.8. cap.4. quæſt. pag.*965. Tuſchus *concluſ.*515. & 516 Nicol. Garcia *de benef. 2. par. cap.5 à num.*89. Seſſe *de inhibition. cap.* 1 §.8. *num.*20. Cardoſ. *in prax. iud. & aduoc. verb. Fructus, num.*24. D. Valençuela *vbi ſup. num.*60.

Conntra verò, quòd non tantùm ad ſucceſſorem, ſed etiam † ad Eccleſiam pertineant, 20
expreſsè docet text. *in d.cap. præſenti, de offic. Ordin. lib.6.* hos fructus vacationis cum ſpoliis Epiſcopi defuncti commiſcens, ibi: *Quæ vel in vtilitatem Eccleſiæ, vel futuris debeant ſucceſſoribus reſeruari fideliter*, & *in cap. quia ſæpè, de elect. eodem lib.* ibi: *Quæ in vtilitatem dictarum Eccleſiarum expendi, vel futuris debent ſucceſſoribus reſeruari.* Quæ iura cùm alternatiuè loquantur, ita à multis communiter accipiuntur,vt dimidia pars Eccleſiæ, altera dimidia ſucceſſori aſſignetur, arg. text. *in l. ſi pater* 40. *cum ſeqq. D. de hæred. inſtit. l. vt filio* 7. *D. vt legat.* cum alis traditis à Iano Langlæo *lib.5. ſemeſtr. cap.4.* Eſcobar *de ratiociniis cap.* 9. *à num.*6. Hering *de fideiuſſ. cap.6. à num.*87. Oſuald. *ad Donel. lib.26. cap.2. litt. B.* Peregrin. *conſil.*85. *num. vlt. lib.1.* Gilxen. *in l.3. C. de hæred. inſtit. num.*7. Theſaur. *deciſ.*89. *num.*3. Gratian. *5.tom. diſcept. cap.*820. *num.* 28. Et ita in ſpecie hanc diuiſionem admittunt, vel ſaltem, quòd ſucceſſor debeat hos fructus in Eccleſiæ vtilitatem expendere, Nauarr. *de ſpoliis, §.9. num.3. & §.10. num.1. & §.12.* & magis conſtanter *conſil.* 57. *tit. de ſimonia, num.5.* Nicol. Garcia *d. cap.5. num.*89. ibi: *Niſi in vtilitatem Eccleſiarum expendantur*, Molina *diſp.*147. *num.*8. & alij ex *ſuprà* relatis.

Eamque probaſſe videtur † antiqua praxis 21
Hiſpaniæ;nam in quodam priuilegio Regis Alphonſi Aſturicenſi Eccleſiæ conceſſo ann.1255. quod refert Ægid. Gundiſaluus de Auila *in d. Theatr. Eccleſ. Ouetenſ. fol.*41. ita ſcriptum reperio: *La mitad dellas ſea para el Cabildo, la otra mitad para que el Obiſpo que entrare ponga ſu caſa, y que como el Rei embieda vn hombre à recoger la hazienda del Obiſpo muerto,el Cabildo lo ponga para que con el del Rei lo recoja.*

Et hoc ius apud nos inualuiſſe,& percrebuiſ-
ſe videtur, quouſque tandem † Romani Ponti- 22
fices,tempore Catholicorum Regum Ferdinandi & Eliſabeth(ipſis licèt reclamantibus)in his Regnis Caſtellæ,& Legionis, ſimul cum ſpoliis defunctorum Epiſcoporum, reditus etiam ſedis vacantis Cameræ Apoſtolicæ reſeruarunt,& ad
eos † adminiſtrandos,colligendos, & exigen- 23
dos, Collectores introduxerunt per Bullas, & Motus proprios,de quibus mentionem fecimus in cap. præcedenti cuius introductionis hiſtoriam,& cauſas,& qualiter ſæpè actum ſit de eius
ſupplicatione,ob † damna, quæ in dictis Reg- 24
nis ex his collectionibus & pecuniarum extractionibus ſentiuntur, benè ſcripſit Ægid.Gundiſaluus vbi ſuprà,& ante eum D. Fr.Prudentius de Sandoual Epiſcopus Pampilonenſis *in Hiſtor. Reg. Alphonſ. VII. cap.64. fol.179. & in hiſtor. D. Imper. Caroli V. lib.27. §.7. in fine.*

Sed licèt hoc adhuc obtentum non ſit, ta-
men † in Regnis & prouinciis,in quibus Col- 25
lectores ſpoliorum admiſſi non ſunt, excluſa quoque reperitur intentio Cameræ Apoſtolicæ quoad fructus ſedis vacantis, & hanc excluſionem,data conſuetudine per ſummum Pótificem tolerata, validam, & licitam eſſe, vltra ea, quæ de ſpoliis agens dixi *in cap.præcedenti num.*23.& *ſeqq.*expreſsè probat Seraphin. *deciſ.* 594 *num.*10. & 11. vbi refert Bullam Iulij III. ano.1551.ita declarantem.

Et ſanè in Gallia tantùm abeſt, quòd admiſſa fuerit Cameræ Apoſtolicæ reſeruatio,
26 vt † potiùs hucuſque Reges Chriſtianiſſimi illius Regni, ſiue ex conſuetudine, ſiue ex Bullis Apoſtolicis, ſiue etiam ex ſolo iure patronatus Regij, quod in ſuis Eccleſiis Cathedralibus ſe habere contendunt, ſibi in totum, & abſolutè prædictas vacantes applicent, & de eorum fructibus, & reditibus pro ſuo arbitrio diſponant, parui facientes deciſionem, & excommunicationem textus *in d. cap. quia ſæpè, & cap. generali, de elect. lib. 6.* & graues illas diſcordias, quæ olim ortæ ſunt ſuper hoc articulo, & collatione beneficiorum (quam ſibi etiam vſurparunt) in Bonifacium VIII. & Philippum Pulchrum, de quibus memini *ſup. hoc lib. cap. 1.*

27 Et in ſpecie † de Regali (quod ipſi vocant) iure gaudendi fructibus ſedis vacantis, & conferendi præbendas, quæ interim vacant, (quaſi hoc quoque inter fructus vacantis connumeretur) Ioan. Andreas, Archid. Ioan. Monach. & alij, quos refert Philippus Probus *quæſt. 49. per totam, & quæſt. 2. num. 11.* Ægid. Magiſter *de Regal. c. 1.* Arnulph. Ruzæus Graſſal. *vbi ſupra*, Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. num. 294.* Petr. Gregor. *lib. 15. ſyntagm. cap. 12. num. 25. & lib. 12. cap. 8.* Franc. Marcus *deciſ. 90. num. 6. & deciſ. 94. num. 9. fol. 25. part. 1. & deciſ. 144. num. 8. fol. 34. part. 2.* Annæ. Robert. *lib. 3. rer. iudic. cap. 1. fol. 4.* vbi pluribus contendit, ratione cuſtodiæ, & patronatus, Reges Galliæ, omninò ſuos facere fructus, vacationis tempore obuenientes, Valdes *d. cap. 22. num. 12.* Rhenat. Choppin. *de doman. Franc. lib. 2. tit. 9. à n. 3. & de ſacra politia, lib. 1. tit. 3 n. 7. circa fin. & tit. 7. num. 15.* & Monaſtich. *pag. 326.* Brodæus *in addition. ad Lobetum, ſub litt. R. art. 560. &* Fabricius Blinian. *de beneficiis, cap. 9. num. 36.* vbi inquit: *Vix alium reperi, cuius hac in parte ius firmiùs, quàm Galliæ Regis exiſtat, quinè magis moderatè, & piè eo iure vtatur.*

28 Idemque † in Vngaria & Polonia fieri, ipſimet Auctores teſtantur, & de Regno Angliæ, text. *in cap. ex diligenti, de iure patronat.* cuius integra habetur apud Anton. Auguſt. ibi: *Prædicto Epiſcopo de medio ſublato, & reditibus Epiſcopatus ad fiſcum deuolutis.*

Sed in noſtris Indiarum prouinciis, quamvis
29 Camera Apoſtolica, & † Collectores horum fructuum non admittantur, nec admitti debeant, vt pluribus Regiis ſchedulis admonemur, de quibus memini *ſuprà cap. proxim. ex num. 26.* Ipſæ tamen eædem adiiciunt, eos reſeruari debere his, quibus de iure Canonico competunt, vt patet ex verbis illius anni 1581. ibi: *No ſe han podido, ni mandado tomar para la Camera Apoſtolica los eſpolios de los Prelados dellas, que han fallecido, ni las ſede vacantes, por guardar en eſto el derecho Canonico.* Et ibi: *Y que los dichos eſpolios, y ſede vacantes ſe diſtribuyan conforme à lo que ſe diſpone en el derecho Canonico.*

Et ita ferè ſemper in facti contingentia di-
30 ſtributæ ſunt † dimidia parte ſucceſſori & altera dimidia Eccleſiæ pro fabricæ neceſſitatibus aſſignata, niſi ratio aliqua vrgens proponeretur, quæ magis vni, quàm alteri tribui requireret, vel aliquid ex tota groſſa deduci, in alia pia opera pro Regis, & ſupremi Conſilij Indiarum arbitrio eroganda. Adeò, vt hæc conceſſio peti magis, quam præſtari ſoleret, vt aliàs dicitur *in l. 1. §. permittitur, D. de aqua quotid. & æſtiua,* & verſa fuerit in aſſiduam iuriſdictionem, vt vtar verbis Imperatoris Iuſtiniani, *in princip. Inſtit. de fideicomm. hæredit.* Quouſque anno 1617. cùm ad † Archiepiſcopatum Argentinum, vulgò *de los Charcas*, promotus fuiſſet Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Archiepiſcopus D. Fr. Hieronymus de Tiedra, inſignis Regius Concionator, ex Ordine Prædicatorum, & in Regias aures delatum eſſet, reditus ſedis vacantis dicti Archiepiſcopatus ſupra modum excreuiſſe, & ingentem quantitatem conficere, & planè durum, vel ſuperfluum videri, eam Monacho applicari, paupertatem eouſque profeſſo, & poſtmodum fructibus Archiepiſcopatus ſatis dotato, & ditato: aut etiam Eccleſiæ, cuius fabricæ, pro regionis illius opulentia, & aliis Regiis-ſubuentionibus, ſufficienter, imò & ſplendidè prouiſum, & proſpectum erat. Iuſtiuſque, imò potiùs & ſatiùs eſſe, vt hi reditus in poſterum Regiæ diſtributioni reſeruarentur, quibus poſſet alia æquè, aut magis pia opera, pro arbitrio ſuo exercere, vel ingruentibus bellis, & aliis publicis neceſſitatibus, quibus quotidie premitur, ſubuenire. Decretum fuit per Regiam Maieſtatem Philippi IV. *Eſta materia es de mucha conſideracion, y para poderla reſoluer, holgarè que el Conſejo declare el hecho con particularidad, y diga ſu parecer en derecho, y me lo embie todo.*

Quod ſupremus † Indiarum Senatus maturè diſpoſuit, & ſeriò deliberauit, & ſuper hoc articulo doctos quoſdã libellos ſcripſerunt & Regiæ Maieſtati obtulerunt Dom. D. Petrus Marmolejo, tunc eiuſdem Conſilij & nunc in ſupremo iuſtitiæ Senator meritiſſimus, & D. Garcia Perez Araciel Fiſci Regij Patronus, & poſteà multis aliis honoribus pro meritis auctus, ſed in florenti adhuc ætate ipſis heu, & nobis ereptus. In quibus libellis, ſiue iuris allegationibus probare, & ſuadere conati ſunt, licitè, ac liberè poſſe Regem noſtrum omnibus fructibus harum vacationũ potiri, eſſeque bona temporalia Regiæ Coronæ vnita, & incorporata, ac per conſequens, etiam in vſus profanos expendi poſſe. Quamvis ſecuriùs eſſet, & Catholica maieſtate, ac pietate digniùs, vt in pios converterentur. Sed cùm aliter alij cenſuiſſent, & conſuluiſſent, & plures doctiſſimorum, & grauiſſimorum virorum ſeſſiones ſuper hoc indictæ, & habitæ fuiſſent, tandem omnibus auditis, & inſpectis, in eam ſententiam itum fuit, vt prædicti reditus in tres partes deinceps (non in duas, vt anteà) diuiderentur, quarum vna ſucceſſori in Epiſcopatu, altera fabricæ Eccleſiæ, tertia pro Regis arbitrio in vſus pios applicaretur. In quo videtur in praxim reuocata antiqua illa Hiſpaniæ conſuetudo in diuiſione horum ſpoliorum ſeruari ſolita, ante Cameræ Apoſtolicæ ſubrogationem, de qua cum D. Fr. Prudentio de Sandoual mentionem feci *ſup. cap. proxim. num. 39.*

Et iuxta hæc, ex † anno 1621. diuiſio in hunc modum fieri conſueuit, niſi aliquando Eccleſiæ, vel Prælati neceſſitas Regiæ quoque partis ſubuentionem expoſtularet, & hoc dilucidè

dilucidè aperuit nouissima quædam schedula dat. Matriti 3. Decembr. ann. 1631. Quæ, cum Monasterio Regio Monialium regulæ sanctæ Brigitæ Pintiæ instituendo, tria ducatorum millia singulis annis in his vacantibus consignari præcipiat, sic rem totam in exordio comprehendit: *Oficiales de mi haZienda Real de la ciudad de los Reyes de las prouincias del Perù. Auiendo los señores Reyes mis progenitores, desde que se descubrieron las Indias, acostumbrado à haxer merced à las Iglesias, assi Metropolitanas, como Catedrales de ellas, quando vacan por sus Prelados, de la mitad de lo que valen sus rentas, pertenecientes al Prelado, desde que quedan vacas, hasta que su Santidad dà el Fiat à sus successores, para que con lo que montasse la mitad de las dichas vacantes, se fuessen proueyendo de todas las cosas de que tuviessen necessidad, para el seruicio del culto diuino. Y de la otra mitad à los Prelados nueuamente elegidos. Por estar yà las dichas Iglesias sin tanta necessidad como à sus principios; de algunos años à esta parte les he ido haziendo merced de la tercera parte de las dichas vacantes, y otra tercia parte à los Prelados para el despacho de sus Bulas, y hazer su viage à sus Iglesias, y prouenirse de Pontifical; y la otra tercia parte de las dichas vacantes, he reseruado para disponer dellas en obras pias, &c.*

Hæc cùm ita se haberent, & vniformiter ex dicto tempore seruarentur, vltimò tandem accidit, vt vacante rursus eodem Episcopatu Argentino, & ex variis causis eius prouisione per aliquot annos suspensa, cùm vacationis reditus magni esset dicerentur, iterùm † in quæstionem vocatum fuerit ann. 1635. an hi, tuta conscientia, fisco applicari possent. Super quo supremus Indiarum Senatus denuò à Rege nostro consultus, Me inter alios Patres sedente, & Referendarij munus obeunte, liberè, & piè (vt solet) quid sentiret, exposuit: & communi ac conformi ferè omnium suffragio, in eam sententiam iuit, vt nihil ex solemni, & antiquo iure derogaretur. Licèt non defuerint, qui contrarium valdè, & efficaciter suadere conati sunt. Et † eruditissimus pariter, ac nobilissimus vir Dom. D. Christophorus Moscoso & Corduba, tunc in eodem Senatu disertissimus, & vigilantissimus Regij fisci patronus, satis doctam iuris Allegationem elucubrauerit, vestigiis illarum insistens, quas præteritis annis scripserunt Domin. D. Petrus Marmolejus, & Garcias Perez Araciel, de quibus suprà meminimus, & plura (quæ est eius eruditio) solerter, & diligenter adjiciens.

Quorum præcipua fundamenta inde peti videntur, quòd omnes Indiarum † decimæ ex concessione Apostolica nostris Regibus competunt, atque adeò inter temporalia eorum bona connumerantur, vt *suprà hoc libro capite primo*, fusè probaui, quam naturam retinere inquiunt, etiamsi posteà ab eisdem Regibus ecclesiis donatæ fuerint, vt sentiunt plures, quos adduxi *suprà eodem capit. 1. numer.* 51. Ac proinde liberè, ac licitè in quosvis vsus expendi posse, vbi ipsas Ecclesias vacare contigerit. Quoniam non aliter à se abdicare voluerunt priscum illud ius concessionis Pontificiæ, nisi quatenus Ecclesiæ vsibus, & vtilibus opus esset, quod cùm cesset tempore sedis vacantis, meritò tunc ad eos reuerti inquiunt, & † concessionem cessare, 37 concessionis causa cessante, *capit. reliqui*, vbi expressè Panormitanus *notabil. 3. de custod.* Euchar. Matth. de Afflictis *capit. 1. §. moribus, numer. 3. si de feud. fuerit controuers. inter dom. & agnat.* Tiraquellus *de cessante causa, 1. part. litter. C, numer. 52. l. in agris, D. de adquir. rerum domin.* cum aliis traditis à Marta *de iurisdictione, 1. parte, capit. 47. numer.* 45. & Dom. Valençuela *conf. 62. numer.* 92.

Rursus adjiciunt, eandem donationem, vt ex ipsius litteris patet, & ex Bullis erectionum Ecclesiarum Indiarum, apertè factam videri, † 38 vt Episcopi pro tempore existentes congruam quantitatem haberent, vnde se commodè alere possent, vt dixi *suprà capit. 1. & 4.* & insinuant illa verba: *Quarum vnam Nos, & successores nostri Episcopi perpetuis futurisque temporibus pro onere Pontificalis habitus sustentando, & vt decentiùs, & iuxta Pontificalis officij indigentiam statutum nostrum sustentare valeamus, absque aliqua dispensatione pro nostra speciali mensa habemus.* Et ibi: *Licèt ad præsens per Regiam Maiestatem ad alimenta sint nobis præstita.* Vnde conantur deducere, illam sortiri, & habere naturam vsusfructus, ad alimenta legati, † quod certum est morte 39 alimentarij finiri, & ad concedentem reuerti, *l. cùm hi, §. modus, D. de transact. l. final. §. dominus, D. de vsufruct. l. Firmio, in final. D. quando dies legati, §. finitur, cum vulgat. Inst. de vsufruct.* pulchrè Bald. *in l. 1. §. ius naturale, in fine, D. de iustit. & iure.* Vbi quòd hoc procedit etiam in alimentis debitis ex statuto, & *in Authent. cui relictum, circa finem, vers. Quid enim, C. de indict. viduit.* vbi inquit, quòd alimenta transmitti non possunt ad hæredes, ex quo eorum subiectum est anima, & corpus, Petrus Surd. *de alimentis, titul. 5. quæst. 1. numer. 1.* optimus text. *in* † *l. domi-* 40 *nus 64. §. per fideicommissum, D. de vsufruct.* ibi: *Per fideicommissum fructu prædiorum ob alimenta filiis relicto, partium emolumentum ex persona vitæ decedentium ad dominum proprietatis recurrit*: iunctis aliis, quæ de prohibito iure accrescendi in relictis causa alimentorum, tradit text. *in eadem l. dominus, in princip.* Bart. *numer.* 42. & Ripa *numer. 14. in l. re coniuncti, D. de legat. 3.* Surd. *vbi supr. titul. 9. quæst. 5. per tot.* Et Ego latiùs *supr. lib. 2. cap. 12. ex numer.* 45.

Et conducit exemplum Capellarum, quæ sunt † iuris Regaliorum, quarum, vbi vacant, Rex 41 percipit fructus, non solùm futuros, verùm & extantes tempore vacationis non recollectos, leuatos, & in horreo reconditos, vt resoluit Arnulph. Ruzæus *de iure Regaliorum, priuileg. 300. numer. 1. & 5.* Restaur. Castal. *tractat. de Imper. quæst. 10. numer. 29.* Carol. de Grassal, *Regal. Franciæ, libr. 2. iure 1. pag. 230.* Boër. *quæst. 32. num. 9.* Ægid. Magister. *in tractat. de Regalibus, capit. 4. & sequentib.* & D. Valençuela *conf. 196. num. 52. libr. 2.*

Deinde considerabant, ex Regiis præstationibus, quæ hucvsque de his vacantibus præcesserunt, successoribus, & Ecclesiis non posse vtiliter † aliquam obligationem coactiuam in 42 posterum introduci; cùm constet eas voluntarias

 fuisse,

fuisse, vt ostendunt tum forma petitionis earundem vacantium, semper ab Episcopis successoribus, & Ecclesiis fieri solita, quæ arguit eas si-
43 bi de iuris rigore nequaquam deberi, † *l. vnica, Cod. de thesaur. libr.* 10. Gregor. Lopez *in l.* 6. *gloss.* 4. *tit.* 11. *part.* 6. cum aliis traditis à Magero *in tract. de aduocatia armata, cap* 9. *num.* 542. & à Me *in* 1. *tom. de iure Indiarum, lib.* 3. *cap.* 1. *numer.* 52.
44 Tùm præcipuè forma concessionis, † quæ semper etiam gratiam sonat, & præsefert, cùm Reges in ea dicant: *Que hazen merced de la dicha parte de la vacante*, vbicunque eam, vel successoribus, vel Ecclesiis concedunt. Dona-
45 ri quippè † illud tantùm videtur, quod nullo iure cogente conceditur, *l. donari, D. de regul. iuris*, vbi Rebuff. Fab. & alij, Surd. *de aliment. titul.* 6. *quæst.* 9. *numer.* 65. nouissimè Marius Cuttellus *de donation. tractat.* 1. *discurs.* 2. *particula* 12. *numer.* 19. Et in necessariis, & præcisis nemo liberalis existit, *l. rem legatam, D. de adim. legat. l. hoc iure, §. si quis seruo, D. de donation.* Petr. Fab. *in dict. l. donari, & in l. cuius per errorem, D. de regulis iur.* Mieres *de maiorat.* 1. *part. quæst.* 22. *numer.* 176. & Alexand. Ludouis. *decis.* 236. *numer.* 6. Et aliàs, dicendum proculdubio esset, illa verba: *Que hazen merced*, nihil operari, vel in propria significa-
46 tione non sumi, quod in † omnibus iuris articulis fugiendum est, *l. non aliter, D. de legat.* 3. *l. si quando, D. de legat.* 1. *l. insulam, de præscript. verbis, l.* 5. *tit.* 33. *part.* 7. cum aliis, quæ adducit Menoch. *cons.* 57. *num.* 40. D. Ioann. del Castillo *libr.* 4. *controuers. capit.* 10. *numer.* 10. Schrader. *post quæstion. ad Iustin. tractat. de reb.* §. 1. *num.* 76. Et in priuilegiis probat elegans text. *in l.* 1. *ad fin. D. ad municip. & in l. quoties, D. de verbor. obligat.*

Quod euidentiùs etiam inferri inquiunt ex †
47 variatione, quæ in eisdem præstationibus intercessit, cùm sæpè pro dimidia, aliquando pro tertia parte factæ fuerint, & multoties etiam nihil omninò erogatum reperiatur, sed in alios vsus conuersum, quod denotat hunc actum merè ex Regia voluntate, & facultate pendere, &
48 excludit, † ius easdem præstationes in futurum tanquam debita expostulandi, iuxta text. *in l. cùm de in rem verso, D. de probat. l. si certis annis, C. de pact.* iuncta *l. Proculus, D. de damno infecto, l. qui iure familiaritatis, D. de acquirenda possess.* cum aliis latissimè congestis à Dom. Ioann. del Castillo *libr.* 7. *controuers. capit.* 32. *numer.* 20. Sesse *decis.* 406. Borell. de Magistrat. *edict. libr.* 4. *capit.* 7. *numer.* 30. & Dom. Valençuela Velazquez *consil.* 94. *num.* 64. *volumine* 1.

49 Maximè cùm † contra fiscum, & in his iuribus Regalibus, non facilè admittatur præscriptio, nisi fortè immemorabilis esse probetur, & talia regalia superioritatem, & supremam potestatis Principis concernant, vt, post alios, late tradit Mastrill. de Magistrat. *libr.* 1. *cap.* 19. *per totum*, Regner. Sixtin. *de Regal. libr.* 1. *capit.* 5. *numer.* 130. *cum sequentib.* Et noster D. Ioannes del Castillo *tom.* 7. *controuers. capit.* 21.
50 *numer.* 2. *& sequentib.* Nec † valere soleant tacitæ, aut expressæ alienationes, quas de bonis in Regia Corona semel incorporatis faciunt, in præiudicium eorum, qui in illa successuri sunt, *l. final. §. sed nostra maiestas, C. commun. de legat. l. si fundum* 105. *D. de cond. & demonstr. l. cùm filius* 28. *D. de milit. testament.* ibi: *Veruntamen alienum ius minuere non potest, cap* [...] *intellecto*, vbi DD. *de iureiurand. l.* 5. *tit.* 15 *part.* 2. eleganter Petrus Gregorius *libr.* 3. *de Re publ. cap.* 8. *numer.* 3 *&* 5. Petrus Caballus *con sil.* 147. Augustin. Barbos. *in tractat. de præ script.* 30. *à numer.* 423. Reinosus *observat.* 73 Gratian. 1. *tom. discept. forens. capit.* 43. Gasp Sch.fordigher. *libr.* 3. *annotation. ad Anton Fabr. tractat.* 11. *quæst.* 41. latè & vtiliter Mar tin. Mager. *de aduocat. armata, cap.* 16. *ex numer.* 824.

Id quod sæpissimè † Reges nostri ad suæ con scientiæ exonerationem in suis testamentis de clararunt, vt constat *ex l.* 11. *titul.* 7. *libr.* 5. *Re copilat.* & nouissimè *ex clausula* 27. testamen ti Regis, ad domini nostri Philippi Tertij, qua refert alias Catholicorum Imperat. Caroli Quin ti, & D. Philippi Secundi, cuius hic non gra uarer verba subnectere, nisi id præstitisset Mel chior Phœbus *decis. Lusitana* 184. *numer.* 34 *tom.* 2.

Et in terminis † alienationum iurium sedi vacantis, & quòd tantùm Regi concedenti præ iudicet, tradit Bleinianus *de benef. libr.* 1. *cap.* 9 *numer.* 36. *& numer.* 40. ibi: *Has tamen remis siones iuris Regaliæ, nedum temporalium, sed spi ritualium respectu, personales esse, nec vltra vi tam concedentium, seu impetrantium, extend docet Brodæus post Lobet. in litt. R. art.* 56. *& inter cætera profert argument. ex capit. venien extrà, de transact. & alia pleráque arrest quibus eiusmodi remissionum Regiarum, si ve compositarum cum Episcopis ratio, sem per ab eodem Senatu habita non est; iisque non obstantibus iuris Regaliæ locus fuit con cessus.*

Sed pro contraria sententia perpensum fui longè veriùs, & receptiùs videri † concessio nem decimarum Ecclesiis Cathedralibus India rum à nostris Regibus factam, perpetuam, & irretractabilem fuisse. Tùm, quia promanauit fonte tantæ Maiestatis, † cuius beneficia sem per decet esse mansura, *l. final. D. de consti Princip. l. cùm multa, C. de bon. quæ liber.* ib *Vt enim Imperialis fortuna omnes supereminet, it oportet principales liberalitates culmen habe præcipuum*, cum aliis. Tùm etiam, quia hîc n hil de iuribus Coronæ Regiæ alienatum, vel d minutum videri potest, cùm † concessæ fueri in executionem, & implementum oneris, siu conditionis, qua sancta sedes Apostolica eas ei dem Regibus dedit; nempè, vt Ecclesias India rum, & earum Prælatos, & Ministros, com petenti dote, ac sustentatione donarent, ibi: *A signata priùs realiter, & cum effectu dote suff ciente, ex qua illi Præsidentes, earumque Re ctores se commodè sustentare, &c.* Vnde † h actus non tam debet ipsis tribui, quàm ordina ti; *l. patet ex prouincia, D. de manu. vind. l.* [...] *num ex familia, in princip. & §.* 1. *D. de legat.* cum late adductis à Tiraq. *ad leg. connub. glo* 8. *ex numer.* 184. *ad* 250. & Surd. *cons.* 337. *numer.* 26. Cuius dotis vicem dictæ † decimæ so titæ sunt, ac per consequens † ex propria ver significatione ad proprietatem, & non vsumfr ctum temporalem, earum concessio referri d bet, iuxta text. *in l.* 3. *in fine, de dote prælegat.* Batt. *in l.* 2. *numer.* 7. *eodem tit.* Menoch. *libr.*

præsumpt. 14

quamvis in rebus æſtimatis relictum ſit, non ad quantitatem, ſed ad ipſas res æſtimatas refertur, de quo Menoch. *vbi ſuprà num.*10. Et generaliter † in dubio ſemper ac rei donatæ fit mentio, relatio potius ad proprietatem, quàm ad vſumfructum facienda eſt, *l. filios hæredes*, vbi Bart. *num.*1. *D. de vſufruct. legat. l. ſi fundum certa die, de verbor. obligat.* Menoch. *d. lib.*4 *præſumpt.*133. *num.*3. Mantica *vbi ſuprà, num.*5. & Caſtillo *n.*13. Et exemplum poteſt adduci in † bonis, quæ filiis illegitimis conceduntur, quæ licèt alimentorum nomine eis præſtentur, ſemel tamen præſtitis, plenam proprietatem, & liberam diſpoſitionem in illis acquirunt, *l.*9. & *l.*10. *Tauri*, quæ hodie eſt *l.*7.& 8. *tit.*8.*lib.*5. *Recopilationis.*

Et ſemper debent † Reges in his dotationibus Eccleſiarum, etiam vbi de ſuis bonis eas faciunt, valdè liberales, & munifici eſſe, quia id non diminuit, ſed potius auget, & extollit ſtatum, & coronam ipſorum: vt pluribus exemplis probant Petr. Gregor. *de Repub. lib.*13. *cap.* 17. *ex numer.*16. Migerus *de aduocatia armata*, *capit.*5. *num.*125. & *cap.*9. *num.*513. Bobadilla *lib.*2 *cap.*18. *ex numer.*325. Ego ſuprà *hoc libro capit.*4. *numer.*10. & 11. & eleganter D. Cyprianus *lib. de opere, & eleemoſynis*, ſic inquiens: *Si vereris, ac metuis, ne ſi operari plurimum cœperis, patrimonio tuo larga operatione finito, ad inopiam redigaris, eſto in hac parte intrepidus, eſto ſecurus. Finiri non poteſt, unde in vſus Chriſti impenditur, vnde opus cœleſte celebratur*: & tradit alia Rangolius *in cap.* 4. *libr.* 1. *Regum, capit.*19. rectè contra Bodinum, & Cunerum probans, quàm ſit antiqua in Regibus erga Eccleſias liberalitas, & munificentia, & in ſpecie de noſtris Regibus Hiſpaniæ agens Gabr. Vazquez *de reditibus Eccleſ. capit.*1. §.3. *rubr.*3. Valdes *de dignit. Reg. Hiſpan. cap.*19. & *capit.*21. *num.*6. D. Valençuela *contra Venetos, part.*2. *numer.*12. & Anaſt. Germon. *in aſſert. libert. & immunit. Eccleſ. cap.*9.

Secundò, quia licèt fateamur, decimas Regibus, & aliis laicis conceſſas, dum apud eos manent, temporalium bonorum naturam aſſumere, communior tamen, & ſecurior opinio eſt, † quòd vbi ex eorundem Regum liberalitate, Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis redonantur, priſtinam conditionem reſumunt, & tanquam quid Eccleſiaſticum, ſiue ſpirituale deinceps tractari, & iudicari debent, vt docent plures Auctores, quos retuli *ſupr. hoc libr. cap.* 1. *numer.* 39. Vnde conſequitur in his, de quibus loquimur nihil noſtris Regibus remanſiſſe, quod amodò profani iuris cenſeri poſſit, cum † renuntiatio, quam fecerunt in fauorem Eccleſiarum, fuerit generalis, & abſoluta, *l. Iulianus, D. de legat.*3. Hondedeus *conſ.*76. *num.*33. *vol.* 2. & Gurba, plures adducens, ad *conſt.* Meſſanæ, *cap.*1. *gloſſ.*2. *par.*1. *num.*117. Et † eis facile eſſet, ſi vellent ſibi vacationes fructus reſeruare, illud exprimere, quemadmodum expreſſerunt reſeruationem duorum nouenorum, de quibus dixi *ſup. dict. cap.*4 *ex num.*18. Quod † efficaciſſimè arguit in reliquis, nec poſſe, nec voluiſſe quicquam vllo tempore postulare, vt in ſimili eleganter probat Felin. *in cap. quoniam frequenter, vt lite non conteſtata, numer.*2. Roſenthal. *de feudis*, 1.*part. capit.*5. *concluſ.* 14. qui innumeros refert, Petra *de poteſt. Princ. cap.* 22. & Sixtin. *de regalib. lib* 1. *cap.*5.*num.*86.& conducit reg text *in cap. nouerint* 10.*q.*1.& *in cap.cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à Prælat.*

Tertiò, quia nihil officit, † quod Prælatis 67
veluti in alimenta, & loco congruæ ſuſtentationis, dictæ decimæ aſſignatæ dicantur in earum conceſſione, & Bullis erectionum ſuprà relatis. Nam illa verba ſolum denotare voluerunt cauſam, ſiue intentionem dictæ conceſſionis faciendæ, non autem eam modificare, neque ad naturam alimentorum, vel vſusfructus reſtringere, vt in ſimili probat elegans text. † *in l. cum alimenta* 22. §. *qui fratris, D.* 68
de ſupellect. legat. ibi: *Illam autem adiectionem, vt habeant vnde ſe paſcant, magis ad cauſam prælegandi, quam ad vſumfructum conſtituendum pertinere.*

Idem probat text. *in l. donationes*, §. *ſpecies, D. de donationibus*, per quem tenet eleganter Bartol. ibidem, & *in l. ſpecies, de auro & argento legato*, & *in l.libertis, D. de aliment. legat.* Quod † quoties donatio incipit à re ipſa, quæ 69
donatur, ſiue ipſius expreſſione, & aſſignatione, vt in noſtro caſu contingit, quamuis poſteà adiiciatur, eam cedere debere in vicem alimentorum, vſus, vel vſusfructus, adhuc donatio proprietatis facta videtur, & reliqua verba eius limitationem non inducunt, ſed demonſtrationem, effectum, ſiue cauſam impulſiuam conceſſionis in maiorem ipſius donatarij fauorem. Quod ſecus eſſet, ſi ipſa donatio inciperet à conceſſione ipſius vſusfructus, vel alimentorum in tali re, vel ex tali quantitate ſoluendorum. Quam doctrinam omnes DD. vnanimiter ſequuntur, vt innumeris relatis probat Menoch. *lib.* 4 *præſumpt.* 133. *num.* 11. & *conſil.* 352. *num.* 17. *lib.* 4. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib* 9. *titul.*2.*num.*29. Ludou. Molina *de primogen. lib.*1. *cap.*19. *num.*9. Surd. *conſil.*11. *ex num.*4 *lib.* 1. & *in tract. de aliment. tit.* 2. *quæſt.* 1. *in princip.* Lara de Corduba *in l. ſi quis à liberis*, §. *vtrum*, *num.* 34. *D. de liber. agnoſc.* Oſualdus ad Donel. *lib.* 10. *cap.* 5. *litt. A*, Anton. Gama *deciſ.* 92. vbi eius Additionator Flores de Mena, qui plurimos refert, & Dom. Ioann. del Caſtillo *de vſufructu, cap.*30. *numer.* 4. adiiciens *numer.*5. poſt Mantic. *ſuprà num.* 29. Idcircò † hoc legatum perpetuum eſſe 70
dici, tranſmiſſibile ad hæredes, provt in alio elegantiſſimo caſu, & noſtro valdè ſimili oſtendit I. C. *in l. annua* 20. §. *Attia, D. de annuis legat.* vbi legatum annuum his, qui in templo ſeruirent, relictum, etiam pro tempore, quo hi deficiunt, templo datum videri, & perpetuam cauſam habere, Scæuola inquit: *Reſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur, miniſterium nominatorum deſignatum, cæterum datum templo, & in perpetuum*, hoc eſt, vt nullo caſu, nullo tempore, aut prætextu amplius ad legantem, vel eius hæredes redeat. Et † hæc eſt propria, & vera huius vo- 71
cis, *in perpetuum*, ſignificatio, vt ferè in eiſdem noſtris terminis docet Hieron. Gabriel, plures allegans, *conſil.* 76. *numer.* 7. & 8. & Auguſt. Barboſa *de directionibus*, *diction.* 163. *numer.*5.

Quartò, quia dato, quod prædicta conſideratio aliquid operaretur, † planè quidem 72
ſolum

ſolum procederet quoad Prælatum, & partem redituum ſedis vacantis, quæ ei applicari ſolet, non autem quoad partem Eccleſiæ, quæ nunquam moritur, cuiuſque alendæ, dotandæ,
73 & reparandæ obligatio † perpetuam cauſam habet, *l. proponebatur, D. de iudiciis*, *l. cum debere columnam*, *D. de ſeruit. vrban.* Alciat. *lib.* 6. *parerg. cap.* 17. Langlæus *lib.* 5. *ſemeſtr. cap.* 1. Seſſe *deciſ.* 149. & multum in noſtris terminis
74 Mager. *de aduoc. armat. cap.* 16. *num* 841 Vnde † cum non debeat vna, & eadem res diuerſo iure cenſeri, *leg. eum qui ædes*, *D. de vſucap.* cum vulgatis, vel dicere debemus † Fiſco nul-
75 lum ius concedendum in partem Prælati defuncti, vel ſi conceditur, ad totam vacantem admittendum: quod & in Gallia vſurpatur, vt ex aduerſo ſupponitur. Et Camera Apoſtolica obſeruat in prouinciis, vbi ſpolia, & vacantes ſibi vindicat. Hoc autem admiſſo, pars Eccleſiæ pertinens, nullo iuſto titulo, aut colore Regi applicari poterit, cum ceſſet (vt diximus) is qui ex ceſſatione alimentorum Prælati, tanquam præcipuus conſideratur.

Quod non eliditur ex eo, quod Reges noſtri, vbi has partes ſucceſſori, & Eccleſiæ concedunt, dicere ſoleant, *Que hazen merced dellas*; & ad hoc Regiæ ſchedulæ petantur, & expedian-
76 tur. Nam id † ea de cauſa fit, quod Rex hæc bona ſub cuſtodiam & manum ſuam, & Regiorum ſuorum officialium deducit, vt ſuprà retulimus, à quibus ſine Regio mandato præſtare, etiam propriis dominis, neutiquam poſſent. Et quia
77 † Reges in more habent ea formula vti, *Os hago gracia y merced*, etiam vbi id, quod omni iure debent, exſoluunt, vt pluribus oſtendi *ſuprà lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 83.

Denique quia etſi concedamus, Regem noſtrum, iuſto aliquo titulo, vel colore, his bonis
78 potiri poſſe, adhuc † tamen non videtur ſalua ſecuritate conſcientiæ ei conſuli poſſe, quod ea liberè, & abſolutè pro arbitrio ſuo, in quoslibet vſus, etiam merè profanos, expendere poſſit, cum quoad illa in locum Prælati intret,
79 & ſubrogetur, † cuius obligatio erat, vtpote Eccleſiaſtica, & intuitu Eccleſiæ quæſita, in pios vſus erogare, *cap. gloria Epiſcopi*, *cap. aurum* 12. *q.* 2 *l.* 40. *tit.* 5. *part.* 1. Annæus Robert. *lib.* 4. *rerum iudicat. cap.* 3. *per totum*, cum aliis, quæ latè adduxi *ſuprà cap.* 10. *ex num.* 20.

80 Et vel exemplo † Regum Galliæ admoneri poſſet, qui etſi liberius & abſolutius in has vacantes manum iniiciant, ſemper tamen eas in vſus pios expendunt, ſi credimus Philippo Probo *de regalib. q.* 52. *num.* 4. Rhen. Choppin. *lib.* 1. *de ſacra Politia, tit.* 3. *num.* 7. *circa fin. & tit.* 7. *à num.* 15. & Bleiniano *de benef. cap.* 9. *num.* 36. vbi inquit, nullum eſſe Regem, qui magis moderatè, & piè hoc iure vacationum vtatur, quàm Chriſtianiſſ. Galliæ, *& num.* 51. *& ſeqq.* ibi: *Nec minor tandem eorum pietas deprehendi poteſt ex conuerſione ita ſibi obuenientium iure regaliæ fructuum non in propriam vtilitatem.*

Quibus conſiderationibus inſpectis, & omnibus ad vtramque partem maturè penſatis per doctiſſimos viros, ad quos fuit conſultatio ſupremi Senatus Indiarum tranſmiſſa. Tandem
81 † Rex noſter Piiſſimus in hanc ſententiam, vt piorem, & æquiorem inclinauit, reſeruata ſibi dumtaxat tertia vacantium parte, in pios vſus pro ſuo arbitrio diſtribuenda. Quod quidem arbitrium ſic iuſtius exercendum, & moderandum exiſtimo, † vt primo loco neceſſitatibus Indorum, & Indiarum ſubueniat, ex quorum prouinciis hæ pecuniæ reditusuè procedunt, argum. *l. Præſes*, *C. de ſeruit. & aqua*, cum aliis, quæ adduxi *ſup. lib.* 2. *cap.* 5. *ex num.* 53. *& infra cap.* 19. *ex numer.* 28. & his non valdè vrgentibus, alia opera pia, etiam in Hiſpania, exercere ex eiſdem tertiæ partis reditibus poſſet, & orphanis, viduis, Monaſteriis, hoſpitalibus, aliiſque piis locis (vt ſolet) opitulari.

Et quod magis eſt, exhauſtis (vt plerumque contingit) aliis Regiis vectigalibus, iuribus, & reditibus, † claſſes inſtruere, & milites alere, 3
quibus Eccleſiæ, & Hiſpanæ Monarchiæ hoſtibus aduerſetur, & præcipuè rebellibus, & pyratis Hollandis, qui ipſarum Indiarum commercia turbant, & noſtros vbique aſſiduis incurſionibus, ac latrociniis infeſtant, & omni iure † proſcripti, damnati, & diffidati dicuntur, 4
Auth. nauigia, C. de furtis, cum multis aliis, quæ congerit Martin. Mager. *de aduoc. armata, cap.* 8. *à n.* 49. & Albericus Gentilis *de iure belli*, *lib.* 1. *c.* 4. & latiſſimè D. Præſes Valençuela *in diſcurſu belli & ſtatus part.* 2 *conſid.* 2. *num.* 3.

Circa quæ tamen omnia notandum erit, quod quicunque, qui ex priuilegio, vel conſuetudine bona Eccleſiæ vacantis, ſibi competere, vel quotam eorum partem prætendat, † debet 5
intelligi de his tantùm, quæ ſolutis debitis, & ſalariis famulorum, aliiſque expenſis, atque oneribus ſuperſunt, vt expreſsè text. *in cap. præſenti*, §. *porro, de offic. Ordinar. lib* 6. quem ad hoc expendit gloſſ. *in cap. ſi tibi conceſſo*, *verb. Fructus*, *de præbend. eodem lib.* & ſignanter Tiraq. alios plures adducens, *de retract. lignag.* §. 15. *gloſſ.* 1. *num.* 7.

CAPVT XIII.

De Capitulis Eccleſiarum Indiarum, & eorum ſede vacante poteſtate, & iuriſdictione, & an oporteat nouam in ea exercenda formam inducere?

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Cathedralium eſt velut Senatus Eccleſiæ.*
2 *Capitulum ſede vacante in omnibus ſuccedit, quæ ad ordinariam eiuſdem ſedis iuriſdictionem, & adminiſtrationem ſpectant.*
3 *Capituli iuriſdictio ſede vacante potius apud eum manere, vel ei accreſcere, quam deferri videtur.*
4 *Capitulum ſede vacante, an, & quando ſuccedat etiam in iuriſdictione delegata, & commiſſionibus Epiſcopi decedentis.*
5 *Capitulo ſede vacante non competunt ea, quæ ſpecialiter perſonæ, vel dignitati Epiſcopi decedentis commiſſa erant, vel tanquam ſedis Apoſtolicæ delegato.*
6 *Litteræ executoriales directæ in perſonam Epiſcopi, exequi non poſſunt à Cap. ſede vac.*
7 *Diſpenſationes matrimoniales non ſolent committ.*

mitti Capitulis sede vacante, sed solum Episcopis, & eorum Vicariis, & quid de Vicariis electis ab eod. Capitulo?

8 *Prælati nomine non semper venit Capitulum sede vacante.*

9 *Professionis Fidei receptio alicui Episcopo specialiter commissa, non potest recipi, etiam eo mortuo, per eius Capitulum sede vacante.*

10 *Episcopo, vel eius Vicario si specialiter committatur alicuius absolutio, non potest fieri à Capitulo, vel eius Vicario sede vacante.*

11 *Capitulum sede vacante an possit dispensare in interstitiis? resoluitur affirmatiuè.*

12 *Capitulum sede vacante succedit in iis, quæ iure communi etiam specialiter Episcopis commissa, vel mandata reperiantur.*

13 *Capitulum sede vacante, in quibus irregularitatibus, & suspensionibus dispensare possit?*

14 *Capitulum sede vacante, intra annum non potest concedere dimissorias ad Ordines, nec super interstitiis dispensare.*

15 *Præparatorij, & præparati idem est iudicium.*

16 *Capitulum sede vacante non potest intra annum vocare Episcopum extraneum ad Ordines in sua Diœcesi conferendos.*

17 *Capitulum sede vacante, an, & quando possit visitare suam Diœcesim, tam de iure communi, quam schedulario Indiarum?*

18 *Visitatio est actus iurisdictionis ordinariæ, & transit in Capitulum sede vacante.*

19 *Visitationem non solum generalem, verum & particularem contra aliquas personas, Capitulum sede vacante facere potest.*

22 *Syndicare est actus iurisdictionis, & tam ex officio, quam ad instantiam partis ad id procedi potest.*

23 *Capitulum sede vacante regulariter non succedit in iurisdictione voluntaria.*

24 *Excessus punire, & curare ne subditi in damno maneant, magis pertinet ad necessariam, quam ad voluntariam iurisdictionem.*

25 *Fiscalis Episcopi defuncti aliquibus rationibus videtur excusandus à syndicatu Capituli, quæ referuntur, & refelluntur.*

26 *Vicarius Episcopi decedentis an possit syndicari à Capitulo sede vacante? vel ab ipso Episcopo, qui eum nominauit?*

27 L. 4. tit. 7. lib. 3. Recop. *explicatur.*

28 *Prælatos, qui non curant de visitandis, corrigendis, & syndicandis suis Vicariis, meritò reprehendit Bobadilla.*

29 *Episcopus potest syndicare Vicarium Capituli sede vacante.*

Trid. sess. 24. cap. 16. de reform. *explicatur, ibidem.*

30 *Capitulum sede vacante benè potest visitare, aut syndicare Vicarium à se nominatum, sine præiudicio alterius syndicationis Episcopi succedentis.*

31 *Capitulum sede vacante, an, & quando possit facere collationem prabendarum suo tempore vacantium.*

32 *Collatio beneficiorum solis Episcopis regulariter reseruatur, vel Vicariis, quibus ipsi id specialiter concesserint?*

33 *Collationes prabendarum, & beneficiorum Indiarum non sunt liberæ, sed necessariæ, & quare?*

34 *Electio, & collatio Dignitatum, & Canonicatuum, olim ad Episcopum simul cum Capitulo pertinebat.*

35 *Collationem prabendarum, vel beneficiorum, quis faciet in Ecclesia vacante, cuius Capitulum non est formatum, vel in vno remansit?*

36 *Collegium licet retineatur in vno, is tamen solus non potest obire munia toti Collegio concessa.*

37 *Metropolitanus adeundus videtur pro collatione facienda, vbi non adest Episcopus nec Capitulum, quod eam facere possit.*

Cap. Presbyteri, 24. dist. & *gloss.* ibid. *expenditur*, ibidem.

38 *Vicarij à Capitulis sede vacante, quando, & qualiter eligi debeant, & an Theologi possint?*

Concil. Trid. sess. 24. cap. 16. *exponitur, & illustratur*, ibidem.

39 *Theologi, etsi litteratissimè, non solent esse apti ad munus iudiciale, & quare?*

40 *Arequipensis Episcopus recusauit parere litteris cuiusdam Vicarij generalis Theologi à Capitulo Metropolitanæ Ecclesiæ Limensis nominati.*

41 *Vicarij Iurisperiti electio in Capitulo sede vacante an præcisa sit, vt huius formæ transgressio nullitatem inducat?*

42 *Forma Tridentini de eligendo Vicario Iurisperito parum seruatur in Ecclesiis Hispaniæ.*

43 *Statutum requirens Doctorem graduatum ad munus iudicandi, verificatur in quouis alio viro idoneo, quamuis Doctor non sit.*

44 *Declarationes sacræ Congregationis Cardinalium, quam auctoritatem habeant?*

45 *Declarationes Cardinalium non publicatæ, vel receptæ, non possunt vincere consuetudinem, vel Conciliarem dispositionem.*

46 *Capitulum sede vacante potest Vicarij iurisdictionem diuidere, vel restringere.*

47 *Forma Tridentini circa eligendum Vicarium per Capitulum sede vacante, ad Metropolitanum extendi non debet.*

48 *Vicarij, vel Metropolitani, & alij iudices iure communi inspecto, non requiritur, quod sint in Iure graduati, sed sufficit, quod sint idonei.*

49 *Vicarius generalis esse potest attento iure communi, etiam is, qui non intelligit linguam Latinam.*

50 *Vicarij eligendi forma requisita per Trident. in Capitulo sede vacante, non extenditur ad Ecclesias Collegiatas.*

51 *Archidiaconus est Assessor, & oculus Episcopi, & Ordinarius, sede vacante, & alia de eius dignitate, & auctoritate.*

52 *Archidiaconatûs dignitas, vbi habet annexam iurisdictionem, requirit gradum saltem licentiæ in sacra Theologia, aliàs nullum.*

53 *Capitulum Ecclesiæ Metropolitanæ sede vacante simul cum iurisdictione ordinaria Metropolitanam exercet per Vicarios à se nominatos.*

54 *Metropolitanus quæ potest circa absolutiones, collationes, & appellationes; eadem & Capitulum Metropolitanum sede vacante.*

55 *Vicarius*

55 *Vicarius semel à Capitulo nominatus, vtrum ab eodem ad libitum reuocari possit?*

56 *Vicarij electionem factam à Capitulo sede vacante à lege potius siue Conciliari dispositione, quam ab ipso Capitulo dependere, multi opinantur.*

57 *Vicarius nominatus à Capitulo, si ab eodem reuocari posset, segniter se haberet in administratione iustitiæ.*

58 *Declarationes aliquæ Cardinalium videntur requirere causas in reuocatione Vicarij electi à Capitulo sede vacante, & quæ sufficientes videri possint.*

59 *Vicarium Capituli sede vacante non posse reuocari sine causa, etiam si in eius nominatione contrarium cautum sit, tenent aliqui, qui referuntur.*

60 *Vicarium Capituli sede vacante, ad nutum reuocari posse, qui teneant? & quibus fundamentis.*

61 *Concilium Tridentinum nihil de iure Capituli derogare voluit, quatenus ad potestatem reuocandi Vicarij à se nominati.*

62 *Thomæ Sanctij sententia qualiter accipienda sit?*

63 *Iudicium soluitur vetante eo qui iudicare iussit.*

64 *Vicarium Capituli ad eius nutum reuocari posse, tenuit S. Congregatio Cardinalium, quorum declaratio ad litteram refertur.*

65 *Vicarius deputatus à Metropolitano ob incuriam Capituli, potest ad eiusdem nutum remoueri.*

66 *Vicarius Capituli reuocari potest ad nutum, etiam si in contrarium iuratum sit.*

67 *Vicarius Capituli facilius reuocabitur si initio conuenit, vt hoc ad libitum fieri posset, & quare?*

68 *Vicarius Capituli, etsi de rigore iuris ad nutum reuocabilis sit, appellans tamen de æquitate audiri, & restitui solet, & quare?*

69 *Reuocatio etiam ad libitum permissa, debet intelligi de libito, siue arbitrio bene informato.*

70 *Vicarius Capituli in multis maiorem, & firmiorem iurisdictionem habet, quam Vicarius Episcopi.*

71 *Vicario Episcopi possunt causæ ab eodem Episcopo tolli, & auocari, non ita in Vicario Capituli sede vacante.*

72 *Prælatus, qui ad aliam Ecclesiam promotus ad eius gubernationem properat, litteris non expeditis, an possit in ea, quam deserit, Vicarium relinquere, vel eo ipso illa vacare dicatur?*

73 *Translatio sola Episcopi de vna Ecclesia ad aliam, an ipso facto primæ vacationem inducat? & distinctio casuum in hoc articulo.*

74 *Ecclesiæ vnius adeptio inducit vacationem alterius, & quare?*

75 *Ecclesiæ viduatæ cura non pertinet ad Episcopum ad aliam translatum, sed ad Romanum Pontificem, vel Capitulum sede vacante.*

76 *Translatus in aliam Ecclesiam, eo ipso quodammodò dicitur mortuus quoad primam.*

77 *Episcopum translatum ad aliam Ecclesiam, etiam litteris de secunda expeditis, posse primam gubernare, quovsque secundæ actualem possessionem acceperit, tenent plures, qui referuntur.*

78 *Beneficium primum nunquam vacare censetur, quovsque adepta sit pacifica possessio secundi.*

79 *Beneficia, quæ habet electus in Episcopum, non vacant vsque ad adeptam pacificam possessionem Episcopatus.*

80 *Episcopatum primum vacare, etiam ante adeptam possessionem secundi, ex sola litterarum expeditione facta, accedente consensu translati, multi Auctores tenent, qui referuntur.*

81 *Vicarij sententia lata post translationem sui Episcopi ad aliam Ecclesiam, etiam si id ipse Vicarius ignoret, est nulla ex defectu iurisdictionis.*

82 *Episcopatus primus vacat ex sola absolutione Pontificis etiam litteris pro secunda Ecclesia non expeditis.*

83 *Beneficium cur non vacat ante actualem possessionem secundi, & Episcopatus sic?*

84 *Tempus octo dierum præfixum Capitulo ad constituendum Vicarium, ex quo die currant in Episcopo ad aliam Ecclesiam translato? Et declaratio Cardinalium de hoc.*

85 *Episcopis hodie expresse inhibitum esse priores Ecclesias administrare, post notitiam habitam suæ translationis ad secundam, refert Alcedus.*

86 *Prælati prudentes quid faciant, vbi habent notitiam translationis suæ ad aliam Ecclesiam.*

87 *Episcopatus primus absque dubio non vacat, nisi post factam per Rom. Pontificem absolutionem ab eo, & admissam translationem ad secundum.*

88 *Episcopi Indiarum cum ex sola notitia promotionis ad nouas Ecclesias gubernandas iter arripiant, eo ipso primas deserere videntur, & vacatio earum induci.*

89 *Ius suum renuntians illud amittit, neque amplius ad illud redire potest.*

90 *Translationi consentire, est quædam renuntiatio prioris Episcopatus.*

91 *Consensus magis potenter declaratur ex factis, quam ex verbis.*

92 *Renuntiationis forma consistit in qualibet declaratione voluntatis renuntiationis.*

93 *Renuntiatio Episcopatus, vt eius vacatio inducatur, in manibus Pontif. facienda videtur, & an aliter facta præiudicet saltim ipsi renuntianti.*

94 *Renuntians beneficium, non potest ad illud sine licentia superioris redire.*

95 *Translatus in Indiis, eo ipso, quod virtute Regiæ schedulæ, quæ sibi noui Episcopatus gubernationem concedit, ad illum iter arripit, videtur consensum præstitisse renuntiationi faciendæ in manibus Papæ.*

96 *Ratificatio semper retrotrahitur ex voluntate ratificantis.*

97 *Consensus Episcopi translati sufficit, quod præcedat, vel sequatur ad inducendam veram vacationem, & renuntiationem prioris Episcopatus.*

98 *Vacatio primi beneficij, vel Episcopatus aliquando introducitur, etiam non attento consensu translati.*

99 *Matrimo*

99 *Matrimonium contrahi videtur inter electum, & Ecclesiam, cui quis eligitur, etiam ante confirmationem Pontificis.*

100 *Præsentatio sola inducit matrimonium spirituale de futuro, quod perficitur in confirmatione.*

101 *Electus intra mensem tenetur consentire electioni, & præsentatus acceptare præsentationem.*

102 *Episcopus non potest sine licentia Papæ deserere primam Ecclesiam ex sola præsentatione ad aliam, nisi supponamus, quod priori renuntiauit.*

103 *Prælatus propria auctoritate deserens Ecclesiam, vt ad aliam transeat, vtraque priuatur.*

104 *Episcopus, qui deserit Ecclesiam primam, vt ad aliam, litteris non expeditis, gubernandam ex mandato Regis accedat, debet niti in præsumpta voluntate Pontificis.*

105 *Episcopi, vt securius possint ante expeditas litteras Ecclesias suas deserere, bonum esset consulere R. Pontificem.*

106 *Vicario relicto in prima Ecclesia ab Episcopo promoto, & tendente ad nouam, non debet magis fidi, quam Capitulo.*

107 *Sedium vacantium damnosam, & periculosam esse administrationem, multi testantur.*

Gubernatio multorum semper plura incommoda generat, ibidem.

108 *Ecclesiarum vacantium breui prouisioni multum consuluit ius Canonicum.*

09 *Ecclesiarum longa vacatio, vt cessaret, quid prouisum fuerit in Concilio Toletano?*

110 *Electionum in causis breuiter, & de plano procedendum est, & quare?*

11 *Vacantium Ecclesiarum damna qualiter expendat Ioan. Garcia, & consulat, vt Rex earum gubernationem suscipiat.*

12 *Ecclesiæ vacantes in tota Gallia, & in Indiis committuntur Episcopis electis etiam ante confirmationem.*

13 *Sedium vacantium gubernationem Capitulis Ecclesiarum Indiarum adimere sæpè tractatum est, & schedulæ de hoc agentes.*

4 *Metropolitani qualiter debeant inuigilare pro bona gubernatione suffraganearum Ecclesiarum vacantium?*

5 *Ecclesiis sede vacante maiori cura Reges, tanquam patroni ipsarum prospicere debent.*

Sedis vacantis tempore lupus exultat, ibidem.

16 *Sedis vacantis tempore nullum præiudicium potest generari Ecclesiæ, maximè in iuribus Episcopalibus.*

CApitulum Ecclesiarum Cathedralium, † quod velut Senatus est Ecclesiæ, vt quit D. Hieronymus *in cap. Ecclesiæ* 16. *q.* 1. prouinciis Indiarum, non secus ac in aliis, † his omnibus succedit, quæ ad ordinariam risdictionem, & administrationem Episco-, tam in spiritualibus, quam in temporalis pertinent, ac docemur *in cap. cum olim, maior. & obed. cap.* 2. *ne Prælati vices suas, p. ad abolendam, in princip. de hæret. cap. nult. & final. de supplenda neglig. Prælat. 6. cap.* 1. *de maior. & obed. cap.* 1. *de institut. p.* 2. *de offic. Vicar. eod. lib.* Trident. *sess.* 7. *cap.*10. *sess.*23. *cap.*10. & melius *sess.*24. *cap.*16. cum multis aliis, quæ de iurisdictione, & potestate Capituli sede vacante, latè, & eleganter congesserunt Franc. Panuin. & Rodobald. Parinus in peculiaribus tractatibus, quos de hoc scripserunt, & vltra relatos ab eis Federic. de Senis *cons.*33. Quaranta *in summa Bullarij. verb. Capitulum sede vacante*, Gutier. *lib.*1. *Canon. q.* 11. *num.*10 Azor. 2. *tom. instit. moral. lib.*3. *cap.* 37. *per totum*, Cardin. Tusch. *litt. C. concl.*56. Rebuff. *cons* 95. Cuchus *lib.* 3. *maior. instit. tit.* 7. & plures alij, quos refert Eman. Roder. *in summa, lib.*3. *cap.*55. *à num.*1. Petr. Gregor. *in Rubr. de offic. Ordin.* Thom. Sanch. *de matrim. lib.*8 *disp.*2. *num.*10. Riccius *in prax var. resolut.* 2. *par. resol.*118. *num.*1. *& par.*3 *resol.*265. Barbosa *in Pastorali*, 3. *par. alleg.*92. *in fin.* idem Riccius *in praxi Archiepiscop. tit. de Vicariatu, cap. sed. vacant. decis.*472. Gail. *lib.*1. *obseruat.*30 *num.*10. Vbi rectè, post alios, aduertit † iurisdictionem, 3
non tam ad Capitulum sede vacante deferri, quàm apud illud, quasi quodam accrescendi iure manere, Nicol. Garcia, *de benef.* 5. *par. c.*7. Isidor. Moscon. *de maiest. Eccles. lib.*1. *par.*1. *cap.* 15. *pag.*294. *& seqq.* Bobad. *in Polit. libr.*1. *cap.*2. *num.*23. *litt. A.* Ant. Cardos. *in prax. iud. verb. Capitulum*, & nouissimè, & ornatissimè D. Præses Valençuela *cons.*107. *per tot. vol.*1. & Dom. D. Felician. à Vega Episcopus de la Paz *in cap.*4. §. *de adulteriis, de iudic. num.*49. *& seqq*

Ideò autem diximus, *ad ordinariam iurisdictionem.* Nam quamvis August. Beroi. probare nitatur, in † Capitulum sede vacante delega- 4
tam quoque transire, *in cap. quoniam Abbas, num.*21. *de offic. deleg.* & id sub quibusdam distinctionibus tentet etiam Panuinus *vbi sup. q.* 11. *num.*4. *&* 15. Verior tamen sententia, & in scholis, & foro receptior est, quòd ea, quæ non competunt Episcopis iure communi, vel ex iurisdictione ordinaria, & in eorum officio radicata, sed accidentaliter, vel ex speciali mandato, cõmissione, aut priuilegio Romani Pontificis nõ transeunt in Capitulum: quia † quam- 5
uis succedat in iurisdictione, non tamen in dignitate Episcopali, cui delegatio facta esse videtur, maximè si in litteris adiectum fuerit, vt procedat tanquam delegatus sedis Apostolicæ, vt in exemplo dicti capituli quoniam Abbas, & in visitatione Monasteriorũ Monialium exemptorum, de qua *in Clem.* 2. *de stat. Monachor.* & in aliis casibus similibus, de quibus per Abb. *in dict. cap. cùm olim, q.*5. Roman. omninò videndum, *cons.*506. *num.*4. vbi eius Addit. Nicol Garcia *d.* 5. *par. cap.*7. *num.*42. cum multis seqq vbi ad idem citat Felin. Decium, Rebuff. Sbroz. Azeued. M. Anton. Genuens. Thom. Sanch. & plures decisiones Rotæ.

Quibus adiicio Martam *in digest. decis. tom.* 6. *tit. Capitulum, cap.*12. Franc. Leon *in thesaur. for. Eccles. par.*1. *cap.*10. *numer.*8. *vers* 4. Cardin. Tusch. *d. conclus.*56. *num.*5. *& ex num.* 46. Quarant. *suprà pag.*332. vbi apertè lo- 6
quitur in potestate † litterarum executorialium, quæ dantur in personam Episcopi, & id ampliant, etiam si moriatur Episcopus litteris præsentatis. In qua etiam opinione residet Doctor Sahagum, insignis Primarius Salmaticensis, *in d. cap. quoniam Abbas, in responso ad* 3. *argum.* vbi inquit, quòd cùm

hæc materia ardua, & grauis sit, à communi
non est recedendum, & expendit stylum Cu-
riæ Romanæ, qui hodie perpetuo obserua-
7 tur, quatenus † dispensationes matrimoniales
nunquam diriguntur Capitulis sede vacante,
quamuis id nominatim petatur, sed Episcopis
vicinioribus, quia Episcopalem dignitatem exi-
gunt. De qua etiam praxi testatur Nicol. Gar-
cia *d. tractat. de benef. 6. part. cap. 2. num.* 44.
vbi, quod magis est, resoluit, dictas dispen-
sationes Episcopi Vicario commissas, expediri
non posse per Vicarium electum à Capitulo
sede vacante, reprobata sententia Thom. Sanch.
& aliorum plurium, qui in hoc articulo con-
trarium tenuerunt.

8 Et hinc est, vt † Prælati nomine non sem-
per veniat Capitulum, vt notatur *in cap. re-
quisisti, de testam. cap. post electionem, §. cum
igitur, de concess. præbend.* Specul. 1. *tom. tit.
de actore, §.* 1. *num.* 79. *& seqq.* D. Valençuela
9 *cons.* 122. *num.* 37. *vol.* 2. Et † vt professio Fi-
dei, quæ in manibus alicuius Episcopi, specialiter
ad hoc designati, fieri iubetur, non possit eo
mortuo fieri in manibus sui Capituli sede va-
cante, prout in facti contingentia dubitatum, &
resolutum fuit in casibus, quos proposui, & dis-
putaui *sup. hoc eod. lib. cap.* 6. *n.* 20. *&* 46. & con-
ducit Naldus *verb. Vicarius, num.* 9. inquiens,
10 † talem Vicarium Capituli non posse absoluere
eum, qui haberet à Papa speciale mandatum,
vt ab Episcopo, vel Vicario absoluatur.

Vnde sæpè etiam in dubium vocatum vidi
in his partibus Indiarum, an Capitulum sede
11 vacante, † super temporum interstitiis possit
cum ordinandis dispensare, quoniam hæc facul-
tas per Concil. Trident. *sess.* 23. *de reform. cap.* 11.
iudicio Episcopi committitur, necessitate, aut
vtilitate Ecclesiæ considerata, vt latius tradunt
Salced. *in addit. ad prax.* Bernard. Diaz *cap.* 25.
litt. C Maiol. *de irregul. cap.* 11. *num.* 2. Nauarr.
cons. 6. *&* 12. *de tempor. ordin.*

Sed nihilominus affirmatiua opinio præua-
luit, eo quod hæc facultas in ipsius Episcopi
officio, & potestate imbibita esset, non tam ex
commissione speciali, quam ex Concilij dispo-
12 sitione, & † Capitulum succedat, non tantùm
in ordinaria iurisdictione iuri communi gene-
rali ad Episcopum spectante, verum in pertinen-
te ad eandem, iure communi speciali, iuxta doct.
Abb. *in cap. at si clerici, n.* 17. *de iudiciis*, vbi De-
cius *num.* 150. idem Abb. *in cap. verum, num.* 9.
de foro comp. Genuens. *in prax. Cur. Archiepisc.
Neap. cap.* 83. *num.* 1. *& in cap.* 85. *num.* 2 Campa-
nil. *in diuers. iur. Canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 75.
Nicol. Garcia *d. cap.* 7. *num.* 38. *& seqq.* & plures
congerens Cened. *in collect.* 4. *ad Sextum, num.* 3.
& in pract. Canon. quæstion. 26. *numer.* 28 *vers.
Ego tamen*, Emanuel Roder. 1. *tom. regul. q.* 61.
articul. 9.

Et ita, in terminis interstitiorum pluries de-
claratum fuisse per Congregat. Cardin. testatur
D. Valençuela *cons.* 107. *num.* 17. *volum.* 2. & re-
soluunt Suar. *tom.* 4. *disput.* 28. *sect.* 5. *in princ.*
Thom. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disput.* 29. *n.* 14.
Valer. Reginal. *in prax. for. pœnitent. lib.* 1. *n.* 180.
& Aug. Barbos. *in remis. ad Concil. d. sess.* 23.
cap. 15. *fol* 76. & est videndus D. Felician. à
Vega *in d. §. de adulteriis, num.* 52. *&* 53. vbi
13 ex eadem ratione concludit, posse † Capitulum
dispensare in irregularitatibus, & suspensioni-
bus prouenientibus ex delicto occulto in ter-
minis Concilij Trident *sess.* 24. *cap.* 6. *de reform.*
& etiam cum illegitimis, quoad Ordines mino-
res, & beneficium simplex, iuxta text. *in cap.* 1.
de filiis Presbyt. lib. 6.

Quam tamen interstitiorum dispensationem
Ego † post elapsum primum annum sedis va-
cantis faciendam esse censerem. Nam cum Ca-
pitulum intra illum non possit concedere li-
centiam recipiendi Ordines, nec ad talem effe-
ctum litteras dimissorias, *cap. cum nullus, §. Epis-
copo, de temp. ordinat. in* 6. Concil. Trid. *sess.* 7.
de reform. cap. 10. *& sess.* 23. *cap.* 10. cum tra-
ditis à Cerola *in prax. Episcop.* 1. *part. verb. Ca-
pitulum*, † *num.* 1. prohibita quoque illi viden-
tur ea, quæ ad ipsos Ordines præparantur, ar-
gum. *leg. oratio, de sponsal.* & eorum, quæ tra-
dit Bart. *in l. cum lex, D. de fideiuss.* Socin. *in
l. legem, num.* 12. *C. de pact.* & Cephal. *cons.* 175.
num. 3. *lib.* 2.

Et eodem modo practicandam iudico † li-
centiam, quam habet conuocandi Episcopum
extraneum ad ordines intra suam Diœcesim con-
ferendos sub cautela, quod nullum ius sibi ac-
quirat, de qua *in cap. Pontifices* 7. *q.* 1. *cap. is cui*
42. *de elect. lib.* 6 gloss. *verb. Spiritualibus, in cap. si
Episcopus, de supplend. neglig. Prælat. eodem lib.*
Iacob. Put. *lib.* 2. *decis.* 407. *num.* 2. Nauarr. *con-
sil.* 44. *de tempor. ordinat.* & Rebuff. *in prax.
tract. de deuolut. num.* 66.

In visitatione tamen suæ Diœcesis aliquæ
Regiæ schedulæ admonent, vt intra annum,
quoque ab illa facienda supersedeant, & ne vbi
præbendarij pauci numero sunt propriam Ec-
clesiam cupiditate, & commoditate harum vi-
sitationum allecti, deserant, prout inter alia ca-
uetur in quadam Regia epistola dat. Matr. 17.
Martij ann. 1617. ad Peruanum Proregem Prin-
cip. Schillacens. scripta. Cæterum iure communi
inspecto, dubium non est, quin talis visitatio,
& procurationis eius causâ præstari solitæ exa-
ctio, eidem Capitulo liberè competat, cum † hic
sit actus iurisdictionis ordinariæ de iure com-
muni Episcopo concessus, atque adeo de illis,
qui in Capitulum transeunt, vt constat ex su-
prà relatis, & in terminis visitationis ex gloss.
in Clement. 1. *§. propter quod, verb. Capituli
de elect.* quam sequuntur communiter DD. ibi-
dem, Archidiac. *in cap. si Episcopus, num.* 2
de supplend. neglig. Prælat. Collect. Abb. Bald
Bellamera, Felin. & alij *in d. cap. cum olim, d
maior. & obed.* & plures apud Panuin. *d. tractat
q.* 7. 1. *quæst. princip.* Rebuff *d. tract. de deuolut
n.* 65. *vers. Poterit quoque*, Marescot. *lib.* 2. *var
resol. cap.* 15. *num.* 14. *& seqq.* Rota in vna Bur
gensi iuris visitandi 1. Iunij ann. 1598. coram
Orano, & Paulus Fuscus *in tract. de visitat. lib.* 1
cap. 2. *ex num.* 20.

Qui addunt hanc potestatem visitandi, se
de vacante nedum habere † Capitulum res
pectu generalis visitationis, quando nimirur
visitatur ciuitas, vel Diœcesis, sed etiam res
pectu particularis, quæ potest institui contr
certas personas, subortâ præcedenti diffama
tione, vt per Bonif. de Vitalin. *in Clement.
num.* 177. & Marescot. *vbi suprà num.* 17. su
per quo regulam etiam generalem constitu
Feder. de Senis *cons.* 16. *num.* 1. *in fine*, cor
cludens, † quod in puniendis excessibus,
criminibus, & reformandis moribus, Cap
tulu

tulum ſede vacante idem poteſt, quod Epiſcopus.

Quæ mihi vſui fuerunt Limæ, † dum Capitulum ſede vacante, ageret de ſyndicando fiſcali Eccleſiaſtico Archiepiſcopi nuper defuncti, de cuius geſtis querelæ aliquot oriebantur. Dixique id recte facere poſſe, † quia ſyndicare eſt actus iuriſdictionis, vt per Parid. de Puteo *in tract. de ſynd. Rubr. de off. ſynd. num. 9.* & proceditur ad ſyndicandum, tam ex officio, quam ad inſtantiam partis, vt per eundem *d. Rubr. §. proceditur autem*, & allegaui in terminis deciſionem Rotæ *in vna Tudenſ. 28. Nouembr. 1607.* vbi ex dictis rationibus tenuit, poſſe Capitulum ſede vacante ſyndicare fiſcalem Epiſcopi defuncti, quamuis gloſſ. *in d. Clement.* non ſatis in hoc pedes figere videatur, quaſi hoc ad voluntariam iuriſdictionem pertineat, † in qua regulariter Capitulum non ſuccedit, vt per eandem gloſſ. & Felin. & alios *in d. cap. cum olim*, cui tamen bene ſatisfacit Feder. de Senis vbi ſuprà, inquiens, † punire exceſſus, & curare, quod vnicuique reddatur, quod ſuum eſt, & ne ob diuturniorem expectationem ſubditi maneant in damno, magis neceſſariæ, quam voluntariæ iuriſdictionis eſſe videri, tam ex parte agentis, quia hoc facit ex neceſſitate iuris, vt per Felin. *vbi ſuprà num. 4. verſ. Crederem, in fin.* quam ex parte petentis, quia iudicium redditur in inuitum, *l. inter ſtipulantem, §. Stichum, D. de verb. oblig.*

Neque his obſtare dixi, quod admiſſo quod fiſcalis huic ſyndicatui Capituli ſede vacante ſubiaceat, vereri poſſumus † minus acriter contra Capitulares ſuum officium exerciturum. Nam hæc conſideratio, non tam ad iudicem, quam ad conditorem legis ſpectat, cui forſitan euis, & remota viſa eſt, tum quia ſedis vacatio non eſt facile contingibilis, nec in quouis fiſcali, aut fiſcalatu timenda, *d. l. inter ſtipulantem, §. ſacram, D. de verbor.* ibi: *Et caſum, aduerſamque fortunam liberi homines expectare, neque ciuile, neque naturale eſt.* Tum etiam, quia tali caſu contingente, poterit recuſare eos, qui ob ſuam accuſationem fuerint puniti, vt per Parid. de Puteo *d. tractat. de ſyndicat. §. ſuſpicio, num. 4. cum ſeqq.*

Maiorem ſanè difficultatem res habet, vbi non de fiſcali, † ſed de Prouiſione, ſiue Vicario generali defuncti Epiſcopi ſyndicando per Capitulum ageretur, qui caſus Limæ etiam de facto contigit, in cauſa D. D. Feliciani de Vega, tunc Vicarij generalis illius Archiepiſcopatus, & poſtea Epiſcopi de la Paz. Nam tamen ſyndicationem fieri non poſſe, expreſſe docent Quaranta *vbi ſuprà num. 14.* Marc. Anton. Genuenſ. *in prax. Archiepiſcop. cap. 58. num. 1.* & Eman. Roder. *in ſumma, 3. tom. cap. 56. n. 16.* qui de communi ſtylo, & conſuetud. teſtantur, adducentes Bullam Gregor. XIII. quæ id in Vicario Archiepiſcopi Tarentini apertè diſpoſuit ann. 1578. & Ioan. Segura de Aualos *in direct. iud. Eccleſ. 1. part. cap. 13. num. 7. cum ſeqq.* quem refert Sbrozius *de Vicario Epiſcopi, lib. 3. quæſt. 51. num. 4.* vbi quod plus eſt, docet, ne à propriis quidem Epiſcopis Vicarios ſyndicari debere, ſed à ſede Apoſtolica eiuſue Legato, aut Metropolitano. Quamuis in hoc conſuetudinem cuiuſque prouinciæ multum attendi debere, meritò addat idem Sbrozius cum Iul. Claro *§. fin. quæſt. 35. verſ. Fuit aliquando.* Et certius reddatur † *ex l. 4. titul. 7. lib. 3. Recopil.* quæ Prælatis iniungit, vt de Vicariis, quos ipſi nominauerint, ſyndicatum ſumant, quoties id expedire viſum fuerit, quatenus inquit: *Y que tengan cuidado de ſe informar, y tomarles cuenta de como vſan los cargos, y oficios que tienen, y ouieren tenido.* Quod quia raro iidem 27
† Prælati, aut perfunctoriè faciunt, merito 28
eos notat Bobadilla *in Politica, lib. 2. cap. 17. num. 198. pag. 730.* & ita in cauſa dicti D. Feliciani de Vega practicatum fuit, ipſo præſertim ſuæ villicationis rationem reddere enixè deſiderante.

Quam etiam à Vicariis ab ipſo Capitulo nominatis † Epiſcopum ſuperuenientem ſu- 29
mere poſſe, apertè deciditur in Trid. *ſeſſ. 24. cap. 16. de reformation. verſ. Epiſcopus verò*, per quem indubiè Vicarium Capituli ſede vacante, teneri finito officio ſtare ſyndicatui, & poſſe ab Epiſcopo ad id compelli, & in aliquo delicto comprehenſum puniri, aſſerunt Genuenſ. *d. cap. 58. in fin.* Proſper. Auguſt. *in addit. ad Quarant. d. verb. Capitulum ſede vacante, numer. 14.* Riccius *in prax. for. Eccleſ. deciſion. 481. in 1. edit.* alias 504. *in 2. edit. & deciſion. 291.* Rague. *de voce Canon. in cap....... quæſtion. 40. num. 13.* Vgolin. *de offic. Epiſcop. cap. 2. §. 2. num. 2.* Armendariz *ad leges Nauarræ, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcop. num. 99.* & Aug. Barboſa in Paſtorali, *3. part. alleg. 54. n. 183.*

Quinimò, & ipſum † Capitulum, facta re- 30
motione Vicarij, vel aliorum officialium à ſe nominatorum, quod illos poſſit ſtatim compellere ad reddendam rationem adminiſtrationis, ac pro admiſſis culpis punire: abſque præiudicio tamen alterius ſyndicationis Epiſcopi ſucceſſoris, qui etiam poterit eos ſyndicare, & punire, quamuis à Capitulo fuerint abſoluti, deciſum fuiſſe narrat Nicol. Garcia *d. 5. part. cap. 7. num. 23.*

Illud etiam in quæſtionem vocari ſolet, an Capitulum † ſede vacante, præbendarum, & 31
beneficiorum, quæ eo tempore vacare contigerit, collationem facere poſſit. Et pro parte negatiua vrgere videtur, quod hoc ius hodie ex conſuetudine, vel priuilegio † ſolis Epiſcopis 32
competat, vel eorum Vicariis, quibus ipſi id ſpecialiter conceſſerint, text. & DD. *in cap. ex frequentibus, de inſtitutionibus, cap. fin. de offic. Vicar. lib. 6.* Oldrad. *conſ. 77.* Rota *de offic. Vicar. deciſ. 3. in nouis*, Rebuff. *in prax. titul. de collat. num. 12. & titulo de deuolution. numer. 88. & 90.* atque adeo regulariter non tranſeat in Capitulum ſede vacante, *cap. 2. ne ſede vacante, cap. vnico, eod. tit. lib. 6.* cum aliis, quæ poſt Abbat. Panuin. Corraſ. & alios, adducit Nicol. Garcia *d. cap. 7. numer. 51.* vbi *numer. 52.* addit eadem ratione non ſuccedere Capitulum in præſentatione, ſeu electione ſpectante ad Epiſcopum, vt per eundem Panuin. *q. 5. 2. part. n. 3. & 4.* Lambertin. *de iure patron. 1. part. 2. lib q. 2. art. 4.* Paul. de Citadin. *eodem tract. 6. part. q. 33. num. 28.* & Didac. Perez *in l. 2. titul. 6. lib. 1. Ordin. pag. 155. col. 1. verſ. Eſt & alia.*

Sed hoc tamen de collationibus liberis, & merè voluntariis accipiendum eſt, ſecus de neceſſariis, & debitis, quæ magis confirmationes, vel inſtitutiones dicuntur, † quales 33
ſunt omnes, quæ in Indiarum Eccleſiis fiunt, ad

ad Regis nostri, tanquam earum patroni, præsentationem; eas enim Capitulum sede vacante, vel per se ipsum, vel per Vicarium ad hoc nominatum benè facere potest, vt *in d. cap. cum olim, & cap. 1. de instit. lib. 6.* vbi Abb. & DD. Rochus de Curte *de iure patronat. verb. Competens alicui, num. 66.* Panuin. *vbi suprà q. 4. & 5.* Rebuff. *d. tit. de deuolut. num. 87. & 88.* & plures alij, quos refert, & sequitur Nicol. Garcia *num. 54. & seq.* Ioan. Vuames *cons. 259. & 260. & 267. num. 2.* & Sebast. Neuius tractans *de potest.* Capituli in feudis, Canonicatibus, & similibus conferendis, *in Rubr. tit. quid feud.*
34 *dare poss. n. 15. & seqq.* Et planè olim † electio, & collatio dignitatum, & Canonicatuum simul ad Episcopum cum Capitulo pertinebat, *cap. cum Ecclesia* Vulterana, *de elect.* Oldrad. *consil. 244. num. 19.* Rota *sub tit. de concess. Præbend. decis. 4. in nouis*, & Gabriel *consil. 199. num. 11. lib. 1.*

Sed iuxta terminos huius quæstionis incidit alia, me Limæ existente, & pro Tribunali sedente, in casu Capituli nouiter creati Eccle-
35 siæ de Arequipa, † quid dicendum, & faciendum sit, vbi nec Episcopus adsit, qui has collationes facere possit, nec Capitulum sede vacante, planè formatum reperiatur, aut in vno
36 tantum ramanserit? † qui licet sufficiat ad retinendum nomen Collegij, *l. sicut, D. quod cuiusque vniuersit.* non tamen sufficere videtur ad eiusmodi munia toti Collegio, siue Capitulo iniuncta, obeunda, & peragenda, ex traditis à glossa *in cap. si fortè 63. dist. 6.* Ias. *in l. si grege, D. de legatis 1.* Abb. & DD. *in cap. 1. de elect.* Rebuff. *in l. Neratius, D. de verbor. signif.* Petr. Costalio *in d. l. sicut, § fin.* Azor *tom. 2. instit. moral. lib. 3. cap. 37. vers. Quintò quæritur*, & Dom. Archiepisc. Bracharens. D. Rod. Acuña, qui alios allegat, *in cap. Comprouinciales, 64. dist. pag. 5-8.*

37 Et † tunc ad Metropolitanum pro collatione, vel institutione recurrere satius, & securius esse censuimus, ex doctrina gloss. *in cap. presbyteri, 24. dist. verb. Ciuitatis, vers. Sed quare non petebant hoc ab Archiepiscopo*, quam sequuntur Doctor. ibidem per eundem text. dum docet, quod deficiente Episcopo potest peti electio, vel institutio ministrorum, qui deseruiant Ecclesiæ Parochiali ab Archiepiscopo, vel à vicinis Episcopis, vt *in d. cap. si fortè, 65. distinct.*

38 Circa Vicarios autem † ab eisdem Capitulis nominandos seruari debet forma à Concilio Tridentino præscripta *d. sess. 22. cap. 16.* quæ inter alia requirit, vt eligendus *saltem in iure Canonico sit Doctor, vel Licentiatus, vel alias, quantum fieri poterit, idoneus; si secus factum fuerit, ad Metropolitanum deputatio huiusmodi deuoluatur*: cuius qualitatis præcisam obseruantiam sub pœna nullitatis electionis, quæ secus gesta fuerit, vel eorum, quæ electus gesserit, tenere videtur, Paulus Fuschus *de visit. lib. 1. cap. 15. num. 32.* Genuens. *in prax. Archiep. Neapol. cap. 82.* quos, & duas declarationes sacræ Congregationis Cardinalium ad idem adducit Nicol. Garcia *d. cap. 7. num. 9. & seqq.* Et *in addit. ad idem cap. numer. 12.* Quaranta *d. verb. Capitulum sede vacante, num. 6. pag. 145.* Lælius Zechus *de Rep. Eccles. cap. 23. de Vicario Episcopi, § 1. numer. 3. & 5.* Trident. Moscon. *de Maiest. Eccles. lib. 1. part. 1. cap. 15. pag. 291.* Anton. Nald. *in quæstionar. verb. Vicarius, pag. 919.* Sbrozius *de offic. Vicar. lib. 1. quæst. 36. num. 12* Galet. *in margar. casuum conscientiæ, eod. verb.* Molina *de iust. & iure, tract. 5. disp. 11.* & nouissimè August. Barbosa *in tract. de Canonicis, cap. 42. num. 53.* vbi asserit sub die 28. Augusti ann. 1621. decisum fuisse, Doctorem Theologum non posse esse Vicarium Capitularem sede vacante, & Dom. Valençuela *cons. 120. num. fin. vol. 2.* vbi hanc nullitatem obiicit contra quædam acta à quodam Vicario Theologo electo à Capitulo Ecclesiæ Conchensis sede vacante.

Quod sanè iustè constitutum esse videtur. Nam viri † Theologi, etsi litteratissimi sint, non satis Iurisprudentiæ praxim, & theoricam callent, & proinde multoties ex capite, & pro arbitrio sententias proferunt, & vbique à veritatis, & iustitiæ tramite deuiant, vt bene aduertit Hieron. Ceuallos *in tract. de violentiis, 1. part. gloss. 6. num. 24. pag. 66.* & Axia *de exhiben. auxiliis, casu 5. fol. 159.* & nouissimè D. Carrascus *ad leg. Recop. c. 6. n. 9. fol. 56.*

Et his insistens † quidam Arequipensis Episcopus D. Fr. Petr. à Perea Augustinianus, dum Ego in Prætorio Limano ius dicerem, parere recusabat quibusdam litteris executorialibus, quas aduersus eum expediri mandauerat D. Ioannes Velazquez electus Archiepiscopalis Limanæ Ecclesiæ sede vacante Metropolitanus, & eiusdem Archidiaconus meritissimus, inquiens illum esse Doctorem Theologum, & à Capitulo eligi non potuisse, in quo plures alij Præbendarij reperiebantur Licentiæ, vel Doctoratus laurea in iure Pontificio donati, & satis in eius professione conspicui.

Qua de re cum ad Regalem Cancellariam negotium sub occasione Regij auxilij ab Archidiacono implorati, delatum esset, suprà dictis non obstantibus, pro Archidiaconi gestis, & iurisdictione pronuntiatum fuit. Nam etsi verùm sit eam (quam diximus) formam à Concilio præscriptam videri in electione Vicarij Capituli sede vacante, non † ita præcisa est, quin alium idoneum admittat, vt patet ex illis verbis: *Vel alias quantum fieri poterit idoneus.* Vnde relinqui in arbitrio Capituli hæc alternatiua videtur, quod ex iustis causis moderari potest, ita vt Theologum ætate fortè, prudentia, & rerum agendarum dexteritate excedentem, cunctis in eodem Capitulo existentibus præponat, in quibus prædictæ dotes non reperiantur, vel alia impedimenta considerentur.

Quo fit, vt † dictam formam Concilij parum seruari in Ecclesiis Hispaniæ fateatur Nicol. Garcia *d. cap. 7. num. 14.* & per eam non excludi arbitrium Capituli iustis rationibus ductum, & gubernatum, teneat Nauarr. *cons. 2. de officio Vicary*, Sayrus *in floribus decis. decis. 2. eodem titul.* Enriquez *consil. 90.* Azor. *2. part. lib. 3 cap. 37. in fine*, & Alois. Riccius *in prax. Archiepisc. decis. 473. num. 2.* quibus fauet Paris de Puteo *d. tract. de synd. verb. Doctor, numer. 3. fol. mihi 237.* Vbi agens de statutis, quæ requirunt, quod potestatis assessor sit Doctor, inquit, † quod quamuis hoc gradu insignitus non sit, si tamen alias idoneus, & eminentis scientiæ esse reperiantur, hoc sufficit ad statuti verba, & mentem explendam, argum.

l. vnicuiqu.

l. vnicuique, *C. de prox. sacr. scrin. lib.* 12. & eorum, quæ tradit Bald. *in l. sed reprobari*, *D. de excusat. tutor.* Lud. Roman. *in l. quid tamen, D. de arbitr. & in l. cum quid*, *D. si cert. petat.* & in terminis Vicarij de quo agimus, Iacob. Sbrozius *lib.* 1. *de offic. Vicar. q.* 36. *num.* 11. quem refert & sequitur (licèt sub aliqua hæsitatione) Iacob. de Graffis 2. *tom. consil. lib.* 2. *consil.* 1. *dif. fic.* 8. *numer.* 4. *pag.* 17. inquiens: *Posse à Capitulo eligi etiam non Doctorem, & non habentem tales qualitates, modò consulat Assessorem Doctorem iuris Pontificij, & ita se vidisse obseruatum in Episcopatu Fanensi.* Et Ego testor me idem vidisse in eadem Ecclesia Limensi, & in aliis Indiarum, & Hispaniæ in Vicariis electis à sede vacante, de quibus loquimur, nam in aliis nullum dubium est, vt statim trademus.

Et quamvis sacræ Congregationis Cardinalium declarationes contrarium expresserint, & † talem, tantamque auctoritatem habeant, qualem quantamque tradit Emanuel Roder. 1. *tom. quæst. regul. q.* 11. *art.* 1. & 2. Zerola *in praxi Episcop.* 1. *part.* §. *auctoritas, in fin.* & 2. *par.* § *absolutio, post princip* Nicol. Garcia *de benef. in procem. circa fin.* & Cened. *in pract. Canoniq.* 6. *num.* 9. Adhuc vbi † nec publicatæ, nec receptæ, aut practicatæ sunt, non videntur tanti ponderis esse, vt consuetudinem vincant, & Conciliarem dispositionem dictam alternatiuam concedentem.

Quibus non incongruenter adiicio, in casu ab Episcopo Arequipensi in dubium vocato, quæstionem non verti circa electionem Vicarij à Capitulo deputati, sed iudicis Metropolitani, quem dicta Ecclesia Limensis seorsum nominauerat, suo nimirùm iure vtens, quod † permittit, vt tempore nominationis Vicarij possit eam ad libitum restringere, limitare, vel diuidere, aut cum aliquorum casuum exceptione, & ad ipsum Capitulum reseruatione, concedere, vt constat ex traditis à Ioan. Gutierrez 1. *part. Canon. quæst.* 11. *n.* 10. Quaranta *d. verb. Capitulum, pag.* 245. *num.* 4. Riccio 2. *part. decis.* 187. *num.* 2. idem Riccius *in prax. decis.* 472. *tom.* 2. *pag.* 500. Dom. Valençuela *consil.* 192. *num.* 6. *vol.* 2. Garcia *d. cap.* 7. *num.* 26. *& in addit. ad idem cap. num.* 26. & etiam post nominationem factam potest aliquas causas auocare, vt dixi sup. cap. 8. num 7. Vnde cùm † Concilij forma (esto quòd præcisa esse dicatur) in Vicario tantùm procedat, ad Metropolitanum extendi non debet ex regula *l.* 4. §. *toties*, *D. de damn. infect. & l. commodissimè*, *D. de liber. & posthum.* cum vulgatis.

Maxime cùm à regulis iuris communis recedat, quibus inspectis, nec † in Vicariis, nec in Metropolitanis Archiepiscoporum, vel Episcoporum, nec in aliis iudicibus dicti gradus desiderantur, & quælibet peritia, & idoneitas sufficit, *cap. quoniam in plerisque*, *& cap. inter cætera*, *de offic. Ordin. cap. fin. de ætate. & qualitate*, cum ibi notatis, *cap. sciscitatus*, § *illiteratus*, *de rescript.* & ibi Felin. & plures alij, quos refert Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 23. *n.* 10. Borrell. de Magistr. *edict. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 28. Nos *infr. lib.* 4. *cap.* 1. & in nostris terminis Natt. *d. cons.* 1. *de off. Vicar.* vbi docet, non solùm qui Doctor non sit, verùm † & illum, qui linguam Latinam non intelligit, posse esse Vicarium generalem, & eius nominationem valere, modò sit clericus in minoribus constitutus, licèt peccet nominans, & accipiens, & ad restitutionem damnorum, & sportularum, quæ Assessoribus soluendæ sunt, in foro conscientiæ teneantur. Quod idem tradit Sbrozius *dict. capit.* 36. & Nicol. Garcia *dict. cap.* 7. *numer.* 17. & 18. adiiciens *num.* 19. † decisio- 50
nem Concilij ad Prouisorem nominatum à Capitulo sede vacante Ecclesiæ Collegiatæ non extendi, quia de ea non loquitur, & ita per Cardin. Congregationem declaratum fuisse, quos verosimile est idem eadem ratione declaraturos fuisse, si de Metropolitano iudice quærerentur.

Præsertim supposita tali electione in persona viri alioqui valdè docti, & experti, & Archidiaconatus dignitate in eadem Ecclesia fulgentis. Quem ipsum † Concilium *sess.* 24. *cap.* 12. 51
Assessorem, & oculum Episcopi vocat, & ipso iure Vicarius est, & Ordinarius, sede vacante; saltem interim, dum alius à Capitulo nominatur, *cap.* 1. & ibi glossa *verb. Vicarius*, *& cap. ad hæc, de offic. Archid. l.* 4. *tit.* 6. *par.* 1. vbi Gregor. Lopez *verb. De costumbre*, Iacob. Sbrozius *d. tract. de off. Vicar.* 1. *par. lib.* 1. *quæst.* 61. Guid. Pancirol. qui huius dignitatis originem, & præeminentias recenset, *in Thesaur. var. antiq. pag.* 125. & latissimè, & nouissimè D. Valençuela *cons.* 101. *ex num.* 21. Ad quam † dignitatem suf- 52
ficit, quod sit in sacra Theologia Licentiatus, vt habetur *in dict. cap.* 12. *Concilij.* Et sacra Eminentiss. Cardin. Congregatio declarauit, ne hunc quidem gradum requiri in Archidiaconis, qui non habent actu annexam iurisdictionem, vt refert Riccius *in praxi decis.* 473. *num.* 3.

Quibus ita suppositis non debuit dictus Episcopus Arequipensis, adeò tenax in sua opinione esse, nec † ignorare in Capitulum Eccle- 53
siæ Metropolitanæ, sede vacante, iurisdictionem quoque Metropolitanā simul cū ordinaria transire, eamque per Vicarios generales, siue iudices Metropolitanos ab eodem Capitulo nominatos exerceri posse: id enim apertè docemur *in cap. Romana*, §. *officiales*, *de offic. Ordinar.* & probat Specular. *in tit. de diuers. sent. form. vers. Quid si ipse Episcopus*, Ioan. Andr. & Geminian. *in cap. quanquam, de elect. lib.* 6. Bertach. *in tract. de Episcop. in prælud. num.* 13. & 14. Francisc. Marcus *decis.* 483. *num.* 2. *par.* 1. Quaranta *dict. verb. Capitulum sede vacante, ex n.* 7. *& verb. Archiepiscopus*, *num.* 10. *pag.* 18. Cerola *in praxi Episcopali*, 2 *par. verb. Vicarius*, *& verb. Capitulum*, *num.* 10. Seraphin. *decis.* 1183. Marta *in compilat. decis. tom.* 6. *verb. Archiepiscopus*, *pag.* 6. & latè Sbrozius *vbi suprà quæst.* 58. *per totam*, Stephan. Gratian. *lib.* 1. *discept. forens. cap.* 69. *num.* 16. *& cap.* 111. *num.* 19. & 20. Franc. Panuin. *de offic. Capit.* 4. *par. q.* 3. *num.* 8. Azor *d. lib. instit. moral. cap.* 37.

Vnde inferunt, quòd quemadmodum Metropolitanus † posset absoluere suffraga- 54
neum, qui iniecit violentas manus in clericum, si esset senex, debilis, vel impeditus, ita & Capitulum Metropolitanum sede vacante. Et quòd quemadmodum ad Metropolitanum deuoluitur facultas conferendi beneficia, si suffraganeus ea intra semestre conferre neglexerit

neglexerit, eadem quoque ad Capitulum deuoluatur. Idemque docent in recipiendis, & terminandis appellationibus suffraganeorum, vt præter alios tradit Paz *in praxi*, 2 *tom. num.* 14. *& seqq. fol* 4. Et de hoc nullus vnquam præter dictum Episcopum dubitauit, qui cum Theologus esset, tantum sibi in Iurisprudentia articulis tribuebat, vt aliorum quantumuis doctissimorum sententiis, atque adeo neque ipsius Prætorij Limani, vnquam acquiesceret.

Sed quoniam iam in Domino quiescit, ad alia properantes, hic congruenter aliam quæstionem satis vtilem, & quotidie contingentem
55 subnectemus; nimirum, † vtrum Vicarius semel à Capitulo nominatus ab eodem ad libitum reuocari possit? Quam quidem quæstionem Limæ etiam de facto habui in sede vacante Dom. Archiepiscop. D. Bartholomæi Lobo Guerrero. Et omissis his, quæ de Vicario electo ab Episcopo dixi *suprà cap.* 8. *num.* 48. *& seqq.* In nominato à Capitulo (de quo agimus) dicendum prima facie videtur, quod reuocari non possit, quia eius electio, etsi à Capitulo fiat, fit tamen in executionem, & implementum præcepti Concilij Trident. *dict. sess.* 24. *cap.* 16. Vnde Vgolinus, relatus à Suarez *tom.* 5. *de censur. disput.* 7. *sect.* 3. *num.* 13. & Garcia *d.*
56 *cap.* 7. *num.* 25. docuit, eius † iurisdictionem à lege, vel Canone dependere. Quod & insinuat Thom. Sanchez *de matrim.* 1. *tom. lib.* 3. *disp.* 29. *num.* 4. & Marc. Ant. Genvens. in prax. Archiepiscop. Neapol. *cap.* 84. *seu* 86. *num.* 4. agnoscens, post Concilium, hanc remotionem difficiliorem esse: *Nam in Collegio* (inquit) *Ecclesiastico, quando tenetur aliquem eligere, improbatur à iure mutatio, vel variatio sine causa.* Et idem expressè sequitur Quaranta *d. verb. Capitulum sede vacante, num.* 3. adducens aliam rationem; nimirum, † quod si Canonici pro libi-
57 to suæ voluntatis possent auferre Vicario commissionem ei factam, sequeretur absurdum, scilicet, quod ipse Vicarius segniter se haberet in administranda iustitia in Canonicos particulares, vel in dependentes ab eis. Quos, & alios Auctores, in hanc opinionem inclinans, refert Nicol. Garcia, omninò videndus, *d. cap.* 7. *n.* 22. *& in additionibus ad idem cap. fol.* 62. *eod. n.* 22.
58 adducens aliquas declarationes † Cardinalium, quæ talem remotionem negant: *Nisi ex causa approbanda prius ab ipsa sancta Congregatione Cardinalium, quæ certiorari debet, alioqui reuocatio erit nulla.* Et idem sentit, & se consuluisse dicit Alois. Riccius *in prax. decis.* 482. inquiens, legitimam reuocationis causam esse posse, quod Vicarius appareat insufficiens, vel negligens in exercitio officij sibi commissi: idem Riccius *in decis. Curiæ Archiep Neap. decis.* 187. *part.* 4. *& in collect. decis.* 5 *part. collect.* 1602. *in fin.* Rague. *de voce Canon. in Capitulo, quæst.* 37. *num.* 4. & Aug. Barb. *in tract. de Canonicis, cap.* 42 *num.* 47. *& in collect. ad Concil. pag.* 458. *num.* 18. *& in Pastorali*, 3. *part. alleg.* 54.
59 *num.* 171. vbi addit † hoc esse verum, etiamsi in nominatione dictum fuisset, quod posset reuocari, quoties Capitulo visum fuisset, ex Sell. *in select. cap.* 19. *num.* 43.

60 Sed contrariam sententiam, nempe † hanc reuocationem ad nutum fieri posse, tenent alij plures grauissimi Patres, quos refert Nicol. Garcia, nihil quoad hoc referre putantes inter nominatum à Capitulo sede vacante, vel nominatum ab Episcopo & reprobantes doctrinam Vgolini, dum dixit. illius electionem ex Concilij dispositione vires accipere. Est quippè certius, † Concilium nihil ex iure Capituli derogare hac in parte voluisse, sed solum ei modum eligendi præcipere, & præfigere, quo melius litium, & negotiorum expeditioni consuleretur; vt expresse docent Quaranta *vbi suprà num.* 2. Riccius *d. prax. decis.* 474. & Suarez, qui à sententia Vgolini discedit. *dicta sect.* 3. *n.* 13. Quam non iuuat Thomas Sanchez, † qui promiscuè loquitur de Vicario Episcopi, & Capituli, & dum eorum iurisdictionem à lege, vel Canone procedere inquit, ad assistentiam iuris pertinet, non autem negauit, tales Vicarios eam immediatè accipere ab Episcopis, vel Capitulis, qui eos nominant, & quorum vice funguntur, vt singulariter explicat Garcia *dict.* 5. *part. c.* 8. *num.* 24. & Narbon. *de appellat.* 2. *part. fundament.* 4. *num.* 30. Quò fit, vt iuxta regulas iuris communis reuocari possit, & † cessare debeat, vetante, & iubente eo, qui illam concessit, *l. iudicium soluitur* 58. *de iudi. iis*, *l.* 21. *titul.* 4 *& leg.* 47. *tit.* 18. *part.* 3. vbi Gregor. Lopez *gloss.* 7. provt & apertè in eisdem terminis decisum reperitur ab eadem sancta Congregatione Cardinalium, cuius verba refert Anton. Naldus *dict. verb. Vicarius, num.* 8. & sic habent: † *Vicarius Capitularis potest ad libitum Capituli, à quo fuit electus, amoueri, & illo casu tenetur intra octo dies alium constituere; aliàs enim ius deputandi deuoluitur ad Metropolitanum, & si ipsa fuerit Metropolitana, deuoluitur ad antiquiorem Episcopum.*

Et idem, eandem declarationem, & alias similes commiscentes, tenent Farin. 4. *parte, decis.* 102. Marcilla *in notis ad Trident. lib.* 4. *titul.* 3. *cap.* 3. Cerola *in praxi Episcop.* 1. *part. verb. Vicarius*, § 21. *vers. Secundum dictum*, Azor. 2. *tom. instit. moral. lib.* 3. *cap.* 37. *vers.* 18. & alij relati à Barbosa *in remiss. ad Concil. d. sess.* 24. *cap.* 16. *num.* 2. *& in tractat. de Canonicis, cap.* 42. *numer.* 48. vbi notabiliter inquit, † Vicarium deputatum à Metropolitano ob negligentiam Capituli in vim decreti Trident. *d. cap.* 16. posse ad eiusmodi nutum remoueri, & refert ita fuisse decisum *in Limana* 29. *Septemb.* 1623.

Quibus fauent tradita à Mastrillo *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 27. *numer.* 13. *&* 14. Iacob. Sbrozius *de Vicario Episcop. lib.* 3. *capit.* 32. *num.* 7. vbi hoc ampliat, † etiam si interpositum iuramentum fuisset de non reuocando, & testatur de communi praxi similium reuocationum, provt & facit Riccius *dict. decis.* 482. *num.* 4. sic inquiens: *Verum quidquid sit ex suprà dictis contrarium est tenendum in praxi, vt scilicet possit Vicarius Capitularis ad libitum Capituli amoueri.*

Quod certius & securius, meo iudicio, procedet, † quando tempore nominationis expressè de hac libera facultate reuocationis ad nutum Capituli actum, & pactum fuit, cum tunc contra nominatum obstare videatur, conuentionis exceptio, cui ipse consensit, iuxta *l. Imperatores, D. de iure fisci, leg.* 1. *D. de pact. & de const. pecun. l.* 1. *titul.* 16. *lib.* 5. *Recop.* cum traditis à Mantica *de conuention.* 1. *tomo, lib.* 12. *numer.* 32. Molino *de ritu nuptiarum, lib.* 1. *quæst.*

quæst. 49. *num.* 18. *& quæst.* 62. *num.* 23. & in nostris terminis Nicol. Garcia *in addition. ad dict. num.* 22. *vers. Sed licet, pag.* 63. vbi docet post Quarantam, quem refert, reuocationem permitti, quoties initio deputationis dictum fuit, vt gereret officium pro tempore voluntatis ipsius Capituli.

In qua opinionum diuersitate Ego hanc vltimam in puncto iuris veriorem existimo. Sed praxis admisit, † vt etsi reuocatio fieri possit, & de facto fiat, vbi tamen Vicarius ab ea tanquam iniusta appellat; vel per viam violentiæ ad Regia Tribunalia recurrit, manuteneri soleat, & cæteris remediis possessoriis iuuari, nisi iusta aliqua causa interuenisse probetur, quæ reuocationem suadeat, eo quod in re tam graui, & quæ electi existimationem concernit, etiam si reuocatio ex arbitrio, vel solo nutu nominantis dependeat, debet † hic secundum rationem informari, & moderari, vt post alios latè tradit Ioann. Gutierr. *lib.* 3. *practic. cap.* 11. Mastrillus *dict. lib.* 1. *de Magistrat. cap.* 27. Hieronym. Ceuallos *de violentiis,* 2. *part. quæst.* 62. *num.* 51. vbi inquit, iusta causa non interueniente, remotionem dolosam censeri, & alij, quos adduxi *suprà cap.* 8. *num.* 48. & nouissimè in eisdem nostris terminis loquens, nempe de officialibus nominatis à Capitulo sede vacante, D. Ioan. Bapt. de Larrea *discept. Granat. cap.* 2. *per tot.*

Quorum opinio fortius procedit in Vicario Capituli, † quem quidem negare non possimus in multis maiorem potestatem habere, quam Vicarium Episcopi; vt patet ex exemplis congestis à Genuense *d. cap.* 84. *num.* 26. *&* 29. Ioann. Gutierr. *d. cap.* 11. *num.* 10. vbi inquit, eum non indigere aliqua speciali commissione Capituli, cum Concilium illud arctet ad eius nominationem, & latius Sbroz. *d. tractat. de Vicar. Episcop. lib.* 1. *quæst.* 15. *num.* 8. *& lib* 2. *quæst.* 11. *num.* 2.

Et est aliud exemplum, † in auocatione causarum semel commissarum, quam licet possit facere Episcopus in pendentibus ante eius Vicarium, vt dixi *suprà cap.* 8. *num....* non tamen Capitulum sede vacante secundum opinionem Quarantæ *vbi suprà n.* 4. ibi: *In ipso deputationis actu posse itidem tunc, non autem postea,* licet Azor nullam inter dictos Vicarios distinctionem hac in parte admittere videatur 2. *tom. lib.* 3. *cap.* 37. *vers. Decimooctauo quæritur.*

Sed nunc succedit alia celebris quæstio, quam tetigi supra *cap.* 4. *num....* & in hoc tractatum promisi, videlicet, quid dicendum sit † de Prælato, qui ad aliam Ecclesiam transfertur, eiusque (vt moris est) gubernationem apprehendit ante Bullarum expeditionem, virtute litterarum Regiarum, quæ ad id expedire solent, an possit in ea, quam deserit, Vicarium relinquere? vel eo ipso eius iurisdictio, & administratio ad Capitulum pertinere incipiat, & sedis vacatio inducatur? Qui casus multoties contingit, & his proximis annis magnas turbas excitauit in Metropolitana Ecclesia insulæ Hispaniolæ. Eiusque resolutio pendet ex resolutione alterius, nempe † an ex sola translatione sedes vacare dicatur? In qua sanè tres casus mihi distinguendi videntur. Primus vbi translatus Bullis expeditis secundæ Ecclesiæ, quietam, & pacificam possessionem apprehendit, licet adhuc primæ de alio Pastore prouisum non sit. Secundus sic, necdum secundæ possessionem apprehenderit, litteræ tamen Pontificiæ ad eius instantiam expeditæ fuerint, & de eo translatus notitiam habuerit. Tertius, vbi litteræ expeditæ non sunt, vel necdum de earum expeditione constat, certum tamen est translatum suæ translationi expressum, vel etiam tacitum consensum accommodâsse, quod eo ipso fecisse videtur, quod ad nouam Ecclesiam iter arripuit.

Et in primo casu absque dubio dicendum, est † per adeptionem possessionis secundæ Ecclesiæ, primam vacare, quamuis huic alius Præsul designatus non fuerit, quia duas eodem tempore Ecclesias in sponsas habere non potest, *cap. inter corporalia, de translat.* Prælat. Azor 2. *tom. instit. moral. lib.* 6. *cap.* 16. §. *tertiò quæritur.* Et eo ipso quod secundam accepit, à prioris coniugio absolutus videtur, † cuius cura, 74 quamuis adhuc Pastore maneat viduata, non pertinet ad ipsum, sed ad Romanum Pontificem, & Capitulum sede vacante, vt latè per Nicol. Garcia *de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *&* 6. Et hoc est, quod dicimus, † translatum in 75 aliam ciuitatem, quodammodo dici esse mortuum, quoad Ecclesiam primam, quia in ea desinit esse Prælatus, vt per text. & gloss. *in cap. in apibus,* §. *ecce* 7. *quæstion.* 1. *cap. si quis translatus* 21. *quæst.* 2. *cap.* 2. *de translat.* Prælat. *cap.* 2. *de rescript. lib.* 6. Clement. *fin. de procurat.* gloss. *verb. Moriatur, in cap. si cui, de præbend. lib.* 6. cum multis aliis, quæ post ordinarios, in eisdem iuribus tradit Panuin. *de offic. & potest. Cap. sede vacante, prælud.* 7. *& vltimo, numer.* 7. Paulus Fuscus *in singul. litt. E, num.* 29. Ioann. Vincent. de Anna, Fabius de Anna, Mastrillus, & alij, quos nouissimè refert D. Valençuela *consil.* 190. *num.* 7 *& seqq.* 76

In secundo autem casu grauis est inter iuris Canonici Intepretes controuersia. Nam plures existimant † posse Episcopum translatum etiam 77 si suæ translationis, per Romanum Pontificem admissæ, notitiam habuerit; imo & Bullas iam receperit, continuare iurisdictionem, & administrationem prioris Ecclesiæ per se, vel per suum Vicarium, quousque ad secundam peruenerit, eiusque possessionem virtute litterarum Apostolicarum acceperit, neque ante prioris sedis vacationem induci, quia nec propriè eousque translatus esse videtur, vt constat ex gloss. *in d. cap. si quis translatus, cap. cum in cunctis,* § *cum verò, de elect.* Hostiens. *in cap. olim, el* 1. *de rest. spol.* Felin. *consil.* 40. *col.* 1. *& in cap. eam te, de rescriptis, num.* 8. *vers. Et dicitur translatus,* Roman. *consil.* 345. *numer.* 17. Ioann. Monach. & Philipp. Probus, qui ad partes quæstionem examinat, *in cap. generali, post numer.* 10. *de election. lib.* 6. Rebuff. *in praxi, tit. de deuolution. num.* 70. Hojeda, Azor, Parlador. & aliis, quos refert Nicol. Garcia *d. cap.* 6. *numer.* 40. subiiciens *num.* 41. hanc opinionem in Hispania frequentius de consuetudine seruari, quia quamuis Episcopi ex die translationis per Pontificem approbatæ, non faciant suos fructus primæ Ecclesiæ, sed secundæ, neque possit prouidere de beneficiis in illa vacantibus, administrant tamen, & iurisdictionem exercent, in ea, & in eius possessione permanent, donec

poſſeſſionem ſecundi Epiſcopatus adipiſcantur, vel promotus ad primum, poſſeſſionem eius capiat,& pro hoc aliqua exempla adducit,à ſupremo Cameræ Conſilio dari ſolere prouiſiones inquit,vt non antè in prima Eccleſia ſedens vacans publicetur, quam in ſecunda eſſet accepta poſſeſſio.

78 Pro quo facit,quod nullum obtentum † beneficium, quamuis ſit incompatibile cum ſecundo, vacat, niſi poſt adeptam poſſeſſionem pacificam ſecundi, gloſſ. *in Clement.* 1. *verb. Collatio, vt lit.pendent.* Gomezius *de ſpectatiuis, num.* 63. *&* 68. & plures alij relati ad Cerola *in praxi, verb. Vacatio*, §. 1. & Nicol. Garcia *d. part.* 11. *cap.* 5. Et idem contingit in benefi-
79 ciis, quibus antea fruebatur † is,qui ad Epiſcopatum promouetur; quandoquidem illorum gaudium,& poſſeſſionem non amittit,quouſque cum effectu in Epiſcopatus poſſeſſione conſtitutus ſit,*cap.cum in cunctis* 7. §. *cum vero, de elect.* Oldrad.*conſ.*14. *poſt princip.* Roman. *conſ.*335. *n.*1.text. *in cap.licet,de præbend. in* 6. *cap. ſi qui Epiſcopi, diſt.* 90. cum aliis adductis à Gratian. 2. *tom.diſcept.forenſ. cap.*296. *num.*1. & Garcia *vbi ſuprà cap.*6. *ex num.*1.

80 Sed in contraria ſententia, † & ſic quod primus Epiſcopatus ſtatim vacet per tranſlationem ad ſecundum, & abſolutionem à primo factam à Papa, accedente ipſius tranſlati conſenſu, etiam non adepta poſſeſſione ſecundi, tenet poſt alios,Abb.*in cap.fin.n.*13.*de poſtul.Prælat.* & latius *conſ.*101. *vol.*2. Panuin. *de prælud. vlt.num.*7.*&* 2 *part.quæſt.*8.*num.*30. Gregor.Lopez *in l.*3. *tit.*16.*part.*1. gloſſ.penult.Mandoſius *de ſignat.gratiæ, tit. de tranſlat. verſ.* 2. *& ſeqq.* Franc. Marcus *deciſ.* 1098. & plures alij, quos refert Maſcard. omninò videndus, *de probation. concluſ.*183. *num.* 11. *&* 33. ibi; *Prior opinio locum habet in beneficiis, & dignitatibus maioribus, vt in Epiſcopatu, qui etiam ſine adeptione poſſeſſionis ſecundi Epiſcopatus, per ſimplicem tranſlationem ſuprà dictam, vacare dicitur*, & Nicol.Garcia *d.cap.*6.*num.*39. & vltra eos Calderin *conſ.*10. *de ſent. & re iudic.* vbi multum in
81 noſtris terminis ait: † *Sententiam latam per Vicarium tranſlati, non valere, quia ab eo dicitur abdicata poteſtas, & hoc habere locum, quamuis idem Vicarius eſſet ignarus tranſlationis*, Ioann. Andr. Ægid. Crem. Ioannes, Monachus, Philippus, Probus, & alij *in cap. quod ob gratiam, de regulis iuris,in* 6. Cæſar. Ottinel. *in tract. de fruct. Eccleſ. poſt tranſlat. percip.* Stephan. Gratian. omnino videndus, *dict. cap.*296. *num.*17. *& ſeqq.* vbi inquit, nihil referre, quod conſenſus Epiſcopi præcedat, vel ſequatur abſolutionem factam à Papa à vinculo, quo primæ Eccleſiæ tenebatur, vel quod apprehenſa fuerit poſſeſſio, vel non. *Et mox num.*19. ſubdit: *Ex quo ſequitur, quod ſtatim Epiſcopo tranſlato, non tenent geſta Vicarij poſt tranſlationem, etiam ab eo ignoratam, cum enim, vt dictum eſt, ſit abdicata Epiſcopo omnis poteſtas, non operatur ſcientia, aut ignorantia Vicarij. Nam ipſo facto, quando Epiſcopus eſt tranſlatus, ſpirat officium Vicarij, abſque alia certioratione, &c.* Scipio Rouitus *conſil.* 32. *num.* 2. *&* 4. *volum.* 2. Dom. Valençuela, qui eos refert & ſequitur, *dict.conſil.*190. *numer.* 10. *&* 11. & nouiſſime Iulius Laborius in variis lucubrat. *titul.* 4. *de electhion. Canon. cap.* 25. *num.* 17. vbi expreſsè tenet, quod ſi Epiſcopus transferatur de vna Eccleſia ad aliam: † *Prima dicitur vacare ſtatim, ac ab illius vinculo abſoluatur in Conſiſtorio Sanctitatis ſuæ, etiam quod non ſint expeditæ litteræ, nec capta poſſeſſio.*

Et *num.* 19. bene reſpondet ad obiectionem, quæ fieri poterat de beneficiis, quæ tranſlatus habet, quæ vt omnes communiter fatentur non vacant, niſi poſt adeptam poſſeſſionem Eccleſiæ, ad quam transfertur, vt per Garciam *dict. cap.* 6. *num....*inquiens, † rationem diſcriminis eſſe: *Quia iſta beneficia non vacant per abſolutionem à vinculo, provt vacat primus Epiſcopatus, ſed per adeptionem Epiſcopatus, ex gloſſ. in cap. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. & cap. de multa, de præbend.* Aliam etiam ſolutionem tradit, eandem ſententiam ſequens, & luculenter amplificans Maurit. Alzedus *in prax. Epiſcop.* 1. *part. cap.* 3. *num.* 91. ſic multum in noſtris terminis inquiens: *Si fortè aliquis dixerit aſſertionem noſtram errorem continere, ex eo quod beneficia electi non vacant, niſi adepta poſſeſſione Epiſcopatus. Reſpondeo, id diſpenſatiue fieri, ne electus mendicet, & vt habeat, vnde ſe alat, quod iuſtiſſimum eſt, & iuri conſonum: ſed quod adminiſtret ibi nullam iuriſdictionem habeat, contra iuris præcepta eſt, & in præiudicium Capituli, cui in tali vacanti adminiſtratio competit, & etiam Vicarium deputare Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 16. *Et intereſt, quod ſit in ſuſpenſo, donec alterius Epiſcopatus poſſeſſionem apprehendat, quam quod in meſſem non ſuam falcem mittat. Nam iam prioris Eccleſiæ Epiſcopus non eſt, ſed perſona priuata, cum ab inſtanti ſuæ confirmationis deſineret eſſe, quod antea erat, & quoad primam Eccleſiam cenſetur mortuus quo ab illa hora, &c.*

Quod valdè iuuat declaratio S. Congregat. Cardinal. relata à Proſper. Auguſt. *in addition. ad Quarant. diction. verb. Capitulum ſede vacante, in princip. pag.* 520. cui cum propoſitum fuiſſet, † ex quo die currere inciperet terminus octo dierum, poſt mortem Epiſcopi præſcriptum Capitulo, ad conſtituendum Vicarium ex decreto Concilij, de quo *dict. cap.* 16. declarauit: currere, ex die ſcientiæ tranſlationis Epiſcopi ad aliam Eccleſiam poſtquam à ſummo Pontifice fuerit iam abſolutus à vinculo prioris Eccleſiæ, quia tunc propriè dicitur vacare ſedes per tranſlationem etiam ante adeptam poſſeſſionem ſecundæ Eccleſiæ, & tunc ceſſare adminiſtrationem, & fructuum perceptionem.

Et certius reddetur, vel omnino planum, ſi verum eſt, quod tradit Alzedus *vbi ſuprà num.* 94. vbi ex relatione grauiſſimorum virorum refert: † *Expeditum iam eſſe Breue Pontificium, in quo Epiſcopis prohibetur adminiſtrare, vel aliqua exercere, poſtquam ſuæ tranſlationis certam notitiam habuerint.* Et quod ad rixas, & contentiones vitandas, † prudentes Præſules, quando de tranſlatione notitiam habent, à priori Diœceſi ſe abſentant, & in patria ſua, vel alterius Epiſcopi amici, litteras confirmationis expectant. Quam opinionem Ego in puncto iuris veriorem, & in foro conſcientiæ ſecuriorem exiſtimo, quamuis Nicol. Garcia *d. cap.* 6. *num.* 41. tot exempla ſanctioris,

&

Sanctioris, & Secretioris Consilij Castellæ referat, in quibus contrarium declaratum fuit, quæ forsitan magis attenta status, & pacis publicæ ratione, quam stricti iuris obseruatione, emanarunt.

Tertius verò casus ex his, quæ diximus in secundo, decisus videtur. Nam si prioris opinionis DD. possessionis adeptionem secundi Episcopatus requirunt, vt primus vacare dicatur. Et hanc vacationem posterioris ex sola vi translationis, & absolutionis à Pontifice factæ, induci contendunt. Omnes vtique † in eo conuenire videntur, vt non nisi hac absolutione sequuta iurisdictio, & administratio primi Episcopatus expiret, & ad Capitulum transferatur. Pro quo est veluti expressa declaratio S. Congregationis, cuius modò meminimus, & stylus Curiæ ab antiquo seruatus, de quo testatur Alzedus vbi *suprà*, *num.*91. vers. *Comprobatur*, qui obseruat, vt facta demum absolutione vinculi prioris Ecclesiæ, interueniente translati consensu, vt semper fit, inducatur voluntaria eius resignatio, & sedis vacatio, *cap. sicut alterius* 7. *quæst.* 1. & quantum ad se priore priuetur Ecclesia, & dicatur mortuus ab illa hora, qua transfertur, *dict. cap. in apibus*, §. *ecce*, & ibi glossa, *verb. Defuncto* 7. *q.* 1. *l. actione*, §. *publicatione*, & ibi gloss. *verb. Pro mortuo*, *D. pro socio*, Stephan. Gratian. *dict. cap.* 296. *num.* 16.

Sed licèt hoc in Hispania, & in aliis prouinciis defendi, & practicari possit, & debeat, in quibus translatus primæ Ecclesiæ insistit, & nouam nec petit, nec appetit, quousque litteras, siue Bullas Pontificias suæ translationis, siue promotionis acceperit, & præsentauerit. In his tamen Indiarum, † in quibus (vt sæpè diximus) consuetudo viget, quod Episcopi, de quorum translatione agitur, ex sola Regis, tanquam Patroni, nominatione proprias Ecclesias deserant, & ad eas, ad quas promouentur gubernandas, iter arripiant, non iniustè tentari posset, ex hac sola primi Episcopatus renuntiatione, quam per hanc actionem facere videntur, penitùs se ab eius iurisdictione, & administratione abdicasse, ita vt neque per se, neque per suos Vicarios ampliùs illam gerere possint, sed omnimoda sedis vacatio inducatur. Nam planum est, quòd quemadmodum in aliis rebus, ita & in beneficiis, † ius suum renuntians expressè, vel tacitè illud amittat, & ciuilem & naturalem possessionem, neque ampliùs illud repetere, vel recuperare possit, *cap. solitæ*, *cap. accepta*, & *cap. audita*, *de restit. spol. cap. ex transmissa*, *de renunt.* cum aliis, quæ latè adducit Gabr. *tit. de restit. spoliat. conclus.* 1. *limit.* 6. *num.* 57. Gallerat. *de renunt. lib.* 2. *cap.* 5. *num* 5. *tom.* 1. & *tom.* 2. *centur.* 1. *fol.* 189. *num.* 14. & Flamin. Paris *de resignat. benef. lib.* 1. *quæst.* 3. Porrò † consensum translationi præbuisse, quædam renuntiatio est, vt in specie declarat Abbas *consil.* 101. *num.* 3. & 4. *vol.* 2. Franc. Marc. *decis.* 1098. *part.* 1. & Gratian. *dict. cap.* 296. *num.* 16 qui consensus, si verbis expressus sufficeret, † multò magis potenter declaratur ex actu, maximè quandò est voluntarius, non etiam necessarius, aut coactus, *l. neque*, *D. de in ius vocand. l. si tamen*, §. *ei*, *qui dicit*, *D. de edilit. edict.* latè Gallerat. *d. tract. de renunt. lib.* 5. *cap.* 1. *numer.* 53. & Viuian. *de iure patron. libr.* 6. *capit.* 1. *numer.* 40. ibi: † *Et forma renuntiationis est declaratio* 92 *nudæ voluntatis à renuntiante facta, itaque declaratio voluntatis expressè per aliqua verba, vel tacitè per quodpiam factum dat esse renuntiationi, vtpotè, quæ est forma illius, & forma dat esse rei, &c.*

Quibus non obstat, si ex aduerso † obii- 93 ciatur, renuntiationem in casu, de quo loquimur, in manibus superioris fieri debere, & aliter factam, vel ab eo non admissam, esse nullam, vt in cap. admonet, cum similibus, de renunt. Maximè in nostro casu, vbi requiritur expressa absolutio Pontificis à vinculo, vel coniugio prioris Ecclesiæ, vt suprà retulimus. Nam id verum est, quod attinet ad superioris præiudicium, cui talis renuntiatio non nocet, secus tamen quod ad renuntiantem, in cuius præiudicium valida est, & ei nocet, & ita † non potest ad beneficium sic re- 94 nuntiatum sine licentia Superioris redire, vt per gloss. Innocent. & alios in cap. quod in dubiis, de renunt. latè Paris. *de resig. lib.* 7. *q.* 1. *n.* 12. & 51. & Gallerat. *d.* 2. *to. cent.* 1. *num.* 9. vbi dicit, ab hac conclusione non esse recedendum in consulendo, & iudicando.

Præsertim, † quia ita translatus, † eo ip- 95 so, quòd accipit nominationem Regis, & in eius executionem ad nouam Ecclesiam properat, iam ei præstat consensum ad renuntiationem faciendam in manibus Papæ, quàm posteà ratam habens, semper videtur ei consensisse, † siqui- 96 dem ratificatio retrotrahitur ex voluntate ratificantis, vt notat Bald. *in l. si fundus*, §. 1. *D. de pignor.* Lambert. *de iure patronat.* 2. *part. lib* 2. *art.* 5. *quæst. princip.* ibi: *Et eo ipso, quòd præsentare se patitur, consensit, semper dicetur renuntiare post consensum*, &c. Gallerat. *vbi suprà lib* 5. *cap.* 12. *num.* 13. Et magis in nostris terminis Gratianus *dict. cap* 296. *num.* 17. vbi inquit: † *Quæ adeò vera sunt, vt sufficiat,* 97 *quòd consensus Episcopi præcedat, vel sequatur absolutionem factam à Papa à vinculo, quo prima Ecclesia tenebatur; cùm regulariter Papa non ignoret, quòd similes consensus solent præcedere, vel subsequi, & quocunque modo præstentur, refertur ad supplicationem signatam, vel signandam.* Et idem docet Cassad. *decis.* 3. *num.* 2. & 3. *de renunt.* & facit *text. in cap. cura*, & *cap. suggestum*, *de iure patronat.* & alia, quæ tradit *decis. Rotæ* 5. *sub tit. de rerum permutat. in nouis*, & est elegans cons. Abb. & Calder. *vbi suprà*, vbi defendunt, non vacasse quendam Episcopatum promoti ad Cardinalatum, quia talis promotio fuit facta sine eius voluntate, sic supponentes, quòd si consensisset, statim induceretur vacatio, vt per eundem Abbat. *in cap. fin. de post. Prælat. col. penult.* & *seqq.* Barbos. *in collectan. ad eundem text.* Roman. dict. *consil.* 145. *in* 1. *art. num.* 16. & 17. Panuin. *dict. prælud. vlt. num.* 98. idem Roman. *consil.* 140. *num.* 6. vbi ait, † vacationem pri- 98 mi beneficij introduci, etiam non attento consensu translati: *Quando constat Pontificem Maximum voluisse illum transferre, etiam inuitum, veluti quando transfert aliquem intuitu Ecclesiarum, vt quia illi Ecclesiæ magis expedire videtur.*

Et ratio suprà dictorum, etsi à dictis Auctoribus non exprimatur, ea reddi potest, quoniam

99 niam † contrahitur matrimonium inter electum,
& Ecclesiam, siue eligentem, statim atque ad
illam eligitur, etiam ante confirmationem, vt
docet Abb. *in c.2. & 3. per text. ibi de translat.*
*Episc. n.*39. vbi etiam Innoc. Lapus *alleg.*75.
quem refert Lambert. *vbi sup. 2 par. lib.2. art.*
100 9. *quæst.*3. *num.*3. vbi ait, quòd † in præsentatio-
ne contrahitur matrimonium spirituale de futuro,
quod perficitur, & consummatur per confirma-
tionem Pontificis, vt doctè etiam aduertit Azor.
dict. libr. 6. capit. 16. §. *Tertiò quæritur*, &
nouissimè Farin. *decis.* 474. *numer.* 6. vbi be-
nè monet, super hoc articulo semper esse viden-
dum, & menti tenendum *dict. cons.*101. Abbat.
ex quo etiam alià ad propositum sumpserunt
Francisc. Marcus, & Gratian. *vbi suprà*, lo-
quentes etiam in casu consensus non præstati.
Nedum in hoc, de quo agimus, vbi adeò expres-
sus est per arreptionem itineris ad secundam Ec-
101 clesiam, vt omittam, quòd † sicut electus intra
mensem tenetur consentire electioni, ita præ-
sentatus intra idem tempus debet acceptare
præsentationem, aliàs non valet præsentatio,
ex notatis *in cap. si tibi absenti, de præbend.*
*lib.*6. & per Viuian. *de iure patron. par.2. lib.*
12. *cap.*4. *num.*16.

Et sicut sine licentia Papæ non potuit trans-
102 ferri ad aliam Ecclesiam, † ita sine eadem li-
centia non potuit primam deserere, nisi admitta-
mus, quòd eam renuntiauit, & aliàs vtraque
priuandus veniret, sicuti quilibet alius † Præla-
103 tus, qui propria auctoritate se ad aliam transfert,
vt est text. expressus *in cap quanto, de translat.*
Prælat. & docet Ruinus *cons.*121. *num.*19. *tom.*
4. & Melius Nicol. Garcia *de benef. par.*11. *ca-*
*pit.*6. *num.*17. & Ceuallus *comm. quæst.* 9.585.
*num.*1. *&* 10. Neque ab hoc scrupulo excusabi-
tur ob facultatem Regiam ad aliam Ecclesiam
administrandam, quia solus Papa potest facere
transmutationes, & translationes, vt dixi su-
prà cap.5. Et sic melius est, † quòd nitatur in
104 licentia Pontificis, saltem præsumpta, ad quam
præsupponitur, quòd iam à primo Episcopatu
erat absolutus.

Quæ omnia hunc tertium casum satis diffici-
105 lem reddunt, & † de eo, vbi occurrerit, amplius
deliberandum erit, vel à summo Pontifice decla-
ratio petenda, vt cessent rixæ, & contentiones,
quæ eius causa quotidie oriuntur. Et quia cer-
tè durum, & nimis graue videtur, vt velit quis
eodem tempore in prouinciis, & regionibus
adeò distantibus eodem tempore administrare.
106 Et sanè nescio cur † post eius absentiam magis
fidendum sit de Vicario, quem ipse reliquerit,
quàm de Capitulo, quod sede vacante, & iux-
ta iuris communis regulas in se translatam esse
eius iurisdictionem, & administrationem conten-
dit.

Quamvis non ignorem multis, & grauis-
simis viris damnosam: ac periculosam visam
107 fuisse † sedis vacantis administrationem, at-
que adeò, quoad fieri possit, restringendam
propter inconuenientia, quæ ex multorum gu-
bernatione sæpè resultant, Petr. Greg. *libr.* 5.
de Rep. c. 3. *text. in cap. ne pro defectu* 41.
de elect. vbi Baldus inquit, quòd Ecclesia va-
cante lupus exultat, *cap. oblatæ* 57. iuncta
gloss. *verb. Periculum, de appellat. cap. quam*
sit periculosum 6. *de elect. lib.6. cap. quia sæ-*
pè, eod. cum notatis à Bertachin. *in tract. de*
*Episcop. lib.*1. *in princip. numer.*5. Homer. 2.
Iliad.

Multos imperitare malum est. Rex vnicus esto.

Lactant. *de ira Dei*, & plura tradens Adam Contzen *in Polit. lib.*1. *cap.*21. Et ita inter miserias populi Israël apud Oseam *cap.*3. illa velut præcipua refertur, quòd multis annis cariturus sit Principe & Rege. Et in iure Canonico multum † prospectum fuit breuitati huiusmodi vacantium Ecclesiarum, & vt intra tres menses de Pastore prouiderentur, *dict. cap. ne pro defecta, l.*10. *tit.*5. *part.*5. cum aliis traditis à Durando *in tract. de modo congreg. Concil. Gener. rubr.*46. Mandagotus *in tract. de elect. in princip.* & Menchac. *lib. controuers. cap.*51. *num.*38. *pag. mihi* 421. vbi refert Canonem Concilij Toletani 12. † qui propter diuinorum officiorum offensionem, quæ ex his vacantibus resultabat, concessit Toletano Pontifici Episcoporum omnium confirmationem, quos Regalis potestas elegisset. Et † hæc est ratio decidendi ad Clement. *dispendiosam de iudiciis*, Clement. *sæpè, de verbor. signif.* & alia iura, quæ dicunt, in causis electionum breuiter, & de plano procedendum esse, propter periculum, scilicet Ecclesiæ vacantis. Et eadem mouit Ioan. Garc. *in tract. de expens. capit.*20. *numer.*14. *fol.*211. vt post disputationem plurium quæstionum de his, quæ Capitulum sede vacante facere potest, & vtrùm salaria ex bonis, & reditibus Episcopatus constituere, ita concludat: † *Et quia multa insolita solent sede vacante fieri, vtinam dominus noster Rex sede vacante gubernationem susciperet. Scio rem futuram Reipublicæ saluberrimam, &c.*

Quod iustificat consuetudinem Portugalliæ, † per quam electi capiunt gubernationem Ecclesiarum ante confirmationem, vt per Oldrad. *consil.*9. *num.*5. & Tusch. *litt.P. conclus.*384. *vol.*6. quorum memini *sup. cap.*7. ad iustificandam similem consuetudinem in nostris Indiis receptam. In quibus † sæpesæpiùs de his sedibus vacantibus tollendis pluribus schedulis actum est, cum graui commemoratione, & dolore damnorum, quæ earum occasione contingunt. Et tandem in Ecclesia Metropolitana de Manila id à Pontifice maximo per Regios legatos obtentum fuit, gubernatione vacantis ad viciniorem Episcopum deuoluta. In aliis verò licèt instanter pro eodem, vel alio medio eligendo Proreges scripserint, pro rei grauitate comperendinatum, interimque eis iussum, vt plurimum actionibus Capitulorum sede vacante attenderent, Capitularesque ad ritè, & rectè procedendum sub priuatione gratiæ Regiæ Maiestatis commune facerent, vt constat ex sched. dat. Pardi 24. Nouembr. ann. 1618. directa ad Peruanum Proregem Dom. March. de Montesclaros, & alia Matr. 17 Martij ann. 1619. ad Dom. Principem Squillacensem. Et extat alia nobilior dat. Matr. 5. Decembr. ann. 1608. ad Archiepiscopum Limanum scripta, quæ damna, & miserias deprauatæ gubernationis sedium vacantium recenset, & grauiter notat, ac dolet, iniungitque eidem † Archiepiscopo: *[illegible] pues por el derecho Canonico està proueido, y ordenado lo que el Metropolitano puede, y debe hazer, auiendo negligencia, y mal gouierno en las sedes vacantes, que en llegando y succediendo el caso, vse del dicho derecho, y juridicion que por èl se le dà, para remedio de los dichos daños, procurando que*

los

los dichos Cabildos procedan en todas sus acciones como conuiene, sin dar la nota de si que por lo passado hon dado,&c. quæ schedula sumpta videtur *ex cap. Pastoralis* 11. *de offic. ord. cap. sicut num.* 25. *de accusat.* gloss. *in summa,& in cap. fin. verb. Negligeres* 9. *q.* 3 quorum iurium meminit Quaranta *in summ. Bullarij, verb. Archiepiscopi auctoritas, n.* 21. & D.D. Feliciani à Vega Episcopus Pacensis, *in cap. cæterùm, de iudic. n.* 32. & 33. vbi etiam dictam sched. refert, & se dum Vicarius Limanus esset, *plures querelas admisisse aduersus aliqua Capitula Ecclesiarum suffraganearum in casu, quo allegata fuit negligentia in administratione iustitiæ.*

Ex quo, vt ex aliis apparet, quanta cura, & sollicitudine Reges nostri Ecclesiasticis rebus fouendis, & fauendis inuigilent, † & præsertim tempore sedis vacantis, in quo lupus exultat, vt inquit Bald. *in d. cap. ne pro defectu, de elect.* Vnde tunc Ecclesiæ viduatæ sub maiori cura & protectione eorundem Regum, tanquam talium, & tanquam Patronorum ipsarum, esse debent, vt benè considerat Matth. de Afflict. *ad Const. Regn. Neap. lib.* 3. *rubr.* 28. *n.* 1. & Cabed. *decis. Lusit.* 84. *n.* 2. Quod etiam efficit, † vt quamdiu vacant Ecclesiæ Cathedrales nullum possit contra eas præiudicium generari, & multòminus contra iura, & dignitatem Episcopalem, *c.* 1. *c. de quarta,& c. auditis, de præscrip.* vbi DD. *c.* 1. *& per tot.* ne sede vacante, gloss. *verb. Debeant, in cap. edocere* 21. *de rescript.* Abb. *in cap. verum* 7. *num.* 3 *& 7. de foro compet.* & nouissimè D. Valençuela *cons.* 121. *num.* 166. & 167. *vol.* 2.

CAPVT XIV.

De Præbendariis Cathedralium Ecclesiarum Indiarum, & in quibus conueniant, vel differant ab iis, qui in Ecclesiis Hispaniæ deseruiunt, & an Episcopi in eorum causis cum adiunctis procedere debeant.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, & Capitulum vnum corpus faciunt in Ecclesia Cathedrali.*

2 *Capitulares Ecclesiæ Cathedralis, appellantur fratres, & Collaterales Episcoporum, & alia de eorum honore, & dignitate.*

3 *Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Collegialiter congregatum, easdem præcedentias, & honores habet, quos Episcopus.*

4 *Capitula Ecclesiarum Indiarum, ex quibus præbendariis constent.*

5 *Curatus Cathedralium solet aliquando in Ecclesiis Indiarum præbendis adiungi, vbi illæ sunt tenues.*

6 *Dignitates Ecclesiarum Cathedralium regulariter non sunt de corpore Capituli, secus in Ecclesiis Indiarum.*

7 *Dignitates in Ecclesiis Indiarum nunquam aggregari solent Canonicatibus.*

8 *Portionarij qualiter olim vocarentur? & an sint de corpore Capituli, & de lite Portionariorum Ecclesiæ Quitensis.*

9 *Portionarij, stante statuto, vel consuetudine, possunt dici, & esse de corpore Capituli, & gaudere iuribus, effectibus, & priuilegiis aliorum Capitularium.*

10 *Capituli sede vacante appellatione, quando veniant Portionarij.*

11 *Portionarij quando gaudeant priuilegio adiunctorum, & possint in coniudices eligi, & decisiones Rotæ de hoc agentes.*

12 *Portionarij, vt sint, & dicantur de corpore Capituli, non sufficit, quòd in eo in aliquibus rebus, vel casibus vocem habeant.*

13 *Capitularem esse, aliud est, aliud esse de corpore Capituli.*

14 *Portionarij, qui, & quando gaudeant priuilegio adiunctorum, iuxta declarationem sacræ Congregationis Cardinalium, quæ refertur.*

15 *Præbendæ Ecclesiarum Cathedralium Indiarum habent annexam obligationem Ordinis sacri.*

16 *Gradum Doctoratus, Magisterij, aut Licentiæ, quæ præbendæ Indiarum requirant.*

17 *Archidiaconatus dignitas quando gradum requirat.*

18 *Scholastria quando gradum requirat.*

19 *Præbendarum Indiarum tota massa, vel grossa in distributionibus consistit, & quod id licitè fieri possit, & quare.*

20 *Distributiones quotidianæ præbendarum, solùm dantur præsentibus, & interessentibus.*

21 *Studiorum causa absentes an lucrentur distributiones quotidianas, maximè vbi tota massa consistit.*

22 *Ecclesia ad sui regimen indiget viris litteratis.*

23 *Distributiones quotidianæ habentur loco fructuum, vbi tota grossa in illiis consistit, & debentur studentibus, quia tunc propriè non sunt distributiones.*

24 *Eugeniana constitutio, quid in studentium fauorem induxerit.*

25 *Academia Limana & Mexicana habent omnia priuilegia Salmantinæ.*

26 *Eugeniana extenditur ad omnes Vniuersitates approbatas, & non solùm ad studia Theologiæ, verùm & Iuris Pontificij.*

27 *Declaratio Cardinalium adducitur pro lucrandis distributionibus ab studentibus, quando in illis tota massa consistit.*

28 *Distributionum, in quibus tota grossa consistit, saltem tertiam partem detrahendam esse studentibus, affirmant plures, qui reprobantur.*

29 *Distributiones grossæ exceptis incertis prouentibus lucrari ab studentibus declarauit S. Congregatio Cardinal. cuius verba referuntur.*

30 *Studentes, vel docentes iuris interpretatione abesse non videntur ab Ecclesiis, in quibus alias residere debent, & quare.*

31 *Casus Limæ contingens circa residentiam cuiusdam præbendarij, qui simul erat Cathedraticus Primarius Iuris Canonici refertur.*

32 *Docentes in publica Vniuersitate, etiam in eadem vrbe, in qua sita est Cathedralis, qualiter gaudent fructibus, & distributionibus suarum*

suarum præbendarum, quamvis non resideat & declarationes Cardinalium contrariæ in hoc articulo, & qualiter conciliari possint.

33 Canonicus Theologalis, siue sacræ Scripturæ, quas distributiones lucretur, etiam si propter onus lecturæ non resideat.

34 Canonico Theologali, quæ distributiones Limæ dari iussæ sint, etiam non resident.

35 Distributiones quas dandas putet Auctor Cathedraticis præbendariis in Ecclesiis Indiarum.

36 Studium generale quod dicatur.

37 Causa qualibet iusta, & legitimi impedimenti excusat à non residendo.

38 Canonicus noui Regni, & Portionarius Tlaxcalensis fuerunt excusati à residentia ob detentionem in seruitio Regis.

39 Regi, qui inseruiunt, vel ad eius vocationem veniunt, pro præsentibus habentur, quia ei parere tenentur.

40 Præbendariis Indiarum magis, quàm alij, Regi obedire debent, & quare.

41 Canonicatus Doctoralis, Magistralis, Theologalis, & Pœnitentiarius, qualiter creari iussi fuerint in Ecclesiis Cathedralibus, & quomodo practicetur in Ecclesiis Indiarum.

42 Nominatio ad Canonicatus, quos vocant oppositionis, an clausa, vel aperta à Prælatis Proregibus, tradenda sit.

43 Canonicatus oppositionis, in quibus Ecclesiis Indiarum hodie creati sint.

44 Vicarius generalis, absente Episcopo, an possit interesse lectionibus Canonicatuum oppositionis, & in eorum nominatione vocem habere.

45 Schedulæ, agentes de praxi electionis Canonicatuum oppositionis, sunt accipiendæ secundùm intellectum, & dispositionem Concil. Trid.

46 Vicarij, & Episcopi eadem est iurisdictio, & auctoritas in his, quæ sunt de iurisdictione ordinaria.

47 Episcopi sub nomine regulariter venit eius Vicarius generalis, etiam si causæ Episcopis tantum committi dicantur, nisi specialiter Vicarij excludantur.

48 Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. & 6. expenditur, & declaratur, & in sess. 24. de reform. matr. cap. 20.

49 Vicarius generalis ex speciali delegatione Episcopi benè posset interesse electioni Canonicatus oppositionis, etiam si ipsi Episcopo tantùm id commissum esset.

50 Capitulum sede vacante succedit in iure interessendi, & nominandi Canonicatus oppositionis.

51 Episcopus in electione Canonicorum oppositionis, & in aliis, quæ in Capitulo proponuntur, vnam tantùm vocem habet, sed in pari numero votorum vincit, qui pro se Episcopum habet.

L. si quis Attio, D. de vsufruct. accresc. illustratur, ibidem.

52 Episcopus an solus, vel simul cum Capitulo administrare debeat bona fabricæ Ecclesiæ Cathedralis.

53 Capitulum sine Episcopo, an, & quando possit disponere de bonis fabricæ, vel mensæ Capitularis.

54 Episcopi fundant iurisdictionem in visitatione omnimoda suorum Canonicorum, etiam regularium.

55 Episcopus non indicat de causis inter ipsum & suos præbendarios motis.

56 Causa in propria non iudicat Episcopus, & id tantùm licet Principibus superioribus. Et Breue, quod super hoc impetrauit Ecclesia Limana.

57 Episcopi qualiter olim cognoscerent, & hodie post Trident. cognoscant de causis criminalibus suorum Capitularium, & cum Adiunctis.

58 Adiuncti, qua ratione dati fuerint Episcopis in cognitione causarum criminalium suorum Capitularium.

59 Adiunctorum introductio fauorabilis potiùs, quàm odiosa censenda est, & quare.

60 Concil. Trid. in iurisdict. Adiunctorum cauit se nolle reuocare iura, quæ anteà habuerunt Episcopi.

61 Episcopi Indiarum prætendunt in illis, tanquam nouiter erectis, non esse procedendum cum adiunctis,

62 Consuetudo excusans consensum Canonicorum in procedendo per Episcopos contra alios Canonicos, valida est.

63 Ecclesiæ Indiarum ferè omnes erectæ sunt post publicationem Tridentini.

64 Exemptiones species quædam est restrictio procedendi cum adiunctis, & non præsumitur, nisi probetur.

65 Episcoporum pro iurisdictione in dubio stare debemus, & quare.

66 Concil. Trid. decisio sess. 25. cap. 6. de adiunctis, solùm videtur loqui de Capitulis exemptis, & declarationes, quæ id insinuant.

67 Adiunctorum vsus in Ecclesiis Indiarum, quibus ex causis aliquibus denegandus videatur.

68 Episcoporum auctoritas infringi, vel minui videtur datis adiunctis.

69 Imperij ratio non aliter constare potest, quàm si vni reddatur.

70 Adiunctorum vsus, vt tanquam perniciosus tollatur, in multis Ecclesiis Hispaniæ actum est.

71 Senatus supremus Indiarum quid statuerit in controuersia admittendorum, vel tollendorum adiunctorum in Ecclesiis Indiarum.

72 Erectiones Ecclesiarum Indiarum, excepta Truxillana, nihil peculiariter cauent in materia adiunctorum, sed se remittunt ad consuetudines & priuilegia Hispalensis.

73 Ecclesiæ Indiarum cùm sint erectæ adinstar Hispalensis, vel aliarum Hispaniæ, illis in omnibus æquiparandæ, & exæquandæ videntur.

75 Adiunctis an gaudeat Ecclesia post Tridentinum erecta.

75 Ecclesia si noua est, etiam & eius Episcopus, & ita vnusquisque cum iuribus suis intrare videtur.

76 Ecclesiæ aliquæ Indiarum ante Tridentinum erectæ, prætendunt se vti debere priuilegio adiunctorum, & illos nominant singulis annis.

77 Limana Ecclesia habet executoriam pro adiunctis.

78 Metropolita

78 *Metropolitanam inferiores suffraganeæ Ecclesiæ sequi debent.*

79 *Adiunctos licèt* in sess.6.cap.4.*videatur admittere Trident.tantùm in Ecclesiis exemptis,*sess.25. cap.6. *sine hac distinctione eos admisit,& ita tenendum est.*

80 *Ecclesiæ Indiarum, tam ex parte Capitularium,quàm Episcoporum,eandem rationem ac proportionem habent, atque aliæ Hispaniæ,& in omnibus præbendarij graues,docti, & Deum timentes reperiuntur.*

81 *Adiuncti si insufficientes sunt, recusari possunt.*

82 *Episcopi in prouinciis Indiarum sæpè elatiores sunt, quàm oporteret, & interdum conuenit eorum potestati frænum comprimere.*

83 *Adiunctis etiam introductis,non plenè succursum videtur præbendariis contra tyrannidem aliquorum Prælatorum, ex sententia Nauarr.& aliorum.*

84 *Adiunctorum in materia plures quæstiones, remissiuè.*

85 *Capitulum sede vacante an procedat cum adiunctis? remissiuè.*

86 *Portionarij Cathedralium, an gaudeant priuilegio adiunctorum? remissiuè.*

87 *Adiunctorum potestas, & iurisdictio an cesset, eo ipso, quòd sententiam pronuntiant, & alia de eis,remissiuè.*

88 *Canonicus, qui simul Curatum Cathedralis exercet, si in hoc munere delinquat, non gaudet priuilegio adiunctorum.*

89 *Persona in eadem, vbi duplex officium datur,habetur consideratio,cuius respectu gestus fuerit.*

ECclesiæ Cathedralis, tam in his Indiarum prouinciis,quàm in aliis vnum † corpus fit ab Episcopo,& eius Capitulo,*c.nouit*.vbi Abb. *de his quæ fiunt à Prælat.*cum aliis, quæ adducit Cassan.*in Catal. glor. mund. 4 par. consid.37. & seqq.*Paul.Fusc.*de visit.lib.3.cap.15.n.2.*Bellencin. *de charit.subsid.q.66.n.31.*Isidor.Moscon.*de Maiest.Eccles.lib.1.par.1.c.15.fol.290.* Ioan.Molan. & Aug Barbos.*in tract.de Canonicis & Dignitatibus,* & nouissimè Ludou. Sarrauia *in tract. de iurisdict. Adiunctorum,*& D.Valençuela *conf.*101. *ex n.*11.*vol.*2.vbi plura ad eorum officium, statum,& dignitatem pertinentia latissimè congerunt,& † quòd appellantur fratres, & collaterales Episcoporum, & Clerici primi gradus, & habent nomen honoris,& non oneris, & Adam Contzen *lib.*6. *Polit. cap.*40.

Et hinc est, quod † Capitulum, quod Cathedram repræsentat, collegialiter congregatum, debet ab omnibus Prælatis, inferioribus Episcopo, honorari, licèt singuli eorum non eodem honore præcedant, vt docet Abb. *in cap. cùm non liceat, de præscript.* Felin. *ibid. num.*3. Bald. *in l. fin. C. de bon. libert.* Rota *in antiq. tit. de regular.* Moscon. *sup. d. fol.*291. *vers. Capitulum,* & D. Valençuela *d. conf.*101. *num.*16.

Constant autem † Capitula Ecclesiarum Indicarum ex Dignitatibus, Canonicis, Portionariis, & aliis Ministris, qui in earum erectionibus exprimuntur, habita consideratione populi, in quo sitæ sunt, & redituum, quibus se congruè sustentare possint, quorum distributio inter ipsos eo modo fit,qui in eisdem erectionibus continetur,quarum communem formulam posui *sup.cap.4. ex num.*14.

Et vbi † præbendæ sunt tenues, solet eis 5
Curatus eiusdem Ecclesiæ aggregari, cum onere ei per vices inseruiendi ab eisdem præbendariis, vel Rectorem cum congrua sustentatione constituendi. Quæ praxis ortum habuit ex textu *in cap. exposuisti* 33. *de præbendis, & dispositis in Trident. sess.*24. *capit.*13. & 15. de quibus latè agunt plurimi Auctores, quos refert Aug. Barbosa *in collect. ad eadem loca Concilij,* & præcipuè Rebuff. *tit.de vnionibus, num.*39. Azor. 2.*tom. lib.*6. *cap.*28. & Nicol. Garcia *de benef. par.*12. *cap. per totum.* Et quòd talia Curata, ita Cathedrali vnita, per concursum non prouideantur,idem Barbos. *sup. pag.*471. *num.*13.

Et licèt aliàs † soli Canonici cum Episcopo 6
Capitulum faciant, & Ecclesiam constituant, non autem Dignitates, etiam Decanatus, quæ aliàs præcellit, quia nec vocem in Capitulo habent, nisi detur consuetudo in contrarium, *cap. eam te, de præscript. cap. cùm olim, de re iudic. cap. fin. de præbend. lib.*6. Abb. *in cap.*1. *num.*11. *& in cap. scriptum, n.*4. *de elect.* Ripa & Decius *per text. ibi in d. cap. eam te, num.*3. *& in cap. ex parte Decani, de rescript.* idem Abbas *in cap.*2. *de institutionib.* Felin. *in proœm.*2. *Decret. n.*16. Rebuff. *in concord. de nominat. q.* 8. *num.*32. Gregor. Lopez *in l.*3. *gloss.*5. *tit.*6. *partit.*1. Lambert. *de iure patron.* 1.*part. lib.*2. *art.*13. *q.*2. *num.*2. D. Hieron. de Leon *decis. Valen.*187. *num.*3. & 4. Azor. 2.*tom. instit. moral. lib.*3. *cap.*11. *vers. Quæritur, an habens Dignitatem,* Cardin. Seraphin. *decis.*98. *num.*1. & plurimi alij, quos nouissimè refert & sequitur D. Valençuela *conf.*149. *ex numer.*16. *ad* 25. In Ecclesiis tamen Indiarum Dignitates faciunt Capitulum, suoque ordine Canonicos præcedunt, & vocem cum eis habent, tam in electionibus Canonicis, quàm in reliquis, quæ ad Ecclesiæ administrationem, & gubernationem pertinent, vt in dictis erectionibus ordinatur.Nec † vsquã (vt in aliis prouinciis) Di- 7
gnitatis,& Canonicat. aggregatio permittitur.

Portionarij, † qui olim assitij, vel Mansio- 8
narij dicebantur, *cap. cùm ad hoc,* vbi glossa *de Cler. non resid.* an sint de Capitulo? dubitari solet, & nuper dubitatum vidi in causa ad Regium Senatum deducta à Portionariis Ecclesiæ Quitensis contra Decanum, & Capitulum eiusdem Ecclesiæ. Nam Portionarij pro se erectionis clausulas considerabant, in quibus dicitur: *Quòd Portionarij ipsi vocem habeant in Capitulo vna cum Dignitatibus & Canonicis,tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, præterquàm in electionibus, & aliis à iure prohibitis casibus.* Et quòd Hispalensis Ecclesiæ consuetudo in omnibus obseruetur, in qua aiunt Portionarios de corpore Capituli esse, & vt tales in eo actiuè,& passiuè, præterquàm in electionibus,vocē habere, & in altari maiori per vices officium sortiri, præterquàm in diebus festiuis. Quibus concurrentibus,affirmant multi, quòd
† licèt verum sit,quod de iure Portionarij non 9
sunt de Capitulo,*cap. nouit.*4 *iuncto cap. quanto* 5.*de iis,quæ fiunt à Prælat.cap. pen.* & ibi gloss. *verb. Assissios, de cler. non resid.* vbi Butr. & Abbas, idem Abbas, & alij DD. communiter in

in cap.2.de inſt. Caputaquenſ.*deciſ.*84.*&* 91.*par.* 1.Cæſar.de Graſſis *deciſ.4.num.6.de his quæ fiũt à Prælat.*Rota *deciſ.*411.*n.5.par.1. & deciſ.4.n.3. par.2.diuerſ.*Greg Lop.& alij *ſup.*relati,& Rota nouiſſ.nouiſſimarum,*par.1.deciſ.*411.*num.5.* Caputaquenſ. *deciſ.*84. Gonçal. *ad reg.*8. Cancell. *gloſſ.*43.*num.*39. *& ſeqq.* Stante verò conſuetudine,vel ſtatuto,quod contrarium diſponat benè poſſunt eſſe Capitulares,ac per conſequens ad eos pertinere actus,& facultates Capitularibus conuenientes,vt docet Abb.*in cap.ſcriptum, num.4. dn electl* & pluribus probat Veral. *deciſ.*91. *par.*1. Riccius *in collect. deciſ.*751. & alij plures relati à Barboſa *in collect. ad Trid. ſeſſ.*25. *cap.*6. *n.*6.

10 Vnde & appellatione † Capituli ſede vacante,venire omnes,qui ex conſuetudine,vel ſtatuto ſunt Capitulares, tenet Farin. ex Orano *in*
11 *recollect. ciuilib. deciſ.*658. *num.*5. Et tales † Portionarios gaudere priuilegio Adiunctorum, imò & in Coniudices eligi poſſe,affirmat Veralus vbi ſuprà,ad id ſacræ Congregationis Cardinalium declarationem adducens,Riccius *reſol. pract.cap.*39.*& d.deciſ.*751 & Barboſa *d.cap.*1.& conducit Seraph.*d.deciſ.*98 *num.*1.ibi: *Licèt enim de iure communi Dignitates non ſint de Capitulo, tamen conſiderata Bulla erectionis, cùm ipſis detur, vt habeant ſtallum in choro, & vocem in Capitulo, non poteſt negari, quin ſint effecti de Capitulo, &c.* & magis in terminis Rota *deciſ.* 4. *par.*2. *diuerſ. per totam,* vbi loquens de Portionariis Eccleſiæ Hiſpalenſis, quibus noſtri æquiparantur,ita inquit: *Fuit concluſum ad fauorem Dignitatum, & Portionariorum Cathedralis Eccleſiæ Hiſpalenſis, nempè dandum eſſe illis mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione iuris votandi, & intereſſendi generaliter in omnibus actibus Capitularibus, præterquàm in tribus, videlicet in electione Prælati, in adminiſtratione bonorum menſæ Archiepiſcopalis, ſede vacante, & admiſſione Prouiſorum ad Dignitates, Canonicatus, & Portiones dimidias, & integras.*

Sed non obſtantibus, contraria opinio magis verior, & communior videtur, ſcilicet Portionarios non eſſe de Capitulo, quamvis
12 per † eius erectionem, vocem in eo, & miniſterium in altari in aliquibus habeant, niſi in ipſa erectione ſpecialiter caueatur, vt ſint de corpore Capituli, vel id alio ſtatuto, priuilegio, vel conſuetudine obtinuerint, quia aliud
13 eſt † eſſe Capitularem, aliud habere vocem in Capitulo, vt docuit *gloſſ. in Clem.* 2. *de ætate & qualitate*, Geminian. & Francus *in cap. fin. de præbend. in* 6. Felin *in cap. cùm olim, de re iud.* quos refert & ſequitur Genuenſ. *in prax. Archiep. cap.*85 *num.*21.

14 Vnde ſacræ Congregationis declaratio,† quæ Portionarios priuilegio Adiunctorum gaudere declarauit, de illis intelligi debet, qui ſtatuto, vel conſuetudine veri Capitulares exiſtunt,non autem de illis, qui ſolùm in aliquibus caſibus habent vocem in Capitulo, vt expreſsè probatur ex declaratione, quam referunt Farin. Marcilla ad *d. cap.*6. *Concilij*, quæ ita notabiliter inquit: *Congregatio Concilij cenſuit, non ex eo, quòd Porcionarij integri, & dimidii habeant vocem in Capitulo; illos eſſe Capitulares, ſed tunc inter Capitulares cenſeri debere, cùm ex Apoſtolico priuilegio, vel conſuetudine, aut Eccleſiæ ſtatuto inter Capitulares connumerentur. Ideò ſi ipſi talibus facultatibus non potiantur, Epiſcopus poterit contra illos, non cùm Adiunctis procedere.* Quam declarationem adducit etiam, & expendit Sarabia *in tract. de iuriſd. Adiunctorum*, *q.*23. vbi re ad vtramque partem diſputata, in hæc vltima reſidet, & adducit plures alias deciſiones, in quibus ita declaratum fuit in Portionariis Hiſpalenſibus, Cordub. Carthaginenſ. Calagurritan. Tiraſonenſ. & aliis, quod etiam ſequitur, & pluribus confirmat Gonçalez *d. gloſſ.*43. *num.*45. Farin. *deciſ.*55.*par.*4. & Valentin. Andreas *deciſ.*708. *num.*3.

Habent autem † præbendæ omnes Indiarum annexam obligationem ordinis ſacri, tam iuxta earum erectiones, quàm iuxta formam præſcriptam à Concil. Trid. *ſeſſ.*24. *de reform. cap.*12. vt in ſpecie dbſeruat D. Felicianus à Vega Epiſcop. Pacenſis, *in cap.*4. *§.de adulteriis,num.*97.*de iudic.*

Gradum autem † Doctoratus, Magiſterij, vel Licentiæ, nullatenus in dictis prabendis requiri video per dictas erectiones, nec per ſchedulas Indiarum, exceptis Canonicatibus oppoſitionis, de quibus ſtatim dicemus. Nam licèt de iure communi in † Archidiacono is gradus requiratur,vt cõſtat ex Concil. Trident. *ſeſſ.*24 *de reform.cap.*12.*verſ.Archidiaconi etiam,* vbi nouiſſimè Bellarm.*in notis, pag.*406. Id tamen de iis intelligi debet, qui vel curam habẽt animarum,vel iuriſdictionem, iuxta *tit. de off. Archid.* non autem de his, qui verè animarum cura,& omni prorſus iuriſdictione carent,vt deciſum refert Germon.*de indult.*Cardin.§.*quibuſuis,n.*4.Riccius *in prax.for.Eccleſ.deciſ.*473.aliàs 407. Piaſecius *in praxi Epiſcop. par.*2. *cap.* 4. *num.*20. & alij, quos refert & ſequitur Nicol. Garcia *de benef. par.*7. *cap.*7. *num* 41. & Nauarr. *in ſingular. Canon. concl* 41. *num.*2. Vnde in terminis iam hodie apud Hiſpanos ceſſare iſtam obligationem dictorum graduum, cùm eorum iuriſdictio penè extincta ſit, obſeruant Nauar. in Manuali, *cap.*25. *num.*135. Vaſconcel. *in harmon. iur. Canon. dict. tit. de offic. Archidiac. in princip.* & alij, quos refert Auguſt. Barboſa *d. tract. de Canon. cap.*5. *num.*9.

Et ſimiliter, licèt in Scholaſtriis idem Concil. *ſeſſ.*23. *cap.*58. *in fine,*eoſdem gradus ob curam,& inſtitutionẽ ſeminarij requirat,& de hoc requiſito agant Auctores, quos congerit Garcia *d. cap.*7. *num.*35. Viuian. *lib.*14. *cap.*1. *num.* 27.& Barboſa *in Paſtorali*, 3.*par. alleg.*60.*num.* 62.illud tamen decretum non comprehendit Scholaſtrias exiſtentes in loco, in quo erectum non eſt ſeminarium, vel vbi in eius inſtitutione alij Præceptores ſunt deſignati, vt deciſum teſtatur Garcia *in addit.ad d. num.*35. & ita his proximis diebus Senatus declarauit in quodam Scholaſtro Manilenſi, quem recipere alij præbendarij recuſabant ob id;quòd graduatus non eſſet,& ita eſt intelligenda,& reſtringenda clauſula erectionis Eccleſiæ Limanæ, cuius memini *ſup.cap.... num.*

Tota verò † maſſa, ſiue groſſa præbendarum Indiarum in diſtributionibus quotidianis conſiſtit, vt D. Dom.Præſul D. Felicianus aduertit *in cap. ſi clericus* 5. *de foro compet. num.*22. & conſtat ex eiſdem erectionibus, *& ex*

ex Concil. Prouinciali Limensi ann. 1583. act. 3. cap. 26. auctoritate Apostolica confirmato. Quod licèt raro in Ecclesiis aliarum prouinciarum contingat, rectè tamen statui posse, vt præbendarij alacriùs, & diligentiùs diuinis officiis intersint, docent plures antiqui DD. quos refert, & sequitur Card. Tuschus *litt. D. verb. Distributiones, concl.* 511. Redoan. *de spoliis Eccles. q.* 3. *num.* 35. Moneta *de distribut. quotid.* 3. *par. quast.* 4. *num.* 17. Filliucius *de stat. cleric. tit. de spoliis, cap.* 3. *num.* 11. & Azor. 2. *tom. lib.* 7. *capit.* 9. *quæst.* 10.

Vnde est, quòd cùm eiusmodi † distributiones solùm præsentibus, & horis Canonicis interessentibus, præstari soleant, & debeant, *cap. licèt* 32. *de præbend. cap.* 1. *de cler. non resid. in* 6. *l.* 19. *tit.* 16. *par.* 1. Concil. Trident. *sess.* 5. *de reform. cap.* 1. cum latè traditis à Moneta *de distribut. cap.* 10. *num.* 24. Cened. *in pract. q.* 1. *à num.* 30. Tusch. *d. concl.* 511. *n.* 5. Tiber. Decian. *resp.* 69. *num.* 1. *vol.* 2. Ioann. Francisc. Leone *in thesaur. Eccles.* 3. *par. c.* 2. *num.* 22. & Barbosa *in Pastorali*, 3. *par. alleg.* 56. *num.* 19. *& in collect. ad Concil. d. cap.* 5. *num.* 61. Gratian. 1. *tom. discept. cap.* 166. *num.* 17. Gonçalez *ad regul.* 8. *Cancellar. in proœm.* §. 7. *n.* 180. & Aloys. Riccio *in prax. decis.* 495. *num.* 3. Meritò in dubium pluries vocatum sit, † an hi, qui causa studiorum Theologiæ, vel iuris Canonici, in Academiis generalibus absunt, vel in eisdem aliquam Cathedram regunt, & legunt, possint hac occasione dictas distributiones lucrari. Nam licèt textus *in dict. cap. licèt vobis, de præbend.* & iura similia *suprà* relata, & plura alia, quæ allegat Tiber. Decian. *resp.* 43. *nu.* 1. *vol.* 1. eis præbendarum fructus concedant, distributiones tamen quotidianas excipiunt, quas certum est raro, vel nunquam absentibus quacunque ex causa, vel priuilegio, etiam studiorum, concedi, vt probat text. *in d. cap. licèt, & in d. c. vnico, de clerico non resid. in* 6. & omnes Auctores *suprà* relati: & circa hoc nihil innouatum fuisse per Trident. *sess.* 5. *de reform. cap.* 1. tradit Gutier. *lib.* 2. *Canon. cap.* 15. *n.* 12. Cerola *in prax. Episcop.* 1. *par. verb. Distributiones*, §. 3. Sandoual. *de offic. Eccles. part.* 6. *cap.* 17. Quaranta *in summa Bullarij, verb. Residentia, vers. Quod autem*, Gratian. *discept. forens.* 1. *tom. cap.* 166. *num.* 17. Vgolin. *de offic. Episcop. cap.* 19. §. 2. *num.* 6. Garcia *vbi sup. n.* 12. & plures alij apud Aug. Barb. *in Pastorali*, 3. *par. alleg.* 56. *num.* 19.

Sed cùm tota grossa in iis Ecclesiis Indiarum consistat in dictis distributionibus si illæ studentibus, vel legentibus denegentur, omninò studiorum vtilitate, & priuilegio carebunt: *In grande dispendium, & iacturam vniuersalis Ecclesiæ*, † *quo ad sui regimen viris litteratis præmaximè noscitur indigere*, vt aliàs inquit Bonif. VIII. *in cap. cùm ex eo* 34. *de elect. lib.* 6. & Honor. III. *in cap. fin. de magistris*, ibi: *In Ecclesia Dei velut splendor fulgens firmamenti, & sunt velut stellæ in perpetuas æternitates mansuri, cùm ad iustitiam plurimos valeant erudire*, Petr. Gregor. *de benef. cap.* 7. *num.* 10. ibi: *Quòd sua eruditione illustrant Ecclesiam, & ei veluti columnas ædificant, quibus sustineri, & ædificari possit.*

Quapropter tali in casu † distributiones loco fructuum haberi, & studentibus, vel legentibus deberi, quia nec propriè distributiones vocari possunt, docet glossa communiter recepta *in d. cap. licèt, verb. Distributiones, in fin. & in d. cap.* 1. *de cleric. non resid. lib.* 6. verb. *Receperint*, vers. *Sed quid dices de Ecclesiis*, Hostiens. *in summ. lib.* 5. *tit. de magistris*, §. *fin. num.* 9 Rebuff. *de priuil. schol. priuileg.* 31. *num.* 12. Puteus *decis.* 373. *&* 463. *lib.* 2. Camill. Borrell. *in summa decis. tit.* 7. *num.* 84. Azor. 2. *par. inst. moral. lib.* 7. *cap.* 7. *vers. Septimò quæritur*, Petr. Gregor. *de benef. c.* 7. *n.* 12. Cenedus *d. quæst.* 1. *num.* 31. ibi: *Nisi illa distributiones essent solæ, quæ præbendam constituerent*, *Gonçalez vbi sup. numer.* 205. *Gratian.* 1. *tom. cap.* 168. *num.* 29. *& tom.* 2. *cap.* 283. *num.* 10. *Ant. Gomez in explicatione Bullæ S. Cruciatæ*, §. *ad quartam clausulam, num.* 29. *Eman. Roder. in summa*, 4. *tom. cap.* 17. *num.* 3. *ibi: Porque hablando de otras distribuciones, que no se dan actualmente, mas en el fin del año, no ha lugar lo susodicho, attento que estas no son propriamente distribuciones*, quæ verba sumpsit ex Quaranta *d. verb. Residentia*, §. *quod autem*, vbi idem resoluit, & securè docet, has distributiones, quæ soluuntur in fine anni, non esse proprias distributiones: *Et deberi absentibus ex iusta causa, non autem mortuaria, cæteraue emolumenta, indies obuenientia, quæ interessentibus tantùm pro labore distribuantur dietim*, & idem tenet Cerola *in praxi Episcop.* 1. *par. verb. Distributiones, numer.* 3. vbi hanc rationem reddit: *Quia istæ dicuntur distributiones impropriè, cùm potiùs veniant in massam communem, & in fructibus beneficii, quia non actu quotidie diuiduntur, sed Procurator Capituli, seu Collegij exegit illas, & sic exactas diuidit inter Canonicos, &c.*

Quod quidem magis corroboratur † extante Eugeniana constitutione, cuius litteram præter alios recenset Nicol. Garcia *d. cap.* 2. *num.* 58. quæ legentibus, vel studentibus, etiam si ob hanc causam non resideant, indistinctè condit omnes fructus, reditus, & prouentus, & cum ea integritate, qua illos perciperent, si in suis Ecclesiis personaliter residerent. Quæ constitutio, etsi de Academia Salmanticensi loquatur, ad Limanam tamen, & Mexicanam extendi debebit. † Quibus omnia priuilegia Salmanticensis communicata sunt per sched. D. Imper. Carol. V. dat. Pintiæ 12. Maij ann. 1551 Et idem etiam non data tali communicatione † ad quamlibet approbatam Vniuersitatem, & ad studentes, vel profitentes, non solùm Theologiam, verùm & ius Canonicum, apertis verbis extendunt, Did. Perez *in l.* 8. *tit.* 2. *lib.* 1. *Ordinam. verb. Estudios generales, vers. Inter alia, & in l.* 1. *tit.* 10. *eodem lib.* §. *vnde infero*, Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 2. Tiber. Decian. *d. cons.* 43. vbi id singulariter comprobat Iodich Lorichius in thesauro nouo vtriusque Theolog. *litt. L. verb. Lector, vers.* 2. *lectores*, Tuschus *tom.* 7. *litt. S. concl.* 707. *num.* 5. Lessius *de iust. & iure, lib.* 2. *cap.* 34. *dubit.* 29. *num.* 163. Garcia *d. cap.* 2. *num.* 54. vbi plures alios adducit, & post eum Reginald. *in prax. for. pœnitent. lib.* 30. *tit.* 3. *cap.* 5. *num.* 54. Gabriel Vazquez *in opusc. tit. de benef. cap.* 4. § 2. *art.* 2. *dub.* 2. *num.* 184. & Ant. Cardos. *in prax. verb. Studium, nu.* 3. ibi: *Studentes seu docentes sacram Theologiam, vel ius Canonicum in Scholis publicis possunt recipere fructus suorum beneficiorum in absentia, dum ius illud docent, aut student.*

Et ita in terminis loquens de lucrandis distributionibus, in quibus tota massa consistit, extat
27 † quædam declaratio sacræ Congregat. quam refert Garcia *d. cap. 2. §. 2. num. 443.* Et est videndus Cenedus *d. q. 1. num. 31.* vbi benè explicat Eugenianam, & Spinus *in specul. testam. gloss. 9. princip. num. 29.* vbi refert se obtinuisse pro quodam Canonico Ecclesiæ Gaditanæ, in qua omnes reditus consistebant in distributionibus, & nulla alia diuisio grossa facta erat, vt gauderet priuilegio in eadem Bulla studentibus in Salmantina Academia concesso.

28 Et quamvis sint aliqui, † qui velint tertiam saltim partem distributionum detrahendam esse iis, qui hoc priuilegio vti volunt, ex vi quarundam declarationum dictæ sacræ Congregationis Cardinalium, quæ in legentibus, & studentibus hanc detractionem induxit, vt saltem hæc pars iis, qui intersunt, accrescat, de quibus testantur Farin. *in decis. Rotæ, 4. tom. decis. 173.* Marsilla *in declarat. ad Concil. lib. 1. tit. 5. cap. 7.* Prosp. August. *in addit. ad Quarantam vbi sup. §. 1.* Piasecius *in prax. Episcop. 1. par. capit. 3. numer. 10.* Eman. Roder. *vbi sup à numer. 3.* Riccius *d. decis. 495. num. 3.* & Nicol. Garcia *in addition. ad d. cap. 2. num. 353.* Adhuc mihi indistinctè practicandum veriùs videtur, tum quia de dictis declarationibus authenticè non consistit; tum etiam, quia debent intelligi in veris, & propriis distributionibus, & vbi iam talis diuisio earum facta est, vt præuidit gloss. *in d. cap. vnic. de cleric. non resid. verb. Receperit*, vbi loquens de Ecclesiis, quæ non habent distributiones à grossa præbendarum distincta, & separatas, inquit: *Credo, quòd de illis non loquitur Decretalis, cùm illæ potiùs sint præbendæ, quàm distributiones.* Et idem suadent tradita sine hac distinctione à tot, & tam grauibus Auctoribus, quos suprà citauimus. Pro
29 quibus extat † illa generalis declaratio eiusdem sanctæ Congregationis, quam referunt Cerola *d. §. 3.* & Garcia *d. cap. 2. numer. 113.* quæ sic habet: *Illi qui licentia legitimè obtenta studiorum causa absunt, distributiones omnes quotidianas perci ere debent, exceptis incertis, & quotidianis prouentibus, qui tantùm inter eos diuidi solent, qui quotidie sacris intersunt*; quam declarationem, ne cum aliis pugnet, ita multum ad rem nostram exponit idem Garcia *eodem cap. numer. 353. Et declaratio suprà adducta d. numer. 113. dum ait, quòd absentes causa studij distributiones omnes quotidianas percipere debent, intelligenda erit de distributionibus impropriis, quæ dicuntur grossa, & sunt præbendæ, seu loco præbendæ.* Quas non est mirum, si legentibus, vel studentibus in publicis studiis indistinctè concedamus, quia, vt inquit Iacob. Bennius *in tract. de priuileg. Iurisconsultor. 1. par. priuileg. 15. numer. 6. in fine:*
30 *Non † minus seruire dicitur Ecclesiæ, qui studet, vel docet. quàm cæteri diuinis interessentes.* Cui conueniens Horat. Lucius *de priuileg. schol. priuileg. 100. post princip.* inquit: *Quòd iuris interpretatione abesse non videtur, qui docet in scholis.* Et idem notat Petr. Rebuff. *eodē tract. priuil. 31. num. 2.* Tiber. Decian. *d. resp. 43. num. 21. vol. 1.* & Camill. Borrell. *consil. 16. num. 5.* & alij communiter Scribentes.

31 Quæ omnia † Limæ expensa fuerunt in causa ad Regiam Cancellariam in gradu violentiæ deuoluta D. Feliciani de Vega, tunc Canonici, & Primarij iuris Pontificij, & nunc Episcopi Pacensis, qui se manutenendum in perceptione integræ Præbendæ ob hoc priuilegium contendebat, contra alios Capitulares, qui contrarium desiderabant, vel saltem tertiam partem ei auferendam. Et manutenendum esse pronuntiauimus, ex traditis à Ceuallos in tract. de cognit. per viam violentiæ, *2. par. q. 65. à num. 7.* partibus, quoad proprietatem, & declarationem huius articuli, ad Regium Indiarum Senatum remissis, vt in eo quid in posterum seruandum esset, ratione Regij patronatus decideretur. Et licèt extet quædam declaratio dictæ Congregationis, quam refert Marcilla *vbi sup. capit. 7. in princ.* Farin. *decis. 137.* & Nicol. Garcia *d. cap. 2. §. 2. numer. 559. & in additione ad idem caput, numer. 83.* quæ cauet:
32 *† Docentes in publica Vniuersitate priuilegiis de percipiendis in absentia suarum præbendarum fructibus gaudere, & potiri, quamvis præbendæ, quas obtinent, sitæ sint in Cathedrali eiusdem ciuitatis, in qua publicè lectoris munere funguntur.* Adhuc præfiximus, & designauimus horas, in quibus pro præsenti haberi deberet, nimirum eam, in qua in Cathedra legeret, & aliam ad eundum, & redeundum ad Academiam, & cum disc[i]pulis disputandum. Quod tamen in dicto Regio Senatu hucusque neque approbatum, nec reprobatum est. Inuenio tamen Regiam schedulam dat. apud D. Laurent. 14. August. ann. 1620. quæ ad Proregem, & Audientiam Nouæ-Hispaniæ directa fuit, & expresè iubet: *Que ningun prebendado dexe de seruir, y residir su prebenda à titulo de Cathedra.* Et item nouissimè inueni quandam declarationem Cardinal. quam refert Seller. *in select. Canonicis capit. 2. numer. 18.* & August. Barbosa *in collect. ad Trident. sess. 5. capit. 1. numer. 59. pag. 19.* quæ in ipsa nostra Ecclesia Limana 18. Decembr. ann. 1627. declarauit, *Canonico in publica Vniuersitate docenti, non deberi distributiones quotidianas, si in choro non intersit, quamvis omnes reditus in solis distributionibus quotidianis consistant.* Quæ quidem schedula, & declaratio, ne videantur subuertere omnia, quæ suprà ex aliis declarationibus, & benè fundata iuris Canonici prudentia deduximus, meo iudicio intelligi debent, de non excusanda totali residentia, non tamen includere voluerunt, nec debuerunt, horas præcisè necessarias ad Cathedram legendam, & regendam, in quo munere (vt modò dixi) non minus quis Deo, & Ecclesiæ deseruit, quàm si diuinis Officiis interesset.

Maximè cùm videamus, in † Canonico Theologali, siue Lectore sacræ Scripturæ, qui de iure communi pro illis horis, quibus legit, nihil lucrari solebat de distributionibus quotidianis, vt per gloss. vltim. *in cap. quia nonnulli de Magistris*, & Nicol. Garcia *d. cap. 2. num. 118. & 5. par. cap. 4. num. 156.* dispensatum, & sæpè declaratum fuisse, vt omnibus illis diebus, quibus huiusmodi munere functus fuerit, distributiones quotidianas percipiat, quamvis choro non intersit. Quas declarationes referunt Seller & Garcia *vbi suprà*, Piasecius, Gonçalez, Armendariz, Moneta, Riccius, & alij, quos refert August. Barbos. *in Pastorali, 3. par. alleg. 56. num. 8. & in collect. ad Trident. sess. 5. cap. 1. num. 34.* cum quatuor seqq.

Quibus

Quibus declarationibus † Limæ etiam se iuuari prætendit D. Andreas Garcia de Zurita, vir moribus, & eruditione conspicuus, & almæ Metropolitanæ Ecclesiæ eiusdem ciuitatis Canonicus Theologalis meritissimus. Cuius tamen petitio per Regium Senatum Illustriss. & Reuerédiss. Archiepiscopo remissa fuit, vt horas dumtaxat arbitrio suo ad illud munus necessarias designaret, & in illis tantùm eum pro præsenti haberi mandaret, quod † idem in aliis Cathedraticis sacræ Theologiæ, & iuris Canonici in eadem vrbe Limensi, & in Mexicana, vbi vigent, & florent publicæ, & generales Vniuersitates, mihi faciendum videtur.

Dicitur autem † studium generale, quod est erectum, & institutum per Papam, Regem, seu Principem, vt per Cassan. *in Cathal. glor. mund. par.* 10. *consid.* 32. Did. Perez *in l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 1. Ordin. Ortigas *in patrocin pro Gymnas. Cæsaraugust. par.* 1. *à num.* 13. *& par.* 3. *num.* 2. & alij, quos refert Aug. Barbos. *dict. alleg.* 56. *num.* 22.

Quibus propter argumenti similitudinem non minus vtiliter adiicio, quod quemadmodũ causa studij ob publicam vtilitatem excusat à residentia, & amissione fructuum, imò & distributionum præbendarum, eo modo, quo suprà retulimus; idem pariter probare, & admittere debemus in quavis † alia iusta, publica, & legitima causa, quam præbendarij ad suam absentiam excusandam habuerint: maximè si ex præcepto Papæ, vel Regis ad Curiam vocentur, vel in ea, aut in alio loco causa Reipub. detineantur, quia hæc omnia præstant legitimum impedimentum, & excusant etiam ab amissione distributionum, vt pluribus comprobat Couarr. *lib.* 3. *var. c.* 13. *num.* 8. & D. Valençuela, omninò videndus, *cons.* 4. ferè per totum, & præcipuè *ex num.* 70. vbi alia de aliis legitimis impedimentis adducit, de quibus Nos etiam *sup. lib.* 2. *c.* 25. *ex num.* 62.

Et hæc notaui † pro quodam Canonico Noui-Regni Granatensis, qui ex mandato Regis, ad requirendas quasdam argenti fodinas missus fuit, quarũ erat eximiè peritus, & pro alio Portionario Tlaxcalensi D Ioanne Ceuicos, qui à Dom. March. de Cerraluo, Prorege Nouæ-Hispaniæ, vocatus fuit, vt secum assisteret in reparatione vrbis Mexicanæ, quam exudantes lacunæ, quibus circumdatur, penè submerserant, cuius reparationis dictus Portionarius præ aliis gnarus, & intelligens esse ferebatur. Clerici enim qui ex iusta causa absunt, non dicuntur abesse, & † qui sunt in seruitio Regis, censentur præsentes, ad cuius etiam vocationem, & mandatũ, etiam si Episcopali auctoritate fulgeant, venire tenentur, adeò, vt si Episcopus simul à Rege, & ab Archiepiscopo vocetur, illi potius, & prius, quàm huic parere teneatur, vt latè per eund. D. Valençuela *vbi sup. num.* 104. *&* 110. *& seqq.* Et † hi præsertim Indiarum, qui vltra communem naturalis obsequij, & vassallagij obligationem, illam aliam nostris Regibus habent, quòd ab eis electi & ad Episcopatus, vel præbendas præsentati fuerint.

In modo autem residendi, Ecclesiæ, & Altari deseruiendi, & in Capitulo suffragia ferendi horum præbendariorum Indiarum, nihil nunc habeo, quod ab aliarum Ecclesiarum consuetudine differat, eo excepto, † quod ob eorum paucitatem, & interdum tenuitatem, necdum in pluribus Ecclesiis creati sunt Canonici Doctorales, Magistrales, & sacræ Theologiæ, & Pœnitentiarij iuxta dispositionem Bullarum Sixti IV. Leonis X. & Concilij Trident *sess.* 5. *de reform. cap.* 1. *& sess.* 24. *de refor. cap.* 8. quas refert *l.* 24. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* Couarr. *in pract. cap.* 36. *num.* 9. *versic. Ead. ratione*, Gonçalez *in reg. Cancell. gloss.* 9. §. 2. Nicol. Garcia *de benef.* 5. *par. cap.* 4. *à num.* 169. & Ioann. Filesacus *de sacra Episcop. auctor. cap.* 15. Concil. Limens. II. *par.* 1. *cap.* 73. *pag.* 21. Quamvis etiam id primo tempore fieri, vbi Ecclesiarum reditus, & dispositio patiantur, iubeat ipsarum Ecclesiarum erectio, de qua *sup. hoc lib. cap.* 4. & schedula Regia data en el Campillo 14 Maij ann. 1604. quæ formam oppositionis ad has præbendas faciendæ, & edicta figendi, & qualitates, ac gradus oppositorum expressit, & quomodo per Prælatum, & Capitulum nominatio trium ex magis benemeritis sit facienda, & Proregi, aut Gubernatori tradenda, vt per ipsum ad Regem remittatur, qui ex sic nominatis, vel ex aliis, quem sibi visum fuerit, eligat, & præsentet.

Quæ schedula quoniam executioni per Prælatos non mandabatur ob aliqua dubia, quæ proponebant, & præsertim, † vtrum nomina- 42
tio, quam Proregi tradere iubebantur, clausa vel aperta esse deberet? Expedita fuit alia data Pardi 18 Ianuarij ann. 1609. cum Peruano Prorege Dom. Marchione Mótesclaros, & Archiep. Decano, & Capitulo Limano loquens, quæ priorem, nulla interposita mora exequi præcipit, licèt non decidat, vtrum nominatio clausa, vel aperta tradi debeat? Super quo articulo iterum dubitatio, & disceptatio non leuis mota fuit inter Proregem, & Archiepiscopum Mexicanum, & Senatus supremus Indiarum, vt aperta traderetur, declarauit, quia aliàs Prorex non satis aptè de oppositorum personis, & meritis, ipsum Regem, dictumque Senatum certiorem facere posset, quod ei in prædictis schedulis cùm primis iniungitur. Et † tandem, hoc, quo hæc scri- 43
bimus tempore, dicti Canonicatus creati sunt, & per viam oppositionis iuxta formam Concilij, & dictarum schedularum prouidentur in Ecclesia Limana, Mexicana, & Tlaxcalensi.

Et nuper an. 1632. in Limana incidit quædam elegans dubitatio in oppositione Canonici Doctoralis, † vtrùm Archiepiscopo ab- 44
sente, Vicarius eius generalis posset lectionibus oppositionis assistere, & in Capitulo tempore nominationis, & graduationis oppositorum suffragium ferre, eò quòd dictæ schedulæ Prælati tantùm mentionem fecisse videantur, sic enim concludunt: *Y puestos edictos se escogeran tres de los mas suficientes, para cada prebenda, en cuya eleccion votaran los Prelados, Dean y Cabildo, y daran los nombramientos à los nuestros Virreyes, Presidentes, ò Gouernadores, para que los embien à nuestro Consejo, con su parecer, para que auiendolo visto elijamos, y nombremos de aquellos, ò de otros el que por bien tuuieremos.* In quo tamen dubio mihi parum hæsitandum videtur, Nam dictæ schedulæ datæ sunt in executionem Bullarum Sixti IV. & Leonis X. & Concilij Tridentini, quæ (vt suprà diximus) has præbendas institui iusserunt;

iusserunt; in illis autem ordinariæ auctoritatis, hæc prouisio esse dicitur, & expressis verbis promiscuè de Ordinario, vel eius Vicario mẽtio habetur. Vnde idem in dictis schedulis re-
45 petitum videri debet, cùm † sint iuxta iuris intellectum, & interpretationem accipiendæ, ex notatis per Bald. & alios per text. ibi *in l.1.C.de fruct.& lit.expens. l.sciendum 70. D. de verbor.oblig.cap.causam quæ 18. de rescript. & in cap ad nostram, de iureiurand.*

46 Præterquam quòd † eadem in omnibus ad iurisdictionem ordinariam Episcoporum pertinentibus ipsorum,& suorum Vicariorum potestas, & auctoritas esse censetur,vt latè dixi *sup. cap.8.ex num.3.* Atque adeò † sub Episcopi no-
47 mine regulariter eius Vicarius intelligitur, vt post alios, notat Garcia *d. 5.par. cap.8.à num. 52.* vbi in additionibus inquit: *Quòd ita declaratum est à sacra Congregatione, & ab Ecclesia vbique receptum,* Flamin. Paris. & alij, quos refert Narbona *de appellat.à Vicar.ad Episcop. 1.par. num.217.* Quod adeò verum est, vt quamvis prædictæ schedulæ expresè dicerent, quòd Prælatus tantùm, & Decanus, & Capitulum suffragium haberent,adhuc eius Vicarius generalis, Prælato absente, non maneret exclusus, propter dictam quam habet dignitatis,& iurisdictionis Episcopalis repræsentationem,vt con-
48 stat † ex Trident. *sess.25.cap.3.* vbi quamvis expresè disponitur, quòd censuræ generales *à nemine prorsus præter quàm ab Episcopo discernantur,*declaratum tamen est à sede Apostolica, non propterea Vicarium excludi, vt refert Farin. *super idem cap. Concilij*, & notant Ioann. Gutierr.*lib.1. Canonic. cap.11. num.8.* Sbrozius *de Vicar. Episcop. lib.2. q.171.num.2.* Cerola *in prax.1.p.verb.Vicarius*, §.17. Thom. Sanchez *de matrim. lib.3. disp.7. num.10.& disp. 29. n.16.* & Narbona *vbi sup. num.151.fol.102.* & idem constat ex eod. Concil. *sess.24. de reform. matrim. cap.20.* Vbi quamvis dicat, quòd causæ matrimoniales relinquantur tantùm examini Episcoporum declaratum est,vt de eisdem eius quoque Vicarius cognoscere possit,vt notat Thom. Sanch. *d.disp.29. num.18.* & meliùs *ex cap.6. ead. sess.24.* vbi, quia Vicarios excludere voluit à facultate ibidem Episcopis concessa, id apertis verbis expressit, inquiens, *Eis tantùm, non eorum Vicariis sit permissum,* sic ostendens, hanc exclusionem necessariam esse, quoniam aliter idem quod Episcopis, eorum Vicariis concessum esse videtur, vt signanter aduertit August. Barbos. *in remiss. ad eundem text.* per hæc verba: *Si hic textus Vicarios non excluderet, illis videri datam potestatem resoluit Stephan. Gratian. discept. forens. 1.tom. cap.83. & Gutier. de matrim. cap. 59. num.11.*

Quinimò, & dato casu, quòd dictæ schedulæ dicerent, quòd Archiepiscopus, & non alius, ius ferendi prædicti suffragij haberet;ad-
49 huc eius Vicarius non maneret exclusus, † si ipse Archiepiscopus id ei specialiter commisisset, quoniam hoc idem operaretur, ac si ipse personaliter interesset, iuxta ea quæ tradit P. Suarez, Reginald. & alij, quos refert Barbosa *in remiss. ad dict. cap.6. sess.24. vers. An possit Episcopus eam facultatem dispensandi delegare.* Præsertim cùm in dictis schedulis nullum sit verbum, ex quo specialiter electa videri possit auctoritas, persona, aut industria Prælatorum, sed solùm dignitatis, & officij mentio habeatur, & non ad tempus, nec in actibus limitatis. Quo extante, planum est talem potestatem Vicario quoque communicari, quemadmodum † & Capitulo sede vacante, vtpotè quòd succedit in his omnibus, quæ Prælatis iure ordinario competunt, vt latiùs dixi *sup. cap.13.* & tradit Thom, Sanch. *lib.8.de matrim.disp.2. num.10.* Riccius *in praxi, 3.tom. resol.265.* & in nostris terminis apertè cautum est per Reg.sched.dat.Matrit.9.Septẽb. ann.1627. vbi dicitur: *Que à falta del Prelado proceda el Cabildo à los actos, y nominacion de estos Canonicatos.*

In quo tamen notabiliter addo, quòd in hoc casu, † siue Episcopus,siue eius Vicarius suffragium ferat, vnam tantùm vocem habebit. Nam quamvis vbi aliquis sub nomine singulari simul cum aliis in communi, siue sub nomine vniuersali, vel collectiuo vocati sunt, dimidiam partem ille specialiter vocatus habere, vel facere soleat, iuxta *l. si quis Attia, de vsufruct.accresc.* cum aliis, quæ tradunt Bartol. & Bald.ibidem,Decius *consil.470.num.10.& 11.*Zasius *lib.1 singul.respons. cap.19. num.6. & lib.2. cap.29.*Parisius *in l.cùm in præsentia,num.98.D. de probationibus.*Couarr.*in cap.Rainuntius*, §.2. *num.5.*Anton Gomez *lib.1.var.cap.n.3.* & Peregrin. *de fideicomm. art.17. numer.21. & seqq.* Adhuc tamen in suffragiis istarum electionum, & aliarum rerum, quæ in Capitulo proponuntur,contrarium receptum est,eo excepto, quòd in pari suffragiorum numero,præualet pars, cui Prælatus assentit.

Quibus iuris principiis insistens, consultus ab Illustriss. Dom. D. Alphonso de Peralta Archiepiscopo Argentino, † an ipse solus administrare, & distribuere posset bona ad suæ Ecclesiæ fabricam pertinentia, vel casu, quo id simul cum Capitulo facere deberet, ei tantum quantum reliquis aliis Capitularibus deferri deberet. Respondi, ad ipsum simul cum Capitulo pertinere, & vnam tantùm vocem habere, omniumque pariter esse, non solùm administrationem dictæ fabricæ, verùm & nominationem œconomi, & Rationalis, vt decisum videtur in Trident. *sess.25. cap.6.* & expressiùs semel,& iterum declarauit sacra Congreg. Cardin. vt per Farin. in notis ad eundem text.Idque Limæ tribus sententiis conformibus executoriatum esse, & semota Concilij dispositione etiam iure communi probari *in cap.1. cap. nouit, & in cap. quanto, de his quæ fiunt à Prælatis, l.9. & 10. tit.14. par.1.* cum aliis, quæ post Abb. & Scribentes in dictis iuribus tradit Redoan. *de reb. Eccles. q.26. num.13.* Freder. de Senis *cons.295.* vbi eam rationem reddunt, quod hoc pertinet ad mensam Capitularem, & Episcopus habet vnum votum, & idem tradit Puteus *decis.127. lib.3.* & latiùs nouissimus D. Valençuela *cons.101. n.98. & cons.184. num.75.*

Quamvis aliquid videatur obstare, quod traditur *in eod. Concil. sess.24. cap.3. §. patroni verò, vers. Sed Episcopi,*& per Garciam *d.tract. de benef.par.3. cap.2. num.198. in fine*, vbi decisum refert, reditus fabricarum posse expendere Episcopum pro suo arbitrio. Quod quidẽ in multis Ecclesiis practicatur,& indubiè procedet,

procedet, si Prælatus non procedat iure ordinario, sed per viam visitationis, & reuisionis, administrationis bonorum, & rationum fabricæ, hoc enim ei priuatè competit, & in eo fundatam habet suam intentionem, *ex eodem Concil. Trid. sess. 24. cap. 3. vers. Sed Episcopi*, & declarat Congregat. apud eund. Garc. *sup. num.* 198. ibi: *Ad vndecimam solus Episcopus potest fabricam visitare.* Et extat alia similis declaratio apud Farin. *ibid. quæ comprobatur ex eod. Concil. sess. 22. cap. 9.* & traditis à Ioan. Gutier. *lib. 1. Canon. q. 35. à n. 19.* & Bobad. *in Polit. lib. 2. cap. 17. n. 138.* vbi alios allegat.

An autem † Capitulum sine Episcopo possit disponere de bonis Mensæ Capitularis, siue fabricæ, vide quod sic, in rebus non multi momenti per gloss. *in cap. 2. de verb. signif. in 6.* vbi DD. Felin. *in cap. cum omnes, de constitut. num. 9.* vbi etiam Decius *num. 3.* & Beroius 52. Innoc. Abb. & omnes *in cap. cum consuetudini, de consuetud.* & Calderin. *cons. 2. de consuetud. num. 2.* & alij ex *suprà* relatis.

Et pariter † Episcopi habent fundatam iurisdictionem ordinariam, iurisdictione, & visitatione omnimoda suorum Canonicorum etiam regularium, *cap. requisisti, de testam.* gloss. *in cap. nullus, de elect. in 6.* Corneus *cons. 193. num. 4. lib. 2.* Hostiens. & Panor. *in cap. causam quæ, el 1. de iudic.* & plures alij, quos refert Rota in vna Montis regalis coram Coccino apud Farin. *in recentior. 1. part. decis. 69.* idem Farin. *decis. 447. 1. tom. & decis. 62. 248. & 491. volum. 2.* idem Coccinus *decis. 448. num. 1. & decis. 471. num. 1.* Alois. Ricc. *in prax. var. resolut. cap. 42. & 335. in prax. decis. 409.* Non tamen sub hac, vel alia quauis causa † in se assumere debebit cognitionem causarum, quæ sunt inter ipsum, & præbendarios, vel alios, super iuribus spectantibus ad suam Mensam Episcopalem, vel super aliis rebus, quæ ipsum concernunt, quia de his, tanquam de propriis cognoscere, & iudicare nequit, vt notat gloss. per text. ibi *in cap. si quis erga 16. verb. Priuetur 2. quæst. 7.* Iacob. Lauren. *de iud. suspect. cap. 5. à num. 26.* Redoan. *de reb. Eccles. quæst. 78. cap. 8. num. 4.* Cerola *in prax. 1. part. verb. Episcopus, §. 34.* Alois. Riccius *in decis. Curiæ Archiepiscop. 1. parte, decis. 144. num. 2.* & Scaccia *in tract. de sentent. & re iudic. cap. 1. gloss. 4. quæst. 8. num. 2.* & D. Valençuela *cons. 184. num. 75. & 76.* vbi, quod † Episcopus non iudicat in causa propria; & id tantum permittitur Principibus non recognoscentibus Superiorem. Et in specie Ecclesiæ Metropolitanæ Limensis, pro inhibitione Archiepiscopi, in causis inter ipsum, & Capitulum eiusdem Ecclesiæ, extat Breue Clem. VIII. felicis recordat. ann. 1602. cuius mentionem fecit Dom. Episcopus D. Felician. à Vega *in cap. causam quæ, de iudiciis, num. 11.* vbi inquit in eodem Breui iuberi, quod huiusmodi causarum cognitio spectat ad Priorem Conuentus sancti Augustini, vel ad Commendatorem Beatæ Mariæ de Mercede, vt ipsi auctoritate Apostolica simpliciter, & de plano causas audiant, ac recognoscant, fineque debito terminent, ac decidant.

Planè si non per viam visitationis, & morum correctionis, sed criminaliter contra aliquem ex suis Capitularibus Episcopus procedere velit ob aliquod delictum, quod commisisse dicatur. Tunc, † inspecto iure communi, consensum, siue consilium aliorum Capitularium requirere debet, *cap. irrefragabili,* vbi Felin. *num. 3. de offic. Ordinar. cap. nouit, & cap. quanto, de his quæ fiunt à Prælat. cap. Episcopus nullius 17. quæst. 7. cap. scitote,* iuncta gloss. *ibi 6. quæst. 3. l. 9. titul. 14. part. 1. l. 15. titul. 22. eadem part.* & vtrobique Gregor. Lopez, cum multis aliis, quæ doctè congessit Ludouic. Sarabia *in tractat. de iurisdiction.* Adiunct. *quæst. 1. numer. 11.* cum multis seqq. & Dom. Valençuela *dict. consil. 184. numer. 92. & seqq.* Et licet hoc ius Canonicorum negligentia omissum fuerit, & paulatim introductum, vt Episcopi soli absque Canonicorum interuentu dictam iurisdictionem exercerent, teste Panormit. *in cap. qualiter, el 2. numer. 6. de accusation.* & aliis, quos refert Sbrozius *de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 55. numer. 14.* in Concil. tamen Trident. *sess. 6. de reformat. cap. 4.* & plenius *sess. 25. de reformat. cap. 6.* cautum fuit, vt procederent simul cum duobus Adiunctis, ex eodem Capitulo singulis annis ad hoc munus eligendis, & iuxta modum, & formam *in d. cap. 6.* latius præscriptam.

Quod † beneficium emanasse in recompen- 58
sam aliarum facultatum iurisdictionalium, quibus Cathedralium Capitula gaudebant, & alia planiora, & faciliora impetrare debuisse, si in Concilio fuissent, qui pro eis allegarent, & responderent, tradit Nauar. *cons. 3. de off. Ordinar.* Piasec. *in prax. Episcop. 2. part. cap. 2. num. 9.* Cerola *in ead. prax. verb. Capitulum, num. 8.* & Sarab. *vbi supra num. 22. & 23.* Et iis, & aliis
resoluens, † hanc constitutionem, siue intro- 59
ductionem Adiunctorum fauorabilem esse, & pro se iuris communis assistentiam habere. Quod etiam pulchrè probat, & prosequitur Puteus *decis. 107. lib. 1.* & Rota *decis. 615. in 1. part. nouissim.* Vnde in omnibus fere Ecclesiis Hispaniæ Tridentini dispositio recepta est, tanquam iuri, & rationi conformis, & valdè vtilis, & necessaria, quia vt inquit Nauarrus *dict. cons. 3. num. vltim. Experientia constat, conuenire Reipub. vt aliquorum Prælatorum plus volentium dominari, quam pascere gregem, & pro libito, amore, vel odio absoluere, & condemnare hos, & illos Capitulares sibi resistentes, vel obsequentes, potentiæ, obuietur per Adiunctionem Canonicorum, vt prædictum statuit Concilium.*

Sed cum idem Concil. *d. cap. 6. in fin.* † ca- 60
ueat se nolle derogare constitutionibus, priuilegiis, aut consuetudinibus, siue concordiis, quibus Episcopi, aut eorum Vicarij in suis Ecclesiis maiorem habeant potestatem, auctoritatem, ac iurisdictionem, quam illo decreto sit comprehensum, quod idem declarauit Rota *decis. 743. 1. part. diuers.* & apud Seraphin. *decis.*
493. Multi † Episcopi Indiarum prætendunt 61
se absque Adiunctis procedere posse, & de facto procedunt, allegantes in erectionibus suarum Ecclesiarum nihil super hoc cautum inueniri, & sic videri in iuris antiqui dispositione relinqui, quod ante dictum Concilium vigebat, & prætendentes se in hac consuetudine esse, eamque absque dubio valere, vt probat text. *in cap. non est, de consuetud. lib. 6.* vbi habetur,
† quod valida est consuetudo contra ius com- 62
mune, vt scilicet Episcopus non teneatur requirere Canonicorum consensum in inquirendis, puniendis, & corrigendis suorum Capitu-

latium exceſſibus, de quo latius Petr. de Biaſio *in direct. elect. part.* 3. *cap.* 9. Sarabia *dict. quæſt.*1.*num.*1.*&* 47.*& ſeqq.*& Dom.Valençuela *conſil.*79.*num.*103.

63 Maximè † cum omnes ferè Eccleſiæ Cathedrales Indiarum fuerint erectæ poſt publicationem Tridentini, atque ita non poſſint probare ſe vllo tempore eſſe, aut fuiſſe exemptas ab omnimoda iuriſdictione Epiſcoporum, cuius
64 reſtrictio † datis Adiunctis, eſt quoddam genus exemptionis, licet limitatum. At exemptio non præſumitur, niſi probetur, Veral. *deciſ.*328.*n.*2. *lib.*1. & Lancellot. *deciſ.* 631. *num.* 3. *in recol-*
65 *lect. ciuil. Farinac.* Quippè † cum ſemper ſtandum ſit pro iuriſdictione Epiſcopi, donec contrarium probetur, Roland. *conſil.* 89. *num.*35. *volum.*2. Seraphin. *deciſ.*1449. *num.* 1. & Epiſcopus vtatur de iure ſua iuriſdictione, etiamſi non ſit in poſſeſſione ſubiectionis, contra eum, qui allegat exemptionem, donec contrarium probetur conſuetudine, vel præſumptione acquiſitum, Francus *in cap. cum perſonæ*, §. *ſi verò, notab.*2.vbi Ancharr.& alij, *de priuileg. in* 6. Rota *deciſ.*145. *num.*6. *part.* 2. *diuerſ.* & plures alij, quos congerit Riccius *in prax. reſolut. cap.*54. *num.*4. *limitat.*5. *& deciſ.* 211. *part.*1. & in noſtris terminis Sarabia *dict. tract. quæſt.*11. *numer.* 14. vbi alia argumenta pro hac parte conſiderat.

Et potuit allegare, quod dictæ Eccleſiæ, cum nouiter erectæ ſint, nullo modo exemptæ
66 dici poſſunt. Atqui decretum † Concilij loqui ſolum de Capitulis exemptis, & non exempta minimè ſub illo comprehendi, etiamſi multa habeant priuilegia, referunt deciſum Additio ad Nauarrum *dict.conſil.*3.*in fine*, Riccius *in collect.deciſ.collect.*751. *in princip.*Cerola *dict. verb. Capitulum*, §.8.Seraphin. *deciſ.*493.*num.*1. Sarabia *vbi ſuprà quæſt.*11. *num.* 18. *& quæſt.* 12. *numer.* 17. Rota *deciſ.*743. *num.* 8. *&* 9. Hieron. Venerus *in exam. Epiſcop. lib.* 4. *cap.* 27. *numer.* 5. Auguſtin. Barboſa *in diction. tractat. de Canon. cap.* 28. *num.* 2. *& in collectan. nouiſſimis ad Concil. dict. cap.*6. *num.*3. *pag.*629. vbi alios adducit.

67 Denique prætexunt, in his † Indiarum prouinciis, magis quam alibi, Eccleſiaſticorum exceſſus patere, & in ipſis Eccleſiis Cathedralibus, vt plurimum, paucos Capitulares adeſſe, eoſque, qui adſunt, non ea eruditione, & morum integritate pollere, vt Epiſ-
68 copis adiungi poſſint, quorum † dignitas, & auctoritas, cum vbique maxima ſit, & eſſe debeat, tum præcipuè in his remotis regionibus, & nouiter ad Fidem conuerſis. Hanc autem valdè Adiunctorum vſu diminui, vel, vt verbo Taciti vtar, reſolui, ſic enim ille *lib.* 1. *Annal.*
69 de Tiberio loquens, ſcribit: † *Ne vim Principatus reſolueret, cuncta ad Senatum vocando. Eam conditionem eſſe imperandi, vt non aliter ratio conſtet, quam ſi vni reddatur.* Tantumque abeſſe, vt Adiunctorum iuriſdictio ad Indiarum Eccleſias, vbi plenè, ac planè ſtabilita non reperitur, porrigi debeat, vt ex rationibus
70 *ſuprà* dictis, † vel in ipſis Hiſpaniæ, his proximis diebus ſub occaſione cuiuſdam grauis exceſſus quorundam Capitularium, ſeriò actum ſit de ſupplicatione apud ſedem Apoſtolicam interponenda ſuper eiſdem Adiunctis reuocandis.

Quæ omnia (& ſi quæ ſunt alia) cum ſæpè & inſtanter pro parte Prælatorum Indiarum in ſupremo Indiarum Senatu propoſita, & poſtulata fuiſſent, † Senatus ipſe, vt qua ſolet prudentia, & maturitate, rem adeo grauem, & arduam decidere poſſet, plures ſchedulas Regias expediri iuſſit ad Capitula dictarum Eccleſiarum, vt primo quoque tempore de ſtylo, & conſuetudine hucuſque in eiſdem Eccleſiis circa Adiunctos obſeruata, plenam, & authenticam relationem remitterent, & quid in ſui iuris defenſionem facere poſſet, quidvè Eccleſiis & Chriſtianæ Religioni vtilius, & conuenientius eſſe iudicarent, breuiter informarent. Quod cum iam aliqua Capitula opere compleuerint, quæ pro ſe allegant, vel allegare poſſunt, hæc quidem eſſe videntur.

Primum, verum eſſe † in Eccleſiarum Indiarum erectionibus, excepta nouiſſima Truxillana, & ſi qua eſt alia, nihil de Adiunctis peculiariter cautum. At verò in omnibus eam clauſulam reperiri: quod vtantur, & fruantur omnibus iuribus, conſuetudinibus, gratiis, indultis, & priuilegiis, quibus gaudent, & fruuntur aliæ Eccleſiæ Cathedrales Hiſpaniæ, & præcipuè Hiſpalenſis, quæ primis temporibus earum omnium typus, & Metropolitana conſtituta fuit. Vnde † cum in omnibus ferè Eccleſiis Hiſpaniæ Adiunctorum iuriſdictio recepta ſit, nihil eſſe videtur, cur his Indiarum denegari poſſit, ex regula æquiparatorum, & notatis à Barthol. Socin. & aliis *in l.*1.*D.de legat.* 1. & in terminis à Sarabia *vbi ſuprà, quæſt.* 11. in qua ſpecialiter diſputat hanc quæſtionem: *An † Eccleſia poſt Tridentinum in Cathedralem erecta gaudeat Adiunctis?* Et affirmatiuè reſoluit, ex eo quia huic iuriſdictioni ius commune aſſiſtit (vt diximus) & quia Epiſcopus † eiuſdem nouæ Eccleſiæ nullam iuris ſui diminutionem allegare poteſt, cum tam ipſe, quam illa dè nouo creentur, & in vnum veluti corpus coagulentur, vnuſquiſque cum iuribus ſibi in ſimilibus Eccleſiis conceſſis, & competentibus, *cap. cum inferior, de maior. & obedient.* vbi Hoſtienſ. & Ioan. Andr.*num.*12. Cardin. *num.* 1. Panorm. *ſup. gloſſ.* 3. *in fine*, & in terminis ſacratus *in deciſ. Rotæ*, quam idem Sarab. recenſet *d. q.* 11. *num.*5. *& poſt quæſt.*1. & Marcheſan. *de commiſ.* 3. *part.deciſ.*1.*verſ.Non obſtat*, §.4.

Secundò, quia † Eccleſiæ Hiſpaniolæ, Mexicana, Tlaxcalenſis, Cuzquenſis, & Limana, ante publicationem Concilij Tridentini erectæ ſunt, atque adeo priuilegio, in illo Cathedralibus conceſſo, frui debent, provt ſe iam ab antiquo frui, & gaudere prætendunt, & ſingulis annis Adiunctos eligunt ad hoc ius conſeruandum, licet aliquando ob nimiam Prælatorum potentiam eis vti non ſinantur. Quod † effecit, vt Limana iudicem Apoſtolicum impetrauerit, vt hanc cauſam decideret, provt in eius fauorem deciſa fuit, duabus ſententiis conformibus anno 1605. & poſtea in earum confirmationem impetrauit decretum, ſiue declarationem ſacræ Congregationis Cardinalium ann. 1616. per Regium Indiarum Senatum viſam, & approbatam 20. Februar. ann. 1617. Quas Eccleſias, vtpotè priores, † & Metropolitanas, aliæ nouiores, & ſuffraganeæ ſequutæ ſunt, & ſequi debuerunt, gloſſ. *in cap. penult. de celebrat. Miſſ.cap.fin.de ſponſ.duorum*, cum

cum aliis adductis à Quaranta *in summa Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas*, *num.23. vers.22.* & Acuña *in cap. de iis*, 13. *distinction. num.* 3. *pagina* 71.

Neque obstat, quod non fuissent de illis, quæ exemptæ vocantur, ad quas videtur Tridentini dispositio pertinere, vt declaratum testantur Auctores, quos *sup. numer.* 64. recensui. Nam † etsi Concil. *sess.* 6. *cap.* 4. hanc restrictionem admittat, postea tamen *sess.* 25. *cap.* 6. vbi plenius egit, & prouidit de hac Adiunctorum iurisdictione, nullum sanè verbum protulit de Ecclesiis exemptis, sed generaliter de omnibus statuit, & ita illud intellexit Nauarr. *dict. consf.* 3. *de offic. Ord. num.* 6. dicens, comprehendere Ecclesias tam exemptas, quam non exemptas, siue iam Cathedrales, siue de recenti in Cathedrales erectas. Quod etiam refert & sequitur Sarab. *vbi suprà num.* 3. *in fine*, & *num.* 19. vbi inquit, ita Romæ responsum fuisse à clarissimis Aduocatis Merenda, & Andrea, Nauarri opinionem obseruari debere tradentibus, nisi specialiter in erectionis indulto caueatur, quod Adiunctorum iure vti non debeat.

Tertiò, pro eisdem Capitulis Indiarum ponderatur, id quod obiicitur de paucitate, tenuitate, & minori sufficientia, siue habilitate præbendariorum earum, etsi aliquando, & in aliquibus Ecclesiis verum esse possit, † eandem proportionem respectu Prælatorum considerari posse. Quoniam membra regulariter suis capitibus compatiuntur. Et præterea nullam Cathedralem esse, in qua viri docti, & Deum timentes non reperiantur, & in multis multos adesse, qui possint cum florentissimis Hispaniæ, & Italiæ Doctoribus comparari, de quo Ego testis esse possum. Maximè quia vbi † sufficientes non sunt, vel vbi à partibus recusantur, præscribitur forma, quæ seruanda est *in d. c.* 6. Concilij.

Et quia † in his Indiarum prouinciis Archiepiscopi, & Episcopi elatiores sunt, & pro summo imperio, & honore, quẽ habent, & exercent, nihil non sibi adrogant, & vsurpant, & Capitulares sibi dicto parentes, & ne nutu quidem contra ipsos aliquid insinuare audentes, tam in dictis Capitularibus, quam in aliis habere prætendunt, & longè magis, quam in Hispania reliqua alia procedunt, & vereri possunt, quæ cum Nauar. retulimus *suprà hoc cap. num.* 59. Vnde multo minus expedit eis potestatis frænum laxare, sed potius saltem hoc Adiunctorum medio aliquatenus temperare. Cum vel etiam eo existente, † omnia tandem ex Prælatorum arbitrio dependeant, ex his quæ de inæqualitate dicti medij, & eius praxi, & executione tradit Nauar. *d. consf* 3. D. Valenç. agens de Adiunctis Ecclesiæ Conchens. *consf.* 184 ferè per tot. & Sarab. *de iurisd. in Adiunctos*, *q.2* & *q.5. n.7.* Qui integro illo, & non malè docto tractatu, † plures quæstiones in hac materia Adiunctorum mouet, & resoluit, quæ apud eum videri poterunt, & inter alias eam *q.17. n.35.* & *q.32. n.5.* An † Capitulum sede vacante procedat cum Adiunctis, & *q.23.* An † etiam contra Portionarios Capitulares cum Adiunctis procedendum sit. De qua etiam Hieron. Gonçalez *in reg. Cancell. gloss. 45. à num.* 38. & Nos *suprà hoc cap. num.* 14.

Cui addere poteris aliam quæstionem, quam omisit; an † Adiunctorum potestas, & iurisdictio cesset statim, ac profertur diffinitiua? vel duret etiam vsque ad plenam eius executionem? quam mouet, & lata diffinitiua cessare concludit D. Episc. Pacens. D. Felician. à Vega *in cap. si quis 4. de for. comp. num.* 36. & *seqq.* vbi refert idem tenuisse Doctorem Sahagun, & alia, de Adiunctis vide apud Salced. in addit. ad praxim Bernard. Diaz *cap.* 3. §. *competit*, Rota Roman. 1. *part. diuers. decis.* 743. & 305. 303. & 328 *par.* 2. Mantic. *decis.* 180. Ioan. Franc. Leon *in thesaur. for. Eccles. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 62. Steph. Gratian. 5. *tom. discept. cap.* 892. Aloys. Riccius *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 751. Armendar. *ad leg. Nauarræ, lib.* 1. *titul.* 6. *de visit. num.* 38. *cum seqq.* Camill. Borrell. *in summ. decis. tit.* 6. August. Barbosa *in Pastorali, 3. part. alleg.* 73. *n.* 5. *cum seqq.* & *in tract. de Canonicis*, *cap.* 28. & in nouissimis *Collect. ad Trident. d. cap.* 6. *pag.* 628. *cum seqq.* Ioan. Gutierr. *lib.* 1. *pract. q.* 94. Narbon. *in l.* 59. *num.* 39. *lib.* 2. *tit.* 4. *Recopil.* & Dom. Valençuela *dicto consilio* 184.

Quibus † notanter adiicio, quod si Canoni- 88
cus fortè eiusdem Ecclesiæ, in qua Canonicus est, Curatum, vtpote eidem Ecclesiæ annexum, exerceat, iuxta ea, quæ notaui *suprà hoc cap. n* 5. Tunc si in talis Curati ministerio delinquat, poterit sine Adiunctis ab Episcopo corrigi; quia
† vbi in eadem persona duplex qualitas, siue 89
duplex officium concurrit, illius consideratio habetur, cuius contemplatione actus, de quo tractatur, gestus reperitur, vt in terminis signanter tradit, & in Rota decisum refert Seraph. Oliuarius, omnino videndus, *decis.* 1058. & in simili tradit Griuell. *decis. Dolana* 84. & Ego latius 1. *tom. de Indiar. iure*, *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 7. & *seqq.* & dicam *infrà cap.* 23. *num.* 38. circa Episcopum, qui simul tanquam dominus loci, temporalem in eo iurisdictionem exercet.

CAPVT XV.

De Beneficiariis, seu Beneficiis Curatis, tam in populis Hispanorum, quam Indorum, quæ vulgò Doctrinas *vocant, & quid in his eligendis, examinandis, remouendis, vel interinariis constituendis seruandum sit?*

SVMMARIVM.

1 *Curatorum, siue Parochorum munus quale?*

2 *Animarum regimen est ars artium.*

3 *Parochorum de munere requisitis, & obligationibus, qui agant?*

4 *Parochias, & Parochos in populis Hispanorum, & Indorum erigi, & creari quantum Reges nostri curauerint?*

5 *Ecclesia Indiarum adhuc potest dici noue conuersa.*

6 *Parochiæ, & doctrinæ Indorum, & Hispanorum, qualiter olim Sacerdotibus secularibus, vel regularibus commendari solerent.*

7 *Rex patronus vbi est absens, quæri debet assensus, & præsentatio Vicarij ipsius.*

Electus non capit ab eligente, sed à mandante eligi, ibidem.

8 *Beneficia Indiarum olim non concedebantur in*

in titulum, sed amobiliter ad nutum, & quare?

9 *Commendæ appellatæ fuerunt olim beneficia Indiarum, & de similibus Commendis à iure Canonico cognitis, & earum iure.*

10 *Commendare nihil aliud est, quam deponere.*

11 *Beneficia secularia ex fundatione benè possunt esse temporalia, & ad nutum amobilia.*

12 *Commendarum beneficialium formam, & vtilitatem ad nutum plures schedulæ ostendunt, quæ referuntur.*

13 *Beneficia, qui olim habebant ex titulo Regio, vel ex præsentatione Proregum, in quo differrent, vel non, relatis schedulis de hoc agentibus.*

14 *Beneficia Curata Hispanorum, & Indorum per sched. ann. 1609. dari iussa sunt per oppositionem, & in titulum, & cum aliis requisitis ibidem latius expressis.*

15 *Patronatus Regius æqualiter exercetur, & exerceri debet in beneficiis Curatis Hispanorum, & Indorum, atque in præbendis.*

16 *Beneficiorum Curatorum prouisio solet pertinere ad Episcopos, vel R. P. in mensibus sibi reseruatis.*

17 *Beneficia etiam curata, vbi sunt de Regio patronatu, ad præsentationem Regis, & non aliter conferri debent.*

18 *Indulto conferendi beneficia, comprehenduntur tam maiora, quam minora, & simplicia, & commendæ.*

19 *Beneficia curata Indorum esse debere de patronatu Commendatariorum, censet Matienz. qui reprobatur.*

20 *Patronatum Regium fraudare, vel vsurpare tentantes in beneficiis curatis Indorum, vel Hispanorum, qualiter reprehensi fuerunt per varias schedulas, quæ referuntur.*

21 *Patronatum quando, & quatenus acquirere censeatur Vniuersitas dotans, vel construens Ecclesiam?*

22 *Patronatum licet quoad alia possint quærere priuati, qui fundant, vel dotant Ecclesias in prouinciis Indiarum, non tamen quoad præsentationem beneficiorum.*

23 *Patronatum habere duos, vel plures in eadem Ecclesia, diuersis respectibus, nouum non est.*

24 *Patronatui Regio fit satis si vnicus oppositor dumtaxat proponatur, vbi alij intra terminum edictorum non comparuerunt.*

25 *Edicta de nouo figere, vel illorum terminum prorogare necesse non est, etiam dato, quod vnus tantum oppositor intra illorum terminum comparuerit.*

26 *Beneficia curata perpetuitatem desiderant, & ideò Commendarum vsus sublatus fuit.*

27 *Commendas in beneficiis semper damnosas fuisse experientia ministrauit.*

28 *Commendam per syncopen dici, quasi* Comedendam *facetè dixit Rebuff.*

29 *Commendas in beneficiis Indorum tolli, & ea perpetua fieri, iam dudum desiderauit Matienz. & quare?*

30 *Beneficiis in Curatis Hispanorum, vel Indorum etiam post sched. ann. 1609. solet apponi clausula, vt sint amobilia ad nutum, quod reprobatur.*

31 *Collatio perpetuum titulum præbet.*

32 *Clausula amobilitatis ad nutum solet etian aliquando apponi in beneficiis perpetuis a magis in officio continendos prouisos, & verba notanda Nauarri ad hoc.*

33 *Beneficia curata Indorum, vel Hispanorum hodie non ita facilè, vt antea remouer debent.*

34 *Schedul. ann. 1601. quæ vocatur* de la Concordia, *& ponit formam priuandi benefi ciarios ex concordia Prælati, & Patron refertur, & an hodie practicari debeat post illam ann. 1609. discutitur.*

35 *Inauditus, & indefensus nemo priuari, au damnari potest, nec solet.*

36 *Beneficiarij titulum perpetuum habentes non possunt inauditi, & indemnati suis benefi ciis priuari.*

Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 6 *expenditur*, ibid.

37 *Beneficiatos, de quorum priuatione agitur audiendos esse, & habere recursum ad Re gales Audientias per viam violentiæ, plures schedulæ tradunt, quæ referuntur.*

38 *Excellentiss. Proregum Peruanorum D. D. Marchionum de Montesclaros, & de Guadalcaçar iudicium circa praxim schedul dictæ* de la Concordia.

39 *Schedula anni 1619. refertur, quia prohibet sine causæ cognitione beneficia Curatis adimi.*

40 *Amotio, vel remotio ad nutum, vbi in beneficiis, vel capellaniis reseruatur, an nihilominus causæ remotionis iustificari debeant, ex magis communi contra communem, & latè de hac quæstione, & de Auctoribus illam tranctantibus.*

41 *Commendæ ad certum tempus, vel ad vitam datæ, sine causa etiam per Romanum Pontificem reuocari non possunt.*

42 *Concessio ad beneplacitum, regulariter intelligitur arbitrio boni viri.*

43 *Parlamenta Franciæ restituunt Monachos sine causa remotos à beneficiis regularibus, ex Nauarro.*

44 *Concordiam in amotione beneficij non esse practicandam, nisi de grauibus, & legitimis causis iudicialiterque constiterit, tradit D. Episcop. Pacens. cuius sententia probatur.*

45 *Verbum,* si tibi constiterit, *respondet verbo Hispano,* satisfecho, *& quid importet?*

46 *Proreges in causis priuationis beneficiorum se immiscere non debent, etiam per viam, quam vocant Concordiæ, & quare?*

47 *Laici à causis Ecclesiasticorum omninò abstinere debent.*

48 *Patronus laicus solum in præsentatione beneficiati se immiscere debet, non in priuatione, vel punitione, ex Trident. & aliis.*

49 *Clerici, etiam data consuetudine pro criminalibus coram laicis conueniri non possunt.*

50 *Concordiæ praxim excusare in remouendis beneficiariis, hodie securius est.*

51 *Sententia priuationis beneficij ab Episcopo lata, appellatione remota exequi potest, & alius interim nominari.*

52 *Beneficiariis interinariis, qualiter stipendium per schedulas Regias, & intra quatuor tantum menses solui iubeatur.*

53 *Interi*

3 *Interinaria beneficia per solum Prælatum, & absque necessitate consensus, vel præsentationis Patroni, prouideri possunt, tam ex dispositione iuris communis, quam Concilij Tridentini.*

4 *Vicarium deputare interim dum beneficium prouidetur de Rectore semper ad Episcopum pertinet, etiam in spectantibus ad Papam.*

5 *Vicarius interinarius nullum ius acquirit ad beneficium, & quando, & qualiter tales Vicarij constitui possint?*

6 *Patronus solum præsentare potest beneficia actualiter vacantia.*

Cap. illud, de iure patronat. expenditur, & illustratur, ibidem.

7 *Præsentatio ibi solum datur, vbi datur vacatio.*

8 *Præsentatio facta beneficij litigiosi alicui ex collitigantibus, nulla est, & attentata.*

9 *Schedula Regia ann. 1626. quæ videtur in beneficiis interinariis requirere assensum Patroni, expenditur, & exponitur.*

Schedulæ quæ facti tantum narrationem continent, nihil disponunt.

Cap. super eo, de off. delegat. *expenditur, & illustratur.*

Rescripta semper sic sunt accipienda, vt ius commune, vel tertij minus, quantum fieri possit, lædant.

3 *Prælatus vbi commodè poterit, debet certiorem facere Patronum de nominationibus interinariis.*

4 *Parochi Hispanorum, & Indorum, tam à Prælatis nominari, quam à Patronis præsentari debent de dignioribus, & idonioribus.*

Concil. Trid. seſſ. 24. de reform. cap. 18. *expenditur, & illustratur.*

5 *Electio omnis, quæ fieri iubetur per concursum, & oppositionem, debet fieri de digniori sub peccato, & onere restitutionis, ex communi multorum opinione, qui latè referuntur.*

Beneficiorum prouisiones rarò fieri per vocatiuum, sed per datiuum, ablatiuum, aut alios casus, queritur Rebuff. quia pauci viri boni vocantur, & eliguntur.

Electio mala à quolibet de populo impugnari, & ab ea appellari potest.

Digniorem omittens, non tenetur ad restitutionem, secundum opinionem aliquorum, qui recensentur.

Curati omnes maximè requiritur, vt virtute, litteris, & moribus præstent, & præcipuè illi, qui Indis præficiendi sunt, & quare?

Parochi Indorum qualiter in eorum catechesi, & in aliis procedere debeant?

Euangelium annuntiandum, & prædicandum est omnibus gentibus quantumuis feris & barbaris.

Barbaris prius vitia, & feritas detrahi, deinde virtutes, & Euangelij doctrina seminari debet, ex Lactantio.

Indorum ingenia ob idololatriam deprauata sunt, & ideo magis in eorum conuersione laborare expedit, & qui de eorum catechesi agant.

Indi Occidentales ob Ministrorum defectum parum in Fide hucusque prefecerunt.

76 *Linguæ Indicæ peritia præ cæteris requiritur in Parochis, siue Doctrinariis Indorum, & qualiter ea parari debeat?*

77 *Christus non antea Apostolos misit ad euangelizandum, quam eos linguarum dono illustraret.*

78 *Indi non sunt tanquam Picæ, aut Psytaci edocendi.*

79 *Lac potum se suis discipulis dedisse, quo sensu dicat Apost.* 1. Corint. 3.

80 *Baptizatis olim solebat dari lac, & mel, & quare?*

81 *Hebræi quam suauiter fuerint euocati à Deo ab idololatria.*

82 *Doctrinas Indorum, tam conferentes, quam accipientes sine sufficienti peritia Indici sermonis, peccant mortaliter, & quod super hac obligatione, quia iuris diuini est, dispensari non potest.*

83 *Surdi sumus in linguis, quas non intelligimus.*

84 *Operariis suis Deus subsidium, & linguam, ac verba præbet.*

85 *Collatio beneficij facta ei, qui idioma plebis sibi commissæ non callet, ipso iure est nulla, nisi statim illud discere possit.*

86 *Præsentatus à Patrono, si sit linguæ imperitus, poterit illum Episcopus refutare, & quis debeat probare hanc imperitiam?*

87 *Patronatum Regium, qui hodie apud Indos exercent, nullum præsentant, nisi ex tribus nominatis, & approbatis ab Episcopis.*

88 *Rex quando possit, omnibus consultatis posthabitis, alium ex suo arbitrio eligere? remissiuè.*

89 *Examinatio, & reexaminatio Curatorum, quomodo, & quando fieri, & repeti possit? & quæ circumstantiæ prælationem inducant?*

90 *Parochi Indorum parum cupidi, seu auidi pecuniarum omnino esse, & eligi debent, & quare?*

91 *Pastoris, tam temporalis, quam spiritualis cura, in quo consistere debeat?*

92 *Doctrinarios non debere oblationes extorquere ab Indis, plures Regiæ schedulæ monent.*

93 *Sandalia, quibus Apostoli vtebantur, quid significarent? ex D. August.*

94 *Spiritualia, qui seminat, temporali suæ sustentationi necessaria iustè percipere potest.*

95 *Eucharistia sacra an Indis, quamuis rudibus, dari possit, & infantibus, furiosis, & etiam mortuis?*

DE Præbendariis Cathedralium Indiarum Ecclesiarum, ad alios Beneficiarios opportunè transitum faciemus, qui minoribus Ecclesiis cum animarum cura præficiuntur, siue illæ Hispanorum sint, siue Indorum, quas vulgò *Doctrinas* vocamus. Et quidem in communi † de eiusmodi Curatorum electione, munere, 1
& obligatione plura colligi possunt ex *c. de cætero 2. q. 6.* vbi docemur, Episcopos ordinatos esse in partem solicitudinis Papæ, & Curatos in partem solicitudinis Episcoporum, *cap. cum sit, de ætat. & qualitat.* vbi dicitur, quod regimen † animarum est ars artium, quia 2
animæ sunt pretiosiores omnibus aliis rebus, *cap. præcipimus 16. quæst. 1. cap. dudum 2. de elect.* vbi

vbi DD. præcipuè Abbat. *notab.9. gloss.in Clement. dudum,de sepult.vers.Impendant,& in Extrauag. execrabilis, vers. Quantum, de præbend.* Concil.Trident. *sess.* 24. *cap.* 18. Pius V. *in Extrauag.in conferendis,*ann.1566,cum multis aliis, quæ post antiquiores in dictis, & aliis iu-
3 ribus † tradit Rebuff. *in prax. titul. quotuplex sit beneficium, & seqq.* Aluar. Pelag. *de planct. Eccles.lib.*1. *cap.*70. Corras. *in paraphras. sacer,* 1.*part.cap.*5. Quintanad. *lib.*4. *Ecclesiasticon, à num.*68. Cerola *in prax.Episcop. verb.Parochus,* §. 1. Lælius Zechius *de Rep. Eccles. cap.*28. *de Parocho,num.*2. Rota *decis.*52. *in* 2. *part.diuers.* latissimè Hieron. Gonçalez *in reg.* 8. *Cancell. gloss.* 6. *ex num.* 34. Nicol. Garcia *de benef.* 1. *part. cap.*6. *num.*1. *& seqq.* vbi plures de hac re tractantes adducit,& vltra eos eleganter Isidor. Moscon.de Maiest. Eccles. *lib.*1. *part.*1. *cap.* 21. *&* 22. *& part.*3. *cap.*1. Leand. Galganet. *de iure publico,lib.*3.*tit.*24. *de parochis, pag.* 231. Aug. Barbosa in Pastorali, 3. *part.alleg.*60. *& in tract.de off.& potest.parochi, cap.*1. *&* 2. & nouissimè *in collectan. ad Trid. d. cap.*18. *num.* 1. *& seqq.ex pag.*469.

Sed vt ad parochos Indiarum (quod nostri
4 est instituti) sermonem contrahamus, † sciendum est, eximia nostrorum Regum cura & pietate, non solum de erectione Cathedralium cautum esse,sed etiam de parochiis creandis, in quibus Hispani ad eas confluentes, spirituali cibo ali possent, & Indi in Fide adhuc rudes,
5 Euangelico lacte imbuerentur, cum tunc,† imo & hodie Ecclesia,quæ est in his Indiarum prouinciis, possit dici nouè conuersa, vt benè aduertit Fr. Ioan. Bapt. *in suis monit. confess. Ind. part.*2.*fol.*174.

Et initio quidem, cum messis multa esset, operarij autem pauci, & vtplurimum minus, quam oportebat, Indicæ linguæ periti, & ad prædicationis munus, & Pastoralis officij cu-
6 ram idonei, † Sacerdoti, qui aptior videbatur, vel quem sors offerebat, hoc ministerium commendari solebat, & sæpè numero Religiosis viris, qui ad has prouincias cum primis earum Conquisitoribus tranfretauerant, nulla tunc Episcoporum obtenta, imo nec petita licentia, quia totum hoc ex Regis administratione,& nominatione pendebat,vel eorum,quibus ipse vices suas hac in parte commiserat, virtute delegationis Apostolicæ, & ex aliis rationibus, quas refert, & probat Eman. Roder. *in quæst regul.*1. *tom. quæst.*35. *art.*2. per totum.
7 Semper enim vbi † Rex Patronus est absens, quærendus est assensus,& præsentatio illius,qui loco Regis præest, vt notat Archidiac. *in cap. Reatina Ecclesia,*63. *dist.* Bald. *in cap. cum venerabilis, de consuetudin.* Angel. *in leg. adoptio, col,*2. *in fine,D.de adoptionib.* Palac. Rub. *de benef. vacant. in Curia,* §. 8. *ad fin. & introd.cap. per vestras, num.*5. Chassan. *in consuetud. Burg. rubr.* 3. §. 1. *vers. O vala persona,* & nouissimè D.Præses Valençuela *cons.* 155. *num.* 14. 48. *& seqq. volum* 2. vbi qualiter Proreges in his electionibus se habere debeant, & quod electus non capit ab eligente, sed à mandante eligi.

Et hac propter dictum ministerium non
8 concedebatur † in titulum beneficij perpetui, & collatiui, sed veluti in seruitium omnino ad nutum amobile, vt ministro idoniore ablato, aut alia forma postea tractu temporis intro-

ducta, facilius is, qui semel nominatus fuer
remoueri posset, & vel hoc ipsum ipsi sim
etiam stimulus esset, ad susceptam prouincia
pius, fidelius, & attentius implendam. Vn
eiusmodi nominationes communi vocabu
† Commendæ appellari cœperunt, eo qu 9
imitari viderentur naturam Commendarum i
re Canonico cognitarum, & receptarum, q
nullum titulum in beneficio seruienti præst
bant, sed veluti eius depositarius, aut custo
& administrator ad tempus constituebatu
gratia euidentis vtilitatis, aut necessitatis E
clesiæ,cum facultate tamen, vt de fructibus,
cut verus beneficiatus, disponere posset. Co
mendare † enim, nihil aliud est, quam depon
re, *l. commendare, D.de verbor. signif. l.* Luci
24.*D.depos.* cum aliis, quæ adduxi *suprà lib.*
*cap.*1. *num.* 5. & in ipsis terminis harum Co
mendarum obseruat gloss. celebris *in cap. ne*
*deinceps, de elect, lib.*6. *verb. Commendare.* V
plura de earum materia Ioann. Andr. Prob
ad Monachum, & alij DD. adducunt, & l
Corras. *in* §. *sacer,* 1. *part. cap.*6. *num.* 4. Go
çalez *ad d. reg.Cancell. gloss.*5. §.8. *num.*38. C
picius *decis.*3. Cened. *quæst.* 9.4. *&* 5. Germ
de indult. Apost. §. *itaque, &* §. *commenda*
*l.*6. *& seqq. tit.* 6. *lib.* 1. *Recop.* Azeued. *cons.*
*num.*15. *& seqq.* & plures alij, quos refert N
col.Garcia *d.tract.de benef part.*4. *cap.*4. *per*
tùm, vbi *n.*72. *& seqq.* benè post alios resolu
† beneficia secularia ex fundatione bene po
esse temporalia,& ad nutum amobilia.

Cuius formæ † obseruationem referunt,
confirmant plurimæ schedulæ Regiæ, quæ
tant 1. *tom. impress. pag.* 84. *cum seqq.* &
quadam dat.apud D.Martin 18. Maij ann.15
notatur quidam Archiepiscopus Limensis,qu
beneficium quoddam in titulum concesserat
adiicitur : *Pero para adelante estareis aduert*
de tener la mano de no dar ningun titulo de n
gun beneficio, sino fuere en Encomienda, por
la Iglesia no carezca de seruicio. Et in alia d
apud D. Laur. 1. Iunij 1574. quæ vocatur
claratoria iuris patronatus Regij, extat cap
quod eandem prouisionem horum benefic
rum,rebus Indiarum magis compositis, in
liorem formam redegit,& iubet,vt Prælati pr
uia oppositione,& examine, duos, vel vnum
duo reperiri non possint, Regis Gubernat
proponat,vt ab illo is,quem elegerit, præsen
tur, & mox ab Episcopo instituatur : *Por*
de Encomienda,y no en titulo perpetuo, sino am
bile ad nutum de la persona que en nuestro no
bre le huuiere præsentado, juntamente con el P
lado Et in alia ann.1591. *pag.*101. cum Pro
ge Peruano loquente, eadem forma præscri
tur, eo tamen adiecto, † vt tam qui ad Hisp
norum,vel Indorum curata beneficia prouide
tur in Indiis, quam ij, qui ab ipso Rege
Hispania, æqualiter fructus sibi in erectionib
adsignatos, percipiant : *Sin que tengan estos n*
que los otros beneficiados, sino fuere en quant
no ser amobiles ad nutum, como los demas que
fueren proueidos por mi. Quod etiam cauet
*sched.*ann. 1574. ibi : *Pero queremos, y es nues*
voluntad, que quando la presentacion fuere he
por Nos, y en ella fuere expressado, que la co
cion, y Canonica institucion se haga en titulo p
petuo, la tal colacion, y Canonica institucion
haga en titulo, y no en Encomienda, y que
presenta

resentados por Nos sean siempre preferidos à los ue se presentaren por nuestros Virreyes, Presiden-es, Governadores en la forma susodicha.

Quæ quidem in hunc modum processerunt sque ad annum 1609. † In quo cum iam sta-us Ecclesiasticus, & numerus Ecclesiasticorum ndiarum magis auctus, & constabilitus reperi-etur, pluribus Cathedralibus, & Hispanorum arochiis, necnon etiam municipiis Indorum, bique constructis, & opportunè pro regio-um capacitate dispositis, lata fuit alia Regia chedula dat. Matriti 4. April. in qua Rex no-er Piissimus Philippus III. præsentationẽ om-ium beneficiorum Curatorum, tam de Hispa-is, quam de Indis, suis Proregibus, & Gu-ernatoribus delegauit, absque vllo onere, & ecessitate Regiæ confirmationis impetrandæ, ssitque, vt in eorum prouisione Concilij Tri-entini forma seruaretur: *Y que los Arçobispos, Obispos, en cuyo distrito vacaren, pongan edi-os publicos para cada vno, con termino compe-nte, para que se vengan à oponer, expressando ella, que esta diligencia se haze por orden, y omission nuestra. Y admitidos los opositores, y uiendo precedido el examen en concurso dellos, onforme à derecho, como se haze en estos Rei-s en las Iglesias donde los beneficios se proueen or oposicion, nombrando Examinadores cada io, conforme à lo que manda el santo Concilio e Trento. Y de los assi examinados escojan los Arçobispos y Obispos tres, los mas dignos, para ada vno de los dichos beneficios, teniendo consi-eracion à la suficiencia de la lengua para dotri-ar, y predicar, &c. Y estos que assi escogieren, nombraren, los propongan à los Virreyes, Pre-dentes de las Audiencias, ò Gouernadores de su strito, para que ellos escojan vno, el que les arecicre mas à proposito, y le presenten en nue-ro nombre; para que con esta presentacion le dè colacion el Arçobispo, ò Obispo à quien toca-, sin que los Prelados puedan proponer, ni pro-ngan otro alguno, sino fuere de los opuestos, y aminados: y de estos, como està dicho, los mas gnos, &c. y quando no huuiere mas de vna rsona que quiera oponerse al tal beneficio, ò el relado no hallare mas de vno que quiera ser pro-ido, lo pondrà assi por testimonio en los autos los dichos editos, y harà nominacion del para e se presente, y se le despache titulo en la forma ferida, &c.*

Ex qua schedula, & aliis suprà relatis, illud imo colligitur, † in his Ecclesiis, & benefi-is Curatis, sicut in præbendis, & Episcopati-is, ex aperta, & sæpius repetita Regum no-orum voluntate, & dispositione ius patrona-s ipsis competere, & reseruari, vt in simili ac-dit in similibus beneficiis Regni Granatæ, te-Bobad. *in Polit. lib. 2. cap. 18. num. 221.* Nam
6 cet regulariter † hæc beneficia ad prouisio-m Episcoporum, vel summi Pontificis so-ant pertinere in mensibus sibi reseruatis, ex aditis à Rebuff. *in prax tit. de reseruat.* Simo-ta *in eod. tractat. per tot.* Lud. Gomez *in reg. ancel. de impet. benef. num. 25.* & Did. Perez *in 2. tit. 6. lib. 1. Ordin. verb. Costumbre antigua,*
7 *ca finem.* Hoc tamen secus se habet † stante egio patronatu, iustis, & legitimis titulis ac-uisito, quale hoc esse ostendimus, quod nostri eges generaliter in Indiis exercent, *suprà p. 2.* vt constat ex Bulla Alex. quam ibi re-

tulimus, *cap. consuluit, cap. ex litteris, cap. illud,* & ferè per totum, *de iure patron. num. 12.* Roch. de Curte *eod. tract. verb. Honorificum*, & latissi-mè Nicol. Garcia *d. 1. part. cap. 6. num. 41. & seqq.*
vbi probat, † quod sub indulto conferendi be- 18
neficia, comprehenduntur tam maiora, quam minora, tam curata, quàm simplicia, dignitates, & præbendæ, & tam regularia, quam secularia, atque etiam Commendæ, vt expresse disponitur in dictis schedulis, & de iure communi probat text. & gloss. *verb. Commendare, in d. cap. nemo, de elect. lib. 6.* & ibi DD.

Neque obstat, quod huiusmodi Parochiæ soleant aliquando à priuatis construi, & sæpiùs ex pecuniis Commendatariorum, & Indorum, qui & ipsi Indi, vel Commendatarij Curatis sa-
larium, siue synodum soluunt. Nam etsi † hoc 19
argumento motus Matienz. *in tract.* M. S. *de moderat. Reg. Peru, 1. part. cap. 35. & 37.* eos pa-tronos faciat, & conueniens esse putet, quod nominatio Rectorum Commendariis relinqua-tur, ex traditis à Lambert. *de iure patron. art. 2. 3. quæst. princip. 1. part. lib. 1. num. 4.* Hoc tamen satis ridiculum est, & apertè explosum per sched. dat. Escoriali 3. Nouembr. ann. 1567. renouatam per aliam anno 1569. quæ extant
dict. 1. pag. 91. & seq. & referunt, † qualiter 20
aliqui Indorum Commendatarij, officiales Re-gij, & Prælati has præsentationes in Parochiis Hispanorum, & Indorum facere præsumpse-rint, & intentarint, seclusa Regia præsentatio-ne, & iubet, vt eis obuiam eatur, his verbis: *Y porque esto es contra nuestro derecho, y preemi-nencia Real, à quien pertenece la presentacion en las dichas nuestras Indias de todas las Iglesias, Dignidades y otros beneficios Eclesiasticos de qualquier calidad que sean. Para que de aqui ade-lante se sepa lo que en esto se ha de hazer, y se es-cusen los dichos derechos, y pretensiones. Por la presente encargamos à todos, y qualesquier Pre-lados de las dichas nuestras Indias, à cada vno en su Diocesi, que sin presentacion nuestra no ha-gan colacion, ni prouision de ninguna Dignidad, ni beneficio de qualquier calidad que sea. Y en los lugares donde conuiniere auer Curas, puedan los dichos Prelados dar el titulo de Cura al clerigo, ò beneficiado por Nos presentado, y darle poder de administrar los santos Sacramentos, y hazer las otras cosas al oficio de Cura pertenecientes, sin hazerle dello Canonica institucion, poniendo-les termino de dos años, dentro de losquales pre-senten las dichas licencias ante Nos, en el nuestro Consejo de las Indias, para que à ellos, ò à quien mas fueremos seruidos, presentemos à los dichos beneficios, &c.*

Quamuis † etenim Vniuersitas construens 21
Ecclesiam soleat in communi ius patronatus acquirere, vt per Archid. *in cap. si plures 16. quæst. 7.* & Paul. de Citad. *in tract. de iure patron. part. 3.* Id tamen intelligitur, vbi hoc, animo quærendi talem patronatum fecerunt non vero vbi per viam eleemosynæ, aut alio respectu, vel obligatione dictam fabricam faciunt, vt tenet Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 13. § 6. gloss. de poste*, quem sequitur Auendañ. *de exeq. mand. part. 2. cap. 14. numer. 8. vers. Tertius casus*, & Ioannes Garcia *de expens. & meliorat. cap. 12.*
num. 66. Et vt eis posset præstare ius † ad patro- 22
natum ipsarum Ecclesiarum materialium, & sedem, vel sepulturam, aut alia similia in eis

quærenda, quod nec noſtri Reges fundatori-
bus harum minorum Eccleſiarum inuident, vt
dixi *ſuprà hoc lib. cap. 3. num. 52.* Non tamen
ſufficeret ad acquirendam præſentationem Cu-
rati, ſiue Rectoris iam Regibus noſtris ſpeciali-
ter conceſſam, & ab eiſdem poſſeſſam, & occu-
23 patam. Nec nouum eſt, vt † duo, vel plures di-
uerſis reſpectibus in eadem Eccleſia patrona-
tum acquirant, & exerceant, vt probat text. &
DD. *in cap. 2. & 3. de iure patron.* & Roch. de
Curte *eod. tract. verb. Conſtruxit, num. 2.* vbi dicit
hanc eſſe communem opinionem.

24 Notabis tamen † Regij patronatus, & dictæ
ſchedulæ ann. 1609. formam impleri, vbi vnus
tantum oppoſitor comparuit, & is ſolus à Præ-
lato proponitur, & nominatur, hac teſtificatio-
ne data, & omni fraude ceſſante. Nec tunc
25 † denuo edicta figere, vel illorum terminum
prorogare neceſſe eſſe: ita enim deciſum refe-
runt Nicol. Garcia *d. part. 9. cap. 2. num. 215.*
Vgolinus *de offic. Epiſcop. cap. 5. §. 10. num. 4.*
Filiuc. *d. tract. 41. cap. 4. num. 151.* Maſſobr. *in
prax. Eccleſ. requiſ. dub. 8.* & Aug. Barboſa *in
Paſtorali, 3. part. alleg. 60. numer. 51. & de off.
Parochi cap. 2. num. 50.*

Secundò deduco, merito à Regibus noſtris
dictas Commendas beneficiorum ceſſare iuſſas
26 fuiſſe. Nam † quælibet Eccleſia regulariter de-
bet habere proprium, non Commendatum Præ-
latum, *cap. cum ignores, de præbend. cap. ſicut al-
terius 7. quæſt. 1. cap. vnico 10. quæſt. 3. cap. 1. & 2.
21. quæſt. 1. l. 4. tit. 16. part. 1. ad finem*, cum tradi-
tis ab Archid. *in d. cap. nemo, de elect. lib. 6.* Sel-
ua *de benef. 1. part. quæſt. 1. & 2.* Rebuff. *in prax.
benef. in princ.* Duaren. *de ſacr. Eccleſ. miniſtr.
lib. 2. cap. 1.* vbi oſtendunt, ſimilia beneficia per-
petuitatem deſiderare, & latius Paul. Fuſcus *de
viſit. lib. 2. cap. 16. num. 10.* Ant. Columna *de
redit. Eccleſ. cap. 15.* Petr. Gregor. *lib. 12. ſyn-
tagm. cap. 1.* Nicol. Garcia *2. part. cap. 2. num. 64.*
27 Et † plurima ſemper damna ex vſu Commen-
darum experientia monſtrauit, quæ grauiter
refert, & dolet, eas obinde damnans Inno-
cent. VI. *in Extrauag. incip. Paſtoralis*, cuius
verba refert Gomez. *in regul. de triennal. poſſeſſ.
quæſt. 5.* & idem facit Clem V. *in Extrauag. in-
cip. Supernæ, titul. de præbend. inter comm.* Re-
buff. *de benef. tit. de commenda, num. 10.* Syl-
ueſt. *in ſumm. verb. Commenda, in principal.*
28 vbi † facetè ait, hoc nomen eſſe ſyncopatum,
nam debebat appellari: *Comedenda, quia Ec-
cleſia, quæ eſt in Commenda, comeditur, & vo-
ratur*, & tradit alia in noſtris terminis Ioan.
Matienz. *de moderat. Regn. Perù, 1. part. c. 34.*
29 vbi ſcripſit † ſibi conuenientius videri, quod
hæc beneficia eſſent perpetua, & non amobi-
lia, vt Paſtores melius ſuas oues cognoſcere,
& paſcere poſſent, & calumnias Cazicorum, &
aliorum non vererentur, ex quibus facile alias
remoueri ſolent, vel ob id ipſum, quod be-
ne ſuum miniſterium exercent, & quod expe-
diret, vt ſingulis municipiis quingentorum
Indorum proprius Parochus, ſiue Curatus aſſi-
gnaretur.

Sed nihilominus Prorex Peruanus Dom.
Marchio de Monteſclaros, cuius tempore dicta
ſchedula ann. 1609. recepta fuit, etſi cognoſ-
ceret per eam Regiæ intentionis fuiſſe, vt hæc
beneficia deinceps in perpetuum, & in titulum
30 non in Commendam darentur, † continuari
fecit in titulis illorum antiquam clauſulam
quod *ad nutum amobiles eſſent*, ratus hoc mo-
do beneficiarios magis in officio contineri po
ſe; & eius ſucceſſor Dom. Prorex Princep
Schillacenſis Regium ſuper tollenda, vel con
tinuanda eadem clauſula Senatum conſului
Et ei reſponſum fuit in epiſt. dat. Matr. 1
Martij ann. 1619. vt nihil ex antiquis formul
immutaret, his verbis: *Ha parecido que n
conuiene ſe haga nouedad, ſino que ſe guarde n
patronazgo Real, como haſta agora ſe ha hech*
Quod quidem mihi valde pugnans videtur cu
intentione, & diſpoſitione dictæ ſchedulæ an
1609. Nam ſi eius virtute hæc beneficia pe
petua effecta ſunt, & in titulum dari iuben
tur, & quod Canonica eorum collatio, & in
ſtitutio fiat, quomodo poſſunt eſſe amobilia a
nutum? † Cum collatio perpetuum titulu
præbeat, *cap. 1. de capell. monach. cap. ſi tibi ab
ſenti, de præbend.* cum aliis. Quamuis non igno
rem, † quod, quamuis ſint amobilia, non deſ
nunt poſſe conferri in titulum, vt latius trad
D. Perez de Lara *lib. 2. de anniuerſ. cap. 6. n. 1*
Et quod forſitan illa clauſula apponi iuſſa fi
vt prouiſi magis in officio contineantur, vt i
ſimili tradit Nauarr. *conſ. 6. de off. Ordin. num.*
loquens de beneficiis ſecularibus amobilibu
in hæc verba: *Sed libertatem quærit ponendi,
tollendi, quem & quoties voluerit, quod eſt gran
de, & vtile frænum ad continendum Capellanu
in officio virtutis. Ne patronus reſciens illius v
tium amoto eo, ponat alium, &c.*

Atque adeo oportet, † vt Prælati, Prore
ges, & Gubernatores hodie attentius, quam an
tea in illis tollendis, & beneficiariis remouen
dis procedant. Quod ea de cauſa moneo, qu
video aliquos eorum nimis faciles in his remo
tionibus eſſe, priuantes, & condemnantes be
neficiarios inauditos, & iudicialiter non con
uictos, ex ſolis relationibus, & ſuggeſtionibu
ſibi delatis, virtute cuiuſdam ſchedulæ dat. e
S. Miguel de la Ribera 15. Februarij ann. 160
† quæ appellatur *de la Concordia*, diſponitqu
vt ſi Prorex, vel Gubernator, qui Regium pa
tronatum exercet, cum Prælato Eccleſiaſtic
concordet ſuper tollendo, & remouendo aliqu
ex dictis beneficiariis ex cauſis ſibi benè viſis, i
ſtatim exequatur, non obſtante appellatione, &
ſublato omni recurſu ad Regales Audientia
per viam violentiæ, quæ quoad hoc inhiben
tur. Nam hæc ſchedula lata fuit, eo tempor
quo adhuc eiuſmodi beneficia reuocabiliter, &
in Commendam concedebantur, vt ipſa eiu
verba declarant, ibi: *Y porque los dichos benef
ciados por el Virrei, y Prelado, conforme à m
Real patronazgo, ſon amobiles ad nutum, &c.*
Et eandem euaſionem recipit alia 19. Maij ann
1603. quæ eſt *leg. 43. tit. 4. lib. 1. ſummarij Re
cog. leg. Ind.* dum diſponit: *Que para ſer remo
uido algun Cura ſe junten Virrei, y Prelado,
el vno al otro ſe den las cauſas que para ello tu
uieren, y que ſatisfechos executen la remocion*
Vnde ſi ſupponeretur iam non eſſe amobiles
ſed perpetuas, & titulatas, & prouiſos in hi
partibus idem ius habere, quod qui ab ipſo Re
ge ex Hiſpania mitti, & præſentari ſolebant, v
diſponit d. ſched. ann. 1609. proculdubio
aliud eſſet dicendum. Nec † poſſe beneficiariun
ſemel electum, & ius perpetuum, & irreuoca
bile habentem, inauditum, & indemnatum
priuari,

priuari, contra totius Ciuilis & Canonici iuris regulas, de quibus latè per DD. *in cap. 1. in fin. de caus.poss. & de iudiciis.* Ego *in tract. de parricid. lib.2. cap.8. pag.* 141. *& seqq. & in terminis* † *beneficiorum* Nicol.Garc. *part.11. cap. pen. de vacat.ob priuationem per totum*,& Concil. Trid. *sess.* 21. *de reformat. cap.* 6. vbi ad priuandum aliquem beneficiarium , quantumuis facinorosum, causæ cognitionem , & notoriam incorrigibilitatem requirit , ibi : *Eos verò , qui turpiter,& scandalosè viuunt, postquam præmoniti fuerint,coërceant, ac castigent, & si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseuerent,eos beneficiis,iuxta sacrorum Canonum constitutiones , exemptione , & appellatione quacunque remota , priuandi facultatem habeant.*

Maximè quia † extat alia sched. dat. Vlysip. 4. Iunij ann. 1582. quæ permittit , imò iubet Audientiis , vt iustitiam faciant , si aliqui ex beneficiariis , ita de facto priuatis , ad eas in gradu violentiæ recurrerint.Et per aliam dat. apud D.Laurent.28.Septemb. ann.1587. iniungitur Prælatis,vt non nisi iustissimis causis præcedentibus, beneficiarios remoueant, ibi:*Por la qual os encargo , que no remouais , ni suspendais de las doctrinas de Indios à los clerigos que las tienen , y tuuieren , sin que para ello precedan iustas causas.*

Et hoc satis † agnouisse videtur Dom. D. Marchio de Montesclaros, quatenus in institutione disertissima, quam suo in Proregia dignitate successori reliquit, ita de hac re agens scripsit : *De aqui ha nacido la duda de algunos, en si se puede y à vsar de aquella cedula de Concordia? Confiesso que hazen fuerça las razones del No , y que por temerlas , aun antes que otro las hallasse, publique la merced, en recibiendo la cedula. Pero no alterè cosa alguna de los titulos ordinarios, para que entendiessen todos , que su Magestad no les proveeria sus beneficios desde España ; pero que en su Real nombre quedaban amobiles à la disposicion del gouierno secular , y Eclesiastico. Pide el negocio consulta à su Magestad , y mas que vna replica. A este acto de las dos cabeças Eclesiastica y secular , tiene el estilo dado nombre de Concordia. Debese proceder con mucho tiento, quando el caso se ofrece , enterandose primero de la culpa del paciente , por diferentes medios extrajudiciales, que al fin se trata de su honra , y hazienda, sin otro recurso : y siempre que el delito diere lugar , se modere el castigo , trocando al reo de vna dotrina à otra menos buena , ò apartandole de la causa de la distraccion , ò por otros caminos que enseñarà la prudencia , y piedad debe.*

Præstat quoque, vt hisce scriptis interseram epistolam quandam Dom. Peruani Proregis Marchionis de Guadalcaçar , 23. April. ann. 1626. tanti viri prudentia , & pietate dignam. Qui cum ab Archiepiscopo Limensi inuitaretur , vt cuidam clerico de homicidio accusato, beneficium per modum concordiæ tollerent, ita respondit : *He visto lo que V. Illust. me dize en esta consulta , y la relacion que con ella vino del estado que tiene la causa del contenido ; y supuesto que se ha presentado para alegar en ella, y ser oido , dando su descargo , me parece , que es justo que V. Illustriss. mande, que se haga justicia. Porque aunque ai cedula Real para que por la Concordia se puedan quitar los beneficios , se tiene por lo mas seguro no vsar de ordinario de este poder, que por lo que tiene de absoluto es odioso. Y al que le sirue en interin , mandarè , que se le pague de lo que se auia de dar al proprietario, pues està iustificada la causa del despacho.* Et hæc respexisse videtur quædam † schedula 17. Maij ann. 1619. quæ habetur *in summario legum Indic. lib.1. tit.9. l.* 19. & iubet : *Que por ningunas culpas, ni delitos, aunque excedan à los de vn clerigo incorregible , se quiten los beneficios , sin que preceda conocimiento de causa , y se fulmine processo.* 39

Quibus adiicio , quod etiam si essemus in terminis antiquarum schedularum,quæ hæc beneficia in Commendam, & ad nutum amobiles concedebant,adhuc maxima dubitatio esse posset,an facilè,& sine graui causa, & ea iudicialiter cognita reuocari possent. Nam etsi aliqui sint, † qui data natura, lege, vel pactione similis concessionis ad nutum, facilem quamuis , & 40 voluntariam reuocationem admittunt , vt constat ex Rota *decis.* 1. *& 23. de restit. spol.in antiq.* Nauarr. *cons.5. & 6. titul. de præbend.* Lambertin. *de iure patron. lib. 1. q.9. princip. 1. part. num.99. art.1.2.& 3.* Ioan. Gutierr. *lib.3. pract. cap.11.* & relatis à Nicol. Garcia *d. tract. de benef.1.part. cap.2. n.85.* Camill. Borrell. *de præstant. Regis Catholici, cap.38. num.71.* vbi,quod causa rationabilis in Principe dicitur voluntas, Perez de Lara *de anniuers.* & Capellan. *lib. 2. cap.6.num.19.* Azeued.loquens de Commendis, *cons.9. num. 18. & 22.* & loquens de tabellione nominato ad libitum *in l.4. tit.25. lib. 4. Recop. num.6. & 7.* Contraria tamen sententia , & sic quod causa sufficiens , & iudicialiter cognita requiratur , verior & communior videtur , eo quod amotio licet in arbitrium,seu nutum conferentis remittatur , debet hoc arbitrium , seu voluntas ad boni viri arbitrium reduci , quod causæ iustificationem desiderat , vt multum in terminis probat celebris textus *in cap. veniens 16. cap.* Quintauallis 23. *de iur. iur.* vbi gloss. alia iura allegat , *cap.causam quæ 8.de elect. cap. si gratiosè 5. de rescript.in 6.* text. optimus,& in terminis, qui causæ cognitionem, & condemnationem requirit *in cap. 3. de offic.* Vicarij , ibi : *Nisi aliquid committat , propter quod per iudicem in Vicaria sit , vel beneficio condemnandus , cap. si constiterit 12. de accusat.* ibi : *Si de hoc rationabiliter conuictus fuerit in iudicio ante Episcopum suum,* gloss. verb. *Per electionem,in Clem.2. de rescript. l. si Neruæ , D. pro socio , leg. quamquam, D. de ritu nuptiar. leg. Iurisperitos 33. de excus. tut.* cum multis aliis , quæ tradit Bart. *in l. de pupillo , §. si quis , numer. 12. D. de nou. oper. nunt.* Bald. *in l. quisquis , C. si cert. petat.* Marsil. *in l. quæstionis modum , ex num.44. D. de quæstion.* Bolognet. *cons. 2. numer. 9. & cons. 3. ex num. 115. ad 136.* Sbrozius *de Vicar. Episc. lib. 1. cap. 61.* Hieron. Gonçal. omnino videndus, *ad reg. 8. Cancell. in proœm. §. 1. num. 45. & seqq.* Ceuallos in nostris terminis *in com. opin. 1. tom. quæst.425. num. 14. & seqq.* Bobad. *in Polit. lib. 1. cap. 16. num. 9. & 10.* vbi bene inquit , quod si prorsus voluntaria remotio concederetur, magis in precarium , quam in titulum huiusmodi officia , vel beneficia habere viderentur , idem Ceuall. *in commun. opin. q.693.num.26.*& de violentiis, *2. part. quæst.62. num. 34 & seqq.* loquens de Capellania amobili ad nutum , & satisfaciens Ioann. Gutierr. *d.cap.*

d. cap. 11. qui & ipse ibidem fatetur in casu,
de quo loquitur, causam interuenisse, & con-
suetudinem voluntariæ amobilitatis probatam
fuisse, Steph. Gratian. 1. *tom. discept. cap.* 157.
*pag.*403. Menoch.*de recuper.remed.*15. *num.*43.
41 vbi † in Commendis loquens resoluit per text.
in cap. satis peruersum, 56. *dist.* & plures Au-
ctores, quos refert, quod licet Pontifex possit ad
libitum reuocare Commendam, & Commen-
datarium spoliare, hoc debet intelligi, cum
Commenda est ad incertum tempus, nam si ad
certum, & ad vitam, tunc sine causa non aufer-
tur, Lucarinus *in Academ. quæstion. Academ.*2.
*obseru.*1. vbi loquitur de inquisitione, & priua-
tione ob delicta, Marescot.*lib.*2.*var. cap.*3. *n.*11.
Flores de Mena *lib.*1. *quæst.*10 *à num.*69. Barbosa
in l.quia tale, ex num 85.*D.solut.matrim.* Molina
*de primog. lib.*1.*cap.*25. *num.*5.*&* 17. Osasc. *de-
cis.Pedem.*144 *num.*13. Franch. *decis.Neap.*409.
2.*part.* Caualcan. *decis.*18.*num.*14.*part.*4. latis-
simè D. Valençuela *consil.*130. *num.* 30. *vol.* 2.
& Martin. Mager. *de aduocatia armat. cap.*16.
*num.*328. *& seqq. pag.* 696. Vbi quod semper
42 † concessio ad beneplacitum intelligitur arbi-
trio boni viri, nisi verba plenè, & expressè im-
portent liberum arbitrium, licet idem Auctor
*eod. tract. cap.*5. *num.*108. *pag.*118. aliquos ca-
sus adducat, in quibus beneficium, etiam non
vacans ob malam Prælati administrationem,
potest dominus temporalis reducere ad suas
manus, quia & sunt casus, in quibus quis cogi
potest ad renuntiandum Episcopatui, vel bene-
ficio; Et Ego qui alia loquens de reuocatione
Vicarij adduxi *sup.hoc lib. cap.*8 *ex num.* 48. &
nouissimè, & eruditissimè Dom.D.Ioannes Bapt.
de Larrea ex Ordine D.Iacob. Regius Rei do-
minicæ Procurator, *in discept.Granat. cap.*2. *per
tot.* vbi exactè & per plures numeros, & distin-
ctiones prosequitur hunc articulum amobili-
tatis ad nutum.

Sed his cessantibus, suprà dicta opinio ser-
uari (vt diximus) debet, in cuius confirmatio
nem, vltra suprà relatos, potest considerari, quod
tradit Nauarr. *in comment.*2.*de regular.num.*65.
43 *vers. Addo octauò*: nempe † quod Parlamenta
Franciæ semper restituunt Monachos sine cau-
sa remotos à beneficiis regularibus. Quod qui-
dem multum notabile est, cum certum sit, be-
neficia regularia de sui natura esse omninò
amobilia ad nutum, & vt dicunt, manualia, vt
probat *text.in Clem.* 1. *de supplend. neglig. Præ-
lat.* & statim *cap. seq.* dicemus. Et in ipsis no-
stris terminis beneficiorum Indiarum, agens de
praxi, & interpretatione dictarum schedula-
rum, Dom. Episcop. Pacens. D.Felician. à Vega
in cap. causam quæ 18. *de iudic. num.* 26. *&* 27.
44 vbi † Concordiam non esse practicandam in-
quit, nisi iustis, & rationabilibus causis inter-
uenientibus, & esse requisitum necessarium, &
veluti præsuppositũ, quod adsint culpæ, aut fa-
cultas, quæ datur in d. schedula, possit exequi,
provt ipsius tenor ostendit, ibi: *Que el vno al
otro se den las causas, y satisfechos executen.* Ver-
45 bum † enim illud, *satisfechos*, in omni materia
causæ cognitionem importat, & quod quis de
delicto legitimis probationibus conuictus sit;
respondet enim Latino, *Constito de culpis*, vel
si constiterit. In quo ita docet Feder. de Senis
*cons.*157. Bald. *cons.*402. *volum.*1.*l.*2.& ibi glos.
verb. *Deprehensus*, *C. de custod. reor. cap. con-
stitutus* 8. *de filiis presbyter.* ibi: *Mandamus
quatenus, si tibi constiterit*, *d. cap. si tibi con-
stiterit*, vbi Abbas, & alij, *de accusat. cap. quam
sit graue* 9. *de excess. Prælat.* Tusch. *litter.* C.
verb. Constiterit, *concl.* 782. Barbos. *de diction.
dict.* 66. & idem D. Felician. *in cap. at si cleri-
ci, §. si verò, de iudiciis, num.*4. vbi inquit, illud
non verificari, nisi quando de re constiterit
per claram probationem.

Porrò si causæ, & causarum cognitio desi-
deratur, iam apparet, quam sit à iuris Cano-
nici principiis alienum, † quod Prorex, & alij 6
Gubernatores quantumuis Regium patrona-
tum exerceant, se (etiam simul cum Prælatis)
his causis immisceant, à quibus † laici omninò 7
abstinere debent, *cap decernimus, cum vulgat. de
iudiciis*, & quidem sub censuris Bullæ in Cœ-
na Domini, §.9. *&* 10. & Concil. Trid. *sess.*24.
*de reform. cap.*18. quod † solum patronis laicis 8
personam beneficiarij præsentare permittit, cæ-
terum eius examen, visitationem, & correctio-
nem Prælato dumtaxat relinquit, vtpotè soli
& vero iudici clerici, *cap. clerici* 8. *de iudic.*
vbi probatur, † quod nec per consuetudinem 9
introduci potest, vt coram seculari iudice pro
criminibus conueniatur, de quo etiam agunt
plura alia iura, & DD. quæ adducit Farin. *in
prax. crimin q.*8. *à n.*3. Marta *de iurisd.* 4. *part.
centur.*1. *casu* 63. & Carol. de Grassis *in tract.
de effect.cleric.effect.*1.*num.*372.

Ex quibus liquet, † securiùs esse, vt hic mo-
dus procedendi, qui *Concordia* dicitur, in po-
sterum aboleatur, & Prælati per legitimos tra-
mites beneficiatorum excessus conuincant, &
compescant; cum † per Concilium Trid. *sess.*21.
*de reform.cap.*6. eis permittatur, sententias pri-
uationis, quas protulerint, appellatione remo-
ta, executioni mandare, & possint eosdem reos
dum iudicium agitatur, ab officio suspendere
si id sibi expedire visum fuerit, & alios Paro-
chos interim nominare. Quibus schedulæ Re-
giæ † solui iubent hoc in casu integrum stipen-
dium, quemadmodum & iis, qui ponuntur lo-
co eorum, qui absunt, morbo, aut alio quouis
legitimo impedimento laborant, vel his, qui
nominantur ad seruiendum interim dum pro-
prius Parochus eligitur, & præsentatur, quod
tamen tempus non debet quatuor menses ex-
cedere, ne qua fraus per has longas vacationes
iuri patronatus Regio inferatur, vt cauetur in
sched. ann. 1553. 1580. 1583. quæ extant 1.*tom.
impress.pag.*95.96.*&* 108.

Quibus simul, satis apertè deciditur, quod
hæc † nominatio, & prouisio *En interim*, po-
test fieri à solo Prælato, & absque eo quod in-
terueniat præsentatio Proregis, vel Gubernato-
ris, qui Regio nomine patronatum exercet. Hæc
enim tantum requiritur, vbi agitur de prouisio-
ne proprietatis beneficiorum, provt his quoque
diebus declarauit supremus Senatus Indiarum
ad sedandas graues discordias, & controuer-
sias, quæ super hoc articulo ortæ fuerunt inter
Præsidem Audientiæ noui Regni Granatensis,
& Archiepiscopum eiusdem ciuitatis Dom. D.
Bernardinum ab Almansa, sequutus dispositio-
nem Concilij Tridentini *sess.*24. *de reform. c.*18.
& dictarum schedularum, quæ (vt diximus)
hanc nominationem interinariam solis Prælatis
relinquunt. Quod etiam iure communi dispo-
situm erat *in cap. cum vos*, *de off. Ordin. cap.*

cum

cum venissent, de *instit. cap. quoniam, cap. si verò, cap. cum propter*, de *iure patron.* Archidiac. *in cap. nemo, de elect. lib.* 6. Lambert. *lib.* 2. 2. *part. quæst.* 1. *num.* 29. & plures alij, quos refert, & sequitur Lancellot. *in temp. iudic. lib.* 2. *c.* 5. §. 4. *num.* 18. Franc. Leo *in thesaur. for. Eccles. part.* 2. *cap.* 18. *num.* 52. Iacob. de Graff. 2. *part.* Suar. *decis. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 28. Azor. *lib.* 6. *institut. moral. cap.* 8. *quæst.* 7. Marcilla ad Trident. *lib.* 1. *titul.* 2. *de ætate & qualit. sup. d. cap.* 18. & August. Barbosa *in Pastorali*, 3. *part. alleg.* 59. *num.* 24. *& alleg.* 60. *num.* 1.

Quod adeo verum est, vt procedat etiam eo casu, † quo prouisio beneficij ad Papam spectaret ex vi reseruationis, vel alio titulo. Nam poterit Episcopus deputare administratorem idoneum, donec per Papam prouideatur, *argum. text. in cap. regenda* 10. *q.* 1. & eorum, quæ tradit Abb. *in cap. cum nobis, notab. fin. de elect.* Probus *in addit. ad Monach. ad cap.* 2. *de præbend. lib.* 6. *in fin.* Rebuff. qui dicit esse notandum, *in tract. concord. Rubr. de Regia ad Prælat. nomin.* §. 1. *gloss. intra sex menses, vers. Postremo figendum*, & Armendariz *ad leges Nauarræ*, *lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcop. num.* 86. vbi decisum refert, semper deputationem Vicarij, donec prouideatur de Rectore, spectare ad Episcopum, in cuius Diœcesi parochialis sita est.

Et est ratio, quia hic parochus suffectus, siue † Vicarius interinarius, nullum ius acquirit ad beneficium, sed est nudus minister, supplens absentiam, suspensionem, vel impedimentum proprietarij, & pro eo deseruiens, vt optimè considerauit Anton. de Butrio *cons.* 3. *num.* 2. *vers. Quandoque*, & iterum *cons.* 51. *num.* 3. vbi inquit, quod deseruire per alium est prohibitum, nisi stante impedimento legitimo, & quod ad modicum tempus permittitur Rectori, ad longum secus, quia Episcopus prouidet, Geminian. *consil.* 86. *in princip. num.* 2. vbi, quod Curatus Vicarius dicitur ille, qui habet perpetuam Vicariam, quia Vicarius temporalis non potest dici Curatus. Et melius Cardin. Tuschus, qui eos refert & sequitur, *verb. Vicarius, conclus.* 197. *num.* 2. vbi ita notabiliter inquit: *Si verò impedimentum est temporale, datur substitutus, seu Vicarius temporalis, & iste non est titulatus.* Vnde cum in his casibus beneficium non sit vacans, vtpote ab altero de iure possessum, iuxta ea quæ tradit Rota *in antiq. titul. de præbend. decis.* 18. aliàs 740. & Tuschus *verb. Vacare, conclus.* 2. *num.* 2. Planum est, quod † patronus huiusmodi Vicariis præsentandis se immiscere non debet, cum facultas ei ad hoc faciendum concessa, solum de vacantibus intelligatur, text. expressus *in cap. fin. de conceß. præbend.* & ibi Abb. & omnes DD communiter, melius Roman. *consil.* 465. per text. *in cap. illud, de iure patron.* vbi ait: *Præsentatio autem patronatus de aliquo facta ad Ecclesiam non vacantem nulla censetur.* Lambert. *de iure patron. part.* 1. *lib.* 2. *articul.* 6. *quæst.* 1. *fol.* 503. *numer.* 3. & latè *in articul.* 2. *quæst.* 4. *principal. fol.* 483. & nouissimè Viuian. *de iure patron. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 5. *in principal.* vbi citat dicta iura, & adducit rationem, quod, *Quamuis patronus in habitu habeat ius præsentandi, tamen exercitium præsentandi non habet in actu, nisi quando Ecclesia vacat, dict. cap. illud; ideò præsentatio, seu promisio facta per patronum de beneficio vacaturo non valet, nec conualescit per mortem beneficiati, ad d. cap. vlt.* vbi DD. *Et fuit dictum in Tullens. Capell.* 16. *Iunij* 1591. *coram Orano, & in Pampilon. beneficij de Huarte* 13. *Febr.* 1595. *coram Iusto.* Et idem non minus apertè tradit Dueñas *regul.* 279. August. Barbos. *d.* 3. *part. alleg.* 72. *numer.* 3. *& seqq.* plures alios referens, & concludens, quod ibi † solum datur præsentatio, vbi 57
datur vacatio, atque ideò non posse dari præsentationem, imo nec promissionem præsentandi ad præbendas vacaturas, nec alicui dari potestatem præsentandi ad beneficium antequam illud vacet.

Et hoc adeo verum est, quod si lite, vel ap- 58
pellatione pendente inter duos super beneficio, patronus aliquem eorum ad illud præsentasset, præsentatio nulla, & attentata iudicaretur, per text. *in cap.* 1. *&* 2. *vt lite pend. lib.* 6. Viuian. *vbi suprà lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 28. vbi aliquas Rotæ decisiones ad idem adducit, & idem docet Tusch. *verb. Præsentatio, conclus.* 592. *num.* 15. *& verb. Collatio, conclus.* 432. *num.* 7. *& verb. Præsentatio, conclus.* 592. *n.* 15. vbi Roman. & Feder. de Senis in fauorem eiusdem opinionis allegat, & hanc sententiam etiam in prouisione facta à summo Pontifice procedere probat.

Quibus non aduersatur † quædam schedu- 59
la Regia anni 1626. qua niti videntur aliqui Gubernatores Indiarum, quatenus inquit: *Y porque tambien he sido informado, que los Doctrinarios dexan sus doctrinas sin licencia, y acostumbran à nombrar en ellas Sacerdotes que siruan sus ausencias, sin ser à proposito, ni saber la lengua de los dichos Indios, ni ser aprobados por el Ordinario, ni presentados por mi Real patronazgo, de que resultan muchos inconuenientes, à que no se debe dar lugar. Os mando, apliqueis à este daño tan eficaz remedio como es menester para obrarlo, y conseguir lo que se desea. Y si vieredes que no se obserua, y cumple con puntualidad lo proueido en esta razon, procureis se les quiten las Doctrinas, y proueereis como los Synodos de mi Real caxa no se les paguen. Y de lo que en esto hizieredes mi ireis dando continuos auisos en todas ocasiones.*

Nam hæc schedula, etsi cum Proregibus, & Gubernatoribus secularibus loquatur, facti tantum narratiua est, quæ † nihil disponit, vt 60
latè per Ferret. *cons.* 158. *num.* 14. & Tuschum *litt. N, concl.* 5. *num.* 19. Et solum agit de tollendo abusu Doctrinariorum, qui propria auctoritate alios Sacerdotes minus idoneos constituebant, hocque obuiari competenti remedio iubet. Nullum autem verbum profert, ex quo deducatur nominationes interinarias in casibus à iure communi, & Concil. Trident. permissis Prælatis auferendas esse, vel præsentationem in eis requiri, vel quod patronus, cum sit laicus, se his actionibus implicet. Sed vt per Prælatos, ad quos spectat, ea spediri faciat, vt in eisdem ferè nostris terminis probat † elegans text. *in* 61
cap. super eo, de offic. delegat. & Roman. *cons.* 364. *num.* 2. vbi eius Apostilla verb. *Auferatur*, inquiens: *Quod si Papa scribit Delegato, vt si sibi constet de iure patronatus, de persona præsentata ordinet Ecclesiam. Illud verbum, ordinet, exponitur, ordinandam pronuntiet ab eo, ad quem spectat.*

Semper enim † reſcripta ſic ſunt accipienda,
vt ius commune, vel tertij, minus, quantum
fieri poſſit, lædant, & abſurdas acceptiones ex-
cludant, etiam ſi eorum verba fortè aliter ſo-
nent, vt bene in ſimili docet Ancharr. *conſ.* 153.
num. 8. Rota *deciſ.* 358. *aliàs* 26. *tit. de reſcript.*
Alex. *conſ.* 94. *num.* 3. *lib.* 2. Iaſ. *in l. iuſtitia, D.
de iuſtitia & iure, & in l. cauſas, vel lites, C. de
tranſact.* Cepola *cautela* 226. Lud. Gomez *in
regul. de non tollend. iur. quæſit. q.* 1. *col.* 1. & 2. Ma-
xime quando concluſio eiuſdem reſcripti eſt
magis ſtricta, quam eius narratiua, vt in noſtro
caſu contingit, illa quippè attendi debet, non
quid fuerit narratum, Lapus *alleg.* 55. incip. *Qui-
dam coram iudice, num.* 5. *verſ. De hoc patet* Ge-
min. *conſ.* 128. *numer.* 5. Bald. *conſil.* 353. *lib.* 2.
Cuman. *conſ.* 63. incip. *Vicarius quidam, in prin-
cip.* Angel. *conſ.* 262. Innoc. Imola, & alij *in cap.
ſuper litteris, de reſcript.* Bart. *in leg. Aurelius,
§. Sticho, de liber. legation.* & plenè Iaſon. *in §.*
63 *omnium, Inſtit. de action. num.* 124. † Quæ ta-
men ita temperari poſſunt, aut Prælatus, ſi
commodè, & facilè poſſit, etiam ad has Com-
mendationes itinerarias faciendas, Patronum
certiorem reddat, & alios quorum intereſt, iuxta
text. *in cap. filiis, vel nepotibus* 16. *quæſt.* 7. & ea,
quæ tradit gloſſa *in d. cap. nemo, verb. Com-
mendare, de elect. lib.* 6. vbi Archid. & Ioann.
Monach. *num* 4.

Tertiò, ex omnibus ſchedulis ſupra relatis
64 deducitur, † maximè curandum eſſe, vt hi, qui
his beneficiis præficiuntur idonei ſint, & tam
Prælatis in nominatione facienda, quam Pro-
rex, vel Gubernator in electione, & præſenta-
tione vnius ex nominatis, omni affectu poſt-
poſito, eos proponant, & eligant, quos ad hu-
iuſmodi miniſterium aptiores, & digniores eſſe
cenſuerint: quod etiam enixis, & geminatis
65 verbis præcipitur † in Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de
reform. cap.* 18. ibi: *Ex hiſque Epiſcopus eum
eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit,
atque illi, & non alteri collatio Eccleſiæ ab eo
fiat, ad quem ſpectabit eam conferre. Si verò iuris
patronatus Eccleſiaſtici erit, ac inſtitutio ad Epiſ-
copum, & non alium pertineat; is, quem patro-
nus digniorem inter probatos ab examinatoribus
iudicabit, Epiſcopo præſentare teneatur, vt ab eo
inſtituatur.*

Cuius text. auctoritate, & Motus proprij
Pij V. ann. 1566. incip. *In conferendis*, quod
66 hanc obligationem magis ſtrinxit, in † omni
electione, quæ fieri iubetur per concurſum, &
oppoſitionem, hanc obligationem eligendi di-
gniorem, & quidem ſub pœna nullitatis, &
oneris reſtituendi, cum non ſolum contra fa-
cientes offendant iuſtitiam diſtributiuam, ve-
rum etiam commutatiuam ortam ex illo quaſi
contractu prouenienti ex edicti propoſitione,
& fide in illo data, reſoluunt; pluribus aliis
relatis, Rebuff. *ad leges Gallicas, 2. tom. tit. de
ſentent. prouiſionalibus, in princip. num.* 7. vbi
67 † quæritur, quod prouiſio beneficiorum hodie
fit per Nominatiuum, Genitiuum, Datiuum, Ac-
cuſatiuum, & ſæpius per Ablatiuum, ſed raro,
aut nunquam per Vocatiuum, ob malitiam no-
ſtram, quia pauci viri vocantur, & eliguntur,
Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 59. Ioan.
Gutierr. *lib.* 2. *Canon. quæſt. cap.* 11. *num.* 55.
cum ſeqq. Azeued. *conſ.* 9. *num.* 30. Nicol. Garcia
de benef. part. 9. *cap.* 2. *ex num.* 225. & *part.* 7.
cap. 7. & 8. *per totum*, & *cap.* 16. *num.* 16. Vaſ-
quez *eod. tract. cap.* 2. §. 3. *num.* 117. Beltram.
in addition. ad Ludouiſ. deciſ. 11. Ioan. Valer. *dif-
ferent. inter vtrumque forum, verb. Electio, dif-
fer.* 2. *num.* 4. Aug. Barboſa *in tract. de offic. & po-
teſt. Paroch. cap.* 2. *numer.* 105. & *in Paſtorali,* 3.
part. alleg. 60. *num.* 68. & *in collect. nouiſſ. ad dict.
cap.* 18. *Trid. num.* 136. & 137. & vltra relatos
ab eis Fr. Ioann. Zapata *de iuſt. diſtrib.* 3. *part.
cap.* 1. & *ſeqq.* Schitinus *eodem tract. pag.* 211.
Cardoſus *verb. Beneficium, num.* 8. Mareſcot.
lib. 1. *var. reſol. cap.* 52. Cened. *in collect. ad De-
cretal. collect.* 56. *num.* 6. Rebell. *de oblig. iuſtit.
pag.* 22. & 141. & *ſeqq.* Dom. Archiep. Bracarenſ.
in cap. Metropolitana, 63. *diſt. pag.* 561. & *in
cap. Valentinianus, ead. diſt. pag.* 553. vbi quali-
ter puniatur eligens indignum, D. Valençuela,
omnino videndus, *conſ.* 76. *num* 39. & 73. cum
aliis, & iterum *conſ.* 93. *volum.* 1. Vbi, quod
† mala electio à quolibet de populo impugna-
ri poteſt, de quo etiam, & quatenus ab ea ap-
pellari poſſit, Auguſt. Barboſa, plures alios ad-
ducens, *in collect. ad Trident. pag.* 170. idem D.
Valenç. *conſ.* 166. *num.* 52. *vol.* 2. vbi, quod pec-
cant cum onere reſtitutionis, & iterum *conſ.* 155.
num. 48. & *ſeqq. eod. vol.* vbi qualiter ſe in his
electionibus habere debeant Proreges, & Gu-
bernatores, Viuian. *de iure patron. lib.* 6. *cap.* 7.
per totum, Ego *ſuprà lib.* 2. *cap.* 6. *ex num.* 6. dum
egi de electione eorum, quibus Indorum Com-
mendæ à Proregibus conferuntur. Et in ter-
minis Fr. Ioan. Baptiſta *in aduertentiis confeſſ.* 2.
part. fol. 392. vbi cum D. Thom. Silueſtro, &
aliis tenet, quod Epiſcopus eſt obligatus præ-
ponere ſuis ouibus meliorem miniſtrum, quam
potuerit, & magis idoneum, & quod ſi non re-
periatur talis idoneus ſæcularis, debet præfice-
re regularem magis idoneum, alias ſuam con-
ſcientiam non exonerabit.

Licet non ignorem, alios, & quidem gra-
uiſſimos Auctores exiſtere, † qui exiſtimant,
non teneri ad reſtitutionem eligentes dignum,
omiſſo digniori, etiam quando prouiſio facien-
da eſt per concurſum, & oppoſitionem, vt pa-
tet ex traditis à Nauarr. *in Manual. cap.* 17. *n.* 74.
verſ. Non obſtat, Mart. Ledeſma 2. 2. *quæſt.* 18.
ad finem, verſ. Secunda concluſio, Mercad. *de
contract. lib.* 6. *cap.* 17. §. *Y aſſi dizen los Theologos,*
Garcia *de benef. part.* 7. *cap.* 16. *num.* 43. Dom.
Acuña, qui alios adducit, *in cap. ſi fortè,* 63. *di-
ſtinct. num.* 6. *pag.* 575. & latius cæteris diſpu-
tans Raudenſis *deciſ. Piſana* 34. 35. & 36. vbi
an, & quando poſſit eligens inclinare aciem pro
digno, omiſſo digniori. Quod maximè admitti
poſſe in patronis laicis, aliis relatis, probare
intendit Garcia *d. cap.* 16. *numer.* 19. & pro-
babile dicit Bañez 2. 2. *quæſt.* 63. *articul.* 2. *dub.* 4.
concluſ. 3.

Quod tamen Ego difficulter admitterem in
electione Parochorum Indicorum, nam cum
aliàs, † in omnibus ad curata nominandis, &
prouidendis, maximè requiratur, vt virtute, lit-
teris, & moribus præſtent, *d. cap. cum veniſſent,
de inſtit. cap. nullus* 16. *quæſt.* 7. cum latiſſimè
adductis à Coſma Guimier *in pragmat. ſanction.
fol.* 276. Garcia *dict. cap.* 7. & 8. & Moſco-
nio *de Maieſt. Eccleſ. lib.* 1. *part.* 3. *cap.* 1. &
ſeqq. In illis tamen, qui Indis præficiendi ſunt,
multo maiori ſtudio, & diligentia quæren-
dum, & curandum eſt, vt vita integra, doctrina
idonea,

idonea, & copia ſermonis inueniatur, quorum ſi aliquid deſit, neque ipſis Indis proficere poſſit, non leue animæ ſuæ periculum ſuſtinebit electus. Quæ tria grauiſſimè, & eloquentiſſimè proſequitur Ioſeph. Acoſta, omninò legendus, *de procur. Indor. ſalute, lib.4. per totum*, vbi plura ſcitu digniſſima † de modo procedendi: prædicandi, & catechizandi inter Indos, adducit, & contra abuſus Indicorum Parochorum, & contra eos, qui Indorum tarditatem, & morum peruerſitatem accuſant, & Fidei non receptæ cauſam eſſe prætexunt; oſtenditque meſſem eſſe copioſam, modò operarij idonei non deſint, & difficultatibus, ſi quæ ſe ſe obtulerint, non perterriti, in ſuſcepto munere perſeuerent, & ſe Indorum captui accommodent, & plus vitæ exemplo, abſtinentia, & beneficentia, quàm ſeueritate, & aſperitate proficiant, ac perficiant.

Omnibus quippè gentibus, † quantumvis feris, & Barbaris annuntiandum eſt Euangelium, vt pluribus oſtendi 1. *tom. de Indiarum iure, lib.2. cap.8. ex num.4.* Non enim fruſtrà ſcribitur *Pſalm.35. Homines, & iumenta ſaluabis, Domine*; & *Pſalm.67. Animalia tua habitabunt in ea.* Quod D. Hieronym. & Greg. ſub figura Arcæ Noë prænotatum, rectè, vt alia ſolent, ibidem animaduertunt; & vt ait Lactant. *in epitom. diuin. inſtit.* † *Sicut in rudibus agris priùs quàm facere incipias, euulſis ſentibus, & omnium ſtirpium, radicibus amputatis, arua purganda, ſic de animis Barbarorum priùs vitia detrahenda ſunt, de quibus ſeminandæ per verbum Dei fruges immortalitatis oriantur.*

Quod etiam peculiariter tractat Ioann. Matienz. *in tract. manuſcripto de moderat. Regni Perù, 1. part. cap.36.* & multa ex Acoſtæ ſcriptis mutuans Anton. Poſſeuinus *in Bibliotheca, pag.156. & ſeqq.* & iterum *pag.399. cap.19. & ſeqq.* Ioann. Boterus *in relation. vniuerſ. part.5. pag.81.* Fr. Auguſt. de Auila *in hiſtor. Mexicana Ordin. Prædicat. lib.1. cap.71. pag.321. & ſeqq.* vbi refert qualiter ſe in catechizandis Indis haberet Pater Luzerus; & quòd † ingenia eorum ob idololatriam deprauata ſunt, atque adeò magis in illis imbuendis laborare oportet, & exempla Gentilium ad idem oſtendendum adducit latiſſimè Fr. Thom. à Ieſu *de procuranda omnium gentium ſalute, lib.1. cap. vlt. pag.37. & 38. lib.4. c.2. pag.127. & ex pag. 159. ad 187. lib.6. c.3. pag.288. & 289. & lib. 1. in præfat. pag.757. & ſeqq. & eod. lib.2. pa. cap.3. & 4. pag.824. & ſeqq. & ex pag.866.* vbi generalem catechiſmum pro eorum conuerſione proponit. De quo etiam omninò videndus Conc. Limenſ. III. *c.3. & 4.* Acoſt. *d. lib.4. cap.21. 22. & 23.* Balth. Chauaſ. *in Monit. pag.1048. & ſeqq.* Buſæum *in Viridario, verb. Catecheſis*, Fr. Placid. Reinoſ. *in gubern. Chriſt. cap.1. & ſeqq. & cap.14. & 15.* Pineda *in Monarch. Eccleſ. lib.12. cap.10. § 1.* Vbi queritur, † quòd in his noſtris Indiis Occidentalibus ob Miniſtrorum incuriam, vel prauitatem parum Indi in Fide profecerint. Quod etiam grauiter deplorat Religioſiſſ. P. Fr. Bernard. de Cardenas, nunc cùm hæc prælo mandantur, in Epiſcopum Paraguaicum electus, in ſuo libello ad Regium Senatum remiſſo & typis excuſo, ferè per totum.

Et inter alia, quæ præcipuè in dictis Parochis, ſiue Doctrinariis Indorum, tam ſecularibus, quàm regularibus, & tam perpetuis, quam Commendatariis deſiderantur, de quibus attentiùs, & circumſpectiùs examinandi ſunt, primũ
† locum obtinet peritia linguæ, ſiue idiomatis 76
ipſorum Indorum, quibus præficiuntur. Hoc enim vltra id, quod iure communi in aliis beneficiariis cautum eſt *in cap.14. & 15. de offic. Ordin. & in reg. Cancellar. de Idiomate*, Conc. Trid. *ſeſſ.7. c.3.* cum multis aliis, quæ ibidem DD. adducunt, & latè Nicol. Garcia *de benef. par.7. cap.8. ex num.63.* Quintanadueñ. *lib 1. Eccleſ. cap.6. num.76. & ſequentib.* Camillus Borrellus, omninò videndus, *de præſtant. Reg. Cathol. cap.51. ex num.8.* Rebuff. *in prax. gloſſ. 1. & 2.* plurimum in parochis Indorũ (vt vides) commendatur in omnibus ſchedulis ſup. relatis, & in alia data Pintiæ 7. Iunij ann. 1550. quæ huc reſpiciens iubet, vt Indi Hiſpanum ſermonem loqui cogantur. Quò tendunt & alia, quæ luculenter adduxi ſuprà lib.1. & in ſpecie Doctrinariorum elegantiſſimè conſiderat Acoſta *dict. lib. 4. c.6* vbi ait quòd Fides, ſine qua ſaluus eſſe nemo poteſt, ex auditu eſt, auditus autem fieri per
verbum Dei, & quòd † Apoſtolos ſuos non antè 77
Chriſtus miſit ad docendas gentes, quàm gentium linguis Spiritus ſancti dono loquerentur; & expendit alia multa ad comprobandam neceſſitatem huius peritiæ, & damna, quæ faciunt parochi Indici ſermonis ignari: & idem proſequitur *cap.7. per tot. & c.8.* tractat, qualiter poſſit, & debeat conſuli inſcitiæ ſermonis Indici, & *c.9.* quòd oporteat ad Indos venientes Prædicatores Indicum idioma diligenter diſcere. & *lib.6. c.13.* tractans de confeſſionibus Indorum, ſic exorditur: *Sermonis Indici peritia quantoperè deſideretur, hoc maximè loco apparet, cùm neque pœnitentium crimina cognoſcere, neque ſalutanter prouidere, niſi linguæ miniſterio poſſit, &c.* & poſteà ſubdit, quòd licèt quis poſſit per Interpretem confiteri; id tamen circa Indos prohibitum eſt Concil. Limenſ. III. *can.49* nec poſſe quem ad talem confeſſionem faciendam compelli, quamvis ſi velit, id facere poſſit, vt cum D. Th. reſoluent reliqui Theologi *in 4. diſt.27.*

Eandem quoque obligationem, & præciſam ſermonis neceſſitaté in eiſdem Parochis Indorum agnoſcit Matienz. *d. cap.36.* D. Paul. allegans 1. *ad Corint.14.* ibi: *Si non intelligo ſermonem eius, cum quo ago barbarus illi ero, & ille mihi.* Et benè ſubiungit, † Indos non eſ- 78
ſe tanquam Picas, aut Pſythacos edocendos, ſed ita, vt vim, & ſenſum eorum, quæ edocentur, rectè percipiant. Quod ſine maxima peritia linguæ docentis fieri non poteſt, & paulatim eorum animis, & mentibus inſinuando, iuxta dictum eiuſdem Apoſtoli *ead. 1. ad Corint. cap.3.*
Tanquam paruulis in Chriſto † lac vobis potum 79
dedi, non eſcam: nondum enim poteratis, ſed nec nunc quidem poteſtis, adhuc enim carnales eſtis. Quò fortè reſpiciebat antiqua Eccleſiæ
conſuetudo dandi † baptizatis mel, & lac, & 80
in Oriente lac, & vinum, vt per Gaſpar Sanchez *in Iſaiam cap.7. num.51. pag.101. & cap.52. num.12. pag.579.* & Vizcontum *de Baptiſmo, cap.*
41. & conducunt alia, quæ † de ſuauitate, qua 81
Hebræi fuerunt euocati à Deo ab idololatria, tradit P. Franc. Mendoça *ſup. cap.1. Regum pag.394.*

Eman. etiam Roder.in Religioſis Doctrinariis eandem idiomatis peritiam, vt præciſam requirit 1.*to. quæſt. regul. q.35. art.1. verſ.2.* & latiùs Fr. Ioan. Bapt. *in aduerten. confeſſ. Indor. 2.par. fol.213. & ſeqq. & fol.206. & 207.* in-
82 quiens, † tam ſuſcipientes Doctrinas ſine hac peritia, quàm nominantes mortaliter peccare, neque abſolui poſſe, vel ſuper hac obligatione ab Epiſcopo, imò nec à Papa diſpenſari, quia pertinet ad ius diuinum, & naturale in damnum animarum, vt per D.Th 2.2.*q.*88.*art.fin. ad*
83 2.& Silueſt.*verb.Diſpenſatio*, el 3. Et velut † ſurdi profectò ſumus in linguis, quas non intelligimus, vt poſt alios, tradit Hering *de fideiuſſ. c.* 11. *n.*152. & alia de peritia linguæ in his Indorum conuerſionibus neceſſaria, & difficultatibus ſuperandis, Poſſeuin.*in Bibliot. cap.*20. *pag.* 399. Thomas à Ieſu *de procur. omnium gentium ſalute, pag.*188. & 194. & 197. vbi adducit Breue Pauli V. de hoc agens, & Gaſpar Sanchez *ſup.*
84 *Iſaiam cap.*51.*n.*43.*pag.*534. vbi probat, † quòd operariis ſuis Deus ſubſidium præbet, & dat linguam, & verba.

Eſt autem adeò verum, peritiam linguæ in
85 his Parochis deſiderari, † vt collatio imperito facta, ſit ipſo iure nulla, & ipſe teneatur beneficium dimittere, vt expreſsè deciditur *in d. reg. Cancel. de idiomat.* vbi Lud. Gomezius *q.*5. eam ad Commendas extendit, & ſequitur Rebuff. *in prax. benef. gloſſ.*1. & 2. Menoch. *de recup. rem.*15. *n.*44. & 442. Fr. Lud. Lopez *in inſtruct. conſc. par.*1 *c.*27. Fr. Ioann Bapt. *in dict. aduert.* 2. *par. fol.*206. & 207. & plures alios referẽs Nicol. Garc. 7.*par. cap.*8.*n.*63. Quamvis idem Auctor *cap.*7.*n.*12. & 13.*cum ſeqq.* ſufficere tradat, ſi ſtatim poſſit linguam addiſcere, vel illitteratus litteras ſcire, & quòd aliàs tenetur beneficium dimittere. Quod & tenet Victoria 2. 2.*q.* 185. Nauar. *in cap. ſi quando, except.*18.*n.*4. & 8. Quintan. *cap.*6. *n.*16. Azor. 1.*par. lib.*10. *cap.*3. *q.*18. & in terminis noſtrorum Indorum loquẽs Fr. Ioan. Bapt. *d.* 2 *par. num.*34. *fol.*213. & 386. Videndus quoque omninò erit Rofredus *in quæſt. Sabbatina* 2. *inter quæſtiones diuerſor. pag. mihi* 165. vbi ad partes diſputat, an ſi ſcholari, vel alteri, qui putabatur idoneus, collata ſit præbenda, & poſteà reperiatur inſufficiens, poſſit illâ priuari.

86 Et Epiſcopus etiam poterit † refutare, ſeu non admittere clericum linguæ imperitum, vel alioqui parum aptum, ſibi à Patrono præſentatum, qui per præſentationem Patroni minimè impeditur poteſtas Epiſcopi circa ea quæ ad animarum curam attinent, *cap. ex litteris, de iure patr.* ibi: *Dummodò aliàs ſit idoneus, c. fin. eod. tit.* ibi: *Si ei aliquod non obſiſtat impedimentum cap. fin. de inſtit. lib.*6. ibi: *Dummodò aliàs ſit idoneus*, Conc Trid. *ſeſſ.*25. *de reform. c.*4 ibi: *Ad hoc liceat Epiſcopis præſentatos à patronis, ſi idonei non fuerint, repellere*; & idem tenet alia adducẽs Rebuff. *in concord. tit. de nominat. q.*20. In dubio tamen præſentatus cenſetur idoneus, & Epiſcopo incumbit probare contrarium; vt per gloſſ. *in cap. Monaſterium* 16.*q.*6. & ea, quæ in noſtris terminis tradit Zapata *de iuſt. diſtrib.* 2.*par. c.*11. *n.*7. quod tamen non facilè poterit practicari in beneficiis Indiarum, cùm iam ex d. ſched. ann.
87 1609. Patronus † nullum ſoleat præſentare, niſi ex approbatis, & nominatis ab ipſo Epiſcopo, quamvis eligat ſecundo, vel tertio loco nominatum. Niſi fortè in ipſa graduatione nominatorum adeo merita vnius aliis præponderent, vt euidens iniuria ei fiat, ſi ſcripturæ ordinem non ſequatur, provt in ſimili tradit Zapata *d.* 2. *par. cap.*6. *ex num.*22. *ad* 36 vbi *n.*26. docet quando, † & qualiter poſſit Rex omnibus conſultatis poſthabitis, aliquem alium ex ſuo arbitrio deſignare.

Examen † autem oppoſitorum, qualiter faciendum ſit, & quid in eorum electione, & prælatione penſandum, & an, & quando ſemel examinati iterum ad examen vocari poſſint, vide Trid. *d. ſeſſ.*24. *c.*18. & ibi latè notata ab Aug. Barboſa *in collect.* Maſcobr. *in prax. requiſ.*5. *dub.*2. Fr. Sigiſmund. à Bononia *de elect. dub.* 32. Ioan. Valer. *de differ. inter vtriuſque for. verb. Electio, differ.*1.*n.*1. Aloiſ. Riccium *in prax. aurea, reſol.*348. & *in deciſ.* Cur. Archiep. *par.*4. *deciſ.*425. aliàs 362. Garcia *de benef. par.*9.*cap.*2. *per tot.* & præcipuè *n.*111. Barboſa *de off. Curati, c.*2.*n.*122. Vallenſem *ſup. Decretal. tit. de inſt. circa fin.* Lucarin. Academ. *diſp. academ.*1.*obſeru.*2. & alios, quos *in cap. ſeq.* citabimus, qui benè cõcludunt in concurſu Parochialium, non ſolùm conſiderari idoneitatem reſpectu ſcientiæ, ſed etiam reſpectu ætatis, morum, originis, & prudẽtiæ, & huiuſmodi, & minus doctum, cuius mores ſunt noti, & approbati, præferri poſſe doctiori, cuius vita ignoratur, ac denique idoniorem iudicandum, ac propterea præferendum illum eſſe, qui muneri, cui præficitur, eſt aptior, de quo etiam per Couar. *in reg. peccatum, 2.part.* §.7. *num.*4. *verſ. Dignior verò*, Rota *deciſ.*537. *nu.*14.*par.*1.

Quibus Ego in electione Parochorum Indicorum, de qua agimus, multum etiam attendendum addo, & ſuadeo, quod eligendus † parum cupidus ſit bonorum temporalium. Nam radix omnium malorum ſemper ſed potiſſimum in hoc miniſterio cupiditas eſt, vt egregiè docet Acoſta *d. lib.*4. *c.*14. & 15. Annæ. Robert. *lib.*1. *rer. ind. cap.*7. *fol. mihi* 47. vbi oſtendit, curam, † & cupiditatem Paſtoris ſpiritualis, vt & temporalis, non in comedendis, vel deglubendis ouibus, ſed in paſcendis, & cuſtodiendis conſiſtere debere.

Quod etiam innumeræ ſchedulæ Regiæ ſuadent, hac propter Doctrinariis iniungentes, vt † oblationes ab inuitis Indis non exigant, nec indebitas ſubuentiones pro Sacramentis adminiſtrandis, Miſſis, & funeribus celebrandis, de quo doctè agit Dom. Epiſcop. Pacenſ. D. Felician. à Vega *in c. clerici, de iudic. n.*42. *pag.*242. & grauiter D. Aug. *lib.*2. *de conſeru. Euangeliſt.* Vbi eis Apoſtolorum exemplum proponit, & vel in † ſandaliis quibus vtebantur, hoc ſignificari his verbis oſtendit: *Calceatos ſandaliis myſticè aliquid ſignificans? ſcilicet pedem, nec tectum deſuper, nec nudum ad terram, id eſt, non occultandum Euangelium, nec terrenis commodis innitendum.* Quamvis † qui ſpiritualia ſeminant, quod neceſſarium ſuæ ſuſtentationi fuerit iuſtè iuxta Apoſtoli ſententiam percipiat, de qua pluribus egi *ſup. lib.*1. *cap.*5. *num.*82. & nouiſſimè Laborius *in var. lucrubrat. tit.*2. *cap.*16.*num.*5.*pag.*194. & in noſtris terminis Acoſt. *de procur. Ind. ſalut. lib.*3. *cap.*6. Concil. Limenſ. III. *act.* 2. *cap.*38. vbi ſolùm oblationes voluntarias admittit, & plures ſchedulæ, quæ de ſtipendio ſuis Parochis ab Indis ſoluendo

agunt

agunt, quæ referuntur *in 1.tom. impress. pag. 91. & seqq.* & qualiter, & ante quem iudicem iidem Parochi illud petere debeant, & est omninò videndum idem Concil. Limense *act. 3. cap.4. & 5.* vbi his de causis omnem negotiationem Indorum Parochos sub grauissimis pœnis interdicit.

Vtrum verò oporteat † sacram Synaxim Indis administrari, quod hucusque multi parochi Indorum excusant, eorum ruditatem, & feritatem causantes, videndus est Acosta *vbi suprà lib.6. cap.7. cum tribus seqq.* vbi hunc articulum exactè pertractat, Fr. August. de Auila in histor. Mexicana, *lib.1. cap.26.* vbi plura miranda circa hoc adducit, & Fr. Bernard. de Cardenas, qui nouissimè, doctè hoc prosequitur, & in affirmatiuam inclinat, *d.lib. §.9.pag. 34. cum seqq.* & probari potest ex Concil. Limens. III. *act.2. cap.19.* vbi saltem pro Viatico illis nullo modo negandum esse grauissimis, & elegantissimis verbis statuit. Et ex Armeniorum, & Bohemiorum consuetudine qui etiam infantes communicant, vt refert Ioann. Boëm. *in lib. de omni gent. moribus pag.234. & 140.* quāvis hoc hodie apud alios in vsu non sit, ex traditis à Barbosa in collectan. ad Trident. *sess.21. cap.4.* vbi plurimos refert, licèt nouissimè contrarium adstruere tentet D. Franc. Torrebl. Villalp. *de iure spirit. li.2.c.8.n.68.fol.40* vbi meminisse potuit de mortuis, quorum ori olim Eucharistia apponi solebat, & cum ea sepeliebantur, vt constat ex traditis à Basil. Pont. Legionens. *var. disput. q.2. Scholast. pag.135.* vbi etiam *pag.105.* nominatim de nostris Indis post Acost. pertractat. Et an, & quando licitum sit fatuis, vel etiam furiosis Sacramentum Eucharistiæ impertiri, latissimè Cened. in collect. ad Decretum, P. Suar. & plures alij, quos nouissimè adducit Aug. Barb. *in collect. ad Concil. Trid. sess. 21. cap.4.n.3.pag.157.* Torreblanca *vbi sup. n.58. & seqq.* & nouissimè Ioann. Sanchez *select. disp. 38. fol.314.*

CAPVT XVI.

De eisdem Beneficiis, siue Doctrinis Indorum, quæ regularibus commendantur. Et cur hoc cœperit introduci? & an veri Curati censendi sint? Et vtrum hodie expediat has Doctrinas illis auferre, & Clericis secularibus assignare? Adductis ad vtramque partem validissimis argumentis, & supremi Senatus Indiarum declarationibus.

SVMMARIVM.

Monachi beneficia Curata secularia regulariter habere non possunt.

Beneficia secularia, vt Monachi, vel alij regulares habere possint, requiritur dispensatio R.P. ex iusta, vel vtili causa.

Regularia beneficia, qualiter introduci cœperint, & à secularibus distingui.

Cap. cùm de beneficio, de præb. lib.6. *& alia iura similia, explicantur, & illustrantur.*

4 *Beneficia omnia in dubio censenda sunt secularia.*

5 *Beneficia secularia secularibus, & regularia regularibus, conferenda sunt, nisi contrarium fieri necessitas exigat.*

6 *Beneficia regularia vnius Religionis Religiosis alterius conferri non debent.*

7 *Curata Indorum Beneficia, quare, & qualiter olim Religiosis commendari cœperint.*

8 *Cortesius quanto studio curauerit, vt Religiosi ab Indis venerarentur, & qualiter Motechumam in Fide instruxerit.*

9 *Bullæ plurium gratiarum, & concessionum, quæ Religiosis Indorum conuersionem, & Doctrinam curantibus à sede Apostolica datæ sunt, remissiuè.*

10 *Bulla Adriani VI. refertur permittens, fratres Mendicantes de sola suorum Prælatorum licentia Indorum Doctrinæ intendere posse.*

11 *Doctrinæ Indorum, qualiter, & quare Religiosis precario commendari cœperint? plures schedulæ exprimunt, quæ referuntur.*

12 *Regulares, tam in noua Hispania, quàm in Peru, quomodo, quibusque nominationibus, & exemptionibus Indorum Doctrinas olim exercuerint.*

13 *Reges Hispaniæ, & eorum in Indiis Vicarij poterāt olim assignare parochos populis Indorum, sine licentia Episcoporum, & quare.*

14 *Papa omnia beneficia vbique si velit, prouidere potest, etiam aliàs ad Ordinarios spectantia, & est Ordinarius Ordinariorum.*

15 *Beneficia omnia curata etiam regularia ex noua dispositione Trident. requirunt examinationem, & approbationem Ordinarij.*

16 *Doctrinæ Indorum, etiam regularibus concessa, debent hodie conferri, & exerceri iuxta formam Tridentini.*

17 *Religiosi curati Indorum qualiter se opposuerint decisionibus Tridentini priuilegia suarum exemptionum allegantes.*

18 *Pij V. & Gregorij XIV. Breuia referuntur, quæ videntur Religiosis permittere, vt de sola licentia suorum Prælatorum curata Indorum exerceant.*

19 *Regulares Indiarum posse obtinere curata Indorum, imò & ad ea regenda compelli de sola licentia suorum Prælatorum, qui teneant.*

20 *Breue Pij V. licèt petitum fuerit pro Ordinibus Mendicantibus, extenditur ad alios, qui de eorum priuilegiis participant.*

21 *Doctrinas Indorum semel regularibus assignatas non posse eis per Episcopos adimi post Breue Pij V. tenent aliqui Auctores, qui referuntur.*

22 *Doctrinas Indorum ex vi Breuis Pij V. etiam post Concilium à regularibus sicut anteà esse administrandas Remesalus existimat, & de schedulis idem insinuantibus.*

23 *Schedulæ Regiæ, quæ præscribunt formam beneficiis regularibus Indorum, & eis fauent, sunt confirmatæ à sede Apostolica.*

24 *Doctrinæ regularium qualiter post Concil. Trid. præsentari solitæ sint in prouinciis Peruanis.*

25 *Religiosi Doctrinis Indorum præpositi, non solùm ex voto charitatis, sed ex debito suscepti muneris administrāt, sicut alij parochi.*

26 *Religiosos*

26 *Religiosos Indiarum, qui Doctrinis Indorum deseruiunt, veros, & proprios eorum parochos esse plures schedulæ ostendunt, quæ referuntur.*

27 *Doctrinas Indorum an expediat regularibus adimere, & eas clericis secularibus dare? sæpè tractatum est, & referuntur schedulæ de hoc agentes, & lites, & contentiones super hoc exortæ.*

28 *Doctrinæ Indorum, etsi regularibus relictæ sint, semper tamẽ sub ea cautione, vt nullum ius ad earum proprietatem acquirerent, & de schedulis, quæ hoc ostendunt.*

29 *Doctrinæ Indorum, an relinqui, vel adimi regularibus debeant, variis rationibus pro vtraque parte disputari solet, & sæpè summum Senatum, & alios graues Viros ancipites tenuit.*

30 *Necessitatis causa inductum, ea cessante cessare debet.*

31 *Religiosi ob ablatas sibi Doctrinas, quas precario habent, nullam sibi iniuriam fieri iustè dicere possunt.*

32 *Dominus vineæ, vel domus benè potest dicere operariis, vel inquilinis finita locatione: Tolle, quod tuum est, & vade.*

33 *Clericis secularibus Indiarum nulla, vel pauca præmia manent, si Doctrinis Indorum non fruantur.*

34 *Religiosis consulitur, si eis Indorum Doctrinæ adimantur, & ad regularem, & claustralem obseruantiam reducantur.*

35 *Monachi proprium officium quale sit? ex D. Bernard. & Hug. & eius etymologia, & claustralis obseruantia.*

36 *Monachi etiam in Ecclesiis secularibus, vbi collegialiter habitant, non possunt exercere officium Parochi.*

Cap. 1. de Capellis Monachor. *explicatur, & illustratur, ibid.*

37 *Regularibus si aliquando committitur cura animarum ob defectum clericorum secularium, debet hæc cura cessare, eodem defectu cessante, & quare.*

38 *Regulares Indorum Doctrinis præpositi, in magno animarum periculo versantur.*

39 *Regulares, qui Doctrinas Indorum regunt, posteà disciplinam Monasticam, & Claustralem obseruantiam odio habent, ex testimoniis P. Acostæ, cuius verba adducuntur.*

40 *Fr. Bernardini de Cardenas iudicium de damnis, quæ regulares ob Indorum Doctrinas patiuntur.*

41 *Regulares regentes Doctrinas Indorum, prætextu suorum priuilegiorum, nec Concil. Trid. nec Regium patronatum, nec Ordinarij subiectionem, aut reuerentiam obseruant.*

42 *Statutum, siue professionum varietas simplicitati, & prædicationi Euangelij multum incommodat.*

43 *Officio in vno eodemque non debet dispar esse professio.*

Cap. in noua 16. q. 7. *expenditur, & illustratur, ibidem.*

44 *Regulares præpositi Doctrinis Indorum plures quotidie querelas, & discordias cum pluribus habent.*

45 *Doctrinæ Indorum non sunt hodie necessariæ regularibus ad suorum Conuentuum sustentationem, & quare.*

46 *Doctrinarum stipendia, qualiter regulares diuidere, aut expendere soleant.*

47 *Monachi pro nullo terreno lucro de Monasteriis exire possunt.*

48 *Doctrinæ Indorum à regularibus ob proprias, quas in eis habent temporales commoditates, appeti videntur, magis quàm ob spiritualem salutem Indorum.*

49 *Religiosi alioqui graues Doctrinas etiam Indorum appetere solent.*

50 *Religiosi Ordinum Mendicantium multum laborant, & laborarunt in detectione, & conuersione Indorum.*

51 *Reges nostri nullam classem in Indias mittunt, sine multis Religiosis destinatis ad conuersionem Indorum.*

52 *Regularibus auferre Doctrinas Indorum, quos ipsi conuerterunt, & pro quibus tot labores susceperunt, valdè durum videtur.*

53 *Regularibus gratiæ referuntur in multis schedulis, ob sedulam operam nauatam in conuersione Indorum.*

54 *Religiosi, maximè vbi conuentualiter viuere possunt, aptiores esse videntur, quàm clerici seculares, ad regendas Doctrinas Indorum, & quare.*

55 *Indi magis amant, & reuerentur Doctrinarios regulares, quàm seculares.*

56 *Regulares exui non debent Doctrinis Indorum ob id, quòd aliqui in illis malè se gesserint.*

57 *Regulares, vel ob solum munus prædicandi, possunt promoueri ad Ecclesias Curatas, ex Abbate, & aliis.*

58 *Regulares Mendicantes non sunt ita prohibiti habere Curata, vt Monachi, & iura, quæ ea eis habere permittunt.*

59 *Religiosi quamvis à Doctrinis, & Curatis Indorum arcerentur, adhuc tamen missionibus, & conuersionibus, ac confessionibus ipsorum attendere deberent.*

60 *Religiosi habent præsumptionem pro se, quòd meliùs, castiùs, & cautiùs viuant, quàm alij clerici seculares.*

61 *Monachus Curato beneficio præfectus, an sit liber à suis Prælatis regularibus.*

62 *Doctrinarij regulares non eximuntur à Monachatu, nec subiectione suorum regularium Prælatorum.*

63 *Regularis degens extra Monasterium iussu Prælati, intra illius septa manere videtur.*

64 *Regulares Doctrinis præpositos intra claustra Monasterij manere videri declaratum est.*

65 *Regulares quid respondeant obiectioni de morum correctione, & inobseruantia patronatus Regij.*

66 *Confirmatio arguit superioritatem in confirmante.*

67 *Ioseph. Acostæ iudicium refertur circa tollendas, vel relinquendas regularibus Doctrinas Indorum.*

68 *Ioan. Matienzus quid sentiat circa doctrinas regularium.*

69 *Auctoris, & Limanæ Audientia iudicium super tollendis, vel conseruandis Indorum Doctrinis.*

70 *Parochiæ Indorum, vbi per Religiosos conuentualiter*

uentualiter viuentes exerceri possunt, commodissimæ, & vtilissimæ sunt, ex Acosta, & aliis.

71 *Societas Iesu, quas doctrinas Indorum habeat, & quam laudabiliter in illis se gerat, & de schedulis Regiis iubentibus, vt ad hoc munus inuitentur.*

72 *Conuentus, vel Vicarias circa Doctrinas regularium fieri aliquæ schedulæ iubent, quæ referuntur.*

73 *Monachus extra Conuentum in aliquo officio, vel beneficio degens, debet secum socium habere.*

74 *Monachus nullo modo potest esse sine Monacho, ex Innocentio.*

75 *Doctrinario seniori alterum socium iuniorem dari iubet quædam sched. Regia, quæ refertur.*

76 *Monachus degens in Ecclesia suo Monasterio subiecta, non dicitur degere extra claustra.*

77 *Diaboli insidiis, & humanæ fragilitati nihil satis tutum.*

8 *Senatus supremus Indiarum, quid tandem censuerit super conseruatione Doctrinarum regularium, & sub quibus cautionibus? & de schedulis, quæ de eis agunt.*

9 *Regulares, qualiter, & quare acquiescere recusauerint schedulis nouam formam in eorum doctrinis imponentibus? & quid ob hæc denuò prouisum fuerit.*

0 *Regulares doctrinarios esse examinandos, & approbandos, ac visitandos ab Ordinariis, nouæ schedulæ declararunt, quæ referuntur.*

1 *Regularis non potest duo beneficia simul regere, aut possidere, etiam si alterum sit simplex, vel Capella.*

Beneficium quodlibet in Monacho est incompatibile cum primo, & quare.

Monachus vbi ex causa necessitatis dispensatur ad duo beneficia, vnum in titulum, aliud in Commendam habere debet.

Regulares, an sibi, vel suis Monasteriis acquirant synodum, siue salarium, aut fructus beneficiorum regularium, & de schedulis de hoc agentibus.

Religiosi nihil proprium habere possunt.

Regulares æquè ac seculares possunt in pia opera disponere, quæ sibi supersunt de fructibus beneficiorum.

Pauperum, vel piorum operum appellatione Cœnobia continentur.

Doctrinarij non possunt ea, quæ ab Indiis propriis Ecclesiis donantur, in alios vsus, etiam pios, conuertere.

Religiosi in communi benè habere possunt ius, & dominium radicatum ad aliqua beneficia, & eorum fructus, & pro illorum defensione in iudicio experiri.

Religiosi non defendentes suas exemptiones & priuilegia, ac præminentias, grauiter peccant.

QVamvis Religiosi viri, & maxime † Monachi, Beneficia Curata secularia iuxta s communis regulas habere non possint, ocet gloss. *in cap. quod Dei timorem, verb.* imen, *de statuto Monachorum*, & plurimi Auctores, quos refert Thom. Sanch. *in summ. 2. to. lib. 7. c. 29. n. 71.* Nicol. Garc. *de benef. 7. par. cap. 10.* & D. Rod. Acuña (qui explicat, qualiter hoc accipiendum sit) *in c. priscis 55. dist. & in cap. quorundam 6. 74. dist. n. 3.* Id tamen ab omnibus limitatur, † extante 2
summi Pontificis dispensatione, qui ob aliquã Ecclesiæ necessitatem, & vtilitatem, aut deficientiam Clericorum secularium, hanc curam regularibus, etiam Monachis, committere potest, vt habetur *in cap. pro vtilitate 16. q. 1.* & probat gloss. *in d. cap. quod Dei timorem, verb. Regimen*, vbi Abb. *n. 11.* idem Abb. *in c. 1. de Capell.* Monach. Cardin. *in Clement. 1. de elect. n. 20.* Guimier *in pragm. sanct. tit. de collat. §. illi verò, verb. Religiosis, ad fin.* & ibi Probus *in addit. n. 5.* Rota *decis. 5. de iure patr. & n. 28. de præb. in nouis*, Roch. *de iur. patr. verb. Honorificum, q. 4. n. 13.* Rosella *in summ. verb. Monachus, n. 4.* Siluest. *verb. Religio 7. q. 3.* Greg. Lopez per tex. ibi *in l. 25. tit. 7. par. 1. verb. Ecclesias*, Couar. *in cap. 2. num. 3. de testam.* Rebuff. *de pacif. possess. num. 31.* Nauarr. *consi. 10. de regular.* Eman. Roder. *in quæst. regular. tom. 1. q. 34. art. 5.* & alij, quos refert, & sequitur Sanchez *vbi sup. n. 39.* Garcia *n. 16. & seqq. n. 32. & 38.* Gratian. *discept. forens. c. 123. à num. 10. & num. 20.* Petr. Gregor. *vbi sup. num. 7.* ibi: *Quia & aliquando ex Monachis, si idonei sint, Curiones fieri posse placuerit. Ecclesiæ quippè necessitas hoc suadet, & exposcit, & iubet*, & D. Acuña *in d. cap. priscis, num. 2.*

Et mediante hac dispensatione, & introdu-
ctione, † cœperunt plurimis in partibus, Re- 3
ligiosis aliqua beneficia curata regenda, & fruẽda concedi; quæ hac de causa regularia appellata sunt, ad differentiam aliorum beneficiorum, quæ solùm à secularibus obtineri possunt, & ob id secularia dicuntur. De qua diuisione agitur *in cap. cùm de beneficio, de præb. lib. 6. Clem. vnica, de supplend. neglig. Prælat.* & in multis aliis locis, quæ ibi DD. adducunt, & latè Rebuff. *in prax. tit. regularia beneficia multiplicia, n. 1. & in Concordat. tit. de collat. §. volumus, verb. Regularia, & in tract. de nomination. q. 15. n. 26.* Corras. Pet. Greg. Petr. Pechius, Cerola, & alij, quos refert Nicol. Garc. *d. c. 10. n. 1. & seqq. & par. 1. c. 6. n. 11. &* 12. Rhenat. Chopp. *de iur. Cœnobitarum, pag.* 140. & latissimè, & disertissimè Sanch. *d. cap.*
29. n. 11. vbi docent, † in dubio omnia beneficia 4
censenda esse secularia, nisi contrarium probetur, & regularia ea esse, quæ ex dispensatione, fundatione, vel consuetudine Religiosis addicta
sunt: factáque dicta diuisione, † secularia secula- 5
ribus, & regularia regularibus conferenda esse, vltimumque statum in iudicanda eorum natura attendendum esse, vt per innumeros relatos ab eod. Garcia *d. cap. 10. ex n. 1.* Marescot. *lib. 1. var. resol. c. 60.* Viuian. *de iure patron. lib. 6. c. 2.* vbi, quòd regulares debent præsentari ad regularia, non ad secularia, Trid. *sess. 23. de refor. c. 10.* vbi Aug. Barbos. *in suis nouissimis collectaneis* plures alios adducit, & *n. 12* in subsidium, veluti si deficiant regulares, aut necessitas vrgeat puta quia idonei non reperiantur, beneficia regularia, secularibus, & è conuerso, conferri posse probat, *ex c. inter, quatuor, de Relig. domib.* Abb. Rebuff. Azor, Garc. Reginal. Laimano, Cephalo, & aliis, quos ibidem allegat, & idem sequitur Ioann. Bapt. Costa *de remed. subsidiar. remed. 71. num. 2.*

*num.*2. vbi intelligit, siue sit liberum, siue iuris
patronatus laicorum. Et idem probandum est
6 in † regularibus, de beneficiis alterius Reli-
gionis non prouidendis, *cap. cùm singula, de
præbend. lib.6. Clem.*1. *de elect.* cum aliis, quæ
adducit Aug.Barbosa *ad Trid. sess.*25.*c.*21.*num.*
1.*pag.*609.
7 Et hoc est, quòd † in his nostris Indiarũ pro-
uinciis contigisse videmus. Nam cùm initio de-
tectionis earum, pauci clerici seculares in illis
reperirentur, qui Indorum idioma callerent, &
ex aduerso plurimi regulares, propterea quòd
hi erant, qui sese deuouebant Regibus nostris, &
Ducibus ab eis missis ad dictas prouincias de-
tegendas, & conquirendas, vt passim tradit Her-
rera *in tota sua hist. gener. Ind.* & plenè Fr. Ioan.
à Torquem. *in Monarch. Indiar. lib.*15. *ex cap.*1.
ad 9. Fr. Aug Dauila *in hist. Mexicana, lib.*1.*pag.*4.
8 vbi † referunt, quanto studio curauerit insignis
ille Dux Ferdin. Cortesius, vt Religiosi ab Indis
venerarentur, idem Torquem. *lib.*4.*cap.*53.*&* 54.
*ex pag.*509. vbi tradit, qualiter idem Ferd. Cor-
tesius Mexicanum illum Imperatorem Mote-
chumam in Fide, & Religione Christiana in-
struxerit; & ingens miraculum operatus fuerit,
Fr. Ant. Remesal. in hist. prouinciæ Guathe-
malens. *lib.*11. *cap.*5. *&* 6. Fr. Alphons. Ferd. *in
hist. Eccles. nostri temporis, pag.*182. & latiùs
cæteris Fr. Ioan. Bapt. *in aduertent. confess.
fol.*172. *& seqq.* vbi enumerat † omnes con-
9 cessiones, & priuilegia, siue Bullas Apostoli-
cas Leon. X Adriani VI. Paul. III. Clementis
VII. Pij V. & aliorum summorum Pontificum,
qui ratione necessitatis, & vtilitatis suprà rela-
tæ conuersionis, & doctrinæ Indorum, permi-
serunt fratribus Mendicantibus Indiarum, vt
possent eis omnia sacramenta ministrare, & Pa-
rochorum officium supplere.
10 De quibus Bullis, & præcipuè de illa † A-
driani VI. mentio fit in quadam epist. Regia
dat. Tolet. 1. Decemb. ann.1573. scripta ad D.
Proregem Peruanum D. Franc. à Toleto, cu-
ius caput habetur in 1.tom. sched. impress. pag.
113. & sic inquit: *En lo de la duda que teneis
si los Religiosos de la Compañia de Iesus pueden
salir à las Doctrinas de los Indios, segun su re-
gla, parece que por la Bula del Papa Adriano
lo pueden hazer ellos, como los demas Religiosos,
y assi ordenareis que se haga*; quæ Bulla Adriani
VI. data fuit 20. Maij ann.1522. & incipit, *Ex-
poni nobis, &c.* & post alia sic inquit: *Tenore
præsentium volumus, vt omnes fratres Ordinum
Mendicantium, præsertim Ordinis Minorum re-
gularis obseruantiæ, à suis Prælatis nominati, qui
diuino spiritu, vltrò, atque spontè voluerint ad par-
tes Indiarum præfatarum causa conuertendorum,
& instruendorum in Fide prædictorum Indorum se
transferre, liberè & licitè possint, & valeant.
Dum tamen sint talis sufficientiæ in vita, & do-
ctrina, quòd tuæ Cæsareæ Maiestati, aut tuo Re-
gali Consilio sint grati, ac tanto operi idonei super
quo conscientias suorum Superiorum qui eos nomi-
nare, & licentiare debent, oneramus.*
Quam causam † & originem dictarum doctri-
11 narum regularium, & quòd eis veluti precario
concessæ fuerint, donec clerici idonei reperi-
rentur, apertè exprimunt plures sched. Regiæ,
quæ passim *in* 1.*tom. impress.* reperiuntur ex
*pag.*83. Sed præcipuè dat. Vlyssip. 6. Decemb.
an.1583. pag.99. quæ ita inquit: *El Rei. Re-
uerendo en Christo Padre Obispo de Tlaxcala, del
nuestro Consejo. Y à sabeis como conforme à lo or-
denado, y establecido por la santa Iglesia Roma-
na, y à la antigua costumbre recebida, y guar-
dada en la Christiandad, à los Clerigos pertene-
ce la administracion de los santos Sacramentos
en la Rectoria de las Parroquias de las Iglesias,
ayudandose como de Coadjutores en el predicar,
y confessar de los Religiosos de las Ordenes. Y que
si en essas partes por concession Apostolica se han
encargado à los Religiosos de las Mendicantes
Doctrinas y Curazgos, fue por la falta auia de
los dichos Clerigos Sacerdotes, y la comodidad,
que los dichos Religiosos ternian para ocuparse
en la conuersion, doctrina, y enseñamiento de los
naturales, con el exemplo, y aprouechamiento
que se requiere. Y que supuesto que este fue el fin
que para ordenarlo se tuuo, y que el efecto ha si-
do conforme à lo que se procuraba, y procura, y
que con vida Apostolica, y santa perseuerancia
han hecho tanto fruto, que por su doctrina, me-
diante la gracia, y ayuda de nuestro Señor, ha
venido à su conocimiento tanta multitud de al-
mas. Pero porque conuiene reduçir este negoci
à su principio, y que en quanto fuere possible se re
stituya al comun, y recebido vso de la Iglesia, l
que toca à las dichas Rectorias de Parroquias,
doctrinas, demanera, que no aya falta en los di
chos Indios. Os ruego, y encargo, que de aqu
adelante auiendo Clerigos idoneos, y suficientes, lo
proueais en los dichos Curazgos, y doctrinas, y be
neficios, profiriendolos à los Frailes. y guardando
en la dicha prouision la orden que se refiere en
titulo de nuestro Patronazgo. Y en el entretan
que no huuiere los que conuiene para todas las di
chas doctrinas, y beneficios, repartireis los qu
quedaren igualmente entre las Ordenes que ai e
essas prouincias; demanera, que aya de todo
para que cada vno trabaje segun su obligacion a
auentajarse en tan santo, y Apostolico exercici
Y vos vel areis sobre todo como buen Pastor, pa
ra que los inferiores esten vigilantes, y descarga
do nuestra conciencia, y la vuestra, se haga en
tre essos naturales el fruto que conuiene. Fecha v
suprà, &c.*
Quod non minus grauiter, & apertè decid
tur in alia anni 1618. quæ superioris mentio
nem facit, & ita exorditur: *Mi Virrei, Presidente
y Oidores de la ciudad de los Reyes de las prouin
cias del Pirù, como teneis entendido, al tiempo q
se descubrieron essas prouincias, por no auer en e
las numero suficiente de Clerigos, que administra
sen los santos Sacramentos, y ser los lugares y pa
tes donde lo auian de hazer, tantos, y tan distante
los señores Reyes mis progenitores suplicaron
la sede Apostolica permitiesse, y dispensasse, que l
Religiosos de las Ordenes Mendicantes, ò algun
dellos, pudiessen ser Curas doctrineros de algun
pueblos de Indios, demanera, que por este m
dio se supliesse la falta de ministros, y se acudie
se à cumplir con obligacion tan precisa. Y auie
dose concedido assi, se expidieron diuersos Bre
sobre ello por los sumos Pontifices Alexand
Leon, Adriano, y Pio Quinto. Y como las ca
sas del gouierno publico se diferencian segun
tiempo, &c.*
Et hoc quidem titulo † atque in hunc
nè modum, regulares Indiarum in Noua H
spania ferè omnia Curata beneficia Indoru
& in prouinciis Peruanis, & alibi plura,
quid

quidem pinguiora, texerunt, & possederunt,
vtentesque Bullis Apostolicis, quas habent,
quæ eos eximunt à iurisdictione, visitatione,&
examinatione Ordinariorum, & præsertim illa
Bened. XI. Nicol. V. & Sixti IV. quæ *Maré
magnum* appellatur, de quibus *in Bullariis fol.
57.121. & 173.* Et apud Eman.Roder.*in comp.
priuileg.* In suis Capitulis, vel per suos Præla-
tos regulares, eos approbabant, & seligebant,
quos huic muneri aptiores reputabant, & pa-
trono offerebant, qui eos confirmabat, & ti-
tulum doctrinæ expediri iubebat, vt stipendiũ
sibi assignatum percipere possent, absque eo,
quòd vlla Ordinarij notitia, vel interuentio,
collatio. aut institutio postularetur. Dicebant
quippè solam sui superioris regularis approba-
tionem, & nominationem sufficere, vt tradit
d. Fr. Ioan. Bapt. *d. 2.part. fol.254. & fol.175.
& seqq.* & Fr. Eman. Rod. *1.tom. regul. q.35.
art.2.* per totum, vbi (quod amplius est) Ve-
racruce relato, & aliquibus Nouæ Hispaniæ
exemplis adductis, tenet, quòd † nostri Re-
ges, vel Proreges, aut Gubernatores, qui eos
repræsentant,& Regio nomine patronatum In-
diarum exercent, possunt assignare dictis Re-
ligiosis sine licentia Episcoporum populis In-
dorum, in quibus hanc potestatem parocho-
rum exerceant, virtute concessionis Alex.VI.
quæ eos patronos effecit, & veluti ipsius Pon-
tificis delegatos, quem, dubium non est, vbi-
que terrarum ministros præficere posse, pro sa-
lute animarum,sine consensu Ordinariorum, *c.
2.de præb.lib.6.Clem.1.*vt lite pendente, cũ aliis,
quia concurrit cum omnibus Prælatis in pro-
curando,& gubernãdo populo Christiano,cùm
ipse sit Ordinarius Ordinariorum, & totius vr-
bis,& orbis,vt per Innoc.*in cap.licèt* ex suscep-
to,de foro compet.Afflict.*in Rubr.quæ sint regal.
n.48.& seq.*& latè D.Valenç. *cons.4. n.161.* vbi,
quòd Papa in beneficialibus habet plenissimam
potestatem,& dicitur dominus beneficiorum,&
ego *sup. hoc tomo lib.2.cap.27.num 42.*

Sed cùm post hæc habitum, & promulga-
tum fuerit Concilium Tridentinum, quod fi-
nitum fuit 4. Decembr. ann. 1563. sub Pio IV.
Pontifice Maximo, & in eo † tum sæpè, tum
præcipue *sess.7. cap.13. de reform. sess.18. cap.
5. sess.24. cap.18. & sess.25. cap.9.* ita enixè,
piè, & iustè cautum fuerit, vt in quibusvis be-
neficiis, etiam regularibus, & iuris patronatus
Regij, examinatio, & institutio Episcopi,tan-
quam loci Ordinarij, requiratur, & vt nullus
Religiosus absque Episcopi licentia verbum
Dei prædicare, ac secularium personarum con-
fessiones audire possit, *sess.5. de reform. cap.2.
sess.23. cap.15. sess.14. cap.4.* Meritò Episcopi,
& Proreges Indiarum † eandem formam in his
beneficiis regularibus Indiarum introducere cu-
rarunt, & vt ius patronatus Regij in ipsis, si-
cut in aliis, exactiùs, quàm anteà, obserua-
retur,atque adeò Religionum superiores in suis
Capitulis Doctrinarios non nominarent, sed
duos idoniores censerent, Proregi, vel Guber-
natori proponerent, vt ipse vnum ex illis elige-
ret,ac præsentaret. & Episcopo examinandum,
& instituendum remitteret, provt & cauetur in
Sched. iuris patronatus anni 1574. vers. 10.
6 Religiosi † verò earundem Indiarum validè
his nouis institutionibus opposuerunt, dicen-
tes, suis institutis, & exemptionibus omninò
contrarias esse, illisque in Concilio derogatum
non fuisse.Atque ita nullam innouationem pati
voluerũt.Constantiúsque in hoc proposito per-
stiterunt, impetrato, & edito ad instantiam (vt
in eo refertur) Piissimi, ac Prudentissimi D.
Philippi Regis nostri Catholici † Breui quodã, 17
siue Motu proprio Pij V. ann.1567. quod spe-
cialite de eisdem doctrinis, & Religiosis agẽs
nihil prorsus ex antiquo eorum statu innouan-
dum esse decernit, non obstantibus nouis Con-
cilij Tridentini decretis: *Sed vt possint, vt an-
teà Religiosi in Indiarum partibus commorantes,
etiam Ordinum Mendicantium, de sola suorum
Prælatorum regularium licentia in eorum Capi-
tulis Prouincialibus obtenta, officium Parochi
exercere, matrimonia celebrando, & Ec-
clesiastica sacramenta ministrando, & prædi-
care, & confessiones audire, Ordinariorum loco-
rum, & aliorum quorumcunque licentia minimè
requisita.* Quod Breue renouatum, & de verbo
ad verbum insertum,roboratum,& confirmatũ
fuit per aliud Gregor.XIV. die 16. Sept. ann.
1591.quorum mentionem fecit Mag. Veracruz
in compendio Indico, Eman. Roderic. *in d.quæst.
regular. tom.1. q.35. art.1. in summa, 2.par.
cap.9. concl.6.* Fr. Ioan. Bapt.*in dictis aduerten-
tiis Confess. Ind. in tabula, 1.par. verb. Religio-
sos, in fin. & 2.par.fol.172. vers. His suppositis,
num.4.& seqq.* Et Fr. Alphons. Ferdin.*in histor.
Eccles. nost. tempor. pag.182.* Vbi eorum vigo-
re probari contendunt, † regulares Indiarum, 18
non solùm posse hæc curata, absque alia di-
spensatione: & licentia Ordinariis obtinere,
verùm & ad id à suis Prælatis regularibus cõ-
pelli,& omnibus,& singulis Religiosis quorũ-
cunque (etiam Mendicantium) Ordinum,in his
partibus Indiarum concessum esse, vt Parochi
officium exercere possint, non solùm in Mona-
steriis dictorum Ordinum,verùm & extra dicta
Monasteria in locis eisdem fratribus assignatis,
& assignandis, etiam sine licentia Ordinarij
Diœcesani.

Et quòd licèt † dictum Breue Pij V.petitum 19
fuerit à D. Philip. II. solùm pro Ordinibus
Mendicantibus, vt ex eius littera patet,à Pon-
tifice tamen concessum fuerit pro omnibus Re-
ligiosis, & quòd sic comprehenduntur etiam
Beatæ Mariæ de Mercede, qui licèt non sint
mendicantes,Mendicantium tamen priuilegiis
fruuntur,& sic dictas Doctrinas habent,& ha-
bere possunt.

Idem quoque Emanuel *d. q.35. art.6.* con-
cludit, † quòd post intimationem dicti Bre- 20
uis, non possunt vllo modo Episcopi auferre
à fratribus Religiosis populos aliquos Indorũ,
suæ iam curæ semel concessos, & assignatos.
Quod etiam sequitur, aliqua exempla ad idem
probandum adducens, Fr. Ioan.Baptist.vbi *sup.
fol.218.* & latè Fr. Ant. Remesal. eiusdem Bre-
uis Pij V. peculiarem relationem, & commen-
tationem faciens,*in hist. Guathemalens.lib.10.cap.
22.& 23.*Vbi probare contendit eius † virtute 21
regulares administrare posse, & debere dictas
Doctrinas,& Curata,quemadmodum ante Cõ-
cil.Trident.ea administrabant, provt & dispo-
suit, & declarauit quædam schedula Regia dat.
Matrit.27.Septembr.eiusdem anni 1567. quam
ibi refert, & ad implementum dicti Breuis
expedita fuit, ibi: *Sabed, que su Santidad, à
nuestra suplicacion,ha concedido vn Breue, por el*

qual dà facultad para que los Religiosos de las Ordenes de santo Domingo, san Francisco, y san Agustin administren en los pueblos de los Indios de essa tierra los Sacramentos, como lo solian hazer antes del Concilio Tridentino con licencia de sus Prelados, sin otra licencia, &c. quæ schedula reperitur, & quidem per duplicatum *dict. 1.tom. impress. pag. 153.* vbi dicitur, quòd originale dicti Breuis in supremo Indiarum Senatu seruatur.

Et iterùm idem Remesal. *lib. 8. cap. 13. pag.*
22 474. refert, † eandem regularium beneficiorum assignationem, modumque in ipsis seruari solitum, & omnes schedulas Regias de eis agẽtes ante Tridentinum, & d. Breue Pij V. confirmatas fuisse per aliud Breue Pauli IV. concessum Ordini Prædicatorum ad instantiam Generalis eiusdem Ordinis ann. 1556. refertque ibidem plures schedulas ad d. Breue referendas, & hoc valdè notandum inquit: *Quoniam sic nunc priuilegia Apostolica censeri debent omnes Regiæ schedulæ in fauorem Religiosorum à Regibus Hispaniæ concessæ*; & est etiam videndus Miranda *in Manual. Prælat. 1.tom. q. 43. art. 5. & 6.*

Sed licèt ex hac causa Religiosi Nouæ Hispaniæ, etiam post Concilium, prædictam con-
23 suetudinem retinuerint, † in prouinciis tamen Peruanis non aliter eis hæc beneficia ingredi, nec eorum stipendia percipere per Proreges permissum fuit, quàm Præpositi, seu nominati à suis Prælatis regularibus, Regium patronatum agnoscerent, & ab eo titulum, ac præsentationem acciperent, illamque coram Ordinario exhiberent, ab eoque examinati, & habiles reperti, administrandi licentiam acciperent, citra vllam tamen aliam collationem, vel institutionem. Quam formulam introduxit Excellentiss. ille, & rerum Indicarum experientissimus D. Prorex D. Franc. à Toleto, eáque eius successores vsi sunt. Et pro comperto deinceps apud omnes habitum, dictos regulares
24 Doctrinis præpositos, non † solùm ex voto charitatis (vt anteà multi ipsorum asseuerabant) sed ex mera, & propria Parochorum obligatione, & ex necessitate, ac debito officij, quod in se susceperunt, cum exclusione clericorum secularium, ad earum administrationem teneri, interim quòd populos sibi commissos Episcoporum ordinationi non relinquunt, vt præter alios latè probat Fr. Ioan. Bapt. *vbi sup. d. 2 par. num. 7. & n. 12. & seqq.* vbi instruit Religiosos in his, quæ sunt propria Parochorum. Et *num. 30. & 31. fol. 202.* tradit, quid debeat facere Religiosus, tanquam Curatus, & quid vbi solùm administrat ex voto, seu debito charitatis: adducitque epistolá, quam super hoc prouinciales Nouæ-Hispaniæ Ordinum sancti Dominici, Francisci, & Augustini ad Regem nostrum Philipp. II. scripserunt. Et idem latiùs prosequitur *fol. 380. & seqq.* & ante eum docuit Fr. Ioan. Focher *in libello quodam*, cui titulum fecit, *Refugium pauperum*, & in alio: *De veris Indiarum Occidentalium Ministris.* Et Eman. Roder. *d. 1. tom. quæst. regul. q. 35. art. 5.* vbi resoluit, quòd licèt de instituto suo non sint veri curati, hodie tamen tenentur, non tam ex charitate, quàm ex debito iustitiæ, in dictis populis Indorum facere, non totum, quod Curatus tenetur de officio, quia non sunt Curati, sed totum quod aliàs fecissent ibi Clerici, vel Religiosi inde amoti, vel impediti, ne ibi intrent, & Sacramenta administrent, & id probat exemplo Clerici, qui cœpit, audire confessioné. Quod tamen licèt nouissimè sequatur Remesal. *dict. lib. 10. cap. 23. pag. 662. & seq.* non probatur d. Fr. Ioan. Bapt. nec mihi, quia veri, & proprij Curati sunt, non solùm Indorum, verùm & Hispanorum inter Indos, siue in eorum populis commorantium, quamvis ad hoc specialem licentiam Ordinarij accipere soleant, & debeant, vt cauetur in Regia sched. dat. Pintiæ 30. Martij ann. 1557. quæ in contradictorio iudicio executoriata reperitur per aliam Matrit. 9. August. 1561. quæ reperiuntur *dict. 1. tom. pag. 153. & seqq.*

Et in terminis, † de prædicta præcisa obli- 2
gatione agens, & quòd veri Parochi censendi sint, quædam epistola Regia ad Audientiam Guathemalensem scripta ann. 1573. cuius caput habetur *1. tom. impress. pag. 97.* ibi: *He visto lo que aduertis de los pleitos, y duda que ha auido en lo que toca à las presentaciones que auemos hecho de algunos beneficios de pueblos de Indios de essa tierra, si han de ser simples, ò Curazgos. Estareis aduertido, que todos son Curazgos, y la presentacion de las Doctrinas, y beneficios se hara por la forma que esta ordenado, la qual vos mandamos embiar, para que la guardeis.* Et expressiùs in alia schedula dat. Matr. 16. Decemb. ann. 1587. *eod. tom. pag. 100.* vbi cùm doctrinæ Religiosis conseruari iuberentur, interim dum aliud stabilitur, moneti eos iubet, veros Curatos esse & tanquam tales administrare debere, his verbis: *Y porque lo que tanto importa, como es la cura de las almas, y mas las de estos tan nueuos en la Fè, no conuiene que quede à voluntad de los Religiosos, los que estuuieren en las dichas Doctrinas, Curados, y beneficiados han de entender en el officio de Curas, non ex voto charitatis, como ellos dizen, sino de iusticia, y obligacion, administrando los Sacramentos, no solamente à los Indios, sino tambien à los Españoles que se hallaren viuir entre ellos. A los Indios por los indultos Apostolicos sobredichos, y à los Españoles por comission vuestra, para lo qual se la aneis de dar, &c.*

Et cùm ob has, & alias occasiones Prælati graues sæpè cum regularibus contentiones haberent, & de excessibus Religiosorum in Doctrinis sibi commissis quererentur, & Proreges, quod Regium patronatum seruare volebant, in quæstionem deductum fuit, † an satiùs, tutiúsque esset eisdem Religiosis dictas Doctrinas adimere, easque ad Clericos seculares transferre, quorum iam ingens numerus in his prouinciis reperiebatur. Et tandem lata fuit schedula anni 1583. quam *suprà num. 11.* retulimus, quæ eas, vbi vacarent, secularibus conferri iussit, his tantùm regularibus reseruatis, & inter eos distributis, ad quas clerici idonei non reperirentur. Quam schedulam aliqui Episcopi statim executioni mandare cæperunt, & præsertim Tlaxcalensis Dom. D. Didacus Romanus, qui quatuor Doctrinas Religiosis ademit. Quod cùm illi grauiter ferrent, à dicta schedula supplicarunt, & Regem, Regiumque Indiarum Consilium adeuntes, nullum non lapidem mouerunt, vt in eius executione supersederetur. Quod tandem impetrarunt lata ad id schedula data Matriti 16. Decemb. ann. 1587. cuius modò quoad aliud meminimus

Quæ

Quæ interim dum de re adeò graui maturius deliberabatur, & informationes, & relationes, quas ibidem requisiuit, adducebantur, nihil nouari iussit: *Dexando las dichas Doctrinas à las dichas Religiones, y Religiosos libre, y pacificamente, para que las que han tenido, tienen, y tuuieren, las tengan como hasta aqui, sin hazer nouedad alguna, ni en la forma de proueerlos, ni de presentarlos à ellas, &c.* Quod anteà quoque cautum reperio per aliam schedulam dat. Matr. 1. Iulij ann. 1551. à qua, cùm aliqui Nouæ Hispaniæ Prælati, & præcipuè Mexicanus, Mechoacanus, & Guaxalensis supplicassent, seruari iussa fuit, causæ cognitione præmissa, & in contradictorio iudicio, per aliam 9. August. ann. 1561. quæ habentur *d. 1. tom. pag. 153. & seqq.* insertis sententiis supremi Senatus hac in causa prolatis, quæ vltra retentionem Doctrinarum regularibus relinquendam, declararunt: *Que segun la Bula que tenian de Paulo III. los dexassen oir de penitencia libremente, y hazer las demas cosas que hazian, y podian hazer los Clerigos puestos por los Obispos; pero no entrometerse en el conocimiento de causas contenciosas matrimoniales, sin consentimiento de los dichos Prelados.*

Quæ tamen omnes schedulæ semper sub ea cautione latæ sunt, † vt nullum ius quoad proprietatem, seu perpetuitatem dictarum Doctrinarum Religiosi habere, aut acquirere possent, sed semper ad Regis nutum amobiles essent, toties quoties in totum, vel in partem eas illis adimere expediens esse censeret. Quod planè agnoscit Fr. Ioan. Bapt. vbi suprà *fol. 256.* & inquit, ita constare ex quodam actu Capituli Generalis Franciscanorum, quod ibi recenset. Et præterea patet ex d. schedul. ann. 1587. ibi: *Y en el entretanto que esto se haze y determina;* & meliùs ex alia 4. Aprilis anni 1609. cuius peculiarem mentionem feci *in cap. præced.* Nam cùm in illa dispositum fuisset, quòd beneficia secularia Indiarum per concursum, & oppositionem deinceps darentur, iuxta formam Concilij Tridentini, & de iis titulus in perpetuum expediretur, statim subiungitur, hoc non esse intelligendum de Doctrinis à Religiosis possessis per hæc verba: *Todo lo qual es mi voluntad que se entienda, y cumpla en los beneficios Curados, y Dotrinas, que se proueyeren en clerigos, y no en las Dotrinas que estan, y estuuieren à cargo de Religiosos, porque en la prouision de estas se ha de guardar lo que està proueido, ò se proueyeren adelante.*

Quod iterum nouissimè repetitum inuenio in epistola Regia ad D. Proregem Principē Squillacensem, scripta 28. Martij ann. 1620. vbi postquàm forma præscribitur, quæ seruari debet in præsentationibus harum Doctrinarum, ne ius patronatus Regium lædatur, sic concludit: *Y esto todo se entiende en el entretanto que yo se tomare resolucion, conforme à lo que se os ha escrito en la orden que se debe dar sobre las Doctrinas pertenecientes à Religiones, o Religiosos, &c.* Nimirum quia tūc agebatur de eadē quæstione ad incudem reuocanda, nempè an expediens esset omnes Doctrinas Religiosis auferre? super quo iterùm nouæ relationes à Proregibus, Audientiis, Prælatis, Capitulis, & Prouincialibus Indiarum petitæ sunt per schedulas generales ad hoc expeditas Matriti 10. Decembr. ann. 1618. in quibus notatur incuria eorum, qui anteà illas non remiserant, cùm peti cœperint iam tunc ab expeditione dictæ schedulæ ann. 1587. vt nuper retulimus.

Et quidem † dictis relationibus, & informationibus acceptis, & inspectis, tam in supremo Indiarum Senatu, quàm in aliis doctissimorum, & grauissimorum virorum cœtibus, quos ad hoc negotium, vtpotè ita graue, & arduuum, sæpè coadunari Regia Maiestas præcepit, diu ac multum in eius resolutione hæsitatum fuit. Nam pro Religiosis ab his Doctrinis, siue beneficiis remouendis. Primo ipsorū natura pugnat, quæ, vt suprà diximus, clericos seculares desiderat. Et præterea iuris ratio, 28

quæ docet, † vt quod ob necessitatem, hoc est clericorum secularium defectum, introductum fuit, ea cessante, cessare debeat, provt hodie contingere diximus, tot vbique clericis secularibus existentibus, *l. vnica, in princip. C. de caduc. tollend.* cum multis aliis adductis à Tiraq. *in tract. cessante causa, 2. part. verb. Dispensationis, n. 9.* Pius V. *d. Breui*, ibi: *Quia tamen in partibus maris Oceani Religiosi propter defectum clericorum hactenus officio Parochi functi fuerunt.* Quò fit, † vt Religiosi cùm talia beneficia non solùm precario, sed (vt ita loquar) Vicario nomine, hoc est, tanquam Vicarij clericorum susceperint, nullum ius in earum proprietate, imò nec possessione prætendere possint, nec vllam iniuriam allegare, vel præscriptionem obiicere, si ex Regis voluntate ad seculares clericos deuoluantur, vt in simili docet gloss. *verb. Institutis, in cap. cùm beneficio, de præbend. in 6.* vbi Ioan. Andr. & Dominic. *num. 6.* Franc. *num. 9.* Et Philipp. Probus *in Addit. ad Ioan. Monach. num. 12. & 13.* Felin. *in cap. in nostra, num. 41. vers. Secundò nota, de rescript.* D. Matth. *cap. 20.* vbi, quòd Dominus † vineæ potest dicere operariis, quos conduxit: *Tolle, quod tuum est, & vade*, pro quo est *l. ne cui, C. de locat.* ibi: *Sed patere facultatem dominis domos suas, vel ergasteria, vel loca, cui voluerint locandi, l. etsi pupillus, in princip. D. de inst. act.* ibi: *Remouendus enim fuit à tutoribus si nollent opera eius vti, & l. si verò non remunerandi, D. mandat.* ibi: *Quia extinctum est mandatum finita voluntate*, cum aliis. 29 30 31

Secundò, qui in hac remotione † clericis secularibus Indiarum commodatur, qui his beneficiis priuati, vix aliud præmium habent, ad quod aspirare possint, sine quo & virtutes, & studia marcescunt, vt dixi *suprà lib. 2. cap. 1. & 2.* Et dicam *infrà hoc lib. cap. 18.* Et pariter † ipsis Religiosis consulitur, qui ad suum institutum reuocantur, quòd claustralem & regularem obseruantiam, & non mundi curas desiderat, etiam si ad aliorum Doctrinam, & institutionem dirigi dicantur, quia Monachus † plangentis, non docentis habet officium, & dicitur quasi solus, & tristis, *cap. de Monachis, cap. alia, cap. placuit, cap. si cupis, cap. alia causa, cap. peruenit 16. quæst. 1. prooem. tit. 12. par. 1.* Ioan. Monach. *in cap. cùm singula, num. 1. de præbend. lib. 6.* vbi dixit, claustrum debere esse carcerem Monachi, D. Bernard. *in serm. de S. Andrea*, vbi ait: *Meritò comparantur stagnis Monasteria, vbi quodammodo incarcerati pisces Monachi, euagandi non habent libertatē.* Hugo *in lib. de claustro animæ, lib. 5.* sic 32 33 34

ſic inquiens: *Si Monachus es, quid facis in turba, ſi amas ſilentium, cur declamantibus aſſiduè intereſſe delectaris? Tu ſemper ieiuniis, & fletibus inſiſtere debes. Et tu philoſophari quæris? Simplicitas Monachi philoſophia eius eſt. Sed docere (inquis) alios volo: non eſt tuum docere, ſed plangere. Si tamen Doctor eſſe deſideras, audi quid facias. Humilitas habitus tui, & ſimplicitas vultus, innocentia vitæ, & ſanctitas conuerſationis tuæ docere habent alios*: & conducunt alia, quæ de clauſtrali Monachorum obſeruantia latè tradit Nauarr. *in cap. ſtatuimus, num.*31. *cum ſeqq.*19. *q.*3. *& in cap. non dicatis* 12. *quæſt.* 1. *ex n.*72. Et Petr. Gregor. 2.*par. ſyntag. lib.*15. *cap.*15. *num.*4. *& ſeqq.*

35 Vnde videmus, quòd † & in ipſis Eccleſiis ſecularibus, ſeu parochialibus, vbi Monachi collegialiter habitant, minimè poteſt Monachus animarum curam habere, ſed potius debet ab Epiſcopo Capellanus ſecularis inſtitui, qui populum regat, de conſilio Monachorum, vt docet elegans text. & in noſtro propoſito valdè notandus *in cap.*1. *de Capell. Monach.* cui ſimilis eſt text. *in cap. Monachi, de ſtatu Monachor.* vbi Abbas *num.*5. Et Silueſt. *verb. Religioſo* 7. *num.*7. notabiliter docent, quòd ſi ali-
36 quando † ob defectum Sacerdotum ſecularium, hæc cura regularibus committatur, debet ceſſare, data illorum copia, & idoneitate, tum vt beneficia ſecularia ſecularibus commendentur tùm maximè, vt Monachis tollatur materia vagandi, viſitandique domos mulierum pro confeſſionibus, & aliis.

37 Quod certè longè magis † in regularibus, qui noſtrorum Indorum Doctrinas regunt, vereri poſſumus, cùm ruri, ſoli, & extra clauſtra vitam degant, pecuniis, & propriis inhient, & aſſueſcant, & fœminarum laqueis impediantur, vel certè impetantur, quas ſibi dicto, imò & nutu obſequentes habent, & alia quotidie mala contingere videamus, quæ dolere, & delere potius expedit, quàm referre: vt in ſimili ſolita elegantia facit D. Hieron. in epiſt. ad Ruſtic. Quæque ipſos Religioſos, interim dum Doctrinis inſeruiunt, labefactant,
38 & † poſtquàm illis abſoluti, ad Cœnobia redeunt, minus patientes, & obſeruantes Monaſticæ diſciplinæ, & obſeruantiæ regularis efficiunt. Quod teſtor me à plurimis, & grauiſſimis ipſorum Religioſorum audiiſſe, & idem ante me teſtatur doctiſſimus, & religioſiſſimus Pater Ioſeph. Acoſta, qui res Indicas in ſpiritualibus, & temporalibus penitiſſimè calluit, *lib.*5. *de procur. Ind. ſalute, cap.*16. *pag.*542. his verbis: *Alterum verò, meo iudicio non iſto inferius in ipſoſmet regulares recurrere ſentio ego, imò verò ſentiunt, & gemunt ipſi, quorum prudentiſſimus, atque optimus quiſque copioſè deplorat, propter ſuſceptas parochias Indorum Religioſorum Ordines eſſe collapſos, atque inde & diſciplinam extenuatam, quod certè dolendum eſt, &c.* Et iterum *cap.*19. *pag.*549. *& ſeqq.* vbi rationes adducens, cur Religioſi Societatis Ieſu noluerint ſe his Doctrinis, ſiue Parochiis Indorum facilè immiſcere, quamvis ſæpè ad eas vocati, ſeu inuitati fuerint, ſic ait: *Sed contemni non poſſunt, cùm occurrant nobis tot viri Religioſi, & pij, qui non minus amico, & ſincero animo trepidationem noſtram in ſuſcipiendis Parochiis vehementer probent, confirmentque ſe longa experientia didiciſſe Religioni ſuæ plurimum eiuſmodi Parochias incommodaſſe. Itaque permulti graues, & pij viri in ſuis Capitularibus Conuentibus agitarunt de Indorum Parochiis deſerendis, ne & regularibus ſuis nocere pergerent, & maximas ab Epiſcopis, à Patronis, & à præfect. Regiis moleſtias ſuſtinerent*: & poſt alia ſic rurſus his, quæ modò tetigimus, valdè cohærenter: *Atque vt omittam reliqua, quæ non leuia ſunt, duo manifeſtè habent Parochiæ Indorum grauiſſima incommoda. Vnum eſt continentiæ periculum propter parochorum miram ſolitudinem, ac libertatem quiduis perpetrandi, cum perpetua quadam eſca libidinis, & fœminarum aſpectu, colloquiis, rei familiaris vſu. Ad quæ accedit (vt cumulum faciã) mira ipſarum fœminarũ facilitas, rarus pudor, reſiſtendi vis propemodum nulla, ſæpè etiam ſpontè oblata copia. Hoc igitur vnum eſt: alterum verò non leuius indicio meo, quòd ex lucri ſpecie naſcitur, & cupiditatis opinione, ſiue vera illa, ſiue falſa ſit, omnia Parochi ſtudia reſpergit, propemodumque corrumpit, &c.*

Adducam † quoque alium teſtem domeſticum, & nouiſſimum, nec minori verbi diuini propagandi, & Indorum ſaluti, ac conuerſioni conſulendi zelo flagrantem, Reuerendum nempè, & Religioſum Patrem Fr. Bernard. à Cardenas Franciſcanorum, in Peruana prouincia Concionatorem egregium, & nunc in Epiſcopum Paraguaicum electum, qui in libello nuper Regi, Regióque Indiarum Senatui oblato, §. 3.*fol.*20.*&* 21. ſic inquit: *Y ſi por eſto quiſieren los Religioſos dexar las Doctrinas, nunca otro mal les venga à las Religiones, pues tantos ſe les recrecen de tenerlas. Harto mejor eſtuuieran en ſus Conuentos recogidos, que expueſtos à tantos rieſgos, y peligros, con tan gran detrimento da la Religion, cuya regla no sè ſi pueden guardar debidamente, eſtando apartados de los Conuentos, en los pueblos de los Indios, donde eſtà vn Religioſo ſolo entre mil peligros, y ſeñor de ſu libertad, &c.*

Tertiò, pro eadem Parochiarum regulariũ amotione poteſt, & ſolet conſiderari, quòd † cùm hi ſe omninò virtute ſuorum priuilegiorum exemptos aſſerant, & prætendant à iuriſdictione Epiſcoporum, nunquam ſatis cum ipſis conueniunt in adminiſtrandis Parochiis Indorum, neque ab illis inſtitui, imò nec licentiam ad id petere, examinari, viſitari, aut corrigi patiũtur. Quod eſt planè à diſpoſitione Concilij Tridentini, & totius Eccleſiæ obſeruantia, & conſuetudine alienum, & prætereà à praxi, & forma à Regibus noſtris conſtituta circa horum beneficiorum prouiſionem, & præſentationem: quam iidem ipſi regulares inſuper habent, dum ex ſola ſuorum Superiorum nominatione, vel Capitularium ſui diffinitorij tabularum (quas ipſi vocant) electione, ſe pro Parochis gerunt, quæ omnia quanta damna, quantaſque perturbationes generare ſoleat, cum Indorum certè magno malo: non minus grauiter, quàm ſolet reliqua, conſiderat Acoſta *d. cap.*15. *pag.*542. Cùm Epiſcopi oues ſibi commiſſas ſatis paſcere nequeant, & Præfecti ipſorum regularium eas, tanquam alienas ducant, raróque ilarum querelis commoueantur, † & ſimplicitati Euangelicæ vehementer incommodet hæc ſtatuum varietas, & diuerſitas, veſtemque lana, & lino contextam induere, iuxta illud *Deuter.* 22. *ad Epheſ.*4. *& Leuit.*19. *&* 22. ibi: *Non arabis in*

in boue , & asino , quod benè expressit cele-
2 bris text. *in cap. in noua* 16. *q.*7. ibi : † *In vno
eodemque officio non debet dispar esse professio.
Quod etiam in lege diuina probibetur , dicente
Moyse : Non arabis in boue simul & asino , id
est, homines diuersæ professionis in officio vno non
sociabis* ; facit text. *in cap. quoniam , de offic.
Ordin.* ibi : *Vnum corpus diuisa capita quasi
monstrum* , & multa alia, quæ tradit Mart.
Delr. *in Adag. sacr. par.*1. *adag.*129. *pag.*134.
& Concil. Trident. *sess.*24. *de reformat. cap.*10.
plurimasque † quotidie tragœdias pariat , vt
subdit idem Acosta *eodem lib.*5. *cap.*16. *pag.*
550. cum Episcopis ipsis,cum Protegibus,aliis-
que Præfectis Regiis , & cum Patronis rursus
& Prætoribus Indorum,quibus Regia subsellia
assiduè crepant,& simultates,odia,& graues ca-
lumniæ concitantur.

Denique facit,quòd causa, quæ ab eisdẽ Re-
ligiosis prætexitur ex eo , quòd † mediantibus
harum Doctrinarum stipendiis se,& suos Con-
uentus exhibent,& sustentant,iam hodie ad nõ
causam rediisse videtur,cùm vbique tam ex po-
pulorum eleemosynis,quæ sunt illorum in com-
muni capaces,sufficienter,imò & abundanter se
alere possint. Vnde † dicta stipendia ipsis Do-
ctrinariis pro parte cedunt,& pro alia parte in
sumptus non necessarios erogantur , vel ad su-
periores ipsarum prouinciarum , vel in Hispa-
niam remittitur, pro eorum arbitrio dispensan-
dum,quod obuiari magis expedit,quàm permit-
ti. Vt omittam , talem causam non posse hanc
actionem iustificare,quia , vt inquit Eugenius
Pontifex *in cap. placuit, el* 2. 16. *q.*1. *Communi
Concilio placuit* , † *vt nullus Monachorum pro
lucro terreno de Monasterio exire nefandissimo
ausu præsumat.*

Vnde multi sunt, qui existiment,† dictarum
Doctrinarum appetentiam ex parte Religioso-
rum ex propriis commoditatibus , quas in illis
experiuntur,procedere;teste enim Diuo August.
*lib.*1. *serm. Domini in monte , cap.*3. *Non relin-
quitur sine dolore , quod cum delectatione retine-
tur* : & huc referant repugnantiam , quam in
illis deserendis , seu relinquendis faciunt , &
semper fecerunt ; expendentes , siue applican-
tes illud Moyses *Deut.* 13. *Recalcitrauit dilectus
impinguatus.*Maximè cum videant viros † inter
eos grauissimos dictas Doctrinas appetere , &
velut in præmium aliorum laborum expostula-
re, quas per alios iuniores Religiosos deser-
uiunt , cùm ipsi plerumque sint idiomatis In-
dorum ignari. Quod repugnat dispositioni Tri-
dent. *sess.*7.*de reform.cap.*3.expresse requirentis:
*Quòd Parochus sit nobilis , atque per se ipsum
curam animarum exercere possit*,de quo *infrà* la-
tiùs agemus.

Pro parte verò Religiosorum, vt in dictis In-
dorum Parochiis conseruentur , & tueantur,
ea non leuiora argumenta considerari possunt,
9 solent , quorum primum † petitur ex sudo-
ribus , & laboribus , quos ipsi , à primis dete-
ctionis temporibus , in conuersione , & instru-
ctione Indorum exantlarunt , qui efficiunt, vt
nullus magis à studio regularium auersus , negare
non possit , illorum operæ , & labori deberi
potissimum huius Indicanæ Ecclesiæ primor-
dia. Ad quam promouendam , vt benè consi-
0 derat Acosta *d. cap.*15.*pag.*541. † nulla ex Hi-
spania classis soluit,quæ Regiis sumptibus No-
uo huic orbi plures Religiosorũ greges non
transmiserit , & transmittat,nimirum,vt curam
Indorum hi potissimùm suscipiant, Regiamque
conscientiam, quoad liceat,exonerent. Vnde † 51
durum, & inhumanum esse videtur,si pro præ-
mio repulsam patiantur , & alij ad paratam ab
his messem colligendam vocentur,contra *l.quod
si minor,§.Scæuola,D.de minor.* ibi : *Si verò iam
distracta hæreditate,& negotiis finitis ad paratam
pecuniam laboribus substituti veniat , repellendus
est*,& alia quæ adduxi *suprà lib.*2.Qua conside-
ratione præter Acostam vtuntur Fr. Franc.
Torquemada *in Monarch.Indiana,lib.*5.*cap.*25.
*pag.*712.& Fr.Ant. Remesal *in hist. Guathemal.
lib.*11. *cap.*5. & 6. vbi alia in eius corrobora-
tionem adducit. Et Ego expendo plura sum-
morum Pontificum priuilegia, pluresque sche-
dulas Regias , † in quibus eisdem Religiosis 52
debitæ gratiæ redduntur ob sedulam operam,
& diligentiam quam in hoc studio , siue stadio
nauarunt , & præsertim illam ann.1583. de
qua *sup. hoc cap. num.*41. ibi : *Y que el efecto de
auer encargado à los Religiosos las dichas Doctri-
nas , ha sido mui conforme à lo que se procuraba,
y procura , y que con vida Apostolica , y santa
perseuerancia han hecho tanto fruto , que por su
Doctrina , mediante la gracia , y ayuda de Dios
nuestro Señor, ha venido à su conocimiento tanta
multitud de almas.*

Secundò , quia (vt idem Acosta considerat)
negari nõ potest † à Religiosis viris religiosiùs, 53
accuratiúsque Neophytos institui , & exemplo
vitæ magis,quàm à clericis secularibus adiuua-
ri.Nam,vt nihil aliud,ipsa habitus professio co-
hibet,vt castiùs vitam instituant,præsertim (vt
Ego addo)qui iuxta ipsas Doctrinas Monasteria
construxerunt, vbi sociatim , & regulariter de-
gũt,qualia in Noua-Hispania multa esse audio,
& in Peruanis prouinciis nonnulla , non sine
magno spirituali , & temporali Indorum bono
constructa,quibus Religiosi omnes intendunt,
& mutuis velut auxiliis assistant. Quod clerici
seculares nec faciunt,nec facere possunt , cùm
soli sint,& suis magis,quàm Indorum, commo-
dis frequenter prospiciant.Vnde † illos magis, 54
quàm hos ipsi Indi amant,& reuerentur,vt plu-
rimis exemplis notatu dignis comprobat Tor-
quemada in Monarch.Indiana,*lib.*19.*per totum*,
qui idem *lib.*15. *cap.*1. damna commemorat,
quæ ex administratione secularium , vt pluri-
mum patiuntur.

Et vt demus † inter Religiosos vnum , aut 55
alterum vitiosum , vel discolum fuisse , id cer-
tè mouere non debet , vt ab officio Monachos
omnes cessare iubeamus , vt in terminis benè
animaduertit , & pluribus auctoritatibus pro-
bat Fr. Placid. Reinos. *in lib. de Magist. Chri-
stiano , cap.*38. & glossa elegans *in cap. in Pa-
rochia* 16. *q.*1. quæ expressè docet , quòd cum
Monachi magis probati sint , quàm clerici se-
culares , vtiliores inueniuntur ad hoc ministe-
rium : quod & tradit Abbas *in d.cap. quod Dei
timorem , de stat. Monach. num.*13. inquiens,
† Regulares posse promoueri ad Ecclesias cu-
ratas seculares propter beneficium prædicandi
principaliter, & sic propter bonum curæ,& se-
quitur Cardin. *in Clem.*1.*de elect. num.*20. vbi
de communi testatur , Siluester *verb. Religio,§.*
7.*num.*3.& est communis opinio secũdùm Cos-
mam Guimier *in pragm.sanct.tit.de collat. §. illi*

verò,gloss.Religiosis,ad fin.& latè Philipp. Prob. ibid.*in addit. num.5.*

Tertiò, pro eadem parte perpendi potest,
quòd licèt in Monachis, qui solitudinem, &
vitam contemplatiuam profitentur, verum esse
possit, id quod ex aduerso obiicitur, nempè
ad aliorum instructionem, & Doctrinam,etiam
ob curam animarum euocandos non esse, quia
Monachus non docentis, sed plangentis ha-
bet officium. Id † tamen in aliis, & præsertim
57 in regularibus Mendicantibus non procedit,
qui non solùm stantibus specialibus priuile-
giis, verùm & de iure communi Parochiis præ-
fici possunt, *d. cap. quoad Dei timorem, vers.
Et per antiquos Canones*, cap. auctoritate, &
cap. in Parochis, cum aliis 16. *q.*1. ibi: *Sacer-
dotibus Monachis Apostolorum figuram gerenti-
bus, liceat prædicare, baptizare, communio-
nem dare, pro peccatoribus orare, pœnitentiam
imponere,atque peccata soluere*; & docet latè D.
Thom.22.*q.*88.*art.*2.*&* *q.*87.*art.*1. vbi probat,
Religiones,præcipuè Mendicantes, ad populi
instructionem institutas esse, & Acosta *d.lib.*5.
*cap.*16.*in princip.*inquiens: *Non esse censendum
alienum ab instituto Religioso, si Christi amori,
fratrumque saluti cedat, interdum accurata illa
communis vitæ, & regulæ disciplina Christi præ-
sertim Vicario, ita & publicas,& priuatas leges
interpretante.*

58 Et in eod.cap.ad finem subdit,quòd † etiam-
si Religiosi parochiis sibi commendatis care-
rent, parochis ipsis, atque Episcopis auxiliares
manus præbere deberent, & cum summa eo-
rum beneuolentia verbum Dei inter ipsos In-
dos disseminare, atque eos audiendis confes-
sionibus, cæteroque omni offiaio prosequi: &
rursus *cap.*17.*in fin. pag.*545. agens de Religio-
sis Societatis Iesu, & quòd eis pro viribus In-
dorum salus procuranda sit, inquit: *Et si ve-
rò ad hanc Occidentalem Indiam seriùs aliquan-
do, & parciùs Societas Iesu euocata est, tamen
de benignissima Domini prouidentia certò mihi
persuasum habeo, non inferiùs futurum operæpre-
tium. Neque vllo vnquam tempore Societatis huc
missæ operam cessaturam. Nam cùm tot tantisque
rationibus rei Indorum procurandæ constricti te-
neamur, militiæ desertores, penè etiam pro-
ditores habeamur, necesse est, si non omnes ner-
uos in hoc opus Domini, vel prætermissis cæteris
contendamus.*

Quarto facit, quòd periculum incontinen-
tiæ, & auaritiæ, quod in Religiosis Doctrinis
præpositis timeri potest,& alia damna,quæ cō-
tingunt ex eo,quòd extra claustra vagentur.lō-
gè magis in clericis secularibus vereri possunt;
59 † cùm certum sit pro illis præsumptionem ex-
tare,quòd melioris frugis in omnibus sint, &
magis timoratæ conscientiæ, vt tradit Abbas *in
cap.estote misericordes,de regul.iur.* Tusch.*litt.R.
concl.*133. & D. Bernardus relatus à Mosconio
*de Maiest.Eccles.lib.*1.*par.*4.*cap.*1.*pag.*503. vbi
inquit,quòd Religiosus raro cadit,velociùs sur-
git,citiùs purgatur, incedit cautiùs, viuit quie-
tiùs, innouatur frequentiùs, moritur confiden-
tiùs, remuneratur copiosiùs, & similia, quæ
colliges ex D. Thom. *in* 2. 2. *quæst.*184. *&
seqq.*

Et quia non officit, quòd extra claustra vagari videantur. Nam etsi text. *in cap. ne pro cuiuslibet* 16. *q.*1. docere videatur Monachum,
† curato seculari Præfectum, liberum, & 6
exemptum manere à iurisdictione Prælatorum Regularium, quasi Monachus esse desinat, nec vllam habeat cum primo Monasterio communionem, quod & tenet Abbas *in cap.*2. *num.*3. *de statu Monach.* & quòd debeat se conformare in horis recitandis, & in aliis cum more Ecclesiæ, & personarum, cui deseruit,& cum quibus conuersatur, *arg. cap. recolentes,de stat. Monachor. cap.*1. *dist.*41. *cap. fin.* 12.*dist. Clem.* 2. *de celebratione Miss.* vbi gloss. *verb. Licitè, gloss.*1. *in cap. vnico* 18. *q.*1. Siluester *d. verb. Religio* 7. *nu.*4. & Albert. de Ferrariis *in tract. de horis Canon. n.*62. *in vol.*9. *tract.* Hoc tamen in his Doctrinariis Indorum nequaquam procedit, qui non ob id, quòd Indorum parochiis deseruiant, desinunt esse Religiosi sui Ordinis, & Religiosorum nomine comprehendi, vt in simili notat gloss. *in Clement. Religiosum, de procurat.* gloss. *verb. Religiosi, in Clement.*1. *de decimis*, Felin. *in cap. tua, de iur. iur.* & Rebuff. *in prax. benef. tit. de translat. Monach. num.*3. *pag.*308. Quinimò manent sub obedientia, & disciplina suorum Prælatorum, & ab illis visitari, & corrigi possunt, prout quotidie visitantur, & corriguntur. Quia † regularis habitans extra Monasterium iussu Prælati, censetur intra illius septa manere, vt docet text. celebris *in cap.*1, *de priuileg. in* 6. ibi: *Cùm non sit inconueniens aliquem vtrobique locum habere Monachi, cùm vnum alteri subesse Monasterio, vel ab ipso noscitur dependere*, Abbas *in cap. ex rescripto, de iureiurando, num* 5. Siluest. *verb. Religio* 3. *q.*19. *vers.*2. & Nauarr. *in cap. statuimus, num.*74. 19. *q.*3.

Et licèt aliqui Prælati impetrauerint quodam Breue, vt possent hos Curatos regulares in omnibus visitare, sub ea relatione, & ratione, quòd † extra claustra degebant, Religiosi tamen in supremo Indiarum Senatu comparuerunt, & illud Breue colligi petierunt, tanquam sinistrè impetratum, & in eodem Concilio non præsentatum. Ad quod expedita fuit schedula dat. Pintiæ 3. Septemb. ann.1601. ad Peruan. Proreg. Dom. D. Ludou. à Velasco, & Archiepiscopum Limanum. Quia veriùs esse constitit, quòd intra claustra viuere dicuntur vt expresè declarauit Clemens VIII. in Bulla quæ originaliter seruatur in Conuentu D. Francisci Limensi, & ita habet:

Clemens Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam, Religiosorum quoruncunque, qui ad salutem animarum Christi Fidelium procurandam Fidelem operam præstant, prospero, ac tranquillo statui libenter consulimus, provt in Domino salubriter conspicimus expedire. Cùm itaque in partibus Indiarum multi Fratres Ordinis Minorum de obseruantia sancti Francisci; ad Indos nouiter ad Fidem conuersos Christianam doctrinam edocendos, eorumque animarum curam exercendam, ob penuriam Sacerdotum secularium, ex Apostolicæ sedis speciali indulto deputari soleant, qui ab eorum superioribus nominati, ac à locorum Ordinariis, seu eorum officialibus approbati priùs fuerint. Cúmque, sicut accepimus, fratres, sic ad Curam animarum deputati, licèt extra claustra in locis, in quibus pro tali administratione deputantur, morentur, nihilominus certis cuiusque hebdomadæ diebi

diebus ad Conuentus, quos in locis principalibus habent, accedere debeant, & Commissarios generales, aliosque Superiores, quibus subsunt, & obediunt, & à quibus visitantur, habeant, ita, vt extra claustra Religionis morari minimè dici possint. Nos eorum quieti, & tranquillitati prospicere volentes, ex voto venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, super consultationibus, & negotiis Episcoporum, & Regularium Præpositorum; Fratres prædictos Ordinis Minorum de obseruantia, ad animarum curam exercendam, vt præfertur, deputatos, in concernentibus curam animarum, Ordinario loci subesse, in reliquis verò non Ordinario loci, sed suis Superioribus subiectos remanere, de quorum licentia extra claustra degunt, sicque ab omnibus censeri, ac ita per quoscunque iudices Ordinarios, & delegatos iudicari, & definiri debere; ac irritum, & inane quidquid secus super his, à quocunque quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Quocirca quibuscunque locorum Ordinariis in Indiarum partibus constitutis, per præsentes committimus, & mandamus, ne Fratres prædictos contra præsentium tenorem super præmissis vllatenus perturbare, molestare, vel inquietare audeant, vel præsumant, quinimò illis in eisdem præmissis, efficacis defensionis præsidio assistant, & faueant. Contradictores quoscunque per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis quarumuis Ecclesiarum, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia, roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, vel manu Notarij Apostolici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datis Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 8. Nouembr. Pontif. N. ann. 9. M. Vestrius Barbianus.

Ex quibus patet responsum ad obiectionem contrariam, † quod non habebunt, qui eos corrigere valeant, cũ ex dicto Breui appareat, quod suis Prælatis, & Commissariis subsunt, ac si intra claustra morarentur. Et ad illam aliam, quod formam iuris patronatus Regij non obseruant, Respondent, se illud in omnibus reuerenter, & humiliter obseruare, quatenus sui instituti, & priuilegiorum Apostolicorum regulæ patiuntur, & coram Proregibus, & Gubernatoribus Regiis Doctrinariorum, quos idoniores putant, nominationes proponere, vt ab illis approbentur, & confirmentur, quod sufficit ad recognitionem subiectionis, & iuris patronatus: † cum confirmatio arguat superioritatem in confirmante, ex latè traditis à Grœuæo *lib. 2. pract. concl. 1. n. 1.* & à Nobis *sup. lib. 2. c. 26. num. 27.*

Atque hæc planè sunt, vel ad hæc reduci possunt, quæ pro vtraque parte in hac difficili, & controuersa quæstione expendi posse videntur. In qua sanè † Ioseph. Acosta *d. cap. 16.* ad finem concludit, quod si Sacerdotes sæculares, & merito, & numero pares, Indorum Parochiis inuenirentur, fortassis esset magis è re Indorum, vt Religiosi ab illis abstinerent, auxiliares tamen manus (vt suprà dixi) ipsis Parochis sæcularibus, & Episcopis præbentes, & verbum Dei inter Indos disseminantes. In eadem etiam sententia est † Ioan. Matienz *in tract.* 67
M. S. de moderat. Reg. Perù, 1. part. cap. 37. inquiens, oportere, quod Doctrinarij Indorum sint Sacerdotes sæculares, vel si Religiosi admittantur, iurisdictioni Episcoporum in omnibus subsint. Et Ego † quoque cum in Lima- 68
na Cancellaria Auditoris munus exercerem, & illa per sched. ann. 1618. rogata esset, quid super hoc articulo censeret? cum omnibus fere eiusdem Audientiæ Collegis pro Sacerdotibus sæcularibus consului, & Proregis, atque ipsorum Collegarum consensu propria manu epistolam ad Regium Senatum Indiarum scripsi, cuius tenorem hic non grauatè subnecterem, nisi prolixitatem vererer. Sub ea tamen cautione, vt hæc mutatio sensim, & paulatim fieret, & omnes Doctrinæ Religiosis conseruarentur, circum quas Monasteria suorum Ordinum fundata reperirentur, saltem numerum quatuor Religiosorum habentia, & præsertim illa, quæ Franciscanis obediunt, in quibus minus auaritiæ, & cupiditatis conspicitur. Necnon & aliquæ, licet paucæ numero, quas Religiosi Patres Societatis Iesu ad suam curam, & tutelam receperunt. In quibus mirum est, quantum vigeat, & floreat ipsorum Indorum in Religione, & vitæ politicæ institutione profectus, & defensio, ac titulo ab iniuriis, quas ab Hispanis, Hybridis, & Æthiopibus, & à propriis etiam Prætoribus pati solent. Et video, ac gaudeo meum iudicium probari à religiosissimo, & prudentissimo Patre Ioseph Acosta *d. lib. 5. cap. 20. pag. 553.* vbi admittit † in Societate Iesu eas 69
Parochias, vbi simul eiusdem Societatis Collegia erigi possint, atque inde Sacerdotes prodire ad Parochias procurandas, qui tamen superioris & curæ, & oculis pene subessent, & religiosi iuuari, & inuisi, & commutari, cum esset opus, facilè possent. *Ita enim* (inquit) *fieret, vt Indorum rationibus consuleretur ordinaria nostrorum præsentia, & ipsis religiosi instituti nihil deperiret.* Idémque hoc genus Doctrinarum maximè probari vidi, & audiui à grauissimis Prælatis sæcularibus, & regularibus Indiarum, & est in Noua-Hispania vsitatum, vbi Monasteria in oppidis Indorum passim ædificata sunt. Et in Regno Peruano sunt aliqua eiusdem exempli, quale est Franciscanorum *de Xauja*, *Caxamarca*, & *Chiclayo*, & Augustinianorum de *Guadalupe*, & *Capacauana*, † & Societatis 70
Iesu de *Santiago de Lima*, vulgò, *el Cercado*, & de *Iuli*, quod omnibus typus esse potest in prouincia de *Chucuito*. Vnde pluribus schedulis Regiis cauetur, vt dicti Patres faueantur, & ad similes Doctrinas capessendas alliciantur; præsertim in epist. quadam ad Dom. Proregem D. Francisc. à Toleto anno 1574. *tom. 1. pag. 113.* & in alia ad D. Martin. Enriquez 1583. & nouissime in alia ad D. Principem Squillacens. dat. Matrit. 28. Mart. ann. 1620.

Extat quoque † alia schedula Regia satis 71
celebris, dat. Matriti 3. Decembris ann. 1570. *tom. 1. impress. pag. 103.* quæ eiusmodi Vicarias trium, vel quatuor ad minus Religiosorum, circa Doctrinas ipsis commendatas

fieri,

fieri, & construi iubent, ne soli sint, & vt commodius Indos curent, & administrent. Quod dispositioni iuris communis conforme esse vi-
72 detur, quæ semper requirit, † vt Monachus, qui extra suum Conuentum habitat, alicui beneficio, vel officio deseruiens, secum habeat in socium alium Religiosum de suo Conuentu, quia solus viuere non debet, *cap. 2. de statu Monachorum*, ibi: *Nec soli inter seculares homines spiritualium hostium conflictum expectent: Salomone dicente: Væ soli, quia cum ceciderit, non est, qui subleuet eum: cap. illud 7. quæst. 1. cap. in omnibus, 81. distinct.* Clement. *ne in agro, §. ad hæc, de statu Monach. l. 24. & 25. titul. 7. part. 1.* Vnde inquit Innocent. *in dicto cap.* quod
73 Dei timorem, quod † Monachus nullo modo potest esse sine Monacho, quem sequitur Abbas *ibidem num 9.* Imola *in cap. fin. num. 8. de cleric. ægrot.* & Rebuff. *in prax. benef. titul. de Vicar. Episcop. num. 51. pag. 53.* Et huc tendit quædam schedul. Pardi 20. Nouembr. 1606.
74 quæ curari iubet, † vt duo semper Religiosi in Doctrinis constituantur, vnus senis, & alter iunior, prout in Nouo-Regno Granatensi ob-
75 seruatur. Quod † longè certius procedit, & seruandum est, vbi Ecclesia Parochialis, cui Monachus præficitur, subiecta est Monasterio, & sub eius obedientia persistit, vt in nostris Doctrinis contingit, vt docet gloss. *verb. Ad claustrum, in d. Clement. ne in agro, §. ad hæc*, & alia adducens Segura de Aualos *in direct. iud. 1. part. cap. 12. num. 3.* Et quamquam (vt con-
76 cludit Acost. *d. cap. 20. in fine*) † Et diaboli inueteratæ inuidiæ, & hominum fragilitati nihil sit vnquam satis tutum: verum in re ardua, atque vndique difficultatibus plena, quæ à periculo longius absunt, ea pro tutis consilia reputari debent.

Sed licet mihi hæc ita componi, & resolui
77 posse viderentur, Supremus † tamen Senatus Indiarum, & plures alij Viri grauissimi, qui ad hoc dubium decidendum sæpè (vt suprà dixi) de Regis nostri mandato coadunati fuerunt, auditis hinc inde partium allegationibus, & visis variis, & inter se valdè pugnantibus Proregum, Prælatorum, & Audientiarum relationibus, in quibus inspiciendis integrum fere lustrum consumpserunt, nihil adhuc innouandum circa mutationem Doctrinarum declararunt: idque serio, & maturè Regi nostro consuluerunt. Quo tamen cessarent dubia, & difficultates, quæ ortæ fuerant, & quotidie suboriebantur super modo administrandi dictorum regularium, & an examini, visitationi, & correctioni Ordinariorum subessent, & Regij patronatus formam in nominationibus, præsentationibus, & institutionibus eorum, qui ad Doctrinas proponebantur, hunc, qui sequitur, ordinem seruari iusserunt: *Que por agora, y en el interin que su Magestad no mandasse otra cosa, las Doctrinas quedassen, y se continuassen en los Religiosos, como hasta aqui sin que por ninguna via se innouasse: que en quanto à poner, y remouer los Religiosos Curas, todas las vezes que fuesse necessario se hiziesse por el Virrei, en nombre de su Magestad, guardandose en los nombramientos, y promociones en Nueua - España, la forma con las calidades y circunstancias con que se haze en el Perù: porque de otra manera no era la voluntad de su Magestad, que fuessen admitidos al exercicio, y seruicio de las Doctrinas, ni que se les acudiesse con los emolumentos de ellas.*

Que los Arçobispos, y Obispos por sus personas, ò por las que ellos eligiessen, estando impedidos, pudiessen visitar los Religiosos Doctrineros en lo tocante à la administracion de Curas, y no en mas, visitando las Iglesias, Sacramento, Crisma, Cofradias, limosnas dellas, y todo lo que tocasse à la mera administracion de los santos Sacramentos, y ministerio de Curas, vsando de correccion y castigo en lo que fuesse necessario, dentro de los limites, y exercicio de Curas restrictamente, y no en mas.

Que en los excessos personales de las costunbres, y vidas de los Religiosos Doctrineros, no quedassen sugetos à los Arçobispos, y Obispos, para que los castigassen por las visitas, aunque fuesse à titulo de Curas, sino que en caso que se tuuiesse noticia de excesso, sin escribir, ni hazer processos, auisassen secretamente à sus Prelados regulares, para que lo remediassen, y que si no lo hiziessen, los Arçobispos, y Obispos pudiessen vsar de la facultad que les dà el santo Concilio Tridentino, de la manera, y en los casos que lo pueden hazer con los Religiosos no Curas. Y que en este acudan al Virrei, que los ha de nombrar, y poder remouer, à representarle las causas, para que lo haga, como se ha hecho, y haze en el Perù.

Que por lo susodicho no puedan los Religiosos adquirir propriedad, ni perpetuidad en quanto à las Doctrinas, en perjuizio del patronazgo Real, ni sea visto derogarse la iurisdicion ordinaria en los casos que conforme à derecho, y al santo Concilio de Trento, les toca conocer à los Prelados de las causas de los Religiosos.

De quibus omnibus articulis expedita fuit schedula Regia generalis, data Matrit. 22. Iunij ann. 1624. quæ † adhuc à Religiosis Nouæ-Hispaniæ variis difficultatibus, & contradictionibus inuoluebatur, causantibus per eam regularis obseruantiæ suæ instituta conuelli, & priuilegia à summis Pontificibus concessa quassari, & Diffinitorij electiones inuerti, & propalari. Vnde fuit necessarium, vt altera schedula expediretur, dat. Matrit. 11. Aprilis ann. 1628. ad Proregem Nouæ-Hispaniæ Dom. Marchionem de Cerraluo directa, quæ superiorem ad vnguem seruari iussit; ita tamen, vt non cogeret eos tabulas officiorum ad se remittere, antequam in diffinitorio publicarentur, & Guardianos permitteret Parochorum munus in Doctrinis obire, dummodò ipsi iidem ad id muneris per se habiles reperirentur. Quam item schedulam cum dictus dominus Prorex executioni tradere vellet, maiores adhuc turbas dicti Religiosi Nouæ-Hispaniæ concitarunt, dicentes, per sinistram relationem, & ad instantiam, & nimiam importunationem Episcoporum, dictas schedulas impetratas fuisse. Vnde necesse fuit, vt denuo super eodem articulo audirentur, Regio ad id decreto impetrato; iudicibusque ex supremo Senatu Indiarum, & aliis iterum designatis. Qui tamen, frequentioribus calculis in decisis per priorem illam schedulam, de qua suprà permanserunt, & † Doctrinarios regulares ab Ordinariis examinari, & remoueri posse, & debere declararunt,

runt, quamuis Superiores, vel Guardianos se
esse dicerent Vicariarum, de quibus examinan-
dis, vel visitandis agebatur, super quo alia
nouissima schedula cum suprà dictarum rela-
tione, & confirmatione expedita fuit Matri-
ti 10. Iunij ann. 1634. non solum ad Nouam-
Hispaniam, verum & ad omnes alias In-
diarum prouincias remissa, & præcisè ob-
seruari iussa per aliam 17. Decembr. eiusdem
anni 1634.

Cæterum quoniam adhuc Religiosi non
quiescunt, & aliquæ aliæ quæstiones vtiles dis-
cutiendæ supersunt, quæ harum Doctrinarum
tractationem valdè concernunt, quo iure, ac
ratione prædicta nitantur, distinctius in distin-
cto, quod sequetur, capite disputare operæ-
pretium erit. Hoc nunc pro colophone addito,
quod quamuis vtilitatis, aut etiam necessitatis
causa, has Doctrinas regularium admitti, & pro
nunc obseruari suadeat, minimè † tamen per-
mittendum est, vt vnus idémque regularis duas
distinctas Doctrinas habeat, vel regat, etiam
de mandato sui Superioris, *cap. cum singula, de
præbend. lib. 6.* Ex quo dixit Rebuff. *in prax.
benef. tit. de dispens. cum regul. num. 3.* quod li-
cet Monachus possit vnum beneficium regula-
re consequi, minimè cum eo poterit habere
Capellam, vel pensionem, aut portionem Mo-
nachalem. Nam quodlibet † beneficium in-
compatibile est in Monacho cum primo. Quod
sequitur Nauarr. *in cap. statuimus, numer. 23.
vers. 519. quæst. 3.* quia cessat in hoc causa ne-
cessitatis, & publicæ vtilitatis, & proprij lu-
cri, vel quæstus cupiditatem, magis quam sa-
lutis animarum respectum sapere videtur. Quod
maximè in viris Religiosis reprobatur, vt iidem
Auctores docent, & Cardin. & alij *in Cle-
ment. 1. num. 20. de elect.* Abb. *in cap. super eo, de
regular. & in dict. cap. quod Dei timorem, num. 7.
de statu Monachor.* Felin. *in cap. causamque
1. num. 5. de iudiciis.* Inde deducentes, quod
nec Canonicatum etiam in Ecclesia Collegia-
ta, nec aliud beneficium simplex habere potest.
Quare † etiam vbi causa vrgentis necessitatis à
Summo Pontifice dispensatur cum Monacho, vt
duo sui Ordinis beneficia curata habeat, dici-
tur, quod aliud habeat in titulum, aliud vero
in Commendam, & sic, & non aliter Papa
consueuit dispensare, vt notat Rebuff. *d. pra-
xi, tit. de Commenda, num. 3.* Nauar. *vbi suprà.*
Et facit textus *in cap. dudum, de elect. cap.
1. 2. quæst. 1. l. 4. tit. 16. part. 1.* & Concil. Trid.
sess. 7. de reform. cap. 2. ibi: *Cum valdè felix il-
le censendus, cui vnam Ecclesiam bene, ac fru-
ctuosè, & cum animarum sibi commissarum salute
regere contigerit.*

Quæ nobis facem præbent, vt cognosca-
mus, † quid censendum, & faciendum sit de
emolumentis, salariis, siue stipendiis, quæ nostri
Doctrinarij regulares ratione suorum benefi-
ciorum accipiunt & vtrum sibi eorum proprie-
tatem acquirant, vel Monasterio, aut Eccle-
siæ, in qua Doctrinam exercent? Et sanè Na-
uarr. *in cap. non dicatis 12. quæst. 1. num. 6.* in
Canonico regulari, non simplici, sed benefi-
ciario, quæstionem proponens, resoluit, suæ Ec-
clesiæ quærere, vel beneficio, quod non subest
suo Monasterio, nec Ordini, quem professus
est. Cuius vestigiis hærens Eman. Rod. *1. tom.
quæst. regular. quæst. 34. artic. 7. per totum*, licet
satis confusè loquatur, idem tamen resoluere
videtur in quolibet Religioso promoto ad be-
neficium regulare sui Ordinis, non subiectum
illi pleno iure, sed ordinario, saltem quoad in-
stitutionem, & destitutionem, & in quolibet
Religioso, qui licet habeat beneficium sui Or-
dinis, non potest ab eo amoueri, nec reuocari
ad claustra, nisi fortè ei fuerit imposita annua
pensio. Sed verius est, † quod cum Religiosi 84
nihil proprium habere possint, quia id præ
cæteris suo instituto repugnat, *cap. cum ad Mo-
nasterium, de stat. Monach.* Clement. *exiui de
paradiso, de verbor. signif. adeo, vt dubitet* Fr.
Eman. Roder. *tom. 3. regul. quæst. 31. artic. 1.*
Vtrum Monachus proprietarius sit dignus Ec-
clesiastica sepultura? proprietas dictorum sti-
pendiorum non pertinet ad eos, sed victuali-
bus vestuariisque, & reliquis, quæ ad modera-
tam, honestámque sustentationem concernunt,
contenti esse debent, habita etiam considera-
tione ad oblationes, obuentiones, & alias ele-
emosynas, quas ab Indis percipiunt, & reliqua
Monasteriis ipsorum, pro eorum cultu, & aug-
mento, & necessaria aliorum Religiosorum
exhibitione, reseruantur, vt iam olim, & hodie
obseruatur in prouinciis Peruanis, & generali-
ter declaratur, & disponitur per sched. Matr.
19 Decemb. ann. 1586. ad Dom. March. de Vil-
la-Manrique, Proregem Nouæ-Hispaniæ dire-
ctam, *1. tom. pag. 167.* Et extat alia eiusdem
tenoris ad Dom. Proregem Peruanum Comi-
tem de Villar. ann. 1589. renouatam per aliam
Matr. 10. Decembr. ann. 1618. ad Dom. Proreg.
Peruan. Princip. Squillacens.

Quæ schedulæ fundari posse videntur in do-
ctrina Cardin. Florent. *ie Clement. 2. §. sed ta-
les, de vita & honest. clericor. & in Clement. gra-
tiæ, de rescript. col. penult.* Qui † tenet, æquè re- 85
gulares Commendatarios, vel titulares dispone-
re posse de his, quæ supersunt de fructibus, &
reditibus suarum Commendarum, ac benefi-
ciorum, quam sæculares: quod etiam probat
Nauarr. *de redit. quæst. 1. num. 81.* contra Sar-
mient. *eodem tract. part. 1. monit. 11. num. 4. cum
seqq.* Vnde cum clerici sæculares de dictis bo-
nis possint, & debeant inter pauperes, & pia
opera largiri, ex traditis à Couarr. *in cap. cum
in officiis, num. 2. de testament.* Gutier. *2. pract.
quæst. 114. n. 9. cum seqq.* Auendañ. *respons. 19.
num. 2. & 3.* Molina *de primog. lib. 2. cap. 10.
num. 53. cum sequent.* Et † appellatione paupe- 86
rum, & piorum operum quælibet Cœnobia, &
Monasteria contineantur, *cap. de reditibus, cap.
quatuor 12. quæst. 1.* Nauar. *d. q. 1. numer. 9.* &
Sarmient. *3. part. cap. 3. num. 10.* Consequens
est, vt idem regularibus permittatur respectu
suorum Monasteriorum; maximè cum doctri-
næ eorum respectu, & nominatione ipsis fue-
rint assignatæ. Quod tamen Ego intelligerem,
vbi Ecclesia ipsius Doctrinæ, siue beneficij re-
paratione non eget, iuxta ea, quæ tradam
infrà cap. 23.

Et limitate in salariis, seu stipendiis pro ser-
uitio Doctrinæ assignatis, & obuentionibus
Doctrinariis ipsorum contemplatione concessis.
Nam si proponamus, † Indos, vel eorum Pa- 87
tronos aliquid largitos fuisse pro ornamentis,
crucibus, cerealibus, campanis, aut aliis ad
cultum diuinum pertinentibus, id nullo mo-
do Doctrinarij poterunt suis Monasteriis appli-
care,

care, imo neque secum ad alias Doctrinas, & Ecclesias, etiam Indorum, transferre, ad quas promoti fuerint, vt egregiè notat Innocent. *in cap. in Lateranensi, de præbend.* argum. text. *in l. 1. & in l. legatum, D. de adim. leg. cap. denique* 14. *quæst.* 5. & aliorum, quæ tradit Nauarr. *dict. tract. de redit. quæst.* 2. *num.* 35. *& in Apolog. monito* 46. *num.* 4. *quæst.* 1. Et hoc quoque præuisum, & prouisum reperies in sched. Pinciæ 23. Maij 1559. *tom.* 1. *pag.* 114. Vlyssip. 1582. *pag.* 115. & in aliis statim seqq. vbi simul cauetur, quod tempore ingressus, & egressus beneficij, inuentarium conficiant, & quod specialiter caueatur, quod Ecclesiæ, si quas forte regulares pro Indorum Parochiis ædificauerint, vel domus pro sua habitatione prope eas positæ, clericis sæcularibus relinqui debeant, si quando ad eos dictas Doctrinas transferri contigerit.

88 Planè † in communi bene defendi potest, Religiones Indiarum, interim dum eis dictæ Doctrinæ non auferuntur, possessionem, & dominium, ac ius radicatum super illis habere, atque adeo nomine proprio super illis litigare posse, & vt sibi restituantur, vel conseruentur, vt nuper omnes Religiones litigasse videntur, & præsertim Religiosi Franciscani contra clericos sæculares prouinciæ de Yucatan, & in terminis probat Eman. Roder. 3. *tom. regul. quæst.* 29. *art.* 4. vbi postquam dixit, & docuit Religiosos, præsertim Mendicantes, nulla bona pecuniaria in particulari, nec in communi habere posse, sic inquit: *Dixi in bonis pecuniariis, quia in aliis, tam internis, quam externis potest habere, vt omnes iusti habent Fidem, Spem, & Charitatem, &c. In externis item potest habere, vt in iuribus Ecclesiasticis, vt puta titulo beneficij regularis, aut sæcularis Episcopatus, Abbatiæ, Prioratus, vel Commendæ, quorum dominium, & proprietas ita pertinent ad eos, sicut dominium, & proprietas beneficiorum ad clericos sæculares: vnde perinde possunt agere, & agunt nomine proprio, super proprietate, vel possessione*
89 *suorum titulorum.* Et in specie † defensionis priuilegiorum, & exemptionum cuilibet Religioni, vel statui competentium, & quod grauiter peccent, & puniantur, qui pro eis non pugnant, & satagunt, optimus text. *in cap. quam periculosum* 7. *quæst.* 1. *cap. placuit, & seqq.* 11. *q.* 1. *cap. cum tempore* 5. *de arbitris*, vbi Abbas *num.* 2. idem, & reliqui communiter Scribentes per text. ibi *in cap. si diligenti, & cap. significasti, de foro compet.* Lucas de Pena, omnino videndus, *in l. prohibitum, vers. Et nota, C. de iure fisci, lib.* 10. Syluest. *in summa, verb. Exemptio, num.* 10. *&* 11. & resoluit in terminis Alphons. Viuald. *in candelab. aureo,* 1. *parte, de absolut. num.* 49. & Suarez *lib.* 4. *de immunit. Eccles. cap.* 3. vbi concludit, talem incuriam, vel renuntiationem esse sacrilegam, & iniuriosam statui Ecclesiastico, vel Religioso, imo & ipsi Pontifici, qui eis priuilegia, vel exemptiones concessit, vt per Abbat. *d. cap. cum tempore, num.* 2. Quinimo, & pro præeminentiis, & honorantiis etiam vigilare, & decertare licitè possunt, & debent, vt latè probat Menoch. *cons.* 51. *num.* 2. *lib.* 1. *& cons.* 126. *num.* 1. *lib.* 2. *& consil.* 902. *num.* 1. *lib.* 10. Bersold. *in tract. de præced. & sess. prærogatiua, in princip.* & plures alij, quos Ego congessi *in meo tract. de præcedent. supremi Consilij Indiar.* §. 3. *per totum.* Dummodo id non faciant per superbiam, & elationem, quod in omnibus Christicolis reprehendit Nicolaus Mamertin. dum dixit:

Semper Christicolis turpe est contendere honoris,
Causa præfractè, perrigidèque nimis,
Hoc docet, & verum est, sua nos per dogmata Christus,
Vtque humiles, mites semper, vbique sumus.

CAPVT XVII.

An, & quatenus regulares Doctrinas Indorum habentes, Regij patronatus formæ Prælatorum sæcularium examini, collationi, subiectioni, visitationi, correctioni, & excommunicationi subiaceant?

SVMMARIVM.

1 *Regulares in præsentationibus Doctrinariorum formam Regij patronatus sequi debent, & quæ illa sit?*
2 *Patronatus Regij forma in Doctrinis regularium, quando, & quomodo in Peruanis prouinciis induci cœperit?*
3 *Schedula anni 1624. quæ dedit formam in Doctrinis Religiosorum præsentandis, exponitur.*
4 *Religiosi semper valde recusarunt seruare formam patronatus Regij in Doctrinis Indorum sibi commissis, præsertim in Noua-Hispania, & quare?*
5 *Consuetudo vnius Ecclesiæ, vel prouinciæ non est præcisè ex aliorum moribus indicanda.*
6 *Prouinciæ vniuscuiusque consuetudinem, & statum subditorum illæsum conseruare Principes debent.*
7 *Religiosorum querelis, & incommodis circa patronatum Regium in Doctrinis Indorum seruandum, quomodo consulatur per nouiores schedulas de hoc agentes?*
8 *Doctrinæ Indorum, cum à regularibus ex Regia gratia, & precario possideantur, benè potest in illis formam si bene visam inducere.*
9 *Priuilegia Religiosorum non derogant patronatui Regio in Doctrinis Indorum, sed tantum eos habiles reddunt ad illas regendas, & insignis schedula, quæ hoc apertè decidit.*
10 *Religiosi Doctrinis præpositi ab Ordinariis examinari possunt, & debent.*
11 *Concil. Trid.* sess. 25. de regul. cap. 11. *explicatur*, ibid.
12 *Regulares, licet beneficiis regularibus præfici possint de solo assensu suorum Prælatorum, præficiendi tamen, sunt examinandi ab Episcopo.*
13 *Examen, & approbationem Episcoporum requiri in quibusuis Religiosis Doctrinariis, apertè decidunt plures schedulæ Regiæ, quæ referuntur.*
14 *Doctrinarios regulares Nouæ-Hispaniæ, cum Prorege.*

Proreges compellere ad examen Episcoporum subeundum, & Regium patronatum seruandum, ausi non fuerint vsque ad vltimæ schedulæ promulgationem?

5 *Doctrinarum regularium forma, magna cura, & studio ventilata fuit.*

16 *Breue Pij V. quod aliquam exemptionem Doctrinariis regularibus dare videbatur, ab aliis Pontificibus reuocatum fuit.*

7 *Prælatus nullus potest pati Parochum in sua Diœcesi administrare, quem ipse prius non examinauerit, & approbauerit.*

8 *Parochi, etiam à Rege præsentati, ab Ordinariis locorum examinandi, & approbandi sunt.*

9 *Examen Ordinarij etiam in beneficiis regularium, requirit quædam decisio Rotæ, quæ refertur.*

0 *Beneficia regularia non prouidentur per concursum, etiam stante decis. Trid.*

1 *Prioratus regulares etiam vbi curam animarum annexam habent, per concursum non prouidentur.*

2 *Concursus in Doctrinis regularium expressè excluditur in sched. ann. 1609. licet ea in reliquis Concil. Tridentinum seruari iubeat.*

3 *Regularium Superiores, vel ob hoc, quod Doctrinæ Indorum sibi commissæ, citra concursum prouidentur, maiorem curam in bonis Doctrinariis nominandis ponere debent.*

4 *Monachi, cum ad Parochias ex dispensatione ob Ecclesiæ necessitatem vocentur, magis idoneos eligere debent.*

5 *Guardiani, vel Priores, qui eliguntur, vt simul Parochi Indorum sint, sub mortali digniores eligi debent.*

6 *Regularium consuetudo notatur, & damnatur, qui eligunt Religiosos, alias graues, sed Indiorum idioma non callentes, in Parochos eorum, & hi seruiunt per alium, qui titulum non habet.*

7 *Parochus iuxta Trid. habilis eligi debet, vt per se curam animarum exercere possit.*

8 *Religiosi, vt Indorum Doctrinis præfici possint, illorum linguam callere debent, ex Motu Pij V.*

9 Quatenus *dictio, non solum modum, verum & conditionem importat.*

0 *Examinatus semel, & approbatus ad beneficium Curatum, an, & quando iterum ab eodem, vel ab alio Prælato examinari, & approbari debeat?*

1 *Examen nouum in qualibet noua Ecclesiæ parochialis prouisione requiritur ex forma Tridentini, etiam si promouendus sit famosissimus Doctor.*

2 *Scholari, qui putabatur idoneus, sit collata fuerit præbenda, & posteà reperiatur indignus, debet illa priuari.*

3 *Aptus qui olim fuit iudicatus, ex multis causis potest posteà ineptus, & insufficiens reperiri.*

4 *Prælatus non debet confidere de probatione antiqua alicuius Curati à suis antecessoribus facta.*

5 *Examinatus, & approbatus etiam bis ad duas Parochias, debet ad tertiam examinari, & poterit reprobari, ex Oldrad. & aliis.*

36 *Declaratio Cardin. refertur de iteranda Parochorum examinatione.*

37 *Parochi Indorum iterum, & sæpius examinari possunt ratione idiomatis, maximè vbi promouentur ad beneficia diuersum idioma habentia.*

38 *Examen nouum in Religiosis ab Ordinariis fieri non debere, vbi nulla præcisa causa est, quæ illud requirat, disponit Regia sched. quæ refertur.*

39 *Regulares semel approbati ab Ordinario, vel eius antecessore ad audiendas confessiones, an, & quando possint ab eodem, vel eius successore reexaminari?*

40 *Regulares Doctrinis præpositi, an subiaceant iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcoporum?*

41 *Regulares regulariter sunt exempti à iurisdictione Episcoporum.*

42 *Religiosi Doctrinarij non videtur, quod ab Ordinariis visitari, & puniri debeant, cum hoc ius in ipsos habeant, & exerceant Prælati eorum regulares.*

43 *Corpus vnum diuersa capita habens, quasi monstrum censetur.*

44 *Nemo potest duobus dominis seruire, vel à duobus iudicibus syndicari.*

45 *Iurisdictio indiuidua est, nec potest vno & eodem tempore integraliter apud duos manere.*

46 *Parochiæ Hispaniæ, quæ per Religiosos Monachales, vel Militares reguntur, ab Ordinariorum iurisdictione, & visitatione prorsus exemptæ sunt.*

47 *Visitatio solum videtur concedi Ordinariis in Parochiis regularium, vbi eas per sæculares exercent, ex declarat. Cardin. quæ referuntur.*

48 *Regulares Parochi, saltem ratione talis officij, non possunt excusari à iurisdictione, & visitatione Ordinariorum.*

49 Cap. cum capella 16. de priuileg. *expenditur, & illustratur.*

50 *Hominem eundem diuersis respectibus, diuerso iure censeri, aut à diuersis iudicibus iudicari, nouum non est.*

51 *Regulares, quantumuis exempti, in pluribus casibus subiiciuntur iurisdictioni Ordinariorum.*

52 *Regulares Parochos, saltem quoad officium subesse iurisdictioni Ordinariorum, tenent plurimi Auctores, qui referuntur.*

53 *Religiosos Doctrinarios Indorum, quod, & qualiter in officio officiando subsint iurisdictioni, & visitationi Ordinariorum? plures DD. & sched. tradunt, quæ referuntur.*

54 *Regulares Parochi an generaliter de moribus, & vita, vel solum de officio officiando visitari possint? & de schedulis, & declarationibus Cardinalium de hoc agentibus.*

55 *Curati Ordinum Militarium, & aliarum Monachalium, quando excusentur à iurisdictione, & visitatione Ordinarij, etiam in officio officiando.*

56 *Regulares Parochi an possint ab Ordinariis excommunicari?*

57 *Religiosi maximè Mendicantes habent priuilegium, ne possint ab Ordinariis excommunicari,*

municari, ſuſpendi, vel interdici, niſi in caſibus à iure expreſſis.

58 *Epiſcopi in deciſ. Trid. & plurium ſched. fundant ſuam iuriſdictionem in viſitatione Parochorum, etiam regularium.*

59 *Excommunicare poteſt quilibet Eccleſiaſticus, qui in foro exteriori habet poteſtatem ad cogendum, quia alias inutilis redderetur eius iuriſdictio.*

60 *Pœna, vel correctio, vbi arbitrio Ordinarij relinquitur, poteſt ad excommunicationem procedere.*

61 *Verbum ſimpliciter poſitum, generaliter intelligitur.*

62 *Epiſcopi etiam per cenſuras poſſunt compellere regulares, vt ad proceſſiones accedant.*

Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regul. cap. 13. *explicatur*, ibidem.

63 *Concil. Trid.* ſeſſ. 25. de regular. cap. 11. *expenditur, & illuſtratur.*

64 *Æquiparatorum idem eſt ius, vbi eadem militat ratio.*

65 *Regulares curata exercentes, hodie nullis priuilegiis, & exemptionibus à iuriſdictione gaudent, in quantum tales curati.*

66 Cap. 1. verſ. In eos, de priuileg. lib. 6. *expenditur, & explicatur.*

67 *Epiſcopi in omnibus caſibus ſibi à Concil. Trident. in delinquentes Religioſos commiſſis, rectè poſſunt eos excommunicare, & declarationes Cardin. quæ hoc teſtantur.*

68 *Viſitationem Epiſcoporum ſi impediant, vel non admittant Curati regulares, poſſunt ab eis excommunicari.*

69 *Clerici appellatione venit regularis Curatus.*

70 *Regulares per Epiſcopum compelli poſſunt cenſuris ad obſeruantiam feſtorum per illum legitimè indictorum.*

71 *Regulares Curati poſſunt per cenſuras compelli ab Epiſcopis, ne excedant taxam emolumentorum ab ipſis præſcriptam.*

72 *Regulares quibus caſibus ſubdantur iuriſdictioni Ordinariorum? remiſſiuè.*

PRimum ergo, quod in dictis ſchedulis
1 diſponitur, illud eſt, vt † cogantur regulares formam præſcriptam in Regio patronatu Indiarum circa prouiſionem beneficiorum exactè ſeruare, quæ quidem ea eſt, vt Proregi tres Religioſos, quos magis idoneos iudicauerint, ad quamlibet vacantem Doctrinam proponant, is vero vnum illorum, quem maluerit, eligat, & Regio nomine Prælato ſeculari canonicè inſtituendum præſentet, quæ forma præfigitur in ſched. anni 1574. §. 11. quæ licet non loquatur ſpecialiter de regularibus, in ſui tamen ratione omnes Beneficiarios, & Doctrinarios comprehendit, prout & apertius fecit illa alia ann. 1609. de quibus latè egi *ſupra hoc lib. c. 15. ex num. 20.*

2 Et † dictam formam (licet non ſine magna difficultate, & Religioſorum repugnantia) in Peruanis prouinciis practicare cœpit Excellentiſſ. Dom. Prorex D. Franc. à Toleto, cuius veſtigia eius in eodem munere ſucceſſores ſequuti ſunt, & poſtea aliquantiſper oblitteratam, promulgatáque dicta nouiori ſched. ann. 1609. magis plenè & ſtrictè in vſum reuocarunt Dom. Proreges Marchio de Monteſ claros, & Princeps Squillacenſ. Et hoc eſt quod dicere voluit † dicta ſchedula ann. 1624 cuius in calce capitis præcedentis meminimus in illis verbis: *Guardandoſe en los nombramientos, y promociones en Nueua, Eſpaña la form con las qualidades, y circunſtancias con que ſ haze en el Perù.*

Quod ſemper † valde difficile viſum, & reputatum fuit, & hodie reputatur, Religioſi Peruanis, & multo magis Nouæ-Hiſpaniæ, propter priuilegia, quæ ſe habere dicunt ex Breu Pij V. & aliorum Pontificum, ad Doctrinas adminiſtrandas, de ſola licentia, & nomination ſuorum Superiorum, iuxta relata in cap. præcedenti. Et maximè, quia cum in Noua-Hiſpani dictas Doctrinas in formam Vicariorum, vt plurimum, diſpoſuerint, nominant Guardianos, ve Priores earum ſuo more, ac modo, vbi Capitula celebrant, & in ſuis Diffinitoriis, qui ſimu Parochi dictarum Doctrinarum futuri ſint, & ob hoc negant tres poſſe Proregi ad quamlibe Doctrinam proponi, & Monaſticam diſciplinam infringi aiunt, ſi ad eum tabulas Diffinitorij, necdum publicatas, deferre cogantur, ve ex ipſius manu, & voluntate Vicariatuum Præpoſitos, ſiue Guardianos accipere debeant. Quo non æquè procedere dicunt in prouinciis Peruanis, vbi vel nullæ, vel paucæ eiuſmodi Vicariæ reperiuntur, atque adeo harum vſum, ſiu conſuetudinem ad illas de Noua-Hiſpania trahendam non eſſe, argum. text. *in cap. illud, 12 diſtinct.* ibi: *Nec † aliorum conſuetudinem aliarum contrario more ſubuerti*, vbi gloſſa notabiliter ſubdit: *Eſſe ibi argumentum contra Epiſcopos, qui ſic argumentantur contra Eccleſiam aliquam, ex quo aliæ Eccleſiæ hoc vel illud faciunt, ergo & iſta idem faciet. Reſpondeatu ergo eis, quod conſuetudo vnius Eccleſiæ non ſubuertitur propter contrarias conſuetudines aliarum.* Nam potius † debet Princeps vnicuique prouinciæ conſuetudinem ſuam conſeruare, *l. 1. C. quæ ſit longa conſuet.* ibi: *Et ne quid contra longam conſuetudinem fiat ad ſolicitudinem ſuam reuocabit Præſes prouinciæ, cap. conſuetudo 12. diſt.* & ita ſubiectis proſpicere, vt illorum ſtatus integer, & illæſus ſeruetur, vt probat optim. text. *in cap. feudum, de probib. feud. alien.* ibi: *Imperialem decet ſolertiam, ita Reipublicæ curam gerere, & ſubiectorum commoda inueſtigare, vt Regni vtilitas incorrupta, & ſingulorum ſtatus integer ſeruetur illæſus.* Quas rationes validè, & neruoſè expendit Eman. Roder. *in quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 35. & ſeqq.* Fr. Ioan. Bapt. *in aduert. confeſſ. 2. part.* Fr. Ioan. Torquem. *in Monarch. Ind. lib. 5. cap. 23. pag. 706.* & extant alij aliorum Religioſorum libelli de eadem re agentes, ſuorumque priuilegiorum exemptionem defendentes.

Sed huic † incommodo ſatis ocurritur ſched. anni 1628. & 1634. dum iubent, vt iidem illi Religioſi, qui in Capitulis eliguntur, poſſint Proregi proponi, & qui ab ipſo ex illis electus fuerit, ſimul cum Curato Indorum Guardianatum, vel Prioratum exerceat, ibi: *Y en las elecciones, y propoſiciones que ſe hizieren para las dichas Doctrinas, y Curatos por las dichas Religiones, han de nombrar el Prouincial, y Capitulo para cada vna tres Religioſos, de los quales el*

dicho

dicho mi Virrei, ò Gouernador que exerciere mi Patronazgo, eligirà vno qual le pareciere. Y es declaracion, que el que dellos assi fuere elegido, y aprobado por el dicho mi Virrei, ò Gouernador, para Doctrinero, esse mismo pueda ser, y sea Prior, ò Guardian del Conuento que sirue de cabecera, à la dicha Doctrina. Con que se socorre, y satisfaze à la duda, de que la eleccion de Guardian, ò Prior sea de los Religiosos, y la del Doctrinero del dicho mi Virrei, ò Gouernador, à quien pertenece por las Bulas de mi Real patronazgo, &c.

Et illi alteri obiectioni, quòd † huiusmodi forma suis priuilegiis repugnat, obuiam etiam itur dicendo, quòd cùm in voluntate mera, & absoluta Regis positum sit, eis has Doctrinas adimere, quas precario (vt sæpè diximus) de ipsius manu acceperunt; benè potest eisdem dictam formam præscribere, quæ non est præcisa, sed veluti causalis, aut modalis, vt nimirum eam seruent, si Doctrinas habere velint, & priuilegiis contrariis non vtantur, quibus renuntiare possunt, cùm in eorum fauorem sint concessi, *l. si quis in conscribendo, cum simil. C. de pact.*

Præterquam, quòd † dicta priuilegia, & præsertim illud Pij V. quo magis nituntur, non derogat Patronatui Regio, quod nec facere potuit, iuxta ea, quæ dixi *sup. hoc lib. 3. c. 2. ex n. 18.* Sed tantùm Religiosos habiles constituit ad dictas Doctrinas, siue Curata habenda, & exercenda. Quod ne quis putet me ex meo Marte confingere, apertis verbis per Regiam Maiestatem responsum fuit in quadam epist. dat. Matrit. 28. Martij ann. 1620. directa ad Domin. Princip. Squillacens. Peruanum Proregem, qui retulerat, qualiter dicti Religiosi, dictis priuilegiis innixi, recusabant Regium patronatum agnoscere; & eius formam seruare in hunc modum: *El tercer caso es la duda que se mueue, en que vos aueis reparado, con ocasion de la Bula de Pio Quinto, la qual solo quita el impedimento que tienen los Religiosos para ser Parrochos, y Curas de almas, por manera, que solo habilita sus personas, haziendalos capaces. Pero no deroga el Patronazgo Real, el qual tiene prerogatiua, y derecho especial, que no se entienda ser derogado, sino quando formal, y especificadamente se hiziere mencion dèl, y se derogare. La qual derogacion cessa en estos, y essos Reinos, por especiales leyes, vsadas, y guardadas, y à este titulo qualquier Bula, Breue, ò letras que sobre ello se despacharen, ò huuiere, se retienen, y reforman en quanto à esto. Conforme à lo qual, tomando la disposicion del Breue de Pio Quinto en su legal, y legitimo sentido, no impide la possession presente; la qual se ha de executar, conseruando mi Real Patronazgo en la forma que lo aueis començado à hazer; porque aunque estas Doctrinas y Curatos estan dados por agora à algunos de los Religiosos, por el tiempo de la voluntad Real, y por lo que durare causa conueniente, esto no excluye, que ayan de nombrar las personas idoneas que conuengan, y presentarlas ante vos, para que elijais la que mas conuenga, à la qual se le darà la verdadera presentacion. Y por este medio, de mas de ser tan juridico, se conseguirà mayor cuidado en nombrar Religiosos idoneos, y conseruar el Patronazgo en materia que tanto importa, y està indiuidualmente con el gouierno espiritual, y temporal, &c.*

Secundò, in eisdem schedulis deciditur, & declaratur, † quòd Religiosi Doctrinis Præpositi, 10
ab Ordinariis examinari, & approbati debeant. Quod etiam ipsi suis priuilegiis, & institutis valdè contrarium esse dicunt. Varias euasiones assignantes ad decisionem Concil. Trident. *sess. 25. de regular. cap. 11.* quatenus probare videtur dictum examen Episcopis competere. Dicunt quippè, illud intelligendum esse, non quando ipsi regulares administrant, sed quando per clericos seculares; & quòd hi tantùm sunt, qui ibidem Episcoporum examini, & iurisdictione subduntur, vt & ostendunt aliquæ declarationes Cardinalium ibi à Farinacio, Barbosa, & aliis adductæ.

Sed mihi videtur, † textum illum, si benè in- 11
spiciatur, & construatur, nullam solutionem recipere. Nam apertè inquit: *In Monasteriis virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum secularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia, personæ tam regulares, quàm seculares huiusmodi curam exercentes, subsint immediatè in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, administrationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diœcesi sunt sita. Nec ibi aliqui, etiam ad nutum amobiles, deputentur, nisi de eiusdem consensu ac præuio examine, per eum, aut eius Vicarium faciendo, &c.* Quæ verba hunc sensum faciunt, quòd vbi in Monasterio exercetur cura animarum, non solùm quoad personas de ipso, sed quoad seculares, personæ tali ministerio præpositæ, siue regulares sint, siue seculares, Episcopo immediatè, quoad illud, subsint. Quam expositionem, vt genuinam, & litteralem omnes admittunt, & iuxta eam Piasecius *in prax. Episcop. 2 par. cap. 3. num. 46. pag. 182.* decisum esse affirmat, quòd † licèt talem curam in Monasteriis 12
exercentes, siue seculares sint, siue regulares poni debeant ad arbitrium Superiorum ipsorum regularium, non autem ad arbitrium Episcopi, ab eo tamen examinari, & approbari priùs debent, antequàm ponatur: quod idem refert & sequitur Hier. Gonçalez *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 5. §. 3. c. 34.* Sbrozius, qui non solùm de examine Episcopi, verùm & Vicarij eius testatur, iuxta d. dispositionem Trid. *in tract. de offic. & potest. Vicar. lib. 2. q. 111. num. 9. &* 10. Franc. Leo *in thesaur. for. Eccles. 1. par. cap. 8. num. 20.* vbi inquit, præuium examen requiri per Episcopum, aut eius Vicarium & examinatores Synodales; & subdit, quòd Clem. VIII. mandauit ita obseruari hoc decretum, excipiendo aliqua Monasteria, & capita Ordinum, idem tradit Seller *in select. Canon. cap. 112. num. 28.* vbi attestatur, ita resolutum in Camarinens. 20. Martij ann. 1621. Aldana *in compend. Canon. resolut. lib. 2. tit. 8. num. 38.* vbi inquit, hoc seruari debere, non obstante Breui Pij V. ann. 1577. quo maximè regulares nituntur, vt suprà retulimus, & ita fuisse resolutum per sacram Congregationem Episcoporum sub die 6. Februarij ann. 1627. & est videndus Aug. Barbosa, qui alios adducit, *in nouiss. collect. ad Concil. d. cap. 11.* vbi *n.* 30. hoc extendit, non solùm ad Episcopos, verùm & ad Ordinarios inferiores, habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, & refert ita resolutum in Rota in Pisciens. iurisd. 16. Octob. 1580. & 5. Maij 1589. coram Gipsio, & in eadem 20. Octob. 1593. coram Peña, & 15. Iunij 1590. coram Plato.

13 Et extant † plurimæ ſchedulæ, quæ eandem Concilij praxim, & declarationem admittunt, & quia regulares approbationem Ordinarij habere, & eius examen ſubire recuſabant, eos ad id teneri expreſsè decidunt, non obſtantibus priuilegiis, quibus ſe excuſare nituntur, & quòd non apponatur in eorum titulis clauſula, quæ olim apponi ſolebat, nimirum, quòd ſi ab Ordinariis non approbarentur, ex proprio Motu Pij V. & aliis priuilegiis ſibi conceſſis, Doctrinas habere poſſint. Ita enim cauit ſched. data Paci Iuliæ 5. Auguſt. ann.1580. cui cùm Prorex Peruanus Dom. D. Martinus Enriquez obieciſſet, Religioſos id ægrè laturos, & Doctrinas relicturos, adhuc præciſa eius obſeruantia illi iniuncta fuit per aliam Matr. 6. Decemb. ann.1583. & ambæ extant *in 1.tom. impreſſ.pag.95.* Et idem enixiùs, & ſtrictiùs præcipitur Dom. Proregi Comiti Montiſ-Regij per aliam apud D. Laurent. 14. Nouemb.1603. cum qua ſimul altera ad Epiſcop. Liman. directa fuit, vt in hoc vigilaret, & caſu, quo Religioſi aliquot Breuia, vel Bullas in contrarium præſer tarent, Regalem Cancellariam, & eius Fiſcalem commonefaceret, vt in eis retinendis, & interpoſita ſupplicatione ſuſpendendis, quod ſuarum erat partium implerent: *Y que en conformidad de lo que eſtà ordenado, los vnos, ni los otros no permitan, que en las Doctrinas que eſtan à cargo de las Religiones, entren à hazer oficio de Curas, ni le exerça ningun Religioſo, ſin ſer primero examinado, y aprobado por el Prelado de aquella Dioceſi, aſſi en quanto à la ſuficiencia, como en la lengua, para exercer el oficio de Cura, y adminiſtrar los Sacramentos à los Indios de ſu Doctrina, y à los Eſpañoles que alli huuiere.*

Quæ ſchedula renouatur per aliam Matr. 16. April. ann.1618. ad Peruanum Proregem Dom. Principem Squillacenſ. ſcripta, vbi iubetur, vt illam ann.1603. præcisè obſeruari faciat, tanquam ſi cum ipſo loqueretur, nulla in contrarium diſſimulatione, vel conſuetudine obſtante, his verbis: *Y porque mi entencion, y voluntad es, que lo que en la dicha razon tengo ordenado, y mandado ſe cũpla, y execute preciſamente, os mando, veais la dicha mi cedula, que aqui và incorporada, y la guardeis, y cumplais en todo, y por todo, ſegun, y como en ella ſe contiene, y declara, como ſi con vos hablàra, y à vos fuera dirigida, que aſſi es mi voluntad. Sin embargo de que con el diſcurſo del tiempo, y pretenſiones de los Prelados, y Doctrineros ſe aya diſſimulado, ò introducido otra coſtumbre, à que por ningun caſo ſe ha de dar lugar en ninguna manera.*

Et cùm dictus Dom. Squillacenſ. ſcripſiſſet, ſe virtute huius ſchedulæ curaſſe, vt quædam Doctrinæ regularibus minus idoneis tollerentur, & quòd alij intra octo menſes ad ſubeundum examen coram Archiepiſcopis, & Epiſcopis comparerent, ei gratiæ redduntur per epiſt. Matriti 17. Martij ann.1619. iubetúrque, vt idem ſedulò impoſterum animaduertat: *Demanera, que no ſe dè aprobacion à ningun Religioſo, ſi no conſtare, que ſabe mui bien la lengua, y tiene las demas partes neceſſarias.*

Quæ ſchedulæ ſub eiſdem datis ad Proreges, etiam & Prælatos Nouæ-Hiſpaniæ remiſſæ fue-
14 runt, † quamvis nunquam ibi Proreges eas executioni mandare auſi fuerint, ob graues regularium querimonias, & contradictiones. Quouſque latæ tandem fuèrunt nouiſſimæ illæ, de quarum nunc interpretatione agimus anni 1622. 1624. 1628. & 1634. in qua hoc his verbis ſatis notandis exprimitur: *Y para ſer Curas los dichos Religioſos, aunque ſean ſuperiores de las caſas, ò Conuentos donde moran, y habitan, y ſon como cabeceras de las dichas Doctrinas, deben, y han de ſer examinados por los Obiſpos, y Ordinarios ſeculares, y por ſus Examinadores en el diſtricto de las dichas Doctrinas. Pues ninguno puede cuidar de eſta ocupacion Chriſtianamente ſin licencia ſuya. Y en el idioma tambien lo deben ſer, por la perſona que ſe diputa para eſta enſeñança, &c.*

Vt vel ſic appareat, quanto ſtudio, & † zelo, ac Religionis, & inſtructionis Indorum deſiderio, articulus iſte à Regibus noſtris Piiſſimis, & ſupremo eius Indiarum Senatu inſpectus, ac trutinatus fuerit. Nihilque eſſe cur iuſtè regulares acquieſcere nolint deciſis hac in parte à S. Concilio Trid. & Eminentiſſimis Cardinalibus, & tot, ac tantis Viris doctiſſimis, qui ad expediendas dictas ſchedulas diuerſis temporibus adiecti ſunt. Maximè cùm Breue † Pij V. quo (vt ſæpè dixi) potiſſimùm nituntur, fuerit reuocatum à Gregor.XIII. Et licèt poſteà confirmatum videatur à Gregor. XIV. rurſus nouiſſimè reuocatum ſit à Gregor.XV. cuius verba reperies apud Aug. Barboſ. *in collect. ad Trid. d. ſeſſ.25. cap. 11. num.5.* ſub data Non. Febr. ann.1622. Et in hac parte examinis, & approbationis Ordinarij à Clem. VIII. in quadam Bulla ad inſtantiam ipſorum Religioſorum expedita. In qua declarauit, Religioſos Indorum Doctrinis inſeruientes, non extra clauſtra, ſed intra clauſtra degere cenſendos eſſe, ita tamen vt priùs à locorum Ordinariis approbati fuerint, his verbis: *Qui ab eorum Superioribus nominati, ac ab eorum Ordinariis, ſeu eorum Officialibus approbati priùs fuerint.*

Et ſanè hoc naturali, & Theologica ratione, adeò euidenti ſubnititur, vt ei nullum priuilegium, nullum ſubterfugium obſtare poſſe videatur. Nimirùm † nullum Prælatum tuta conſcientia poſſe alicui licentiam dare ad Parochi officium exercendum inter oues ſibi commiſſas, vel eum approbare, aut miniſtrare permittere, de cuius priùs ſufficientia, & idoneitate plenè inſtructus non fuerit. Quod adeò ſtringit Concil. Trid. *ſeſſ.24.cap.18. & ſeſſ.25.cap.9.* vt nullam, & irritam eſſe dicat collationem, vel inſtitutionem beneficij aliter factam, ibi: *Ab Epiſcopo tamen iuxta alias ſtatuta ab hac ſancta Synodo examinentur, alioqui inſtitutio ab inferioribus facta irrita ſit, & inanis.*

Et magis in ſpecie, † agens de beneficiis curatis iurispatronatus, *ſeſſ. 7. capit. 13.* vbi nullius priuilegij, vel conſuetudinis, etiam immemorabilis, prætextu, vel appellationis remedio, eos ſe tueri poſſe decidit, quominus examen ſubire teneantur, & à locorum Ordinariis examinati ſint, & idonei reperti declarentur. Quod in dictis locis innumeri Auctores, & declarationes S. Congreg. confirmant, quas ibidem Marcill. Farinac. Gallemart. & Auguſt. Barboſ. recenſent. Sed pro omnibus ſufficiet declaratio Rotæ Roman. *deciſ.102. par.1. recent.* quam refert Barboſa *de offic. & poteſt. Paroch. cap.2. nu.20.* Quæ † examen quidem Ordinarij, & eius approbationẽ apertè requirit in beneficiis

beneficiis curatis regularium, quamvis eos liberet ab oppositione in concursu, & per edicta facienda, quæ in aliis Curatis secularium requiritur *in d. Concil. sess.24. cap.18.*

Et hoc esse consuetudine receptum, vt † beneficia regularia sine concursu prouideantur, asserit Piasec. *in prax. Episcop. 2.par. cap.5. num. 18. vers. Hoc decretum*, Gonçalez *ad regul.8. Cancellar. gloss.6. num.162.* Garcia *de benef.par. 9. cap.2. num.197.* Vgolin. *de off. Episcop. cap. 50. §.3. vers.4.* Alois. Ricc. *in prax. decis.421. in 1. edit.* aliàs *resol.358. num.1. in 2.edit.* Mossobr. *in prax. habendi concurs. ad Paroch. prælud.3. dubit.3. num.34.* Filliuc. *in quæst. moral. tom.3. tract.41. de benef. cap.4. num.141.* Rota *decis.326. num.6. par.2. recent.* Et Barbos. *vbi sup. num.21. & in Pastorali alleg.60. num.3. vbi num. seqq.* cum Garc. *d. cap.2. numer.199.* refert, & probat, idem seruandum esse † in Prioratibus regularibus, habentibus curam animarum, solitis commendari regularibus, quia etiam concursu non conferuntur. Quod valdè notandum est pro Guardianis, & Prioratibus Nouæ-Hispaniæ, & aliquibus in Perù, quibus dixi, has Doctrinas, de quibus loquimur, annexas esse.

Et gaudeo quidem hæc inuenisse, & tetigisse, quia multum concernunt † ad explicationem, & illustrationem schedul. ann.1609. cuius latiùs memini *sup. hoc lib.3. cap.15. ex num.14.* Nam cùm in illa concursus requisitus per Trident. in beneficiis Curatis extendatur, & practicari iubeatur in eis etiam, qui in his Indiis Occidentalibus iuxta formam Regij Patronatus antea prouidebantur, & hodie prouidentur. In illis tamen, quæ à regularibus deseruiuntur, siue exercentur, talem concursum excusari iubet, in illis verbis: *Todo lo qual es mi voluntad, que se entienda, y cumpla en los Beneficios Curados, y Doctrinas que se proueyeren en clerigos, y no en las Doctrinas que estan, y estuuieren à cargo de Religiosos; porque en la prouision de estas se ha de guardar lo que està proueido, y se proueyere adelante.* Hoc enim est conforme decisionibus, & Auctoribus, quos modò citauimus, sed inducit † tamen maiorem curam, & obligationem circa Superiores, vel Capitula regularium, ad quos spectat tales Religiosos ad dictas Doctrinas nominare, & proponere, vt ipsi quoque omninò curent, & quantum fieri possit, studeant, vt digniores, & idoniores eligant, etiam si posteà ab Ordinario examinandi, & approbandi sint. Quod expresè docuit Abb. *in cap. quod Dei timorem, n. 13.* inquiens, quòd cùm † Monachi ob solam Ecclesiæ necessitatem, vel vtilitatem ad hæc beneficia habenda, & regenda dispensentur, minimè salua conscientia præfici debet eiusmodi beneficiis, qui eisdem seruiendis valdè aptus non sit. Quod idem refert & sequitur Cardinal. *in Clem.1. de elect. num.20.* Syluester *verb. Religio 7. num.3.*

Et in terminis nostrarum Doctrinarum Indiarum Fr. Ioan. Bapt. *in suis aduert. Confessar. 2. par.* vbi cum Magistro Veracruce concludit, quòd † cùm in Capitulo Prouinciali Definitorium debeat eligere Guardianos, & Priores, qui simul his Parochiis fungantur, debet semper eligere digniores sub mortali peccato, vt docet D.Thom. *2. 2. q.63. art.1. & q.185. & quodlib.6. q.9.* quem sic explicat Sotus *de iustitia & iure, lib.3. quæst.6. art.2.* Caietan. *in summ. verb. Beneficium*, & egregiè Nauarr. *in Miscell. Latin. de oratione, num.43.*

Et hæc valdè † notanda sunt contra consue- 26
tudinem deprauatam, quam dicti regulares introduxerunt, conferendi nimirum has Parochias in titulum aliquibus Religiosis grauibus antiquis, & alioqui doctis, idioma tamen Indorum nullatenus intelligentibus, & associantes illis alium, vel alios Religiosos iuniores, qui illud intelligũt, vt Parochi functiones per hos expediantur. Hoc enim prohibitum, & mali exempli est, quia ille, qui titulum habet, non est idoneus, nec tenet eius nominatio; & hic, qui exercet, non est Parochus, & nullitati subiacent omnia; quæ ab eo tanquam tali expediuntur, vt expressis, & notandis verbis declaratur in d. sched. nouissima ann.1634. vbi post verba, quæ retuli *sup. num.7.* hæc subiiciuntur: *Sin que los dichos Superiores se pueden escusar, ni escusen con dezir, que cumplen con tener otros Religiosos que saben la lengua, y exercen, y suplen por ellos en esta parte, como estoy informado, que hasta aqui lo han hecho. y acostumbrado mui de ordinario, pues es llano, que esto ministerio no se puede exercer en esta forma, pues de ello se seguiria, que el que tiene el titulo, se hallarà sin idoneidad, y suficiencia necessaria; y el que exerce, y la tiene se hallasse sin titulo, por no tenerle, ni auersele dado los dichos Ordinarios, que es à quien pertenece. Quedando con esto sugeto todo lo que como tales Curas hizieren à los escrupulos, nulidades, è inconuenientes que se dexan considerar, &c.* Quod sumptum † videtur ex Trident. *sess.* 27
7. cap.3. vbi disponit: *Quòd parochus sit habilis, atque per se ipsum eum exercere possit*, cuius auctoritati innixus Emanuel Roder. *d. 1.tom.quæst. regul. q.35. art.1.* sic inquit: *Debet tamen iste Curatus quicunque sit* (quasi diceret, etiam Prior, aut Guardianus) *habere scientiam linguarum suarum ouium, quia in Concil. Trid. mandatur, quod resideat, & quòd sit habilis, atque per se ipsum curam animarum exercere possit; aliàs, quòd prouisio, & collatio irritetur.* Cui addo
† Motum prop. Pij V. ab ipsis Religiosis pro se 28
expendi solitum, ibi: *Quatenus ipsi Religiosi Indorum illarum partium idioma intelligant*, expensa dictione, *quatenus*, quæ † vbi adiicitur actui, 29
qui est in fieri, non solùm modum, sed conditionem inducit, qua non obseruata, actus corruet, *cap. grauis, de restit. spol.* cum aliis, quæ tradit Craueta *cons.802. num.1.* Ludouis. *decis.555. num.2.* Tiraq. *de retract. lignag. §.8. gloss.8.* Molina *de primog. lib.2. cap.15. num.19.* Et nouissimè August. Barbosa *de dictionibus, eod.verb. num....*

Sed est quæstionis, † vtrum si Ordinarius 30
semel examinauerit, & approbauerit aliquem Religiosum, vel quemlibet alium clericum secularem ad eiusmodi curata Indorum regenda, & exercenda, & is posteà ad aliud simile beneficium promoueatur, iterùm examen subire debeat, antequàm approbetur, vel instituatur, nouúmque hoc beneficium ipsi canonicè conferatur? Quæ quidem quæstio sæpè mihi Limæ de facto contigit in consultationibus dominorum Proregum, & Prælatorum, & his diebus in supremo Indiarum Consilio rursus grauiter ventilata fuit. Et in ea resoluendum videtur, † dictũ examẽ pro forma, in qualibet noua

prouiſione, & inſtitutione Eccleſiæ Parochialis, deſiderari, quamvis ad alteram quis iam examinatus, & approbatus reperiatur, præſertim ſi tale examen non fuit factum à moderno Prælato, ſed ab eius anteceſſoribus, vt deciſum eſt in Rota Romana apud Seraphin. *2.tom. deciſ.*1323. *pag.*223. & in alia, quam adducit Nicol. Garcia *de benef. 6.par. cap.*2. *num.*266. cuius hæc ſunt verba: *Quando examen requiritur pro forma, debet præcedere quamlibet prouiſionem, quamvis aliàs ſit examinatus, & approbatus, etiam ad parochiales, maximè quandò ab alio Ordinario.* Nam quamvis prima approbatio poſſit videri ſufficiens, vt de idoneitate conſtet, & ei ſemper multum deferri debeat, vt in Extrauagant. Benedict. XI. inter cunctas, de priuilegiis, cum traditis à Vazquez *tom.*4. *q.*93. *art.* 3. *dub.*5. *num.*4. Llamas de curat. anim. *in* 1. *par. method. cap.*7. & nouiſſimè Torrebl. *de iure ſpirit. lib.*14. *cap.*2. & 3. Concilium tamen in quolibet, quantumvis idoneo, examen requirit, & ita circa eius declarationem reſoluit Aloiſ. Riccius, & plurimi alij, quos refert, & ſequitur Garcia *vbi ſup. num.*265. Quaranta *in ſumma Bullarij, verb. Beneficiorum Parochialium collatio, §. circa examen, pag.*93. vbi inquit, hoc procedere, etiam ſi promouendus eſſet famoſiſſimus Doctor, qui cum maximo applauſu per plures annos legerit, & quòd aliàs collatio erit nulla iuxta Pij V. conſtitutionem, idem docet Rebuff. *in tract. nominat. q.*18. Paul. Fuſcus *de viſit. lib.*2. *cap.*5. Nauarr. *conſ.*5. *de off. Ordinar.* & latiùs cæteris Flamin. Pariſ. vbi hoc extendit etiam ad beneficia vacantia per reſignationem, *lib.*8. *de reſignat. benef. q.*9. *à num.*77. & *lib.*10. *q.*7. vbi inquit: *Quod videmus contingere tota die cuilibet etiam doctiſſimo*, & *eadem q.*9. *num.* 91. addit per S. Congreg. declaratum fuiſſe, hoc procedere, quamvis quis ſit Licentiatus, vel Doctor in Theologia, vel iure Canonico, & latè de hac examinatione, & reexaminatione agens Lucarinus Academ. *quæſtion. acad.*2. *obſeru.*1. & Regorius *in q. Sabina* 2. *inter quæſt.*
32 *diuerſ. pag. mihi* 165. vbi, quòd † ſi Scholari, vel alteri, qui putabatur idoneus, collata eſt præbenda, & poſteà reperiatur inſufficiens, poteſt illa priuari, cuius etiam memini *ſup. cap. præced. num.*20.

Et huius Doctrinæ veritas ſuadetur, quia qui
33 † olim aptus fuit, hodie propter ætatem, vel obliuionem, in hominibus naturalem, vel alios varios caſus aptus, & idoneus fortè non erit, *l. peregrè* 44. *D. de acquir. poſſeſſ. cum ſimilibus.* Et
34 † non implet Prælatus, quod ſuarum eſt partiũ, ſi cùm hodie, & per ſe approbationem dare, & inſtitutionem facere debeat, de præterita approbatione, maxime antiqua, aut à ſuis anteceſſoribus facta, confidit, vt benè reſoluit Seraph. *d. deciſ.*1323. Et iterùm, & meliùs 1. *tom. deciſ.*968. *num.*10. *pag.*640. vbi concludit, quòd, qui ſemel eſt examinatus, poteſt per nouum examen reprobari, & ſic duo ſimul clarè ſupponit. Primum poſſe dari ſecundum examen. Alterum in hoc ſecundo examine poſſe inſufficientem declarari, qui anteà idoneus declaratus fuit. Nimirum quia quemadmodum omne artificium recipit incrementum per exercitium, *l. legatis ſeruis* 63. §. *ornatricibus, D. de legat.*3. Ita etiam per non vſum, aut propter morum corruptionem olim aptus, hodie ineptus poterit inueniri.

Et iuxta hæc notabiliter conſuluit Oldrad.
conſ.18. etiam † bis examinatum ad duas Paro- 35
chias, debere ad tertiam examinari, & poſſe reprobari, ſi minus habilis reperiatur; ea eleganti ratione vtens, quia ſi in aliis muneribus, & officiis hoc permittitur, & practicatur, vt *in l. vt gradatim. §. reprobari, D. de mun. & honor. l. ſed & reprobari* 7. *D. de excuſat. tut. l.*2. *D. de profeſſ. & med.* multò magis idem admitti, & practicari debet in exercentibus prædictam curam animarum, in quibus tale periculum maius eſt, propterea quòd talis cura ars artium nuncupatur, cap. cùm ſit 14. de ætate, & qualitate. Et eò maximè, quòd multoties contingat, aliquos à principio perfunctoriè examinari, vt ibidem idem Oldrad. aduertit. Cui addo (ne per mendicata ſuffragia ambulare videamur) expreſſam
ſacræ † Congreg. Cardin. declarationem, hunc 36
caſum in terminis decidentem, in hæc verba: *Non ſufficit, quòd præſentatus fuerit aliàs examinatus, & approbatus ab alio Ordinario ad beneficium curatum*, quam referunt Farinac. Gallemart. & Marcilla *ſup. d. cap.*18. *Trid. ſeſſ.*24.

Quæ omnia proculdubio certiora ſunt in no-
ſtris Doctrinis Indorum, † in quibus præci- 37
puum examen conſiſtit in idiomatis intelligentia, quæ vt leuiter à multis Religioſis, & ab aliis addiſcitur, vt poſſint in his Doctrinis præfici, ita eadem facilitate, poſtquàm illis præfecti ſunt, per incuriam amittitur. Quod ſi promotio facienda ſit ad Doctrinam diuerſi idiomatis, tunc nulla dubitatio ſubeundi noui examinis eſſe poterit. Prout hæc omnia cohærenter ad diſpoſitiones iuris communis, & deciſiones Rotæ, & S. Congregat. *ſuprà* relatas, declarauit vltima illa ſched. cuius ſæpè meminimus ann. 1634. aliquantiſper propter itinerum difficultatem, & Religioſorum commoditatem eas temperans,
† & nouum examen excuſari poſſe tradens, in 38
ſemel ab eodem Prælato ad aliud ſimile beneficium eiuſdem idiomatis approbatis, & examinatis, in hæc verba: *Pero es declaracion, que los examinados, y aprobados vna vez, no han de boluer à ſerlo, ni por los proprios Arçobiſpos, y Obiſpos, ni por ſus ſuceſſores. Y eſto ſe ha de entender para el miſmo Arçobiſpado, ò Obiſpado, en que fueren examinados, y en que ſe les huuiere dado, y diere la aprobacion como à tales Curas, ſin limitacion alguna. Mas ſi ſobreuiniere cauſa que lo pida, ò por demeritos en la ſuficiencia, ò falta del idioma, ò por ſuceder, como de ordinario ſucede, que traten de mudarſe, y paſſarſe à otra Doctrina, en que aya, y ſe hable otra lengua, es juſto que ſe examinen; y declaro, que pueden, y deben ſer examinados de nueuo, porque y à no ſe halla en ellos aquella ſuficiencia que merecio la primera aprobacion: y aſſi lo podran hazer, y mandar los Arçobiſpos, ò Obiſpos para quietud de ſus conciencias, &c.*

Et conducit valdè, † quod in ſimili pluries 39
declarauit Congregatio Epiſcop. & regular. quam referunt Seller *in ſelect. Canon. cap.*14. *num.*27. Et Aug. Barboſa *in collect. ad Trid. ſeſſ.*23. *de reformat. cap.*15. *pag.*32. *numer.*49. & 51. Nempè regulares ab Epiſcopo anteceſſore, præuio examine, approbatos, ad perſonarum ſecularium confeſſiones audiendas, poſſe modernum Epiſcopum pro maiori cõſcientiæ ſuæ quiete iterũ examinare, & ſi minus idonei

repert

reperti fuerint, reprobare, quinimò, & à semetipso approbatos, si aliqua iusta causa interueniat, quæ ad suspendendum, vel denegandum eisdem ministerium confessionis pertineat, & tradit alia, latè rem disputans, & bene resoluens Ioan. Sanch. *in select. disputat. c.* 48. *fol.* 51. *& cap.* 50. *fol* 489.

Tertius Articulus in schedulis suprà relatis decisus, & adhuc à dictis Religiosis, suis priuilegiis insistentibus, dure, & impatienter acceptus, tendit † ad iurisdictionem, visitationem, & correctionem Ordinariorum circa eosdem Religiosos, quatenus dicta Curata Indorum exerceent. Aiunt quippe, hoc nullatenus sua instituta permittere, quæ eos à dicta iurisdictione totaliter eximunt, *cap. cum dilecta, de confirmat. vtil* gloss. *in cap. non licet, verb. Sua Diœcesis, de præscript.* cum latè adductis à Farin. *decis. Rotæ* 105. *per tot. lib.* 1. *in volum. consil. & decision.* & Miranda in Manual. Prælat. 1. *tom. quæst.* 13. *per totam.* Nec debere † duas visitationes, Ordinarij, scilicet, & suorum regularium Prælatorum subire, quorum iurisdictioni Ordinariæ, quam in ipsos exercent, annexa est, & esse debet visitatio, & correctio, ex traditis ab Altamirano *in tract. de visitat. fol.* 27. *num.* 68. *col.* 1. & Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 20. ibi: *Abbates, qui sunt Ordinum capita, & cæteri prædictorum Ordinum superiores Episcopis non subiecti, &c. ex officio visitent.* Et ad hoc expendunt eadem ferè illa, quæ in articulis superioribus adnotaui, & quod † vnum corpus diuersa capita habens, quasi monstrum censetur, *cap. quoniam, vers. Tanquam vnum, de offic. Ordin.* Neminemque † posse duobus dominis seruire, vel à duobus iudicibus super eadem administratione iudicari, vel syndicari, *leg. si vt certo, §. si duobus vehiculum, D. commod. l. seruus, D. de acq. rer. domin. c. in noua* 16. *quæst.* 7. *cap. conouimus* 12. *quæst.* 2. ibi: *Incongruum namque est vnam, eandémque Ecclesiæ substantiam dupli- quodammodo iure censeri.* Matth. 6. *Nemo potest duobus dominis seruire, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet.* Quorum argumento, iurisdictionem indiuiduam esse, nec posse integraliter vno, eodémque tempore apud duos iudices, vel Magistratus manere, latè tradunt D. *in l.* 4. *§. Cato, D. de verbor. oblig.* Abb. *in cap. prudentiam, num.* 2. *de offic. deleg.* Felin. *in cap. cum ex officij, num.* 2. *de præscript.* & magis in specie Craueta *cons.* 411. *numer.* 1. *&* 6. ...3. & plures alij relati à Menoch. *consil.* 1156. *num.* 50. *volum.* 12. & Marta *de iurisd.* 1. *part. cap.* 48. *num.* 1.

Et præterea adducunt exempla † aliquarum Parochiarum Hispaniæ sub Militaribus Ordinibus, vel sancti Benedicti, aut aliis Monachalibus constitutarum, in quibus Ordinarij, nec per viam visitationis, nec alio modo vllam iurisdictionem exercent, vt aduertit Eman. Roder. *tom. quæst. regul. quæst.* 36. *art.* 3. *&* 4. & Cened. *in pract. Canon. q.* 26. *num.* 25. ibi: *Ex quibus inferri licet, quod regulares seruientes beneficia curata sui Ordinis, qui non sunt subiecti Episcopo, quorum Diœcesi extiterint, non debent per Episcopos visitari, si tales habuerint Abbates, aut Generales, aut Superiores, qui habeant iurisdictionem ordinariam, &c.*

Ac denique quasdam declarationes S. Congreg. Cardin. quæ tunc tantum videntur † dictam visitationem in Parochiis regularium permittere, vbi in eis curam animarum per sæculares exercetur, quas refert Farin. ad Trident. *sess.* 7. *cap.* 5. vbi Aug. Barbosa aliam adducit dicentem: *Quod etiam si Ecclesiæ sint regularium, tamen tunc ab Ordinariis visitari debent, quando cura exercetur per Sacerdotes sæculares.* Et de his agit Fr. Eman. Roder. 1. *tom. regul. quæst.* 35. *& seqq.* Fr. Ioann. Baptista *in d. aduert.* 2. *part. fol.* 257. *& seqq. & fol.* 379. Fr. Ioan. Torquem. *in Monarch. Ind. lib.* 5. *cap.* 7. *pag.* 800. & Fr. Anton. Remesal *in hist. Guathemalensi, lib.* 11. *cap.* 5. *&* 6.

Sed quicquid ipsi dicant, & obiiciant, certum est de iure communi, & Regio Indiarum regulares, † his Doctrinis inseruientes, saltem 47
in officio, quod dicunt officiando, Ordinariorum iurisdictionem, & visitationem non posse, nec debere subterfugere, ac recusare; quia aliter ratio muneris, quod exercent, constare non posset, nisi ea redderetur Prælatis ibidem omnimodam in spiritualibus iurisdictionem habentibus, vt colligitur ex † text. celebri *in cap. cum* 48
capella 16. *de priuileg.* vbi licet Capellanis Ducis Burgundiæ, in quantum talibus, priuilegium exemptionis à iurisdictione Ordinarij per sedem Apostolicam concessum, reuerenter obseruari iubeatur; si tamen aliqui ex his curatum exerceant, quoad hoc, Episcopo subduntur, vt constat ex illis verbis: *Quocirca mandamus, quatenus in quantum exempti sunt, eiusdem ratione Capellæ Apostolicis priuilegiis deferas reuerenter, sed in quantum ratione Parochialium Ecclesiarum, vel alias iurisdictionem tuam respicere dignoscuntur, officij tui debitum in eosdem liberè prosequaris*; vbi gloss. *verb. In quantum exempti*, rectissimè notat, non † esse nouum, 49
nec insolens, vt vnus, & idem homo diuersis respectibus, diuerso iure censeatur, & in aliquibus exemptione gaudeat, in aliis non, vt in exemplo *cap. tuarum, & cap. ex ore, in fine, eod. tit. de priuileg. & cap. tuas, de maior. & obed.* & idem in nostris terminis probat text. *in cap. qui Religiosis* 18. *q.* 2. *cap. quoniam* 21. *eod. tit. de priuil. cap.* 1. *§. in eos autem, eod. tit. lib.* 6. & Concil. Trid. *d. sess.* 25. *cap.* 11. cuius verba adduxi *suprà hoc cap. num.* 11. & plures casus adducens, † in 50
quibus regulares exempti iurisdictioni Ordinarij subiiciuntur, Cened. *in pract. Canon. d. q.* 26. *per totam*, Erasmus à Cochier in integro, & satis docto, & copioso tractatu de iurisdictione in exemptos, & Campanillus statim citandus.

Et ita in nostris terminis expresse tenent, & † de communi totius orbis praxi testantur 51
Paul. Fuscus *de visitat. lib.* 2. *cap.* 16. *per totum*, Fr. Eman. Roder. *in d. quæst.* 36. *art.* 4. *& tom.* 2. *quæst.* 63. *artic.* 11. *vers. Et aduertendum*, Piasec. *in prax. Episcop.* 2. *part. cap.* 3. *numer.* 46. Franc. Leo *in thesaur. for. Eccles.* 2. *part. cap.* 18. *numer.* 105. Riccius *in praxi rer. for. Eccles. decis.* 608. *numer.* 2. *& decis.* 736. *& in prax. aurea, resolut.* 176. Mar. Anton. Maceratens. *lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 17. *per totum, & cap.* 112. *casu* 50. *vers. Non fuit autem dubitatum*, Petr. Cenedus *sup. num.* 25. Campanillus *in diuers. iur. Canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 51. *cum seqq. & num.* 115. Hier. Venerus à Leiua *in exam. Episcopor. lib* 6 *cap.* 11. *ex num.* 2. Vgolin. *de offic. & potest. Episcop. cap.* 20. *§.* 4. *& c.* 21. *§.* 5. Paul. Bertus *in praxi criminali regularium, sæculariúmque omnium,*

omnium, *tit.4. de viſit. cap. 29. de viſitat. regul. num.* 46. Fr. Ioan. de la Cruz *in epitome de ſtatu Religion. lib. 2. cap.3.fol.mihi* 122. *pag.*1. *verſ.*7. Azor. *tom.*1. *inſtit. moral. lib.*12. *cap.*18.*verſ.*46. Seraphin. *deciſ.* Rotæ 1067. *num.* 2. *verſ. Poſtremò*, Barboſa *in Paſtorali*, *part.* 3. *alleg.*74. *ex num.* 18. vbi Nauarr. Sairum, & alios adducit, Mareſcot. *lib.*2. *reſolut. cap.*35. *num.* 22. *& ſeqq.* vbi plura ſatis notabilia cumulat de his beneficiis regularibus, de quibus tractamus. Aldana *in compend. Canon. reſol. lib.* 2. *titul.* 8. *num.*40. vbi dicit reſolutum fuiſſe, quod huic iuriſdictioni,& viſitationi Ordinarij non obſtat Breue Pij V. ann.1567. Seller, qui de alia ſimili deciſione teſtatur, *in ſelect. Canon. cap.* 112. *num.* 8. & plures alij, quos refert Eraſm. Cochier. *in d. tractat. de iuriſd. in exempt.* 2. *part. quæſt.*2. *per tot.* & Auguſt. Barboſ. *in nouiſſ. collect. ad Trid. d. cap.*11. *numer.* 11. *& ſeqq. pag.* 563. vbi refert reſcriptum Pij V. ann. 1571. quo cauetur, Eccleſias Militum ſancti Ioan. Ieroſolym. quibus cura animarum incumbit,in concernentibus ipſam curam, Ordinario eſſe ſubiectas,& ab eo viſitari poſſe.

52 Et idem † in terminis noſtrorum regularium Indiarum tandem fatetur Eman. Roder. *dict. quæſt.*36.*art.*3 *&* 2.*tom.q.*64.*art.*1. & idem Emanuelem referens, & tranſcribens,tenet Fr.Ioan. Bapt. *vbi ſuprà* Matienz. *de mod.Regni Perù*, 1. *part. cap.*37. qui ait, aliter has Doctrinas conſtare non poſſe, Miranda *in Manuali Prælat. quæſt.*42. *art.*1. *& ſeqq.* & nouiſſimè D. D. Felician. à Vega Epiſcop.Pacenſ. & nunc cum hæc prælo mandantur in Archiepiſcopum Mexicanum electus, *in cap.cæterum* 5. *de iudiciis*, *n.*36. vbi ad hoc expendit verba ſched. ann. 1624. quæ retuli *cap.præcedenti*, *num.*77.& huc transferenda ſunt: ſed ante eam idem non minus apertè cautum inuenio in nobili illa ſchedula dat. Matrit. 16. Decembr. ann. 1587. *tom.* 1. *impreſſ. pag.*100. Quæ cum aliam ann. 1583.ſuſpendere iuſſiſſet, quæ omnes Doctrinas Religioſis adimere præcipiebat,vt dixi *ſup. cap. proxim. num.*25. Eam veluti conditionem adducit, vt ab Ordinariis ſe circa officium curati paterentur. Ita enim inquit: *Y vos perſonalmente, y ſin cometerlo à otra perſona alguna, viſitareis las Igleſias de las Doctrinas, donde eſtuuieren los dichos Religioſos, y en ellas el ſanto Sacramento, y pila del Bautiſmo, y las fabricas de las dichas Igleſias, y las limoſnas dadas para ellas, y todas las demas coſas tocantes à las tales Igleſias, y ſeruicio del culto diuino, y Religioſos que eſtuuieren en las dichas Doctrinas. Anſimiſmo les viſitareis, y corregireis en quanto à Curas fraternalmente, teniendo particular cuenta de mirar por el honor, y buena fama de los tales Religioſos en los negocios que fueren ocultos: y quando mas que eſto fuere meneſter, ò conuiniere, dareis noticia à los Prelados, para que los caſtiguen, y no lo haziendo ellos, hareiſlo vos, conforme à lo diſpueſto en el ſanto Concilio de Trento, y paſſado el termino, y tiempo en el contenido, &c.* quæ ſchedula refertur etiam à Fr. Ioan. Baptiſta, Torquemada, & Remeſal vbi ſuprà. Et cum ita antiqua ſit, & ab ipſis Religioſis impetrata, vt eis Doctrinæ relinquerentur, neſcio cur has nouiores ann. 1624. & 1634. tanquam duras accuſent, cum nihil amplius, quam illa, hac in parte contineant. Quod & repetitur in alia ann. 1618. cuius memini *ſuprà num.*13. ibi: *Y que ſi en las viſitas que los dichos Prelados les hizieren,en quanto à Curas,hallaren à los dichos Religioſos Doctrinantes ſin la ſuficiencia, partes, y exemplo que ſe requiere, y ſin ſaber, y entender la lengua de los Indios que doctrinaren ſuficientemente, los remueuan, y auiſen à ſus Superiores, para que nombren otros, que tengan la ſuficiencia neceſſaria, en que han de ſer examinados.* Et ſunt innumeræ aliæ de eadem viſitatione agentes; & quod ſi Epiſcopus non poſſit per ſe illam facere, mittat Religioſos ad aliorum Religioſorum viſitationem, quæ habentur *in* 1.*tom.impreſſ.pag.*115. *cum ſeqq.*

Quod tamen innouauit Dom. Prorex Princeps Squillacenſ. innixus verbis d. ſched. ann. 1618. ibi: *Y exemplo*: & auxilium Epiſcopis præbuit, † vt generaliter de moribus, & vita eos viſitare poſſent. Cumque de hoc Regium Senatum certiorem feciſſet, reſponſum accepit per epiſt.dat. Matr. 17. Martij ann. 1619. *Eſtà bien el auer impartido el auxilio al Arçobiſpo para execucion de las cedulas, en que ſe manda, que los frailes Doctrineros ſean viſitados en la vida y coſtumbres.* Quæ tamen verba temere prolata videntur, quia eorum occaſione generalis Religioſorum viſitatio indicebatur, quod magnas turbas excitauit, & ita in nouioribus reuocantur, & geminatè dicitur dictam viſitationem contineri debere, *Dentro de los limites, y exercitio de Curas reſtrictamente, y no en mas.* Hoc enim eſt conformius diſpoſitioni Tridentini *d. cap.*11. & auctoritatibus ſuprà relatis. Vnde regularem delinquentem extra Sacramentorum adminiſtrationem, & curam animarum, non ab Epiſcopo, ſed à ſuis Superioribus puniendum eſſe, referunt deciſum Gallerat. *in margar. caſuum conſcientiæ, verb. Parochus*,Riccius *d. reſolut.* 513. *num.* 2. *& reſolut.* 532. & Auguſt. Barboſ. *in collect.ad d.cap.Trid.num.*10. *parr.* 563. ſi verò intra dictum officium, bene poteſt ab Ordinario corrigi, & puniri, vt Trident. *d. cap.* 11. & dictæ ſchedulæ tradunt, ibi: *Vſando de correccion, y caſtigo, en lo que fuere neceſſario*, & varias circa hoc declarationes S. Congreg. adducentes, Seller *in ſelect. Canon. cap.*112. *num.*8. vbi dicit,ita reſolutum per ſacr. Congregat. Epiſcop.ſub die 6. Febr. ann.1627. idem Seller *vbi ſuprà num.* 28. vbi atteſtatur reſolutum in Camarinenſi 20.Martij 1621.quod Epiſcopus poteſt regulares in iis, quæ curam animarum,& Sacramentorum adminiſtrationem concernunt,viſitare,& examinare,& contra eos, non parentes, & non exequentes decreta in viſitatione facta, procedere, eoſque cogere ad exequendum.

Quibus non obſtant exempla, quæ *ſuprà num.* 45. adduxi,† de Curatis Ordinum Militarium, & aliis, in quibus Epiſcopi nullatenus ſe, etiam per viam viſitationis officij officiandi ingerunt, & immiſcent, vt Emanuel, & Cened. ibid. relati teſtantur. Quia, vt iidem Auctores oſtendunt, id debet intelligi in Eccleſiis, quæ omnino ſunt exemptæ à iuriſdictione Ordinarij, atque adeo non ſunt ſuæ Diœceſis, ſed ſub ordinaria, & omnimoda iuriſdictione Prælatorum regularium. Quod in noſtris Doctrinis ſecus procedit, cum nullum alium Ordinarium habeant nec agnoſcant,& ita in eis Trid. deciſio omnino ſeruari debeat.

Sed

Sed est quæstionis, & quidem grauissimæ, & sæpiùs occurrentis, an † tales regulares sub occasione dictæ visitationis, & correctionis, possint ab Ordinariis excommunicari, vel suspendi? Et dubitandi rationem mouet, quòd ipsi regulares, maximè Mendicantes, se aliud speciale priuilegium habere obiiciunt, † vt ab Archiepiscopis, & Episcopis suspendi, interdici, vel excommunicari non possint, vt constat *ex cap.1. vers.1. In eos autem, de priuil. in 6.* vbi DD. *Compend. priuileg. Mendican. verb. Exemptio, num.* 9. 23. & 24. Bulla Paul. III. ann. 1549. quæ idem priuilegium concessit Religiosis Societatis Iesu, cum aliis, quæ adducit Gambara, Enriquez, & Emanuel Roder. quos refert, & sequitur Thom. Sanchez *de matrim. lib.7. disp.33. n.* 13. idem Emanuel Roder. *in summa vlt. edition. tom.1. verb. Descomunion, cap.140. num.6.* concludens, hæc priuilegia seruanda illis esse, nisi expressè concedatur Episcopis, vt in aliquibus casibus possint latis censuris contra exemptos procedere, vt euenit in decret. Trident. *sess. 25. de regul. cap.1. & 16. & sess.22. can.9.* in decreto de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ.

Cæterùm, his non obstantibus, contrarium resoluendum est, quia cùm in casu, de quo loquimur, † Episcopi habeant iurisdictionem, & correctionem in regulares beneficiarios, iisque immediatè subsint, vt disponitur in Trid. *d. sess. 25. cap.11.* & declaratur in decisionibus, & schedulis Regiis suprà relatis, nullum dubium esse videtur, quin possent eosdem excommunicare, quoniam potestas excommunicandi, eius est, qui iurisdictionem in foro externo ad cogendum habet, vt aliorum plurium auctoritate tradit Thom. Sanchez *ead. disp.33. num.22. & 23. ad finem*, & aliàs veluti frustratoria redderetur iurisdictio illis concessa, si armis priuarentur, quibus Ecclesia solita est vti contra subditos inobedientes, & contumaces, vt in simili inquit Trid. *sess.25. cap.3. de reformat. gloss. verb. Executorem, in cap. super quæstionum, & in cap. ex litteris, verb. Si subdelegatus, & in cap. fin. verb. Commissum, de offic. deleg.* vbi docet, etiam habentem nudum ministerium posse excommunicare impedientes suam commissionem, ne aliàs inutilis sit commissio, ex regul. text. *in l.2. D. de iurisdiction. omnium iud. cap. Pastoralis, & cap. præterea, de offic. delegat.* cum vulgat.

Rursus facit, quòd Trident. *d. cap.11.* in visitatione, & correctione dictorum regularium simpliciter, & absque vlla districtione pœnarum, vel censurarum loquitur, vt patet ex eius verbis *sup. num.11.* relatis, ibi: † *Subsint immediatè iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, &c.* Vnde Episcoporum arbitrio relinquere videtur, quam malint pœnam, vel censuram irrogare, ex text. *in cap. de causis, 4. §. illis etiam, de offic. deleg.* ibi: *Si tale fuerit negotium, quod certa exinde pœna canonibus exprimatur, eandem infligas, alioqui ipsos pro delicti qualitate, & causa, secundùm tuum arbitrium, punire procures*; vbi gloss. *verb. Arbitrium*, cum concord. & facit etiam gloss. *verb. Simpliciter, in fine, in dict.*
6 *cap. præterea, eodem tit.* dum inquit, † quòd verbum simpliciter positum, generaliter intelligitur; pro quo allegat text. *in cap. si Romanorum 11. distinct. & in cap. quia circa, de priuileg.*

Et eadem consideratione vtens, resoluit in simili Riccius *in d. prax. for. Eccles. in prax. pœnar. decis.362 num.6. & in collect. decis. 4. par. collect* 882. quòd in casu eiusdem Concilij *sess.25. de regul. cap.13.* quo decernitur, quòd † Episcopi possint compellere Religiosos, vt ad publicas processiones accedant, 61
poterit id pœnis, & censuris efficere, pro quo plures Auctores adducit, & idem tenet Graffis *lib.3. consi.10. de regular. numer.26. & seqq.* Stephan. Gratian. *decis. Marchiæ 232. numer.* 13. & 15. Maceratens. *lib.1. var. resol. c.112. cas.35. ad finem*, qui refert ita fuisse decisum in Curia Episcopali Papiæ, Emanuel Roder. *quæst. regul. 3 tom. q.36. art.1. ad finem*, vbi inquit, ita sensisse Sac. Congreg. Cardin. cuius declarationem adducit Zerola *in prax. Episcop. verb. Excommunicatio, Rubr. de excommun. causa materiali, §. ad quintum, vers. Secundò fallit*, Cened. *in pract. Canon. q.26. n.16.* Farin. Gallemar. Marcilla, Barbos. *in remiss. & declarat. ad d. cap.13. Concilij.*

Deinde facit, quòd † *d. cap 11. Trid.* vt 62
benè considerat Vgolin. *d. tract. de off. Episcopi, cap.20. §.4. numer.1. in princip.* quoad iurisdictionem, & subiectionem Episcoporum in hac parte iungit, & æquiparat regulares curam exercentes, cum secularibus, quibus ipsi regulares eandem curam in suis Monasteriis commiserint, vt patet ex illis verbis: *Persona tam regulares, quàm seculares huiusmodi curam exercentes, subsint immediatè, &c.* Vnde cùm † eadem sit ratio æquiparatorum, 63
l.1. D. de leg.1. cum traditis ab Euerard. in loco à simili, & magis in nostris terminis à Ioseph. Aldret. *in alleg. iuris pro exempt. regular. ab eorum Ordinariis, cap.6. num.5. & 6.* quemadmodum dubium non est, quin Episcopi possint excommunicare seculares, ita dubitari non debet, quòd possint & regulares, *ex l. lex iam hoc iure, D. de vulg. & l. talis scriptura, §. fin. de leg. 1. cum simil.*

Cui considerationi non obstabit, si ex aduerso replicetur, illam procedere, vbi militat eadem ratio in æquiparatis, non si diuersa, ex latè traditis ab Anton. Gabr. *lib.6. commun. tit. de clausul. concl.9. num.3.* & Aldrete *vbi sup. cap. 8. num.12.* prout in nostro casu contingere dicunt, *respectu specialis priuilegij*, quod Ordines Mendicantes, & alias habere retulimus. Nam huic obiectioni facilè respondetur, hodie † regulares curam exercentes, in quantum tales 64
Curatos, nullis priuilegiis gaudere, cùm derogata sint *ex eod. cap.11. Trident.* & ex aliis Breuibus, & declarationibus suprà latè relatis, & expressè in illa, quæ refertur à Farin. Marcill. & Gallemar. ibid. & ita habet: *Non intendit hoc decretum priuilegiis regularium derogare, nisi in his tantùm, quæ ad animarum actualem Sacramentorum administrationem pertinent, atque concernunt.* Vnde benè consequitur, quòd in his nullis priuilegiis fruuntur, atque adeò secularibus similes sunt, prout & in simili, loquens de eadem exemptione excommunicationis, docet, & probat † celebris text. *in* 65
cap.1. vers. In eos, de priuil. lib.6. in hæc pulchra, & optima verba: *In eos autem, quibus nec interdici, suspendi, vel excommunicari à*

quoquam valeant, à ſede Apoſtolica eſt indultum (ſicut ſunt Religioſi quamplures) in quorum priuilegiis continetur, ne quiſquam Epiſcopus, vel Archiepiſcopus Monaſteriorum ſuorum Monachos pro vlla cauſa, vllouè loco, interdicere, ſuſpendere, vel excommunicare præſumat, iidem Ordinarij iuriſdictionem ſuam, quantum ad iſta, vbicunque illi fuerint, penitus exercere non poſſunt: niſi forſan ipſi Monachi ad Monaſteriorum ſuorum Prioratus Ordinariis eiſdem ſubiectos, vt vel gerant eorum regimen, vel in eis tanquam proprij locorum ipſorum Monachi reſideant, fuerint deſtinati. Tunc enim, etſi liberè poſſint ad eadem Monaſteria reuocari, ac tam illorum, quàm ipſorum Prioratuum Monachi reputentur, cùm non ſit inconueniens aliquem vtrobique locum habere Monachi, cùm vnum altero ſubeſſe Monaſterio, vel ab ipſo noſcitur dependere. Ratione tamen eorundem Prioratuum dicti Ordinarij ſua iuriſdictione in ipſis etiam quoad præmiſſa quamdiu morantur in illis, licitè vti poſſunt. Per quem text. ex Concil. Trident. *ſeſſ.25. de regul. cap.22.* & Conſt. Pij IV. ann. 1565. generaliter docent Paul. Piaſec. *in prax. Epiſcop. 2. par. cap. 3. num. 52. verſ. Relinquentes.* Et Genuenſ. *in prax. Archiepiſc. Neapol. cap. 59. n. 8.*
66 delinquentes † Religioſos, in caſibus, in quibus ex Concil. Trid. iuriſdictioni Epiſcoporum ſubduntur, excommunicari, & aliis pœnis puniri poſſe ab Epiſcopo. Cùm quoad contenta in Cõcilio ceſſent omnia eorum priuilegia, & exẽptiones ex eo, quia *in d. c. 22.* mãdat obſeruari omnia decreta de regularibus, non obſtantibus priuilegiis, & deputat executores Epiſcopis. Vnde ſequitur, quòd cùm nulla ratio priuilegiorum ſit habenda, nec Concilium reſtringat modum compellendi, remittitur arbitrio ipſius Epiſcopi, *l. 1. de iure delib.* & in terminis Aldana *in Compend. Canon. reſol. libr. 2. tit. 18. numer. 20.* vbi in vna Limana 19. Septemb. 1625. refert deciſum, licere Epiſcopo etiam pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis in decretis eidem ſpecialiter commiſſis, *d. ſeſſ. 25. de regular.* regulares compellere ad eorum executionem.

Denique facit, quia in ipſis noſtris terminis, de poteſtate Epiſcoporum in Curatis regulari-
67 bus excommunicandis, † ſi impediant viſitationem, etiam non adhibitis monitionibus, in ipſo actu manifeſtæ violentiæ ſibi illatæ, pro defenſione ſuorum iurium, adeſt expreſſa reſolutio, Marc. Ant. Genuenſ. *in prax. Archiepiſc. Neap. cap. 18.* Campanill. *in diuerſ. iur. Canon. rubr. 12. cap. 13. n. 53.* Et idem generaliter quoties ſibi oportere viſum fuerit, tenet Maceratẽſ.
68 *d. lib. 1. reſol. vlt. caſu* 50. inquiens, † quòd huiuſmodi caſu clerici appellatione venit regularis Curatus, & allegatis aliquibus iuribus ſup. relatis, Aldrete *in d. alleg. c. 9. n. 6. verſ. Præterea*, vbi concludit, quòd quoties Monachi Ordinariis ſubiiciuntur, poſſunt excommunicari, non obſtãte eorum priuilegio, ſicut & aliis pœnis affici, Cerola *in prax. Epiſc. d. verb Excommunicatio §. ad quintum*, verſ. 4. ad finem, ibi: *Nonò fallit, quando regulares haberent curam animarum in Eccleſiis curatis Monaſteriorum, ſeu domorum, tã virorum, quàm mulierum, quoad curam animarũ*, Salced. *in addit. ad prax.* Bernard. Diaz *cap. 3. litt. A §. punire, in fine*, quem ad hoc citat idem Sanchez *d. lib. 7. de matrim. c. 33. num. 22.*

Et iuxta hæc etiam reſolutum fuit, quòd regulares † per Epiſcopum compelli poſſunt cẽſuris ad obſeruantiam feſtorum per illum cum approbatione populi indictorum, vt teſtatur Seller in ſelect. Canon. *cap. 2. num. 11.* quem refert Aug. Barboſ. *in collect. ad Trid. ſeſſ. 25. cap. 12. pag. 567. num. 9.* Et † ſimiliter vt regulares curã ſecularium exercentes in emolumentis legitimè percipiendis, prohiberi poſſunt per Epiſcopos, ne excedant taxam ab eis præſcriptam, idem Seller *cap. 112. num. 11.* vbi teſtatur ita reſolutum in vna Limana 18. Septembr. ann. 1623. quem etiam refert Barboſa in collect. *ad d. ſeſſ. 23. cap. 11. num. 16. pag. 564.* Et † de pluribus aliis caſibus, in quibus ratione officij, vel ex aliis variis cauſis regulares, non obſtantibus ſuis exceptionibus, ſubiaceant iuriſdictioni, & correctioni Ordinariorum, vide quæ latè ſcribit Eraſm. Cochier in integro tract. de iuriſd. Ordinarij in exemptos, & Hieronym. Ceuall. de cognit. per viam violent. *2. part. quæſt. 71. per totam.*

CAPVT XVIII.

De Miſsionibus expeditionibus ſpiritualibus eorundem regularium pro Indorum conuerſione ſuſceptis, & ſuſcipiendis, & præſertim de Iaponica, & Sinenſi, cum inſertione Breuis D.N. Vrb. PP. in quo eius forma præſcribitur.

SVMMARIVM.

1 *Miſſiones ſpirituales pro Indorum conuerſione habere, & inſtituere eſſe debet præcipuum munus regularium. Et quid Miſſionum nomine intelligitur.*

2 *Miſſionum pro infidelibus conuertendis antiquitas, & vtilitas.*

3 *Regularibus miſſionibus Indorum intentis, quæ priuilegia conceſſa ſint? remiſſiuè.*

4 *Regulares Luſitaniæ faciunt quartum votum de ſuſcipiendis miſſionibus ad Indos Orientales, & quod idem oporteret inſtituere pro Occidentalibus.*

5 *Religioſi Hiſpaniæ laudantur de alacritate, qua ſe offerunt Indorum miſſionibus, & conuerſionibus, & ſchedulæ, & Auctores, qui de hoc agunt.*

6 *Miſſionarij pro conuertendis infidelibus, Dei equi, quadrigæ, & nubes, & ſagittæ velociſſimæ vocantur in ſacra Pagina, & loca de his agentia.*

7 *Religioſi audito ſigno, pro expeditionibus Chriſtianis ad Indos conuertendos, qualiter ſe habeant, & habere debeant.*

8 *Religioſi etiam ad martyrium cateruatim volant pro miſſionibus, & conuerſionibus Indorum, & exempla quàmplurium, remiſſiuè.*

9 *Religioſi miſſionibus Indorum intenti aliquando exemplo Chriſti, & D. Pauli, ſe martyrio ſubtrahere debent, vt plures eidem Chriſto lucrifaciant.*

10 *Iaponiis pro miſſionibus, & expeditionibus, & laurea martyrij in eis ſuſcipienda*

insigne

insigne nostrorum Religiosorum certamen refertur.

Prædicatio verbi diuini omnibus fidelibus & præsertim Religiosis, communis est, & esse debet.

Euangelium qualiter prædicatum, & prædicandum per Religiosos prædixerit S. Vincentius Ferrer.

Religiosi Societatis Iesu, quibus fundamentis niterentur, sibi solis committendam esse spiritualem in Iaponios expeditionem.

Multitudo, & varietas operantium confusionem, & discordiam producere solet.

Apostoli prouincias ad prædicandum sortiti sunt, & Ecclesia Parochias diuidit.

Cap. quàm sit, vers. *Insuper, de Iudæis, expenditur.*

Dom. D. Emanuel Sarmiento & Mendoça Canonicus Hispalensis, laudatur.

Iaponensis missio à quibus, & quomodo ventilata, & resoluta fuerit, de mandato Regis Catholici.

Religiosi intendentes conuersioni Indorum, etsi disparis habitus, & professionis sint, inter se valdè conformes esse debent.

Cap. Deus, qui vult, de vita & honest. cler. *expenditur, & illustratur.*

Monasticæ cæremoniæ, & obseruationes ex causa à S. P. alterari possunt.

Habitum suæ Religionis, qui deserunt, ipso iure sunt excommunicati, nisi id fiat propter bonum superius.

Munere in vno eodemque, non debet dispar esse professio, neque in conuersione infidelium.

Rex noster quid tandem Rom. Pont. scribendum censuerit, super Christiana ad Iaponios, & Indos expeditione.

Vrbani D. N. PP. VIII. Bulla refertur, quæ continet modum prædicationis Iaponiensium.

Iaponiensium Prædicatores plurimi Martyrium passi sunt, & qui de eis agant.

Regulares missionibus intenti, inter infideles de sola suorum Prælatorum licentia prædicare, & Sacramenta exercere possunt.

Reges Catholici, & eorum in Indiis vicem gerentes possunt in vtroque foro Prædicatores, quos voluerint, eligere, & delegare ad missiones Indorum, etiam irrequisitis Episcopis.

Bulla Vrbani VIII. permittit missionariis Iaponiorum exercere inter eosdem officium Parochiale.

Religiosi nulli, etiam Societatis Iesu, possunt regulariter prædicare, nec confessiones audire, aliaue Sacramenta exercere sine licentia & approbatione Ordinariorum.

Religiosi Societatis Iesu solent prætendere exemptionẽ Ordinariorum ad prædicandum & confessiones audiendum.

Confirmationis Sacramentum requirit in conferente ordinem Episcopalem.

Confirmationis Sacramentum, vt conferre possint alij, quàm Episcopi, permittendum videtur inter Iaponios, & alios remotos infideles.

Confirmationis Sacramentum quid præstet & operetur.

34 *Papa potest dispensare, vt ex iustis causis conferat* Sacramentum *Confirmationis quilibet simplex Sacerdos.*

35 *Episcopi in Iaponia etiam ex ipsis Neophytis ordinari deberent, quorum proprium munus est prædicare.*

36 *Episcoporum ordo patrum generator dicitur, & quare.*

37 *Episcopi in primitiua Ecclesia ex Neophytis ordinati, & exempla.*

38 *Missionibus, & conuersionibus Indorum, qui intendunt, abstinere debent ab omni mercatura, & negotiatione.*

39 *Militibus omnibus negotiatio prohibebatur, & quare.*

40 *Christus Dominus Apostolis, quos ad prædicandum mittebat, omne temporale lucrum vetabat.*

41 *Infideles faciliùs conuertentur, si viderint, quòd Prædicatores, & Missionarij eorum ab omni cupiditate bonorum temporalium vacui sunt.*

42 *Prædicatores Indorum, quæ obseruare debeant, si velint in spirituali illorum salute magnum fructum facere.*

43 *Indorum Missionarij quæ possint, & debeant ab ipsis Indis spontè offerentibus capere.*

44 *Prædicatores Indorum, vt magis sufficiant, vitæ commoditates respuere non debent.*

45 *D. Lucæ locus cap. 22. de pera, & sacculo Apostolorum, quid significet? ex Beda, & aliis.*

46 *D. Pauli exemplum Missionarij ad conuertendos Indos attendere debent, & eius verba* 1. Corint. 9. *explicantur, cum D. August.*

47 *Clement. Alexand. & aliorum Patrum verba referuntur, de modo, quo se debet habere Prædicator, dum moratur inter infideles.*

48 *Catechista Indorum nouem proprietates habere debet ad lucrifaciendas animas eorum, ex P. Ioan. Busæo, & breuis illarum narratio.*

49 *Regulares missionibus occupati intra claustra manere dicuntur.*

50 *Breue Clem. VIII. refertur de missionibus Indorum agens, & quòd intra claustra degere sunt censendi.*

HIs ita præcognitis de regularibus, qui ex iniuncto, vel suscepto officio Parochiales Indorum Doctrinas exercent; superest, vt aliqua adiiciamus de illis, qui in eorundem Indorum prædicatione, & conuersione ex charitatis voto occupantur, & Missionibus (quas ipsi vocant) intendunt. Quod † sanè est, & esse de- 1
bet ipsorum Religiosorum præcipuum ministerium, vt optimè, post alios, considerat Ioseph. Acosta *de procuran. Ind. salut. libr. 5. capit. 21.* cum quatuor seqq. vbi missiones intelligit, excursiones, & peregrinationes, quæ oppidatim, verbi diuini, causa suscipiuntur; siue, vt Religiosi Parochos iuuent, quos hac de causa in ista militia spirituali rectissimè copiis auxiliaribus, leuisque armaturæ equitibus comparat, siue ad Indos (quod maximè curare debent) nec dum ad ditionem, & Religionem nostram redactos accedant. Et pluribus † sacræ Scripturæ locis, & sancto- 2
rum

rum virorum exemplis harum missionum in Ecclesia antiquitatem, vtilitatem, & obligationem exaggerat.

Quod etiam latissimè prosequitur Fr. Thom. à Iesu *de procur. omn. Gent. salut. 2.par. lib.2. & par.3. per totam*, vbi contrariis respondet, & *lib 3 cap.1.* vbi DD. Vincent. Ferrer. & Franc. Xauerium in exemplum adducit, & lib.
3 12. per totum, vbi † per ordinem Alphabeti omnia priuilegia congerit, quæ Religiosis infidelium conuersionem curantibus à sede Apostolica concessa sunt, & de quibus possint dispensare. De quo etiam agit Fr. Eman. Roder. *in quæst. regular. tom.2. quæst.99. art.5. per tot.* Et Fr. Ioann. Bapt. *in aduert. Confess. in dict. 2.par. fol.172.* cum multis seqq. Fr. Ioann. Focher in suo itinerario ad Indos ferè per totum, Thom. Sanchez *de matrim. lib.3. disput.26. numer.1. & seqq.* Dom. Archiepisc. Mexicanus D. Felician. à Vega *in cap.4. §. de adulteriis, de iudic. num.117.* Et nouissimè Fr. Eman. de la Cerda *in quæstion. quodlibet. q.5. scholast. num. 9. & 10. pag.222. & 223.* vbi notabiliter refert,
4 † regulares Lusitaniæ quartum votum facere de suscipiendis Missionibus ad India Orientalem, quotiescunque id eis à suis Superioribus iniunctum fuerit. Et quòd conueniens esset, vt idem in Religiosis in Regnis Castellæ, vel Indiarum Occidentalium profitentibus pro conuersione infidelium earundem Indiarum obseruaretur, quia al às, inuiti, ad hoc cogi non possunt, vt post D. Thom. Sot. & Lopez firmat Eman. Roder. regul. *tom.3. q.20. art.7.* quem refert & sequitur Flau. Cherubinus *in compend. Bullar.3. par.* sub Paulo V. *pag.94.*

Quod Ego respuendum sanè non censeo,
5 quamvis † Dei bonitate, & misericordia cognouerim, dictos Religiosos ita alacriter, & affectuosè hoc ministerium semper suscepisse, & hodie suscipere, vt laudationibus potius, quàm nouis stimulis egeant, quod innumeræ propè schedulæ Regiæ fatentur, quæ eximias eis grates rependi iubent pro laboribus, & sudoribus in eo susceptis, & exantlatis, quæ habentur *1.tom. pag.99. & seqq.* & præcipuè illa anni 1583. ibi: *Que el efecto ha sido conforme à lo que se procuraba, y que en vida Apostolica, y santa perseuerancia hã hecho tãto fruto, que por su doctrina, mediante la gracia, y ayuda de Dios nuestro Señor, ha venido à su conocimiento tanta multitud de almas, &c.* Et de eadem cura, & eximio progressu Ego etiam egi *1.tom. de iur. Ind. lib.2. c.16. n. 11. & seqq.* Et latè Fr. Ioan. à Torq. *in Monarch. Ind. lib.1. c.9. pag.27. & seqq. lib.15. ex cap.21. lib.18. c.8. & lib.19. & 21. per tot*, vbi, quantum Franciscanis hac in parte debeatur; & quantum Indi eos ament, & reuereantur, Fr. Augnst. de Auila *in hist. Mexic. Ord. Præd.* Et Fr. Ant. Remesal. *in hist. Guathem* ferè per tot. Fr. Alphons. Ferdin. *in hist. Eccles. nost. temp. in Prolog.* Thom. Bozius, omninò videndus, *de sign. Eccles. Dei, lib.1. c.3. & 5.* & alibi passim, Ioan Boter. *in relation. vniuers. 5.par. per tot.* Iustus Heurnius *in tract. de legatione Euangelica ad Indos capessenda*, Fr Ioan. Nuñez de Torres *de instit. statuum Eccles tract.6. c.4. §.2. ex pag. 551.* Et nouissimè Fr. Petr. de Sanctiago, Regius Concionator egregius, in relatione progressuum Apostolicorum Augustinianæ Religionis Discalceatæ in Indiis, & insulis Philipp. per tot.

Vbi *fol.18.* benè subiungit, eiusmodi † R giosos Missionarios Dei, eiusque diuini ver equos, & quadrigas iustè vocari posse, iuxta il Habacuc. *cap.3. Qui ascendis super equos tu & quadrigæ tuæ saluatio, viam fecisti in m equis tuis, in luto aquarum multarum*, quem l cum explicans D. Hieron. inquit: *Ascendit Paulo, ascendit in Petro, & in huiusmodi cur bus equitans totum illustrauit orbem.* Et D. A brosſ. *Agitauit Christus Apostolos suos, quos p diuersa mundi dixerit, vt toti orbi Euangeliu prædicarent, &c.* Et D. Greg. *lib.44. moral. c.1 Viam fecisti, id est, aperuisti Prædicatoribus tuis ter doctrinas huius seculi sordidas, & terrena pientes.* Vnde & nubes, & sagittæ velocissimæ d cti etiam fuerunt Apostoli, & dici poterunt n stri Religiosi eodem munere fungentes, iuxta e quæ Ego etiam latiùs notaui *d.1.tom.lib.1.cap.1 num.18. & seqq.*

Et quidem ita auidè illud appetunt, eiq incumbunt, vt vel de eo capessendo decerte & † cùm audirent buccinam expeditionu quæ ad has missiones parantur, dicant *Va* iuxta illud Iob *cap.28.* quem locum ita intell git Guiller. Parisiens. lib. de morib. tract. spe, in fin. *Sicut enim gaudent equi, atque st punt, cùm signum imminentis conflictus a dierint, sic & veri sancti huiusmodi gaudio ga dent, cùm bellum tribulationis aduersum se co surgere cognouerint.*

Id quod † eò certiùs, & euidentiùs redd tur, quòd vel ad Martyrium cateruatim v lent, vbi eius occasio oblata est, vt plurin exemplis probant Auctores suprà relati, & pr cipuè Fr. Alphons. Ferdin. *lib.1. cap.4. & 5.* 45. Fr. Ioan. à Torquem. *in Monarc. Ind. li 18. cap.8. & lib.21. per tot.* Et nouissimè Ma tyrium trium Religiosorum Societatis Iesu in pr uincia Vrugantiana elegantissimo sermone desc bens eruditiss. & religioss. P. Eusebius Nieren berg, eiusdem Societatis, post libros de arte v luntatis, quos nuper in lucem emisit. Ita vt s pè monendi sint, ne se huic periculo facilè e ponant, sed † diutiùs vitam seruent, vt mai rem profectum, & progressum in prædication & conuersione infidelium facere possint, exemp Christi Domini, de quo inquit Euang. *Ipse a tem transiens per medium illorum ibat.* Et I Pauli, qui se eadem de causa ibat, pluries à pe sequentibus subduxit. De quo Chrysost. *de ei laud. homil.7. Ista faciebat, vt prædicationi in steret: cùmque multis hinc credentibus, atque om nibus coronatus iret ad Christum, metuebat pr fectò, ne pauper hinc, atque inops multorum salu tis abscederet.*

Cuius spiritualis, & Apostolicæ concerta tionis his diebus insigne † specimen editun est. Nam cùm Religiosi Societatis Iesu à Clem VIII. P. M. felic. record. diploma impetras sent, vt sibi solis liceret ad conuertendas Iapo niorum gentes accedere, ex quo nullum ferè aliud quàm Martyrij præmium expetunt, & expe ctant; cæteri aliorum Ordinum, & præcipu Mendicantium, Religiosi, grauiter de hoc quest sunt coram Rege nostro Catholico, & supremo Indiarum Senatu, dicentes, verbum † Domin alligatum non esse, nec esse debere iuxta illud Pauli *ad Timoth.2. 1.* & omnibus fidelibus præsertim Religiosis à Domino imperatum, fuis se, vt euntes per vniuersum mundum Euangelium disseminaren

disseminarent, & prædicarent, Ioann.10. Matth. & Marc. vlt. iunctis pluribus aliis, quæ in communi, & in specie de nostrorum Indorum prædicatione Ego ipse congessi *d. 1.tom. lib.2. cap. 16. ex num.15. & num.30. & seqq.* vbi grauissima D. Chrysost. Et Franc. Xauerij de hac generali obligatione agentia recensui, *& lib.1. cap. 14. numer.74.* vbi adduxi Propheticum Oraculum D. Vincentij Ferrer, qui dixit † Euangelium prædicatum, & prædicandum esse plenariè, & generaliter in totius orbis humano genere cunctis regionibus, tam apertis, quàm aperiendis, tam cognitis, quàm cognoscendis per fratres Prædicatores, & alios Mendicantes.

In qua pia, & graui colluctatione † cùm Iesuitæ suo diplomati niterentur, & præterea allegarent, non satis commodè per Religiosos diuersorum Ordinum, & institutorum illud negotium peragi, cùm [† ex multitudine, & varietate confusio, & discordia causetur, Authent. de referend. §.1. *cap.2.* Et ibi gloss. *de rescript. in 6. l. si plures*, vbi gloss. D. *de administr. tutor. l. cùm pater*, *§. dulcissimis, D. de legat.2. l.2. C. quando, & quibus quarta pars deb. cap.1. de priuileg. l. item si vnus*, *§. principaliter*, *D. de recept. arb.* Vnde, † vel inter ipsos Apostolos prouinciæ sortitæ fuerunt, vt latè dixi *1.tom. libr.1. cap.14. num.8. & libr. . capit.25. numer.49.* Et hodie etiam inter eum conuersos parochiæ diuisæ sunt, *capit.1.per totum 9. quæst.2. capit.1. de præscript. cap. Pastoralis*, cum aliis, de his quæ fiunt à Prælatis. Adhuc tamen reliqui regulares dicto generali præcepto suas partes defendebant, & ex text. expresso *in capit. quam sic, vers. Insuper, de Iudæis*, vbi Clem. III. ita scriptum reliquit: *Insuper indulgemus, vt quicunque Religiosi, seu Clerici ad annuntiandam Gentibus Catholicam veritatem requisita, & habita Prælatorum suarum licentia, tibi voluerint adhærere, id absque contrauentione qualibet liberam exequendi habeant auctoritate Apostolica facultatem.*

Quibus consideratis, † & aliis, quæ in hanc rem piè, doctè, & eleganter expendit nobilissimus, & eruditissimus vir Dom. D. Emanuel Sarmientus à Mendoça almæ Ecclesiæ Hispalensis Magistralis Canonicus meritissimus, in aureo libello, quem circa hoc argumentum scripsit, & *Militia Euangelicæ* titulo indigitauit, † grauissimi, & lectissimi viri ex Consiliis Status, Iustitiæ, & Indiarum, quibus Rex noster piissimus, & potentissimis huius disceptationis examen, & consultationem commisit, inter quos Ego (licèt indignus) cooptatus fui, in ea sententia fuerunt, vt quoniam multum tempus effluxerat postquam Iesuitæ soli ex breui Clem. VIII. his Iaponiorum missionibus intendebant, & in eo magni illi progressus, quos sperabant, & promiserant, non vsquequaque prouenerant, summo Pontifici ab eodem Rege nostro, qua decet submissione, & reuerentia proponeretur, & supplicaretur, vt rem hanc ad pristinam Euangelij formam reduceret, iubetque, vt omnes vndique Religiosi, provt melius, & commodiùs possent, sedulam operam huic Iaponiorum, & Sinarum piæ, & Christianæ conuersioni, atque expeditioni nouarent; ita tamen, vt ab omni mercatura, & temporalis lucri, ac quæstus suspicione abstinerent, & in prouinciis ab aliis occupatis, & sufficientibus operariis instructis, se alij non immiscerent, & † omni contentione, dissensione, & æmulatione postposita, in catechizandi, ac prædicandi modo, imo & in moribus, & in habitu, si fieri posset, penitus conformarent, sequentes consilium Innocentij III. *in cap. Deus, qui vlt. de vita, & honest. cleric.* ibi: *Ne igitur si dispar in vobis obseruantia fuerit, & dissimilis habitus, apud eos, quibus vnum Euangelium prædicatis, scandalum suscitetur. Mandamus quatenus eo non obstante, quòd inter vos Monachi sunt, & Canonici regulares, vel alij etiam regularem vitam sub alia districtione professi, omnes pariter in vnum regulare propositum, & honestum habitum, quantum ad hoc spectat, officium conformetis.* 19

Etenim, vt ibidem rectè notant DD. & post alios Boëtius Epon Frisius *pag.65.* † cæremoniæ istæ, vel solemnitates, vel obseruantiæ Monasticæ, eius sunt ditionis, vt semper in eis omnibus excepta censeatur summi Pontificis auctoritas, *cap. quia insulis, de regular.* Et sic licèt aliàs † habitum suum deferentes, vel occultantes ipso iure sint excommunicati, *cap.2. ne cler. vel Monach. lib.6.* Iacob. de Graffis *decis. Aurear. par.1. lib.3. cap.5. de regular. num.72.* Eman. Roder. *tom.2. regul. q.76. art.3.* Suar. *tom.5. de censur. disp.23. sect.4. num.34.* Reginald. *in prax. for. pœnit. lib.18. num.406.* Et Fr. Ioann. à Cruce *de statu Relig. lib.1. cap.7. dub.4.* hoc tamen in casu hæc regula dispensatur propter bonum superius conuersionis infidelium. Et quia † in vno, eodémque officio non debet dispar esse professio, vt *in cap. in noua 16. quæst.7.* cum aliis, quæ addùxi *sup. cap. proxim. num.42.* Verè enim, diaboli instinctu, studium in Religione factum est, vt dicatur in populis, Ego sum Pauli, Ego Apollo, Ego autem Cephæ, & vnusquisque, eos, quos baptizauerit, suos esse putet, nō Christi, vt habetur *1.Corint.1. & in cap. olim 5. distinct. 95.* iunctis aliis, quæ de omnimoda conformitate habitu, & catechismo Prædicatorum adducit Mosconius *de Maiest. Eccles. pag.140.* Concil. Limense secundum, *Can.2. pag.35.* Et D. Fr. Gasp. Villaroël Episcop. Chilens. *in lib. Iudic. pag.272. nota.3.* 20 21 22

De quibus omnibus † Rex noster certior factus per consultationem, cuius ordinatio mihi commissa fuit, ei assensum præstitit, per decretum 21. Ianuarij ann.1632. Et Regiæ litteræ expeditæ sunt ad Roman. Pontificem, vt suis Apostolicis idem confirmaret, si opportunum, & expediens esse censeret, provt statim ad verbum confirmauit per † Bullam Apostolicam datam Romæ 22. Febr. ann.1633. quam, quia notabilis est, & paucis cognita, hîc non grauanter insererem, nisi admodum prolixa esset, sed vt eam in compendium redigam, relata superiorum Pontificum ad solos Religiosos Societatis Iesu in hac prædicatione licentia, & vt per solam Indiam Orientalem mitterentur, tandem iubet, vt quicunque, & vndecunque mittantur, ita tamen vt in docendis infidelibus vniformes sint, & Catechismo Card. Bellarm. vtantur, atque ab omni quæstu, mercatura, & negotiatione prorsus abstineant, & ab aliis per quæ possit inter illas gentes aliquod scandalum, vel offendiculum puritati prædicationis Euangelicæ generari, & vt Sacramenta illis liberè, 23 24

liberè, durante præsenti rerum statu, administrare possint, exceptis iis, quæ ordinem Episcopalem requirunt. Necnon etiam vt Episcopi illarum partium controuersias, si quæ inter Religiosos earum oriantur, tanquam sedis Apostolicæ legati, decidant, & terminent, si verò grauiora quædam negotia occurrerint, ea ad sedem Apostolicam referant, vt ab eadem natura consultatione adhibita prouideantur, & decernantur.

25 Ex cuius Bullæ tenore constat, quàm ardua hæc Euangelica in Iaponios, & Sinas expeditio fuerit iudicata, propter † graues expeditiones, & frequentia martyria, quæ ibidem Prædicatores, & Neophyti ab illis conuersi pati solent, de quibus pleni sunt libri Matthæi Ricij, & P. Trigaultij de Christiana ad Sinas expeditione, PP. Lud. Guzman. & Pineirus *in hist. & relat. Iapon. epist, annal, Pat. Societ. Iesu* de eisdem agentes. Pleniùs cæteris Pat. Ant. Posseuin. *in Bibliot. lib.9. ex cap.25. ad finem libri*, vbi agit de Sinis, *& lib.10. & 11.* vbi de Iaponiis, & aliis nationibus, & qualiter earum salus procurari debeat, & tradit eorum sectas, errores, & leges, & qualiter confutari debeant, & imbuendi sint in mysteriis, & præceptis nostræ Fidei, quorum citatione contentus ero, quia ea, & plura alia miranda, quæ in his regionibus contigerunt, referre non vacat.

26 Plane † regulares, qui in his missionibus occupantur, & præcipuè in regionibus adeò remotis, concessum est, & concedi oportuit, vt de sola Prælatorum suorum licentia, & approbatione prædicare, & confessiones sacramentales audire possint, quinimò & parochorum officium exercere, iuxta facultatem eis datam in Breui Pij V. ann. 1567. quod in illis absque dubio procedit, prout in terminis aduertit Fr. Ioan. Bapt. *d. 2.par. fol.* 164. ad id etiam allegans Bullam Alex.VI. Et
27 inquiens, quòd † eius virtute Reges, & eorum Proreges, & Gubernatores eius nomine possunt mittere Religiosos ad nouas conuersiones, qui ibi omnia officia Curatorum exerceant in foro interiori, & exteriori, absque eo, quòd Episcopi viciniores id impedire possint, neque Sacerdotes seculares ad idem munus in præiudicium regularium, & priuatiuè ad eos delegare, & quòd ita obtentum fuit contra Episcop. Nouæ-Galitiæ D. Franc. Sanctos Garsiam, cùm Dom. Prorex Nouæ-Hispaniæ Comes Montis-Regij ad Californias, & Nouum-Mexicum Religiosos mandauit.

28 Idemque caueri video † in Bulla D. N. Vrbani VIII. cuius modò mentionem feci, quatenus omnibus Christianis nunc in Iapone existentibus, & pro tempore futuris concedit: *Vt à quibusuis Sacerdotibus à Generalibus illorum illuc missis, ac mittendis, quorum copiam habere poterunt, Sacramenta (ordinem tamen Episcopalem non requirentia) etiam Parochialia, durante præsenti rerum statu suscipere liberè, & licitè valeant.* Quod exprimere necessarium fuit, quia aliàs post Clem. dudum, *§. vt inde, de sepultur.* Et Concil. Trid. *sess.23.*
29 *de reform. cap.15. & sess.14. c.4.* † nullus regularis extra suum Conuentum prædicare, nec aliorum non sui Ordinis confessiones audire poterat, nisi priùs ab Episcopis locorum approbatus, & licentia huius muneris exercendi donatus fuisset, etiam si Magistri, vel Prælati suarum Religionum sint, & maxima eruditione, & vitæ sanct[imoniæ] moniæ pollentes. De quo, & qualiter his d[e]cretis etiam comprehendantur Religiosi Societa[tis] Iesu, quamvis dicant se habere specialia priuileg[ia] in contrarium, latè agunt Enriq. *in summa, lib.* *cap.28. §.8. & lib.3. de pœnit. cap.6. §.2.* P. Suarez *tom.4. disp.28. sect.4. num.3.* Zerola *in prax. verb. Prædicatio, §.3.* Eman. *quæst. regul. tom. 3. q.32. art.3. & tom.1. q.59. per totam*, Aloi[s.] Riccius *in decis. Curiæ Archiep. Neapol.21 num.5. par.2. & part.4. decis.22. num.2.* Lud. Miranda *in manuali Prælator. tom.1. quæst.5 art.3. conclus.1. & q.45. art.5. & seqq.* Menoch. *de arbitrar. casu* 465. Ioan. Gutier. *lib. Canon. quæst. cap.6. num.8. & 9.* Valer. Reginal. *in prax. par. lib.1. cap.15. num.177.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præcept.2. lib.7. cap.2. num.6 8* cum seqq. & innumeri alij, quos refert Aug. Barbos. *in Pastoral. 3. par. alleg.25. num.14. & allega[t.] 76 per tot. & de offic. Parochi, cap.14.* & in colle[ctaneis] ctaneis nouissimis ad Trid. *d. cap.4 & 15.* Vbi si[mul] mul adducit aliquas notandas declarationes Card[i]nal. eundem articulum concernentes. De quo spe[cialem] cialem mentionem facere volui, quia de eo Lim[æ] consultus fui à Reuerendiss. Episcopo Guamar[en]gensi, cui † regulares Societatis Iesu super e[a] quæstionem mouebant, & causas sibi dari po[stulabant] stulabant, ob quas eis suspenderat facultatem prædicandi, & confessiones audiendi, quo[d] tamen eum facere non teneri, resoluunt, dec[i]sumque referunt Fr. Leo *in Thesauro fori Ec[cles.] part.1. cap.8 num.9.* Piasecius *in prax. Episcop.2. par. cap.3. num.41. vers. Si item.* Et Barbo[s.] *d. alleg.76. num.28.*

Et licèt dicta Bulla non concedat his Missio[narii] nariis administrationem Sacramentorum, qu[æ] ordinem Episcopalem requirunt, quo in numer[o] † est Sacramentum Confirmationis, vt *in cap. ieiunium, de consecr. dist.5.* Et Trident. *sess.7. de confirmatione, Can.3.* cum latè à traditis Suarez *de eod. Sacram. disp.36. sect.1. & de Religione lib.2. cap.30. num 2.* Bellarm. *lib. vnic. de Confirm. cap.12.* cum pluribus aliis relatis ab Al[tas]cedo *in prax. Episcop. 2.par. cap.4. num.1.* Barbos. *in Pastor. 2.par. alleg.30. num.1. & in collect. ad Trid. d. Can.3.* P. Laiman. *in Theolog. morali, libr.5. tract.3. cap.6.* Illustriss. Bracharens. Acuña *in cap. presbyter 11. num.2. dist.95.* Et nouissimo D. Franc. Torreblanca *de iure spirituali, lib.13. capit.6.* Adhuc tamen Ego cen[s]erem, in † dictis expeditionibus ad Iaponios, & aliis remotis, vbi Episcopi desunt, permitten[dum] dum esse alicui ex Prælati ipsorum Religiosorum, vt hoc Sacramentum Neophytis ben[e] in Fide semel suscepta imbutis ministrar[i] posset. Nam per illud † Spiritus sanctus recipitur, & quis plenè Christianus, ab Vnctione nimirum, quam recipit, potest appellari, & Spiritus sanctus, qui in Baptismo datur ad veniam, in Confirmatione datur ad pugnam, ibique mundamur ab iniquitatibus, hîc virtutibus præmunimur, vt grauiter dixit D. Damascen. in sermon. dedic. Eccles. D. Isidor. *lib.2. de Eccles. off.* text. *in cap. debet 3. cap. attendat 4. de consecrat. dist.5.* D. Thom. 1.2. q.102. *art.5. ad 3.* vbi Confirmationem vocat Sacramentum plenitudinis, & alia, vltra alios, adducens Thom. Bozius, omninò videndus, *de sign. Eccles. Dei, lib.2. cap.2. & seqq.* vbi probat, quòd hoc Sacramento maximè vnus fiat cum Deo spiritus noster, & plura exempla

…empla miraculorum per illud sperata recen-
…t, præsertim circa idolorum demolitionem, & …emoniorum ex…lationem, & fanaticorum sa-…ationem, quæ omnia satis apparet, quantum …nferre possint Indis, maximè Iaponiis re-…nter conuersis, & inter alios infideles, & ido-…rum cultores commorantes.

Porrò † ex iustis causis posse Pontificem …ncedere, & delegare, vt Abbates consecrati, …o & simplices Sacerdotes, hoc Sacramentum …nferant, & administrent, apertè docet D. …hom. 3. *par. quæst.* 72. *art.* 11. vbi Nugnius *dub.* 2. …llarm. *vbi suprà cap.* 12. Couarr. *lib.* 1. *variar.* …p. 10. *num.* 6. *&* 14. Nauarr. *in Manual. cap.* 22. …*m.* 8. *& consil.* 14. *de priuileg. num.* 2. Iacob. de …raff. *in decis. aur. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 29. … 30. *& tom.* 1. *cons. sub tit. de sacra Vnct. con-*… 1. *num.* 5. *cum seqq.* Alced. *dict. cap.* 4. *num.* 2. …25. Eman. Roder. *tom.* 1. *regul. quæst.* 18. *art.* 3. …zor. 2. *part. instit. moral. lib.* 3. *cap.* 30. *quæst.* 4. …*rs. In primis*, Bonacina *de Sacram. disput.* 3. …*æst. vnic. punct.* 2. *num.* 3. *vers. Dixi*, August. …rbos. *d. alleg.* 30. *num.* 4. *& d. collectan. ad* …*id. num.* 5. Dom. Acuña *vbi suprà* vbi plures …ios adducit.

Quibus addo in nostris terminis eandem de-…gationem in Iaponiis requirentem, & suaden-…n Dom. Manuel Sarmiento à Mendoça *in d.* …*ello de militia Euang. c.* 20. *& seqq.* vbi (quod …us est) † Episcopos ibidem ordinari posse de-…erat, quorum præcipuum munus est prædica-…, Trident. *sess.* 5. *de reformat.* & quidem ali-…ando ex ipsis Neophytis, vt eorum verbo, … exemplo, cæteri commoueantur, & allician-…r, & sint, qui plures Sacerdotes ordinare …ssint, quia, vt inquit D. Epiphanius *hæres.* 75. *Episcoporum ordo Patrum generator est; Pa-*…*s enim generant Ecclesiæ, qua ratione Epis-*…*pi propriè appellantur Patres*; & adducit …emplæ Timothei D. Pauli discipuli, qui Neo-…ytus adhuc Ephesinus Episcopus ordinatus …t, Titus Cretensis, Pluuius Atheniensis, Dio-…sij Areopagitæ, Onesimi serui, & fugitiui, … aliorum Ecclesiæ primitiuæ, quæ apud eum …ius videri poterunt. Mihi sat erit digito …tem ostendisse, & hæc ex eius floribus ad …ius capitis ornamentum delibasse, de qui-…s dixi etiam latius *sup. hoc tom. lib.* 1. *cap. fin. num.* 30.

Denique adiicitur *in dict. consultatione*, & …lla supra relata, vt Missionarij † ab omni …rcatura, & negotiatione abstineant, sub cen-…is ibidem, contra facientibus, irrogatis. Quod …idem valde iuris communis regulis conue-…, quæ Religiosos cœlesti militiæ operam …ntes ab his prorsus abstinere præcipiunt, *leg.* …*etita, C. de Episcop. & cler. cap.* 1. *& per tot.* …*cler. vel Monach. cap.* 1. *de fideiuss. cap. cle-*…*i, de vita, & honest. cleric. cap.* 1. 2. *&* 3. 21. …*æst.* 5. cum pluribus aliis vtriusque iuris, & …nciliorum locis plena manu congestis à Pe-… Gregor. *in partition. iur. Canon. lib.* 4. *tit.* 8. …*p.* 9. & Lasarte *de decim. vend. cap.* 19. *num* 51. …*seqq.* Quemadmodum † & sæcularibus mili-…us idem prohibebatur, *l. vnica, C. negotia-*…*es ne militent, l. milites* 15. *& l. militarem* … *C. de re milit. lib.* 12. *l.* 2. *titul.* 8. *& l.* 2. *tit.* 12. …*t.* 5. *& l.* 6. *titul.* 14. *part.* 3. Veget *lib.* 2. *de re* …*itat. cap.* 19. Curat. & Ritterhussius *ad No-*…*l.* 116. Ræuard. *lib.* 1. *coniect. cap.* 13. For-

ner. *lib.* 1. *select. cap.* 3. & vtrumque eleganter comprehendens D. Ambros. *lib.* 2. *offic. cap.* 36. sic inquiens: *Si is, qui Imperatori militat à susceptionibus litium, astu negotiorum forensium, venditione mercium prohibetur humanis legibus, quanto magis, qui Fidei exercet militiam ab omni vsu negotiationis abstinere debet.* Et Sidon. Apollinar. *lib.* 8. *epist.* 8. dum Cesenatis municipij peruersam gubernandi rationem scriberet, post alia sic ait: *Vigilant fures, dormiunt potestates, fænerantur clerici, Syri psallunt, negotiatores militant, milites negotiantur, student pilæ senes, aleæ iuuenes, armis Eunuchi, litteris fœderati.* Et maximè cauere oportuit in his missionibus, siue spiritualibus militiis, & expeditionibus, de quibus agimus, ad † quas Christus Dom. 40
Matth. 10. dum Apostolos delegabat, illud primo monebat: *Nolite possidere aurum, neque argentum, quæ gratis accepistis, date, &c.* & Zachar. *cap.* 14. *Et non erit mercator vltra in domo Domini exercituum in die illa.* Vt sic † infideles 41
intelligant, quod non cupiunt sua, sed ipsos, iuxta illud D. Pauli 1. *Cor.* 9. & omnis cupiditatis occasio procul remoueatur, dum vident, quod neque ministerij sui rationem exigunt, neque fructum alium expectant, quam salutem Indorum neque in postulando, quod ipsi vocant, *Camarico*, molesti sunt, præseferentes continentiæ, & integritatis lumen. Quod admirabile dictu est, quam in sui, doctrinæque suæ admirationem, & studium Indos rapiat. Neque enim, vt præclarè (vt solet reliqua) tradit Acosta *d. lib.* 5. *cap.* 22. *pag.* 557. illustriora miracula ad Euangelij commendationem Indis adhiberi possunt, † quam vt neque auaritiæ occasione, 42
neque libidinis sinistro rumore doctrina ministri Euangelici decoloretur, virique Religiosi, & Apostolicum munus obeuntes, nihil, aut leuitatem, aut faustum, aut lasciuiam redolens faciant. Nec imperiosè, aut duriter se gerant, sed consilium D. Aug. sequentes, *epist.* 64. *ad Aurelium*, magis mouendo, quàm minando, magis iuuando, quàm iubendo cuncta perficiant.

In quo tamen) iuxta doctrinam eiusdem Patris *cap.* 24. *pag.* 564) cura † quædam mediocri- 43
tatis adhibenda est. Vt enim Indi eos oderunt, qui nimij in exigendo sunt. Ita etiam à se auersos putant, qui ab ipsis oblata repudiant. Accipienda ergo humanè sunt munuscula eorum, & benignè, vel eadem, vel plura, si liceat, pauperibus communicanda, præceptum Domini adimplentes, Matth. 10. dum dixit: *In quamcunque domum intraueritis, dicite: Pax huic domui, & ibi manete, comedentes, & bibentes, quæ apud illos sunt.*

Illud tamen præuenientes, & penitùs prouidentes, ne † dum Apostolicæ prædicationi qui- 44
dem inhærent, vitæ commoditatibus destituantur, atque ita vel labore victi, vel viribus destituti, benè institutum cursum reuocent. Nam qui aliquando *Lucæ* 10. suis dixerit: *Nolite portare sacculum, neque peram*, idem alio tempore iisdem dixit, † *Lucæ* 22. *Sed nunc qui habet* 45
sacculum, tollat similiter, & peram: quo in loco Bedam Venerabilem audire, licet Indicas sanè peregrinationes veluti designantem, ac subnotantem his verbis: *Nobis quoque datur exemplum iusta nonnunquam causa instante, quædam de nostri propositi rigore posse sine culpa intermitti, verbi gratia, cum per inhospitales*

porro regiones iter agimus, plura viatici causa, quam domi habebamus, licere portare.

Denique, vt paucis omnia comprehendam,
46 † exemplum D. Pauli Apostoli 1. Cor. 9. semper præ oculis habeant, qui non lucrum suum quærens, sed animarum, cum potestatem haberet de Euangelio viuẽdi, ea tamen non est vsus, vt plures animas lucrifaceret. Sic enim ad rem nostram aptissimè inquit: *Quæ est ergo merces mea? vt Euangelium prædicans sine sumptu ponam Euangelium, vt non abutar potestate mea in Euangelio. Nam cum liber essem, ex omnibus omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem;* quem locum exponens D. August. *lib. 2. de serm. Domini in monte*, inquit: *Neque enim adeo debemus euangelizare, vt manducemus, sed ideo manducare, vt euangelizemus. Nam si propterea euangelizamus, vt manducemus, vilius habemus Euangelium, quam cibum, & erit iam bonum nostrum in manducando; necessarium autem in euangelizando. Quod etiam Apostolus prohibet, &c.*

47 Quo etiam respicit † Clem. Alexandr. 1. *strom.* sic scribens: *Qui per litterarum monimenta loquitur apud Deum, Sacramenti Religione obstringitur, hæc in scriptis vociferans, nec lucri gratia, nec inanis gloriæ causa non vinci ab affectione, non quæstui seruire, spe expectans eam, quæ omnino reddenda est, retributionem, ab eo, qui operariis pollicitus se redditurum mercedem pro meritis. Oportet autem Dominum, quoad eius fieri possit, imitari. Is autem fuerit, qui Dei voluntati inseruit: qui cum gratis acceperit, dat gratis, satis magnam recipiens mercedem, ipsam vitæ institutionem.* Similia habet B. Gregor. *lib. 19. moral. cap. 11.* & expendit P. Ioan. Busæus *in Viridario, verb. Catechesis Christiana, cap. 3.* vbi multum in nostris terminis, loquens de proprietatibus, quas Euangelizantes habere, & obseruare debent, hanc veluti præcipuam constituit, vt non lucrum suum quærat, sed animarum. Secundam, vt doceat, quæ Deus ei scire permisit, & se primum doceat, quæ alios docere conatur. Tertiam, vt accommodet se ad auditorum captum. Quartam, vt non plus æquo sectetur elegantiam, & fucos sermonis. Quintam, vt cum omni hilaritate, & lenitate animi doctrinam suam omnibus impertiat. Sextam, vt mortificet, & crucifigat carnem suam cum vitiis, & concupiscentiis. Septimam, vt sit firmus, & constans in Fide Catholica. Octauam, vt à prædicatione, & institutione doctrinæ Christianæ non cesset, quamuis fructus exiguus sequatur. Nonam, vt paratus sit animam pro auditoribus, si opus sit, ponere. Decimam, vt non dedignetur se ad puerilem institutionem, licet in speciem abiectam, demittere. Et *cap. 4.* agit de auditoribus catechesis, & eorum proprietatibus, & hæc omnia adeo bene prosequitur, & exornat, vt superfluum videri possit in hoc amplius immorari. Vnde oportet, vt ad alia transitum faciamus.

Illud pro coronide huius capitis adiicien-
48 tes, † Regulares his missionibus intentos, & distentos, quamuis in partibus à suis Monasteriis valde distantibus, iudicandos esse intra claustra manere, prout ad eorum supplicationem declarauit R. P. Clem. VIII. die 9. Maij ann. 1595. cuius aliud Breue in Doctrinariis loquens adduxi *suprà cap. prox. præced.* Hoc vero quod de Missionariis diuersum a eo est.

CLEMENS VIII. *Dilecti filij, sa lutem, & Apostolicam benedictionem. Quanqua vos, sicut exponi Nobis fecistis, ad prædicandu sacrosanctum Dei Euangelium, & viam verita tis, & salutis demonstrandum in dies à vestr Prælatis, & Superioribus deputati existatis, v bisque Prouincialis, sub cuius obedientia viuiti assignatus sit: nihilominus Prælati Conuentus, v degitis, & Episcopi istarum partium præte dunt vos extra claustra existere, & vt tales a iudicandos fore in rebus à Concilio Tridenti expositis in notorium vestrum grauamen. N quieti, & statui vestro hac in parte consule cupientes, ac de præmissis ex relatione dilec filij nostri Hieronymi sanctæ Romanæ Eccle Cardinalis Matthæi nuncupati plenè informat harum serie decernimus, vos ad præmissa obeun da à Prælatis vestris deputatos; & sub obe dientia vestri Prouincialis viuentes reputand esse, tanquam Religiosos viuentes intra claustr & sub obedientia vestrorum Prælatorum, ac pro pterea non esse ab Ordinariis molestandos, ni in casibus in dicto Concilio reseruatis, dum modo quolibet anno vos coram vestris superio ribus præsentetis, & innouationem licentia rum obtineatis, sicque per quoscunque iudice & commissarios, quamuis authoritate fungen tes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis ali ter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate vbique iudicari, necnon irritu & inane si secus super his à quocunque quau authoritate, scienter, vel ignoranter contige rit attentari. Mandantes dictis Ordinariis su indignationis nostræ pœna per quemlibet contr facientem eo ipso incurrenda, ne vos, aut ali quem vestrum præmissa peragentes, nisi in casi bus à sacro Concilio Tridentino reseruatis, quo quomodo molestare, perturbare, aut inquietar audeant, seu præsumant, necnon Priori sanct Dominici, & Prouincialis sancti Augustin ac Commendatori Ordinis Beatæ Mariæ d Mercede, Monasteriorum ciuitatis Regum vel Cuzqui, & de Quito, quatenus ipsi, ve duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alio vobis in præmissis efficacis defensionis præsidi assistentes, non permittant vos ab ipsis Ordina riis, seu quibusuis aliis contra præsentium teno rem molestari, contradictores quoslibet, & re belles, & præmissis non parentes per sententias censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque op portuna iuris, & facti remedia, appellation postposita compescendo, inuocato etiam ad ho (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. No obstantibus quibuscunque constitutionibus, & or dinationibus Apostol. necnon Ordinis, & Prouin ciarum huiusmodi iuramento confirmatione Apo stolica, vel quauis firmitate alia roboratis, sta tutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostol. in contrarium quo modolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, eorum tenores præsentibus pr expressis haben. illis alias in suo robore perman suris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæteris contrariis quibuscunque. Cæterum quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca, vbi necesse fuerit, deferri. Volumus, & similiter dicta auctoritate decernimus, quod præsentium transumptis, etiam impressis*

pressis, & manu alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, atque ostensæ. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 9. Maij 1595. Pontif. nostri anno 4. M. Vistrius Barbianius.

CAPVT XIX.

Vtile, & conueniens censeri, vt in Ecclesiis, & beneficiis Indiarum indigenæ exteris, cæteris paribus, præferantur, & quibus id iuribus, schedulis, exemplis, & rationibus suadetur.

SVMMARIVM.

Ecclesia Dei quoscunque homines verè Christianos ad sui cultum, & seruitium admittit.

Acceptio personarum non est apud Deum.

Cap. ad decorem 5. de instit. cap. eam te 7. de rescript. *expenduntur, & illustrantur.*

Statuta Ecclesiarum puritatem sanguinis requirentia, vel alienigenas excludentia, à quibus Auctoribus impugnentur?

Ecclesiæ plures, & Collegia habent statuta puritatis sanguinis, & qui Auctores ea defendant?

Beneficia Ecclesiastica, & alia officia secularia, quod naturalibus, seu patrimonialibus dentur, vel saltem hi exteris præferantur, totus fere mundus admisit, & exempla, & Auctores variorum Regnorum.

Exteri, seu alienigenæ quas fraudes Romæ faciant, vt pensiones sibi reseruare possint in beneficiis, quæ solum Hispaniæ indigenis dari possunt?

Officia Regni non debent dari exteris, nec peregrinis.

Ius excludens alienigenas Regni ab eius beneficiis à Papa derogari non potest.

Gratia beneficij, naturalibus dari soliti, est subreptitia, si de hoc in eius impetratione mentio non fiat.

Bullæ quæ præiudicant iuri, vel consuetudini beneficiorum patrimonialium retineri possunt, & solent.

Papa eam intentionem semper habere censetur, vt vnusquisque in propria patria, & iuxta eius leges prouideatur.

Clericos ad Episcopatus, & qualibet alia beneficia Ecclesiastica ex naturalibus, & prouincialibus eligi debere, ius Canonicum sæpissimè monet.

Cap. bonæ memoriæ, de post. Prælat. cap. fin. de cleric. peregr. *& alia iura similia, explicantur, & illustrantur,* ibidem.

Naturalium in beneficiis suæ prouinciæ prælatio in Concil. Trid. & aliis pluribus approbatur.

Ius ciuile, & Regium agnouerunt, & approbarunt prælationem naturalium in beneficiis suæ prouinciæ.

L. 3. titul. 15. part. 1. & leg. 14. titul. 3. lib. 1. Recop. *expenduntur, & illustrantur,* ibidem.

15 *Patrimoniales, seu naturales, cæteris paribus, in officiis, & beneficiis præferri debent, etiam vbi non extat lex, vel consuetudo, quæ id præcipiat.*

16 *Naturales ipsius oppidi, in quo est beneficium, in eo præferri aliis prouincialibus debent.*

17 *Ecclesiis præfici debent, qui in eisdem laudabiliter inseruierint.*

L. in Ecclesiis, C. de Episcop. & cleric. cap. hortamur, 71. dist. *& alia iura similia, expenduntur, & exornantur,* ibidem.

18 *Peregrina iudicia generaliter prohibita sunt, & eorum damna.*

19 *Suffraganeus ad Metropolitanam Ecclesiam, cæteris paribus, transferri debet.*

20 *Ecclesiæ plures vbi sunt in eadem ciuitate, ille in illa præferri debet, qui ex eiusdem gremio fuerit.*

21 *Tutor eiusdem oppidi, in quo pupillus moratur, sufficit quod idoneus existat.*

22 *Naturalium cuiuslibet prouinciæ in beneficiis eiusdem prælationem, quibus verbis Baldus insinuet, quæ referuntur, & exponuntur.*

23 *Beneficia Indiarum iure potissimo earum incolis, & naturalibus debentur, quia sub hac speciali lege instituta sunt.*

24 *Erectionibus Ecclesiarum Indiarum expressè cauetur, vt earum beneficia filiis patrimonialibus conferantur.*

25 *Patrimoniales, & naturales Indiarum in beneficiis, & præbendis ipsarum præferri debere, plurimæ schedulæ Regiæ constituunt, quæ referuntur.*

26 *Informationes naturalium, & benemeritorum de prouinciis Indiarum singulis annis fieri, & mitti iubentur, vt hi in officiis, & beneficiis ipsarum prouideantur.*

27 *Naturales Indiarum in earum beneficiis præferri, quæ rationes suadeant?*

28 L. Præses, C. de seruit. & aqua, *& eius regula, loquens de charitate bene ordinata, perpenditur, & exornatur.*

29 *Prælationem indigenarum in officiis, & beneficiis Indiarum, plures Auctores probant, qui referuntur,* & num. 30.

31 *Naturales alicuius prouinciæ, quoad beneficia ipsius, sunt veluti filij legitimi, & alienigenæ sicut legitimati, & adoptiui.*

32 *R. P. M. Fr. Gaspar de Villaroel August. electus Episcop. Chilensis, laudatur.*

33 *Legem de Tribunis cum potestate consulari creandis, qua ratione, vel abrogari, vel obseruari plebs Romana petierit apud Tit. Liuium.*

34 *Aduenas in terra nostra nos præcedere, vel nobis præesse, est grauis maledictio.*

35 *D. Paulus abstinuit prædicare in prouinciis, quas alij Apostoli sortiri fuerant.*

36 *Naturales alicuius prouinciæ sunt aptiores ad eius beneficia, & officia, quia eam plus amant.*

37 *Naturales Indiarum in beneficiis ipsarum, vel ob solam peritiam idiomatis præferri deberent.*

Idiomatis Indorum perfecta peritia, quam sit necessaria in beneficiariis ipsorum, ibid.

38 *Naturales Indiarum cum nec appetant, nec nisi rarò assequantur præbendas, &*

beneficia Hispaniæ, illis, quæ sunt ipsarum Indiarum, priuari non debent.

39 *Præmiis virtutes excitantur, & accenduntur.*

40 *Cap. nullus, 63. distinct. expenditur, & illustratur.*

41 *Animorum vis hebetatur, si præmia laborantibus, & benemerentibus non conferuntur.*

42 *Benemerentibus quod conceditur, pro voto bonis omnibus impertiri videtur.*

43 *Naturalitas in prouinciis Indiarum, quoad officia, & beneficia, & alia similia, quo modo, & tempore acquiratur?*

44 *Expositi an debeant iudicari naturales Regni, vel oppidi, in quo expositi sunt, remissiuè.*

45 *Incola ab originario in quo differat?*

46 *Repressaliæ contra francigenas, & an ab eis excusentur, litteras naturalitatis, aut antiquum domicilium in Hispania habentes.*

47 *Exteri, vt Indiis domicilium habere, & tractare, & contractare possint, quæ requirantur per leges earundem Indiarum? quæ referuntur.*

48 *Nauarri & Aragonenses, an in prouinciis Castellæ, & Indiarum, quoad officia, & beneficia, pro naturalibus habendi sint? & schedulæ de hoc agentes.*

49 *Aragonenses haberi pro extraneis in prouinciis Indiarum, Gomara, & Heuia sentire videntur. & an hoc verum sit?*

50 *Peregrini, siue extranei, an, & quatenus appellari possint, qui sub eodem Rege sociantur?*

51 *Alterrigenæ non sunt vocandi ad gubernationem alicuius Regni, nisi deficientibus indigenis, ex Fr. Patricio.*

1 NEgari quidem non potest † ad Ecclesiam Dei, & eius seruitium, ac ministerium, quoscunque homines,& vndecunque vocari, & eligi posse,qui ei apti,& idonei censeantur,cum
2 apud Deum exceptio, † vel acceptio personarum non reperiatur, *cap. recurrat*, §. *his ita* 32. *q.*4.*text.optimus in cap. ad decorem* 5. *de institut.* vbi grauiter Patriarcha Constantinopolitanus reprehenditur, quod Venetos tantum Clericos in Ecclesiis Constantinopolitanis collocabat, vbi elegans gloss. *verb. Vndecunque*, alia iura allegat, & nihil referre concludit: *Quo loco sit natus clericus, vel de quibus parentibus, dummodo litteratus, & idoneus existat, cap. eam te* 7. *de rescript.* ibi: *Pro eo verò, quod Iudæus extiterit,ipsum dedignari non debes.*

3 Quem textum † aduersus statuta, puritatem sanguinis requirentia, vel aliter alienigenas excludentia,post plures alios, quos referunt,expendunt Cened. & Barbosa *in collect. ibid.* & D. Sahagum *num.*27. latè Abb. *d.cap. ad decorem. num.*4 Selua *de benef.*3.*part.quæst.*26.Corras. *in paraph.Sacerd.*3.*part.cap.*5. *num.*9. Lambert. *de iure patronat.* 1. *part. lib.*2. *q.*7. *art.*24. Nicol. Garcia, plures alios adducens, *de benef.*7.*part.cap.*9.*num.*4. & de officiis temporalibus loquens Melchior Iunius *in quæst.polit.q.*7. *de magistr.* §. *Peregrini ab honoribus non excludendi, pag.*71. & plures alij, quos referam *infrà lib.* 4. *cap.* 4.

Sed licet hæc ita se habeant, adhuc etiam certum est, dicta statuta de puritate sanguinis, † in multis Ecclesiis, Collegiis, & Militiis iustis de causis, & approbatione summi Pontificis interueniente,admissa fuisse, vt ex plurium allegatione resoluunt Cened. & Barbos. *vbi suprà* Did. Velazquez *in defens. stat. Tolet.* Perez de Lara *de anniuers. & Capell. lib.* 2. *cap.* 4. Azeued.per text. ibi, *in l.*12. *tit.* 7. *lib.*1. *Recop.* Mieres *de maiorat.* 4. *parte*, *quæst.* 1. *num.* 9. & latè D. Valençuela *cons. Rot. decis.*120 *part.*3. *lib.*2.*& decis.*259.328.*&* 492. *lib.*3. & Bobadilla in Polit. *lib.* 1. *cap.* 4. & nouissimè Ant. Ricciulus *in tractat. de person. extra Eccles. grem. constit.*& Fr.Hieron. à Cruce in alio, quem de his statutis scripsit.

Et quod ad originem attinet, de qua sermonem iniuimus, † totius ferè Christiani orbis legibus,vel moribus obtinuisse, vt Ecclesiastica beneficia,& alia pleraque officia, etiam temporalia,non possint aliis conferri, quam iis, qui ex eodem Regno, vel prouincia orti, vel oriundi sunt, vbi tale officium, vel beneficium vacare contigerit, imo & interdum non solum ex Regno, verum & ex eadem Diœcesi, vel oppido, vbi beneficia sita sunt, quæ hac de causa patrimonialia vocari solent. Neque exteri, & peregrini homines admittantur sine Regia permissione, & dispensatione, & litteris, quas vocant, *Naturalitatis*, vt in Gallia fieri, & obseruari testantur, plura de praxi, & iustificatione eiusmodi consuetudinum, vel priuilegiorum adducentes, Cosmas Guimier, Selua, Rebuff. Guillerm. Bened. Carol. Graff. Corras. & alij, quos refert Nicol. Garcia *d. cap.*9. *num.*2. & Chassaneus *in Catalog.glor.mund.part.*11. *consid.*12. Et in Regno Neapolitano Camill. Borrel. de præstant. Reg. Cathol.*cap.*51. Siciliæ,Marius Muta *ad constit.eiusdem Regni,*3.*tom. cap.*7.*ex num.*51. Lusitaniæ, Cabedus *de patronat. Regiæ Coronæ, cap.*27.Pereira de Castro *de manu Regia,tom.*2. *cap* 64.*n.*30.*& seqq.& n.*38.D Acuña *in cap. neminem,*70.*dist.n.*9.*& in cap.nec emeritis, dist.*61. *num.*1. *Aragoniæ*, Callistus Remirez *in tract. de lege Regia Aragoniæ*, §.26. *num.*64. *&* §.30. *numer.*55.& de eisdem,& aliis,& præcipuè in nostro Regno Castellæ,& Legionis agentes plurimi alij, quos refert Couarr.*in pract. cap.*35. *n.*5. Hojeda *de incomp.benef.cap.*24. *num.*115. *&* 116. Flamin.Paris. *de resign.benef.lib.*4 *quæst.*7.Doctor Sahagum *d.cap.eam te,num.*24. Salced. omnino videndus, *in addit.ad prax.* Bernar. Diaz *cap.*54. Burgos de Paz *in l.*3.*Taur.fol.*125. *& seqq.*Did. Perez *in l.*18. *tit.*3.*lib.*1.Ord.Greg.Lop. *in l.* 10. *gloss.*3.*tit.*15.*part.*1. Gonçalez *ad reg.* 8. *Cancellariæ, gloss.*9. §.1. *num* 37. Fuscus *de visit. lib.*2. *cap.*5. *num.*14. Spino *de testam. gloss.* 3. *princip. ex num.*32. Cened. *collect* 56 *ad Decretal.num.*7. Garcia *vbi suprà num.*2. *&* 3. Borrel. *d. cap.*51. *eam te,num.*24 Azeued. *in l.* 14. *& seqq. titul.*3. *lib.*1. Recop. Petr.Surd. qui eleganter loquitur, & plures rationes, pluraque exempla variarum nationum adducit, *in tractat. de aliment. titul.*1. *quæst.*9. *& q.*93. *per totam, pag.* 143. Dom. Valençuela *consil.* 34. *ex numer.* 79. *& consil.* 105. *ex num.*87. *volum.*2. Ceuall. *in pract.quæst.*693. *num.*33. *& in tractat. de violent.* 1. *part. gloss.* 8. *num.* 6. vbi agit de beneficiis patrimonialibus, Rodriguez *de ann. reditib.lib.*1.*quæst.*17. *num.*75. *ad finem*, Rolandus *cons.* 47. *num.* 66. *& seqq. volum.* 1. Fabian. *cons.* 164. *ex num.* 46. Rota *in nouis*

nouis sacri Palatij, 1. *part. decis.* 349. *&* *decis.* 400. *&* 401. vbi agit de fraudibus, quas † exteri, maxime Itali, facere solent, Hispanos supponentes, in quorum capite concessiones, aut pensiones loquantur, vt prædictarum legum, vel pragmaticarum prohibitionem eludant. De quo etiam videndus est Seraphin. *decis.* 531. *&* *latius decis.* 1088. vbi agit, nunquid in eiusmodi suppositionibus credendus sit liber Datariæ, Sayrus *de simon. decis.* 6. Riccius *collect.* 1653. *vers.* 2. *part.* 5. Gonçalez *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 34. *num.* 115. *&* 116. citans vulgarem text. *in l. quidam cum filium* 46. *D. de hæred. instit.* Nauarr. *consil.* 62. *de simon. lib.* 5. Nicol. Garcia *de benef.* 1. *part. cap.* 5. *num.* 29. *&* 2. *part. cap.* 1. *num.* 38. & latius *d. cap.* 5. §. 1. *ex num.* 26. Flamin. *lib.* 6. *quæst.* 4. *num.* 61. *cum seqq.* Anastas. Germond. *de indult. Cardin.* §. *si verò*, *à numer.* 56. Camill. Borrell. *in summa decis.* 1. *part. tit.* 30. *de pension. num.* 13. 38. *&* 40.

Et quod exteri, † & peregrini homines non debeant etiam creari officiales in Regno, *leg. verum, C. de incolis*, *lib.* 10. vbi DD. Vincent. de Franch. *decis.* 479. & Nos latius *infrà lib.* 4. *cap.* 4.

Ad quæ etiam respiciens Rebuff. *in prax. benef. Reg. de idiom. glos.* 1. *&* *titul. de rescript. mixtis*, *num.* 8. adeo iustum, & potens esse, inquit, † ius Galliæ excludens exteros à beneficiis Ecclesiasticis, vt à Papa alterari non possit. Quod & ad beneficia Hispaniæ ex eadem ratione transtulit Azeued. *in d. l.* 14. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* Nec dissentit Mandos. *in reg. Cancell.* 16. *de concurs. sup. benef. quæst.* 32. vbi eandem praxim, seu consuetudinem naturalis iuris principiis inniti, eleganter animaduertit. Et Nicol. Garcia *d. part.* 7. *cap.* 9. *num.* 16. vbi ex eisdem rationibus infert, † quod si stanti tali statuto, vel consuetudine forensis, vel alienigena impetret beneficium, non facta mentione suæ originis, vel Diœcesis, gratia est subreptitia.

Vnde † & Bullas in contrarium expeditas retineri, & ab eis supplicari posse resoluit Couarr. *d. cap.* 35. *pract. num.* 6. *&* *c.* 36. *n.* 3. Salcedo *d. cap.* 54. *à num.* 17. Viuald. *in candelab. Eccles. in explicat. Bullæ in Cœna, casu* 14. *num.* 101. Roxas *sing.* 148. Auendaño *de exeq. mand. cap.* 1. *num.* 32. *vers. Item ex eadem*, & plures alij, quos refert Pereira de manu Regia, *prælud.* 2. *n.* 24. Ceuallos *d. tractat. de violent. d. gloss.* 8. *n.* 6. *&* *seqq.*

Absque eo, quod in hoc quicquam de potestate, vel auctoritate Romanæ sedis detrahi videatur, † cuius potius intentio ea semper esse præsumitur, vt vnusquisque iuxta leges patriæ, & in propria patria prouideatur, secundum Ioan. Nicolaum *titul. de iure patronat. num.* 198. & D. Valençuela, qui alios adducit, *d. consil.* 105. *num.* 94. *volum.* 2. Sequendo nimirum documenta iuris Canonici, quod ab eadem Romana sede originem, & robur accepit, † & nihil sæpius monet, & repetit, quam vt ad Episcopatus, Præbendas, & alia quælibet commoda, & Ecclesiastica beneficia, Clerici ex naturalibus, & prouincialibus eligantur, vt constat *ex cap. Metropolitanus, cap. dictum, cum aliis*, 63. *dist.* vbi salua conscientia contrarium fieri non posse docemur, *cap. bonæ memoriæ, de post. prælat. cap. fin. de cler. peregrin.* ibi: *Quidam prælati tuæ iurisdictionis in Ecclesiis sibi commissis sine conscientia tua clericis de alienis Episcopatibus instituere non verentur. Attendentes igitur id eis nulla ratione licere, cum sit honestati contrarium, & à sanctorum Patrum institutionibus alienum*, *&c. cap. nullus*, 61. *dist. cap. quoniam in plerisque, de off. Ordinarij, Extrauag. execrabilis, de præbend. regul. Cancell. de idiomate*, *&* *de concurrent. in data sup. benef. Reg.* & Motu proprio Pij V. ann. 1566. quem refert Zapata *de iust. distrib.* 2. *part. cap.* 5. *num.* 4.

Id quod † ex multorum etiam Conciliorum auctoritate deducit Guiller. Duran. *in specul. tract. de modo gener. Concil. celeb. tit.* 43. *de benef. Eccles.* 3. *part. quæst.* 26. *num.* 2. & in Tridentino valdè tractatum, & ventilatum, refert idem Concilium *sess.* 24. *de reform. cap.* 13. & Sotus *lib.* 3. *de iustit. & iure, quæst.* 96. *art.* 2. 13

Quibus vestigiis insistentes † leges ciuiles, idem approbant, & exequi iubent, vt constat ex *l. in Ecclesiis, C. de Episcop. & cleric.* vbi clerici non ex alia possessione, vel vico, sed ex eo, vbi Ecclesiam esse constiterit, ordinantur, cum aliis, quæ latè congerit Guillerm. Benedict. *in cap. Rainuntius, de testam. verb. Et vxorem, in* 5. *num.* 482. *&* *seqq.* Et eis valde consonat de iure Regio Hispano *l.* 3. *tit.* 15. *part.* 1. ibi: *Deben primeramente presentar de los hijos de la Iglesia, si los huuiere a tales, que sean para ello, è sino, de los otros, que sean de aquel Obispado, l.* 18. *tit.* 3. *l.* 8. *l.* 22. *tit.* 2. *lib.* 1. *Ordinam.* melior text. *in d. l.* 14. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* ibi: *Notorio es, que en todos los Reinos, y prouincias de Christianos, ò en la mayor parte dellos, se vsa y guarda inuiolablemente de tiempo inmemorial acà, que los naturales de cada vn Reino, y prouincia ayan las Iglesias, y beneficios dellas*, *&c.* 14

Ex quorum iurium decisionibus, & rationibus rectè inferunt Auctores suprà relati, & alij statim citandi, † quod etiam, vbi non adest lex, priuilegium, vel consuetudo de beneficiis præcise naturalibus, siue Regnicolis, aut originariis conferendis, semper tamen hi, ad quorum curam spectat eorum prouisio, præsentatio, & collatio, debent multum attendere, vt cæteris paribus, imo data aliqua meritorum disparitate, dummodo idoneitas requisita non desit, hi extraneis, & peregrinis præferantur, de quo pluribus agunt Sotus, Couarr. & Azeued. *vbi suprà* Lud. Gomez *in regul. de idiom. quæst.* 1. Cerola *in prax. Episcop. verb. Beneficium, vers. Secundò debent*, Perez de Lara *de anniuers. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 19. latè Ceuall. *in pract. q.* 678. *n.* 35. Lambert. *de iure patron. lib.* 2. *part.* 5. *q. princip. artic.* 5. Viuian. *eodem tractat. lib.* 6. *cap.* 11. Ioan. Gutierr. *consil.* 2. *num.* 24. Muta ad const. Sicil. *tom.* 3. *cap.* 7. *ex num.* 51. Rota *decis.* 299. *part.* 1. *diuers.* Petr. Gregor. *de Repub. tom.* 1. Villar. *del Patronado de Calatayud*, 3. *part. n.* 7. *&* 8. *parte, costumbre* 4. Fuscus *de visit. lib.* 2. *c.* 15. *num.* 13. *&* 14. *&* *cap.* 21. *n.* 25. Puteus *decis.* 254. *part.* 1. Mandos. *consil.* 151. *num.* 64. Vgolin. *de offic. Episcop. cap.* 50. §. 7. *num.* 4. Mastrill. *decis. Sicil.* 2. *numer.* 147. Læl. Zech. *de benef. cap.* 12. *num.* 36. Piasecius *in prax. part.* 2. *cap.* 5. *numer.* 19. D. Valençuel. omnino videndus, *consil.* 34. *ex numer.* 79. *&* *iterum consil.* 105. *ex num.* 87. *&* *num.* 92. & plures alij, quos refert Surd. *de aliment. d. titul.* 1. *quæst.* 9. *&* *quæst.* 93. August. Barbosa *in remission. ad Concil. sess.* 24. *de reform. cap.* 18. *pag.* 489. *num.* 141. & Dom. 15

Archiepisc. Bracharens. Acuña *in notis ad textum in cap. nec emeritis, 61. dist. pag. 545. n. 1. & ad cap. neminem 1. distinct. 70. num. 7. & seqq. pag. 594.*

Quinimò non solùm homines eiusdem Regni, ad beneficia, quamvis non ad officia temporalia, quærendos, & præferendos esse, ve-
16 rùm † & eiusdem oppidi, si fieri possit; & ad Episcopatus, eos, qui in eadem Ecclesia, cui de Pastore consulitur, laudabiliter inservierint, expresè admonemur *in d. l. in Ecclesiis, C. de Episcop. & cler. cap. hortamur, 71. dist. ibi: Hortamur Christianitatem vestram iuxta sanctorum Canonum statuta, vt in Ecclesiis à vobis fundatis aliunde veniens presbyter non admitta-*
17 *tur*, cap. 1. dist. 23. † ibi: *Eligatur autem de ipsius Ecclesiæ gremio, si reperitur idoneus, vel si de ipsa non inuenitur, ex alia assumatur, cap. Metropolitano, 63. distinct. ibi: Ex presbyteris eiusdem Ecclesiæ, vel Diaconis optimus ordinetur, cap. sacrorum, cap. nullus, ead. distinct. ibi: Ne quis de aliena Ecclesia eligatur. Habeat enim vnusquisque fructum suæ militiæ in Ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit ætatem, in aliena stipendia minimè alter obrepat, nec alij debitam, alter sibi vendicare audeat mercedem, d. cap. nec emeritis, cap. Catinensis, & cap. obitum, 61. distinct. cap. quam sit 18. q. 2. ibi: Non extraneus eligatur, nisi de eadem congregatione*: & idem nouissimè disposuerunt Sixtus IV. & Leo X. in Bullis, quas refert Nicol. Garcia *d. cap. 9. num. 570.* vbi exprimentes qualitates promouendorum, adiiciunt: *Qui si in eadem Ecclesia beneficiati, & alias si qualificati reperiantur, aliis præferantur.*

Quorum ratio redditur *in cap. peregrina, &*
18 *cap. seq. 3. q. 6.* ibi: † *Peregrina iudicia generali sanctione probibemus, quia indignum est, vt ab extraneis iudicentur, qui comprovinciales, & à se electos debent habere iudices*: quò etiam respicit Nicol. III. *in cap. fundamenta, §. dignè, de elect. in 6.* ibi: *Numquid obduxit obliuio quæ vrbi, quæ incolis nota dispendia intulerunt hactenus peregrina regimina?*

Et facit textus *in cap. bonæ memoriæ, de po-*
19 *stulat. Prælat.* vbi ex eadem ratione † suffraganeus ad Metropolitanam cæteris paribus transferri iubetur, & alia, quæ ad huius articuli confirmationem latè tradit Abb. *in cap. bonæ 2. notab. 13. de postulat.* Prælat. Lambertin. *de iure patron. lib. 2. 1. par. q. 7. princ. art. 24. num. 20. vers. Et ideò*, Lud. Gomez *in reg. de idiomate, q. 1. per totam*, Mandos. *in ead. reg. in princip. & q. 8. & 9.* Dom. Bracharens. Acuña per textum ibi *in cap. presbyteri, 24 distinct. num. 2.* & meliùs *in d. cap. neminem, num. 8.* vbi post alios addit, in vna, eadémque ciuitate, vbi sunt plures Ecclesiæ, præferendum esse illum, qui ex gremio Ecclesiæ est, Ceuall. *in*
20 *pract. quæst. 670. num. 35.* & D. Valençuela † *d. cons. 105. n. 91.* quibus addo notabilem gloss. *in d. cap. 1. dist. 23.* quæ ita inquit: *Habes hîc, quòd semper de clericis ipsius Ecclesiæ eligendus est Prælatus, si ibi est idoneus: & tunc sufficit, quòd sit bonus; sed si de altera Ecclesia eligitur, requiritur, quòd sit optimus.*

Cui conuenit gloss. verb. *Præstantior, in cap. licèt 8. q. 1.* quæ idem docet, & tutoris
21 exemplo confirmat, † qui si ex eodem oppido sit, in quo pupillus moratur, sufficit, quòd idoneus existat, cæterùm si ex alia vrbe vocetur, præstantissimus omnium desideratur, vt docet I. C. *in l. Diuus, D. de tutor. & curat.* & in Decurionibus *in l. generaliter, §. penult. iunctâ glossâ ibi verb. Sufficientibus, D. de Decurion.*

Et hùc respicit Bald. *in d. cap. bonæ, num. 6. de postul. Prælat.* † docens hanc prælationem naturalium, ita considerandam esse, quasi de honestate eis debeatur, etiam vbi nullo præcepto constringitur: *Nam quia* (inquit) *vinculum non est contractum, non est mera iustitia, & quia ex honestate debetur, non est mera gratia*; quasi diceret, fieri eis iniuriam, si denegetur, & beneficium non censeri, si concedatur, vt aliàs in simili inquit I. C. *in l. 1. §. permittitur*, vbi gl. & Bart. *D. de aqua quotid. & æstiu.* Roman. *cons. 22. num. 5.* Craueta *cons. 1701. n. 28. vol. 4.* Bernard. Laurent. *de potest. Regia, c. 18. num. 21.* & Ego *suprà.*

Quæ cùm ita se habeant, & in toto ferè Christiano orbe generaliter procedant, vt inquit *d. l. 14. tit. 3. lib. 1. Recop.* † multò fortiùs, & vrgentiùs in beneficiis nostrarum Indiarum Occidentalium admitti; & practicari debent. In quibus, ferè antequàm vllæ Ecclesiæ, vllaue certa beneficia erecta, & instituta fuissent, Reges Catholici cauere cœperunt, vt patrimonialia essent, adinstar eorum, quæ in Palentina Ecclesia vsurpantur, vt constat ex pactionibus, & capitulationibus, quas cum primis Episcopis insulæ Hispaniolæ fecerunt, quarum mentionem facit Ant. de Herrera *in histor. gener. Ind. decad. 1. lib. 8. cap. 10. pag. 278.* & Ego suprà *hoc lib. cap. 2.* vbi hoc caput repetitur: *Que los beneficios que vacassen, ò se proveyessen despues desta primera vez, se diessen à hijos legitimos, nacidos de los Castellanos en las Indias, y no à hijos de Indios, hasta que el Rei ò sus successores otra cosa determinassen, y que fuessen por suficiencia, procediendo por oposicion, y examen, como en el Obispado de Palencia, &c.*

Quæ verba † inserta sunt in omnibus erectionibus Ecclesiarum in hunc modum: *Beneficia verò, quæ in dictis Ecclesiis creari, vel quovis modo vacare contigerit, prouideri volumus, & statuimus filiis dumtaxat patrimonialibus descendentibus ab incolis, qui ex Hispania in dictam prouinciam transierunt, aut ad eam inhabitandam in futurum transire contingat.*

Id quod † subsequentibus temporibus sæpissimè cautum, & repertum fuit in pluribus schedulis, quæ reperiuntur *1. tom. impress. pag. 274. & iterum pag. 317.* vbi in Proregum instructionibus hoc caput inseritur, *& 2. tom. pag. 188. cum multis seqq.* & præcipuè in illis 17. Nouembr. ann. 1593. 25. Maji 1596. 28. August. 1602. 9. Iulij 1604. & in Ordin. 46. supremi Consilij Indiarum ann. 1571. quæ ita notabiliter inquit: *Los del nuestro consejo de las Indias, ò las personas à cuyo cargo sea la provision, y nombramiento de personas para los oficios, y cargos, Dignidades, y beneficios que para las Indias, y en ellas se huvieren de proveer, prefieran siempre en la prouision de ellos à las personas benemeritas, y suficientes que para ellos en aquellas partes huviere; ò que en ellas nos huuieren servido, ò sirvieren, assi en pacificar la tierra, poblarla, y ennoblecerla, como en conuertir, y doctrinar los naturales della.* Et adhuc meliùs, &

& expreſſiùs in ſched. ann. 1609. quæ nouam formam in prouiſione beneficiorum induxit, de qua latiùs egi *ſup. cap.* 15. ibi: *Eſcojan los Arçobiſpos y Obiſpos tres los mas dignos para cada vno de los dichos beneficios, prefiriendo ſiempre los hijos de padre y madre Eſpañoles, nacidos en aquellas prouincias, ſiendo igualmente dignos à los demas opoſitores de los nacidos en eſtos Reinos, &c.*

Et hùc etiam tendunt innumeræ aliæ ſchedulæ, quæ † ſingulis annis ad Regium Senatum mitti iubent per Proreges, & Prælatos Indiarum, relationes, & informationes naturalium illarum prouinciarum, vt ipſis competenter de officiis, & beneficiis prouideatur abſque eo, quòd opus habeant in Hiſpaniam nauigare, quæ ſchedulæ reperiuntur 1. *tom. impreſſ. ex pag.* 373.

Et omnes † eâ efficaci ratione nituntur, quòd cùm dicti naturales, & originarij Indiarum, & eorum progenitores illas colant, atque defendant, & ſuis laboribus, & ſudoribus acquiſierint (hæ Indiarum prouinciæ adeò magnifaciendæ, & æſtimandæ ſint, vt dixi 1. *tom. de Ind. iure, lib.*1. *cap. vlt. per totum*) non debent exteri ipſis anteponi, nec ſuorum laborum præmia præeripere, eſſétque durum, & crudelitati proximum, vt his ſitientibus, & eſurientibus, illi abundarent, & commodis, atque emolumentis alienæ regionis fruerentur, contra regulam † textus *in l. Præſes, C. de ſeruit. & aqua*, & doctrinam Caſſiod. *lib.* 1. *epiſt.* 34. Marquez *in Gubern. Chriſt. lib.* 1. *cap.* 10. cum aliis, quæ latè adduxi *ſup. lib.* 2. *cap.* 1. *&* 2. *& iterum cap.*7. vbi de præmiis Commendarum Indorum egi, & cur ab illis exteri repellantur, quæ omnia huc aptè transferri poſſunt, necnon ea, quæ dixi etiam *eod. lib.*2. *cap.*7. de eleemoſynis potius faciendis indigenis, quàm alienigenis, & fructibus, & reditibus, quæ in vna prouincia naſcuntur, ad aliam cum eius damno, & iniuria non tranſportandis. De quo extat quoque notabilis ſchedula *tom.* 1. *pag.* 162. quæ, quamvis ſemper maximè deſideratum ſit, vt theſauri Indiarum in Hiſpaniam euehantur, Prælatis tamen, & Religioſis earum iniungit, vt in ſuis concionibus populum moneant, vt ibi eleemoſynas, & pia opera faciant, atque conſtituant, vbi pecunias acquiſierunt, cuius verba infrà lib 4. adducemus, vbi de bonis defunctorum, & eorum iudicibus egerimus.

Et ita hanc iuſtificationem, imò & præciſionem præferendi dictos naturales, & originarios Indiarum in officiis, Epiſcopatibus, & præbendis, & beneficiis earum † ſeriò agnoſcunt, & minus debito impletam eſſe dolent Ioſeph. Acoſta *de procurand. Indor. ſalute, lib.* 3. *cap.* 11. *pag.* 518. ibi: *Neque enim inanis prorſus, & ſupervacanea vox eſt hominum ſuo ſudore, & ſanguine patris nouos, & nihil in Rep. gerentes præclari frui, vehementer expoſtulantium, idque non leuis iniuriæ loco exprobrantium*; cuius alia etiam verba huc ſpectantia retuli *ſup. lib.*2. *cap.* 2. *num.* 66. D. Fr. Ioan. Zapata Epiſcopus Guatemalenſis, *in tract. de iuſt. diſtrib. ferè per totum*, & præcipuè 3. *par. cap. fin. num.*6. ibi: *Quia multos † agnovi ex primorum illorum Conquiſitorum ſucceſſoribus, & directa ſucceſſione progenitos, qui neque pro remuneratione ſua, neque ſuorum parentum aliquid acceperint, & pauperes mercede aliorum viuunt, qui ſibi debitis potiuntur, & gaudent, & cum ipſi laborauerint, alios vident in ſuos labores, laborúmque fructus introire, quod eis ſummæ triſtitiæ eſt; & eis ſumma curæ eſſe debet, quibus commiſſum eſt eorum patrocinium.* Idem tradit Ant. de Leon *in tract. de confirmat. Regiis*, 1. *par. cap.* 12. *num.* 22. vbi † naturales, & origina- 31
rios Indiarum, tanquam filios legitimos ipſarum in bonis, & emolumentis earundem primum locum habere debere inquit, exteros autem cenſendos eſſe tanquam adoptiuos, ſeu legitimatos, quorum gratia in præiudicium legitimorum extendi non poteſt. Et extat ſuper eiuſdem prælationis implemento petendo, & adſtruendo integer, & non indoctus libellus, quem Regiæ Maieſtati obtulit Ioan. Ortizius Ceruantius Peruani Regni Procurator, & poſteà in Cancellaria Noui-Regni Granatenſis Senator, & alter nouiſſimus, & ſatis eruditus D. Ludouici de Betancur & Figueroa, Procuratoris generalis Eccleſiarum Indiarum, & electi Cantoris Quitenſis, & Limanæ Inquiſitionis Fiſcalis, & D. Sebaſtian. à Sandoual Panamenſis Cancellariæ Senatoris digniſſimi. Et præclara quærimonia † doctiſſimi, & religio- 32
ſiſſimi Patris Mag. Fr. Gaſpar à Villaroël, Auguſtiniani Concionatoris egregij, nunc pro meritis ad Chilenſem Epiſcopatum electi, qui ipſe cùm indigena ſit, indigenarum cauſam agens, *in epiſt. dedicat.* quam in ſuorum Quadrageſimalium initio ad Regem noſtrum ſcripſit, vel dictas leges impleri, vel abrogari grauiter poſtulat, & aptè Tito-Liuij locum adducit *decad.* 1. *lib.* 4 qui plebem Romanam deſideraſſe tradit, † vt lex de Tribunis cum po- 33
teſtate conſulari creandis, vel ſeruaretur, vel abrogaretur: *Nec ſe videre, cur non lex quoque abrogetur, qua id liceat, quod nunquam futurum eſt: minorem quippè ruborem fore in iuris iniquitate, quàm ſi per indignitatem eorum prætereantur.*

Qui idem Auctor his diebus, quibus hæc prælo paramus, alium doctum, & pium opus in lucem emiſit ſup. lib. Iudicum, & in eo *cap.* 18. *verſ.* 29. *num.*5. *pag.* 628. eandem querelam repetit, & miſeram illam terram vocari poſſe ait, cui aptari potuerit illa comminatio *Deuter. cap.* 28. *num.* 43. *Aduena*, † *qui tecum* 34
verſatur in terra, aſcendet ſuper te, eritque ſublimior: tu autem deſcendes, & eris inferior. Ipſe fœnerabit tibi, & tu non fœnerabis ei (ſcilicet præ paupertate) *Ipſe erit in caput, & tu eris in caudam.* Et ſubdit, † vel D. Paulum *ad Rom.* 15. 35
n. 20. abſtinuiſſe Apoſtolatus munere fungi in locis, vbi alij prædicauerant, ne videretur ſuper alienum fundamentum edificare.

Quibus rationibus, illæ etiam non leues adiici poſſunt, † quòd indigenæ aptiores ad dicta mi- 36
niſteria eſſe videntur, cùm propter amorem naturalis ſoli, quod non contingit in alienigenis, vt præclarè inquit Acoſta *lib.*3. *de procur. Ind. ſalute, c.*15 ibi: *Indicum ſolum veluti alienum, atque extraneum habent, ita parum curant, quod nihil amant*; Zapata vbi *ſup. c.*8. *n.*4. vbi ex D.Th. & aliis reſoluit, quòd *propter amorem, quem originarius habet erga propriam Eccleſiam, debet in eius adminiſtratione præfici, quamuis alij poſſint abſolutè digniores reperiri*: cui conuenit Reduard. Veſtor. *in theatr. vitæ ciuil. lib.*3. *c.*19. *n.*6. *cum ſeqq.*

vbi pluribus probat, eum meliorem, & aptiorem Magiſtratum alicuius Reip. fore futurum, qui eam plus dilexerit, quod & inſinuat *l.1. tit. 11. part.2.*

37 Rurſus † propter peritiam idiomatis, quæ quàm ſit in eiuſmodi functionibus neceſſaria, ſatis apparet ex his, quæ dixi ſup. *hoc lib.c.15.* & ex illo D. Pauli *ad Corint.1.cap.14. Si neſciero virtutem vocis, eo, cui loquar, barbarus, & qui loquitur mihi, barbarus*; Ezech.cap.3. *Non enim mitteris ad populum profundi ſermonis, & ignotæ linguæ, quorum non poſſis audire ſermones*; quod veluti maximum ſupplicium Deus Iſraëlitico populo comminatur.

Denique quia naturales, & originarij India-
38 rum, † cùm raro, aut nunquam in officiis, vel beneficiis Hiſpaniæ ſuorum laborum, vel ſtudiorum præmium accipiant, omni prorſus remunerationis ſpe carebunt, atque adeò & virtutem, & ſtudia odio habebunt, ſi ſaltem in Eccleſiis, & muneribus ſuæ patriæ non præferantur, vt hanc inæqualitatem ſentiens inſinuauit Ant. de Leon *d. tract. de confirm. Regiis, par.1. cap. 15. num. 35. fol. 77.* & luculenter expreſſit Zapata *vbi ſupr. 2. part. cap. 6. num. 21.* ibi: *Nam qui vident Eccleſiaſtica beneficia, aut Epiſcopatus ex humano reſpectu minus dignis conferri, à litterarum ſtudiis auocantur, & ab ſtudioſo labore, & æmulatione auertentur*; & iterùm cap. 7. n. 8. *Pro quibus elargiendis accurata eſſe debet meritorum inſpectio, in illis præcipuè Noui Orbis partibus, vbi hoc vnum illius Regni filij pro præmio, & ſuarum litterarum remuneratione obtinendum ſperant; & ni æqua fiat diſtributio, à labore, & litterarum ſtudiis facilè auocantur, ſi alios, vel quia diligentiores, vel quia præſentes, aliis, quia humiles ſunt, vel quia abſentes, oblitis, videant anteponi.*

39 Nutriunt † enim præmiorum exempla virtutes, vt cum Caſſiodor. & aliis dixi *ſup. lib. 2. cap.1. num.72. & ſeqq. & cap.30. num.32.* Nemóque virtutem amplectitur ipſam, præmia ſi tollas, vt rectè cecinit Iuuenal. ſatyr. 10. & Ouid. *lib.2. de Ponto*, relatus à Simanc. *lib. 9. de Repub. cap.10.*

Non tamen inuenies multis de millibus vnum.
Virtutem pretium qui putet eſſe ſui,
Ipſe decor recti facti, ſi præmia deſint,
Non mouet, & gratis pœnitet eſſe probum.

Honóſque alit artes, omnéſque accendimur ad ſtudia gloriæ, teſte Cicer. *lib.1. Tuſcul.quæſt.* & ſic oportet ſubditos à Principibus ſpe præmiorum, atque honorificentia ſua prouocari, vt expreſsè cauetur *in l. Iuriſperitos 23. C. de aduocat. diuerſ. iudicior. & in l.1. C. de aſſeſſoribus, & domeſt.* Iuſtin. *in proœmio Inſt. §. fin.* ibi: *Et vos metipſos ſic eruditos oſtendite, vt ſpes vos pulcerrima foueat, toto legitimo opere perfecto, poſſe etiam noſtram Rempublicam in partibus eius vobis credendis, gubernari*, cum aliis traditis à Maſtrillo *de Magiſtrat. lib. 2. cap. 3. num. 5.* meliùs D. Paul. 1. *ad Corinth. Nam qui arat, in ſpe debet arare, & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi*; & in noſtris terminis Celeſt.
40 Pontifex † *in cap. nullus, 63. diſtinct. Habeat enim vnuſquiſque fructum ſuæ militiæ in Eccleſia, in qua ſuam per omnia officia tranſegit ætatem, in aliena ſtipendia minimè alter obrepat.*
41 Teſte enim Agath. *lib. 5. hiſtor.* † *Animorum vis hebetatur, cùm Reip. dignitates aliis conferri ſentiunt, nec honoribus extolluntur ij, quos laboraſſe conſpiciunt.* Quemadmodum è contrario, quod vni ex † benemerentibus redditur, omnibus impertitur, vt Imp. inquit *in l. reſtituendæ, C. de aduoc. fiſci*, & Plin. *in Panegyr. ad Traian.* vbi, *Omnium* (inquit) *quæ merentibus tribuuntur, non ad ipſos gaudium magis, quàm ad ſimiles redundat.* Et Iſocrat. *ad Philipp. epiſt.4. Omnes boni, & docti, eos, qui præſtantibus doctrina, & virtute honorem habent, non magis laudant, & honorantur, quàm ſi in ipſos omnia collata fuiſſent*, & vide alia, quæ adduxi *d.l.2.c.2. ad finem.*

Hæc autem † naturalitas, ſiue origo, vel domicilium ad officia, & beneficia in prouinciis Indiarum habenda, & quoad facultatem in eiſdem habitandi, & commercia exercendi, qualiter, & quo tempore acquiratur, & quòd non ſufficiat, vt extraneus à Regno per Regium diploma, ſiue litteras, quas vocant naturalitatis, efficiatur naturalis, vt poſſit dicta officia, vel beneficia obtinere, niſi ad hæc ſpecialiter diſpenſatus & habilitatus (vt dicunt) reperiatur, videnda ſunt, quæ in ſimili dixi loquens de Commendis Indorum, quæ alienigenis dari non poſſunt, *ſup. lib.2. cap. 10. num.52. & ſeqq.* & textus de iure noſtro Regio celebris *in l. 19. & 20. tit. 3. lib. 1. Recop.* vbi Azeued. & quæ poſt alios tradit Rebuff. *2. tom. ad ll. Gallic. de litt. naturalit. per tot. & tract. de pacif. poſſeſſ. num. 267.* Salced. omninò videndus, ad Bernard. Diaz *in prax. cap.54. num.14.* Petr. Barb. *in l. hæres abſens, §. proinde, num. 62. de iudic.* Chaſſaneus *in conſuetud. Burgund. rubr. 2. §. 1. de confiſcation. num. 38.* Petr. Greg. *lib. 4. de Repub. cap.4. num. 17. & ſeqq.* Carol. de Tapia *in conſtit. Neapol. pragmat. 1. de offic. prouiſ. faciend. Regnicolis, lib. 2. fol. 111. num. 1.* Marius Muta *in conſuetud. Panorm. cap. 30. num. 19. latè* Nicol. Garcia *in dict. tract. de benef. par. 7. cap. 9.* Ioan. Gratian. qui alios adducit reg. 146. Tiber. Decian. *lib.4. criminal. cap. 16. num. 8.* Menoch. *lib.6 præſumpt. 30. & 46.* Th. Sanchez *de matrim. lib.3. diſp. 23. ex num.1. & diſp.25. per totum*, Steph. Gratian. *lib.1. diſcept. forenſ. c.181.* Camill. Borrel. *de Magiſtr. edict. lib.2. cap.9. num.6. & 7.* Noſter inſignis I.C. Alphonſ. Carranca *in diſp. de partu, cap. 41. ex num. 52.* vbi tractat, † an expoſiti iudicari debeant naturales Regni, in quo nati, & expoſiti ſunt, & vt tales ad officia & beneficia admittantur, Parlad. *in ſexquicent. differ. 103. ex n.8.* Dom. Valençuela *conſ.55. n.37. vol.1.* & nouiſſimè plura, & plures doctè congerens D. Th. Carleualius, Neapolitani Regni Senator meritiſſimus, & mihi iam inde ab ſtudiis Salmanticenſibus; vbi mea Gymnaſia frequentauit, plurimi habitus, *in tract. de indic. diſp.2. q.1. de foro domicilij, & q. 2. de foro originis*, vbi benè inter alia explicat, † in quo differat incola 4
ab originario, & alia de modis acquirendi naturalitatem.

Quæ omnia valdè his diebus trutinata fuerunt in repreſſaliis † contra Francigenas in Hi- 4
ſpania, & in Indiis commorãtes, bellorum occaſione per Regem noſtrum à Gallo prouocatum iuſtiſſimè promulgatis. In quorum cauſis, reorum partes, qui ſe domicilio, litteris naturalitatis, & aliis titulis defendebant, valdè tutatus eſt egregius I. C. D. Didacus Altamiranus, & pro

Fiſco

ſco acerrimè propugnauit eruditiſſimus D. oannes Oſſorius Guadalfajara, Regius ad has auſas Fiſcalis creatus, quæ tandem ob vitanam ancipitem iudiciorum aleam, reis ita poſtuantibus, & Regis noſtri benignitatem in omnius experientibus, honeſta quadam, & amicabicompoſitione ſopitæ ſunt.

Et de iure Indiarum † per ſched. 14. Iulij 561. & 21. Febr. 1562. diſpoſitum eſt: *Que os eſtrangeros que reſidieren en Eſpaña, ò en las ndias diez años con caſa, y bienes de aſſiento, eſtuuieren caſados con mugeres naturales de llos, ò de las dichas Indias, ſean auidos por naurales de ellas.* Quamuis ad effectum tractani, & contractandi, hoc eſt commercia in iſdem Indiis exercendi per alias nouiores ched. 2. Octob. 1608. 11. Octobr. 1618. & 7. unij 1620. additum ſit, vt viginti annorum abitatio deſideretur, *Los diez con caſa, y biees raizes haſta en quantidad de quatro mil duados, de que ha de conſtar por eſcrituras autencas, y no por informaciones, y que no puedan atar, ni contratar mas de con ſus caudales, y no e otros eſtrangeros.*

Sed ſæpè dubitatum vidi, † an Nauarri, & ragonenſes, quoad officia, & beneficia Reni Caſtellæ, & Legionis, & præcipuè noſtraum Indiarum, pro exteris, vel pro naturalius habendi ſint? Et ſanè exterorum claſſi agregandos videri, vt & Luſitanos, Italos, Belas, & alios, quorum prouinciæ prædictis Renis non acceſſoriè, ſed æquè principaliter vnie ſunt, illiſque etiam hodie gubernantur, iuxa ea, quæ dixi 1. *tom. lib. 3. cap. 1. num.* 46. exreſſe docet Didac. Perez *in l. 18. tit. 3. lib. 1. Ord. pag.* 8. his verbis: *Diſpoſitio præterea huus legis, etiam ad Regnicolas Regni Aragonum & Nauarræ extenditur, vt habetur in Curiis egouia ann. 1532. pet. 42.* Et præterea ſubdit, lis diebus priuatum fuiſſe quendam Magirum Martinum Vincentium Canonicatu Zaorenſis Eccleſiæ, quem per oppoſitionem obnuit, eò quòd eſſet Tarraconenſis. Quem cam etiam refert, & ſe hunc Magiſtrum agnoiſſe inquit Azeued. *in d. l. 14. tit. 3. lib. 1. Recop.* quibus adrident ea, quæ tradit Burg. de az *in l. 3. Tauri, num.* 451. *fol.* 125. dum docet, originarios, ſeu naturales Regni Aragoiæ, quoad beneficia Regnorum Caſtellæ, & egionis exteros, alienigenáſque eſſe: idémue dici debere de Nauarris, niſi quòd diſpenti reperiuntur, & veluti naturales dictorum egnorum reputantur ex Regia ſched. 28. pril. ann. 1553. & ſic in Regia Pinciana Canellaria fuiſſe pronunciatum in cauſa Petri Lur & Ochoa de Aoiz. Quod idem tenet Olaus in antinom. in præfat. num. 20. & Salceus *d. cap.* 54. *num.* 24. Et hanc eandem diſpotionem, ſiue permiſſionem, quoad præbenas, & beneficia noſtrarum Indiarum in Naarris reperio inter earum ordinationes in alia hed. ſub ead. data 28. April. ann. 1553. & 3. Nouembr. ann. 1581. quæ extant 1. *tom. pag.* 74. & 175. & hoc iure vtimur, vt etiam præer alios nouiſſimè notat D. Carleual. *d. diſp.* *num.* 99. In Aragonenſibus tamen nullam milem vidi, quin potiùs apud Gomaram lego *ſua hiſt. Indiar. fol.* 12. Eliſabetham Reginam Catholicam Indiarum inquiſitioni, & conquiitioni plus fauiſſe, quàm Ferdinandum Regem Catholicum eius virum, idque ex eo infert, quòd in inſigniis, & armis Columbo conceſſis, illud Lemma inſcribi iuſſit: *Por Caſtilla, y por Leon nueuo mundo hallò Colon: y tambien porque no conſentia paſſar à ellas ſino à Caſtellanos; y ſi algun Aragones allà iba, era con ſu licencia, y expreſſo mandamiento.*

Et in terminis apud Ioan. de Heuia *in Labirint. commercij terreſt. & naual. 1. par. cap. 1. num.* 37. *pag.* 14. Quòd † Aragonenſes quoad 49
Indias pro exteris reputantur, & in illis mercaturam exercere non poſſunt, quamuis hoc vltimum parum obſeruatur, nec vnquam vidi, quò alicui Aragonenſi ſuper hoc lis mota fuerit, vel ad compoſitionem vocatus, quin potiùs cùm Rex Catholicus Ferdinandus, qui has Indias detexit, eſſet Aragonenſis, plurimi eiuſdem Regni iam inde ab illo tempore ad ipſas, & quidem cum officiis honorificis transfretarunt, & quotidie transfretare ſolent, abſque vlla peculiari hac in parte diſpenſatione, qui mos, veluti pro lege præualuiſſe videtur. Nam reperio quandam notabilem ſched. 13. Ianu. ann. 1596. in qua iubetur, ne aduerſus Maioricenſes, vel Minoricenſes, tanquam contra alienigenas procedatur, eâ ratione reddita: *Porque pretenden ſer reſeruados por de la Corona de Aragon.* Et cùm his diebus de recopilandis legibus Indiarum ageretur, & in hoc articulo, me conſulente, hæſitatum fuiſſet. Tandem Senatus deliberauit, vt in transfretatione, & habitatione, ac contractatione Aragonenſium in Indiis nihil innouaretur, priuilegium tamen Nauarris conceſſum in eiſdem præbendas, & beneficia Eccleſiaſtica obtinendi intra perſonas, & cancellos, de quibus loquitur, contineretur, vt ſic in Indiis idẽ ius hac in parte, quod in Regnis Caſtellæ & Legionis obſeruaretur, quorum legibus ipſæ Indiæ reguntur, vbi municipali earum iure aliud diſpoſitum non apparet, vt infr. lib. 4. trademus.

Neque obſtat, quòd hæc regna vnita ſint, & vnam veluti Monarchiam hodie conſtituant. Vnde nihil referre videtur, quòd peregrini admittantur, vel, vt melius loquar, † peregrini 50
appellari non poſſunt, qui ſub vno Rege ſociantur, vt in ſimili tradit Borrel. *d. tract. de Magiſt. edict. lib. 1. c. 5. n.* 23. Nam certius eſt, etiam in hoc caſu prædicta Regna ita regenda, & gubernanda eſſe, atque ſi vniuſcuiuſque tantùm ipſe idem Rex dominatum haberet, vt tenet Suar. *de legib. lib. 1. cap. 7. num.* 14. Salas *eod. tract.* 9. 90. *tract.* 14. *ſect.* 8. *n.* 49. *pag.* 20. Sotus *de iuſt. & iure lib. 1. q. 1. art. 2.* verſ. *At verò Regna,* & eleganter Patritius *lib. 3. de Regno, tit.* 13. qui non aliter † 51
ad alienigenas tranſitum faciendum eſſe docet, quam ſi omninò idonei indigenæ deſint, ſic inquiens: *Verùm ſi ea regio, cui Princeps imperat, non abundat doctis, & præclaris hominibus, aliunde accerſiri iubeat; vt enim diligens venator, ſi in patria ſua optimum canem non inuenerit, Epiroticam, aut Laconicam magna impenſa, magnáque diligentia exquirit, ſic Rex ſi regionis ſuæ idoneos indigenas non habebit, toto Orbe terrarum perquiſitos, omni ſtudio, omnique largitione, ac liberalitate conſtituet.*

CAPVT

CAPVT XX.

An sacri Ordines, & Beneficia Curata Indorum conferri poßint Indis, & Hybridis, siue Variis, quos vulgò Meſtizos *dicimus? Et super eorum, & aliorum illegitimitate quoad hac per Indorum Episcopos dispensari?*

SVMMARIVM.

1 *Indi, & Hybridæ, vulgò* Meſtizi, *sacrorum Ordinum, & beneficiorum capaces sunt, dummodò eos nihil aliud impediat.*

2 *Indi in primis capitulationibus, & erectionibus Ecclesiarum Indiarum, qualiter vocati fuerint ad ipsorum beneficia?*

3 *Concil. Limense dum Indos ordinari, & ad altare accedere probibuit, explicatur.*

4 Meſtizi *per quasdam schedulas, quæ referuntur, probibiti sunt sacros Ordines recipere, & de earum expositione.*

5 *Mestizos ad titulum idiomatis Indorum ordinari posse, quando, & quare statuerit Concil. Limens. II. & III?*

6 *Episcopi aliqui Indiarum nimis facilè Mestizos etiam illegitimos, ordinant, & beneficiis Indorum præficiunt, & alij in hoc valdè dubij sunt, & schedulæ, quæ de his agunt.*

7 *Illegitimi sine dispensatione Rom. Pont. ad sacros Ordines promoueri non possunt.*

8 *Illegitimi etiam si ad recipiendos sacros Ordines dispensentur, beneficia tamen Curata, & Præbendas Cathedralium absque alia noua dispensatione habere non possunt.*

Cap. vlt. de filiis presbyter. *& alia iura similia explicantur, ibidem.*

9 *Illegitimus nunquam potest dici pacificus possessor beneficij.*

10 *Illegitimorum prohibitio, quoad ordines, & beneficia, quibus rationibus nitatur?*

Deuteron. locus notatur cap. 23. verſ. 2. *exponitur, ibidem.*

11 *Manzer verbum, quid significet?*

12 *Gratia præbendæ facta illegitimo absque narratione, & dispensatione huius defectus, est nulla, & subreptitia.*

13 *Præsentatio Regis de illegitimo non valet, & quòd semper de habili accipienda sit.*

14 *Princeps est, & esse debet amator castitatis.*

15 *Princeps non potest legitimare aliquem quoad beneficia, & alia spiritualia, & quare?*

16 *Specialia duo in vno eodémque subiecto regulariter non concurrunt.*

17 *Casus causæ cuiusdam præbendarij præsentati à Rege, cui natalium defectus obiiciebatur, refertur.*

18 *Fructus restituere debet, qui impetrat præbendam suppresso vitio illegitimitatis, vel data alia nullitate sui tituli.*

19 *Dispensatus ad Canonicatum non est dispensatus, sed potius prohibitus ad Dignitatem, & dispensatio odiosa non extenditur de casu ad casum.*

Cap. 1. §. ille verò, & cap. cui de non Sacerdotali, de præbend. lib. 6. *exp en ditur, & illustratur, ibidem.*

20 *Prælati Indiarum, qui ordinant illegitimos, & beneficiis Curatis Indorum præficiunt, qualiter excusari possint?*

21 *Consuetudo, & obseruantia antiqua cuiuslibet prouinciæ magnifacienda est.*

22 *Consuetudo antiqua inducit præsumptionem tituli, & habet vim decreti.*

23 *Illegitimos non dispensatos ordinans peccat mortaliter, & priuatur ordinandi facultate.*

24 *Constitutiones vulgares à doctis, & grauibus Prælatis ignorari, vel imprudenter sperni credibile non est.*

25 *Actus celebrati à doctis, & grauibus personis, etsi prima facie appareant iniusti, aut iusti præsumi debent.*

26 *Archiepiscopus Limensis quid retulerit super ordinatione Mixtorum illegitimorum?*

27 *Bulla Greg. XIII. refertur, quæ Indiarum Episcopis Mixtos illegitimos ad suscipiendos ordines dispensare permittit.*

28 *Dispensatus ad beneficia, si illegitimus sit, non potest illa obtinere, nisi priùs ad ordines recipiendos dispensatus reperiatur.*

29 *Papa si mandet alicui prouideri de beneficio, interpretatio fit, dummodò sit legitimus.*

30 *Causa quæ suasit committere Episcopis dispensationem illegitimitatis quoad ordines ob titulum, & doctrinam Indorum, suadet etiam, vt ad Curata ipsorum habenda cum eisdem dispensare possint.*

31 *Dispositio qualibet potentior est in causa, quàm in causato.*

32 *Pij V. Breue refertur, quo Episcopis Indiarum permisit dispensare omnes ferè species irregularitatis, quoad ordines, & beneficia.*

33 *Dispensationes factæ à Prælatis virtute concessionis Pontificiæ perinde iudicantur, ac si ab ipso Pontifice factæ fuissent.*

34 *Obseruantia, & praxis alicuius priuilegij illud declarat, & possidenti iustum titulum præfert.*

35 *Commendæ, & Rectoriæ non cadunt sub nomine beneficij, & illegitimis, etiam absque dispensatione, conferri possunt.*

36 *Capellaniæ amobiles ad nutum, & Vicariatus temporalis possunt dari illegitimis, imò & filiis presbyterorum.*

37 *Episcopi cum illegitimis quoad plura dispensare possunt.*

38 *Illegitimi ex sententia aliquorum ab Episcopis etiam ad Ordines maiores, & curata dispensari possunt, semper atque id Ecclesiæ necessitas, vel vtilitas suaserit.*

39 *Capitulum sede vacante potest easdem dispensationes irregularitatis facere, quas Episcopus.*

40 *Prælati Indiarum, si tempore quo illegitimos ordinant, & ad Curata promouent, cum eis dispensant virtute Breuium Apost. securi esse possent, sin autem secus.*

41 *Dispensatio, vt valeat, requiritur notitia defectus, super quo dispensatur, & causa, & intentio in eo dispensandi.*

42 *Doctrinæ Indorum iam non dantur in Commendam, sed in titulum.*

43 *Capel*

Capellania, vel beneficium, vt dici possit titulatum, & perpetuum, quæ requirantur.

Bullas ad dispensandum cum illegitimis extare non sufficit, nisi Prælati eis vtantur.

Actus non sustinetur ex potestate, ex qua non est factus, & qualiter ex defectu formæ, vel intentionis nullus reddatur?

Forma permissiua non seruata, succedit immediatè forma destructiua contraria.

Episcopi non habent iurisdictionem dispensandi cum illegitimis, nisi eam ex vi indulti Apostoli sumant, & exerceant.

Conscientiæ periculum vbi vertitur, ibi in dubio, quod securiùs, & certiùs est sequi debemus.

Culpa etiam vbi non est, eam timere solent conscientiæ timoratæ.

Pontifex summus ex sententia Auctoris adiri debet pro reualidandis ordinibus, & prouisionibus Mixtorum illegitimorum ab Indiarum Episcopis factis.

Consuetudo etiam erronea excusat à pœna.

Dispensari faciliùs debet cum illegitimis in prouinciis Indiarum, propter sedis Apostolicæ distantiam.

Illegitimi non ritè ad ordines, vel beneficia ab Episcopis dispensati, an, & quando ab eorum successoribus rehabilitari possint?

Facultas data ab homine in primo actu consumitur, si tamen ille validus fuerit.

Illegitimi, qui sciunt, vel putant se ab Episcopis virtute indultorum Apost. dispensatos fuisse, tuti sunt in vtroque foro, & scrupulum deponere possunt.

Clausula conscientiæ oneratiua excludit omnem exceptionem ab actu in vim eius facto; & inducit liberam voluntatem delegati, alia plura de ea.

Dispensationes, vt facta dicantur virtute Breuium Apostolicorum, qualibet verosimilitudo sufficit.

Dispensatio cum clausula conscientiæ oneratiua Episcopis concessa, an possit ab eisdem suis Vicariis generalibus delegari?

Actus omnis in dubio ita intelligi debet, vt potiùs valeat, quàm pereat.

Præsumptio, quæ est pro validitate actus, omnibus aliis potentior censetur.

LANE † ipsi Indi ad Fidem conuersi, & ex mixto eorum, & Hispanorum semine proce-ntes, quos Latinè *Hybridas*, siue Varios, His-nè *Mestizos* vocare solemus, omnium Eccle-sticarum præbendarum, & munerum in eis-m Indiis participes sunt. Et imprimis esse de-rent, si quod eis ius naturalitatis, & originis æstat, morum corruptela, aut alia animi, & rporis vitia, & præsertim illegitimitatis, vel urietatis defectus non impediat, atque detur-t. Id quod ita rectè testatur Acosta *de procur. dor. salut. lib. 4. cap. 8. pag. 415.* Fr. Ioan. Zapata *iust. distrib. 2. part. cap. 11.* D. Emanuël Sar-ento in terso illo libello de Militia Euange-a, & Ego dixi latiùs sup. *hoc tom. lib 1. cap.* . Nam licèt in aliquibus schedulis Regiis, as ibi recensui, sacris initiari prohibeantur, de illegitimis, vel aliàs minùs meritis, aut capacibus intelligi debet. Cæterùm si habiles t, nulla est ratio, cur excludi possint, vel debeant, *cap. eam te, cum similibus, sup. in initio cap. præcedentis relatis,* & *in d. lib. 1. cap. vltim.*

Et vltra ibi tradita addo, † in primis illis capitulationibus cum Indiarum Episcopis initis, 2
quarum mentionem feci *sup. cap. prox.* non fuisse prorsus exclusos Indos, & Indorum filios à beneficiis Indiarum, sed pro prima illâ tantùm vice, quovsque Rex, vel eius successores aliud determinarent. Quod in omnibus etiam erectionibus Cathedralium cautum posteà fuit, vt constat ex Limensi, quam inserui *sup. cap. 3. vers. Volumus autem, quòd si successus temporis.* Vbi postquàm dixit beneficia vacantia filiis patrimonialibus Hispanorum Indias habitantium danda esse, adiecit: *Donec in posterum visa, & cognita per Nos, & successores nostros Christianitate; & capacitate Indorum, ad instantiam, & petitionem dicti patroni, nunc, & pro tempore existentis, visum fuerit. Indis etiam naturalibus dicta beneficia esse prouidenda.*

Et ita intelligo † Concil. Limens. II. *par. 2. can. 74. pag. 55.* ibi: *Que los Indios no se ordenen de alguna orden de la Iglesia, ni se vistan algun ornamento, aunque sea para cantar la epistola; pero puedan con sobrepelliz, y aderecos decentes seruir en la Iglesia.* Debet enim accipi, interim dum de eorum capacitate non constat. 3

Provt & † in variis, siue *Mestizis* declaratum etiam fuit in sched. dat. Matriti 13. Decembr. ann. 1577. ad Episcopum Cuzquensem directa, quæ habetur *in 1. tom. pag. 172.* & iniungitur: *Mire mucho que las personas que ordenare, tengan las partes, virtud, calidad, y suficiencia que para el estado del Sacerdocio se requiere; excluyendo à los que carecieren dellas; y principalmente à Mestizos, hasta que otra cosa se prouea.* Quod & repetitur in aliis ann. 1578. cum Archiep. Limano, & Noui-Regni Granatensis loquentibus, *eod. tom. pag. 173.* ibi: *I por aora no dareis ordenes à los dichos Mestizos de ninguna manera, hasta que auiendo se mirado en ello, se os auise de lo que se ha de hazer.* Ad quas schedulas se refert nouior alia an. 1587. *eod. tom. & pag.* declarans in *Mestizis* strictè intelligendas esse, hoc est: *Hyos de India, o Indio, y Español, ò Españolo*, non verò in aliis, *Que son hyos de Mestizos, y Españoles*, quos vulgò *Quaterones* vocant, redditâ eâ ratione: *Porque no aya ocasion de que los virtuosos se desconsuelen, y dexen de seguir el camino de la virtud.* 4

Sed cùm in his prouinciis Sacerdotum penuria esset, qui Indorum idioma intelligerent, dispositum † primò fuit per Conc. Limens. II. 5
par. 1. can. 26. pag. 7. ann. 1567. vt ad sacros Ordines, etiam sine patrimonio, vel beneficio admitti possent, ad titulum, quod vocant Indorum, qui ipsorum linguam callerent. Et in Concil. III. *act. 11. c. 31. pag. 137.* ann. 1583. hoc fuit ampliatum, vt quicunque, qui re verâ Indis præficiendi putarentur, possent ordinari ad titulum doctrinæ Indorum, quamvis nulla specialis Parochia illicò eis designaretur.

Quâ fortassè occasione Prælati aliquando huiusmodi homines ordinabant, & aliqui adeò facilè, vt extat schedula dat. Tolet. 24. Iunij an. 1560. *d. 1. tom. pag. 172.* quâ Religiosi Indiarum queri videntur: *Que los Obispos de las Indias*

no

no los querian ordenar à ellos, y ordenaban à cada passo Mestizos, y otras personas nacidas en
6 *aquella tierra.* Quinimò † non solùm eos ordinabant, verùm, quod plus est, statim illos beneficiis curatis Indorum præficiebant, quamuis non solùm Mestizi essent, sed etiam (quod plerunque in istis contingit) spurietatis, vel illegitimitatis defectum paterentur. Quod scrupulis plenum, & à iuris Canonici regulis discentaneum meritò visum fuit Reuerendiss. Episcop. D. Fr. Petro de Perea, & D. Francisco Verdugo nouiter ad Arequipensem, & Guamangensem Ecclesiam adlectis, & acquiescere nolentes asseuerationi Illustriss. Archiep. Limani D. Bartholomæi Lobo Guerrero, qui id tum ex consuetudine, tùm ex aliis rationibus excusabat, quas statim trademus, Regium Senatum de hoc certiorem fecerunt. Qui Archiepiscopum reprehendit, quòd dictum morem obseruaret, & defenderet, & schedulam expediuit, dat. Matr. 4. Martij ann. 1621. quâ alteram 21. Ianuar. ann. 1594. obseruari præcepit, quâ declaratum fuit: *Que por ninguna via los Obispos de las Indias ordenassen ningun illegitimo, ni defectuoso de alguno de los requisitos, conforme à lo dispuesto por Derecho, y sacro Concilio Tridentino, y que tampoco dispensassen con ellos, aunque fuesse para beneficios Curados de Indios, pues la dispensacion de vno, y otro solo la podia dar el sumo Pontifice.*

7 Quas quidem † schedulas negari non potest valdè conformes esse iuris Canonici decisionibus, quarum auctoritate primò docemur, eos, qui ex legitimo matrimonio nati non sunt, vel per subsequens legitimati, absque speciali dispensatione Rom. Pont. ad Ordinem sacrum promoueri non posse, vt habetur *in cap. 1. de filiis presbyt. cap. consuluit 5. de seruis non ordin. cap. per venerabilem, in fine, qui filij sint legitimi, cap. nisi cùm pridem, §. personæ, de renunt. l. 12. tit. 6. part. 1.* Trident. *sess. 23. c. 5. de reformat.* ibi: *De ipsorum ordinandorum natalibus*, cum aliis, quæ latè adducunt D. Thom. *in supplem. ad 3. part. q. 39. art. 5.* Angel. Syluest. Rosell. & alij Summistæ, *verb. Illegitimus*, Speculat. *lib. 4. tit. de filiis presbyt.* Angel. *cons. 401. num. 10.* Calderin. *cons. 466.* aliàs *2. qui filij sint legitimi*, Albert. Trotius *de vero, & perfecto cler. lib. 2. cap. 1. & 2.* Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 4. cum seqq.* Villadieg. *eod. tractat. cap. 10. vers. Dixi vlteriùs*, Palæot. *de noth. & spur. cap. 57. & cap. 58. à num. 4.* Petr. Gregor. *de benef. cap. 5.* Rebuff. *in prax. tit. de dispens. sup. defect. natal.* Menoch. *de arbitr. cas. 201. à nu. 35.* Bernard. Diaz, & eius Addition. Salced. *in prax. cap. 14.* Tolet. *in summa lib. 1. cap. 58.* Eman. Roder. *in summa, tom. 2. cap. 16. & in quæst. regul. tom. 1. q. 13.* Suar. *de censur. tom. 5. disp. 50.* Sayrus *eod. tract. lib. 6. c. 10.* Auila *part. 7. disput. 3. dub. 7.* Nicol. Garcia *de benef. 1. part. cap. 5. à num. 115. & part. 7. cap. 2.* Galganet. *de iur. pub. lib. 3. titul. 2. num. 26. cum seqq.* Nauarr. *cons. 1. & seqq. tit. de filiis presbyteror.* Card. Tusch. *pract. concl. litt. O. conclus. 193. num. 11. & litt. S. concl. 415. num. 6.* & nouissimè, & latissimè Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubr. 11. c. 13. per tot.* & Ioan. Bapt. Lup. *in tract. de illeg. lib. 1. comment. 1. §. 3. n. 25. & seqq.*

8 Et rursus, † non sufficere hanc dispensationem pro ordinibus suscipiendis, vt tales ille gitimi Præbendas, maximè in Cathedralibus vel quælibet beneficia curata obtinere pos sint, nisi ad hoc quoque altera specialis dispen satio eiusdem Rom. Pontif. interueniat, vt con stat ex *cap. innotuit, c. cùm in cunctis, de elec cap. per venerabilem, in fin. qui filij sint legitim cap. vlt. de filiis presbyt.* ibi: *Nimis in tua pro uincia Ecclesiæ deformatur honestas ex eo, quò filij Sacerdotum: & alij non legitimè nati a dignitates, & personatus, & alia Ecclesiasti ca beneficia curam animarum habentia, sin dispensatione sedis Apostolicæ, promouentu* Quæ prohibitio renouata, & ampliata fuit Greg. XI. an. 1374. in Bulla, quæ incipit: *Et à sacris Canonibus*, quam refert Cherub. *in Bu lar. pag. 226.* & conducit Conc. Trident. *sess. 2 de refor. c. 2.* ibi: *Natalibus*, textus & gloss. *in Cœnomanensem, distinct. 56.* cum pluribus alii quæ adducunt DD. *sup. relati*, & vltra eos In noc. *in cap. constitutis, el 2. de appell.* Feli *in cap. Pastoralis, num. 11. de off. deleg.* Socin *cons. 48. num. 28. lib. 4.* Nauarr. *cons. 6. num. 7. d de filiis presbyt.* Rebuff. *de pacif. possess. nu. 27 & seqq.* vbi concludit: † *Quòd illegitimus nun quam potest dici pacificus possessor beneficij, cùn sit penitùs incapax ad spiritualia, & ideò po triennium, imò & post centum annos, molesta ri potest, quia diuturnitas temporis eum capa cem non facit, arg. cap. fin. de consuet.* Puteu *decis. 247. lib. 1.* Enriq. *in summ. lib. 14. cap. §. 10. ad fin.* Azor. *2. tom. inst. moral. lib. 6. c. 3. q.* Garcia *d. 7. par. cap. 2. num. 5. & seqq.* Mirand *in Manuali Prælat. tom. 2. q. 2. art. 8. concl.* Camil. Borrel. *in summ. dec. tit. 20. n. 77.* Lessiu *de iust. & iur. lib. 2. c. 34. n. 86.* Sayrus *de cens. lib. c. 11. num. 27. & 28.* Garcia *de benef. 1. par. cap. à n. 97.* Lupus *d. tract. de illeg. com. 1. §. 3. n. 2* Dom. D. Roder. Acuña *in cap. Apostolica, dist 46. num. 1.* & Aug. Barbosa *in Pastorali, 2. par alleg. 45. per tot.* Filliuc. *de statu cler. tit. de be nef. c. 5. num. 5. & seq.* Vazq. *in opuscul. de bene cap. 3. §. 1.* & nouissimè Illustriss. electus Mexi canus Dom. D. Felician. à Vega *in cap. 4. §. d adulter. de iudic. ex n. 93. ad n. 100.* vbi, quæ eiu comitas est, Me allegat, & licèt immeritum pluribus laudibus ornat, quas, etsi agnoscere i me non potui, amare tamen, vt à tanto viro pro fectas, debui. 9

Qui Auctores, vtriusque prohibitionis ear rationem adducunt, † quòd illegitimi tanquam in peccato concepti, aliquâ infamiâ, saltim fa cti, notantur, iuxta ea, quæ dixi *sup. lib. 2. cap. 2 num. 33.* & in eis ea ipsa, quæ in parentibu fuit incontinentia, timeri potest, arg. text. in quisquis, *§. filiis verò, C. ad leg.* Iul. Maiest. ibi *In quibus paterni, hoc est hæreditarij, sceleri exempla metuuntur, cap. 2. dist. 56.* & eorum quæ tradit Ioan. Andr. *in cap. fin. de filiis pres byt. lib. 6.* Quamobrem etiam in lege veteri a altare Domini accedere vetabantur, vt consta ex *Deut. cap. 23. vers. 2.* ibi: *Non ingredietu Manzer* (hoc est, de scorto natus) *Ecclesian Domini vsque ad decimam generationem*: qu verba perpetuam exclusionem significant. E enim hæc frequens sacræ Scripturæ phrasis, v notat Ant. Fonseca Lusitanus *in addit. ad Caie ibid.* & Maiol. *d. c. 4. n. 1.* Et verbum *Manzer* quamvis propriè scorti, vel adulteræ filium sig nificet, vt idem Caiet. aduertit, communite

porrigitu

porrigitur ad omne genus illegitimorum, vt
docet textus & gloss. *in d. c per venerabilem, in
fine,& in d.c.nisi cùm pridem,§.personæ,de renunt.*
Summ.& Maiol.*vbi sup.*& late Tiraq.*de nob.c.15.
n.16.*& Cou.*in epit.de sponsf.2.par.c* 8.§.10.*n.*4.

Et inde est,† quòd gratia summi Pontificis de
aliqua præbenda illegitimo facta,non præceden-
te cognitione,& dispensatione defectus nataliū,
non valet,imò corruit,tanquam subreptitia,iux-
ta textum *in d.c.innotuit, de elect. & in c.1. §. illi
verò,de filiis presbyt.lib.6.*

Est similiter † præsentatio à Rege nostro fa-
cta, tanquam Patrono dictarum præbendarum
in Ecclesiis Indiarum; cùm & ipse semper in ti-
tulis præsentationis adiiciat, vt præsentati, ita
demum admittantur,si habiles,& idonei reperti
fuerint, vt in nostris terminis tradit Arnulph.
Ruzæus *de iure regal.priuil.50.n.2.*

Et enim † Princeps amator castitatis, & legi-
timi thori,*l.ita nobis pudor,C.de adult.*Nec velle
videtur,quòd illegitimi admittantur ad dignita-
tes, & præbendas, maximè in Ecclesiis Cathe-
dralibus vna cum legitimis, nec vt filius ancil-
læ sedeat cum filio liberæ, vt aliàs dicitur *in c.
satis, de sepult.& in cap.accedeus,de purgat. can.*
Imò † etsi vellet, non posset, non præcedente
(vt diximus) dispensatione Pontificis, quia vt
eleganter tradit Martin. Laudens. *in materia le-
gitimationis, in quæst.*quæ incipit: *Augerius Seio,
n. 10. & 11.* Quamuis Princeps secularis possit
habilitare incapacem, & illegitimum ad hono-
res, & successiones, & ad alios effectus tempo-
rales,qui sub eius iurisdictione,& potestate con-
tinentur, vt in Auth *quib.mod.natur. effic. sui, &
leg.*tamen non potest disponere de his,quæ non
subiiciuntur ei,vt sunt spiritualia,& ita nec legi-
timare aliquem, nec reddere capacem, qui aliàs
est inhabilis ad beneficia, & præbendas Eccle-
siasticas,iuxta textum *in c.quæ in Ecclesiarum,&
in c.Ecclesia S. Mariæ,de const.*Concurrent quip-
pè duæ specialitates, & quòd beneficia confer-
ret,siue ad illa præsentaret,& quòd cum illegiti-
mo dispensaret, † quod in vno eodémque sub-
iecto regulariter dari non solet, vt per text. &
DD. *in l.1.C.de dotis promiss.*Bart.*in l.Mæuius, §.
duobus, D.de leg.2.*latè Velasc.*in axiom.iur.litt.D.
n.233.* & in nostris terminis Arnulph. Ruzæus
d.priuil.50.n.4.vers. Quintò facit.

Quæ omnia his diebus expedi † in ardua causa
cuiusdam præbendarij,cui obiiciebatur,quòd fi-
lius clerici esset,& licèt ad Canonicatum in Ca-
thedrali esset per Pontificem dispensatus, po-
steà tamen per Regem nostrum huius defectus
ignarum,fuit ad dignitatem promotus, quâ pri-
uandus dicebatur ex iuribus,& Auctoribus sup.
relatis, & quidem cum fructibus, † quos, datâ
nullitate sui tituli, acquirere non potuit, *l.1. in
fin. C.de fide instr. & iure hastæ Fiscal.* Bart. *in l.
. in fin. C. de prædiis Decurion.* Rota Genuens.
decis.4. num.5. Marian. Socin. *in l. filius famil.§.
Diui, n.65. de leg.1.* Rebuff. *in tract. de rescind.
contract.in princip.n.4.*& in eodem casu nullitatis
præsentationis, Ruzæus *d.priuil.50.n.1.*absque
eo, quòd dictum Præbendarium excusare pos-
set dispensatio ad Canonicatum,cum hæc † li-
mitatio potiùs sit exclusiua dignitatis, *l. cùm
Prætor, cum vulg. de iudic.* & tanquam odiosa
de casu ad casum non extendatur,vt probat ele-
gans *text.in c.1.§. ille verò,de filiis presbyt. lib.6.
cap.cui de non Sacerdotali 27. de præbend.* eodem
ibi: *Non enim huiusmodi mandata, quorum fines
diligenter seruari oportet, debent ad casus alios,
quam expressos,extendi,&c.*cum aliis, quæ tradit
Archid.*d.c.1.var.de sponsal.2.par.§.8.n.4.* Tiraq.
de nob.c.15.n.16. Garcia *de benef.1.par.c.6. n.58.
& seqq.*& Barbosa *d.alleg.45.n.1.& 2.*

Sed licèt ex his videatur scrupulus dictorum
Episcop. Arequipæ, & Guamanguæ, & decisio
schedulæ d. ann. 1621. quam retuli *sup. num.6.*
satis communiri,quatenus *Mestizos* illegitimos
ordinari, & ad Curata Indorum prouideri non
posse,nec debere constituit. Adhuc tamen Ego
de hoc casu Limæ consultus, & iterùm cùm in
supremo Senatu Indiarum Fisci Patronum age-
rem † Archiepiscopum Limanum, & alios Præ- 20
latos Indiarum, qui contrarium facere consue-
uerant, excusari posse respondi: tum virtute
consuetudinis, & antiquæ obseruantiæ illarum
prouinciarum, † quæ non facilè mutanda, re- 21
spuenda, vel damnanda est,*l.de quibus, l.si de in-
terpretatione, l.minimè, l. in ambiguitatibus,D.de
legib.l.obseruare,§.ingressus, D.de off.Proconf.l.1.
C. quæ sit longa consuet.c. constitutus,* vbi Abb. *de
religios. domib. cap. certificari, de sepult.c. vnam,
76.dist.* cum multis aliis,quæ congerit Euerard.
in loco à solitis, Ioseph. Lud. *concl.38. per tot.*
Molina *de primog. lib.2.c.6. n.58.* Ceuall *pract.
commun.tom.3.q.762. num.16.* Gonçalez *ad reg.
Cancell.gloss.5.§.7. n.87.* Cæs. de Graphis *decis.
2. de elect. n.3. & decis.vnica de Magistr.num.5.
& 6.* Bobadill.*in Polit. lib.2.c.7.n.7.& cap.10.n.
36.* Creditur enim talis consuetudo à titulo
præcedenti, ac sufficienti fluxisse, ita vt dispo-
situm censeatur, quod fuit obseruatum; *l. quæ-
dam mulier, D.de reiuind.l.si ante,D.si seruit.vin-
dic.l.prædia, D.de acquir. poss.* vbi DD.& Alban.
in notis ad Bart. latè, & optimè Alex. *cons. fin.
lib.4.per tot.* maximè ex *n.109.* Vbi quòd † con- 22
suetudo antiqua inducit præsumptionem tituli
habiti, & habet vim decreti, & consensus, &
iustitiæ, & operatur, vt illud, quod est consue-
tum debeat fieri,*c. licèt ex suscepto.de foro comp.*
Card.Tusch *lit. C.concl.959.*

Quibus addere possumus, quòd † cùm dictæ 23
prohibitiones, quas retulimus, de non ordinan-
dis,nec ad beneficia prouidendis spuriis, aut il-
legitimis adeò notæ, & vulgares sint,& Prælati
eis contrauenientes mortaliter peccent,& dein-
ceps facultate ordinandi priuentur, vt probat
textus & DD. *in cap. cùm Vintoniensis, de elect*
Maiol. *de irregul. lib.1. c.7. n.2.* credere † non 24
debemus à tot, & tam grauibus Prælatis eas
ignoratas, vel cum propriæ conscientiæ iactura
contemptas fuisse iuxta ea, quæ in simili tradit
Sarmient.*de redit.Eccl.2.par.c.4.* Cùm potiùs † 25
actus celebrati à doctis,prouidisq; personis,etsi
prima facie videantur iniusti,tamen propter eo-
rum qualitatem,& honestatem debeant præsumi
iusti, quovsque de illis pleniùs cognoscatur,vt
probat textus & ibi DD. *in c.nisi essent, de præb.*
Imola *in c.1.de cler.peregr.* Socin.*cons.164.vol.2.*
Zasi.*cons.2 num.22.vol.2.*Petra *de potest.Princip.
cap.32.concl.2.n 8.pag.612.*

Vnde, his consideratis, & inspectis verbis
schedularum, quarum *sup. num. 4.* mentionem
feci, quæ non absolutè *Mestizos* ordinari pro-
hibuerunt,sed interim dum aliud ordinabatur,
ac præterea † auditâ relatione Archiepiscopi 26
Limensis qui seriò mihi affirmauit, se dum esset
Archiepiscopus Noui-Regni Granatensis,aliam

ſchedulam accepiſſe, qua notabatur, vel reprehendebatur, quòd *Meſtizos* non ordinaret, ſemper ſuſpicatus fui aliquam licentiam, & beneplacitum Romanæ ſedis inueniſſe, quod hanc facultatem Indiarum Archiepiſcopis, & Epiſco-
27 pis indulſiſſet. Et tandem inueni † Bullam quandam Greg. XIII. ann. 1576. quæ eis cum dictis mixti generis hominibus, ad ordines recipiendos ob faciliorem Indorum doctrinam Apoſtolica auctoritate diſpenſare permiſit. Quæ Bulla forſitan in ſupremo Indiarum Concilio præſentata non fuit, aut eius notitia non habita, ann. 1594. & 1611. quibus editæ fuerunt dictæ ſchedulæ, quæ hanc diſpoſitionem Prælatis Indiarum ſuccenſent, & Concilium Trid. ſeruari iubent. Verba autem dictæ Bullæ ſic habent: *Venerabiles Patres, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Nuper ad nos relatum eſt maximam Sacerdotum, qui idioma Indorum ſciant, penuriam in veſtris partibus exiſtere, & communiter verbum Dei, cum interpretibus ipſis Indis annuntiandum eſſe, propter quod verbum Dei non modicum patitur detrimentum, ac inde peccata ſua confiteri non valent, quod ſi cum filiis ex Hiſpanis, & Indis, ac ex Hiſpanis tantùm in illis partibus commorantibus ſpuriis, & illegitimis genitis, aut quemlibet alium defectum patientibus, nunc, & pro tempore exiſtentibus Apoſtolica auctoritate diſpenſaretur, vt defectibus huiuſmodi non obſtantibus, ad omnes etiam ſacros, & presbyteratus ordines promoueri poſſint, verbum ipſum maximum ſuſciperet incrementum, ac ſaluti animarum Indorum prædictorum plurimum conſultum foret. Nos igitur, præmiſſis cauſis adducti, fraternitati veſtræ, & veſtrum vnicuique, quatenus vnuſquiſque veſtrum, conſideratis priùs diligenter circumſtantiis vniuerſis, quæ circa idoneitatem promouendorum fuerint attendendæ, cum prædictis defectum (vt præfertur) patientibus Diœceſanis, ſcilicet, veſtris, ſi aliàs idonei, & iuxta decreta Concilij Tridentini qualificati fuerint, & dictum idioma loqui, & intelligere ſciuerint, ſuper quibus conſcientiã veſtrã oneramus, clericali charactere inſigniri, & ad omnes etiam ſacros, & presbyteratus ordines promoueri, & in illis ſic promoti, & in altaris miniſterio miniſtrare, ac verbum Dei prædicare, & confeſſiones audire poſſint, gratis diſpenſare valeatis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium facultatem concedimus. Non obſtantibus natalium, & quibuſuis aliis (non tamen homicidij voluntarij, aut bigamiæ defectibus, ſeu impedimentis) conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum die 25. Ianuarij milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, Pontificatus noſtri anno quarto.*

Hactenus Greg. XIII. cuius quidem priuilegium, vt ex eo apparet, ſufficiens videtur, vt Epiſcopi Indiarum cum mixtis etiam illegitimis ad ſacros Ordines diſpenſare poſſent. Et quamuis hæc facultas non videatur aliàs extendenda ad promouendos illegitimos ad beneficia Curata, cùm ad hoc alia peculiaris diſpenſatio rurſus deſideretur, vt dixi *ſup. n.* 8. quemadmodum
28 ex aduerſo. quamuis † quis habeat diſpenſationem ad beneficia non valet, & ſubreptitia iudicatur, niſi conſtiterit, quòd priùs diſpenſatus fuit ad Ordines ſacros recipiendos, non obſtante naraliũ defectu, vt conſtat ex *c. vlt. de filiis presb. in* 6. & docet Ioan. Bapt. Lup. *in tr. de illeg. comm.* 1. §. 3. *n.* 28. & *commentar.* 3. § 1. *n.* 51. *verſ. Sextò diſpoſitio.*

Cui conuenit doctrina Baldi in l. neque natales, C. de probat. vbi inquit, quòd † ſi Papa mandet nominatim prouideri alicui de beneficio, interpretatio fit, dummodò ſit legitimus, quam referunt, & ſequuntur Palæot. *de noth. & ſpur. c.* 57. *n.* 5. Maiol. *de irregul. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 2. ex eo, quòd tales diſpenſationes ſunt odioſæ, & ſtricti iuris, vt dixi *ſup. n.* 19.

Huic tamen obiectioni dupliciter reſponderi poteſt. Primò, quòd cum † cauſa diſpenſationem mixtorum illegitimorum Indiarum Epiſcopis committendi ea fuerit, vt plures miniſtri eſſent, qui Indorum prædicationi, conuerſioni, & adminiſtrationi Sacramentorum intenderent, virtualiter eiſdem data videtur facultas, vt tales illegitimos, ſic diſpenſatos, & ordinatos in curatis, & doctrinis ipſorum Indorum occupare, & prouidere poſſint, cum ad hoc illa altera diſpenſatio dirigatur, & vulgati ſit iuris, propter quod vnũquodque tale, & illud magis, & potentiorem † eſſe quamlibet diſpoſitionem in cauſa, quàm in cauſato, Auth. *multò magis, C. de ſacroſ. Eccl.* vbi Bart. Bald. Salic. & alij, *l. ſi viua matre, C. de bon. mater. c. ſi aliqua* 22. *q.* 1. cum latè adductis à Claud. Prato *Gnoſ. gener. iur. lib.* 1. *tit.* 9. *c.* 4. & Molina *de primog. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 45. & *ſeqq.* & *c.* 7. *n.* 1.

Secundò, quòd præter dictam Bullam, ſeu Breue Greg. XIII. imò & ante illam, reperitur altera Pij V. felic. record. ann. 1571. quæ generalius eiſdem Prælatis Indiarum concedit, vt diſpenſare poſſint cum omnibus perſonis, & in qualibet ſpecie irregularitatis (dummodò de illis non eſſent, quas ibidem excipit, & declarat) tam ad ordines ſuſcipiendos, quàm ad quælibet officia & beneficia Eccleſiaſtica, & vt hæc diſpenſatio idem operaretur, ac ſi ab ipſo Romano Pontifice conceſſa fuiſſet, vt patet ex verbis ipſius Bullæ, quæ ſic habent: *Pius † Papa V. ad perpetuam rei memoriam. Decens, & debitum arbitramur, vt in iis, quæ animarum ſalutem, tranquillúmque ſtatum reſpiciunt, ſimus fauorabiles, & benigni, hac igitur conſideratione ducti, aliàs dilectis filiis fratribus Ordinum Mendicantium in Indiarum partibus degentibus, cum perſonis, quæ tam ex delicto, quàm ex non delicto, irregularitatem contraxiſſent, ſuper irregularitate huiuſmodi diſpenſandi in aliquibus caſibus facultatem conceſſimus. Nunc ergo venerabilium fratrum Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum illarum partium ſupplicationibus inclinati, eoſdem gratioſo fauere proſequi, ac in illis partibus degentium perſonarum commoditati conſulere volentes, eiſdem modernis, & pro tempore exiſtentibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis partium illarum, quaſcunque perſonas à delictis, per quæ irregularitas contrahitur, homicidio voluntario extra bellum commiſſo, ac ſimoniæ labe dumtaxat excepta, Apoſtolica auctoritate abſoluendi, ac cum eiſdem omnibus, & ſingulis nunc, & pro tempore in partibus Indiarum exiſtentibus perſonis, quæ irregularitatem ex aliis, quàm ex cauſis prædictis, contraxerint, ſuper irregularitate huiuſmodi, ex quibuſcunque cauſis præterquàm homicidij, & occaſione ſimoniæ contracta, vt præfertur, eadem auctoritate Apoſtolica diſpenſandi, & illos ad obtinenda, & obtenta beneficia Eccleſiaſtica, & officia quæcunque,*

quæcunque, & ad altaris ministerium rehabilitandi, restituendi, & reponendi plenam, & amplam licentiam, & facultatem auctoritate prædicta perpetuò per præsentes concedimus, & elargimur. Necnon absolutionibus, & dispensationibus per eos, & pro tempore existentes Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos prædictos faciendis stari debere, perinde ac si à sede Apostolica prædicta emanassent, dicta auctoritate etiam per præsentes statuimus, & declaramus, sicque per quoscunque iudices, & commissarios, quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicare, & definire debere; & si secùs super his quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus quibusuis Apostolicis, ac in Prouincialibus; ac Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quòd iidem, qui absolutionem obtinuerint (vt præfertur) pœnitentiam per confessores, quos ex approbatis ab Ordinariis illarum partium duxerint eligendos, adimplere omninò teneantur, alioquin absolutiones, & super irregularitate obtentæ dispensationes, quoad forum conscientiæ, nullæ sint. Datis Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die quarta Augusti, millesimo quingentesimo septuagesimo primo. Pontificatus nostri anno sexto. Cas. Glorierius.

Ex quibus apparet, Indiarum Prælatos ex his Pontificiis constitutionibus ritè & rectè potuisse cum dictis illegitimis dispensare, tam ad ordines, quàm ad beneficia, & doctrinas Indorum, cùm neque de potestate Pontificis hac in parte dubitare liceat, vel de Prælatorum, † qui eius vices, mediante dictâ commissione, sortiti sunt, vt simili probat celebris textus *in c. ex tua 9. de filiis presbyter.* iunctâ regulâ, *qui per alium, de reg. iur. in 6. & c. sanè quia 9. de offic. deleg.* ibi: *Quod iudex à nobis delegatus vices nostras gerit, l. 4. §. cùm propriam, D. de off. eius, l. solet 16. D. de iurisd. omn. iud.* cum aliis.

Et quamuis dictæ Bullæ adeò apertæ non essent, obseruantia, † & praxis virtute earum subsequuta, potuit securos reddere dispensantes, & dispensatos, cùm talis præsumatur titulus, qualem præsens, & præterita eius possessio, vel vsus demonstrat, *cap. cùm dilectus, de consuet.* vbi DD. cum aliis, quæ latè congessi *1. tom. de Ind. iure, lib. 2. cap. 24. n. 82. & seq. & lib. 3. cap. 1. ex n. 22. ad 25.*

Maximè cùm doctrinæ indorum olim ante sched. ann. 1609. non in titulum, sed in Commendam darentur, & posteà licèt dentur in titulum, cautum fuerit, vt adhuc in eis inseratur clausula, quòd ad nutum amobiles sint, vt dixi *sup. cap. 15.* Et † tales Commendæ, vel Rectoriæ verè, & propriè non cadant sub nomine beneficij, nec requirant dispensationem, etiam si illegitimis concedantur, vt docuit gloss. Magistr. *in cap. fin. de filiis presbyter. lib. 6.* & expressè tenet Ancharr. *n. 1.* Gemin. *n. 8.* Ioan. Andr. *n. 3. in cap. 1. eod. tit.* & alios referens Campanil. *in diuers. iur. Canon. rub. 11. cap. 13. num. 86.* P. Gabr. Vazquez *in opuscul. de benef. cap. 3. §. 1. dub. 3.*

Et hæc fuit vna ex rationibus, quas Archiepiscopus Limanus ponderauit ad illegitimorum prouisionem excusandam, vt tetigi *suprà n. 26.* Et potest coadiuuari ex alia doctrina, quæ habet, quòd † Capellania amobilis ad nutum, & 36
Vicariatus temporalis, potest dari absque vllà dispensatione, non solùm illegitimis, verùm & filiis presbyterorum in eadem Ecclesia, in qua eorum pater deseruit, vt declarauit Congreg. Cardin. de qua Nicol. Garcia *d. tract. de benef. par. 7. cap. 3. n. 72.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 397. à n. 24.* & Aug. Barbos. *in Pastorali, 3. par. alleg. 65. n. 5.* qui etiam videndus est *alleg. 45.* per totam, vbi alios plures casus adducit, in quibus † Episcopi cum illegitimis di- 37
spensare possunt, nempè circa Ordines minores, beneficia simplicia, Canonicatus Ecclesiarum, Collegialium, imò & Cathedralium, secundùm multorum opinionem.

Nec desunt Auctores, qui eandem facultatem illis concedunt ad dispensandos, & prouidendos tales illegitimos, quoad ordines maiores, & beneficia Curata † semper atque id Ecclesiæ ne 38
cessitas, vel vtilitas expostulauerit, & notanter pungit Archidiacon. *in d. c. 1. de filiis presbyter. lib. 6.* Gambar. *de off. Legati de latere, lib. 7. rub. 1. q. 18. à n. 187.* Cardin. Palæot *de noth. & spur. cap. 57. n. 6.* & alij, quos refert Garcia *d. cap. 2. num. 52. & par. 11. cap. 5. à num. 337.* quamuis, vt *ibid.* inquit, Dominic. & Philip. Franc. contrarium tenuerint.

Et est adeò verum, quòd Episcopi possunt facere dictas dispensationes in forma, & casibus suprà relatis, vt etiam idem possint † eorum 39
Capitula sede vacante, cùm Episcopis defunctis succedant in omnibus, quæ ipsorum iurisdictionem concernunt, prout in terminis resoluit Nauarr. *cons. 7. de filiis presbyter.* Campanil. *d. cap. 13. n. 81.* Quaranta *in summ. Bullar. verb. Capitulum sede vacante, vers. 3. pag. 28.* & contra Paul. Paris. defendit August. Barbosa *d. allegat. 45. num. 25. & seqq.*

Et hæc planè sunt, quæ in hoc articulo ad vtramque partem mihi consideranda se offerunt. Nec vererer affirmare, † Indiarum Præ- 40
latos cum dictis illegitimis in ordinibus, & beneficiis dispensare potuisse, & hodie etiam posse, si dictarum Bullarum notitiam habuerunt, & virtute, ac iuxta formam ipsarum, dictas dispensationes facere voluerunt, quod & nouissimè post hæc scripta probari etiam video à doctissimo dicto Dom. D. Feliciano de Vega *in c. 4. §. de adulteriis, ex n. 127. ad* 131. Vbi hanc eandem quæstionem examinat. At verò quoniam cõpertum habeo dictarum Bullarum vllam notitiã in supremo Senatu Indiarum habitam non fuisse, vt insinuant schedulæ *sup. n. 4.* relatæ, & in pluribus Prælatis Indiarum idem contigisse, atque adeò ex sola vi consuetudinis dictos ordines, & beneficia contulisse, nulla præuia informatione, & dispensatione, aut aliis indiciis, vel argumentis, quibus se dictis Bullis, siue priuilegiis vti velle manifestarẽt. Et præterea quia video, quòd dictam Bullam Pij V. restringendam putat dictus Dom. D. Felic. vbi *sup. nu. 109. & seqq.* ad solam irregularitatem ex delicto causatam, ex rationibus per eum relatis. Anceps quidem sum, & ordinantes, & ordinatos, & ad dicta beneficia promouentes, atque promotos, parum securos in conscientia esse iudico. Quoniam † tam in 41
dispensationibus, quas Prælati iure ordinario

circa illegitimos facere possunt, nempe ad minores ordines, & beneficia simplicia, quam in his quæ faciunt ad maiores, & Curata, de licentia Romani Pontificis, semper requiritur specialis notitia dicti defectus, & quod dispensatio suffragantibus meritis fiat, & constito de idoneitate, & qualitate ordinandi, vel promouendi, & quod sit honestæ vitæ, & virtute præditus. Et solum Papæ permittitur, vt in his casibus sine causa dispensare possit, vt docuit gloss. celebris, & Magistra *in cap. requisitis*, §. *nisi rigor* 1.q.7. Nauarr. *cons.45.num.2.de homicid.* Lambert. *de iur. patron.* 1. *par. lib.2. q.7. art.*11. *num.* 12. Eman. Roder. 1. *tom. quæst. regul. q.*13. *artic.*14 *&* 15. Garcia *de benef. d.7. part. cap.*2. *num.*48.*&* 49. Petra *de potest. Princip. cap.* 32. *dub.* 2. *num.*20. Barbos. *d.alleg.*45. *num.*20. & in ipsis nostris terminis expresse disponitur, & requiritur in d. Breui Gregor. XIII. ibi: *Consideratis prius diligenter circumstantiis vniuersis, quæ circa idoneitatem promouendorum fuerint attendendæ.* Et ibi: *Si alias idonei, & iuxta decreta Concilij Tridentini qualificati fuerint.*

42 Præsertim cum iam dictæ † doctrinæ Indorum non in Commendam, sed in titulum (vt diximus) concedantur. Et ad hoc, vt dici pos-
43 sit † aliquam capellaniam, vel beneficium esse titulatum, & perpetuum, sufficere soleat, quod aptitudine tale sit, & vt casus dari possit, quod præsentatus eo, interim dum vixerit, fruatur, & gaudeat, nisi amotionis causam præstiterit, vt notant DD. per textum *ibi in cap.*1.*de ibi de rescript.lib.6.& in l.sufficit, D.de condit.& demonstr.* & tradit Bonif. de Vitalinis *in Clem.* 1. §. *in quibus, num.*3. *de supplend. negligent. Prælat.* Cosmas Guimier *in pragm. sanct. tit. de collation. verb. Perpetui, fol.*116. *num.* 2. Rebuff. *in tract. nominat. quæst.*9.*num.*25.*vers. In contrarium*, Gambara *de potest. Legati à latere lib.* 4. *num.* 13. *in fine*, Selua *de benef.* 3. *part. quæst.*21.*num.*3. Flamin. *lib.*3. *de resign. quæst.*9. *num.*5. *& lib.*11. *quæst.* 3. *num.*9. & D. Perez de Lara *de anniuers. & Capellan. lib.*2.*cap.*6.*num.*8.*&* 9.

44 Neque est in consideratione, quod † dictæ Bullæ extare comperiantur, nisi simul constet, quod Prælati, earum indulto vtentes, & vti volentes, ipsarumque formam obseruantes, dictas
45 dispensationes fecerunt. † Quia actus non sustinetur ex potestate, ex qua non est factus; vt per Alex. *cons.*1. *num.* 8. *lib.* 4. & nullus redditur, si deficiat intentio, vel forma, qua fieri iubetur, ac debet, Roman. *cons.*226. *num.* 8. Bolognet. *cons.* 6. *num.* 14. Alexand. Ludouis. *decis.*518. *num.*3. Præsertim cum forma sit data
46 ad actum faciendum contra ius. Nam † forma permissiua non seruata succedit immediatè forma destructiua contraria, & actus est ipso iure nullus, Grammat. *decis.*79. *num.*14. Mantica *decis.*286. *num.*4. Et cum negari non possit, quin
47 † Episcopi vigore dictorum Breuium recipiant iurisdictionem, quam eis cessantibus non habent, dispensandi nempe in casibus eis à iure prohibitis, atque adeo informationes factæ omissa eorum forma sint ipso iure nullæ, vt per gloss. *in Clement.* 1. *verb. Inhibentes, de iure patron.* & alia, quæ tradit Romanus *cons.* 326. *numer.*8.

48 Quibus consideratis, & quod † in huiusmodi materiis, vbi potest conscientiæ periculum verti in dubio id, quod securius est, tenere, & probare debemus, *cap. illud, de cler. excomm. ministr. cap. ad audientiam, & cap. significasti*, *d*[e] *homicid.* cum traditis à Nicol. Garcia *de bene*[f.] *part.*7.*cap.* 2.*num.* 12.*&* 13. Et quod † etiam vb[i] culpa non est, eam timere, & cauere solent con[-]scientiæ timoratæ, vt inquit textus *in cap. a*[d] *eius, dist.* 5. *cap.* 2. *de obseruat. ieiun.* Socin. *iun*[.] *cons.*29.*num.*31 *volum.*2. vbi inquit, quod culp[a] vbi non est, fauore tamen animæ timenda es[t] & Mascard. *de probat. concl.*13. *num.*5. vbi agi[t] de probationibus, quæ solent peti ad cautelam oportere quidem, in casu de quo tractamus censerem, † vt summus Pont. ad instantiam Regis nostri, & per eius Legatos, certior fieret d[e] his omnibus, quæ in eo interueniunt, & interuenerunt, ab ipsoque supplicaretur, vt dicta[s] Bullas confirmet, aut de nouo concedat, dispensando, & supplendo quoslibet defectus d[e] iure, vel de facto, qui hucusque in ordinandis & prouidendis minus iuridice, & aduertente[r] dictis *Mestizis*, & aliis illegitimis interuenerint, eos conseruando, & tuendo in statu, in qu[o] hodie reperiuntur. Cum sit † certum, consuetudinem, quæ circa hæc inualuit (etiam si erronea fuisse dicatur) sufficere ad eos excusandos à quibusuis pœnis, & censuris, quas alias incurrere potuissent, iuxta ea, quæ latè tradit gloss. Ancharr. Panorm. & alij *in cap. cum venerabilis, de consuet.* Roman. *singul.* 19. *& cons.* 283. Oldrad. *cons.* 9. Cremens. *singular.* 149. Ias. *in l. de quibus, num.* 8. *D. de legib.* Tiraq. *de pœn. temperan. caus.* 42. Couarr. *in cap. quamuis pactum,* 1. *parte,* §.7. *num.*12.*de pact. lib.*6. Auiles *in cap.*18. *Prætor. num.*28. Syluest. *verb. Consuetudo, quæst.*6. Caietan. *in* 1. 2. *quæst.*97.*art.*3. Sotus *de iustit. & iur lib.*1.*q.*7.*art.*2.*ad* 2. Auila *de censur.* 1.*part. dubit.*8. Ioan. Gutier. *cons.*38. *num.*1. & Cardin. Tusch. *verb. Consuetudo, concl.*848. *& verb. Error communis, conclus.* 330. *& verb. Obseruantia, concl.*58. *& verb. Tolerantia, conclus.* 324. Quæ gratia † eo iustius peti, & facilius operari, & impetrari debebit, quod adeo magna sit ex his Indiis Occidentalibus ad Romanam Curiam distantia. Quæ operatur, vt multi ex illegitimis minus ritè in præteritum ordinatis, aut in posterum ordinandis, aut ad Curata Indorum promouendis, etiam si alias idonei, & sufficientes sint, tales dispensationes petere supersedeant, propter expensas, & distantiam dictæ Romanæ Curiæ, cuius consideratio plura priuilegia, pluresque effectus alias in iure operari solet, quæ congerit gloss. penult. *in cap. ex litteris, de in integr. rest.* & Nos suprà *hoc lib.* passim referimus, *& infrà lib.*4. *cap.* 4. latius prosequemur.

Quinimo cum indulta, quæ per dictas Bullas Gregor. XIII. & Pij V. Indiarum Episcopis conceduntur, perpetua sint, vt ex ipsis apparet, tentari posset etiam sine noua consultatione, & dispensatione summi Pontificis, posse † dictos illegitimos, eo modo, quo diximus, ordinatos, & ad Curata Indorum promotos, si sciant se, non vt oportebat, ex vi dictorum priuilegiorum dispensatos fuisse, eosdem Prælatos adire, & ab eis petere, & obtinere rehabilitationem, restitutionem, vel repositionem, & sic nouam dispensationem. Quia licet † facultas data ab homine qualis est indultorum, de quibus agitur, in prima vice consumatur, *l. boues*, §. *hoc sermone, D. de verbor. signif.* hoc tamen cessat, quando, provt in casu nostro, actus primus est nullus ob non seruatam formam, vel solemnitatem, vt

vt latè per Tiraq. *in eodem* §.*hoc sermone*,*nu*.51. *&* 52.

Ideò autem dixi: *Si sciant se non vt oportebat dispensatos fuisse*. Nam† si contrarium eis liqueat, vel saltim sint in dubio circa modum, & formã, qua Prælati in illis dispensationibus vsi fuerunt, sunt tuti, & securi, tam in foro iudiciali, quàm in conscientia, dummodò si illam habent læsam, scrupulum deponant. Quia in prædictis indultis adest clausula conscientiam Episcoporum pro tempore dispensantium oneratiua, † quæ excludit omnem exceptionem ab actu in vim eius facto, *Clem. quia contingit*, §.*vt autem*, *de relig. domib. & Clem.*1.§ *sic quod*, *de hæret.* cum aliis, quæ tradit gloss. *in c. statutum*, §.*assessorem*, *verb. Relinquatur*, *de rescr. in* 6. & gloss. *in Clem.*1.§. *Diœcesanis*, *in fin. verb. Oneramus*, *de iure patron.* vbi docet quod non potest quæstio referri Episcopo procedenti in vim dictæ clausulæ, Lapus *alleg.* 60.*n.*8.& ibi latè Mandos. idem Lapus *alleg.*60. *n.*4.*vers. Secundùm quod*, & ibidem etiam Mand. *litt. H.* Id quod procedit, etiam si non appareat de aliqua solemnitate per Episcopos seruata in dispensationibus factis. Quia dicta clausula est conscientialis, Matta *de clausul. par.*1.*claus.*371. *n.*14. & importat liberam voluntatem delegati, Lapus *d. alleg.*60.*n.*4. Adeò quòd remittit iuris rigorem, Seraph. *decis.*448.*n.*1. Imò excludit omnem iuris solemnitatem, Mand. ad Lap. *d. alleg.* 15. Et facit, quòd delegatus possit informationes extraiudiciales sumere, & ex illis animum suum mouere, & conscientiam suam imbuere, Peregr. *cons.*72.*n.*10. Præsertim † cùm ad hunc effectum, vt dispensationes dicantur factæ in vim dictorum indultorum, sufficiat verosimilitudo, & quòd dispensationes conueniant indulto, etiam si illud in illis faciendis fortè expressum non fuerit, ex his quæ latè in fortioribus terminis tradit Roman. *cons.*343.*n.*9.

Et superiora procedunt, etiam si prædictæ dispensationes sint factæ † per Vicarios generales Episcoporum, si in eorum mandatis habebant ab Episcopis facultatem specialem, vel saltem generalem dispensandi in omnibus, in quibus ipsi Episcopi poterant dispensare, quia licèt non deficiant, qui teneant, delegatum à sede Apostolica, cum prædicta clausula conscientiæ oneratiua, non posse subdelegare, ex notatis *in cap. is cui, de off. delegat. lib.*6. Felin. *in c. significasti* 1.*n.*4. *vers. Conscientiam, de homicid.* Contraria tamen opinio verior videtur, quam tenet, & optimè comprobat Abb. *in c. cùm in veteri*, *n.*4. *de elect.* & est proculdubio amplectenda in casu nostro pro validitate dispensationum factarum, vt scilicet potius valeant, quàm pereant. Nam † in dubio quilibet actus ita intelligi debet, *l.*2.*D. reb. dubiis*, *l. quoties*, *D. de verb. oblig.* cum aliis, quæ latè adducit Craueta *cons.*52.*n.*6. *&* *cons.*75.*n.*2. *in fin. & n.*3. Decius *in c. quoniam Abbas*, *n.*16. *de offic. deleg.* Cephal. *cons.*138. *nu.*13. Mantica *decis.*4 *n.*6. *& decis.*110.*n.*13. Imò † præsumptio, quæ est pro validitate actus, est omnibus aliis potentior, Ripa *in l. si vnquam*, *n.*44. *C. de reuocand. donat.* Decius *cons.*77.*n.*2. *in fine, cum seqq. & cons.*289.*n.*4. Cephal. *consil.*35.*n.*46. *& consil.* 51.*n.*39. & latissimè Menoch. *de præsumpt. lib.*4. *præsumpt.*4. *per totam.*

CAPVT XXI.

De decimis, & primitiis, & ex quibus, & à quibus in Indiis præstentur? Et an, & quatenus Ordines Militares, & Regulares suis, in his partibus, priuilegiis exemptionibusque fruantur?

SVMMARIVM.

1 *Episcopi Indiarum in exactione decimarum ius commune seruare debent.*
2 *Decimarum in exactione nouitates fieri, & induci non debent.*
3 *Decima an debeatur de herba* Alfalfe? *& lis super hoc de facto Limæ orta, & eius decisio.*
4 *Consuetudo, quæ excuset à præstatione decimarum (& maximè titulo non præcedente) qualis esse debeat?*
5 *Titulum allegare non possunt, qui se excusare prætendunt à soluendis decimis Alfalfæ, & quòd ea sit similis* al Alcacer, *ex quo decimæ præstantur.*
6 *Decima debetur ex fœno, & qualiter soluatur? & ex pratis, & pascuis.*
7 L. 6. tit. 5. lib. 1. Recop. *explicatur, & illustratur.*
Redecima quid sit? & quòd regulariter prohibeatur, ibidem.
8 *Redecimæ qualiter præstetur à Commendatariis ex tributis sibi per Indos solutis?*
9 Cap. cùm non sit 33. de decimis, *expenditur.*
10 *Decima, an, & quando debeatur ex metallis, & similibus, & an sit censenda realis, vel personalis?*
11 *Metallorum decimæ Regibus reseruatæ sunt in Bulla erectionis Ecclesiarum.*
12 *Quintum, quod ex metallis Regi soluitur, includit in se decimarum præstationem, quam ex iis aliàs percipere poterant.*
13 *Fructus metallorum magis sunt personales, quàm prædiales, aut reales, & quare?*
14 *Metallorum officium est valdè laboriosum, & ob id metallarij iuuandi sunt.*
15 *Decimæ solui debent* de la cal, texa, y ladrillo.
16 *Decimæ in Indiis ab omnibus Hispanis, etiam Equitibus Ordinum Militarium, solui iubentur.*
17 *Equites Ordinum Militarium, an, & de quibus bonis à præstatione decimarum exempti sint?*
18 *Lites Limæ ortæ, & decisæ super exemptione decimarum, prætensa ab Equitibus Ordinum Militarium.*
19 *Decimarum causæ super exemptione Equitum Ordinum Militarium Nuntio Apostolico remissæ sunt.*
20 *Decimarum exemptio in Indiis Regio patronatui præiudicat.*
21 *Decimarum omnimodam exemptionem benè potest Pontifex Religiosis concedere.*
22 *Priuilegia non decimandi Religiosis concessa, qualiter, & de quibus prædiis intelligenda?*
23 Cap. dilecti, c. nuper, de decimis, *& alia iura de*

de exemptione decimarum Religiosorum agentia, expenduntur, & latè explicantur.

24 *Decimalia prædia exemptis in fraudem decimarum antiquarum concedentes, excommunicantur.*

25 *Priuilegia Religionum, quoad decimas, vt comprehendant prædia posteà quæsita, requiritur expressa derogatio, cap. nuper, de decimis, vel quòd ille propriis manibus colent.*

26 *Decisio elegans Rotæ refertur, quæ agit de modo practicandi exemptionem c. nuper, de decimis.*

27 *Decimantia prædia per Religiosos quæsita, an debeant præcisè colonis secularibus locari, & ab eis decimæ solui? & de lege Galliæ de hoc agente.*

28 *Argumentum de tributis ad decimas valet.*

29 *Tributaria prædia cum suo onere ad quoscunque possessores etiam Ecclesiasticos, & Religiosos transire solent, & quare?*

L. si diuina domus fin. C. de exact. tribut. lib. 10. *& alia iura similia, expenduntur, & illustrantur, ibid.*

30 *Fratres Mendicantes pro prædiis, quæ possident de facto, tenentur ad collectas.*

31 *Ecclesiasticorum possessiones immunitate gaudere, siue per se ipsos, siue per colonos seculares colantur, plures Auctores tenent, qui referuntur.*

32 *Bonis per Ecclesiam, Ecclesiasticis, & Religiosis acquirendis, vbique modus, vel cautio præfigi solet, & quare?*

33 *Religioni, Religiosis, & Reip. ipsi officit, potiùs quàm proficit, bonorum temporalium abundantia, & possessio.*

34 *Decimæ nullibi præstantur de bonis immobilibus, & quare?*

35 *Monasteria in Francia non succedunt Religiosis professis, sed consanguinei.*

36 *Prædiis decimantibus per Religiosos in Nouo Orbe, quis modus præfixus fuerit?*

37 *Statuta, quæ ob communem vtilitatem prohibent bona immobilia in Ecclesias, vel Ecclesiasticos alienari, valent iuxta sententiam plurium Auctorum, qui referuntur.*

38 *Statuta prohibentia bona immobilia per Ecclesias, vel Ecclesiasticos quæri, multis dura, & nulla esse censentur.*

39 *Leges, statuta, vel pacta, quæ laicis prohibent, ne in Ecclesiasticos, vel Religiosos prædia sua transferant, nisi cum onere tributorum, vel decimarum, valida sunt.*

40 *Rotæ insignis decisio refertur pro valore pacti, ne prædia decimantia transeant in Religiosos sine onere decimarum.*

41 L. 7. tit. 9. lib. 5. Ordinam. *refertur, & illustratur.*

42 *Feudalia bona in Ecclesiam, & etiam pro anima alienari non possunt.*

43 *Signoroli verba referuntur circa statuta cauentia bonorum immmobilium in Ecclesias alienationem.*

44 *Prædia omnia Indiarum sunt Regis, & dantur priuatis cum onere, ne ea alienent in Ecclesias, aut Monasteria, & sched. de hoc agens.*

45 *Bona, quæ fuerunt* de Realengo, *benè admittunt prohibitionem in ipsorum concessione ab initio appositam, ne in Ecclesias, vel Monasteria alienentur, & verba Bullæ de hoc agentes.*

46 *Decimarum lites celeriter expediri debent, & quare?*

47 *Lite super decimis cum Religionibus Indiarum pendente Ecclesiæ Cathedrales manutenendæ videntur in exactione earundem decimarum, & quare?*

48 *Decisio insignis Rotæ refertur pro manutentione Ecclesiarum in decimis, lite contra Religiosos pendente.*

49 *Ecclesiæ iura non violantur in eo, quòd magis Ecclesiis Cathedralibus, quàm Religionibus Indiarum deferamus in perceptione, & manutentione decimarum.*

50 *Altare vnum detegi, & spoliari non debet, vt aliud cooperiatur.*

51 *Regis nostri interesse versatur in eo, ne Ecclesiæ Cathedrales Indiarum decimis, sibi præstari solitis, defraudentur, & quare?*

52 *Regalium causarum priuilegium est, vt in eis, quæ sunt de Regalibus, nunquam Fiscus litiget* dessaisitus, *hoc est sine possessione, & manutentione.*

53 *Reges nostri antiquius, & potentius priuilegium habent pro percipiendis decimis Indiarum, quàm Religiosi, aut Religiones earum.*

54 *Intentionem suam fundanti datur manutentio lite pendente aduersus quemlibet alium, cui iuris præsumptio resistit.*

Cap. cùm personæ, §. fin. de priuil. in 6. *expenditur, & illustratur, ibidem.*

55 *Præscriptionis allegatio non excludit manutentionem eius, qui suam intentionem fundat iure communi, quousque præscriptio plenè probata sit.*

56 *Ius commune, qui pro se habet, potest lite pendente, etiam violenter aduersarium turbare, vel expellere.*

DE decimis pluta congessi *suprà lib. 1. cap. 21. & 22.* sub occasione quæstionis, vtrum & quomodo ab Indis debeantur? Et *hoc lib. 3. cap. 1.* quatenus de concessione earum in his partibus Indiarum Regibus nostris per sedem Apostolicam facta disserui, & qualiter per ipsos Reges Ecclesiis, & earum Ministris retrocessæ fuerint? Qui sanè † in eis ab Hispanis hominibus exigendis, ius commune seruare debent; cùm quo municipale Indiarum hac in parte conspirat, vt constat ex plurimis schedulis, quas reperies 1. *tom. impress. pag.* 179. *cum multis seqq.* Ita tamen, vt † in earum exactione nouitates vitentur, & consuetudo seruetur, quæ semper in his materiis multum attendi debet, vt docet textus *in l. 6. & seq. tit. 5. lib. 1. Recop.* Greg. Lop. *in l. 1. tit. 20. part. 1. gloss. 3.* Couarruu. *lib. 1. var. cap. 17. num. 8. vers. 9.* Vincent. de Franch. *decis.* 124. *num. 3.* Ioan. Gutierr. *lib. 1. pract. q. 19.* Auendan. *de exeq. mandat. 1. par. cap. 1. num. 32. colum. 5. vers. Ista iurisdictio*, Marta *de iurisd. 2. part. 4. par. cap. 43. & num. 1.* Cabedus *decis.* 205. *num. 2. par. 1.* Dom. Valençuela, qui alios adducit, *cons. 152. n. 51. & seqq.* & Ego *d. cap. 2. n. 1. & seqq.*

Quæ

Qua ratione, cùm Limæ essem, † se excusare itebantur domini prædiorum à solutione deimarum herbæ, quæ ibi in magna copia ad abulum equorum, & mularum fertur, dictæ *Alfalfa*: sed nihilominus contrarium pronuniatum fuit, quia probatum erat, quòd illam oluebant saltem pecunia æstimatam, propter ifficultatem collectionis, & solutionis, si in anipulis ipsius herbæ, & in quolibet prædio eri deberet. Et quia † consuetudo, quæ à præatione decimarum excusat, debet esse rationabilis, & legitimè præscripta, ex tacito, vel xpresso consensu Principis; nam aliàs, vt prælarè docet Marta vbi sup. potiùs corruptela icenda erit. Et prætereà titulo aliquo non exiente (quo talis consuetudo nitatur) debet sse immemorabilis, & existente, ad minus quaragenaria, vt cum communi resoluunt P. Suaez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 13. *per tot.* Gregor. e Valenc. 3. *par. disp.* 6. *quæst.* 5. *punct.* 4. *concl.* . Ioan. Malderus Episcop. Antuerp. *in* 22. *de ecimis, tit.* 10. *c.* 4. *dub.* 3. P. Vazq. *in opuscul. e benef. cap.* 1. §. *vnico, dub.* 7. vbi ad idem algant Couarr. & alios ex nostris iuris Auctoriis, quos refert D. Carrascus *ad leg. Recop. ap.* 6. §. 3. *ex num.* 1. Cardin. Tusch. 6. *tom. tt. P. conclus.* 586. *& in specie conclus.* 546. 51. 556. *&* 557. & latè Marescotus, omninò idendus, *lib.* 2. *var. cap.* 95. *à n.* 12. Quod in noris Indis dari non potest, quia recens earum onquisitio immemorialem consuetudinem non dmittit.

Et tituli cuiuslibet allegatio † excluditur ex ontraria declaratione, & dispositione dictaum schedularum, & *Arancel Real de los diezmos*, qui illis subiectus est. Quibus de rebus mnibus fructiferis decimæ solui iubentur, *y de Alcacer*, cuius vicem *Alfalfa* vsus posteà uentus sortitur. Quæ schedulæ innituntur ullæ Pontificiæ, & clausulæ erectionum omium Ecclesiarum Cathedralium Indiarum; uæ per sedem Apostolicam confirmatæ sunt. n quibus expresè idem cauetur, adinstar eoum, quæ in Hispania obseruantur, his verbis: *c ex omnibus ibi pro tempore prouenientibus, æterquam ex auro, & argento, & aliis metal-s, gemmis, & lapidibus pretiosis, quæ pro temre existentibus Castellæ & Legionis Regibus, oad hoc, libera esse decernimus; decimas, & rimitias de iure debitas, cateráque Episcopalia ra, provt alij in Hispania Episcopi de iure, vel nsuetudine exigunt, & percipiunt, exigere, & rcipere, liberè, & licitè valeant.* Quo & speant generaliora adhuc verba Concilij Limens, omninò videnda, *pag.* 192. *cap.* 12.

Et multum in terminis, † de fœno loquens; ebuff. *in tract. de decimis, q.* 8. *num.* 9. vbi init, quòd si fœnum in fasciculos redigatur, ecimus debetur; si aliter, semper decima solui-r, *cap. peruenit, de decimis*, & quòd ista est cima prædialis, exsoluenda vbi est pratum. Et em resoluit de pascuis, seu pretio, quo pascua, u pastura vendita est, *ead. quæst. n.* 22. Solúme in prædictis schedulis decimæ personales cludi videntur, quæ ex generali consuetudie totius Christianitatis solui non solent; vt t Cabed. *decis.* 54. *num.* 8. *par.* 2. Nauarr. *in Manuali, cap.* 21. *num.* 31. Vega *in summa*, *tr. cap.* 87. *casu* 1. *litt.* B. Gutier. *lib.* 2. *Canon. p.* 21. *num.* 34. *&* 37. Gouarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 17. *num.* 8. & Flores de Menà *lib.* 1. *variar. q.* 8. vbi an debeantur de salario personali famulorum?

Quibus non obstat † *d. l.* 6. *tit.* 5. *lib.* 1. *Recop.* 7
quæ solùm in redecimis loquitur, hoc est, vt ex re, quæ semel decimam soluit, si ad alium, reditus ratione, vel alia ex causa perueniat, noua decima non petatur, vt constat ex verbis eiusdem textus iunctis aliis, quæ ibidem aduertit Azeued. *gloss. in cap. Pastoralis, de decimis*, Gigas *de pension. q.* 59. *n.* 3. Lapus *alleg.* 135. *num.* 6. *&* 9. Seraphin. *decis.* 1047. *num.* 9. vbi alias duas Rotæ decisiones ad idem adducit, & latè disputans Ioann. Gutierr. *lib.* 1. *pract. cap.* 17. per totum; Dom. Valençuela *cons.* 146. *num.* 52. & Ego *d. cap.* 22.

Quo non obstante adhuc Cordubæ, & in aliis Episcopatibus obtentum est, vt etiam de his aliqua decima persoluatur, vt per Seraph. *d. decis.* 104. Quod & in prouincia Guathemalæ,
† & in aliis Indiarum contingit, vbi Commen- 8
datarij soluunt decimam ex rebus, & fructibus, siue speciebus, quas sibi Indi tributorum nomine præstant in illis speciebus, de quibus ipsi Indi propter priuilegia, quæ habent, aliam decimam non præstiterant, vt apertè cauetur *in sched. dat. Pintiæ* 9. *April. ann.* 1549. *d.* 1. *tom. pag.* 181. ibi: *Diezmen de todas las cosas que los Indios recibieren de los dichos tributos, de que se deba pagar diezmo, pues ellos no las diezman al*
presente. Et iuuatur † ex decisione textus *in* 9
cap. cùm non sit 33. *de decimis*, ibi: *Statuimus, vt in prærogatiuam domini generalis, exactionem tributorum, aut censuum præcedat solutio decimarum, vel saltem hi, ad quos census, vel tributa indecimata peruenerint, quoniam res cum onere suo transit, ea per censuram Ecclesiasticam decimare cogantur Ecclesiis, quibus de iure debentur*, & dixi alia ad rem *d. c.* 21. *ex n.* 32.

Planè † de metallis quoque auri, & argenti, 10
gemmis, & pretiosis quibusque lapidibus decima etiam debetur, *l. cuncti, C. de metallar. lib.* 11. Ioann. Andr. Butr. & alij *in d. cap. peruenit, de decim.* & Rebuff. *d. q.* 10. *n.* 23. *&* 24. vbi loquitur de lapidicinis, argentariis, & aliis metallariis, & inquit ex pecunia, quam quis ex his lucratur, debere decimam soluere Ecclesiæ, vbi audit diuina, & quòd ista decima potest dici personalis, qualis ex lucro, quia plus operatur industria, quàm natura. Neque contrarium dicit Bulla erectionis *suprà* relata. Quia potius fate-
tur ex his decimas deberi, † eas tamen Regi- 11
bus reseruari, quibus prius concessæ fuerant à Sede Apostolica, quique eas hac in parte Ecclesiis posteà retrocedere voluerunt, iuxta ea, quæ dixi *sup. hoc lib.* 3. *d. c.* 1.

Quamuis verum sit, quòd Reges has decimas
à metallariis non exigunt, † contenti quin- 12
to auri, vel argenti puri puti, aut alia parte, quæ ipsis solet præstari, habita consideratione, quòd soluitur sine aliqua deductione expensarum, & laboris, ac sudoris personalis, qui à metallariis impenditur, quod hanc decimam
potiùs personalem facit, quàm realem, aut 13
prædialem, cùm hi fructus magis ex industria personæ, quàm ex ipsis lapidibus, vel metallis deduci videantur, vt benè aduertit Rebuff. *vbi suprà* Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. & in simili, I.C. *in l.* 1. §. *illud, D. de muner. & honor.* ibi: *Illud tenendum est generaliter, personale quidem munus esse,*

quod corporis labore, cùm solicitudine animi, ac
vigilantia solemniter extitit. Necnon etiam, vt
14 hi homines, † qui, vt inquit Imperat. *in d. l.*
cuncti, saxorum venam laboriosis effossionibus
persequuntur, cum aliquo lucro maneant, vt ca-
uetur *in l.1. C. eod. tit.* ibi: *Is labore proprio, &*
sibi, & Reip. commoda comparet, per quem text.
ita tenent Scribentes ibidem, Ioan. Guid. *in tract.*
de mineral. lib.4. tit.15. num.1. Georg. Agri-
cola *de re metallica lib.1. per totum.* Et nouis-
simè Bernard. Cesius *de mineralibus, lib.1. cap.*
3. & seqq.
15 Et conducunt † aliquæ sched. ann.1513. &
1523. *d. 1.tom. pag.197. & seq.* quæ decimam
etiam deberi statuunt *de la cal, texa, y ladrillo*,
quam tamen pro tunc Ecclesiæ Cathedralis fabri-
cæ applicari iusserunt.

Et in aliis schedulis ann.1539. & 1559. *d. 1.*
tom. pag.182. & seq. Et nouissima Matrit. 10.
Martij ann.1523. cuius memini *suprà hoc lib.cap.*
16 *1. num.47.* generaliter cautum est † decimas ab
omnibus Hispanis in Indiis commorantibus sol-
uendas esse, etiam si militiam Equestrem D. Ia-
cobi, Calatrauæ, & Alcantaræ professi fuerint,
& velint se dictarum Militiarum priuilegiis iuua-
17 re, vt † aliqui, præsertim Calatrauenses, & Al-
cantarenses, in Hispania prætendunt, non so-
lùm de fructibus, quos percipiunt ex prædiis sua-
rum Commendarum, verùm & de illis, quos ex
fundis dotalibus, aut patrimonialibus; quæ sche-
dulæ niti videntur pluribus Rotæ decisionibus,
quæ dictum priuilegium solùm de bonis Religio-
nis, seu Commendarum intelligendum esse decla-
rarunt, & præsertim illa Cauriensis coram Fanti-
uio 16. Nouemb. ann.1576. & alia contra Co-
mitem de Medellin coram Seraphino 2. Febr. ann.
1582. quæ habentur in Rota *diuers. nouiss. decis.*
54. par.2. & apud eundem Seraph. *decis.605. &*
decis.549. vbi hanc exemptionem turbidam esse
inquit, & Milites & Militiarum subiici Episcopo
in materia decimarum, tanquam sedis Apostoli-
cæ delegato, & eas, & plura alia latissimè, &
doctissimè in eandem rem expendit Illustriss. Ar-
chiep. Compostell. Dom. D. Ioan. Beltranus à
Gueuara in allegatione, quam cum esset Canoni-
cus Doctoralis, scripsit contra nobilem virum
Mossen Rubinum Brachamontium Calatrauensis
18 Ordinis Militem. Et Ego Limæ † in facto habui
in causa Capituli Ecclesiæ Metropolitanæ eius-
dem ciuitatis, cum D. Franc. de la Cueua, & Ex-
cell. Comite Limensi, Equitibus Alcantarensis
militiæ, quæ causa occasionem dedit expeditioni
dictæ schedulæ ann.1623. Eò quòd dicti Equites
se in possessione, quam allegabant, manutenen-
dos dicebant, & dictam causam Nuntio Aposto-
lico in Hispania agenti, remittendam, cui summus
19 † Pontifex Paulus V. harum causarum cognitio-
nem priuatiuè (vt modò tetigi) remisit, tam su-
per exemptione bonorum Religionis, quàm pa-
trimonialium, vt constat ex Breui ad hoc expe-
ditio, ibi: *Et super decimis de bonis patrimonia-*
libus, ac præcisa exemptione huiusmodi, latiùs
deductis, & deducendis, auctoritate nostra au-
dias, cognoscas, fine debito termines, & decidas.
De quo Breui, & lite latiùs agit D. Carrascus, qui
in ea Equitum partes defendit, *ad leg. Recop. cap.*
6. § 5. ex num.4.

Sensit quippè supremus Senatus Indiarum hoc Breue ad causas in eisdem Indiis motas extendi non posse. Et earundem causarum introductionem Regio patronatui præiudicare, † ad quem Indiarum decimæ pertinent, vel ad Ecclesias earum, quibus ex voluntate, & liberalitate Regia concessa sunt, vt latiùs dixi *suprà d.cap.1.*

Vbi etiam agere cœpi de alia lite, quæ ob eandem rationem in eodem Senatu retenta fuit, nempè super decimis, quas Religiones Mendicantes Indiarum, & aliæ, quæ de illarum priuilegiis participant (de quibus, vltra alios, Miranda *in Manuali Prælat. 2.tom. q.49.*) de prædiis nouiter partis, & anteà decimantibus in graue Ecclesiarum Cathedralium præiudicium soluere detrectãt. In qua causa, quæ sexaginta, & plures annos perdurat, & vix dum contestata conspicitur, Ego cùm Fisci patronus essem, pro Regij Senatus iurisdictione pugnaui, atque obtinui, vt dixi *sup. hoc lib. cap.1.*

Et prætereà allegaui, quòd licèt certum sit, † summum Pontificem potuisse, ac posse concedere clericis, & Religiosis exemptionem à solutione omnium decimarum, *cap. ex parte 10. de decimis*, vbi gloss. *l.22.* vbi Greg. Lopez *gloss.1. tit. 20. par.1. num.1. de rescript.* Abb. *in cap. si de terra, num.3. de priuileg.* Craueta *consil.21. n. 2. & 3.* Sigism. Lofred. *cons.50. num.50.* Ioan. Baptist. Ferret. *cons.102. num.11. cons.156. num. 7. & cons.178. num.6.* Eman. Rod. *in quæst. regular. 2.tom. q.44. art.3. pag.156.* D. Præses Valençuela *cons.71. num.22. & cons.88. num.27.* Et Carrascus *vbi sup. num.1. & cons.146. num 23.* Adhuc tamen non minus certum est, † ea priuilegia, quæ hucúsque Religiosis concessa reperiuntur, ad dicta prædia non extendi, cùm ea, quæ habent, adinstar Cistercensium illis concessa fuerint, qui de eis tantùm prædiis decimas soluere exempti sunt, quæ propriis manibus colunt, vel pro Monasteriis nouiter fundandis opus habuerint, quæ & ipsa aliis excolenda committere debent, à quibus Ecclesiis decimæ persoluantur, quas etiam ipsi persoluere debent de his prædiis, quæ ab aliis conduxerint. Ne occasione priuilegiorum suorum Ecclesiæ vlteriùs prægrauentur, vt expresè dispositum est *in † cap. dilecti 8. cap. ex parte 10. cap. licèt 11. c. nuper 34. de decimis*, in cuius finalibus verbis adiicitur: *Et hoc ipsum ad alios regulares, qui gaudent similibus priuilegiis, extendi volumus, & mandamus cap. Ecclesiæ, cap. quicunque 6. q.1.* vbi Ecclesiæ antiquæ iura decimarum, atque aliorum debitorum minimè perdunt ob translationem in nouas Ecclesias factam; quod & probatur *in cap. cùm contingat, & in d.cap. nuper, de decimis*, Concil. Lateran. sub Innoc. III. *cap.53.* relatum *in cap. in aliquibus 32. de decimis*, vbi reprobat, & censuris compescit aliquorum † cautelam, qui prædia sua excolenda tribuebant exemptis ab onere decimarum, vt decimis defraudantes Ecclesias, maiores inde reditus assequerentur.

Quæ iura in hunc modum intelligunt, & absque dubio practicanda esse aiunt DD. ibidem, nisi expresè † derogatum reperiatur *d.cap. nuper, de decim.* Et similibus. Et idem probat text. Et DD. *in cap. dudum, de priuileg. & in cap. cùm contingat, de decim. Clem.1. de caus. poss. & propriet.* Et plures alij, quos refert, & sequitur Puteus *decis. 154. n.4. lib.1, & decis.522. lib.2.* Ioann. Bapt. Ferret. *cons.167. num.14.* Ioann. Gutierr. *cons.5. num.13. & seqq. & lib.2. Canonic. cap.21. num. 126.* Annæus Rober. *lib.2. rerum iudic. cap.2. fol.117.* Rhenat. Choppin. *de priuil. rust. lib.1. par.1.*

ar.1.cap.12. Et Dom. Valençuela *conſ.71. num.* 8. *& ſeqq. & conſ.136. num.50. & ſeqq.* vbi licèt cum pluribus teneat, dicta priuilegia extendi ad prædia, quæ in futurum acquirantur, ex *cap. quia* *rca, de priuil.* cum aliis, quæ ibidem allegat, debet intelligi, ſi Religioſi talia prædia, de nouo quæsita, ſuis manibus colant, aut ad fundationem Monaſterij neceſſaria ſunt, vel vbi priuilegium, quod habent, continet expreſſam derogationem, *ict. cap. nuper*, provt expreſsè, & eleganter adit Seraph. *deciſ.1380. num.3.* † loquens de atribus Præmonſtratenſibus, qui cùm vellent eximere à præſtatione decimarum cuiuſdam rædij nouiter empti, quod anteà Rectori & cclesiæ decimabat, & ad id allegarent priuilegium Ioann. XXII. adhuc condemnati fuerunt: *Quia in illo* (inquit) *priuilegium non continetur expreſsè, quòd fratres poſſent emere de nouo prædia poſt generale Concilium, & ea habere exempta à ſolutione decimarum, contra diſpoſitionem dicti cap. nuper. Neque illa verba priuilegij, quæ habent exemptionem à præſtationibus decimarum, tam de profeſſionibus, & de hæreditatibus habitis ante, & poſt Concilium, quàm de cætero habendis, & ab aliis, ſiue ante, ſiue poſt Concilium acquiſitis, & acquirendis, apta ſint comprehendere acquiſita mediante emptione poſt Concilium, contra expreſſam probibitionem d. cap. nuper. Sed intelligenda de acquiſitis alio titulo licito, puta, relicto pro fundatione Monaſterij, vel alio modo non rohibito, &c.*

Et quòd prædia decimantia, † ſi quæ Religio- acquiſierint, debeant colenda talibus colonis ocare, à quibus ſine contradictione poſſit Ecclea decimas conſequi, docet text. *in d. cap. in aliuibus 32.* Et meliùs *in d. cap. nuper*, ibi: *Committantur aliis excolendæ, à quibus Eccleſiæ decimæ perſoluantur*, in quibus ita notant Abb. & ij DD. communiter, & latè Azeu. *in l.2. n.17. it.5. lib.1. Recop.* Et Renat. Choppin. *vbi ſup.* bi refert Galliæ legem, quæ iubet, vt Eccleſiaici terras decimales colonis ſecularibus locent, t ex eis, & ab eis decimæ, ſicut anteà, exiantur. Quamvis alii non minus communiter eneant, non poſſe ad hanc locationem compelli, ec deſinere ſua exemptione gaudere, quāvis colegia ſint realia, & per conſequens prædia ipſa equi debeant, ſi verè Monachorum exemptoum eſſe probentur, & eorum ſuſtentationi fructus applicari, etiam ſi per colonos colantur, uod & tradit gloſſ. notabilis *in d. Clem.1. verb. Excolendas, de decim.* vbi Card. *n.21.* Imola *n.* 4. Vital. *num.31.* Socin. *conſil.297. num.6. vol.2.* Abbas *in d. cap. ex parte, el 1. de decim. num.4.* Rota *deciſ.4. num.1. de priuileg. in antiq.* Puteus *deciſ.522. num.1. & 3. lib.2.* Roland. à Valle *onſ.61. num.11. vol.4.* Ruin. *conſ.157. col. fin. vol.3.* Horat. Mandoſ. *de priuil. adinſtar, gloſ.* 5. *n.40.* Enriq. *in ſumma lib.7. de indulg. cap.27. rt.5. n.7.* Ioan. Bapt. Ferret. *d. conſ.102. n.13.* Rota acri Palatij *deciſ.23. num.6. & deciſ.40. n.8. par.2.* Et in terminis priuilegiorum Societatis Ieſu, quoad decimas, Eman. Roder. *d. quæſt.44. art.4.* Guttier. *conſ.5.* Et D. Valençuela *d. conſ.71. num.32. pag.* 29. *vol.1.*

Rurſus conſiderabam, † quòd de tributis, & ollectis ad decimas regulariter licet argumentari, t latè probat Euerard. *loco 72.* Et Ego *ſup. lib.1. ap.21. num.1.* Atqui in tributis, communis eſſe idetur Doctorum traditio, quæ habet † prædia illis affecta, cum eodem onere ad Monaſteria Religioſorum tranſire, quæ ipſa recens acquiſierint, ne ſi aliter fiat, vel fiſci facultates diminuantur, vel totum onus tributorum ſuper laicos, & eorum prædia recumbat, iuxta textum *in d. cap. cum contingat, & in cap. Eccleſiæ, cap. quicunque 16. q.1. cap. ſi tributum, & cap. magnum 11. q.1. cap. tributum 23. q.8. l. ſi diuina domus, fin. C. de exact. tribut. lib.10.* vbi gloſſ. *diuinam domum*, pro Eccleſia accepit; & concludit eam debere agnoſcere omnes Reip. functiones, quemadmodum prior dominus dependebat: cum multis aliis, quæ tradit gloſſ. per textum ibi *in l. 1. C. ſi prop. pub. penſion. & in l.1. C. in quibus cauſ. pign.* Bald. *in cap.1. de pace* Conſtan. *in verb. Nos Romanorum*, Paul. de Caſtro *in l. apud Iulianum, §. hæres, D. de legat.1.* idem Bald. Felin. Angel. Bratergar. Socin. Senior, & plurimi alij, quos refert Camil. Borrel. *de præſt. Reg. Cathol. cap.63. numer.11.* cum multis ſeqq. Angel. omninò videndus, *conſ.24. per totum, & conſ.16. col.1.* Petr. Bellin. *de re milit. par.7. tit.* *7. n.16.* Vbi † quòd fratres Mendicantes pro præ- 30
diis, quæ poſſident de facto, tenentur ad collectas, Greg. Lop. *in l.51. verb. Por razon, tit.6. par.1.* Aluar. Valaſc. *de iure emph.1. par. q.17.* vbi, quòd Eccleſiæ, & Eccleſiaſtici tenentur ad onera realia pro rebus, quæ ad illas peruenerunt, iam illo onere oneratis, & coram iudice ſeculari poſſunt conueniri.

Et licèt † hoc non admittant plures alij DD. 31
quos refert Marta *d. tract. de iuriſdict. part.4. centur.1. caſ.11. per totum*; D. Præſes Valençuela *in ſuo monit. contra Venet. part.3. num.169. cum ſeqq.* Et Annæus Robert. *lib.2. rer. iudic. cap.2.* vbi re ad partes elegantiſſimè diſputata cōcludit, Arreſto Senatus Pariſienſis immunitatem Carthuſianorum à collectis in quibuſcunque prædiis, ſeu antiquis, ſeu de nouo quæſitis locum habere, declaratum fuiſſe, nullo habito diſcrimine, ſiue fundos ſuos colonis locent, ſiue eos propriis ſumptibus excolant. Quod latè etiam proſequitur P. Suar. *in defenſ. contra Reg. Angliæ, lib.4. cap 20. & ſeqq.* Adam Contzen *lib. 6. Polit. cap.62. cum ſeqq.* Et nouiſſimè plura congerens Leonard. Duar. *in comment. ſup. Bull. in Cœna Domini, lib.2. canon. 18. q.6.* poſt Mar. Alterium *in eod. canon. cap.6. col.2. verſ. In hac quæſt.*

Nihilominus tamen certum eſt, † nullam ferè 32
eſſe Rempub. cui conueniens viſum non fuerit aliquem modum præfigere acquiſitionibus Eccleſiaſticorum, & præſertim Religioſorum, eò quòd
† & ipſis immoderatæ diuitiæ, quas acquirunt, 33
incommodant, & Reipub. functionibus officiunt, & deficiunt, vt multis probat Annæ. Robert. *1. par. per tot.* Carolus Graſſal. *de Regalib. lib.2. cap.20.* vbi loquitur de iure amortizationis in Gallia, Camill. Borrell. *dict. cap.63. ex num. 35.* vbi adducit plura ſtatuta multarum ciuitatum Italiæ in idem tendentia, Petrus Gregorius, omninò videndus, *lib.13. ſyntagm. cap.16. & 17.* Contzen *dict. lib.6. cap.63.* D. Hieronym. *in epiſt. ad Heliod.* ibi: *Sunt ditiores Monachi, quàm fuerant ſeculares, poſſident opes ſub Chriſto paupere, quas ſub locuplete diabolo non habuerant, & ſuſtinet eos Eccleſia diuites, quos tenuit mundus anteà mendicos.* D. Proſper. *de vita contemplatiua lib.2. cap.13.* *Eis, qui Deo militant, facienda ſunt ex toto corde diuitiæ, quas qui*

habere

habere volunt, sine labore non quærunt, sine difficultate non inueniunt, sine cura non seruant, sine anxia delectatione non possident, Annæus Robert. *circa principium*, ibi: *Quid enim indignius est, & à professione sancta, & solitaria magis alienum, quàm Monachos contra paupertatis votum reditus eximios possidere, vt neglecta Christianæ charitatis affectu, prouentum suorum reliquias non pauperibus alendis, sed augendo patrimonio, & nouis prædiorum emptionibus destinare præsumant?* Et dixi alia *suprà hoc lib. cap.* 16.

Vnde vel in ipsis decimarum terminis scribit Rebuff. *dict. tract. de decim. quæst.* 8. *in fine, num.*
34 31. quòd † de rebus immobilibus nullibi decimæ præstantur, quia aliàs omnia ferè bona ad Ecclesiam peruenirent. Quod esse contra Dei prohibitionem testatur Guillerm. Bened. *in repet. cap. Rainuntius, verb. Et vxorem, num.* 256. *de testam.* vbi etiam excusat eadem ratione Franciæ
35 consuetudinem, vt † Monasteria non succedant Religiosis professis, sed consanguinei bona illorum retineant, & vt res immobiles transeant cum onere decimam soluendi ex fructibus eius, *cap. cùm contingat, de decim.* cum aliis supra relatis.

36 Quibus † de nostro iure municipali Indiarum valdè conuenit sched. quædam dat. Pardi 24. Octobr. ann. 1576. ad Nouæ-Hispaniæ Proregē Dom. D. Martin. Enriquez directa, quæ in eisdem terminis huius litis, de qua agimus, nimirum de decimis Religionum, cùm relatum fuisset, plura, & pinguiora Indiarum prædia ab illis acquiri, & prætextu priuilegiorum, quibus iustè, vel iniustè se defendebant decimarum præstationem intercipi, breuemque super hoc articulo resolutionem desiderari, respondet, iubetque, nè deinceps vlla alia prædia acquirere permittantur, his verbis: *Y en el entretanto dareis orden, y proueereis, como ninguno, ni alguno de los dichos Monasterios de Frailes, ni Monjas no adquiera, ni compre, ni pueda adquirir en manera alguna, ni comprar mas bienes, renta, è haziendas, ni grangerias de aquellas que tuuieren al tiempo que esta recibieredes, que si necessario es, por la presente lo prohibimos, y defendemos*; quæ schedula renouata reperitur per aliam dat. Matrit. 20. Maij ann. 1631. cum Quitensi Cancellaria loquentem, vbi querela Episcopi refertur de bonis immobilibus, & semouentibus, quæ Religiosi illius prouinciæ cum magno excessu, & graui non solùm decimarum, verùm & aliorum Regiorum redituum, ac vectigalium, quotidie comparant, & acquirunt, & deciditur: *Hareis guardar, y que se guarde, y cumpla, y execute lo dispuesto por las cedulas Reales, que prohiben à las Religiones el adquirir semejantes rentas, y haziendas, sin consentir que contra ello se vaya, ni passe, ni consienta ir, ni passar en manera alguna, que assi es mi voluntad.*

Quarum schedularum implementum, & executionem in dicta lite postulaui, innixus dictorum exemplorum auctoritate, & pluribus aliis iuri-
37 bus, & rationibus, quæ † in terminis de valore, & vigore similium statutorum, quæ ob communem vtilitatem bona in Ecclesias, vel Ecclesiasticos alienari vetant, tradit magistraliter Baldus *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num.* 6. *vers. Idem videtur, de constitut. & in cap. clerici, num.* 2. & 3. *de iudiciis*, Signorol. omninò videndus, *cons.* 21. *per totum*, Couarr. *in reg. possessor, in i[...] tio* 2. *par.* § 4. *num.* 8. *vers. Tertium est*, Mie[...] *de maior.* 2 *par. q.* 3. *num.* 12. Ioann. Gutierr[...] *lib.* 4. *pract. q.* 38. Bobadilla *in Politica lib.* 2. *c[...]* 18. *num.* 245. Molina *de iust. & iure*, 1. *to[...] tract.* 2. *disp.* 140. *num.* 1. vbi similis legis Lusitaniæ mentionem facit. Circa quam etiam lat[...]simè, pluribus Auctoribus relatis, scribit Gabr[...] Pereira *in tract. de manu Regia*, 2. *tom. ca[...]* 67. *per totum.* Et doctè rem disputans Christoph. Anguianus *in tract. de legibus, lib[...] controuers.* 15. *per totam.* Et Hieronym. C[...]uallos *in commun. opin. quæst.* 899. *à num.* 107. [...] *num.* 177.

Et dato, quòd hoc aliquam duritiem habe[...] videretur, ob id † quòd similes leges videnti[...] esse quodammodò contrariæ immunitati, & libertati Ecclesiasticæ, ex his, quæ latissimè contra simile statutum Venetorum congesserunt Illustriss. Cardinales Bellarm. Baronius & Columna, & Valençuel. Bastida, & Marta vbi suprà. Petij, vt saltem aliæ schedulæ, & prouisiones Regiæ expedirentur, quibus grauiter c[...]aueretur, ne quis ex laicis viuens, vel moriens vllum prædium vendere, donare, vel legare Religionibus posset, nisi sub ea lege, & conditione vt ex eisdem prædiis decimæ quæ ab ipsis præstabantur, Ecclesiis in posterum ab eisdem Religionibus præstarentur.

Quæ † pacta valida esse, & à Religiosis etiam obseruari debere, probant Innocent. Ioan. Andr. Bald. Bertachin. Festasius, Bellon. & plures alii quos refert & sequitur Dueñas *reg.* 100. *fallen.* 6[...] Et Borrell. *d. cap.* 63. *n.* 32. *& seqq.* vbi ex his infert num. 35. quòd similiter valida erunt statuta, quæ eandem obligationem inducant, tum ex vulgari argumentatione de pacto ad statutum, tum ex celebri doctrina Bart. *in l. rescripto, § sciendum, n.* 3. *D. de muner. & honor.* vbi in simili illam cautelam proponit, & probat, quod fiat statutum, vt omnia prædia ciuium intelligantur tributaria, & deseruiant indicendarum collectarum causa.

Cui addo † in nostris terminis Doct. Carrasco huius cautelæ, siue pacti mentionem facientem *ad leges Recop. cap.* 5. §. *vlt. n.* 35. *fol.* 74. Et insignem decis. Rotæ 229. *par.* 2. *in vltim. Lugdunens.* quam recopilauit Marta in suo *Digest. nouiss. tom.* 6. *tit. de decim. c.* 75. *pag.* 75. vbi refertur, quòd quædam Archiepiscopus prædia quædam Carthusianis donauit cum onere, vt ex illis consuetas Ecclesiæ decimas soluerent. Quod onus ipsi agnouerunt, & cùm posteà vellent virtute suorum priuilegiorum illud detrectare, resolutum fuit, id facere non licere: *Quia cùm donatarius rei suæ qualitatem à iure non improbatam apponit, donatarius acceptas, etiam si tertij fauorem respiciat præstare tenetur, & Religiosi suis priuilegiis renuntiare possunt, si Papæ fauorem non concernant, omnia enim priuilegia clausulam continent, quatenus pars vti velit, &c.*

Et extat † apud nos *l.* 7. *tit.* 9. *lib.* 5. *Ordin.* quæ ob eandem rationem laicis prohibet bona immobilia Ecclesiasticis vendere, sub pœna amissionis quintæ partis valoris rei venditæ. Cui legi similem aliam Valentiæ refert Belluga *in speculo Princip. rubr.* 14. §. *veniamus.* Et aliam Lusitaniæ, Gabr. Pereira *d. cap.* 67. *n.* 12. Et Caldas Pereira *in tract. de empt. & vend. cap.* 8. *n.* 35. Et in † materia bonorum feudalium, vt non non possint, alienari

lienari in Ecclesiam, aut causam piam; nec pro anima absque licentia domini, & feudi recognitione, text. *in cap.* 1. §. 1. qualiter olim poterat feudum alienari, *cap.* 1. *de probib. feud. alien. per Feder.* cum latè adductis à Rosenth. *in tract. de feud.* Et vltra alios ex supra relatis est, omnino videndus † Signorol. *d. cons.* 21. *numer.* 23. vbi ita recte in nostro proposito inquit: *Quod cum propter importunitatem subditorum, maximè personarum Ecclesiasticarum, & propter magnam abundantiam, & cumulationem pecuniarum earundem personarum, adesset periculum, vt de facili subditi rebus suis immobilibus depauperentur, ideo statutum prædictum hoc coërcens non debet illicitum, imo iuridicum censeri.*

Quæ omnia etsi repugnent aliis, quos refert Barta *d. tract. de iurisd.* 4. *part. cent.* 1. *cas.* 76. in nostris Indiis securius admitti, & practicari posse videntur, cum in eis † omnia prædia Regis essent, & ex eius liberalitate, & concessione in priuatos transierint, vt infra latius pertractabimus, cum eo quidem onere, ne in Ecclesias, aut Religiones alienarentur, vt disponit quædam sched. ann. 1535. ad Proregem Nouæ Hispaniæ directa, quæ extat 1. *tom. impress. pag.* 65. & ita disponit: *Y lo que assi repartieredes, no lo puedan vender à Iglesia, ni à Monasterio, ni à persona Eclesiastica, so pena que lo ayan perdido, y pierdan.* Vnde dicta prohibitio eiusmodi † bonis inesse, & veluti coünata esse videtur. *arg. text. in l.* 2. *D. de reb. eor.* ibi: *Quod cum dominio pignus quæsitum est, & ab initio obligatio inhæsit*, vt in terminis similis legis Lusitaniæ obseruat Pereira *d. cap.* 67. *num.* 12. & 13. & Velluga, omnino videndus, *dict. rubr.* 14. §. *veniamus, num.* 3. vbi in bonis, quæ à principio fuerunt Principis, siue *de Realengo*, hanc prohibitionem securè probat: *Quia hæc (inquit) vna ea lege à principio affecta sunt, quod in dominium Ecclesiæ transire non possint citra Regiam licentiam, quæ vulgò Amortizatio appellatur, quam conditionem Princeps potuit apponere, & legem dicere, quemadmodum si omnimodam alienationem prohibuisset ipsam rem afficiendo.*

Adduxi etiam, quod, vt hoc quoque remedium arduum, aut insolens videretur, vel statim litem esse decidendam, quam Religiosi tot artibus per tot annorum curricula protrahunt, in tam graue damnum totius Cleri Indiarum Occidentalium, iuxta ea, quæ in terminis scribit Torrel. *in summ. decis.* 1. *part. tit. de decim. n.* 21. ibi: *Solent autem has causas Regij Magistratus Cleri iustitiæ cursu expedire, ne Ecclesiarum, & prælatorum, vel clericorum iura retardentur, &c.* Vel † saltem pro Ecclesiis Cathedralibus, & Clero manutentionem decernendam esse, vt sic lite pendente decimis sibi debitis, & antea præstari solitis fruantur, & gaudeant; cum priuilegia, quibus Religiones in contrarium nituntur, sint adeo turbida, & patiantur exceptiones supra relatas: quod in ipsis etiam terminis declarauit Rota apud Seraph *d. decis.* 1380. *num fin.* sic inquiens: † *Et adeo cum non concurrat probatio ex parte Religiosorum in specie possessionis exemptionis de hoc prædio, neque verba priuilegij sint clara pro fundamento eorum prætensionis, dandum esse mandatum de manutenendo Rectori, & Episcopo interim dum in petitorio examinatur, quo pacto sit intelligendum priuilegium, & an ab aliqua obseruantia recipiat interpretationẽ. Et ita cõclusũ.*

Maximè cum in casu, de quo agimus, dici non possit † Ecclesiæ iura, vel priuilegia conuelli, cum potius hac, de qua agimus, forma, id conseruetur, & conseruari intendatur, quod Ecclesiis Matricibus, & Cathedralibus competit, quoque vehementer ad sui sustentationem egent; & ne id à Religiosis fraudetur, & intercipiatur, qui supra modum abundant, & quotidie pinguescunt, atque ditescunt. Nam altare † vnum non debet detegi, vel discooperiri, vt aliud tegatur, vel cooperiatur, *cap. cum causam, de præbend. l. fin.* §. *sed & si quis, & ibi.* Bald. *col.* 3. *C. comm. de legat. l. assiduis*, §. *exceptis*, vbi Bart. *C. qui potior.* Ias. *in l. cætera*, §. *idem quærit, & in l. sed & si quis, num.* 5. *de leg.* 1. Crauet. *cons.* 6. *num.* 66. Roman. *cons.* 241. *num.* 5. Abb. *cons.* 59. *in fin. lib.* 1. & Cardin. Tusch. *litt. A. concl.* 313. 49 50

Ac præterea, † cum hic non solum agatur de damno, & præiudicio Cathedralium, verum & ipsius Regis, qui eis dictas decimas concessit, & in earum defectum congruam sustentationem toti Clero Indiarum præstare debet, vt dixi *suprà hoc lib. cap.* 1. Cuius † Regis priuilegium notissimum est, vt in his, quæ sibi competunt, & sunt de Regalibus, nunquam litiget sine possessione, siue, vt Galli dicunt, *Dissaisitus*, vt, post alios, tradit Rebuff. 3. *tom. ad leg. Gallic. tit. de mater. possessor. art.* 2. *gloss.* 2. *n.* 26. *cum seqq.* Couarr. *in pract. cap.* 17. *num.* 6. *vers. Primum*, & in tertiis Hispaniæ decidit *l.* 1. *titul.* 21. *lib.* 9. *Recop.* & in litibus super nobilitate, siue exemptione à tributis, Palac. Rub. *in repet. c.* §. *sed est pulcra dubitatio, n.* 45. Otalor. *de nobil.* 2. *part. tertiæ princip. c.* 5. *n.* 5. *fol. mihi* 185. Ioan. Garc. *eod. tract. gloss.* 9. *n.* 5. Roland. *cons.* 89. *n.* 35. *lib.* 2. *quod & constitutum est in l.* 9. *tit.* 11. *lib.* 2. *Recop.* 51 52

Quibus accedit, quod etiam si hoc ius Regale deficeret, adhuc manuteneri deberet, quia † habet certum, & apertum priuilegium decimarum omnium Indiarum Occidentalium, sibi priuatiue concessum ab Alex. VI. & Religiones nullum ostendunt, vel ostendere possunt, quod sit speciale ad easdem Indias, vel posterius eo, quod nostris Regibus concessum appatet. Vnde succedit firma textualis conclusio, † quod etiam lite pendente, aduersus eum, cui vehemens iuris præsumptio resistit, datur executio sui iuris ei, qui fundatam habet intentionem in eo, nec aduersarius tuendus est in possessione, *cap. cum persona*, §. *fin. de priuil. in* 6. vbi Anchar. *num.* 5. & 6. Abb. *in cap.* 1. *num.* 8. *vt lite pendent.* Couarr. *d. cap.* 17. *num.* 6. Menoch. *de retinend. remed. vltim. num.* 24. Roland. *consil.* 89. *num.* 34. & 35. *lib.* 2. copiosè Hieronym. Portoles *in scholiis ad Molinum, verb. Firma, num.* 63. *cum seqq.* & Marescot. omnino videndus, *lib.* 1. *variar. cap.* 11. *num.* 6. 53 54

Quod procedit, † etiam si is, cui ius vehementer resistit, alleget præscriptionem. Nam lite pendente qui fundat iure communi, eo vtetur, quousque præscriptio plenè probata sit, *dict. cap. cum personæ*, §. *fin.* vbi sic notat Lapus *num.* 4. Anchar. *num.* 5 & 6. Franc. *num.* 2. *notab.* 2. & alios referens Marescotus *vbi suprà*, qui affirmat ita fuisse decisum in Rota in vna Salmantina iurisdictionis coram Cantucio, & in alia Baronensi iurisdictionis coram Pamphilio. In qua Episcopus agebat contra Decanum, & Capitulum, quibus ex Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 2. *de reform.* 55

præferuatur

præſeruatur immemorabilis conſuetudo cognoſcendi cauſas criminales, & matrimoniales, & fuit dictum, quod Epiſcopus ſolus debebat manuteneri propter iuris aſſiſtentiam in facultate exercendi dictam iuriſdictionem, donec contra eum per tres ſententias conformes immemorabilis probetur. Et ita in eiſdem termi-
56 nis, quod qui † habet pro ſe ius commune poteſt lite pendente turbare aduerſarium, & etiam violenter expellere, ſicut eum, qui poſſidet vi, clam, vel precario, notabiliter tradit Ancharr. *in d. cap. cum perſona, notab.*11.quam refert, & ſequitur Palac. Rub. *in d. cap. per veſtras*, *§. ſed eſt pulcra, num.*43. *fol. mihi* 335. Roland. *d. conſil.* 89. *numer.* 35. *lib.* 2. & poſt Rouitum, & alios, quos allegat, idem probat Capiblancus *in tractat. de Baronibus, & eorum officio, pragm.* 1. *num.* 230. Quibus addo, quod notanter tradit D. Felician. à Vega *in cap.* 2. *de iudic. numer.* 92. nempè Principem ſæcularem poſſe cognoſcere contra ſæculares excommunicatos, qui ſe ſubtrahunt à ſolutione decimarum, tanquam contra rebelles, quod arguit qualis, ac quanta Regum in hac parte ſit, & eſſe debeat auctoritas, & poteſtas.

CAPVT XXII.

De oblationibus, & iure quartæ funeralis & oblationum, quod aliqui Indiarum Prælati ſibi præſumunt, & variis quæſtionibus ad eam ſpectantibus.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes Eccleſiaſticæ, & qui de eis agant?*
2 *Oblationes, & mortuaria, aliáque ſimilia ab Indis inuitis per eorum parochos exigi, plures ſchedulæ prohibent, quæ recenſentur.*
3 *Doctrinarij, qui ab Indis inuitis oblationes extorquent, grauiter puniri iubentur.*
4 *Oblationes voluntariæ ab Indis factæ non ſunt prohibitæ, ſed meritoriæ, & ſchedula, quæ de hoc agit.*
5 *Concilium Limenſe, quid diffinierit circa oblationes Indorum?*
6 *Confirmationis pro Sacramento nihil ab Indis exterqueri debet, ex Conc. Trident. & Limenſi.*
7 *Prælati Indiarum, qui pro Sacramento Confirmationis, & aliis, oblationes extorquent, notantur; & qui quartam earundem oblationum, & funeralium ſibi præſumunt.*
8 *Quarta funeralis, & quarta Epiſcopalis, quid ſint, in quo differant, & quomodo ſub nomine quartæ, ſiue portionis Canonicæ venire ſoleant, & qui de eis agant? &* num. ſeqq.
9 *Quarta funeralium, & oblationum quando, quo iure, & ex quibus, Epiſcopis debeatur?*
10 *Epiſcopi manutenendi ſunt contra prætendentes ſe aduerſus eos præſcripſiſſe quartam funeralium, & oblationum.*
11 *Quartæ funeralis oblationem, & Canonicæ, quomodo præſtari, & exigi beant, tradit Conc. Limenſe, cuius v*[...] *ba referuntur.*
12 *Quartæ funeralis, & oblationum in e*[...] *ctione, non tam iuris diſpoſitio, qu*[...] *vniuſcuiuſque prouinciæ conſuetudo att*[...] *denda eſt.*
13 *Gloſſæ doctrina quartam funeralem ex c*[...] *ſuetudine deberi aſſerentis, quomodo int*[...] *ligenda ſit?*
14 *Quarta funeralis, & oblationum, an ſ*[...] *Epiſcopis pauperibus debeatur?*
15 *Clerici etiam valdè diuites ſtipendia ſibi* [...] *gnata ob miniſteria ſpiritualia, quæ ex*[...] *cent, percipere poſſunt.*
16 Cap. placuit, & cap. priſcis, *cum aliis* [...] q. 3. *exponitur.*
17 *Clerici diuites, qui, quod pauperum eſt, ac*[...] *piunt, ſacrilegium committunt.*
18 *Epiſcopi, qui nimis emungunt pro quar*[...] *funerali, coruis æquiparantur, & quare?*
19 Cap. inter cætera 10. q. 3. *expenditur,* [...] *illuſtratur.*
20 *Epiſcopi Indiarum nimis extendentes iu*[...] *quartæ funeralis, qualiter in aliquibus i*[...] *ribus, & ſchedulis Regiis notentur?*
21 *Quartæ funeralis, nimis per aliquos Epiſc*[...] *pos Indianos extenſæ, damna, grauiter e*[...] *primit quædam ſchedula Regia, quæ r*[...] *fertur.*
22 *Epiſcopi aliqui conſuluerunt Auctorem,* [...] *alios ſuper iuribus, & quæſtionibus quar*[...] *funeralis.*
23 *Quarta ſtipendij, ſiue ſalarij beneficioru*[...] *ab Epiſcopis nullo iure exigi poteſt.*
24 *Quarta funeralis de quibus Miſſis, & legat*[...] *piis iuſtè exigi poſſit?*
25 *Quartam funeralem, vel parochialem pet*[...] *re nequeunt Epiſcopi, aut Curati Religi*[...] *ſis, etiam Doctrinariis, propter ſpecia*[...] *le priuilegium, quod habent in eiuſde*[...] *exemptione.*
26 *Priuilegia Religioſorum in exemptione quar*[...] *tæ funeralis, & parochialis, referuntur, &* [...] *adſtruuntur.*
27 *Prælati, vel Curati cogentes Religioſos a*[...] *ſoluendam quartam funeralem, vel pa*[...] *rochialem excommunicantur.*
28 *Clementina* dudum, *de ſepulturis, expli*[...] *catur.*
29 *Iura duplicia exigi non poſſe à Curatis ſe*[...] *cularibus pro funeribus, & mortuariis eo*[...] *rum, qui in Monaſteriis Religioſorum tu*[...] *mulantur, iure communi, & Regio India*[...] *rum cauetur.*
30 *Quarta funeralis, vel Parochialis non po*[...] *teſt exigi pro Miſſis, & operibus piis, quæ* [...] *quis ſibi dici, aut fieri iubet per donatio*[...] *nem inter viuos, aut quando eorundem operum ipſe teſtator expreſſam deſignationem* [...] *fecit.*
31 *Quarta funeralis, vel Parochialis non debetur ex eleemoſynis, quæ inter pauperes* [...] *diſtribuuntur, vel ad Miſſas dicendas relinquuntur.*
32 *Quarta funeralis an debeatur Epiſcopis* [...] *ex eleemoſynis, ſiue diſtributionibus, quæ* [...] *Capitulis Cathedralium dari ſolent, vt funus aliquod ſ*[...]*cient, & de ſched. quæ de hoc agit.*

33 *Quarta*

Quartæ funeralis in materia aliquas nouas quæstiones Auctor proponit, & resoluit.

Prælati an possint compellere Parochos, vt habeant libros rationis quartæ funeralis, vel eius occasione iuramentum subeant.

Administrator omnis debet habere librum rationis.

Quarta funeralis an debeat seruari, & præstari Episcopo pro tempore, quo Ecclesia vacauit.

Episcopo successori regulariter solent asseruari omnes reditus, & prouentus Episcopatus vacantis.

Cap. quia sæpè, de elect. lib. 6. & Clem. statutum, eod. tit. *expenduntur.*

Prælatis futuris fructus sedis vacantis reseruantur, etiam si Ecclesiæ non inseruierint, & cur in Indiis non reseruetur eisdem quarta decimalis.

Charitatiuum subsidium quid sit, & quando, & quo iure Episcopis debeatur.

Cathedraticum Episcopis olim præstari solitum, quid sit, & quo iure introductum.

DE oblationibus † autem nihil est, quod peculiari obseruatione dignum videatur. Præm cùm de eis late agant Marian. Socinus, & ilus Maluisius *in peculiaribus tract.* quos *de tionibus* scripserunt, D. Thom. & communi Theologi *in 2. 2. quæst.* 86. Angelica, & alij mmistæ, *verb. Oblatio*, Tuschus *eodem verb. lus.* 11. *& seqq.* Nisi quòd multis schedulis otum reperio, & excessus Ecclesiasticorum blationibus, mortuariis, & funeralibus, & amentorum administratione reprimantur, & ndorum Curati, siue seculares sint, siue reres, eos ad oblationes sibi faciendas nequan compellant, vel vt se ipsos, vel Ecclesias, us præsunt, hæredes instituant, nec ab de aliquid collectarum, vel eleemosynanomine exigant, quæ schedulæ reperiun*tom. impress. pag.* 267. *&* 337. *& seqq. tom. pag.* 134. *& seqq.* vbi oblationum io, & funeralium distincta taxatio præfi.

quia nihilominus in hoc plurimi multum dunt, † grauibus pœnis puniri iussi sunt per titutiones Synodales Archiepiscopatus Lisis anni 1613. quas refert Dom. Episc. Paelectus Archiep. Mexican. D. Felician à *in cap. clerici* 8. *de iudiciis, num.* 41. Benè n subiungens num. seq. non ideò † prohioblationes voluntarias, cùm hæ meritoriæ & laudabiliter dentur, & accipiantur, *cap. Christianus* 69 *de consecr. dist.* 1. gloss. *in statuimus* 55. 16 *q* 1. *l.* 8. *tit.* 19. *par.* 1. cesched. dat. Pard. 2. Decemb. ann. 1578. *d. pag.* 338. ibi: *Pues aunque el ofrecer es vo cosa loable y receñida en la Iglesia, el ha hade ser voluntariamente, como lo son las obras de caridad, y el compeler à que se es abuso, y cosa que suena mal, mayorcon essos dichos naturales, que de suyo son bles, y de poco caudal, &c.* Quæ verba ati videntur in Conc. Limens. III. ann. *act.* 2. *c.* 38 vbi postquàm † seriò grauiterohibuit, neque pro Sacramentorum, neo Sacramentalium administratione, neque ro sepulturæ cuiusque apertione quicquam exigi, aut recipi posse, Sacerdote quidlibet ab Indis recipiente, quadrupli pœna mulctato, sic habet: *Sed neque ad oblationes faciendas in Missa, aut aliàs Indi cogantur: sed si quis offerre voluerit, intelligat id quidem meritorium, & pium, sed tamen prorsus liberum esse, vel facere, vel non facere. Quicunque tamen Indorum in Hispanorum vrbibus domicilium habent, quia & in Fide instructiores sunt, & nostrorum hominum vsum crebrò affectant, cum iis poterunt consuetudines in sepulturis, & cæteris, si quæ sunt laudabiles, obseruari.* Et in eodem Concilio *cap.* 14. renouatur aliud decretum Conc. Limens. II. *act.* 3. *cap.* 47. quod † statuit in confirmationis Sacramento nihil ab Indis accipiendum, his verbis: *Cùm Sacramentum Confirmationis accipiunt Indi, nulla ratione quicquam pecuniæ, aut argenti ab his petatur, neque, vt offerant, inducantur; quin etiam, qui præ inopia candelas ferre non poterunt, iis ab Episcopis benignè conferantur, & cerei, & lintea. Idem in Baptismo seruetur de cereo, & capitio baptismali.*

Quod sanè notandum est † contra aliquos Prælatos Indiarum, qui præcipuum quæstum suæ dignitatis, munerisque in hoc constituunt; sicut & alij (præcipuè Peruanarum Prouinciarum) in his, quæ corrogant à suis clericis, & Ecclesiis, sub iure, & titulo quartæ, quam vocant, funeralium & oblationum, ad differentiam quartæ Episcopalis, † quæ est illa, quæ Episcopo reseruatur in diuisione decimarum, & primitiarum. Et quartæ Parochialis, quæ Parocho, seu Parochiæ, vbi quis decedebat, solebat reseruari ex omnibus legatis piis, quæ defunctus reliquit. Quas omnes quartas, & si quæ sunt aliæ, quæ Episcopis competant, generali vocabulo quartam Canonicam, siue portionem Canonicam appellare solemus. Et de eis extat integer tractatus Lapi de Castellione *de Canonica portione, & de quarta*, vbi *memb.* 1. *ad* 6. *dub & vlt.* earum differentias constituit, & Petr. de Perus. & Petr. de Vuald. & Barth. de Hutio *de duabus quartis.* Et Franciscus Episcopus Clusinensis *in quæst. de portione Canonica*, quæ subiicitur post illam Lap. de Castellione *in vol.* 7. *tract. Doctor. fol.* 185.

7 (beside "Quod sanè notandum est"); 8 (beside "Episcopalis, † quæ est illa")

Etenim etsi negare nec possim, nec velim, hanc † quartam funeralium, & oblationum Episcopis de iure deberi, & assignati ob honorem, & commodiorem sustentationem dignitatis Episcopalis, eiúsque exercitium, & ob curam, quam habent, vel habere debent, de protectione clericorum, & Ecclesiarum suæ Diœcesis, & de executione, & implemento piorum operum, quæ defuncti relinquunt, nisi fortè contra eosdem Episcopos, & huiusmodi quartæ exactionem legitima aliqua præscriptio, saltem quadragenaria, obiiciatur, aliquo titulo colorato, seu putatiuo, & bona fide interueniente munita, vt apertè constat ex *cap. de his, cap. antiquos, cap. decernimus* 10 *q.* 1. *cap. constitutum* 16. *q.* 1. *cap. conquerenti, de offic. Ord. cap. officij, cap. requisisti, & cap. vlt. de testam. cap. dudum, de decimis, cap. cùm olim, de censibus, cap. de quarta, de præscript. cap. certificari, de sepult. cap. ex parte, el* 3. *de verb. signif. cap. cùm inter vos, eod. tit. l.* 5. *&* 6. *tit.* 13. *part.* 1. vbi Greg. Lopez *gloss.* 11. Concil. Trident. *sess.* 25. *de reform. cap.* 13. cum aliis, quæ vltra Lapum, & Petr. de Vuald. vbi suprà, latè de hac quarta agentes, adducunt Syluest. Angel. Tabiena, & alij Summistæ, *verb. Canonica,*

9 (beside "hanc † quartam funeralium")

Canonica portio, D. Antonin. 3. *part. tit.* 10. *cap.* 5. §. 4. Hostiens. *in summ. lib.* 3. *tit. de sepultur. à num.* 9. Bertachinus *in repertorio*, *verb. Quarta Episcopalis*, *& in tract. de Episcopo*, *par.* 4. *lib.* 4. *num.* 40. Oldrad. *consil.* 225. Feder. de Senis *cons.* 6. Roman. *cons.* 477. Riminal. *cons.* 178. Et plures alij, quos refert Couarr. *in d. cap. officij*, *num.* 1. 2. *&* 12. Ioann. Hugo *de offic. quatuor Prælat. cap. de Canonic. portione*, Bernard. Diaz, & eius Additionat. Salced. *regul.* 237. Petr. Gregor. *lib.* 2. *syntagm. cap.* 25. *num.* 10. Choppin. *de sacra polit. tit.* 7. *num.* 13. *&* 14. Ioan. Gratian. *regul.* 400. Paul. Fuscus *singul.* 28. *litt. E.* Humada *in addit. ad Greg. d. gloss.* 11. Cenedus *in collect.* 106. *ad dict. cap. officij*, Eman. Roderic. 1. *tom. quæst. regul. q.* 39. *art.* 1. Costa *in tract. de portione ratæ*, *quæst.* 144. *num.* 6. Horatius Viscontus *in conclus. iur. litt. Q. pag.* 241. Raphaël de la Torre *in* 1. 2. *tom.* 1. *ex num.* 7. *ad* 20. *pag.* 447. Marta *de iurisd.* 2. *par. centur.* 2. *casu* 113. *num.* 12. Perez de Lara *de anniuers. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 54. *cum seqq.* Ioan. Azor 2. *tom. instit. moral. lib.* 9. *cap.* 12. Zerola *in prax. verb. Legatum*, *vers. Ad* 3. Cardin. Tusch. *litt. Q. concl.* 21. *& octo seqq.* Ioan. Filesacus *de sacra Episcop. auctor. cap.* 18. *& seqq.* Pat. Miranda *in Manual. Prælat.* 2. *tom. quæst.* 48. *per totam*, Doct. Balboa *in dict. cap. de quarta*, *pag.* 58. *&* 59. Et nouissimè, & plenissimè Iulius Laborius *var. lucubrat. tit.* 2. *cap.* 17. *per totum*, *pag.* 239. *cum sequentibus*, Paulus Piasecius *in prax. Episcop. par.* 2. *cap.* 5. *tit. de bonis mensæ*, Quaranta *in summa Bullarum*, *verb. Quarta Episcopalis*, Ioan. Gutierr. *de iurament. confirm.* 2. *par. cap.* 4. Francisc. Leo *in thesaur. for. Eccles. par.* 2. *cap.* 14. Et Se-
20 raph. *decis.* 1449. vbi tenet, † manutenendum esse Episcopum contra prætendentes se præscripsisse quartam funeralem aduersus eum, donec per eos talis præscriptio fuerit plenè probata, & quòd fuit resolutum per sacram Congregationem Concilij, & Rota hanc declarationem perpetuo amplexa est, propter assistentiam iuris communis. Quibus addo in nostris Indiarum terminis Concil.
21 Limens. III. *act.* 4. *c.* 20. cuius verba sic habent: † *Quarta funeralis, ac Canonica portio, & quarta etiam oblationum Episcopo à iure concessa, tam à Capitularibus, quàm à cæteris clericis persoluatur eo ordine, & modo, quem sacri Canones statuunt: pro controuersiis verò componẽdis, quæ harum portionum occasione oriri solent, deputentur in vnaquaque Diœcesi ab Episcopo Collectores, qui sine cuiusquam præiudicio, singulis, quæ sua sunt, attribuant.*

22 Adhuc autem certissimum est, in † huius quartæ exactione, non tam iuris dispositiones, quam vniuscuiusque Prouinciæ consuetudinem attendendam, ita vt interdum nihil, interdum sola medietas exigatur, ex textu ita intelligendo *in d. cap. certificari, de sepult.* cum aliis traditis à Petr. de Vuald. *d. tract. de duab. quart. c.* 2. Couar. *in d. c. officij*, Iulio Laborio, Zerola, Azor. Bal-
23 boa, & aliis *sup. cit.* Qui sic explicant † gloss. *in d. cap. officij*, quæ hanc quartam non de iure, sed de consuetudine deberi asserit, voluit enim dicere, quòd licèt de iure Canonico debeatur, quota tamen, siue quantitas exigenda aliquando per consuetudinem variatur.

Vnde & alia gloss. Ioannis *in d. cap. de his* 10.
24 *quæst.* 1. † eandem quartam antiquis temporibus propter paupertatem Episcoporum inductam, seu concessam ostendit, & inde subinfert: *Hodie tem cùm sint diuites, nihil habent præter Cat draticum*, quasi cessante causa cesset effectus adigere, §. *quamvis*, *D. de iure patron. cum v gat.* Et licèt hanc glossam reprobet Bernard. i dicens, ita fuisse sententiarum pro Episcopo nonienst extra Ecclesiam S. Ioannis in Persice quia dictæ quartæ concessio non solùm niti in paupertate Episcoporum, sed in aliis ratio bus, quas suprà tetigimus, vt expresse, gloss Ioann. impugnans, obseruat etiam Petr. de Vua *d. tract. cap.* 1. Hostiens. *d. tit. de sepult. n.* Et D. Anton. 3. *par. tit.* 20. §. 10. Quod iuuari p test clericorum exemplo, † qui quamvis va diuites sint, adhuc tamen stipendium sibi fig tum pro ministeriis spiritualibus, quæ exerc percipere potest, vt tenent Theologi *in* 2. 2. 10. *art.* 2. Panorm. *in cap. Episcopos, de præbe* Ioan. Andr. Hostiens. & alij *in cap. cùm adeò rescript.* Et gloss. *in cap. clericos* 1. *q.* 1. Nihi minus negare non licet Ioan. sententiam pro habere † text. *in cap. placuit*, 1. *& cap. pri* 2. cum aliis 10. *q.* 3. vbi Episcopis, quibus sua p nè sufficere possunt, non licet hanc tertiam, quartam accipere, nisi vt eam in reparation Ecclesiarum impendant. Et auctoritatem D. H ron. *ad Damasum*, & alias, quæ habentur *cap. clericos* 1. *q.* 2. *cap. fin.* 16. *q.* 1. *cap. illi au* 12. *q.* 2. vbi docemur, † quòd clerici diuites, *quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium prof committunt, & per abusionem talium iudicium manducant, & bibunt.*

Quo & respicit elegans, & notabilis gl *in cap. non omnis* 2. *q.* 7. quæ exponens ill text. dum dicit, † Episcopos debere esse si columbas, quarum innocens victus est, q de frugibus terræ viuunt, non sicut coruos, de morte pascuntur, inquit: *Hoc dici prop malos Prælatos, qui inter alia coruis equi rantur in voracitate mortuariorum, & oblat num, & in fœtore spiritus*; vbi Hugo Card. adhuc magis explicans addit: *Quia ipsi oblatio sibi vsurpant, & rapiunt, quia ad hoc prædica vt viuant.*

Et potest etiam expendi † textus optimus *cap. inter cætera* 8. 10. *q.* 3. vbi Concilium T let. VII. *c.* 4. grauiter notat aliquos Episco Galliciæ, siue vt alij codices habent, *Galliæ*, sub colore procurationis, & visitationis indisc to moderamine, parochianas Ecclesias prægra bant, & penè vsque ad examinationem extre virtutis quasdam Basilicas perduxisse probati era iubetque, ne id de cætero fiat, quod eatenus f rat inordinatè præsumptum, & vt solertiss discernantur querimoniæ Parochorum, & Pr byterorum, quas necessitas compulit in pub cum examen deferri contra Pontificum suoru rapacitates.

Qui textus † viuis quidem coloribus depi git, quod aliqui Prælati Indiarum agunt sub o casione dictæ quartæ, eam pro libito extende tes, & nihil non à suis parochis hoc titulo corr dentes. Quorum similiter querimoniæ sæpissim ad Regium Senatum perlatæ sunt, & ita mul Regiis schedulis dicti Prælati rogantur, & adm nentur, ne vllo modo excedant, sed iuris Can nici dispositionem cum omni moderamine se uent: quæ schedulæ reperiuntur *in* 1. *tom. in press. pag.* 132. *&* 134. Et quoniam adhuc quida Episcop

Epiſcopus Cuzquenſis nimis Doctrinarios ſuæ Diœceſis ob hanc quartam vrgebat, & eos ad faciendas ſcripturas, & tranſactiones ſuper illius ſolutione compellebat, expedita fuit ſchedul. quædam dat. Valliſ. 29. Nouemb. ann. 1605. ad Peruanum Proregem Dom. Comitem Montis-Regij directa, quæ iubet, vt de facti veritate ſe priùs, & poſteà Regium Senatum informet, & ſimul ſcribat, quod ſibi prouideri poſſe videatur, vt in poſterum eiuſmodi exceſſus vitentur, & comprimantur.

Et rurſus † per aliam Matr. 12. Febr. ann. 1608. Archiepiſcopus Limanus admonitus eſt, ut ſuper his vigilaret, & competens remedium adhibere curaret, cuius litteram hîc inſerere operæpretium duxi; quoniam damna, quæ inde naſcuntur, grauiter memorat, ſic igitur habet: *EL REI. Mui Reuerendo en Chriſto Padre Arçobiſpo de la ciudad de los Reyes, del mi Conſejo. He entendido, que en eſſe Arçobiſpado os Prelados han acoſtumbrado à concertarſe con los Doctrineros por la quarta funeral en vna quantidad ſeñalada, de que reſultan mui grandes inconuenientes, porque los clerigos por tener grato al Prelado, y à ſus Viſitadores, ſe eſtienden à dar mas de lo que les pertenece por eſta porcion, y todo viene à ſalir, y cargar ſobre los Indios, de que reſultan las moleſtias que reciben de ſus Doctrineros, y la introduccion de las ofrendas, y contribuciones à que los obligan, y eſto queda en pie, y los clerigos ſin reformacion en ſus vidas, y coſtumbres, lo qual requiere eficaz remedio, para que ceſſen eſtos inconuenientes, y porque es juſto que procureis atajarlos, os ruego, y encargo, que no permitais, ni deis lugar à que aya, ni ſe hagan conciertos con los Dotrinantes ſobre la quarta funeral, ſino que la cobreis en la forma que os pertenece conforme à derecho, y que buſqueis, y proueais por Viſitadores perſonas de la Chriſtianidad, prudencia, y ſatisfacion neceſſaria, para que ceſſen los inconuenientes ſuſodichos, y las moleſtias, y vexaciones que ſe hazen à los Indios, y de lo que en ello ſe hiziere me auiſareis. Fecha vt ſuprà, &c.*

Sed cùm hæc ſchedula Epiſcopis, dictæ quartæ ratione, ea exigere permittat, quæ ipſis de iure competunt, quorum aliqui valdè hac in parte iuris diſpoſitiones extendunt, † licèt alij magis moderati ſtrictiores ſibi cancellos conſtituant, & viros doctos, & Religioſos ſuper hoc conſulere ſoleant, provt Limæ fecit Reuerendiſſ. Dom. D. Ildephonſ. à Peralta Archiepiſcopus Argentinus, qui conſuluit eruditiſſimum Patrem Ioannem Monachum è Societate Ieſu, qui ei inſtructionem, ſeu tractationem quandam ſatis elaboratam dedit, de his, quæ dictæ quartæ nomine iuſtè percipi poſſunt, quam mihi idem Dom. Archiepiſcopus communicauit, Egóque aliquibus ſchedulis, & additionibus illuſtraui, in pluribus cum eodem Patre conueniens, in aliquibus diſſidens, quæ omnia longum eſſet hiſce commentariis inſerere, cùm integrum ferè librum conficiant, & eorum multa peti poſſint ex Auctoribus *ſup. num.* 9. relatis.

3 Illud tamen omitti non poteſt, † grauiter excedere Prælatos, qui ab Indorum Parochis, quos vulgò *Doctrineros* vocamus, etiam ex ſtipendio, vel ſalario, ſibi doctrinæ, ſeu beneficij ratione conſtituto, quartam exigere prætendunt: hoc enim nullo iure eis competit, nec debetur, & ita meritò reprehenditur in quadam Regia ſched. dat. Matr. 3. Septemb. ann. 1572. ad Epiſcopum Quitenſem, quæ habetur 1. *tom. pag.* 132.

Rurſus etiam excedunt, † vbi eandem petunt 24
de Miſſis, & aliis legatis, & operibus piis, quæ defuncti, aliàs ſibi ſubditi, in Regnis Hiſpaniæ, aut alibi extra Diœceſim dictorum Prælatorum fieri, diſtributiuè iubent. Nam iura, quæ ipſis hanc partem in talibus legatis concedunt, de quibus per Auctores ſuprà relatos, eam limitationem recipiunt, ſi Miſſæ, & pia opera in Eccleſiis, & locis intra ſuam Diœceſim exequantur, vt conſtat ex Hoſtienſ. *d. tit. de ſepultur. poſt num.* 10. *§. à quibus*, Lap. de Caſtellion. *§. quia de Canonica, à n.* 8. Vuald. 2. *par. cap.* 4. *q.* 7. *princip.* Angel. *verb. Canonica portio, num.* 13. Silueſt. *eod. verb. q.* 8. pulchrè Roman. *conſ.* 514. & Tuſch. *dict. concl.* 21. *num.* 6. *&* 7. *cum ſeqq.* & idem apertè de iure noſtro Indiarum notatum, & declaratum invenio in alia ſched. dat. Fuenſalidæ 26. Octob. ann. 1541. *d. pag.* 132.

Pariter quoque excedere iudicandi ſunt, ſi 25
ab † Eccleſiis Religioſorum, etiam doctrinariorum ſuæ Diœceſis eandem quartam exigere velint. Nam etſi Doctores communiter teneant, omnes Eccleſias ſitas in locis ſubiectis Epiſcopo, ei hanc quartam debere, etiam ſi earum Rectores, vel Curati exempti ſint ab eius iuriſdictione, vt conſtat ex Caſtellion. vbi *ſup. cap.* 1. *q.* 3. *num.* 7. Vualdis *cap.* 4. *q.* 10. vbi alios adducit, Lapus alleg. 30. in fine; hoc tamen intelligendum eſt, niſi tales Eccleſiæ, vel Curati aliquod peculiare priuilegium exemptionis hac in parte ſe habere docuerint, provt omnes hodie Religiones generaliter habent, vt per Vuald. Angel. Syllueſt. & alios vbi ſup. quæ priuilegia eis in noſtris etiam Indiis obſeruari iuſſa ſunt per ſched. dat. Pintiæ 24. Martij ann. 1537. & alias, quæ lites ſuper hoc motas commemorant, & habentur *d.* 1. *tom. pag.* 133. *&* 134. Et hac de cauſa in Concilio Limenſi III. ann. 1583. *d. cap.* 20. vbi de huius quartæ exactione tractatur, nullum de Religioſis verbum factum fuit.

Quorum exemptio † adhuc magis iuuatur ex 26
Bulla Pij V. *Etſi Mendicantium Ordines*, ſub data Romæ 17. Kalend. Iunij ann. 1567. reualidatam per Greg. XIII. & per aliud priuilegium Societatis Ieſu, conceſſum à Paulo III. cuius fit mentio *in compendio priuileg. eiuſd. Societ. verb. Exemptio*, §. 4. & tenent Ioan. Gutier. *de iuram. confirmat.* 2 *par. cap* 4. *num.* 3. Eman. Roder. *tom.* 1. *regul. q.* 39. *art.* 2. Pater Saa *in ſumma, verb. Religio, num* 56. Enriquez *lib.* 7. *de indulgent. cap.* 27. *n.* 3. Tuſch. *d. litt. Q. concl.* 21. Fr. Ioan. à Cruce *de ſtat. Relig. lib.* 2. *cap.* 19. *dub.* 5. *concluſ.* 2. Fr. Lud. Miranda *in Manuali Prælat. tom.* 2. *q.* 48. *art.* 7 Laurent. de Portel. *in dubiis regular. verb. Canonica portio.* Et in terminis noſtrarum Indiarum, & mentionem de dictis ſchedulis faciens, Fr. Ant. Remeſal. *in hiſtor. Guatemal.* & Fr. Ioan. Bapt. *in aduert. confeſ. Indiar.* 2 *par. fol.* 316. vbi refert ad hoc aliud priuilegium Pauli IV. & latiùs *fol.* 210. *& fol.* 250. *& ſeqq.* vbi plura pro eadem exemptione conſiderat. Et addit, † quòd Prælati, vel 27
Curati cogentes Religioſos, vel teſtamentarios, vel hæredes defuncti ad ſoluendam quartam directè, vel indirectè, vel alterius portionis, ſeu

ſeu oneris, dum apud Religioſos dicti fideles defuncti tumulantur, incurrunt pœnam interdicti, & excommunicationis ex Breui Sixti ann. 1474. vt habetur *in priuilegiis*, quæ ibi recenſet. Et per
28 hoc reſpondet † ad Clem. *dudum*, & ibi gloſſ. *de ſepultur.* D. Antonin. 3 *par. tit.* 10. *cap.* 5. *num.* 5. dicentes poſſe Curatos, vel Prælatos compellere Religioſos ad ſoluendam quartam Parochialem, vel Epiſcopalem, nam loquuntur ſecundùm ius commune.

29 Et optimè ſubiicit eſſe † corruptelam, & tyrannidem, quam Curati ſeculares, in aliquibus prouinciis introducere volunt, leuantes, ſeu deferentes iura duplicia pro funeribus, & mortuariis eorum, qui tumulantur in Monaſteriis Religioſorum: hoc enim eſſe inquit in fraudem dictorum priuilegiorum, & contra iura, quæ liberam cuiuis facultatem concedunt, vt poſſit in eiſdem Monaſteriis eligere ſepulturam. Qua de re extat expreſſa ſched. dat. Pard. 1. Decemb. ann. 1573. & renouata per aliam ann. 1613. quæ Limanæ Cancellariæ iniungit, vt hoc fieri non patiatur, quin potiùs ad id coërcendum prouiſiones, quas neceſſarias iudicauerit, expediat.

Denique & illud adnotandum duco, quod dicitur, dictam quartam deberi ex funeralibus, mortuariis, oblationibus & ſimilibus relictis piis, quæ Eccleſiis, vel earum Rectoribus intuitu ipſarum Eccleſiarum relinquuntur in vltimis voluntatibus;
30 vel ex donationibus cauſa mortis; † non eſſe extendendum ad donationes inter viuos, etiam ſub dictis titulis factas, quarum dominium, viuo teſtatore, in Eccleſias tranſiuit, neque etiam ad legata, quæ continent expreſſam aliquam teſtatoris deſignationem rerum, vel operum piorum, in quibus bona pro illis relicta eroganda ſunt: verbi gratia, conſtructionem, vel reparationem Eccleſiæ, capellæ, vel ornamentorum, & ad luminaria, capellanias, anniuerſaria perpetua, hoſpitalia curationis pauperum, confraternitates laicorum, pro maritandis virginibus, & alia his ſimilia. Etenim de eis dicta quarta præſtari non debet, vt paſſim tradunt DD. ſuprà relati, præcipuè Bernard. Diez, Syluest. Tuſch. Zerola, & alij, quos refert, & ſequitur Perez de Lara *d. tract. de anniuerſ. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 56. & 57. Capicius *deciſ.* 23. *num.* 1. Aluar. Valaſc. *conſ.* 105. *ex num.* 11. Paulus Piaſecius, omninò videndus, *in prax. Epiſcop.* 2. *par. cap* 5. *pag.* 251. *num.* 39. vbi inſignem Rotæ deciſionem ad idem adducit, & aliam Seraphin. omninò videndus, *deciſ.* 726. Et plures aliquos refert & ſequitur Viſcontus *d. verb. Quarta*, *fol.* 2 41. Laborius *d. cap.* 16. *num.* 84. *& ſeqq. & num.* 99.

31 Et idem dicendum eſt † de eleemoſyna, quam vel teſtator, vel eius executores inter pauperes diſtribuunt, vel quæ ad Miſſas dicendas relinquitur, excepto, ſi tales Miſſæ relinquantur dicendæ Rectori, vel Parocho, tanquam tali, & non alia extranea contemplatione, vt per Syluest. *ſup. q.* 10. Angel. *num.* 15. Tabien. *num.* 15. Cluſirienſ. *d. q. de portione Canonica, num.* 12. *&* 13. Lap. *d. tract. de quarta, num.* 27. *in fine*, Vuald. *cap.* 7. *num.* 55. Et Tuſchum *d. concl.* 21. *cum ſeqq.* vbi alias quæſtiones circa ſtylum, & praxim huius quartæ notanter adducit.

32 Et idem † declarari petiit Decanus, & Capitulum Eccleſiæ Limenſis ſuper mercede, quæ idem Capitulo præſtari ſolet pro ſociandis capitulariter aliquorum fidelium funeribus, vulgò, *Por ſalir, y acompañar algun en tierro en forma de Cabildo*: volebat quippè Archiepiſcopus huius obuentionis quartam partem ſibi applicari, & ſuper hoc queſti ſunt coram Regio Concilio Indiarùm, & impetrarunt ſched. dat. Matr. 1. Febr. ann. 16 26. quæ nihil in hoc puncto decidit, ſed tantùm Regiam Cancellariam Limanam informare iubet, quibus Archiepiſcopus rationibus nitatur, & in quam vſque ſummam hoc emolumentum quotannis aſcendere ſoleat, cùm tamen ex ſuprà dictis nòn difficile eſſet eiuſmodi quæſtionem abſoluer. Nam cùm quarta debeatur ex his omnibus, quæ occaſione funeris ad Eccleſiam perueniunt, & ex eleemoſyna, quæ pro Miſſis dicendis Curatis conceditur, vt prædicti Auctores reſoluunt, neſcio quo iure diſcrimen conſtitui poſſet in hac oblatione, ſeu ſatisfactione, quæ Capitularibus pro funere ſociando præſtatur, etiam ſi ipſi prætendant id totum veluti pretium laboris ſui eſſe cenſendum. Nam hæc ratio æquè in Miſſis, & aliis prætexi potuiſſet.

Sed, vt capiti huic finem imponam, pluribus aliis relictis, quæ apud prædictos Auctores videri poterunt, † duas tantùm quæſtiones ſubiiciam, de quibus ſæpè, cùm Limæ eſſem, dubitari vidi; & ideò illas prætermittere nolo. Prima eſt, an Prælati poſſint cenſuris compellere Parochos, vt libros habeant, quos vocant Collectoriæ, in quibus fideliter ea omnia deſcribant, quæ eis occaſione ſuorum beneficiorum ſingulis diebus obueniunt, de quibus quartam ſoluere debeant, vel vt ius iurandum pro illorum declaratione coram ſe ipſis vel ſuis Viſitatoribus ſolemniter præſtent? Secunda, an eandem quartam ante apprehenſam Epiſcopatus poſſeſſionem, & ex die factæ gratiæ petere poſſint.

Et ad primam breuiter reſpondeo, † meliùs Prælatos facturos, ſi non ita amarè has quartas extorqueant, iuxta ea quæ *ſup. n.* 11. retulimus & conſilium I. C. *in l. ſi benè, collatæ* 33. *D. de vſuris*, ibi: *Dummodò non acerbum ſe exactorem nec contumelioſum præbeat, ſed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum inſtantia humanum, &c.* cæterùm ſi id putent expedire ad ſui iuris conſecutionem, & conſeruationem, prohiberi non poſſe, quin dictis cenſuris vtantur, cùm ſint arma, quibus iuſtè in cauſis iuſtis contra ſuos ſubditos vti poſſunt, vt per Syluest. *verb. Excommunicatio* 1. *numer.* 11. D. Antonin. 3. *par. tit.* 2 *cap.* 73. Tabien. *cap.* 1. *num.* 4. Et DD. communiter *in cap. vt animarum, de conſt. libr.* 6 *cap. ſi quis venerit, de maior. & obed.* vbi Felin. & alij, *cap. ſi autem vobis* 11. *q.* 3. *cap. dilecto, de ſent. excomm. lib.* 6.

Et quia † omnis adminiſtrator debet habere librum, & reddere rationem ſuæ adminiſtrationis vt per Summiſtas *verb. Ratiocinia*, text. & DD. *in l. tutor, qui repertorium, D. de admin. tut.* latè Eſcobar *in tract. de ratiocin. cap.* 6. vnde apparet minùs benè ſenſiſſe quendam Fiſcalem Limenſis Cancellariæ, qui Coram Regio Conſilio grauiter de quodam Prælato Peruano queſtus eſt, quòd inter conſtitutiones Synodales, quas fecit, vnam appoſuit; *En que mandaba cobrar quarta de los Curas, conforme à los aſſientos, eſcrituras, y obligaciones que le hazian, obligandoles à tener libro jurado de los mortuorios, y ofrendas.* Super quo expedita fuit ſchedula dat. Pard. 11. Febr. ann. 1628. ad Limanam Cancellariam, vt de hoc dictum Regium Senatum informaret.

informaret, quod nusquam an fecerint, mihi notum est.

6 Ad secundam autem respondeo, † prima facie dicendum videri, dictam quartam pro tempore, quo Ecclesia vacauerit, successori non deberi, cùm neque ipse Episcopatus onera portauerit, vt in simili respondit Roman. *cons.*476. *num.*19. quem sequuntur alij relati à Visconte *d. conclus. iur. verb. Quarta, fol.*241. Nec vsque ad diem Pontificiæ confirmationis titulum habeat, quo Episcopatus fructibus gaudere possit, nisi pro parte vacationis, quæ ipsi solet ex Regia liberalitate concedi, iuxta ea, quæ latiùs dixi *suprà hoc lib. cap.*15. Sed nihilominus contrarium esse dicendum existimo, cùm attentis iuris com-
7 munis regulis, certum sit, † omnes reditus, & fructus Episcopatus vacantis futuro successori reseruari solere, & apud œconomum sequestrari, donec nouus Episcopus eligatur, *cap. quoniam quidam*, 75. *dist. cap. quia sæpè, de elect. lib.*6. ibi: *Vacationis tempore obuenientia, quæ in vtilitatem dictarum Ecclesiarum expendi, vel futuris deberent successoribus fideliter reseruari*, melior textus *in Clement. statutum, eod. tit.* quæ explicans *d. cap. quia sæpè*, vt omnem dubitationem tolleret, illius dispositionem habere locum declarauit: *In omni emolumento, quod prouenit à iurisdictione, & sigillo Curiæ Ecclesiæ, vel secularis, aut aliàs vndecunque, quod ad Prælatos Ecclesiis non vacantibus pertineret.* Quæ verba adeò generalia sunt, vt comprehendant fructus, & emolumenta dictæ quartæ funeralis, & oblationum, vt ex eis patet, & ex iis, quæ tradunt gloss. & Cardin. Zabarella *ibid. num.*11. *q.*9. Et alij DD. communiter, declaratio Cardinalium relata à Marsilla *lib.*4. *tit.*4. *fol.* 512. Et Quaranta *in Bullario, verb. Sede vacante, declarat.*6. *fol.*132.

Et nihil obstat, quòd tempore vacationis talis Prælatus non deseruiat, & Ecclesia viduata dicatur; nam † nihilominus ius prædictos fructus ei reseruari voluit, provt olim reseruabantur quartæ decimalis, antequàm Camera Apostolica eos sibi applicare cœpisset. Etsi hoc in nostris Indiis non practicatur quoad dictam quartam decimalem, procedit ex eo, quia earum decimæ Regibus nostris concessæ sunt, vt dixi *suprà hoc eodem lib.* 3. *cap.*1. quæ concessio cùm illis facta non fuerit de fructibus, & prouentibus quartæ funeralis, & oblationum, meritò debent successori seruari, vel in Ecclesiæ vtilitatem expendi, ex iuribus, & Auctoribus sup. relatis.

Planè non solùm hoc ius quartæ Episcopis competit, † verùm & ex lege Diœcesana charitatiuum etiam subsidium, quod *Charisterium* vocatur, à suis Ecclesiis, & clericis exigere possunt, & quidem sub censuris, si in necessitate positi fuerint, vel suis, aut suæ Ecclesiæ litibus inuoluti, vel vbi ad Papam, vel ad Regem, vel ad Synodum vadunt, vel Princeps apud eos diuertit, de quo loquitur text. in cap. cum Apostolicis, *de censib. cap. conquerente, de offic. Ordin. cap. generaliter* 16. *q.*1. *cap. quia cognouimus* 10. *q.*3. *cap. vobis* 12. *q.*2. *l.*3. *tit.*22. *par.*1. Et ibi Gregor. *Clement. frequens de excess. Prælat.* gloss. *in cap. quidam Monachus* 16. *q.*1. Lap. *d. allegat.* 0. *in princ.* Feder. de Senis *cons.*124. Geminian. *consil.*74. *num.*8. *in fin.* Abb. *cons.*7. *col. penult. lib.*2. Bellencinus *in integr. tract. de charit. subsid. per totum*, Rosental. *de feud. cap.*5. *concl.*76. *num.*2. *litt.C. & num.*8. *&* 9. *& litt.I. n.* † Menoch. *de arbitr. casu* 178. *num.*8. Ioachim Steph. *lib.*4. *de iurisd. Eccles. cap.*15. *n.*40. *& seqq.* Boer. *decis.*133. *num.*1. Menchac. *cap.*8. *controuer. illust. num.*3. *&* 5. *& seqq.* Grammat. *decis.*88. *num.*2. *& seqq.* Card. Tusch. *litt.S. conclus.*766. *ex num.*1. Quod eam vim habet, vt consuetudine introductum laudabile dicatur, & secundùm charitatem, nec statutis derogari possit, vt per Lap. *vbi sup. circa finem*, Calderin. *cons.*445. *aliàs* 30. *de censib.* Tusch. *vbi sup. num.*4. *qui num. seqq.* addit, nec præscriptionem contra illud admitti, ex Rota *in antiq. decis.*3. *quæ est vltim. tit. de censibus.*

Competit etiam eisdem Episcopis ius aliud, quod Cathedraticum dicitur, quasi eis in honorem Episcopalis Cathedræ detur, de quo agit text. & gloss. *in cap.*1. 10. *q.*3. *& in d. cap. conquerente, de offic. Ordin.* videlicet duorum solidorum aureorum à qualibet Ecclesia: & est adeò eis debitum, vt in totum per præscriptionem tolli nõ possit, licèt ea ad minuendam quantitatem sufficiat, vt notat gloss. *in cap. quicunque* 16. *q.*7. Et plenè Ioan. Andr. *in cap. cùm venerabilis, de censibus.* Et hoc Cathedraticum appellatur quandóque Synodaticum, vt *in cap. olim, de censib.* quia frequenter datur in Synodo, vt tenet gloss. *in summa* 10. *q.*1. Abb. *dict. cons.*8. *vers. Sed quamvis*, Petr. Greg. *in partit. iur. Canon. lib.*5. *cap.*2. *tit.*2. *de offic. iud. litt. M.* quod tamen hodie raro exercetur, vt iidem Auctores obseruant, & benè nouissimè de eisdem subuentionibus agens Filesacus *de sacra Episc. auctor. c.*18.

CAPVT XXIII.

De materiali Ecclesiarum Cathedralium, ac Minorum, & Monasteriorum Indiarum ædificatione, & reparatione, & quibus illæ expensis, & licentiis constitui possint?

SVMMARIVM.

1 *Templa, & eorum ædificatio est res Deo gratissima.*
2 *Salomoni ob Templi ædificationem, quid fuerit à Deo promissum.*
3 *Templa ædificantes, tam Principes, quàm priuati, felices existunt.*
4 *Principum nulla maior gloria esse potest, quàm si Ecclesiis ædificandis, & reparandis intendant.*
5 *Templi in ædificatione, quam fecit Herodes Agrippa, quod miraculum contigerit.*
6 *Regum nostrorum pietas, & cura in Ecclesiis Indiarum ædificandis, & de earum numero ferè innumero.*
7 *Reges nostri semper agnouerunt se in Indiis teneri ad Ecclesiarum ædificationem, & schedulæ de hoc agentes.*
8 *Ecclesiis ædificandis, tam Cathedralibus, quàm Parochialibus, & Monasteriis, & earum expensis, quæ forma per schedulas Regias data fuerit.*
Eleemosyna nostrorum Regum pro iuuandis Ecclesiis

Ecclesiis & Religiosis Indiarum, quam magnæ sint, & semper fuerint, ibidem.

9 *Ecclesiarum ædificatio, & reparatio de iure communi quibus incumbat.*

10 *Parochi, & Beneficiarij, an, & quatenus teneantur ad suarum Ecclesiarum constructionem, & reparationem.*

11 *Fabrica Ecclesiæ quid propriè sit, & dicatur, & quid impropriè.*

12 *Ecclesiarum ædificatione quæ dicuntur, de reparatione etiam intelligi debent.*

13 *Reparatio, & ædificatio Ecclesiarum à pari procedunt, imò & reparatio præfertur ædificationi.*

Reædificans idem ius consequitur, quod qui de nouo ædificauit, ibidem.

14 *Patronis incumbit Ecclesias sui patronatus collapsas reficere, & reparare, ex Concil. Trident.*

15 *Sched. ann. 1604. quæ disponit, vt Rex semel tantùm pro ædificatione Ecclesiæ contribuat, explicatur.*

16 *Solemnitas, vel licentia requisita in actu faciendo, requiritur etiam in eo reficiendo, vel reparando.*

17 *Ciuitas, vel Ecclesia destructa non potest reædificari, vel restaurari sine noua licentia.*

18 *Ecclesiæ Cathedrales, Parochiales, & Conuentuales, de cuius licentia constru i possint.*

19 *Monasterium etiam in solo proprio ædificari nequit sine licentia Episcopi, & non sufficit eius Vicarij.*

20 *Patronatus ius piorum locorum sine consensu Ordinarij quæri non potest.*

21 *Monachi, vt possint ædificare noua Monasteria in parochia, vbi ea non habent, quæ praxis seruetur.*

22 *Mendicantes, & præcipuè Franciscani, an, & quatenus virtute suorum priuilegiorum possent ædificare noua Monasteria sine licentia Ordinarij.*

23 *Monasteriorum nouorum ædificatio per schedulas antiquas desiderabat licentiam Ordinarij, & qualiter hoc per alias fuerit immutatum.*

24 *Prælatorum secularium, & Religiosorum Nouæ Hispaniæ lis super licentiis ædificandi nouos Conuentus, refertur.*

25 *Monasteriorum nouorum ædificatio hodie, reuocatis antiquis priuilegiis, qualiter fieri debeat per constit. S.P. Vrban. VIII.*

26 *Ecclesiarum, & Monasteriorum Indiarum nouæ fundationes olim Proregibus remitti solebant hodie supremo Senatui reseruantur, & schedulæ de hoc agentes.*

27 *Proreges qualiter informare debeant de Monasteriis antiquis Indiarum, & eorum bonis, & de iis, quæ de nouo fundare volunt.*

28 *Monasteriorum nouorum fundatio sine Regis licentia grauiter in aliquibus Proregibus reprehensa, & mulctata est, & schedulæ de hoc agentes.*

29 *Monasteria octo Religiosos ad minus non habentia, reformari iussa sunt.*

30 *Monasteriorum plurium, & maximè nouorum ædificatio, Rempublicam grauat, & quid ad eam permittendam attendi debeat.*

31 *Monasteriorum de nouo ædificandorum licentiam priuatiuam, an, & quo iure sibi Reges nostri in prouinciis Indiarum, & alibi reseruare possint.*

32 *Rex in Curiis Matritensibus promisit se sine ipsorum assensu licentiam ædificandi noua Monasteria non daturum.*

33 *Principis licentia de iure communi requirebatur ad locum sacrum faciendum.*

34 *D. Bernard. epist. refertur, in qua à Sancia Regina petiit licentiam pro ædificatione Monasterij de Toldanos.*

35 *Principum in terris noua Monasteria eis inuitis, vel insciis ædificari iustum, & decens non est.*

36 *Solo cedit quidquid in solo alieno plantatur, seritur, vel ædificatur.*

37 *Licentia Regis ad fundanda noua Monasteria in locis Ordinum Militarium, an sit danda per Regium Castellæ, vel per Ordinum Senatum, & decisio litis super hoc ortæ.*

38 *Rex vbi tanquam Magister Ordinum Militarium procedit, Regalia exercere non potest.*

Persona in vna quando duplex dignitas concurrit, ea inspici debet, quæ in actu, quæ geritur, repræsentatur, ibidem.

39 *Rex noster in concedenda licentia ad nouas Ecclesias, vel Monasteria in prouinciis Indiarum, magis, quàm alibi, suam intentionem fundat, & quare.*

40 *Bulla Regij Patronatus Indiarum expressè concedit nostris Regibus, vt licentiam ad nouas Ecclesias pro suo arbitrio dare possint.*

41 *Licentia data à Rege ad fundandas nouas Ecclesias, vel Monasteria in Indiis, perinde valet, ac si à summo Pontifice emanasset.*

42 *Prohibitio ædificandorum Monasteriorum sine Regis licentia, an extendatur ad Monasteria Monialium? & casus Limæ de facto contingens.*

43 *Rescriptum, quod non respicit personam, sed causam, non cessat morte impetrantis, sed vti potest quicunque in quo causa reperiatur.*

44 *Priuilegium concessum pro dicendis Missis in aliquo loco, transit ad quemcunque possessorem eiusdem loci.*

45 *Feudo alicuius loci si concedatur priuilegium, eo vti possunt quicunque feudi possessores.*

46 *Priuilegium, vel rescriptum, quod ob causam conceditur, quemadmodum, ea cessante, cessat, ita & durante, durat.*

47 *Monasteriorum nouorum prohibitio regulariter in schedulis Regiis solùm loquitur de Monasteriis virorum.*

48 *Masculinum in odiosis non concipit fœmininum.*

49 *Moniales solùm in fauorabilibus veniunt appellatione Monachorum, non verò in odiosis.*

50 *Ratio prohibendi fundationes nouorum Monasteriorum, non videtur militare in Monasteriis Monialium, & quare.*

51 *Ratio legis est mens, medulla, & anima ipsius.*

52 Concil.

2 *Concil. Trid. ſeſſ.25.* de regul. cap.3. *numerum Monialium præfigens, non excludit Moniales congruam ſuſtentationem ſecum afferentes.*

3 *Monaſterij Limani Monialium S. Catherinæ de Sena noua ædificatio, quibus ex cauſis permiſſa fuerit ab Audientia Limana.*

4 *Mortis periculum ſæpè operatur, vt recedi poſſit ab ordinariis iuris regulis, & præceptis, & à petenda licentia, quæ aliàs ad aliquem actum requiritur.*

5 *Patronatus iuri fauere oportet, vt laici animoſiùs piis operibus intendant, & alliciantur.*

6 *Monialium Conuentuum noua fundatio, licentia Regis non præcedente, etiam aliquibus ſchedulis prohibita reperitur, quæ referuntur.*

7 *Monialium Monaſteriorum nouæ fundationes, vt in orphanotrophia, hoſpitalia, & alia pia publica opera conuertantur. Prorex Peruanus curare iubetur.*

8 *Monaſteriorum nouorum ædificationi forma data à Clem. VIII. ſeruari etiam debet in Monaſteriis Monialium.*

9 *Monaſterio nondum plenè fundato, & perfecto non acquiritur ius patronatus ex eius fundatione procedens.*

TEmpla, † Templorúmque ædificatio res eſt Deo gratiſſima. Quod agnoſcens Dauid Rex efas eſſe exiſtimauit ſe ſe in domo Cedrina habiare, Aram autem Dei in Tabernaculis linteis, ianere, quare & Templum Domino conſtrue decreuit: & cùm hoc perfeciſſet † Salomon ius filius, dicitur *Regum 3.lib.9.* illud à Domino nctificatum fuiſſe, ac promiſſum, ſe ibi ſemper orde, atque oculis adfuturum: *Sanctificaui doum hanc, quam ædificaſti, vt coleretur nomen eum, ibi in ſempiternum erunt oculi, & cor eum*; cuius loci meminit, plura etiam alia de uius pij operis commendatione adducens, & de felicitate, quam Deus Principibus, & priatis, id exequentibus promittit, & concedit, urand. *in ration. lib.1. cap.7. de Altar. conſerat. num.27.* D. Thom. *de regim. Princip. lib. cap.16.* Bellarm. *de offic. Princip. lib.3.* Anaaſ. Germon. *lib.1. de ſacror. immunit. num.11.* t eſt videndus Valer. Maxim. ab eod. D. Thom. latus, vbi plura exempla Gentilium ad idem dducit, & ex Chriſtianis plurima alia congerit eyerlinch. *in theatr. vitæ humanæ, tom.6. litt.R. ag.50. & ſeqq.* Caſſan. *in Catal. glor. mund. ar.5. conſid.17.* vbi † inquit; quod *etiam Prinpes temporales maiorem gloriæ honorificentiam, excellentiam habere non poſſunt apud Creatoem, quàm Eccleſias contritas, atque conceſſas reaurare, nouaſque ædificare*, Spino *in ſpecul. team. glòſſ.3. num.5.* Luſitaniæ eruditionis, & uriſprudentiæ Princeps Acuña *in cap. pulchra 8 diſtinct.86. num.4.* Balth. Chauaſ. *de notis hriſt. Religion. pag.243.* Ioſeph. *lib.5. antiq. cap. 6.* quem refert Genebrard. *in Chron. ann.4054.* t Matute *in proſap. Chriſt.4. ætate, cap.5. §.3.* bi narrat, quod † quando Herodes Agrippa nno ſui Regni 18. Templum cœpit ædificare, ermiſit Deus, vt per octo integros annos, quius illius extructio durauit, nunquàm interdiù luerit, ne ab opere ceſſaretur, ſed noctu tantum id, quod ad fructus vberrimos colligendos ſufficeret, & tradit alia ex Paul. Diacono, & Octauio Minutio nouiſſimus D. Fr. Gaſp. Villaroël *in lib. Iud. pag.242.491. & 735.* vbi, quòd Romani ob Templorum curam orbis dominium conſequuti fuerunt, & quòd qui vult à Deo auxilia, & felices in bellis ſucceſſus, illi ædificet Templa, & in Templis donaria offerat.

Quæ virtus, & pietas † quantùm in noſtris 6 Regibus enituerit circa has Indiarum prouincias, latè dixi *ſup. hoc lib. cap.4.* vbi de Cathedralium fundatione, & erectione diſſerui, & earum numerum retuli, quod vix eſt, vt de aliis minoribus Eccleſiis, & Monaſteriis virorum, ac Monialium, & Hoſpitalium, Collegiorum, Seminariorum, & orphanotrophiorum, facere poſſim, cùm vel in ſola Noua Hiſpania tot referantur à Torquemada *in Monarch. Indiana, lib.19. cap.30. & 31.* Quarum plures in totum ex Regiis largitionibus conſtructæ ſunt; qui † ſemper hanc propriam ſuam 7 obligationem eſſe agnouerunt, vt conſtat ex inſigni quadam ſched. dat. Pintiæ 11. Martij ann.1550. ad Audientiam Limanam directa.

Sed poſteà in prouinciis, in quibus Hiſpanorum Coloniæ florere, † & augeri cœperunt, ea 8 forma data fuit per ſched. ann.1552. & alias ſucceſſiuis temporibus conformiter expeditas, quæ habentur *1. tom. impreſſ. pag.140. cum multis ſeqq.* Vt pro Cathedralibus ex Regia gaza tertia pars ſumptuum, & expenſarum, quæ ad earum ædificationem faciendæ eſſent, exſolueretur. Tertiam Indi eiuſdem Diœceſis contribuerent, & aliam tertiam Hiſpani, qui in eadem prouincia Indos commendatos haberent; inter quos Rex ipſe iterùm pro his Indis, qui in Corona Regia poſiti, & commendati eſſent, connumeraretur. Atque etiam aliquid ab aliis Hiſpanis diuitibus ibidem commorantibus pro perſonarum, & facultatum modo penſitaretur, ita, vt quod hoc valuerit, ex Indorum parte detrahatur, & tantò minus ab illis præſtetur. Pro parochialibus autem Hiſpanorum, nouenum & dimidium in decimarum diuiſione fuit aſſignatum, vt patet ex quadam ſched. dat. Talaueræ 13. Febr. 1541. *eod. 1. tom. pag.112.* Et pro Parochialibus Indorum, atque etiam pro Monaſteriis in eorum oppidis faciendis, vbi oportere viſum fuiſſet, vt id omne, quod opus eſſet, ex Commendis, & Commendatariis eorum deduceretur, dummodò quartam tributorum partem non excederet, vtque Indi ſuo labore, & induſtria eaſdem fundationes iuuarent, per ſched. dat. Monzonij 2. Auguſt. ann. 1533. Et aliàs, quæ reperiuntur *d. 1. tom. pag.139. & in Ordinationibus Mexicanis* Licentiati de Puga *fol.88.* Et hoc vltra partem, quæ in erectionibus Cathedralium ſemper pro ipſarum fabrica reſeruatur, & continuas, atque ingentes eleemoſynas, quas iidem Reges noſtri piiſſimi eiſdem Eccleſiis, & Monaſteriis ex duobus nouenis ſibi reſeruatis, & ex reditibus ſedium vacantium, & multoties ex Regia gaza, & proprio patrimonio facere ſolent, præſertim in oleo pro lampadibus, & vino pro Miſſis celebrandis, & diætis, ac medicinis Religioſorum ægrotantium. In quo tot millia millium ſingulis annis expendunt, vt non facilè ad calculum redigi poſſint, vt alio loco trademus.

Quæ omnia quàm ſint iuris communis regulis conſentanea, nemo non videt, cùm eius diſciplina doceamur, † pro eiuſmodi Eccle- 9

siarum ædificatione, vbi propriam fabricam non habent, nec Episcopi, aut clerici ita abundant, vt eorum facultates tantis expensis sufficere possint, incolas, prouinciales, & parochianos, quamvis laici sint, ad id pro mensura facultatum teneri, cùm in ipsorum commodum, tales fabricæ cedant, & lex, vel consuetudo, quæ eos huic oneri subiicit, legitima sit, & omninò seruanda, vt constat *ex cap.* 1. *& cap. de his* 4. *de Eccles. ædif. vel reparand.* Concil. Trident. *sess.* 21. *de reformat. cap.* 7. *gloss. in cap. quatuor* 12 *q.* 2. *l.* 11. *tit.* 10. *par.* 1. vbi Gregor. Lop. omninò videndus, cum aliis, quæ latè, & magistraliter tradit Bald. *cons.* 102. *vol.* 1. Ripa *respons.* 26. *num.* 7. *& seqq. & resp.* 68. Capella Tholosana *decis.* 499. Aluar. Valasc. *consult.* 179. *per totam*, 2. *part.* Rebuff. *cons.* 135. *per totum*, Grassal. Regal. Franciæ *lib.* 2. *cap.* 6. Surd. *cons.* 62. *lib.* 1. Petr. Pech. *in integr. tract. de repar. Eccles.* Ioan. Gutier. *alleg.* 10. Zerola *in prax. verb. Visitatio, dub.* 9. Caualcan. *decis.* 22. *num.* 24. *par.* 2. Cened. *in collect.* 153. *ad Decretal.* Costa *de rata q.* 157. *ex num.* 9. *& q.* 203. *ex n.* 6. *& de remediis subsidiariis, remed.* 106. *illat.* 2. Auendañ. *in cap. Prætor.* 2. *par. cap.* 10. *num.* 29. Franc. Leo *in thesaur. for. Eccles.* 2. *par. cap.* 16. *de visit. ex num.* 46. *pag.* 299. Eman. Roderic. *in summa,* 2. *edit. tom.* 1. *verb. Immunitas, cap.* 237. *num.* 1. Azor. *instit. moral.* 2. *par. lib.* 9. *cap.* 4. *q.* 10. Altamiranus *de visitatione fol.* 357. Petr. Gregor. *lib.* 2. *syntag. cap.* 1. *num.* 12. *& lib.* 15. *cap.* 12. *num.* 34 Bobadilla *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *fallent.* 54. *nume.* 135. *& seqq. & lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 34. Marta *de iurisd.* 4. *par. centur.* 2. *casu* 143. *&* 2. *part. cap.* 48. Et Camil. Borrel. qui alios plures adducit, *in summ. decis.* 1. *par. tit. de sacrosanct. Eccles. fol.* 5. *&* 6. *ex num.* 21. *ad* 30. Et Concil. Limense II. *cap.* 84. *pag.* 39. quod in nostris Indiis formam, & expensas ædificationis Templorum præscribit.

10 Qui benè aduertunt, † hanc obligationem etiam extendi ad ipsos Parochos & beneficiarios Ecclesiæ, de cuius constructione, vel ædificatione tractatur, si diuites sint. Et ad ædificationem, vel reparationem domus Episcopalis, aliarumuè rerum ad Episcopatum, prout talem, pertinentium, de quo etiam latiùs idem Borrel. *cons.* 4. Ioan. Garcia *de expens. cap.* 12. *num.* 69. *&* 73. Et Gizarel. *decis. Neapol.* 38.

11 Et hoc est, † quòd propriè fabricam Ecclesiæ vocamus, nempè ipsius opus, & ædificij structuram, *cap. futuram* 12. *q.* 1. *cap. vlt.* vbi Canonistæ, *de testam. iuncto cap. fabrica, de consecrat. dist.* 1. Et aliis traditis à Velasco *d. consult.* 179. *num.* 4. *&* 5. Rebuff. *in l. ferri* 235. §. *fabros, vers. Fabrica, D. de verb. signif.* Et D. Valençuela *cons.* 122. *numer.* 45. *& sequentibus, num.* 2. Quamvis aliàs ex communi loquendi vsu fabrica dicatur ius illud, quod Ecclesia habet ad percipiendos reditus aliquos ex bonis pro ornamentis, ædificiis, próque aliis diuino cultui necessariis, vt tradit Couarr. *in d. cap. vltim. de testam. num.* 4. Altamir. *de visitatione, verb. Sed Episcopi, num.* 14. Gregor. Lopez *in l.* 11. *tit.* 10. *par.* 1. *gloss.* 1. Zerola *in praxi,* 1. *par. verb. Fabrica, §. vnic. pag.* 159. Et Tusc. *eod. verb. concl.* 3.

Et quæ in dictarum Ecclesiarum ædificatione diximus, probanda quoque, & admittenda viden-
12 tur † in reparatione earundem, vel reædificatione, si fortè aliquo terræmotu, vel alio casu corruerint, vt probat textus *in d. c.* 1. *& c. de his* 4. *de E[...] cles. ædif.* ibi: *De his, qui parochiales Ecclesias h[...] bent, duximus respondendum, quòd ad reparati[...] nem, & institutionem earum cogi debent, cap. qu[...] tuor* 12. *q.* 2. cum aliis, quæ latè notant DD. sup[...] citati, præsertim Azor *d. q.* 7. Et nouissimè Marti[...] Mager. *in tract. de aduocat. armata, c.* 9. *n.* 617. [...] *seqq. pag.* 392. Vbi † quòd reparatio, & ædificatio[...] pari procedunt, & quòd reædificans idem ius co[...] sequitur, quod qui de nouo ædificauit. Quinim[...] & magis præcisum, ac fauorabile esse censetur la[...] bentia Templa reficere, quàm alia de nouo co[...] struere, cap. consuluit, de Iudæis, cum notatis Pechio *vbi sup. cap.* 24.

Et in terminis patroni, qualis est Rex nost[...] in Ecclesiis Cathedralibus, & aliis pluribus I[...] diarum, Concil. Trident. *d. sess.* 21. *cap.* 7. † ib[...] *Parochiales verò Ecclesias, etiam si iuris Patr[...] natus sint, ita collapsas refici, & instaurari pr[...] curent ex fructibus, & prouentibus quibuscunq[...] ad easdem Ecclesias quomodocunque pertinent[...] bus: qui si non fuerint sufficientes, omnes patr[...] nos, & alios, qui fructus aliquos, ex dictis E[...] clesiis prouenientes, percipiunt, &c.* Et Lamber[...] *de iure patron. lib.* 1. *q.* 6. *art.* 3. *num.* 14. Capel[...] la Tholosana *decis.* 500. vbi latè eius additio, & Molina Theolog. *de iust. & iur. to.* 1. *tract.* 2. *dis[...]* 144. §. *& quoad fabricam, &* §. *quoad reli[...] quas.*

Ex quibus mihi semper valdè difficilis vi[...] est † sched. quædam Regia dat. Pintiæ 2. Apri[...] ann. 1604. ad Audientiam Limanam directa[...] dum decidit, siue declarat, vt Rex tantùm i[...] prima ædificatione contribuere teneatur, ibi *Y es declaracion, que la contribucion que de nue[...] stra hazienda se ha de hazer de la dicha terci[...] parte para el edificio de las dichas Iglesias, conforme à la cedula que para ello està dada, se h[...] de entender por la primera vez, y no mas, aunque acaezca que se caigan, ò las derriben, par[...] alargarlas, ò mudarlas, si Nos auisados dell[...] no proueyeremos otra cosa.* Nisi fortè hoc intelligamus virtute primæ licentiæ tali in casu, ex Regiis reditibus reædificationis sumptus fieri non posse, tum quia illa de prima vice intelligi debuit, *l. boues, §. hoc sermone, de verb. signif.* tum maximè, vt fraudibus & excessibus occurreretur, qui sub prætextu ruinarum in huiusmodi ædificiis fieri possent, vt ita mens nostrorum Regum non sit à se onus reparationis, seu reædificationis excutere, sed illud secundæ iussioni suæ sub pleniori informatione reseruari.

Pro quo facit, † quod in simili tradit Bald. *in margar. verb. Ciuitas,* Bellinus *cons.* 1. idem Bald. *per text. ibi in l.* si vt proponis 2. *num.* 1. *C. de nuptiis,* Ias. *in repet. legis quominus, D. de flumin. num.* 189. Et alij, quos refert & sequitur Andr. Gail. *lib.* 2. *obseru.* 61. *num.* 4. vbi docent, quòd licentia, vel solemnitas requisita in actu faciendo, requiritur etiam in eo reparando, & reficiendo. Hinc inferentes ad † ciuitatem, vel Ecclesiam destructam, vt non possint reædificari sine noua licentia, & quòd sine ea restaurata non recuperent sua antiqua priuilegia, puta iurisdictionem, merum & mixtum imperium, exemptiones, aut immunitates.

Sed quando de licentiis dicere cœpimus, operæpretium erit inquirere, † quæ, & quorum licentiæ requirantur ad nouas Ecclesias, & Monasteria,

Monasteria, in his Indiarum partibus construenda, & ædificanda. Et quidem inspecto iure communi, si de Cathedralibus loquamur, Pontificis assensus necessarius est, vt latè dixi suprà *hoc lib. cap.*4. In aliis autem minoribus, & in Monasteriis Monachorum, aut Monialium ex Ordinibus iam approbatis, sola Ordinarij licentia sufficit, reseruato beneplacito, & confirmatione sedis Apostolicæ intra præfixi temporis curriculum impetranda, vt constat ex iuribus ita intelligendis in cap. omnes Basilicæ 16. *q.*7. *cap. obitum, dist.* 1. *cap. decretum* 10. *q.*1. *cap. cùm simus* 9. *q.*3. *cap. Monasteria, cap. de Monachis* 18.*q.*2.*cap. cum venerabilis, de excep. cap. nullus,& cap.cum, de iure patron. cap.cùm dilectus,& cap.fin.de Relig. dom. cap. vnico,eod. tit.lib.*6. Clement.*cupientes, de pœnit.* Concil. Trid. *sess.*25. *de regular. cap.*3. ibi: *Nec de cætero similia loca, tam virorum, quàm mulierum erigantur sine Episcopi, in cuius Diœcesi erigenda sunt, licentia priùs obtenta*, Concil. Limens.II. *cap.*34. quod eandem licentiam Ordinarij, etiam in nostris Indiis, desiderat, iunctis aliis, quæ tradit Hostiens.*in summa, tit. de offic. Ordinar.* §. *sunt autem*, Eman. Roder. 1.*tom. quæst. regul. q.*63. *art.*1. Cened. *Canon. quæst. q.*26. Anastas. Germon. *in assert. libert. Eccles.cap.*8. *fol.*89. Ægid. Benedictus *in ex hoc iure, D. de iust. & iure*, 1.*tom. cap.*6. *num.*26 vbi, † quòd nec in solo proprio potest ædificari Monasterium sine licentia Ordinarij, Belletus *in select. canon. c.*90. vbi benè aduertit, & decisum refert hanc licentiam dari debere ab ipso Episcopo, non autem ab eius Vicario generali absque speciali eius mandato, quia est de maioribus, D. Valençuela *cons.*84. *num.*9. Stephan. Gratian. 3.*discept. cap.*517. *num.*18. Thom. Sanchez 2.*tom. consil. moral. lib.*6. *cap.* 9. *dub.*7. *num.*1. Zerola *in prax. Episcop. verb. Monachi, num.*1. & 2. Piasec. *in ead. prax.* 2. *par. cap.*3. *num.*47. *pag.*183. Et plures alij, quos nouissimè refert idem D. Valençuela *consil.*177. *num.*4. vbi, † quòd consensus Ordinarij requiritur regulariter, non solùm ad fundandum, verùm & ad quærendum ius patronatus piorum locorum, Aug. Barbos. *in remiss. & collectan. ad d. cap.*3. *Trid. & in Pastorali* 2.*par. alleg.*263. vbi, quòd Vicarius Episcopi non potest has licentias sine speciali eiusdem commissione concedere, Riccius *in decis. Curiæ Archiepiscop. Neap. par.*1. *decis.*182. *num.*4. & *par.*2. *decis.*75. Campanil. *in diuers. rubr.*12. *cap.*13. *concl.*3. Cochier *de iurisd. Ord. in exemp. par.*1. *q.*36. & *par.*2. *q.*45. *num.*36. Nouar. *in sing. concl.*10. vbi adducunt declarationem sacræ Congreg. Card. quæ censuit in hæc verba: † *Monachi non possunt ædificare Monasterium in parochia, in qua id non habent, sine cognitione, & licentia Papæ,& practicatur sic, quòd Episcopus dat assensum Monachis ædificandi Ecclesias, & Monasteria, reseruato beneplacito, assensu, & confirmatione sedis Apostolicæ impetranda intra tanti temporis curriculum.*

Et addit Zerola, quòd si practicatur hodie ille textus, qui videtur imponere censuras in contrafacientes. Verùm posteà † omnes Ordines Mendicantes impetrarunt priuilegia sedis Apostolicæ, vt liceret eis noua Monasteria fundare, etiam non obtenta, imò nec petita licentia Ordinariorum, quia multoties illam iniustè eis denegabant, & Franciscani de hoc habent speciales Bullas Greg. XIII. & Clem. VIII. In quibus auctoritate Apostolica conceditur Patriarchæ Valentino, vt hanc eis licentiam tribuere possit, vt refert Eman. Roder. 2.*tom. quæst. regul. q.*49. *art.*3. & *tom.*3. *q.*39. *art. vlt.* vnde, vt ipse idem Auctor tradit, in eis non procedit dispositio Concilij, & possunt noua Monasteria erigere, etiam irrequisito, vel nolente Ordinario. Quod idem tradit Fr. Ioan. à Cruce *de statu Relig. lib.*2. *cap.* 8. Miranda *in Manuali Prælat. tom.*1. *q.*33.*art.* 1. Et Fr. Ioan. Baptista *in aduert.confess.Indorum,* 2.*part. fol.*307.*num.*8. vbi plura alia circa ædificationem nouorum Monasteriorum per plures articulos tradunt.

Et hinc natum fuit, † quòd licèt olim in schedulis antiquis, quæ agunt de hac Monasteriorum in Indiis ædificatione, assensus Ordinarij desideretur, vt patet ex quadam Imperatoris Caroli V. dat. Barchin. 1. Maij ann. 1543. quæ habetur *in ordin. Mexican. fol* 96. ibi: *Las permitireis hazer con acuerdo del Obispo de Mexico*, & ex alia Pintiæ 23. Septembr. eiusdem ann. 1543. 1.*tom.pag.*142. ibi: *Con parecer del Prelado que huuiere en el Obispado donde la quisieren hazer, lo que vieredes que conuiene al seruicio de Dios nuestro Señor, y bien de los naturales de essas partes, &c.* quod & repetitum fuit in alia Pintiæ 17. Martij ann. 1553. data ad petitionem Episcopi Mechoacanensis, & generaliter in antiquis Proregum instructionibus cauebatur, ibi: *Dareis orden como se hagan, pueblen, y edifiquen Monasterios, con acuerdo, y licencia del Diocesano, &c.* Postea tamen cùm dictæ Religiones de iure suo Regium Indiarum Senatum informassent, & dicta priuilegia præsentassent, expedita fuit altera schedula Pintiæ 9. Aprilis ann. 1557. *d.* 1.*tom.pag.*143. ad Proregem Nouæ-Hispaniæ directa, in qua Superiores reuocantur, vt etiam sine Ordinarij licentia dictas fundationes, vbi sibi oportere visum fuerit, admittere possit, his verbis: *Porque vos mando, que veais lo susodicho, y deis orden que se hagan Monasterios en essa tierra, en las partes, y lugares donde vieredes que conuiene, y ai mas falta de doctrina, sin que sea necessario acuerdo, è licencia del Diocesano, como por el dicho Capitulo suso incorporado se os manda. Por quanto sin interuenir lo susodicho, vos doi comission para que vos lo hagais, è proueais como vieredes conuenir, guardando en todo lo demas lo contenido en el dicho Capitulo, porque conforme à los priuilegios concedidos à las dichas Ordenes, no es necessario licencia del Diocesano para hazer los dichos Monasterios, &c.* Et licèt ab hac schedula Nouæ-Hispaniæ Prælati supplicauerint, eam subreptitiam esse allegantes, & iura Episcopalia grauiter infringentem, nihilominus duabus sententiis conformibus seruari iussa fuit, vt patet ex sched. siue executoria dat. Matr. 9. August. ann. 1561. *d.* 1.*tom. pag.*148. vbi tota huius litis series ad longum refertur. Licèt † nunc hæ Monasteriorum, aliorumque locorum regularium quorumcunque nouorum erigendi, seu instituendi, cœptorumque finiendi, facultates reuocatæ sint, & illa in posterum erigi prohibeantur, nisi seruatis his, quæ disponuntur per constit. Clem. VIII. & Greg. XV. & Trident. *d. cap.*3. ac cum licentia Ordinariorum, vt nouissimè disposuit D. N. PP. Vrbanus VIII. *in constit.* 25. *incip. Romanus Pontifex*, 18. August. 1624. cuius meminit Barbosa *ad d.cap.*3. *Concilij, num.*36.

Et

Et de cætero, quod ad nostras Indias attinet,
26 † quàmplurimæ schedulæ expeditæ fuerunt, hoc totum negotium priuatiuè: & absolutè Proregibus, vel Gubernatoribus demandantes, qui Regiam personam in prouinciis Indiarum repræsentabant, quæ schedulæ reperiuntur *d. 1. tom. ex pag.* 1543 Atque hoc iure pluribus annis vsi fuerunt, quousque cùm iam plures Ecclesiæ, & multò plura Religiosorum Monasteria in dictis prouinciis constructæ, ac constructa fuissent, & experientia ostenderet Proreges valdè faciles esse in concedendis licentiis ad earum ædificationem, & ex hoc plura damna, & inconuenientia in Rempublicam resultare, ipsásque Religiones populis nimis graues existere, de quorum bonis, & eleemosynis pascebantur, suique numerositate vilescere, vt aliàs dicitur in cap. 1. de priuileg. & præthereà multa bona, & prædia secularium acquirere; iuxta ea, quæ dixi suprà hoc *lib. cap.* 21. Cautum fuit, vt harum nouarum fundationum licentia, & facultas à Proregibus, & Gubernatoribus vllo modo dari non posset, sed vbi eas fieri necessitas, vel vtilitas alicuius prouinciæ, vrbis, vel oppidi postularet, ad Regium Indiarum Senatum cum informatione vtilitatis occurreretur, ibique causis maturè, & diligenter inspectis Regia Maiestas; super danda, vel deneganda dicta licentia consuleretur. Quod expressè patet ex sched. generali ad omnes Proreges, Gubernatores, & Cancellarias Indiarum scripta Matr. 19. Martij ann. 1593. recopilata *d. 1. tom. pag.* 151. quæ sic habet: *Como quiera que mi intencion, y deseo es, que en las prouincias de las nuestras Indias aya bastante numero de casas de Religion donde assistan, y esten los Religiosos que fueren necessarios para la predicacion del Euangelio, y enseñamiento, y doctrina de los naturales. Porque tambien es justo, y conueniente, que pues y à en las ciudades principales ai Conuentos bastantes para el cumplimiento de los dichos intentos, quando se ayan de fundar otros de aquellas mismas Ordenes, ò de otras, se nos auise primero. Mandamos à los nuestros Virreyes, Presidentes, Audiencias, Gouernadores den orden, en que assi se haga, y que sin preceder, y tener primero licencia nuestra no se funden, ni consientan fundar, pues se debe tener consideracion segun la calidad, y comodidad de los lugares, à que no se les ponga mas carga de la que pudieren lle-*
27 *uar.* Et post à subdit, † quòd specialem relationem mittant de omnibus Monasteriis in qualibet Prouincia fundatis, & de bonis quæ possident, & de numero Religiosorum, qui in eis degunt. Quod idem distinctè etiam cauetur *in instructionibus Proregum Peruanorum, & Mexicanorum dict. 1. tom. pag.* 309. & 326. eo adiecto: *No permitais se haga cosa en contrario, ni se edifiquen nueuos Monasterios sin mi licencia, antes proueereis, que quando se huuiere de venir à pedir, sea con informacion de tan vrgente necessidad, y otras causas justas, que verosimilmente puedan mover mi animo, alomenos quedar mui informado para lo que huuiere de proueer, embiando vuestro parecer, y de la Audiencia, con la dicha informacion.*

28 Et iuxta hunc nouum ordinem † innumeræ propè schedulæ expeditæ sunt, & quotidie expediuntur, Proreges, & Gubernatores, & Regales Audientias mulctantes, & punientes ob id, quòd tales licentias concesserunt, & Monasteria ita constructa demoliri iubentes, & præcipue quædam dat. Matr. 12. Febr. ann. 1608. quæ hanc demolitionem cuiusdam Monasterij Recollectorum D. Mariæ de Mercede ciuitatis Limanæ fieri iubet, expensis D. Proregis Comitis Montis Regij, & Auditorum, qui ad id licentiam concesserant, non obstante, quòd in concessione illam clausulam apposuissent: *De que huuiessen de lleuar confirmacion de su Magestad, porque esta es cautela para obligar à que se les conceda.* Et per aliam Matr. 2. Decembr. ann. 1609. iniungitur Dom. Proregi Marchioni de Montesclaros, vt indagationem Monasteriorum Peruanorum prosequatur, & inuiolabiliter sched. 1593. obseruari faciat sub pœna demolitionis, *Pues por auerse acrecentado tantos, en partes donde no se podian sustentar sin daño de Indios, y Españoles, veria quan conueniente era que no se fundassen otros sin licencia.*

In alia quoque Matr. 14. Iunij ann. 1616. ad Proregem Peruanum Dom. Principem Squillacens. directa supponitur, † Archiepiscopum Limanum Pontificium diploma recepisse pro reformatione omnium Monasteriorum, quæ octo Religiosos ad minus non haberent (de quo vide Quarant. *verb. Monasteria pag. mihi* 432. Castill. *in tract. de elect. pag.* 502. Et August. Barbosa *in collect. ad d. cap. 3. Trid. num.* 21 & 22.) Et illius executionem suspendisse, Prælatis Religionum admonitis, vt numerum illum semper explerent. Quod approbatur, cæterùm in posterum ei præcipitur: *Tenga la mano, y no consienta, que sin licencia Real se funden nueuos Conuentos.*

Quæ quidem prohibitio, eam (vt apparet) rationem exprimit, † quòd dicta Monasteria, vbi plura sunt, Rempublicam grauant, & ex eleemosynis fidelium sustentari non possunt. Quam expressit etiam Concil. Trid. *dict. cap.* 3. Et Clemens VIII. *in sua const. de reformat. regul.* incip. *Nullus omninò*, §. 14. sub die 25. Iulij 1599. quam refert Quaranta vbi suprà *pag.* 421. Piasecius *in prax. Episcop. 2. par. cap. 3. num.* 47. mandans videlicet, vt in vnoquoque Conuentu Fratrum is tantùm deinceps constituatur, & in posterum retineatur numerus, qui ex reditibus illius propriis, vel ex communibus consuetis, vel etiam singulorum eleemosynis, aliisvè quibuscunque obuentionibus in commune conferendis commodè possit sustentari. Reditus verò, & supra dicta omnia in communi loco, ac tuto diligenter asseruentur.

Neque est cur cuiquam scrupulum † moueat, 3
quòd Rex noster Catholicus hanc prohibitionem statuat, & sibi soli eiusmodi licentias reseruet: nam licèt Anastas. Germ. *in assert. libert. Eccles. cap.* 8. Et alij, quos refert, & sequitur Dom. Valençuela *in monit. contra Venet. 2. par. ex num.* 35. Anton. Diana *de immunit. Eccles. tract. 2. resolut.* 128. in ea opinione sint, quòd Princeps secularis talem licentiam sibi reseruare non possit, quia id est contra libertatem Ecclesiasticam. Contrarium tamen verius, & receptius est, quia ratione gubernationis Politicæ, & Oeconomicæ, quam Princeps in suo Regno exercet, benè potest iubere, ne vlla Ecclesia, vllumuè Monasterium in terris sui dominij se inscio, & inconsulto de nouo fundetur, & in hoc à secularibus, & Ecclesiasticis obediendus est, vt tradit Capic. *decis. Neapol.* 132. *numer.* 6. Toro *in compend. decis. verb. Officiales, pag.* 370. *col.* 2.

col.2. in medio, Eman. Roder. *tom.1. quæst. regul. q.23. art.7. & tom.2. q.49. art.3.* Zerola *d. prax.par.1.verb.Monachi,§.1.& 2.* Et hoc vt planum in nostris Regibus Hispaniæ supponit Nauarret.*in lib.de conseru.Monarch.cap.42.* inquiens: *Y pues en España no se pueden fundar nueuas Religiones,ni fabricar nueuos Conuentos sin licencia de su Magestad,passada por su Real Consejo, conuendria que quando se piden se mirasse con mucha atencion.*

2 Quod est adeò verum, † vt in Curiis Regni Rex noster rogatus sit, ne tales licentias sine ipsarum Curiarum assensu concedat. Quod eis promissum esse apparet in conditione 48. *de la concession del seruicio de millones*, *fol.48.* Et iuuatur
3 † *ex l.sacra 9.vers.Sciendum,D.de rerum diuis.& l.fin.D.vt in poss.legat.* vbi licentia Principis requiritur ad hoc, vt locus publicus sacer fieri possit, & text.*in cap.penult.& fin.de translat.Episcop.& in cap.vnico, de excess. Prælat. lib.6. & ex epist.*
4 † D. Bernard. 301. scripta, & missa ad Sanctiam Reginam Hispaniæ circa ædificationem Monasterij *de Tolanos*, ex qua constat, etiam tunc moris fuisse, vt similes licentiæ à Regibus peterentur,& concederentur.

Id quod vel ipsa vrbanitatis, & Iurisprudentiæ
5 ratio suadet, † cùm non sit iustum, nec decens, vt in locis Principum, eis ignaris, Monasteria fundentur, cùm & in terris priuatorum id prohi-
6 bitum reperiatur, & † solo cedere soleat quidquid in eo, ipso inuito, plantatur, seritur, vel inædificatur, *§. cùm in suo, Inst. de rerum diuis. l.2. C. de reiuindic. l.38. tit.28. par.3.* cum aliis, quæ vltra Scrib. ibidem, tradit Surd. *decis.168.* Osuald. *in comment. ad Donel. lib.4. cap.33.* Fachin. *lib.1. controuers. cap.55.* Ant.Fab. *de error. pragmat.decad.26. error.9.* Et Iacob. Cancer. *lib. 3. var. cap.6. num.2.* Quibus rationibus, his
7 diebus, obtentum fuit, † licentiam Regis per supremum eius Castellæ Senatum expeditam, desiderari, ad nouam fundationem Monasteriorum in locis Ordinum Militarium,non obstante,quòd per Consilium eorundem Ordinum Rex idem, tanquam Magister ipsorum, aliam facultatem concesserat. Nam hoc ad Regalia Principis per-
8 tinet, † quæ ab eodem, vbi tanquam Magister Ordinum procedit, exerceri non possunt, etsi in vnam personam vtraque dignitas concurrat, *ex l. tutorem, §. Lucius, D. de his quæ vt indignis.* Et traditis à Bald. *cons.159. lib.3. num.5.* Bart. Roman. Felin. & alij, quos refert Alexander Turamin. *in l. Princeps, num.14. D. de legib.* Vasconcell. *lib.3. diuers. argum. cap.1. num.10.* Sousa *de pactis,art.1.quæst.3.à num.6.* Thoming. *libr.1. consil.32. numer. 29.* Schifordeg. ad Ant. Fab. *libr. 3. tractat. 19. quæstion. 11.* Phœbus *decis. Lusit. 113. numer. 27. tom. 2.* Gabriel. Pereira *decis. 58. numer.7.* Griuellus *decis. Dolana 82.* Et Ego latiùs cæteris, pluribus aliis relatis, *in meo 1.tom. lib. 2.cap.20.*

9 Et respectu † Ecclesiarum, vel Conuentuum Indiarum longè magis sine difficultate procedit dicta Regis nostri facultas, cùm in eis habeat vniuersalem patronatum, tot iuribus, & præeminentiis munitum, vt eum reddant in his partibus veluti Legatum, aut saltem Delegatum summi Pontificis, vt dixi *sup. hoc*
40 *lib. cap.2. & 3.* Et adhuc specialiùs, † quia id à Rege Catholico apertè petitum in Bulla eiusdem patronatus, quam etiam ad litteram retuli *suprà cap.3.* ibi: *Quòd nulla Ecclesia, Monasteria, aut locus pius, tam in prædictis iam acquisitis, quàm aliis acquirendis insulis, & locis absque eorundem Ferdinandi Regis, & Ioannæ Reginæ, ac Regum Castellæ, & Legionis pro tempore existentium consensu erigi, aut fundari possint, &c.* Quamvis Pontifex in concessione solùm videatur concludere de Ecclesiis Cathedralibus, ibi: *Quod nullus in prædictis acquisitis, & aliis acquirendis insulis, & locis maris, huiusmodi Ecclesias magnas, & locis præfati Regis importantibus, aliàs quàm Ferdinandi Regis, & Ioannæ Reginæ, ac Regis Castellæ, & Legionis pro tempore existentis, expresso consensu construi, ædificari, & erigi facere possit.* Et idem securè docet Fr. Ioann. Baptista *in dictis aduertent. Confess. 2.par. fol.307. numer.8. & seqq.* inquiens, omnes schedulas Regias, & priuilegia per Reges nostros concessa Religiosis Indiarum, confirmata esse per Bullam Pauli IV. quam refert, & inde † subin- 41
ferens, quòd cùm expressè per Reges Castellæ sit præceptum, vt Religiosi possint ædificare domos, vbi fuerit necessarium de sola licentia ipsius Regis, sequitur posse ea facere, Episcopis irrequisitis, imò & contradicentibus, non secùs ac si hæc licentia Regis ab ipso summo Pontifice, cuius vice fungitur, emanasse.

Sed est dubium, † an dicta prohibitio ex- 42
tendatur etiam ad fundationem Monasteriorum Monialium? De quo sæpè vidi dubitari, & præsertim cùm Limæ essem, in fundatione cuiusdam Conuentus Monialium Ordinis D. Dominici sub inuocatione D. Catherinæ de Sena; quam facere desiderabant duæ nobiles sorores D. Lucia, & D. Clara Guerra de la Daga: in eam omnes suas facultates, quæ satis opulentæ erant, applicantes, & prætereà ædificij sumptus largiter spondente Licentiat. Ioann. de Robles Presbytero valdè diuite, qui erat meus Compater, & sanctæ Inquisitionis Receptor generalis, Ecclesiæque Cathedralis Oeconomus, & dicti Conuentus Patronatum prætendebat.

Et pro parte sororum allegabatur, olim, à triginta, & ampliùs annis, licentiam dictæ fundationis datam fuisse cuidam nobili fœminæ dictæ Mariæ de Cœlis; quæ quamvis mortua fuisset, antequàm hoc pium opus exequi posset, ipsas tamen velle se in eius locum subrogari, & eadem licentia, siue rescripto vti, quod non tam personale, quàm reale, vel saltem casuale iudicari poterat, & debebat, nempè dictæ fundationi principaliter, vel ob pietatem & vtilitatem, quæ ex illo resultabant; concessum, ac proindè non cessasse per mortem impetrantis Sed eo vti posse † illos omnes, qui in eiusdem pij ope- 43
ris, voto impetrato, successerint, & eandem causam implere parati sint, quam rescriptum, vel priuilegium inspexerit, vt probat textus *in l. forma, §. quamquam, ff. de censibus*, vbi gloss. *l.1. §. permittitur, D. de aqua quotid.*

cum

cum latè traditis ab Alexand. *conſil.86. lib.*1.Cra-
ueta *conſil.590.* Et nouiſſimè Tuſch. *litter.D.con-
cluſ.*744. 747. *&* 748. vbi adducit exemplum in
reſcripto conceſſo ad petitionem alicuius, de per-
cipiendis fructibus in abſentia propter ſtudia, quia
hoc dicitur cauſale, & non perſonale, & poteſt il-
lius implementum petere quicunque illam cau-
ſam habeat; & latè interpretari debet, vt per Ol-
44 drad.*conſ.*117.*& conſil.*322.*circa fin.* Et in † priui-
legio conceſſo pro celebrandis Miſſis in aliquo
loco, hoc enim tanquam reale, & cauſæ Miſſarum
conceſſum, tranſit etiam ad emptores rei priuile-
giatæ, vt per Feder.de Senis *conſil.6. num.3.* Et in
45 † priuilegio quod datur feudo alicuius loci, hæc
enim conceſſio, quia dirigitur magis ad feudum,
quàm ad perſonam, eſt realis, & irreuocabilis,
etiam ſi perſona impetrantis deceſſerit, & ab illis,
qui in ius illius feudi ſubintrant, peti poterit, vt per
Bald.*conſ.*182.*Caſus talis, per tot.lib.5.* Et quem-
46 admodum † priuilegium, vel reſcriptum conceſ-
ſum ex certa cauſa expreſſa, vel tacita, ceſſat ceſ-
ſante cauſa, ita durat, eadem cauſa durante,
*cap. ſuggeſtum, de decimis, l. generaliter, C.
de Epiſcop.& cler.* Abb. *in cap. cùm acceſſiſſent,
de conſtitut. cap. cùm ceſſante, de appellat.*
vbi DD. & Gironda *dict. tract. de priuileg.
quæſt.7. num.82.* iunctis aliis, quæ de vi, &
poteſtate argumenti à contrariis, ſiue oppo-
ſitis, tradit Euerard. *loco 75. pag.473.* Et in
terminis Tiraq. *in tractat. de ceſſante cauſa, verb.
Priuilegij.*

47 Secundò allegabatur, † omnes ſchedulas, quæ
dictam prohibitionem fundationum nouorum
Monaſteriorum inducunt, de Monaſteriis Fra-
trum loqui, vt ex ipſis apparet, non autem de
Monialibus. Vnde cùm ſimus in odioſis, & ſtri-
48 ctis, non eſt extenſio facienda, † nec maſculi-
num concipit fœmininum, vt latè, & optimè re-
ſoluit Decius *conſ.568. num.2.* Anton. Gabr. *lib.
2. commun. opin. tit. de verbor. ſignif. concluſ.6.
num.26. & num.49.* Cened. *in pract. Canon.
quæſt.13. num.20.* Et Carolus Tapia, qui alios al-
legat, *in Auth. ingreſſi, verb. Sua, cap.1. num.*
49 *15. pag.365.* Et † benè probat, appellatione
Monachorum venire Moniales in fauorabilibus,
non verò in odioſis, quod longè certius eſt, vbi
datur diuerſa ratio in vno ſexu, quàm in alio, vt
50 in noſtro caſu contingit. Nam † ratio prohiben-
di noua Monaſteria virorum, ea eſt, vt ſuprà re-
tulimus, quòd Rempublicam grauant, & de elee-
moſynis viuunt, atque adeò multoties alia aliis
damnoſa ſunt, neque habent vnde ſe congruen-
ter alere poſſint. Quæ ratio in Monaſteriis Mo-
nialium non militat, quæ potiùs Reipublicæ vti-
lia ſunt, cùm clauſuram ſeruent, & ibi Deo gra-
tiſſimè ſeruiant, & dotem ſufficientem ſecum
vnaquæque illarum ferat, ex qua ſe ſuſtentare
valeat, vltra communes reditus ipſius Conuentus,
vnde nec de eleemoſynis viuunt, nec populum
grauare poſſunt, ac per conſequens ratione pro-
hibitionis in illis ceſſante, ipſa quoque prohibi-
tio ceſſare debet, vt per Euerard. *loco 83.* Et latè
Tiraq. *de ceſſant. cauſ. 1.part. num.130. cum mul-
51 tis ſeqq.* Vbi, † quòd ratio legis eſt mens, & me-
dulla ipſius, & ſe habet, vt anima, & verbum ſi-
cut corpus, ſiue ſuperficiei, & in illa conſiſtit to-
ta vis, ſubſtantia, & virtus intrinſeca legis. Vn-
de ſicut anima dominatur corpori, ita ratio
verbis.

Denique pro eadem parte magis in terminis
perpendebatur diſpoſitio Concil. Trident. *ſeſſ.25.
de regular. cap.3.* vbi verbis expreſſis docemur,
† quòd in Fratrum, vel Monialium Monaſteriis
*is tantùm numerus conſtituatur, ac in poſterum
conſeruetur, qui vel ex reditibus propriis Mona-
ſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis commodè
poſſit ſuſtentari.* Et Doctores omnes reſoluunt,
eo numero expleto, aliam recipi non poſſe, quia
id eſſet contra expreſſam prohibitionem Conci-
lij. Hoc tamen limitari, ſi ea, quæ recipi deſiderat,
ſecum congruam dotem afferat, ex qua ſuſtentari
poſſit, tunc enim inquiunt, quod licèt verbis
Concilij excludatur, mente tamen, & ratione non
vtique, cùm hæc in victus defectu fundetur, quæ
deficit in iis, quæ cum dote ſufficienti ingrediun-
tur, vt videre eſt apud Nauarr. *de redit. Eccleſ. mo-
nit.62.* P. Suar. *de Relig. tract.3. lib.4. cap.9.
num.17.* Reginald. *in prax. for. pœnitent. lib.23.
n.194.* Et Aug. Barboſa *in remiſſ. ad d.cap. Con-
cilij, num.4.*

Quæ rationes † ſatis efficaces viſæ fuerunt Se-
natui Limenſi, qui ea tempeſtate propter abſen-
tiam Proregis habenas gubernationis Peruani
Regni moderabatur, præſertim cùm cernere hanc
huius Monaſterij constructionem ipſi Limanæ
vrbi admodum vtilem, imò & neceſſariam eſſe,
quæ illam enixis, & repetitis libellis probabat, &
expoſtulabat, & vereri poſſe, ne cunctatio in
Rege conſulendo, & licentia ab eo impetranda,
interpoſita, dictarum ſororum, & presbyteri fun-
datoris piam intentionem refrigeraret. Quo caſu
nouum non eſt, † vt propter moræ periculum 54
ab ordinarij iuris præceptis, & regulis excedatur,
& priùs factum, deinde conſultatio ſuccedat, vt
in ſimili diſponitur *in l. ſi quis filio 6. §. hi au-
tem, D. de iniuſto rupto, l.1. §. final.D.de feriis,
l. Diuus, in princ. D. de pet. hæred. cap. bapti-
zari*: vbi gloſſ. *diſt.5. cap. Syracuſani*, vbi Do-
min. & alij, *diſt.28. cap. fin. vbi gloſſ. notab. de
pœnit.& remiſſ.* text. optimus *in l.1.§.ſi quis riuos,
D. de noui oper. nuntiat.* vbi notanter Alexand.
& Iaſ. & alij *in l.1. D. de offic. eius*, Gregor. Lo-
pez *in l.7.tit.32.par.3. verb. Derribarian*, & alia
congerens Andr.Gaill.*lib.1.obſeruat.16.num.9. &
obſeru.13.num.3.* Pat. Marquez in Gubern. Chri-
ſtiano, *lib.1.cap.10.* Et conducunt, quæ † latè con- 55
gerit D.Valençuela *conſ.188.num.13.vol.2.de cu-
ra iuris Pontificij in eiuſmodi piis operibus fauen-
dis, & iure patronatus concedendo, & tuen-
do, ne laïci à ſimilibus fundationibus retra-
hantur.*

Cæterum his non obſtantibus, ſupremus India-
rum Senatus, quamvis constructum Monaſterium
tolerari permiſerit; Prætorij tamen Limani exceſ-
ſum, & contrauentionem Regiarum ſchedularum
hac in parte notauit, & indicta mulcta compeſcuit.
Nimirum iudicans, † ſchedulas, quæ dictas nouas 56
Monaſteriorum fundationes Rege inconſulto fie-
ri prohibent, generaliter, & abſolutè de omnibus
loqui, atque ita, qui totum dicit, nihil excludere,
l.Iulianus 78. D. de legatis 3. Giurba *in conſtit.
Meſſan. cap.1. gloſſ.2. num.117.* D. Ioan. del
Caſtillo *tom.7. controuerſ. cap.4. num.5.* Et Mar-
tin. Mager. *de aduocatia armata, cap.11. num.
704.* Maximè cùm non deſint aliquæ ſchedulæ
quæ etiam in dicta prohibitione Monaſteria Mo-
nialium comprehendi declarant, qualis eſt illa
Matrit. 12. April. ann.1618. quæ dubitationi
Proregis Peruani ita reſpondit: *La orden que
de fundar Monaſterios eſtà dada, comprehende*

los

de Monjas, porque habla con los lugares, y en os se entiende lo disputeo.

Et rursus in quodam capite epistolæ Matrit. 3. Martij ann. 1620. ad Proregem Peruanum om. Principem Schillacensem scriptæ, in quo m ageretur † de concedenda facultate, quam tebat Didacus de Mayuelo ad fundandum uum Monasterium Monialium Carmelitarum scalceatarum in eadem ciuitate Limensi, hoc oregis prudentiæ remittitur, cæterùm statim c notanda verba subiiciuntur: *Y con esta asion me ha parecido encargaros, que auiendo-tratado con el Arçobispo, procureis por los dios que os pareciere mas conuenientes incli-r à las personas deuotas, que quisieren hazer nejantes fundaciones, à que las conuiertan en as obras, que sean mas publicas, como son ança, y remedio de huerfanas, y donzellas sin nedio, Indios pobres, y hospitalidades, y otras as deste genero. Pues siendo essa Ciudad de corta vezindad, tengo entendido ai en ella eto numero de Conuentos, que parece que esta te es mayor que su todo. Y assi os bueluo à argar, no concedais estas licencias, pues est-reseruadas à Mi, y al dicho mi Consejo de Indias, adonde se terna la mano para que no se cedan.*

Et potuit etiam hæc pacificatio Monasterio-n Regularium, & Monialium à supremo Se-u fulciri ex his, quæ obseruant DD. circa Bullam Clem. VIII. incip. *Quoniam ad insti-um* 99. sub data Romæ 23. Iulij ann. 1603. npè quòd in ea deciditur, quomodo loco-n Ordinarij regularibus licentiam possint partiri ad nouos Conuentus ædificandos, pere etiam locum circa erigenda Monasteria onialium: debent enim eædem solemnitates uari in illis ædificandis, sicut & in illis re-arium, vt tradit Seller *in selectar. Canonicis*, . 90. *num.* 4 vbi testatur sic resolutum sub 19. Decembr. ann. 1620. & August. Barbos. *ollect. nouiss. ad dict. cap.* 31. *Concil. num.* 31. *.*527.

Notabis tamen † Monasterium, siue Regu-um, siue Monialium propriè non dici, donec constructum, & absolutum, ex his, quæ fun-Hieron. Gonçales *ad regul.* 8. *Cancellariæ, gl.* 7. *à n.*69. & gloss. 8. *n.*5. & per consequens e talem perfectionem, & ædificij absolutio-n, non nasci, nec in esse deduci iura patro-us, quæ ratione fundationis solent concedi, *ad hæc, de Religios. dom. cap. nemo, de conse-. dist.* 1. Lambert. *de iure patron. lib.* 1. *art.* 9. *st.* 4. *princip.* & Dom. Valençuela *cons.* 577. 7. & 98.

CAPVT XXIV.

origine, iurisdictione, & aliquibus spe-cialibus Inquisitorum, qui in Nouo Orbe aduersus hæreticam prauitatem cognos-cunt, & de eorum Commissariis, Familia-ribus, & Ministris.

SVMMARIVM.

1 *Hæreses, & hæretici, protinus extirpari de-bent, & quare?*

2 *Religionum diuersitas in nulla Repub. tolerari debet.*

3 *Regum Catholicor. Ferdin. & Elisabeth ze-lus, & cura in instituenda suis in Regnis Inquisitione contra hæreticam prauitatem, extollitur.*

4 *Hispania, Dei gratia, Fidei puritate gaudet ob institutionem sanctæ Inquisitionis.*

5 *Inquisitionis sanctæ vtilitas à Mariana, Aluaro Gomezio, & aliis, grauibus verbis commen-datur, quæ referuntur.*

6 *Hispania omnes nationes excellit in Fidei puri-tate, & hæreticorum punitione, & Auctores, qui hoc testantur.*

7 *Religionis cura prima esse debet in omni be-nè constituta Rep. & est regnorum ful-crum.*

8 *Inquisitionis sanctæ Officium, quando, & quo-modo in Indiis induci cœperit?*

9 *Episcopi sunt Ordinarij Inquisitores suæ Diœ-cesis, & qualiter olim hanc iurisdictionem in Indiis exercuerint?*

10 *Tribunalia sanctæ Inquisitionis, quæ, & quando in prouinciis Indiarum fuerint in-stituta?*

11 *Salaria Inquisitorum Indiarum quando, & qualiter ex Regiis arcis persoluenda sint?*

12 *Canonicatus vnius reditus in qualibet Cathe-drali reseruari iussi sunt pro salariis In-quisitorum Indiarum, & Breue Apostoli-cum ad hoc à nostris Regibus impetratum, quod expenditur.*

13 *Inquisitores non possunt salaria sibi assigna-ta propria auctoritate exigere, nec pro eo-rum exactione officiales Regios excommu-nicare.*

14 *Inquisitores possunt procedere contra omnes impedientes, vel turbantes eorum iurisdi-ctionem, vel priuilegia, & immunitates sibi, & suis Ministris concessas.*

15 *Inquisitorum Indiarum priuilegia, & honores plures schedulæ enixè obseruari iubent, & eos, eorúmque Ministros sub Regia prote-ctione recipiunt.*

16 *Inquisitionis, & Inquisitorum fauorem piè, & grauiter commendat sched. an.* 1603. *quæ refertur.*

17 *Inquisitorum, & Inquisitionis priuilegia, re-missiuè.*

18 *Salaria Inquisitorum anticipata initio cuiusli-bet tertij solui iubentur, & quare? licèt secus in aliis Ministris.*

19 *Alimenta initio cuiuslibet anni solui de-bent.*

20 *Inquisitores maxima puritas, & auctoritas de-cet, & nec mutuas pecunias, nec xeniola, quantumvis perua, recipere possunt.*

21 *Inquisitor decedens recepto salarij tertio, eo tamen non impleto, an pro rata illud redde-re debeat? & lis de facto contingens.*

22 L. 1. §. Diuus, de var. cognit. l. diem functo, de offic. assess. & *similes explicantur.*

23 *Salarium totius anni deberi officiali, qui eo cœpto, & necdum finito, decessit, affirmant plures, sed plurimi negant, quorum opinio praxi recipitur, & quare?*

24 *Reges cum suis officialibus quid pacisci vi-deantur in salariorum assignatione, & so-lutione?*

25 *Conuentio expressa vel tacita in materia salarij facit cessare regulam* l. diem functo, de offic. assess.

26 *Inquisitores Indiarum, de quibus causis cognoscant.*

27 *Inquisitores Indiarum non possunt cognoscere de causis Indorum, etiam hæreticalibus, & quare?*

28 *Indorum de causis hæreticalibus, & maleficiis, qui cognoscant?*

29 *Absolutio hæresis mentalis, vel externæ, & excommunicationis, quæ ob eam incurritur, quibus reseruetur?*

30 *Indos, qui absoluere possint à delictis hæreticalibus?*

31 *Religiosi in partibus Indiarum in foro pœnitentiæ illa omnia, quæ Episcopi, regulariter possunt.*

32 *Inquisitorum iurisdictio est priuatiua ad omnes alios iudices Ecclesiasticos, vel seculares.*

33 *Inquisitionis in causa neque per viam violentiæ, excessus, vel aliam quamlibet, se immiscere possunt Regales Indiarum Cancellariæ, & schedula, quæ de hoc notabiliter agit.*

34 *Episcopi qualiter olim cognoscerent, & hodie simul cum Inquisitoribus cognoscant de causis hæreticorum?*

35 *Inquisitores dati sunt Episcopis tanquam Coadiutores, vt commodiùs hæreses purgentur.*

36 *Ordinarij qualiter hodie cum Inquisitoribus in causis hæreticalibus concurrant, & quid si inter se non conueniant?*

37 *Inquisitorum auctoritas in causis hæreticalibus, an sit maior, quàm Episcoporum, & qualiter hodie illis ferè relicta sit?*

38 *Ordinarij, quòd causas Fidei Inquisitoribus relinquant, per sched. Regiam rogantur, quæ refertur.*

39 *Inquisitores Lusitaniæ habent Bullas Apostolicas, vt Episcopi causas Fidei sibi relinquant.*

40 *Vicarij Cathedralium sede vacante concurrunt cum Inquisitoribus, tanquam Ordinarij.*

41 *Vicariis residentibus in loco vbi residet Tribunal Inquisitionis, solent alij Ordinarij committere vices suas, quamvis & ipsi, si velint, ad illud accedere possent.*

42 *Inquisitores in causis Fidei sine Ordinario procedere nequeunt, secùs in causis Familiarium.*

43 *Episcopi vbi concurrunt cum Inquisitoribus in eorum Tribunali, tanquam Ordinarij, quem locum habere debeant?*

44 *Inquisitorum iurisdictioni in iis, quæ ad eam pertinent, omnes regulariter subsunt.*

45 *Reges Catholici se, & suos successores, Tribunalibus S. Inquisitionis submiserunt.*

46 *Reges Hispaniæ in Concil. Tolet. VI. eam legem sanxerunt, vt Rex hæreticus à Regno expellatur.*

47 *Regum Hispaniæ maximam reuerentiam, & subordinationem erga Tribunalia S. Inquisitionis qui referant, & extollant?*

48 *Regia Maiestas, an, & quatenus subiecta dici possit iurisdictioni Sanctæ Inquisitionis?*

49 *Regalis persona semper intelligitur exce[pta] in statutis, quæ ad inferiores dirigu[n]tur.*

50 *Regum hæreticorum causæ, & iudicium [ad] sedem Apost. pertinent.*

51 *Inquisitores vtrum, & qualiter procede[re] debeant contra Proreges, & alios Præside[s] & Gubernatores Indiarum?*

52 *Inquisitores sub grauibus pœnis, & censu[ris] prohibiti sunt iurisdictionem suam ad casu[s] & causas in ea non contentos extendere.*

53 *Inquisitores iussi sunt Proregum personas r[e]uereri, eisque etiam in actibus Fidei pr[i]mum locum deferre, & notabilis schedu[la] de hoc agens.*

54 *Inquisitorum, & Archiepiscopi Mexica[ni] desiderium super sede in actibus Fidei, [&] quòd causam dederit ordinandi, ne in [eis] Archiepiscopi interueniant.*

55 *Inquisitores, an, & quomodo procedere possi[nt] contra Archiepiscopos, Episcopos, & Pr[æ]latos Religionum?*

56 *Religiosi olim exempti erant virtute suoru[m] priuilegiorum à iurisdictione Inquisitoru[m], hodie secus, etiam contra Equites Ordinu[m] Militarium.*

57 *Inquisitores semper ac procedere volunt co[n]tra personas graues, & in dignitate consti[tutas], debent (si possibile est) supremum I[n]quisitionis Senatum consulere.*

58 *Inquisitio in crimine hæresis ex leuibus ind[i]ciis formari potest. Sed contra graues, [&] honestas personas, non nisi valdè circu[m]spectè procedere oportet.*

59 *Familiares, Commissarij & alij Ministri Sa[n]ctæ Inquisitionis salariati & non salariat[i] quæ priuilegia habeant tam in foro, quàm [in] aliis?*

60 *Concordia super competentiis iurisdictio[nis] cum Tribunalibus S. Inquisitionis, referti[ur] & sched. quæ eam in prouinciis Indiaru[m] seruari iussit.*

61 *Inquisitores Limani, & Mexicani not[ati] sunt pro aliquibus excessibus in numero F[a]miliarium, & in aliis contra tenorem co[n]cordiæ factis.*

62 *Concordia secunda ann. 1610. pro compone[n]dis differentiis cum Tribunalibus Inqui[si]tionum Indiarum ad litteram refertur,*

63 *Competentiæ iurisdictionis per Auditorem, [&] Inquisitorem antiquiores Indiarum deci[di] iussæ sunt, sed ob præcedentiam in loco, [&] voto, quem vterque prætendebat per plur[es] annos indecisæ manserunt.*

64 *Auditores Audientiarum Indiarum pr[æ]cedunt Inquisitores earundem prouincia[rum].*

65 *Auditores, quòd debeant præcedere Inquisito[res], cum quibus coadunantur ad decidend[as] competentias iurisdictionis per Regiam c[edulam] ann. 1621. declaratum fuit.*

66 *Competentiæ iurisdictionis vbi formantur cu[m] Tribunali Inquisitionis, de causa seculari potius quàm Ecclesiastica agitur.*

67 *Inquisitorum iurisdictio non est ordinaria, s[ed] delegata ad certum genus causarum ob fa[uo]rem Fidei.*

68 *Iurisdictio ordinaria potentior, & fauorab[i]lior est, quàm delegata.*

69 *Præcedentia non tàm regulatur ex pers[o]ni[s]*

nis, quàm ex causa, vel Tribunali, quod repræsentatur.

70 *Inquisitorum iurisdictio in causis Familiarium ratione fori, quod sortiuntur, an sit censenda Ecclesiastica, & Apostolica, vel secularis, & Regalis?*

71 Cap. 25. concordiæ ann. 1610. *ponderatur, & explicatur.*

72 *Cùm dicto* vbi *ponitur inter personas, eas æquè principaliter coniungit.*

73 *Inquisitores cur stare noluerint declarationi Regiæ super loco, & forma, qua cum Auditoribus concurrere debebant ad competentias decidendas, & quæ tandem data fuerit?*

74 *Competentiæ iurisdictionis cum Inquisitione qualiter in Regnis Hispaniæ terminentur, & qui agant de materia competentiarum?*

75 *Familiares, vt gaudeant priuilegio fori sanctæ Inquisitionis, quid probare debeant? & an eo gaudeant delinquendo in officiis per omissionem? remissiuè.*

76 *Familiares sancti Officij impunè possunt arma portare.*

77 *Inquisitores possunt habere familiam armatam, & quare, & quid de eorum Ministris?*

78 *Inquisitores Hispaniæ lucrantur fructus suarum præbendarum, etiam si in eis non resideant, & quid obseruetur in Ecclesiis Indiarum?*

79 *Cruciatæ sanctæ Commissarij, & alij Ministri non habentur pro residentibus.*

80 *Inquisitores Indiarum possunt cognoscere contra hæreticos ibidem repertos, quamuis in Hispania, vel alibi crimen commiserint.*

81 *Hæretici vbicunque comprehensi fuerint, ibi puniri possunt, & quare?*

82 *Hæreticus in hæresi perseuerans, quotidie idem delictum patrat.*

83 *Fur cum re furata apprehensus in aliquo loco, an debeat remitti ad alium, in quo furtum commisit?*

84 *Hæretici fugitiui bona si in aliquo loco reperiantur, vbi nec delictum commisit, nec originem habet, an Inquisitores illius loci possint contra ea, absque alia citatione, vel remissione, procedere.*

85 *Bona hæreticorum à die patrati criminis in commissum cecidisse videntur.*

86 *Hæreticus contumaciter absens absq; alia probatione pro hæretico condemnari potest.*

HÆresis, † & hæreticorum natura talis est; vt nisi protinùs, ac nasci cœperit, & penitus euellatur, non Religionem tantùm, verùm & statum ipsum Politicum funditùs euertat, ac perdat, vt benè aduertit, & pluribus exemplis ostendit, & prosequitur Lud. à Paramo *in tractat. de origine, & progress. Inquisit. lib. 2. tit. 3. cap. 7.* Vnde † explodendi sunt illi, qui disputant, an in benè constituta Republica tolerari possit diuersitas Religionum, de quo per Bodin. *lib. 3. de Repub. cap. 7.* Danæum *lib. 3. Eth. Christianæ, cap. 7.* Iust. Lips. *lib. 4. Polit. quæst. cent. 1. in fine*, Mager. *de aduocat. armata, cap. 16. num. 593.*

Et valdè ab omnibus commendatur, & inter plura alia, quæ gesserunt egregia facinora, 3 extollitur zelus, & studium † Regum Catholicorum Ferdinandi, & Elisabeth in creanda, & constituenda in Regnis Castellæ & Legionis, ac postmodùm in aliis sibi subiectis, generali aduersus hæreticalem perfidiam, & apostasiam inquisitione, & iurisdictione ann. 1479. ex qua tot, ac tales effectus sequuti sunt, vt à pluribus, & grauissimis Scriptoribus summis vbique laudibus commendentur, & † huic institutioni, Fi- 4 dei puritas, quâ Dei benignitate hodie Hispania gaudet, inter aliarum nationum impios, & impudentes errores, siue horrores, meritò tribuatur, vt constabit ex eodem Paramo *d. lib. 2. tit. 2. c. 2. & seqq.* Ioan. Mariana *histor. Hispan. lib. 24. c. 17. per tot.* vbi ita eleganter concludit: *Ab † hoc* 5 *initio res in hanc auctoritatem creuit, atque potestatem, qua nulla prauis hominibus toto Orbe Christiano formidabilior est; Reip. vniuersæ maiori commodo, præsens remedium aduersus impendentia mala, quibus aliæ prouinciæ exagitantur, cœlo datum. Nam humano consilio aduersus tanta pericula satis caueri non potuit*, & Aluar. Gomezius de rebus gest. Card. Fr. Francisc. Ximenez, ibi: *Huius præclari, & sacri Magistratus, cùm statim Hispania vtilitatem maximam sensit contra iudaizantes, tùm verò his calamitosis temporibus contra tot sectarum pestem experti sumus incomparabilem, & nunquam satis pro merito æstimandam.*

Idem agnoscit Marinæus Siculus *de rebus Hisp. lib. 5. c. de Hisp. sobriet.* vbi hac de causa † 6 nullam nationem Hispana Christianiorem reperiri inquit, Vasæus *lib. 1. Chron. Hisp. cap. 9.* vbi semper fuisse Hispaniam Christianæ Religionis obseruantissimam tradit, & hæreticis infestissimam, Odofredus *in l. 2. C. de hæretic.* vbi ita notabiliter inquit: *Puniuntur suspecti hæreseos in Religiosissimis Hispaniæ Regnis, vel hoc maximè hac tempestate triumphantibus, & singulari laude dignis, quòd nulla non solùm planè hæresis, verùm ne suspicio quidem nota digna, vel momento manet.*

Et latè idem ex nostris prosequuntur, de origine Hispaniæ Inquisitionis plura tradentes, Zurita *1. lib. ann. cap. 49.* Illescas *in hist. Pontif. 2. parte, lib. 6. cap. 8.* Alphons. Carrillus *in annal. lib. 5. ann. 1478.* Simanc. *in Cathol. inst. titul. 3. num. 3. & 14.* Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. cap. 81.* Valdesius *de dignit. Reg. Hispan. cap. 20. à num. 19.* Dom. Lopez Madera *in Monarch. Hisp. c. 6. fol. 46. & cap. 12. à num. 3* D. Ioan. Vela *de delict. cap. 14. à num. 18.* Fr. Ioan. à Salazar *in Polit. Hispan. proposit. 3.* Nauarretus *de conseru. Monarch. discurs. 7.* tetigi Ego *1. tom. de Indiar. iure, lib. 2. cap. 25. num. 13.* & prosequitur Dom. Franc. Torreblanca *de Magia, lib. 3. cap. 2.*

Quæ cura cùm pari studio semper ab eisdem Regibus Catholicis, & ab eorum successoribus continuata fuerit, vt huic pestilenti morbo maturè, & opportunè † succurrerent, 7 agnoscentibus nimirum Religionis causam primam esse debere in omni benè fundata Republica, & eius defensionem esse solidissimum Imperij fulcrum, & fundamentum, vt egregiè considerat Torreblanca *vbi supra* & Magerus *de aduocatia armata, cap. 5. num. 145. pag. 126.* simul atque has Indiarum prouincias Dei gratia ab eisdem lustratas, eiusdem Dei Fide, cultu, & Religione illustrare cœperunt, Episcopis † primùm in eis creatis, per Cardinalem 8

Toletanum Inquisitorem generalem commiserunt, vt contra hæreticos, & apostatas, si qui
9 fortè ibidem reperirentur, † non solùm ordinaria auctoritate procederent, cuius est oues sibi commissas custodire, Ezech. *cap.54. cap.pen.de reg.iuris.* Verùm etiam delegata,si id fortè oportere censuissent, vt refert Ant. de Herrera *in hist. gener. Indiar. lib.2.decad.2.cap.16.* & Ioan. Matienz. *in tract. M. S. de moderat. Reg. Perù, 2. part. cap.26.*qui ostendit, ad sua vsque tempora Episcopos hanc iurisdictionem exercuisse, & sicubi ad Regias Cancellarias per viam violentiæ ex illorum sententiis recurreretur, dicere solitus fuisse, se tanquam Inquisitores in illis processisse, vt sic illud remedium eluderent.

Quovsque rebus harum Indiarum magis compositis, & pluribus Hispanorum coloniis in eas deductis, necessarium visum fuit, propria
10 † sanctæ Inquisitionis Tribunalia in illis eligere, adinstar eorum, quæ in Hispania florebant prout tandem ad effectum perduxit Illustriss. Cardinalis Didacus Espinosa, Inquisitor generalis, ac supremi Castellæ Senatus Præses ann. 1571. Duo erigens, vnum in vrbe Limana, siue Regum, quæ Peruani Regni caput, & emporium habetur. Alterum in Mexicana, quæ totius Nouæ Hispaniæ Metropolis est, de quibus, eorúmque effectibus, & progressibus, luculentam narrationem facit Paramus vbi *sup.d. lib.2.tit.2.cap.21. per totum,* Herrera *in descript. Ind.* quam post decadem 4. *apposuit, pag.*84.vbi disertè harum erectionum causas, & vtilitates enarrat, Fr. Ioan. Torquem. *in Monarch. Ind. lib.5.cap.24 & lib.19.cap.28. & 29.* Fr. Anton. Remesal. *in hist. Guatemalensi, lib. 2. c. 2. §. 1.* Et posteà ob distantiam prouinciarum, quæ dictum sanctum ministerium minus aptè, & exactè exerceri permittebat, creatum fuit aliud tertium Tribunal in vrbe, quæ vocatur *Cartagena de las Indias*, & illarum veluti collum habetur, hodiéque muris cincta, & sumptuosis ædificiis illustrata, magnóque incolarum, & mercatorum numero referta conspicitur. Quæ erectio facta fuit D.Philippo III. regnante, & Inquisitorem generalem agente Illustriss. Cardinali, & Archiepiscopo Toletano Dom. D. Bernardo de Roxas Sandoualio anno 1610. vt constat ex schedulis ad id expeditis Vallisoleti 8. Martij eiusdem anni. Et de erectione Limanæ, & Mexicanæ Inquisitionis extant Regales Prouisiones D. Philipp. II. dat. Matrit.16. Augus t.ann.1570.*tom.1. impress.pag.45. & seqq.* in quibus grauiter, & eleganter recensentur causæ, quæ ad hæc Tribunalia erigenda Reges nostros mouerunt,& quibus illa Ministris constare debeant. Et idem repetitur in quadam relatione, quæ habetur *eodem tom. pag. 29.* vbi distractus vtriusque Inquisitionis graphicè designatur.

11 Et † salaria, quæ dictis Ministris ex Regiis arcis solui iubentur, vbi ex pœnis, & pœnitentiis, aliísque confiscationibus illa quantitas corrogata non fuerit, quæ ad talem solutionem sufficiat, de quo singulis annis relationem authenticam, & iuratam edere debent per sch. specialiter de hoc agentem *dict.1. tom.pag. 46.* Quam cùm Limani Inquisitores reddere detrectassent, tandem ad id compulsi sunt per alias sched. ann. 1620. & 1636. in quibus relationis forma præscribitur. Idque ea ratione, quòd o portere visum fuerit Regium fiscum tot bellis & ingruentibus negotiis exhaustum, ab ha præstatione releuare.

Quod etiam in causa fuit, † vt in vnaquaqu ex Cathedralibus Indiarum Ecclesiis, quæ suf ficienti Præbendariorum numero polleret,vnu Canonicatus supprimeretur,eiúsque reditus pro salariis, sumptibúsque, & expensis eorunden Tribunalium deseruiret, ita vt tanto minus à Regiis Officialibus præberetur, quantò dictaru præbendarum reditus constitissent. Ad quod nouissimè impetratum fuit Breue Apostolicum S.D.N.Vrbani VIII. quod ob Fidei fauorem,& nostri Regis supplicationem se id concedere ex primit. Eiúsque executio antiquioribus cuiusli bet Tribunalis Inquisitoribus commissa fuit, & iam in praxim ferè vbíque deducta est. Vnde parum deinceps erit, quod horum salariorum ratione fiscus expendat.

Circa quæ illud notandum est, per alias sch Matr.17.Iulij ann.1572.cautum esse,† ne Inqui sitores propria auctoritate salaria à Regiis Of ficialibus exigant, sed mediante Proregis, ve Gubernatoris interuentione, quem nos Regiarum facultatum administratio fuerit. Et vt nul lo modo sub hoc prætextu contra ipsos Officiales Regios per excommunicationem,& viam inquisitionis procedant.

Quamuis in aliis certum sit, † quòd procedendi ius habeant contra omnes, qui earum iurisdictionem turbant,vel impediunt,vel libertates,immunitates ac priuilegia sibi,& suis Familiaribus, cæterisque Ministris concessa obseruare recusant, vt constat ex latè traditis à Narbona *in l.20. gloss. 22. tit.1. lib.4. Recop.* Diana 4 *part. resol.moral.65.& 104.* cum aliis, & ex his quæ in simili de Ministris Cruciatæ loquens tradit Gabr. Pereira *de manu Regia,lib.1.tit.1.sect.2 cap.8. n.2. & 3.* Et insinuant † plures schedulæ Regiæ, quæ dicta priuilegia recensent, & eorum obseruationem enixè iniungunt Proregibus, Regalibus Audientiis, cæterisque Indiarum Magistratibus, quæ habentur *d. 1. tom.ex pag.45 & 57.* & ponunt eosdem Inquisitores & Ministros, ab bona eorum, sub Regia tuitione, his verbis: *I porque los dichos Inquisidores, Oficiales, y Ministros que agora son, y fueren de aquí adelante, puedan mas libremente hazer, y exercer el dicho santo Oficio, ponemos à ellos,y à sus Familiares, con todos sus bienes y haziendas so nuestro amparo, saluaguardia, y defendimiento Real, en tal manera, que ninguno por via directa, ni indirecta sea osado de lo perturbar, damnificar, ni fazer, ni permitir que les sea hecho daño, ò desagrisado alguno, so las penas en que caen, è incurren los quebrantadores de la saluaguardia, y seguro de su Rei, y Señor natural; y esta es nuestra voluntad, y de lo contrario nos tenemos por mui desseruido.*

Sed est valdè notabilis, & digna, quæ hic ad litteram inseratur † illa anno 1603. ad Mexicanum Proregem Dom. Marchionem Montisclarium directa, quæ etiam ad Peruanum Dom. Comitem de Monterei sub eodem tenore transmissa fuit, cuius hæc sunt verba: *El Rei, Marques de Montesclaros, Pariente, &c. Mi Virrei, Gouernador, y Capitan general de las Prouincias del Pirù, ò à la persona, ò personas à cuyo cargo fuere*

fuere el gouierno dellas, yà sabreis lo mucho que Dios nuestro Señor es seruido, y nuestra santa Fè Catolica ensalçada por el santo Oficio de la Inquisicion, y de quanto beneficio ha sido à la vniuersal Iglesia, à mis Reinos, y señorios, y naturales dellos, despues que los señores Reyes Catolicos de gloriosa memoria mis rebisabuelos lo pusieron, y plantaron en ellos, con que se han limpiado de infinidad de hereges, que à ellos han venido, con el castigo que se les ha dado en tantos, tan grandes, è insignes Autos de Inquisicion, como se han celebrado, que les ha causado gran temor, y confusion, y à los Catolicos singular gozo, quietud, y consuelo, de que como veis por carecer desta gracia otros Reinos han padecido, y padecen grandes disturbios, inquietudes, y desassossiegos, de que damos muchas gracias à nuestro Señor, que ansi lo ha encaminado, haziendo tan gran bien à estos: y assi por todo esto, como por auermelo encomendado afectuosamente el Rey mi señor, y padre, que estè en el cielo, como porque yo lo estimo por deuocion y aficion que le tengo, y la obligacion que à todos los Oficiales corre de mirar por l, que sea amparado, defendido, y honrado, mayormente en estos tiempos, que tanta necessidad ay, ser vna de las mas principales cosas que se os pueden encomendar de mi estado Real, os encargo mucho, que assi à los venerables Inquisidores Apostolicos de essas prouincias, como à todos los otros Oficiales Familiares, y Ministros del dicho santo Oficio les honreis, y fauorezçais, dandoles de nuestra parte todo el fauor y ayuda que os pidieren, y fuere necessario, guardandoles, y haziendoles guardar todos los priuilegios, exenciones, y libertades que les estan concedidas, ansi por Derecho, Concordias, y Cedulas Reales, como de vso y costumbre, y en otra qualquier manera: desuerte, que el dicho santo Oficio se vse y exerça con la libertad, y autoridad que siempre ha tenido, y Yo deseò tenga, y no hagais, ni permitais que se haga otra cosa en manera alguna, que demas que cumplireis con lo que sois obligado, como Catolico Christiano, y con el cargo que teneis en essas prouincias, y que à vuestro exemplo haràn otros lo mesmo, me tendrè de vos por mui seruido, y à lo contrario no tengo de dar lugar. Dada en Valladolid à diez y ocho de Agosto de mil y seiscientos tres. Yo el Rey. Por mandado del Rey nuestro señor, Iuan de Ibarra. Et de his priuilegiis, † aliis pluribus prærogatiuis Inquisitorum latè inter alios agit Narbona *in d. l.20. per totam*, Liber. Decian. 1. *tom.crim.lib.4.c.26.n.4. & lib. c.22. & 23.* Roxas *in tract. de priuileg. Inquisit.* Paramus *lib.2. & 3. per tot.* Bobad. *in Polit. lib.2. 17.n.72. & 107. & 114.* nouissimè Diana *d. 4. part. tract.7. & 8.*

Habent autem † salaria dictorum Inquisitorum illud priuilegium, quod licèt aliis Ministris non nisi post lapsum cuiuslibet tertij solui debeant, vt disponitur per sched. ann. 1590. & alias, quæ referuntur *3. tom. pag. 333. & seqq.* illis item solui iubentur initio tertij, vt decidunt schedulæ eis datæ tempore, quo Inquisitiones creatæ sunt, & illæ ann. 1571. cum Prorege ... tuano Dom. D. Francisc. à Toleto, & Limanis Inquisitoribus loquentes, ibi: *Y que las libranças se hagan al principio delos tercios del año*; nimirùm quia hæc salaria, quasi in alimentum eorum dari videntur, † quæ eam naturam habent, vt initio anni solui debeant, *l. 2. l. in singulos, l. filiæ meæ, D. de ann. legat. l. habitationem, & l. legati, D. de vsufr. legat.* cum pluribus aliis, quæ post Socinum, Symon de prætis, & Caualcan. allegat Petr. Surd. *de aliment tit. 4. q. 17. per tot.* Mier. *de maiorat. 4. par. q. 28. num. 19.* Vincent. de Franch. *decis. Neapol. 155. n. 1.* & de Valençuela *cons. 197. n. 47* vbi de communi omnium Regnorum praxi testantur, & Mastrill. de salario loquens, *de Magistrat. lib. 1. cap. 21. num. 16.*

Necnon etiam ne tales Ministri mendicare cogantur, † vel mutuas pecunias à Prouincialibus accipere, cùm eos valdè austeros, incorruptos, & vitæ sanctimoniæ præditos esse deceat, vt dictæ schedulæ exigunt, & obseruant latè Eimericus *in direct. Inquisit. 3. part. q. 16. & 130.* vbi Peña eius Additionator, gloss. *in Clem. nolentes, de haret.* Simanc. *in Enchirid. tit. 12.* Mosconius *lib. 1. de Maiest. Eccles. 1. par. cap. 11.* D. Valençuela *cons. 195. n. 39. fol. 601.* Vbi hinc infert, cur in Inquisitoribus maior ætas, quàm in Episcopis requiratur; & Bobadilla *d. lib. 2. cap. 11.* vbi inquit prohibitos esse quælibet dona etiam esculenta, & poculenta suorum officiorum ratione recipere, sub pœna dupli, excommunicationis, & restitutionis; ac priuationis officij, & decem mille merapetinorum; vt scribit Simanc. *dict. tract. de Cathol. inst. tit. 44. num. 45. & seqq. fol. 162. & tit. 41. num. 37. fol. 192.* Anelatens. *de hæretic. quæstion. 8. & 9.* Azeued. *in l. 1. num. 18. tit. 6. lib. 3.* Recop. & nouissimè Diana *d. tract. 8. resol. 8. pag. mihi 390.* 20

Vnde his diebus † orta fuit dubitatio in causa hæredum DD. Francisci de Albornoz Bazan Inquisitoris Mexicani, qui in fata concesserat, an tenerentur restituere salarium cuiusdam tertij, quod in ipsius initio, iuxta dictas schedulas, acceperat, cùm proximè à receptione, & antequàm illud ratione officij, vel seruitij præstiti, vindicare posset, decessisset. Et non teneri dicendum videbatur, † ex *l. 1. §. Diuus*, vbi Bart. & alij, *D. de var. & extraord. cognit. l. diem functo*, vbi idem Bart. *D. de off. assess.* & latiùs Ias. & Alex. *ibid. n. 13.* qui ad idem expendit *l. matriculam, C. de agent. in reb. l. si quis in sacris, C. de prox. sacr. scrin. & l. 1. C. de Princip. lib. 12.* Quibus probatur † salarium aduocati, vel iudicis, aut alterius officialis, necdum finito tertio, pro quo solui iubetur, decedentis, ei deberi, perinde ac si toto tempore deseruierit, cùm per eum non steterit, quominus ad finem vsque temporis suas operas expleuisset. Pro qua opinione, vltra alios antiquiores, plura etiam considerant Oroscius *in ead. l. diem functo, n. 6. & 7.* facit *l. 9. tit. 8. par. 5.* & ibi gloss. *verb. E los otros*, & latè tradita è Corseto, Capicio, Surdo, Tuscho, Azeuedo, Morla, & aliis, quos refert Mastrill. de Magistr. *d. lib. 1. c. 21. n. 48. & seqq.* & Georg. Cabedus, omninò videndus, *decis. Lusit. 8. n. 8. & seqq.* 21 22 23

Sed contrariam, vt ipse inquit, *n. 9. & 22.* Fulgos. Butricar. Salicet. Bertrand. & communis praxis obseruat, pro qua stat *l. 2. tit.. part. 3.* vbi Gregor. *gloss. 2.* Quia † Reges cum suis Ministris, & Magistratibus ex Regni consuetudine conuenire videntur, vt salarium pro operis, & industriæ, quam nauant, prœmio, & compensatione succedat, ac proinde nonnisi pro rata temporis, quo seruierunt, mercedé consequi possint, 24

25 † qua conuentione expressa, vel tacita interueniente, cessat *reg. d. l. diem functo, & l. qui operas, & similium, D. locati*, vt idem Bart. *ibidem* obseruat, & idem tradit Ioan. de Platea *in d. l. si quis in sacris, & in l. vnica, C. si post creationem, lib. 10.* Bobadilla *in Polit. lib. 1. c. 2. n. 23.* ibi: *No se debe à el salario por entero, como tampoco se debe a los herederos del muerto antes del año, porque ni el derecho comun, ni la lei de la partida que se lo daban, se practica, ni se paga mas de la rata*: quod etiam, aliis relatis, tradit Mastrill. *d. cap. 21. n. 51.* vbi post appositam, & pluribus confirmatam doctrinam Bart. *in d. l. diem functo*, subdit: *Hoc tamen non seruatur hodie in Regno, nec in pluribus locis*, & idem testatur Flor. Diaz de Mena *in pract. lib. 1. q. 8. num. 27.* & nos *infrà lib. 4. cap. 4.*

26 Cognoscunt autem † Indiarum Inquisitores priuatiuè de omnibus causis ciuilibus, & criminalibus, de quibus cognoscere solent, & possunt alij Inquisitores per Hispaniam, & Italiam deputati, provt sunt hæresis, apostasiæ, blasphemiæ hæreticalis, maleficorum, incantationum, superstitionum, & aliarum, quæ sigillatim referuntur per text. & DD. *in c. abolendam, & cap. inquisitionis, & per tit. de hæret. in auth. & in 6.* & latè per Simancas, Peñam, Villadieg. Zanchin. Eimeric. Roxas, & innumeros alios, qui de hæreticis, & Inquisitoribus scripserunt, Zerola *in praxi, 12. part. verb. Inquisitores fol. 55.* Ceuall. *2. par. comm. q. 897. num. 284.* Rodrig. *de ann. redit. lib. 1. q. 17. num. 75.* Narbona *in l. 20. tit. 1. lib. 4. Recop. gloss. 20. per totam*, Galganet. *de iure publico, lib. 3. tit. 111. n. 9. & seqq.* Iul. Clarus §. *hæresis*, Tiber. Decian. *1. tom. crimin. lib. 2. cap. 22. num. 16.* Bobad. *in Polit. d. lib. 2. c. 17. num. 70. & seqq. & num. 152.* Farin. *in tract. de hæret. ferè per totum*, Salced. *in addit. ad prax.* Bernard. Diaz *cap. 102.* Isidor. Moscon. *de Maiest. Eccles. lib. 1. par. 1. cap. 11.* D. Ioseph Vela *in cap. 1. de off. Ordin. 1. par. ex num. 76. ad 78.* vbi qualiter de sortilegiis cognoscant, & in Regno Aragoniæ, Valentiæ, & Lusitaniæ etiam de crimine sodomiæ, & nouissimè D. Franc. Torreblanca *de iure spirit. lib. 13. cap. 1. 2. & seqq.* & per totum illum librum, & Diana *d. tr. 7. & 8.*

27 Et excepto † quòd contra personas Indorum, etiam si delicta commisisse probati fuerint, quæ aliàs ad ipsos Inquisitores spectarent, cognoscere prohibiti sunt, propter illorum ruditatem, & incapacitatem, & quòd adhùc in Fide, & Religione Christiana sufficienter instructi non sint, vt in eorum instructionibus cauetur, & in epistolis missis ad Peruanum Proregem Dom. D. Franc. à Toleto, quæ extant *in 1. tom. pag. 49.* & repetuntur *in 2. pag. 73.* & notant Anton. de Herrera *in descript. Indiar. pag. 84.* Quorum †
28 delictorum cognitio, si hæresim, vel apostasiam sapiant, Episcopis reseruatur, sin verò maleficium, etiam sæcularibus, vt in eisdem epistolis dicitur.

29 Absolutio tamen † hæresis mentalis externæ, siue completæ, propter quam excommunicatio ipso iure incurritur, licèt regulariter hodie reseruata sit summo Pontifici, vel Inquisitoribus Apostolicis, qui eius delegatam hac in parte iurisdictionem exercent, vt per Concil. Trid. *sess. 24. cap. 6. in fin.* & ea, quæ tradit Couarr. *in cap. Alma mater, num. 15.* Simanc. *in Enchirid. cap. 51. n. 4. & in Cath. inst. cap. 3.* Roxas *de hæret. 2. par. asser. 39. & de priuil. Inquis* §. 416. vbi dixit, hoc ita fuisse declaratum pe Motum Pij V. ann. 1572. die 30. Iunij, Mend *in prax. tit. absolutio ab hæresi, fol. 58.* Did. Perez *in l. 3. tit. 8. lib. 4. Ordin. pag. 85.* Nauarr. *in Manuali, cap. 27. num. 260.* Eman. Roder. *in explic. Bullæ Cruciatæ, §. 9. num. 70. & in quæst. regul. 1. tom. q. 20. art. 9. & in summ. 1. par. cap. 128.* & Fr. Ioan. Bapt. *in aduertent. Confess. 2. par. fol. 241.* Adhuc tamen † quoad Indos, Archiepiscopi, & Episcopi Indiarum, & alij, quibus ipsi id commiserint, auctoritatem habent absoluendi eos ab hæresis crimine, & ab aliis quibuscunque criminibus, excessibus, & casibus reseruatis, tam in foro interiori, quàm exteriori per Breue Gregorij XIII. concessum ad instantiam D. Philippi II. provt refertur in confessionario Concilij Limensis edito ann. 1583 sub finem, cuius verba refert Fr. Ioan. Baptista vbi *sup. fol. 242.* subdens posteà cum Mag. Veracruce in suo compendio, verb. *Episcopus*, † quòd Religiosi habent in his partibus speciali priuilegia, vt possit omnia illa, quæ Episcopus in foro pœnitentiæ.

Dixi autem † priuatiuè ad Inquisitores dictarum causarum cognitionem spectare, v alios iudices Ecclesiasticos, & sæculares excludam, qui se iam in illis immiscere non pos sunt, & Regales etiam Audientias, & Cancellarias Indiarum, quæ etiam in eisdem in hibitæ sunt, quamuis † per viam tollendæ vio lentiæ, aut per excessum iurisdictionis cog noscere velint, quod vltra legem Regiam, & alias schedulas, expressè, & enixè prouisum est per illam dat. Matr. 10. Martij ann. 155 quæ habetur 1. tom. pag. 50. ibi: *Mando, qu de aqui adelante en ningun negocio, ni nego cios, causa, ò causas ciuiles, ò criminales d qualquier calidad, ò condicion que sean, qu al presente se tratan, ò de aqui adelante s trataren ante los Inquisidores, ò juezes de bie nes, ò alguno dellos, vos, ni alguno de voso tros se entrometa por via de agrauio, ni po via de fuerça, ni por razon de no auer sid algun delito en el santo Oficio ante los dicho Inquisidores suficientemente punido, ò que conocimiento del dicho negocio no les perte nece, ni por otra via, causa, ò razon alguna à conocer, ni conozca, ni à dar mandamiento cartas, cedulas, ò prouisiones contra los di chos Inquisidores, ò juezes de bienes sobre ab solucion, ò alçamiento de censuras, ò entre dichos, ò por otra causa, ò razon alguna, si no que dexeis, y cada vno de vos dexe proce der libremente à los dichos Inquisidores, juezes de bienes conocer, y hazer justicia, y n les pongais impedimiento, ni estoruo en mane ra alguna. Pues si alguna persona, ò personas pueblos, ò comunidades se sintiere, ò sintieren agrauiados de los dichos Inquisidores, ò juezes d bienes, ò de alguno dellos, pueden tener, y tie nen recurso à los del nuestro Consejo de la san ta y general Inquisicion, que en la nuestra Cor te reside, para deshazer, y quitar los agrauio que los dichos Inquisidores, y juezes de bienes ò alguno dellos huuieren hecho, à losquales d dicho Consejo, y no a otro Tribunal alguno ha de tener el dicho recurso, pues solos ell tienen facultad Apostolica de su Santidad,*

se

sede Apostolica, y en lo demas de su Magestad, y de los Reyes Catolicos nuestros bisabuelos de gloriosa memoria para conocer, y para deshazer los agrauios que los dichos Inquisidores y juezes huuieren començado, ò alguno dellos hiziere, ò hizieren, &c. Cuius schedulæ, & praxis meminit Simanc. *de Cathol. inst. tit.* 36. *num.* 2. Salcedo *suprà dicto cap.* 102. *vers. Et licet*, Rodriguez *de annuis reditibus lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 75. Ceuallus *4. tom. commun. q.* 897. *n.* 282. *& tom.* 5. *de las fuerças*, 1. *par. gloss.* 15. *n.* 16. & Narbona *in d. l.* 20. *tit.* 20. *lib.* 4. *Recop. vbi gloss.* 1. *ex n.* 6. agit, an, & quando Inquisitores recusari possint, & qualiter in eorum recusationibus procedendum sit. De quo etiam latè, & doctè D. Franc. Torreblanca *de iure spirit. lib.* 15. *c.* 9. & Diana *d. tract.* 8. *q.* 5. *pag.* 388.

Hoc autem non impedit, † quin Episcopus, qui ratione sui muneris, & officij est Inquisitor ordinarius contra hæreticos, quo inspecto, & de hæresi olim solus cognoscebat, *d. cap. ad abolendam, de hæret.* hodie cum eisdem Inquisitoribus concurrat, vel eius nomine ipsius Vicarius, de qualitate eius quoad genus Inquisitione præmissa, prout, & praxi obseruatur, quia ordinariæ eius iurisdictioni non est omninò derogatum per delegatam, quam Inquisitores exercent; *c. statutum* 9. *c. ne aliqui* 10. *c. vt officium, c. per hoc, & ferè per totum, de hæret. lib.* 6. *Clem.* 1. *eod. tit. & Extrau.* Bened. II inter communes, iunctis aliis, quæ tradit Did. Perez *in l.* 3. *tit.* 4. *lib.* 8. *Ordinamenti, pag.* 85. *& seqq.* Viual. *in Candelabro aureo, p.* 1. *tit. de abs. sacr. n.* 12. Simancas *vbi sup. t.* 25. *per tot.* Decian. *lib.* 5. *crim. c.* 22. *n.* 5. *cum seqq.* August. Barbosa *de iure Ecclesiast. lib.* 1. §. 4. *n.* 54. D. Ioann. Vela *de delict. c.* 14. *à n.* 17. Param. *de orig. Inquisit. lib.* 1. *c.* 2. *tit.* 13. *num.* 30. Mosconius *d. cap.* 11. *in princip.* vbi, † quòd Inquisitores dati sunt Episcopis tanquam Coadiutores, vt commodiùs hæreses purgentur, latè Gabanetus *de iur. pub. d. lib.* 3. *tit.* 111. *num.* 41. *& seqq. & num.* 51. & eruditiss. D. Ioseph. Vela Granatensis Senator meritissimus *in docta repet. ad cap.* 1. *de offic. Ordin.* 1. *par. num.* 76. *pag.* 84. & Ioann. Filesacus *de sacra Episcop. auct. cap.* 1.

Qui Auctores, præcipuè Simancas, & D. Ioseph. Vela, docent, † qualiter hodie Ordinarius cum Inquisitoribus concurrat, & quid faciendum sit, quando inter se non conueniunt? Et idem tractat Azor *lib.* 8. *inst. moral. cap.* 18. *q.* 8. vbi etiam disputat, an † Inquisitoris auctoritas in conquirendis, & puniendis hæreticis, maior sit, quàm Episcopi? Roxas *de hæret.* 2. *par. num.* 432. Molina *de iust. & iur. tom.* 6. *disp.* 28. vbi *n.* 11. *&* 12. differit, quid possint Inquisitores sine Episcopis? Et quòd iam ferè omnia, quæ causas Fidei concernunt, Ordinarij Inquisitoribus relinquunt, Paramus vbi sup. *lib.* 3. *q.* 2. *à. n.* 97. *vsque ad* 107. Dom. Bracharens. Acuña, cum addition. Seraph. de Freitas, *in tract. de confessariis solicitant. q.* 2. *n.* 1. *& seqq.* Sousa *in eod. tract.* 1. *part. num.* 17. *conclus.* 5. Farin. *de hæresibus, q.* 186. *num.* 56. Ant. Fernand. de Moure *in suo examine Theolog. moral.* 4. *par. cap.* 10. *ad litt. I.* §. 2. *num.* 1.

Et vltra eos, hoc, † quòd Ordinarij dictas causas Inquisitoribus relinquant, expressè cautum est de iure nostro Indiarum per sched. gener. quæ initio fundationis Inquisitionum ad eandem Indiam scriptæ sunt Matrit. 10. August. ann. 1570. & Barch. 26. Maij 1585. & habentur *d.* 1. *tom. pag.* 45. *& seqq.* in hæc verba: *Y porquè podria acontecer, que en vuestra Diocesi resultando algunas cosas tocantes à nuestra santa Fè Catolica, y al delito de la heregia, vuestro Prouisor, y Oficiales se entremetiessen à conocer del dicho delito, y procediessen contra algunas personas sospechosas, è infamadas del dicho crimen, è hiziessen contra ellos processos, y desto podrian resultar inconuenientes, vos rogamos, y encargamos, que vos, ni vuestro Prouisor, y Oficiales no os entrometais à conocer de lo susodicho, y que las informaciones que teneis, ò tuuieredes de aqui adelante tocantes al dicho delicto, y crimen de la heregia, las remitais al Inquisidor, ò Inquisidores Apostolicos del distrito donde residieren los tales delinquentes, para que el, ò ellos lo vean, y hagan en los tales casos iusticia, que en los casos que conforme à derecho vos, ò vuestro Prouisor debais ser llamados, los dichos Inquisidores os llamaràn para que assistais con ellos, como siempre se ha hecho, y se haze, y no se haga otra cosa en manera alguna, porque assi conuiene al seruicio de Dios nuestro Señor, y à lo contrario no se ha de dar lugar, &c.*

Et † in Lusitania esse Bullas Apostolicas, 39
quæ idem iubent, & declarant, tradunt Dom. Acuña & Freitas in locis suprà relatis. Et quòd hoc, quod dicimus de Episcopis, & eorum
Vicariis, intelligatur etiam † in Vicariis, qui 40
nominantur à Capitulo sede vacante, cùm succedat in iurisdictione Ordinarij Episcopi defuncti, tenent etiam Simancas, & D. Ioseph. Ve-
la in locis suprà relatis. Quibus † Vicariis, resi- 41
dentibus in loco, vbi Inquisitores morantur, & suum Tribunal habent, solent alij Episcopi vices suas committere, pro causis, quæ spectant ad reos sancti Officij, qui sunt de sua Diœcesi, & iurisdictione, quamuis si vellent ad dictum Tribunal accedere, & ibi interesse, vbi tales causæ tractandæ essent, nullo iure prohiberi possent, vt constat ex suprà relatis, & ex Narbona *in l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop. gloss.* 21. *num.* 53.
Vbi, † quòd in causis Fidei sine Ordinario iu- 42
dice procedere non possunt, in causis verò Familiarium ipsi soli sine Episcopo causas diiudi-
cant. Et † vbi cum Inquisitoribus concurrit 43
Episcopus, sedere debet post antiquiorem, vt tradit Vasconcell. *lib.* 1. *diuers. argument. cap.* 1. Stephan. Gratian. 1. *tom. discept. c.* 106. *n.* 38. & nouissimè Hermosilla *in addition. ad Greg. Lopez part.* 5. *gloss.* 2. *Prologi, num.* 62. quia in his actibus post erecta Tribunalia sanctæ Inquisitionis, non tam vt Episcopus, quàm vt Inquisitor sedere videtur, & in eiusmodi gradibus, & præeminentiis ad locum sessionis regulandum, qualitas, quæ in eo repræsentatur, attendi solet.

Semotis autem Indorum personis, ac causis, † 44
nullus est, qui ratione hæresis, vel aliorum, quæ sanctæ Inquisitionis Officium concernunt, in his Indiarum partibus, Inquisitoribus non subiaceat. Quod certè mirum videri non pote-
rit, si consideremus † ipsum Regem Ferdin. 45
Catholic. qui inquisitiones erexit, se ac successores suos iis submittere voluisse, vt obseruat Vasæus in Chron. Hisp. Marta *de iurisdict.* 1. *part. c.* 26. *n* 94. his verbis: *Item Rex Castellæ, antequàm Rex fiat, iuramento speciali subiicit se,*

& totum suum dominium sanctissimo seuerissimæ Inquisitionis Tribunali. Quod etiam tetigi Ego 1.*tom.lib.*3.*cap.*1.*num.*91.*&* 92.Vbi etiam obser-
46 uo † Catholicos Hispaniæ Reges, iam inde à temporibus Concilij Toletani V I. eam sibi legem imposuisse, vt Rex, qui inciderit in hæresim, sit excommunicatus, & exterminandus. Et
47 prosequuntur, † hanc nostrorum Regum Inquisitioni subordinationem asserentes, Did. Valdes de dignit. Reg. Hisp. *cap.*19.*num.*88. Eimeric. *in direct. Inquis.*3.*part.q.*31. vbi Peña eius Addition. *comment.*80. Carrer. *in prax. titul. de hæret. num.*85.*vers. Item possunt,* Siman. *in Cathol. instit. cap.*34 *num.*32 Albertin. *de hæret. cap.*1. *quæst.*7. *num.*4. Paramus *de orig. Inquis. lib.*3. *q.*5. *num.*24. & late illustriss. Bracharens. Acuña *in tract. de Confess. solicit. q.*12. vbi tamen eius Additionator Fr. Seraph. Freitas, hoc in dubium reuocat,
48 † & solum quoad effectum reuelandi crimina, de quibus ipsi cognoscunt, eis subiici inquit, pro se citans Param. *vbi suprà* Decian. 1. *tom. crimin. lib.*5. *cap.*23. *num.*7. Cened. *in collect. ad Sextum, collect.*14. *num.*2. & sic intelligens quæ
49 à Dom. Acuña traduntur: *Quia † semper* (inquit) *in statutis, quæ ad inferiores diriguntur, Regalis persona excepta censetur, cap. fin. §. nec aliquis, de offic. deleg.* cum latè traditis à Gonçal. *ad reg.*8. Cancell. *in procem.* §.2.*num.*37. Cabed. *lib.*4.*diuers. cap. fin. num.*7. & in specie Trident. *sess.*24.*cap.*9.*de reform. matrim.* Enriq. *lib.*11. *de*
50 *matrim. cap* 6.§.3.*gloss.*9. Ac subinde † ad summum Pontificem pertinet cognitio, & iurisdictio contra Regem hæreticum, *cap. ad Apostolicæ, de re iud. lib.*6. iunctis aliis, quæ tradit Menchaca *controu. illustr. cap.* 8. *à num.* 20. Bursat. *cons* 124.*num.*75.*volum.*1. Bellarm. *lib* 5. *de Romano Pontifice, cap.*7. *&* 8. Molina *de iustit. & iur.*1.*tom. tract.*2.*disp.*29 *concl.*3.*contra sect. Angl. cap.*23 *à num.*1. Azor 1.*tom. inst. moral. lib.*8.*c.*12. *quæst.*17.*& cap.*27.*q.*7.

51 Vnde intelligimus, quid sentiendum sit † de Proregibus, & Gubernatoribus, aliisque Rectoribus Indiarum? nimirum, vt multo magis contra eos procedere possint, causæ grauitate ita desiderante, consulto tamen prius Inquisitore generali, si in mora graue periculum non timeatur, vt cum Eimerico, Peña, & aliis resoluit Acuña, & Freitas *vbi suprà num.*15. *&* 24. In quo tamen nimis circumspectè Inquisitores
52 procedere debent. Nam generaliter † illis suis instructionibus præcipitur, ne iurisdictionem suam ad causas, & casus in illa non comprehensos extendant, vt habetur *in Clem.* 1. *de hæreticis,* ibi: *Aduertant pariter, ne metas sibi traditas excedant, extendentes suæ potestatis officium, vt quod in augmentum Fidei per circumspectam eius sedis vigilantiam salubriter est prouisum, dum sub pietatis specie grauant enixè, cedat in fidelium detrimentum.* Et si secus faciant, incidunt in excommunicationem, à qua non possunt absolui ab alio, quam à Romano Pontifice in mortis articulo, *d. Clem.*1.§.*verum, Clement. nolentes, eod. titul.* vbi Imol. Vitalin. Zabarell. & alij, Calderin. *in tract. de hæret. Rubr. Inquisitores maliciose, numer.*1. Simancas *d. titul.* 34. *numer.* 40. Decian. *d. lib.*5. *crimin. titul.*24. per tot. Galganet. *d. titul.* 111. *num.* 58. quod etiam pluribus Indiarum schedulis admonentur, quæ continentur 1. *tom. pag.*48.

Et præsertim, † vt Proregum personas, & dignitatem reuereantur, quæ immediate Regiam repræsentant, eisque primum locum, etiam in Fidei actibus deferant, & consuetis cæremoniis, & sedilibus vti permittant, cautum etiam est in aliis sched. *eiusdem tom. pag.*51. & præcipuè in illa 8. Martij ann. 1589. quæ Limanos Inquisitores grauiter notauit, & reprehendit, quod Peruanum Proregem Dom. Comitem del Villar volebant præcedere, & sic hac occasione graue scandalum in Repub. generarunt, inquit enim: *Que aunque es iusto, y necessario que la Inquisicion sea venerada, respetada, y temida, procedieron los Inquisidores indebidamente; y no menos mal el Virrey en passar por ello, con tanta derogacion de la autoridad que debe conseruar el que tan immediatamente como el representa mi persona.*

Et in vrbe Mexicana aliud magnum dissidium natum fuit inter Inquisitores, † & Archiepiscopum ciuitatis super præcedentia, & modo sedilium in alio actu Fidei, super quo expedita fuit sched. ad Proregem Mexicanum Dom. Comitem Montis-Regij, dat. apud D. Laurent. 3. Octob. ann. 1604. quæ deinceps iubet, vt Archiepiscopi, & Episcopi his actibus non intersint, vt dictæ dissensiones vitentur.

Contra quos tamen † Archiepiscopos, & Episcopos, & contra Generales, & Prouinciales Religionum, & Equites Ordinum Militarium, & Clericos exemptos, quando qualiter, & quatenus Inquisitores procedere possint, & an his cognitionibus ipsi Religionum Prælati interuenire debeant, late etiam, & vtiliter tradunt DD. per textus ibi *in cap. Inquisitores, §. denique, de hæret. lib.* 6. *Extrau. cum Matthæus, eodem,* Trident. *sess.*24. *cap.*5. *de reformat.* Repert. Inquisit. *verb. Episcopi,* Villadiego *de hæret. quæst.*7. *num.*15. Carrer. *num.*74. plures apud Peñam *in direct.* 3. *part. comment.* 76. *& seqq.* Locatus *in opere iudiciali, verb. Episcopus, num.* 9. Simanc. *in Cathol. instit. titul.* 25. *&* 34. Roxas *de hæret. sing.* 51. Eman. Roder. *tom.* 1. *regular. quæst.* 81. *artic.*1. Molina *tom.*6. *disput.* 28. *num.* 18. Azor 1. *part. instit. moral. lib.* 8. *cap.*18. *quæst.* 12. vbi Seraph. *in notis,* Piasecius *in prax. Episcop.* 2. *part. cap.*3. *num.*42. Zerola *in eadem prax. verb. Regulares,* nouissimè, & latissimè Diana, qui alios adducit, *d. tract.*8 *resolut.*21. *&* 22. Ioan. Bapt. *in aduertent. confess.* 2. *part. fol.* 314. qui inter alias exemptiones Monachis concessas, eam adducit, † vt exempti sint à iurisdictione Inquisitorum ex Breue Pauli I V. quod refert, sed posteà *fol.* 321. sic concludit: *Sed quantùm attinet ad Inquisitores per priuilegia sanctæ Inquisitionis officio post Paulum I V. concessa, eorum iurisdictioni, & censuræ omnes nos subiicimur,* vt P. Veracruz *in suo compendio Indico, verb. Inquisitores, §. vlt.* absque dubio enim amplissima habent priuilegia, quibus in Fide delinquentes, vel suspectos quoscunque & iudicare, & punire possunt, & puniunt, sicut in Hispania, & in Nouo Orbe fieri videmus. Et idem agnoscit Bobadilla *in Politica, lib.*2. *cap.* 19. *num.* 13. sic inquiens: *Del crimen de heregia conoce el santo Oficio de la Inquisicion contra los dichos Caualleros de Ordenes; que pues conoce contra los Clerigos, y Religiosos, con mas razon conocera contra ellos.* Circa quod † tamen iterum noto, quod non solum contra Proreges (vt dixi *suprà num.*19.) sed etiam contra quoscun-

que

que Religionum Prælatos,aliasuè personas notabiles ob nobilitatem, litteras, dignitatem, vel ob vitæ exemplum Inquisitores procedere non debere, nec carcerare inconsulto Generali Inquisitore, illiúsque supremo Senatu, nisi in mora graui periculum sit, vt habet constitutio Inquisit. dat. Matr. ann. 1561. & resoluunt Simanc. *d. titul.*34. *num.*32. Molin. *d.disputat.*28. *numer.* 18. post Peñam, quam citat Farinac. *d. quæstion.* 186. *num.* 28. & Freitas ad Acunam *d. quæst.*12.*num.*24.

Et licet ad † inquirendum super crimine hæresis leuia argumenta sufficiant, *leg.* 2. vbi gloss. & DD. *C. de hæret.* cum latè adductis à Mascard. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 861. *num.* 4. Repert. Inquis. *verb. Conuinci*, *& verb. Probationes*, Roxas *de hæret. part.*2. *assert.*6.*num.*148. Simanc.*titul.*50. *num.*28. *& tit.*51. *num.*11.Galganet. *d. tit.*111. *num.* 9. Periculosum tamen est (vt ipsi prudenter animaduertunt) ex leui suspicione honestum hominem ad iudicium trahere, vt per Decian. *vbi suprà lib.*5. *cap.*47. *n.*2. Peña *in director. part.*3. *quæst.*87. *comment.*136. Scaccia *de indicio causar. ciuil. crim. & hæretic. cap.*59. *num.*10. *&* 11. Gabriel *cons.* 160. *num.*7. *lib.*1.& Martin.Delr.*lib.*5.*disquis.Magic. sect.*13. *in princip.*

Et ratione grauitatis causarum, quæ tractantur in his sanctæ Inquisitionis Tribunalibus, non solum ipsis Inquisitoribus, verum & † Commissariis ab ipsis deputatis, & Familiaribus, quos in Italia vocant, *Cruce signatos*, & reliquis Ministris plura priuilegia,immunitates, & exemptiones concessæ sunt, & præcipuè quoad forum, vt non nisi coram ipsis Inquisitoribus conueniri possint, saltem in causis criminalibus, & quidem etiam in ciuilibus officiales salariati earundem Inquisitionum, & in aliquibus prouinciis,vtpote Regni Valentiæ, Maioricensi,& aliis, etiam Familiares. De quo priuilegio, & eius ratione, & praxi agitur *in l.* 20. *cap.*5. *&* 6. *tit.*1. *lib.*4 *Recop.* in codice nouiter addito, vbi refertur concordia tandem facta inter Iudices sæculares, & Tribunalia sanctæ Inquisitionis, quam pluribus scholiis ornat Simancas *titul.*41.*num.*17. *& seqq.* Roxas *de hæret.* . *part.num.*422.Villadiegus *in Polit.cap.*5.§ 20. *num.*147. Marius Giurb. *cons.crimin.*96.*in princip.* Heuia Bolanus *in Curia Philip.*3. *part.* §.1. *num.*15.Doct.Narbona *in d.l.*20.*gloss.*21.*ex n.*1. qui latissimè dictam concordiam recenter interpretatus est, & nominis mei (quæ eius comitas est) honorificam mentionem fecit *in gloss.* 17. *num.*14.*pag.*512.& recentius eruditiss. D.Thom. Carleualius Senator Neapolitan. in præclaris disputat. quas nuper edidit *de iudiciis*, *& foro compet.disp...quæst.*6.*sect.*6.*per totam,ex pag.*219. Quos duos præstantissimos viros, me olim Simanticæ discipulos habuisse & lætor,& glorior, cum ipsi esse possint, & re vera sint aliorum Magistri.

Quam † concordiam obseruare iussi sumus his prouinciis Indiarum per schedul. dat. Matr. 10. Martij ann. 1553. vbi ea ad litteram refertur 1. *tom. sched. impress. pag.* 52. *& seqq.* & rursus per aliam Matrit. 7. Febr. 1569. dicta item concordia in epitomem redacta declaratur: *Quantos Familiares ha de auer en cada lugar, y que sean hombres llanos, y pacificos, y que se de lista del numero que ha de hauer, y de los que se nombraren,à los Cabildos, y Regimientos de las ciudades, villas, ò lugares donde huuieren de residir; y que en las causas ciuiles de los tales Familiares no tengan, ni pretendan los Inquisidores iuridicion alguna, ni tampoco en los delitos graues, como son lesæ Maiestatis humanæ, leuantamiento, ò rebelion alebe, fuerça de muger, ò robo de ella, y de robador publico, y de quebrantamiento de casa, Iglesia, ò Monasterio, ò en quema de campo, ò de casa, con dolo, y en resistencia, y desacato calificado contra las iusticias Reales, y en otros delitos mayores que estos; y ansimismo en los casos tocantes à los oficios,y cargos Reales, y de Republica, que huuieren administrado los dichos Familiares: Y que las dudas que huuiere sobre si el Familiar debe gozar, ò no de los priuilegios, se concuerden entre los Inquisidores, y los juezes seglares entre quien se ofreciere; y si no se concordaren, embien las informaciones, y sumarias à la Corte, para que las determienlos del Consejo Real, y de la Inquisicion: y que en el entretano que se ve y declara à quien pertenece la causa, estè preso en la carceleria en que le huuiere puesto el qui en la captura huuiere preuenido.*

Et quia hanc concordiam minus exactè obseruabant † Inquisitores Limani, & sub occa- 61
sione indebitæ tuitionis suorum Familiarium, & receptorum Prætores, Decuriones, & Tabelliones locorum valdè distantium ad suum Tribunal vocabant,notati sunt per schedul.dat. Matr.20.Ian.1587.*d.*1. *tom.pag.*51. & per aliam 8. Martij 1589. *ead.pag.*quod plures Familiares, quam opus erat, creabant, & interdum Commendatarios Indorum, & Decuriones, & Regios Officiales contra dictæ concordiæ prohibitionem.Et iterum per aliam apud D.Laurent. 23. Aug.ann.1595.2. *tom.pag.*15. reprehenduntur Inquisitores Mexicani, quod quendam Familiarem iuuare voluerint, vt coram Regali Cancellaria commissi officij receptionis mercium in portu Veræ crucis rationem non redderet.

Qui, † & alij excessus cum quotidie reno- 62
uarentur, & plures aliæ dubitationum differentiæ in his remotis partibus orirentur, quæ ex capitulis dictæ concordiæ terminari non poterant. Tandem Regia Maiestas Philippi Tertij iussit supremum Senatum sanctæ, & Generalis Inquisitionis cum Senatu Indiarum coadunari, & omnium suffragiis dicta dubia resolui, dictásque differentias componi,& quid in posterum seruari deberet, maturè, & opportunè decidi. Quod vero post varias sessiones peractum fuit, & ex declarationibus, & ordinationibus, quæ ex vtriusque Senatus consensu processerunt, edita fuit nobilis illa schedula,quæ vocatur, *La concordia del año de* 1610. quæ quoniam notabilis est, & ad paucorum manus peruenit, hic vtiliter subnectenda videtur,& ita habet.

EL REY. Marques de Montesclaros, Pariente, mi Virrey, Gouernador, y Capitan general de las prouincias del Pirù, y la persona que adelante me siruiere en el dicho cargo, Porque la paz, y concordia, y buena correspondencia entre los Ministros, y Tribunales es mui conueniente, y necessaria para el buen gouierno de los Reinos, y administracion de la iusticia: y auiendo tenido noticia el Rei mi señor, que aya gloria, que

entre los Virreyes de eſſas prouincias, y de Nueua-Eſpaña, y las Audiencias de ambos Reinos, y otros Miniſtros ſeglares de las Indias, y los Tribunales de la Inquiſicion de eſſa ciudad de los Reyes, y de la de Mexico, y ſus Comiſſarios, auia algunas diferencias, y competencias de iuriſdicion ſobre cauſas y negocios fuera del crimen de la heregia, ò dependiente della, y deſeando que ſe excuſen para adelante, y ſe dieſſe orden que conuinieſſe, y que cada vno acuda à lo que le tocare por razon de ſu oficio, y no ſe perturbe la paz. Mandè, que dos del Conſeio de la ſanta y general Inquiſicion, y otros dos del Real de las Indias ſe iuntaſſen, y vieſſen los papeles que acerca dello ſe auian remitido por vna, y otra parte, y ſe me conſultaſſe lo que parecieſſe. Y auiendoſe cumplido aſſi, y viſto, y conſiderado todo mui particularmente, y reſuelto lo que debia hazerſe por cada vno, quando las dichas competencias ſe ofrecieſſen, por no auerſe embiado haſta agora los deſpachos de lo que aſſi ſe reſoluio, he entendido, que las dichas competencias, y diferencias ſe han proſeguido, y ſido mayores, ſegun las dilaciones que dellas han venido, y para que ceſſen, y ſe haga todo como conuiene al ſeruicio de Dios, y mio, y à la autoridad de los Tribunales, Mando, que el deſpacho que eſtaba reſuelto en tiempo del Rey mi ſeñor, ſe haga luego en la conformidad que entonces ſe reſoluio, y que por ambos Conſeios ſe embie à los Tribunales, que dellos dependen: y lo que aſſi ſe acordo, y reſoluio es lo ſiguiente.

Primeramente, que los Inquiſidores del Pirù, y Nueua-Eſpaña, y del Tribunal que he mandado aſſentar en la ciudad, y prouincia de Cartagena, de aqui adelante, tacita, ni expreſſamente no ſe entrometan por ſi, ni por terceras perſonas en beneficio ſuyo, ni de ſus deudos, ni amigos à arrendar mis rentas Reales, ni à prohibir que con libertad no ſe arrienden en la perſona que mas por ellas diere, ſo pena de perder ſus oficios.

Item, que los dichos Inquiſidores, y Fiſcales, y los otros Oficiales ſalariados de eſſa, y las demas Inquiſiciones no traten en mercadurias, ni arrendamientos, por ſi, ni por interpoſitas perſonas, ſo pena de perdimiento de ſus oficios, y de lo que trataren, y contrataren.

Item, que los Inquiſidores, y Miniſtros de la Inquiſicion no puedan tomar, ni tomen por el tanto coſa alguna que ſe huuiere vendido à otro, ſino fuere en los caſos que les es permitido por derecho, y pudieran tantear, ſino fueran Miniſtros de la Inquiſicion: y que no puedan tomar coſa alguna de mercadurias, ò otras perſonas contra ſu voluntad, aunque ſea pagandola à taſſacion, ſino fuere en caſo de grande neceſſidad, para los preſos, ò obras de la caſa de la Inquiſicion, y no para las ſuyas, y ſus perſonas, y familias.

Item, que los negros de los Inquiſidores anden ſin eſpadas, ni otras armas; y ſi las traxeren ſino fuere acompañando à ſus amos, mis iuſticias Reales los puedan caſtigar, guardando en eſto el orden que tengo dado con los Oidores.

Item, que los Comiſſarios, y Familiares de las dichas Inquiſiciones, que fueren mercaderes, tratantes, ò Encomenderos, no ſean exemptos de pagar mis derechos Reales; y mis iuſticias Reales les compelan à ello, y les puedan reconocer ſus caſas, y mercaderias: y hallando auer cometido algunos fraudes en los regiſtros, caſtigarlos conforme à las leyes, y ordenanças Reales; y los Inquiſidores contra eſto no los amparen, y d fiendan.

Item, que mombrando la iuſticia Real ſegla por depoſitario de algunos bienes à algun Fam liar, le pueda compeler à que de cuenta de los ta les bienes, y caſtigarle ſiendo inobediente.

Item, que los Familiares de la Inquiſicion qu tuuieren repartimientos, ò feudos mios, quand vinieren enemigos à las coſtas vayan à guardar las à las partes, y lugares que el Virrey, y Cap tan general les ordenare, y hagan las otras coſa que tienen obligacion, conforme à ſus feudos.

Item, que los Comiſſarios de la Inquiſicion n den mandamientos contra las iuſticias, ni otra perſonas ſino fuere por cauſas de la Fè en los ca ſos que les es permitido, todo conforme à ſus titu los, ò por comiſſion eſpecial de los Inquiſidores.

Item, que los Oficiales Comiſſarios, y Familia res de la Inquiſicion no gozen del fuero de la In quiſicion en los delitos que huuieren cometido an tes de ſer admitidos por Oficiales, Comiſſarios, Familiares.

Item que los Inquiſidores no detengan los cor reos y chaſques, y alcen la prohibicion que contr eſto tienen hecha, porque el Correo mayor les dar auiſo quando partieren los tales correos, com mando lo haga y cumpla.

Item, que los Inquiſidores de aqui adelante ten gan mucha conſideracion en proceder contra lo Alguaciles Reales, y no los prendan ſino en ca ſos raros y notorios, en que huuieren excedid contra el ſanto Oficio.

Item, que los Inquiſidores alcen la prohibicio que tienen hecha de que ningun nauio ſalga d puerto, ni perſona ninguna parta del Reino ſi licencia ſuya.

Item, que ſucediendo algun Inquiſidor, ò Mi niſtro de la Inquiſicion en algunos bienes litigio ſos por teſtamento, ò otro titulo, no ſe traigan lo pleitos que ſobre ello huuiere à la Inquiſicion, ſin que ſe determinen, y acaben donde fueren comen çados, ò huuieren de ir en grado de apelacion.

Item, que eſtando preſos en la Inquiſicion al guno, ò algunas perſonas por algun delito, aun que ſea de la Fè, los Inquiſidores no den manda mientos contra las iuſticias para que ſobreſean y paren en los pleitos que los tales preſos tuuiere ante las tales iuſticias.

Item, que los Inquiſidores tengan mucho cui dado de nombrar por Familiares, y Miniſtro de la Inquiſicion perſonas quietas, de buena vida y exemplo.

Item, que en la Veracruz, por ſer puerto prin cipal, y eſcala del Reino de la Nueua-Eſpaña aya vn Alguacil de la Inquiſicion, el qual goz del fuero della como Familiar, y los Alguacile que huuiere nombrados en las otras ciudades, vil las, y lugares de eſſos Reinos de las Indias ſe qui ten luego.

Item, que los dichos Inquiſidores no nombre por Calificadores del ſanto Oficio à ningun Reli gioſo, que no aya paſſado à aquellos Reinos co licencia mia, y de ſu Prelado.

Item, que ſiendo Calificador de la Inquiſicio algun Religioſo, ſi à ſu Prelado le pareciere mu darle à otra parte por algunas conſideraciones, lo Inquiſidores no ſe lo impidan.

Item, que los Familiares que tuuieren oficios pu blicos, y delinqueren en ellos, ſean caſtigados po mis iuſticias Reales, y los Inquiſidores no los defien dan.

dan, ni amparen contra esto; y lo mismo se entienda con los Comissarios que delinquieren en los oficios, ò ministerios de Curas, ò Prebendas que tuuieren, sino que los dexen à sus Ordinarios.

Item, que estando amancebados algunos Familiares de la Inquisicion, y procediendo mis iusticias, ò las Eclesiasticas por el dicho amancebamiento contra ellos, los Inquisidores no los amparen, ni defiendan, auiendo las dichas iusticias preuenido la causa.

Item, que los Inquisidores no den mandamiento contra las Vniuersidades, en que manden se gradue algun Doctor por Claustro, contra los estatutos, y constituciones dellas, ni se entrometan en cosas semejantes, ni en negocio de gouierno, que no tocan a su ministerio.

Item, que el dia que se huuiere de celebrar auto de la Fè, los Inquisidores de aqui adelante no prohiban traer armas, pues si conuiniere que no se traigan, el Virrey lo mandarà proueer assi.

Item, que quando los Inquisidores fueren à alguna Iglesia à publicar el edicto de la Fè, ò à hazer otro acto de iuridicion, se sentaran en la Capilla mayor en sillas, teniendo delante vna alfombra, y almohadas, y los oficiales vn banco cubierto con vna alfombra.

Item, que los Inquisidores no procedan por censuras contra el Virrey en ningun caso de competencia de iuridicion. Y el Virrey no aduocarà ninguna causa, ò delito de Familiares, ò Ministros de la Inquisicion, en que obiere, ò se esperare auer competencia de iuridicion; antes lo dexe à las Audiencias, y iusticias ordinarias, para que con ellos los dichos Inquisidores puedan formar la dicha competencia, si la huuiere de auer.

Item, que por escusar toda manera de competencia entre los Inquisidores, y las Audiencias Reales, y las otras mis iusticias seglares sobre el conocimiento de las causas criminales de los Familiares, fuera del crimen de la heregia, ò dependiente della, y que se conserue entre ellos toda buena paz, y correspondencia, Mando, que de aqui adelante, quando se ofrecieren las dichas causas de competencias, el Oidor mas antiguo de mi Audiencia Real de Lima, ò de la de Mexico respectiuè, se iunten con el Inquisidor mas antiguo de la dicha Inquisicion, y ambos confieran, y traten sobre el negocio en que obiere la dicha competencia, y procuren de concordarlo por la via y orden que mejor les pareciere; y no se concordando los dichos Inquisidores, nombren, y escojan tres Dignidades Eclesiasticas, y dellos el Virrey elija vno que se iunte con los dichos Inquisidor, y Oidor mas antiguos, y se guarde lo que pareciere à la mayor parte: y sino la huuiere, por ser todos tres votos singulares, el Virrey vea la causa, y se guarde el parecer con quien conformare.

Y porque en el Pirù, quando ai auto de la Fè, siempre se ha acostumbrado, que el Virrey ha ido acompañado de la Audiencia, Ciudad, y Caualleros, y entre en el patio de la Inquisicion, donde estan aguardando los Inquisidores, y alli toman el Virrey en medio, quando ai dos Inquisidores: y si vno solo, và el Virrey à la mano derecha, y el Inquisidor à la izquierda: y por el mismo orden se assietan en el auto; y acabado buelue el Virrey con los Inquisidores hasta la Inquisicion, y dexandolos en el patio della, se và a su casa con el mismo acompañamiento. Y mi voluntad es, y mando, que esta orden se guarde de aqui adelante, assi en el Pirù, como en la Nueua-España, no embargante que en la Nueua-España, aya auido diferente costumbre.

Y porque mi voluntad es, que se guarde, y cumpla lo contenido en los veinte y seis Capitulos arriba escritos, os mando, que en lo que os tocare los cumplais, y guardeis, y hagais guardar, y cumplir, y executar, segun, y como en ellos se contiene, y declara; y que contra el tenor, y forma dellos no vais, ni passeis, ni consintais ir, ni passar en manera alguna: y à los Tribunales, y ministros del S. Oficio se ordena lo mesmo por el Consejo de la santa y general Inquisicion, por los despachos que de la misma fecha destos se embian para el Consejo, para que por sus partes, y lo que les toca assi lo cumplan puntual, y precisamente, terneis con ellos, y procurareis que se tenga todo buena correspondencia, honrandolos, y dandolos todo el fauor y ayuda que conuiene para el ministerio tam santo que exercen, que en ello serè seruido, y à las Audiencias de la Plata de S. Francisco de Quito y Chile embiareis vna copia desta cedula, para que la pongan en sus archiuos, y tengan entendido lo que se prouee, y ordena, y lo cumplan, y hagan cumplir en los casos que en sus distritos se ofrecieren de los expressados en ella, y podreis escusar de embiar lo mesmo a las Audiencias del Nueuo-Reino de Granada, y Tierra firme, porque por comprehenderse en el distrito de la Inquisicion que nueuamente he mandado fundar en la ciudad de Cartagena, se les embia la orden que han de guardar, assi de lo que les es comun de los Capitulos arriba contenidos, como de lo que de nueuo con la dicha fundacion se ordena, y manda, conforme à lo que ha parecido, que los vnos, y los otros deben guardar, y cumplir: y este original hareis poner en el Archiuo de essa Audiencia. Fecha en Lerma à 22. de Mayo de mil y seiscientos y diez anos. Yo el Rey. Por mandado del Rey nuestro Señor. Pedro de Ledesma.

Cæterum cum in cap. 25. dictæ sched. quod agit de cognitione, & decisione † competentiarum, quæ ratione iurisdictionis inter Inquisitores, Regales Audientias, & alios iudices sæculares quotidie suboriri solent, non exprimeretur locus, in quo ad talem decisionem faciendam Inquisitor, & Auditor antiquior coadunari deberent, & vterque prætenderet alium ad se trahere, eo quod multis retro annis in his prouinciis Indiarum de prælatione decertent, & † Auditores pro se habeant consuetudinem, & schedulas aliquas, quæ eis priorem locum deferendum esse declarant. Quas tamen Inquisitores admittere nolunt, eo quod per Tribunal supremæ Inquisitionis expeditæ non fuerint. Res in antiqua confusione permansit, quia super quolibet dubio competentia iurisdictionis formabatur, & nunquam decidebatur ob concursus, & præcedentiæ dubitationem. Quod effecit, vt plurimæ, ac grauissimæ causæ ciuiles, & criminales cum graui partium damno, & Reip. scandalo indecisæ manerent, & hucusque permaneant. Vnde plures super hoc litigantium querelæ, & Proregum, Audientiarúmque epistolæ ad Regias aures, & supremum Indiarum Senatum peruenerunt, cuius consultationibus circa hunc articulum præcedentibus, Rex noster † declarauit per sched. Matr. 19. Nouembr. ann. 1618. Que las juntas se hiziessen en vna sala de las casas Reales, y que el Oidor auia de preferir

ferir, y prefiriesse al Inquisidor. Idemque ipsum
rursus repetitum fuit per epist. ad Limanam
Audientiam scriptam 28. Maij ann. 1621.

Et sanè (iudicio meo) satis iuris regulis con-
66 sentaneè. Nam vbi hæ † competentiæ forman-
tur, non agitur de causis Fidei, hæ enim peni-
tus Inquisitoribus reseruantur, vt suprà ani-
maduerti. Sed de temporali, ac Regali iurisdi-
ctione coram his, vel aliis iudicibus exercenda.
In qua Auditores ordinariam habent, & vt ita
dicam, truncalem, vel radicalem, Inquisitores
67 † verò delegatam, ac propter causæ priuile-
gium erga certas personas, & causas sibi con-
cessam, vt patet ex constit. Vrban. & Clem. IV.
& docent DD. *in cap. ad abolendam, §. si verò,
de hæret. direct. Inquis.* 3. *part. quæst.* 4. Vbertus
verb. Inquisitor, Simanc. *in titul.* 7. *num.* 4. Mos-
con. *d. cap.* 11. *in princ.* Vnde orta quæstione
68 super fori declinatoria fauorabilior † in dubio
iudicanda est ordinaria iurisdictio, quam dele-
gata, & extraordinaria, quæ & odiosa dicitur,
& censetur, vt per gloss. *in cap.* 1. *verb. Pro-
cessus, de rescript. in* 6. Menoch. *lib.* 2. *præs.* 16.
num. 13. *& lib.* 1. *de arbitrar. quæst.* 37. *num.* 14.
Magon. *decis. Florent.* 87. *num.* 3. & Aluar. Va-
lasc. *cons.* 152. *num.* 9.

Et vbi daremus æqualem esse dignitatem, &
69 auctoritatem Inquisitorum, † & Auditorum,
Auditor qui ordinariam defendit, & repræsen-
tat, meliorem quidem, & honoratiorem locum
habere deberet. Non enim omninò assentior
Narbonæ, qui *in d. l.* 20. *Recop. gloss.* 22. per to-
70 tam, indistinctè † hanc iurisdictionem sancti
Officij in causis Familiarium Ecclesiasticam, &
Apostolicam facit. Cum id non satis admittant
verba eiusdem legis, ibi: *Como juezes que para
ello tienen iurisdicion de su Magestad.* Et certum
sit, iura, quæ Narbona in contrarium expendit,
in Hispania obseruata non fuisse, quovsque
Reges Catholici in honorem, & fauorem Fi-
dei, & Inquisitionis, hanc partem suæ iurisdi-
ctionis per Inquisitores exerceri voluerunt.

71 Neque obstat, quod † *d. cap.* 25. dicat: *Que
el Oidor mas antiguo se junte con el Inquisidor
mas antiguo, &c.* Vnde videtur, quod ille hunc
sequi debet, & ad eius domum accedere. Nam
hoc nihil stringit, cum sine aliqua iuris partium
ponderatione effutitum potius, quam dictum
reperiatur, *arg. l. si quando, C. de inoff. test.* præ-
sertim cum in coniunctis non soleat curari or-
do litteræ, *l. quoties, §. vniuersorum, D. de vsufr.*
72 Et dictio † *cum,* quando ponitur inter personas,
vel etiam inter res, quarum vna alteri accessoria
non erat, eas æquè principaliter iungit, vt post
plures, quos refert, tradit *Cened. sing.* 9. *num.* 5. *&
seqq.* & Aug. Barbos. *in tract. de dictionibus, verb.
Cum,* & Tusch. *eod. verb.*

Sed quamuis dicta declaratio præcesserit, ad-
huc Inquisitores Limani, & Mexicani ei ac-
quiescere noluerunt, eandem causam prætexen-
73 tes, quod † Regis mandatum ad id exequen-
dum non haberent per supremum generalis
Inquisitionis Consilium, cui ipsi suberant, ex-
peditum. Quo factum est, vt dictarum litium
cursus indies magis, ac magis protelaretur, &
ita, vrgente Indiarum Senatu, vt competens
huic damno remedium adhiberetur, Rex noster
vtriusque Senatus votis, & consultationibus
attentè perspectis, his vltimis diebus ad dictas
differentias super præcedentia sedandas, hanc
formam præscripsit, vt antiquior Auditor, & Inquisitor in Palatio Regio coram Prorege conuenirent, & manus dextræ locum, qui eorum in munere antiquior esse reperiretur, haberet, atque occuparet. De quo per vtrumque Senatum sched. expediri iussæ sunt ann. 1636. quæ nescio an adhuc ab Inquisitoribus receptæ sint.

Qualiter verò in Hispaniæ Regis † similes competentiæ terminentur, & quæ regulæ ad earum decisionem seruandæ sint, videbis apud Simancas *tit.* 41. *num.* 21. Ceuallos *in tract. de violentiis, gloss.* 15. *num.* 16. *& seqq. &* 2. *part. quæst.* 23. *num.* 9. *&* 10. Narbon. *in d. l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop. ex gloss.* 7. *ad* 20. *&* 73. *&* 24. D. Valençuela *cons.* 191. *num.* 13. *fol.* 586. vbi tractat, quid debeant † probare Familiares, vt gaudeant priuilegio Inquisitionis, & Carleual. *tract. de iudic. disput.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 6. *ex num.* 511. *ad* 524. vbi optimè Narbonam reprehendit, quod Familiares delinquentes in officio, per omissionem, docuerit ab Inquisitoribus puniendos esse, sic exceptionem dictarum schedularum restringens.

Planè illud inconcussè † eisdem Familiaribus concessum est, vt possint arma portare, quod promanat ex alio, quod ipsi Inquisitores, quibus assistunt, & famulantur, possint habere † familiam armatam ad munus, & officium sibi iniunctum meliùs exequendum, *Clem.* 2. *§. vltim. de hæret. cap. statutum,* cum gloss. *verb. Indirectè, eod. in* 6. & de vtroque loquitur Bobadilla, addens, quod possunt procedere contra eos, qui eis arma auferre voluerint, *in Polit. lib.* 2. *cap.* 17. *numer.* 80. vbi allegat Hippolyt. Bald. Lucernam Inquisit. Paul. Fusc. Menoch. Simanc. Couarr. Redin. Salced. Placam, Roxas, Dueñ. Roland. Decian. Lælium Iordanum Villad. repetit ipse Bobadilla *eod. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 9. *&* 28. & prosequitur Narbona *d. l.* 20. *gloss.* 18. *num.* 85. & post Peñam extendit Salced. *in prax. cap.* 150. *num.* 26. ad cæteros Ministros, qui quamuis alia ratione sancto Officio inseruiunt, veluti Commissarios, Consultores, Aduocatos, Notarios, Custodes carcerum, siue Commentarienses, & alios. Nam hi omnes ratione officij infecti sunt hæreticis, & impiis hominibus; vt optimè tradit Peña schol. 114. vbi, quod plus est, idem dicendum existimat de illis, qui publicè scribunt aduersus hæreticos: *Hi enim* (inquit) *non modò sacri officij Ministri sunt, verum, quod amplius est, Fidei defensores. Qui cum multos habeant inimicos, iustum videtur, vt hoc priuilegio delationis armorum vtantur, aut saltem iustissimum esset, vt ad hos etiam benignitate Pontificia extenderetur.* Et idem tractat alios Auctores referens Diana *d. tract.* 8. *resolut.* 31. *pag.* 398. quo in tractatu & in præcedentibus plurimas quæstiones ad officium Inquisitorum pertinentes adducit.

Habent etiam Inquisitores inter alia priuilegia illud valdè notabile ex Bulla Pauli III. & Pij V. † vt si quas præbendas in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis obtineant, pro præsentibus, & residentibus habeantur, de quo agit Roxas *de priuil. Inq. num.* 420. *& sing.* 69. Spin. *in specul. testam. gloss.* 3. *in princ. num.* 78. & alij, quos refert Barbosa *in remiss. ad Concil. Trid sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* & nouissimè Diana *d. tractat.* 8. *resolut.* 91. *pag.* 416. & sic in tota

Hispania obseruatur, etiam in Ecclesiis, quæ de iure Regij patronatus existunt. Et aliquando id etiam in his prouinciis Indiarum obtentum fuit in Inquisitoribus Mexicanis Bonilla, & D. Alphonso de Peralta, qui in Metropolitana eiusdem vrbis Ecclesia dignitates habuerunt, & Limæ in Inquisitore Cereçuela. Sed posteà hoc in supremo Indiarum Consilio admissum non est, ne Ecclesiæ, quæ vix sufficientibus præbendariis abundant, hoc facto, necessario seruitio priuentur; maximè vno Canonicatu in singulis earum pro reditibus S. Inquisitionis supprimi iusso, *vt sup.* retulimus. Et inuenio sched. dat. Pardi 25. Ianuar. ann. 1569. *tom. 1. pag. 56.* cum Regiis officialibus Limanis loquentem, quæ iubet, quòd si fortè aliqui ex dictis Inquisitoribus ad aliquam Dignitatem, Canonicatum, vel Beneficium à nostris Regibus præsententur, eius reditus pro rata ex Inquisitionis salario detrahantur. Quod satis notabile est, sed parum practicatur, quoniã (vt dixi) iam eis præbendæ dari non solent. Est autem valdè notandum, & magnificaciendum dictum priuilegium Inquisitorum, vt pro residentibus habeantur; † quoniam cùm idem prætenderent Commissarij Subdelegati sanctæ Cruciatæ, id eis denegatum fuit, iussúmque, vt non residentes à suis Prælatis mulctentur per sched. dat. Matr. 17. Martij & 27. April. ann. 1619.

Denique illud animaduerto, quòd † etsi aliquis qui in Hispania hæresis crimen, vel aliud commiserit, quod ad cognitionem Inquisitionis pertineat, ad Indias, vt quotidie accidit, transfretauerit, adhuc ab Indianis Inquisitionibus puniri poterit, absq; vlla remissione ad locum originis domicilij, vel commissi delicti. Est † námque in hæreticis speciale, vt vbicúmque reperti, & comprehensi fuerint, ibi puniri possint, quia vbique est Tribunal Domini, *vt arg. l. Arriani, l. Machæos, de hæret. & l. 2. C. de apostatis,* docet Cynus *l. 1. in fin. C. de summ. Trin.* gloss. & Ioan. Andr. Philip. Franc. per textum ibi *in cap. vt commiss. de hæret. lib. 6.* & alios referens Dueñ. *reg.* 378. *fin.* Roxas, omninò videndus, *de hæret. sing.* 153. Maximè cum talis hæreticus, † si in hæresi, vel Iudaismo perseueret, quotidie idem delictũ patrare videatur, & sic hac de causa ibi, vbi apprehenditur ratione delicti forum sortiri, vt contingit in latrone, qui secum rem furto subtractam portat, cuius † remissionem multi eadem ratione excusari posse defendunt, vt constat ex Paul. Castr. *in l. siue manifestus 5. §. 1. D. de condict. furt.* Oper. *decis.* 218. *n.* 2. Capic. *decis.* 104. Dueñas *reg.* 78. *n.* 5. Socin. *in cap. 1. n. 5. de raptor.* Viuio *lib. 1. commun. verb. Iudex domicilij, n.* 11. Villalob. *commun. opin. verb. Reus, num.* 65. quorum sententiam valdè probabilem existimat D. Balboa *in cap. fin. de foro competent. art. 3. num.* 167. licèt statim *num. seq.* contrariam magis communem appellet.

Et ex his Ego, in ardua quæstione consultus, inferebam, tentari etiam posse, vt † etsi non persona, sed bona talis delinquentis in aliquo loco reperta sint, vbi nec ipse delictum commisit, nec originem habet, adhuc si delictum notorium fuerit, posse aduersus bona absque vlla remissionis necessitate procedi per Inquisitores, in quorum districtu bona reperta sint, cum quod in personam concedimus, multò magis in bonis admittere debeamus, argument. eorum quæ latè, & vtiliter notat Euerard. *in locis legal. loco* 1. Et huiusmodi † bona à die patrati criminis in commissum cecidisse videantur, atque adeò possit fiscus Inquisitionis in illa manum iniicere, & cum ipsis bonis, processu formato, eisdem sententiam dicere, iuxta *l. Imperatores,* cum similib. *de publican. & vectigal.* latè Mauson. *in tract. de contrauandis, c.* 1. Præsertim cùm in hoc crimine illud sit speciale, vt citatus, contumaciter absens, absque alia probatione condemnari possit pro hæretico, *cap. cùm contumaciam 7. de hæret. in 6.* Archid. *in cap. vt commissi, n.* 3. Ioan. Andr. Franch. Sylu. & alij, quos refert Simanc. *de Cath. inst. tit.* 2. Rub. *de absent. n. 1. & seqq.* Carrer. *tit. de hæret. num.* 112. & 118. Tiber. Decian. *lib. 5. crimin. cap.* 20. *num.* 19. & *cap.* 27. *num.* 7. & *c.* 32. *n.* 10. Galganet. *tit.* 111. *n.* 54. vbi circa formam procedendi contra absentes, & contumaces in crimine hæresis se remittit ad ea, quæ tradit Archid. *in c. vt commissi, de hæret. in 6.* & ibi Gemin. & Vmbert. Locatus *in iudiciali Inquisitor. verb. Citatio, n. 14. vers. Tu dic,* & Simancas *d. tit. 2. per totum.*

CAPVT XXV.

De Bullæ Cruciatæ prædicatione, & Commissariis ad eius expeditionem in partibus Indiarum electis, eorúmque auctoritate, & iurisdictione, & de aliis Bullis, & Breuibus Apostolicis, & quando, & qualiter in eisdem Indiis admitti, & exequi debeant?

SVMMARIVM.

1 *Bullæ sanctæ Cruciatæ prædicatio in Indiis qualis?*

2 *Quæstorum eleemosynarum abusus sublatus, & punitus, & iura, & schedulæ de hoc agentes.*

3 L. 1. cum aliis, tit. 9. Recop. *illustratur.*

4 *Quæstores eleemosynarij, qualiter Indos vexarent, & expilarent?*

5 *Quæsturæ fratrum S. Antonij, an per Trident. sublatæ sint?*

6 *Eleemosynarum petitio sub prætextu indulgentiarum legitimè concessarum, prohibita non est.*

7 L. 21. tit. 18. par. 3. *ponderatur, & exornatur, & n.* 14.

8 *Cruciatæ concessio, & eleemosynarum, quæ eius virtute corrogantur, quando Regibus nostris facta fuerit?*

9 *Eleemosynarum quæstores, & petitores, quando permitti debeant?*

10 *Indulgentiæ possunt habere respectum ad rem temporalem in pios vsus concessam.*

11 *Bullæ Cruciata de materia, & explicatione, & variis quæstionibus ad eam pertinentibus, qui scripserint?*

12 *Gratiæ Bullæ Cruciatæ, an strictè, vel latè interpretandæ sint? remissiuè.*

13 *Cruciata Bulla cur ità fuerit appellata?*

14 *Cruciatæ mentio reperitur in quadam lege partita, quæ refertur, & ponderatur.*

15 *Indiarum prouinciæ sunt accessoriè vnitæ Regnis Castellæ.*

16 Cruciatæ prædicatio concessa pro Regnis Hispaniæ ad prouincias Indiarum extendi potuit.

17 Cruciatæ expeditio in prouinciis Indiarum, qua forma constituta fuerit?

18 Commissariorum Subdelegatorum sanctæ Cruciatæ in Indiis institutio, numerus, & officium, & de eorum Ministris.

19 Thesaurariorum S. Cruciatæ nominatio, & officium.

20 Cruciatæ reditus in Indiis, ad quam vsque summam ascendere soleant.

21 Prædicatio Bullæ Cruciatæ, quo modo, & pro quo tempore in Indiis fieri soleat?

22 Eleemosyna pro consequendis gratiis Bullæ Cruciatæ quo modo taxetur in prouinciis Indiarum.

23 Bullæ Cruciatæ eleemosynam in Indiis augere, & singulis annis colligere, an expediat? sæpè in quæstionem vocatum est, & Auctoris iudicium.

24 Bullæ Cruciatæ noua prædicatio, si fortè aliqua de causa in Indiis vltra tempus solitum differatur, adhuc fideles vtuntur, & fruuntur gratiis præcedentis prædicationis.

25 Commissariorum Cruciatæ in Indiis dignitas, honor, & præeminentia, & schedulæ de hoc agentes.

26 Commissariorum S. Cruciatæ in Indiis cognitio, & iurisdictio, & qualiter sit priuatiua, & cum inhibitione Regiarum Cancellariarum, etiam per viam violentiæ, & compendium schedularum, quæ de his agunt.

27 Appellationes à Commissariis Subdelegatis sanctæ Cruciatæ, quomodo, & ad quos interponantur?

28 Cognitionem per viam violentiæ non dari Regalibus Audientiis in causis Cruciatæ, qui asserant?

29 Commissarij Cruciatæ procedere possunt contra eos, qui Ministros suos turbant, vel impediunt in suis officiis, vel exemptionibus, sed non per censuras, & quare?

30 Inquisitores posse procedere per censuras contra turbantes exemptiones suarum Familiarium, & Ministrorum, putat Narbona, & quare?

31 Episcopus, qui simul est dominus temporalis alicuius loci, in causis, in quibus tanquam talis cognoscit, non potest procedere per censuras.

32 Appellationes ab Episcopis, simul dominis temporalibus, vbi vt tales pronuntiant, ad Regia Tribunalia superiora deferenda sunt.

33 Rex vbi simul est Dux, & iudicat vt talis, appellatur ad superiorem in Ducatu.

34 Competentiæ iurisdictionis, si quæ fortè oriantur cum Commissariis Cruciatæ, quomodo terminandæ sint?

35 Commissarij sanctæ Cruciatæ, quando, & in quibus actibus Auditores præcedant?

36 Rationalis, vulgò Contador, S. Cruciatæ, an Fiscales Regiæ Cancellariæ præcedere debeat?

37 Commissarij S. Cruciatæ an possint cognoscere de bonis vacantibus, & intestatorum, & ea Cruciatæ iuribus applicare?

38 Religiosi Beatæ Mariæ de Mercede prætendebant in Indiis bona, quæ vocantur de Mostrenco, & qualiter exclusi fuerint?

39 Bona vacantia, & de Mostrenco regulariter pertinent ad Regalia, & per Regios Officiales colligenda, & administranda sunt.

L. vacantia, C. de bon. vacant. l. 7. & 9 tit. 10. l. 7. & 8. tit. 13. lib. 6. Recop. illustrantur, ibid.

40 Bona de Mostrenco cur dicantur, quæ certum dominum non habent?

41 Commissarij Cruciatæ in Indiis, si velint cognoscere de bonis de Mostrenco, debent ostendere peculiarem delegationem ad hoc.

42 Bullarum Apostolicarum retentio, quæ per Regium Indiarum Consilium priùs visa non fuerint, qua ratione fundetur? & sched. de hoc agentes.

43 Nuntij Apostolici Hispaniæ iurisdictio, & Breuia ad prouincias Indiarum non extenduntur.

44 Bullarum retentio faciliùs debet permitti in prouinciis Indiarum, quam alibi, & quare?

45 Bullarum retentionis materiam Auctores plurimi tractant, qui recensentur.

46 Bulla in Cœna Domini non comprehendit retinentes Bullas Apostolicas ex iusta causa, & ad effectum supplicandi de illis apud Sed. Apost.

47 Supplicationes à Bullis Apostolicis, quæ ex iustis causis retinentur, qualiter, & à quibus interponi, & prosequi debeant?

48 Executoriales in Romana Curia in contradictorio iudicio à partibus impetrati, retineri non debent, nec à Fiscalibus impediri.

49 Bulla in Cœna Domini qualiter in prouinciis Indiarum singulis annis publicetur, & qui de ea agant?

AD eandem quoque, de qua agimus, rerum, & Tribunalium Ecclesiasticorum tractationem pertinet, vt aliqua dicamus † de Bullæ Cruciatæ in his Indiarum partibus prædicatione, & Iudicibus, siue Commissariis Subdelegatis, qui in causis ad eandem prædicationem pertinentibus priuatam iurisdictionem exercent.

Et sciendum quidem est, quòd † quamvis quæstorum abusus, qui sub occasione plures eleemosynas à populis corrogandi, in eis conciones habebant, & varias indulgentias pollicebantur, quibuscunque priuilegiis non obstantibus, meritò extirpari, & puniri iussus fuerit, *in cap. cùm ex eo, de pœnit. & remiss. Clem. abusionibus; eod. tit. cap. vt officium, §. compescendi, de hæret. in 6.* Conc. Trid. *sess. 5. de reform. c. 2. sess. 21. c. 9. sess. 25. ad fin. in decreto de indulgentiis*: quibus de iure nostro Regio consonat † text. *in l. 1. & vlt.* cum aliis *lib. 1. tit. 9. Recop. & de iure Indiarum sched.* 6. Decemb. ann. 1571. & 13. Nouembr. ann. 1582. quæ referuntur 4. *tom. impress. pag. 267. & pag. 327.* & strictiùs epist. dat. Pard. 2. Decembr. ann. 1609. directa ad Dom. Marchionem de Montesclaros Proregem Peruanum, vbi referuntur † excessus huiusmodi quæstorum inter Indos, & qualiter eos vexabát, & expirabant sub prætextu eleemosynarũ, quarum promissionem ab eisdem extorserant, iunctis aliis, quæ de dictis quæstoribus, eorúmque damnis

damnis, & fraudibus, tradunt Dec. *conf.* 277. Nauar. *conf.* 33. *sub tit. de pœnit. & remiss.* vbi tractat, an † per decisionem Concilij sublatæ sint quæsturæ Fratrum S. Antonij pro se, & ægrotis Mendicantibus, idem Nauar. *de indulg. notab.* 31. *a n.* 46. Vgolin. *de Episcop. cap.* 8. §. 4. *n.* 6. & 2. *par. cap.* 41. §. 3. *n.* 1. Zerola *in prax. Episcop.* 1. *par. verb. Quæstores*, Did. Perez *in l.* 7. *tit.* 8. *lib.* 1. *Ordin.* Auiles *in cap.* 51. Prætor. Auend. *lib.* 2. *cap.* 30. Paul. Fuscus *de visitat. lib.* 1. *cap.* 30. *numer.* 36. Enriq. *in summ. lib.* 7. *cap.* 29. Cened. *in collect. ad Sext. cap.* 9. Eman. Rod. *tom.* 3. *quæstion. reg. q.* 32. *art.* 11. Erasm. Cochier *de iurisd. in exempt. par.* 2. *q.* 45. *n.* 96. Iul. Labor. *de indulg.* 2. *par. c.* 13. Aloif. Ricc. *in prax. aurea cap. resol.* 290. Aug. Barbosa *de offic. Episc.* 3. *par. alleg.* 109. & *in collect. nouiss. ad d. c.* 9. *Concilij*, vbi alios adducit.

Non ideò tamen † damnatæ sunt, nec damnari possunt indulgentiæ, atque aliæ spirituales gratiæ, quæ cum licentia, & beneplacito sedis Apostolicæ, per Ordinarios locorum, debitis modis, & temporibus populo publicantur, nec eleemosynæ, & charitatis subsidia, quæ à fidelibus piè offeruntur, vt hos cœlestes Ecclesiæ thesauros consequantur, vt expresè decidit idem ipsum Conc. Trid. *d. sess.* 21. *c.* 9. & Auctores sup. citati, & † optimus tex. *de iur. nostro in l.* 21. *tit.* 18. *par.* 3. vbi refertur forma licentiæ, quam Reges concedere solent, vt virtute litterarum Apostolicarum eiusmodi quæstores in suis Regnis eleemosynas colligant.

Et ad hunc nimirum casum spectat concessio, & † prædicatio Bullæ, quæ vocatur *Sancta Cruciata*, & indulgentiarum, gratiarum, ac dispensationum, quæ in ea continentur, quam summi Romanæ Ecclesiæ Pontifices nostris piissimis, & Catholicissimis Hispaniæ Regibus fecerunt, & permiserunt, iam inde à temporibus Iulij 2. felicis recordationis an. 1509 ita vt eleemosynis voluntariè oblatis, ab iis, qui gratiis, & indulgentiis in dicta Bulla contentis, vti, & gaudere vellent, pro Fidei defensione, exaltatione, & dilatatione, iuuari possent.

Et ita Zerola *vbi suprà* resoluit sacram Congregationem Cardinalium declarasse, † prauos eleemosynarum quæstore, prohiberi debere, non autem illos, qui eleemosynas collectas in pios vsus erogant. Et iterum, dari posse licentiam petendi eleemosynam personis bonæ existimationis, dummodò in illis petendis superstitionibus, & illicitis suggestionibus non vtantur, sed simpliciter, ac modestè eleemosynas petant, eásque in pij loci vtilitatem transportent.

Et magis in specie, † quòd indulgentiæ, licèt non præcipuè ad quæstum, sed ad pietatem ordinari debeant vt inquit Concil. *d. c.* 9. *in fin.* habere tamen possint aliquem respectum ad rem temporalem in pium finem directam, docet Sylvest. *in summ. verb. Indulgentia, q.* 6. & in terminis Bullæ, de qua agimus, Eman. Roder. *in explic. Bullæ Cruciatæ*, §. 1. *dub. vlt.*

In quo quidem tractatu † plures satis vtiles quæstiones congessit de gratiis, & indulgentiis dictæ Bullæ, tam circa viuos, quàm defunctos, & de dispensationibus, absolutionibus, & compositionibus, quæ eius virtute fieri possunt, & solent De quibus etiam integrum alium librum edidit Ant. Gomez. & alium de Bullis defunctorum Alphonf. Carrill. Sotus *in* 4. *dist.* 21. *q.* 1. & *seqq.* Nauar. *de indulg. ferè per totum*; & Iul. Laborius *in eod. tract.* & plurimi alij, quos nouissimè congessit Aug. Barbosa *in collect. ad Conc. Trid sess.* 25. *sup. Decret. de indulg.* Fr. Ioan. Baptista *in aduertent. Confess. Indiar.* 1. *par. fol.* 91. & 96. Cened. *in pract. q.* 32. Dom. D. Felician. à Vega *in cap.* 4. § *de adulteriis, de iudiciis, num.* 120. Parlador. *in sexquicent. differ.* 13. §. 1. *num.* 10. Vbi disputat, † an Bulla Cruciatæ, & gratiæ, 12
ac priuilegia, quæ per eam conceduntur, strictè, vel latè interpretanda sint, & pleniùs cæteris D. Perez de Lara *in docto suo trium gratiarum compendio, par.* 1. *per tot.* vbi sigillatim *pag.* 24. 28. & 32. enumerat omnes gratias, indulgentias, & priuilegia, quæ per hanc Bullam conceduntur, & *pag.* 9. omnes Pontifices, qui econcesserunt ex Iulio an. 1509. vsque ad Paul. V. ann. 1605.

Et pag. 21. inquit, † ideò fuisse appellatam 13
Cruciatam, quia in ea dicitur, quòd qui in eius prædicatione occupandi fuerint, Crucis Ierosolymitanæ signum in pectore portent, quod etiam ipsis Bullis imprimitur. In quo Ego sentio potius respectum habitum fuisse ad expeditionem factam tempore Vrbani II. ann. 1094. vt verior opinio habet, pro recuperatione Terræ-Sanctæ, quæ Cruciata fuit dicta, quoniam omnes qui se ad eam accingebant, Crucem purpuream dextro humero assuebant, de quo latissimè Illescas *in hist. Pontif in vita eiusdem Vrbani, par.* 1. *lib* 6. *cap.* 15. *pag.* 434. *cum multis seqq.* & est etiam videndus Sotus *d. dist.* 219. *art.* 2. vbi alia adducit de vetustate, & origine Bullæ Cruciatæ.

Cui Ego addo † *d l.* 21. *tit* 18. *par.* 3. vbi innui- 14
tur, veterem fuisse hanc concessionem, & sub eodem Cruciatæ nomine in nostris Regnis Hispaniæ. Nam cùm ibi ageretur de quæstoribus, qui in eisdem Regnis de licentia Regis eleemosynas petere permittuntur, & licentiæ formam exposuisset statim subiungit: *Que si por ventura por Cruzada, ò por otra causa, ò otra razon ouiere ante defendido, que aquella peticion non ande, debe dezir en la carta, que por aquella razon non se embargue*, vbi Greg. Lopez inquit: *Nota hanc legem ad Cruciatam, quæ ab antiquo Regibus Hispaniæ conceditur.*

Quibus ita præiactis, sciendum iterum est, quòd † cùm Indiarum prouinciæ Hispani Re- 15
gni quædam veluti pars, & accessio censeatur, iuxta ea, quæ latè dixi 1. *tom. lib.* 3. *cap.* 1. *ex n.* 46. ad eas quoque † dictæ Bullæ prædicatio, 16
& expeditio meritò extensa fuit; & cùm ob ingentem Hispanorum, Indorum, & Æthiopum numerum, qui illas incolunt, plures Bullæ reciperentur, & quæstus, siue eleemosynæ eis respondens, considerabilis esse cœpisset, necessariam visum fuit in eisdem prouinciis formam præscribere, qua hoc totum negotium sanctiùs, & commodiùs peragi posset. Et in † eam tandem de- 17
uentum est, vt commissarius, qui in Regia Curia Hispaniæ Romani Pontificis quoad hanc sanctam expeditionem Delegatus existit, & eius vice in omnibus causis, quæ eam concernunt, priuatiuam iurisdictionem exercet, simul cum peritissimis Senatoribus, qui ei adsident, & ex omnibus Regiis Consiliis diliguntur, eandem iurisdictionem subdelegaret vni † Commissario 18
generali, qui in Metropolitana vrbe Limensi in Regnis Perù, & alteri, qui in Mexicana Nouæ-

Hispaniæ resideret, & aliis similiter, qui resident in vrbe Sanctæ-Fidei Noui-Regni Granatensis, in vrbe Carthaginis, Guatemalæ, Sancti Dominici, & Manilæ insulis Philippinis, & Tribunal habent, constans ex antiquiori Auditore Regalis Cancellariæ, & ex rationali, siue Calculatore qui eidem administrationi præpositus est, & ex Fiscali eiusdem Cancellariæ, ac Secretario, & aliis Ministris necessariis, quibus omnibus congruum salarium deputatum est, & eis simul subordinati alij minores Commissarij, qui in aliis prouinciis, & vrbibus, quæ constituunt, *Cabeça de partido*, nominari solent. Qui in publicandis, prædicandis, ac distribuendis Bullis, vnusquisque in prouincia, quam sortitur, dili-
19 gentem operam nauant, & † thesaurarios nominant, apud quos pecuniæ ex Bullæ eleemosynis procedentes seruantur, quovsque singulis annis facta computatione summæ, seu quantitatis, quæ ex vnaquaque pecunia processit, in Hispaniam
20 transferuntur. Quæ † quantitas aliquando ad summum sexcentorum, vel octingentorum millium ducatorum ascendit.

21 In prædicatione † autem, & publicatione mos in Hispania seruari solitus custoditur. Eo excepto, quòd propter locorum distantiam non singulis annis, sed de biennio in biennium repetitur, ex Breui Greg. XIII. 5. Sept. ann. 1578. &
22 eleemosynæ † taxatio pro Indis, & Æthiopibus, aliisque, qui in aliorum seruitio, aut famulitio morantur, duos Regales argenteos continet, pro reliquis Hispanis octo, & pro his, qui Regium aliquem Magistratum exercent, aut Indos commendatos habent decem & sex.

23 Et quamvis sæpè † aliqui ad Regias aures detulerint, vt annalem, adinstar Hispaniæ hanc prædicationem Indiarum esse curaret, rati, eo modo eleemosynarum prouentus in duplum augeri posse. De quo præcipuè agit quædam sch. dat. Matr. 6. Martij ann. 1618. ad Peruanum Proregem D. Principem Squillacens. directa. Adhuc hoc admissum non est, multis, ac validis rationibus in contrarium consideratis, quæ annalem prædicationem difficilem, imò & impossibilem reddunt in prouinciis adeò vastis, & remotis; & quæsturæ augmentum, quod asseritur, dubium efficiunt.

Quin potiùs in eam sententiam itum est † vt
24 si fortè vltra biennium nouam prædicationem differri contingat, adhuc gratiis, & priuilegiis prioris vti possint Fideles, quasi totum hoc temporis, quod inter vnam, & aliam prædicationem intercesserit, biennium esse censeatur, vt refert Enriq. *in summ. d. lib. 7. de indulg. c. 20.* asserens sic doctissimos viros Salmanticæ consuluisse, & idem tenent Eman. Roder. Ant. Gomez. & alij ex suprà citatis.

Dicti porrò † Commissarij generales cognos-
25 cunt de appellationibus Minorum Commissariorum, quæ ad eos deferuntur, & de his ad supremum Cruciatæ Senatum appellatur. Tenórque commissionum, titulorum, & instructionum, aliarum schedularum, quæ his omnibus dari solent, & aliarum, quæ ad Proreges, & alios Magistratus mittuntur, vt dictis Commissariis, vbi opus fuerit, opitulentur, & reuerentiam pro munere debitam, ac opportunum auxilium impertiantur, hic à nobis inserendus esset, nisi me hoc labore leuasset D. Ildefons. Perez de Lara *in d. compendio trium gratiarum, lib. 1. de la sancta Cruzada*, vbi hæc omnia ad litteram diligenter collegit, & exposuit *ex pag.* 148. *ad pag.* 200. vbi præcipuè *pag.* 174. reperies titulum, siue formulam nominationis Commissarij Subdelegati generalis, *&* *pag.* 179. Commissarij Subdelegati particularis; & extant aliæ plures schedulæ hanc eandem materiam concernentes, & ostendentes, qualiter Greg. XIII. felic. record. ad prouincias Indiarum Bullæ Cruciatæ gratias extenderit, & quis ordo in earum receptione. & prædicatione seruandus sit, & vt officiales Cruciatæ excessiuas sportulas percipere non sinantur, *in 1. tom. impress. pag. 234. & seqq.*

Post quas schedulas editæ sunt aliæ 26. Iun. & 22. Decembr. ann. 1578. & 22. Decembr. ann. 1587. & 20. Iunij 1606. quæ † priuatiuam esse iubent Commissariorum generalium Subdelegatorum, & iurisdictionem, & Regales Cancellarias, neque per viam violentiæ, neque alio vllo modo se in eorum causis immiscere permittant, & seruari iubent leges, quæ circa idem reperiuntur *in noua legum Castellæ Recopilatione lib. 1. titul.* 10. Et in alia schedula generali data apud D. Laurent. 16. Maij ann. 1609. præfigitur modus cognitionis dictorum Commissariorum generalium. Quæ omnia Ego in alia Recopilatione legum Indiarum, quam edere paro, facilè, & dilucidè in compendium deduxi, & in legentium gratiam, vt meliùs intelligi possint, hic inserere libet: *Por quanto para la buena administracion de la Bula de la santa Cruzada, que se predica, y publica en las Prouincias de las nuestras Indias Orientales y Occidentales, ha parecido conuenir, que en los lugares principales aya vn Tribunal formado, para que en èl nuestros subditos y vassallos tengan meior, y mas commodo, y cercano recurso para acudir en apelacion con las causas que ouiere, y sentenciaren por los juezes Subdelegados particulares de aquel distrito, y iuridicion. Mandamos erigir, y fundar, y que se funden, y erijan los dichos Tribunales en las partes, y lugares donde huuiere Audiencia Real, y que sean, y se formen de la persona à quien el Comissario general de la dicha Cruzada eligiere, y nombrare por Subdelegado general para el dicho distrito; y del Oidor que fuere mas antiguo en la dicha Audiencia, y en su ausencia, ò impedimiento, el siguiente en grado, y haga oficio de Fiscal el que lo fuere en la dicha Audiencia. Y adonde huuiere dos, como en las ciudades de Mexico, y los Reyes, el de lo ciuil, excepto si por Nos otra cosa no se proueyere, y declarare. Y por la misma forma sea Contador de los mismos Tribunales el mas antiguo de los Oficiales Reales, que en el dicho lugar residieren, y por su ausencia, è impedimiento el siguiente; excepto en las dichas ciudades de Mexico, y los Reyes, donde al presente tenemos nombrados Contadores particulares. Y en los dichos Tribunales, y por los dichos Subdelegados general, y Oidor se veràn, senenciaràn, y determinaràn todos los pleitos, negocios y causas que huuiere en sus distritos, y partidos, assi en lo tocante à la administracion y cobrança de la dicha Cruzada, como los que fueren entre partes, y ante ellos ocurrieren de los otros Subdelegados particulares de su distrito, en grado de apelacion, dando su voto, y parecer consultiuo, y decisiuo, y señalando los autos iudicia-*
les,

les, y extraiudiciales, y demas despachos que hizieren, tocantes en la dicha Cruzada, conforme à derecho, y à lo que esta ordenado por cedulas, instruciones, y otros despachos del dicho Comissario general, dados para la administracion de la dicha Cruzada, y gouierno de la iusticia, y lo dispuesto por leyes, y pragmaticas de las dichas prouincias, como juez deputado para ello, con el dicho Subdelegado general, guardando en el votar, y señalar de los dichos despachos las ordenes que estan insertas en la nueua Recopilacion de las leyes titulo 10. *lib.* 1. *Y auiendo entre el dicho Subdelegado general, y Assessor discordia en el votar de las causas, por no se conformar, Mandamos lo consulte, y comunique el dicho Subdelegado general con el Gouernador, Presidente, ò Oidor que hiziere oficio de Presidente de la tal Audiencia, para que nombren otro Oidor que assista a los dichos negocios, no se conformando, y hagan sentencia, otorgando a las partes las apelaciones que ante ellos interpusieren para ante el dicho Comissario general, y Consejo de Cruzada, y no para ante otro Tribunal, ni juez alguno; sin que por via de fuerça, ni por otro algun modo se puedan lleuar, ni lleuen las dichas causas à las dichas Audiencias Reales, ni introduzirse, ni se introduzgan en ellas en manera alguna; porque en quanto a esto las inhibimos. Y que el dicho Fiscal assista assimismo à todo lo que fuere necessario en el dicho Tribunal de Cruzada con el dicho Subdelegado, Assessor, y Ministros dèl, acudiendo à la defensa de los pleitos; y causas tocantes à ella, en todos los casos, y cosas que se ofrecieren, haziendo en ellos las demandas, pedimientos, y demas diligencias que sean necessarias, que para ello le damos poder cumplido, y segun le tiene para los de la dicha nuestra Audiencia Real: y que assi mismo el dicho oficial Real, que ha de seruir de Contador, vse, y exerça el dicho oficio en el dicho Tribunal de Cruzada con el dicho Subdelegado general, Assessor, y Ministros del, à los quales por razon de los dichos oficios se les guardaràn las preeminencias, prerogatiuas, è immunidades que deben auer por respeto de la dicha Cruzada. Y todos juntos, y cada vno por su parte tendràn particular cuidado, que lo que procediere de la dicha Cruzada, y composiciones, se traiga, ponga, y recoja en las caxas Reales de su distrito, y que con la demas plata nuestra que viniere à estos Reinos, se embie por cuenta aparte en las flotas, y nauios que vinieren à ellos, dirigido, y consignado à Nos, y al dicho Comissario general, y Consejo de Cruzada, con relacion distinta y particular delo que viniere, y de que años, assientos, y predicaciones fuere; y lo que se restare debiendo, y el estado en que queda la cobrança, y seguridad de ella, y que los Subdelegados generales, y Contadores de la dicha Cruzada tengan cada vno de porsi en su distrito su libro del dinero que procediere de ella, para que en todo aya la cuenta y razon que conuiene, Y que todos, y qualesquier juezes, iusticias, Alguaciles, y Alcaides delas carceles, y otras qualesquier personas cumplan y guarden, y hagan guardar, cumplir, y executar las sentencias, mandamientos y autos que por los dichos Tribunales se dieren, y despacharen: y nadie sea osado de hazer lo contrario, so pena de la nuestra merced, y de dozientos pesos de plata ensayada para nuestra Camara, porque assi es nuestra voluntad.*

Quam praxim refert, & ita etiam in compendium reduxit Perez de Lara *vbi suprà pag.* 20. † *En el Perù, y Nueua España ay Comissarios generales subdelegados en las partes que ay Audiencias Reales, à los quales se apela de los Subdelegados de los distritos de las Audiencias, y destos Comissarios Subdelegados se apela al Comissario general, y Consejo de Cruzada.* Et quoad 27
prohibitionem † cognitionis per viam violentiæ in eiusmodi causis per Regales Cancellarias, Bobad. *in Polit. lib.*2. *cap.*16. *n.*90. Rod. *de ann. redit. lib.*1. *cap.*17. *n.*75. Ceuallos *in* 4. *tom. comm. opin. q.*897. *num.*284. *&* 287. *& in tract. de violent.* 1. *par. gloss.* 15. *num.*19. & nouissimè Gabr. Pereira *de manu Regia, lib.* 1. *tit.* 9. §. 12. *cap.* 8. *num.* 2. *&* 3. vbi pro certo 28
constituit posse dictos † Commissarios subdelegatos procedere contra eos, qui Ministros eorum impediunt, quiuè illis non seruant priuilegia, quæ ipsis per secularem Principem concessa sunt, in eiusdem sanctæ Cruciatæ fauorem, & meliorem expeditionem. Non tamen admittit, quòd in hoc casu possint contra non obseruantes vti mucrone excommunicationis, & aliis censuris Ecclesiasticis. Sicque in Lusitano Senatu decisum refert: *Nam eorum* (inquit) *potestas non extenditur ad priuilegia iisdem exactoribus data à Principe seculari, quorum obseruatio suis Ministris secularibus commendatur, nec alia potestas Commissario indulta reperitur, & in hoc tanquam priuatus procedit, cum notoria subditorum oppressione, arg. l. final. D. de iurisd. omn. iudic.* 29

Quod notari debet contra Doct. Narbonam *in l.* 20. *tit.*1. *lib.*4. *Recop. gloss.*22. *per pag.*585. *cum seqq.* qui de Inquisitorum iurisdictione loquens, contendit † eos pro tuitione priuilegiorum, imò & causarum secularium suorum Familiarium, posse vti non solùm temporali iurisdictione, quam à Regibus nostris concessam exercent, verùm & spirituali, quam delegatam habent à Romano Pontifice, ac proinde excommunicationis gladium distringere, vbi sibi oportere visum fuerit; nisi quòd hic Auctor eam rationem prætexit, quòd Inquisitores, etiam semota Regiæ iurisdictionis concessione, virtute officij Inquisitionis & ob eius fauorem, etiam contra seculares in dictis causis Apostolicam iurisdictionem habebant; quæ ratio in Commissariis Cruciatæ non reperitur. 30

Provt nec in Episcopo, † qui simul est dominus temporalis alicuius loci, vel villæ. Nam in causis secularibus, de quibus tanquam talis cognoscit, non potest vti sententia excommunicationis, & aliis censuris, sed temporaliter, & per iudices seculares talem iurisdictionem exercere debet, vt per Couarr. *in pract. c.* 36. *num.*6. Borrel. *de Magist. edict. lib.*1. *c.*9. *& de præstant. Reg. Cathol. cap.*72. *n.*2. & ab eius sententiis † his in causis non prouocatur ad eorum Vicarios generales, sed ad Tribunalia secularia superiora, *cap. si duobus* 7. §. *denique, de appellat. l.* 8. *tit.*3. *lib.*1. *Recop.* Couarr. *pract. num.*2. Bobad. *in Polit.* 1. *tom. lib.*2. *cap.* 17. *num.*196. *pag.* 729. Paz. *de tenuta cap.* 63. *num.*6. Carrer. 3. *par. variar. cap.* 13. *num.* 343. Narbona *d. l.* 20. *gloss.* 22. *num.* 68. Choppin. *lib.* 1. *Monastic. tit.* 3. *num.*19. Cald. Pereira *cons.* 5. *num.* 18. Dom. Episc. Pacens. electus Archiep. Mexicanus, D. Felician. à Vega *in cap. clerici, de indic.* 31 32

*indic.n.*38. Marius Cutell *in patrocin. pro Regia*
iurisd. Inquisit. Siculis concessa, 1. *par. contr. n.*171.
*& post n. vlt. fol.*78. Leo decis. Valent. 2. *n.*27. Pe-
regr. *lib.*1. *cons.*1. *n.*21. Capiblanc. *de Baronibus*,
*pragm.*1. *num.*2. Besold. *in tract. de pace*, *cap.*5.
*num.*5.

Et conducunt, quæ dixi *in meo* 1. *tom. de*
Ind. iure, *lib.* 2. *c.*21. *n.*13. quòd si Rex iudicat
33 † vt Dux, appellatur ad superiorem in Duca-
tu, non attenta Regia dignitate, vt dixit
Bald. *in l. si quando*, *C. de appellat.* Igneus *in l.*
necessarios, §. *non aliàs*, *num.* 418. *D. ad Sylla-*
nian. Mysinger. *centur.*5. *obseruat.*5. Ponte *decis.*
2. & alij relati à Mastrillo de Magistr. *lib.* 3.
cap. 8. *ex num.* 32. & Stephan. Gratian. *discept.*
*forens.*5. *tom. cap.*298. *num.*49 & nouissimè plures
alios allegans D. Valençuela *cons.*157. *num.*81.
*vol.*2.

34 Planè si super his, vel aliis † competentia iu-
risdictionis orta fuerit inter Commissarios sub-
delegatos, & alia Tribunalia Ecclesiastica, vel
secularia Indiarum, statutum fuerat per sched.
Matrit. 20. Iunij an. 1606. vt Prorex tales com-
petentias componeret: *Vsando para remediarlas*
de los poderes que tienne: sed posteà alia forma
(vt audio) data est, nempè, vt alij duo coniu-
dices vnus Ecclesiasticus, & alter sæcularis
Subdelegato associentur, & maioris partis suf-
fragiis stetur; si verò discordes extiterint, in eam
sententiam eatur, cui Prorex, vel Gubernator de-
tulerit, qua de re videnda erit sched. quæ de hoc
expedita narratur.

35 Item, circa † præcedentiam dicti Commis-
sarij subdelegati cautum est per aliam sched.
17. Februarij ann. 1609. *Que en la publicacion*
de la Gruzada solo el Virrei preceda en lugar al
Comissario subdelegado. Y que escusandose el Vir-
rei, aunque estè ausente, como el gouierno estè
a su cargo, el Comissario preceda à todos los
Oidores. Pero gouernando la Audiencia, le pre-
fiera el Oidor mas antigo. Y que despues de los
de la Audiencia se siente el Contador de la Cru-
zada aquel dia, y el Tesorero entre los Alcaldes
ordinarios.

36 Sed nunc in vrbe Limensi † cùm Ratio-
nalis officium pretio venditum sit, inter alia
priuilegia ei concessum est, vt Fiscales præce-
dat, de quo ipsi grauiter conquesti sunt in su-
premo Senatu Indiarum. Nam etsi vbi in Tri-
bunali in domo Commissarij adsident, Ratio-
nalis præcedat Fiscalem, quia & votum habet,
vt per alias schedulas decisum est, hoc tamen
extendi non debuisse ad præcedentiam in pro-
cessionibus, & Ecclesiæ sessionibus, Fiscales
contendunt. Et quòd dicta schedula, hanc præ-
lationem concedens, expedita fuit ipsis non
auditis, & solùm per Concilium sanctæ Crucia-
tæ, sed quia lis super eo pendet, ampliùs in hoc
immorandum non duxi.

Illud tantùm subiiciens, hos Commissarios
37 Subdelegatos Indiarum, † vt suam iurisdictio-
nem extenderent, aliquando tentasse in suam
curam, & administrationem reducere pecora,
& quælibet alia bona vacantia, siue quorum do-
minus ignoratur, quæ vulgò dicuntur *de Mo-*
strenço, item & eorum, qui ab intestato dece-
dunt, vel quintam illorum partem. Quod ta-
men prouidè eis inhibitum est per schedulam
14. Ian. 1536. 14. Febr. 1540. 19. Iulij 1614.
& per aliam dat. Lermæ 28. Octobr. ann. 1602.
colligi iubetur, & originaliter ad Regium In-
diarum Senatum remitti quædam Paulina, †
quam Religiosi B. Mariæ de Mercede à Nuntio
Apostolico impetrauerant, vt in partibus In-
diarum dicta bona ipsis manifestarentur, & ap-
plicarentur. Quæ schedula eam rationem red-
dit, quòd hoc est contra ius, & leges, & sche-
dulas Regias: *Conforme à las quales, todos los*
dichos monstrencos, y bienes pertenecen à mi Ca-
mara y Fisco.

De quo † extat textus *in l. vacantia*, *& per*
tot. C. de bon. vacant. l. pen. C. de pet. bon. su-
*bl. l.*10. *tit.*10. *lib.*1. *l.*7. *&* 8. *titul.* 13. *lib.*6. *Re-*
cop. vbi Azeued. latè Sixtinus *de Regalib. lib.*
2. *c.* 9. *per totum*, Bozerius *eod. tract. cap.*3.
num. 26. *& seqq.* & DD. omnes per textum ibi
in cap. 1. *quæ sint Regal. in vsib. feud.* Vnde per
Regios officiales hæc bona colligenda, & ad-
ministranda sunt, neque ad alium, quàm ad
Fiscum pertinent, nisi speciale eorum priuile-
gium ostendat, vt in Hispania alicubi habent
Religiosi Mercenarij, & Trinitarij pro redem-
ptione captiuorum: & Concilium, quod vo-
catur *de la Mesta*, *por las reses mostrencas apli-*
cadas: quod efficit, vt Anton. Nebrisens. in
suo dictionario, † dicta bona inde vulgò ap- 4
pellata fuisse *Mostrencos* dicat, quasi *Mestengos*,
por quanto el ganado sin dueño a la pertenece
Mesten, y sus leyes disponen dèl. Quamvis D.
Sebast. de Couarr. *in thesaur. ling. Hispan. verb.*
Mostrencos, *à monstrando dici existimet*, eò
quòd hæc bona, vbi reperiuntur, monstran-
da, siue manifestanda, & publicanda sunt, vt
eorum dominus inquiratur, qui si intra annum
& diem non comparuerit, tunc Fisci iuribus ap-
plicantur, vt dicitur *in legibus suprà citatis.* Pla-
nè † si dicti Commissarij ostenderint sibi huius- 4
modi bonorum collectionem, cognitionem, &
administrationem specialiter datam esse, in ea
procedere poterunt, quemadmodum in Regnis
Hispaniæ procedit Commissarius generalis, ex
legibus, & instructionibus, quas ad hoc refert
D. Perez de Lara *in d. compend.* 1. *p. pag.*279. *&*
seqq.

Circa alias autem Bullas Pontificias, illud
tantùm de iure Indiarum, de quo agimus, no-
tandum se offert, quòd cùm Rex noster in illis
patronatum Ecclesiasticum habeat, & exerceat
ex concessione Sedis Apostolicæ, iuxta ea, quæ
suprà *hoc lib. cap.*2. *&* 3. notauimus, pluribus † 4
schedulis cauit, ne in eisdem Indiis aliquæ Bul-
læ publicari, aut exequi permittantur, nisi priùs
in supremo Indiarum Senatu visæ, & examina-
tæ fuerint, vt si quid fortè contineant, quod ei-
dem patronatui repugnet, vel quietum, ac paci-
ficum earundem Indiarum in spiritualibus, vel
temporalibus statum turbare possit, à prædictis
Bullis, ea, qua decet, reuerentia supplicetur.
Et Romanus Pontifex, qui eas concessit, de
negotij causis, ac circumstantiis consultus, eas
reuocare dignetur. Quæ schedulæ reperiuntur
in 2. *tom. impress. pag.* 44. *cum multis seqq. &*
in 1. *tom. pag.*83. Et præcipuè † de retinendis 4
Breuibus Nuntij Apostolici in Hispaniæ Re-
gnis residentis (quia eius iurisdictio hucusque
in partibus Indiarum extendi, & exerceri per-
missa non est) cauetur in quadam sched. dat.
Pintiæ 3. Maij 1605. & in alia dat. Matrit.
10. Decembr. ann. 1607. Quam † praxim in 4
nostris Indiis longè maiori ratione, quàm in
aliis

lliis obseruari posse, bene aduertit Eman. Roer. *in quæst.regul.1.part.quæst.35.art.2.* vbi postuam, docuisset qualia, & quanta, quæ Ecclesiasticam iurisdictionem sapiunt, possint Reges ostri in his indiarum partibus facere, tam virute dicti regij patronatus, quam, ex commissione, siue delegatione Alex. VI. R. P. subdit: *Et similiter si aliquod priuilegium impetratur à Papa, quod tangat gubernationem in spiritualibus, in his terris, non debet poni in practica, nisi prius registratum fuerit à Consilio Regio Indiarum.*

Et generaliter † de eadem materia retentionis Bullarum tradit alia idem Auctor *eodem 1. tom. quæst.6. artic.8. per totum.* Et qui voluerit plura de iustificatione, & praxi eiusdem retentionis, videat Auctores, quos plena manu congessimus *d. cap. 3.* & plures alios, quos refert Bouar. *in pract. cap.35. num.4. versic. Sic etiam his Regnis, num.5. & cap.36.num.3.* Amadæus ponte *in quæst. laudemial. titul. quis sit index causa feudi*, Nauarr. *in Manual. cap.27.n.70. versf. 2.* Hieron. Gabr. *consf. 193. lib. 2. & consf. 82.* Bursat. *consf.393. volum. 4.* Pacianus *consf. 56. num.49. & seqq.* Lud Gomez *in tract. Breuium, num.14. & 15.* Cenedus *in collect. 56. ad decretal. num.fin. & quæst.45. num.9.* Bobadilla *Polit.1. tom.lib.2. cap. 18.num. 102. & 208. pag.918.* Azeued. *in d.l.14. Recop. num.49. & in l. titul.6. versf. 7. lib. 1. Recop.* Zerola *in prax. Episcop. verb. Litteræ*, Ceuallus *in pract. 4. tom. quæst. 897. num. 316. cum seqq. in tract. de violent.1. part. gloss.5.à num.62. & in Prologo ex num.151.* Dom. Bañez *in 2.2. quæst. 67. artic. 1. dub.2.* Sesse *de inhibition. cap.8. §.3. ex num.83.* Flores de Mena *1. var. quæst. 12. num. 8. & 17. quæst.4. ex num.40.* Gonçalez *ad reg. 8. Cancell. gloss. 52. num. 36. & 37.* Enriq. *de Pontif. clue, lib.2. cap.19. §.1. & cap.18. §.2.* Borrel. *præstant. Reg. Cathol. cap.52. num.8. & c.71.* ...z *in praxi, tom. 2. prælud 5. & vltim. ex n.4. 10. cum aliis*, Stephan.Gratian. *discept. 191. num.1.* Monterrosf. *tractat. 5. de la Chancillerias, p.1. cum seqq. fol. 83.* Monte Alegre *in prax. 1. cap. 9. ex num. 115.* Barbosf. *in remiss. ad Conc. sess.24. cap.20. Causæ omnes, de reform.* exque integer titulus de eadem retentione eris inter ordinationes Granatenses, *2. in fine lib.1. fol.7. pag. 2. & tit. 11. §. 3. fol. 90. finem*, præter alium nouiorem, & eruditionem, quem sub prælo habet D. Franc. Salgadus Somoza, & conducit Bulla Greg. XIII ann. 74. quæ habetur *in Bullar.recent.pag.1220.*

Qui omnes † respondent ad Bullam Cœnæ Domini *casu decimo, & duodecimo*, de qua meminit Sotus *in 4 dist.22. quæst. 2. art. 3.* & Nauarr. *vbi suprà num. 99.* quæ videtur talem retentionem sub grauibus censuris prohibere, cum si fieri dicatur cum animo, & intentione Romanum Pontificem consulendi, informandi, & supplicandi. Nam verius est, quod dicta Bulla non repellit supplicationes, si legitimè interponantur, & prosequantur, vt patet ex verbis: *Nisi supplicationes huiusmodi coram Nobis, & sede Apostolica legitimè prosequantur.*

Quæ † supplicationes à partibus, quæ in istis Bullis interesse prætendunt, regulariter ponendæ & prosequendæ sunt & etiam aliquando à Rege, & Regiis Consiliariis, vel Fiscalibus per Regium Legatum, qui Romæ resident, vbi id causæ grauitas postulauerit. Nam alias contentus est Papa generali relatione, quæ ei fieri solet, & infiniti propè laboris esset, si super omnibus peculiariter supplicandus, & informandus esset, vt doctè & grauiter tradit Enriq. *dict.lib.2.cap.16. §. 1. pag. 3. in edit. Salmant.& d. cap.19. §.2. & 3. & antea d. cap.16. litt.C*, Ceuall.*d.quæst.897.num.10. & 11.* & melius *in d. Prolog. num.157. cum seqq.* vbi omnino videndus est, Salas *de legib. q. 96. tract.14. disput. 3. sect.4. ante finem*, Marius Alterius *de censuris, tom.1. lib.5. disput.15.cap.2. col. penult. pag. 664.* Leonard. Duardus *in comment. ad d. Bullam Cœnæ Domini, lib. 2. cap. 14 quæst. 10. cum præcedenti.* Et inter ordinationes Granatenses *lib.1. tit.2. fol.10. ante finem,§.15.* adest sched. ann. 1546. vbi innuitur idem modus, & stylus supplicandi, & rursus idem Enriq. *d. lib. 2. c.11. §.13. & cap.19. §. vlt. ait*, dictam Bullam Cœnæ meminisse supplicationis, in casu, quo sit probabilis prætextus violentiæ, at vbi est euidens, non videtur requiri, & idem repetit *c.21. in princ.& cap.23.§ 1.*

Planè vbi non agimus de Bullis, † sed de executorialibus in Romana Curia in contradictorio iudicio expeditis, citatis iis, quorum interest, tunc litteræ Apostolicæ capiendæ non sunt, nec detinendæ per Regias prouisiones ad instantiam Fiscalium expeditarum. Quorum manus ad hoc solent supponi, vt bene aduertit idem Enriquez *d. lib.2. cap. 18. §. 2.* Ceuall. *d. quæst.897.n.412. & 415. & de violentiis, gloss.9. num. 15. & part. 2. quæst. 27. & 36.* Gutierr. *1. canon. cap.4. num.28.* & Flores de Mena *1. var. quæst.q.42. num.36.& 47. cum aliis.* 48

Porrò dicta † Bulla in Cœna Domini, etsi multa continere videatur, quæ Regiam iurisdictionem impediunt, adhuc tamen ob maximam reuerentiam, quæ ei, & sedi Apostolicæ debetur, per Regium Senatum Indiarum in prouinciis earum singulis annis, in sexta Feria Hebdomadæ sanctæ publicari permissa est, sine præiudicio supplicationis, quæ de aliquibus casibus in ea contentis ad eandem Apostolicam sedem interposita est, vt bene aduertit d. Dom. Episcop. Pacensf. D. Felicianus à Vega *in cap. fin. de foro compet. num. 11.* vbi refert Sayrum, Marium Alterium, & Bonacinam de eadem Bulla latè tractantes, & vltra eos latius scripsit Vgolin. *in tract. de censuris reseruat. per totum*, & Leonard. Duard. in peculiaribus, & disertis ad eandem Bullam commentariis, qui, vbi casus acciderit, videri poterunt. 49

CAPVT XXVI.

De Regularibus Indiarum, eorúmque Commissariis, Visitatoribus, Vicariis generalibus, & Conseruatoribus, & de alternatiuis, quibus in suis electionibus vti cœperunt.

SVMMARIVM.

1 *Monachorum, & Regularium origo, & institutum*

2 *Monachorum, & Clericorum numerus, ne nimius esset, semper curatum fuit.*

3 *Ritershusius notatur, quod inuerecundè contra Monachos scripserit.*

4 *Religionum, & Religiosorum numerus hodie nimis excreuit, & magnam partem, & curam status Politici faciunt, & causant.*

5 *Monastica politia quantum curari debeat? ex D. Gregor.*

6 *Principibus secularibus valdè ab ipsa Ecclesia commendatur politica Religiosorum, tutela, & sui instituti obseruatio.*

7 *Monasteria solent se se ipsa submittere protectioni, & tutelæ Principum secularium, & hoc ius quærunt illi, in quorum dictione fundantur.*

8 *Reges Hispaniæ præstantissimum ius habent pro tuendis, & dirigendis Religionibus, & Religiosis Indiarum, & quare?*

9 *Religiosorum pro bona gubernatione, & directione in Indiis plures schedulæ expeditæ sunt.*

10 *Religiones, quæ hucusque fundari permissæ sint in prouinciis Indiarum.*

11 *Religiosi Carmelitani, Trinitarij, & alij, qui in Indiis Conuentus non habent, ab eisdem expelli iussi sunt.*

12 *Proregum instructio, quæ refertur, valdè attentos eos esse iubet circa gubernationem, & pacificum statum Religiosorum, & discordiarum, ac partialitatum, quæ inter eos esse solent.*

13 *Religiones Indiarum, quæ bona acquirere, & habere possint?*

14 *Bonorum temporalium nimium augmentum in Religiosis, & Religionibus non solum Reip. verum & ipsis valdè nociuum est.*

15 *Concilij Lateranensis sub Alex. III. grauissima verba referuntur de damnis, quæ Ordines Religiosorum accipiunt ex nimia bonorum temporalium acquisitione.*

16 *Ecclesiæ facultates vt neque desint, neque redundent, magna prouisione opus est, ex D. Chrysost.*

17 *Ordo dici non potest, quod inordinatum est, & Ordini fauet, qui Ordinum excessus reprehendit, ex D. Bernard.*

18 *Ordines Religiosorum, qui labore manuum suarum victitant, præ cæteris laudari, & facilius admitti debent.*

19 *Electionibus Prouincialium, & aliorum Prælatorum Regularium Proreges interesse iubentur, ob rixas, & scandala, quæ in illis interuenire solent, & schedulæ, & Auctores de hoc agentes.*

20 *Religionum gubernatio optima est, in quibus officia nihil habent, ob quod ambiantur.*

21 *Electionibus Prælatorum Regularium, quod Reges, Proreges, & alij Magistratus interueniant, vt pax, & quies in eis obseruetur, Hispaniæ, Galliæ, & aliarum nationum praxis obseruat.*

22 *Principum heroicum munus, & de Regalibus est curare vt Ecclesiastica, & regularis obseruantia custodiatur, & componatur.*

23 *Electionibus Prælatorum Regularium qualiter Limani Proreges intersint, & Auctor eorum vice aliquando interfuerit?*

24 *Dom. Comes de Castrillo, D. Garsias de Haro & Auellaneda supremi Senatus Indiarum Præses laudatur, & qualiter Capitu Toletano Franciscanorum, virtute Reg delegationis interfuerit?*

25 *Religiosis qui ab Indiis mittuntur, vt vo cem, ac votum habeant in Capitulis gene ralibus Hispaniæ celebrandis, quomod computetur tempus suæ missionis, & su fragationis?*

26 *Mandatum ex voluntate mandantis, quan do vltra tempus, & vltra contenta porri gi possit?*

27 *Custodes Franciscanorum missi ad vnam ele ctionem quovsque durare cum potestat suffragandi videantur? ex Miranda.*

28 *Regularium institutioni multum expedit, v pro vitiis inter eos emendandis, & casti gandis inuigiletur.*

29 *Commissarij, & Vicarij generales ad Re ligiosos Indiarum visitandos mitti solent & qualiter eorum missio, & patentes in Regio Indiarum Senatu præsentandæ, & approbandæ sint? & schedulæ de ho agentes.*

30 *Vicariorum, & Commissariorum generalium, qui ad Indias mittuntur, per Consilium Indiarum approbandorum, praxis probatur ab Eman. Roder.*

31 *Vicarij, & Commissarij generales, etiam si eligantur ex his Religiosis, qui in Indiis existunt, per supremum Senatum Indiarum approbandi sunt, contra Eman. Roder. & quare?*

32 *Commissariis, & Vicariis generalibus, quorum missio probata est per Consilium Indiarum, Regium auxilium præstari iubetur.*

33 *Vicariorum, & Commissariorum generalium actionibus Proreges, & Regales Audientiæ attentæ esse iubentur, & quare?*

34 *Audientiæ Regiæ Indiarum, etiam per viam violentiæ non possunt se intromittere in concernentibus visitationem, & œconomicam gubernationem Regularium. Et quid si eos notoriè vexari constiterit?*

L.40. tit.5. lib.2. Recop. & *sched. ann.*1560. *explicantur*, ibidem.

35 *Commissarios, & Vicarios, seu Visitatores generales, quomodo, & pro quo tempore ad prouincias Indiarum mitti soleant? & de varia in hoc Religionum consuetudine.*

36 *Religiosi Societatis Iesu nominare, & mittere solent Visitatores ad prouincias Indiarum, etiam citra vllam approbationem Senatus Indiarum, & quare?*

37 *Minoritæ, & Mercenarij, quem modum, seu morem seruent in mittendis Commissariis, seu Vicariis generalibus? & schedulæ de hoc agentes.*

38 *Vicariorum, & Commissariorum generalium aliquorum excessus in causa esse solent, vt de eorum traiectione impedienda tractetur; & schedula, quæ de hoc agit.*

39 *Religiosi, qui ex Indiis in Hispaniam veniunt, pecunias secum asportare prohibentur per sched. Regias, quæ referuntur.*

40 *Commissarij generales Franciscanorum, qui ad Indias mittuntur, quando cœperint, quales esse debeant, & quam potestatem habeant?*

41 *Commissa*

Commissarius generalis Indiarum, qui in Curia Regis Hispani residet, quando à Franciscanis, qualiter, & cum qua potestate creari cœperit?

Commissario Franciscano generali Indiarum causæ omnes remittendæ sunt ad Religiosos sui Ordinis, & schedulæ, quæ de hoc agunt.

Commissarios generales Indiarum, ad instar Franciscani, in aliis Religionibus creari oportere, sæpe tractatum est.

Commissariorum, & Vicariorum generalium, qui ad Indias mittuntur, an, & quando expiret potestas, mortuo Generali, qui eos nominauit?

Commissariorum, & Vicariorum generalium iurisdictio delegata esse videtur.

Vices suas, qui alteri committit, eum suum delegatum facere videtur.

Iurisdictio delegata, re integra, morte mandantis regulariter expirat.

Commissariorum, & Vicariorum generalium ad Indias delegatorum auctoritas, & officium non expirat per mortem mandantis, & quare? & de Bullis, sched. & Auctoribus, qui de hoc agunt.

Commissarij, & Vicarij generales Indiarum possunt subdelegare, & quare?

Delegatus ab alio, quam à Principe, regulariter non subdelegat.

Delegatus ad vniuersitatem causarum aliquas earum subdelegare potest.

Delegatus, etiam inferioris, subdelegare potest, si hoc ei delegans specialiter permiserit.

Casus, de quo Auctor Limæ consultus fuit, circa subdelegationem cuiusdam Vicarij generalis, refertur.

Iurisdictio subdelegata non expirat, etiam re integra, per mortem Subdelegantis, si viuat is, qui eam delegauit, & quare?

Iurisdictio substituti à Vicario Capituli, durat, etiam mortuo ipso Vicario, & quare?

Mandati procuratorij ad mandatum iurisdictionis argumentum validum est, & frequens in iure.

Procurator ad negotia, vel iudicia, si alium substituat, substitutio, etiam eo re integra mortuo, non expirat, & quare?

Mandatarius si nomine proprio substituit, tunc re integra per eius mortem substitutio expirat.

Cap. licet vnicuique, de offic. deleg. *explicatur*, ibidem.

Delegatus cum facultate subdelegandi, si ea vtatur, delegans substituisse videtur.

Actus tribuitur mandanti, non exequenti.

Commissarius vnus Franciscanorum, si habeat litteras sui Ministri generalis ad officium prosequendum, & alter litteras Commissarij generalis Indiarum, vt eius locum occupet, vter præferri debeat?

Minister generalis Franciscanorum est supremus Magistratus sui Ordinis.

Inferior contrauenire non potest mandatis sui Superioris.

Commissariorum generalium, qui ad Indias mittuntur, electio, & prorogatio spectat ad Ministrum generalem, & non Commissarium Indiarum.

65 *Commissarius generalis Indiarum potest ex causa suspendere, & remouere Commissarios generales ad Indias electos, & missos à Ministro generali, & ei parere tenentur.*

66 *Vicarius generalis ad Indias missus, si officio, & iurisdictioni suæ ob iustum metum renuntiauerit, inutilis est renuntiatio, & de casu in facto contingente, in quo Auctor consultus fuit.*

67 *Renuntiantibus actiones suas, non solet recursus dari ad eas.*

68 *Iurisdictionis quasi possessione solet priuari is, qui ei renuntiauit, & qualiter hoc intelligatur,* num. 76.

69 *Vicarij, siue Commissarij generales ad Indias missi, non possunt renuntiare iurisdictioni, quam acceperunt, nisi in manibus Superioris, qui eos nominauit.*

70 L. legatus penult. D. de off. Præsid. *ponderatur, & illustratur.*

71 *Renuntiatio beneficij, nisi in manibus Superioris fiat, inutilis est.*

72 *Tabellio non potest se abdicare officio Tabellionatus, nisi in manibus Superioris.*

73 *Vassallus non amittit feudum per renuntiationem, aliter, quam in Superioris manibus factam.*

74 *Iurisdictio non admittit pacta, compromissa, nec abdicationes, aut conuentiones priuatorum, nisi Superioris approbatio interueniat, & quare?*

75 *Prælaturæ iuri quis renuntiare non potest, inconsulto eo, qui illam ei concessit.*

76 *Iurisdictionis quasi possessionem amittere eum, qui illi renuntiauit, qualiter intelligatur?*

77 *Beneficij renuntiatio quando veram eius vacationem, seu amissionem inducat?*

78 *Renuntiationi nulli, vel nulliter factæ quis contrauenire potest.*

79 *Commissarij, & Vicarij generales Indiarum solent portare facultatem cassandi electiones Prouincialium.*

80 *Electiones Prouincialium cassandæ facultas, si Commissario, vel Vicario generali in Indias misso, concessa sit, an intelligatur pro prima vice, vel possit, etiam à se ipso electum deponere, seu absoluere?*

81 *Actus cum de se est reiterabilis, sermo etiam simpliciter de eo prolatus non intelligitur solum pro prima vice.*

82 *Determinatio vna respiciens plura determinabilia, pariformiter debet determinare.*

83 *Oratione eadem qui coniunguntur, diuerso iure censendi non sunt.*

84 Etiam *coniunctio, similia quæ sunt, & eiusdem generis copulare solet.*

85 *Copula* & *coniungit æqualiter, & est repetitiua similium.*

86 *Clausula generalis in fine adiecta, ampliat, & declarat alias antecedentes, magis stricte loquentes.*

87 *Verba legum & rescriptorum aliquid semper operari debent; vt superfluitas euitetur.*

88 *Rescripta etiam odiosa, & pœnalia, ita accipienda sunt, vt eorum verba aliquid operentur.*

89 Prætereà

89 Præterea dictio, *significat loquentem ad alium casum diuersum transitum facere.*

90 *Clausula generaliter loquens, aut disponens, generaliter est intelligenda.*

91 *Principium alicuius constitutionis, si generale est, semper dispositio manet generalis, etsi postea aliquos casus particulares subdiderit.*

92 *Commissarij particulares Religiosorum, qui ad alios in prouincias Indiarum secum ferendos eliguntur, qualiter eligantur, & eorum officium.*

93 *Religiosi, qui expensis Regiis mittuntur ad aliquam prouinciam Indiarum, si ad eam non vadunt, vel ad alias diuertuntur, quas pœnas, & censuras incurrant?*

94 *Religiosi ex Hispania ad Indorum conuersionem missi, hoc munus spernunt, & statim Priores, & Prouinciales effici volunt.*

95 *Alternatiuæ in electionibus Religiosorum Indiarum, quo colore introductæ sunt, & earum vsus, & abusus.*

96 *Alternatiuæ inter Religiosos Indiarum qualiter probatæ, & dispositæ fuerint per Breue D. P. Vrbani VIII. cuius tenor refertur.*

97 *Alternatiuam in electionibus, quæ Religiones Indiarum obseruent, & qualiter?*

98 *Alternatiuæ inductæ fuerunt, vt pax, & tranquillitas inter Religiosos natos in Hispania, & in Indiis seruaretur.*

99 *Proœmiales clausulæ solent ostendere finem, & intentionem disponentis.*

100 *Dom. P. M. D. Fr. Gaspar Villaroël electus Episcop. Chilensis, laudatur, & quid senserit de alternatiuis refertur?*

101 *Romani cum Sabinis quod fœdus inierint super Regis electione.*

102 *Alternatiuarum medium non fuit remedium ad vitandas rixas, & discordias Religiosorum.*

103 *Electiones debent esse liberæ, & de pluribus, non vero ad paucos restringi.*

104 *Electiones sæpè irritantur ob restrictionem eligendorum.*

105 *Religiosi, qui dicuntur* Criolli, *quas causas habeant querelandi de introductione alternatiuarum.*

106 *Alternatiuarum rescriptum iudicio Auctoris potius restringi, quam ampliari debet.*

107 *Rescripti causa finali falsa existente, vel cessante, etiam illius dispositio cessare debet; & quæ dicatur finalis?*

108 *Religionibus, & Religiosis plura priuilegia, & exemptiones concessæ sunt, & qualiter inter eas communicentur?*

109 *Priuilegia Religiosorum, quæ concernunt conuersionem Indorum propria nostrorum Regum dici possunt, & ab ipsis tueri debent.*

110 *Priuilegia Religionum, etiam iuris communi derogatoria, ampliari, & fauerì debent.*

111 *Conseruatores, qualiter, & quando nominari possint à Religiosis pro conseruatione suorum priuilegiorum? & Auctores, qui de eis agunt.*

112 *Conseruator Apostolicus est maior quocunque delegato Ecclesiastico, & ei inhibere potest.*

113 *Conseruatores in Indiis à Religiosis creat[...] non possunt procedere, nisi Regales Can[...] cellariæ prius cognoscant, an casus sit di[...] gnus conseruatoria, & schedulæ de bo[...] agentes.*

114 *Conseruatorum vsus, & praxis in Regn[...] Hispaniæ qualis sit?*

115 *Conseruatorum officium, & processum no[...] debent facilè impedire regales Indiaru[...] Cancellariæ.*

L. 1. & 2. tit. 8. lib. 1. Recop. *explicantur,* [...] *illustrantur,* ibidem.

116 *Conseruatoris circa nominationem, & iu[...] risdictionem casus quidam Limæ decis[...] refertur.*

117 *Conseruatores nominari possunt pro iniuri[...] manifestis, non solum realibus, sed etiam[...] verbalibus, Religiosis, vel Religionibu[...] factis.*

118 *Verba iniuriosa contra aliquem publicè [...] & coram frequenti populo dicta, non so[...] lum detractionem, sed manifestam iniuriam[...] inducunt.*

119 *Iniuria verbalis contra Clericos, vel Re[...] ligiosos, non facit incurri in pœnam cap. [...] quis suadente, & à iudice sæculari punir[...] solet.*

120 *Conseruator bene procedere potest pro in[...] iuria verbali Religiosis facta, licet alia[...] Ordinarius Ecclesiasticus non possit, [...] quare?*

121 *Conseruatorum iurisdictio non restringi[...] tur ad solos casus expressos in cap. si qu[...] suadente, alias nullum peculiare priuilegiu[...] haberet.*

122 *Senatus Limani decisio refertur, contr[...] quendam Correctorem, qui Religiosos cu[...] iusdam Ordinis grauibus iniuriis verbali[...] bus affecerat.*

123 *Conseruatores licet olim nominari posse[...] ex Prælatis Religionum, hodie debent no[...] minari ex clericis sæcularibus in dignitat[...] positis.*

124 *Religiosi, contra quos aliqua lis mouenda est[...] possunt compelli in partibus Indiarum a[...] nominandos Conseruatores, coram quibu[...] conueniantur.*

125 *Episcopi, & eorum Vicarij qualiter, &[...] quando possint procedere contra regulare[...] exemptos, scandalosos, & incorrigibiles?*

126 *Monachi nullibi, & præcipuè in Indiis, pos[...] sunt recipere Moniales sub sua gubernatio[...] ne sine speciali licentia Pontificis.*

127 *Moniales sanctæ Catharinæ de Sena vrbi[...] Limensis, qualiter se exemerint à iurisdi[...] ctione Religiosorum Dominicanorum, quo[...] rum Ordinem professæ sunt?*

MOnachorum, † & Regularium Ordi[...]nes, qui hodie in Dei Ecclesia præful[...]gent, qualiter ab antiquis Eremi avolis ori[...]ginem duxerint, & quod licet ad inuicem ha[...]bitu, & regula diuersificentur, omnes tamen[...] tendant ad eundem finem, cultum scilicet di[...]uinum, & honorem, ac seruitium Dei, late e[...] sanctis Patribus deducit D. Thom. *in* 2. 2. *q.* 186 *& seqq.* Cardin. Baron. omnino videndus, 2 *tom. annal.* ann. Christi 328. *ex num.* 18. Car[...]din. Bellarm. 1. *tom. controuers* 5. *lib.* 2. *tit. d[...] Monachis, in præfat. & per* 46. capita, Iisd[...]

Moscon[...]

Mofcon.de Maieft.Ecclef. *part.4.cap.1. & feqq.* ...ælius Zech. *de Repub. Ecclef. tit. de regular.* ...ap. 1. & feqq. ex pag. 555. Martin. Mager. *de* ...duoc. armat. cap. 5. ex num.98. pag.108. Rhe... at. Chopp. in Monafticon. fiue de iure Cœ... obitarum, *lib.1. per totum*, Adam Gontz.*lib.6.* ...olit. cap.46. Leander Galganet. *de iure public.* ...b.3. tit. 41. & feqq. Miranda in Manuali Præ... torum, 1.*tom.quæft.3.& 4. per totam*, & Alpha... etum curiofitatis Carthufiani, 3. *part. fol.253.* ...bi omnium Religionum initia, & fundatio... em enumerant.

Et quamuis femper † curatum fit, & curari ...ebeat, ne nimis multiplicentur, Auth. *vt de-* ...*rminat. fit numerus Clericor. & Monach. cap.1.* ...*e Religiof.dom.cap. vnico, eod.in 6. cap.1. de in-* ...*itut.*Trident.*feff.25.de reform. regul. cap.6. cap.* ...*qualibet 23. quæft.* 8. iunctis aliis, quæ addu... t Galganet. *vbi fuprà num.* 1. Adam Gontzen *lib.6.cap.*44. Hieron. Ceuallus *in arte Regia*, ...itershuf. *in Nouell.5. pag.68.& feqq.* vbi plu... fatis † petulanter contra Monachos addu... t, quæ meritò *in nouo Expurgatorio* deleri iuf... funt, Petr. Gregor. *lib. 3. de Repub. cap.* 4. ...veftonus *in theat. vitæ ciuilis, lib.3.c.13. & 15.* ...ariana de Rege *lib. 1. cap.* 10. Matth. Lopez ...rauus *eod.tract.lib.3.paulò poft initium*, P. Riba... eneira in vita S. Ignat. *lib.2. cap.17.* Choppin. *lib.1. per tot. & lib.2. tit.1. in princip.* Annæ. ...obert. *lib.2.rer. iudic. cap.* 2. Foreat. *in cuped.* ...*rifp.cap.5.* Nauarrete *difcurf. polit.42. & feqq.* ...oncada *difcurf.polit.7.cap.7.& difcurf.4.cap.3.* ...nouiffimè P.Ioan.Eufeb.*in fuo opere infcripto* ...*era & dies, cap. 32. fol.* 126. & Comitia Ma... tenfia *an.* 1552. *petit.* 73. Adhuc tamen ho... ernis temporibus, adeo † Religionum, & Re... giofurum numerus creuit, vt non minima pars, ...cura politici ftatus in eorum attentione, & ...centi gubernatione confiftat, quo & ipfi fan... ...us fuis inftitutis deferuiant, & Reipublicæ, ...i proficere debent, nequaquam officiant. ...uod D.Gregor.Magnus relatus à Choppin. *d.* ...*2. Monaft. titul.* 1. *in princip.* grauiter præ... ...fit, fic inquiens: *Politica † ifta Mona-* ...*carum rerum curatione, ac tutela, integer* ...*am ftatus, neruufque feruatur difciplinæ Re-* ...*laris, ac Cœnobiticæ vitæ inftituti. Quo non* ...*ftantius aliud futurique Regni cœleftis fpe-* ...*lationi aptius excogitari poteft.* Et † infi... ...arunt Leo X. in Concil. Lateranenf. & Six... ...IV. *in Extrauag. de tregua & pace, cap.* 2. ...*rf. Nos igitur*, vbi eandem curam fæculari... ...s Principibus valdè commendant. In quo... ...m etiam protectionem, & tutelam † fe fe ...a Monafteria hac de caufa fubmittere fo... ...at, vt late Choppinus, & Magerus oftendunt ...*tractat. fuprà* relatis, & Erafmus à Cochier ...tract. de aduocatiis, & vel non fubmiffa, ip... ...iure, quod fub dominio alicuius Principis ...t, conftitui videntur, vt dixi *fuprà hoc lib.* ...*2. num.* 5. & latius profequitur Martinus ...ger. *de aduocat. armata, cap.9. num.* 648. & ...*uent.*

Quæ quidem cum in aliis prouinciis ita fe ...beant, multo magis † in his Indiarum cu... ...da funt, in quibus ipfi iidem Reges noftri ...ede Apoftolica grauati funt: *Viros probos, &* ...*um timentes, doctos, peritos, & expertos ad* ...*ituendum incolas in Fide Catholica, & bonis* ...*ribus imbuendum, deftinare*; vt dicitur in

Bulla Alex. VI. & rectè agnofcit Eman. *Roder.* 1. *tom. quæft. regul. quæft. 3. art.* 2. Ac proinde † innumeris fere fchedulis cautum, & proui- 9
fum eft, vt fummo ftudio inquiratur de vita, & moribus Religioforum, qui ad eafdem prouincias mittuntur, vel in eis habitum recipiunt, & vt nullus fine licentia transfretare poffit, vel ibidem extra prouinciam, ad quam miffus eft, degere permittatur, vel ex iis Ordinibus, qui ibidem Monafteria non habent.

Solum † enim hucufque admiffi funt Do- 10
minicani, Francifcani, Auguftiniani, Mercenarij, & Iefuitæ, & in Noua-Hifpania Carmelitæ Reformati, fiue Difcalceati. Quæ fchedulæ reperiuntur *in 1. tom. impreff. pag.* 106. *cum multis feqq. & pag.* 302. & extant aliæ de Trinitariis, & Carmelitis non admittendis, *pag.* 302. *&* 402. & per aliam apud D. Laurent. 1. Nouemb. ann. 1608. idem cauetur circa Monachos Benedictinos, & per aliam Aranjuez 20. April. ann. 1611. directam ad Peruanum Proregem Dom. March. de Montefclaros, † iube- 11
tur, vt ab illis prouinciis expellat omnes Religiofos Carmelitanos, & aliorum Ordinum, qui ibidem Conuentus non habeant, & difcoli extra clauftra diu agentur.

Et in Proregum Peruanorum, & Mexicanorum inftructionibus, feu mandatis, *eodem tom. pag.* 310. *&* 327. cum multa capita inferta fint, † quæ in eis peruigilem hanc, circa 12
modum procedendi Religioforum, curam requirant, tum præcipuè cap. XI. dicitur: *Hafe entendido, que los Religiofos de las Ordenes tienen difcordias, y paffiones entre fi, porque los que allà toman el habito hazen fu parte contraria à los que van de acà, y que affi fe contradizen los vnos à los otros. Y porque la difcordia, que de fuyo es tan dañofa, fe echa bien de ver quanto mas lo ferà en las Religiones, y los inconuenientes que fe pueden feguir fi efto pafsa adelante, os encargo, que os informeis mui en particular del eftado en que eftuuiere efto en cada vna de las Ordenes, para que fi hallaredes las dichas diferencias, ò cofa femejante, que tenga neceffidad de remedio, tratando de ello con fus Prelados, y Superiores, procureis concordarlos, monftrandoles fu proprio daño, y el que pueden hazer en lugar del prouecho que fe efpera de fu doctrina, que es en lo que fe debrian ocupar, dexandofe de eftas paffiones domefticas de tan poco fruto, y tan procuradas por el demonio. Y para que yo de mi parte procure el remedio, en lo que conuiniere ponerle, pues efto ha de fer fabiendo en lo que eftà el daño, procureis con mucho recato, y fecreto entender por medio de las perfonas que tuuieredes por mas confidentes, y fuftanciales, como fe procede en el gouierno de las dichas Religiones, affi cerca de lo efpiritual, como de lo temporal que les toca: y auifarmebeis mui particularmente de lo que entendieredes de cada vna, y de lo que os pareciere conuenir que fe reforme, y porque medios.*

In alia quoque fched. dat. Matr. 18. Iulij ann. 1562. quæ habetur inter ordinat. Mexican. recopilatas à Lic. Puga *fol.* 213. declaratur, † quæ bona tales Religiofi habere pof- 13
fint & vt nullo modo quicquam, quod Indorum fuerit, poffidere finantur. Quod oftendit Reges noftros eis non inuidiffe ea quæ ad fui fuftentationem neceffaria fuerint, cum potius foleant eorum indigentiæ profufis largitionibus fubuenire,

ſubuenire, ſed modum imponere ambitioſis in-
14 quiſitionibus Regularium, † quæ non ſolum Rempublicam lædunt, verum & ipſis, ipſorumque inſtitutis grauiter officiunt, vt tetigi *ſuprà*
15 *cap.* 16. & elegantiſſimè docuit Alex. III. † *in Concil. Lateran. pag.* 49. *cap.* 15. ſic inquiens: *Priſtinæ inſtitutionis obliti penitus, vel ignari, contra Ordinis veſtri gloriam, & decorem, villas, molendina, Eccleſias, & altaria poſſident fidelitates, & hominia ſuſcipiunt, ruſticos, & tributarios tenent, & omne ſtudium adhibent, vt termini eorum dilatentur, quorum conuerſatio eſſe debebat in cœlis, hic ordo confunditur penitus, & mutatur.*

Vnde D. Chryſoſt. *lib.* 3. *de Sacerd.* ſcrip-
16 tum reliquit: *Magna † prouiſione opus eſſe, vt Eccleſiæ facultates, neque redundent, neque deſint.* Et D. Bernard. *in Apolog. ad Guiller. Abb.*
17 † non poſſe Ordinem dici inquit, quod inordinatum eſt, neque aduerſus Ordinem, ſed pro Ordine diſputare putandum eſſe eum, qui reprehendit vanitates, & ſuperfluitates, quæ in pleriſque Monaſteriis præcipiuntur, vel conceduntur. Et Adam Gontzen. *d. lib.* 6. *cap.* 6. *§.*3.
18 † Ordines illos præ cæteris laudat, & à Republica hilarius ſuſcipi, à Romano Pontifice facilius approbari debere, tradit, qui labore manuum ſuarum victitant, & hortorum, quos ipſi colunt frugibus, oleribuſque contenti, non multos ſumptus petunt, ac deſiderant.

Expeditæ quoque ſunt, & quotidiè expediri ſolent plures aliæ ſchedulæ, quibus Proregibus
19 iniungitur, † vt electionibus Prouincialium, & aliorum Prælatorum Regularium interſint, vt ea, qua decet moderatione, & tranquillitate peragantur, & Regularia ſtatuta in eiuſmodi Capitulis obſeruentur, nimirum, quia experientia compertum eſt, nuſquam eoſdem Religioſos in maiori periculo rixarum, ac diſcordiarum verſari; vt vel ex ipſis agnoſcunt Eman. Roder. 2. *tom. quæſt. regul. quæſt.* 51. Miranda *in manual. Prælat.* 2. *tom. quæſt.* 6. *&* 16. *&* 23. Portelus *in dubiis regularibus, verb. Electio.* Nobilis ſchedula dat. Monzonij 25. Febr. ann. 1628. quæ cauit: *Que los Virreyes remedien las inquietudes que ſe ofrecieren en las elecciones, ò otras coſas del gouierno de las Ordenes, embiando à eſtos Reinos à los que les pareciere conueniente.* Et alia dat. apud D. Laurent. 25. Auguſt. 1620. quæ ſtatuit: *Que en los Capitulos que las Religiones hizieren, ſe halle el Virrey, ò Gouernador de la prouincia, para que ſe proceda en ellos con la paz, y quietud, y juſtificacion que conuiene: y no ſiendo donde el aſſiſta, les eſcriua lo que le pareciere conueniente al buen gouierno, y paz de la Religion, y execucion de lo que ſobre ello eſtuuiere ordenado*: & tradit alia Adam Gontzen.
20 *d. cap.* 46. §. 8. vbi ob id concludit, † optimam illam Religionem cenſendam eſſe, in qua præſidentia, ſiue præfectura nihil habet, quod ambiatur, & officium magis, quam dignitas eſſe dignoſcitur, & tetigit Arioſtus (licet non ſine aliqua Monachalis ſtatus ſubſannatione) in Orlando Furioſo cant. 18.

21 Quæ praxis † interuentionis Proregis in dictis electionibus, & curandi, vt in eis pacificè, & iuxta leges Regulares procedatur, in Francia quoque, & Germania, & aliis prouinciis obſeruatur, vt tradit Rhenat. Choppin. *lib.* 1. *de ſacra Politia, titul.* 1. *num.* 7. *&* 11. vbi docet, ac concordatis Gallicis probat, † Principum præcipuum munus, & quidem heroicum, & Regaliſſimum eſſe, ſuſcipere, gereréque patrimonium rei Eccleſiaſticæ componendæ, nec permittere Eccleſiaſticam diſciplinam, ſolemnéſque ſacrarum electionum formulas, ſpecialémque earum libertatem infringi, aut etiam conceſſione Pontificis benefica labefactari, ad idque Regios Magiſtratus abuſus nomine prouocari poſſe.

Et ita vidi † in vrbe Limenſi frequentiſſimè Excellentiſſimos Proreges his electionibus interfuiſſe, & præſentia ſua, elegantiſſimiſque orationibus habitis, magnas ſeditiones, quæ alias ſuboriri poſſent, ſedaſſe, aut compoſuiſſe. Egóque nomine Dom. Proregis Marchionis de Guadalcazar, in quodam Capitulo Religioſorum B. Mariæ de Mercede interfui. Et his proximis annis intereſſe poſſe conſului † Excellentiſſ. Dom. Comitem de Caſtrillo Supremi Senatus Indiarum Præſidem, pluribuſque aliarum dignitatum, & honorum titulis pro inſigni, qua pollet prudentia, iuſtitiæ, ac Regij ſeruitij zelo, & morum probitate, ac ſuauitate, meritiſſimè ornatum, virtute commiſſionis ſibi datæ à domino Rege noſtro Philippo IV. in quodam Capitulo Generali Franciſcanorum, quod Toleti celebratum fuit, vt ſua nimirum auctoritate interuentionéque defenderet, & protegeret quoſdam Religioſos eiuſdem Ordinis, ex prouinciis Indiarum ad dictum Capitulum, tanquam Cuſtodios, & Commiſſarios, ſeu Procuratores prouinciarum earundem Indiarum miſſos, iuxta conſtitutionem eiuſdem Ordinis, *titul. de elect. cap.* 8. quibus vox, & votum in eo denegari prætendebatur, quod † tempus ſuorum mandatorum lapſum eſſet, ob id quod celebratio dicti Capituli fuerat protelata. Contra quam rationem Ego pro eiſdem Religioſis expendi, & allegaui hanc protelationem ipſis nocere non poſſe, nec debere, cum ex eorum facto non prouenerit, neque etiam temporis lapſus, cum reuerà durare conſpiceretur ipſa eadem cauſa, quæ eorum miſſionem, & aduentum ſuaſit, nempè dicti Capituli celebratio. Quod vbi internenit forma, ſeu tenor mandati parum curari ſolet, dummodo intentio, & voluntas mandantis exequatur, iuxta ea, quæ dixi *ſuprà hoc tom. lib.* 1. *cap.* 4. & ſignanter tradit Calderin. *conſ.* 47. *alias* 1. *titul. de elect.* Bald. qui quatuor cauſas conſiderat, ex quibus † mandatum non ſolum de tempore ad tempus, verum & ad alia grauiora extendi poſſit ex veroſimili voluntate mandantis *conſil.* 379. *numer.* 5. *lib.* 3. & Alexand. *conſil.* 90. *numer.* 50. *in fine, lib.* 3. & in terminis terminantibus Pat. Ludouic. Miranda *in manuali Prælator.* 2. *tom. quæſt.* 18. *articul. vltim. verſic. Quarta concluſio, pag.* 140. vbi agens in ſpecie de eiſdem Cuſtodibus miſſis, & deputatis ad Capitulum Generale, vt in eo habeant, vocem, & votum, docet: † *Non habere tempus determinatum in ſtatutis Apoſtolicis, ideoque durare vſque ad Capitulum, in quo eligitur alius Cuſtos, & hanc ſententiam ita practicatam fuiſſe in Comitiis Generalibus Toleti, in quodam Patre Porteſſio, natione Gallo, qui fuerat olim electus in Cuſtodem ſuæ prouinciæ, vt peteret ad Capitulum Generale Pariſienſe,*

accidit

*cidit autem, quòd in sua prouincia propter bel-
cos tumultus non potuit celebrari prouinciale
apitulum, vt eligeretur Custos mittendus ad
adicta Comitia Generalia Toletana, quo exi-
ente ibi dubitatum fuit, an officium Custodis
eo duraret? & facta consultatione, decre-
m fuit, quòd sic, & quòd habebat suffragium
tiuum, & passiuum, vt cæteri omnes vocales,
Custodes in electione Commissarij Generalis,
que Diffinitorum, & in omnibus actibus Capi-
ularibus.*

Cum autem nihil magis † ad Regularium in-
itutionem conseruandam expediat, quàm vt vi-
a eorum seuerè corrigantur, scandala tollantur,
: Religiosa disciplina ad vnguem in omnibus
bseruetur, vt latè docet Diu. Thom. *in 4. sentent.
istinct. 19. quæst. 2. art. 1.* & prosequitur Ioseph.
ldret. *in suis doctis libris de Ecclesiast. discip-
lin. tuend.* Contzen. *dict. cap. 46.* §. 13. Eman.
Roder. *in quæst. regul. quæst. 4. per totam, ex
ag. 23.* Mirand. *in dict. manual. Prælat. 2. tom.
uæst. 10. art. 4.* & in libris de ordine iudiciario,
bi modum, & praxim formandi tales visitatio-
es, & in illis procedendi præscribit, Fr. Ioann.
Nuñez de Torres in institut. statuum Ecclesiæ
ract. 6. cap. 4. ex pag. 485. Fr. Paulin. Berti *in
eculiari tract. de visitatione Religiosor.* Solent
æpè † Commissarij, & Vicarij Generales ad ea-
undem Indiarum Religiones visitandas cum ple-
a facultate mandari, eorúmque approbatio, &
ransfretandi licentia à Rege nostro, & Supre-
no eius Senatu habenda est, ex rationibus su-
rà relatis, vt pluribus etiam Regiis schedulis
cauetur, & præsertim illis 8. Ianuarij 1610.
& 8. Septemb. 1618. & 23. Decemb. ann. 1622.
quas reperies in summario legum Indicarum
lib. 1. tit. 10. fol. 20. & generaliter iubent, *Que
los Religiosos en las Indias no vsen de patentes,
que no vayan passadas por el Consejo, y especial-
mente de las que fueren para extinguir, ò eri-
gir prouincias, fundar Conuentos, embiar Visi-
tadores Generales, ò Prouinciales, passage de
Religiosos, nombramiento de Presidentes para Ca-
pitulos, ò cosas que inouaren en las Religiones,
y no fueren en lo tocante al gouierno ordinario
de ellas.* Et in *2. tom. pag. 46.* reperitur quædam
schedula Matr. 5. Martij ann. 1565. quæ iubet,
vt quidam Fratres Augustiniani eiusmodi paten-
tibus Vicariorum Generalium vti non sinan-
tur, quia eas in Regio Consilio non præsenta-
uerant, & addit: *Y porque conuiene al serui-
cio de Dios nuestro Señor, y nuestro que no vsen
dellas, les embiamos à mandar que assi lo ha-
gan. Y que embien ante Nos al nuestro Consejo
de las Indias los despachos que sobre esto tuuie-
ren, sin que en su poder quede cosa alguna de
ello, se proueereis que assi lo hagan, y de lo
que en ello se hiziere nos dareis auiso.* Et anno
1618. similiter colligi iussæ sunt aliæ patentes
cuiusdam Commissarij Franciscani ad Peruanas
prouincias deputati, per Reuerendiss. tunc
temporis totius Ordinis Vicarium Genera-
lem, & posteà meritissimum, & illustrissi-
mum Episcopum Carthaginensem, mihi mul-
tis titulis colendum Dom. D. Fr. Antonio de
Trejo, ea addita ratione: *Por no auerlas pre-
sentado en el Consejo, como por Nos està orde-
nado, y mandado.*

Et hanc praxim, † vt iustam, & ex conces-
sionibus Apostolicis dimanantem, refert, & pro-
bat Eman. Roder. *d. 1. tom. quæst. 35. artic. 2.
in fine*, sic inquiens: *Et similiter si Magister
Ordinum Mendicantium mittat Vicarium Visi-
tatorem in has partes, debet se priùs Regi præ-
sentare. Quæ omnia sapiunt non ius patronatus,
quod est valdè limitatum, sed delegationem au-
ctoritate Apostolica factam.* Quamvis posteà vi-
deatur † docere: *Quod si quis Religiosus habeat* 31
*litteras à suo Generali pro visitatione facienda in
Noua-Hispania, regimini Ordinis, vel guber-
nationi conueniente, etiam si litteræ in Senatu
Regio non fuerint approbatæ, habent suum vigo-
rem, non solùm in foro conscientiæ, sed etiam in
foro exteriori.* Quod non facile admitti debet.
Nam etiam si dictæ litteræ mittantur Religiosis in
eisdem prouinciis commorantibus, debent, &
solent priùs coram Regio Senatu præsentari, &
aliter missæ, per Religiosos dictarum prouincia-
rum non recipiuntur, & ad Proreges, & Audien-
tias recurritur, qui eas colligunt, & ad Regium
Senatum mittunt, iuxta schedulas suprà rela-
tas.

Quod tamen non faciunt, vbi in dicto Senatu
visæ, & approbatæ sunt, † quin potiùs Vicariis 32
pro earum implemento, & executione diligenter
adsistunt, eísque in necessariis Regium auxilium
præstant, quod vt faciant, semper in eiusmodi
casibus per alias formulares schedulas solet iniun-
gi, quibus etiam præcipitur, vt † talium Vica- 33
riorum actiones attendant, & prudenter prospi-
ciant, & caueant, ne quid detrimenti ex illis In-
diana Respublica in spiritualibus, vel temporali-
bus capiat.

Cæterum extra hos casus, † nullo modo 34
Proreges, nec Cancellariæ Regales, etiam per
viam violentiæ, se immiscere debent in negotiis
tangentibus visitationem, & œconomicam gu-
bernationem Regularium, vt expressè deciditur
in l. 40. tit. 5. lib. 2. Recopil. & in sched. Matrit.
15. Iulij ann. 1560. *tom. 1. impress. pag. 117.*
Quod tamen qualiter practicandum sit, benè
ostendit Ceuallus *in tract. de violent. 2. par. quæst.
95. num. 14. & seqq. & 474. ex num. 24. & lib.
4. commun. quæst. 1. aliàs est 897. num. 287.* ni-
mirùm, vt non procedat, quando grauis exces-
sus in tali correctione, & visitatione intercedit,
quia tunc cùm licitum sit Regularibus à senten-
tiis suorum Visitatorum, vel Prælatorum appel-
lare, vt per Nauarr. *cons. 2. de appellat.* ita & li-
cebit Regium auxilium per viam violentiæ in
Regalibus Cancellariis implorare, & prosequi,
iuxta ea, quæ de aliis Visitatoribus Ecclesiasticis
latiùs dixi suprà *hoc lib. cap. 8. in fine*: quamvis
verum sit, me raro has querelas Religiosorum
Limæ admisisse. Satiùs enim ducebam eos ali-
quando vexari, quàm neruum Monasticæ disci-
plinæ laxari, qui in his visitationibus, vt plu-
rimum consistit, vt benè obseruat Mirand. *in ma-
nual. Prælat. 2. tom. quæst. 10.* & Religiosorum
causas extra Religionem deduci & Tribunalibus
secularibus propalari, contra earum decus, &
institutum, quod humilitatem, patientiam, & om-
nimodam obedientiam desiderat, vt post Sotum
(cuius verba refert) aduertit Ceuallos *dict. quæst.
95. num. 13.* sempérque vellem, vt Religiosi ita ani-
mum suum, vitámque componerent, vt si iustè se
visitari, & puniri cognoscerent, id genus sup-
plicij, velut in expiationem, vel satisfactionem
peccati, libenter reciperent. Sin verò iniustè,
saltim patienter, & in obedientiæ, & profes-
sionis

ſionis meritum referentes, provt pluries plures Sanctos, & Religioſos viros, etiam ſiniſtrè de grauiſſimis delictis accuſatos, & damnatos fuiſſe in eorum hiſtoriis comperimus.

35 Porrò in modo † mittendi, vel delegandi dictos Vicarios, ſeu Viſitatores, varia eſt dictarum Religionum conſuetudo. Nam Generales Ordinis Dominicani, & Auguſtiniani eos nominare, & mittere ſolent, vbi id alicuius prouinciæ Indicæ ſibi ſubordinatæ neceſſitas, & reformatio expoſtulare videtur, priùs ad id Supremi Senatus aſſenſo impetrato. Ieſuitæ † quoque eundem morem

36 ſequuntur. Quos tamen nunquam vidi eiuſmodi Viſitatorum litteras, quas *Patentes* vocant, ad Supremum Senatum deferre, fortè quia eorum gubernatio, & forma, qua in electionibus vtuntur, ex ſolo nutu Præpoſiti Generalis eorum dependet, atque adeò nullum diſturbium timeri poteſt, cùm Viſitatores ſolum de moribus, & interiori gubernatione Religioſorum inquirant, quæ circa, nihil eſt, cur ſe Regia poteſtas immiſceat. Minoritæ † autem, ſiue Franciſcani,

37 & B. Mariæ de Mercede ſemper, & indeſinenter dictos Commiſſarios, ſeu Vicarios Generales, in Prouinciis Nouæ-Hiſpaniæ vnum, in Peruanis alterum deputant, qui eorundem Ordinum Capitulis Prouincialibus præſunt, & deputant circa Religioſorum correctionem, & Monaſteriorum gubernationem arrogant, quæ ipſe Generalis poſſet, ſi ibidem aſſiſteret. Et quamvis ad triennium, vel ad quinquennium nominari ſoleant, Pontificium tamen diploma impetrarunt, vt nullatenus ab eiuſmodi officiis deſiſtant, vel remoueantur, quouſque eorum ſucceſſor aduenerit, & coram eo ſyndicati fuerint. De quo extat ſched. ſpecialiter de Franciſcanis loquens, apud D. Laurent. 2. Iunij 1584. & generaliter de eiſdem, & de Mercenariis aliis 3. Octobris ann. 1601. & 19. Decemb. 1620. & 18. Ian. 1622. Et ann. 1602. 6. Martij expedita fuit altera ſchedula, quæ ordinationes approbat à Mercenariis in quodam ſuo Generali Capitulo factas, circa modum procedendi dictorum Vicariorum. Et 9. Maij ann. 1622. alia, quæ non Vicarios, ſed Viſitatores tantùm mittere permittit, & ad tempus limitatum Supremi Conſilij arbitrio præfiniendum.

Et nunc, hoc ipſo, quo hæc tranſcribimus

38 tempore, † valdè in eodem Senatu hæſitatur de Vicariis nuper in Capitulo Generali deſignatis, admittendis, eò quòd graues querelæ de exceſſibus aliorum, qui ſuperioribus annis miſſi ſunt, ad eundem Senatum peruenerint, & experientia compertum ſit, parum, vel nihil eorum gubernationem, & indeſinentem viſitationem ad Religionis pacificationem, & reformationem profeciſſe; quin potiùs maiores turbas, & ſimultates, vt plurimùm, excitaſſe, & Indiarum Conuentus, ipſorumque reditus ob collectas, & alia bona, quæ ab illis extorquent, vt in Hiſpaniam mittant, vel ſecum transferant, depauperaſſe, & exinaniiſſe.

39 Vndè aliquando tractatum eſt † de harum pecuniarum traiectione impedienda, in quadam epiſtola miſſa ad Peruanum Proregem Dom. Marchionem de Montes-claros 3. Decemb. ann. 1608. cuius caput ob ipſorum Religioſorum decorem hîc inſerere nolo, quamvis fortè oporteret, quòd illius notitiam haberent, vt ſi vera ſunt, quæ in eo narrantur, curent hi Religioſi Patres, vt in poſterum ceſſent. Sin aut[em] (quod magis arbitror) incerta, & vanis, [vt] aſſolet, vulgi rumoribus circumſparſa, diſc[ant] non ſolùm à malo abſtinere, ſed ab iis etia[m], quæ mali ſpeciem poſſint habere, vt nullus d[e]inceps color eiuſmodi calumnioſis relationib[us] ſiue delationibus aperiatur. Et per aliam ſched. 2[.] Iunij ann. 1597. & Iun. 1628. generaliùs de[ci]ditur: *Que los Religioſos que venieren de las [In]dias, no traigan mas dinero del que huuieren m[e]neſter, y eſte le manifieſten: y la perſona que d[e] los le recibiere en confiança, le pierda con el qu[a]troianto.*

De Commiſſariis † autem Franciſcanoru[m] eorumque origine, poteſtate, & auctoritate ag[it] Fr. Eman. Roder. *in quæſt. regul. 1. tom. quæ[ſt.] 52. artic. 1. & ſeqq.* Fr. Ioan. Baptiſta *in aduer[tent.] Confeſſ. Indiar. 2 parte, verbo Commiſſarij Ge[]nerales, fol. 281. & ſeqq.* Fr. Ludouic. Miranda [in] *manuali Prælat. 2. tom. q. 14. art. 2.* vbi quæ poſſi[nt] & quæ non poſſint, benè reſoluit. Et in calce a[d]uertit, eos, qui ad hoc munus demandantur, ſalt[em] debere priùs in ſuis prouinciis functos eſſe ad m[i]nus Diffinitoris officio, & poſt commiſſione[m] laudabiliter abſolutam, in patriam repedantes ill[is] præmiis, priuilegiis, ac præeminentiis potiri, qui[]bus vtuntur, & fruuntur, qui ibidem olim fueri[nt] Prouinciales. Idem quoque notat, & proſequit[ur] Fr. Ioann. Nuñez de Torres *in inſt. ſtat. Eccleſia[ſt.] tract. 6. cap. 4.* & Fr. Ioann. Torquem. *in Monarch. Ind. lib. 19. cap. 27.* vbi enumerat omnes Com[]miſſarios, qui ad eius vſque tempora in Noua[m] Hiſpaniam mandati fuerunt.

Et iidem Patres docent, & explicant, qua[]liter fuerit creatus alter † Commiſſarius genera[]lis pro Indiarum prouinciis, qui in Regia Cu[]ria Hiſpaniæ reſidere debet, & ad quem cauſa[e] omnes Commiſſariorum, & omnium Religio[]ſorum Indiarum remittuntur priuatiuè ad Genera[]liſſimum totius Ordinis, qui huic propter diſtantiam locorum, & negotiorum multitudinem hanc ſuæ ſolicitudinis partem reliquit: quod licèt altiùs repetat Miranda *d. quæſt. 14. art. 1. per tot.* vbi per plures concluſiones huius Commiſſarij originem, & auctoritatem proſequitur, ortum tamen habuit ex Congregatione Toletana coacta ann. 1583. quæ ad huius Commiſſarij nominationem Regium etiam aſſenſum, & beneplacitum interuenire debere, his verbis oſtendit: *Cùm fratres apud Indos conſiſtentes, gubernari commodè non poſſint ſine continuo recurſu ad prouincias Hiſpaniarum, & ſine magnis expenſis à Catholico Rege factis, & experimento deprehenſum ſit, non poſſe Indiarum negotia commodè expediri, niſi in Curia Regis Catholici reſideat vnus probatus Religioſus, qui habeat vices Generalis Miniſtri: hinc enim neceſſarium eſſe viſum fuit, vt vnus Commiſſarius Generalis Indiarum à Reuerendiſſimo Patre Generali ex aſſenſu, & beneplacito eiuſdem Regis Catholici præficiendus in eius Curia reſideat.* Et infrà: *Si tamen prædicta Comitia generalia ſint extra Hiſpaniam celebranda, non poterit prædictus Commiſſarius Generalis Indiarum ad illa ſe conferre, ſine ſpeciali licentia Regij Senatus Indiarum.* Quam conſtitutionem dictæ Congregationis Tolet. refert, & confirmat Sixtus V. in quodam Breui dat. Romæ 15. Maij an. 1587. & eam ampliat, concedendo tali Commiſſario Generali Indiarum, vocem actiuam, & paſſiuam in Capitulis Generalibus eiuſdem Ordinis,

linis, etiam si alias eam non haberet, addita, inter alias, ea ratione, quòd hoc ipsum valdè gratum, & acceptum Regi nostro Hispaniæ futurum sit. Cui quidem, vbi hoc munus vacare contigerit, tres Religiosi probatæ vitæ, ac motum solent à supremo Indiarum Senatu proponi, & ex his Rex vnum nominat, siue eligit, cui demum, & non alij Minister Generalis Ordinis suas vices committit. Et hoc maximè notandum est; quia in hac vltima electione Reuerendiss. Modernus Minister Generalis magno conatu intendit ad se absolutè pertinere hanc nominationem. Quod tamen Regius Indiarum Senatus non admisit, & ex Regiis Archiuiis fuerunt adducta plura exemplaria nominationum, eo quo dixi modo factarum. Egoque in ipsorum comprobationem in testem adduxi domesticum ipsorum, & grauissimum Religiosum Fr. Lud. à Miranda, qui pro nobis expressè deponit, *d. q.14. art.1. pag.111.* vbi primam huius Commissarij creationem referens, inquit eam esse factam ad instantiam, & petitionem D. Regis nostri Philippi.II. *Et quòd quia Hispaniarum Reges Catholici, præterquàm quòd ex auctoritate Pontificia vniuersales sunt patroni totius Noui Orbis, etiam habent ius quæsitum, vt nulli Fratres, cuiuscunque Ordinis, & Religionis sint, ad Indias adsportentur, nec in illis commorentur contra ipsorum Regum voluntatem, & consensum. Hanc ob causam Fr. Christophorus de Capite Fontium, Generalis olim Minister totius nostri Ordinis libentissimè annuit, atque concessit suprà dicto Regi Philippo II. vt aliquis ex nostris Fratribus Pater doctus, Religiosus, & grauis in negotiis gerendis exercitatus, quem ipse vellet, & eligeret, esset Commissarius Generalis Indiarum cum plenitudine potestatis, qui & in ipsius Curia resideret, eius expensis alendus, vt constat ex litteris patentibus eidem directis à prædicto Generali Ministro anno Domini 1572. quæ quidem littera habentur in Archiuio supremi Regalis Indiarum Consilij, quarum virtute, & facultate prædictus Catholicus Rex, matura habita liberatione, elegit in Commissarium Generalem Indiarum Patrem Fr. Franciscum de Guxmam, &c.*

Et quòd † ad hunc Commissarium causæ, (vt diximus) omnes, concernentes Religiosos huius sacri Ordinis, referendæ sint, apertè (vltra aliàs) decisum reperio in quadam schedula dat. Pard. 2. Decemb. 1609. in qua cùm Protex Peruanus Dom. Marchio de Montesclaros retulisset se cōposuisse grauem quandam differentiam Religiosorum Noui Regni Granatensis, & prouinciæ Quitensis super terminis suarum prouinciarum, colligendo eorum patentes, easque ad Ministrum Generalem remittendo, vt quid seruari deberet, exponeret, ei gratiæ pro hac cura redduntur. Cæterùm in posterum admonetur, non ad Generalem, sed ad Commissarium Indiarum talem remissionem faciendam esse; his verbis. *Y aunque esta vez fue bien ordenado el recurso al General, que dio las patentes en vacante de Comissario General de las Indias, ha parecido ordenaros, que de ordinario se ha de acudir al Comissario General de las Indias, que reside en mi Corte, y se tiene para este efecto, con la autoridad y vezes del General.*

Et adeò prudens, & prouidens hæc huius Commissarij institutio visa fuit, vt tractatum sit † de alio ad eius similitudinem creando, & instituendo in Ordine Prædicatorum, vt ostendit quædam epistola Regia dat. Matrit. 17. Mart. ann. 1619. ad Proreg. Peruanum Dom. Principem Squillacens. scripta, vbi monetur, vt in componendis discordiis, & seditionibus dictorum Religiosorum, ob electionem Prouincialium ortis, inuigilet; & statim additur: *Que por lo que acà toca, serà haziendo diligencia con el General de la dicha Orden, para que se entable, que aya vn Comissario General de las Indias en mi Corte, como le ay en la Orden de san Francisco, que es el remedio que se juzgado por mas conueniente, para que las cosas desta Religion anden con el acertamiento que es justo. Y que assimismo cada ocho años se embien Visitadores ordinarios, que elijan Prouincial, visiten, y reformen lo que se huuiere excedido, y procedan contra las personas como convenga.*

Portò inter plura dubia, quæ frequenter contingere solent circa iurisdictionem dictorum Vicariorum, & Commissariorum Generalium, qui ad has Indiarum prouincias mittuntur, de quibus latè agunt Eman. Roder. Fr. Ioann. Baptist. & Lud. Miranda in locis sup. relatis, illa principem locum obtinet. † An eorum potestas 44 expiret, si re integra, siue non integra, Generalem mori contigerit, qui eos nominauit, & delegauit. Quæ quidem quæstio valdè ventilata fuit, & magnas turbas excitauit in Noua-Hispania tempore Dom. Proregis Marchionis de Villa-Manrique, & me Limæ existente, iterum in dubium reuocata fuit inter Reuerendiss. Patres Franciscanos Fr. Didacum Altamiranum, & Fr. Franc. Otaloram.

Et licèt prima facie dicendum videretur eam cessare, † ob id quòd inter omnes recipitur, ta- 45 lium Vicariorum, seu Commissariorum iurisdictionem non esse ordinariam, sed delegatam à Ministro Generali ei suas vices committente, vt in ipsis litteris dicitur, quæ verba delegationem † 46 important, gloss. *in cap.1. de cler. ægrot. lib.6. cap. sanè 2. de off. delegat. l. solet, D. de iurisd. omn. iud.* ibi: *Vice eius, qui mandauit, non sua,* cum aliis traditis ab Abbate *in cap. in singulis, num.3. de statu Monach.* talis autem iurisdictio delegata regulariter, &c. regulariter † re integra morte mandantis 47 expiret, *l. & quia, D. de iurid. omnium iudic. cap. gratum, cap. relatum. & cap. fin. de off. deleg. l.21. tit.4. l.35. tit.18. par.3.* cum multis, quæ vltra Scribentes in eisdem iuribus, congerit Menoch. *de arbitrar. lib.1. q 68. & cent.3. casu 352.* Couarr. *in pract. cap.11.* Medices *in tract. mors omnia soluit. 2. p. concl.81.* Molina *de iust. & iure, tract 5. disp. 19.* Bobad. *in Politic. lib.2. cap.21. num.23.* Et D. Ioan. del Castill. *lib.2. controuers. cap.21.* Card. Tusch. *litt. T. concl.555. & litt. M. concl.65.*

Adhuc tamen in nostro casu contrarium affirmandum est, † quia eadem prouidentia, quæ 48 hos Commissarios Generales Indiarum propter distantiam locorum creari suasit, prouidit etiam, & præuenit, vt semel missi, etiam Generali, qui eos nominauit, mortuo, durarent, neque officio exirent, vel in Hispaniam remeare possint, quousque eorum successor aduenerit, qui eorum syndicatum accipiat, sin autem ipsos mori contigerit, tunc principalis illius Prouinciæ eorum loco in suarum commissionum exercitio succedat, vt apertè constat ex actis, siue ordinationibus Capituli Generalis Toletani ann. 1573. cap.3. Quam constitutionem confirmauit

confirmauit Pius V. & posteà Gregor. XIV. in quodam Breui 25. Aprilis ann. 1591. cuius verba adducit Fr. Ioan. Bapt. *in d. aduertent. confess. in d. 2. par. fol. 283. & 284.* inquiens, per ea esse prorsus sublatam antiquam Franciscani Ordinis consuetudinem, secundùm quam in vigilia Pentecostes, eo tempore, quo Ministri Generalis officium cessabat, expirabant etiam omnes illius Commissarij: *Modò autem* (inquit) *illorum perdurat officium vsque ad aduentum noui Commissarij.* Quod etiam ostendunt Regiæ schedulæ, quas citaui *sup. hoc cap. num. 37.* Et latiùs tradit Fr. Eman. Roder. *in 1. par. summæ, cap. 74. num. 4. conclus. 4.* Et meliùs cæteris Lud. Miranda *in d. Manuali Prælat. 2. tom. q. 14. art. 2. in fine, cap. 114. art. 2. in fine, pag. 114.* vbi ita signanter scriptum reliquit: *Aduerto etiam, quòd non expirat prædictorum Commissariorum Generalium auctoritas, per mortem, seu vacationem Generalis Ministri, neque per quodcunque aliud, quousque noua fiat promotio, & electio aliorum Commissariorum, tum propter speciale priuilegium, quod hac de re habetur; tum etiam quia beneficio legis, vt videtur, ipsi suam auctoritatem, & potestatem habent. Si verò contigerit, quòd Commissarij prædicti ibidem moriantur, interim quòd prouideatur de alio, tenebit sigillum, & scripturas Minister prouinciæ, in qua morietur, & prædictus Minister occurrentia absoluat negotia, habebitque plenitudinem potestatis. Sed tenebitur statim, aut cùm primum opportunitas occurrerit, certiorem facere Generalem Ministrum, aut eius Commissarium in Curia residentem de morte dicti Commissarij. Si verò illa prouincia, in qua mori contigerit Commissarium Generalis suprà dictus, careat Prouinciali Ministro, qui fuerit Commissarius illius prouinciæ, exercebit officium prædicti Commissarij Generalis, &c.*

49 Quibus addo, † tales Vicarios, aut Commissarios Generales, eò quòd cum omnimoda potestate mitti solent in has prouincias, vt inquit Fr. Ioan. Bapt. vbi *vbi fol. 281.* Et ad vniuersitatem causarum, quæ in eis circa Religiosos, & Monasteria sui Ordinis contingere possunt, benè posse subdelegare suas commissiones, vel earum partes, maximè ad prouincias valdè distantes, ad quas ipse, multitudine negotiorum impeditus, personaliter accedere nequeat: quia licèt regula-
50 riter verum sit, † quòd delegatus ab inferiori Principis non subdelegat, *l. fin. D. de officio, eius, l. à iudice, C. de iudic. cap. cùm causam, de appell. l. 19. tit. 4. par. 3.* cum aliis; hoc tamen limitatur,
51 quando quis est delegatus † ad vniuersitatem causarum, qui aliquas earum subdelegare potest, etiam si à Principe non delegetur, quia pro ordinario reputatur, *l. 1. §. fin. D. quis, & à quo appelletur,* gloss. *fin. in cap. is qui, de procur. lib. 6.* glos. *in cap. super quæstionum. § si verò, verb. Delegare, de off. deleg.* gloss. *verb. Moderata, in cap. statutum, §. insuper, de rescript. in 6.* gloss. 1. *in l. fin. C. de iudic. & communis,* quam resoluunt Ias. *num. 2.* Socin. 36. Decius 40. Zasius 17. & 27. Orofcius 12. *in l. more, D. de iurisd. omn. iud.* Idem Ias. *in l. à iudice, n. 8.* idem Orofcius *in l. non posse, n. 1. D. de off. eius.* Et Segura de Aualos *in direct. iud. 2. par. cap. 16. num. 3.*

52 Et etiam limitatur, † vbi à delegante, quamvis Princeps non sit, specialiter ei facultas subdelegandi conceditur, provt in nostris Vicariis, vel Commissariis contingit, *l. non distinguemus, §. quæsitum, D. de recep. arbit.* gloss. *in cap. is cui, de off. deleg. lib. 6. & in c. 1. § substituendi, de procur. eod. lib.* Batt. *in d. l. more, n. 12.* vbi etiam Alber. *n. 6.* Alex. 27. qui de communi testatur, Socin. 45. Ias. 30. qui etiam communem dicit, Ias. *in dict. l. à iudice, numer. 8.* Alexand. *cons. 157. num. 12. volum. 2.* Abb. & DD. *in cap. cùm Bertoldus, de sent. & re iudic.* Nauarr. *in cap. placuit. de pœnit. distinct. 6. num. 70.* Imola *in Clement. 1. de offic. delegat.* Et signanter Orofcius, qui alios vtriusque iuris Auctores adducit, qui de eadem communi testatur, *in l. & quia, D. de iurisd. omnium iud. n. 21.* Et idem tradunt summa Angel. *verb. Delegatus, num. 6.* Syluest. *eodem verbo, quæst. 8. dub. 3.* Rota *decis. 14. de off. deleg. ad fin.* Graphiis *lib. 1. consil. 13. num. 21.* Miranda *de ordin. iud. q. 2. art. 11. concl. 2.* Et plures alij relati à Fachineo *libr. 1. controuers. cap. 15. & lib. 12. cap. 99.* Thom. Sanch. *de matrim. libr. 3. disput. 31. numer. 6. & seqq.* Et Nicol. Garcia *de benef. 1. tom. par. 5. cap. 8. num. 160.*

Vnde ego † cùm Limæ essem, consultus fui à Reuerend. Patre Fr. Francisco Gutierrez de Villaroël Ordinis Prædicatorum, an cessaret subdelegatio sibi facta, ad visitandam prouinciam de Chile, à Vicario Generali omnium prouinciarum Peruanarum Fr. Ludou. Pinto, qui eum nominauerat, & re integra antequàm ipse Pater Villaroël prouinciam Chilensem adiisset, decesserat? Et respondi, quòd cùm dicta subdelegatio tempore habili reperiatur neutiquàm expirare debuit per mortem subdelegantis, cùm viuat, & duret is, qui delegauit, à quo iste iurisdictionem habuit, & accepit, & similiter P. Villaroël eius subdelegatus, quia † ex quo manat radix iurisdictionis in dicto principali delegante, manet etiam eius vis, & potestas in subdelegato, vel substituto, qui) vt diximus) ab ipso delegante potestatem habere videtur, & eum, non subdelegantem repræsentat, vt expressè docet Innocent. *in cap. licèt vndique, de offic. delegat.* Felin. *in cap. relatum, vers. Septimum est, eodem tit.* Decius *ibidē n. 1.* Angel. & Ias. omninò videndus, *in d. l. & quia, n. 13.* Aufrerius *in addit. ad Capel, Tholos. q. 370. vel 369.* Thom. Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 28. n. 36.* Melch. Phœbus, alios adducens, *decis. Lusit. 80. n. 20.* vbi inquit ita iudicatum, & quòd sufficit, quòd ordinarius delegans sit superstes, quasi ipse sit prima radix, & censeatur substituens, & nouissimè Alois. Riccius *in prax. Archiep. dec. 479. pag. 507.* Vbi quærit, † an per mortem Vicarij Capituli substituentis, expiret potestas Vicarij substituti? & resoluit, quòd non quia huiusmodi substitutio censetur facta ab ipso Capitulo; ministerio tamen substituentis, & ita fuisse resolutum in Rota *dec. 218.* & allegat *dict. §. Decur. & cap. mulieres, de sentent. excomm.*

Quibus ego addo, † valere argumentum de mandato Procuratoris ad mandatum iurisdictionis, vt latè per Menoch. *lib. 2. præsumpt. 18. num. 32.* Et Euerard. *loco 35. pag. 224.* Et similiter receptum esse, quòd † si Procurator, qui ad negotia, vel iudicia substituitur cum clausula substituendi, moriatur, mandatum etiam, re integra, non expiret per mortem substituentis, sed potiùs sustineatur ex persona primi mandantis, vt expressè decidit text. *in cap. 1. §. 1. de procur. lib. 6.* vbi DD. & latè docet, & defendit Lapus *in addit. ad Feder. de Senis cons. 203. verb. Expiret,* Card. *in Clement. fin. q. 11.* de

de procurat. Ias. in l. quod quis, limit. 1. C. eod. Roman. in l. 2. §. sed si quis, D. eod. Bellamera decis. 6. & communis de qua Rota in nouis decis. 8. & 33. de procurat. Ægid. cons. 12. num. 70. Millius in repert. verb. *Procurator constitutus cum potestate substituendi*, Ant. Gabr. in comm. conclus. concl. 1. tit. de procurat. num. 9. Cardin. Tusch. d. concl. 65. num. 9. 10. & 44. & concl. 66 per totam, & Vantius de nullit. ex defect. mand. num. 105.

Et quamvis Oldrad. cons. 130. Et Feder. de Senis d. cons. 203. videantur non admittere hanc distinctionem inter mortem delegantis, & subdelegantis, arg. cap. licet vnicuique, de off. deleg. communiter tamen ab aliis reprobantur, vt constat ex sup. relatis, vel saltem intelligi debent, † quando mandatarius, vel subdelegans iure proprio substituit, vel subdelegauit, vt quia procurator sit effectus dominus litis per contestationem, vel in delegato, qui habet potestatem subdelegandi à lege, cap. Pastoralis, in princip. & cap. fin. de off deleg. Secus verò quando id non facit iure proprio, sed ex potestate sibi data ad substituendum, vt in hoc de quo loquimur casu, tunc enim non attenditur (vt diximus) mors substituentis, sed mors principalis, vt expressis verbis contra Oldrad. & Felin. tenent Lapus, Cardin. Decius, Ægidius, & Tuschus vbi suprà. Et Feder. de Senis, sibi contrarius, cons. 257. incip. *Nobilis vir*, per totum, qui loquitur in substituto à thesaurario, qui mortuo thesaurario non reuocatur. Et est ratio huius † doctrinæ, quia quando delegato datur simpliciter facultas subdelegandi, non tam ipse subdelegare videtur, quàm Ordinarius, qui id ei expressè mandauit, & commisit, & actus † tribuitur mandanti, non exequenti, arg. l. vnum ex familia, §. si de Falcidia, D. de leg. 2. l. item eorum. §. si Decuriones, D. quod cuiusque vniuers. ibi: *Si Decuriones decreuerunt actionem per eum mouendam, quem decem viri elegerint, is videtur ab ordine electus, & ideò experiri potest*, apertissimi, vbi gloss. vlt. C. de iudiciis, cap. litteris, vbi Abbas de rescript. cap. cum aliquibus, eod. tit. 6. l. patet ex prouincia, D. de manum. vind. ibi: *Solam enim electionẽ filio concessit, cæterum ipse manumisit*, cum aliis, quæ tradit Marc. Ant. Eugen. cons. 50. num. 31. Et D. Valençuela cons. 63. num. 65. & 66. pag. 457.

Rursus, me etiam Limæ existente, aliud dubium ortum est inter Reuerend. Patres Fr. Franc. de Herrera, & P. Fr. Ioan. Quixadam, Ordinis Franciscani, quisnam ex iis præferri deberet, † cùm primus haberet litteras patentes Reuerendiss. Ministri Generalis, ad officium Commissarij, quod exercere cœperat in prouinciis Peruanis. Alter verò, nulla harum litterarum mentione, vel derogatione habita, à Commissario Generali Indiarum, qui in Curia (vt diximus) residet, fuerat nominatus. Et re diligenter discussa, omnes Patres dictæ prouinciæ declararunt, litteris Ministri Generalis stari debere, † tum quia is est supremus Princeps, & Magistratus totius dicti Ordinis, vt apparet ex eorum reg. cap. 8. Hugo, Pisan. & Cord. in eius expos. q. 1. D. Bonauent. in quæst. sup. reg. 12. & 13. S. Bernard. serm. de obedient. Cuius mandatis † inferior contrauenire non potest, cap. cum inferior, cap. super his, de maior. & obed. cap. institutio, cap. ammutatio, cap. Ecclesiastica 25. q. 2. Clem. ne Romani, de elect. cum aliis. Tum præcipuè, quia etsi verum sit, quod dictus

Commissarius Generalis Indiarum est veluti Superior iudex Commissariorum, & aliorum Religiosorum Indiarum, vt sup. retulimus; † electio 64
tamen, & institutio, ac per consequens continuatio dictorum Commissariorum, expressè reseruata est Ministro Generali dicti Ordinis, vt deciditur in actis Capituli Toletani, & in Bulla Greg. XIV. ann. 1591. cuius suprà meminimus, ibi: *Decernimus Commissariorum sic pro tempore in illis partibus deputatorum à Generali Ministro superioritatem, vsque ad nouorum Commissariorum ad illas partes aduentum perdurare, &c.* Et idem affirmat Miranda d. q. 14. art. 2. in princip. pag. 113. ibi: *Qui prædicti Commissarij institui debent à solo Generali Ministro, vt habetur in cap. 3. statutorum generalium, &c.*

Planè si in litteris dicti Commissarij Generalis Indiarum exprimeretur, † quòd Commissa- 65
rium Peruanum remouebat, & suspendebat ab officio ob aliquas iustas causas, & rationes, tunc is ei tanquam superiori suo obedire deberet, vt benè inquit idem Miranda vbi suprà, vers. *Sed statim*: quia licèt à solo Ministro Generali, vt præmittitur, sint electi, & eligi debeant, non propterea idem sunt immediatè subiecti, sed obedire tenentur suprà dicto Commissario Generali Indiarum. Cæterùm habito respectu ad electionem faciendam, vel conseruandam, magis deferri debet Ministro Generali Ordinis, quàm Commissario Indiarum.

Vndè & illud in alio emergenti casu Vicarij Generalis Peruani Ordinis Prædicatorum Reuerend. Patris Magistri Fr. Alphonsi de Almeria consului, † viribus carere, & inutilem fuisse re- 66
nuntiationem iuratam, quam fecit dicti muneris, & Vicariatus sibi à suo Generali commissi, ob vitandas lites, & calumnias, quæ ei mouebantur, & minabantur à quibusdam fratribus dictæ prouinciæ. Nam quamvis vulgò dici soleat, † renũ- 67
tiantibus actiones suas non esse regressum dandum ad eas, l. quæritur, §. si venditor, D. de ædilit. edict. cum multis aliis, quæ tradit Surd. decis. 51. num. 11. & decis. 106. num. 19. Tusch. lit. R. concl 175. per totam, Giphanius in tract. de renuntiat. cap. 1. & seqq. Et in materia iurisdictionis Innocent. & DD. in cap. quod in dubiis, de renunt. Bart. in l. si quis vi, §. differentia, in fine, per text. ibi, D. de acquir. possess. Paul. de Castro cons. 313. Et Enric. de Bouio in singul. verb. Iurisdictio, num. 6. vbi docent, quòd † talis renuntiatio sufficit ad priuan- 68
dum renuntiantem quasi possessione illius iurisdictionis.

Adhuc tamen certius est, dictam renuntiationem, vt per impressionem, & concussionem factam viribus caruisse. Et vt hæc deficerent, cùm eiusmodi Vicariorum, siue Commissariorum Generalium officia à dictis Magistris Generalibus conferantur, vt suprà probaui, non † aliter Vi- 69
carius, qui semel ea suscepit, & exercere cœpit, illis renuntiare, vel se abdicare potest, quàm si in manibus ipsius Generalis renuntiatio fiat, & ab eo admissa sit, & quamvis de facto aliter renuntiatum sit, non amittitur iurisdictio, vt ex-
pressè disponit text. † in l. legatus penult. de off. 70
Præsid. ibi: *Legatus Cæsaris (id est Præses, vel Corrector prouinciæ) abdicando se non amittit imperium.* Vbi idem tenent omnes DD. communiter, & in cap. Pastoralis, & cap. super quæstionum, §. porrò, vbi gloss. verb. Transfert, de

de off. deleg. Bart. *in l. ſi quis vi*, §. *differentia, num.*8. *D.de acq.poſſeſſ.& in l.*2.*num.*13.*D.ſi quis in ius vocat.* Roman *ſingul.*352. Et plures alij, quos refert Maſtrill.*de Magiſtr.lib.*1.*cap.*23.*num.*11.*cum multis ſeqq.*

71 Et facit, quod in ſimili † de inutili renuntiatione beneficij, niſi in Superioris manibus fiat, quia eius eſt deſtituere, cuius & inſtituere, docet text. *in capit. admonet*, *& d. capit. quod in dubiis, de renuntiat.* vbi Innocent. Tuſch. *verb. Renuntiatio, concl.*165. *& verb. Reſig-*
72 *natio, concl.*256. *&* 258. Et in † Tabellione, quòd non poſſit ſe abdicare officio Tabellionatus, etiam ei renuntiando, niſi in manibus Superioris, tenet Bart.*in l. falſus, colun.antep. C. de furt.* quem refert, & ſequitur Romanus *ſing.*352. idem Roman. *conſ.*444. *dub.*2. Afflict. *in cap.*1. §. *poteſtas, numer.*56. quæ ſint Regal. Alciat. *in l. poſtquàm liti, C. de pact.* Odofred. Imol. Alexan. Horoſc. & alij *in d. l.*
73 *leg.* Et in † vaſſallo, quòd feudum renuntians, niſi in manib. domini, illud non amittat, Bald.*in Auth. in ſucceſſione, in fine, C.de ſuis, & legit.* Afflict.*vbi ſup.* latè Roſen.*in tract.de feud.c.*2.*concl.*20.*&* 21.

74 Et magis in terminis, quòd ſuper † iuriſdictione, quia iuris publici eſt, & morum correctionem, & delictorum punitionem concernit, non poſſint fieri pacta, nec conuentiones, nec compromiſſa ſine auctoritate, & confirmatione Superioris, & quòd quamvis fiant, & à partibus approbentur, non tamen ideò detur, vel tollatur iuriſdictio, tradit eleganter Bald. *conſ.*142. *n.*4. *lib.*1. *& conſ.*378. *num.*3.*lib.*3. Calderin. qui dicit, contrarium repugnare auctoritati ſuperioris, *conſ.*13.*in fine, de conſtit.& conſ.*10.*ſub tit.de vſur.* Roman. *conſ.*13. *in fine, de conſtit.& conſ.*10.*ſub tit, de vſur.* Roman. *conſ.*403.*num.*21. Socin.*regul.*8. latè Tuſch. *d. litt.R. concl.*171. Et adhuc magis in terminis Tiber. Decian. *reſp.*19. *vol.*3.
75 *vbi num.*60. concludit, quòd † nec iuri prælaturæ poteſt quis renuntiare, inconſulto eo, qui prælationem conceſſit.

Et Doctores, qui dicunt, quòd, qui renuntiat iuriſdictioni, eius quaſi poſſeſſione priuari
76 debet, † ſunt intelligendi, quatenus ſuperior hoc admiſſum, ita puniendum declaret, quemadmo-
77 dum & in † beneficio, aliter quàm in manibus ſuperioris renuntiato, contingit, quòd tamen interim dum hoc non declaratur, retinet is, qui ei renuntiauit, & nihil valet renuntiatio in eius præiudicium, vt latè per Geminian. *conſ.*225.*num.*5. *&* 7. Tuſch. *d.concl.*165. vbi alij per eum relati, quia ipſo iure non inducit vacationem, neque obſtat agenti contra intruſum in beneficio per ſe renuntiato, vt expreſsè tradit deciſ.Rotæ 1.*ſub tit. de renuntiat.in antiq. num.*2. *& deciſ,*3. *num.*1. *ibid.* vbi reddit rationem maximè noſtro propoſito congruentem, nempè, quia licet pœnitere, & variare ante admiſſionem ſuperioris, arg. *l.*3. *& l. quem pœnitet, D. de ceſſione honor.* Et idem tradit Nauarr. *conſ.*1. *de offic. Ordin. & in cap. accepta, oppoſ.*7. *de reſt. ſpoliat.* poſt Innocent. *in cap. ſuper hoc, de renuntiat.* Et proſequitur D.Valençuela, poſt hæc reſcripta viſus, *conſ.*32. *num.*4.*& ſeqq.* vbi pluribus probat, quòd neque officium amittit per ſolam renuntiationem ante-
78 quàm à ſuperiore admiſſa ſit. Et quòd † renuntiationi nullæ, vel nulliter factæ quis poſſit contrauenire, Ripa *in l.*1.*num.*5. *C. de pact.* Et Petr. Surd.*deciſ.*316.*num.*10.

Idem quoque R. P. M. Fr. Alphonſ.de Almeria me, Limæ etiam exiſtentem, de alio caſu conſuluit, quem hiſce commentariis inſerere operæpretium duxi, quia multoties contingere poteſt. Eius autem ſpecies hæc erat, quod in huius † Vicarij Generalis patentibus (vt & in aliis communiter) ei dabatur poteſtas, *Caſſandi electionem Prouincialis ante ipſius aduentum factam, ſi id oportere ſibi viſum fuiſſet, ac prætereà totam Peruanam prouinciam viſitandi, ac reformandi & per præcepta, & cenſuras inquirendi, interrogandi, puniendi, & abſoluendi ab officiis quoſque Priores Conuentuales, & etiam, ſi oportuerit, Prouincialem ipſum.* Cúmque dictus Vicarius vbi primùm in prouinciam acceſſit, Prouincialis quem electum inuenit, electionem caſſaſſet, & nouum Capitulum conuocaſſet, in quo alter Prouincialis, præſente, & aſſentiente ipſo Vicario, electus fuit, & hunc poſteà ſuo iudicio minus rectè procedere cenſuiſſet, volebat eum abſoluere, ſeu deponere, & dubitabat, † an ei, dictis litteris attentis, huius depoſitionis facultas competeret.

Et re maturè conſiderata, Reſpondi, Competere. Nam litterarum verba ita generaliter, & indefinitè prolata reperiuntur, vt non ſolùm de prioris Prouincialis abſolutione, ſed de quocunque àlio, qui in eius locum ſuffectus fuerit, intelligi debeant, maximè cùm † actus, de quo agitur, natura ſua, & in diuerſis perſonis, & temporibus reiterati poſſit, vt ad limitationem *l. boues*, §. *hoc ſermone, D. de verbor. ſign.* docet valdè in noſtris terminis Tiraq. *ibid. limit.*4. 11. 13. 20. 22. *&* 25. Et cùm in eadem oratione, & ſub eadem determinatione connectant Prouincialis, & aliorum Priorum conuentualium, & quorumlibet Religioſorum viſitationem, correctionem, & abſolutionem, atque hæc in illis reiterabilis ſit, & eſſe ſoleat, idem & in Prouinciali dicendum videtur, ex vulgari iuris principio, quo docemur, † vnam determinationem reſpicientem plura determinabilia pariformiter determinare, de quo *in l. iam hoc iure, D. de vulgar. l.quamvis, C. de impub.* Et aliis ſubſt. cum adductis à Corraſ. *in l.*1. §. *ſi ſtipulanti*, 2.*lect. n.*5. *D. de verb. oblig.* Bernard. Diaz, & Salced. *reg.*188. Portio *conſ.*54. *num.*26. Et Alfan. *in collect.*91. Nec † credendum eſt concedentem, eos, ſi diuerſo iure cenſeri voluiſſet, ſub eodem verborum tenore ſociaſſe, arg.*l.ſi idem, C.de codicill.* ibi: *Quævis, ad poteſtas vna ſociaſſet.*

Quod euidentiùs colligitur ex natura, & proprietate illius † coniunctionis *etiam*, quæ ea, quæ ſimilia ſunt, & eiuſdem generis, in caſu de quo tractatur, iungere, & copulare ſolet, vt notant DD. per text. ibi *in l. imperium, D. de iuriſd. omnium iud.* Prateius & Briſſon.verb. *Etiam.*, & nouiſſimè Simon Barboſa *in tract. de dictionib. eod.verb.* Et latè Cenedus in ſuis ſingularibus. Et idem operatur copula † quæ quamvis ponatur inter diuerſa, coniungit tamen ea æqualiter, & eſt repetitiua ſimilium, ſicut dictio *etiam*, vt latè per Alber.in dictionario, *verb.Et*, Cenedum *ſingul.*50. Et alios *ſuprà* citatos.

Ponderaui etiam, quod etſi in dictis patentibus, ante & poſt clauſulam ſuprà relatam, agatur de abſolutione Prouincialis nulliter electi. Cùm tamen poſteà † generalem illam clauſulam ſubiecerit, quæ totius viſitationis, ſeu commiſſionis cardinem continet, cenſere debemus aliud

aliud quid diuersum ab antecedentibus addere, & disponere voluisse. Ne alioqui in clausulis adeò vicinis idem repetere videatur,& vt rescripti verba aliquid operentur,† quod semper in illis,vt & in legibus, curare debemus, ne superfluitas inducatur,*l.si quando,D.de leg.1.*vbi DD. cap. si Papa, *de priuileg.* iunctis aliis, quæ latè tradit Decius *conf.263.* Craueta *conf.70.* Staphileus *de litteris gratiæ,§.2.num.1.*Sanch.*de matrim.lib.3. disp.26. num.6.& lib.7.disput.37.num.31.* Marta *de clausulis,4 parte,clauf.3.num.2.verf.1.* Et Velascus *in axiom.in litt.L.num.14.* Quod etiam † in rescriptis odiosis, & dispositionibus pœnalibus curandum esse docemur *in l.1.§.penult. cum l. seq.D.de calumniat.*Et in aliis, quæ optimè congerit Meres *de maiorat.1 par.q.60.n.5.*Et in nostro efficaciùs suadet illa dictio *Prætereà*, † quæ ad alium casum à superiori dissimilem transitum fecisse, & facere voluisse supponit,*§.prætereà quasdam, Inst.de action.cap.super quibusdam,§.prætereà, de verb. signif.* cum aliis,quæ tradit Franc. Molinus *de brachio seculari,cap.3.n.12.*Et Barbosa *de dictionib.eod verb.dict.280.*

Præsertim cum in depositione Prouincialis lecti vtatur verbo *Quasandi*, & in depositione liorum, vbi fieri oportuisset, verbo *Absoluendi.* Et vt eodem verbo in vtroque vteretur, & in lausulis sequentibus, de eodem Prouinciali nulliter electio sermonem repeteret, hoc tamen non fficeret, quin † dicta clausula generalis generaliter accipienda esset, per text. opt. *in l. regula, licèt, D. de iur. & facti ignor.* ibi: *Nam initium constitutionis generale est*, per quem text. ixit eleganter Imola *in l. si quis ita, §. ea lege, um.9. D. de verbor. oblig.* Quòd † si principium onstitutionis generale sit, quamvis postea subantur aliqua verba, quæ certas, & limitatas ersonas omninò respicere videantur, nihilominus constitutio talis ita interpretanda est, vt eneralis sit, & generaliter comprehendat omes, secundùm naturam principij. Quam doctriam refert, & prosequitur Decius *in cap.1. num. de const. & conf.51. col.4.* Corneus *conf.273. ol.3. num.30. lib.4.* Geminian. *conf.39. col.1.* ldobrand. *conf.72. num.10. lib.1.* Camill. Galn. *de verb. sign. lib.5. cap.11. per totum.* Et Ioan.Gutierr.*3.pract.cap.17.& 18.ex num.75.* cum ultis seqq.

Vltra prædictos autem Commissarios Generas sunt quoque † alij particulares, seu specias, qui in has Indiarum prouincias mitti solent m Religiosis, quos earum necessitas exigit, ad nuersionem, prædicationem, & doctrinam Inorum, & vt in missionibus occupentur, qui eligiosi, & Commissarij expensis Regis nostri eraliter his omnibus donantur, & instruuntur, uæ ad terrestris, & naualis itineris progressum cessaria sunt, & dicti Commissarij sunt eom superiores, quousque ad prouinciam, in uam destinantur, perueniunt. Vbi verò eam ngunt, hæc auctoritas cessat, & Prælatis in constitutis subduntur. Sin autem Prælati ibi on sint, ipsi eorum vice funguntur, & Relioſis, quos secum duxerunt, sua priuilegia mmunicare possunt, vt habetur in constitionibus, siue ordinationibus Indiarum Ornis Minorum, quas refert Fr. Ioann. Baptista *aduert.confess.2.par.fol.133.& seqq.* Et meis Miranda *in dict. Man. Prælat. 2. tom. q. 4. art.3.per totum, pag.114.& seqq.* vbi inter alia declarat, quàm grauiter † dicti Commis- 93
sarij, & Religiosi ad hunc effectum quæsiti, ac missi, delinquant, & ad expensas in viatico factas Regi nostro teneantur, si in Hispaniam, eo inconsulto, redierint, aut in aliis prouincis remanserint, quàm in eis ad quas destinantur. Id quod plurimis etiam schedulis Regiis cauetur,quæ reperiuntur *in 2.tom. impress.pag.120.& seqq.*Et est valdè notanda illa data apud D. Laurent. 17. *Septemb.1611.* quæ memorat ad instantiam eiusdem nostri Regis Apostolicam Bullam expeditam esse, cum grauibus pœnis, & censuris aduersus dictos Religiosos, præsertim in Philippinas insulas destinctos, qui solùm verterint, & prouincias sibi signatas deseruerint. Quod tamen parum (heu dolor!) à multis eorum seruatur, qui frequenter appetunt prouincias magis pingues, & deliciis,& Monasteriis affluentes, & parum de Indorum conuersionibus,missionibusque, ad quas
conducuntur,curantes,omne † suum studium col- 94
locant,vt in dictis Monasteriis Priores,Guardiani, Diffinitores,ac Prouinciales creentur, maximè in prouinciis, vbi vel omninò Religiosi Hispani, hæc sibi officia adrogare soliti sunt,cum exclusione,& graui contemptu,atque iniuria aliorum, qui in dictis prouinciis nati, & Religionem professi
sunt,quos vulgò *Criollos* appellant, vel saltem † 95
vbi alternatiuam in dictis officiis introduxerunt; & quamvis pauci numero sint, & indigenæ, vt semper fieri assolet,longè plures numero, & vitæ sanctimonia, prudentia,litteris, & qualitate non inferiores, dimidiam officiorum partem obtinuerunt,impetratur à sede Apostolica Bulla, seu Breue,quod vocant de Alternatiua sub eo colore, & prætextu, quòd ita ad meliorem gubernationem dictarum Religionum,& prouinciarum conducat, & quòd,qui ex Hispania transfretarunt,magis obseruantes Regularis disciplinæ esse soleant,& magis item apti ad gubernationis habenas regendas, contra quos vulgò, & facilè plures defectus obiiciunt, de quibus egi *suprà hoc tom. libr.1. cap.28.*

Quibus Alternatiuis robur nouissimè dedit
† Bulla, seu Breue S. D. N. Vrbani Papæ VIII. 96
cum Augustinianis Mexicanæ Prouinciæ loquente,quod ita habet:

Vrbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. Commissi Nobis per abundantiam diuinæ gratiæ Pastoralis officij debitum postulat, vt ad ea, quæ personarum diuini Numinis obsequiis sub suaui Religionis iugo mancipatarum, felicique statui, & directioni opportunè conueniunt, mentis nostræ aciem assiduè intendamus, eaque statuamus, & discernamus, quæ earum personarum paci, & quieti conspicimus in Domino salubriter expedire. Hinc est, quòd Nos dissensionibus, & controuersiis, quæ, vt accepimus, inter dilectos filios Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini Prouinciæ Mexicanæ, Hispanos nimirum, & illos, qui Criolli nuncupantur, circa Prioris, Prouincialis, aliorumque Ordinis, & Prouinciæ huiusmodi officialium infra scriptorum electiones, indies oriri consueuerant, quantum cum Domino possumus, obuiam ire volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, quod de cætero, perpetuis temporibus, circa Prouincialis, ac primariæ domus eiusdem Ordinis Mexicanæ Priorum, necnon Diffinitorum, & Visitatorum Ordinis, & Prouinciæ huiusmodi electiones, alternatiua in Fratres

 Hispanos,

Hispanos, & Criollos prædictos omninò seruetur, provt in aliis Indiarum prouinciis, tam prædicti, quam aliorum Ordinum in similibus seruari consueuit, ita videlicet, vt Prouincialis dictæ prouinciæ, & Prioris primariæ domus Mexicanæ huiusmodi electio pro primo triennio ex dicti Ordinis Religiosis naturalibus Criollis fiat. Atque ita in Diffinitores prouinciæ huiusmodi pro quolibet triennio duo ex Hispanis, & duo ex naturalibus Criollis dicti Ordinis Religiosis, & similiter in Visitatores vnus ex Hispanis: alter ex Criollis Religiosis huiusmodi respectiuè eligantur, & eligi, atque huiusmodi distributionis ordo in dicta prouincia ab illius Religiosis prædictis semper seruari omninò debeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium statuimus, & ordinamus. Decernentes quascunque ad huiusmodi officia, aut si dicendum sit, munera, electiones, contra præsentium formam, & tenorem forsan quomodolibet faciendas, nullas, irritas, & inanes, nulliusque roboris, vel momenti fore, & esse, ac nullum per eas cuique ius acquiri, sicque, & non aliter in præmissis per quoscunque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, vbique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quocunque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis in dicta prouincia constitutis, seu dilectis filiis eorum officialibus per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo: aut vnus illorum per se, vel per alium, seu alios præsentes litteras, vel in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, & quoties super hoc requisiti fuerint, solemniter publicantes, ac in præmissis efficaci defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præsentes litteras, & in eis contenta huiusmodi, ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, firmiter, & inuiolabiliter obseruari, & adimpleri, contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, & censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliáque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis quibusuis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, & indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem die secunda Septembris, anno Domini M. DC. XXII. Pontificatus nostri anno quarto.

Quod Breue, ex paritate rationis, facilè ad alias prouincias, imò & ad alias Religiones extensum
97 est. Nam eo etiam † vtuntur Augustiniani Mechoacanenses, & Peruani in prouincia Limensi, & Quitensi, & Dominicani Nouæ-Hispaniæ, & Noui Regni Granatensis. Et quod plus e[…] Franciscani Mexicani non solùm habent Alte[…] natiuam, sed Ternatiuam, quam vocant, diui[…] scilicet, & alternatis electionibus inter natos, […] professos Ordinem in Hispania, & Ordinem i[…] gressos, & professos in partibus Indiarum & i[…] ter eos, qui in ipsis Indiis nati, & professi su[…] quos Criollos vocamus. Solentque in Reg[…] Consilio facilè expediri litteræ ad dictarum R[…] ligionum Generales, vt has Alternatiuas conc[…] dant, & ad Proreges, & Regias Cancellarias I[…] diarum, vt eas exequi faciant. Nimirum, † qu[…] (vt dixi) vulgò creditum est, id ad reformatio[…] nem, pacem, & tranquillitatem ipsarum Religi[…] num valdè expedire, vt vel ex verbis narratiui[…] & proœmialibus dicti Breuis colligitur, qu[…] † finem, & intentionem rescribentis detege[…] solent, *l. fin. D. de hæred. inst. l. Titia, §. idem respo[…] dit, D. de verbor. l. item quia, §. fin. D. de pact. ca[…] quia propter, de elect.* cum aliis quæ adducit Ba[…] *in l. ambitiosa, de decret. ab ordine faciend[…]* Et latè Nauarr. *in cap. si quando, except 8. nu[…] 1. de rescript.*

Eóque tendunt verba † Doctiss. & Religio[…] P. M. Fr. Gaspar Villaroël, meritissimi Episco[…] pi Chilensis, *in suis Comment. sup. Euan[…] Quadrag. 2. par. pag. 7.* vbi sic inquit: *A es[…] se encaminò la intencion del Pontifice Vrba[…] P. VIII. quando mandò, que en las Indias […] alternasse en las Prelacias de las Religiones, l[…] que nacieron en ellas, con los que fueren de E[…] paña, que sin embargo que todos son originari[…] della qualquiera distancia al nacer, introdu[…] distincion, y auiendose hallado traça para que l[…] administracion quede en fiel, no ai porque se pien[…] menos valida la paz.*

Et statim ad id comprobandum adducit e[…] Plutarcho in vita Numæ simile fœdus, quod in[…] ter se, † ad vitandas discordias in Regis electio[…] ne Romani cum Sabinis pepigerunt, nempe, v[…] Rex esset ex Sabinis; Romanis autem eius ele[…] ctio relinqueretur: *Sic enim* (inquit) *maximè quie[…] scere contentionem posse, & qui declaratus esse[…] æqualem vtrisque fore; nam & alteros, vt qui […] elegissent; amaturum, alteris autem, vt cognatis be[…] neuolum futurum.*

Sed nescio Herculè, an satis certa in om[…] nibus fuerit narratio summo nostro Pontific[…] facta? Illud † planè scio rixas, & partialitates […] seu dissensiones, quas, mediantibus his alter[…] natiuis, sedandas esse Pontifici suasum, vel sug[…] gestum fuit, nequaquam sedatas fuisse, quin po[…] tiùs magis nunc, quàm anteà exardescere, & […] electionum libertatem contra iuris regulas im[…] peditam esse, & ad paucos restrictam, vt pe[…] Tusch. *litt. E. conclus. 62.* cum aliis, quæ addux[…] *sup. lib. 2.* Eman. Roder. *tom. 2. quæst. regul. quæst. 5[…] artic. 11.* vbi ait se vidisse † tres electiones irrita[…] ri, ob restrictionem eligendorum. Quod sæp[…] extantibus eiusmodi alternatiuis contingit, cùm Hispani (vt dixi) Criollis longe inferiores i[…] numero existant, & multoties, etiam in reli[…] quis, non præcellant. Quod non possunt ill[…] non † grauiter sentire, ac dolere videntes si[…] bi in propria patria, ob id tantùm, quod i[…] ea nati sint, alienigenas dominari, cùm potiùs hoc tituli vicem habere soleat, vt quis in beneficiis, honoribus, & Magistratibus præferatur, iuxta ea, quæ late dixi *suprà hoc lib. cap. 19.* Quod magis dolendum est in in[…]

fulis

ſulis Philippinis,& in prouincia Guatemalenſi,& in aliis,vbi Hiſpanigenæ indigenas numero æquãt, aut ſuperant, & prorſus ſibi omnia Religionis munia adrogare ſolent,ea prorſus Criollis,tanquam indigenis inuidentes,& inhibentes; à quibus, ſi quando de alternatiua inducenda tractatur,eis neruosè reſiſtunt,contra iuris regulam,quæ æqualitatem deſiderat.*l.in omnibus*, *D. de reg. iur.* Et vt quis eodem iure metiatur, quod in alios impetrauerit, *l.1. cum vulgat. D. quod quiſque iuris, cum ſimilib.*

Quæ omnia præ oculis, meo iudicio, haberi debent,† ad non extendendas huiuſmodi alternatiuas, quin potius ad admittendas, & benignè accipiendas ſupplicationes,quæ à multis Religioſorum prouinciis à dicto Breui interpoſitæ ſunt, cùm finales cauſæ, quibus Pontifex ad illud concedendum motus fuiſſe videtur, vel incertæ fuerint, vel votis minùs aptè reſponderint,& † ceſſante cauſa finali diſpoſitionis, illa etiam ceſſare debeat, ex iuribus vulgatis, & latè in materia reſcriptorum traditis à Tiraq. *de ceſſ. cauſ.* 1.*p. num.*234. Nauarr. *conſ*1. *& ſeqq. ſub tit. de reſcript. & in d. cap. ſi quando, prælud.* 1. *& excep.*5. *&* 9. Couarr. *lib.*1. *var. cap.*20.*num.*1. *&* 2. Suar. *tract.*2. *de cenſur. q.*96. *art.*5. Vazquez *in opuſculo de benef. cap.*3. §.4. *dub.* 2. Azor. *libr.*5. *inſt. cap.*24. Saa *verbo Gratia, num.*4. *&* 10. Et Thom. Sanchez *de matrim. libr.*8. *diſput.*21. *num.*3. *& lib.*3. *diſput.*39. *n.* 3. vbi etiam tradunt eam in reſcriptis cauſam finalem dici, qua non exiſtente Princeps ea conceſſurus non fuiſſet.

Cum autem Religiones, & Religioſi ritè rectéque viuentes, & procedentes, Deo admodũ gratæ, & Reipublicæ Chriſtianæ valdè vtiles
0 ſint, iure, † ac meritò tam in exemptione perſonarum,quàm bonorum, & aliis pluribus in rebus diuerſis temporibus à Sede Apoſtolica,& Hiſpaniæ Regibus variis priuilegiis donatæ ſunt,quæ licèt in multis poſteà per eoſdem Pontifices reſtricta ſint,adhuc plurima manent,præſertim cùm alij aliorum priuilegiis participent, & communicent.De quibus agunt Eman.Roder.1.*tom. regul.* q.5.*& ſeqq.& in compend.priuileg.Ordin. Mendic.* vbi etiam Ioann. Baptiſta, & alter Fr. Ioan. Bapt. *in ſuis aduertent.* 2.*par. in princip. & fol.* 100.*verbo Communicatio,priuilegiorum*,Paul.Piaſetius *in prax.Epiſcop.*2.*part. cap.*3. *num.*39. *& ſeqq.*Miranda *in manuali Prælator.* Fr. Ioann. à Cruce *de ſtatu Relig.lib.*1.*cap.*6.*dub.*5.Et latè Ioſeph.Aldrete *in tract.de omnimod.Regular.exem-*
09 *tione*: quæ ſanè præcipuè † vbi concernunt ſtatum,& conuerſionem Indorum, rectiùs dici debere priuilegia ipſorum Regum,& ad eos, eorúmque Proreges illorum conſeruationem, & tuitionem competere,benè aduertit Fr.Ioann.Bapt.*d.*2. *part fol.*119.*&* 375. Eaque propter fauorabiliter
10 accipienda eſſe,† & ſemper augenda,& amplianda, etiam ſi contineant derogationem iuris communis,latè ex communi doctrina in variis caſibus, & materiæ oſtendit Tiraquel. *de priuil. piæ cauſ. num.*160. *& ſeqq.* & alios referens Barboſ. *in l. conſtante, D. ſolut. matrim.* Et Eman. *d. tom. q.*119.

Vndè meritò conſtitutum eſt, vt ad conſeruationem dictorum priuilegiorum, & repellendas, vel obuiandas notorias iniurias, quæ vel ipſis
11 Religioſis, vel eorum bonis fieri ſolent, † iudices Conſeruatores nominare, & eligere poſſint, de quorum qualitate, auctoritate, poteſtate, & iuriſdictione plura quidem dicere poſſem, ſi id mei inſtituti ratio pateretur, & ſatis plenè hoc argumentum præoccupatum non fuiſſet à Doctoribus communiter per text. ibi *in cap.*1. *& fin. de off. deleg. lib.*6. Concil. Trident. *ſeſſ.*14. *cap.*5. *lib.*1. *tit.*8. *part.*1. vbi Greg. Lop. *l.*1. *&* 2. vbi Azeued. *tit.*8. *de los juezes Conſeruadores*, *lib.*2. *Recop.* Specul. & Hoſt. *d. tit. de off. deleg.* Anchar. *conſ.*132. Bertrand. *conſ.*102. *in princ.vol.*2. Ruin.*conſ.*3. *vol.*4. Guid. Papa *deciſ.*18. *&* 247. Lucas de Pena *in l.*4. *C. de iure Fiſci*, *fol.*4. *col.* 2. Ioan. Petrus Moneta in integro, & ſatis luculento tractatu, quem de Conſeruatoribus edidit, Tiber. Decianus *lib.*5. *crimin. cap.*20. *num.*38. Quint. Mandoſ. *in prax. vtr. Signat. tit. de Conſeruatoribus*, *fol.*139. Nauarr. *in manual. cap.* 27. *num.*125. Ioan. Guttierr. 3.*pract. q.*9. *&* 10. *& lib.* 4. *q.*63. *&* 64. vbi de modo conueniendi iudices iſtos exemptos ante Ordinarios, Molina Theolog. *diſput.*29. latè, & multum in noſtris terminis per viginti articulos Eman. Roder. *d.* 1. *tom. q.*65. Mirand. *in manual. Prælator. tom.*2. *q.*47. *per tot.* Cardoſus *in prax. verbo Conſeruator*, Portelus *in dubiis regul.eod. verb.* vbi etiam Syluester, Armilla, & alij Summiſtæ, Tuſchus *litt. C. concluſ.*760. *& ſeqq.* Thom. Sanchez *in Decalog. to.*2. *lib.*6. *cap.*13. *n.*79. Et pleniùs Eraſm. Cochier.*in tract. de Conſeruat.Eccleſiaſt.* vbi 130. quæſt. adducit, quem tract. poſuit poſt illum de iuriſdictione Ordinarij in exemptos. Aluar. Valaſc. *conſult.*152. Salced. *in prax. cap.*3. *fol.*10. Calderon *in manuali iudicum*, *cap.*10. *num.*2. *&* 26. Parlador. *different.*70. *ex num.*9. Ceuallus *q.*897. *à num.*696. *& n.*781. *&* 792.*&* 777. vbi etiam agit de eorum recuſatione, & *in tract. de violentiis*, 2.*part. q.*11.*&* 20.*per totam*, Salgadus *de Regia protect.* 1.*part. cap.*10. *num.* 63. *& ſeqq.* Maceratenſ. *lib.*1. *variar. reſolution.* Fr. Ioann. Baptiſta *in dict. aduert. fol.*167. *&* 176. Bobadilla *in Politic.* 1.*tom.lib.*2. *cap.*19. *ex num.*20.Et latè,qua ſolet diligentia,D.Præſes Valençuela *conſ.*84.Et Auguſt. Barboſa *in collectan. ad Concil.Trident.pag.*82.*& ſeqq. & pag.*138. *n.* 8. Et D. Ioſeph. Vela Senator Granatenſis meritiſſimus *in rep. cap.*1. *de off. Ordin.* 2.*part.*
*num.*74. Vbi † quòd Conſeruator Apoſtoli- 112
cus eſt maior quocunque delegato Eccleſiaſtico, adeóque ei inhibere poteſt, & Martin. Magerus *de aduoc. armat. vbi in iudice*, *verbo Conſeruator.*

Quorum doctis ſcriptis illud tantùm habeo, quod adiicere poſſim, de municipali noſtro Indiarum iure cautum eſſe per ſched. Matr.25. Iunij 1575. & 11. Martij 1593. quæ reperiuntur 1.
tom. impreſſarum. Ne † Religioſi eiuſmodi con- 113
ſeruatoriis vtantur, niſi in caſibus à iure permiſſis, & per aliam Matrit. 5. Martij 1563. vt Regales Cancellariæ id non aliter, quàm in dictis caſibus patiantur.Vndè ſtylus increbuit, vt in eiſdem Cancellariis Religioſi nominati, vel nominantes Conſeruatores, compareant, & nominationis cauſas ante litis exordium aperiant, quibus inſpectis an caſus conſeruatoria dignus ſit,vel non declaratur. Quod ſi non faciant, vbi primum de vſu conſeruatoriæ certiores redduntur, Regiam prouiſionem expediunt,vt in ea iudex ſuperſedeat, & de negotij ſtatu, & qualitate actibus miſſis in-
formet.Quæ † praxis etiam in Hiſpania obſerua- 114
tur, vbi & ante iudicem Eccleſiaſticum Ordinarium

rium de examine conseruatoriæ discutitur,& vbi is pro Conseruatore declarat,pars,quæ se læsam sentit,à tali declaratione appellare potest,& solet, & in Regio Senatu petere, vt conseruatoria ibidem exhibeatur,& vis quælibet,si in eius vsu,aut executione interuenerit,tollatur,& remoueatur,& quod ibi decisum fuerit,seruandum est, vt expressis verbis tradit Bobadilla *d.lib.2.cap.19.num.31.*Et Ceuallus,& Salgad.*vbi suprà.*

115 Quod tamen non debet in causa esse,† vt facilè contra conseruatoriam in casibus permissis declaretur.Nam id esset contra verba,& mentem dictarum schedularum,*& d.l.1.& 2.tit.8.lib.1. Recop.*

116 Et ita † Limæ sensi,& iudicaui in causa Religiosorum cuiusdam vrbis, qui contra eius Prætorem Conseruatorem nominauerant, eò quòd aduersus dictos Religiosos,& totum Conuentum in communi,graues,& scandalosas iniurias publicè, & in

117 media vrbe dixisset.Etenim cùm † Conseruatores nominari possint,non solùm pro iniuriis , & violentiis manifestis contra bona , verùm & contra personas Religiosorum illatis, vt docent iura , & Auctores suprà citati,præcipuè Molin.*d. disp.29.* Et Armil,& Syluest.*verb.Conseruator,n.3.* Et iniuria personæ non solùm fiat re,& facto, verũetiã verbis,*l.2.de iniur.§.1.Inst.eod.*cum aliis:& hæc de qua loquimur,fuerit publica,& manifesta.Dixi,absque dubio Conseruatori deferri debere,& allegaui in terminis Gutierrez, post alios,ita docentem, & in verbalibus iniuriis grauibus,& manifestis loquentem *d.lib.3.pract.num.17.& 18.*

Neque his obstare, quòd quidam ex Collegis obiiciebat , nempè dicta verba à Prætore illo in

118 absentia affata esse , & sic † magis detractionis, quàm iniuriæ speciem referre,iuxta ea,quæ tradunt Summistæ,*verb.Detractio.* Nam vbi adeò grauia fuerint,& publicè pronuntiata,etiam si in absentia dicantur,iniuriam irrogant,*l.22.de iniuriis, l.item apud,§.conuicium,D.eodem,l.1.tit.9.partit.7.* Et potest pars , vbi eorum notitiam habuerit , iniuriam agere , iuxta ea , quæ latè tradit Couarr. *1. var. cap.11. n.4.* Et Parlad. *lib.1. quotid. cap. 17.num.14.*

Rursus,nihil me etiam ab hac sententia dimouit alterius Collegæ consideratio , dicentis , per

119 † verbalem iniuriam non incurri sententiam Canonis si quis suadente , neque Ecclesiastici iudicis iurisdictionem contra secularem prorogari , qui potius taliter delinquens,coram seculari accusandus,& ab eo puniendus est,vt in cap.si quis contra Clericum,*de foro compet.lib.6.*cum aliis, quæ nouissimè adducit Velascus *in tract.de priuil.pauper. q.9.n.69.& seqq.* Respondi namque, id verum es-

120 se,& practicari debere in † Ecclesiastico , qui via ordinaria procedit , non autem in Conseruatoribus,qui tanquàm delegati , & ob speciale priuilegium Religionm pro vindicandis manifestis eorum iniuriis procedunt,qualem hanc fuisse probauimus.Alioqui si Conseruatores solùm procedere possent in casibus expressis in d. cap. si quis sua-

121 dente , † vtique nec contra inuasores , aut latrones rerum Religiosorum procedere valerent , cùm hoc delictum in canone illo non exprimatur. Nec decisio *d. cap. si quis contra Clericum* , aliquod eis priuilegium afferret , cùm illius decisio de omnibus Clericis loquatur, & in iure communi claudatur.

122 Sed his non obstantibus † Socij cum Prorege censuerunt Conseruatori dicto in casu obuiam iri oportere, ne hoc exemplo Religiosi facilè ad eos nominandos,& Prætores Regios inquietandos incitarentur,& hunc,qui hæc verba protulit, in Regiam Curiam ad reprehensionem audiendam venire iusserunt, vt hoc pacto à Religiosorum oculis remoueretur,eisque hæc satisfactio in aliquale solatium cedere posset.

Notabis tamen , quòd licèt † anteà eligi possent in Conseruatores Patres Priores,seu Guardiani Mendicantium.vt per DD.*sup.n.111.*relatos,præcipuè Roder. *d. q.65. art.2.* Mirand.*d.q.47.art.2. concl.3.& 4.*Et Monet.*de Conseruat.cap.n.24.*iam tamen extat in contrarium declaratio Sacræ Congregationis Cardinalium, quæ iubet,vt ex Clericis secularibus in dignitate positis eligantur,quam refert Barb.*in Pastor.3.p.alleg.106.n.15.*Et Dom. D.Felic.à Vega Episc.Pacensis *in c.causam quæ 9. de iudiciis,n.46.* vbi numeris antecedentibus tractat, † qualiter iidem Regulares cogendi sint nominare Conseruatores,vbi aliquid contra eos petendum est,& propter suas exemptiones deest iudex,qui id exequi possit , de quo etiam agit Gutierr.*d.lib.3.pract.c.10.n.4.*

Qualiter autem,† & quando possint Episcopi, & eorum Vicarij procedere contra Religiosos exemptos,si scandalosi fuerint , & à suis Prælatis non corrigantur,vide Concil.Trid.*sess.25.c.14.de regul.*vbi Barbos.*in collect.*plurimos citat, Cened. *q.26.n.36.*Quarant.*in summ.Bullar.verb. Exemptio.*Leonem *in thes.fori Eccles.1.part.cap.8.n.13.* Marta *de iurisd.cent.2.cas.182.* Filesacus *de sacra Episc.auct.cap.7.& 19.* D. Acuña *in cap. de his 13.dist.12. n.5. pag.71.* Et D. Felician. *vbi suprà num.34.& 39.*

Et denique notabis,† nullibi , & maximè in his partibus Indiarum , posse Monachos recipere sub suo gubernio , & protectione absque speciali licentia Papæ,etiam si illæ dicant,quòd volunt sub eorum regula militare,& sua sponte se illorum regimini,& correctioni subiiciant,vt probat text.*in cap.vnico,de Religios.domib.& in cap.1.de excess. Prælat.lib 6.*Et tradit Eman. Roder. *1.tom. regul. q.23.*Et Mirand. *in tract. de sacris Monialibus,* quod apposuit in calce Manualis Prælatorum, *q.5.per tot.pag.64.& seqq.*vbi id excepit in Monialibus primæ regulæ Sanctæ Claræ,& habui in terminis Limæ † in fundatione Sanctæ Catharinæ de Sena,quarum fundatrices pactæ fuerant se obedientiam daturas Religiosis Dominicanis,quorum habitum deferunt , & Ordinem profitentur , & nihilominus posteà se , eisdem Fratribus reluctantibus,de iure suo admonitæ,Ordinarij iurisdictioni subiecerunt.

CAPVT XXVII.

An , & quando seculares iudices Clericos, vel Religiosos seditionem mouentes,vel liberè , & cum Reipublicæ scandalo concionantes,ab Indiarum Regnis expellere possint , & ad hunc effectum processum formare.

SVMMARIVM.

1 *Seditiosos , & scandalosos homines à suis prouinciis expellere Principes debent.*

L.congruit,

L. congruit, D. de off. Præsid. l. 3. tit. 10. part. 3. *& alij similes ponderantur, & illustrantur, ibid.*

2 *Seditiosi, & scandalosi, vt à prouinciis Indiarum expellantur, pluribus schedulis cautum est, quæ referuntur.*

3 *Ecclesiastici seditiosi, & scandalosi, an per Principes, & Magistratus seculares à suis prouinciis expelli possint.*

4 *Ecclesiastica persona à iurisdictione, & punitione secularium regulariter omninò exemptæ sunt.*

Bulla Cœnæ Domini prohibere videtur Clericos quomodocunque, & per quoscunque Magistratus seculares banniri.

Bannire *verbum quid propriè, & impropriè significet? & qualiter hodie pro* proscribere, *vel* in exilium mittere *communiter accipiatur, ibid.*

Exilium censetur pœna corporalis, maximè vbi sit à toto Regno, vel prouincia.

Bulla Cœnæ Domini omnis prorsus Clericorum coercio secularibus prohiberi videtur.

Quomodocunque *adverbium, quid significet.*

Clericos, etiam inquietos, & seditiosos per potestates laicas compesci, aut banniri non posse, qui tradant.

Clericos, etiam pro criminibus læsæ Maiestatis non posse puniri per iudices seculares multi Auctores tradunt, qui referuntur.

Sacerdotes, qui coram Principibus secularibus accusant, æmuli Christi appellantur.

Ecclesiasticos, etiam seditiosos suis iudicibus relinquere tutius est, & schedulæ de hoc agentes.

Prælati Ecclesiastici qualiter per Regias schedulas excitentur ad animaduersionem, & expulsionem Clericorum seditiosorum.

Proregum instructiones, siue mandata, quid eis iniungant circa Ecclesiasticos seditiosos, & scandalosos.

Prælati ipsi Ecclesiastici, si scandalum mouerint, quid faciendum sit.

Epistola Regia notabilis refertur, agens de modo procedendi in punitione cuiusdam Clerici scandalosi.

Ecclesiasticos seditiosos, & scandalosos, quandopossit Princeps, vel Magistratus seculares propria auctoritate à suis prouinciis expellere.

Casus cuiusdam Religiosi liberè concionantis, in quo Auctor fuit consultus, refertur.

Ecclesiastici seditiosi, cuiuscunque status sint, Cæsarum legibus per Magistratus seculares compesci poterant.

L. quicunque 14. C. de Episcop. & Cler. l. 2. C. vt nemò priuat. *explicantur, & illustrantur, ibidem.*

Leges ciuiles immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam infringere non possunt.

Ecclesiastica libertas, vel immunitas infringi non videtur, vbi Princeps secularis aliquid facit, vel statuit, quod principaliter ad sui status politicam gubernationem, & conseruationem dirigitur.

22 L. vlt. D. de off. Procur. Cæsar. *expenditur, & latè exornatur, & num. seqq.*

23 L. Præses 3. D. de off. Præsid. *explicatur.*

24 *Iurisdictionis termini transgredi possunt, vbi celeritas in remedio desideratur.*

25 *Delicta adhuc mollia, & in ipsis cunabulis, si fieri potest, reprimenda sunt, ex Cassiod.*

26 *Clerici sunt vassalli Principis secularis, in cuius terris degunt, & qualiter ei fidelitatem, & obedientiam debeant.*

27 *Clerici committunt crimen læsæ Maiestatis etiam contra suum Principem secularem, ex opinione multorum, qui referuntur.*

28 *Ecclesiasticorum residentia, & assistentia in terris Principum secularium, & eorum in eis tuitio, & permissio, tanquam quid temporale censetur.*

29 *Princeps causâ potest auferre temporalia Clericorum in suis terris degentium.*

30 *Seculares Principes si non possent punire Ecclesiasticos, saltem in temporalibus, non possent eorum damnis, & excessibus obuiare.*

31 *Priuilegiata malefica Imperatori displicent, ex Baldo.*

32 *Cæsar probis Clericis protectioni, reprobis terrori esse debet.*

L. 2. C. de priuileg. schol. lib. 12. *ponderatur, & illustratur, ibid.*

33 *Princeps secularis debet defendere suam dignitatem, & iurisdictionem, etiam contra Ecclesiasticos eam turbantes, vel impedientes, vel eorum iustis præceptis renitentes.*

34 *Iudici Ecclesiastico quemadmodum permittitur procedere contra laicos, suam iurisdictionem turbantes, ita & seculari contra Ecclesiasticos, saltem vt eos in temporalibus puniat.*

35 *Iudices seculares posse procedere contra Ecclesiasticos scandalosos, in temporalibus, plures Auctores docent, qui referuntur.*

36 L. 13. tit. 3. lib. 4. Recop. *& aliæ, quæ sequuntur, de pœnis temporalitatum contra Ecclesiasticos exequendis, explicantur.*

37 *Secularis potestas non esset sibi sufficiens, si aliquam coërcitionem in Ecclesiasticos seditiosos non haberet.*

38 *Defensio propriæ personæ, & etiam rerum, & bonorum, cuilibet permittitur, etiam contra Clericos, & Religiosos.*

39 *Principibus, quòd facultas detur expellendi à suis Regnis Clericos seditiosos, naturali iure, & ratione fundatur.*

40 *Principes in temporalibus sunt Dei Vicarij in terris, & qualiter olim in his Pontifices obedierint.*

41 *Regi magis, quàm Metropolitano debet Episcopus in temporalibus obedire.*

42 *Rex in terris est sicut Deus in cœlis.*

43 *Regum officium est liberare oppressos, & tollere violentias, & damna subditorum.*

44 *Reges quemadmodum prouidere possunt de tollendis violentiis à iudicibus Ecclesiasticis illatis, ita & multò magis de seditionibus, & scandalis, quæ à Clericis, vel Religiosis priuatis causantur.*

45 *Abiathar Sacerdos qualiter à Salomone de suo Regno, & Sacerdotio eiectus fuerit.*

46 Cap. 2.

46 Cap.2.lib.3.Reg. *referens hiſtoriam expulſionis Abiathari, exponitur.*

47 *Abiatharis expulſionem qualiter referat Ioſephus Iudæus.*

48 *Relegatio in patriam, vel à facie Principis, quod genus pœnæ.*

49 L.relegatorum,§.ſicut,& §.ſolet,de interd. & releg.*exponitur.*

50 *Poteſtas Principum ſecularium circa eiiciendos à ſuis prouinciis Clericos ſeditioſos, qualis ſit.*

Cap.reſecandæ 24.q.3.*ponderatur, & illuſtratur,ibidem.*

51 *Principem, virtute poteſtatis œconomicæ, vel politicæ, quam in ſuo Regno habet, poſſe ab eo expellere Clericos ſeditioſos,& facinoroſos, plurimi Auctores tradunt, qui referuntur.*

52 *Principum poteſtas in expellendis Eccleſiaſticis ſeditioſis ſecurior, & potentior eſt, & eſſe debet in Indiis, quàm alibi, & quare.*

53 *Expulſio Eccleſiaſticorum ſeditioſorum, licèt aliquibus ſchedulis fieri iubeatur, mediante eorum Prælato, in aliis tamen Proregibus,& Audientiis immediatè permitti videtur,quæ referuntur.*

54 *Bulla in Cœna Domini non procedit,vbi Eccleſiaſtici inquieti expelluntur per viam œconomicæ gubernationis & non contentioſæ iuriſdictionis.*

55 *Clauſula præcedens ſequentes explicat, & modificat.*

56 Quomodocunque *dictio reſtringitur ad terminos,de quibus agitur.*

57 *Iudex ſecularis licitè detinet Clericum delinquentem,vt cum ſuo iudici tradat.*

58 *Prædicatores liberè, & ſcandaloſè concionantes expelli poſſunt à Regno,& Bullis Apoſtolicis,quæ referuntur.*

59 *Prædicatores ſcandaloſi à Principibus ſecularibus eiecti, virtute Bullarum, quæ id ſibi permittunt, perinde eſt,ac ſi ab ipſo S.P.expellerentur.*

60 *Papa benè poteſt aliquas cauſas criminales Eccleſiaſticorum Principibus, vel iudicibus ſecularibus puniendas committere.*

61 *Concionatores aliqui,& Religioſi, qui propter ſcandala,quæ in Indiis cauſarunt,ab eis expulſi ſunt,recenſentur.*

62 *Concionatores qualiter ſe debeant habere in prædicando Euangelio Pacis?*

63 L.43.& 45.tit.5.partit.1.*expenduntur, & illuſtrantur.*

64 *Concil.Trid.*ſeſſ.5.de reform.cap.2.§. ſi verò, *explicatur.*

65 *Concionatores qualiter ſe in pulpitis habere debeant,ex Concil.Limenſi.*

66 *Clerici incorrigibiles poſſunt compeſci à poteſtate ſeculari, data ſuorum Prælatorum deſidia,& de ſchedula Regia, quæ hoc declarat.*

67 *Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij Eccleſiaſtici, poſſunt vocari à Rege,& eius Vicariis, & debent venire,& leges,ſchedula Regia, & Auctores,qui de hoc agunt.*

L.13.& 14.tit. 3.lib.1.Recop.*explicantur, ibid.*

68 *Epiſcopi vocati à Rege, & à ſuo Metropolitano, priùs debent aduocationem Regis accedere.*

69 *Archiepiſcopi duo Mexicani ad Regiam Curiam Matritenſem vocati ſunt.*

70 *Prælati Eccleſiaſtici aliquando poſſunt deponi, vel remoueri ob ſedandum ſcandalum populi,dato eis bono cambio.*

71 *Proceſſus,an,& qualiter poſſit formari à iudicibus ſecularibus, ad effectum expellendi Eccleſiaſticos ſeditioſos.*

72 *Antecedenti conceſſo, conceditur conſequens.*

73 *Magiſtratus ſecularis non debet, niſi benè informatus, ad vllam punitionem, vel expulſionem Eccleſiaſticorum etiam ſeditioſorum accedere.*

74 *Patria,& prouincia propria aliquem expellere eſt iuri naturali contrarium.*

75 L.20.verſ.Ottoſi,tit.7. par.1. *ponderatur, & explicatur.*

76 *Extrauagans cùm Matthæus, de hæret. inte[r] communes,exponitur.*

77 *Proceſſus nomine quid propriè veniat.*

78 *Informationes contra Eccleſiaſticos ſeditio[ſos] à laicis, quo modo,& ſine fieri poſſe Ia[cob.]de Graffis concedat, cuius ſententia a[b] Auctore notatur,relatis ſchedulis, quæ e[a] fieri,& remitti iubent.*

79 *Militia nemo quouis modo mittendus era[t] niſi ſimul cum eo miſſionis cauſa remitt[e]retur.*

L.2.§.ignominiæ,D.de his qui notant.infami[a] *ponderatur,& illuſtratur,ibidem.*

80 *Magiſtratus, & Præfecti prouinciaru[m] qualiter debeant Regem informare de o[m]nibus, quæ in prouincia ſibi mandata co[n]tingunt.*

81 *Concionatores, & alios Eccleſiaſticos p[ie] & probè ſuum munus implentes Princ[i]pes ſeculares reuereri, & libenter aud[i]re debent, & quod in hoc Regni felicit[as] conſiſtit.*

AD eandem quoque Politicæ gubernation[is] Catholicorum Regum curam ſpectat † ſ[e]ditioſos, & ſcandaloſos homines, qui plus ſæ[pe] exemplo, quàm peccato nocent, à ſuis Regn[is] & prouinciis expellere. Id quod eleganter doc[et] Vlpian. *in l. congruit, D. de offic. Præſid.* i[bi:] *Congruit bono, & graui iudici curare, vt paca[ta] atque quieta prouincia ſit, quam regit; quod n[on] difficilè obtinebit, ſi ſolicitè agat, vt malis hom[i]nibus prouincia careat, l.3. tit.10. part.3.* ibi: *[...]taje los malos del Reino con la eſpada de la ju[sti]cia, è arranque los tortizeros, echandolos de [la] tierra, porque non fagan daño en ella.* Et gra[ui]ter omnibus Principibus, & iudicibus iniungi[tur] *in l. Præſes 3. D. eodem titulo, de offic. Præ[ſid.] l.ſi quis ingenuam,§.in ciuilibus,D.de captiuis, & poſtlim.reuerſ.l.16.tit.4.l.1.tit.17.part.3.*& in p[lu]ribus aliis iuribus, & bonorum Auctorum te[sti]moniis,quæ latè adducit Petrus Velleius à Gue[rre]ra *in dict. legib. Mantua ſing.*603. Lancell. Conrad.*in temp.iud.lib.1.cap.7.num.*16.Bobadi[lla] omninò videndus,*in Polit. lib.2. cap.*13. *per [to]tum*, & nouiſſimè Franc. Zipæus *de Magiſtr[...]* *lib.3.cap.9.*

Et in noſtris præſertim Indiarum prouin[ciis] † maximè caueri, & obſeruari debere, ape[rtè] oſtendunt plures ſchedulæ, quæ reperiuntur [...] *tom. pag.*126. *& ſeqq. & pag.*226. *&* 309. 332.& alibi paſſim,quas in compendium rede[...]

Ant[e]

Anton. de Herrera *in sua Indiarum Occid. descriptione*, quam adiecit ad calcem, *decad. 2. pag. 91.* his verbis: *Y siendo sobre todo mui necessaria la quietud para la Republica, se dà facultad à los Visoreyes, Presidentes, y Gouernadores, y otras iusticias, para que puedan echar de las Indias, y desterrar las personas que les parecieren inquietas, y embiarlas à estos Reinos, juzgando conuenir assi para la quietud de aquellos: pero que no sea por odio, ni passion, ni por otra tal razon.*

Sed solet sæpè in quæstionem vocari, an hæc facultas, quæ dictis Principibus, eorumque Vicariis conceditur, propria ipsorum manu, & auctoritate † in Ecclesiasticos exerceri possit, vbi hi fortè (quod sæpius, quam oportebat, propter nostra peccata contingit) Reipublicæ perniciosi, & scandalosi esse comperti fuerint. Et negatiuam partem vulgaria iura fouere, & probare videntur, quæ † Ecclesiasticos à iurisdictione, & punitione sæcularium potestatum omnimodo eximunt, quamuis hæ Imperiali, vel Regali Maiestate præfulgeant, *cap. clerici, cap. at clerici, cap. qualiter, de indic. cap. 2. & cap. si diligenti, de for. compet. cap. si Imperator, 96. dist.* cum innumeris aliis, quæ vltra DD. in eisdem iuribus congerit Couarr. *in pract. c. 31. n. 1. & 3. vers. Hac autem exemptio*, Gramm. *decis. 29. & 61.* Iul. Clar. *§. fin. 436. in princ.* Marta *de iurisd. 4. part. cent. 1. casu 64. n. 1. & 2.* Ceuall. *pract. commun. tom. 4. q. 1.* aliàs 897. *& num. 674.* & Bobadilla *d. lib. 2. cap. 18. num. 37. & seqq.*

Et in terminis expulsionis, de qua agimus, Bulla † *in Cœna Domini clausul. 16.* ibi: *Vnde excommunicamus, & anathematizamus quoscunque Magistratus, Præsidentes, & Auditores, ac alios iudices quoquomodo se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus clericorum contra illos proferendo, vel exequendo, &c.* Verbum enim illud *Banniendo*, licet propriè secundum Cuiac. *de verb. feud. à verb. Bannum* deriuetur, & significet, citare aliquem per edictum, præconium, siue proclama, vt ad se purgandum de aliquo delicto, quod sibi imputatur, compareat. Certius est vocem Barbaram esse, & omnium nationum vsu receptam, pro ea, quæ Latinè *Proscriptio* appellatur. Vnde Budæus inquit: *Latinis Bannum proscriptio est, & Banniti proscripti dicuntur*, & Alciat. *lib. 2. parerg. cap. 2. Itali eos, qui ob delictum in exilium mittuntur, Bannitos vocant*, quod & tradunt Alber. *in dictionar. verb Banniti*, Nellus *in tractat. de Bannitis, in 1. part. 2. tempor. quæst. 3.* & Andr. Gail. *de pace pub. lib. 2. cap. 1.* qui de origine, historia, & significatione eiusdem verbi latissimè agunt.

Et vt daremus propriè ad exilium referri non posse, negare tamen non licet † exilium, siue proscriptionem, præsertim à toto Regno, vel prouincia, inter pœnas, & quidem grauissimas esse, & vt aliqui tenent, corporis afflictiuas, vt constat ex traditis à Bossio *in prax. tit. de carcerat. fideiuss. committ. ex num. 6.* Azeued. *in l. 1.* per text. ibi *titul. 19. lib. 8. Recop.* & ex aliis, quos refert Bobadill. *in Polit. lib. 5. cap. 1. num. 128.*

Vnde cum dicta Bulla † eos excommunicet, qui quoquomodo contra clericos procedunt, vel in illos sententiam proferunt, vel exequuntur, talem expulsionem includere videtur, vt omnem prorsus coërtionem, imo & correctionem clericorum laicis potestatibus denegasse ex vi, & natura dicti † aduerbij *quoquomodo*, 8 quod generalissimum est, & non solum expressa, verum & similia prohibet, & excludit, iuxta text. *in cap. quoniam, de elect. lib. 6.* vbi Archid. *num. 6.* text. *in cap. Deus omnipotens 2. q. 1.* gloss. *in cap. suspectum, verb. Expressio, de rescript. in 6.* cum aliis, quæ adducit Nauar. *in cap. si quando, except. 2. pag. 7. litt. T. de rescript.* & Simon. Barbosa *de dictionib. eod. verb.*

Præterquam quod etiam, semota auctoritate dictæ Bullæ in Cœna Domini, & ea non allegata, † eandem sententiam incapacitatis pote- 9 statum sæcularium in proscriptione, & expulsione clericorum, aut Religiosorum quantumvis inqueti, seditiosi, facinorosi, aut contumaces existant, agnouit Bald. *in cap. 1. § si clericus, de pace tenenda*, quem refert, & sequitur insignis noster Greg. Lopez *in l. 57. verb. Que ge la dio, tit. 6. part. 1.* addens: *Quod licet Franciæ receptum sit, quod Rex bannit clericos de Regno, quoties delinquendo Reip. officiunt, periculosa tamen sunt ista, & cauenda, & remittendi sunt isti suo iudici.* Idem tenet Ægid. Boss. *in prax. titul. Banniri qui possint, num. 5. & 6.* vbi postquam aliquas rationes, & auctoritates ad hoc probandum adduxit, concludit: *Quapropter nescio qua auctoritate clerici sub prætextu, quod Monialium amoribus operam dent, & facinorosi sint, banniantur auctoritate sola Superioris sæcularis, & è dominio eiiciantur.*

Et sequitur, aliis relatis, D. Valençuela in monit. contra Venet. *4. part. ex num. 101. pag. 164.* & generaliter (quod magis est) † quod 10 nullus iudex, vel Princeps sæcularis possit cognoscere, vel punire Ecclesiasticos, etiam in criminibus læsæ Maiestatis, vel proditionis patriæ, vel etiam si infringat saluaguardias, vel quaslibet prouisiones, schedulas, aut litteras Principis, latissimè probant, & defendunt Gigas *de crimine læsæ Maiestatis, rubr. quos de crim. læs. Maiest. cognos. poss. num. 12.* Roland. *consil. 4. num. 6. & seqq. volum. 1.* Boss. *in tit. de for. compet. num. 127.* Farin. *titul. de inquis. quæst. 8. n. 29.* & reprobata contraria Regni Gallici, & Neapolitani consuetudine plura, & plures congerens Marta *d. tract. de iurisdict. part. 4. cent. 2. casu 133. & 134.* D. Valençuela *d. 4. part. num. 101. & seqq.* vbi plurima adducit ad comprobandam omnimodam exceptionem clericorum à iurisdictione temporali. Quod probans Læl. Iordan. *in tract. de Romana sed. orig. cap. 3. num. 6.* asserit, † æmulos Christi, & insidiatores Ecclesiæ 11 eius esse, & in Deum præuaricantes, qui Sacerdotes coram publicis iudicibus accusant, & quod ita illos appellauit Alex. Papa I. Trajani Cæsaris contemporaneus, *in 1. epist. ad omnes Orthodoxos de Sacerdotibus non vexandis*, quæ habetur *in 1. tom. Concil. fol. 71.* circa princ. *col. 2.*

Et sanè hoc † tutius in vtroque foro esse negari non potest, eóque respiciunt plures 12 schedulæ ad gubernationem Indiarum expeditæ, quæ Proreges, & Regales Audientias monent, vt vbi de alicuius clerici sæcularis, vel regularis expulsione tractandum sit, hoc, requisitis eorum Prælatis, ipsorumque manu, & auctoritate expediatur, qui ipsi etiam Prælati per alias schedulas admonentur, vt in hoc potestatibus sæcularibus debitum auxilium præstent,

præſtent, ita vt vtrumque brachium pro Reipublicæ tranquillitate concurrat. Quæ ſchedulæ, cum mandatis Proregum, & Gubernatorum de ſtylo expediri ſolent, vt oſtendit illa Matr. 16. Aug. 1563. quæ Licentiato Caſtro tradita fuit, dum ad Peruanam prouinciam gubernandam acceſſit, quæ reperitur in Archiuio Audientiæ Limanæ. Et melius Caput inſtructionis Proregis Peruani D. Franciſc. à Toleto ann. 1568. quod extat 2. *tom. impreſſ. pag.* 43. vbi ita cauetur: *Y porque podria ſer, que en las dichas prouincias del Perù huuieſſe algunos Clerigos eſcandaloſos, y de mala vida, y exemplo, y que no conuinieſſe eſtar en la tierra: informarosheis, que clerigos ai deſta calidad, y aquellos que vieredes que ſon perturbadores del pueblo, auiſareis dello à los Prelados, para que los caſtiguen, y echen de la tierra: y no conſentireis, que eſten en ella en ninguna manera, que con eſta ſe os entregan cedulas nueſtras para los Prelados de aquellas prouincias, para el dicho efecto.* Et ſtatim eadem pag. ſubiicitur ſched. ann. 1583. alteri electo Peruano Proregi Comiti à Coña tradita, & cum Limano Archiepiſcopo loquens, in qua Archiepiſcopus ſuadetur, vt circa hoc petenti Proregi ſedulam operam nauet, his verbis: *Os encargamos, que ſi el dicho nueſtro Virrey Conde de Coruña os dixere, que en eſſe Arçobiſpado ai algunos clerigos ſedicioſos, alborotadores, y de mala vida, y exemplo, que inquietan, y deſaſſoſſiegan los pueblos, y que conuiene que no eſten en eſſa tierra, con ſu parecer los caſtigueis, y echeis della, ſin tener otro reſpeto que el que ſe debe al bien comun, que en ello me ternè por mui ſeruido.* Quod idem repetitur, & expreſſius adhuc, & enixius cauetur, *in nouiſſimis inſtructionibus Proregis Peruani cap. 6. tom. 1. impreſſ. pag.* 309. & *Mexicani cap. 5. eodem tom. pag.* 326. vbi additur,
15 quid faciendum ſit, † vbi ipſi Prælati ſcandalum mouerint, in hæc verba: *Por ſer vna de las coſas que podria embaraçar mas la execucion de lo ſobredicho, ſi (lo que Dios no permita) huuieſſe entre vos, y los Prelados de aquellos Reinos algunas diſcordias, ò diferencias, os encargo mucho que tengais con ellos toda conformidad, y buena correſpondencia. Demanera, que procurando todos vn fin, y ayudandos para alcançalle la vna iuridicion à la otra, reſulten los buenos efectos que eſpero, y para ello procureis, que tengan la miſma buena correſpondencia entre ſi los vnos Prelados con los otros, ſeculares, y regulares, y las iuſticias ſeculares inferiores con las Eccleſiaſticas. Y para que eſta paz, y conformidad ſea entre todos mas cierta, y ſegura, y tenga mejores fundamentos, quando algun clerigo, ò Religioſo cauſare eſcandalo, ò procediere demanera, que de ſu aſſiſtencia en aquellas partes reſultare, ò pueda reſultar inconueniente, eſcriuireis, ò llamareis à ſu Prelado, y tratareis con èl el exceſſo que entendieredes del tal clerigo, ò Religioſo, y con ſu beneplacito le hareis embarcar, y que ſe venga à eſtos Reinos, pareciendo à entrambos, que no ai otro remedio. Y ſi alguno de los dichos Prelados Eccleſiaſticos, ò de las Ordenes cauſare inquietud en la tierra, ò la tuuiere con vos, ò impidiere el cumplimiento de lo que por mi eſtà proueido, y ordenado, lo procurareis remediar ſin eſcandolo; y no pudiendo, no dareis lugar à que le aya, ſino entreteniendolo quanto mejor fuere poſſible, me auiſareis mui particularmente, y con recaudos cierto[s] de la qualidad, y circunſtancias del caſo, y de l[o] que para ſu remedio puedo, y debo proueer, &c.*

Sed adhuc, vt magis intelligatur quanta cum circumſpectione hac in parte noſtra iura Indiana proceſſerint, libet ſubtexere † nouiorem epiſtolam Matrit. 17. Martij 1619. ad Proregem Peruanum Dom. Principem Squillacenſem ſcriptam, in qua cum de enormibus cuiuſdam clerici criminibus ageretur, non aliter ei procedendi contra illum facultas committitur, quam ſi Ordinario prius, & deinceps Metropolitano conſulto de remedij conſequutione deſperet. Sic igitur inquit: *He viſto lo que dezis cerca de que auiendo vn clerigo Dotrinero en Tambobanda, Diœceſis del Cuzco, dada vna puñalada al Teniente de Corregidor de aquel partido, y rotole la carcel para ſacar vn Meſtizo criado ſuyo, que tenia preſo, no han ſido poſſibles todas las diligencias que aueis hecho, para que el Cabildo de la dicha Igleſia del Cuzco caſtigue eſte clerigo. Y ha parecido, que pues el remedio en ſemejantes caſos eſtà diſpueſto por derecho, por la Regalia que yo tengo, coadjuuada enel de mi patronazgo Real, para que ſe haga iuſticia, por la ofenſa que ſe haze al Patron, y à la cauſa publica, con miniſterio de ſemejantes perſonas, proueais como à pedimiento del Fiſcal ſe deſpache prouiſion de la Audiencia, hablando con la ſede vacante, por via de ruego, y encargo, para que auiſe del caſtigo que huuiere hecho in ſemejante materia, pidiendoles, que embien los autos, y copia de la ſentencia. Y ſi reſultare, que no ſe ha caſtigado, ò que no ſe ha hecho condignamente, ſe los buelua à aduertir el mal exemplo, y eſcandalo contra la paz publica, procurando, que el Metropolitano lo remedie.*

Sed licet hæc ita ſe habeant, & tutius (vt dixi) ſatiuſque ſit, vt Eccleſiaſticorum expulſio, aliauè coërcio, eo modo, quo diximus, expediatur; adhuc tamen † vbi Prælati Eccleſiaſtici hoc facere differunt, vel in ipſiſmet Prælatis morbus conſiſtit, cuius medicina deſideratur, vel facinus ita graue, & inſolens eſt, vt cunctationem non patiatur, & celerem, ac exemplarem animaduerſionem requirat, probabiliter, & abſque vllo piaculo defendi, & practicari poſſe arbitror, Regibus noſtris, & eorum Vicariis licere, propria manu, & auctoritate eos à ſuis Regnis, & prouinciis expellere, dummodo ab aliis pœnis abſtineant, & hanc expulſionem, non tam animo eos puniendi faciant, quam vt Regni ſui paci, & tranquillitati proſpiciant: & ita cum Limæ eſſem me conſuluiſſe memini, ad interrogationem Dom. Proregis Marchionis de Monteſclaros, † qui de quodam Religioſo expellendo, & in Hiſpaniam remittendo tractabat, ob id, quod in quadam concione in prouincia Chilenſi publicè habita, plures propoſitiones ſcandaloſas, & Regiis ordinationibus contrarias effutiit, quibus fermè ad ſeditionem populum concitauit: in cuius conſultationis fauorem ſequentia argumenta conſideraui.

Primum, quod ſi † Cæſarum leges inſpicimus, illa cura, & poteſtas Rempublicam malis hominibus purgandi, de qua *ſup. num.* 1. egimus, non ſolum contra ſæculares, verum &

& contra Ecclesiasticos, & Religiosos, imo & Episcopos seditiosos, exerceri potest, vt patet ex exemplis text. *in l. quicunque* 14. *C. de Episcop. & cler. l. 2. C. vt nemo priuatus, cap.* 1. *§. si clericus, de pace tenenda.* Quæ iura non effugiet, qui dixerit † Principum sæcularium leges contra libertatem, & exemptionem Ecclesiasticam disponere non posse, *cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitut. Auth. cassa, & irrita, C. de sacrosanct. Eccl. l. 5. titul. 2. lib. 5. Ordin.* cum aliis, quæ tradit Marta *d. tract. de iurisd. 4. par. cent.* 1. *per tot.* & magis in terminis *lib. 2. cap.* 34. vbi ait: *Principem sæcularem nullo modo posse in Episcopos, etiam seditiosos animaduertere.* Nam dicta expulsio non ad infringendam, vel vsurpandam libertatem, aut iurisdictionem Ecclesiasticam dirigitur, † sed potius ad propriam sæcularem tuendam, & conseruandam: quod vbi accidit, etiam sibi non subditos potest quis in suo territorio non recipere, vel receptos expellere, ex text. optimo † *in l. vlt. D. de off. Procur. Cæsar.* ibi: *Si tamen quasi tumultuosum, vel iniuriosum aduersus Colonos Cæsaris prohibuerint in prædia Cæsariana accedere, abstinere debebit, &c.* quem ad hoc notant DD. ibid. communiter, præcipuè Ias. & Horosc. & Auendañ. *in lib. 2. de exeq. mandat. c. 6. n.* 12. Et ad idem vltra eos ponderari potest † *l. Præses* 3. *D. de offic. Præsid.* vbi ob hanc rationem scandali vitandi, & prouinciam malis hominibus purgandi, potest Præses, etiam in homines extraneos, procedere, nec distinguitur vnde sint. Qui textus non solum nititur in ratione sortitionis fori ob delictum ibi commissum, vt ibidem gloss. & DD. communiter putant, sed magis in vtilitate publica, quæ consistit in purgandis prouinciis malis, & seditiosis hominibus: & efficit, † vt ob celeritatem, quæ in remedio desideratur, iurisdictionis termini transgredi possint, & iuris apices non obseruentur, vt in eleganti casu dixit Consultus *in l. si conuenerit, in fine, D. pro socio,* ibi: *Aut quid si tam iniuriosus, & damnosus socius sit, vt non expediat eum pati.* Et magis in terminis nostræ quæstionis Cassiod. *lib. 6. variar. in formula Rect. prouinciæ,* ibi: *Omnino prouide decreuit antiquitas, indices ad prouincias mitti, ne possit ad nos veniendo mediocritas ingrauari: quis enim latronum ferret audaciam, si longe positam cognoscerent disciplinam? Absolute poterat vis permissa grassari, si conquerentes tardius crederentur audiri: † sed quanto melius in ipsis cunabulis, adhuc mollia reprimere, quam indurata crimina vindicare. In compendium mittimus mala, si præsentia facimus esse iudicia. Quis enim audeat peccare, cum supra ceruices suas districtionem cognouerit imminere?*

Secundò considerabam, quod quamuis Clerici, aut Religiosi à sæculari iurisdictione eximantur, negari tamen non potest, quod Regis † vassalli sint, & sub hoc nomine comprehendantur, illiusque Regni, aut prouinciæ, in qua nati sunt, vel domicilium habent, naturales, vel incolæ reputentur, atque adeo eidem Regi fidelitatem debeant, & mandatis eius obedientiam; præcipuè, quæ in vtilitatem publicam diriguntur, vt expressis verbis docuit Albarot. & Præposit. *in cap. 1. qualit. vassall. iur. deb. & in cap. 1. de milite vassall. qui arma bell. depos.* Bart. Felin. Guillerm. Bened. Barbatia, Andr. Gaill. & alij, quos refert, & sequitur Bobad. *in Polit. lib. 2. cap. 18. num. 64. cum seqq.* Aluar. Valascus *consult.* 100. Greg. Lopez *in l. 4. titul. 15. part. 4. gloss. 6. circa finem,* Azeued. *in l. 13. titul. 3. lib. 4. Recop. num.* 5. Marta *de iurisd. 4. part. centur. 2. cas.* 188. *num.* 5. Maceratens. *resolut.* 97. *num.* 8. *lib.* 1. Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. cap. 71. à num. 11. & consil. 71. num.* 15. vbi, quod clerici veniunt ciuium appellatione, Bernard. Diaz, & Salced. *in prax. cap.* 119. Farin. *quæst.* 8. *à num.* 28. Rolandus *consil. 4. lib.* 1. vbi docet, clericum † committere crimen læsæ Maiestatis, 27
quamuis hoc solum à subditis committatur, idem Farin. *in tractat. de crimine læsæ Maiestat. quæst. 112. inspect. 8. num.* 245. Petr. Gregór. *de Repub. lib. 3. num.* 11. Rouitus *sup. pragm. de titul. abusu, pragm. 1. num. 56. pag.* 528. Caputus *de regimine Reipub. cap. 1. §. 1. numer.* 24. Salgadus *de Regia protect. part. 1. cap. 1. prælud. 2. à num.* 57. & alij, quos refert Cened. *quæst. 4. numer.* 13. & Illustriss. D. Felician. à Vega, electus Archiepiscopus Mexicanus, *in cap. quod clerici, num. 53. de foro communi & in cap. ex suscepto, num. 4. eod. titul.* Ceuall. *in Prolog. de violent. num.* 72. Callist. Remirez *in tractat. de lege Regia, §. 27. ex num.* 6. vbi, quod clerici dicuntur vassalli, & seditiosi possunt puniri & Marta *d. tractat. de iurisdict. 4. part. cent. 2. cas.* 133. vbi disputat, an committant crimen læsæ Maiestatis. 28

Vnde consequitur, † quod hæc residentia, quam Princeps illis suis in terris permittit, & tuitio, ac protectio, quam eisdem tanquam vassallis facit, de qua *in cap. accedens, el 1. vt lite non contest. & in cap. vltim. §. 1. de offic delegat. in* 6. consideratur in clericis, vel religiosis, tanquam quid temporale, atque adeo id eis Princeps, iusta causa suadente, propria auctoritate adimere poterit. Temporalia † enim clericorum, Principi sæculari subsunt, quia in eius territorio sunt, & per ipsum possessiones humanæ tribuuntur, *cap. quo iure,* 8. *distinct.* gloss. celebris *in l. addictos, C. de Episcop. Audient.* Guillerm. Bened. *in cap. Rainuntius, verb. Et vxorem, decis. 2. num.* 36. Oldrad. *cons.* 17. *numer.* 2. Aufrer. *de potest. sæcul. sup. Eccles. pers. reg. 4. col. 2. vers. Clerici etiam,* gloss. *verb. Submittamus, in cap. Valentinianus, 63. dist.* Innoc. *in c. nouerit, n. 2. de sentent. excomm.* Abbas *in cap. nimis, de iur. iur.* iunctis aliis, quæ adducit Nauar. *in cap. cum contingat, notab. 3. num. 34. de indic.* 29

Quæ facultas, † si laicis Principibus, & eorum Magistratibus, ac supremis Tribunalibus non daretur, non facilè possent damnis obuiare, quæ per Ecclesiasticos discolos, & seditiosos molirentur, Regna, & prouincias sub prætextu suæ exemptionis turbando. Quod admitti non debet, † quia, vt inquit Bald. *in d. cap. 1. §. si clericus,* Imperatori priuilegiata maleficia displicent. Et quemadmodum † Cæsar probis clericis protectioni, ita reprobis terrori esse debet, cùm facto ipso quodammodo priuilegium abiiciant clericale, *cap. fin. de vita & honest. cler. cap. perpen.* vbi gloss. *verb. Cogentur, cap. contingit, de sentent. excomm. cap tuarum, §. verum, de priuil. l. fin. §. minores, C. de sent. passis,* & tradit Andr. Gaill. *in tract. de pace publ. lib. 1. cap. 1. num.* 18. & Bobadilla *cap. 18. num.* 66. & probatur *in leg. per omnes, C. de defens. ciuitat.* Auth. *de mandat. Princip. §. festinabis, l. 2. C. de priuileg. schol. lib.*

lib. 12. ibi: *Ne sub prætextu concessi priuilegij, vel flagitiorum crescat auctoritas, vel publica vacillet vtilitas, Clem.* 1. *de offic. Ord.* Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 11.

Quorum iurium argumento, communiter
33 tradunt DD. † Principem sæcularem, & eius Ministros posse, imo & teneri, defendere iurisdictionem Regiam, absque eo, quod patiatur ab aliquibus priuatis, etiam Ecclesiasticis, turbari, impediri, vel vsurpari, vel quod mandatis, & ordinationibus in bonum commune latis temerariis ausibus contraueniant, vt probat text. & ibi DD. *in cap.* 1. *de offic. deleg. cap. de causis, cap. præterea, eodem tit. cap. licet, & cap. dilectus, de pœn.* cum aliis.

34 Et quemadmodum † iudici Ecclesiastico permittitur procedere contra eos, qui suam iurisdictionem turbant, vel impediunt, quamuis sæculares sint, ita & sæculari contra Ecclesiasticos permitti debet, vt saltem hac forma defensionis vtatur, si eos à suis prouinciis expellat, vel aliquali temporalitatum mulcta compescat, vt expresè tenet Bened. *vbi suprà num.* 141. *vers. Et idem si clericus, & verb. Si absque liberis, el* 2. *sub titul. de fidei subst. num.* 49. Cassane. *in consuetud. Burg. rubr.* 1. *vers.* 18. fallit. *num.* 82. cum tribus seqq. Aufrer. *d. tract. reg.* 1. *num.* 23. Bernard. Laurent. *in tract. de casibus in quib. iudex sæcular. numer.* 14. & Greg. Lopez *in l.* 57. *tit.* 6. *part.* 1. *verb. Que ge la dio*, vbi doctrinam dictorum Auctorum, qui etiam audacius loquuntur, saltem ea, qua diximus, forma
35 probat, & tenet vt † scilicet iudex possit in bonis, & in temporalitatibus punire clericum impedientem iurisdictionem suam. Quod idem tenet etiam Paul. de Castro *in l. addictos, num.* 6. *C. de Episcop. Audient.* Nauarrus *in Manuali Latino, cap.* 27. *n.* 69. *&* 70. Corduba *in summ. quæst.* 35. & plures alij, quos refert, & sequitur Couarr. Ioan. Garcia, Did. Perez, Montaluo, Salced. Belluga, Gregor. Lopez, Auiles, & Azeued. relati; & sequitur Petr. Cened. *in collect. ad Decret. cap.* 37. *num.* 15. Humad. *in addition. ad* Gregor. Lop. *in l.* 13. *tit.* 13. *gloss.* 4. *part.* 2. *n.* 6. Callist. Remirez *de lege Regia, d.* §. 27. *num.* 13. Gaspar. Roderic. *de annuis reditib. cap.* 17. *numer.* 67. Sesse *de inhibition. cap.* 8. §. 3. *num.* 98. & Bobad. *in Polit. lib.* 1. *cap.* 16. *numer.* 90. *& cap.* 19. *num.* 31. *& seq. & d. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 139. *col.* 3. vbi adducit leges Regni de his pœnis temporalitatum loquentes, & stylum, & praxim, earum in Regiis Cancellariis, & idem latius prosequitur D. Francisc. Salgad. 1. *part. cap.* 2. Ceuallus *de violent.* 1. *part. gloss.* 6. *num.* 63. Estque vltra alios valde in nostro proposito no-
36 tanda † *l.* 13. *tit.* 3. *lib.* 4. *Recop.* quæ sic habet: *Porende mandamos, que los Obispos y Abades, ò otras qualesquier personas Eclesiasticas no sean osados de aqui adelante de escandaliçar las ciudades, villas y lugares de nuestros Reinos; ni se muestren de vandos, ni parcialidad, ni hagan ligas, ni monipodios, ni para lo tal den consejo, fauor, ni ayuda por sus personas, ni con los suyos; y si lo contrario hizieren, pierdan la naturaleza de nuestros Reinos, y assi como agenos del, no gozen de las temporalidades del nuestro Reino.*

Et quamuis Màrta *d.* 4. *part. cent.* 2. *casu* 101. hanc praxim non vsquequaque securam existimet, Ego satis probabilem duco, quoniam alias † sæcularis, & Ecclesiastica potestas ad imparia iudicarentur, & Principibus, Magistratibusque sæcularibus, ciuile, imo & naturale, ac commune omnium gentium ius tolleretur, quod † non solum in persona, verum & in rebus, & iuribus propriis licitam, & proportionatam defensionem permittit, etiam si aggressor, vel inuasor clericus, vel religiosus existat, *l. vt vim, D. de iust. & iur.* vbi DD. *cap. significasti, vers. Si verò, de homicid. l.* 2. *titul.* 8. *part.* 7. *cap. dilecto, & cap. ex tenore, de sent. excomm.* Clement. 1. *de homic.* §. *fin.* tradit Innocent. *in cap. si vero, el* 1. *de restit. spol.* Anton. Gomez *de delict. cap. de homicidio, numer.* 20. Et ita † non est multum, nec mirum, si hanc potestatem interdicendi, seu priuandi temporali residentia suorum Regnorum Ecclesiasticos seditiosos, sæcularibus Principibus tribuamus, quos † in temporalibus à Deo in terris, tanquam ipsius Vicarios constitutos fatemur, *cap. quoniam, dist.* 10. *cap. verum*, vbi gloss. *dist.* 96. *l.* 13. 14. *& fin. titul.* 13. *part.* 2. Eique in eisdem hac ratione omnes indistinctè obedire tenentur, provt aliquando piè, & sanctè Pontifices Imperatoribus obedierunt, vt refertur *in cap. Salonitanæ*, 63. *dist. cap. nos si incompetenter* 2. *quæst.* 7. text. & gloss. *in cap. reprehensibile* 23. *quæst.* 8. vbi dicit gloss. quod † Regi magis, quam Metropolitano obedire debent Episcopi in temporalibus.

Quibus cohærenter dicere etiam solemus, Regem † in terris esse sicut Deum in cœlis, text. *in Auth. de instrum. cautela*, §. *quia igitur, & in Auth. const. quæ de dignit.* §. *illud*, quæ iura ad hoc propositum expendit Lucas de Pena *in l. contra publicam, col.* 5. *C. de re milit. lib.* 12. & alia adducens Redin. *in tractat. de Maiest. Princip. verb. Imperatoriam, num.* 30. Et Regum † officium esse liberare de manu calumniantium vi oppressos, *cap. Regum officium* 23. *quæst.* 5. *l.* 2. *&* 3. *titul.* 10. *part.* 2. & posse non solum tollere violentiam, & damnum, quod iam cœpit esse præiudiciale, sed etiam illud, quod tale futurum fore vereri potest, *cap. Principes sæculi*, §. *administratores* 23. *quæst.* 5. *d. l. quicunque, C. de Episcop. & cleric.* Vndè quemadmodum ob hoc munus † se interponunt, & interponere possunt, in tollendis violentiis à iudicibus Ecclesiasticis subditis suis illatis, *ex l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recop.* cum adductis ab Azeued. ibid. & Bobad. *dict. cap.* 18. *numer.* 139. & à nobis *infrà lib.* 4. *cap.* 3. Et quia eo ipso, quod in officio excedunt, pro priuatis habentur, vt per Couarr. *in practic. cap.* 35. *num.* 3. pari, vel maiori ratione eisdem permitti debet damnis obuiare, quæ eisdem subditis Ecclesiastici seditiosi, & scandalosi facere solent, cum hi non sint iudices, sed priuati, & non in vna, vel altera causa, sed in communi, tam in spiritualibus, quam in temporalibus vniuersam Rempublicam lædant.

Quod non solum dictis humanis auctoritatibus, & exemplis, verum & diuinis quoque communiri videtur, cum *lib.* 3. *Reg. cap.* 2. legamus, † Salomonem à Regno suo exulare iussisse, & Sacerdotio priuasse *Abiatharum Sacerdotem, eo quod particeps compertus fuit coniurationis, siue conspirationis, quam contra eum Adonias parabat, & sententia contra eum his verbis prolata fuit: Vade in Anathoth ad agrum tuum, equidem vir mortis es: sed hodie non te interficiam,*

tiam, *quia portasti Arcam Domini Dei coram David patre meo, & sustinuisti laborem in omnibus, in quibus laborauit pater meus. Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non esset Sacerdos Domini.* Cui loco † non satisfacit solutio Iacobatij *lib. 9. de Concil. artic. 12. num. 67. & 194.* Turrecrem. *in summ. de Eccles. lib. 2. cap. 96.* quos refert D. Valençuela *in monit. contra Venet. 4. part. num. 125. fol. 171. in fin.* nimirum quod hæc punitio, siue priuatio diuina fuerit dispositione inducta. Nam hoc non tollit, quod Salomon eo modo, quo legimus, in eam animaduerterit, quamuis Sacerdos Domini esset, & ita agnoscit Ioseph. *lib. 8. antiq. Iud. cap. 1.* vbi quandam veluti paraphrasticam expositionem *d. cap. 2.* faciens, sic inquit: † *Vocato Abiatharo Sacerdote; te (inquit) supplicio eximunt tum alij labores acti cum patre meo, tum illud præcipuè, quod vna cum eo Arcam transtulisti. Hæc autem pœna tibi erit, Adoniæ partes sequuto; vt neque hic maneas, neque in conspectum meum venias, sed abi in patriam tuam, & illic ruri viue, atque ibi vsque ad mortem dege, quandoquidem talia commisisti, propter quæ dignus es, vt honoribus fruaris. Ob hanc itaque causam ablatus est Sacerdotalis honor à domo Athamari sicut Deus illi prædixerat auo Abiathari, 1. Reg. cap. 2. & translatus est in domum Phineesis.* Et idem agnoscit Petr. Faber *lib. 3. semest.* Vbi † hoc pœnæ genus relegationis in patriam, & in agros, vel in certam aliquam prouinciæ regionem, atque ita longè à conspectu Principis, ex dicto loco deducit, & ex Suetonio *in Claud. cap. 23.* Vlpian. *in † l. relegatorum 7. §. sicut, & § solet, de interd. & releg.* ibi: *Item in partem certam prouinciæ moraturum, relegare potest, vt fortè non excedat ciuitatem aliquam, vel regionem aliquam non egrediatur. Solet præterea interdici sententia quibusdam, ne intra patriæ territorium, vel muros morentur: solet, ne excedant patriam, & in vicis quibusdam morentur.*

Tertiò, in fauorem eiusdem sententiæ plurimos, & grauissimos Auctores allegaui, qui aliquibus ex suprà dictis iuribus, & rationibus (licet non ita exornatis) expensis, eam securè probant; & Principibus facultatem esse aiunt, Ecclesiasticos seditiosos à suis Regnis expellendi; eandem † rectè, non contentiosam, sed politicam, aut œconomicam appellantes, qualis est Patrisfamilias, qui ex domo sua clericum inobedientem, seditiosum, vel pacis turbatorem expellere potest, ne eam sua tabe, & malo exemplo corrumpat, iuxta consilium D. Hieron. *in cap. resecandæ 24. quæst. 3. Resecandæ sunt carnes putridæ, & ouis scabiosa ab aliis repellenda, ne tota domus massa, pecus, & corpora ardeant*; & facit etiam text. *in cap. licet Heli, de simonia, l. si filius, §. quem, C. de patr. potest. l. serui, & filij, D. de furtis, l. Prætor, §. præterea, l. fin. D. de iniur. & l. vlt. §. filius autem, C. de bon. quæ liber.*

Quam opinionem in primis † sequutus videtur Bart. *in l. hostes, numer. 15. D. de cap. & post. reuers.* Paul. de Castro, qui notabiliter loquitur *in d. l. quicunque, C. de Episc. & cler.* per text. ibi Guillerm. Bened. *in d. cap. Rainuntius, verb. Et vxorem, decis. 2. numer. 161. cum seqq.* Cassan. *in consuet. Burgund. rubr. 1. vers. Imò etiam, num. 49.* Corset. *de potest. Regia, 3. part. quæst. 34. num. 60.* Boer. *de seditios. cap. 1. col. 1.* Aufr. *arrest. 249.* Arnulph. Ruzæus *Regal. Franc. cap. 18. num. 8. & 10.* Belluga *in speculo Princip. rubr. 18.* Nauarr. *in cap. cum contingat, num. 1. de rescript.* vbi loquitur de Lusitan. Ioan. de Terra Rubea *in tract. contra rebell. tractat. 3. artic. 5. vers. 17.* Tiber. Decian. *lib. 7. crimin. cap. 8. n. 6.* Montalu. *in repert. verb. Arma,* Couar. *in pract. cap. 35. num. 3.* Auendañ. omnino videndus, *de exeq. mand. lib. 2. cap. 6. num. 12.* & plurimi alij, quos refert, & sequitur Iul. Clar. *§. fin. quæst. 36. vers. Successiuè quæro,* vbi testatur de consuetudine Mediolani, Carol. Grassal. *lib. 2. Regal. Franc. cap. 7. & 10. & cap. 16. pag. 92.* Gregor. Lopez sibi contrarius *in l. 57. gloss. 2. in fine, tit. 6. par. 1.* Azeued. *in l. 4. tit. 1. n. 12. lib. 4. Recop.* Bobadilla *d. lib. 2. cap. 18. n. 62.* Callist. Remirez *de lege Regia, § 27. num. 11. & seqq.* Camill. Borrel. *de præstant. Reg. Cath. cap. 71. num. 304. & 309.* Ceuall. *in tractat. de violent. 2. part. quæst. 77. per totam,* Cened. *q. Canon. 45. num. 26. & 61.* D. Franc. Salgad. *de protect. Regia, 1. part. cap. 2. num. 277. pag. 108.* Molin. *in repert. verb. Clerici, fol. 82. & verb. Inhibitus fol. 171. & verb. Occupatio temporalis, fol. 242.* Portoles *in addit. ad eund. num. 20.* Sesse *de inhibit. c. 8. §. 3. n. 102. & cap. 9. §. 1.* vbi concludit, hanc esse vniuersalem totius mundi praxim, & consuetudinem, Bernard. Diaz *in prax. cap. 101. n. 1.* vbi eius Additionator Salced. *litt. C,* qui inquit, quod si hoc Rex non posset, esset instar arundinis. Philip. Probus, qui de hac praxi minime dubitat, *quæst. 37. num. 9.* Oliuan. *de iure fisci, cap. 2. n. 4.* vbi testatur de consuetudine Cathaloniæ, pro- vt & facit Peguera *in prax. crimin. cap. 42. col. fin.* Cantera *quæst. crimin. quæst. 1. cap. 2. num. 8.* Hieron. Zurita, qui notandum exemplum, adducit, *4. part. annal. lib. 2. cap. 31.* & vltra *l. 7. tit. 12. lib. 8. Recop.* quæ hoc aperte disponit, reperitur in lib. schedular. supremi Castellæ Senatus quædam sched. ann. 1555. ad expellendos ab eo Regno quosdam Canonicos Calceatensis Ecclesiæ.

Quæ omnia si ita (vt vidimus) in aliis Regnis, & prouinciis probari, & recipi solent, longe certius, & securius † in istis Indiarum procedere, & obseruari debebunt, in quibus Reges nostri Catholici quodammodo legationis Pontificiæ officio funguntur, iuxta ea, quæ latè dixi *suprà hoc lib. cap. 2.* Et ita in terminis agnoscit Fr. Eman. Roder. *1. tom. quæst. regul. art. 35. in fine,* sic inquiens: *Et hinc est, quod si aliquis Ecclesiasticus in his partibus non exemplariter viuit, statim euocatur à Rege in Hispaniam, quia impeditur conuersio Indorum per suum malum exemplum.* Et nouissimè, & eruditissimè Dom. D. Felician. à Vega *in cap. quanto, de iudiciis, num. 100. & in cap. cum non ab homine, eodem titul. ex num. 18.* vbi securè resoluit, posse Principes sæculares, & in specie Peruanos Proreges, per iurisdictionem politicam, & œconomicam se intromittere aduersus clericos semper quod seditiosi sunt, & timetur aliquod damnum, vel detrimentum in Republica, maximè si esset periculum in mora occurrendo ad iudicem Ecclesiasticum pro remedio, & expendit caput instructionis, cuius *suprà n. 14.* meminimus. 52

In quo quidem, † licet cautè, & prouide dicatur, Proreges ad has expulsiones manu Prælatorum, vel iudicum Ecclesiasticorum 53

vti debere, non deſunt tamen plures aliæ ſchedulæ, quæ hoc totum negotium ipſis abſolutè remittere, ſeu committere videntur, qualis eſt illa 26. Ianuar. 1638. vbi Peruano Proregi iniungitur: *Que eche de aquellas prouincias, y haga embarcar para Eſpaña los clerigos, que auiendo ſido frailes ouieren dexado los habitos, ò los frailes que ſe huuieren atreuido à paſſar ſin licencia.* De quo etiam agit alia ſched. 1. Maij 1543. & alia 31. Maij 1552. Et in alia 16. Decembr. 1572. mandatur Licent. Brizeño, electo Præſidi Noui-Regni Granatenſis, vt Prælatos pro expellendis à Regno clericis ſcandaloſis moneret: *Y no lo haziendo, el miſmo Preſidente dieſſe orden como no quedaſſen en la tierra.* Et in quadam epiſtola 1. Decemb. 1573. ad Proregem Peruanum Dom. D. Franc. à Toleto, abſolutius iubetur: *Que expela del Reino los clerigos, y Religioſos diſcolos, è inquietos, como eſtà proueido, y el lo haga executar, y que no tiene neceſſidad para eſto del Breue de ſu Santidad, que auia embiado à pedir. Y ſe le aprueba auer expelido vn Canonigo del Cuzco, y vna Dignidad de Popayan.* Et in alia epiſtola Matr. 17. Martij 1619. ad Proregem Peruanum Dom. Princip. Squillacenſ. deciditur: *Que quando los Religioſos graues andan parciales, è inquietos en materia de elecciones, y no ſe halla otro remedio de componerlos, y quietarlos, el mas eficaz es ſacarlos de ſus prouincias, ò embarcarlos para Eſpaña; pero que en eſto ha de proceder con gran conſejo, prudencia, y conſideracion.*

Et ex his patet reſponſum ad ea, quæ ſuprà obiecimus de incapacitate ſæcularium in Eccleſiaſticos, & diſtinctione vtriuſque iuriſdictionis. Nam hic non tam contentio, quam guberna-
54 tio (vt diximus) exercetur. Quod etiam † excludit periculũ incurrendi cenſuras Bullæ in Cœna Domini, quoniam illa etiam loquitur, vbi proceditur per viam iuriſdictionis contentioſæ, vt indicant verba, quæ apponuntur *in clauſula* 12. quæ præcedit clauſulam 16. vbi de his, qui banniunt Eccleſiaſticos agitur, ibi: *Ac ſe de illarum cognitione tanquam iudices interponunt*, quæ
55 clauſula † ad omnes ſequentes influit, & in illis repetita cenſetur, & eodem themate retento legiſlatorem loqui, ex text. celebri, & Abb. & Doctor. ibi *in cap. 2. requiris, de appellat. l. talis ſcriptura*, & ibi Bart. & DD. *D. de leg. 1. l. 3. §. filius inter medias, D. de lib. & poſthum.* text. optimus *in cap. exiit, §. dicimus quoque, de verbor. ſign. in 6.* & ita generalitas clauſulæ 16. reſtringenda eſt, ex limitatione dictæ clauſulæ 12. abſque eo, quod obſtet dictio illa, *quoquo modo*, quam ſuprà in contrarium expendi-
56 mus. Nam † hæc etiam debet reſtringi, & intelligi in caſu, ſiue iuxta terminos de quibus loquitur, iuxta doctrinam gloſſæ *in cap. Deus omnipotens 2. quæſt. 1.* atque adeo hoc tantum ex illa colligitur, quod non debet procedi iudicialiter contra Eccleſiaſticos, nec interlocutoriè, nec diffinitiuè pronuntiari, quod idem ipſum eſt, quod Nos cum Auctoribus ſuprà relatis ſupponimus.

57 Et confirmari poteſt ex ſimili † de iudice ſæculari non procedente contra Eccleſiaſticum, ſed eum deprehenſum in delicto detinente, ne fugiat, & vt eum ſtatim ad ſuum iudicem, carceremue remittat. Quod abſque vllo metu excommunicationis fieri poſſe, docet *text. in cap. nuper, de ſentent. excommun.* vbi Innoc. & Cardinal. *in Clement. 1. de pœnitent. numero* 14. *verſ. Octavò quæro*, & communis apud Felin. *d. cap. nuper, num. 8. limit. 3.* Nauarr. *in Manual. cap. 27. num. 77.* & latè Bobad. *d. cap. 18. n. 50.* qui ait, ad hunc effectum poſſe laicum clerico, ſuis expenſis, cuſtodes apponere, vel illum, cum eis, ne fugiat, ad ſuum iudicem mittere, prout tenet Bald. *in l. generaliter, §. his præſentibus, C. de reb. cred.* Aufrer. *in Clem. 1. de offic. Ordin. quæſt. 2. num.* 22. idem *in Capell. Tholoſ. 275.* & Boer. *deciſ. 303. col. penult.*

Quartò, & adhuc magis in terminis, ponderaui, quod in caſu † Prædicatoris liberè, & ſcandaloſe concionantis, expulſionem, de qua agimus, licitam eſſe, probari poteſt, non ſolum ex Bulla Alex. VI. quæ noſtros Reges, vt ſæpè retulimus, in Eccleſiaſticis Indiarum ſedis Apoſtolicæ legatos, vel delegatos feciſſe videtur. Verum & ex peculiari alia Bulla Eugenij II. quæ in Archiuio Regij, ac ſupremi Senatus Caſtellæ originaliter ſeruatur, quæ eiſdem Regibus noſtris, & eorum Conſiliis, ac Vicariis, licentiam concedit puniendi tales Prædicatores, qui ſub occaſione muneris Apoſtolici, quo ſincere, & Apoſtolice vti debuiſſent, eiſdem Principibus grauiter detrahunt, vel ſcandaloſas propoſitiones in vulgus ſpargunt, quibus populum contriſtare, aut conturbare, & ad ſeditionem inducere poſſint. Quibus Bullis exiſtentibus, non tam videtur † Princeps, vel Gubernator ſæcularis in eiuſmodi Eccleſiaſticos animaduertere, quam ipſe Pontifex Romanus, qui ei talem facultatem conceſſit, ac per conſequens Eccleſiaſticam, non ſæcularem, iuriſdictionem exercere, vt probat gloſſ. *in cap. 1. 94. diſtinct.* gloſſ. *in cap. clericum nullus 11. q. 1.* gloſſ. *in cap. plures 16. q. 1.* Abb. *in cap. ſignificaſti, ad finem, de foro compet.* Horoſc. *in l. 18. D. de iuriſd. omn. iud.* Decius poſt gloſſ. ibi *in cap. 2. notab. 1. de iudic.* & Menchaca, & Segura in locis ſtatim citandis.

Conſtat quippe, quod quamuis † ſede Apoſtolica non poſſit generaliter laicis in Eccleſiaſticos iuriſdictionem concedere, & his in totum ſuam exemptionem adimere, poteſt tamen ex iuſtis cauſis aliquas cauſas, etiam criminales Eccleſiaſticorum, laicis iudicibus delegare, vt tetigi *ſuprà hoc lib. cap. 3.* & probat text. *in cap. præter,* iuncta gloſſ. *verb. Duci, 32. diſt.* quam ſequitur, & ſingularem appellat Abb. *in cap. Eccleſia ſancta Mariæ, de conſt. num. 6.* & communis apud Nauarr. *in cap. nouit, de iudic. num. 144.* Marian. Socin. *in cap. 1. de foro compet.* Menchaca *de ſucceſſ. creat. §. 22. num. 58. & 59.* Horoſc. *in l. de quibus, num. 144. D. de legib.* Còuarr. *in cap. Alma mater, §. 11. num. 3.* Segur. *in direct. iud. 1. part. cap. 11. num. 1.* Bobadilla *d. cap. 18. num. 43. & ſeqq.* Marta *de iuriſdict. 4. part. caſu 64. num. 18.*

Et ita (vt alia quotidiana exempla prætercam) in ipſis noſtris Indiis narrat Anton. de Herrera *in hiſtor. gener. Ind. decad. 1. lib. 8. cap. 11. pag. 279.* † quendam Dominicanum Concionatorem Fr. Antonium Monteſinum totam inſulam Hiſpaniolam concione quadam grauiter commouiſſe, & de eo, imo & reliquis eius ſociis ab eadem inſula ob hoc expellendis diu, ac multum tractatum fuiſſe, quovſque ipſe Monteſinus in Hiſpaniam veniens, ſe coram ipſo

ſo Rege purgauit, Fr. Ioan. Torquemada *in Monarch. Ind. lib. 5. cap. 24. pag.* 710. recenſet iam, qualiter Mexicanus Prorex D. Martinus nriquez, P. Fr. Franciſc. de Ribera Commiſſaum Franciſcanum in Hiſpaniam mandauit ob tantùm, quòd libera quædam verba pro conone contra eum effudit.

Et ad id iam, centum, & plus ab hinc annis, pedita fuit quædam ſchedul. 25. Ianuar. ann. 31. & alia 1568. quæ reperiuntur 1. *tom. impreſſ. pag.* 163. Quæ tamen ſummâ prudentiâ, moderatione in hoc procedendum eſſe adonent, & quoniam exceſſus huiuſmodi Prædicatorum, & cauſas, quibus interdum ad exdendum mouentur, & damna, quæ ex his ontingere poſſunt, graphicè depingunt, hîc otè, & vtiliter inſerendæ eſſent, niſi breuitati onſuleremus.

Quod ſanè non immeritò ſtatutum eſſe videtr, nam Chriſto Domino teſtante, & docen- † Euangelium pacis, non ſeditionis, prædicare debet, & id quidem ſine offenſione, aut uerela, vt monet D. Paul. 1. *Corinth.* 6. *& ad Philipp.* 1. Et omnes, qui de hoc miniſterio gunt, quos refert Matth. de Afflict. *ad conſtit. Neapol. pag.* 241. *num.* 7. vbi, quòd Prædicatos nullum ad populum ſomnium fingere deent, etiam quando nemini noceat, Eman. oder. 2. *tom. regul. q.* 32. *art.* 8. Franc. Leo *in heſaur. forenſ. Eccleſ.* 2. *par. cap.* 2. Mirand. *in Mannel. Prælat.* 1. *tom. q.* 50. *art.* 7. Riccius *in rax. Archiep. deciſ.* 397. *n.* 2. *part.* 4. Campanil. *diuerſ. rubr.* 12. *cap.* 13. Portel. *in dub. reular. verb. Prædicatores*, Simanc. *in Cath. inſt. t.* 49. *per totum*, Iſid. Moſcon. *de Maieſt. Eccleſ. lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 19. erudititiſſimus P. Ioan. ineda *de reb. Salom. pag.* 131. Læl. Zechus *Repub. Eccleſ. tit. de Concionatoribus, ex ag.* 504. *ad* 534. & inſignis noſter D. Laurent. amirez de Prado de Conſiliis, & Conſiliariis, *b.* 3. *cap.* 2. *pag.* 61. *litt. A.* vbi refert notanda iqua ſacrorum Conciliorum decreta, hoc graiter cauentia.

Quibus addes † *legem* 43. *&* 55. *tit.* 3. *par.* 1. uæ hoc reſpicientes, quarum illa, correctioem Superiorum priuatim fieri monet, & non ublicè, & per viam prædicationis. Hæc verò, ûm Prælatum non debere eſſe percuſſorem oceat, illum quoque percuſſorem eſſe inquit; *ue fiere de palabra, è de mala voluntad, è dize lguna razon mala, è ſin pro, porque ſe han de ouer los coraçones delos omes à dezir, ò à fazer lgun mal. E aun fieren los Prelados à las vegaas de palabra, ò en otra manera, diziendo en los rmones contra algunos en encubierto lo que ſaen dellos, porque los metan en verguença ante quellos que los oyen, aſſacando contra ellos alguos males, que non fizieron, ò deſcubriendolos de lguna coſa, que auian fecho en poridad, que non ra ni aun ſabida.*

6 Concilium † etiam Trid. *ſeſſ.* 5. *de reform. ap.* 2. §. *ſi verò*, Epiſcopis iniungit, vt prædicaione interdicat eos, qui quocunque in loco erores, aut ſcandala in populum diſſeminaueint, de cuius praxi, & intelligentia agit. Eman. Roder. & alij ex ſuprà citatis. Hugolin. *de offic. Epiſcop. par.* 1. *cap.* 20. § 2. *num.* 3 & Aug. Barboſa *in Paſtorali, par.* 3. *alleg.* 76 *num.* 48. *&*
6 49. quibus addo † Concilium Limenſe an. 1567. *an.* 79. *pag.* 23. vbi in his noſtris Indiis cauetur: *Que los Predicadores no ſe piquen entre ſi, y hayan de reprehender en publico, y manifeſtamente à los Prelados, y Gouernadores, y no detraigan vnos Religioſos de otros*,

Et licèt hæc omnia) vt ſæpè monui) meliùs, & ſatiùs ſit, vt mediantibus ipſis Prælatis Eccleſiaſticis exequantur, † datâ tamen eorum 66
deſidia, vel ſeditioſorum, & ſcandalizantium incorrigibilitate, benè poterit ſecularis poteſtas eos non ſolùm à ſuo Regno expellere; ſed & aliis modis comprimere, & punire, vt probatur *in cap. Principes ſeculi* 20. iuncta gloſſ. *verb. Intra Eccleſiam, & in cap. de Liguribus* 43. 23. *q.* 5. *l.* 61. *tit.* 6. *part.* 1. vbi Gregor. *gloſſ.* 2. gloſſ. celebris. *verb. Incorrigibilis, in cap. vt famæ* 35. *de ſentent. excom.* gloſſ. fin. *in cap.* 4. *diſt.* 17. cum aliis, quæ adducit Couarr. *in pract. cap.* 32. *num.* 2. *verſ. Secundò*, vbi teſtatur de communi opinione, & Bernard. Diaz, & eius Additionat. Salced. *in prax. cap.* 139. *num.* 4. Iul. Clar. §. *fin. q.* 36. *num.* 33. Farin. 1. *tom. q.* 8. *à num.* 47. Marta *de iuriſd.* 2. *par. cap.* 36. *à num.* 1. *&* 4. *par. caſ.* 130. Graſſalius *de iure Reg. Franc. lib.* 2. *cap.* 16. *pag.* 92. Carol. de Graſſis *de iur. & effect. clerical. effect.* 1. *à num.* 797. Bonacina *diſp.* 10. *q.* 2. *punct.* 1. §. 4. *num.* 8. & nouiſſimè D. Ioan. Balboa *in cap. cùm non ab homine, de iudiciis*, & doctiſſ. D. Felician. à Vega *ibid. num.* 12. *pag.* 269. & ad hæc fortè reſpexit epiſtola Regia *ſup. num.* 16. relata, vbi poſt verba, quæ ibidem adſcripſimus ita proſequitur: *Demas de que quando por eſte camino no ſe puedan remediar, y caſtigar ſemejantes exceſſos, conſtando, que la tal perſona viene à ſer incorrigible, y eſcandaloſa, y de quien ſe dize auer deſcendido al profundo de los males, eſtà aſſimiſmo diſpueſto por derecho ſe le fulmine proceſſo de incorrigible, para remitirle al braço ſeglar, procediendo à lo que fuere juſticia, y eſtà determinado.*

Et ex prædictis reſultat, quòd multò magis poterunt Reges, & eorum Vicarij in his partibus Indiarum † vocare Archiepiſcopos & Epi- 67
ſcopos, alióſque Religionum Prælatos, & Eccleſiaſticos, vt coram ſe compareant, vbi ſibi id expediens viſum fuerit ad Regni tranquilitatem, vel alteriùs negotij commodiorem expeditionem. De quo habemus epiſt. Regiam ad Proreg. Peruan. Dom. D. Franc. à Toleto ſcriptam Tolet. 1. Decembr. ann. 1573. quæ capite 7. diſponit, ſiue declarat: *Que quando le pareciere que conuiene, pueda embiar à llamar, y haga parecer ante ſi èl, y las Audiencias à los dichos Eccleſiaſticos.* Quæ praxis quàm ſit frequens in Hiſpania, & in aliis Regnis, benè colligitur ex Authent. nullus Epiſcopus, ibi: *Niſi Princeps iubeat, C. de Epiſcop. & cleric.* Nouell. Iuſtinian. 438. omninò videnda, *conſ.* 115. *l.* 65. *tit.* 5. *par.* 1. paulò ante finem, ibi: *Fueras de ſi lo mandare el Rei venir ante ſi*, vbi Gregor. Lopez *gloſſ.* 8. *l.* 2. *&* 8. *tit.* 7. *part.* 3. *l.* 14. *tit.* 3. *lib.* 5. *Recop.* ibi: *Los quales, aunque Prelados, ſon tenudos de venir al llamamiento de ſu Rei, y para darle conſejo, l.* 13. *tit.* 3. *lib.* 4. *Recop.* ibi: *Son obligados à venir al llamamiento de ſus Reyes, y ſeñores naturales*, vbi Azeued. *num.* 7. Belluga, & eius Additionator Borrell. *in ſpecul. Princip. rubr.* M. Ant. Natta *conſ.* 487. *&* 580. *vol.* 3. Aretin. *conſ.* 58. notat, & proſequitur Bobad. *in Polit. d. cap.* 18. *num.* 62. & vltra relatos ab eo, de eadem teſtatur, & agunt plures alij, quos

quos refert D. Valençuela *cons.* 4. *à n.* 79. vbi quòd Rex poteſt vocare Epiſcopos, vt coram
68 ſe compareant, † & vocati tenentur venire, & ei potiùs, quàm Metropolitano eoſdem vocanti, obedire, de quo etiam alibi memini, *& ſup. hoc cap. num.* 41. Peregr. *conſ.* 1. *num.* 49. *vol.* 1. Oliuan. *de iure Fiſci, cap.* 10. *num.* 6. *&* 9. Enriq. *de Pontif. claue, lib.* 2. *cap.* 20. §. 3. Et vbi caſus acciderit, eſt videnda, & notanda ordinatio Granatenſ. Cancellariæ, *lib.* 1. *fol.* 15. *verſo.* Et his proximis annis de facto habuimus in ſu-
69 premo Indiarum Conſilio, † in quo poſt maturam conſultationem ad Regiam Curiam duo Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Archiepiſcopi Mexicani ob vitanda grauia ſcandala, quæ ea in prouincia orta fuerant, vel oriri cœperant, quæ (ipſis fortè Prælatis nihil alioqui malè merentibus) hoc remedio vti ſuaſerunt. Quod in ſimili conſuluerunt Innocent. *in cap. niſi cùm pridem, de renuntiat.* Abbas *in cap.* 1. *col.* 2. *ad finem, de elect.* & eos referens & ſequens Greg. Lopez *in proœm. Partitarum, col.* 2. *ad finem,*
70 *verb. Por voluntad*, vbi docent: † *Quòd propter vitandum, vel ſedandum ſcandalum populi perſequentis Prælatum, non ſolùm electum, verùm etiam iam inſtitutum, ſi populus aliter compeſci non poſſit à tali perſecutione, debet Prælatus cedere, vt populus quieſcat, & Eccleſia ſtet in quiete, vel poterit remoueri per Superiorem aſſignato ſibi alibi bono cambio.*

An autem ad effectum expulſionis, de qua
71 ſermonem habuimus, † liceat Proregibus, & aliis Gubernatoribus ſecularibus aliquam ſummariam informationem facere, & in ſcriptis recipere, non minus difficilis quæſtio eſt, & de ea ſimul in caſu, quem retuli, ab eodem Prorege Dom. Marchione de Monteſclaros conſultus fui. Nam negatiuam partem, iuriſdictionis ſecularium contra Eccleſiaſticos defectus, ſiue incapacitas adſtruit, de qua ſæpè loquuti ſumus. Et præterea *Bulla in Cœna Domini d. clauſ.* 16. ibi: *Quoquomodò proceſſantes*, quæ nullum non procedendi modum videtur excludere, iuxta naturam, & proprietatem illius aduerbij, de qua *ſup. n.* 8. loquuti ſumus. Sed adhuc contrarium reſpondi, vbi dicta informatio non ad proceſſum, nec ad formam iudicialem dirigitur, ſed tantùm eo animo fit, vt Regi, & ſedi Apoſtolicæ conſtare poſſit, quænam cauſæ poteſtatem ſecularem commouerint, vel vt meliùs dixerim, coëgerint, vt ad inſolens hoc, & extraordinarium remedium deueniat.

Quod primò ex vulgata regula confirmari
72 poſſe dixi, quæ docet, † ei, cui aliquid permittitur, permittendum quoque videri id omne, quod ad meliorem, imò & commodiorem eius executionem dirigitur, vt pluribus oſtendit Euerard. *in loco à conceſſione conſequentis*, & Segura *de Aualos in direct. iud.* 2. *par. cap.* 16. *num.* 2. Nec iuſtum eſſe ad dictam expulſionem
73 accedere, † quin priùs certa, cautáque, & infallibili probatione animum ſuum inſtruxerit, *arg. l.* 3. *D. de Carbon. edict. cap.* vbi periculum, *de elect. lib.* 6. cùm nedum in Prælatis, aut aliis Eccleſiaſticis, verùm nec in plebeis hominibus, ſine graui cauſa liceat eos à pro-
74 uinciis, quas incolunt, relegare, quia hoc † eſt iuri, & æquitati naturali contrarium, *arg. cap. quo iure,* 8. *diſt. l.* 1. *& per tot. de interd. & relegat.* Auth. *de quæſtor. poſt princip.* Bal *in tit. de form. fidel. Præpoſit. tit. qualiter vaſſal* iurare debeat, *num.* 2. Rebuff. *& relati per eu in comment. ad leg. Gallic.* 2. *tom. tit. de merca in fin.* & Auiles *in cap.* 1. *Prætor. verb. Seru cio, num.* 5.

Secundò perpendi celebrem † *text. in l.* 2 *verb. Otroſi, tit.* 7. *par.* 1. vbi cùm loqueretu de Abbatibus, & aliis iudicibus, & Prælat Eccleſiaſticis immediatè Papæ ſubiectis, de quo rum cauſis alij inferiores ab eodem Papa null modo cognoſcere, nec ſe intromittere poſſun adhuc diſponitur, quòd ſi hi ſecus, quàm opo tet, ſuo ſe in munere geſſerint, exceſſuum re latio conſcribatur, & homines mittantur: *Q informen al Apoſtolico, è le ſepan dezir los ye ros que fizieron aquellos Abades*, & quò hi interim ab adminiſtratione ſuarum Abb tiarum remoueantur, & alij eorum loco ſubro gentur.

Cui textui mirè conuenit alius † *in Extra uag.* Ioan. XXII. *ſub tit. de hæret. inter comm nes, incip. Cùm Matthæus de Pontianis*, v poſtquàm retulit, Nuntios, & Inquiſitores ſancta ſede Apoſtolica miſſos contra hæret cam prauitatem, immediatos eidem ſedi fo futuros. Nec cuiquam iudici Ordinario, v Delegato licere ſe in eorum cauſis intromi tere, vel de illis cognoſcere, *Quavis occa ſione, vel cauſa, vel quoquomodò procedere pr ſumant.* Adhuc non obſtante hac ita enixa, & geminata prohibitione, eam limitat, & de clarat, inquiens: *Permittitur tamen dictis Or dinariis, & Delegatis, ſi quid tales Nuntij con tra Fidem, aut contra bonum publicum indeb bitè fecerint, vel attentauerint, notionem ſupe his habere, & Romano Pontifici dirigere, ip ſúmque informare, vt ſuper eis de remedio op portuno prouidere debeat:* qui textus mirabili eſt ad ſolutionem argumenti in contrarium e *d. Bulla in Cœna Domini, ſup. num.* 71. *per penſi.* Nam & hic enixiùs, & ſub eiſdem ver bis: *Quoquomodò*, & *quavis occaſione*, pro cedere vetat, & nihilominus dictam notio nem informatiuam non excludit, quæ verè ſu illo verbo *procedere* non includitur. Cùm *proceſſus* in iure citationem, conteſtationem cauſæ concluſionem, accuſantem, accuſatum & iudicem, iudiciſque deffinitiuam determina tionem deſideret; vnde & nomen *proceſſus* ac cepit, vt notant DD. omnes per text. *ibi in cap quoniam contra falſam, de probat. cap.* 1. §. 1 *vbi gloſſ. verb. Legitimè, de iuram. calum. lib.* 6 *cap.* 2. *de dolo & contum. eod. lib. cap.* forus, *d verbor. ſignif. gloſſ.* Bart. & DD. *in rubr. C. d in ius vocand. &* Alber. *in dict. verb. Proceſſus* Et ita in terminis eiuſdem Bullæ (licèt hæ iura non expenderit) agnoſcit Iacob. de Graph in ipſius commentariis, quos poſt ſuas deci ſiones aureas adiecit, inquiens, † abſque vl lo cenſurarum metu poſſe iudices ſeculares di ctas informationes recipere, non ſolùm contra clericos priuatos, verùm & contra Prælatos, & Epiſcopos, ſubdens tamen: *Hoc dumtaxat fieri debere animo præſentandi talem proceſ ſum, non Regiis Officialibus, ſed Romano Pon tifici.*

In quo tamen Ego parum hærerem, vbi ſup ponimus expulſionem Regio nomine, & per Regios Miniſtros fieri poſſe. Nam ei, à quo ſimul

mul cum Magistratu talem potestatem reci-
unt, de eiusmodi rebus gestis rationem red-
ere debent, & ita eis apertè præcipitur in ca-
tibus instructionum, de quibus suprà *num.*14.
eminimus, ibi: *Me auisareis mui particular-
ente, y con recaudos ciertos de la calidad, y cir-
unstancias del caso, &c.* & expressiùs *in epist.
issa ad Audientiam Guatemalensem dat. Ma-
iti* 23. *Decembr. an.* 1574. qua probatur eius-
em Audientiæ consuetudo in recipiendis his
cretis informationibus contra clericos, qui
ndis iniuriam faciunt, vt eas posteà suis Præ-
tis remittant, eis simul iniungentes, vt tales
ericos corrigant, & puniant, Indisque satis-
cere cogant. Idémque præcipitur in aliis sche-
ulis de eadem expulsione agentibus, de qua ser-
onem habemus, quæ extant 2.*tom.pag.*42. dum
ibent, vt cum persona, expulsi, expulsionis
ausas remittant. Quod videtur iuris Romani
egulis consentaneum, quæ docent, † nullum
ilitem, siue ignominiæ, siue honoris ergo mit-
ndum esse, quin cum eo causa mittatur, *l.*2. §.
nominiæ, D. de his qui notantur infamia,
i: *Ignominiosa autem missio toties est, quoties
, qui mittit, addidit nominatim ignominiæ cau-
se mittere, semper enim debet addere cur miles
ittatur.*

Præterquàm quòd † eisdem Magistratibus
officio incumbit, ad eundem Regem re-
rre, quidquid notatu, vel animaduersione
ignum in commissis sibi prouinciis, tam in
cclesiasticis, quàm in secularibus contige-
t; & præcipuè si quid in fraudem, & vsurpa-
onem Regiæ iurisdictionis admiserint, vel
ntauerint, *l.* 2. *&* 3. *tit.*8. *lib.*1. *l.*17. *titul.* 5.
b. 3. *l.* 27. *in fin. tit.*25. *lib.*4. *Recop.* cum aliis,
quæ adducit Azeued. *in l.*1. *num.*3. *tit.*1. *lib.*4. Re-
cop. & Bobad. *in Polit. d. lib.* 2. *cap.*18. *num.* 6.
Quod & iure communi ita cautum, ac curatum
fuit; vt ad id Principes per singulas prouincias
dispositos haberent curiosos Stationarios, &
Irenarchas, de quorum munere latiùs egi *sup.
hoc tom. lib.* 1. *c.*20. vbi de munere Cazicorum
tractaui.

Extra dictos porrò casus † nihil est, quod 8
magis supremos Principes, & eorum Proreges,
ac cæteros iudices deceat, quàm plurimùm Ec-
clesiasticos, præsertim prælaturæ dignitate ful-
gentes, & diuini verbi Concionatores suscipe-
re, & reuereri eos, suo munere vti permittere,
dummodò in eo, nec imprudenter, nec impu-
denter se gerant. De quibus extant plura san-
ctorum Patrum testimonia apud Grat. *dist.* 96.
& 97. & est videndus Saluianus *lib.* 8. *pag.*278.
Alexand. *& eius Addition.* Tiraq. *lib.* 2. *Genial.
c.*8. Cassiod. *lib.*1. *epist.*9. *& lib.*3. *epist.*37. Baro-
nius *ann. Christi* 325. *n.*12. Annæus Robert. *lib.*
1. *rer. iud. c.*6. *lib.*2. *c.*3. Læl. Zechus *de Repub.
Ecclesiast. cap. de Prælat.* clericis, & concio-
natoribus, & nouissimè, & eruditissimè P. Hie-
ronym. à Gueuara Societatis IESV fulgentissi-
mum decus, *in Commentar. sup. cap.* 1. *D.
Matthæi vers.* 8. *obseru.* 2. *pag.*607. *& seqq.* vbi
probat, vltimam Regni ruinam præsagire Prin-
cipum iram, quæ verbi diuini Concionatores
cogit exulare: & è conuerso in honore sacris
Concionatoribus impenso Regni firmam, &
tranquillam felicitatem consistere; & alia plu-
ra non minus doctè adducens Dom. Fr. Gasp.
Villaroël Episcopus Chilensis, *in Comm. sup. lib.
Iudic. in pluribus locis, de quibus in Indice, verb.
Prædicator.*

LIBER QVARTVS,

IN QVO DE GVBERNATIONE SECVLARI, ET Magistratibus, Cancellariis, Proregibus, & supremo Consilio Indiarum, eidem gubernationi Præpositis.

CAPVT I.

De Capitulis, & Iudicibus ordinariis (vulgò Alcaldes *dictis) vrbium, & oppidorum Indiarum, eorúmque electione, & iurisdictione.*

SVMMARIVM.

Auctor reddit rationem, cur Librum quartum & quintum huius tractationis in epitomen, siue compendium reduxerit?

Ciuitatum Indiarum iudices ordinarij, quos Alcaldes *dicimus, & Decuriones, & Capitula, cur, quando & qualiter creari cœperint?*

3 *Alcaldes ordinarij in Hispania, quando, & qualis eorum iurisdictio?*

4 *Capitula ciuitatum, & de officialibus, & electione eorum, remissiuè.*

5 *Alcaldes ordinarij sunt, & debent esse annales, & succedunt in iurisdictione Gubernatoris mortui, absentis, vel impediti.*

6 *Electionis officialium, quæ fit per Capitula ciuitatum Indiarum, forma quæ sit? & quòd eius libertatem Regiæ Audientiæ & Proreges, atque Gubernatores impedire non debent.*

7 *Confirmatio electionum officialium à Capitulis ciuitatum factarum Proregibus & aliis Gubernatoribus competit.*

8 *Ordinationes factæ per Capitula Ciuitatum Indiarum à Proregibus, vel supremo earum*

earum Senatu confirmantur.

9 *Alcaldes ordinarij esse possunt naturales, & vicini oppidorum, in quibus eliguntur, & quid in eorum electione obseruari oportere censeat Ioan. Matienz.*

10 *Mercatores an possint eligi in iudices ordinarios, & quando mercatura censeatur officium vile?*

11 *Decuriones non possunt eligi à propriis Capitulis in iudices, siue Alcaldes ordinarios.*

12 *Officia in Indiis non partiuntur inter nobiles & plebeios, neque datur horum statuum distinctio.*

13 *Iudices ordinarij in Indiis etiam illiterati eligi possunt, & qualiter hi iudicare debeant?*

14 *Electio officialium Reip. sine seditione & scandalo fieri debet.*

15 *Sortibus eligi iudices ordinarij, & alij officiales Reip. aliquando iussi sunt, & de iudicio sortis, remissiuè.*

16 *Debitores fisci in Indiis in electione officiorum Reip. votum actiuum, vel passiuum habere nequeunt, & sched. de hoc agens. Et quid de iure communi?*

17 *Eligi nemo potest in iudicem ordinarium, vel aliud officium Reip. intra triennium, ex quo idem officium gessit, & quando, & quomodo reelectio admittatur?*

18 *Alcaldes ordinarij quam iurisdictionem habeant in ciuilibus, & criminalibus, & an, & quando contra socium procedere possint, vel causæ coram eis cœptæ auocari?*

19 *Alcaldis ordinariis Indiarum competit rei annonariæ visitatio, & prouisio, priuatiuè ad Quæstores criminum Regalium Cancellariarum.*

20 *Fideles executores qui sint, & vnde dicantur, & quatenus ædilibus cerealibus Romanorum assimilentur?*

21 *Alcaldes de la Hermandad, & eorum officium, & electio in Indiis, & de noua creatione Prouincialium eiusdem fraternitatis.*

22 *Alcades ordinarij Indiarum multum honorari iubentur, & succedunt in locum Gubernatoris defuncti, & Mexici & Limæ non possunt carcerari per Regias Audientias sine consultatione Proregum.*

23 *Casus Curiæ an, & quando detur contra Iudices ordinarios, & Decuriones, & Tabelliones ciuitatum?*

24 *Appellationes à Iudicibus, siue Alcaldis ordinariis Indiarum, ad quos deferantur, & an ad Capitula Ciuitatum?*

25 *Alcaldes ordinarios eligi in locis vbi adsunt Correctores, siue Prætores vtrum expediat, vel non? & schedula de hoc agentes.*

26 *Decurionum, & aliorum officialium ciuitatum ministeria referuntur, & qui de eis agant?*

27 *Algacellorum maiorum officium, & quando minores nominare, & ab eis aliquid pro nominatione recipere, vel pacisci possint?*

TRactationem rerum, & Magistratuum Ecclesiasticorum, de qua in superioribus egimus, commodè secularium expositio sequet
cùm ex vtrisque status Reipub. conficiatur,
in vtroque æquè Regum nostrorum cura sple
duerit. Sed parcet Lector, † si hæc quæ, N
bis dicenda supersunt, compendiosius trac
mus, ac veluti in epitomen redigamus, qu
niam huius voluminis magnitudo magis, qu
initio putaram, excreuit, & alterum seor
excudere, nec vacat, nec libet; maximè cù
sentiam, & doleam laborem hunc nostrum ta
ti quanti sperabam habitum non fuisse; & a
prætereà mihi, eius editionem properanti, co
tigerint, quæ vel spontè currentem iustè rem
rari potuissent, & illud Horatianum *Epod.* 1
in memoriam reuocare:

Deus Deus nam me vetat
Inceptos, olim promissum carmen, iambos,
Ad vmbilicum ducere.

Sed pergam nihilominus, & vel eo, quo di
modo iniunctum mihi pensum absoluam, Ind
canæ Reip. pro viribus consulens, & illud A
tigenidæ repetens: *Mihi cano, & musis.* Præse
tim cùm si quæ fortè in hisce Commentari
desiderari potuerint, ea ex promptuario pete
liceat, quod circa nouam collectionem legu
Castellæ, Deo dante, in lucem edere paro, qu
opere nescio an aliud vtilius iuris, & praxis fo
rensis studiosis offerri valeat.

Rem igitur ordiens, animaduerto, † adinst
vrbium, & oppidorum Hispaniæ in Indiis cau
tum, & curatum fuisse, vt in illis, quæ nouite
fundabantur, & competenti ciuium numero re
plebantur, gubernatio politica prudenter, a
competenter instituerétur, & Capitula, Decurio
nes, aliique officiales necessarij crearentur, qu
& ipsi singulis annis ex eisdem popularibus iu
dices eligerent, ac præficerent, qui Regia & pu
blica auctoritate iurisdictionem ordinariam in
tra suum territorium exercerent, non secus ac
ab ipso Rege nominati essent, qui prædictis Ca
pitulis talem electionem commisit, *arg. text. i
l. pater ex prouincia, D. de manum. vind.* & eo
rum, † quæ de eiusmodi iudicibus, qui in Hi
pania quoque vsitabantur, antequàm Corre
ctorum vsus fuisset introductus, & dicebantur
Alcaldes ordinarios, tradit *l.* 1. *vers. Otro si jue
zes, tit.* 4. *l.* 1. *tit.* 16. *par.* 5. *l.* 6. *&* 7. *tit.* 18. *l.* 4
tit. 24. *par.* 3. *l* 3. *tit.* 5. *lib.* 3. *l.* 1. *tit.* 13. *lib.* 8. *l.* 5
tit. 2. *lib.* 7. *Recop. cum aliis, quæ adducit Co
uarr. in pract.* cap. 4. n. 4. & 4. Auend. in cap. 4
Præt. n. 46. *vers. Sed quæro*, Ioan. Gutier. *lib*
4. *pract. cap.* 55. Bobad. *omninò videndus, in
Polit. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 11. *& seqq. & lib.* 2. *cap.* 20
n. 7. *& lib.* 3. *cap.* 8. *ex n.* 140. & latissimè de †
electione omnium officialium Reip. & variis
quæstionibus ad eam spectantibus, agens, Aug.
Caputus *in tract. de tract. de regim. Reip. c.* 4. *&* 5.
*Et in terminis de Capitulis Indiarum, & eorum
electione nominatim loquens* Ioan. de Heuia *in
Curia Philipp.* 1. *par.* § 2. *n.* 2. & Ioan. Matienz. *in
l.* 1. *tit.* 10. *gloss.* 21. *n.* 15. *& seqq.* vbi, quod amplius
est, resoluit, † in his prouinciis Indiarum prop-
ter longam à Rege distantiam, & periculum in
mora, posse incolas naturali iure, Gubernatore
mortuo, vel impedito, vel alia quavis ex causa
deficiente, sibi Magistratus ordinarios consti-
tuere, hoc est *Alcaldes ordinarios*, quod quo-
tidie fit, & singulis annis, vt dixi, mutari de-
bent, quia licèt in aliis Magistratibus soleat
maius

maius tempus, vel etiam perpetuitas desidera-
i, vt alio loco dicemus, in his tamen iustè
hanc annalem præfinitionem, & mutationem
omnes fere nationes admittunt, vt constat *ex*
l. neminem, C. de suscep. lib. 10. *Authent. de de-*
fens. ciuit. §. *fin. l.* 17. *tit.* 3. *lib.* 7. *Recop. cum*
traditis ab Aristot. lib. 2. *Polit. cap.*7. *Afflict. ad*
constit. Neapol. *lib.* 1. *rub.* 92. *n.*9. Capic. *decis.*
21.*n.*5.Mar. Muta *ad const. Sicil.tom.*3.*c.*44.*latè*
Bobad. *lib.*1. *cap.*17. *per totum*, & D.Valençuela
*cons.*61.

Extántque plures antiquæ schedulæ Regiæ
ad eandem electionem, & iurisdictionem spe-
ctantes *in* 3. *tom. impress. ex pag.*28. quæ eius †
formam, & vsum distinctè præscribunt, &
ideò liberam esse volunt Capitularium electio-
nem, vt grauiter inhibeant, ne Auditores, vel
RegalesAudientiæ eis vllo modo se immisceant.
Et per alias nouiores dat. Lermæ 17. *Iunij an.*
1607. *& Matrit.* 13. *Februar. ann.* 1620. licèt
Peruano Proregi permittatur in vrbe Limensi,
vbi residet, his electionibus interesse, id tamen
illis cancellis circumscribitur, vt libertati suf-
fragantium nulla violentia inferatur, & suffra-
gia publicè numerentur, & à tabellione scri-
bantur, & referantur, vt semper liqueat, quis
pro se plura obtinuerit. Quæ sched. sumpta
videtur ex *l.* 5. *tit.* 2. *lib.* 7. *Recop. & l.*1. *tit.*13.
lib. 8. *Recop.* iunctis aliis, quæ adducit Curia
Philip. vbi sup. n. 11. Quod tamen earum aliqui
Proreges obseruant, omnia suo arbitrio me-
tientes, & maxima, qua pollent, auctoritate,
nouantes.

Quamuis certum sit, † eis competere con-
firmationem omnium similium officiorum,quæ
in suo districtu fiunt. Quam etiam aliæ sche-
dulæ Correctoribus tribuebant, & aliæ Rega-
libus Audientiis intra quindecim leucas, vt pa-
tet ex schedula *ann.* 1559. 1571. 1573. *dict.* 1.
tom. pag. 36. Quemadmodum & ab eisdem peti
solet † confirmatio statutorum, siue ordinatio-
num, quæ per prædicta Capitula ciuitatum
fiunt, ad sui regimen, & meliorem gubernatio-
nem. Quæ etiam frequentiùs in supremo India-
rum Senatu confirmantur, ex traditis à Ioan.
Gutierr.4. *pract.q.*53.*fol.*249. & in terminis or-
dinationum Indiarum Anton. de Leon. *de con-*
*firm. Reg.par.*2.*c.*23. *fol.*173. ad hoc *citat sched.*
1. *Septembr. ann.* 1530. *&* 1. *Septembr. ann.*
1548.

Planè dicta electio † inter ciues, & incolas
eiusdem ciuitatis fieri potest. Quia licèt quis
aliàs alios Magistratus in propria patria gerere
prohibeatur, vt infrà *cap. seq.* tredemus; hoc
tamen in his muneribus non obseruatur, quæ
potiùs eò tendunt, vt indigenæ illis cohone-
stentur, atque fruantur, vt expresse disponunt
schedulæ suprà relatæ, præcipuè quædam *ann.*
1536. quæ horum qualitates declarat, & alia
ann. 1565. quæ iubet: *Que para Alcaldes ordi-*
narios sean preferidos los primeros Conquistado-
res, y Pobladores, y sus hijos. Et ita obseruat
Curia *Philipp. vbi sup. dict.* §. 2. *n.*32. *pag.* 40.
& de similibus officiis annalibus loquens Ma-
rius Muta, omninò videndus, *ad consuet. Sicil.*
*tom.*3. *cap.*7. *ex n.*55. in eisdem nostris terminis
Matienzus *de moder. Reg. Perù,* 2. *par. c.*12.vbi
inquit, conueniens esse, vt omnes vicini sint,
& nomen eorum, quos in prouinciis Peruanis
Soldados vocant, aboleatur, vtque vnus ex his
Alcaldis ordinariis ex Commendatariis, siue
Patronis Indorum eligatur; alter ex aliis ciui-
bus, vel oppidanis, qui ibidem domicilium, &
facultates habuerit, dummodò officium vile,
aut † mercaturam in tabernis personaliter, & 10
actualiter non exerceat. Nam hi à publicis of-
ficiis arceri solent,*l.ne quis,C.de dign. lib.*12. *l. si*
cohortalis, C. de cohortal. eod. lib. latè Tiraq. de
*nobil. cap.*33. *& cap.* 27.*n.*7. *& seq.* Ideò autem
dixi, *Actualiter, & personaliter non exerceant.*
Nam qui quondam mercatores, & institores
fuerunt, vel per alios mercimonia exercuerunt,
nullam infamiæ notam, vel exclusionis causam
in eisdem prouinciis incurrunt, vt per eund.Ti-
raq. *d.c.*33.*n.*19.*& c.*10. *per tot.* Butr. *in Rubr.nè*
*cler.vel mon.*Cepol.de nobil.opin.180.Caputum
*de regim.Reip.c.*4. *ex n.*32.

Eandem Matienz. sententiam tenet Curia
Philip.dict.§.2. vbi tamen notandus est, dum *n.*
31. *scribit,* posse † Decuriones ex se ipsis, *Al-* 11
caldes ordinarios eligere. Etenim hoc expresse
repugnat schedulis suprà relatis. Et nouissimè
cùm Limanæ ciuitatis Capitulum id enixè desi-
derasset, denegatum fuit *in epistol. dat. Matrit.*
28. *Martij ann.* 1620. *ad Dom. Proreg. Princip.*
Squilacens. directa. Eadémque prohibitio viget
in Regiis officialibus, vt disponitur in quadam
prouisione *ann.* 1537. *d.*3. *tom. pag.* 28. Nullibi
tamen dispositum,nec cautum inuenio,vt in his
prouinciis, sicuti in Hispania solet, eiusmodi
officia † inter nobiles, & plebeios diuidantur, 12
nam hæc statuum distinctio in illis non est in-
troducta, nec conuenit, vt introducatur. Et
ita licèt melius sit; vt graues, prudentes, & si
fieri potest, litterati viri ad hæc munera seli-
gantur, vt disponit *sched. ann.* 1536. † vbi ta- 13
men eorum copia non datur, etiam minus gra-
ues,& illiterati nominari possunt, qui pro sui &
legum scientia, quàm per se, vel per assessores
petitos habere possint,litigantium altercationi-
bus finem imponant, vt aliàs dicitur *in l. certi*
iuris, C. de iudiciis, iuncta gloss. ibi, verb. Et le-
gis, & in §. *similiter, Instit. de excus. tut.* vbi ha-
betur, quòd etiam imperiti litterarum possunt
ad administrationem negotiorum sufficere, iun-
ctis aliis, quæ latiùs tradit Bobad. *in Polit.lib.*1.
*c.*6.*n.*16.*& c.*12. *n.*5. & Azeued. *in Curia Pisan.*
*lib.*4.*c.*6. *ex n.*108. *& in l.*4.*tit.*2.*lib.*5. *Recop.*vbi
dicemus.

Debet autem † in his electionibus absque al- 14
tercatione, & simultate eligentium,& eligendo-
rum procedi, & boni tantùm publici considera-
tione præ oculis habita, vt disponunt etiam
sched. sup. citatæ, & notabiliter quoddam caput
epistolæ 30. *Aug. ann.* 1603. scriptæ Proregi
Peruano Dom. D. Ludou. à Velasco, quod lo-
quens de quadam electione in villa Potosiensi
cum magno scandalo facta, iubet, vt officia in-
quietis Decurionibus adimantur, & † Proregis 15
factum probat, quatenus statuit, vt ibi dein-
ceps Alcaldes ordinarij per sortes eligerentur.
De qua etiam sortitione, eiusque forma agit
alia epistola Regia ad Quitensem Audientiam
missa *dict. tom.*3.*pag.*33.& est videndus Caputus
*dict. c.*4. *nu.*14. *& seqq.* & plura eruditè de vsu
& iudicio sortis nouissimè congerens D Franc.
Torreblanca de iure spirituali *lib.* 7. *cap.* 7. *per*
totum.

Per aliam quoque schedul. dat Matrit. 15.
Iul. ann. 1620. prouidè, & enixè cautum in-
uenio;

16 uenio : † *Que los que fueren deudores à la hazienda Real en las Indias, no puedan ser elegidos por Alcaldes ordinarios en ellas, ni tener voto en sus elecciones*; quæ quidem expedita videtur ad fraudes, & dilationes obuiandas, quæ alioqui circa exactionem rei dominicæ contingebant; & licèt prima facie dura visa fuerit, & à Potosiensibus Decurionibus ab ea supplicatum, iuris tamen auctoritatibus, & exemplis adstruitur, quibus docemur, debitores, imò & creditores, Respub. & quicunque cum ea actiuè, & passiuè litem habere possunt, ad eius munia tanquam suspectos admitti non posse, *l. rescripto, §. debitores, D. de muner. & honor. l. 1. C. de debit. ciuit. lib. 11. Authent.* minoris debitor, C. qui dar. tut. l. fin. tit. 5. *lib. 9. Recop.* cum aliis, quæ latè adducit Lossæus *de iure vniuers. 3. part. c. 6. n. 18.* Rouitus *ad pragm. 5. §. 17. n. 32. in fine*, vbi refert ita fuisse decisum *in Collater. Consilio, vt per Franch. decis. 404. n. 3.* Amend. *in addit. ad eund. decis. 210. n. 16.* Auend. *in cap. Prætor. 1. par. cap. 19. n. 25.* Mastrill. *de Magist. lib. 2. cap. 12. num. 49.* Caputus *d. tract. de regim. Reipub. c. 3. n. 95.* cum multis seqq. vbi aliquas ampliationes, & limitationes adducit. Id quod ab Atheniensibus mutuatum esse videtur, qui vt est Auctor Themistius *in orat. 1. lege sanxerunt: Vt ærarij debitores donec rationes redderent, & reliqua exsoluerent, à Reipub. administratione arcerentur*, vbi alia adducit Georg. Remus *in obseru. ad eand. orat. fol. 125. & Henric.* Salmut. *ad Pancirol. rer. de perd in procem. pag. 3.* addens, quòd cùm pars administrationis sit legatione fungi, vetantur Reip. debitores legati esse, auctore Martian. *in l. sciendum 4. in princ. D. de legation.*

Illi quoque eligi regulariter prohibentur, qui
17 † intra proximum triennium ad idem munus vocati fuerint, vt disponitur per schedul. *ann. 1572. dict. 3. tom. pag. 38.* de qua, & quando, & quomodo officialium reelectio admittatur, & syndicatum præstare debeant, agit, post plures alios, quos refert, Bobad. *in Polit. lib. 3. cap. 8. n. 60. & lib. 5. cap. 3. n. 145. Curia Philip. dict. §. 2. num. 36. & 37.* & Caputus *vbi sup. c. 12. nu. 5. & seqq.* quibus addo prouisionem Regiam *ann. 1559.* renouatam per epist. ann. 1619. quæ in Alcaldis Limanis suspensionem syndicatus, etiam reelectionis nomine fieri non permittit, præcipiens: *Que de alli adelante no se reelija ninguno de los dichos Alcaldes al mismo oficio, ni sea proveido en otro, sin auer dado primero residencia, &c.*

18 Habent autem, & exercent † ita electi in prima instantia iurisdictionem ordinariam in ciuilibus, & criminalibus, vt disponitur *in schedul. sup. relatis, & præcipuè prouis. ann. 1537. sched. ann. 1535. 1541. 1560.* & 1562. d. 3. to. pag. 30. & seqq. provt & in Hispania obseruatur, ex traditis à Bobad. *lib. 2. cap. 20. num. 7.* vbi plures alios Auctores adducit *lit. H. & in nostris terminis* Matienz. *dict. tract. de moder. Reg. Perù, 2. part. cap. 12.* vbi inquit, sibi conuenientiùs videri, vt criminalis ab eis auferretur, vel à ciuitatum Rectoribus, aut Regalibus Cancellariis pro libito auocari posset, quia rarò eam plenè & liberè administrant. Quod tamen dictis schedulis contradicit, quæ adeò hanc potestatem illis concedunt, vt propter distantiam viarum, & difficilem recursum ad Superiorem, etiam contra socium, vel coniudicem, procedere permittant. Quod valdè notabile est, quia aliàs par in parem procedere nequit, nisi quando in mora periculum est, v[t] per Bald. *in cap. vnic. in fine, quando deb. vassal. dom. iur. fidel.* Gregor. Lopez *in l. 16. gloss. fin. tit. 28. part. 3. &* Bobad. *lib. 2. cap. 21. nu. 71.* E[t] expressè inhibent eædem sched. ne Correctore[s] in causis ab Alcaldis inceptis se immisceant, quod ad Regales etiam Cancellarias extendi[]tur in alia schedul. ann. 1570. quæ extat *2. tom. impress. fol. 16.* & consonat cum iis, quæ de iure communi, & Hispano tradit Bobad. *in Polit. lib. 4. cap. 5. n. 51. & 52. & Azeued. per text. ibi in l. 3. titul. 11. lib. 3. Recop.* vbi probant, quòd nec litem aduersus reum absentem cœptam, vulgò *en rebeldia*, auocare possint, & idem tradit Villadieg. *in politic. c. 3. n. 58. fol. 50.* Rebuff. *in tract. de euocat. art. 1.* Auendañ. *in cap. 1. Prætor. num. 12. &* Ioan. Garcia *de expens. cap. 12. num. 57. cum seqq.* vbi tractat, quid dicendum sit, si Iudicis ordinarij negligenti[a] probetur.

Quinimò ad eosdem item spectat † rei annonariæ prouisio, visitatio, & taxatio, vt disponit sched. ann. 1573. *d. t. 3. pag. 32.* iubens, v[t] neque in his se immisceant Quæstores criminum Regiarum Cancellariarum, qui id sibi adrogare intendebant ad exemplum Quæstorum siue *Alcaldes de Corte*, Curiæ Matritensis, d[e] quibus agit *l. 9. tit. 6. lib.* 2. Recop. & Bobad. *lib. 3. cap. 4. num. 107.* Et ad hoc plures aliæ schedul. ad postulationem ciuitatis Limensis variis temporibus expeditæ sunt. Quamuis id limitetur, vbi vendita sunt officia, quæ vocantur *d[e] fieles executores*, † quorum muneri eiusmod[i] prouisiones, taxationes, visitationes victualium, vt plurimùm reseruantur, vt constat ex sched. ann. 1573. *l. fin. tit. 3. lib. 7. Recop.* cum aliis, quæ de hoc officio, & qualiter edilibus cerealibus, siue alimentariis populi Romani respondeat, & an eorum iurisdictio sit priuatiua, vel accumulatiua, tradit Bobad. *lib. 3. cap. 8. num. 135.* Sebast. Couarr. *in thesaur. ling.* Castell. verb. *Fiel executor*, Turneb. *lib. 11. aduers. cap. 10. Grammat. decis. 30.* Messia *in pragm. taxæ panis, conclus. 1. num. 52.* Auendañ. *in cap. 5. Præt. num. 5.* Gutier. *3. pract. q. 924. num. 16.* Azeued. *in l. 10. tit. 13. lib. 8. Recop. num. 11. & seqq.* Surd. *cons. 56. lib. 1.* & Gratian. *discept. 154. vol. 1.*

Et similiter iuxta antiquas schedulas, & præcipuè illam ann. 1559. *d. 3. to. pag. 43.* cognoscebant de causis, & casibus, quos vocant, *de Hermandad*, licèt posteà hoc munus distingui cœperit, & peculiaribus ministris concedi, † qui dicuntur, *Alcaldes de la Hermandad*. Quorum electio, tam in Indiarum prouinciis, quàm in Hispania Capitulis ciuitatum competit, & annalis esse solet, provt & ipsorum iudicum ordinariorum, *l. 1. tit. 13. lib. 8. Recop.* Auend. *in cap. 1. Prætor. num. 31. vers. Quintus casus*, Bobad. *lib. 1. cap. 2. num. 30.* Curia Philip. *3. par. §. 5.* per totum, *pag. 544. & seqq.* Hodie autem iam in multis Indiarum prouinciis per nouiores schedulas eiusmodi officia vendi, & perpetuari cœperunt, cum titulo, & honoribus *de Prouinciales de la Hermandad*, ad imitationem eius, qui in ciuitate Hispalensi hoc munus exercet, super quo plures lites exortæ sunt,

ciuitatum

ciuitatum Capitulis ægrè ferentibus antiqua sibi iura, & priuilegia non obseruari, & ob hoc à dictis venditionibus, & schedulis supplicantibus. Provt & ab illis ann. 1631. quæ quasdam in qualibet vrbe popinas, ganeas, & tabernas escariorum, & victualium Regij fisci viribus applicari iusserunt, & in eis visitationem ordinariorum, & fidelium executorum immutarunt.

Et ratione dictæ iurisdictionis ordinariæ, quam pro tempore hi iudices exercent, mul-
2 tum † honorari iubentur, & reliquis hominibus sui loci, etiam Regiis Officialibus, præferri, & in visitationibus carcerum prope Auditores Regios sedere, per sched. quas reperies 2. *tom. pag.* 63. *&* 3. *pag.* 28. *& seqq.* Et succedunt in locum Prætoris, vel Gubernatoris prouinciæ, si eum mori contingat, donec alter sufficiatur, ex schedul. *ann.* 1560. *d.* 3. *tom. pag.* 29. quæ consonat iis, quæ de iure communi, & Hispano in similibus casibus stabilita sunt, vt obseruat Matienz. *in l.* 1. *gloss.* 21. *num.* 15. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recop.* Bobad. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 26. *&* 27. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 140. *& seqq.* & post Curiam Pisanam *lib.* 1. *cap.* 2. *in fine*, *eius Additionat.* Azeued. *ibid.* & Curia Philipp. 1. *par.* § 4. *n.* 29. *&* 30.

Et in vrbe Mexicana & Limensi per sched. *Matrit.* 13. *Septembr. ann.* 1621. non possunt carcerari per Regales Audientias, & Quæstores criminum absque eo, quòd præcedat consultatio, & assensus Proregis. Et datur contra eos, tanquam homines potentes, & in dignita-
2 te constitutos † casus Curiæ, vt nouissimè tradit D. Carrasc. *de casib. Curiæ*, *num.* 114. *& seqq.* qui cautè legendus est, dum idem indistinctè in omnibus Decurionibus, & Tabellionibus publicis admittit. Nam multum in his locorum, & personarum qualitas considerari debet, vt idem Auctor obseruat *n.* 97. *& egregia schedul. dat.* Talaueræ 11. Ianuar. *ann.* 1541. *dict.* 3. *tom. pag.* 31. quæ in insula Hispaniola loquens, iubet, *Que en primera instancia no sean traidos à la Real Audiencia de ella los Alcaldes, Regidores, Alguaciles, ò Escriuanos, que huuiere en los pueblos de la dicha Isla, sino fuere en causas criminales, ò en otras de mucha calidad.*

Postquàm verò Correctores, seu Prætores in pluribus locis Indiarum creati sunt, vt in
2 cap. seq. dicemus, hi † de appellationibus horum iudicum ordinariorum cognoscunt, & ideò faciunt se vocari *Iusticia mayor*, & in prima instantia ad præuentionem, vt in aliquibus schedulis insinuatur, & rarò vidi appellationes ad Capitula ciuitatum interponi, etiam in causis minoris quantitatis, licèt de eis agant nonnullæ schedul. *d.* 3. *tom. pag.* 44. *& seqq.* & Curia Philippica 4. *par. cap. vlt.* Vnde sæpè in
2 quæstionem deductum est, † an conueniens sit, vt vbi Correctores adsunt, hi Alcaldes ordinarij cessarent, quemadmodum & in Hispania pro maiori parte cessarunt, Correctoribus Catholicorum Regum tempore constitutis, vt colligitur ex *l.* 21. *&* 24 *tit.* 5. *l.* 8. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recop. & traditis ab* Auendan. *cap.* 4. Prætor. *num.* 46. *& melius* Bobad. *lib.* 1. *cap.* 2. *num* 13. Et inuenio caput epist. *ann.* 1575. *d. tom.* 3. *pag.* 39. quæ ad consultationem Proregis Peruani Dom. D. Francisc. à Toleto respondit: *Y proueeis, que donde huuiere Corregidores salariados, no aya Alcaldes ordinarios.* Et aliam sched. 10. April. ann. 1609. quæ super eadem extinctione consilium petiit à Dom. Prorege March. de Montesclaros. Quam iustè aliqui Proreges in aliquibus locis fecerunt, vt ipsorum quieti prouideretur, & tot iustitiæ ministri cessarent, quorum multiplicatio grauis semper, & damnosa Reip. fuit, vt eleganter ostendit, & pluribus probat Bobad. *lib.* 1. *Polit. c.* 13. *ex n.* 1. In aliis verò eos tolerandos duxerunt, & adhuc tolerant, ne prouinciales contristentur, si antiquæ sibi consuetudines adimantur, *l. obseruare*, §. *ingressus*, *& l. si in aliquam*, *D. de off. Procons.* & vt sit aliquid, in quo indigenæ occupari, honorari, & sui ingenij, ac prudentiæ specimen præbere possint.

Et hæc habui, quæ notatu digniora circa hos Iudices ordinarios mihi sunt visa. Qui verò de eisdem, † & Algacellis maioribus & mi- 26
noribus, Decurionibus, Tabellionibus, œconomis, syndicis, & aliis officialibus, ac ministris earundem ciuitatum, alia scire desiderauerit, adeat Bobad. *lib.* 1. *c.* 13. *cum aliis*, Borrell. *in toto ferè tract. de Magistr.* edict. Lancell. *Conrad. in tract. de offic.* Prætor. & de Decurionib. Aug. Caputum *in tract. de regim. ciuit.* & Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 63. *&* 64. vbi inter alia notanter tractat, an † Algacelli maiores, qui mi- 27
nores nominare possunt, possint licitè ab eis aliquod pretium recipere, & negatiuè concludit, post Bobad. *d. lib.* 1. *cap.* 14. per totum. Id quod etiam expressis Regni Hispani legibus, & Indiarum ordinationibus cauetur, quæ habentur *d.* 3. *tom. pag.* 49. *& seqq.* & super hoc, iusiurandum ab illis in præsentatione cuiuslibet Algacelli minoris exigi iubent, *De que no le ha lleuado nada, ni hecho concierto con el.* Quod tamen non impedit, quin decimas executionum sibi reseruent, hoc enim vbique practicatur, & re vera cùm hæc officia magno semper pretio comparentur, succensendum valdè non est, si compendium aliquod ex illis affectent, vt obseruat Bob. *d. c.* 14. *n.* 31.

CAPVT II.

De Prætoribus, siue Correctoribus, aut Gubernatoribus, qui Hispanorum, & Indorum populis præficiuntur. Et quæ sit, aut esse debeat eorum cura, potestas, & iurisdictio?

SVMMARIVM.

1 *Prætores, siue Correctores, tam in oppidis Hispanorum, quàm Indorum, cur & quando constitui cœperint? & n.* 3.

2 *Correctorum, siue Prætorum, ac Gubernatorum Indiarum nomenclatura, remissiuè.*

4 *Prætores sunt veluti Angeli custodes prouinciarum sibi commissarum, & ob id quales esse, & eligi debeant? & Auctores, & sched. de hoc agentes.*

5 *Præturæ, Gubernationes, & similia officia Indiarum, ea illicitè ambientibus, & nundinantibus, danda non sunt, sed viris lectissimis,*

lectissimis, & probatissimis.

Officiis melius est non peccaturos præficere, quàm damnare cum peccauerint, ex Tacito. ibidem.

6 *Prætores, vel Correctores, & Gubernatores Indiarum, & Indorum, quia minus rectè procedunt, an melius esset eos non mittere, dubitatum est? ex Acosta, & aliis.*

7 *Prætores solent esse peiores in suis prouinciis, quàm piratæ, aut latrones eas infestantes, ex Cicerone & Policrat.*

8 *Vulnera inde nasci, vnde medicamenta sperabantur, durissimum, & iniustissimum est.*

9. *Correctores Indiarum vt se in officio contineant, variis semper schedulis, & pœnalibus prouisionibus curatum est, & eas iūrant.*

10 *Iuramentum, quod faciunt Correctores in ingressu officij de eo benè gerendo in ipsis eorum titulis scribi iussit Dom. Prorex Comes de Monte-rei, & quare?*

11 *Iudices Ecclesiastici, an, & quando procedere possint contra Correctores Indorum ob transgressionem iuramenti, quod præstant in ingressu officij?*

12 *Iuramenti non obseruati punitio solet esse mixti fori.*

13 *Princeps cùm iuramentum recipit à Correctoribus videtur præuenire causam transgressionis ipsius.*

14 *Iuramenti ratione, ne Ecclesiastici contra Correctores procedere sinantur, Regia quadam schedul. iubet, quæ ponderatur.*

15 *Salaria competentia Correctoribus Indiarum constituta sunt, vt ab illicitis abstineant, & sched. de hoc agentes.*

16 *Salaria Prætorum Indiarum, à quo tempore, & vsque ad quod tempus durent.*

17 *Correctorum titulis solebat inseri clausula,* Para que fuessen aprouechados, *& quando, & quare adimi iussa fuerit?*

18 *Gubernatoribus aliquibus permitti solet metalli, & margaritis extrahendis operam dare, & quare?*

19 *Correctores non possunt ab Indis esculenta, & poculenta, & alia, quæ* Camaricum *vocant, exigere, nec recipere.*

20 *Magistratibus apud Romanos annonæ sub moderato pretio præberi solebant.*

21 *Correctores Indiarum coguntur stare syndicatui, & fideiussores præstare de officio benè gerendo, & an impleant se obligantes, vel cautionem iuratoriam præstantes?*

22 *Fideiussor Correctoris an possit ex eisdem actis conueniri, & ob talem fideiussionem quamvis nobilis sit in carcerem detrudi? Et an principalis, si fideiussor cessis actionibus à fisco, vel priuato, contra eum experiatur pro quantitate, quam pro ipso persoluit?*

23 *Cessionario competere actiones, quæ cedenti competunt, quatenus verum sit?*

24 *Correctores exemplis, & suppliciis antecessorum moneri debent ad officium benè gerendum, & elegans locus Iuuenalis, de hoc agens.*

25 *Pauperes grauiùs lacerantur à prauis iudicibus, quàm à cruentissimis hostibus, e. D. Isidoro.*

AVctis adhuc magis in Indiarum Occidentalium prouinciis Hispanorum vrbibus & coloniis, Indisque in mætecias, & municipia, ac politicam videndi normam redactis, aucta quoque fuit Regum nostrorum cura, & non contenta sola electione, atque administratione Iudicum ordinariorum, de quibus in præcedenti Capite diximus, tam in Noua-Hispania, quàm in Peruanis Regionibus, aliisque, quæ id exigere visæ sunt, Prætores, siue Correctores, aut Gubernatores in singulis vrbibus, oppidisuè præfecit, quæ caput prouinciæ essent, aut aliis de causis propter Hispanorum, aut Indorum meliorem gubernationem, & tuitionem id exigere viderentur; quemadmodum & in Hispania Catholicorum Regum tempore factum, narrat Bobad. *in Polit. lib. 1. cap. 2. num. 13.* Extántque in *3. tom. sched. impress. pag. 1. cum seqq.* plurimæ schedulæ, quæ horum Prætorum creationem, ministerium, & iurisdictionem concernunt, qui in Noua-Hispania vocantur *Alcaldes mayores*, in Peruuio *Corregidores*, & interdum Gubernatores, provt Carthaginensis, Popaianensis, Chicuitensis, Argentei fluminis, siue *de Buenos-aires*, Sanctæ-Crucis de la Sierra, Paraguaiensis, & alij. Et qui † voluerit horum officiorum notitiam, siue nomenclaturam habere, & quæ ex illis à Rege cum consultatione supremi Senatus, quæ à Proregibus in partibus prouideantur, eam reperiet *in 1. tom. sched. pag. 24. & 25.* & apud Fr. Ioan. à Torquem. *in Monarch. Ind. lib. 5. per tot.* & Ant. de Herrer. *in descript. Ind. pag. 1.*

Creationis † autem causas graphicè exprimunt sched. ann. 1533. 1536. 1571. 1575. & aliæ passim, quæ habentur *d. 3. tom. pag. 18. & 27.* Nimirū vt populi in iustitia, & in pace conseruarentur, Indi tanquam miserabiles personæ, & aliorum iniuriis expositi, defenderentur, eorúmque vitia, & idololatriæ compescerentur. Ibidémque refertur, qualiter Licent. Lupus Garcia de Castro hos Prætores in oppidis Indorum in prouinciis Peruanis constituerit, & Dom. Prorex D. Franc. à Toleto totum hoc ad meliorem formam reduxerit, eisque aptas, & conuenientes ordinationes tradiderit. Et de vtili, ac prouida eorundem institutione (dummodò se in officio contineant) grauiter agit P. Ioseph. Acosta, omninò legendus, *lib. 3. de procur. Ind. salut. cap. 23.* & Ioann. Matienz. *in tract. M.S. de moderat. Reg. Perù, 1. par. cap. 20. & seqq.* vbi eorundem necessitatem, & vtilitatem agnoscit, & documenta quædam proponit, quibus meliùs & sanctiùs iniunctum sibi munus exequi possint.

Quod sanè, † cùm ad tuendas prouincias sibi commissas, tanquam Angeli ipsarum custodes dirigatur, & ad Indos defendendos, aliósque in iure, officio, & iustitia (vt diximus) continendos, satis apparet, quanta cum circumspectione illi procedere debeant, qui eos ad eiusmodi officia proponunt, & eligunt, & simul, quanta vitæ puritate, vigilantia, & zelo iustitiæ ipsos electos decorari oporteat, vt in simili optimè monet Lancell. Conrad. *in epistol. sui tract. de offic.* Prætor. inquiens:

Prætorem

*Prætorem decernere maximi Imperij ; Præto-
em verò agere exquisitæ virtutis esse* ; & de Præ-
oribus nostræ Hispaniæ agens Bobad. *d. Polit.
b.* 1. *cap.*3. *& seqq. vbi n.*73. probat, maiorem
uram adhibendam esse in electione Prætoris,
uàm Auditoris, vel Senatoris, & in terminis
rætorum nostrarum Indiarum sched. ann 555.
. 3. *tom. pag.* 27. ibi : *Que en todos los pueblos
e Españoles que huuiere en las dichas Prouincias
el Perù, se pongan Corregidores, hombres apro-
ados en Christianidad, y bonbad, y cuerdos.* Et
nelius Acosta *d. cap.* 23. inquiens, esse debe-
e ea animi moderatione, vt meritò Religio-
em omni officio adiuturi videantur. Et la-
iùs *eod. lib. cap.* 4. *per totum*, vbi distinctè,
 eleganter examinat, quales administrato-
es res Indicæ postulent, & rationes adducit,
ur nullibi maiori cura & circumspectione in
lis eligendis, & in officio continendis procedi
lebeat.

5 Quapropter valdè oporteret † hæc mu-
ia, ipsa ambientibus, & longè minus pecu-
ia ementibus, nequaquam concedere, qui
æpè solent in tyrannos euadere, *l. scire*, §.
n. D. de tutor. & curat. cum traditis à Lau-
ens. *de dignit. q.* 11. Borrell. *de Magistr. lib.*1.
*ap.*9. Caputo *de regim. Reip.c.*4.*n.*42. & Iunio
*n quæst. polit. quæst.*11. *&* 12. sed potiùs ad illa
uærendi, & etiam inuiti compellendi, & com-
ellandi essent, qui se priùs prudentia, & inte-
ritate morum Principum oculis insinuassent,
uxta illud Exod. *c.*8. Persius satyr. 5. ibi : *Non
Prætoris erat, &c.* Et alia, quæ congerit Mag.
Marq. *in Gubern. Christ.lib.*1. *cap* 9. §.3. *& cap.*
. *pag.* 2. cui addo Tacit. in Agricola, ibi :
*Melius est officiis, & administrationibus non
eccaturos præficere, quàm damnare, cùm pec-
auerint.*

6 Quod quia non obseruatur, † vel etiam vt
bseruetur, plurimi tamen in has partes In-
iarum delati, statim degenerant, & volupta-
ibus dediti, præsertim auaritiæ nexibus com-
editi, quæ omnium malorum est radix, di-
ites in Hispaniam remeare volentes, vt ait
Acosta *d. lib.* 5 *cap.* 5. à iustitiæ tramite disce-
lunt ; vix elucere potest, vtrum meliùs sit nul-
os Indis esse Rectores, an tales esse, quales
ermultos cernimus, de quibus, teste eod.
Acosta *d. c.*23 dictum videri queat illud Amos
. *Quia cognoui multa scelera vestra, & fortia
eccata vestra, hostes iusti, accipientes munus,
& pauperes deprimentes in porta* ; & Michææ
. *Qui optimus est in eis quasi paliurus, & qui
ectus quasi spina de sepe.* Quam eandem que-
imoniam, & horum Prætorum excessus, re-
ert etiam & dolet Matienz. *vbi sup.*2. *par. cap.*
1. & nouissimè D. Fr. Bernard. à Cardenas
lectus Episcopus Paraguaiensis in suo Memo-
iali, §. 19. Egóque, cùm illos considero, in
7 memoriam reuoco † illud Cicer. *pro lege Ma-
il. colum.* 4. vbi inquit : *Quòd eiusmodi in pro-
uincias homines mittimus, vt etiam si ab hoste de-
endant, tamen ipsorum aduentus in vrbes socio-
um, non multum ab hostili expugnatione diffe-
ant.* Et Policratici de Curial. *nugis lib.*6.*cap.*1.
bi rectè tradit, tales Magistratus grauiùs, at-
ue insolentiùs peccare, quàm fures : *Quia fur*
inquit) *vel timens furatur : hi autem delin-
uunt confidenter. Fur laqueos legis timet ; hi
uidquid fecerint, legem putant. Lex furem de-
terret ab illicitis : hi ad illicitum malitiæ suæ com-
pendium legem trahunt.* Quod quàm sit durum
& acerbum satis apparet, † cùm inde non de- 8
beant iniuriæ, & vulnera nasci, vnde iustitia,
auxilia, & medicamenta sperari debuerunt, *l. me-
minerint, C. vnde vi, Concil. Trid. sess.* 24. *de reform.
matrim. c.*4. Cassiod. *lib.*4.*epist.*27.*& lib.*8.*ep.*20.
cum aliis, quæ adduxi *sup. lib.*2.*c.*24.*num.*68. *&
seqq.*

Et his obuiare cupientes Piissimi & San-
ctissimi nostri Reges, nullum non lapidem
omni tempore mouerunt, † vt dicti excessus 9
reprimantur ; & vltra ordinaria capita Præ-
torum Hispaniæ, & leges Regni, quæ initio
officij obseruare, & iurare iubentur, iuxta for-
mam latè traditam à Bobad. post plures alios,
quos refert *lib.* 2. *cap.*10.*num.*50. *& seqq. lib.*3.
*cap.*7. *num.*19. *& lib.*5. *cap.*1. *per tot. Cur. Phi-
lipp.* 1. *par.* §.3. Matienz. *in l.*1.*tit.*18.*lib.*5. *Re-
cop. gloss.*11. *&* 12. & Mastrill. *de Magist. lib.*2.
cap. 2. multas prætereà alias cautiones, & in-
structiones addiderunt, vt Prætores Indiarum
in officio contineantur, vt constat *ex sched. sup.
relat. & ex toto tit.*4. *lib.*4. *summarij Recop. leg.
Indiar.*

Extátque edictum † prudentissimi Proregis 10
Peruani Dom. Comitis Montis-Regij, quo ius-
sit, vt tenor præstationis dicti iuramenti in cal-
ce tituli cuiuslibet Correctoris scriberetur, vt
nullo tempore eius, & iniuncti sibi muneris
obligationum, ignorantiam allegare, ac præten-
dere possent.

Ob cuius iuramenti transgressionem, vidi
aliquando Iudices † Ecclesiasticos se immis- 11
cere voluisse, ad procedendum contra Corre-
ctores delinquentes ; & eos pœnis Ecclesia-
sticis, & aliis pecuniariis feriendos, ex † tra- 12
ditis à Couarr. *lib.* 7. *var. cap.* 4. *num.* 2. Bo-
bad. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 52. Farin. *tit. de in-
quis. qu.* 8. *num.* 141. *& seqq.* Marta *de iurisd.*
2. *par. cap.* 9. *num.* 17. & Seraph. de priuileg.
iuram. priuil. 835. Sed id tamen non nisi ra-
rò, & data maxima superioris secularis in
eisdem delictis puniendis socordia ; vel ne-
gligentia admittendum est. Quoniam aliàs
nullus esset casus, quem Ecclesiastici ad suum
forum non traherent, & veluti omnium Cor-
rectorum syndicatores esse vellent, contra
omnia iura, quæ hoc Principi, qui eos nomi-
nauit, priuatiuè reseruant, de quibus per Bo-
bad. *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 1. Qui ipse † cùm hoc 13
iuramentum receperit, eius transgressionis vin-
dictam, eo ipso præuenisse, & sibi reseruasse
videtur, *argum. l. nullum, C. de testib.* & eo-
rum, quæ docet Albert. *in l.* 1. §. *hoc autem,
D. si quis ius dicenti*, Decian. *lib.* 3. *crimin. cap.*
20. *num.* 13. Bobadilla *d. lib.* 2. *cap.* 18. *num.*
173. & Cened. in collect. 1. ad Clement. At-
que ita in terminis decisum fuit † in quodam 14
capite epist. Regiæ, missæ ad Dom. March.
de Montesclaros, Proregem Peruan. dat. Pat-
di 2. Decembr. ann. 1609. dum iubet, ne hunc
excessum iudicum Ecclesiasticorum serpere pa-
tiatur, sed per recursum violentiæ in Rega-
libus Audientiis reprimi faciat. Eóque sæpè
in eiusmodi casibus, dum Limæ essem, has
controuersias compescuimus, iubentes acta ori-
ginaliter in Regali Cancellaria retineri, & pro-
nunciata interloquutione, quæ vocatur, *Auto
de legos.*

Similiter, ne auaritiæ dictorum Correctorum aditus pateat, sub prætextu inopiæ, &
15 congruæ sustentationis, † pari cura & studio à Regibus nostris cautum est, vt tam ex Regiis reditibus, quàm ex tributis Indorum, aut aliis iustis erogationibus, vnusquisque eorum, attenta regionis, & officij qualitate, & dignitate, competenti salario fruatur. De quo agunt plures sched. *d.* 3 *tom.pag.*7.*&* 8. simul adiicientes, vt dictis salariis, & aliis licitis officij prouentibus contenti, ab omni sordido quæstu, & subditorum concussione, & expilatione manus abstineant, quod sumptum videtur ex illo Lucæ 3. *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris*, cum quo consonat *l. milites*, *C. de locat. Auth. iusiurand. quod præst. ab his, in princip.* & elegánter loquens Cassiodor. *lib.* 6. *epistol.* 22. *&* 23. Spartian. Lamprid. & alij, quorum verba adducunt Puteus de synd. *in princ. cap. de excess. mil.* Menoch. *de arbitr. cas.* 514. Mastrill. *de Magistr. lib.* 1. *cap.* 21. *ex num.* 1. Borrell. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 13. Iun. *q. pol.* 17. & Bo-
16 bad. *lib.* 1. *cap.* 11. Vbi etiam tradunt † à quo tempore, & vsque ad quod tempus eiusmodi salaria Correctoribus debeantur, & quòd etiam si nulla salarij mentione facta, eligantur, vel aliquod dubium in eo exoriatur, debet intelligi, quòd salarium consuetum habere debeant, & consuetum illud dici, quod eorum antecessor percepit, vt præter relatos ab ipsis tradit Euerard. omninò videndus, loco 63. à solitis, vel consuetis, vers. *Hinc est, quòd officialis.*

Et est adeò verum & cautum, quòd Correctores Indiarum suis salariis debeant es-
17 se contenti, † vt per epist. Regiam 7. Octob. ann. 1618. ad Limanam Audientiam scriptam, iussum fuerit ab eorum titulis adimi clausulam anteà inseri solitam, nimirum: *Que se les hazia merced del oficio en remuneracion de sus seruicios, y para que en ellos fuessen à prouechados.* Eò quòd aliqui his verbis innixi, quælibet compendia sibi permissa esse suspicabantur. Cùm tamen, vt eadem epistola optimè subdit, hoc solùm de licitis, & honestis in-
18 telligi deberet. Quale illud erit, † quod aliquando aliquibus Gubernatoribus permitti solet, nempè vt in mineralibus, & piscationibus margaritarum partem habere possint, vt sic hac in re diligentiores existant, iuxta consilium Plin. Iunior. *lib.* 4. *epistol.* 13. ibi: *Nam qui fortassè de alieno negligentes, certè de suo diligentes erunt, dabúntque operam, ne eam à me pecuniam non nisi dignus accipiat.* Absit tamen, vt probem consuetudinem, siue potius corruptelam multorum Correctorum,
19 qui † ab Indis suarum prouinciarum esculenta & poculenta, aliáque suis domibus necessaria, nullo, vel paruo pretio soluto, sibi præstari faciunt, quod vulgò in Peruanis prouinciis vocant *Camarico.* Nam etsi non ignorem
20 fuisse † hoc in more olim apud Romanos, vt Prouinciales Magistratibus annonas sub moderato pretio præberent, vt constat ex *l.* 1. *C. de annon. & capitat.* vbi Gothofred. Cuiac. Vvesemb. & alij. Ad hoc tamen delegationes, siue delegatorias à Principibus impetrabant. Quas excedentes, grauiter puniebantur, *l.* 1. *&* 2. *C. de indict. lib.* 10. *l. vlt. C. ne rei milit.* *l. vlt. C. de mod. mulct.* Quæ diplomata tantu[m] abest, vt nostris Correctoribus concessa sin[t], vt potiùs innumeris schedulis, & ordination[i]bus contrarium cauetur, & præsertim illa ann[i] 1552. quæ habetur 3. *tom. pag* 11. & connume[]ratis damnis, quæ Indi ob hanc corruptelam suorum Prætorum patiebantur, eam in posterum aboleri grauiter iubet.

Denique, aliis omissis, vt attentiùs dic[ti] Prætores procedant, multis aliis schedulis e[is] imponitur † necessitas standi syndicatui, siu[e] reddendi rationem suæ administrationis offici[o] finito, & vt in ipsius ingressu præcisè de ho[c] fideiussores dare teneantur, & de iis omnibu[s] satisfaciendo, in quibus contra leges deliquis[]se probatum fuerit; vt constat ex illis, qua[e] habentur *d.* 3. *tom. pag.* 103. quæ renouant antiquiorem dispositionem *text. in l. vnica, C. v[t] omnes iud. l.* 6. *tit.* 4. *par.* 3. vbi Gregor. Lop[ez] *l.*13. *tit.* 5. *& l.*23. *tit.*7. *lib.*3. *Recop.* circa quarum praxim plura tradunt Azeued. Auend. Auil[] Matienz. Paz, & alij, *quos refert* Bobad. *in Polit[ic.] lib.*3.*c.*7.*nu.*23.*& lib.*1.*c.*5.*nu.* 84.*& lib.*1. *cap.*15 *num.*49. vbi resoluit, non impleri hatum legum præceptum dando cautionem iuratoriam, ve[l] faciendo obligationem generalem bonorum, au[t] allegando, quòd quis inuitus officium suscipere coactus sit.

Et quòd hæc fideiussio adeò potens est, v[t] ex eisdem actis contra principalem, possit procedi contra fideiussorem, & in carcerem detrudi, quamvis nobilis sit, quemadmodum & ipse principalis detruderetur, quoniam talia debita ex delicto descendunt. Quamvis in hoc vltimo contrarium, & meo iudicio rectè, defendat Ignat. del Villar in silua respons. lib. 1. resp. 6. n. 3. qui videndus erit, vbi casus occurrerit, quoniam obligatio respectu fideiussoris, non tam ex delicto, quàm ex contractu descendit. Qua consideratione, & aliis, Ego cum Limæ essem in difficiliori planè quæstione iudicaui, ne ipsum quidem fideiussorem soluentem pro principali cessis sibi contra eum à fisco, vel priuatis actionibus, illum pro tali debito si nobilis fuerit, in carcerem detrudere posse. Quia quoad ipsos negotium ex contractu, & non ex delicto originem ducit, & id quod dicimus † actiones, quæ competunt cedenti, competere cessionario, *l. in omnibus, D. de reg. iur. & l. in tempus*, vbi latè Ias. *D. de re iud.* cum aliis adductis per Surd. *cons.*444. *lib.*4. per totum, quem refert & sequitur Gratian. *tom.* 1. *discept. cap.* 154. *num.* 23. Verum quidem est quoad exactionem, & antelationem, non autem vt in cessionarium transeat priuilegium, quod personæ cedentis specialiter competebat, vel ratione causæ, quæ in cessionario non reperitur, nisi fortè nomine cedentis, & ad ipsius vtilitatem agatur, *l. ex pluribus, D. de administr. tut. d. l. in omnibus, vbi gloss.* Bart. & DD. *in l. post dotem, D. solut. matr.* vbi latè, & magistraliter Petr. Barbos. omninò videndus, *ex num.* 55. *vsque ad* 65. Quibus consilium Surdi non refragatur, nam licèt in eo dicat, ius capturæ cessionario competere, non tamen supponit reum nobilem esse, & sic priuilegium ne pro debitis ciuilibus incarceretur habere. Etenim si hoc supponeret, contrarium vtique responderet, provt suprà cum Villar aduersus Bobad. consideraui; apud quem, & alios su-
prà

prà relatos, plura alia de Prætoribus, & eorum officio reperies. Nobis hæc peculiaria Indicanos tangentia, tetigisse sufficiat, & eos iterum, † atque iterum admonere, vt vel exemplis, & humanis, ac diuinis suppliciis suorum antecessorum commonefacti, discant iustitiam moniti, & non temnere diuos, & carmina elegantissima, quæ in simili casu scripsit Iuuenal. *satyr.* 6. præ oculis habeant:

Expectata diu tandem prouincia cùm te
Rectorem accipiet, pone iræ fræna modùmque.
Pone & auaritiæ, miserere inopum sociorum.
Ossa vides Regum vacuis exhausta medullis,
Respice quid moneant leges, quid curia mandet,
Præmia quanta bonos maneant, quàm fulmine iusto,
Et Capito, & tutor ruerint damnante Senatu
Pyratæ Cilicum. ——

Vbi meritò eos Pyratas appellat, quasi respiciens ad locum Cicer. quem retuli *sup. n.* 7. & quia teste D. Isidor. *lib.* 3. *de summ. bono, Grauiùs † lacerantur pauperes à prauis iudicibus, quàm à cruentissimis hostibus: nullus enim prædo tam cupidus in alienis, quàm iudex iniquus in suis.*

CAPVT III.

De Regiis Indiarum Auditoriis, siue Cancellariis, & quæ peculiaria habeant præ aliis Hispaniæ?

SVMMARIVM.

Litibus obuiare in Indiis curatum fuit.

Aduocatos, & Procuratores causarum in prouinciis Indiarum antiquæ earum leges interdixerunt, quæ citantur, & laudantur, & quando permissi, n. 3.

Audientiæ, siue Cancellariæ Regales Indiarum, quando, & cur institutæ?

Cancellariæ Regiæ quam iurisdictionem, & auctoritatem habeant; & alia plura de eis in communi, & quot sint in Hispania, remissiuè.

Cancellariarum Hispaniæ originem, & Auditorum fastum qualiter describat D. Did. à Mendoça.

Cancellariæ Regales Indiarum, & eorum fundationes, & districtus, & Ministri quibus constant, recensentur.

Audientias nouas in vrbe Cuzquensi, Carthaginensi, & Fluminis Argentei erigi expedire, aliqui putant; qui referuntur.

Audientiarum Indicarum pro erectione summæ gratiæ Regibus nostris debentur, propter bonos earum effectus.

10 *Veritas, & iustitia causarum per plures oculos manifestior fit, & meliùs administratur.*

11 *Princeps vbi interesse personaliter non potest, debet Ministros integros, sapientes, & prudentes suo loco constituere.*

12 *Iustitia deficiente, vel labescente, Resp. deficiet, & labetur, vt corpus demptâ anima.*

13 *Regis curæ omnes in studium iustitiæ præcipuè dirigi debent, ex D. Gregor. & aliis.*

14 *Regum Hispaniæ zelum iustitiæ in fundandis Audientiis Indiarum grauiter exprimit prima ipsarum ordinatio, quæ refertur.*

15 *Cancellariæ Indiarum regulantur legibus, & ordinationibus Hispanicarum, vbi alias speciales non habent.*

16 *Audientiæ Indiarum in plurimis habent maiorem potestatem quàm Audientiæ Hispaniæ, & vices supremi Senatus supplent, & quare?*

17 *Syndicatuum, siue residentiarum causæ, propriè spectant ad supremum Senatum, sed in Indiis, propter distantiam, Regalibus Audientiis commissæ sunt, & quando secus, & sched. de hoc agentes.*

18 *Residentias omnium Correctorum Indiarum magis oporteret in Audientiis eorum finiri, quàm ad Indiarum Senatum remitti.*

19 *Iudices, quos vocant Pesquisitores, delegare possunt Audientiæ Indiarum, licèt in Hispania hoc reseruetur supremo Consilio: & qualiter Audientiæ in hoc procedere debeant, & cum inhibitione Proregum?*

20 *Iudices Pesquisitores qui petunt, quid probare, & facere debeant?*

21 *Repressalias, aut executores concedere est de reseruatis supremo Consilio, sed in Indiis conceditur Regiis Audientiis propter distantiam viarum.*

22 *Distantia longa viarum, & periculum in mora multa specialia operantur, remissiuè.*

23 *Absens apud Indos non est citandus personaliter, sed sufficit ei creari curatorem.*

24 *Sententia lata contra aliquem in absentia in prima instantia, an & quando ei in persona notificanda sit, & quid si est apud Indos?*

25 *Indorum cura, conuersio, & tutela competit supremo Indiarum Senatui, & etiam Regalibus Audientiis earum, & schedulæ, quæ eam ipsis valdè commendant.*

26 *Decimarum nouarum causæ in Hispania sunt de reseruatis supremo Consilio, & in Indiis cognoscunt de illis Regales Audientiæ.*

27 *Patronatus Regij, & aliorum Regaliorum causæ pertinent in Hispania ad supremum Senatum, sed in Indiis ad Regales Audientias, quæ & dubia super eis orta declarant, ex sched. quæ referuntur.*

28 *Audientiæ Regales Indiarum vbi ad Ecclesias Cathedrales accedunt, qualiter, & quot Præbendarij eas excipere teneantur.*

29 *Iurisdictionis Regiæ vsurpatio in Hispania defenditur, & cognoscitur per Regium Senatum, & in Indiis per Regales Audientias.*

30 *Rex habet fundatam intentionem in toto suo Regno pro iurisdictione temporali.*

31 *Taxa iurium, & sportularum Tribunalium Ecclesiasticorum pertinet in Hispania ad Regium Senatum, & in Indiis ad Regales Audientias, & qualis ibi sit hæc taxa?*

32 *Audientiæ Indiarum possunt moderare, & taxare Ecclesiasticis iura funeralium, matrimoniorum, & similium, & procurationes,& collectas Visitatorum.*

33 *Reges prohibere possunt,ne Ecclesiastici à suis subditis impositiones, vel contributiones illicitas exigant, & vt ad Regium Senatum mittant taxas, siue* Aranceles *suorum Tribunalium.*

34 *Spolia Episcoporum decedentium colligi curat in Hispania supremus Senatus, sed in Indiis Regales Audientiæ.*

35 *Audientiæ Indiarum cognoscunt adinstar supremi Senatus de violentiis iudicum Ecclesiasticorum, & retentione Bullarum, & Patentium,& actionum Religiosorum Visitatorum, & Conseruatorum.*

36 *Violentiarum factarum per iudices Ecclesiasticos cognitio, quo iure & ratione pertineat ad Regium Senatum, vel Cancellariam, & referuntur plures Auctores de hac materia tractantes.*

37 *Regibus nihil magis competit, quàm subditorum protectio, ex Seneca.*

38 *Audientias Indiarum debent consulere Proreges,vel Præsides in causis gubernationem tangentibus, & qualiter?*

39 *Audientiæ Indiarum cognoscunt de appellationibus interpositis à decretis,vel sententiis Proregum, vbi datur pars, quæ se grauatam sentit.*

40 *Appellationes à decretis Proregum, vel Præsidum qualiter ad Audientias Indiarum deferantur, & per illas terminentur, & quid faciendum si prorex in sua sententia persistat?*

41 *Prorex non debet esse præsens, vbi ab Audientia deciditur causa, quæ ab eo appellata fuit, neque tales appellationes impedire, neque se in negotiis meram iustitiam concernentibus immiscere, neque Audientiam inhibere,vel cum ea loquens verbis imperatiuis vti, & sched. de hoc agentes.*

42 *Proreges debent Auditorem antiquiorem qui apud eos fuerit in actibus publicis ad latus suum sinistrum vocare, & deferre, non autem Quæstores criminum, vel Fiscales.*

43 *Iustitiam facere, vel fieri, si aliqua schedula ad Proregem directa dicat, non ob id intelligitur alterata forma ordinaria cognitionis, & iurisdictionis Regalium Audientiarum,& sched. hoc decidentes.*

44 *Causæ Regium patrimonium tangentes agitari solent priuatiuè in Regio Consilio rei dominicæ.*

45 *Proregibus competit in Indiis præcipua cura, & administratio Regalis patrimonij, & quando, & quomodo teneantur pro sumptibus ex eo faciendis Regales Audientias consulere?*

46 *Audientiæ Indiarum qualiter rei dominicæ Calculatoribus adsideant pro dubiis & litibus, quæ super ea contingunt?*

47 *Audientiæ Indiarum quæ, & qualiter succedant in locum, & gubernationem Proregis, vel Præsulis mortui, vel absentis?*

48 *Audientia Argentina, & Quitensis tentarunt se immiscere gubernationi suorum districtuum in vacante Proregis, & qualiter reprehensæ, & mulctatæ fuerunt?*

49 *Omnis argumentatio cessat iurisdictionis in materia, quando constat de contraria voluntate Principis, qui est eius fons & auctor.*

50 *Appellationes à decretis Proregum ad solam Audientiam Mexicanam, vel Limanam interponendæ & deferendæ sunt,non ad alias illarum prouinciarum, etiam si in districtu earum resideant litigantes.*

51 *Prorege ad breue tempus absente, an tota Audientia,vel Auditor antiquior solus eius vices suppleat, & quid eo mortuo? contra Matienzum.*

52 *Auditor antiquior supplet vices, & officium Præsidis eo mortuo, vel absente, & quis locus, quauè caremoniæ ei tunc præstentur?*

53 *Audientiarum Indicarum Ministri in sellis sedent in Ecclesiis, & in aliis actibus publicis.*

54 *Sellas ad Ecclesias deferre, & in illis sedere an priuatis permittatur,vel permitti debeat in prouinciis Indiarum?*

55 *Auditores Indiarum de plurimis rebus cognoscunt, & curant præ aliis Hispaniæ, quæ referuntur.*

56 *Auditores, & alij Ministri salariati, an, & quando habere possint, & sibi applicare tertiam partem rerum, quas pro commissis, vel aliis causis condemnant?*

58 *Iudex delegatus cum salario signato, potest ex multorum opinione recipere sportulas, & partes condemnationum, quas ordinarius.*

59 *D.Thomas Carleualius Senator Regius Neapol. laudatur, & quid sentiat in quæstione de partibus condemnationum applicandis iudici salariato.*

60 *Audientiæ Indiarum de causis nobilitatis principaliter cognoscere nequeunt, & debent eas remittere ad Cancellarias Hispaniæ.*

61 *Milites illi egregij, qui sub duce D. Franc. Pizarro in insula Gorgona manserunt, nobiles effecti sunt,quorum nomina referuntur, & sched. de hoc agens.*

62 *Conquisitores primi Nouæ-Hispaniæ qui fuerint, declarat quædam Regia sched. quæ refertur.*

63 *Nobilitatis causæ incidenter benè possunt tractari, & decidi in Cancellariis Indiarum, ad effectum relaxationis à carcere, vel exemptionis à tormento,& quid talis declaratio operetur ex noua pragm.*

64 *Nobilitatis causæ, vbi incidenter tractantur, minorem probationem desiderant.*

65 *Sedes quando & quibus dari debeat in stratis Regalis Audientiæ, iis qui se nobiles esse dicunt?*

66 *Audientiarum aulæ Mexici à Prorege disponuntur, & diuiduntur, Limæ sunt fixæ & separatæ.*

67 *Prorex Limensis an possit duas aulas Audientiæ ad libitum congregari iubere, ad alicuiu.*

alicuius causæ expeditionem ?

8 *Aulæ Cancellariarum Hispaniæ mutari, nec coadunari facilè possunt, nec causæ ad vnam pertinentes ad aliam euocari, & leges Regni de hoc agentes.*

9 *Potestas Proregum non extenditur ad concedendum ea, quæ soli Principi reseruantur.*

0 *Iurisdictio vbi à Principe diuisa est per aulas, portas, vel quartela ciuitatis, vnaquæque separatim de suis negotiis cognoscere debet.*

1 *Proreges quas rationes soleant allegare ad vniendas duas aulas Auditorum ad aliqua negotia.*

2 *Aulæ vbi diuiduntur ob commodius exercitium iurisdictionis, non videtur ipsa diuidi, aut separari.*

3 *Proreges Neapolitani aulas Senatorum, vbi sibi videtur, coadunare solent, ex Vinc. de Franch & aliis.*

4 *Aularum coadunatione facta ad negotium principale, an ad eius quoque incidentia, & interlocutoria facta censeatur, & pro omnibus instantiis.*

5 *Audientia vna in districtu alterius quomodo procedere, & quas litteras prouisionales expedire possit ?*

1 Nitio quidem detectionis Indiarum † satius,
sanctiúsque visum fuit incolarum iurgiis, &
tibus obuiam ire, quam eos multis iudicibus,
: iudiciis opprimere. Ac proinde videmus ab
sdem incolis sæpè petitum, & à nostris Regi-
2 us cautum, † ne Aduocati, & Procuratores
ausarum in eas prouincias transfretarent, vt
onstat ex instructione data Nunio Guzmano
latr. 5 *April. ann* 1528. inter ordin Mexican.
l. 25. & ex iis, quæ tradit Ant. de Herrera *in*
Hist. gener. Ind. decad. 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *pag.* 43.
omar. *in ead. hist.* 2. *part.* & Trajan. Boccalino,
nnino legendo, in suis Raggualiis, siue nun-
is Parnassi, *cent.* 1. *cap.* 79. *pag.* 387. vbi hanc
gem refert, & valde ab Apolline laudatam,
: commendatam tradit. Cui similes alias ad-
ucit Claud. Coteræus *in tractat. de iure &*
fic. milit. cap. 9. & noster insignis I. C. Alfons.
arrança *in disputat. de partu human. cap.* 2.
um. 243. *pag.* 122.

Cæterum cum postea pluribus Coloniis
Hispanorum in his prouinciis institutis, & ci-
ium, ac facultatum incrementis adauctis, plu-
es quoque lites, & controuersiæ nasci cœpis-
3 nt, † oportere visum fuit, non solum Aduo-
atos, & procuratores permittere, qui eas, iuri-
icè, & solemni modo, ac more formarent, at-
ue instituerent, vt inquit de instruct. Nunij
uzmanij, verum in earundem prouinciarum
4 mporiis, seu Metrocomiis, † Regalia Præ-
oria, siue Auditoria cum competenti Mini-
torum numero formare, ac construere, quas
ulgus *Audiencias* vocat, vel Cancellarias,
t ad eas in gradu appellationis, vel aliis mo-
is, ac mediis, facilè recurrere possent, qui se
o ordinariis, inferioribusque iudicibus, vel
rouinciarum Prætoribus (de quibus egimus)
rauatos esse censerent; cognita nimirum vti-
tate, quam experientia ex similibus Tribuna-
bus in Hispania, & in aliis Regnis ostendit.
5 De quibus † in communi, & quam iurisdi-
ctionem, & auctoritatem habeant, qualiter-
que ipsam Regis personam referant & repræ-
sentent, latè, vltra alios antiquiores, agunt Boër.
de auct. mag. Cons. num. 159. Chassan. *in Catal.*
7. *part. consid.* 11. Gregor. Lop. *per text. ibi in*
l. 19. *titul.* 9. *part.* 2. *& in l.* 4. *tit.* 24. *part.* 3. Co-
uarr. *in pract. c.* 4. Rebuff. *in concord. in proœm.*
verb. Cancellaria, Azeued. *in Curia Pisan. lib.* 2.
cap. 23. *& lib.* 4. *cap.* 6. Tiraq. *de nobil. cap.* 2.
num. 20. Thesaur. *in Præfat. ad decis.* Pedem.
per tot. Ant. Gama *decis.* 1. Matienz. *in l.* 3. *tit.* 10.
gloss. 10. *num.* 4. *lib.* 5. *Recop. & in dial. Relat.* 1.
part. cap. 4. *num.* 5. Didac. Perez *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4.
Ord. *verb. Oidores*, Parlad. *differ.* 10. *&* 11. *per tot.*
Callist. Remirez *de lege Regia*, §. 10. Ioan. Gar-
cia *de nobil. gloss.* 1. §. 2. *num.* 14. Melch. Iunius
quæst. polit. 85. vbi adducit rationes, & vtilita-
tes eiusmodi Tribunalium, D. Franc. Alfarus *in*
tract. de offic. Fisc. gloss. 24. Doct. Carrascus *de ca-*
sib. Curiæ, num. 96. Ægidius Bened *in l. ex hoc*
iure, 1. *part. cap.* 3. *ex num.* 52. Bobad. *in Polit.*
lib. 1. *cap.* 9. *ex num.* 14. Nauarrete *discurs. po-*
lit. 25. *in fin.* vbi sigillatim enumerat omnes
Cancellarias Hispaniæ, & earum Ministros, &
plures alios referens Carol. Tapia *in pecul. tract.*
de excell. Cancell. Neapol. & Dom. Valençue-
la *cons.* 82. *num.* 46. *& cons.* 92. *num.* 51. *&* 52. &
meliùs *cons.* 94. *ex num.* 1. Et est videndus om-
nino D. Did. de Mendoza *in hist. belli* Granat.
lib. 1. *fol.* 6. *num.* 4. † vbi horum Conuentuum 6
à Regibus Catholicis primum in Hispania in-
stitutorum motiua, & effectus grauiter depin-
git, & Præsidum, ac Auditorum fastum non si-
ne aliqua irrisione subsannat.

In nostris autem † Indiarum prouinciis, vt 7
res postulauit, diuersis temporibus formatæ
sunt, & in hunc vsque diem conseruantur Re-
gales Audientiæ insulæ Hispaniolæ, siue San-
cti-Dominici, quæ Præsidem, quatuor Audito-
res, & vnum Fiscalem habet Mexicana, cui
Prorex Præsidet, & octo Auditoribus constat,
& quatuor criminum Quæstoribus, & duobus
Fiscalibus. Limana, siue Ciuitatis de los Reyes,
quæ eodem modo ac Mexicana gubernatur. &
distribuitur. Guathemalensis, Sanctæ-Fidei
Noui-Regni Granatensis, Guadalajarensis, siue
Nouæ Gallæciæ, Quitensis Argentina, siue de
los Charcas, Panamensis, Chilensis, & Philip-
pinensis, siue de Manila, quæ totidem Ministris
constat, atque Dominicana, & in omnibus,
excepta Limana, & Mexicana, Auditores vir-
gas portant, & simul cum causis ciuilibus cri-
minum quæsturam exercent, eisdemque ferè
ordinationibus gubernantur, quas reperies *in*
2. *tom. impress. ex pag.* 1. *vbi etiam pag.* 25 *&*
seqq. vniuscuiusque Audientiæ erectio, & di-
strictus apponitur, quod & distinctius fecit Ant.
de Herrer. *in Hist. gener. Ind. decad.* 4. *pag.* 41.
69. *&* 95. & in descriptione Indiarum, quam
post quartæ decadis calcem adtexuit, *pag.* 86.
& seqq. & anteà *ex pag.* 7. *Ego* 1. *tom. de Indiar.*
iur. lib. 1. *cap.* 6. *per tot.* Remesal. *in Histor.*
Guatem. *lib.* 4. *cap.* 11. nouissimè P. Hugo Sem-
pilius è Societate Iesu, insignis Mathemati-
cus, *lib.* 8. *de Mathem. discipl. cap.* 5. per totum,
melius omnibus summarium *Recop. leg. Indic.*
lib. 2. *tit.* 14. *ex l.* 1. *ad* 12. & ante eos Ioann.
Matienz. *de mod. Reg. Perù* 2. *part. cap* 4. vbi
plura de his Indiarum Cancellariis scribit, pu-
tatque Peruano Regno valde expedire, † vt in 8

vrbe Cuzquenſi alia Cancellaria erigeretur, quæ aliarum velut caput eſſet, & Rotæ Romanæ imitationem, & iuriſdictionem haberet. Sicuti & aliam in vrbe Carthaginenſi,& aliam in vrbe Fluminis Argentei, vulgò *de Buenos aires*, erigi debere, doctis in hanc rem libellis ſcriptis, & Regio Senatui dicatis, plures ad id rationes, & vtilitates expendentes, contendunt D. Andreas de Leon Garabito Senator Panamenſis, & D. Franc. de Betancur, de quibus nunc iudicium meum interponere nolo.

9 Id tantum adiiciens, ſummas Regibus noſtris gratias deberi pro ingenti beneficio, quod in harum Audientiarum erectione ſuis vaſſallis Indicis præſtiterunt. Nam re vera ſunt earundem prouinciarum robuſtiſſima, & fidiſſima propugnacula, quibus iuſtitia colitur, imbecilliores à potentiorum iniuriis defenduntur, & ſuum cuique, veritate inſpecta, tribuitur,
10 † quæ per plures,& præſertim doctos, ac prudentes viros,perfectius reuelatur, integro iudicio exiſtente, quod eorundem ſententiis fulcitur, *cap. prudentiam* 21. *de off. deleg. cap. licet cauſam, de probat. cap. extra conſcientiam*, 54. *diſtinct.l.fin.C.de fideicommiſſ. cap.de quibus*, 20. *diſtinct.l.hac conſultiſſima, in fin. C.qui teſtam. facer. poſſ.* cum aliis adductis per Matienz. *in l.*5. *titul.*10. *gloſſ.* 2. *numer.* 3. *lib.* 5. *Recop.* Et vbi
11 † Princeps intereſſe non poteſt, vel per ſe Remp. regere, nihil tutius, ac gratius eidem Reip. præſtare poteſt, quam ſi plures, & integros Miniſtros ſuo loco conſtituat, qui eam regant, & protegant,& iuſtitiam iuſtè, ac ſanctè diſtribuant, qua deficiente, † omnes Reſ-
12 publicæ labeſcent, nec vlla Regna conſiſtere poterunt, non magis quam corpora humana, quæ ſi ſpiritu careant, nullas vitales, animales, & naturales operationes poſſunt exercere, vt grauiter docet M. Tul. *lib.* 1. *de ſom. Scip.* Iuſt. Lipſ. *in Polit. lib.* 1. *cap.* 9. M. Prætorius elegantiſſimis, & omnino legendis carminibus, *lib.* 1. *de Principatu ſalubriter adminiſtrando*, Petr. Greg. *lib.* 4. *de Repub. cap.* 6. Petr. Andr. Canonher. *in aphor. polit.* 1. *tom. pag.* 198. & Hieron. Oſſor. *lib.* 4. *de Reg. inſtit.* vbi hac de
13 cauſa concludit: *In ſtudium † iuſtitiæ omnes Regis curas, & cognitiones, omnes labores, atque vigilias, omnia denique ſtudia conſumenda eſſe, ea namque à principio Reges creauit.* Quod prius etiam docuit D. Greg. *lib.*2. *epiſt.* 20. inquiens: *Summum in Regibus bonum eſt iuſtitiam colere, & ſua cuique iura ſeruare*, & in ipſis no-
14 ſtris terminis ſatis † exprimitur in exordio ordinationum antiquarum Audientiæ Mexicanæ, quæ habentur *d.* 2. *tom. impreſſ. pag.* 1. cuius verba ſine piaculo omitti non poſſunt, & ſic habent: *Nos deſeando el bien, y pro comun de las nueſtras Indias, porque nueſtros ſubditos, y naturales que pidieren iuſticia la alcancen, y zelando el ſeruitio de Dios nueſtro Señor, bien, prouecho, y aliuio de nueſtros ſubditos, y naturales, y à la paz, y ſoſſiego de los pueblos de la Nueua-Eſpaña, y prouincias de yuſo declaradas, ſegun ſomos obligados à Dios, y à ellos, para cumplir con el oficio que de Dios tenemos en la tierra, auemos acordado de mandar poner vna nueſtra Audiencia, y Chancilleria Real, &c.*

15 Sunt porrò dictæ † Indiarum Audientiæ, ſiue Cancellariæ, earúmque Auditores, & Miniſtri eiuſdem poteſtatis, ac dignitatis cum aliis Hiſpaniæ, ac propterea in omnibus earum legibus, & ordinationibus gubernari debent, niſi fortè aliquid ſibi peculiariter in ſuis iniunctum ſit, vt in ipſis expreſsè cauetur, & rectè aduertit Paz *in praxi* 1. *tom.*7. *part. cap. vnic. n.* 50 *fol.* 212. & D. Alfarus *d. tract. de offic. Fiſca[l.] gloſſ.*24. *num.*2. Quinimò † propter Regis, & Regij Conſilij Indiarum diſtantiam & periculum, quod ex mora reſultare poſſet, dictas Audientias Hiſpaniæ in multis excedunt, & ſupremi Senatus vicem ferè in omnibus ſortiuntur, ac de cauſis ipſi alias reſeruatis cognoſcere poſſunt, vt in optimo caſu deciditur in quadam epiſt. ad Mexicanam Audientiam ſcripta ann. 1552. quæ habetur 1. *tom. pag.*241. ibi: *Y aunque aquellas diſpongan en el Conſejo Real de Iuſticia tan ſolamente, y no con las Audiencias y Chancillerias. Por la gran diſtancia de eſſas partes, y por releuar à las partes, de fatigas, y coſtas, tenemos por bien, que en eſſa Audiencia ſe pueda conocer de ello.* Et expreſsè obſeruat Matienz. *in l.* 10. *gloſſ.*11. *titul.* 17. *lib.* 5. & Dom. Alfarus *vbi ſuprà*, ſola tamen Matienzi allegatione contentus.

Et hinc primò naſcitur, † quod licet cognitio, & determinatio reſidentiarum, ſiue ſyndicatuum Correctorum, & aliorum Iudicum ordinariorum in Hiſpania ſupremo dumtaxat Conſilio reſeruetur, vt tradit Bobad. *in Polit. lib.*5. *cap.*1. *num.*123. In partibus tamen Indiarum Regalibus Audiantiis committatur, vt patet ex ſchedul. *ann.* 1542. 1575. & pluribus aliis, quæ extant 1. *tom. impreſſ. pag.* 113. *& ſeqq.* quæ eam rationem, quam retulimus; his verbis aperiunt: *Y comoquiera que lo del ver las reſidencias es coſa propria, que lo debia hazer el Conſejo. Pero por la gran diſtancia que ai à eſtos Reinos, mandamos, que ſolo ſe traigan al nueſtro Conſejo de las Indias las reſidencias, y viſitas que fueren tomadas à los Oidores, y perſonas de las Audiencias; y las que ſe tomaren à los dichos nueſtros Gouernadores: y todas las demas permitimos, y mandamos, que ſe vean, y prouean, ſentencien, y determinen por las dichas Audiencias, cada vna en ſu diſtrito, y iuriſdicion.* Et hoc multo tempore obſeruatum fuit, etiam in ſyndicatibus Correctorum, qui à Rege in Hiſpania nominabantur, vt decidit *ſchedul. dat. apud* D. Laurent. 15. *Iul. ann.* 1584. *d.* 3. *tom. pag.* 114 quæ addit, vt nunquam ei per alias cenſeatur derogatum, niſi ſpecialis ipſius mentio fiat. Quod planè † rerum vſus, & partium, præſertim Indorum, celeris ſatisfactio expoſtulare videbatur. Quamuis poſtea per nouiores ſched. *ann.* 1619. & 1621. dictæ reſidentiæ ad Regium Conſilium terminandæ remitti iubeantur; quod neſcio an expediens fuerit, nam multum per hunc circuitum huiuſmodi iudiciorum finis, & effectus protelatur.

Secundò, facultas † dandorum, ſeu mittendorum iudicum, quos *Peſquiſidores* vocamus, licet in Hiſpania ſupremo tantum Senatui reſeruetur *l.* 20. *&* 37. *tit.* 4. *lib.* 2. *& l.* 11. *tit.*5. *lib.* 3. *Recop.* cum notatis à Bobad. *lib.*2. *cap.*21. *num.* 9. Regalibus tamen Indiarum Audientiis permittitur per earum ordinat. *ann.* 1563. & plures ſched. quæ extant 2. *tom. pag.* 115. *& ſeqq. & in ſummario Recop.lib.*4. *tit.*9. licet aliæ quotidie expediri ſoleant, vt ad hoc raro contra

Correctores

Correctores durante officij tempore, & non nisi cum magna circumspectione procedant, & idem generalius Mexicanæ olim Audientiæ ordinatum fuisse, nisi vbi graue damnum, vel scandalum immineret, tradit Ant. de Herrer. *in hist. gener. Ind. decad.*4. *lib.*4. *cap.*11. *pag.*95. Et est adeo verum, quod hæc facultas Audientiis Indiarum competit, vt per schedul. 21. *&* 26. *Maij ann.* 1572. Proregibus inhibeatur dictos iudices propria solaque auctoritate sua mandare, nisi prius in pleno Auditorum consessu id iussum fuerit, & tempus commissionis præfixum.
2 Notabis † tamen, quod qui hos iudices in Audientiis petunt, vt eos impetrare possint, debent prius de delicto saltim summariè docere, & idoneè cauere, vt post alios plures, quos refert, obseruat D. Valençuela, omnino videndus, *cons....num....*

Tertiò, † ius quoque concedendi executores, vel faciendi pignerationes, aut repressalias ob iustitiam ab ordinariis iudicibus denegatam, supremo Consilio tribuitur *in l.*10. *tit.* 17. *lib.*5. *Recop.* Sed hoc tamen rectè etiam ad Indiarum Audientias porrigitur, vt nominatim *in ead. l. obseruat* Ioan. Matienz. *gloss.*11. considerata nimirum (vt diximus) longa distantia viarum pro recursu ad supremum Senatum, & periculi
2 in mora, ad † quod probandum aliqua ibidem adducit de specialibus, quæ hæc operari solent, & plura *in l.* 1. *gloss.* 21. *num.* 14. *& seqq. & in* 6. *titul.* 3. *gloss.* 2. *per text. ibi lib.* 5. *Recop.* & ego alia congessi *suprà hoc tom. pag.* 298. 663. *&* 712. Et nunc addo Tiraq. *post leg. connub. gloss.*8. *num.*9. Ceuall. *quæst.*267. *num.*5. Cened. *quæst. Canonicis*, Tusch. *litt. P, conclus.* 282. Azeued. *per text. ibi in l.* 6. *tit.*18. *lib.* 4. *Recop.* Itè Gail. *lib.* 1. *obseruat.* 102. *à num.* 5. Marta *de iurisd.* 1. *part. cap.*48. *ex num.*25. Et signanter in terminis Indiarum Gamam, & eius Ad-
3 ditionat. *decis.* 15. hinc deducentem, † quod licet alias absens, qui in loco certo sit, debeat citari, nec possit ei dari curator, vel defensor, vbi tamen absentia est apud Indos, propter longam distantiam, & moræ damna, & pericula, sufficit ei creare curatorem, vel defensorem. Quod & tradit Cabedus, dicens generali arresto Lusitaniæ declaratum fuisse, *decis.* 197. *n.*8. *part.*1. & nouissimè, & magis ex professo Phœbus *decis.*42. Quorum auctoritate motus Ego simili aliquando defendi, quod licet alias ex
4 magis communi sententia requiratur, † vt sententia personaliter notificetur reo, cum quo prima instantia iudicium in contumacia fulminatum fuit, ex traditis per Ias. *in l. ne quicquam, §. vbi decretum, D. de off. Proconf.* & Matienz. *in dialog. relat.* 3. *part. cap.* 44. Adhuc tamen ex superioribus hoc limitari debere, vti absens in longinquis existit, prout iam de stylo quæ Audientiæ Indiarum obseruant.

5 Quartò, licet † præcipua cura supremi Consilij Indiarum in eo consistat, & consistere debeat, vt Indi in spiritualibus, & temporalibus prouehantur, & prouideantur, & omni studio, & seuerissima animaduersione, à quibuslibet oppressionibus liberentur, vt piis, & grauibus verbis ostendit ordinatio. 9. eiusdem supremi Consilij. Hæc eadem cura, non solum partibus postulantibus, verum etiam ex officio, enixè Indiarum Audientiis demandatur, plurimis, & repetitis schedulis, quæ propediem expediuntur, & præcipuè illa 2. *Martij ann.* 1596. quæ excessus Correctorum circa personas, & fortunas Indorum ab Audientiis compesci, & puniri iubet, & 27. *Maij ann.* 1582. quæ generalius præcipit, vt seuerè procedant aduersus quoslibet, qui Indos onerauerint, vxores, vel facultates eorum vsurpauerint; quidpiamvè aliud in eorum damnum fecerint, ne alias ipsis eiusmodi criminum culpa imputetur. Sed melius adhuc, & enixius hoc deciditur *in ordin. ann.* 1563. *cap.* 70. quæ omnino, vbi res expostulauerit, legi debet; nam ibi in hoc præcipuum Auditorum munus constituit, & nulla alia in re gratius obsequium, & seruitium eos Regi nostro Piissimo facturos deciditur.

Quintò, quamuis causæ omnes, quæ super 26
nouis decimis mouentur, *per l. Regiam* 6 *&* 7. *tit.* 5. *lib.* 1. *Recop.* ad Consilium supremum afferri, & auocari iubeantur, vt latè per Couar. *in pract. cap.*35. *num.* 2. *vers. Quartò*, & alios, quos refert Bobad. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 18. *num.*148. Indiarum tamen Audientiæ adhuc de eisdem cognoscunt, prout quotidiana praxis ostendit, & in Limana, & Argentina Cancellaria sæpè in litibus emergentibus factum vidi. Quarum sententias postea supremus Indiarum Senatus confirmauit. De quibus, & de schedulis hanc quæstionem tangentibus, agit D. Carrasc. *ad leg. Recop. cap.*6. §. 2. *num.* 13. & conducunt quæ dixi *sup. lib.* 3. *cap.* 21. *ex num.* 18. Vt sic cessare possit scrupulus, quem in hoc articulo, se, dum Fiscalis Argentinus esset, habuisse perhibet D. Francisc. Alfar. *dict gloss.*24. *num.* 2. *&* 3.

Sextò, licet † causæ Regium patronatum 27
concernentes, vel quæ alia Regalia tangunt, soleant vt plurimum in Hispania per supremum Senatum tractari & expediri, ex traditis à Bobad. *d. cap.* 18. *num.* 213. *litt. I*, & Ego *suprà lib.* 3. *cap.* 3. Cancellariæ tamen Indiarum hoc idem ius sibi vendicare possunt, & debent, cum illud eisdem non solum concedatur, verum enixè commendetur per plures sched. & ordinat. quæ habentur *in* 1. *tom. impress. pag.* 83. *& seqq. &* 2. *tom. pag.* 29. *& seqq.* & dixi latè *suprà d. cap.* 3. inter quas notanda est illa ann. 1574. quæ iuris patronatus Regij formam præscribit, & in fine procemij ita concludit: *Y los nuestros Virreyes, Audiencias, y Iusticias Reales procedan con todo rigor contra los que assi fueren, ò vinieren contra nuestro derecho, è patronazgo, procediendo de oficio, ò à pedimiento de nuestros Fiscales, ò de qualquiera parte que lo pida, y en la execucion de esto se tenga mucha diligencia.* In quibus item sched. & in ordin. Audient. ann. 1563. dubia omnia orta super eodem iure patronatus Regij, vel erectionibus Ecclesiarum, vel collationibus præsentatorum, ab eisdem Audientiis, vel earum Præsidibus declaranda esse deciditur, & retentio Bullarum conceditur, quæ eidem patronatui præiudicium aliquod generare posse videantur, vt latius dixi *d. lib.* 3. *cap.*3. *num....*

Quinimo & ob hanc causam, quod Regales Audientiæ de Regio patronatu cognoscant, & Regem ipsum repræsentent, iubet quædam sched. dat. Matrit. 29. Maij ann. 1594. *d* 2. *tom. pag.* 29. † vt quoties illæ ad Ecclesias 28
Cathedrales accedunt, vt collegialiter, & in forma (quam dicunt) Audientiæ, diuinis intersint,

ſint,ſex,vel quatuor ad minus, ex præbendariis ad eas excipiendas,& dimittendas vſque ad Eccleſiæ fores accedant, cum & hoc, vt inquit ipſa ſched. in Hiſpania fieri ſoleat cum Cancellaria Pintiana, & Granatenſi : *Y aya mayor obligacion de que lo hagan los Probendados de las Indias con mis Virreyes, y Audiencias, aſſi por repreſentar mi perſona, como por ſer Yo Patron de las Igleſias de las Indias, y aueros dado las preſentaciones de mi mano.*

29 Septimò, † quamuis de vſurpatione, ſiue occupatione, aut impedimentis Regiæ iuriſdictionis Rex ſolus, vel ſupremus eius Senatus cognoſcere ſoleat, vt deciditur *in l.3.tit.1.lib.4.* Recop. ibi : *Del impedimiento, y ocupacion de la nueſtra iuriſdicion, ò ſeñorio, ninguno puede conocer ſino Nos.* Adhuc tamen eadem hæc cognitio,& Regiæ iuriſdictionis defenſio Audientiis Indiarum committitur,imo & grauiter commendatur in *ſched.* Pintiæ 13. *Febr. ann.* 1559. *dict. 2. tom. pag.* 31. ibi : *Y no deis lugar à que contra ella ſe vaya, ni paſſe en manera alguna.*

30 Nimirum, † quia in toto Regno Rex habet fundatam ſuam iuriſdictionem temporalem, vt in terminis docet Did. Perez *in l. 2. tit. 1. lib.3. Ordin.* & Azeued. *in d. l. 3. Recop. ad fin.* ex Oldrad. *conſ.* 83. & Palac. *Rub. in cap. per veſtras, fol.*83. *num.*49.

31 Octauò, taxa iurium, & ſportularum, quæ notariis, & aliis miniſtris Tribunalium Eccleſiaſticorum præſcribitur, & Hiſpanè vocatur *Arancel*, & cura, vt præcisè & fideliter obſeruetur, iniuncta eſt in Hiſpania ſupremo Caſtellæ Senatui, vt patet ex *l. 27. tit. 25. lib. 4. Recop. & tradit* Bobad. *d. lib. 2. cap.*18. *num.*229. ibi : *Y ſi los tales Notarios excedieſſen en lleuar derechos contra los Aranceles Reales, ſe debe dar auiſo de ello al Conſejo, ò ſi fueſſen legos los Notarios caſtigarlos.* Quod tamen in partibus Indiarum Regiis Audientiis committitur, per plures ſchedul. quæ reperiuntur *dict. 2. tom. pag.* 371. *& ſeqq.* quæ ſerio eiſdem iniungunt, vt dictarum ſportularum taxa, triplum earum non excedat, quæ in Regnis Caſtellæ exigi ſolent, & ſeuerè aduerſus tranſgreſſores animaduertant. Et in alia Pardi 30. *Octob. ann.* 1591. *pag.*372. iubetur Peruano Proregi Dom. D. Garciæ de Mendoça, vt ſuper hoc vigilet, & taxæ Archiepiſcopatus Toletani triplum tantum exigere patiatur. Neque in his tantum ſportulis moderandis ſe interponere

32 poſſunt, † verum & in funeralibus, matrimonialibus, & aliis ſimilibus iuribus,ſiue oblationibus, quas Indiarum Parochi per corruptelam inducunt, vt habetur *in ſched. ann.*1558. *tom 4. pag.* 337. Et in alia Matrit. 20. Decemb. 1608. deciditur, quod etiam moderari faciant procurationes, & collectas, quas Viſitatores Eccleſiaſtici in ſuis viſitationibus exigunt. Nimirum, quia vt inquit Bobad. *vbi ſuprà*

33 *num.* 229. † Reges prohibere poſſunt, ne Eccleſiaſtici à ſuis ſubditis impoſitiones, & contributiones illicitas exigant, & Epiſcopis iubere, vt ad ſe, ſuáque Prætoria Tribunalium Eccleſiaſticorum taxas, ſiue Aranceles remittant, *l. 27. titul. 25. lib. 4. Recop. & cap.* 41. in Curiis de Madrid. *ann.* 1593. qua de re dixi etiam alia, quæ hic repeti poſſunt, *ſup. lib. 3. cap* 8.*n.*64.*& ſeqq.*

34 Nono, † Epiſcopis decedentibus, licet regulariter Regius Senatus in Hiſpania, per le[...] vel per prouiſiones, quas expedit, eorum ſpolia colligi faciat, & lites, quæ ſuper eis moueantur, & ſolutionem famulorum, & creditorum in ſe recipiat, vt docet idem Bobad. *dict. lib. 2. cap.*18 *num.*180. In prouinciis tamen Indiarum Regiæ Cancellariæ de hoc ſemper cognoſcunt, idémque eis plurimis aliis ſchedulis iniunctum eſt, de quibus etiam dixi latiùs *d. lib. 3. cap.*11. *num.*37. *& ſeqq.*

Decimò, † non ſolum cognitio in cauſis Eccleſiaſticis per viam, quam dicunt violentiæ, communis eſt Audientiis, & Cancellariis Indiarum, cum aliis Hiſpaniæ, vt expreſsè decidit ipſarum ordinatio *ann.* 1563. ibi : *Item ordenamos, y mandamos, que los nueſtros Oidores de la dicha Audiencia en los caſos de fuerças hechos por los juezes Ecleſiaſticos, conozcan ſegun, y de la manera que en eſtos, Reinos conocen las Audiencias de Valladolid, y Granada, ſin eſtenderlo mas de lo que en las dichas Audiencias ſe pratica* : & plures aliæ ſchedulæ, quæ extant *d. 2. tom. pag.* 29. Verum & retentio Bullarum, quæ iuri Patronatus Regio efficere poſſint, & attentæ eſſe iubentur ſuper actionibus, & viſitationibus Religioſorum, & eorum Commiſſariorum, Vicariorum generalium, Viſitatorum, & Conſeruatorum, & conſtito de iniuſtitia, vel notoria vexatione, quam faciunt,rectè ad oppreſſorum defenſionem partes ſuas interponere poſſunt, licet hoc alias Audientiis Hiſpaniæ prohibitum ſit, & ſolum Regio Conſilio reſeruatum, vt conſtat ex *l.* 40. *titul. 5. lib. 2. & l. 1. & 2. titul. 8. lib. 1. Recop.* cum traditis à Ceuallos, Salgado, & pluribus aliis, quos retuli *d. lib. 3. cap. 26. numer.* 34. *&* 111. *& ſeqq.* Qui latiſſimè † de dicta cognitione per viam violentiæ pertractant, & de retentione Bullarum, & de aliis remediis ad tollendas, vel excuſandas iniurias iudicium Eccleſiaſticorum Regiis vaſſallis, ſiue clericis, ſiue laicis illatas. De quo etiam Nos, Deo dante, in Commentariis ad Nouam Recop.latius agemus, & interim vide optimè loquentes Couar. *cap.*35. *pract.* Henric. *in ſum. lib.* 14. *cap.* 12. *& lib.*19.*cap.*3.Sayr.*de cenſur.lib.*2. *cap.* 18. Cened. *collect.* 17. ad Decretal. *& collect.* 15. *ad Decretum,& melius q.canon.* 45. *per tot.* Gabr. Pereira *in tractat. de man.Regia,* 1. *part. per tot.* Patian. *conſ.*164. *à num.*23. Morla *in emp.* 1.*part. tit.*2. *quæſt.*14. *per tot.* Petr. Greg. *lib.* 13. *de Rep. c.*1. Calliſt. Remir. qui plures alios adducit,*de lege Reg.* §. 20. *num.*80. *cum ſequent.* Et in terminis de noſtris Audientiis Indiarum D. Franc. Alfarus *de off. Fiſc. gloſſ.*2. *num.*14. *& ſeqq.* D. Carraſc. *ad leg. Recop. cap.* 6. §. 4. Dom. D. Felician. à Vega Archiep. Mexicanus *in cap. decernimus, de iudic. numer.* 24. 25. *&* 164. *& in cap. quanto, num* 99. *& ſeqq.* & nouiſſimè Diana *reſol. moral.* 1. *part. reſol.* 13. D. Franc. Torreblanca *in epit. de Magia lib.*3. *cap.*26. *ex n.* 1. & iterum & plenius *de iure ſpiritual. lib.* 15. *c.*10.& paſſim Martin.Magerus in ſuo vberrimo *tract.de iure protect.vbi c.*3. *n.*78. *&* 79. † nihil magis Regibus, quam ſubditorum protectionem, incumbere docet, allegans illud Senecæ :

—— Hoc Reges habent
Magnificum,& ingens, nulla quod rapiat dies
Prodeſſe miſeris, ſupplices fido lare
Protegere, &c.

Vndecimò,

Vndecimò, † licet causæ tangentes genera-
em Regn i administrationem in Hispania su-
remo Consilio Iustitiæ, vel Status commissæ
nt, & in prouinciis Indiarum priuatiuè ad
roreges, vel Gubernatores spectent, vt dispo-
itur *in schedul.* 11. *Iunij ann.* 1572. *tom.* 1. *pag.*
41. & pluribus aliis. Ipsis tamen Proregibus
niungitur, vt vbi res aliqua ardua se obtule-
it, necnon etiam ad meliorem officialium pro-
idendorum electionem, Auditores, quos se-
um habent, vocent, & consulant, quamuis
orum suffragia præcisè sequi non teneantur,
t constat ex capitibus instructionum eorun-
em Proregum, quæ habentur 1. *tom. pag.* 242.
16. *&* 324.

Et, quod magis est, ab his, † quæ ipsi Prore-
es, vel Gubernadores sub titulo gubernatio-
is decernitur, vel statuitur, si aliqua pars se
rauari senserit, quemadmodum in Hispania ad
egium Consilium à Consilio Cameræ prouo-
atur, ita in Indiis ad Regales Cancellarias pa-
t recursus, vbi partibus iudicialiter auditis,
uæ Proreges, vel Gubernatores decreuerunt,
onfirmantur, reuocantur, aut moderantur. Il-
que serio iussum est, ne vllo modo impe-
ant, vel turbent. Quamuis † si in suis senten-
s tenaciter hæreant, & Regias Audientias
s de illis cognoscendi non habere conten-
nt, quasi meræ, & absolutæ gubernationis
nt, nihilque contentiosæ iustitiæ admixtum
beant, vel ex aliis causis, iis, quæ ipsi ius-
rint, standum sit, vt occasiones scandali præs-
ndantur, & ad Regium Senatum causa re-
tti debeat, cum protestationibus modestè
Auditoribus factis, & rationibus, ac moti-
s, quibus vtraque pars suam iurisdictionem
erit, & defendit; vt in eodem Senatu ei, cui
mpetere visa fuerit, demandetur. De quibus
nibus, † & quod Proreges præsentes non
t, vbi Auditores agere volunt de appellatio-
bus ab ipsis interpositis terminandis (quod
nen raro Proreges obseruant) extant plures,
valdè notandæ schedulæ, quæ habentur in
tom. impress. pag. 240. *& seqq.* Vbi hoc fieri
itur propter locorum distantiam, & vt par-
m molestiis, & sumptibus consulatur. Sed
ra eas notabilior est alia dat. Buitrag. 19.
aij *ann.* 1603. ad Limanam Audientiam dire-
. In qua cum relatio facta esset cuiusdam
npetentiæ inter Proregem, & eandem Au-
ntiam, quæ scandalum generauit, eos re-
hendit, iubétque, vt deinceps omnes suo se
officio contineant. Et addit: *Que si hechas protestas, y requerimientos, todauia el Virrey seuerare en mandar executar sus decretos, ò ueimientos, no siendo la materia de calidad en notoriamente se huuiesse de seguir de ello mo-iento, y desassossiego en la tierra se cumpla, uarde lo que el huuiere proueido, sin hazer-mpedimento, ni otra demonstracion, y den so particular de lo que huuiere passado, para so mande proueer, y remediar, como el caso equiere.*

t cum quædam similis competentia, me
rente, formata fuisset cum Dom. Prorege
ncipe de Esquilache, eo quod ipse præten-
t Regalem Audientiam Limanam cognos-
non posse per viam violentiæ de quodam
o beneficij de Lambayeque, supremus
atus, audita vtriusque partis relatione,
respondit per epistol. 14. *August. ann.* 1621. *Que el Virrey por ningun caso, aunque diga que procede à titulo de gouierno, ò de comission especial, quite el recurso libre de la apelacion à la Audiencia, y no se entienda estar inhibida, si en las cedulas de la comission especialmente no se declarare lo contrario.* Et per illam eandem sched. ann. 1603. expresè deciditur, ne Proreges, aut Gubernatores vllo modo se immisceant in negotiis iustitiæ administrationem concernentibus, quæ Audientiis commissa sunt; neuè vllum eis in hoc impedimentum apponant. Quod prius etiam ipsis Proregibus iniunctum fuerat in sua instructione, cuius caput refertur 2. *tom. pag.* 7. Et quoniam aliqui Proreges spernebant, & pro libito Regias Audientias inhibebant, prouisionibus ad id sub Regio nomine, & sigillo expeditis, hoc eis reprehendirur per epistolam missam ad Proreg. Peruan. 27. *Februar. ann.* 1575. vbi dicitur: *Que auiendo de escribir à la Audiencia, lo aueis de hazer por carta, como à Oidores nuestros, y vuestros Colegas, y no por potentes en nuestro nombre, por via de mandato, pues estats mas obligado que otros, por el lugar nuestro que teneis, à honrar, y autorizar la Audiencia: y porque el mandar à la Audiencia està referuado à Nos.* Quo loquendi modo etiam aliæ schedulæ vtuntur, & præcipuè nouissima quædam ad Proregem Mexicanum missa 17. *Aprilis ann.* 1623. quæ disponit: *Que tengais siempre con los Oidores la buena correspondencia que se debe al lugar que ocupan, y à la autoridad de sus oficios, pues siendo vos su Presidente, os toca procurar la quietud y conformidad de todos, tratandolos con tanta suauidad, y decencia, que os respeten, y obedezcan por amor, y no por demasiada seueridad.* Et in alia 7. Februar. ann. 1610. eadem ratione attenta, deciditur: † *Que el Vir-* 48
rey en todos los actos publicos en que se hallare con la Audiencia, llame, y lleue à su lado al Oidor mas antiguo que alli se hallare de ella. Pero no à los Alcaldes del crimen, ni al Fiscal. Quod rursus repetitur, & forma associandi Proregem præscribitur, in alia nouiori 9. *Nouemb. ann.* 1618. ea addita clausula: *De manera, que entre todos se conserue la buena correspondencia, que es justo, &c.*

Et est adeo verum Proregem non debere Audientias turbare, neque impedire, vel cum eis se immiscere in rebus tangentibus administrationem iustitiæ. Vt † etiam si ei aliqua sche- 49
dula dirigatur, cum illa clausula: *Que haga iusticia en el caso que en ella se refiere*, debet intelligi per legitimos tramites, & excitando Auditores, vel Quæstores criminum, quorum Præses est, vt illam administrent, & sine innouatione styli cuiuslibet Tribunalis, vt expressè rescribitur in quadam epist. Regia ad Audient. Liman. 3. *Iunij* 1620. quæ cum quereretur, quod Proreges virtute dictæ clausulæ omnia turbabant, & sibi adrogabant, responsum accepit: *Que estas cedulas ordinariamente son excitatiuas, y se dan solo para que se haga iusticia à las partes: y mi intento no es mudar el ser del juzgado, ni el estado dela causa, lo qual se incluye todo en la clausula que manda, se haga justicia, estareis aduertidos para ir en todas ocasiones con este presupuesto, con lo qual se escusaràn*

cusaràn las dudas que referis, quæ ſchedul ſumpta videtur *ex l. bona fides, D. de poſſ.* cum aliis, quæ adduxi *ſuprà lib.* 2. *cap.* 24. *ex numer.* 131. Maranta *conſ.* 65. *numer.* 10. & latè Giurba *deciſ. Siciliæ* 541. *numer.* 6 Mandoſ. *in reg.* 1. *Cancel. verb. Iuſtitiam faciant*, Marta *de clauſul.* 1. *part. clauſ.* 64. Sarabia *de adiunct. q.* 33. *num.* 5. vbi, quod excitare iuriſdictionem idem eſt, quod ordinariam concedere Dom. Valençuel. *conſ.* 95. *num.* 26. *& conſ.* 85. ferè per totum, Aloiſ. Riccius, omnino videndus, *deciſ.* 221. Archiep Neap. *part.* 3.

44 Duodecimo, quamuis † cauſæ, quæ Regium patrimonium ac facultates expectant, priuatiue ad Regias Cancellarias agi, & terminari ſoleant in Conſilio ad hoc ſpecialiter deſignato, quod vocatur Rei Dominicæ, ſiue *de Hazienda y Contaduria, vt patet ex l.* 3. *& per tot. tit. lib.* 9. *Recop.* Hocque ipſum in pro-
45 uinciis Indiarum † Proregibus, & Gubernatoribus primo loco iniunctum ſit, vt diſponitur in eorum inſtruct. *ann.* 1595. *cap.* 68. & alibi paſſim. Nihilominus tamen in aliis ſchedulis cauetur, vt ad ſumptus & expenſas extraordinarias ex Regiis arcis faciendas, & alia dubia decidenda, quæ Regium patrimonium concernant, Auditores, & Officiales Regios in Conſilium vocent, quod appellatur, *Acuerdo general de Hazienda*, ibique tractetur, & decidatur, quid fieri oporteat, & an occaſio, quæ ad ſumptus extraordinarios faciendos prætexitur, talis ſit, vt cunctationem, & Regis conſultationem non patiatur. De quo agunt *ſched.* 19. *Nouemb. ann.* 1566. & expreſſius dictam formam ad vnguem conſtituens ordinatio Audientiarum Indiarum *ann.* 1563. Et extat alia nouiſſima *Matr.* 13. *Decemb. ann.* 1617. ad Audientiam Limanam ſcripta, quæ refert aliam Peruano Regi remiſſam, qua exceſſiui ſumptus ex Regia gaza ab eo facti notantur, & reprehenduntur, iubetque, vt Auditores ei obuiam eant, ſi in poſterum idem continuare voluerit.

46 Et ſimiliter † licet Limæ, Mexici, & in Nouo-Regno Granatenſi erecta ſint Tribunalia Calculatorum maiorem, ſiue Rationalium eiuſdem Rei Dominicæ, ipſis tamen adſeſſor ex Regiis Auditoribus nominatur, & ad lites, quæ iuſtitiam concernunt, audiendas, ipſi iidem Auditores ad Rationalium Tribunal vocantur, licet ad votandas, & decidendas in conſeſſu ipſorum Auditorum, vulgò *Acuerdo*, coadunari debeant, vt expreſsè diſponitur per Ordinationes eiuſdem Tribunalis, de quibus infrà *lib.* 5. *cap. fin. tractabimus.*

47 Decimo-tertiò, † in eiſdem Regalibus Indiarum Audientiis, ſi Proregem, vel Gubernatorem, qui eis ſimul præſidet, abeſſe, vel mori contigerit, non ſolum per antiquiorem Auditorem perſona Proregis repræſentatur, quod commune eſt cum aliis Audientiis Hiſpaniæ, verum & apud ipſas Audientias illa quoque omnia transferuntur, quæ generalem prouinciæ gubernationem concernunt, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, & tam in ciuilibus, quam in criminalibus, vel militaribus cauſis, vt apertè diſponitur *in ſchedul. ann.* 1550. 1586. *& aliis nouioribus, quas reperies in d. ſummar. Recop. lib.* 2. *tit.* 14. *l.* 13. *&* 14. quod tamen intelligendum eſt de Audientiis, quarum immediatus Præſes, ſi-

mul totius prouinciæ, in quibus ipſæ re
dent, gubernationem habebant. Nam ſi fo
tè ſub eiuſdem Proregis gubernatione gene
li plures Audientiæ conſtitutæ ſint, licet al
diſtinctos Præſides habeant, vt contin
in Regno Peruano, vbi Proregi ſubſunt A
dientia Limana, cuius & Præſes eſt, & A
dientia Quitenſis, & Argentina, ad qu
etiam ſuam gubernationem extendit, & in a
quibus ad Panamenſem, & Chilenſem. H
omnia, quæ Prorex in dictis Audiantiis fac
bat, exercebat, ac gubernabat, vel face
exercere, aut gubernare poterat, apud Lin
nam dumtaxat Audientiam priuatiuè ad al
remanebunt, vt expreſse deciſum eſt *per ſch*
19. *Martij ann.* 1550. iuncta epiſtola, q
in eius declarationem ſcripta fuit ad Proreg
Peruan. Dom. Comitem del Villar. 19. *Oct*
ann. 1586. quæ reperiuntur in 1. *tom. impr*
1. *tom. impreſſ. pag.* 25. *& ſeqq.*

Et quoniam his non obſtantibus, † vaca
te Peruani Regni gubernatione per obitu
Proregis Dom. Comitis de Monte - Rei, A
gentina, & Quitenſis Cancellaria illam in
vnaquæque pro ſuo diſtrictu, recepit, idq
aliquibus iuris allegationibus defendere
ſus fuit Lic. Petr. Ruiz Bejaranus Argen
nus antiquior Senator, quod par in par
imperium habere non poſſet, & quod conſtit
tis, & diſtinctis dictis Audientiis, quod temp
re dictæ *ſched. ann.* 1550. factum non erat, vn
quæque in ſuo territorio æqualem poteſtat
habere, & exercere debuit, *arg. text. in c*
& temporis 16. *q.*1. *cap.* 1. ne ſed. vacant. *l. v*
ca, C. de Metropol. Beryto *lib.* 11. cum trac
tis à DD. ibid. & à Bart. *in Auth. vt iud. ſi*
quoquo ſuffrag. §. *illud el* 1. *in fine, collation.*
Adhuc prædictæ ſchedulæ exequi, atque o
ſeruari iuſſæ fuerunt per aliam dat. *Pardi* 2
Nouemb. ann. 1608. ad Argentinam & Qu
tenſem Audientiam directæ : & quoniam n
hilominus Argentina in ſua ſententia contum
citer perſiſtebat, in duobus millibus arge
teorum ducatorum mulctata fuit. Quonia
omnis † argumentatio ceſſat in materia i
riſdictionis, vbi conſtat de contraria Prin
pis voluntate, qui eius auctor & fons eſſe d
citur, vt latè per Maſtrill. *de Magiſtr. lib.*
cap. 2. *ex num.* 5. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 4
ex num. 8. & Cancer. 2. *tom. var. cap.* 2. *n.* 106.
307. quæ voluntas magna cum ratione, & ca
ſæ circumſpectione regulata videtur : quonia
Audientia Limana antiquitate, auctoritat
& Auditorum numero alias Peruanas exce
lit, & Proregem pro Præſide, ſeu Capite h
bet, quod in eandem ſuas vires influit, dumu
uit, & moriens, quaſi hæreditario iure tran
mittit. Maximè cum per alias ſched. cautu
reperiatur, etiam poſt aliarum Audientiaru
erectionem, vt † de omnibus cauſis guberna
tionis, in quibus à Proregibus appelletur, ſo
la illa Audientia, in qua ipſi reſident, & præ
ſident, cognoſcat, & adeatur, non vero ali
in quarum diſtrictu res vel perſonæ litigantiu
exiſtunt, quæ ſched. reperiuntur 1. *tom. impre*
pag. 244. *& ſeqq.* & referuntur in alia *Matr.* 1
Febr. ann. 1566. cum eadem Audientia Arge
tina loquente. Vbi etiam alia ratio redditu
quod gubernatio melius per vnum, quam p
plures exercetur. Quia ex hoc multa incor
uenient

nientia nafcuntur. Ideóque ibidem Argen-
na Audientia iubetur, vt fui districtus gu-
ernationem Licent. Castro, electo Præsidi Li-
anæ, relinquat.

Planè vbi non per mortem, † sed per absen-
am, de Gubernatoris defectu supplendo tracta-
ır, attendenda erit doctrina Ioan. Matienz. *in l.*
tit.3. lib.5. Recop. gloss.1. n.2. qui in terminis
ndiarum docet, subrogationem Auditoris anti-
uioris in locum Præsidis, vel Proregis in breui
bsentia practicandam non esse, & cùm eius re-
itus citò speratur, ex traditis à Tiraq. *in l. si vn-*
uam, verb. Susceperit liberos, C. de reuocand.
onat. ex n.145. Quod notandum erit pro his,
uæ de Commendatum prouisione in vacatione,
el absentia Proregis, aut Gubernatoris, qui
ommendandi ius habet, dixi *sup. lib.2. c.4. n.84.*
ed licèt in hoc rectè sentiat Matienz. in eo ta-
nen mihi hallucinari videtur, quod dicto loco
radit: ***Antiquiorem Senatorem Cancellariæ Re-***
ium, officium Gubernatoris, in locum Proregis
bsentis, exercere. Nam re vera hoc per totam
Audientiam administratur, vt disponitur in sched.
up. relatis. Et † antiquior Auditor solùm, quæ ad
fficium Præsidis pertinent, solos exercet, & ob
unc respectum dicitur in quadam *sched. dat. Ler-*
na 11. Sept. ann. 1610. Que quando el Virrei estu-
iere fuera de la Ciudad, tenga silla sin sitial el
Oydor mas antiguo en el lugar que la tiene el Vir-
ei: & nullas alias cæremonias ei permittit, ex il-
is, quæ cum Prorege obseruantur. Quinimò ne-
ue illa de sessione in loco Proregis obseruatur:
Nam Prorex sellam ponit in medio Capellæ ma-
oris; antiquior autem Auditor à latere, & vnam
ineam suo ordine cum reliquis Auditoribus con-
tituit. Omnésque † sellas habent in Ecclesiis, &
liis locis, vbi concurrunt in prouinciis Indiarum,
non verò scamna, vt disponit dict. schedul. ann.
1610. & alia antiquior ann. 1570. quæ extat in 1.
om. impress. pag. 261. Nam licèt in scamnis se-
leant in Regiis Consiliis, & Cancellariis Hispa-
niæ, vt eædem schedul. referunt. In Indiis tamen
semper contrarium obseruatum est, ea fortè ratio-
ne, quòd Decuriones ciuitatum è regione Audien-
iæ in scamnis sedent, & aliqua inter eos, & Au-
litores differentia constitui debuit. Quod dicta-
um schedularum Consultores non animaduerte-
runt, nec pariter, quantum oporteat Indiarum
Auditores honorari, vt infrà trademus. Ob id-
que illæ nunquam executioni mandatæ sunt, ne-
que expedit vt mandentur, sicut neque aliæ no-
5 uissimæ, † quæ omnibus, etiam priuatis homi-
nibus, sellas ad Ecclesias deferre, in eisque sede-
re permittunt. Quod antè iustissimè prohibitum
fuerat per antiquam quandam schedul. quæ ho-
die quoque obseruari debet; neque enim facilè
mutandæ sunt antiquæ consuetudines prouincia-
rum, cùm vnaquæque in suo sensu abundet, & non
loca legibus, sed legis locis accommodari debeant,
vt sæpè retulimus.

Decimoquartò, in Audientiis Hispaniæ Audi-
tores, vt plurimum, solùm litibus audiendis, &
iudicandis intendunt; in † Audientiis verò India-
rum vltra hoc munus multis aliis occupationi-
bus distinentur. Nam eorum vnus vicissim ex ip-
sarum Audientiarum ordinationibus visitationi
prouinciæ intendere debet. De qua visitatio-
ne, & eius forma, & effectibus agunt plurimæ
schedulæ, quæ extant *tom.2. ex pag.125.* Alius
Commissario subdelegato S. Cruciatæ, adsidet,
& æquali suffragio causas ad illud Tribunal spe-
ctantes determinat. Alius, etiam pro turno, de bo-
nis defunctorum, maximè intestatorum, vel qui in
Hispania hæredes, aut legatarios, vel pia opera
facienda relinquunt, colligendis, & in Hispaniam
remittendis causisque, quæ nuper illis excitantur,
in prima instantia audiendis, & terminandis co-
gnoscit, vt *infrà cap.7.* latiùs exponam. Alius quo-
tannis Regiam Classem ex Panamensi portu ad
Limanum redeuntem ex Regiis commissionibus
visitat. Alius executoriis supremi Indiarum Con-
silij implendis, & pœnis, ac condemnationibus
exigendis, & ad Receptorem generalem eiusdem
Consilij transmittendis, operam nauat. Alius de
nouis Regiis quæstubus, siue reditibus curat, qui
ex mensata, & dimidia (quam vocant) annata col-
liguntur. Alius Auditor Proregis pro causis milita-
ribus, & interdum generalis eius adsessor existit, li-
cèt hoc vltimum nouissimè prohibeatur per sche-
dul. an. 1618. ex rationibus, quæ in ea referuntur;
& ne impeditus reperiatur, vbi de decretis Prore-
gis ad Regalem Cancellariam appellatio defertur.
Alius (vt suprà tetigi) Tribunali calculatorum, siue
rationalium adsidet, & etiam Consulatui mercato-
rum, pro cognoscendis appellationibus eiusdem
Tribunalis, quas ibidem *Alçadas* appellant. Alius
inquirit de commissis mercium, quæ ex Sina, Phi-
lippinis, & Noua-Hispania clanculum aduehun-
tur, & vulgò vocantur *de Contrauando.* De qui-
bus omnibus, & aliis variis, & extraordinariis
cognitionibus, quæ eisdem committi solent,
agunt innumeræ propè schedulæ diuersis tem-
poribus expeditæ, quas longum esset hîc re-
censere.

Et aliquæ illarum pro his occupationibus Au-
ditoribus † moderatum salarium constituunt, vltra 56
illud, quod sui muneris ratione reportant: aliæ
verò illo tantùm contentos esse iubent, & neque
tertiam partem ex condemnationibus commisso-
rum, quas faciunt, sibi applicari permittunt, præ-
cipuè illæ de iudicibus mercium Sinarum loquen-
tes, 26. *April. ann.* 1608. & 22. *Aug. ann.* 1620.
quæ vel oblitæ, vel reuocatoriæ aliarum, quibus
hæc tertia pars dictis iudicibus concedebatur, iu-
bent, vt deinceps eam non ferant, ea ratione
reddita: *Porque teniendo, como tienen, salario*
mio por razon de sus plaças, y oficios, no era justo
seles permitiesse lleuar las dichas tercias partes.
Quæ ratio sumpta videtur *ex decis. text. in l.15.*
tit.6. lib.2. & l.11. tit.11. lib.4. Recop. Et traditis
à Bobad. *lib.2. Polit. c.21. n.35. & lib.5. c.1. n.*
243. Rodrig. *in tract. de execut. c.7. n.10.* Et Cu-
ria Philipp. *2. par. §.23. n.8.* Et magis in terminis
ex ordinat. earundem Audient. *Indic. ann.* 1563. *c.*
17. quæ similes applicationes Auditoribus, & Quæ-
storibus criminum sub pœna quadrupli denegant.
Quamvis Ego, salua tanti Senatus reuerentia, has
leges, & auctoritates in iis casibus, & causis intelli-
gendas, & obseruandas esse censerem; quæ ex obli-
gatione suscepti muneris dictis Ministris incum-
bunt, eiusque propriè, & vt ita dicam, naturales esse
videntur. At verò vbi munus, vel onus, quod Audi-
tori superadditur, officio non cohæret, sed ex pecu-
liari commissione, aut delegatione procedit, siue ea
perpetua sit, siue temporalis, nulla lex, aut ratio re-
perietur, quæ vetet partem pœnarum, aut alia emo-
lumenta eisdem commissionibus annexa perci-
pere. Nec salarij perceptio id excludit, quod
ob ministerium omninò separatum conceditur,
& aucto labore, semper augeri solet, & debet,

vt optimè, & multum in nostris terminis obseruat idem Bobad. omninò videndus, *lib.4.c.5.n.54.* Et nouissimè, agens de pœna tripli, quæ Regiis rei dominicæ Senatoribus applicatur *ex l.18. tit.5. lib.9. Recop.* dissertiss. & suprà ætatem eruditus D. Ant. Cabrer. *in tract. de tripl. seu eorum pœ-*
58 *na, prælud.3. per tot.* Maximè † si aliorum sententiam sequamur, qui etiam in delegato, ob ipsam delegationem, specialiter salariato, affirmant, posse præter salarium recipere easdem sportulas, quas accipit ordinarius, vt per gloss. verb. *Pedaneis, in Auth. de iudicib. §. ne autem,* & ibi Bart. *num.1. & 2.* Matienz. *in dial. Relat. 3. par. cap.24. n.6.* Ioan. Garc. *de expens. cap.21.n. 10. in fin. cum seqq.* Et de parte pœnarum expressè loquens Villadieg. *in Polit. cap.5.§.32.* Quos om-
59 nes nouissimè † refert & sequitur D. Thom. Carleual. in suis præclaris disput. de iudiciis, *disp.4. per totam.* Vbi hanc quæstionem doctè, & diligenter pertractat, & leges Regias in contrarium allegatas, veris, & germanis interpretationibus donat. Et, quod magis est, contrariam determinationem dictarum schedularum sub verborum inuolucro pūgit. Erat enim Relator Consilij Indiarum eo tempore, quo latæ fuerunt, & causam meam, quæ illis occasionem præstitit, dilucidè iudicibus exposuit, quos tamen ait, Præsidis qui tunc Senatum regebat sententiam sequutos, qui nimis præcipitanter, seu festinanter suum iudicium aperuit.

Atque hæc planè sunt, quæ sese mihi de specialibus Audientiarum Indiarum dicenda obtulerunt, quibus facilè alij alia adiicere poterunt. Sed
60 in eo tamen Cancellariis Hispaniæ cedunt, † quòd de causis nobilitatis, vulgò *de Hidalguia*, cognoscere nequeunt. Sed seruatis Executoriis, quas nobiles præsentauerint, lites, si quas aliqui super hoc iure mouere velint, ad dictas Cancellarias remittere debent. Quod primò cautum fuit per epist. Reg. ad Mexicanam Audientiam scriptam 28. *Octob. ann.1548.* Et posteà in earundem Audientiarum ordin. *an.1563.* expressiùs deciditur, vt habetur *2.tom.pag.11.* vbi subnectitur notabi-
61 lis illa sched. dat. Tolet. 26. *Iulij ann.1529.* † quæ socios insignis illius Ducis March. D. Franc. Pizarro, qui in detectione maris del Sur, & Regni Peruani, tot cum eo labores pertulerunt, & præcipuè eos, qui in Gorgona manserunt, si plebei essent, nobiles facit; & si nobiles, in armatos Equites promouet. Quorum nomina, vt magis posteritati commendentur, si fortè meus hic liber, qualiscunque sit, genium diuturnitatis habuerit, hæc erant: *Bartolome Ruiz Piloto, Christoual de Peralta, Pedro de Candia, Domingo de Soraluzo, Nicolas de Ribera, Francisco de Cuellar. Alonso de Molina, Pedro Alcon, Garcia de Xare, Anton de Carrion, Alonso Briceño, Martin de Paz, y Iuan de la Torre.* Et in alia
62 sched. ann.1543. eod. tom. pag.12. declaratur, † qui fuerint, & censendi sint primi prouinciarum Nouæ Hispaniæ Conquisitores.

Est tamen aduertendum, quòd quamvis dictæ Audientiæ Indiarum de causis nobilitatis cognos-
63 cere principaliter nequeant, † incidenter tamen ad effectum relaxandi aliquem à carceribus, in quibus pro debitis ciuilibus detinetur, benè possunt de illius nobilitate probationes recipere, & illis attentis super relaxatione pronuntiare. Et idem erit dicendum vbi quis se nobilem esse allegat, ne quæstioni tormenti pro aliquo delicto subdatur, vt expressè disponitur *in sched. d. Tolet. 18. April. ann.1539. d. 2.tom. pag.12.* v[...] inseritur, & ad litteram in Indiis obseruari iub[...]tur *l.4. & 5. tit.2. lib.6. Recop.* Quæ tam[en] declarationes solùm ad hunc effectum proficien[t] neque causæ principali nobilitatis aliquod pr[æ]iudicium generabunt, vel pro actibus positiu[is] nobilitatis allegari poterunt, vt nouissimè di[s]ponitur in l.33. §.11. lib.2. tit.11. Recop. [§.] 11. ibi: *Quando se deduxere la hidalguia por incidencia para salir vno de la carcel, ò à otros fines semejantes, declaramos, que la probança, y autos que sobre ella hizieren, no se puedan presentar, ni alegar, ni tener por acto positiuo para la hidalguia en lo principal.*

Quapropter † ad has causas minorem nobilitatis probationem, siue informationem sufficere meritò docuit Azeued. *in l.19. tit.21. libr.4. Recop. n.68. & 69.* Molina *de iust. & iur. to.[...] disp.571. n.10.* Parlad. *2. quotid. cap. fin. 5. par. §.6. n.10.* Et alij, quos refert & sequitur Bobad. *lib.4. Polit. cap.15. n.2.* Narbona *in d.l.33. gloss. 12. num.2.*

Eandémque cognitionem habebunt dictæ Regales Audientiæ Indiarum, † vbi aliquis tanquam nobilis, sibi in Auditorio iudicum, sedem nobilibus dari consuetam, assignari postulat, ad quod probationem nobilitatis, hoc est, *de Hidalguia* sufficere docet Otalora *de nobilit. 5. par. princ. cap. vlt. n.15.* qui ait, ita sæpè obtinuisse. Quamvis Ego id nunquam admittere voluerim, nisi simul cum hac nobilitate, personæ qualitas & honestas officiíque, ac ministerij, in quo exercetur, dignitas simul concurreret. Sunt enim multi, qui in his Indiarum partibus, etsi nobiles sint, nobilium habitu non incedunt, & quæstui dediti, minus honestis negotiationibus, siue occupationibus applicantur. Et quodammodò honos eiusmodi sedis vilescet, & decolorabitur, si multis passim, & sine delectu communicetur, vt aliàs dixit text. *in cap.1. de priuil.* Et magis in terminis *in l.2. C. si seruus, aut libert. ad Decurion. aspir.* vbi Curiæ dignitas maculari dicitur, si indignis conferatur, & de eadem hac ipsa præeminentia subselliorum in supremis Tribunalibus agens text. & DD. *in l. vlt. C. vbi Senat. l.2. & fin. C. de off. diuers. iud.* Otalor. *d. cap. vlt.* Tiraq. *de nobil. c.20. ex num.51.* Et alij relati à Mastrill. *de Magistr. lib.4. cap.3. numer.34. & seqq.* Cassan. *in Catal. glor. mund. consid.11. Schrad. cons.3. num.197.* Et Ego *sup. lib. 3. cap. vlt. num.16.*

Denique pro huius Capitis coronide notabis, † quòd in Mexicana Cancellaria non sunt distinctæ iudicum aulæ, sed Prorex tanquam Præses eas disponit, & quotidie iudices selegit, qui ad lites, quas ipse designat, videndas, & expediendas diuidantur; provt fit in supremo Indiarum Senatu, & exprimit ordinatio ipsius Audientiæ Mexicanæ, & *sched. Matr. 7. Ian. ann.1593.* quæ habetur *d. 2. to. pag.15.* & disponit: *Que aun quando el Virrei se quedare en su aposento, y no fuere à la sala, pueda señalar à los Oidores los pleitos que han de ver, y repartir las salas, como esto lo haga antes que la Audiencia se siente en los estrados, porque despues de sentados, lo ha de proueer, y ordenar el mas antiguo.* Quod tamen in Limana Audientia secus se habet. Nam postquàm in ea octo Auditores ad instantiam D. Proregis Marchionis de Cañete *ann.1592.* creati fuerunt, ipse eos per aulas diuisit, & vnicuique earum

rum proprium Præsidem ex duobus antiquiori-
bus designauit, & proprium item Secretarium, ad
imitationem Pintianæ Cancellariæ, & de hoc
Regem certiorem fecit, & eius approbationem
habuit in *epist. ann.*1593. Vnde me in eadem Au-
dientia Limana sedente, valdè semel & iterum
dubitari contigit, † an Protex posset, vbi sibi
oportere visum esset, has duas iudicium aulas, ita
iam distinctas, ad alicuius negotij decisionem
coadunare. Et planè, pluribus omissis, quæ ali-
bi latiùs adducam, negatiua sententia satis defen-
di potest ex ponderatione legum 3. 18. 23. 33. &
6 48. *tit.*5. *lib.*2. *Recop.* quæ † de Cancellariis Hi-
spaniæ loquentes, nullatenus patiuntur, vt aulæ
mutentur, vel commisceantur, sed vnaquæque
negotia ad se pertinentia diiudicet. Quod & magis
stringit *l.*6. & 8. *tit.*4. *lib.*4. *eiusd. Recop.* quæ
prohibent, facilè Regias prouisiones expediri, vt
lites in eisdem Cancellariis pendentes, auocentur,
vel euocentur, vel vt omnes earundem Audito-
res eis determinandis intersint, vnde quod Rex
sibi præsumere noluit, non est temerè à Proregi-
6 bus vsurpandum, † quorũ potestas ad formã iuris-
dictionis mutandum, & reseruata soli Principi,
concedenda, nunquam extenditur, *l. formam, C.
de off. Præf. Præt.* Decius *cons.*403. *n.*3. & 4.
*vol.*2. *Osasc. decis.*101. *ex n.*3. Peregrin. *de iure
fisci lib.*5. *tit.*2. *ex n.*4. Quibus accedit, quòd
etsi eadem sit, siue æqualis omnium Auditorum
7 potestas, & iurisdictio, † vbi tamen ex facto &
voluntate Principis actus, siue vsus ipsius iurisdi-
ctionis ob commodius eius exercitium in duas,
vel plures aulas diuisum, seu distributum fuit, vna-
quæque ex illis separatam cognitionem habet,
*arg. l. quod in rerum, §. fin. D. de leg.*1. *l. ædes, D. de
leg.*3. Et nullitatem inducet, si alij iudices se in
aliorum causis immisceant, quia vnaquæque aula
veluti diuersum territorium ab alia constituit, vt
dici solet in iurisdictione diuisa per portas, vel quar-
tela ciuitatis, *l. si vt proponis, C. quom. & quando iu-
dex, cap. cùm contingat, de foro comp. l.*1. vbi Bald.
*l.*1. *D. de off. Consul. cap. prudentiam*, §.1. vbi latè
Felin. *n.*4 *de off deleg.* idem Bald. *in l. fin. D. de Se-
nator. & in l. fin.* vbi Bart. & DD. *D. de iurisd. omn.
iud.* cum traditis à Bertach. *de gabel.* 1. *p.* §.19. *n.*
18. Et Parlad. *differ.*9. § 3. *num.*6.

Quibus fundamentis, & aliis, mihi hæc opinio
satis probabilis visa fuit, quamvis contraria obti-
7 nuerit, † Proregibus auctoritatem imperij sui in-
genio & potestate sua augentibus, & frustrà Re-
giæ Maiestatis repræsentationem sibi datam esse
dicentibus, si vbi oportere visum fuisset, hanc Au-
ditorum vnionem facere non possent. In qua ipsis
nihil detrahitur, & partibus consulitur, quarum
iustitia in arduis negotiis per plures iudices me-
liùs, & perfectiùs administratur, vt sup. hoc cap. te-
tigi *num.* 10.

7 Et prætereà allegabant † aularum diuisionem,
iurisdictionem Auditorum non mutasse, sed com-
modioris exercitij gratia separasse, vtrámque au-
tem vnum Senatum, vnúmque Auditorium in-
solidum repræsentare, vt in fundo diuiso gratia
commodioris culturæ, inquit text. *in l. Caius,
§. Titius, D. de leg.*2. Et in ciuitate similiter
per regiones diuisa, *l.*2. §. *eodem tempore, D. de
orig. iur.* Et in nostris terminis de Consilio Ita-
liæ, quod à Consilio Aragoniæ fuit separatum
propter meliorem negotiorum expeditionem, &
tamen eadem iura, & priuilegia conseruat, plu-
ribus adductis Dom. Præses Valençuela, omni-

nò videndus, *cons.*94. *n.*24. & *seqq. vol.*1. Et ad-
huc † magis in terminis Vinc. de Franc. *decis.* 73
*Neap.*252. *n.*7. *par.*2. vbi de Proregibus Neapo-
litanis loquens, hanc diuersarum aularum com-
mixtionem, siue coadunationem eis permitti, &
frequentem esse ostendit, licèt non satis aperiat,
vtrum eo in Regno ita fixæ, & diuersæ sint dictæ
aulæ, vt in nostro casu supponimus, & solùm
addit tali † coadunatione facta, etiam incidentia 74
tanquam accessoria ad causam, per easdem aulas
simul iunctas tractari debere, ex dictis per Bart.
*in l. solent, n.*16. *D. de alim. & cibar. leg.* Frec-
cia *de subfeud. limit.*12. *n.*36. *fol.*113. Alciat. *in
l. si quis in conscribendo, C. de pact.* Et eund.
Franch. *decis.*408. Vtrùm autem hæc coaduna-
tio semel facta continuari debeat in aliis instantiis
prædictus Auctor non aperit. Sed mihi videtur,
quòd si aliud ex verbis, aut mente iubentis non
constet, in dubio pro prima tantùm instantia in-
telligenda sit; ex traditis à Gramm. *cons.*10. *n.*
16. *in ciuilib. person. cons.*49. *n.*3. Et Alu. Va-
lasc. omninò videndo, *consul.*5. *n.*2. & 21. *par.*1.
Quod meminisse iuuabit ad intelligentiam, &
praxim legum totius *tit.*19. & 20. *libr.*4. *Re-
cop.*

Inter Audientias † verò distinctas, & se- 75
paratas, nulla coadunatio fieri potest, nec
vna in alterius districtu aliquid statuere, vel
litteris prouisionalibus vti, aut per verba
præceptiua, imperatiua, vel inhibitiua. Qua
de re vide grauem querelam Argentinæ Cancel-
lariæ contra Limanam, de qua agit sched. 30.
*Mart. ann.*1609. quæ tamen nihil decidit, sed
benè id præstitit Rebuff. *ad leg. Gallic. tit. de
rescript. in præfat. num.*25. inquiens, vnam-
quamque sua prouincia, & iurisdictione con-
tentam esse debere, & cùm sint pares, alteram
alteri iubere non posse, neque eius facta rescin-
dere. Quod etiam pluribus illustrat And. Kni-
chen *in tract. de iure territor. cap.*3. & 4. Nisi
fortè in aliqua earum pro aliquo respectu alteri
superior reperiatur, vt in Limana contingere di-
xi, tempore vacantis gubernationis, quia tunc
diuersificata superioritas in eodem loco, situ, vel
subiecto, vnaquæque pro re nata peculiariter
exerceri potest, vt bene obseruat Knichen *d. cap.*
4. *num.*10. & 11.

CAPVT IV.

*De Ministris earundem Cancellaria-
rum, in communi; & de specialibus;
quæ in illis considerari possunt, & de-
bent, præ aliis, qui in Hispania eisdem
inseruiunt.*

SVMMARIVM.

1 *Auditores, & cæteri Ministri Audientiarum Indiarum lectissimi esse debent & quare?* num.3.
2 *Magistratus quot dotes habere debeant, remissiuè.*
4 *Auditores Indiarum eligi debent non probandi, sed probati.*

5 *Officia bonos faciliùs recipiunt, quàm faciunt, ex D. Bernard.*

6 *Magistratus plurimi, acribus initiis, in curioso tamen fine se habent, ex Tacito.*

7 *Magistratus improbi, & petulantes magnum malum Reip. inferunt, & quare.*

8 *Senatores ex causarum Patronis, & in foro versatis, non ex tyrunculis, & inexpertis eligi debent, & quare? ex Ioann. Brantio.*

9 *Iudices esse plurimos, & iustitiam paucam queritur Simancas, & quare.*

10 *Officium officialium iustitiæ, quod, aut quale hodie esse dicat Petr. Blesens.*

11 *Collegialibus maioribus, & Cathedrariis Vniuersitatum fori minus expertis Magistratus decerni solent, & plures ex illis breui tempore in maximos Senatores euadunt.*

12 *Auditores omnes, & præcipuè Indiarum, virtute & meritis, non ambitione, aut officiorum nundinatione eligi debent.*

13 *Officiorum ambitio, & venalitas semper Reip. lethalis fuit.*

14 *Officia qui emit, vendit, & à prouincialibus pretium pro eis expensum cum fœnore extorquet.*

15 *Magistratum licitis modis, ac med iis ambire non est valdè improbandum.*

16 *Ingenia summa sine fautore, aut commendatore in occulto latent, ex sententia Plin. & aliis.*

Eximia gloria sæpiùs fortunæ, quàm virtutis est beneficium, ibid.

17 *Magistratibus omni iure omnis auaritia, rapacitas, & munerum, imò & mutui receptio est interdicta, & de ea fugienda iurant, & plures Auctores, qui de hoc latè agunt.*

18 *Munerum omnigena receptio in Auditoribus, aliisque iustitiæ Ministris nullæ leges magis strictè prohibuerunt, quàm Hispaniæ, & præsertim Indicæ, quæ referuntur.*

19 *Iudices non accipere munera, vbi sunt, qui multa dare contendant, magnum præconium, ex Cassiod.*

20 *Pecunia amori vilis est omnis affectio, & auaritia iustitiam penitus exulare facit, ex D. Leone.*

21 *Auditores Indiarum probè suo ministerio fungentes, multum honorandi sunt, tum à Rege tum à subditis, & quare.*

22 *Auditores, & Fiscales Audientiarum Indiarum togas talares inducere iussi sunt, & quare.*

23 *Toga talaris qua Auditores, & Senatores induuntur, quid significet, & qualiter insulis, vel laticlauiis Romanorum respondeat.*

24 *Magistratus, qualiter possint procedere contra eos qui honorem, & reuerentiam muneri suo debitam non præstant? & an contra clericos, & an iniuria ipsis illata, sit crimen Maiestatis.*

25 *Magistratibus obuiantes de equis desilere, & eos comitari antiquissimum est, ex Apuleio, & aliis.*

26 *Magistratus sunt veluti Principes prouinciarum, quas regunt, & etiam in absentia debent vocari* Seniores.

27 *Auditores Indiarum modesti esse debent, non elati, aut inflati, & quid præ oculis habere eos semper oporteat, ex Cicer. & Cassiod.*

28 *Auditoribus Indiarum vt continentiores in officio sint, de congruo salario prouisum est.*

29 *Salaria Auditorum, & plures quæstiones de illis, proponuntur, & deciduntur in schedul. Indiarum, quæ citantur.*

30 *Salarium olim concedi solebat Auditoribus, & aliis Magistratibus Indiarum ex die, quo ex Hispania soluebant, & qualiter postea solùm sex menses pro toto itinere, & nauigatione assignati sint.*

31 *Salarium sex mensium pro nauigatione dari consuetum Ministris Indiarum, an, & quando ex iusta causa prorogari possit.*

32 *Nauigare, aut iter facere si quis iubeatur, debet intelligi de tempore opportuno, securo, & consueto.*

33 *Salarium integrum debet habere Minister infirmus pro tempore quo ægrotat.*

34 *Salarium, an, & quando integrè percipiat Minister, qui in anni initio decedit, & aliæ quæstiones de salariis, remissiuè.*

35 *Salarium pro decem illis diebus sublatis in Kalendario reformato à Greg. XIII. adimi iussit Ministris Indiarum quædam Regia sched. quæ refertur.*

36 *Auditores duo si certent super antiquitate, quorum vnus in data sui tituli, alter in adeptione possessionis prior est, quis cui præferri debeat.*

37 *Titulum originalem, seu officij, vel transumptum authenticum, qui non præsentauerit, ad illud recipi non debet.*

38 *Gratia prælaturæ licèt præficiatur ex solo verbo Fiat à Papa prolato, non tamen debet recipi Prælatus, litteris non expeditis, & præsentatis.*

39 *Auditores, & Audientiæ Indiarum, & Cancellariæ Hispanæ non delegatam, sed ordinariam iurisdictionem habent, & exercent.*

40 *Iurisdictionis defectus est insanabilis, & ideò eius fundamentum solidum valdè esse debet.*

41 *Mandatum non potest probari testibus, sed requiritur instrumentalis eius exhibitio.*

42 *Clerici ad Senatus & Cancellarias Hispaniæ admitti solent, in Indiis nunquam, vel raro, & quare.*

43 *Enuntiatiuè quod in aliqua lege profertur, ius constitutum, & obseruari solitum non subuertit.*

44 *Clericos fungi officio Senatorum, vel Auditorum, an licitum, vel expediens sit, & iura, & Auctores, qui de hoc agunt.*

45 *Fori, & litium frequentatio etiam in bonis hominibus malitiam, & alia damna producit,*

46 *Curia deriuari dicitur à cruore, in quodam Concilio Romano.*

47 *Auditores & Senatores Ecclesiastici, an pro commissis in officio, à seculari potestate puniri possint, anceps quæstio est.*

48 *Auditores*

8 *Auditores & Fiscales Indiarum eligi non debent ad Audientiam eius vrbis, vel prouinciæ, ex qua orti, vel oriundi sunt, & quare.*

L. vlt. C. de crim. sacrileg. l. 11. tit. 18. par. 1. & *aliæ plures, quæ officia in propria patria exerceri prohibent, expenduntur, & illustrantur, ibidem.*

9 *Magistratum licèt quis non debeat gerere in propria patria, vel prouincia, benè tamen admittitur ad aliam eiusdem Regni.*

0 *Officia dari debent Regnicolis non exteris, & alienigenis, quorum gubernatio periculosa est, & quando secus, & Auctores? qui de hoc disputant.*

1 *Recusari an possit Auditor Indiarum ex eo, quòd sit Compatriota alicuius ex litigantibus.*

2 *Auditores Indiarum an magis expediat ad tempus, quàm in perpetuum creari sæpè dubitatum est, & quid tandem decisum fuerit.*

3 *Officium concedi in perpetuum, vel ad voluntatem Principis idem importat.*

4 *Præsides Audientiarum Indiarum qui togati non sunt, per octo tantùm annos in officio durare debent.*

5 *Auditores Indiarum de quibus sinistra opinio fuerit, debent visitari, vel ad alias Audientias transferri.*

6 *Magistratus an expediat esse temporales, vel perpetuos, qualiter, & à quibus disputetur, & resoluatur.*

7 *Magistratus, & eorum filij intra prouinciam, quam regunt, matrimonia contrahere prohibentur. Et quare? & Auctores qui de hoc agunt.*

L. si quis officium 38. D. de rit. nupt. l. vnic. C. si Rect. prouinc. l. 2. tit. 14. par. 4. & *aliæ, quæ vetant Magistratus intra prouinciam nubere, expenduntur, & illustrantur, ibid.*

8 *Leges ciuiles, quæ matrimonia Magistratuum intra prouinciam sub pœnis interdicunt, an iuri Canonico aduersentur.*

9 *Matrimonia subditorum possunt Principes seculares ex iustis causis impedire, sed non cogere.*

0 *Auditoribus, Præsidibus, & aliis Ministris Audientiarum Indiarũ magis strictè, quàm aliis, non solùm contractus, verùm & tractatus matrimonij intra prouinciam prohibitus est, ex legibus Indiarum, quarum plures referuntur, & expenduntur.*

1 *Salarium & officium ipso iure amittunt Auditores Indiarum, qui interdicta matrimonia pro se, vel liberis contrahunt, & sched. de hoc agentes.*

2 *Matrimonij Auditorum Indiarum intra prouinciam prohibitio, an, & quando dispensari possit, ex sententia Matienzi.*

3 *Magistratus perpetui in Gallia etiam intra prouinciam, vbi officia gerunt, vxores ducere permittuntur, & quare.*

4 *Matrimonij Auditorum Indiarum, & filiorum ipsorum prohibitio strictè, & in casibus tantùm, de quibus schedulæ loquuntur, practicanda est, & de actuale domicilium ibidem habente.*

65 *Vxorem ducere intra prouinciam qui prohibitus est, potest ex ea sumere concubinam,*

L. vlt. D. de concubin. *expenditur, & illustratur, ibidem.*

66 *Magistratus durante officio, quando, & quomodo pro ciuilibus, & criminalibus causis conueniri possint.*

67 *Auditores, & alij Magistratus perpetui durante officio, ciuiliter, & criminaliter conueniri possunt, & quare, & qualiter.*

68 L. 15. tit. 1. par. 7. l. 2. & 3. tit. 24. par. 4. l. 19. tit. 5. lib. 2. & l. 10. tit. 3. lib. 4. Recop. *explicantur.*

69 *Auditorum causæ actiuè, & passiuè quando habeant casum Curiæ.*

70 *Auditores Indiarum pro causis criminalibus, quando & quomodo à Proregibus, vel Præsidibus, simul cum Alcaldis ordinariis, iudicari, & puniri possint? pro commissis in officio, vel extra officium, & sched. de hoc agentes.*

71 *Proregi cognoscenti de causis Auditorum Limæ associantur iudices, siue Alcaldes ordinarij Mexici verò solus procedit, & an hoc honestius, & conuenientius sit.*

72 *Iudex subditus alterius de eius causis, præsertim criminalibus, vt cognoscat minus decens, & expediens videtur.*

73 *Proreges, vel Præsides non debent facilè aduersus Auditores procedere, nec eos suspendere, aut incarcerare, & schedul. de hoc agentes.*

74 *Auditorum causæ criminales graues, olim ad Regium Senatum deferri iubebantur simul cum ipsis reis, vt ibi terminarentur.*

75 *Decurionum in causis criminalibus quomodo se de i e Romano habere Præsides prouinciarum deberent.*

76 *Auditorum in causis criminalibus procedendi noua forma data est in nouiss. schedul. 5. Sept. ann. 1620. quæ refertur, & explicatur.*

77 *Proreges Siculi & Neapolitani, qualiter procedant contra Auditores & Senatores illorum Regnorum.*

78 *Auditorum in causis criminalibus pro commissis in officio, vel extra officium, qualiter Auctor esse procedendum censeat.*

79 *Princeps solus remouet officialem, quem ipse posuit, & probauit.*

80 *Prorex data graui, & scandalosa causa, benè potest procedere ad suspendendum Auditorem, etiam inconsulto Principe.*

81 L. si quis 3. C. de off. Præf. Orient. & *aliæ similes, expenduntur, & illustrantur.*

82 *Officialis de deprædatione conuictus ab ordinario puniri potest.*

83 *Iudex qui subornationem admittit, dicitur sacrilegus, proditor, & reus Maiestatis.*

84 *Leges si quæ iubent, ne personæ constitutæ in dignitate inconsulto Principe puniantur, qualiter practicentur.*

85 *Proreges per suas instructiones debent vigilare super integritate Auditorum, quibus præsident, & sunt iudices eorum, qui interdicta matrimonia contrahunt, vel contrahere tentant.*

86 *Prorex, vel Præses est merus executor pœnarum, quæ Auditorib. interdicta ma-*

trimonia contrahentibus, imposita sunt, vbi talis contractus est notorius, & quid facere debeat, si de eo sufficienter non constet.

87 *Sententia declaratoria an sit necessaria contra Auditorem interdictum matrimonium celebrantem, ad hoc vt pœnam legalem incurrat.*

88 *Appellatio à sententia Proregis lata contra Auditorem reum interdicti matrimonij, quem effectum habeat & quòd ad Regium tantùm Consilium non ad Cancellarias Indiarum deferri debet.*

89 *Auditores in causis sociorum, ac collegarum suorum iudices esse non oportet, & quare.*

90 *Auditores Indiarum qualiter se habere debeant in litibus audiendis, & decidendis, & de silentio, secreto., breuitate, comitate, & aliis boni Auditoris requisitis, remissiuè.*

91 *Dom. Comes de la Roca apud sereniss. Remp. Venet. Legatus ordinarius, citatur, & laudatur.*

CVm ergo tot sint, ac tanta, quæ Regales
1 Audientiæ Indiarum expediunt, † consequens est, summoperè curari oportere, vt Auditores, Quæstores criminum, Fisci Patroni, & reliqui Ministri, qui ad eas deliguntur, & delegantur, non solùm dotem sapientiæ, prudentiæ, & cæterarum virtutum habeant, quæ in aliis Magi-
2 stratibus communiter requiruntur, † de quibus per Iustin. in Auth. vt iud. sine quoquo suffrag. § *eos*, & §. ideóque, *l.3. tit 4 par.3.* cum traditis à Matienz. *in dialog. Relat. 3.par. cap.6 cum seq.* Iunio *quæst. polit.16.& seqq. & q.83* Bobad. *lib.1. Polit. cap.3.* Mastrill. *de Magistr. lib.2. cap. 1. & seqq.* Borrell. *eod. tract. lib.1. cap.5.* Et Ioan. Brant. *de Senat. lib.1. cap.4.* Verùm vt, quàm maximè fieri possit, in illis excellant, atque adeò ex melioribus, & probatioribus eligantur, & ad hæc munia subeunda, si opus sit, præmiis, & spe reditus in Hispaniam inuitentur, & alliciantur, vt rectè monet Acosta *lib.3. de procur. Ind. salut. cap.4.* eorum sententiam meritò damnans, qui quales quales Ministros ad Indiarum prouinciam capessendam sufficere putant.

3 Nam certè, cùm ibi cautiùs agendum sit, vbi maius periculum vertitur, satis apparet, lectissimos, ac probatissimos viros in Indias mitti oportere, vbi tot eos, & tam grauia negotia manent, & si quid per malitiam, vel per ignorantiam errauerint, serum remedium expectat. Neque
4 placet; † quod quidam dicunt, in ipsis negotiis eorum sufficientiam detegi, & informari, quoniam, eleganter inquit D. Bernard. *lib.4. de consid. ad Eugen. cap.5. In Monasteria admitti*
5 *posse homines spe proficiendi, † officia verò bonos faciliùs recipere, quàm facere, & hac propter ad ea viros probatos oportere deligi, non probandos*; quod etiam expressè monuit Iustin. in d. §. eos.

6 Maximè † cùm sint multi, qui vel valdè experti, & probati, acribus initiis, incurioso tamen fine se in his muneribus, & præsertim in Indiarum partibus habeant, vt aliàs inquit Tacit. *lib.4. annal.* Et post eum Brantius *d. tract.*
7 *de Senat. lib.2. cap.24.* Quod vbi accidit, & † improbi, petulantes, aut ignorantes Magistratus Reip. præficiuntur, nullum maius malum ei contingere potest, vt inquit Iamblic. apud Stob. *serm.44* Cicer. *orat.4. in Veterem*, qui rationem reddit, quòd omnes omnium facultates positæ sunt in potestate iudicantium, nemóque quicquã se obtinere dicere poterit, cùm ad iudicandum datur iudex nequam, & leuis: & plura de damnis improborum, vel ignorantium Senatorum, tradens Pineda *in Eccles. pag.1015* Bobad. *in Polit. lib.1. cap.6. & 7.* Matienz. *d. dialog. Relat. 3. par. cap.7. Curia Philipp. 1 par. §.2.* Melch. Iunius *quæst. polit. 18. & 82.* Et plures sched. Regiæ, 2 *tom. impress. pag.9. & 10.* quæ hùc respicientes ætatem, scientiam, gradus litterarios, & probitatem eligendorum omnino desiderant, & Ioan. Brant. *sup. lib.1. cap.28.* vbi concludit, † ex causarum Patronis, & hominibus in foro versatis Senatores eligendos esse, non ex tyrunculis, & inexpertis: quia sicut bonus miles non est, qui nunquam in acie stetit, nunquam castra vidit, nunquam tubarum sonitum, nisi in spectaculis audiuit: sic neque Iuris-Consul. neque causarum Patronus dici potest, qui nunquam egit causam, nunquã forum, nunquam vllum iudicium adspexit, nunquam vel minimam vllius publici muneris partẽ attigit. Subactóque ingenio opus esse, vt agro non semel arato, sed nouato, & iterato, quò meliores fructus, & grandiores possit edere. Subactionem autem esse vsum, auditionem, lectionem, & litteras.

Quæ quidem, quia fortè minus attentè in electione nostrorum Magistratuum, & præsertim Indicorum considerantur, meritò dolêre, & exclamare potuit Episcop. Septimacens. *lib.2. de Repub. cap.12. num.18* relatus à Bobad. *lib.2. cap.1. num.12.* † tot iudices, tot tribunalia vbíque à Piissimis nostris Regibus erecta reperiri, & adhuc minorem curam iustitiæ, & Reip. esse. Et Petr. Blesens. quem refert Laurent. Beyerlinch. *in theatr. vitæ human. verb. Iudex*, † *Officium officialium esse hodie iura confundere, lites suscitare, transactiones rescindere, dilationes innectere, supprimere veritatem, fouere mendacium, quæstum sequi; æquitatem vendere, inhiare actionibus, versutias concinnare, &c.* Quod sine præiudicio bonorum Magistratuum (quos plures esse scio) accipi velim, & multorum nobilium, & litteratorum virorum, † qui ex Collegiis, & Cathedris, etiam non valdè rerum forensium experti, ad hæc munera promouentur, & breui tempore magnum ingenij sui specimen præbent, & in eximios Senatores euadunt, ita vt illa eis veluti de iure debere praxis recipiat & grauiter tradat Mag. Marq. *in Gubern. Christ. lib. 1. cap.4. pag.20.*

Sed vt ad nostros Indicos sermonem contrahamus, primo loco in illis, præ aliis Hispaniæ, summè cauere oportet, † ne pretio, donis, vel aliis illicitis mediis huiusmodi munera ambiant, & consequantur. Quoniam hoc semper † Reip. cui præficiuntur, lethale fuit, vt inquit Lucan. *lib.1. Pharsal.* ibi: *Lethalisque ambitus vrbi. Emi enim debet* (vt Claud. ait) *sola virtute potestas*: & teste Horatio, *Virtus repulsæ nescia sordidæ, incontaminatis gaudet honoribus.*

Ratóque, † aut nunquam accidit, vt quis officium non vendat, quod priùs emerit, & vt ad prouinciam sibi commissam accedens, à prouincialibus pretium, quod pro eo expendit, cum decumano fœnore non extorqueat, vt constat ex

l.1.

t.& *per tot.D.ad leg.Iul.de ambit.l.1.in princ C. offic.Præf.Præt.Africæ,§.hoc etiam* 7.ibi: *Qui ipsi dispendiis læsi non fuerint, nullam habebunt cessitatem eiusdem nostræ Africæ tributarios præ-auandi*, Auth.vt iud.sine quoquo suffrag.*in prin-p.collat.2.l.1.& 2.tit.5.lib.3.l.7.& 8.tit.3.lib.7.* *ec*.cum aliis, quæ alibi latiùs trademus. Et conge-novissimè Ioan.Files.*lib.1.select.c.15*.qui titulus, *ignitas vænalis*, & Ioan Brant.*d.tract. de Senat. b.1.cap.11. & 20.* Vbi tamen benè subiungit,
5 illos non vsquequaque reprehendi debere, qui is litteris & virtutibus nixi, & confisi se cogno-endos præbent, & Reip.muneribus offerunt. Sæ-
6 è quippè aliàs summa † ingenia in occulto late-nt, vt dicebat Plaut.in Capt.& iuxta illud Sene-e in Thyeste:

Nullis nota Quiritibus
Ætas per tacitum fluit.

nde licitum est, licitè vias tentare, quibus se quis-ue possit tollere humo, & suæ fortunæ faber es-, à qua virtus derelicta, ac deserta, suum locum, que dignitatem tueri vix potest. Quis enim ne-et, vt dicebat Q.Curt.*lib.8. eximiam quoque glo-am sæpiùs fortunæ, quàm virtutis esse beneficium*, iuxta illud Plin.Iun.*lib.6. epist.23. Nulli cui-uam tam clarum statim ingenium esse, vt possit nergere, nisi illi materia, occasio, fautor etiam mmendatorque contingat.*

Quod igitur notamus, & reprehendimus, est urpe, ac vænale talium officialium exordium, uod eos semper cogat, vnde aurum colligant co-itare, contra præceptum Iustinian. in d. Auth. vt
1 d.fine quoq.suffrag. Et communem, † atque eni-am, & toties repetitam iuris diuini, atque humani mnium gentium prohibitionem, quæ omne ge-us auaritiæ, rapacitatis, concussionis, nundina-onis, negotiationis, & munerum receptionis, tiam de esculentis, & poculentis, & à non liti-antibus, & spontè dantibus, & alterius cuiusli-et turpis quæstus, iudicibus, sub grauissimis pœ-is, seuerissimis legibus interdixit, de quibus ob-eruandis, ab ipsis, in ingressu officij, iusiurandum ecipitur, vt innumeris iuribus, & sacræ Paginæ, ac onorum Auctorum testimoniis abundè probare ossem, & plures quæstiones, quæ circa hunc arti-ulum disputari possunt, & solent, adducere, nisi eas nunc breuitati consules) ad promptuarium, uod paro, reseruarem, & in plurimum lucu-nter de eisdem egissent D. Thom. *de regim. Princip. lib.4.cap.3.4 & seqq.* vbi enumerat dam-a & incommoda, quæ Ministrorum auaritiam, & sordes consequuntur, Philo Iudæus *in lib.de iu-ice*, idem D.Thom.& Theologi omnes post eũ, præcipuè Aragonius, Bañez, & Salon *in 22.quæst. 2.& 71.* Sotus *de iust.& iure lib.1.q.6.art.6.* Ioã. Azor *3.par.inst.moral.lib.4. cap.21.* Simanc. *de Repub.lib.6.cap.3.& 4.* Azeued. *per text. ibi in l. 5. tit.9. num.4. & in l.1. tit.6. num.17. lib.3. Recop.* Matienz. *in dialog. Relat. 3.par. cap.27. & 28. & seqq.* Couar. Auiles, Auendañ.& pluri-mi alij, quos refert Bobad.omninò legendus, *in Polit. lib.1. cap.3. num.31.* Et pleniùs *lib.2. cap. 1. & 12.per tot. & lib.5. cap.1. num.232.* Petr. Gregor.*lib.36.syntagm.cap.28.* Ioan.Langlæus *lib. 1. semestr. cap.1.* Rebellus *de oblig. iust. lib.18. q. vlt.* Illustriss. Vlyssip. Acuña *in cap. si quis 7. dist.81. pag.704.* Illustriss. electus Archiep. Me-xic.D.Felician. à Vega *in cap.si diligenti, num.75. de foro compet.* Filliucius *2.tom. quæst. moral. tract.31. cap.9. ex num.213.* Bonac. *in tract. de legib. disp.10. q.2. punct.8. num.5.* Ioann.Co-chier *in aphor. polit. lib.3. cap.19.* Mastrill. *de Magistrat. lib.2. cap.2.* Borrell. *eod. tract. lib. 1. cap.1. ex num.75. & de præstant. Reg. Cathol. cap.21.* Zipæus *de Magistr. lib.1. cap.15.* Matth. Tympus *in specul. boni* Magist. 2.par. sig.28. Nicol. Bellus de stat. *polit. lib.3. discurs.31. & lib. 5. discurs.11. vers.6.* Adam Contzen *lib.9. polit. cap.8. §.3.* Carol. Scriban. *in Polit. Christ. lib 2. c.9.* Marlian. *in theatr. polit. cap.9 pag 103.* eleganter P. Mag. Marquez *in Gubern. Christ. lib. 1. cap.20.ad fin.* Et eruditè D. Anton. Cabrerus in tract. de metu ..... vbi illam etiam quæstionem inserit, & disputat, an Minister, qui intimè Principi assistit, quem vulgò vocamus, *el Valido, ò el Priuado*, hac etiam prohibitione comprehendatur, & nouissimè non solùm de munerum, verùm & de mutui receptione, optimè disputans D.Thom.Carleual.*de iudic.disp.3.num. 5.& 9.cum seqq.*

Sed nullibi † hoc enixiùs, & strictiùs cautum, 18
& repetitum est, quàm in patriis nostris Hispaniæ legibus 3.& *6.tit.4 par.3.* vbi Greg.Lop.*verb.No reciban, l.2.& 3.tit 4.l.6.7.& 8.tit.15. lib.2.* Or-din.*l.2.& 56.tit.5.l.11.tit.13.lib.2.l.1. & 8.tit.6. lib.3. Recop.* quæ in specie de omnibus Præsidibus, Auditoribus, & aliis Audientiarum Ministris loquuntur. Et adhuc magis strictè in ordinationibus pro eisdem Audientiis in partibus Indiarum *ann.1563. cap.29.* ibi: *Ni puedan recebir cosa alguna, aunque sea de comer, de Vniuersidad, ni de particular alguno, ni de otra persona que aya traido pleito el año antes, ò lo espere traer: y lo mismo sus mugeres, è hijos, so pena de perjuros, y de perdimiento de su oficio, y quedar inhabil para tener otro y boluer lo que assi lleuare con el doblo*: cuius ordinationis obseruatio grauiter iniungitur Peruano Proregi, & ad esculenta, & poculenta, & mutuas pecunias non recipiendas extenditur, in aliis schedul. & instruct. de eadem prohibitione agentibus, quæ reperiuntur *1.tom. impress. pag 350.* quæ in Indiis, quia plus circa hæc peccari posse censuerunt, maiorem cautionem adhibuisse videntur; teste enim Cassiodor. *lib.6.
epist.4. Erit † nimirum magnum, & singulare præ-* 19
conium, si iudices non accipiant, vbi sunt, qui multum dare contendant. Et certè ita caueri semper conuenientissimum est, quia munera excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum, & qui munera à litigantibus accipit, vænalem exponit iustitiam, vt docemur *Exod.23.Deut. 16. Eccles.20.& Prouerb.15.* Et graphicè ostendit Alciat. *in nobili illo, & vulgari Emblem.144.* Michaël Verrinus *in distichis*, & elegantissimè D.Leo Papa *serm.9. de passione*, cuius verbis hunc articu-
lum claudam: † *Amori pecuniæ vilis est omnis af-* 20
fectio, & anima lucri cupida, etiam pro exiguo perire non metuit: nullumque est in eo corde iustitiæ vestigium, in quo sibi auaritia fecit habitaculum.

Secundò, in eisdem † Auditoribus, & Mini- 21
stris Audientiarum Indiarum, curandum est, vt semel electi, & ad eas missi, probéque suum ministerium implentes, non solùm tantùm, verùm & multo magis, quàm Auditores Hispaniæ à Rege ipso honorentur, & à prouincialibus, inter quos degunt, & iustitiam administrant, reuereantur; hoc enim exposcit longa ab eadem Regia Maiestate distantia, cuius suprema auctoritas in eisdem partibus per dictos Ministros

ſuppletur, & repræſentatur. Quæ ſi labi, aut negligi cœperit, omnia peſſum ire neceſſe erit. Et ita hoc conſuetudine receptum, & pluribus Regiis ſchedulis cautum inuenio, quas reperies 2. *tom. impreſſ. pag.*3. *& ſeqq.* Vbi ob eandem ra-
22 tionem togas † talares induere iubentur. Qui honos, poſteà per aliam ſched. *ann.*1581. *eod. tom. & ſeqq.* ad Fiſcales etiam extenſus eſt, licèt anteà illo non fruerentur: quinimò neque in Tribunali iudicum conſedebant, ſed in ſcamno Aduocatorum in primo loco, vt oſtendit ſched. *ann.*1570. *eodem to. pag.*261. *&* 262. Hæc enim
23 † talaris veſtis, quæ ſucceſſit in locum infulæ, vel laticlauij, quem Romani Senatores, & alij Magiſtratus gerebant, propriè ornamentum honoris dicitur, & deſignat, illam deferenti tribuendum eſſe, vt pluribus oſtendit Chaſſan. *in catal. par.* 7. *conſid.*24. Petr. Fab. *lib.*1. *ſemeſtr. cap.*2. *pag.* 10. *& ſeqq.* Franc. Zipæus *de Magiſtr. lib.*1.*cap.* 41. *num.*6. Maſtrill. *eod. tract. lib.*5. *cap.*2. *ex num.*22. Et Calliſtus Ramirez *de lege Regia*, §. 7. *num.*8. vbi plura congerit de honore, & re-
24 uerentia, quæ Magiſtratibus debetur, & † qualiter per mulctam, & aliis pœnis poſſint procedere contra irreuerentes, & eos non ſalutantes, vel auctoritatem, aut iuriſdictionem ipſorum offendentes, aut impedientes, quantumvis exemptos, ac priuilegiatos. De quo etiam plura, poſt plures alios, quos allegat, doctè congeſſit Chaſſaneus *d. catal.* 1.*par. conſid.*26. Bobad. *in Polit. lib.*2. *cap.*18. *num.*89. *lib.*3. *cap.*1.*per tot. & lib.*5.*cap.* 1. *num.* 54. *&* 55. Gratian. *lib.*2. *diſcep. forenſ. cap.*284. *& lib.*3. *cap.*538. Annæ. Robert.*lib.*1. *rer. iudic. cap.*4. Maucler. *in Monarch.* 3.*par.lib.* 2. *cap.*4. *&* 4.*par. lib.*9. *cap.*1. Alex. ab Alex. & ibi eius Addition. Tiraq. *lib.*5. Genial.*cap.*2. Maſtrill. *d. lib.*5. *cap.*3. *per totum*, Zipæus *lib.*2. *cap.*2. Giurba *conſ.*38. *num.*13. *& ſeqq.* Selle de inhibit. *cap.* 8. Petr. Canonher. omninò videndus, *in aphor. polit.* 1.*tom. pag.*261. vbi optima loca Iouiani Pontani, & aliorum Auctorum adducit, Carauite *de ritib. mag. Curiæ, ritu* 5. *n.*10. Petr. Greg. *lib.*35. *ſyntagm. cap.*3. Dom. Felician. à Vega *in d. cap. ſi diligenti, de foro compet. num.* 57. *& ſeqq.* Vbi qualiter etiam à clericis debeant honorari, & innumeri alij, quos refert Farin. *de crim. læſ. Maieſt. quæſt.*112. *num.*75. 136. *&* 145. vbi ſimul agunt, an debeant Magiſtratibus obuiantes de ſemita cedere, equitantes deſilire, & eos comitari, & an eis iniurias inferentes, crimen
25 læſæ Maieſtatis incurrant. Et ad illam † cæremoniam de equis deſiliendi, & comitandi, vide omninò inſignem locum Apulei.*lib.*1 *florid.verſ.Habet interdum, & neceſſaria feſtinatio honeſtas*
26 *moras,&c.* Sunt † enim Magiſtratus veluti Principes ciuitatum, & prouinciarum, quibus præficiuntur, *l. ſcire oportet*, §. *Princeps loci*, iuncta gloſſ. ibi *D. de excuſat. tutor.* latè, & optimè Alex. *lib.*5. *Genial. cap.*2. Et ibi eius Addition. Tiraq, vbi quòd ob hanc cauſam apud Romanos idem eis honos, qui Principibus tribuebatur, Pineda *in Eccleſiaſt.pag.*971. vbi inter alia inſigné Spartarum obſeruantiam erga ſuos Magiſtratus commemorat, & noſter Greg. Lopez *in l.*8.*tit.*9. *par.*1. vbi, quòd ab omnibus, etiam in abſentia debent appellari Domini, & Seniores. Quæ omnia (vt dixi) valdè in prouinciis Indiarum practicantur, &
27 practicari oporteret. Sed non ideò debent † Auditores inflare, quin potiùs modeſtiores, & ſanctarum ſui muneris legum obſeruantiores efficere: ita vt parem cum poteſtate prudentiam oſtendant, & in prouinciarum longinquitate reluceant, vt grauiter monuit Caſſiod, *lib.*6.*epiſt.*3. Et meliùs Cicer. qui Chriſtiano ore loqui videtur, in orat. pro Cluentio, his verbis, quæ ſemper Auditoribus Indiarum memoriæ obſeruari deberent: *Sapientis iudicis eſt, meminiſſe ſe hominem, cogitare ſibi tantum permiſſum, quantum commiſſum ſit. Et non ſolùm ſibi poteſtatem datam, ſed fidem habitam, & ſemper non quod ipſe velit, ſed quid lex, & Religio cogat, cogitare. Habere in conſilio legem, Religionem, æquitatem, fidem: libidinem autem, odium, inuidiam, metum, cupiditateſque omnes amouere: maximéque æſtimare conſcientiam mentis ſuæ, quàm à Deo immortali accepimus, quæ à nobis diuelli non poteſt. Quæ ſi optimorum conſiliorum, atque factorum teſtis in omni vita nobis erit, ſine vllo metu, & ſumma cum honeſtate viuemus.*

Tertiò, tam ad dignitatem & honeſtatem dictorum munerum, & Miniſtrorum conſeruandam, quàm ad eoſdem magis in officio continendos, & ab omni ſorde, & vænalitate iuſtitiæ, quàm adminiſtrare debent, arcendos, oportet; vt † eiſdem de congruo ſalario prouideatur, ſicuti & ſuprà de Correctoribus loquentes hoc *eod. lib. cap.*2. *num.*15. probatum reliquimus, & in terminis Auditorum aduertit Matienz. *de moder. Reg. Perù*, 2.*par. cap.*1. *circa fin. & in dialog. Relat.* 3.*par.cap.*56. *num.*6. *& cap.*32.*in fin.* Borrell. *de Magiſtr.lib.*1. *cap.*13. cuius argumentum eſt, *Magiſtratus diuites eſſe debent, vel optime, & commodè ſalariis honeſtari.* Quò etiam ſpectãt, quæ latè ſcribit Maſtrill. *eod. tract. lib.*1. *c.*21. Bobad. *in Polit. lib.*1. *cap.*2. Ioan. Brant. *de Senatore, lib.*1.*cap.*34. Zipæus *de iudic.& magiſtr. lib.*1. *cap.*33. Et Melch. Iun. *in quæſt. polit.*17. *pag.* 80. Et de iure noſtro Indiarum plurimæ, & notandæ ſched. de his † Auditorum ſalariis loquẽtes, & plures quæſtiones, quæ circa illorum acquiſitionem, & ſolutionem ſeſe offerre ſolent, decidentes, quas reperies *in* 3.*tom. impreſſ. ex pag.* 337. vbi extat illa ann. 1543. quæ ſalarium abſolutè eis concedebat † ex eo die, quo ex Hiſpania ſoluerent, quæ tamen poſteà vt fraudibus aliquorum obuiam iretur, qui longas in itinere, & affectatas moras trahebant, ad ſex menſes pro toto itinere, & nauigatione, vt plurimum, contracta eſt per nouiorem ſched.

Quamvis † vbi certis teſtimoniis conſtat fraudem ceſſaſſe, nec prouiſum, ob itineris, vel nauigationis impedimenta, celeriùs ad prouinciam ſibi commiſſam peruenire potuiſſe, iuſtis decretis ei ſubueniri ſoleat, & dictorum ſex menſium terminus prorogari, ne repentini, aut improuiſi caſus iniquitas in perniciem ſubſtantiæ eorum conuertatur, vt aliàs dicitur *in l.*3. *C. de inoff. teſtam.* Et quia † ſemper iter, & nauigatio debet intelligi, de poſſibili, ſecura, ac conſueta, *l. continuus*, §. *cùm ita, D. de verb.* vbi DD. & latè Iaſ. poſt Bart. & alios *in l.*1. *D. ſi quis caut. num.*3. *&* 7. pulchrè Alex. poſt Archid. *conſ.*22.*n.*3. *lib.*4. tex. & DD. præcipuè Rebuff. *in l.*3. *D. de verb. ſign. verſ. Secundò, intelligite, & verſ. Et ſic ſcire debes, pag.*40. Thom. Gramm. *vot.*30. *per tot.* idem Rebuff. *in l. nepos Proculo, de verb. ſign.* Signorol. *conſ.*149. Et Tiber. Decian. *reſp.*14. *num.*36. *&* 37. *vol.*3. Et eandem æquitatem, ſiue temperationem admitterem erga eum, qui probaret ob aduerſam valetudinem in itinere, aut nauigatione con-

tractam,

actam, intra præfixum tempus iter conficere non potuiſſe. Maximè cùm certum ſit, quòd ſi poſt adeptam iam officij poſſeſſionem ægrotaret,† integro ſalario per totum tempus ægritudinis frui deberet, vt expreſsè diſpoſitum eſt in quodam cap. piſt. 1. *Decemb. ann.* 1573. ad Peruan. Proreg. ſcripte, quod habetur *d. 3. tom. pag.* 337. Et videtur ſe conformare cum ſententia *gloſſ. in l. arboribus*, *§. vſusfructuarius, verb. Ægrotante, D. de vſufruct.* ibi docet, quòd famulus ægrotus debet habere ſalarium, etiam ratione temporis, quo fuit infirmus, ùm ſeruire videatur.

De quo, & † de decedente in initio anni, vel tertij, an integrum ſalarium percipere debeat, & e aliis quæſtionibus ſalariorum materiam concernentibus, latè agunt DD. quos nuper citauimus, & omnes in l. diem functo, D. de offic. Aſſ. & plures alij, quos plenè adducit Greg. op. *per text.* ibi *in l. 4. tit. 31. part. 2. verb. De e haber el ſalario*, Ceuall. *pract. commun. q.* 288. Mend. de Caſtro *de annon. ciuil. notab. 4. num.* 14. lores de Mena *lib. 1. pract. quæſt.* 8. § 2. Ioann. ntier. 4. *pract. q.* 52. *à num.* 12. Coſta de rata *q.* 12. Et Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 17. definit.* 19. Cabed. *deciſ.* 8. *per tot. par.* 1. Ant. Gom. 2. *var.* cap. 3. *num. 3. in fine*, vbi eius Additio, Molin. heolog. *de iuſt. & iure*, 2. *tom. diſp.* 493. & 25. *in princip.* Et Azeued. *in l. 2. tit. 16. lib. 2.* ecop. Quamvis in noſtris Indiis hæc quæſtio de oriente in principio anni iam diſceptari non oſſit, cùm deciſum ſit per *ſched. 26. Maij* 1573. *per aliam 5. Iulij ann.* 1578. quæ habentur d. tom. pag. 13. & pag. 340. *Que no ſe les pague as de lo que montaren ſus ſalarios haſta el dia ſu fallecimiento.* Quod in Hiſpania etiam, & Regno Neapol. & alibi paſſim obſeruari, & acticari tradunt Bobad. Borrell. & alij ex ſup. latis, & ad Inquiſitores etiam extenditur, quamis hi initio anni, vel cuiuſlibet tertij ſalarium cipiant, vt dixi *ſup. lib. 3. cap. 23. num. 18. & 99.* Suntque adeò ſtrictæ ſchedulæ de his ſalas agentes, vt *in d. tom. 3. pag.* 341. reperiatur

5 quædam ann. 1584. quæ † decem illos dies, qui o anni reformatione à Gregor. XIII. ſublati nt, ex ſalariis quoque Miniſtrorum omnium dehi iubeat, vel repeti ab iis, qui ſine hac detraione integrum ſalarium perceperint, quod quia ldè delicatum mihi viſum eſt, his commentariis erere volui.

Quartò, in omnibus Miniſtris, ſed præcipuè iſtis Indiarum, ſolet controuerti illa quæſtio

6 de competentia ſuper antiquitate inter duos, orum vnus priùs titulum ſuæ prouiſionis acce. Alter verò in data poſterior, diplomate vſus, e feliciori nauigatione, priùs officij poſſeſſionem accepit. Et quidem niſi Princeps contrarium clarauerit, provt ſæpè fieri ſolet, vt ait Felin. *cap. Capitulum, de reſcript.* prior in apprehendenda poſſeſſione præferri ſolet, quia primus ordinem venit, & officij actualem poſſeſſionem, ac miniſterium adipiſcitur, quod alter ex nominatione tantùm in habitu habet, vt *per t. in l. 1. D. de albo ſcrib. l. 1. C. de ſilentiar. nicuique, & l. comperimus, C. de prox. ſacr. in. lib. 12. l. ex agentibus, C. de Princip. agen. reb. l. nemo, C. de off. Mag. off. gloſſ. 1. & 2. cap. ſtatuimus, de maior. & obed.* Et plura alia a, docuit nominatim de Conſiliariis, & Officiis Regiis loquens Bald. *in cap.* cùm olim, *ab. 2. de conſult. Ruin. conſ. 19. num. 9. vol. 1.* Caſſan. *in catal. par. 4. conſid. 17. verſ. Et non ſolùm*, Franchis *deciſ.* 144. *num.* 1. Georg. *allegat.* 35. *num.* 18. & 20. Marin. Freccia, Rebuff. Beccius, Surgent. Boër. & alij, quos refert Dom. Præſes Valençuela *conſ. 34. num. 36. lib.* 1. Et latè Maſtrill. de Magiſtr. *lib. 4. cap. 14 ex num.* 33. Qui de communi praxi teſtatur, non ſolùm in officiis, qui habent annexam adminiſtrationem, & exercitium iuriſdictionis, verùm & in Dignitatibus titularibus, & ſine adminiſtratione, quamvis in his, plures, quos ipſe refert, in puncto iuris contrarium veriùs eſſe contendant. De qua etiam praxi Ego teſtari poſſum, & vidiſſe plures, qui vt hoc prælationis commodo fruerentur, magnis itineribus ad poſſeſſionem officij præueniendam properarunt.

Quæ tamen (vt hoc obiter aduertam, quia quotidianum eſt) illis dari non poteſt,† niſi prouiſionis ſuæ titulum originalem, vel eius tranſumptum authenticum præſentauerint. Nec ſufficit, 37
quòd teſtimonium expeditionis eius oſtendant, aut teſtibus, & fama publica conſtet, imò & notorium ſit talem promotionem habere, vel (quod plus eſt) aliæ ſchedulæ Regiæ exhibeantur, in quibus ipſe Rex enuntiatiuè ſe illum tali officio cohoneſtaſſe commemoret. Tenor quippè tituli, ipſius, vel tranſumpti ſignati ſpecificam præſentationem pro forma deſiderat, quæ ad vnguem ſeruari debet, l. qui hæredi, & l. Mæuius, cum vulgat. de cond. & demonſt. Et ita in terminis docet text. & *gloſſ. in l. fin. C. de Conſulib. lib.* 12. ibi: *Præſentatis titulis, cap. Lugduni* 9. *q.* 2. *gloſſ. in cap. nobiliſſimus*, 97. *diſtinct. ſignanter* Abb. *in cap.* in noſtra, de reſcript. vbi inquit, † quòd licèt gratia Epiſcopatus, vel Beneficij ex ſolo verbo *Fiat* Papæ perficiatur, malè tamen faciet Capitulum illum recipiendo in Prælatum, niſi oſtendat titulum, ſeu litteras ſuæ dignitatis, licèt aliter ſibi conſtaret de eius promotione. Et quod ſic ſe gerens pro Epiſcopo, & Canonici eum recipientes, incurrunt graues pœnas, vt habetur in Extrauag. Bonif. VIII. quæ incipit, *Iniuncta*, & dicit multum notandum, quia in hoc multi errant. Abbatem refert & ſequitur Felin. *in Rubr. de conſtit. num.* 5. Rebuff. *de mandat. Apoſt. in concord.* § 1. *verb. Litteras, & in prax. benef. tit. de reſcript. ad benef. vacant. num. 17. & ſeqq.* Boër. *deciſ. 89. num. 1. & deciſ. 149. num.* 6. Gutierr. *alleg. 3. num.* 7. Et de Officialium receptione loquens, & quòd ea, non niſi exhibito titulo, fieri poſſit, etiam ſi (vt diximus) per teſtes probetur, Bald. *in l. 1. C. de teſtam. q.* 7. Bertachin. *in repert. verb. Officium, verſ.* 9. Paris de Puteo de ſyndic. §. *an officialis*, Auiles in cap. 1. Prætor. verb. *Cartas*, per totum, Dom. D. Franc. Alfarus *de off. Fiſcal. gloſſ.* 27. per totam, & *gloſſ.* 26. Vbi in terminis Indiarum loquitur, vbi hic caſus ſæpè contingit, propter pericula, & varios caſus itinerum, & nauigationum; & nec exemplari credendam eſſe tradit, niſi id Princeps in ſua prouiſione exprimeret, quem penes hæc diſpenſatio conſiſtit, & alios referens Maſtrill. *dict. cap.* 14. *num.* 38. vbi, quòd ad officium capeſſendum non ſufficit electio, ſed requiritur priuilegium, & poſſeſſio.

Id quod, in noſtris Auditoribus magis obſeruari debebit. Nam cùm virtute huius tituli,† iuriſdictionem, & quidem ordinariam accipiant, 39
vtpotè vniuerſaliter, & in perpetuum eorum officiis, & Tribunalibus conceſſam, iuxta magis communem

communem opinionem, quam resoluit Ias. in l.
more maiorum, num.52. D. de iurisd. omn. iud.
Corsetus de potest. Regia, 5.par. q.96. Couar. 3.
var. cap.20. n.6. Matienz. in stylo Cancellar. tit.
1. proœm.25. ad quem se remittit in l.3. gloss.10.
num.1. tit.10. lib.5. Recop. Sanch. de matrim.
lib.4. disp.40. num.14. Parlad. differ.130. num.
2. Et nouissimè D. Ant. Cabrerus in tract. de
triplis, prælud.2. num.21. Debet valdè solidum
40 esse fundamentum eiusdem iurisdictionis, † in quo
vbi peccatur, insanabiliter peccatur, vt pluribus
ostendit Vant. in tract. de nullit. tit. de nullit. ex
defect. iurisd. Et hoc fundamentum consistit in
titulo, quod est veluti mandatum eiusdem iuris-
41 dictionis, † quod nunquam admittitur, vt per te-
stes probari possit, vt latissimè tradit Mascard. de
probat. concl.1013. Portius lib.4. comm. concl.29.
Caualcan. decis.45. num.11. Greg. Lop. in l.21. tit.
5. par.3. Et Meneses in l. transactionis placitum,
num.28. C. de transact.

42 Quintò, licèt ad Audientias, & Regalia Con-
silia Hispaniæ, aliquando viri Ecclesiastici, imò
etiam Presbyteratus, & Episcopatus dignitate in-
signiti, eligi, & admitti frequenter soleant, & ex
hoc plura interdum bona sequatur, quæ post
alios, quos refert, considerat Bobad. in Polit.
lib.2. cap.17. n.32. Petr. Nauarretus in discurs.
polit.29. per totum. Et Ego tetigi sup. lib.3. cap.
7. n.72. Adeò vt Menchaca de success. creat. lib.
3. §.30. num.312. audacter nimis scripserit, insa-
niam esse hoc in dubium vocare; cùm id apertè
permittat l.1. tit.4. lib.2. Recop. In Cancellariis
tamen Indiarum, & præsertim in illis, in quibus
Auditores simul sunt Quæstores criminum, & vir-
gas manibus portant, vt dixi sup. cap. prox. num.
7. Rarò, vel nunquam hoc admissum vidi, & fe-
rè semper multis, licèt enixè petentibus, dene-
gatum, quia id earum ordinationes, & occupa-
tiones non patiuntur, licèt quædam sched. ann.
1381. tom.2. pag.3. iubens, vt omnes talares to-
gas quas Garnachas dicimus) induant, enuntiati-
uè Clericos admittere videatur, cùm dicat, Los
que fueredes seglares traigais las dichas ropas.
43 Quod tamen, † vt temerè effutitum, nullam di-
spositionem inducit, nec sufficiens esse debet, ad
subuertendas alias schedulas, id toties prohiben-
tes, & denegantes, arg. l. si quando, C. de inoff.
testam. Maximè cùm etiam in Audientiis & Con-
siliis Hispaniæ, & in aliis totius Orbis Christiani,
44 multi doctissimi, & grauissimi viri tenuerint † non
esse conueniens, nec tutum in conscientia, & certè
ad minus sub peccato veniali prohibitum, eius-
modi munera Clericis dare, vel accipere, propter
tot, ac tantas Conciliorum Ecclesiæ, & sancto-
rum Patrum decisiones, quæ id apertè repugnant,
& eos vllis negotiis secularibus, & præsertim ta-
libus, se immiscere vetant. De quibus latè, vltra
alios antiquiores, quos refert, benè agit Aze-
ued. in l.1. tit.4. lib.2. Recop. & in Addit. ad
Curiam Pisan. lib.2. cap.21. in fin. Menchacam
reprehendens, & insaniæ notans, quod hoc du-
bitare insaniam appellauerit, & docens, sine spe-
ciali Pontificis dispensatione non permitti, Co-
uarr. Carol. Grassal. Molina, & alij apud Bobad.
d. num.32. litt. F. & num.25. & seqq. Bortell. de
præstan. Reg. Cathol. cap.73. num.6. vbi probat,
quòd nec iubente Episcopo seculares causas audi-
re possunt, idem Bortell. de Magistr. lib.1. cap.
10. per totum, vbi ratione huius prohibitionis
adducit, & variorum Regnorum constitutiones,
quæ eam obseruant, Mastrill. eod. tract. lib.
cap.6. Franc. Zipæus lib.1. cap.37. Ioan. Azori
lib.5. inst. moral. cap.12. vbi hanc prohibitione
iuris diuini esse dicit, & à nullo seculari Princip
dispensabilem, Adam Contzen lib.6. Polit. ca
8. & 9. Et Martin. Mager. de aduocat. arma
cap.7. num.207. pag.283. vbi probat opprobriu
esse Clericis, rebus secularibus se immiscere, &
nouissimè Fr. Laurent. Landmeterus de veter
Clerico lib.2. cap.15. pag 47 Fr. Ant. de Molin
de instruct. Sacerd. tit.2. cap.8. §.2. vbi proba
hanc prohibitionem non solùm antiquis Conci
liis sancitam, verùm & in Trident. renouata
sess.22. cap.1. Et certè de iure nostro, quidquid di
cat l.1. tit.4. lib.2. Recop. manifestè probatur i
l.28. tit.6. par.1. & in l.10. tit.3. lib.1. Recop
ibi: Ningun Clerigo, que sea ordenado de or
den sacro, ni hombre Religioso, no sea Alcalde
Et idem in Aduocatis tradit l.15. tit.16. lib.2. Re
cop. quas leges, & alias Regni, idem prohiben
tes malè seruari queritur Burg. de Paz in l.2. Taur
num.77. Et de aliis similibus Galliæ, Guillerm
Bened. in cap. Raynutius, verb. Et vxorem
num.447. Et de iure communi, etiam in Sacer
dotibus Ethnicis, idem sentit Paul. I. C. in l.
non distinguemus, D. de arbit. in Christiani
Impp. in l. repetita, & in l. placet, C. de Episc
& Cler. & in l. consulta diualia, C. de testam
Quorum decisio, & ratio potest confirmari e
pluribus, quæ † de damnis, & vitiis fori, & li
tium, iudicum, & litigantium, elegantissim
tradit Seneca lib.2. de ira cap.7. & seqq. Et Plin
Iun. lib.2. epist.3. qui inde concludit: Nos qui i
foro, & veris litibus terimur, multum malitia
quantumvis nolimus, addiscimus. Quod longè cer
tiùs erit, si amplectimur etymologiam cuiusdam
Concilij Romani, celebrati sub Syluestr. I. act.
cap.16. quod refert, & inter alia sancta Ecclesia
Concilia enumerat Franc. Iouer. 1. par. fol.10
col.4. post princip. vbi inquit, † quòd Curia di
citur à cruore. Vt omittam, quòd quamvis su
prà dicta deficerent, vel ex eo, ad eiusmodi pro
uisiones clericorum, rarò deuenire oporteret, qui
non vsquequaque compertum est, an † Ecclesia
stici ad secularia hæc officia vocati, pro delicti
in eisdem officiis commissis, sui fori priuilegium
amittant, vt infr. c.8. dicemus, & interim patere po
terit ex copiosa remissione Aug. Barbosa in colle
ctan. cap. Sacerdotibus 2. n.4. ne Cler. vel Monach
Et Petro Surd, omnino legendo, cons.390. ex
num.32. vol.3. Et Marta de iurisd. 4. par. centur.
2. cas.127.

Sextò, in Auditoribus Hispaniæ, cum plures
numero sint, & Regem, ac Regium Senatum
in proximo habeant, non multum curatur, an ex
ea prouincia, imò & vrbe orti, vel oriundi sint,
vbi ad Magistratum vocantur, atque eliguntur.
At verò in Audientiis Indiarum cùm Ministrorum
potestas ad pauciores iudices, & inter pauciores
subditos contrahatur, & necessitudinis, atque
amicitiæ vincula periculosiores effectus produce-
re possint, quo liberiùs, ac sinceriùs iustitiam ad-
ministrare, & distribuere possint, summo sem-
per studio curatum est, & curari debet, † ne in
propria patria, vel natali prouincia Magistratum
exerceant, prout & in Correctoribus similiter
caueri dixi sup. hoc lib. cap.1. n.9. & de iure com-
muni pro in l. nulli, C. de off. Rect. prou. l. nul-
lus apparitorum, C. de diuers. official. lib.12. vbi
Bart. & DD. text. & gloss. in l. hi qui, D. ex quib.
caus.

caus. maior. l. vlt. C. de crim. sacril. vbi sacrilegij crimen incurrere dicitur, qui intra eam prouinciam, in qua prouincialis, & ciuis habetur, Magistratum gerit, nisi hoc ei Imperator vltronea liberalitate indulserit. Quem text. eius rationem adiungens, Hispanis verbis transtulit l. 11. tit. 18. par. 1. l. 10. tit. 2. l. 4. tit. 6. lib. 3. Recop. Et ad Fisci Aduocatos extendit Iul. Paul. lib. 5. sentent. tit. 12. sic inquiens: In ea prouincia, vbi quis originem ducit, officium Fiscale administrare prohibetur, ne aut gratiosus, aut calumniosus apud suos esse videatur. Et tradunt alia Simanc. Auiles, Azeued. & alij, quos refert Bobad. omninò legendus, in Politic. lib. 1. cap. 12. ex num. 23. vbi similes leges in Francia, Italia, & alibi esse, & obseruari dicit, Lud. Gomez. ad Reg. Cancel. de idiom. reg. 1. pag. 2. vbi eas sanctissimas vocat. Ioan. Horos. in l. si eadem, D. de offic. assess. Itè Mastrill. de Magist. lib. 2. cap. 7. Bortel. eodem tract. lib. 1. cap. 5. Pined. in Eccles. pag. 71. Zipæus de iudic. libr. 1. cap. 36. Melch. Iunius in quæst. polit. 9. 15. pag. 69. Patric. de Repub. lib. 3. cap. 2. Et Grimal. de optim. Senat. lib. 1.

Quod tamen (vt dixi) limitatim intelligendum est, de naturali eius vrbis, vel prouinciæ, in qua
9 Magistratum gesturus est. Nam de † aliis prouinciis vicinis, vel de eodem Regno, quod sub se plures prouincias habet, nihil prohibet, quòd his ad talem Magistratum promoueatur, imò regulariter hi, qui sunt naturales Regni, in eiusmodi muneribus, & in aliis ciuilibus, & Ecclesiasticis, & militaribus præferri debent; & vt alii
0 tradunt, cum † omnimoda exclusione exterorum, vel peregrinorum hominum, quorum gubernatio multis suspecta, & periculosa videtur, l. fin. C. de off. Præf. Prætor. l. verum, C. de in. lib. 10. vbi DD. l. 3. tit. 5. lib. 3. Recop. l. 1. tit. par. 2. Quamvis alij, eos, vbi meritis excellant, admitti posse, & apud Athenienses, & alios admissos fuisse, tradant, vt latè & doctè, plurima his omnibus congerens, vltra Auctores proxime relatos, disputat Cassan. in Catal. glor. mund. p. 11. consid. 22. Petr. Gregor. de Repub. lib. 4. c. n. 9. & 10. Mastrill. d. cap. 7. ex n. 27. Bortel. d. cap. 5. ex n. 23. Ælian. de var. histor. lib. pag. 138. Misyng. obs. 30. n. 4. Thorus in compend. decis. verb. Regens, pag. 45. Riccius col. 2020. par. 7. Et alij plures apud Cened. col. 50. ad Decretal. n. 7. Et Dom. Acuñam in c. nec emeritis, 61. dist. n. 2. Et omnium optime, plura ex omni litteratura recolligens Dom. Laurent. Ramirez à Prado de Consil. & Consilr. lib. 3. c. 6. per tot. vbi eiusmodi obseruationem omni iuri conformem, & omnium ferè gentium vsu receptam, ostendit, & nouiss. Ioan. Brant. Senat. lib. 1. cap. 16. vbi Senatores ex ciuibus, est Regnicolis eligendos esse concludit, Ioan. Isac. lib. 2. select. in Euripo Seculi cap. 3. in fin. His aliis, quæ de beneficiis Ecclesiasticis omnino indigenis conferendis, dixi sup. lib. 3. cap. per totum, & traditis à D. Carrasc. ad leg. Recop. cap. 9. num. 12. & seq. vbi tractat, an in nostris Indiis † Auditores recusari possint ob id tantum, quòd sint ex patria alicuius ex litigantibus? Verum quia familiaritas, vel affectio, quæ ex hoc oritur, eos quodammodò suspectos reddit. Quemadmodum & amicitiæ, ac necessitudines, quæ contrahi solent ex longa alicuius Ministri habitatione, & iustitiæ administratione in aliqua prouincia.

Qua de causa sæpè actum est, † vtrum expediat Auditores Indiarum non creari perpetuos, siue ad beneplacitum † Principis, quod idem valet, 52 53
ex vulgari doctrina gloss. in l. Iurisperitos, D. de excus. tut. quam latè exornant plures Auctores, quos retuli sup. lib. 2. cap. 2. n. 23. Et in nostris terminis Menoch. lib. 1. de arbitr. quæst. 68. ex num. 22. ad 26. Borrell. d. cap. 12. num. 69. Cabed. decis. Lusit. 20. per tot. 1. par. Callist. Ramirez, qui alios plures adducit, de lege Regia, §. 7. num. 8. Et Martin. Mager. de aduocat. armat. cap. 16. n. 327. pag. 696. Sed tantùm temporales, vel taliter, quòd alternatiuè de aliis Audientiis in alias facilè mutari possent, sicuti constat ex epist. missa ad Peruan. Proregem Dom. D. Lud. à Velasco 3. Febr. ann. 1603. & ex nouissimo decreto Regis, ac Dom. nostri Philipp. IV. nunc feliciter regnantis, ann. 1629. qui visa & attenta prudentissima consultatione sibi super hoc articulo facta à supremo Indiarum Senatu, tandem decreuit † 54
Præsides dictarum Audientiarum, qui togati non essent, sed vt dicunt, Caualleros de capa y espada, per octo tantùm annos creari, & conseruari in officiis debere; in aliis autem togatis earum Ministris, nihil nunc innouari, sed perpetuos, vt anteà, creandos esse, ita tamen † vt vbi sinistrum aliquid de 55
ipsis auditi contingeret, visitatio aduersus eos decerneretur, vel in alias Audientias mutarentur, ac mitterentur.

Quæ decisio sumpta videtur ex resolutione quæstionis, † vtrum conueniat Magistratus annales, biennales, triennales, vel aliter temporales 56
esse, an verò perpetuos? In qua frequentius receptum est, Prætorum, Correctorum, & aliorum similium Magistratuum officia, conuenienter, ob varias, & graues causas, temporalia esse posse, & debere. Senatorum autem, vel Auditorum, Quæstorum criminum, ac Fiscalium, qui ad Regia Consilia, vel Cancellarias, meritis, virtutibus, & studiis præcedentibus, & suffragantibus prouehuntur, in perpetuum conseruari oportere, nisi ipsi aliquod delictum priuatione, vel suspensione dignum admiserint; vt videre poteris apud Arist. lib. 2. Polit. cap. 7. Afflict. ad constit. Neapol. lib. 1. rubr. 92. num. 9. Capic. decis. 121. num. 5. Et ex iis, quæ latè & doctè, post plures alios, quos refert, tradit Simancas lib. 8. de Repub. cap. 37. Bodin. de Repub. lib. 4. cap. 4. Bobab. in Polit. lib. 1. cap. 17. per totum, Bortell. dict. tract. de Magistr. lib. 1. cap. 12. Mastrill. eodem tract. lib. 1. cap. 23. Pined. in Eccles. pag. 503. Melch. Iunius quæst. polit. 27. pag. 135. Bessol. dissert. 3. de Magistr. cap. 2. num. 5. Adam Contzen lib. 7. polit. cap. 10. Et Zipæus de iudicib. Et Magistrat. lib. 1. cap. vltimo.

Septimò, licèt valdè antiqua & generalis sit prohibitio, † ne prouinciarum Rectores, vel Ma- 57
gistratus, durante officij tempore, intra fines prouinciæ sibi commissæ vxores ducant, vel filios, aut filias suas ducere patiantur, tum propter metum, & impressionem, quæ in eiusmodi matrimoniis interuenire solet, tùm maximè ob vitandas necessitudines, familiaritates, & amicitias, quæ, ipsis mediantibus, generantur, & liberam Iustitiæ administrationem (vt suprà diximus) impediunt, pluribusque recusationibus occasionem præbent, vt constat ex l. si quis officium 38. l. qui

in prouincia 57. *l. Præfectus* 63. *l. eos* 65. *D. de ritu nuptiar. l. cùm hic status*, §. *final. D. de donat. inter.* iuncta gloss. ibi, *verb. Moreretur, l. etsi contra, C. de nupt. l. vnic. C. si quacunque prædit. potest. l. vnic. C si Rect. prouinc.* Et Nouell. Leonis *Imper.* 22. Quibus de iure nostro Regio consonat text. *in l. 2. tit. 14. par. 4. l. 6. tit. 7. par. 3. l. 25. tit. 4. lib 2. Recop.* cum aliis, quæ vltra Scribentes in dictis iurib. præcipuè Bald. *num. 2. & 10. in d. l. vnic. C. si Rect. prouinc.* tradit Ias. *in l. Principalibus, n. 2.* Et Dec. *num. 4. D. si cert. petat.* Tiraq. *in l. 1. connub. 1. par. gloss. 1, n. 45.* Guiller. Forner. *lib. 2. select. cap. 3 & lib. 3. cap. 6.* Puteus *de synd. verb. Syndicantur officiales, n. 16.* Auiles *in cap. 2. Prætor. verb. Mercaderias, num. 37.* Matienz. *in dialog. Relat. 3. par. cap. 31. ex n. 1.* Et plurimi alij relati à Bobad. *in Polit. lib. 5. c. 1. n. 207. litt. B. & cap. 3. n. 96. litt. F. & n 119* Mastrill. *de Magistr. lib. 5. cap. 6. n. 121. & seqq.* Nicol. Bellus *de stat. polit. lib. 1. discurs. 34.* Regn. Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 11. num. 44. & seq.* Brisson. *de iure connub. pag. 50. & seqq.* Anton. Gomez, *in l. 49. Taur. ex num. 2.* Couarr. *de sponsalib. 2. par. cap. 3. §. 8.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 6.* Et latè Carol. de Grassis *de effect. clericat. effectu 2. numero* 81. vbi simul varias quæstiones hunc articulum concernentes disputant,
58 & resoluunt: & has leges, licèt † à Principibus secularibus conditæ sint, valere concludunt, quia non tollunt vim, & robur matrimonij contra earum dispositionem celebrati, quod secularis potestas facere nequit, sed tantùm ex iustis rationibus, & boni publici consideratione, pœnas in eos statuunt, qui interdicta sibi matrimonia contraxerint, quod rectè facere possunt, secundùm magis veram, & communem sententiam Theologorum, & Canonistarum, de qua vltra ipsos, plurimis aliis Auctoribus, & exemplis adductis, agit Eman. Costa *in l. cùm tale*, §. *si arbitratu, ampliat. vlt. num. 44. D. de condit. & demonstr.* Barbosa *in l. 1. 1 par. ex num. 36. vers. Sed his non obstantibus, D. solut. matrimon.* Menchac. *de success. creat. lib. 1. §. 10. num. 626.* Baëza *de non meliorand. cap. 18. ex num. 2.* Pichard. *in Rubr. de inoffic. testam. num. 43.* Cancer. *1. p. var. resol. cap. 24.* Petr. Surd. *cons. 215. num. 20.* Annæ. Robert. *libr. 2. rer. iudic. capit. 9.* Petr. Greg. *lib. 9. syntag. cap. 3. num. 24.* Mandel. *cons. 315. & cons. 331.* Ramon. *cons 95. numer. 30. & 31.* Paschal. *de virib. pat. potest. 2. par. cap. 15. ex num. 11.* Thesaur. *libr. 1. quæst. forens. q. 74. ex num. 3.* Molina *de iust. & iure, tract. 2. disp. 576.* vers. *Contrariam sententiam*, Carol. Tapia ad consuet. Neapol. *rubr. 12. num. 14.* P. Rebellus *de oblig. iust. libr. 2. de matrim. q. 14. num. 9.* vers. *Vndè cautè*, pag. 293. vbi constanter tenet, & docet † Prin-
59 cipes posse iustis de causis impedire subditorum matrimonia, sed non cogere, & Thom. Sanch. *de matrim. lib. 4. disp. 22. in fine, & quæst. 23.* Et Basil. Pontius *eod. tract. lib. 4. cap. 20. num. 16. 17. & 18.* quos duos, & Ioan. Gutierrez miror, in vberrimis illis tractatibus hanc quæstionem de interdicto matrimonio Magistratuum, cùm ita frequens, & obuia sit, specialiter non tetigisse.

60 Nullibi tamen dicta prohibitio † magis stricta, & enixiùs concepta, ac repetita inuenitur, quàm in Præsidibus, Auditoribus, cæterisque Ministris Audientiarum Indiarum, vt constat ex multis schedul. instructionibus, & ordinat. de hoc agentibus, & amissionem officij, aliásque pœnas imponentibus iis, qui talia matrimonia contraxerint, vel expressè, aut tacitè quovis colore quæsito, liberis contrahentibus, assensum præbuerint. Quarum plures reperies *in 1. tom. impress. pag. 351.* vbi legitur quædam *ann. 1575.* quæ ad longum refert omnes causas, & rationes huius prohibitionis, quæ tandem reducuntur ad eas, quas suprà perpendimus, & pag. 333. extat capu instruct. Proregum, quod iubet, vt vigilantissimi sint in huius prohibitionis obseruatione, & pœnis transgressoribus irrogandis. Et *pag. 353.* emicat illa alia schedula data Vianæ 15. *Nouembr. ann. 1592.* quæ prohibitionem, & pœnas extendit etiam ad eos: *Que trataren, ò concertaren de casarse por palabras, ò promessa, ò escrito, ò con esperança de que se les ha de dar licencia para que se puedan casar en los distritos donde tuuieren sus oficios, ò embiaren por ella*: quæ renouata reperitur per aliam 12. Maij ann. 1619. omninò his licentiis ostium deinceps obseruandum constituens: *Y que esten aduertidos los dichos Ministros, que no se ha de admitir memorial, ni peticion en el Consejo sobre ello, sino antes executar la pena, y caer en la culpa, que se les impondrà si lo intentaren.* De quibus schedulis, & aliis similibus plures leges designatas reperies in summario Recopilationis, quæ paratur ad leges Indiarum *lib. 2. tit. 13. ex l. 66. ad 71.* vbi fit mentio alterius sched. datæ Lermæ 19. *Iulij ann.* 1608. quæ iubet: † *Que à los Oidores que se casaren y à los demas Ministros, à quien està prohibido no se les acuda con el salario, desde el dia que trataren de ello.* Et addo notabilem epist. 28. *Mart. ann.* 1620. Peruano Proregi Dom. Principi Squillacensi directam, quæ narrat casum cuiusdam Auditoris, qui contra hanc prohibitionem in matrimoniis duorum filiorum deliquit, cùm anteà ab eodem Prorege ne id faceret admonitus fuisset, & inquit: *Que passando la libertad à no temer las penas legales, serà conueniente aumentarlas con mayor demostracion, siendo, como es, el fin de la lei, escusar estos casamientos, por los daños que les preceden, y se les siguen, y para remediarlos, los que no temen el mal de su honra, y perdida de oficio, serà justo lo sientan en sus haziendas con mayores penas.*

Quarum schedularum mentionem facientes, plura de dicta prohibitione, & eius iustificatione & necessitate in prouinciis Indiarum, tradunt Matienz. *in tract.* M. S. *de moderat. Reg. Perù*, 2. *par. cap. 1.* D. Carrascus *ad leg. Recop. cap. 9. numer. 271. & seqq.* Et D. Thom. Carleualius, omninò videndus, *de iudiciis, disp. 2. quæst. 1. n. 68. pag. 41.* Quamvis Matienzus † eas practicari strictè debere arbitretur in Audientiis vrbium paucorum vicinorum: in Mexicana autem, & Limana, quæ incolis abundant, faciliùs dispensari, & licentiam concedi posse, quemadmodum & in Hispania passim concedi videmus, ita vt peti hoc magis quàm præstari soleat, vt aliàs inquit *Iur. Consult. in l. 1.* §. permittit, D. de aqua quotidiana. Quinimò, & † in Gallia nunquam iudicibus perpetuis reperiuntur prohibita matrimonia, quia censent id esse, eos perpetuò ad cœlibatum damnare, cùm extra prouinciam non facilè vxores inuenire soleant, vel eis incentiuum peccandi, & amasias & concubinas habendi præstare, quarum illecebris, plus quàm vxori

affecti

affectu à rectæ iustitiæ administratione reuoca-
ri poterunt, vt tradit Robert. Gaguin. *lib.* 10.
hist. Franc. in vita Lud. X I. Guillerm. Bened.
verb. Duas, num. 44. Aufrer. *tit. de excess. official.*
cap. 9. §. præterea, & Pet. Gregor. *lib* 9 *syntagm.*
cap. 12. *num.* 14.

Et sanè his diebus aliquas dispensationes fa-
ctas vidi etiam in Audientiis Indiarum, sed ni-
hilominus dicta prohibitio in suo robore per-
4 durat. Quæ tamen † restringenda est solum ad
casus & personas, de quibus loquitur, quæque
actuale domicilium in ea prouincia habent, non
si iam retro in aliud transmigrauerint, dummo-
do illud fraudulenter non fecerint, vt de hac
quæstione, & aliis agentes, resoluunt Auctores
suprà relati, & plenè & doctè plura in causa
propria congerens Dom. D. Sebast. Zambrana de
Villalobos, Eques Calatrauensis, & in supremo
Regio Castellano Senatu meritiss. Consiliarius,
in Allegatione typis excussa *ann.* 1624. Nam
cum sit pœnalis, & odiosa, & matrimonij im-
peditiua, etiam ex paritate, vel maioritate ra-
tionis extendi non debet, ex iurib. vulgat. & si-
5 gnanter in nostris terminis † *ex l. vlt. D. de*
concub. quam merito notabilem appellat. Ro-
man. *sing.* 487. vbi prohibitio ducendæ vxoris
intra prouinciam non extenditur ad ducentem
concubinam, licet in eis par, aut maior ratio
vrgere videatur, vt aduertit, & probat Addi-
tio ad Rom. ibid. & Puteus *in tractat. de synd.*
verb. Adulterium officialis, per totum, & maxi-
mè *num.* 8. *&* 11.

6 Octauò, quamuis is fauor in iure Magistra-
tibus propter ipsorum dignitatem, ac Reip. vti-
litatem concedi soleat, vt interim dum officium
exercent, litibus vexari non possint; ne ab ad-
ministratione iustitiæ auocentur, vel impedian-
tur, vt constat *ex l. pars litterarum* 48. *D. de*
iudiciis, l. in ciuile 24. *D. de legibus leg. nec Ma-*
gistratibus 32. *D. de iniuriis, l.* 2. *D. de in ius*
vocand. l. si reus 12 *D. iud. sol. Authent. vt iud.*
sine quoque suffrag. §. *si quis autem propter*, *iun-*
cta gloss. ibi verb. Habentis, l. 2. *titul.* 7. *part.* 3.
cum aliis, quæ tradunt Bart. *num.* 2. *& Ias.* 7.
in l. si quis in iudicio, D. si quis caut. vbi, quod
nec per procuratorem comparere tenentur, So-
cin. *regular.* 306. Boër. *decis.* 11. *num.* 2. *part.* 1.
Auiles *in cap* 9. Prætor. *ex numer.* 3. Barbosa
in l. si quis postquam, à num. 148. *D. de iudic.*
Quintanad. *de iurisd. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 10. *&*
14. & plurimi alij, quos refert Bobad. *in Po-*
lit. lib. 5. *cap.* 1. *numer.* 46 & Mastrill. *de Ma-*
gistrat. lib. 6. *cap.* 5. *à num.* 4. Hoc tamen, in-
ter alias limitationes, quas ipsi iidem DD. ad-
ducunt, eam recipit, † vt non procedat in
Senatoribus Regiisque Auditoribus, atque
aliis Magistratibus, qui perpetui esse dicun-
tur. Quoniam tunc actiones ciuiles, vel cri-
minales, si quæ fortè contra eos mouendæ es-
sent, non tam suspendi (vt in iudicibus tem-
poralibus fit) quam prorsus adimi viderentur.
Et hac propter iure communi statutum fuit, vt
in ciuilibus coram ordinariis iudicibus, in cri-
minalibus coram ipso Principe, supremaue eius
Curia conueniri possint, vel coram aliis, qui-
bus idem Princeps specialiter hanc cognitio-
nem commiserit, sub modo, & forma, quæ re-
fertur in *l.* 2. *&* 3. *C.* vbi *Senat. vel clariss.* vbi
DD. Bald. *cons.* 52. *in fin. volum.* 5. Rebuff. *de*
reuocat. art. 2. Chassan. *in Catal.* 7. *part. consid.* 3.
Ian. Langlæus *lib.* 7. *semest. cap.* 18. *per totum*
Menoch. Farin. & plures alij, quos refert Ma-
stril. *d. cap.* 5. *ex numer.* 134. Borrell. *de præst.*
Reg. Cathol. cap. 62. *num.* 56. *&* 60 Gabr. Berart.
in specul. visit. cap. 2. & nouiss. D. Thom. Carle-
ual. *de iudic. disput.* 2. *quæst.* 7. *sect.* 1. *num.* 791.
cum multis seqq. vbi disputat, an hoc priuile-
gium, quod in criminalibus habent Regij Offi-
ciales, & Magistratus, actiuè, & passiuè acci-
piendum, & practicandum sit.

Et cum his decisionibus iuris communis
conuenire videntur de iure Regio † Hispaniæ 68
l. 15. *tit.* 1. *part.* 7. *l.* 2. *&* 3. *titul.* 24. *part.* 4. *l.* 19.
titul. 5. *lib.* 2. *Recop.* dum iubet: *Que los plei-*
tos de Oidores, y de sus hijos, y yernos no se si-
gan, ni pidan en la sala, ò salas de los tales
Oidores, & l. 10. *titul.* 3. *lib.* 4. *Recop.* quæ dis-
ponit, quod iidem Auditores per casum Cu-
riæ ad Audientias, in quibus resident, lites quæ
eos, vel suos tangunt, adducere nequeant, iux-
ta *l. qui iurisdictioni, D. de iurisdict. omn. iud.*
Quod tamen † actiuè accipiendum esse nouis- 69
simè, & benè (iudicio meo) intelligit D. Car-
rasc. *in tract. de casib. Curiæ, num.* 102. Nam pas-
siue, hoc est, parte aduersa casum Curiæ contra
Auditorem petente, nullatenus impeditur, tum
ex generalitate *l.* 5. *tit.* 3. *part.* 3. ibi: *Contra al-*
gun poderoso; tum præcipuè de iure municipa-
li Indiarum ex ordin. 27. Audientiarum *ann.*
1563. quæ habetur 2. *tom. impress. pag.* 56. &
melius quam dictæ leges Regiæ formam pro-
cedendi in ciuilibus causis Auditorum præscri-
bit, his verbis: *Item que el nuestro Presiden-*
te y Oidores no puedan traer en la dicha nuestra
Audiencia en primera instancia pleito alguno
suyo, ni de su muger, è hijos. Y de estos pleitos
conozcan los Alcaldes ordinarios, y vengan en
grado de apelacion al nuestro Consejo de las In-
dias, siendo la causa de mil pesos, ò dende ar-
riba. Y si el particular quisiere apelar para la
nuestra Audiencia, y no para el Consejo, lo pueda
hazer: mas el Oidor, è su muger, è hijos no
tengan tal eleccion. Et iterum dicitur in or-
din. 32. *Item mandamos, que quando alguna*
persona quisiere pedir, ò demandar algo à al-
guno de los nuestros Oidores, lo puedan hazer
ante la dicha nuestra Audiencia, ò ante los Al-
caldes ordinarios, y pueda apelar de los dichos
Alcaldes para la dicha nuestra Audiencia. Et
cum Prorex Mexicanus Dom. D. Ant. de Men-
doça scripsisset, sibi honestius, & congruen-
tius videri, vt de causis ciuilibus Auditorum, &
Ministrorum Audientiæ, priuatiuè coram solis
Proregibus ageretur, responsum ei fuit per
epist. *ann.* 1552. *dict.* 2. *tom. pag.* 56. vt leges
Regni circa eas seruaret: *Por manera que sean*
conuenidos ellos, y sus criados ante los Alcal-
des ordinarios, si la parte quisiere, y sino, que
los pueda pedir en essa Audiencia Real. Qui tex-
tus multo magis iuuat opinionem D. Carrasc.
de qua sup. dum casum Curiæ priuatis contra
Auditores litigantibus, si ipsi eo vti velint, in-
dulgere videtur.

Atque hæc quidem in nostris Auditoribus
Indiarum in causis ciuilibus, siue pecuniariis
disposita sunt. In criminalibus autem † vbi 70
Regij Auditores extra officium delinquunt,
per antiquiores ordinat. *d. Audient. ann.* 1530.
& nouiores *d. ann.* 1563. *ordin.* 35. dispositum
extat, quod Proreges, vel Præsides Audien-

tiarum contra eos cognoſcant, & procedant, ſimul cum ordinariis iudicibus locorum, vbi tales Audientiæ reſident, quos dicimus *Alcaldes ordinarios*, cum qua ordinat. conueniunt
71 ſched.*ann.*1550. *&* 1552. eo excepto, † quod Mexici ad inſtantiam Proregum ipſis ſolis hæc poteſtas mandata fuit per epiſt. *ann.* 1550. *d.* 2. *tom.pag.*56.ob rationes in ea relatas. Limæ autem,& alibi dictæ ordinationes ad vnguem ſeruantur, quamuis hoc multum recuſabat Dom. Prorex Marchio de Monteſclaros,inquiens, talem aſſociationem cum Alcaldis ordinariis tanti muneris dignitati non conuenire. Cui rationi, & illa addi poteſt, quæ in ſimili refertur à Iano Langlæo *vbi ſup. pag. mihi* 449. nimirum
72 indignum,& quaſi monſtroſum videri,† municipalem, obnoxiúmque iudicem, capitalem quæſtionem in eum exercere, cuius iuriſdictioni ipſe ſubſit,quique quodammodo vitæ neciſque imperium in eum habeat.

Sed nihilominus, interim dum contrarium non ſtatuitur, dictis ordinationibus ſtare debe-
73 mus. Ea tamen cautione, † vt Proreges, vel Præſides, non facile, nec pro quouis delicto, aduerſus Auditores procedant, vel Audientiæ ingreſſu interdicant, & multo minus incarceratos,etiam intra proprias domos,retineant,hoc enim eis grauiter prohibetur in ſchedul.quæ de ipſis honorandis loquuntur, quarum memini *ſup.hoc cap. num.*21 & magis in terminis in illa *Matr.*17. *April. ann.* 1623. cum Dom. Proreg. Mexic March.de Gelues loquente, & eum reprehendente,quod quendam eiuſdem Cancellariæ Auditorem,quem vt collegam habere,& honorare debuiſſet officio interdixerit,& incarcerauerit, iubetque,vt ſtatim eum relaxet. Quini-
74 mò, † & per *ordin.Imp.Carol.V.ann.*1530. etiam in cauſis criminalibus arduis, vbi corporalis pœna irroganda eſſet, nullo modo permittebatur Proregibus, aut Præſidibus eam executioni mandare, ſed potius vt reos cum ſufficienti cuſtodia,& cauſæ meritis ad Principem mitterent,
75 provt & iure Romano † etiam in cauſis Decurionum fieri ſolebat, niſi fortè tumultus, vel cohorta ſeditio, maturari ſupplicium expoſtularet,*l.qui cædem* 16.D.*ad leg.* Cornel.*de ſicar. l. Diui fratres*,§.*fin.*D.*de pœn.l.*6 § 9. *D.de iniuſt. rup.d.l.fin. C.vbi Senat. vel clariſſ. l. curiales qui honoraria,C.de Decurion.lib.*10.*l.*2.*C.de off.*Præf. Præt.Auguſt. Authent. *de mand. Princip.* §.*vlt.* Auth. *vt iud.ſine quoq. ſuffr. & Auth. vt omn. iud.tam ciuil. quam prouinc.* cum pluribus aliis, quæ adducit Thom.Gramm.*deciſ.*60.*n.*22. Ant. Gom.3.*var.c.*3.*n.*2. Menoch. *de arbitr. caſ.*518. Farin.*tit.de carcer.q.*17.*num.*5. Maſtrill. *deciſ.Sicil.*188.*n.*28.*part.*2.*& d.lib.*6. *de Magiſtrat. c.*5. *num.* 134. *& ſeqq.* Berart. & Langl. vbi ſup. & Bobad.*in Polit.lib.*2.*cap.*21.*n.*124.

Sed hæc omnia plenius & expreſſius diſponi videntur de eodem noſtro iure Indiarum,per
76 quandam † nouiorem *ſched.* 5. *Sept. ann.* 1620. directam ad Mexic. Proreg. Dom. March. de Guadalcazar,quæ duas quidem continet partes. In quarum prima propter diſtantiam itinerum, & breuiorem partis læſæ ſatisfactionem antiquiores ſchedulas renouat, quæ Proregi (vt diximus) Mexicano ſoli, & priuatiuè concedunt, vt poſſit contra Auditores, & alios Miniſtros pro delictis extra officium commiſſis procedere, de officio, vel ad petitionem partium querelantium;& cauſas,provt de iure inuenerit,etiam in pœnis perſonalibus, aut corporalibus terminare. In ſecunda vero de delictis in officio, ſiue occaſione officij agere videtur, & cohærenter iis, quæ ſupra de iure communi, & regio Indiarum retulimus,ſolum facultatem carcerandi, & proceſſum fulminandi contra dictos Miniſtros concedit, vbi qualitas criminis adeo enormis fuerit, vt celerem, & publicam ſatisfactionem requirat; ſic enim verba concepta ſunt: *Por caſos, exceſſos, y delitos tales, en que ſe pueda temer, y recelar algun daño conſiderable, ò ſedicion, ò alboroto popular, ò otro delito tan enorme, y notorio, en que por la publica ſatisfacion conuinieſſe hazer alguna demonſtracion*: quæ ſchedula arbitrio Proregum remittere videtur, quæ delicta hac animaduerſione digna videantur. Et per alias ſimiles, & propter eximiam Proregalis muneris auctoritatem, & Regiæ perſonæ in eo repræſentationem, inquit Maſtrill. *dict. cap.* 6. *num.* 142. *& ſeqq.* ſe multoties vidiſſe † in Regno Siculo, & Neapolitano, quod Proreges contra Senatores procedebant, & abſque ſpeciali Regis commiſſione manum imponebant in exorbitantiis, quatenus neceſſaria erat ad conſeruationem Regni, vel vtilis, & quomodolibet opportuna ad beneficium Reipub. Qua † tamen Ego non facilè (vt iam prædixi) eos vti vellem, & conſulerem, in delictis extra officium commiſſis, & multo minus in his, quæ in officio, vel circa officium commiſſa eſſe dicuntur, quia eis porta panderetur, vt Senatores, ſiue Auditores nimis intimidarent, ſi pro qualibet cauſa ſibi bene viſa contra eos procedere, & officio ſuſpendere poſſent, quod quidem eſt, & regulariter eſſe debet, de reſeruatis Principi, † qui ſolus remouet officialem, quem ipſe probauit, *l.* 2. *C. de agent. in reb. lib.* 12. Luc. de Pena *in l. contra publicam, C. de re milit. eod. lib.* Boſſius *in prax. titul. de Regal. num.* 34. Menoch. omnino videndus, qui alios adducit, *lib.* 1. *de arbit. quæſt.* 55. *per tot.* & ita innuere videntur ſched. ſup. relatæ. Vbi tamen crimen Miniſtro obiectum, notoriam ſordem, vel grauem, & ſcandaloſam negotiationem, aut baratariam contineret, non † vererer Proregibus, de quibus Rex in tot, ac tantis rebus valde grauibus fidit, hanc etiam facultatem concedere; provt vidi his proximis diebus ſupremum Senatum Indiarum ſenſiſſe, & cenſuiſſe in ardua cauſa cuiuſdam Fiſcalis Mexicani, & aperte permitti videtur † *in l. ſi quis* 3. *C. de off. Præf. Præt. Orient.* vbi Impp. ita eam Præfecto concedunt, vt nolint ad ſe delicti relationem, ſed punitionis remitti, ibi: *Ad noſtræ manſuetudinis ſententiam non crimina, ſed vindicta referatur*, *l.* 3. *C. de lucr. aduoc. d. Auth. vt iud. ſine quoq. ſuffr.* §. *volumus*, ibi: *Licentiam damus etiam examinare violentias, & reos inuentos priuare cingulo, & noſtrum ordinem in prouinciis adimplere*, cum aliis, quæ adducit Romanus *conſ.* 467. *num.* 1. *& in fine*, Boër. *quæſt.*149. *n.*16. *&* 17. Menoch. *ſup.n.*13. *&* 14.*& caſu* 341. *num.*3. vbi docent, etiam inferiorem à Principe ex iuſtis cauſis poſſe aliquem Magiſtratum à ſuo officio,& munere ſuſpendere, aut remouere, & iuſtas cauſas eſſe aiunt,nimiam negligentiam,aut inſufficientiam,

&

& præcipuè si in suo officio præuaricatus fuit, vel aliter ipsum officium contempsit. Idem etiam tradit Petr. Belluga *in specul. Princip. rubr. 26. de priuat. off. num. 6.* & magis in nostris terminis Scipio Rouitus *in pragm. 3. titul. de official. sacri Regij Consilij , num. 8. pag. 385.* vbi tenet , † *Officialem de deprædatione conuictum , etiam inconsulta Regia Maiestate , ab ordinario puniri posse.*

Quod adhuc magis fulcitur ex eo, quia si in *d. sched. ann. 1620.* hoc permittitur in crimine,quod seditionem mouere posset , multo magis in subornatione concedi debet , † quæ & sacrilegio , & crimini læsæ Maiestatis comparatur , vt docet *gloss.* & DD. *in Auth.* sed nouo iure , *C. de pœna iud.* qui malè iudic. Puteus *de syndic. in euidential. num. 9. fol. mihi 77.* vbi , quod is , qui iustitiam baratauit , dicitur proditor , Tiber. Decianus *lib. crimin. cap...n...* & plures alij , quos refert Farin. *3. tom. crim. quæst. 111. articul. 1. per tot.* Quibus addo Bobad. *in Polit. lib. 2. cap. 21. num. 124.* in fine, vbi doctè concludit. † *Que todas las leyes que prohiben proceder contra las personas constituidas en dignidad , sin consulta de superior , se entienden quanto à no poder castigarlos , pero no para no poder prenderlos* , per iura & DD. quæ ibidem allegat.

Et præterea considero , per easdam Indiarum sched. & instruct. Proregum, quæ habentur *d. 1. tom. pag. 349. & seqq. & pag. 317.* eis summopere iniunctum , † vt attente , & solicitè caueant , ne Auditores in munerum receptione, & prohibitis negotiationibus , aut mercimoniis excedant, vt dixi *sup. hoc cap. num. 18.* Eademque potestas citra vllam dubitationem illis conceditur in cognoscendo , & procedendo ad executionem pœnarum contra Ministros, qui interdicta matrimonia pro se , vel suis liberis contraxerunt , iuxta ea, quæ notaui *sup. num. 60.* & signanter per *caput 33. instruct. Proreg. Nouæ Hispaniæ ann. 1596. dict. 1. tom. pag. 353. & nouiss. sched. Matr. 20. Nouemb. ann. 1621.* vbi fit specialis relatio aliarum schedularum , & quantum eas ad vnguem obseruari conueniat , & subiicitur : *Que los Virreyes , y los Presidentes las hagan guardar inuiolablemente , executando la pena en los transgressores , y dando luego auiso para que se prouean sus plaças, y que los Presidentes que estuuieren subordinados à Virreyes , le remitan à el los papeles , &c.* Quod ita absque vlla hæsitatione quotidie praxi seruatur ; † & si de contractu , vel tractatu interdicti matrimonij notoriè constat , Proreges , vel Præsides , qui Proregibus non subsunt , meri , & puri executores dictarum schedularum esse videatur , & solum procedunt ad declarandum contrauentorem in pœnas in illis impositas incidisse , iuxta text. & ibi notata in *l. à Diuo Pio , §. si super rebus , & §. sententiam , D. de re iud.* Innocent. *in cap. de cætero , num. 2. eodem* Couarr. *in pract. cap. 16. num. 15.* Si verò de matrimonio , aut contrauentione notoriè , vel sufficienter non constat , tunc breuiter , & de plano formato processu , quod sibi iuxta eius merita videtur , declarat , absoluendo reum ab instantia , vel incursum pronuntiando , vel causam ad supremum Senatum remittendo. In qua † ad maiorem cautelam solet pronuntiari sententia declaratoria incursionis pœnarum, licet illæ ipso iure irrogentur , ex magis communi opinione, de qua in simili dixi *sup. lib. 2. cap. 27. num. 87. & seqq.* Quamuis ea lata retrotrahatur , & tentari possit salaria contrauenientis cessasse , & in vtroque foro ab eo restituenda esse ex die contrauentionis , ex traditis , post alios , à Nicol. Garcia *de benef. 2. tom. part. 11. cap. 10. num. 19. 20. & seqq.*

Et sententia † Proregis potest statim exe- 88
cutioni mandari , etiam si ab ea fuerit appellatum , quia solum habet locum talis appellatio quoad effectum deuolutiuum,& coram Regio Senatu , non coram Regia Cancellaria de ea tractari debet , vt praxis obseruat , & colligitur *ex sched. sup.* relatis. Idque Mexici & Limæ vidi in contradictorio iudicio obtentum, suspensis quibusdam Auditoribus,recursum ad Audientias habere contendentibus : & sanè iustissimè , † nam vltra quam quod par in parem 89
non habet imperium , non satis liberum iudicium inter socios,& collegas reddi posse videtur , cum societas quædam fraternitas sit , vt notat Ias. *in l. apertissimi , C. de iudiciis* , Chassan. *in consuet. Burg. rub. 4. §. 5. num. 24.* & timeri possit , ne dissimulatione quasi mutua , indulgentiores se præstent , vt in simili ostendit Plin. *lib. 4.* epist. ad Quadrant. & Ianus Langlæus *lib. 7. semestr. cap. 7. in fine.*

Atque hæc quidem de ordinariis cognitionibus in causis Auditorum tetigisse sufficiat. Nam de extraordinariis , nimirum syndicationibus , & visitationibus , statim separato capite pertractabimus. Illud pro huius coronide animaduertisse contenti, † Auditores dictarum 90
Cancellariarũ in litibus pro Tribunali audiendis , breuiter expediendis, disputationibus cum Aduocatis ineundis , silentio obseruando, sententiam in conclaui, quod *Acuerdo* dicunt, ferendo, eiusque secreto seruando , & in multiloquio , simultatibus , contradictionibus , siue oppositionibus , cum aliis sociis , valdè cautos esse debere , quia alias plura inconuenientia, pluresque recusationes sequuntur , & plura damna , & supplicia vereri poterunt , quæ referuntur *in sched.* de hoc agentibus *d. 1. tom. pag. 1. l. 18. 33. & 34. titul. 4. & l. 19. & 45. cum seqq. & l. 82. tit. 5. lib. 2. Recop. de quibus,* vbi opus fuerit,videri possunt plura apud Greg. Lop. per text. ibi *in l. 1. & 13. verb. Por palabras , tit. 4. part. 3.* Rebuff. *ad leg. Gallic. titul. de supplicat. num. 80. fol. 308.* Burg. de Paz *in proœm. leg. Taur. num. 289.* Segura Daualos *in direct. iud. 2. part. cap. 4. num. 7. & 89.* Borrell. *de Magistr. lib. 3. cap. 1. & seqq.* Bobad. *in Polit. lib. 7. cap. 5. num. 50. & lib. 3. cap. 7. num. 40.* Carrasc. *ad leg. Recop. cap. 9. num. 71. & seqq.* Simanc. *lib. 7. de Rep. cap. 12.* Ioann. Brant. *in Senat. lib. 2. cap. 17.* Ian. Langlæus, omninò videndus, *lib. 7. semest. cap. 6. per totum* Plin. Iun. *lib. 1. epist. 20. & lib. 5. epist. 6.* vbi agit de modo ferendi suffragij in Senatu , Narbona *in l. 82. tit. 5. lib. 2. Recop.* & nouissimè D. Valenç. *consil. 162. ex n. 1.* vbi plura de secreto seruando. Et Dom. D. Ioan. Anton. de Vera † Illustriss. Co- 91
mes de la Roca , in dicto illo libro , quem de officio Legati prudenter scripsit , & nunc prudentius ad praxim reducit in ordinaria pro Rege nostro apud Sereniss. Venet. Remp. Legatione , qua præstantissimè fungitur , *discurs. 1. pag. 7.*

*pag.*7. & 8. vbi plura de æmulatione, & oppositione in suffragiis, de quo etiam eleganter Marquez *in Gubern. Christ. lib.*1. *cap.*5. *pag.*26. & Melch. Iunius *quæst. polit.*25. & Callist. Remir. *de leg. Reg.* §.10. *ex n.*19.

CAPVT V.

De Quæstoribus criminum, vulgò Alcaldes del crimen, *Audientiarum Indicarum, & quomodo, & in quibus procedere possint, & debeant, & de aliis eorum specialibus?*

SVMMARIVM.

1 *Auditores Indiarum, excepta Cancellaria Mexicana & Limensi, simul de ciuilibus, & criminalibus causis cognoscunt, & virgas portant.*

2 *Quæstores criminum Audientiæ Limanæ, & Mexicanæ, etiam antiquiores, virgas portare iubentur.*

3 *Virga est, & fuit Magistratuum (præsertim criminalium) insigne, & quid denotet?*

4 *Quæstores criminum in prouinciis, & Audientiis Indiarum creari conuenientissimum fuit.*

5 *Causa qualibet criminalis, maior est quacunque ciuili.*

6 *Criminum puniendorum rationes, quæ à Philosophis tradantur, & quod ea maximè in prouinciis Indiarum militant.*

7 *Quæstores Parrici apud Romanos, qui? remissiuè.*

8 *Crimina impunita relinquere Scæua clementia est, ex Seneca.*

9 L.3.tit.10.lib.1.C.Theodos.ponderatur.

10 Alcades del crimen, *siue Quæstores in Audientiis Indiarum creari, & in officio vigilare plures sched. iubent, quæ referuntur.*

12 *Auditores in Audientiis minoribus Indiarum, & Questores criminum in Limana & Mexicana, qualiter exerceant iudicatum, quod vocant* de Prouincia, *& ab eorum sententiis ad Audientias appelletur?*

12 *Auditor qui sententiam tulit in iudicatu de prouincia, appellatione ad Audientiam interposita, de ea cum sociis cognoscere nequit, & quare?*

13 *Iudex prouinciæ si in aliqua causa tanquam talis aliquas sententias interloquutorias tulerit, non prohibetur in eadem quoad principale ad Audientiam appellata, cum cæteris Auditoribus iudicare.*

14 *Iudex prouinciæ si in possessorio alicuius causæ pronuntiauit, & postea eadem causa in petitorio per alium iudicem terminata, ad Audientiam, in qua residet, per appellationem deferatur, an ab eius cognitione abstinere debeat?*

15 *Possessio licet nihil commune habere dicatur cum proprietate, fallit vbi in ventre possessorij petitorium continetur.*

16 *Causa an sit ciuilis, vel criminalis si inter Auditores, & Quæstores criminum disceptetur, qua forma, & regulis hæc disceptatio terminari debeat?*

17 *Iurisdictionis competentia si oriatur inter Quæstores criminum, & iudices ordinarios, Limæ Audientia cognoscit, Mexici solus Prorex, & sched. de hoc agentes.*

18 *Iurisdictionis super competentia difficultate orta, superior, vt eam decidat, adeundus est.*

19 *Competentiarum iurisdictionis causæ inter Quæstores criminum, & iudices ordinarios, an in publica aula Audientiæ, vel in secretiori consessu, quem* Acuerdo *dicunt, & Prorege præsente videndæ, & decidendæ sint?*

20 *Quæstores criminum in causis criminalibus eandem superioritatem habent, quam Auditores in ciuilibus.*

21 *Stylus antiquus Cancellariæ facilè mutandus non est.*

22 *Audientiæ qualibet aula, quod expedit, dicitur expediri, & decidi per Præsidem, & omnes Auditores, vulgò* Por nos el Præsidente, y Oidores, *& quare?*

23 *Quæstorum criminalium auctoritas non minuitur ex eo, quod sola vna aula Audientiæ de competentiis iurisdictionis, quæ eos tangunt, cognoscat.*

24 *Auditoribus aliqua maioritas super Quæstores criminum datur à legibus Regiis, quæ referuntur.*

25 *Auditores possunt iubere Quæstoribus criminum, & eos in suis mandatis, & executoriis vocare* de vos.

26 *Quæstores criminum Indiarum cognoscunt de vxoratis per Indias vagantibus, & eis ad suas vxores remittendis.*

27 *Vxoratos, qui relictis vxoribus, in Indiis morantur, pluribus antiquis, & nouis schedulis ad vxores reduci debere, iubetur, quæ referuntur.*

28 *Vxor an & quando teneatur sequi virum nauigare volentem?*

29 *Vxorati, qui relictis vxoribus, in Indiis oberrant, vt detegantur, solent banna fieri, & qualiter obligent?*

30 *Proreges & Auditores non debent facilè cum vxoratis dispensare, nec eis moratorias concedere.*

31 *Quæstores criminum Indiarum non debent susurronibus fidere, nec crudelitatem in suppliciis affectare.*

32 *Crudelitatis recordatio miserum est instrumentum senectutis.*

QVemadmodum Auditores Indicarum Cancellariarum de ciuilibus causis in gradu appellationis, & aliis modis cognoscunt, & iudicant, de quibus in superioribus egimus. Ita † iidem ipsi causas criminales 1
ad se per appellationem à Correctoribus, siue Iudicibus ordinariis delatas, expediunt; necnon etiam in prima instantia, in loco vbi Regia Cancellaria residet, vel intra quinque ab eo leucas, aut in casibus Curiæ. Estque illis promiscua, & simultanea vtraque iurisdictio in dictis omnibus Cancellariis, excepta Mexicana & Limensi, in quibus Auditores sunt distincti à Quæstoribus criminum,

quos

quos vulgò vocamus, ***Alcaldes del crimen***, & diuersas aulas constituunt, vt dixi *suprà cap.3. n*.... Ideóque,exceptis dictis duabus Audientiis, aliarum Auditores virgas portare iubentur, & similiter Quæstores Limanæ, & Mexicanæ per plures sched. & ordin. ipsarum Audient. quas reperies 2. *tom. pag.* 3. *&* 4. Adeo † vt etiam antiquior eorum, quamuis fortè Præsidis officium ob mortem, vel absentiam eius exerceat, à virga portanda excusari non possit, vt disponitur *in sched. ann.* 1559.

Est enim & fuit virga Magistratuum, præsertim criminalium, insigne, quod veluti sceptrum Regium refert, & repræsentat, à quo ipsi iurisdictionem habent, vt docet D. Hieron. *Psalm.* 109. & pluribus ostendit Chassan. *in catal.* 1. *par. consid.* 83. *concl.* 6. Guillerm. Rouilæus *in Rubr. de iust. & iure, cap.* 3. *in princip. fol.* 23. Petr. Greg. *lib.* 47. *syntagm. cap.* 25. *n.* 5. *& seqq.* Bobad. *lib.* 3. *Polit. cap.* 2. Auiles *in cap.* 42. *Prætor. verb. Varas*, Auend. 2. *part. cap.* 21. *num.* 2. Cæl. Rhodig. *lib.* 21. *lect. antiq. cap.* 6. Borrell. *de Magistr. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 1. *&* 2. vbi inquit hac de causa Moysi virgam à Deo traditam fuisse *Exod.* 7. Mastrill. *eod. tract. lib.* 5. *cap.* 8. *n.* 106. *& seqq.* Rosin. & Dempster. *lib.* 7. *antiq. Roman. cap.* 3. *& lib.* 9. *cap.* 18. vbi de Magistratibus Romanis, & eorum Lictoribus, qui præferebant virgarum fasces securibus alligatas, & Pier. Valerian. in Hieroglyph. *lib.* 41. *fol.* 305. vbi plura loca Scripturæ ad idem adducit; & nouissimè, ac satis eruditè noster D. Ant. Cabrerus *in tract. de metu lib.* 2. *cap.* 15. *ex num.* 4.

Et sanè † rectissimè & prudentissimè à nostris Regibus horum Quæstorum auctoritas, & potestas in his prouinciis inducta fuit. Nam † cum quælibet causa criminalis, maior sit quacunque ciuili, vel pecuniaria, *l. seruorum, D. de pœn. l. fin. C. de ord. cognit.* cum aliis latè adductis à Menoch. *de arbitr. cas.* 464. *num.* 3. Farin. 3. *tom. crimin. quæst.* 100. *num.* 59. & Dom. Valenç. *cons.* 43. *num.* 20. *&* 98. & iterum nouissimè *cons.* 176. *num.* 50. *& cons.* 184. *num.* 85. *volum.* 2. non minus prouidè de eisdem causis criminalibus iustè, & per iustos & selectos iudices terminandis, quam de ciuilibus curari debuit, præsertim † in his adeo remotis vastisque prouinciis, ad quas multi ex facinorosis aliarum confugiunt. Et in quibus vrgentissimè militant tres illæ causæ delictorum seuerè, & acriter puniendorum, quas ex Philosoph. sententiis grauiter refert A. Gellius *lib.* 6. *noct. Artic. cap.* 14. Alex. *lib.* 3. *Genial. cap.* 5. *in princip.* & post alios Matienz. *in dial.* Relat. 3. *part. cap.* 65. *&* 66. & specialius in nostris terminis loquens in tractat. M.S. *de moder. Reg. Perù,* 2. *part. cap.* 23. & Ego *in tract. de crimin. parricid. lib.* 1. *cap.* 1. *&* 2. Vbi de horum † Quæstorum apud Romanos origine dixi,& cur *Parrici* appellarentur.

Et nunc addo plura nouissimè & doctissimè adducentem Ioann. Filesac. *lib.* 2. *select. titul. Regia Maiestas sacrosancta, cap.* 13. *pag.* 264. vbi cum Seneca, † *Scauam clementiam* appellat, facinorosis hominibus conniuere, *Ne* (vt ait *Imp. in l. si apparitor, C. de cohortal.*) *indulgentiis crimina subleuemus.* Cui similis est text. † *in l.* 3. *titul.* 10. *lib.* 1. *Cod. Theodos.* vbi Impp. grauiter exprimunt, quantum

oporteat in remotis prouinciis probatissimos, atque districtissimos Defensores, seu Quæstores esse, qui publicæ disciplinæ quotidianis actibus præsint, & non sinant crimina impunitate coalescere; quem text. præ oculis habuisse videntur nostri Reges in creatione horum Quæstorum criminalium (de quibus agimus.)
Et † eadem cura, & solicitudo eis de- 10
mandata conspicitur in multis sched. & ordin. Regiis eorum officium tangentibus, quas reperies *in* 2. *tom. pag.* 73. *& seqq.* Quæ in omnibus ferè conueniunt cum legib. Regni Castellæ, quæ habentur *in tit.* 7. *De los Alcades del crimen de las Chancillerias de Valladolid y Granada lib.* 2. *Recop.*

Et per alias sched. *ann.* 1568. *&* 1573. *&*
ordin. ann. 1563. definitur, qualiter † iidem 11
Quæstores in vrbibus, in quibus resident,etiam de ciuilibus causis cognoscere, & iudicare debent in Tribunali, quod vulgò dicimus, *de Prouincia*: de quo etiam agitur *in titul.* 8. *dict. lib.* 2. *Recop.* Et in nostris terminis tangit D. Carrasc. *ad leg. Recop. cap.* 9. *num.* 195. vbi benè aduertit, quod si de sententiis, quas pronuntiauit aliquis ex his Quæstoribus, tanquam iudex prouinciæ, appellatur ad Regiam Cancellariam, in qua simul (vt diximus) Au-
ditoris munus exercet, † non poterit in ea 12
cum cæteris sociis iudicare, quia appellatum est ab eo tanquam inferiore, & sic debet se abstinere, quia alias de eodem ad eundem appellaretur, contra *l. eos* 6. *C. de appellat. iuncta gloss.* ibi verb. *Prouocatum, vers. Item quid si cœperit, l. Prætor, D. de iurisd. omnium iud. l. fin. D. de off. assess.* & alia, quæ post alios tradit Scaccia de appellat.

Sed, vt idem D. Carrasc. subiungit, † non 13
præstabit impedimentum ad hoc, vt cum cæteris Auditoribus de causa principali cognoscat, & iudicet; quod fortè tanquam iudex prouinciæ aliquos articulos interlocutorios in eadem causa pronuntiauerit, si alter postea diffinitiuam sententiam tulerit, de cuius appellatione tractatur. Et hoc iure, siue praxi quotidie vtimur. Circa quam tamen in ardua causa duorum fratrum filiorum Secretarij Aluari Ruiz Nauamuel de los Rios, qui super quodam maioratu contendebant, dubita-
tum vidi, an idem dicendum esset; † vbi quis 14
tanquam iudex prouinciæ in possessorio alicuius causæ pronuntiauit, & postea de eadem causa in proprietate coram ipso, tanquam iudice appellationum, terminanda, tractatur. Et quidem licet Collegæ censuerint, has causas distinctas esse, vt vulgari regula, quod ni-
hil † commune habeat proprietas cum pos- 15
sessione, *& l.* 1. *D. de quib. reb. ad eund. iud. eatur, l. nulli, C. de indic. cap.* 1. *de caus. poss.* cum aliis. Mihi tamen contrarium visum fuit, vbi possessorium (vt in casu proposito) admixtam proprietatis causam habebat. Quia virtualiter eadem causa censetur, & dubitari non potest, quod licet diuersi fuerint iudices possessionis, & proprietatis in prima instantia, ille tamen qui de possessione pronuntiauit, votum, ac sententiam suam iam propalauerit, & quid in proprietate iudicandum senserit, aperuerit; vnde securius esse censui, vt à cognitione appellationis in petitorio abstineret, in cuius ventre possessorium continetur,

vt in ſimili dixit, & iudicauit Rota apud Lancellot. in tractat. de attentat. 2. part. cap. 4. limit. 2. num. 17. & 18. vbi plures alios Auctores adducit, & vltra eos Menoch. omninò videndus, de arbitr. caſ. 371. num. vltim. Petr. Frider. in tractat. de cumnl. cauſ. cap. 2. num. 4. Gaill. lib. 1. obſer. 32. Molina de primog. lib. 3. cap. 13. ex num. 20. Gratian. regula 6. num. 3. latiſſimè Cabed. deciſ. Luſit. 9. part. 2. & Farin. de teſtib. quæſt. 75. cap. 4. num. 108. & ſeqq. Ceuall. 1. tom. commun. quæſt. 334. & multum in noſtris terminis Capicius, omnino videndus, deciſ. 146. & 176. & Menoch. de arbitr. caſ. 121. iunctis aliis, quæ de peccato eius, qui litigat ſuper poſſeſſione, cognoſcens notorium defectum in proprietate dixi, poſt alios, ſuprà hoc tom. lib. 2. cap. 29. num 8.

16 Sed vt filum noſtræ tractationis repetamus, vbi inter Quæſtores criminum, & Auditores diſceptatur, an aliqua cauſa ſit ciuilis, vel criminalis? diſpoſitum eſt de iure Regio Caſtellæ per l. 20. titul. 5. in fin. lib. 2. Recop. Et Indiarum, per ſched. ann. 1571. & 1582. quæ habentur in 2. tom. pag. 90. & 93. vt vnus ex Auditoribus, & alter ex Quæſtoribus, qui antiquiores ſint, ſimul cum Prorege iungantur, & re inter ipſos diſcuſſa, quod maior pars ipſorum deciderit, exequatur. In qua cognitione plures regulæ afferri, & expendi ſolent, ad inquirendum, quando cauſa ciuilis, vel criminalis dicenda ſit. Sed omnes fere in id tendunt, vt ſi ob negotij qualitatem reo corporalis pœna poſſit infligi, abſque dubio criminalis cauſa cenſeatur, vt deciditur in l. 9. & 24. titul. 4. & l. 9. titul. 16. ead. part. Sin autem ſolum pecuniaria, tunc inſpici debeat, an ea Fiſco applicanda veniat, an parti, vt primo caſu dicatur criminalis, ſecundo ciuilis, niſi fortè hæc pœna, vel intereſſe pecuniarium, quod parti applicatur, veniat in conſequentiam alterius pœnæ corporalis, vel pecuniariæ, quæ Fiſco applicetur. Nam tunc omnino criminalis reputatur, vt latius proſequuntur Bart. & DD. per text. & gloſſ. in l. 3. D. de ſepul. viol. & innumeri alij apud Iul. Clar. & eius Addition. in prax. crimin. quæſt. 1. Tuſch. litt. C. concluſ. 1083. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 82. & caſu 265. Farin. 1. tom. crimin. q. 19. à num. 33. vbi aliquas notabiles concluſiones adducit, & 3. tom. quæſt. 100. & ſeqq. & conſ. 40. numer. 26. & conſ. 69. & Tiber. Decianus qui regulas quaſdam Magiſtrales, & omninò videndas ad hoc diſcernendum conſtituit, reſp. 32. à num. 68. lib. 3. Ceuall. 4. tom. commun. quæſt. 897. num. 718. Bobad. lib. 5. cap. 1. num. 120. & ſeqq. & Parlad. differ. 138. à num. 1. vbi num. 2. agit, an ex pœna exilij, cauſa criminalis dicatur. De quo etiam latius Bobad. ſuprà n. 128. Azeued. per text. ibi in l. 2. tit. 19. lib. 8. Recop. & Boſſius in prax. tit. de carcer. fid. com. ex num. 6.

17 Si verò † competentia iuriſdictionis inter Quæſtores criminum, & iudices ordinarios in ciuilibus, aut etiam in criminalibus negotiis, ratione præuentionis, aut ex alia cauſa orta fuerit, tunc in Audientia Mexicana ſtatutum eſt, vt Prorex ſolus has differentias pro ſuo captu, vel arbitrio componat, per ſched. Matr. 23. Iun. ann. 1571. d. 2. tom. pag. 93. cui fortè occaſionem dederunt ſcandala, & inconuenientia, quæ ibidem eueniſſe narrantur, vt eadem ſched. memorat. Cæterum Limæ hæc ſched. non obſeruatur, ſed alia Matrit. 19. Decembr. ann. 1568. eod. tom. pag. 93. quæ Regali Audientiæ hanc declarationem, etiam Mexici, commiſerat. Quæ quidem iuris regulis arridere videtur, quibus docemur, † orta difficultate ſuper competentia iuriſdictionis inter iudices inferiores, ſuperiorem adeundum eſſe, vt eam componat, & decidat, ex traditis per DD. maximè Iaſon. num. 27. in l. 2. D. ſi quis in ius vocat. Azeu. in l. 4. titul. 1. lib. 4. Recop. num. 9. & plurimi alij, quos latè, & eruditè congerit D. Petr. à Silua, nunc pro meritis in Panamenſem Fiſci Patronum electus, in Prætorio competentiar. num. 3. & ſeqq. Superior autem in hoc caſu eſt Regalis Cancellaria, quæ in omnibus, quæ iuſtitiæ adminiſtrationem concernant, Principem repræſentat, vt dixi ſup. hoc lib. cap. 3. ex num....

Et ſanè in Audientia Limana hæc praxis inconcuſsè ſeruatur, neque vſquam vidi in dubium vocari, eo excepto, † quod aliquando Quæſtores criminum tentarunt, has differentias non eſſe videndas, & decidendas in ſola Auditorum aula, quam vocant de Relaciones. Sed Proregem ſimul, & omnes Auditores in ſecretiori conſeſſu congregatos, quem vocamus Acuerdo. Moti eo, quod d. ſched. ann. 1568. Præſidi & Auditoribus ſimul hanç cognitionem committit, quam extraordinariam eſſe dicebant, quia alias Auditores nullam in cauſis Quæſtores tangentibus iuriſdictionem habere poſſunt, † cum ſint omnes in genere cauſarum ſibi commiſſarum æquè ſupremi, vt diſponitur in l. 20. tit. 5. lib. 2. Recop. Quo tamen non obſtante, contrarium deciſum fuit, † tum propter antiquum, & diu obſeruatum eiuſdem Cancellariæ ſtylum, à quo temerè diſcedendum non eſt, vt latè probat Chriſt. de Paz in prooem. ad leges ſtyli Burg. de Paz in proœm. leg. Taur. n. 226. & ſeq. & alij plures, quos citaui 1. tom. de Ind. iur. lib. 3. cap. 1. & 2. Tum præterea, quia tempore quo expedita fuit d. ſched. ann. 1568. vna tantum aula Auditorum Limæ reperiebatur, & ei ſoli dictam iuriſdictionem indulſit. Et vt eſſent plures, ſcitum tamen, & vulgatum eſt, † id quod per quamlibet earum expeditur, ſemper & indefinitè dici per Præſidem, & Auditores determinari, nimirum quia apud eam in habitu & potentia totius Audientiæ iuriſdictio reſidet, vt in actu expediat, & decidat quælibet negotia, quæ ſibi pro tempore obtigerint, vt in ſimili notant Bartol. Platea, & Lucas de Pena per text. ibi in l. vnic. C. de Metrop. Beryto lib. 11. cum aliis, quæ adduxi ſup. cap. 3. n. 48. Et denique, quia in hoc † nihil de auctoritate, & iuriſdictione Quæſtorum detrahitur, neque dicta l. 20. Recop. tranſgreditur, cum Regalis Audientia de criminibus non cognoſcat, aut Quæſtorum ſententias non interuertat; ſed tantum de competentia iuriſdictionis ſtatuat, quæ ciuilis, haud dubiè quæſtio eſt, & in qua ipſi Quæſtores, quia ſunt partes formales, nihil ſtatuere poſſunt, l. vnic. C. vt nemo in ſua cauſa, cum aliis.

Et non eſt nouum, † vt aliqua maioritas, ſiue ſuperioritas Auditoribus competat in eoſdem Quæſtores, cum videamus in multis illis ſubordinari. Nam in l. 66. d. titul. 5. lib. 2.

Recop.

Recop. disponitur: *Que los Oidores puedan mandar, y manden à los Alcaldes del crimen, que ronden de noche por las calles, quando pareciere que conuienne.* Et in ordinationibus Pintianæ, & Granatensis Cancellariæ generaliùs deciditur, † *Que les manden que hagam justicia*, & in *l. 49. d. tit. 5.* refertur, quòd olim in defectum Quæstorum vnus ex Auditoribus, quem ipsa Audientia vellet, illis sufficiebatur; & quamvis in posterum hanc suffectionem, siue substitutionem non electiuam, sed vicissitudinariam esse iubeat, tamen eum ex Auditoribus,& de manu Auditorum accipere debent, quibus præcipitur, vt hoc,& alia, quæ in eadem lege cauentur præcisè obseruari faciant. Adsunt quoque eiusdem superioritatis vestigia *in d.l. 20. tit. 5. lib. 2. Recop. vers. Y mandamos*, vbi sustinetur sententia etiam in causis criminalibus inaduertenter, vel per incuriam, aut malitiam tabellionis ab Auditoribus lata. *Et in l. 1. & 8. tit. 7. l. 2. vers. Pero si fuere, tit. 10. lib. 2. Recop.* Vbi Quæstores in casu discordiæ, vel recusationis eorum, iudices ab ipsis & ex ipsis Auditoribus petere iubentur, cùm tamen contrà si Auditor, qui apud ipsos Quæstores turnum exercet, fuerit recusatus, non ab ipsis Quæstoribus, sed ab Auditoribus de hac recusatione cognosci possit, iuxta *l. 8. tit. 7. lib. 2. Recop.* Nec omittendæ sunt schedul. quarum meminimus *sup. c. 3. n. 41.* quæ cùm Proregibus iubeant, vt Auditorem antiquiorem suo lateri socient, expressè Quæstoribus post magnam deliberationem, & eorum reclamationem, hunc honorem impertiri noluerunt. Et alia *epist. 27. Februar. ann. 1611.* ad Audientiam Limanam scripta, per quam constat, quòd cùm Quæstores ægrè ferrent: *Que los Oidores los llamassen de vos en los mandamientos, y executorias que les dirigiam en las causas ciuiles, como à Iuezes de prouincia.* Adhuc hic stylus approbatus, & in posterum obseruari iussus fuit, ea reddita ratione: *Que es por hablar de Tribunal superior à Iuez inferior, sin que se atienda a las personas que vsan los oficios, sino al oficio que se exerce, &c.*

Cæterùm, vt ad alia transeamus, pluribus aliis quæstionibus in hac materia insuperhabitis, quæ cum Audientiis Hispaniæ possunt communes esse. In eo planè dictorum Quæstorum criminalium Indiarum officium, per Regias schedulas, grauiter,& priuatiuè ad Auditores excitatur, nimirùm, † vt diligenter inquirant in eos, qui in Hispania, vel alibi vxores reliquerunt, & per Indiarum prouincias vagantur, & immorantur, eósque primo quoquo tempore ad vitam cum illis faciendam remittant. De quo extant plurimæ sched. *1. tom. impress. ex pag. 415. ad 422.* & alia *ann. 1571. tom. 2. pag. 79.* quæ iubet, superiores per Quæstores criminum exequi, quamvis cum Præside, & Auditoribus loquantur, & Fiscalibus quoque eadem cura circa hoc petendum iniungitur per aliam schedul. *ann. 1573. d. 2. tom. pag. 272.* Hócque præceptum in † his prouinciis antiquissimum esse constat ex relatis ab Ant. de Herrer. *in hist. gener. Ind decad. 1. pag. 218.* & de eo integrum caput fecit Ioan. Matienz. in tract. M.S. *de moder. Reg. Perù, 2. par. cap. 3.* vbi leges & ordinationes quasdam ex suo capite comminiscitur, quibus hoc commodiùs exequi possit, illáque ratione fulcitur, quod valdè oporteat coniuges simul vitam transigere, cùm matrimonium eius indiuiduam consuetudinem contineat, & præseferat, nec possit alter alterum sui communicatione priuare, vt probat text. *in princip. Instit. de nup. cap. vnaquæque 13. q. 2.* cum multis aliis, quæ tradunt Tiraq. *in l. 1. conn. gloss. 1. par. 1. n. 39.* Cou. *de sponsal. 2. par. c. 7. n. 5.* Martin. Delr. in Adag. *sacr. 1. tom. pag. 184.* Th. Sanch. *de matr. lib. 1. disp. 41. à n. 1.*

Et in ipsis terminis eorum, qui ad Indos transfretare volunt Fr. Ioan. Bapt. *in aduert. confess. 1. par. in tabula verb. Matrimonio*, Ferd. Zurita *in quæst. Theol. Indiar. q. 38.* vbi ex doctrina D. Thom. concludit, † male facere vxorem, quæ virum ex causa honesta, & opportuno tempore, ac commoda nauigatione ad Indos properantem non sequitur. Verùm hoc magis de consilio, quàm præcepto procedere, dato enim quòd se maris pericula metuere, ac perhorrescere dicat, ad ea subeunda inuitam cogi non posse, ex his, quæ de nauigationis periculis dixi *1. tom. lib. 1. cap. 16. ex num. 17.* Et P. Stephan. Dauila *in tract. de censur. Eccles. 2 par. cap. 5. disp. 4. vers. Vndecima conclusio, pag. 76.* vbi inquit, † in Indiarum prouinciis banna, & proclamata generalia fieri solere, pro detegendis his, qui in Hispania vxores reliquerint,& qui eos agnouerint, illos denuntiare teneri quia in commune bonum spectat. Et in hoc ipsum respiciunt aliæ sched. *1. Iun. 1607. & 26. August. 1618. & 10. August. 1619.* quibus Peruanis Proregibus iniungitur, † ne in dictarum schedularum executione dispensent, vel vxoratis sine graui & legitima causa aliquas moratorias concedant. Idémque præcipitur Auditoribus Limanis,& ne faciles sint: dum carceres visitant, in iis relaxandis, qui sub hac occasione à Quæstoribus criminum capti sunt, per aliam schedul. dat. *Vlyssip. 7. Octob. ann. 1619.*

Cauere tamen debent vbique criminum Quæstores, † & præcipuè in his Indiarum prouinciis, vt susurronibus, quorum in illis ingens est copia, faciles & credulas aures non præbeant, propter damna quæ ex contrario sequi solent, de quibus plura inuenies *in Eccles. cap. 28. vers. 15. & seqq. & apud gloss. in l. 3. in princip. de crim. stellion. l. 2. tit. 13. par. 2.* vbi Gregor. verb. *Ningun mal*, Hippolyt. Rimin. *consil. 303. num. 18. lib. 3.* & Bobad. *in Polit. lib. 2. cap. 13. num. 61. & lib. 5. cap. 1. num. 75.* Et vt in iudicando iustitiam cum misericordia coniungant, ne tam reos, quàm vitia odio habere videantur. De quo etiam latè, & optimè agit idem Bobad. *lib. 2. cap. 3. & 4.* Ioseph. Aldrete *de Relig. discip. tuen. pag. 2.* Marlian. *in theatr. politic. cap. 5.* per totum. Nosse enim debent, quòd vt Cæsar dictator dicebat, † miserum est instrumentum senectutis, recordatio crudelitatis, & Seneca teste *lib. 1. de clem. cap. 9.* propè esse, vt libenter damnet, qui citò, propè vt iniquè puniat, qui nimis. In quo singularem clementiam legum Romanarum extollit Tertull. *cap. 1. & 2.* quem vide.

CAPVT VI.

De Regiis Aduocatis, siue Fiscalibus earundem Audientiarum, eorúmque officio & dignitate, & peculiaribus quæstionibus, quæ ad illud spectant.

SVMMARIVM.

1 *Fiscalium institutio, & finis in Audientiis Indiarum, & quòd duo sunt in Mexicana, & Limensi, & qualiter se iuuare debeant?*

2 *Fiscalium officium, an, & in quibus assimiletur Procuratori Cæsaris, & Aduocatis Fisci Romanorum, & iura, & Auctores, qui de his agunt.*

3 *Fiscales dicuntur malum necessarium, & Procuratores generales, & quare?*

4 *Fiscalium instructio, ex Cassiod. & aliis, & quod non de potestate, sed de iustitia vincere curent.*

5 *Fiscalis sub colore officij iniuriosè agens, & deprædationes exercens; viuus cremari debet.*

L. vniuersi 9. C. vbi causæ Fiscales, *illustratur, ibidem.*

6 *Fiscales toga talari vtuntur, & eodem salario, ac eisdem ferè honoribus gaudent, quibus Auditores Indiarum, & sunt veluti socij, & fratres ipsorum.*

7 *Fiscales in Francia sunt simul iudices in negotiis, quæ fiscum non tangunt, & quando in Indiis eorum vicem suppleant?*

8 *Fiscales præcedunt Algacellos, Calculatores, & Officiales Regios, & etiam Secretarios: & lis super hoc mota in supremo Consilio Italiæ, & qualiter sedata?*

9 *Secretarius præcedit Fiscalem in supremo Consilio Inquisitionis, non in aliis.*

10 *Fiscalis vicem qui supplet, an in sessione, & aliis præcedentiis, & honoribus eius iure fruatur, & vtatur.*

11 *Fiscalis propriè non est, nisi qui à Rege est creatus, & nominatus.*

12 *Electi, & nominati à Rege præferuntur suffectis, & aliis, quæ à minoribus Magistratibus titulum habent.*

13 *Fiscales, non solùm in Tribunali cum iudicibus sedent, verùm & in secretiori conclaui, vulgò* Acuerdo *interesse possunt, & debent, & sched. de hoc agentes.*

14 *Fisci priuilegium est, vt possit sententiis in causis fiscalibus ferendis, seu votandis interesse, & an sint nullæ, si eo absente ferantur?*

15 *Licent. Barros de Santillan Præses Quitensis non patiebatur Fiscalem interesse sententiis in causis fiscalibus ferendis, & quare?*

16 L. proximè, D. de his quæ in testam. *delentur, explicatur.*

17 *Sententiæ in causis fiscalibus absque expressione Regiæ personæ solùm cum ipsius Fiscali pro, & contra, loquuntur, & conpiuntur.*

18 *Fiscales veniunt appellatione Officialium, & Ministrorum, tam in fauorabilibus, quàm in odiosis, & exempla notanda huius assertionis.*

19 *Prohibitiones schedularum Indiarum Auditoribus facta, de non visitandis priuatis sibi subditis, & alia similes, semper ad Fiscales extensæ sunt.*

20 *Recusationis forma, quæ per leges Regni præscribitur in recusandis Auditoribus, etiam seruari debet in recusatione Fiscalium.*

21 *Fiscalis Regius an possit recusari? Anceps quæstio est, & quid Auctor in ea sentiat?*

22 *Accusator potest esse inimicus, si suam, vel suorum iniuriam prosequitur.*

23 *Fiscalibus Aduocatis, seu Procuratoribus, cur fiscus vtatur.*

24 *Fiscalis semper censetur inuitus, & ex necessitate officij ad negotia, quæ priuatis damnosa sunt, accedere, & quæ inde resultent?*

25 *Recusari potest omnis, qui potest occultè nocere.*

26 *Fiscalis officium idem debet esse, quod Chori in tragœdiis.*

27 *Fiscales non iurant de calumnia, nec in expensis damnantur, & quare? & de aliis eorum, & Fisci priuilegiis, remissiuè.*

28 *Fiscales coram propriis Fisci iudicibus causas dumtaxat agere debent, & omnes Fiscum tangentes, ad hoc forum trahere possunt.*

29 *Fiscalis in causa immunitatis Ecclesiasticæ, an, & qualiter per se vel per suum agentem in fore Ecclesiastico comparere debeat? & schedula super hoc expedita.*

30 *Agentium Fiscalium manus, & bonos, & qui de eis agant.*

31 *Fiscales de iure communi non prohibebantur pro aliis priuatis aduocare, de iure Regio, & Indiarum secus, & sched. de hoc agentes.*

32 *Fiscales Audientiarum Indiarum, Indorum defensionem, & aduocationem in multis casibus excipere iubentur, & sunt veluti generales protectores eorum.*

33 *Causæ Indorum, & miserabilium personarum videntur esse propriæ ipsius Regis, cùm sub eius tutela positi sint. Et insignis locus Petri Greg. ad hoc.*

34 *Pauperes, & miserabiles personæ in omnibus Senatibus, & Audientiis proprium aduocatum habent, qui eos gratis defendere debet.*

35 *Indi ab omnibus defendi debent.*

ERectis, atque ordinatis eo modo, quo diximus, Audientiis, siue Cancellariis Indiarum, necessarium quoque visum fuit, ad imitationem Hispaniensium, peculiares † in eis Patronos, siue Aduocatos constituere, qui Regia iura, ac patrimonium defenderent, quos vulgò *Fiscales* vocamus. Initio námque nominati non fuerunt, sed vnus ex Auditoribus hoc officium supplebat, vt ex earundem erectionibus & antiquis sched. patet. Et in Limensi, ac Mexicana Cancellaria, postquàm distinctæ aulæ pro Quæstoribus criminum constitutæ fuerunt, iuxta ea, quæ in superioribus diximus, distinctus

istinctus quoque Fiscalis pro eisdem aulis creatus fuit, qui vocatur *Fiscal del crimen*, & ic cum altero, qui appellatur *de lo ciuil*, in arduis causis interuenire debet, eiusque locum ptat, si vacare contigerit, & alteruter alterius defectum, absentiámque supplet, vt latiùs æc omnia, & pleráque alia, quæ ad Fiscalium unus spectant, disponuntur, & explicantur *toto tit. 13. De los Procuradores Fiscales del onsejo, y Audiencias, lib. 2. Recop.* & de nostro re Indiarum, in ordinat. Audient. *ann. 1563. tit. e los Fiscales, & in 2. tom. sched. impress. pag. 261. seqq.* & in summario legum Indicar. *lib. 2. t. 19.*

Fiscalium autem officium, † qua ex parte egij patrimonij defensionem, & administrationis eius attentionem concernit, vt in dictis gibus & sched. dicitur, *& in l. 7. tit. 1. lib. 9. ecop.* potest videri simile illi, quod apud Romanos gerebant Procuratores Cæsaris, & Rationales, de quibus agitur *in toto tit. D. de offic. rocur. Cæs. & similibus.* Qua verò exercet advocationem, & patrocinium causarum, litiúmque Fiscalium, actiuè, & passiuè, in quo præcipuè ipsorum munus consistit, vt ipsæ eædem hedulæ, & leges ostendunt, possunt quidem opriùs æquiparari Aduocatis Fisci, qui primùm Romæ ab Adriano Imp. creati dicuntur, refert Spartian. in eius vita. Et de eis agit *C. de Aduocat. Fisci, l. nemo, C. de aduoc. uers. iud. l. 12. tit. 18. par. 4. in princip.* ibi: *Patronus Fisci tanto quiere dezir en Romance, como que es puesto para razonar, è defender en izio todas las cosas, y los derechos que pertenen a la Camara del Rei.* Et vltra Doct. in eism iuribus, plura de eiusdem officij origine, nitatione, necessitate, & præstantia congens Orosc. *in d. Rubr. de Offic. Procur.* Cæsar. isson. 3. *select. cap.* 18. *cum tribus seqq.* Cuiac. *b. 19. obs. cap.* 13. Conrad. Lancel. *in temp. omn. d. lib.* 1. *cap.* 18. Dionys. Gothofr. *in pract.* 1. *rt. tit.* 19. Toletan. *in lucerna Rubr. tit. C. de bon. acant. lib.* 10. *n.* 13. Gutherius de officiis dom. ugustæ, *lib. 3. c. 1. & c. 23. & 25.* Galganet. *de iure ubl. lib. 4. tit. 2. & 3.* Ioan. Garcia *de nobilit. gloss. in princip. & §. 1. & de expens. cap. 20. n. 9.* Chasn. *in Catal. par. 7. consid. 33. vers. Aduocatus,* & consuet. Burgund. *rubr. 2. de confiscat. in princ. ol. 340. & seqq.* Rebuff. Boer. Peregr. & alij, uos refert doctiss. noster D. Franc. de Alfaro in gregio suo tract. de offic. Fisc. *gloss. 9. num. 30. & qq.* Petr. Greg lib. 49. syntag. *cap.* 47. Petr. Barosa, onninò legendus, *in l. 1. D. solut. matr. 1. par. n. 4.* Otalor. *de nobilit. 3. par. cap. 1. n. 12. & 2. r. cap. 6. n. 7. & 9.* Gutier. 1. *pract. c. 19. n. 26.* Sesse *ecis. 4 in fin. par. 1.* Simanc. *in Cathol. instit. tit. 41. 3. & 53.* Mastrill. *decis.* 214. Fabius de Anna *ons. 6 lib. 1* Pet. Cabal. *resol. crimin. cent. 1. c. 114.* Pet. Bellin. qui plura de his Fiscalibus nounda ongessit, *in tract. de re milit. 1. par. tit. 23.*
3 bi n. 7. vocat eos, † *Mulum necessarium,* nisi tumquia Princeps, imò & tota ipsa Resp. sie ipsi esse non potest, *l. apud Iulianum 35. D. e iur. fisc. l. 1. C. de condict.* ex lege, Dom. Valenç. *ons. 10. num. 101. & seq. vol. 2.* & meliùs Ant. ab. in suo Codice *lib. 1. tit. 21. diffin 49. n. 7.* vbi nde dducit, talem Procuratorem Fiscalem esse, & ite optimo appellari posse, *Procuratorem eneralem,* quia licèt sit Procurator solius Principis, omnium tamen rerum, quæ ad Principis dignitatem, & Reip. vtilitatem pertinent, curam gerit.

Et est omninò videndus, & notandus Cassiod. *lib. 6. var. epist. 8. & 9.* vbi de Rationalibus, *& lib. 1. epist. 19. & 22.* vbi de † Aduocatis Fisci formulas tradit & iniuncti officij obligationem eleganter exponit, & qualiter non debeant de potestate, sed de iure victorias quærere, & curare: *Quando laudabilius à parte Fisci perditur, cùm iustitia non habetur, &c.* quæ verba consonant cum aliis simil. Plinij Iun. in Paneg. ad Trajan. *& in epist. 112.* eiusdem Trajani ad Plin. *lib. 10.* ibi: *Non minus enim hominibus cuiusque loci consultum volo, quàm pecuniæ publicæ,* l. vlt. C. de appellat. in Theodos. vbi Valerian. Imp. ait: *Salua Maiestatis reuerentia non dedignari sibi cum priuatis iura esse communia, l. 2. C. de Aduoc. Fisc. eod. lib.* ibi: *Potior est apud nos causa priuatorum, quàm Fisci tutela.* Melior † *text. in l. vniuersi 9. C. vbi causæ Fiscal.* in qua probatur, quòd Fiscalis, vel quicunque alius iudex, qui sub colore Fisci iniuriosè, & calumniosè ad deprædationem priuatorum procedit, viuus concremari debet. Iunctis aliis, quæ Nos alio loco trademus, & benè considerant Couar. *lib. 1. var. c. 16.* Ioan. Garc. Alfarus, & alij *ex sup. relat.* & nouissimè Franc. Zipæus *de Magistr. lib. 3. c. 23. num. 40.*

Sed calamum ad nostros Fiscales Indicos restringentes, ex dicta necessitate, & dignitate muneris, quod exercent, cautum est, † vt idem salarium, idémque ferè honos, qui auditoribus, ipsis tribuatur. Vnde & togâ talari, siue Senatoria indui iubentur, & vt in Tribunali cum Auditoribus ad latus moderniores adsideant, non vt initio fieri consueuit in subselliis Aduocatorum, vt tetigi *sup. c. 4. n. 22.* & in terminis obseruat Dom. Alfar *sup. gloss. 31. n. 6.* & de simili Hispaniæ, Galliæ, & Italiæ consuetudine testantes Ioan. Garc. *de nobil. gloss. 35. n. 44.* Rebuff. Chass. Surgentus, Tassonius, & plures alij, quos refert Mastrill. *de Magistr. lib. 5. c. 9. n. 125. & lib. 6. c. 4. n. 7. & seqq. & decis. 214. n. 6. & 15. par. 3.* vbi plura alia de titulis, & præeminentiis Fiscalium adducit, quòd gaudent titulo Clarissimi, & Illustrissimi, & debetur eis idem honos, qui Senatoribus, & sunt veluti socij, & fratres ipsorum. De quo plura etiam congerit D. Alfar. *sup. gloss. 9. nu. 27. gloss. 10. n. 3. gloss. 17. n. 3. gloss. 34. §. 8. n. 225.* Iul. Clar. *§. fin. q. 3. n. 6.* Craueta *cons. 168. n. fin. vol. 1.* Peregr. *de iur. Fisci lib. 7. tit. 2. n. 15.* Batthol. Philip. *in tract. de consiliar.* priuil. 8. & Bossius *tit. de crim. læs. Maiest. n. 5. 9. & 14.* Rebuff. Petr. Greg. & alij Auctores Galli in locis suprà relatis, vbi dicunt, † quòd Fiscales in Francia sunt simul iudices in omnibus negotiis, quæ fiscum non tangunt. Quod & tradit Eguin. Baro *in d. tit. de offic.* Procur. Cæsar. *in comment. de iure Gallic.* vbi disputat, an Fiscales, Iudices, vel litigantes dicendi sint. Et certè hæc iudicandi potestas in nostris Indiis eisdem Fiscalibus concessa reperitur, vbicunque causa aliqua, quæ Fiscum non tangat, in discordia votorum remittitur, vel Auditores per mortem, vel absentiam deficiunt, qui plenam aulam ad negotiorum, quæ sese offerunt expeditionem efficere possint, vt disponitur in sched. Regia dat. Matr. 20. *Nouembr. ann. 1578.* quæ habetur *d. 2. tom. pag. 262.*

Et ex primò descendit illustratio, & ratio aliarum

aliarum sched. quæ habentur *d. 1. tom. pag. 263. & 267. & in ordinat.* Tribunalium *de Cuentas*,
8 quæ Fiscalibus in loco & sessione † eandem præcedentiam tribuunt, quam Auditoribus, & Quæstoribus criminum respectu omnium hominum priuatorum suæ prouinciæ, atque etiam Secretariorum, Algacellorum maiorum, Officialium Regiorum, & Rationalium Computorum, siue Calculatorum, quos vocamus *Contadores del Tribunal y Contaduria mayor de las cuentas Reales.* Prout & in Regiis Consiliis, & Cancellariis Hispaniæ praxi etiam receptum videtur, quatenus Fiscales, omnes alios Ministros
9 præcedunt, † excepto Consilio supremæ Inquisitionis, vbi Secretarius Fiscalem præcedit: quo exemplo cùm idem prætenderent Secretarij supremi Consilij Italiæ, contra Fiscalem nouissimè in eodem Consilio creatum, Dom. D. Ioan. Ruiz de Laguna, obtinere non potuerunt, ipso strenuè & docta iuris allegatione causam suam defendente, vbi plura eleganter de hoc officio, & eius præstantia congessit. Quam vsque adeò in hoc articulo extendit D. Altar. *d. gloss. 31. n. 6.* in fine, & latiùs *gloss. 28. num. 4. pag. 251.*
10 quòd in casu, † quo per mortem, vel absentiam Fiscalis proprietarij, alius ab ipsa Audientia, vel à proprietario, qui se absentat, sufficitur, ac substituitur, vt eius vices suppleat, hic quoque eisdemmet priuilegiis, & præeminentiis, etiam quoad loci prærogatiuam, frui debebit. Et quòd de facto ita obseruatũ fuit in Cancellaria Argentina, *ex l. suggerente, C. de offic. eius qui vicem iud. ger.* & traditis ab Hyppolyt. de Marsil. *sing.* 649. Quod tamen his diebus supremus Indiarum Senatus, licèt Ego suprà dicta perpenderem, admittere noluit, quin potiùs officiales Regios vrbis Guadalaxaræ, in subhastationibus Rei Dominicæ, & aliis actibus, in quibus concurrerent, præcedere debere Fiscalem suffectum declarauit; & ad hoc generalem schedulam expediri iussit. Motus fortè ex doctrina Peregrini de iure Fisci *lib. 7. tit. 2. num. 2.* & eiusdem D. Alfari *gloss. 1. n. 2. & gloss.*
11 *31. n. 8.* qui affirmant, † propriè Fiscalem non esse, nec dici posse, nisi qui à Rege fuerit no-
12 minatus. Et quòd qui ab eodem Rege † electi, & nominati sunt, & officiorum proprietatem habent, regulariter suffectis præferri solent, vel aliis, qui ab inferioribus titulum habent, l. restituendæ, *in fine, C. de aduocat. diuers. iud. l. fin. D. de albo scrib. l. spuriis, §. fin. D. de Decurion. Auth. vt indic. sine quoquo suffrag.* cum aliis, quæ adduxi *sup. lib. 2. c. 9. num. 43. & c. 29. num. 13.*

Et est adeò verum, quòd Fiscales cum Au-
13 ditoribus adsident, vt non solùm † in Tribunali hoc procedat, interim dum lis disceptatur, & de causa cognoscitur: verùm plurimis quoque schedulis Regiis cautum fit, vt etiam in conclaui secreto, quod *Acuerdo* dicitur, vbi causæ iudicantur, & deciduntur, idem obseruetur, vt constat ex quadam dat. Escoriali 22. August. ann. 1568. Tolet. 2. Iun. 1560. Matr. 7. Iul. 1572. Mentridæ 21. Maij 1577. *d. 2. tom. pag. 264. & 265.* quæ disponunt: *Que pueda el Fiscal entrar, y hallarse en los acuerdos siempre que quisiere, y se huuiere de votar qualquier pleito que tocare a la Real hazienda: y que ningunos se puedan hazer, ni hagan en dias extraordinarios, sin llamarle à ellos, y que se sien-*

te en el assiento mismo que los Oidores tuuiere[n] al lado del mas moderno. Quod est vnum † [...] magnis Fisci, & Fiscalis priuilegiis, & ad[...] verum, vt multi teneant, sententiam contra Fi[...] cum eo absente prolatam, nullam esse, licèt [...] aliis Aduocatis contrarium obseruetur, *l. vel[...] mento, C. de postuland.* vbi Bald. & Salicet. *n. [...] l. si fiscus 7. D. de iure fisci, l. 3. §. multa, ver[...] Diuus, D. eod.* vbi gloss. *sing. verb. Restituun[...]tur, l. fin. C. de Aduocat. fisci*, quam sic sum[...] mat Bald. *ibid. l. 1. C. de fide instrum.* & iure h[...] stæ Fiscal. *lib.* 10. vbi gloss. *verb. Omni ordin[...] l. 7. tit. 1. lib. 9. Recop.* cum aliis, quæ latè, & op[...] timè adducit Bart. *in l. vnic. C. de sentent. ad[...]uers. Fisc. lib.* 10. vbi Valenç. Piscator *n.* 18. [...] *seqq.* Bossius *in praxi tit. de Fisc. n. 23. & tit. [...] sent. n.* 18. vbi addit, solam citationem non suffi[...] cere, nisi etiam actualiter interueniat, Ioa[...] Garc. *dict. gloss. 3. num. 13. & 14.* Ioan. Gallus *d[...] priuil. Fisc. priuil.* 31. Pereg. *d. lib. 7. tit. 2. num. 2. [...] seqq. & lib. 6. tit. 4. n. 5.* Simanc. *d. tit.* 53. num. 1[...] & Dom. Alfar. vbi suprà *gloss. 16. priuil. 6[...] num. 210. & gloss. 18. n. 15. & gloss. 34. §. [...] num. 229.*

Quamuis non defuit in nostris Indiis † qui[...]dam Præses Quitensis Cancellariæ, nomin[...] Barros de Santillan, qui hanc praxim admit[...]tere nolebat, & Fiscalem exire faciebat tempo[...]re, quo de causa decidenda agebatur, ductu[...] exemplo eius, quod fecit Imp. Antoninus *in [...] proximè, D. de his quæ in testam. delent.* ibi[...] *Remotis omnibus cùm deliberasset, &c.* quam[...] formam semper obseruari solitam, tradit Dio[...]nys. Gothofr. ibid. Sed non animaduertens, [...] Calphurnium Longum, qui in eo text. Fisc[...] partes egisse dicitur, non fuisse illis præeminen[...]tiis cohonestatum, quibus hodie, vt diximus, nostri Fiscales vtuntur. Ac præterea, ibi sen[...]tentiam non fuisse latam à iudicibus Fisci, inter quos sedendi, & interessendi priuilegium Fiscali conceditur, sed Imperatorem ipsum per se causam illam decidere voluisse. Vnde non erat necessaria interuentio Fiscalis, qui in defectum Principis adesse iubetur, & tanquam qui eum refert, ac repræsentat: adeò, vt in † causis fiscalibus sententiæ non cum Rege, sed cum Fiscali tantùm loquantur, & proferantur, licèt in aliis de partibus, & eorum procuratoribus mentio fiat, vt probat *l. 1. C. de sentent. & interloc.* & signanter Greg. Lopez *per text.* ibi *in l. fin. tit. 5. par. 3.*

Secundò, ex prædictis emanat, † quòd appellatione Senatorum, Auditorum, Ministrorum siue Officialium alicuius Senatus, vel Cancellariæ, Fiscales quoque tam in fauorabilibus, quàm in pœnalibus, & odiosis ferè in omnibus comprehendi videntur, vt ad plura praxi vilia disputant post alios, quos referunt, Aponte *cons. 49. lib. 1. n. 32. & seqq.* Lanar. *cons. 43. n. 9.* Vinc. de Franchis *decis. 407. par. 2.* Gratian. *decis. 253. & discept. forens. c. 225. n. 51.* Fab. de Anna *cons. 107. n. 21.* Mastrill. *in locis suprà relatis*, Cattuita ad ritus Siciliæ, *ritu* 11. & latiùs cæteris Marcellin. Maurus, omninò videndus, *alleg. 2. & 27.* Quod notari expediet ad interpretationem l. pupillus, §. item quæritur, vers. *San*, D. *de auctor. tit.* ibi: *Sed simpliciter, vt solet honestiores, non pati nomina sua instrumentis inscribi*, vt non minus de Fiscalibus, quàm de Senatoribus intelligatur. Et ad casus relatos *in 50. tit. 5. lib. 2.*

...2. l.21. titul. 1. l.1. §.47. titul.2. lib.9. Recop. ... præsertim † ad plures prouisiones, & pro... ...itiones Indiarum, vbi quæcunque de Audi...ribus dicuntur, æquâ lance in Fiscalibus ob...uantur, & obseruari iubentur, vt ex ipsis ap...ret, & præcipuè ex illa Philip. III. ann. 1610. ...statuens: *Que los Presidentes, y Oidores las Audiencias de las Indias se abstuuiessen de ...zer visitas en sus distritos à personas particu...es de ellos*, etiam Fiscalium meminit, ea ra...ne addita, quæ maximè ad nostrum institu...m conducit: *Por quanto vosotros mis Presi...ntes, Oidores, y Fiscales representais in media...nente mi Real persona.* Vnde † & leges tit. ... lib. 2. Recopil. quæ de recusatione Præsi...m, & Auditorum agunt, earúmque forma ... pœna, in Fiscalibus etiam practicandas esse ...ncludit Dom. Alfar. *d. tract. de off. Fiscal. ...ff. 17. num. 4. pag.* 98. sic per consequentiam ...tiens, Fiscalem absque dubio recusari pos...., nihil verò ad id probandum allegans; cùm tamen hic articulus valdè difficilis semper ...putatus fuerit: & sint plures, qui recusari ...n posse, cùm votum non habet, affirment, ...sic sæpè pronuntiatum esse, vt constat ex ...ditis à Peguera *decis. Cath.* 232. *fol.* 174. Ma...ill. *decis. Sicil.* 214. *per totam*, 3. *par.* vbi refert ...ned. Regiam hoc ita declarantem, & in no...is terminis Fiscalium Indiarum D. Carras...s ad leges *Recop. cap. 9. ex num. 43. ad 47.* ... sæpè in practica obseruatum inquiens, & ...quas distinctiones adducens. Contrarium ...men tenet nouissimè, cùm Dom. Alfaro sen...ns, Ant. Mornac. *in notis ad l. 1. D. de off. ...ocur. Cæs. pag. mihi* 50. referens ita in Pari...nsi Senatu post magnam causæ consultatio...m, & antiquiorum Arrestorum reuisionem ...ounciatum fuisse 27. *August. ann.* 1612. Ia...b. Laurent. *de iudice suspect. c.* 6. *num.* 9. *cum ...q. fol.* 34. & Aluar. Valasc. omnino viden...s, consult. 124. per tot. 2. par. vbi plures ad ... fulciendum rationes adducunt, quæ apud ...sos videri poterunt. Ego verò sic breuiter di...nguendum censerem. Quod si ex parte Fisci ...cusatio intendatur, nimirùm quia ex aliqua ...sta causa de suo Fiscali iustè suspectus sit, nulla ... dubitatio, quin statim abstinere debeat, & ...æcepto Regis, vel Proregis, aut Regalis Au...entiæ, hoc Regio nomine iubentis, vel decla...ntis, obedire, absque eo, quòd tunc aliqua so...mnis, vel iuridica probatio, vel pœnæ depo...io necessaria sit ex reg. l. iudicium soluitur, D. ... iudiciis, *l. post litem, l. mutari, l. item si suspe...us, D de procur. l.* 24. *tit.* 5. *par.* 3. cum aliis, quæ ... mutatione procuratoris, vel aduocati, quem ...mel elegi, tradit Boër *decis.* 258. *nu.* 7. & Did. ...rez ad leges Ordinamenti, *col.* 957. *vers. Quæ... octauò*, & agnoscit Carrasc. vbi sup. *n.* 44. re...rens casus, & causas, in quibus Limæ ita per ...roreges factum fuit, Peregr. *d. lib. 7. de iur. Fisc.* ... 2. *n.* 11. loquens de Fiscali Regio recusando, ...b id quòd priùs fuerat Aduocatus partis, con...a quam nunc pro Fisco iudicium intenditur, ... Mastrill. *decis.* 111. *n.* 49. *& seqq.* loquens de Fi...i patrono, qui interuenerat in causa criminali ...quisiti, & quòd effectus iudex possit posteà vt ...ispectus recusari. Si verò Fiscalem recusare ...elit reus, contra quem ad ipsius instantiam ...roceditur in causa ciuili, vel criminali, tunc ...danè maturiùs procedendum, & deliberan-

dum erit, ne sit in reorum manu, eos patronos, aut procuratores excludere, quos Princeps ex lectissimis elegit, & de quibus adeò confidit, vt sup. retulimus. Et ideò allegationem asperitatis, aut malæ tractationis, vel acrimoniæ in defensione, & prosequutione litis, non facilè reciperem: quoniam hæc, si in eis aliquid excedatur, aliis modis, aut pœnis temperari, aut emendari possunt, quas tradit Millius *in prax. crimin. verb. inst. & supplic. formæ, fol.* 38. Sin autem inimicitia obiiciatur: in hac quoque qualis sit, & ex quibus rationibus orta valdè attendi debebit. Nam poterit forsan magis in causam, quàm in personam dirigi, & † cùm 22 inimicitia non soleat excludere ab agendo, vel accusando eum, qui suam, vel suorum iniuriam in iudicio prosequitur, vt per Clarum *q.* 14. & Tusch. *litt. A. concl.* 160. *n.* 5. sufficere non debebit ad excludendum Fisci patronum, qui ipsum Fiscum, & Regem (vt diximus) repræsentat, qui † quoniam non potest per se agere, 23 neque in Curiam accedere, talem procuratorem præponit, cum amplissima facultate, ad prosequenda omnia negotia fiscalia, & delicta, vt notanter inquit Matth. *de Afflict. ad const. Neapol. lib.* 2. *rubr.* 39. *de rest. Reip. fol.* 83. & Iul. Clar. *§. fin. q.* 3. *n.* 6. *pag.* 9. Quod efficit, vt † ad eiusmodi iudicia inuitus, & ex necessita- 24 te accedere videatur, non verò ex voluntate, aut nocendi animo, *arg. l. tutorem*, 1. *resp. D. de his quæ vt indig. l. si seruus communis, §. quod verò, D. de furtis, l. si mulier*, §. 1. D. rer. amot. & melioris text. in l. 2. D. de iure Fisci, vbi propter necessitatem officij, & fauorem Fisci, excusatur quis à pœna, etiam si non probauerit, iunctis aliis, quæ ad idem adducit Greg. Lop. *in l. 5. verb. Tal malicia*, & in l. 6. verb. *Non pudiesse probar, tit.* 1. *par.* 7. Cæterùm si vltra modum in reos excanduisse probetur, vel graues minæ, aut tales inimicitiæ causam præcesserint, quæ Fiscalem suspectum reddere possint, & animi eius motum satis detegant, quòd magis personæ odio, quàm causæ profectu, vel publica delicti vindicta in ea mouenda, vel prosequenda procedit; tunc non dubitarem illum recusari posse, & recusatum declarare, vt euincunt Auctores, & rationes, quas pro affirmatiua parte perpendi, & regula generalis, quæ docet, † 25 quòd recusari potest omnis, qui potest occultè nocere, vt per Valasc. *d. consult.* 124. *n.* 4. Quo in numero Fiscalem grauiter parti infensum, computari posse, negare non licet. Cuius † officium, 26 teste Mornac. vbi sup. vnus interpretum Horatij idem esse debere inquit in causis publicis, & priuatis, quòd Chori in tragediis, qui culpat, quod malè agitur, laudat, quod benè, & modum ac normam præscribit negotij, rebúsque omnibus, quæ geruntur. Sic verò Horat. in arte Poët.

Actoris partes Chorus, officiúmque virile
Defendat, neu quid medios intercinat actus,
Quod non proposito conducat, & hæreat aptè.

Tertiò, ex eadem dignitate, & necessitate 27 officij Aduocati Fiscalis descendit, quòd secundùm magis communem opinionem in causis, quas mouet, vel defendit, regulariter non debet iurare de calumnia, nec in expensis damnari, & aliis pluribus priuilegiis vtitur, & gaudet, quæ breuitati studens omitto, & quia plenè de eis agunt Rebuff. Ioan. Garc. Simanc. & alij sup.

ſup. citati, Franc. Lucan. *de priuil.* Fiſc. *n.* 79. Miſyng. *cent.* 1. *obſ.* 74. *per tot.* Petr. Surd. deciſ. 28. Iacob. Calicius in Margar. Fiſci, Matt. *de afflict. in conſt. Neapol. lib.* 2. *rubr.* 37. *fol.* 83. & pleniùs *in rubr. de fratrib. de nouo benef. inueſt. ex num.* 9. Boſſius, omninò videndus, *in prax. tit. de priuil. Fiſc.* Gregor. Lop. *in l.* 33. *tit.* 13. *par.* 5. *gloſſ.* 1. *&* 2. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 20. *&* 21. vbi eius Addit. Grœvæus, latè Pereg. *d. lib.* 7. *cap.* 2. per tot. præcipuè *ex n.* 15. & D. Alfar. *d. tract. de off. Fiſcal. gloſſ.* 16. 17. *&* 18. vbi de priuilegiis Fiſci, & Fiſcalis in agendo, accuſando, & defendendo, & *gloſſ.* 31. vbi de honoribus, & præeminentiis Fiſcalium.

28 Sed inter alia illud eminet, † vt ſiue agat, ſiue conueniatur, non teneatur comparere coram aliis iudicibus, quàm iis, quibus ipſe adſidet, quique priuatiuè de cauſis Fiſcalibus cognoſcendi, & iudicandi ius habent, atque adeò poſſit ad ipſos cauſas omnes alibi pendentes attrahere, inſtar antiqui Procuratoris Cæſaris, & Rationalis. Ad quod plura iura, & Auctores adducunt Afflict. *deciſ.* 41. *num. fin.* Alciat. *conſ.* 12. *num.* 11. *lib.* 8. Pereg. *d. lib.* 7. *tit.* 1. *ex num.* 1. Maſtril. *de Magiſt. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 14. D. Alfar. *gloſſ.* 11. *num.* 1. *& fin. & gloſſ.* 15. *&* 29. *per tot.* & nouiſſimè D. Carleual. *de iudic. diſp.* 2. *num.* 340. quod ſpecialiter notare volui, quia cùm Limæ eſſem, ſæpè in terminis habui, & præcipuè in

29 emergenti quæſtione cuiuſdam Fiſcalis, † qui agebat cauſam coram Vicario Archiepiſcopali, contra quendam reum, qui immunitatem Eccleſiaſticam allegabat, provt ſibi iniungitur per leges Regias, quæ de defendenda ſeculari iuriſdictione agunt, de quibus Bobad. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 32. & volebat Vicarius, vt in ipſius Tribunali perſonaliter compareret, vel ſaltem libellos, quos præſentabat, proprio nomine ſigillaret. Fiſcalis autem replicabat, contentum eſſe debere, quòd cauſam propter eius ſpiritualitatem, ac prærogatiuam ad iudices Regios non attraheret, & quòd ipſe per ſuum agentem, ſiue ſolicitatorem, quem vocant, Fiſcalem libellos proprio, ſigno, ſiue rubrica munitos, præſentaret. Cúmque ſuper hoc articulo variæ fuiſſent iudicantium ſententiæ, ſupremus Indiarum Senatus conſultus reſpondit in epiſt. dat. Matrit. 3. *Iun. ann.* 1620. Limanæ Audientiæ directa: *Ha parecido que no tiene duda ſino que el Fiſcal puede ſeguir eſtas cauſas por ſi, ò ſu ſolicitador Fiſcal, con que el firme las peticiones en los caſos que le tocaren, ò las rubrique.* Et idem ſibi in ſimili conſultatione reſponſum fuiſſe narrat D. Alfar. *d. gloſſ.* 11. *n.* 4. *& gloſſ.* 10. *num.* 7. *& ſeqq.*

30 *& gloſſ.* 28. *n.* 5. Vbi † benè agit de dictis agentibus, ſiue ſolicitatoribus Fiſcalibus. Cui addo hac in parte Petr. Gregor. *d. lib.* 49. *ſyntagm. cap.* 7. *nu.* 8. *&* 15. vbi dictos agentes vocat ſubcognitores, & recenſet, quæ in Gallia in mandatis habeant, & Ant. Mornac. *in not. ad l.* 1. *de off. Proc.* Cæſ. vbi eos Vicarios appellat, & docet, in quibus caſibus pro Fiſcali ſupplere poſſint: & nouiſſ. D. Ioan. Bejaran. in docto libello, quem de huius muneris dignitate & poteſtate typis excuſſit, quod ipſe pluribus annis diligenter, & ſolerter exercuit.

31 Quartò, aliis multis omiſſis, pro huius capitis colophone ſubnecto, quòd † licèt de iure communi non vſquequaque reperiatur prohibitum, ne aduocatus Fiſci aliarum cauſarum patrocinium in ſe recipiát, vt benè oſtendit C rauit. *ad rit. Sicil. rit.* 11. & Marcel. Maur. alleg. *&* 77. In noſtris tamen Hiſpaniæ, & Indiar Fiſcalibus contrà obſeruatur. Eis enim æq ac Auditoribus, priuatorum aduocatia inte dicitur. Quinimò & Cathedrarum functio Academiis locorum vbi Regales Cancellar reſident, vt expreſsè diſponitur in ipſarum o *dinat. & in l.* 2. *tit.* 13. *l.* 30. *tit.* 4. *l.* 50. *tit. lib.* 2. *Recop.* & notat D. Alfar. *gloſſ.* 9. *num.* Quod tamen in noſtris Indiis notabiliter lim tatur in † cauſis Indorum, pro quibus non ſ lùm poſſunt Fiſcales aduocare, & patrociniu ſuſcipere, vbi contra Fiſcum non agunt; ſ potiùs enixè iubentur, vt illud ſuſcipiant, Protectorum generalium titulo inſigniantur vt deciditur *in ordin. ann.* 1563. & in mult ſchedul. quas reperies *d.* 2. *tom. pag.* 268. 270. In quo ſuperioribus legibus, & ordin tionibus repugnari non videtur, † quaſi Piiſ mi noſtri Reges exiſtimauerint, cauſas Indo rum, tanquam adeò abiectorum, & miſerab lium, proprias ipſorum eſſe, cùm & earu cognitionem iidem ipſi in ſe, etiam omiſſ propriis iudicibus, ſuſceperint, & auocau rint, *l.* 1. *C. quando Imp. inter pup. & vid.* & no tat in terminis, de omnibus miſerabilibus perſo nis loquens, & Fiſcalem hac ratione ad eas ſu ſcipiendas ſuadens, Pet. Greg. *d. lib.* 49. *ſyntagm cap.* 7. *n.* 13. ſic inquiens: *Si tamen de cauſa pau perum, ſocietatum, mendicantium, hoſpitalium & miſerabilium perſonarum agatur, pium opu facient, & Principis munus partéſque exequen tur, ſi pro illis lites agitent, & eorum cauſa tueantur legitimas. Quia nec ipſe Princeps earum miſerabilium perſonarum patrocinium aſpernar debet.* Quod tamen nunquam vidi practicari niſi in Indis, & pro aliquorum piorum operum implemento. Nam † alij pauperes in ſinguli Senatibus, & Cancellariis proprios Aduocatos cum ſalario congruo deputatos, habent, ad quos in eorum cauſis recurritur, vt per *l.* 16. *tit.* 16. *lib.* 2. *Recop.* Couar. *lib.* 6. *pract. n.* 4. & plures alios, quos refert noſter D. Gabr. Aluarez Velaſcus *de priuil. pauper.* 1. *par. cap.* 28. Pro Indis autem, licèt etiam ſuos Aduocatos habent, Fiſcales quoque intercedere Reges noſtri voluerunt, & iuſſerunt, eò † quòd ipſorum conditio talis ſit, vt ab omnibus defendi debeat, vt latiùs dixi ſuprà *hoc tom. lib.* 1. *cap. vlt. ex n.* 15.

CAPVT VII.

De peculiari iuriſdictione, quam alternis vicibus Auditores Indiarum exercent circa colligenda, & remittenda defunctorum bona, qui hæredes in Hiſpania, vel alibi abſentes habere dicuntur, vulgò De los juzgados de bienes de difuntos.

SVMMARIVM.

1 *Auditores Indiarum viciſſim de colligendis, & remittendis bonis defunctorum intendunt.*

2 *Teſtamentorum implementum ſummo ſtudio à Regibus,*

Regibus,& Magistratibus curari debet, & maximè in Indiis,& quare?

3 Defunctorum in Indiis bona ne vsurpentur, semper magna cura à nostris Regibus curatum est,& sched.de hoc agentes.

4 Iurisdictio priuatiua iudicis generalis bonorum defunctorum in singulis Audientiis Indiarum, qualiter, & quando induci cœperit.

5 Bonorum defunctorum in Indiis collectio, & custodia,qualiter disposita fuerint?

6 Iudex generalis bonorum defunctorum quo tempore duret, & qualiter eo finito rationem reddere debeat?

7 Tabellio, seu Scriba proprius creari iussus fuit, pro iudicatu, siue Tribunali bonorum defunctorum.

8 Iudex generalis bonorum defunctorum, qualiter se habere debeat in commissariis subdelegandis,& expediendis?

9 Licentia recedendi à prouinciis Indiarum nulli dari debet,qui priùs se nihil bonis defunctorum debere, non docuerit.

10 Bona defunctorum in Indiis, vbi ad Hispaniam deducta sunt, qualiter Hispali inter hæredes, vel legatarios eorum distribuantur.

11 Fiscales Audientiarum Indiarum, vt sint generales Protectores bonorum defunctorum, aliquando tractatum est, & in Francia obseruatur.

12 Defunctorum bona colligi, & defendi, eorúmque vltimam voluntatem impleri, cuiuis de populo petere, & curare permittitur.

13 Tribunalis, siue iudicaturæ bonorum defunctorum in Indiis, qui Auctores specialiter agant?

14 Supplicatio secunda,an,& qualiter locum habeat pro sententia lata à iudice generali bonorum defunctorum.

15 Lis cœpta ante iudicem generalem bonorum defunctorum perinde habetur, ac si in ipsa Audientia cœpta esset. & schedul. de hoc agentes.

16 Iudicis Cantabriæ in Pintiana Cancellaria iurisdictio, est similis iurisdictioni iudicis bonorum defunctorum in Indiis.

L.18.tit.5.lib.2.Recop.expenditur, & explicatur, ibidem.

17 Casus quos nectit paritas rationis, non sunt separandi in iuris dispositione.

18 Supplicationis verbum denotat superioritatem Tribunalis,à quo talis supplicatio interponitur.

19 Verba duo contraria vbi in eadem dispositione reperiuntur, illud debet attendi quod est potentius,& magis cohærens voluntati proferentis.

20 Supplicatio secunda si interponatur in causa, quæ cœpta fuit coram iudice subdelegato à iudice generali bonorum defunctorum, quid de ea censendum sit?

21 Lis quando dicatur cœpta coram ordinario, vel in Regali Audientia,ad effectum admittendæ secundæ supplicationis.

22 Iudex generalis bonorum defunctorum an, & quando à se auocare possit causas in aliis Tribunalibus pendentes, & n.24. vbi sched. de hoc agentes.

23 Iurisdictio delegata, & priuatiuè concessa derogat ordinariæ.

24 Iudex delegatus ad faciendum quòd aliquis soluat, quod debet, potest procedere etiam contra eius fideiussores.

26 Causas fiscales, vel in Audientiis Regiis iam introductas ad se attrahere, vel auocare non poterit iudex generalis bonorum defunctorum, & quare?

27 Superior Curia nunquam remittit causas inferiori.

28 Causa semel coram Principe introducta, i ferior iudex de ea amplius cognoscere nequit.

29 Iudex generalis bonorum defunctorum iurisdictionem delegatam habet,& cauere debet, ne illam ambitiosè extendat.

30 Verba os damos poder y comission, in eo qui alias non habet iurisdictionem, eius delegationem important.

31 Iurisdictio delegata extendi non potest vltra res, causas, vel personas in ipsa delegatione expressas, etiam si partes consentiant.

32 Iudex generalis bonorum defunctorum, an etiam de bonis Clericorum cognoscere possit, & illorum inuentarium facere? & sched. de hoc agentes.

33 Clericorum decedentium bona, laicis hæredibus relictis,fori priuilegium amittunt, secus si Clericis,aut piis operibus.

34 Concilij Limensis decisio expenditur, circa bona Clericorum ab intestato in Indiis decedentium.

35 Iudices aliqui bonorum defunctorum solent procedere in bonis Clericorum indistinctè, & contra executores testamentorum, vel debitores defuncti,etiam si sint Ecclesiastici.

36 Executor Ecclesiast. testamenti alicuius laici, an coram seculari iudice conueniri possit?

37 Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis,maximè quando in idem tendunt.

38 Procuratores in Indiis non admitti ad petenda,& recipienda bona defunctorum,qui hæredes in Hispania reliquerunt, quædam sched. iussit,quæ posteà temperata fuit.

39 Procuratorum vsus,& mandandi negotia nostra aliis,de quibus fidimus,ex iure gentium est, & tolli non debet.

40 Iudex bonorum defunctorum potest de illis colligendis, & in Hispaniam remittendis curare, si procuratores ad id à partibus missi, fraudulenter segniterue procedant.

41 Bona intestatorum tanquam vacantia quando,& in quorum hæredum defectu Fisco applicanda sint?

L.vacantia,cum aliis,C.de bon.vacant.lib.10. l.6.tit.13.par.6. & l.12. & 13.tit.8. lib.1. Recop.explicantur,ibidem.

42 Fratres, vel sorores naturales admittuntur ad successionem fratris legitimi,exclusis patruis, amitis,& aliis transuersalibus,& fisco.

43 Iudex generalis bonorum defunctorum, an, & quantum expendere possit in funerali,& piis operibus pro defuncto, cuius bona administrat?

44 Quintum bonorum pro piis operibus erogandum esse,vulgaris traditio est, & vnde ortum habuerit?

45 *Concilium Limense quot Missas dici permittat de bonis Clerici intestato decedentis, & pro eius anima?*

46 *Degentes in Indiis, tam in vita, quàm in morte curare debent, vt opera pia, quæ faciunt & relinquunt, ibi expendantur, vbi pecunias acquisierunt, & nobilis sched. de hoc agens, cuius zelus laudatur.*

INter alia specialia, quæ sup. *c.* 3. Audientias, & Auditores Indiarum habere diximus illud valdè notabile est, quod in hoc capite tractan-
1 dum promisimus. Nimirùm † vt vnus eorum de colligendis, & remittendis bonis defunctorum intendat, qui ab intestato, vel etiam cum testamento decesserunt, hæredibus tamen, vel legatariis absentibus, vel piis operibus in His-
2 pania, vel alibi fieri iussis. Etenim cùm † semper, & vbique publicè interesse iudicetur, supremas morientium voluntates exitum habere, & in id omni studio Magistratus inuigilare, l. vel negare, D. quemadm. testam. *l.* 1. *C. de sacros. Eccles.* Plin. *Iun. lib.* 2. *epist.* 16. *& lib.* 4. *epist.* 10. Tiraq. Mainard. & plures alij, quos nouissimè refert D. Valenç. *cons.* 124. *n.* 24. *& seqq. vol.* 2. & Ego *sup. lib.* 3. *c.* 3. *ex n.* 65. *& c.* 6. *n.* 65. Quibus nunc addo Cassiod. *lib.* 5. *var. epist.* 21. ibi: *Viuat tibi perpetuis sæculis decedentium voluntas, transeant in posteros iudicia parentum.* In nostris tamen prouinciis Indiarum hoc attentiùs curari, & prouideri oportuit, propter earum distantiam, & fraudes, quæ in occultandis, & intercipiendis defunctorum bonis experiebantur. Et ita Reges nostros
3 † id iam ab antiquis temporibus summa attentione, & vigilantia præstitisse, benè constare poterit, ex traditis ab Ant. de Herrer. *in hist. gener. Ind. decad.* 3 *pag.* 168. *&* 368. *& decad.* 4. *pag.* 98. 267. Remesal *in hist.* Guatem. *lib.* 1. *c.* 14. *n.* 4 *&* 5. & meliùs ex multis sched. prouision. & instruct. Regiis, ad idem variis temporibus expeditis, prout rerum vsus exigere videbatur: quæ reperiuntur *in* 1. *to. impress. ex pag.* 374. *ad* 396. *& in summ. Recop. leg. Indic.* quæ prope diem lucem expectat, *lib.* 3. *tit.* 4. quarum aliquas refert, & alias suo iudicio formandas Matienz. *in tract.* M.S. *de moder. Reg. Perù,* 2. *par. c.* 31.

Sed tandem omnes ferè redactæ sunt ad insignem illam prouisionem D. Imp. Caroli V. dat. Pintiæ 16. *April. ann.* 1550. quæ extat *d.* 1. *to. pag.* 376. *cum seqq.* & inter plura alia, quæ prudenter cauit circa collectionem, administrationem, & remissionem dictorum bonorum, illud præcipuũ
4 fuit, † vt singulis annis vnus ex Auditoribus nominaretur, qui priuatiuè de his causis cognosceret, & primam instantiam faceret, ab eóque ad Regales Audientias appellaretur, vel supplicaretur, & latè in eis altera sententia, siue confirmatoria, siue reuocatoria, nullus alius supplicationi gradus esset. Vtque Auditor hic, & alij Ministri,
5 arcam triplici † claui obseratam haberent, in qua defunctorum pecuniæ colligerentur, & seruarentur, ita vt nihil ad hæc pertinens, extra eam esse posset quovsque pecuniæ soluendæ, vel remittendæ essent, sub modo, tempore, & forma, quam ibidem designat.

Quæ quidem sancta & prouida ordinatio confirmata reperitur per alias plures sched. & præsertim illam Pintiæ 8. *Aug.* 1556. Matr. 26. *April.* 1579. & hodie ad vnguem obseruatur, eo excepto, quòd in aliis *ann.* 1563. *&* 1578. *eod.* 1. *tom. pag.* 382. *& seqq.* Forma præscribitur † de reddenda ratione per hunc Auditorem alteri, qui ei in turno successerit, & vt nullo modo defunctorum pecunias ad proprias negotiationes, vel alias quaslibet necessitates, quantumuis publicas, & vrgẽtes inuertere, vel mutuare possint. Et per alias *dat. Matrit.* 23. *Decemb. ann.* 1595. *&* 19. Nouemb. ann. 1618. turnus, qui erat annalis, ob meliorem cognitionem, & expeditionem horum bonorum, & causarũ, biennalis effectus est. Et per alias iussum, † vt tabellionatus huius iudicaturæ seorsim à tabellionatibus Cameræ dictarum Audientiarum venderentur, & sic nominatis, vna ex dictarum arcium clauibus traderetur. Et per alias *an.* 1570. 1578. *eodem to. pag.* 386. quæ renouantur, & strictè obseruari iubentur per aliam nouiorem dat. apud D. Laur. 22. *Dec. ann.* 1606. Auditori pro tempore hoc munus exercenti iubetur, † ne mandet, aut mittat plures iudices commissarios ad loca sui districtus, sub occasione colligendorum huiusmodi bonorum, nisi in grauibus causis, & cum totius Audientiæ communicatione, quin potiùs vnicuique ex Prætoribus, siue Correctoribus eorundem locorum suas vices in necessariis subdeleget. Quod etiam ita practicatur. Et communiter his Prætoribus, simul cum titulis sui officij, hæc commissio cum peculiaribus instructionibus traditur, & de ea benè gerenda coram Auditore subdelegante speciale iuramentum, & speciales fideiussores præstare solent.

Eóque extensa fuit hæc cura, & desiderium nostrorum Regum in his bonis benè administrandis, & his, quibus pertinent, distribuendis, vt per sched. *Matr.* 7. *Febr. ann.* 1575. iusserint, † nulli licentiam dari posse, vt ab Indiis recedat, nisi priùs testimonium præsentauerit, quòd ex dictis bonis nihil vllatenus debet. Et postquàm ea † in Hispaniam deducta sunt, plurimis etiam, & valdè cautis, ac prouidis legibus, & ordinationibus Tribunalis Hispalensis, quod vocant *de la Casa de la Contratacion*, sanxerint, qualiter dicta bona seruanda, administranda ac distribuẽda sint, & edicta figenda, hæredésque aut legatarij, etiam in propriis domiciliis quærendi, ac citandi, vt ad ea, quæ sibi pertinere possint, recipienda, accedant, aut legitimos procuratores cum titulis, & mandatis sufficientibus mittant. Quarum ordinationũ seriem reperies inter alias dictæ domus Contractationis, & in d. summ. *leg. Indic. lib.* 3. *tit.* 4. *ex l.* 58. *cum* 30. *seqq.*

Quinimò, & aliquando tractatum est, † vt Fiscales Regiarum Audientiarum generales protectores, & defensores dictorum bonorum crearentur, vt constat ex sch. *Pard.* 18. *Febr. an.* 1609. ad Peruan. Proreg. Dom. March. Montiscl. directa. Quæ licèt hoc non deciderit, in Francia tamen seruari ostendit Pet. Gr. *lib.* 49. *syntagm. c.* 7. *n.* 14. Et quod magis est, cùm publica sit hæc causa, † publicè, & omnibus de populo eandem actionem, siue tuitionem competere, satis ostendit text. in l. Quintus Mucius. D. de ann. legat. iuncta doctrina *Bart. in l.* 1. *n.* 10. *D. de iur. omn. iud.* cum aliis traditis à Costano, *q.* 10. Couarr. in cap. *si hæredes*, *& in cap. cùm Ioannes*, *de testam. Bobad. in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 120. Et † de erectione, & iurisdictione huius Tribunalis bonorum defunctorum in Indiis, licèt per transennam agentes, Monte-alegre *in praxi ciuili lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 342. D. Carrasc. *ad*

leg.

leg.Recop.c.7.n.31.& c.9.n.195.& D.Felic.à Vega *in c. significasti,n.23.de for.comp.*

Quibus ita suppositis, vt ex pluribus quæstionibus, quæ sese mihi Limæ circa hoc munus obtulerunt, potiores,& frequentiores percurram. Primò dubitatum vidi, † an lis cœpta, & in prima instantia terminata per dictum Auditorem iudicem bonorum defunctorum, & posteà alia sententia in Regali Audientia finita, perinde haberi debeat, quoad interpositionem secundæ supplicationis, ac si in ipsa Audientia cœpisset, quo casu ei absque dubio locum esse disponit *l.8.tit.4.lib.2.ordin.l.1.& 7.tit.10. lib.4. Recop.& de Indiarum iure schedul.ann.1542.tom.2.pag.5.* Et semper obtinuit † instantiam, & sententiam dicti iudicis in omnibus,& per omnia similem censendam ei, quæ in Audientia exorditur, & terminatur, haberéque vim instantiæ, quàm vocant, *de vista*, quoniam id clarè exprimunt verba Regiarum prouisionum, quæ hanc iurisdictionem instituerunt, de quibus suprà n. 3. ibi: *Para hazer cerca dello todo lo que nuestras Audiencias Reales pudieran hazer, y si dèl se apelàre, y suplicare, que vayan à la nuestra Audiencia, para que los nuestros Oidores lo determinen, y de lo que determinaren no aya mas grado, &c.* scilicet ordinarium Reuisionis, quoniam hæc sententia Audientiæ habetur pro *de reuista.* Quod adhuc expressiùs declaratur in sched. *ann.1563.d. lib.1. pag.382.* ibi: *Como si toda la Audiencia conociesse*: per quæ verba satis omnimoda identitas vtriusque casus inducitur, *l. item eorum, §. si Decuriones, D. quod cuiusque vniuers.* ibi: *Nihil enim refert, ipse ordo eligat, an is, cui ordo negotium dedit, l. sicut, in fine, eod. tit. Cùm ius omnium in vnum reciderit, extétque nomen vniuersitatis*, cum adductis à Tiraq. *de primog. q.40. num.30.* Domin. Gemin. qui loquitur in adæquatione Tribunalium,*consf.23.n.4.* Sim.Barb. de diction.*cap.315.* Horat. Mandos. *de priuil. adinstar, q. 4. ex num.1.* & à Nobis suprà hoc tomo *lib.3.c.15.ex num.7.*

Quod fit euidentius ex simili cognitione, quæ † in Cancellaria Pintiana concessa est iudici, quem vocant Cantabriæ, siue *de Vizcaya, in l.68.tit.5. lib.2. Recop.* cuius sententia similiter habetur pro *de vista*, & ea, quæ super illam posteà profertur ab Audientia, pro *de reuista*, & statim expeditur executoria, absque eo, quòd alius recursus partibus relinquatur: *Saluo*(vt in eadem l. subiungitur) *la suplicacion de las mil y quinientas doblas en el caso que lugar aya*: quæ verba licèt non fuerint adiecta in nostra schedula, virtualiter tamen intelligi debent ex natura dispositionis: & quia † casus, quos nectit paritas æquitatis,& identitas rationis,non sunt quoad iuris dispositionem separandi, *l. illud, iuxta summ.*Oldrad.ibi, *D.ad leg.*Aquil.cum vulgat.Maximè cùm in dictis sched. sæpè repetatur,quòd si à dicto iudice supplicetur, ad Audientiam recurratur;quod verbum † *supplicetur* denotat eius Tribunal pro superiori haberi,prout & tota simul Regalis Cancellaria, *vt in l. si quis aduersus, & in Auth.* quæ supplicatio, *C. de precib.Imp.offer.& in l.17.& 19. tit.23.l 6.tit.24. par.3.l.1.& 2. titul.19. lib.4. Recop.* iunctis aliis, quæ tradit Parlad.*dist.10.n.1.* Absque eo, quòd his quicquam obstet dicta ordinat.*ann.1550.*ibi: *y si dèl se apelàre,y suplicare,*quasi illud verbum *apellàre*, denotet Tribunal inferius.Nam quasi impropriè & incautè effutitum potiùs quàm expressum corrigitur statim,vel moderatur per illud sequens,*y suplicàre*,quod aliàs simul cũ præcedenti tanquam contrarium,& repugnans stare non posset.Et notũ est in iure,† quod quoties in eadem dispositione,vel oratione duo verba contraria ponuntur,inspicitur,& attendi debet illud quod prodest,non quod nocet,quódque potentius,& efficacius est ad consequendam intentionem proferentis,*l.non intelligitur,§.si quis palam,* D. de iure Fisci, cum latè adductis à Tiraq. *de retract.lignag.§.30.gloss.1.ex n.27.* 19

Planè si poneremus non fuisse cœptam litem coram eiusmodi generali iudice bonorum defunctorum,† sed coram aliquo ordinario virtute suæ iurisdictionis, vel subdelegationis, quam ab eo accipere solet,vt dixi sup.*n.*8.Tunc etiam si eadem causa ad iudicem generalem per appellationem fortè, nullitatem,restitutionem,vel remissionem transferatur, dictæ secundæ supplicationi locus esse non poterit. Non quidem ex defectu dignitatis,& auctoritatis sui Tribunalis, & iurisdictionis,sed quia tunc nec à sententiis *de vista y reuista*, Regalium Audientiarũ talis supplicatio permittitur ex legibus suprà relatis.Qua de re,& an ad hoc vt dictus gradus excludatur, † & lis, vel causa de nouo in Regali Audientia cœpta dici non possit, requiratur cõtestatio coram ordinario,vel sufficiat solicitatio,latè agunt Auend.*de secunda supplic.n.9. & 10.*Paz *in prax. to.1.par.7.c.1.n.22.&seqq.*& alij,quos infrà *c.10.* pleniùs referemus. 20 21

Secundò,sæpè etiam dubitari vidi,† an hic iudex bonorũ defunctorũ ad suum Tribunal auocare,vel attrahere posset causas in aliis pendentes,in quibus aliquis ex defunctis,de cuius bonis ad eum cognitio pertineret,actor,vel reus in aliqua summa considerabili esset. Et non obstante reg,*l.vbi cœptum,D.d.iud. & l.nulli,C.eodem,* receptum est,vt causas coram inferioribus cœptas ad se auocet, etiam dato concursu creditorum, saltim tantisper dum de bonis defuncti colligẽdis iudicaret,ac prouideret,si iustam causam fouere intelligeret. Quæ praxis ortum habere videtur ex eo,quòd cùm sit † priuatiua huius Tribunalis, iurisdictio in hac specie causarũ, derogat generali,& ordinariæ, ex doctrina I.C. *in l. item quæritur,§.1. D.de ædilict.*Cuius† argumento iudicem delegatum contra aliquem debitorem, vt faceret quòd solueret, quod debebat, posse etiam procedere contra huius debitoris fideiussores,tenuit Cynus *in l. 1. D.si qui in ius vocat.n.16.*quem refert,& sequitur Felin.& alij *in c.P.& G.n.5.de offic.deleg.*Marian.Socin.*in c.significantibus,n.25.de for.compet.*optimus text. in l.fin.C. de iurisd.omn.iud.& in Auth.habita,C.ne filius pro patre, vbi DD. plura alià exempla commemorant,& Strach.*de mercat.2.part. tit. quom. in caus. & de iudic.mercat.n.10.& seqq.*Et in terminis huius Tribunalis bonorum defunctorum disponi videtur † per eius ordinationes, & instructiones, & meliùs per sched. dat. apud D. Lauren.*20.Iun.an.1609.*vbi iubetur: *Que pertenezcan, y se traigan al dicho iuzgado los pleitos que tocaren à bienes de difuntos, aunque sean de acreedores, ò aya albaceas passado el año.* 22 23 24 25

Sin autem † concurrere contingat causa Fisci, cum causa bonorum defunctorũ,tunc talis euocatio per eorum iudicem fieri non posset, quia 26

 quan

quantumvis illius cognitio, & iurisdictio fauorabilis sit, ex traditis sup. *n.2.* magis tamen fauorabilis est causa Fiscalis, quæ etiam hoc priuilegio munitur, vt proprios, & peculiares iudices habeat, & lites omnes coram aliis pendentes, ad ipsos adducantur, vt tetigi *in cap. præced. n. 28.* Et ita his proximis diebus declarauit supremus Senatus Indiarum, generalem schedulam ad hanc dubitationem tollendam expediri iubens ad instantiam Regiorum Officialium de Potosi, cuius ordinatio mihi commissa fuit. Idémque admittendum, & practicandum erit, vbi lis introducta, & instantia cœpta esse proponeretur coram Principe, aut Regali eius Senatu, vel Cancellaria, quia tunc talis iudex bonorum defunctorum, eam ad se attrahere, & euocare non posset, cùm eorum respectu inferior sit,
27 & † superior Curia nunquam remittat inferiori, *l. ad possessionem, D. quib. ex caus. in poss. eatur, l. cùm ad Principem, D. de appell. Auth. de appell. in princip.* cum aliis, quæ tradit Couarr. *in pract. c.11. n.10.* Auend. *resp.40. n.7.* Azeued. *in l.1. tit.16. lib.8. Recop. n.44. & 50.* Bobad. *in Polit. lib.2. c.13. n.69.* in fine, & Farin in prax. crim. *tit. de inquis.*
28 *q.7. n.25. & seqq.* Causáque † semel coram Principe introducta, inferior iudex de ea amplius cognoscere non possit, vt resoluit Capella Tholosana *decis.481. per tot.* maximè *n.4.* & latè Couar. *c.9. pract. n.5 & seqq.*

Semperque cauere debebit dictus iudex, ne
29 † sub prætextu bonorum defunctorum suam iurisdictionem extendat, quia illa est veluti delegata ad vniuersitatem illarum causarum, vt constat *ex verb. prouis. & sched.* de quibus suprà *n.5.* ibi: *Al qual por ellos nombrado damos poder cum-*
30 *plido, &c.* quæ verba † in eo, qui aliàs non habet talem iurisdictionem, provt erat dictus Auditor, important delegationem, Abb. *in c. licèt in corrigendis, n.3. de offic. ordin.* communis apud Menoch. *lib.2. præs.* 16. & Rodolphin. *in peculiari tract. quib. mod. ordin. effic. deleg. num.3.*
31 Atque adeò † extendi non potest nisi ad res, causas, vel personas in ipsa commissione, & delegatione nominatim expressas, & specificatas, *cap.1. de rescript. cap. pastoralis, de appellat. c. super quæstionum, §. si verò, D. de offic. de leg. l.3. tit.23. par.3.* Couarr. *in pract. cap.23. n.6.* etiam si ad id partium voluntas tacita, vel expressa interueniat, vt per gloss. Abb. & Felin. *in cap.1. & in cap.* P. & G. *de off. deleg.* Socin. Capic. Marantam, Vantium, & alios, quos refert Montealegre *in prax. c.9. n.342. & 343.* vbi nominatim exemplum adducit in nostro iudice bonorum defunctorum, & eum referens Illustriss. Dom. Archiep Mexican. D. Felician. à Vega *in c. significasti, n. 23. de for. compet. pag. 634.* vbi benè subiungit, de hoc esse sched. Regiam dat. Matrit. 10. *Decembr. ann.* 1618. quæ refertur in summar. *Recop. leg. Indic. lib.3. tit.4. l.5.* & decidit: *Que el juez general de bienes de difuntos no exceda de lo que debe conocer; y si excediere, el Fiscal, ò las partes lleuen el pleito à la Audiencia, que haga justicia.*

Tertiò, grauis etiam, & frequens quæstio esse
32 solet, † an talis iudex cognoscere, inuentarium facere & indicare possit virtute dictarum schedularum non solùm de causis, & bonis secularium, verùm & clericorum, qui in Indiarum partibus moriuntur. Et quidem vbi hi ab intestato decedunt, expedita res esse videtur, quia per † mortem, eorum bona fori priuilegium amittunt, & si ad consanguineos laicos pertineant, vel ad Fiscum in eorum defectum, iuxta ea, quæ statim dicemus, tanquam laica censenda sunt, ex traditis per Guid. Pap. & eius Addit. Pet. Matth. *decis.* 261. Guillerm. Bened. *in c. Raynuntius, verb. Et vxorem, n. 424. de test.* Franc. Marc. *decis.105. par.1.* Roland. *de inuent. c.17. n.10.* Couarr. *in pract. cap.31. n.1.* Gutierr. *2. pract. q.49.* Lasarte *de gabell. c.19. n.44. & 47.* & plures alios, quos refert Bobad. *lib.2. c.18. n.179.* Marta *de iur. 4. part. cent. 1. cas.22.* & D. Carrasco *ad leg. Rec. c.7. n.20.* Eóque tendit Regia sch. dat. Pardi 30. *Nou. an.* 1591. quæ extat *1. to. pag.* 296. & recopilatur *in d. summ. lib.3. tit.4. l.26.* quæ obuiam ire volens Prælatis, qui se immiscebant bonis clericorum ab intestato decendentium, & iudices seculares excommunicabant, si ea iuxta præscriptum ordinem ad arcas bonorum defunctorum reducere vellent, expressè cum Peruano Prorege loquens, disponit, vt id deinceps fieri non patiatur, per hæc verba: *Os mando proveais, y deis orden en que los bienes de los Clerigos que de aqui adelante murieren se metan en la dicha caxa de bienes de difuntos, de la misma manera que si fuessen de legos, sin hazer diferencia, muriendo ab intestato. Pero en caso que mueran con testamento, hareis que se entreguen à sus albaceas, y herederos, sin que los dichos Prelados se entremetan en ello.* Sin autem Clericus alterum Clericum hæredem, siue ex testamento, siue ab intestato reliquisse probetur, aut in opera pia bona sua distribui mandauerit, etiam si ea in Hispania eroganda sint: tunc difficilior sanè quæstio est, quia bona retinent fori Ecclesiastici priuilegium. Et ita multi ex Auctoribus suprà citatis, præcipuè Marta dict. cent. 1. cas. 22. tenent, coram iudice seculari de eis cognosci non posse, imò neque describi, aut eorum inuentarium fieri, vel colligi, aut sequestrari. Et ita Limæ de facto habuimus in causa bonorum electi Episcopi Truxillensis D. Hier. de Carcamo, qui cùm ad suam Ecclesiam iter faceret, in mari decessit, bonis in Hispania in pia opera distribui iussis. Pro quo facit decis. Conc. Limens. II. *par.1. cap.107. pag.29.* quæ etiam in eis, qui ab intestato decedunt, solùm laicos iudices admittit, vbi hæredes sunt laici, his verbis: *Si algun Clerigo muriere ab intestato, sus bienes se den à sus herederos por el juez Eclesiastico, ò por el lego si no fueren Clerigos.*

Quamuis non defuerint † aliqui iudices qui virtute schedul. suprà citatæ, dictum inuentarium, & sequestrum securè fieri posse existimauerint per iudicem bonorum defunctorum, saltem ad effectum vt bona in tuto essent, & ad Hispaniam remitterentur, vbi si quæ lis super illis oriretur, per iudicem Ecclesiasticum decidi posset. Idémque alij absque vlla hæsitatione facere solent, etiam vbi executores ab aliquo defuncto nominati sunt Ecclesiastici. Compellentes nimirum eos, vt coram se ad rationes bonorum defuncti, siue laici, siue clerici reddendas accedant, & reliqua soluenda, vt in Hispaniam remitti possint; & quod magis est, procedere volentes contra debitores dictorum defunctorum, quamuis sint Ecclesiastici, moti ex verbis generalibus dictarum schedul. quæ eis concedunt facultatem procedendi contra quaslibet personas, cuiuscunque status, & conditionis

conditionis existant, qui defunctis aliquid præstare debuerint, vel eorum bona administrauerint. In quo tamen cautè procedendum est, † quia licèt executores Ecclesiasticos secularium defunctorum coram laicis iudicibus conueniri posse, aliqui DD. insinuare videantur, quos refert Bobad. *d.lib.2.c.17. n.93. & c.18.n.138. & 184. Marta de iurisd.4.par.cent.2.cas.148.* & pro hac parte stare videatur quædam sched. Regia his proximis diebus expedita, ad consultationem D.Gabrielis Gomez de Senabria, viri dissertissimi Regij Limani Senatus Auditoris, & iudicis bonorum defunctorum. Contraria tamen sententia securior videtur, nempè vt tales executores, & multò magis debitores, si clerici sint, ante suum iudicem conueniri debeant, nec possint, etiam si velint, laici iurisdictionem prorogare, vt pluribus relatis concludit Marta, omninò videndus, vbi suprà *n.7. & seqq. & casu* 127. per tot. quia leges & sched. Regiæ in contrarium loquentes, non habent locum contra Ecclesiasticos, vt per *eund. cas.* 66.

Quartò, cùm prouisio † hominis faciat cessare prouisionem legis, præcipuè vbi in idem tendit, circa quod legis dispositio versatur, *l.fin. C.de pact. conuent.* cum aliis adductis à Velasco *in axiom.iur.litt. D.n.156 & litt. P.n.234.& seqq.* Meritò cùm Ego Limanæ Audientiæ Senator essem, in cuiusdam Regiæ sched. implemento hæsimus, *dat.1.Iun.ann.* 1619. quatenus per eam disponi videbatur, vt † quantumvis hæredes bonorum defunctorum in Hispania existentes, ad Indiarum prouincias legitimos Procuratores mitterent pro bonis ad se pertinentibus recuperandis, & ad se ipsos, suo periculo in Hispaniam deferendis; adhuc iudex eisdem bonis colligendis præpositus suum officium exerceret, & auctoritate iudiciali, & publica, talia bona simul cum aliis ad domum Contractationis Hispalensis remitteret. Durum † quippè nobis visum fuit liberis hominibus auferri liberam suam rerum administrationem, *l.in re mandata, C.man. l.2.D si à paren quis fuer. man.* & tollere facultatem negotia sua per procuratorem gerendi, vbi sibi expedire intelligerent, cùm hæc facultas ex naturali omnium gentium iure originem habeat, quæ eiusmodi mandata introduxit, & approbauit, *l.ex hoc iure, D. de iust. & iur. l. 2. D. de oblig.& action.l.1.D.mand.Iul.*Paul.2. *sent. tit.* 15. & eleganter Cicer. *in orat. pro Rosc. Amerino.* Quas rationes, & alias cum Regio Indiarum Consilio per epistolam, quam Ego scripsi, significauissemus, expedita fuit altera sch. dat. Pardi 9 *Ianuar.ann.* 1623. Quæ superiorem tantummodò in bonis alienigenarum obseruari iussit. & in mandatis, & instrumentis legitimationis personarum, de quorum fide, & legalitate sufficienter non constitisset.

Planè † si tales mandatarij, vel procuratores intra biennium bona quæ virtute dictorum mandatorum collegerint, in Hispaniam non remiserint, tunc ad iudicem bonorum defunctorum spectat, ea ad suam manum reducere, & primo quoquo tempore ad hæredes remittere, ex dispositione sched. datæ apud *D. Laurent.10. Iun. ann.*1609. quæ habetur *in dict. summar.lib.3.tit.4. l.42.fol.*154.

Hæredes † autem vsque ad decimum gradum consanguinitatis quærendi, & si apparuerint, admittendi sunt, antequàm bona tanquam vacantia Fisco applicentur, nulla habita differentia, an defunctus sit laicus, vel clericus, *ex l. 1. l. vacantia,* cum aliis, *C.de bon.vacant. lib.*10.*l.6. tit.*13. *par.6. l.*12. & 13. *tit.* 8. *lib.* 1. *Recop.* vbi Matienz. & Azeued. & aliis relatis D.Alfarus de off. Fiscal. *gloss.*20.§ 9.*n.*121.*&* 140. *& seqq. & gloss.*34. §. 7. *ex num.*115. *& D. Carras. ad leg. Recop. cap.7.num.*19. *&* 20. *& num.*42. *& seqq.* vbi benè notat eorum sententiam, qui Fiscum vltra quartum gradum admittunt, ex summario malè deducto *d. l.* 12. *Recop.* in qua nihil tale reperitur: & iuxta hæc accipienda est sched. dat. Guadalax. 29. August. *ann.* 1563. *quæ est l.* 80. *d. summar. lib.* 3. *tit.* 4. dum disponit: *Que hechas las diligencias en los bienes de difuntos, si dentro de dos años no pareciren herederos, se tengan por de la caxa*, scilicet intra decimum, vt diximus, gradum.

Et fratres, vel sorores naturales, siue ex parte patris, siue ex parte matris, non solùm excludent Fiscum, verùm & alios quoslibet patruos, amitas, & consanguineos transuersales, ex dispositione *l.fin.tit.*13. *par.*6. *iuncto Auth. quib. mod. nat. eff. sui, §.filium,* cum aliis, quæ de reciprocatione in successionibus tradit Matienz. *in l. 6. tit.8.lib.5. Recopil. gloss.4. num.*11. & Gasp. Anton. *Thesaur. lib.* 1. *quæst. forens. q.* 22. *num.* 3. *& seqq.* Quod notare volui, quia sæpè vidi hunc articulum in disceptationem deductum; sed tandem pro naturalibus terminatum, ex magis communi opinione, & omnium ferè nationum consuetudine, de qua testantur Socin.Iun. *cons.* 94.*n.*14. *volum.*1.Chassan.*in consuet. Burg. rub.*8. §.2.*n.*1. Cacheran. *decis. Pedem.* 30. *num.* 18. Ant. Thesaur. *decis.* 113. Gasp. Ant Thesaur. *vbi suprà n. 6. & lib.2. q.8.* vbi etiam facit mentionem nostræ legis partitæ, vbi etiam Gr. Lopez verb. *Los bienes*, Couarr. *in* 4. *Decret.*2. *par. c.8. §.5. col fin.n.9. vers. Dicta tamen Regia lex,* Matienz. vbi suprà *num.*10.*&* 11. Ant.Gom. *in l. 9. Taur. num.*47. Ioan. Garc. *de nobil.gloss.* 20. *num.* 19. quem solùm refert, & sequitur Azeued. eundem articulum benè pertractans, *consil.* 24. *num.* 27. Flores de Mena in addit. ad Gamam *decis.*3. *nu.*1. circa med. Molina Theolog. *de iust.& iure tract.2. disp.*167. *num.*21. Roxas *in epit.success. c.*30.*n.*26. *&* 27. & noster D. Carrasc. *d. cap.* 7. *num.* 40. vbi quendam alium casum Limæ iuxta hanc opinionem decisum commemorat. Et conducunt plura, quæ nouissimè, & latissimè in fauorem successionis fratrum, & filiorum naturalium, etiam in concursu consanguineorum legitimorum, tradit D.Ioan Bapt. de Larrea, ex Equestri Ordine D.Iacobi, nunc pro meritis ex Patrono Fiscali Rei Dominicæ, ad idem munus in supremum Iustitiæ Senatum adlectus, in suis eruditiss. discept. Granatens. *c.*32. *per totum.*

Quintò, & vltimò, pluribus aliis omissis, notandum est, solere † hos iudices in funeribus defunctorum, de quorũ bonis cognoscere possunt, Missisque, & aliis sacrificiis pro illis faciendis, quod sibi conueniens videtur, iuxta personæ qualitatem, & bonorum quantitatem, pro arbitrio suo distribuere. Quod ipsis in suis instructionibus permittitur, & de iure communi, & Regio probari videtur *in l. si quis sepulchr.* 12. §. *sumptus, D. de relig.& sumpt. fun.l.*12. *tit.*13. *par.*1.*l.*5. *tit.*12.*lib.*1.*Recop.* cum aliis, quæ adducunt Greg. Lop. & Azeued. ibid. Ioan. Gutierr. 43

2. *pract. q.* 46. & in terminis nostri iudicis bonorum defunctorum loquens, D. Carrasc. *d. c.*
44 7. *n.* 31. Quo in capite † disputat, vnde ortum habuerit vulgaris traditio, quòd quintum bonorum defuncti ab intestato decedentis, pro eius anima præcisè expendi debeat. Et resoluit hoc
45 nullo iure probari. Cui addo † Concil. Limense XI. *par.* 1. *c.* 107. *pag.* 29. quod contentum fuit solùm quadraginta Missis, in hæc verba: *Y aora sea clerigo, ora lego el que muere ab intestato, señalarseha à parecer del Ordinario vn numero conueniente de Missas, que se digan por el difunto de sus bienes, sin los otros gastos funerales, con tal, que no excedan de quarenta.*

Addo etiam, & veluti superpendium huius capitis libenter adiicio, semper summopere à viuis,
46 & morientibus caueri † debere, vt opera pia, quæ facere, aut relinquere volunt, in ea vt plurimum prouincia constituantur, aut distribuantur, in qua ipsi vitam transegerunt, & Dei, ac fortunæ beneficio, facultates, quas expendere volunt, acquisierunt. Quod vltra alia, quæ ad id fulciendum, & suadendum tetigi *sup. lib.* 2. *c.* 5. *ex n.* 49 *& lib.* 3. *c.* 19. *ex n.* 22. grauissimis, & piissimis verbis Confessariis, & Concionatoribus cæterisque Prælatis Ecclesiasticis Indiarum iniungitur, vt id hominibus earundem prouinciarum suadeant, *in sched. dat. Barch.* 1. *Maij an.* 1543. quæ habetur 1. *tom. pag.* 161. & digna profectò, est, vt semper memoriæ figatur, satisque detigit Regum nostrorum zelum, & pietatem. Nam si quæstui intenderent, magis eis vtile esset, vt vassalli illarum partium ad suas pecunias in Hispaniam transferendas, vel relinquendas allicerentur.

CAPVT VI.

De syndicatu, & visitatione Auditorum, & Audientiarum Indicarum, & peculiaribus quæstionibus, quæ in eis incidere solent.

SVMMARIVM.

1 *Auditores, & alij Ministri Audientiarum Indiarum, quare, & qualiter syndicatui subiaceant?*

2 *Magistratus omnes pendere oportet ex metu syndicationis, rationisque officij reddendæ, & iura, & Auctores de hoc agentes.*

3 *Syndicatum Auditorum, & aliorum Ministrorum, cautè, & prouidè plures sched. Indiarum statuerunt, quæ referuntur.*

4 *Auditores Cancellariarum Hispaniæ non solent syndicari, vbi ad aliud officium promouentur, in Indiis verò syndicantur.*

5 *Syndicatum pro vno tantùm die deserens Minister, quidam, ad Indias vt illi denuò staret, reductus fuit.*

6 *Auditor ad aliam Audientiam promotus, an & quando non expectata syndicatione ad eam iter facere possit, & impleat relinquendo procuratorem?*

7 *Procurator qui relinquitur ad syndicatum pro alio reddendum, an possit petere, vt obiecta, quæ ex tali syndicatu resultant, ipsi syndicato personaliter notificentur? vel eis, absque alio termino, aut rei consultatione, respondere debeat?*

8 *Syndicatui si quis ab initio non stet, aut ab eo iam cœpto aufugiat, qualiter contra eum procedatur.*

9 *Sententiæ contra contumaces lata, non nisi post lapsum anni fatalis exequi solent, & quòd hoc fallit in syndicatu.*

L. 3. tit. 10. lib. 4. Recop. *explicatur, ibidem.*

10 *Visitationis iudicium quare, & qualiter contra Audientias, & Ministros Indiarum inductum sit?*

11 *Visitationis iudicium, grauius, & strictius est, quàm syndicatus, & quare? quando, & cur introductum? & Auctores, qui de eo agunt.*

12 *Visitationum vsum, stylum, & bonum effectum, in Hispania introductum, qualiter laudent Nicol. Bellus, & Adam Contz. & reprehensio Zipæi contrarium sentientis.*

13 *Visitationis formandæ, videndæ, & terminandæ modus, qualiter iure Regio, & schedulis Indiarum præscribatur? quæ referuntur.*

14 *Visitationis iudicium primus in Hispaniam deduxit Ferd. V. Rex Catholicus, & quare? ex Ant. de Herrera.*

15 *Proreges Indiarum visitationibus & syndicationibus subiacent, licèt in Neapolitanis contrà obseruetur.*

16 *Clerici pro Magistratu seculari quem gerunt, an, & quatenus visitationi, & syndicationi iudicum secularium subiiciantur?*

17 *Magistratus habent præsumptionem pro se, quod rectè officio suo fungantur.*

18 *Querelæ, & epistolæ, quæ contra Magistratus Indiarum mitti solent, facilè credi non debent, & quare?*

19 *Innocentia calumniis subiicitur, & ideò nimia harum crudelitate feriri non debet.*

L. 1. C. de accusat. *expenditur, & illustratur, ibidem.*

20 *Visitationes generales ne facilè, & passim contra Audientias Indiarum decernantur, Rex noster decreuit, & quare?*

21 *Auditores, & alij Ministri, qui incipiunt esse damnosi alicui prouinciæ, melius est, vt mutentur, quàm vt temerè visitentur.*

22 *Visitatione generali alicuius Audientiæ Indiarum pendente, qualiter, & quare omnia turbentur? & de eius damnis.*

23 *Dom. March. de Montesclaros Proregis Peruani egregium apophtegma, & simile, de statu Reip. visitatione pendente.*

24 *Visitationis, & syndicationis aleam plerùmque feliciùs sortiuntur improbi, sordidi & baratarij Ministri, quàm probi, & timorati, & quare?*

25 *Visitationibus generalibus, vel particularibus, terminus, & is quidem breuis, præfigi debet, & damna styli contrarij.*

26 *Visitationes ferè omnes Audientiarum Indiarum inutiles redditæ sunt, ob nimiam earum protelationem, & exempla.*

27 *Visitationum generalium damna erunt minora, & effectus vberiores, & vtiliores, si illis breuis terminus præfigatur.*

28 *Remedium, quod maius damnum Reip. infert, quàm quod tolli curabatur, practicandum non est.*

29 *Crimina aliqua impunita relinquere satius est,*

72 *Magiſtratus, qui in ſyndicatu, vel viſitatione æmulos habuit, & vicit, an magis laudandus ſit, quam qui abſque vllo contradictore victor euaſit? & locus Caſſiodori ad hoc.*

NOn tantum de exceſſibus, & delictis Miniſtrorum Audientiarum Indicarum, eo modo inquiritur, & proceditur, quo *ſuprà c.4.*
1 *ex num.*67. retulimus. Verum † & vbi officium aliqua ex cauſa deponunt, vel ad alias maiores Cancellarias gradum faciunt, ante geſti muneris rationem reddere coguntur, & adinſtar temporalium iudicum ſyndicantur. Ita enim creditum eſt in officio ſibi commiſſo continentiores futuros fore, & impotentiæ, longæque à Rege diſtantiæ, quæ plures inſolentiores in iis prouinciis facere ſolet, modum, ac frænum iniici poſſe. Teſte enim Dionyſ. Halicarn. *lib.* 1. *Omnibus*
2 *† grauis eſt Magiſtratus, cui nullum certum tempus eſt definitum: & qui nullis actorum ſuorum reddendi rationibus obnoxius eſt.* Et ſecundum Ariſt.*lib.*6.*Polit. cap.*4. *Commodum eſt, vt animi Magiſtratuum pendeant, nec eis quicquid velint, efficere liceat. Nam licentia quicquid libet agendi, non poteſt malum, quod eſt in quoquo homine, cauere.* Vnde Plato *in lib. de legibus*, generaliter ſanxit: *Nullum omnino iudicem iudicare oportere, cauſæ dicendæ non obnoxium.* Id quod exemplo ſuo firmauit Samuel 1. *Reg.c.*12.& CHRISTVS Dom.docuit *Lucæ* 16. ibi: *Redde rationem villicationis tuæ, & text.in l.*1.& per tot.D.de Magiſtr. conuent.*l.*1.*& ſeqq.C.vbi Senat.vel Clariſſ.l.vnic. C.vt omnes iud.& c. Auth.vt iud. ſine quoq.ſuffr.*§. 4 *& de iure noſtro Hiſp.l.*6. *tit.*4. *part.*3. *l.*12. *&* 23.*tit.*5.*ead.part.toto tit.*7.*lib.*3.*Rec.* cum multis aliis, quæ de ſyndicatu in communi agentes, vltra Scribentes in his iuribus, congerunt Bald. Angel.Cataldinus, Amedeus, Dulcet.& omnium pleniſſimè Paris de Puteo in peculiaribus tractatibus, quos de hoc argum.ſcripſerunt, Auiles in alio eiuſd. arg. tractatu, quem reperies poſt comment. ad cap. Prætor. & plurimi alij, quos refert Bobad.*in Polit.lib.*1.*cap.*1.cum tribus ſeqq. vbi mira dexteritate omnia ab aliis circa hanc materiam ſcripta, compilauit, & illuſtrauit, & vltra relatos ab eo, Franc. Marcus, qui plura notanda congeſſit, *deciſ.*653. *&* 654.*part.*1.Budæus in annotat. *ad leg fin.D.de Senator pag.*250. Velazquez de Auendaño in allegat. pro ſuo ſyndic. Seſſe in alia ſimili, quam reperies poſt tract. de inhibit.Foianus poſt tract. de ſequeſtro, Paz *in prax.*8.*part.in proœm. ex num.* 9. Monterroſ. *in prax.tract.*9.Torneus *lib.*2.*tit.*1.Ioann.de Hæuia in Curia Philipp.4.*part.ex pag.*713.per quinque §§. Simanc. qui loquitur de ſyndicatu Inquiſitorum, in Cathol. *inſt.tit.*41. *num.*27. Marius Muta *in cap.Reg.Sicil.*3.*tom.cap.*7.*num.*101. cum multis ſeqq.*pag.*36. Camil.Borrel. *de Magiſtr.lib.*1.*cap.*15.*&* 16. Maſtrill.*eodem tract.lib.*6. *cap.*5.*per tot.*Zipæus *lib.*3.*cap.*1. Cardin.Tuſch. qui plures quæſtiones adducit, *litt.S. concl.*273. *cum multis ſeqq.* Scaccia *de appellat. quæſt.* 19. *rem.*4. Raudenſ.latiſſimè *conſ.* 49. *per totum*, & Gabr.Berartus *in ſpecul.Viſit. cap.*1.

3 Et de † peculiari iure Indiarum, ſunt plures ſchedulæ de eodem ſyndicatu, tam in Auditoribus, quam in Prætoribus Proregibus, & aliis iudicibus ordinariis Indiarum tractantes, quæ ſparſæ reperiuntur in quatuor tomis impreſſ. *ann.*1596. ſed præcipuè *in* 3.*ex pag.*80. Ex quibus formatæ *ſunt* 38. *leges in ſummar. Recop. earund. ſched. lib.*4. *tit.*8. Quarum prima deſumitur ex ſched.dat.Pard. 16.*Octob.ann.*1575. & expreſſe in terminis noſtri capitis decidit: *Que à los Oidores promouidos ſe tome reſidencia antes que ſalgan de las plaças que dexaren; & in d.* 3 *tom.pag.*82. extat integra, ex qua hæc lex deſumitur, & continet formulam ordinariam commiſſionis, quæ ad talem ſyndicatum expediri ſolet.

Et in hoc primum eius ſpeciale conſtitui poteſt. Nam † in Audientiis & Cancellariis Indiarum Auditores, quamuis mutentur, vel promoueantur, non ſyndicantur, ſed tantum generali viſitationi eorundem Tribunalium, vbi ex iuſtis cauſis decerni ſolet, ſubiiciuntur, vt bene notauit Bobad. *d. cap.* 1. *num.* 43. ſic inquiens: *Y tambien dan reſidencia los juezes ſuperiores de las Chancillerias, y Audiencias Reales, pues tienen ſus viſitas, por las quales tambien ſon depueſtos de los oficios, y punidos en otras penas: y es coſa mui iuſta que ſean cenſurados, pues quanto en mayor dignidad ſon conſtituidos, tanto mas pueden ofender, y cauſar daños à los ſubditos.* Et *num.*117. refert idem Auctor notabilem caſum ſeueritatis ſupremi Conſilij Indiarum in his legibus ſyndicatus implendis, inquiens, quod † ad Indos reduci iuſſit quendam Miniſtrum, qui in Hiſpaniam transfretauerat, ne opportunæ nauigationis commoditate careret, ſolo vno die deficiente ex termino ad ſtandum ſyndicatui præfixo, nullatenus eius excuſationem admittens.

Quod tamen Ego reſtringendum cenſeo ad Miniſtros temporales, vel etiam ad Auditores, vbi ante diſceſſum ex prouincia, in qua Magiſtratum geſſerunt, Syndicatorem habent & coram eo iudicium ſyndicatus inceptum eſt. Etenim † ſi quis ad aliam Audientiam prouiſus ſit, & commoda itineris, vel nauigationis occaſio ſe offerat, nec per eum ſteterit ſyndicationis tempus expectare, & explere, non dubito, quin iter facere poſſit, & impleat relinquendo procuratorem, qui pro eo, adueniente Syndicatore, reſpondeat; hæc etenim eſt vna ex præcipuis limitationibus text. *in d.l.vnic.C.vt omn. iud.* vt conſtat ex Fulgoſ. & Iaſ. *ibid.n.*2 Aloiſ. Leone *num.*38. Greg.Lop.*in l.*6.*tit.*4 *part.*3. *verb. Ellos deſpues*, Put.*de ſyndic.verb. Procurator officialis*, Afflict.*ad conſt.Neapol.rubr.*92. *col.penult.in fin.* Auiles *de ſyndic. cap.*3. *num.* 18. *in fine*, Paz *in prax. tom.* 1. 8. *part. in proœm. num.*12. Bobad. *d.cap.*1. *num.*77. *in fine*, Maſtrill. *d. lib.*6. *cap.*5. *ex numer.*41. *ad* 45.*& Curia Philipp.*4. *part.*§.2. *numer.*1.

Et hic † procurator obiectis, vulgò *Cargos*, quæ ex ſyndicatione reſultauerint, reſpondere, & ſatisfacere debet, abſque eo, quod dicere poſſit, ſe non eſſe ſufficienter inſtructum, & petere, vt perſonaliter reo notificentur. Qui ſibi imputare debet, ſi eum inſtructum non reliquit, vt nuper in ardua cauſa, & poſt magnam diſceptationem ſupremus Indiarum Senatus declarauit, ex doctrina Greg. Lopez *in l.*6. *tit.*4. *part.*3. *gloſſ.* 6. quamuis non diffitear, quod vbi reus præſens eſt, vel de facili haberi poteſt, aut in mandato aliquis defectus agnoſcitur, melius & tutius ſit, vt etiam ſi procuratorem reliquerit, ipſi in perſonam ad maiorem cautelam obiecta

grauia

grauia notificentur, vt consulit Angel. & alij apud Iul. Clar. *quæst.* 32. *num.* 11. vbi Baiard. *n.* 16. Scacc. *de iudic. lib.* 1. *quæst.* 101. *num.* 44. Farin. *quæst.* 99. *num.* 246. Gratian. *decis.* 154. Valasc. *consult.* 144. *num.* 10. *part.* 2. Pereira *decis.* 34. *num.* 11. Craueta *cons.* 182. *num.* 11. *lib.* 2. & Rota *decis.* 770. *in antiq. & decision.* 277. *in nouissimis.*

Alias autem, iudicibus syndicatui non comparentibus, aut ab eo sine licentia fugientibus, stylus est, vt per præconia, & litteras requisitorias citentur, & si haberi possunt, ad locum, vbi administrarunt, capti mittantur, vt benè, post alios, aduertit Bobad. *d. n.* 117. & non gaudent immunitate Ecclesiastica, argum. *d. l. vnica*, ibi: *Vel intra sacrosanctos terminos*, & eorum, quæ magis expresse tradit Paris de Puteo *d. tract.* §. *viso*, de modo proced. *num.* 6. & 7. Montalu. *in l.* 8. *tit.* 5. *lib.* 1. *for. gloss.* 1. *verb. La Iglesia*, Auiles *in cap.* 1. *Prætor. verb. Dadiuas, num.* 25. Quod si haberi non possunt, contra eos in contumacia proceditur, & pro confessis habentur, vt *in d. l. vnic. l. Consiliarios* 3. *C. de assessor. l.* 135. *styli, l.* 13. *tit.* 7. *lib.* 3. *Recop.* & sententia lata ad Regium Senatum remittitur, vbi ex eisdem actis, & sine alia citatione concluditur, sententiáque, quæ profertur, statim executioni mandatur, *l.* 54. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop.* Bobad. *d. cap.* 1. *ex num.* 123. Licet † alias non nisi post lapsum anni fatalis exequi soleant similes sententiæ contra contumaces prolatæ, *ex l.* 3. *tit.* 10. *lib.* 4. *Recop.* Hoc enim non habet locum in syndicatu, nec in commissis, quorum iudicia sunt summaria, & irregularia, vt per eund. Bobad. *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 24. & 25. Quæ omnia summè notare expediet, quia quotidie contingunt, & ab aliis ita apertè, & compendiosè tractata non sunt.

Sed vt vlterius pergamus, non solum contenta est Regum nostrorum cura incompescendis Auditoribus, & aliis Ministris Indiarum hoc timore syndicationis, vbi deponi, vel mutari in officiis contingit. Verum & eis durantibus † vbi sinistra alicuius Audientiæ suspicio habetur, vel querelæ Prouincialium Regias aures offendunt, solet frequenter contra eos in communi, vel in particulari visitationis iudicium indici, vt eisdem prouincialibus mos geratur, & malum, quod patiuntur, diutius non serpat, & continuetur, iuxta illud *Genes.* 18. *Descendam, & videbo, an clamorem, qui peruenit ad me, opere compleuerint*: quo alludit text. *in d. Auth. vt iud. sine quoquo suffr.* §. 1. *collat.* 2. ibi: *Princeps videre habet, ne subditi à iudicibus, & officialibus aggrauentur, vel malè tractentur*; *cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Loth.* ibi: *Per multas interpellationes ad nos factas didicimus.* Quod sanè † visitationis iudicium grauius, & strictius censetur, quam syndicatus. Quoniam propter potentiam visitandorum, & quia adhuc in suis officiis perdurant, & de querelantibus vel deponentibus contra eos, vindictam sumere possent, omnino clausum, & secretum est, & ex sola summaria informatione, non didicitis testibus, nec testificatis, conficitur, & absque sententia Visitatoris ad supremum Consilium terminandum remittitur, vbi vna sola sententia absque appellationis, vel supplicationis remedio terminatur. Et de eo, eiusque in Hispaniam per Regem Cathol. Ferdin. V. introductione, & quo pacto multa specialia, & irregularia, quæ in illo interueniunt, defendi, aut excusari possint, latè alio loco dicemus, & interim videri poterunt, quæ tradit Zurita *lib.* 7. *annal.* Aragon. *cap.* 65. *lib.* 10. *c.* 33. *lib.* 14. *cap.* 35. & 52. *lib.* 15. *cap.* 59. & *lib.* 17. *c.* 30. Hieron. Blanc. *in comment. Reg.* Arag. *cap. de Magistr. iust.* Arag. *potest. pag.* 344. & 346. Lud. Babia *in hist. Pontif.* 4. *part. in vita Clement. VIII. cap.* 13. *Sesse in resp. synd. num.* 35. D. Valenç. *cons.* 155. *num.* 59. *vol.* 2. Gabr. Berart. *in d. specul. visit. cap.* 1. Redin. Auendañ. Bossius, Craueta, Simanc. & plures alij, quos Refert Bobad. *d. cap.* 1. *num.* 129. *pag.* 806. & vltra eos Raudens. *cons.* 36. *per tot. part.* 1. Mastrill. *de Magistr. lib.* 2. *cap.* 2. *ex num.* 34. & *lib.* 6. *cap.* 2. *cum seqq.* Borrell. *de præst. Reg. Cathol. cap.* 21. *num.* 40. Ioann. Maucler. in Monarch. Galliæ, *part.* 3. *lib.* 4. *per tot.* Nicol. Bellus *de stat. polit.* Vbi † summè laudat hunc vsum Hispanæ Mo- 12
narchiæ, mittendi Visitatores ad vindictam malorum, laudem verò bonorum, & subdit, hanc præcipua causa, & ratione, sacratissimam hanc Coronam conseruari, & magis in dies exaltari. Cuius verba nouissimè recenset Franc. Zipæus *in tract. de Magistr. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 7. *pag.* 158. vbi inuidè laudes, & exaltationem Hispaniæ subsanat. Quam tamen multis encomiis ob eandem rationem extollit Adam Contzen *lib.* 7. *polit. cap.* 9. cui titulum fecit, *Visitandos esse Magistratus*, §. 4. *pag.* 545. & §. 5. per totum, qui omninò videri debet, quoniam non vacat eius singularia, & notanda verba transcribere.

Et de hoc iudicio, † & qualiter visitationes 13
in Regio Consilio videndæ sint, & celeriter expediendæ, agit de iure Castellæ *l.* 36. *titul.* 4. *lib.* 2. *Recop.* Et multo plenius de iure Indiarum in plurimis schedul. quæ habentur *d.* 3. *tom. ex pag.* 68. ex quibus delineatus est *tit.* 10. *lib.* 4. *summar. Recop. earund. sched.* & Ant. de Herrera *in hist. gener. Ind. decad.* 4. *lib.* 5. *cap.* 3. vbi notabilem commissionem, & instructionem, præ oculis quidem habendam, recenset, quæ *ann.* 1528. data fuit iudicibus residentiæ missis ad insulam D. Ioan. Portus-diuitis, & *decad.* 5. *lib.* 5. *cap.* 5. *in fine*, *pag.* 143. vbi agit de visitatione missa ad Audient. Sancti Dominici, & subdit: † *Cuyo* 14
remedio el Rei Catolico don Fernando V. truxo de Aragon, y don Felipe II. vsò mucho del, por auernos mostrado la experiencia ser mui necessario para reprimir el arrogancia que toman los Ministros. Y esto quando los Visitadores hazen sus oficios como conuiene. Pero como la virtud no tiene igualdad en los hombres, assi no es marauilla que todos los juezes que han de corregir à los otros, no sean de vna misma integridad. Et per easdem sched. & alias ostenditur, & declaratur
† etiam Proreges Indiarum his syndicatibus, & 15
visitationibus obnoxios esse, non obstante, quod in Prorege Neapolitano contra obseruetur, de quo etiam meminit Bobad. *d. cap.* 1. *num.* 20. & 21. Mastrill. *d. lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 9. & 10. & *cap.* 5. *num.* 27. & *seqq.* vbi aliquos casus adducit, in quibus etiam Prorex Neapol. potest, & solet syndicari, & visitari.

Et quod magis est, † clerici, etiam in sacris, 16
non obstante fori priuilegio, vbi Magistratum sæcularem gerunt, & administrant, eidem sæculari syndicationi, aut visitationi, simul cum aliis Ministris subiiciuntur, & puniuntur pro excessibus in eod. officio commissis, vt docet Aufrer. *de potest. sæcul. reg.* 1. *fallen.* 17. Guillerm. Bened.

Foller.

Follet.Chopp.Lancel.Conrad.Pet.Plaza,Redin. Ioan. Garcia,Couar. & plures alij , quos refert Borrell.*d.tract.de præst.Reg.Cathol. cap.*71. *n.*35. Cened.*in collect.*37.*ad Decretum,num.*16.Salced. in addit.ad Bernard.Diaz in prax. *cap.66. litt.B*, *pag.*184.Bobad.*lib.*2.*cap.*18.*num.*99.Farin.*tom.*2. *crimin.tit.de inquisit.q.*8. *n.*98. & nouissimè Berart.*d.specul.visit.cap* 3.*n.*44. *& seqq.* Quamuis in hoc contrarium enixè tueatur Marta *de iurisd.*4.*part.cent.*2.*cas.*127.& plures alij,quos refert August.Barbosa *in collect.ad cap.Sacerdotibus* 2.*n.*4.*ne Cler.vel Monach.* & signanter Petr. Surd.*cons.*396 *ex n.*32.*vsque ad* 35.*vol.*3.vbi contendit solos Gallos Auctores aliam sententiam defendere,& sui Regni consuetudine niti,quam nihil proficere probat , & postea concludit, Deum aliquando has suæ Ecclesiæ iniurias vindicaturum. Quæ addi possunt quæstioni , quam supra tetigi *hoc lib. c.*4. *num.*42. de Clericis ad eiusmodi officia promouendis, vel non promouendis: de cuius resolutione hi, qui clauum Reip. tenent, maturius deliberabunt.

Sed licet hæc,quæ de syndicandis, & visitandis Magistratibus Indiarum diximus , ita quidem se habeant,nonnulla tamen animaduertenda duxi,quæ in illis,præ cæteris,attendi,& considerari debent. Quorum primum illud sit,
17 † quod cum pro Magistratibus , & præsertim perpetuis , quod rectè officio suo vtuntur præsumptio extet,vt docet,post alios, Bobad. *d.c.*1. *n.*158.*& seq.& n.*199.latè Menoch.*lib.*2.*præs.*81. Mastrill.*de Magistr.d.lib.*6.*c.*10.*ex n.*1.Ego,cum aliis,*sup.lib.*2. *c.*7.*n.*30. & nouissimè Mager. *de*
18 *aduoc.arm.c.*10.*n.*559.*& c.*13.*n.*327. Non † debent facilè credi,& admitti omnes querelæ,vel epistolæ, quæ contra eos mittuntur , præsertim ex prouinciis Indiarum adeo remotis , & faci-
19 norosis hominibus plenis, ne † nimis faciles, ac creduli subiectam innocentiam feriamus , contra consilium I.C.*in l.* 1. *§.* 1. *D. de eo per quem fact.erit*,& Imp.*in l.*1.*C.de accusat.*vbi glos.*verb. Feriamus*,ex Boet.probat, vltimam esse aduersæ fortunæ sarcinam , vbi miseri , quibus aliquod crimen imponitur,eo ipso, quæ præferunt, meruisse creduntur.

20 Quapropter † Rex, ac Dom.noster PHILIPPVS IV. quem pia Numina sospitent, prudenti decreto Senatum Indiarum admonuit,vt prius quam ad decernendam visitationem contra aliquam Audientiam deueniretur , omnia alia remedia tentarentur. Senatusque animaduerteret,
21 an sufficeret,† vt Magistratus,qui diu in aliqua prouincia commorati erant, & odio , vel tædio Prouincialibus esse, vel quo alio ex capite malè audire cœperant,ad aliam Audientiam transfer-
22 re sufficeret. Nimirum † quia pendente visitatione, aut syndicatione Magistratus intimidantur,& populares eos contemnunt,quos maximè reuereri oportuisset,atque adeò iustitia, ea, qua decet, libertate non administratur , vt rectè aduertit,& probat Paris de Puteo *d. tract. de syndic.in rubr.de potest.& off. syndic.* Simanc.*de Re-*
23 *pub.lib.*7.*c.*24.*n.*5. Quod iuuat egregium † apophthegma,quod audiui à Dom. Peruano Prorege March de Montesclaros, qui dicere solebat, has visitationes instar turbinis in plateis vento excitati sibi videri , Hispanè dicimus *Remolino*, cum is puluerem,& paleas humi iacentes remoueat, & super capita eleuet:& visitationes similiter, humiles quoslibet,plebeios,& flagitiosos, qui veluti puluis,& stercus Reip.iacebant, iudicibus,qui sunt, & esse debent, eiusdem Reipub capita,superponat.

In quibus quidem visitationibus † plerumque boni,& timorati Magistratus grauius,quam baratarij,& sordidi periclitantur ; quoniam illi, nihil sibi conscij,se popularibus, & calumniantibus non submittunt : hi autem quia filij huius sæculi,prudentiores in sua generatione filiis lucis sunt , *Lucæ* 16. dum celant delictum , quærunt amicitias, *Prouerb.*17. sordésque sordibus eluunt , vel operiunt , & in ipsis repetundarum crimen committunt , vt eleganter animaduertit Cæcilius inter epist.Cicer.*epist.*14.Tiber.Decian. *lib.*8.*criminal cap.*36. *num.*26. *in fine* , & melius omnibus noster Bobad.omnino videndus, *d.c.*1. *num.*27. *&* 30.

Secundò, ex eadem ratione,secundam admonitionem deduco, nempè, vt casu, quo eiusmodi visitationes generales,vel particulares decernantur,† tempus omnino præfigatur,intra quod finem accipere debeant , illudque non vltra triennium, vel quadriennium, etiam in Audientia Mexicana & Limana, aliisque Prætorialibus prorogetur. Nam hoc quidem spacium sufficiens mihi videtur,& quia hucusque præfinitum non fuit,paucas, † vel nullas visitationes dictarum Audientiarum vidi, quæ finem acceperint. Nam illa Limana Licent. Bonillæ , electi Archiep. Mexicani,de qua extant sched. *d.* 3. *tom. impress pag.*68.*cum seqq.* viginti annos excessit, & tandem ipso Visitatore , & visitandis defunctis , succissa magis quam decisa relicta fuit : idemque nunc temporis contingit in alia eiusdem Audientiæ Limanæ , in qua Ego comprehendor,& post decem & octo,aut plures annos, vix dum initium accepit, Visitatore etiam mortuo,& paucis superstitibus ex iis, quorum actiones per illam examinari,& emendari curabatur. In alia quoque visitatione Proregis March. de Villamanrique,quæ Episcopo Tlaxcalensi commissa fuit ann.1589. multum tempus effluxit,& ita in margine commissionis eius , quæ habetur *d.*3.*tom.pag.*68.prudenter notatur,hoc contigisse,quia in ea terminus præfixus non fuit, oportereque,vt in posterum præfigatur.Etenim damna,† quæ (vt diximus) ex visitatione contingunt, minora erunt , si ipsa breuiori termino concludatur. Neque perfectè Princeps Reip. salutem hac medela curare videbitur, si † ipsa maiorem morbum eidem Reip.afferat,& languentes languidiores efficiat : teste enim Ouid.

Temporibus medicina placet,data tempore prosunt.
Et data non apto tempore vina nocent.

Nihilque ita arduum esse poterit,quod intra dictum tempus solers non aperiat indago ; vt aliquid inultum,vel inopertum relinquatur , † satius est hoc omittere,quam cuncta differre, vel vt Tacit.in simili dixit *lib.*34.*Annal.Quam finere ciuitatem mori vehementioribus,quam quæ pati posset remediis , in ipsa vindicta libertatis perituram*:quo & respexit Seneca *lib.*1.*de ira, cap.*12. *in fine* , dum ait : *Abominandum remedij genus est, sanitatem debere morbo* ; & vulgatus Aphorismus omnium Philosophorum , qui nunquam ea media congruentia iudicarunt , quæ ipsis morbis,quorum reparatio desideratur, grauiora sint,vel periculosiora , vt latius dixi *sup. lib.* 2. *cap.*30.*num.*110.*& seqq.*

Tertiò,

0 Tertiò,valde curandum moneo,de † persona,
uæ ad officium syndicatus,& multo magis ge-
eralis visitationis eligitur,nam in ea totius iu-
cij cardo versatur. Et ita in dignitate positus
se debet,& talis, vt de eius scientia, & expe-
entia, ac morum sanctimonia plurimum con-
datur. Quod & prædictæ schedulæ seriò mo-
nt,ac iubent,& Ioan.Matienz.de nostris Indiis
gens in tract.M.S.*de moder.Regni Perù, part.*2.
27.talem requirit,vt ex ipsius supremi Indiarũ
onsilij Patribus eligatur (quod etiam sæpè fa-
um inquit) & de septennio in septennium
ittendum existimat,illud Platon.adducens *lib.*
2.de legib.& Arist.*lib.6. Polit. c.*8. qui ad eius-
odi munera virum penè diuinum desiderant,
oribus, & eruditione conspicuum, ætatéque
aturum.Qualem etiam ad Visitatorem Inqui-
torum requirit Simanc. *in Cathol.instit. tit.*41.
20. & pluribus ornant, & prosequuntur DD.
*r text.ibi in l.*1.*D.de offic.* Præf.Prætor. Greg.
opez *in l.*4. *tit.*17.*part.*3. Bald: qui duos sales
ientiæ & conscientiæ in eiusmodi Ministris
siderat, *in l.*2.*C.de sent.ex breuil. recit.* & alios
ducens Bobad.*dict.lib.*5. *c.*1.*n.*159.
Et quicunque is fuerit,cui hoc Syndicatoris,
l Visitatoris munus obtigerit, eo animo esse
3 bet,vt † non statim(vt aliqui faciunt)in syn-
candis,vel visitandis culpas exoptet; sed sciat
què suo muneri, & Regis intentioni satisfieri
sse si de visitandorum etiam meritis, litteris,
virtutibus inquisierit, & quos rectè officio
o functos compererit, eidem Regi honestan-
s,& remunerandos cum debita approbatione,
laudatione proponat: ita enim monet Con-
ntin.Imp.*in l.iustissimos* 3.*C.de off.Rect.prouin.*
stin.*in d.Auth.vt iud. sine quoque suffr.* §. *illud*
*delicet,vers.Cum liceat eis,l.*1.*tit.*7.*lib.*3.*Recop.*
schedulæ omnes suprà relatæ, & latè illu-
ant Auiles,Paz,Redin.Monterros.& alij,quos
fert Bobad.*d.c.*1.*n.*158.Lancel.Conrad.*in tract.*
off.Prætor.§.1.*n.*2.& Mastrill. omninò viden-
2 s,*d.lib.*6.*cap.*11.*n.*20. *& seqq.* Vbi † adiiciunt
rmam huius approbationis ad Principem res-
ibendæ,de qua etiam agit Azeued. *in l.* 7. *n.*1.
2. *d.tit.*7.*lib.*3. *Recop.* Quòd adeò verum est,
3 etiam † culpas, si quas fortè non valdè sor-
das & graues offenderit, extenuare, vel omit-
re debeat in Ministris, quos alioqui in cæte-
circumspectos, puros,vtiles,& vigilantes in-
nerit, & anteactæ vitæ probitate laudabiles,
gum. *l. non omnis,* §. *fin. D.de re milit.* iunctis
urimis aliis, quæ congerit Tiraq. *in l. si vn-*
am,verb. Donatione largitus, à *num.*34. *& de*
n.temp. causa 49. *&* 50. Bobad, *d. cap.*1. *nu-*
r. 59. 136. *&* 159. Bertazol. *cons. crimin.* 71.
m. 4. *&* 5. *lib.*1. Ioseph. Lud. *decis. Lucens.*1.
m. 49. *&* 50. *part.* 1. & Raudens. *consil.* 49.
*m.*138.*ad* 144.
4 Vnde iustè † notandi sunt Visitatores, qui
ntrarium faciunt,& in dehonestandis, & cul-
s, vndecunque quæsitis, grauandis visitatis,
oriam sibi ac laurum paratam, siue colloca-
n esse,perperam arbitrantur.Et multo magis,
ii facinorosis,ac calumniosis hominibus, per-
tisque susurronibus,& sycophantis aures gra-
s, & patulas præbent; cum hi sæpè, aut po-
5 as semper eos decipiant, & † legibus ita sus-
cti,& exosi sint,vt fugiendi potius, quam al-
iendi,vel alendi (vt aliqui imprudentes Visi-
tores faciunt) videantur, & vt etiam capitula
proponere volentes non aliter admittantur,
quam si iuramentum, & fideiussionem pro ca-
lumnia præstiterint,& si obiecta plenè non pro-
bauerint, quamuis aliqua probent, grauissimis
pœnis puniantur, in quas etiam eorum instiga-
tores incurrunt. De quibus omnibus latissimè
item agit Bobad. qui nihil in hac materia inta-
ctum reliquisse videtur,*d.lib.*5.*c.*2.*per tot.* & vl-
tra relatos ab eo, plura eruditè de calumniato-
ribus fugiendis, & puniendis adducens Erasm.
in Adag.*Sycophanta*:vbi refert causam,cur † ca- 36
lumniatores apud Græcos hoc nomine appel-
lati fuerint,Pet.Faber *lib.*1.*semest.pag.*25.*&* 163.
*& lib.*3.*pag.*285.*&* 302. Iust. Lips.*in orat.de ca-*
*lumniat.*Couar.*lib.*2.*var.cap.*9.*num.*1.Petr,Greg.
*lib.*32.*syntagm.c.*4. Lucas de Pena,Cuiac. & alij
in Rubr.C.de delat.& plurimi,quos refert D.Al-
far.*de offic.Fiscal.gloss.*17. Guazin. *de defens. reor.*
*defens.*33.*c.*14.Menoch.*de arbitr.cas.*321 Giurb.
*cons.*47.*n.*25.Gratian.*regul.*8. Berart.*in d. specul.*
*Visit.c.*4.*& c.*28.*n.*20.Farin.*tom.*1.*crim.q.*16. Pe-
regr.*de iure Fisci lib.*1.*tit.*1. & nouissimè D. Va-
lenç. *cons.*170.*ex n.*1.*& cons.*171.*n.*47. *volum.*2.
& Sebast.Næuius,loquens de instigatoribus, *in*
l.seruus,§.*eum,D de pœn.pag.*360.
Ex quibus fit, quid sentire debeamus de ali-
quibus Visitatoribus, † qui libellos secretos, & 37
sine auctore sibi datos recipiunt, imo & cypos,
vbi mittantur,exponunt, & aliorum, qui moni-
torias censuras promulgari faciunt, vt testes ad
declarandum,quæ contra Ministros scierint, si-
ue intellexerint, coram ipsis compareant. Hæc
etenim omnia à iuris, & æquitatis regulis de-
uiant, & prauam indolem, siue propensionem
syndicantis,vel visitantis ostendunt, vt constat
ex vulgari illa,sed celebri, *epist.* 98. Trajan. ad
Plin.Iunior.*lib.*10.*cap. inquisitionis,* §. *tertia,cap.*
qualiter & quando,el 1.ibi: *Exceptis occultis cri-*
minibus, de accusat. cum aliis traditis à Bobad.
*d.c.*1.*num.*74. Ceuallos *lib.*3.*comm. q.*821. *n.*20.
*& seqq.*Mastrill.*d.lib.*6.*cap.*2.*n.*47.*& seqq.*Berart.
*dict.c.*3.*ex n.*63.Dom.Valenç.*cons.*110. *n.*5. La-
zaro *in tract.de monitor.sect.*2.*q.*10. *&* 11. Et D.
Carrasc.*ad leg.Recop.c.*4.*n.*9. & meliùs *eod.cap.*
§.1 *n.*7.*fol.*49. vbi videtur loqui in terminis no-
stræ quæstionis,licet non satis se explicet, & in-
quit, vice versa rectè posse monitorias concedi
lite pendente super capitulis infamatoriis ad
comprobandam innocentiam, & defensionem
rei. Cui in dubio fauere,& bonum exitum desi-
derare Syndicatores,& Visitatores debent;cum
sciant,vel scire debeant,† inter plures miserias, 38
& difficultates; quas patitur iudicantium, &
Rempub administrantium munus,in quibus re-
censendis multus est Bobad.*dict.polit.lib.*1.*c.*15.
*num.*24 *& seqq.*illam esse præcipuam,quod qua-
si signum ad sagittas calumniantium & maleuo-
lorum positi sint, & quia non possunt omnibus
complacere,frequenter odium multorum incur-
rant,& insidias patiantur, vt grauissimis, licet
vulgatis,verbis scriptum reliquit Cicer.*in orat.*
pro Flacco, Et text. celebris *in cap. qualiter &*
quando, el 2.*de accusat. cap. sunt nonnulli* 2. *q.*7.
*Concil.Trident.sess.*13. *de reformat. cap.*6. Et alia
referens Simancas *lib.*3. *de Repub. cap.* 10. Bo-
bad. *d. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 203. *& cap.* 2. *num.*4.
& seqq. Petr. Gregor. omnino legendus,3.*part.*
syntagm. lib. 1. *cap.*15. *numer.*5. Scaccia *de ap-*
pellation. quæstion. 19. *remed. pag.* 593. Neuizan.
*consil.*76. *numer.* 7. Peregr. *de iure Fisci, lib.* 5.
titul.

titul.1.n.194. omninò Schenard. *conſ.1. num.46.* Leoninus *conſ.57.n.4.* Raudenſ.*d.conſ.49.n.140.* & nouiſſimè Hieron. Perotus de conſtantia *in abdicat. Magiſtrat.cap.24.per totum.* Et D. Ioan. Bapt.de Larrea in peculiari libello,quem de hoc argumento pro defenſione Magiſtratuum typis
40 excuſſit. Et de † popularibus Siciliæ,& aliarum nationum loquentes,quibus ſemper veluti connatum fuit, ipſorum Præſides calumniari Caſſiod.*lib.1.epiſt.3.*Cicer.*in orat.pro Cluent.& Ponte de poteſt.Proreg.tit.de elect.official.§.7.num.12.* Et eſt videnda celebris *gloſſ.in cap.Diaconi.verb. Accuſantur,diſt.93.l.15.tit.9.part.3. l.2. titul.28. & l.11.titul.2.part.7.* ibi:*Los omes que oficio tienen,maguer fagan derecho, non puede ſer que non ganen mal querientes.*

41 Quapropter de † exitiali aliquorum Syndicatorum,& Viſitatorum in contrarium propenſione, merito queritur, & dolet Lucas de Pena *in l. Tribuni,C.de re milit.lib.12.* Ponte *vbi ſuprà tit.12.n.19.*Pet.Bimius *conſ.398.num.30.* Segura Daualos *in direct. iud.Eccl.c.14.à n. 24.* Quibus
42 Ego addo † ita nimis acrem, irregularem, & rigoribus plenam eſſe formam procedendi, & iudicandi in huiuſmodi Viſitationibus, vt nouis aliis, & odioſis commentis,vel fomentis cumulari non debeat,vt alias dicitur *in l.vnic.§.ſi verò, verſ. Nec enim, C.de impon. lucrat. deſcript.*
43 *lib.10.* neque † inimicis ſceleratiſuè hominibus via aperiri,vt ſecretis & occultis his telis,vel(vt melius dicam)falſis teſtimoniis, Magiſtratus laceſſant, quod ſemper de ſimilibus inquiſitionibus viri grauiſſimi veriti ſunt, vt conſiderat Raudenſ.*d.conſ.49.n.7.* Seneca *lib.1.de ira, c.16.* Plin.Iun.*lib.3.epiſt.20.*ſic inquiens: *Eſt enim periculum, ne tacitis ſuffragiis impudentia irrepat. Nam quoto cuique eadem honeſtatis cura ſecreto,*
44 *quæ palàm. Multi † famam, conſcientiam pauci verentur.* Et notabilis Hiſtoria Hiſpana Regis
45 † Ioan I. *ann.12.c.7.& 8.* vbi hac de cauſa ceſſare iuſſa fuit inquiſitio quædam, quæ fiebat contra Regem Nauarræ ſuper veneno Eleonoræ Regis Ioannis ſorori propinato.Nimirum inquit Hiſtoriographus:*Porque le fue dicho al Rei por los de ſu Conſejo, que ſi ſu merced mandaua, eſtos teſtigos no eran eſcuderos de recebir, lo vno por quanto ſegun derecho,no ſe recebian como debian, ni auia alli parte de eſto que vieſſe jurar los teſtigos,ni ſe tomaban en aquella forma que debian.*

Quartò,ſimiliter multum curari debet, vt Viſitator ſemel electus,& tot expenſis, & cum titulo adeo honorifico in prouincias ita diſtan-
46 tes miſſus, † facilè, & ex ſiniſtris relationibus, quæ ex eiſdem remitti ſolent, non reuocetur. Nam hoc valde huiuſmodi cauſarum exitum tardat, & turbat, & non ſolum Viſitatoris, verum & Principis, qui eum elegit, & delegauit, exiſtimationem quodammodo lædit.Teſte enim Iuſtin.*in Authent.vt iud.ſine quoq.ſuffr.Qui † iudicio tanti culminis ad cingulum venit, teſtimonium habet, quod ſit optimus:* cui conueniunt verba Caſſiod.*lib.1.var.epiſt.3.& 12.* ibi:*Pompa meritorum eſt Regale iudicium, quia neſcimus iſta niſi dignis impendere,& lib.10.epiſt.43.De illo nefas eſt ambigi, qui meruit eligi iudicio principali. Nam quibus fas eſt de cunctis optimos quærere,videntur ſemper optimos elegiſſe.*

48 Vnde licet in iudicibus † Syndicatoribus dubitari non ſoleat, quin ex iuſtis cauſis à partibus, contra quas procedunt, recuſari poſſint, & ſibi alium coniudicem aſſociare debeant:q interdum ab ipſo Senatu nominari ſolet,ex tra ditis à Bobad. *d. lib.5. cap. 1. n.236. & ſeqq.* & Maſtrill.*d.lib.6.c.3.ex n.20.* In Viſitatoribus tamen † generalibus Audientiarum, anceps quæſtio eſt,an recuſationes admitti debeant?propte rationem ſuprà relatam, & quia ipſorum induſtria & auctoritate ſpecialiter inſpecta, & elect videtur, ita vt non aliter proceſſuri, & iudicaturi præſumantur, quam ipſe Princeps iudicaret, *l.1. verſ.Credidit, D. de offic. Præfect. Prætor iuncta l. inter artifices, D.de ſolut.cap.ſi pro debilitate,de offic.deleg.*& aliis,quæ latè adducit Menoch.*lib.1. de arbitrar. quæſt.67. ex num.15.* E quia cum hoc iudicium ſecretum (vt diximus ſit,& eſſe debeat,hoc ſeruari poſſe non videtur ſi aſſociatus, de quo minus confidi poſſit, introducatur,& totius generalis iudicij, ac viſitationis ordo, propter vnius fortè, vel alteriu priuati intempeſtiuam, vel affectatam recuſationem turbetur, contra *reg. l.ſi Prætor,D.de iudic & l. priuatorum, C. de iuriſd. omnium iud.* cum ſimilibus.

Quibus tamen non obſtantibus, vidi ſeme & iterum eiuſmodi recuſationes admiſſas fuiſſ in ſupremo Indiarum Senatu,ad effectum vt Viſitatores recuſati ſaltem in cauſis, quæ recuſantem tangere poſſent,ſibi aſſociatum aſſumerent & audiui etiam in Tribunalibus Hiſpaniæ † aliquando admiſſas, aliquando ſpretas, fort quia Auctores, qui hunc articulum tractant cum nullam ſpecialem exceptionem non admittendæ recuſationis in Viſitatore reperiant, ho remedium reis viſitatis denegare non audent præſertim cum fauorabile ſit,& ratione naturali ſubnixum,quæ non permittit aliquem coram ſuſpecto iudice litigare,*cap.cum ſpeciali*,cum ſimilibus,*de appellat.*& præſertim in iudicio viſitationis, quod quia ſtrictius,& periculoſius eſt, maiorem quoque cautionem expoſtulat, *cap.vbi periculum,de elect.*cum aliis, vt conſtat ex gloſſ. *verb.Cum iudice, in d.cap.cum ſpeciali*,quæ † in quolibet iudice recuſationem admittit,ſiue procedat de officio, ſiue ad petitionem partis, & tam in ordinario iudicio, quam in extraordinario,quam ſequitur Bald. *ibid.n.7.*& magis in terminis, de ipſomet viſitationis iudicio loquens, Maranta *in prax.4. part. diſt.5. num.50.* Papon. *arreſt.36.lib.9.* Laurent. Beneuentan. *in tract. de iud.ſuſpect.c.5.n.24.*Maſtrill.qui alios adducit,*d. lib.6.c.3.n.20.& ſeqq.& c.1. n.38. & 39.* Berart. *d.ſpec.viſit.c.6.per tot.*Phœbus *deciſ. Luſitan.77. n.1.* & de Viſitatoribus Religioſorum loquens, gloſſ.celebris *in cap.in ſingulis,verb. Et appellatione, de ſtat. Monach.* Bertius *poſt quæſt. regul.* Eman. Roder. *tom.vlt. tit.3. de viſit. cap.3.* qui etiam ea ratione mouentur, quod licet Magiſtratus ſe his viſitationibus ab initio officij ſubieciſſe videantur, intelligitur tamen arbitrio boni viri,& † bonus vir non arbitrabitur, quem ſtare iuri debere coram iudice ſuſpecto, *l.vir bonus*,cum ibi notatis, *D.iud.ſolui*, Clem. *Paſtoralis, de iudic.* cum aliis.

Sed nihilominus † Ego parciſſimè eiuſmodi recuſationi deferrem, niſi grauis aliqua, euidenſque, & vrgens cauſa fuerit, quæ illam admitti ſuadeat, ſaltem quoad formandam ſecretam inquiſitionem, cuius ſtricta natura, & contumacia haud dubie ſubuertitur, ſi contrarium recipiamus. Nam in capitulis, & cauſis

causis specialibus, si quæ fortè separatim contra Auditorem visitatum motæ fuerint, quæ vulgò di-cuntur, *Demandas publicas*, quia non secretò, vt vi-sitatio, sed publicè, id est, iudicio aperto, & ordina-rio peraguntur, absque dubio recusatio obtinere debebit, eodem modo, qui in syndicatu contingit, quem Mastrill. Beratt. & alij sup. relati perperam cum visitatione confundunt, cùm re vera in pluri-bus differant. Et pro hac opinione extat singularis schedula † ita in nostris terminis, & in Indiis de-cidens, & distinguens, dat. apud D. Laur. 19. *Octob. ann.* 1588. *to.* 3. *pag.* 72. quæ referens commissionē datam Licent. Bonillæ Visitatori Audientiæ Lima-næ ad recipiendas petitiones, siue *Demandas pu-blicas*, quæ contra Auditores proponerentur, post alia sic ait: *Y si para lo tocāte à la dicha visita què os comete, y demandas publicas que ante vos se pusieren por alguna de las partes, fueredes recusado en tiempo, y en forma, os acompañareis solamente por lo tocante à los pleitos de las dichas demandas publicas. Y en la visita procedereis vos solo, con-forme à vuestra comission, sin os acompañar para ella.*

Quintò, dicti Visitatores, ita vt diximus electi, 5 generaliter delegati, animaduertere debent, vt † verò ad syndicandos, vel visitandos Auditores pro-cedant pro iis, quæ male simul cum aliis iudicasse dicuntur, vulgò *En cuerpo de Audiencia*, etiam si ea pars, quæ se grauatam dixerit, capitula pro-posuerit. Hoc enim apud Nos ita expressè de iure Indiarum decisum inuenio per sched. dat. Matrit. 11. *Febr. ann.* 1593. *quæ habetur* 3. *to. pag.* 75. quæ ad-dit, vt vbi ad eiusmodi iudicia deuenerint, nullate-nus ea exequantur sed ad Regium Senatū in grā-du appellationis remittant. Quæ schedula rationi, & iuris communis dispositioni, conformis esse vi-detur. Nam tales libelli, siue petitiones admitti nō debent, nisi pars euidentem inimicitiam, vel sordē obiiciat, vt decem rationibus adductis, & dilucidè exornatis, probat Bobad. *dict. lib.* 5. *cap.* 3. *ex n.* 55. & vltra eum Simanc. *lib.* 7. *de Repub. cap.* 24. *n.* 4. & 5. vbi prudentissimè hoc constitutū concludit, ne iudices finiendis causis pro meritis, & litteris dicti subiiciantur, & exponantur calumniis, & ac-cusationibus impudentissimis subiectorum. Quam eam rationem elegantiùs adhuc expressit Paul. Castr. *in l. seruo inuito, §. cùm Prætor, D. ad Tre-bell.* inquiens, quòd si aliter fieret, frangeretur ner-uus iustitiæ, deprimeretur auctoritas iudicum, au-geretur maleficiorum audacia, & successores in of-ficio, perterriti exemplo prædecessorum, lento pede procederent. Quod dictum refert, & probat Thom. Gramm. *conf.* 54 *n.* 3. Et ita in sacro Consistorio iu-dicatum testatur Farin. *conf.* 64. *n.* 10. & 11. *ad fin.* Mastrill. *de Magistrat. d. lib.* 6. *c.* 10. *n.* 121. & *seq.* & in Gallia, Commentator edicti iurisdict. iud. presidialium. *gloss.* 26. *verb. Sans appellans*, *n.* 34. & 35. *pag.* 88. & 89. vbi eam rationem addit, quod quia *Princeps hos cooptauit iudices, quos tā-tum probatos voluit libera disceptatione adiner-sus omnem appellatione iudicare, ideò sententiæ eo-rum pro iustis habendæ sunt. Quare non permitte-ret quocunque modo, aut quacunque actione hos iu-dices post iudicandi functionem imperitiæ postula-ri.* Cui rationi multum etiam defert Mastril. *d. num.* 12. docens, † supremos Magistratus de imperitia 61 conueniri non posse, & dolens aliquando id malè, ac iniquissimè obseruatum, contra sanctissimam Regis nostri mentem. Licèt in aliis minoribus iudicibus frequentissima sit hæc actio, *ex toto tit. C. de pœn.* *iud. qui malè iudic.* Et latè, & doctè traditis à Petr. Barbosa *in l. si filius famil. D. de iud.* Bobad. *d. c.* 3. *ex num.* 4. Gratian. *reg.* 249. Azeued. *in l.* 7. *ex num.* 103. *ad* 112. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recop.* Et nouissimè Car-dosus post *tract. de iure accresc. resp.* 5. vbi tra-ctat, an detur hæc actio contra hæredes malè iu-dicantis.

Sextò, monendi sunt † Syndicatores, & Visita- 58
tores Indiarum, vt cautè procedant in formandis processibus, testibúsque examinandis in causis syn-dicandorum, vel visitandorum, quibus sordis, bara-teriæ, peculatus, vel repetundarum crimen obiicitur. Nam cùm hæc sint, quæ eos magis grauare, & læ-dere possunt, oportet, vt non temerè illis notētur, sed vbi talis probatio, quæ saltem impleat formam iure nostro assignatam *per l.* 6. *tit.* 9. *lib.* 3. *Rec.* De qua, & † dictorum delictorum proprietate, signifi- 59
catione, & differentia, plura dicere supersedeo, quia me hoc labore leuauit Bobad. *dict. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 120. cum multis seqq. & *anteced.* & *lib.* 2. *c.* 11. *per tot.* Mastrill. *dict. lib.* 6. *c.* 8 *ex n.* 11. & 35. Mas-card. *de probat. concl.* 164. *cum duab. seqq.* Menoch. *de arbitr. cas.* 342. & 343. Caualc. *de brach. Regio par.* 5. *n.* 66. Tiber. Decian. *lib.* 8 *crimin. cap.* 33. & *seqq.* Farin. *tom.* 3. *crim. q.* 111 *per tot.* Caballus *tom.* 1. *resol. crim. casu* 195. Sesse *in respons. synd. n.* 7. & 8. & 43. Auendañ. *in c.* 2. *Prætor. ex n.* 4. & 18. Aze-ued. *in d. l.* 6. *Recop.* Osasc. *in proœm. decis. Pedem. n* 5. Carrocius *de loc.* 1. *par. sub tit. de sportul. iud. q.* 7. *de merced. iud. n.* 1. *fol.* 19. nouissimè Dom. Va-lençuela *cons.* 162. *n.* 48. Et D. Thom. Carleual. *in tract. de iud. disp.* 3. *q.* 1. *n.* 5. Et est videndus Pacian. *de probat. lib.* 1. *c.* 71. *n.* 1. & 2. *fol.* 212. vbi post alios, probat, in † his criminibus, & aliis occultis, reos 60
semel delatos, & accusatos, etiam si plenè contra eos probata non sint, non aliter absolui posse, quā si priùs iuramento innocentiam suam purgaue-rint, ex decis. *Auth. sed nouo iure, C. de pœn. iud.* quod tamen iam in desuetudinem abiit.

Ego † quoque, his & aliis relatis, pleniùs, & di- 61
stinctiùs cæteris aliis, quos viderim, plura de ho-rum, & similium delictorum grauitate, & damnis in iudicibus dixi in tractatu, quem edidi, de syndi-catu defunctorum, & quando, † & in quibus eorū 62
pœnæ pecuniariæ sint transitoriæ ad hæredes, vel fideiussores illorum, & cum eis possit causa agita-ri, & terminari. Quem tractatum quia à multis de-sideratur, putaueram his commentariis inserere, li-cèt nunc consilium mutare cogar, quia eorum mo-les nimis excreuit, lectorem ad illum reiecisse con-tentus, & addito nunc optimo *cons. Bald.* 296. *vol.* 5. Et traditis ab Illustr. Vlyssip. Acuña *in notis ad Decret. pag.* 775. & 815. *Mexicano* Vega *in c. in-telleximus, de iudiciis, num.* 28. & 29. Tusch. *litt. C concl.* 517. & 3. *to. litt. D. concl.* 258. *n.* 4. Vlrich. Hunnio *lib.* 4. *var. resolut. par.* 6. *q.* 2. & 3. Et Mar-co Liclama *in integro tractatu quatuor libris sub nomine Benedictorum* comprehenso, de actionibus pœnalibus, & an, & quatenus sint transitoriæ ad hæredes? Et præcipuè nobili schedula virtute dicti mei tractatus à Potentiss. Rege nostro Philippo IV. expedita Matrit. 17. April. ann. 1635. qua, quo-niam in Indiis propter locorum distantiam, & va-rias iudicum, & iudiciorum comperendinationes, & impedimenta, pauci syndicatus, vel visitationes ad sententiam diffinitiuam, & rem iudicatam dedu-cebantur, antequàm re delati è viuis excederent, & magna solebat esse in Supremo Indiarum Senatu opinionum varietas super delictis, & pœnis, quæ ad hæredes transibant, vel reorum morte cessabant,

ad has difficultates tollendas, maturo conſilio ha-
bito, prouidè ſanxit: *Que porque las prouincias
de las Indias ſon tan diſtantes, y de ordinario ſu-
cede, que quando ſe llegan à ver, y determinar las
viſitas, y reſidencias que ſe traen de ellas, ſon muer-
tos los viſitados, ò reſidenciados, y con eſſo algu-
nos juezes los dan por libres, ſin hazer diſtincion
alguna, por dexir que ai leyes y opiniones que eſtas
cauſas no paſſan à los herederos y fiadores. Para
que eſto ceſſe, y los delitos ſean caſtigados, y las
leyes ſe ajuſten à las Prouincias y Regiones para
donde ſe hazen, y ceſſen los encuentros que ſe dize
auer en algunas de las leyes del derecho comun, y
partida, que de eſto tratan, ſe declara, ordena, y mã-
da, que de aqui adelante en todas las cauſas, y ca-
ſos en que contra el viſitadò, ò reſidenciado ſe hal-
làre probado cohecho, barateria, fraude, y vſurpa-
cion de derechos, y hazienda Real, ò tratos, y con-
tratos prohibidos, y reprobados, en que aſſimiſmo
pocas vezes dexan de concurrir los dichos delitos.
Declara, y manda, que de aqui adelante todos los
cargos de la dicha calidad ayan de paſſar, y paſſen
contra los herederos, y fiadores de los viſitados, ò
reſidenciados de qualquier oficio, calidad y con-
dicion que ſean, por lo tocante à la pena pecunia-
ria que ſe les impuſiere por ellos, por lo menos ha-
ſta en la cantidad que conſtare que toco, y per-
tenecio de ſus bienes à los tales herederos; aunque
los viſitados, y reſidenciados ſean muertos al tiem-
po de la pronunciacion de la ſentencia, que en el
Conſejo, ò por otro juez competente ſe diere con-
tra ellos, como ayan eſtado viuos al tiempo que ſe
les dieron los cargos, que es quando parece que en
ſemejantes juizios ſe haze conteſtacion de la cau-
ſa, y ſe les dà luz y lugar para que puedan ſatis-
fazer, y dezir, alegar, y probar en ſu defenſa, ò deſ-
cargo lo que les conuenga, &c.*

Septimò, & vltimò, innumeris aliis quæſtioni-
bus, & admonitionibus omiſſis, quæ hanc mate-
riam concernunt, & in promptuario, Deo dante,
tractabo, ad peculiares Indiarum calamum con-
trahens, animaduerto Viſitatores generales dicta-
64 rum Audientiarum Indicarum, non † debere inqui-
rere de caſibus, & exceſſibus, de quibus Miniſtri
in ſua viſitatione comprehenſi, iam priùs viſitati,
& ſpecialiter ſyndicati, & puniti fuerint, etiam ſi
prætendant maiorem tunc, & pleniorem talium
exceſſuum lucem, & probationem fortè inueniri
65 poſſe. Quoniam † non debet quis pluries pro
eodem admiſſo inquiri, aut puniri, *l. Senatus*, vbi
gloſſ. & Bart. *de accuſat. l. licèt, D. naut. caupon.*
latè Tuſch. *litt. C. concl. 573. & litt. P. concl. 210.* Et
ad hoc declarandum, atque iubendum, frequenter
ſched. regiæ ad petitioné eorum, qui ſimiles mole-
ſtias timent, expediri ſolent. Quæ tamen non im-
66 pediunt, vt † ſi crimina eiſdem obiiciantur, quæ in
ſyndicatum deducta non fuerunt, licèt iam tunc
commiſſa dicantur, de illis viſitari poſſint, vt in ip-
ſis ſchedulis declaratur, & excipitur; quoniam
hoc videtur viſitationis generalis nomen & natu-
ra expoſtulare, & ſub hac lege dictarum Audien-
tiarum Miniſtri ſe officium ſuſcipere intelligere
debuerunt. Qui ſanè hac in parte deterioris con-
ditionis ſunt, quàm cæteri Correctores, Præſideſ-
uè, aut Gubernatores, qui ſyndicatui ſubiiciuntur.
67 Etenim hi, ſi † per tempus à lege præfinitum re-
ſidentiam fecerint, & ſyndicatui ſteterint, ſemel in
eo abſoluti, vel condemnati, ampliùs inquiri, aut
puniri non poſſunt, pro quibuſlibet geſtis in of-
ficio pro quo ſyndicantur, etiam ſi dicto tempore
tranſacto; de criminibus tunc omiſſis, vel penitus
ignoratis accuſentur, & probationes luce meridia-
na clariores offerantur, quaſi talia intendenti, ex-
ceptio rei iudicatæ obſtet, quæ ex præſcriptione,
& tranſcurſu termini legalis reſultat, vt in ſimili
inquit elegans text. *in l. adulter 5. C. de adulter.*
l. nemo, C. de temp. appell. cum aliis latè traditis à
Craueta *conſ. 144. nu. 20. lib. 1. & de antiq. temp.*
in princip. n. 49. Et in ipſis terminis, de quibus
agimus, *l. 33. ſtyli, & l. 23. tit. 7. lib. 3. Recop.* vbi
ſolum grauat, iudices vt per triginta dies ſyndi-
catui ſtent, & addit, *Y no mas.* Et melior text.
in l. 41. tit. 4. lib. 2. eiuſd. Recop. quæ in vltimi
verbis tunc demum permittit nouam inquiſitio
nem fieri, cùm de colluſione, vel negligentia con
ſtat; idque eo quidem tempore, quo proceſſu
ſyndicatus in ſupremo Senatu videtur, & non poſ
ſententiam in eo prolatam, vt benè exponit Bo-
bad. *d. lib. 5. cap. 1. num. 162.* qui plures Auctore
tam Regnicolas, quàm extraneos, antiquos, &
modernos pro eadem opinione refert, & eius ra
tionem reddit *ibid. n. 174. & eod. lib. 5. cap. 2. n.*
24. & cap. 3. n. 133. ad fin. & n. 135. & 138. E
vltra relatos ab eo Caualcan. qui de communi te
ſtatur, *de brach. Regio 5. par. n. 10. & 11.* Cancer
lib. 2. var. c. 2. n. 65. & lib. 3. c. 12. n. 42. Et innu
meri alij apud Maſtril. *d. lib. 6. de Magiſtr. cap*
6. ex n. 3. vbi ita ſæpius practicatum, & iudicatum
etiam contra fiſcum, concludit, vt nec poſt lap
ſum termini audiri poſſit, Curian. *Pilipp. 4 pa*
§. 3. Villadiego *in polit. cap. 6. § 3. nu. 10.* Lan
cell. Gallia. omninò videndus, *conſ. 28. per to*
præcipuè *num. 9. & 19.* vbi nec prætextu reſtitu
tionis, nec priuilegij fiſci contrarium admitti
Riminald. Iun. *conſ. 696. à num. 6. cum ſeqq.* in
quiens, quod præcluſa via parti, præcluditur Fi
co, Tuſchus *litt. S. concl. 275. num. 8. & 9.* Fa
Tortus *in annot. ad ſtat. Papiæ, rubr. 66. num. 2*
latè Giurba *conſ. 53. per tot.* Berart. *in ſpecul. v*
ſit. cap. 4. n. 17. Et Farin. *de inquiſit. quæſt. 1*
num. 12. vbi innumeros allegat ad probandum
quod etiam in delictis occultis, & contra fi
cum præſcribitur per lapſum termini legalis,
quòd currit terminus non à die ſcientiæ, ſed com
miſſi delicti.

Et iuxta hanc opinionem, † ſeu potiùs rec
ptam praxim ſæpiſſimè in ſupremo Caſtellæ
Indiarum Senatu iudicatum fuit. Nam quamuis i
Regno Siculo, & Neapolitano contrarium al
quando factum, & deciſum réferat Maſtril. *d. lib.*
c. 6. n. 9. & lib. 3. c. 4. n. 377. & 378. Ponte *deciſ. 2*
n. 22. Mar. Muta, qui pleniùs cæteris hanc pa
tem tuetur, & aliquos caſus diſtinguit, *deciſ. S*
cil. 5. quos refert & ſequitur Ioann. Bapt. Torus
comp. deciſ. verb. Syndicatus ab Officiali, fol. m
512. pag. 2. Hoc tamen fortè defendi potuit, qu
in illis Regnis non dantur leges, nec ſtatuta, q
contrarium præcipiant, & ſyndicatui terminu
præfigant, quin potiùs, vt idem Muta inquit, *A*
eſt pragmatica Regia, vbi mandatur, quòd Offici
les omnes, etiam poſt redditum ſyndicatum, & o
tentas litteras liberatoriales, poſſint à quocunq
Tribunali inquiri, etiam ex officio, de male ge
in officio, non tamen cognitis in ſyndicatu. Qu
quidem, vt ſup. dixi, apud nos ſolùm obſeruatu
vbi poſt ſyndicatum viſitatio generalis indicitu
non autem pro noua ſyndicatione alterius, quæ
in rem iudicatam pertranſiit. Adeò † vt neque i
patria, etiam via ordinaria, Magiſtratus poſtea c
ueniri poſſit, de his, quæ tanquam talis in prouinc
commiſi

commisit, vel contraxit, vt contra gloss. Bart. & alios *in l. 2. D. ad leg. Iul. repet.* docet eleganter Bald. *in l. obseruare, §. proficisci, n. 9. D. de off. Procons.* quem sequuntur plures alij, quos refert Gutier. 1. *pract. q.* 49. Azeu. *in d. l.* 23. *n.* 14. Mastrill. *d. c.* 6. *n.* 32. Auiles *de synd. c.* 3. *n.* 12. *vers. Secus dicit*, Cancer. *lib.* 3. *var. c.* 12. *n.* 44. Et pleniùs cæteris disputans Bobad. *d. lib.* 5. *c.* 3. *ex n.* 134. Licèt benè verum sit,† posse Visitatores, vel Syndicatores, etiam post lapsum termini sibi præfixi, exequi sententias, quas intra illum vtiliter pronuntiarunt, & appellationis interpositione suspensæ non sunt, ex doctrina glos. *in c. de causis, de off. deleg. verb. Ex transacto*, Brixiens. *in quæst. venereal. q.* 7. quam nemine reclamante recipi, & egregiè ad iudices Syndicatores, & Visitatores pertinere, tradit Parlad. *differ.* 129. *num.* 15. *in fin.* Et latè Bobad. omninò videndus, *d. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 166. *& seqq.*

Qui etiam cap. seq. ex n. 4. in quæstionem, vocat, † an gloriosius sit Magistratui in syndicatu, vel visitatione nullos æmulos habuisse, & laudabilem sententiam reportasse: vel habuisse quidē, cæterum illorum calumniis, & contradictionibus non obstantibus, victorem euasisse. Et rectè in hāc vltimam partem inclinat, cui, vltra ea, quæ doctè ad illam probandam expendit, addo Cassiod. *lib.* 4. *epist.* 44. vbi de eodem argumento tractans, quendā iudicem iniustis calumniis impetitum ita solatur: *Quapropter sanctitatis vestræ animus non grauetur, nec se fallacibus verbis doleat accusatū. Multo maior est opinio purgata, quàm si desinentibus querelis non fuerit impetita.* Cui possunt addi plurima alia, quæ nouissimè Hieron. Perottus Neapolitanus, Abbas Cassinensis, congessit, in tract. de constantia in abdicatione Magistratus, dum quendam solatur, qui iniustis calumniis obrutus, ab officio depositus fuerat.

CAPVT IX.

De Proregibus, qui ad Noui-Orbis gubernationem mittuntur, eorúmque dignitate, & præeminentiis, & qualiter se in tanto munere gerere debeant.

SVMMARIVM.

Proreges quando, cur, & cum qua auctoritate, & potestate Mexici, & Limæ constitui cœperint.
Proreges qui primi in Indias mandati sunt, & qui postea, & cum quibus instructionibus, remissiuè.
Gubernatio rectiùs per vnum quàm plures expeditur.
Prouinciæ Indiarum Proregum creationem, & auctoritatem requirebant, & quare.
Prouincias à se partas, cur, & qualiter Romani in Præsidiales, & Proconsulares partiti sint.
Præsides & Proconsules prouinciarum vnde dicti, & de quibus cognoscerent.
Titul. D. de off. Procons. & D. de off. Præsid. *explicantur, & illustrantur, ibid.*
7 *Proreges nostri temporis an aptè comparentur Præsidibus, vel Proconsulibus Romanorum.*
8 *Proregia dignitas in Francia vix aliis, quàm Principis fratribus, vel filiis, concedi solet.*
9 *Proreges aliqui similes faciunt Præfectis, Prætorio, vel Augustalibus Romanorum, vel Satrapis Persarum.*
10 *Proreges nullis magis assimilantur quàm Regibus, qui eos mittunt, quorum & vices gerunt, & personam repræsentant, &* Alter Nos *dici solent.*
11 *Proreges in prouinciis sibi commissis omnia regulariter possunt, & expediunt, quæ Princeps, qui eos mittit, & non tam delegatam, quàm ordinariam iurisdictionem habent, relatis plurimis Auctoribus, qui de eis agunt.*
12 *Proregum munus, & Regiæ personæ repræsentationem, qualiter per emblemma sigilli, & sigillati exprimat nouissimè Marcus Zuerius.*
13 *Proregibus qualiter omnimodam repræsentationem, & obedientiam Regi debitam concedant sched. Indiarum, quæ referuntur.*
14 *Imago alterius in quo datur, ibi datur vera repræsentatio eius, cuius imago geritur.*
15 *Proregum Indiarum in bona electione summè Princeps curare debet, & quare, ex Cassiod. & Acosta.*
16 *Romani semper viros lectissimos, & integerrimos ad prouincias remotas, & nouiter partas mittere curabant.*
17 *Proreges Indiarum, non solùm propria prudentia præditos requirit Matienzus, verùm vt ab aliis etiam prudentibus consilium capiant.*
18 *Proreges Indiarum an hodie conuenientius sit è Togatis viris, quàm è Militaribus, siue Equestribus eligi.*
19 *Togati plures in Gubernatione, & Militia Indiana præclarè se gesserunt, remissiuè.*
20 *Episcopi & Cardinales, an Proreges creari, & qualiter hoc munus explere possint.*
21 *Proreges Indiarum quid curare, & attendere debeant, vt se tanto munere dignos exhibeant.*
22 *Cura quo maior alicui committitur, tanto potiore studio indiget, & cui plus creditur, plus ab eo exigitur, ex sententiis variorum Auct. quorum verba referuntur.*
23 *Ciceronis epistola ad Quintum Fratrem, refertur, & laudatur, & Proregibus semper memoriæ tenenda commendatur.*
24 *Proreges, vel Præsides prouinciarum clarissimatus honore gaudent, & vel ob hoc nihil non clarum, & splendidum cogitare debent, ex Cassiod. & aliis.*
25 *Proreges & Gubernatores vrbium, & prouinciarum, quas dotes & virtutes habere oporteat, ex Cicer. & aliis.*
26 *Proreges Indiarum præ cæteris summa virtute, integritate, & prudentia pollere debere docet Acosta, & quare.*
27 *Proreges non in se tantùm, verùm in suis quoque domesticis virtutem, continentiam, & morum probitatem summè amare, & curare debent, & quare, ex Cassiod. & aliis.*

28 Domeſticorum facta, imò & dicta à Proregibus, Gubernatoribus, & aliis Miniſtris præſtanda ſunt.

29 Proreges plures magis periclitati ſunt ob culpas ſuorum familiarium, quam ob proprias.

30 Auaritia ante omnia Proregibus, & Gubernatoribus fugienda eſt, & inſignis locus Caſſiodori in eius deteſtationem.

31 Proreges debent eſſe affabiles, beneuoli, clementes, patientes, & faciles in audientiis præbendis, & qualiter ſe in illis habere debeant.

32 Iracundia quantum Proregibus, & aliis Gubernatoribus, & iudicibus noceat, ex Cicer. & aliis.

33 Elationem, & nimiam ſui confidentiam Proreges fugere debent.

34 Proreges, & Gubernatores aliqui, vix prouinciam ingreſſi, omnia mutare, & innouare tentant, qui reprehenduntur, & quàm ægrè id ferant prouinciales.

L. 3. §. ingreſſus, verſ. Magni, & l. ſi in aliquam, D. de off. Proconſ. expenduntur, & illuſtrantur, ibidem.

35 Proreges notantur, & periclitantur, vbi facilè diſcedunt à veſtigiis ſuorum anteceſſorum, vel ea contemnunt, & dicuntur euerſores, & talionem patiuntur.

Cap. ſi ea 25. q. 2. & cap. iuſtitiæ, ead. cauſa, q. 1. expenditur, & illuſtratur, ibid.

36 Dagoberti Regis Francorum notabilis clauſula teſtamenti adducitur contra alterantes facta ſuorum prædeceſſorum.

37 Proreges etſi priuatiuè habeant ea, quæ gubernationem concernunt, in eis adhuc Auditores conſulere iubentur, maximè vbi cauſa grauis ſe offert, & ſched. de hoc agentes.

38 Conſilij peritorum, prudentiumque virorum petendi vtilitas magna, & exempla Alex. Seueri, & aliorum Impp. in conſulendo Romano Senatu, remiſſiuè.

Reges meliores æſtimantur, ſi ſoli omnia non præſumunt, ibid. ex Caſſiodor.

39 Proreges debent in omnibus Auditores honorare, & non deſpicere eorum conſilium.

40 Auditorum munus eos conſtituit in magna dignitate, & quòd oporteat curare, vt à populo reuereantur.

41 Auditores, & alios Reip. Magiſtratus in honore, & reuerentia haberi, valdè expedit Reip.

42 Proreges vbi aliquem Auditorem reprehendere conuenit, illud ſecretò, & intra priuatos parietes facere iubentur, & quare.

43 Prorex ſi Auditores contemnat, plura damna, & ſcandala generari poſſunt.

44 Auditores contempti à Proregibus, quid vereri poſſit, quod faciant, vel eis reſpondeant, quamvis melius ſit, vt diſſimulent, & n. 47.

45 Cap. eſto ſubiectus 91. diſt. illuſtratur.

46 Dignitatem ſuam qui alij non ſeruat, patienter ferre debet, ſi propria ſibi ab altero denegetur, & loca Valer. Cicer. & Quint. ad hoc.

48 Magiſtratibus ſuperioribus, etiam cùm iniuſtè procedunt, reſiſtendum non eſt.

49 Proreges qualiter ſe habere debeant in audiendis conſiliis, ſiue ſuffragiis Auditorum, & pertinaces, vel contraria ſuæ voluntati audire nolentes, notantur.

50 Iuſtitia adminiſtrandæ à ſe, & ab aliis zelus, multum in Proregibus ſplendere debet, & plura de laudibus, & effectibus iuſtitiæ, remiſſiuè.

51 Iuſtitia diſtributiua præcipuè ad Proreges ſpectat, & qualiter in ea ſe habere debeant.

52 Officia temporalia quomodo, & quibus Proreges diſtribuere debeant, iuxta ſuam inſtructionem.

53 Benemeriti Indiarum dolent, dum vident, præmia ſibi in eis debita, aduenis diſtribui, & ſeditio Mexici ob hoc orta.

54 Proreges officia & beneficia ſuis, vel Auditorum conſanguineis, vel familiaribus ſub grauibus pœnis dare prohibiti ſunt, niſi aliàs benemeriti ſint, & ſchedul. de hoc agentes.

55 Electio officialium ex vi iuſtitiæ diſtributiuæ idoniores requirit.

56 Annus bonus non tam de magnis fructibus, quàm de iuſtè gubernantibus æſtimandus eſt, & inde nomen olim, & auſpicium à Conſulibus ſumebat, ex Caſſiod. qui emendatur.

57 Proreges, vt rectè gubernent, inſtructiones ſibi datas legere, & obſeruare debent.

58 Inſtructiones, quæ & mandata dicebantur, dari euntibus ad gubernationem prouinciarum antiquiſſimum eſt.

Authent. de mandat. Princip. in princip. & Nouella 24. illuſtratur, ibidem.

59 Quint. Mucius Scæuola Aſiæ Proconſulatum ita benè geſſit, vt cæteris imitandus, & loco inſtructionis daretur.

60 Inſtructionum, quæ hodie Proregibus dantur, vſus, & obſeruatio quàm præciſa.

61 Proreges quàm ſoliciti eſſe debeant de annona, & aliis publicis commoditatibus Reip. & prouinciæ, quam gerunt.

62 Diligentia accurata in paruis, maiorum conſeruatio eſt, ex Libanio.

63 Proreges non debent negotia retardare, & mole eorum obrui.

Errare aliquid melius eſt, quàm omnia ſuſpendere, vel neſcire quid agas, ex Cicer. ibid.

64 Proregibus multum proficiet conſideratio, quòd prouincia quam ſuſceperunt, propria eorum non eſt, ſed citò relinquenda, vel deponenda.

65 Proreges quò longiùs à Rege abſunt, eò attentiùs, & iuſtiùs procedere debent propter tarditatem remedij, & inſignis locus Caſſiod. ad hoc.

66 Proregibus omnes ferè cæremoniæ, & præeminentiæ, Regibus præſtari ſolitæ, exhibentur, & quid de receptione eorum ſub pallio, ſiue vmbella.

67 Sumptus omnes faciendi in receptione Proregum, qualiter taxati ſint.

68 Proreges cum ſolemnitate, & feſtiuitate debita recipi, vbi prouinciam ingrediuntur, iuſtum, & ſemper vſitatum fuit.

69 Proregibus vbi primum ad Eccleſiam matricem ſuæ prouinciæ accedunt, Crux & Clerus ad eius valuas exire debent, tanquam

quam Regi, & quibus aliis cæremoniis Regiis in Eccleſia vtantur, & extra eam.

L.7.tit.1.lib.1.Recop.*declaratur,ibid.*

70 *Proreges domus pro Palatio Regio deputatas habitare poſſunt , & non alij , & an, & quatenus Excellentiæ titulo gaudeant.*

71 *Proreges poſſunt prouiſiones ſub Regio nomine, & ſigillo expedire & loqui de plurali per verbum* Nos.

72 *Pluralis locutio per verbum* Nos, *an ſit propria Regum , & Imperatorum, & quando cœperit.*

73 *Proreges multis honoribus , & muneribus,ſalariis , ſubuentionibus , & Regaliorum iurium immunitatibus,euntes , & redeuntes donari ſolent.*

73 *Alexander Seuerus Imp. quæ donare ſoleret Proconſulibus in prouincias euntibus , ex Lampridio.*

75 *Vxores in prouincias ducere , an olim Præſidibus permiſſum, & hodie Proregibus permittendum.*

QVamvis ſatis prouidè Indiarum gubernationi conſultum videri poſſet per creationem , ac inſtitutionem Magiſtratuum , & Cancellariarum , de quibus in ſuperioribus egimus. Adhuc tamen earum rebus, & prouinciis
1 maius incrementum quotidie recipientibus , †
oportere viſum fuit , vt in præcipuis illarum, ſcilicet Mexicana, & Peruana, ſinguli Proreges conſtituerentur, qui ſimul Cancellariis in eiſdem inſtitutis præeſſent, & priuatiuè gubernationem illorum Regnorum exercerent, militaribuſque expeditionibus ſub titulo Ducis generalis operam darent , omniáque curarent , quæ Rex ipſe , ſi præſens eſſet , curare deberet , & ad Indorum conuerſionem , & tuitionem , Fidei Catholicæ dilatationem , politicam adminiſtrationem , prouinciarum tranquillitatem , & augmentum conducere viderentur. Quod munus
2 † primus in Noua-Hiſpania ſub hoc Proregis nomine exercuit Dom. D. Ant. à Mendoça ann. 1535. & in Regnis Peruanis Dom. Blaſcus Nuñez Vela ann. 1544. Eiſque peculiares inſtructiones,traditæ ſunt , quas in eo obſeruare deberent , quæ poſteà procedente tempore pleniùs extenſæ ſunt , & nihil omiſiſſe videntur , quod ad illud ſanctè , cautè , & prudenter peragendum pertinere poſſet , vt conſtabit *ex primo tom.ſched. impreſſ. ex pag.237. & ex 106. legibus* , quæ ex dictis inſtructionibus , & aliis ſched. formantur *in ſummar. Recop. legum Indicarum lib.4. tit.3. per totum* , & ex traditis ab Ant. de Herrera *in hiſt. gener. Ind. decad.5. libr.9. cap.1. & in deſcript. Indiar. poſt finem , decad.4. pag.89.* vbi *pag.95. & ſeq.* recenſet omnes Proreges , qui ſucceſſiuè in his prouinciis gubernarunt. Quod & de Mexicanis latiùs præſtat Fr. Ioann.à Torquemada *in Monarch. Indiana libr.5. per totum , & cap.16. pag.685.* commemorat damna , quæ in Noua-Hiſpania contigerunt ob id, quòd ſimul Proregi , & Audientiæ gubernatio
3 commiſſa fuerit. Quoniam † hæc (inquit) rectiùs per vnum , quàm per plures expeditur, ſi is talis fuerit , qualis tanto muneri conuenit. Quod & monet *l.3. §. apparet , D. de adminiſt.tut.l.2. §. nouiſſimè* , vbi gloſſ. & Scrib. *D. de orig. iur.* Dom. Greg. Lopez Madera *de excellent.Monarch.Hiſpan.cap.4.*Mag,Marq.*in Gubern.Chriſt. lib.2. cap.21. §.4.* Maſtrill. *in terminis lib.5. de Magiſtr. cap.6. n.178. & ſeq.* Et eleganter Caſſiod. *lib.7. epiſt.27.* ibi : *Vtile eſt vnum ſemper eligere, cui aliqui debeant obedire ; quia ſi voluntas diuerſorum vaga relinquitur, confuſio , culparum amica,generatur.*

Et ſanè † cùm Indiarum prouinciæ adeò re- 4
motæ ſint , in his magis quàm in aliis oportuit à noſtris Potentiſſ. Regibus huiuſmodi Proregum munus inſtitui, qui ipſum in illis repræſentarent, & nouos , ac ſeditioſos colonos pro dignitate ,& auctoritate ſua componere , & compeſcere poſ-
ſent. Sicuti † & Romani fecerunt , qui vbi pri- 5
mum diuerſas , & longè poſitas prouincias , ſibi ſubiugarunt , eas in duo genera partiti ſunt, Conſulares nempè & Prætorias , vt inquit Cicer. Philipp. 1. Et poſteà Auguſtus alias Senatus Populúſque R.gubernandas reliquit , aliàs,& quidem validiores , ſuæ curæ reſeruauit , & qui illis præficiebantur Proconſules , qui his , Præ-
ſides dicti ſunt , † generali nomine à Præſiden- 6
do ducto , quòd in prouincia ſibi mandata , maius imperium omnibus poſt Principem exercerent , & de omnibus cauſis cognoſcerent , de quibus vel Præfectus Vrbi , aut Prætorio , vel Conſules , ac Prætores , cæterique Magiſtratus Romæ cognoſcebant , vt conſtat ex integris *tit. D. de officio Proconſulis , & de officio Præſidis* , iunctis aliis , quæ ad eorum illuſtrationem , poſt Tit. Liuium, Sueton. Dionem , Feneſtel. D. Iſidor. & alios tradunt Cuiac. Corraſ. Horoſc. Duaren. Egninar. Pet. Velleius à Gueuara , & alij Scribentes ibidem , Auctores de verbis iuris in eiſd. verb. idem Cuiac. *libr.20. obſeruat. capit.37.* Alex. 2. *Genial. capit.27.* vbi latè Tiraquel. in notis , Roſinus & Dempſter. *lib.7.antiq. Roman.cap.41.* Forcar. *in Necyom. dialog.* 60. Petr. Gregor. *lib.47. ſyntagm. cap.32.* Pet. Fab. *lib.1. ſemeſt. cap.22.* Lancel. Conrad. *in temp. omn. iud. lib.1. cap.7. per tot.* Panciro. *in notitia vtriuſq. Imp. lib.1. & 2. & in theſaur. var. antiq. lib.1. cap.10. & lib.3. cap.17. per totum* , Quintan. *de iuriſd. tit.1. num.10. & tit.9. num.17.* Vuolphan. Latzius *de Rep. Rom. lib.2. cap.6.* Iuſt. Lipſ. *in lib. de Magiſt.P.R.& in notis ad annal.Taciti lib.1.pag.68. in paruis*,Tuſch. *litt.P.concl.607.* Et nouiſſimè Dom. Valençuela *conſ.82.per tot.*

Quorum aliqui benè aduertunt , dictis Præſi-
dibus ; & Proconſulibus † aptè Proreges ; de 7
quibus loquimur , comparari poſſe , & vltra eos idem notat Budæus *in l. ſi in aliquam , §. & cùm pleniſſimam , D. de off. Proconſ.* Alciat. *lib. de Magiſtr. col.8.* Oroſc. *in l.1. num.10. eod. tit.& & in l.1. num.9. de off. Præſid. & in Rubr. D. de off. Præſ.* Auguſt. Chaſſan. *in Catal. glor. mund. 7. par. conſid.10.* Gregor. Lopez per text. ibi *in l. 5. tit.5. par.5. l.22. tit.9. par.2. l.2. tit.14. & l. 9. tit.18. verſ. fin. par.4.* Ioann. Garcia *de nobilit. gloſſ.35. num.44.*Maſtrill. qui plures alios adducit , *lib.5. de Magiſtr. cap.6. num.23.* Et Salazar de Mendoça *de dignit. Hiſpan. lib.2. cap.14. fol.61.* Quamvis Petr. Gregor. *d. lib.47. cap.33. n.2.* non ſatis his conuenire arbitretur , maioremque faciat auctoritatem , & poteſtatem noſtrorum Proregum , quam eſſet olim Præſidum , aut Proconſulum , vel Legatorum. Adii-
ciens , † quòd in Francia vix tanta dignitas 8
alij ſolet concedi , quam Principis fratri , vel

filio, vel ei qui designatus est successor Imperij. Et in eadem sententia esse videtur Bobadill. post alios, quos refert *lib.*1. *Polit. cap.*2. *num.*5. vbi cum Alciato, Oroscio, & aliis *suprà* eos magis
9 similes facit † Præfectis Prætorio Orientis, Africæ, vel Augustalibus, de quibus in D. & C. tituli peculiares existuut, & Adam Contzen *lib.*7. *Polit. cap.*14. §.5. *pag.*557. eos comparat cum Satrapis Persarum, seu Turcarum Bassis, quoniam eximiam dignitatem, & potestatem plenè describit, & Mastrill. *d. num.*23. & 31. & 32. cum Præfectis Prætorio, & Legatis à latere referens, nomina, quæ apud varias nationes Proreges sortiti sunt.

Sed vtcunque ista se habeant, illis sanè certis-
10 simum est, nullis † magis propriè nostros Proreges assimilari, quàm ipsis Regibus, ex quorum comitatu eligi solent, magna ipsi alioqui nobilitate, & dignitate fulgentes, vt in Regna & Prouincias remotas mittantur, & illas tam in bello, quàm in pace tüeantur, & moderentur, ipsorum Regum locum, & vicem (vt dixi) repræsentantes, iuxta totum *tit. C. de eo qui vicem alter. gerit*, & *in Decretal. de off. Vicarij*, *l.fin. tit.*1. *par.*2. Vnde & Proreges dicuntur, vel Vice-Reges, aut locum Regis tenentes, siue eius Vicarij, aut *Alter Nos*, propter omnimodam eius repræsentationem. Quæ efficit, vt re-
11 gulariter in prouinciis sibi commissis, & † in casibus specialiter non exceptis, eandem potestatem, & iurisdictionem (atque hanc quidem non tam delegatam, quàm ordinariam) habere, & exercere possint, quam ipse Princeps haberet, & exerceret; vt constat ex iuribus suprà relatis, & ex multis aliis, quæ latè congerunt Philipp. Francus *in cap. grandi, de supplend. neglig. Prælat. notab.*5. Alex. *in Rubr. D. de off. eius*, *num.*17. Ias. *in l. conuentionum*, *num.*7. *de pact.* Lucas de Pena *in l. vnic. col.*7. *C. de expens. iud. lib.*12. & *in l. inofficioso*, *C. de Castrensian. eod. lib.* Siluan. *cons.*74. *num.*4. *vol.*2. Isernia *in tit. de probib. alien. num.*12. & 13. Roman. *sing.*362. qui ad hoc expendit optimum text. *in cap. præcipimus*, 93. *dist.* Sigism. Lofred. *cons.*30. *fol.*189. *inter cons. feudal.* Guillerm. Bened. *in cap. Rainuntius*, *verb. Duas habens*, *numer.*39. Boër. *in tract. de legat. fol.*144. Gigas *cons.*70. *num.*158. *cum seqq.* idem Gigas *in tract. de crim. læsæ Maiest.* 1. *par. q.*6. Euerard. *in loco à tanquam*, *pag.*7. *in princip.* Afflict. *ad const. Neapolit. lib.*3. *rubr.*32. *de iniur. Curial. num.*3. *fol.*155. Belluga & eius Addition. Borrel. *in specul. Princip. rubr.*6. *fol.*85. *rubr.*24. *in fine*, Cassan. *ad consuetud. Burg. tit. des iustices*, *rubr.*1. *numer.*84. *pag.*75. & *rubr.*3. §.1. *verb. Quizà*, *fol.*102. Et latiùs *in Catal.* 7. *par. cons.*10. & *par.*9. *consid.*14. Franc. Marc. *decis.*53. *par.*1. Capicius *decis.*130. *num.*4. Tiraq. *post leges connub. verb. Contrater*, *gloss.*3. *num.*131. Thom. Grammat. *cons.*83. Palac. Rub. *in repet. Rubr.* §. 66. Greg. Lop. & eius Addition. Humada *in d. l. fin. tit.* 1. *par. verb. En sus lugares*, Auendañ. *in diction. verb. Visorei*, Maranta *de ordin. iud.* 4. *part. dist.*5. *numer.*9. Simon de Prætis *consil.*144. *numer.*33. Tiber. Decian. *resp.*25. *à numer.*66. *lib.*1. Franc. Beccius *cons.*48. *ex numer.*8. Pet. Surd. *cons.*5. *num.*75. Menoch. *cons.*99. *num.*48. Cancer. *lib.*3. *var. resol. cap.*3. *à num.*329. Caualcan. *decis.*19. *num.*3. & *decis.*41. *numer.*34. *par.*1. Cerdan. Tallada *in veriloq. cap.*1. §.2. *pag.*13. & *seqq.* Marius Muta *ad const. Panorm.* 3. *tom. pag.*150. Marius Giurba *cons. crimin.*19. *num.*13. & *seqq.* *cons.*35. *num.*6. & *cons.*59. *num.*2. Steph. Gratian. 1. *tom. discept. forens. cap.*106. *num.*16. & 33. Bellin. *de re milit. tit.*17. & 19. Mainard. *decis.*78. & *seqq.* Ramon. *cons.*3. Rosent. *de feud. cap.*3. *concl.*10. Callist. Remirez *de leg. Regia Arag.* §.11. *ex numer.*1. Borrell. *de præst. Reg. Cathol. cap.*53. *ex num.*6. Cardin. Tuschus *litt.V. concl.*182. Bobadilla *in Polit. lib.*1. *cap.*2. *num.*3. & 4. Gabr. Berart. *in specul. visit. cap.*9. *per totum*, Fontanel. *de pact. nup.* 1. *tom. pag.*151. vbi nimis generaliter potestatem Proregum delegatam facere videtur, Crass. *in tract. de except. except.*1. *num.*50. Oliuian. *de iure Fisc. cap.*4. *ex num.*37. Mar. Burgius *de mod. proced. ex abrup. quæst.*51. *num.*9. & 18. Raudens. *decision. Pisan.*44. *num.*24. Scaccia loquens de Vicario Papæ, & Gubernatore Vrbis *in tractat. de iudiciis lib.*1. *cap.*23. & 25. nouissimè Dom. Valenç. *cons.*[illegible]1. *ex num.*7. *ad* 23. & *num.*39. & *cons.*194. *num.*34. Dom. D. Felician. à Vega Archiepisc. Mexic. *in cap.*4. § *de adult. de iudiciis*, *num.*77. Et plurimi alij, quos refert Ioann. Franc. à Ponte, qui peculiarem & copiosum tract. de offic. & potest. Proregis scripsit, & alium Ioann. Maria Nouarius, quem citat Riccius *in addit. ad Vincen. de Franchis decis.*393. *in fin.* Et Mastrill. omninò videndus, *de Magistrat. lib.*5. *cap.*6. *per totum*, & *decis.*151.

Quibus signanter addo † nouissimum Mar- 1
cum Zuerium *in emblem. polit.*16. *pag.*108. vbi hanc repræsentationem Proregum optimè expressit, sub sigilli pictura, quam ad viuum concipit, ac refert sigillatum, adiecta hac inscriptione, *Alter & Idem*, & multum ad rem nostram subiungens, *Quemadmodum sigillum ceræ impressum, eandem ipsi vim præstat, quam habet; ità Maiestatem in fortunæ suæ administros Princeps transmittit. Cùm enim vnius hic sit omnibus præesse, vnus tamen omnia præsens ipse non possit moderari; in partem curarum vocandi, per quos ibi sit, vbi non est, loquatur, vbi tacet; & vt simul dicam, cum imperio agat, vbi oportet, & non videtur. Tantum est in Maiestate, datur illa alij, & in potestate eius manet, qui dedit. Idem tamen est hac parte, qui accipit, cum illo à quo accepit. Princeps se in alium, alius se in Principem transfundit, dum ille per hunc, hic pro illo agit: ille commodata, hic accepta Maiestate.*

Et de iure nostro Indiarum omnia fere, quæ ad eximiam hanc Proregum potestatem, & dignitatem spectant reperies in locis *sup. num.*1. relatis; & præcipuè † de omnimoda Regiæ personæ 1
repræsentatione agit sched. quædam dat. Escoriali 19. Iul. ann. 1614. vbi hinc decidit, eandem obedientiam, & reuerentiam Proregibus præstandam esse, quæ Regi præstari deberet, absque vlla contradictione, vel interpretatione, sub pœnis impositis contra eos, qui mandatis Regiis non obediunt, & sub aliis, quas ibidem decernit. Nimirum
† quia in quo datur imago alterius, ibi datur vera 1
repræsentatio eius, cuius imago geritur, vt pluribus ornans tradit Tiraquel. *de primogen. q.*35. Auendañ. *in cap.*1. *Prat. n.*3. *par.*1. pulcher text. *in l. in testamento*, 27. *D. de cond. & demonstr.* Lud. Gom. *in c.*1. *n.*7. *de const.* melior text. *in l. eos* 17. *C. de appell.* ibi: *Imaginem principalis disceptationis accipiunt.*

Ex quibus primò infero, quòd cùm Proregalis dignitas, & potestas talis, ac tanta sit, & in tot arduis rebus, & negotiis exercenda, summè † Princeps curare debet, de conditione, qualitate, & prudentia personæ, quam ad prouincias, præsertim adeò remotas, & nouiter partas, suo loco, ac nomine mandat, vt aliàs, de Prætoribus, & Auditoribus loquens, tetigi *sup. cap.2. & 4.* Et de Proregibus in communi agens, optimè consuluit Cassiod. *lib.4. epist.16.* sic elegantissimè inquiens: *Prouinciis nouis lectissimum semper Gubernatorem esse mittendum, vt eius maturitate consilij, titubantium possint corda firmari. Nouitatem quippè solicitam prudentes conuenit habere Rectores: quemadmodum fuerit vitæ formatus ordo, sic currat instituta deuotio.* Et iterum *lib.7. epist.4.* loquens de his, qui ad prouincias bellis infestas mandantur: *Multum his creditum videtur, quibus confinales populi deputantur, quoniam non est tale pacatis regionibus ius dicere; vbi non tantum vitia, quantum bella suspecta sunt, nec solùm vox præconis insonat, sed tubarum crepitus frequenter insultat.* Et in specie de nostris Indicis, dissertiss. P. Ioseph. Acost. *lib. . de procur. Ind. salut. cap.4.* qui † exemplum Romanorum in lectissimis quibusque, atque integerrimis viris, & interdum ipsis Vrbis Consulibus, ad remotissimas quasque prouincias mittendis, adducit. Idque in Noui huius Orbis administratione longè magis curari debere inquit; qui adeò à nostrorum Regum oculis distat, & ex mixtis Barbarorum, & Hispanorum nationibus constat. Et tot nouas Prouincias comprehendit, in quibus quotidie inopinati euentus, seditiosa consilia, repentinæ plerúmque, ac periculosæ mutationes contingunt, municipalia iura ignorantur, vel non satis firma sunt ad iudicandum, Hispanienses Romanæque leges cum Barbarorum diu retentis moribus pugnant: status ipse Reip. adeò inconstans, & varius sibique dissimilis est, vt quæ heri commodissima, rectissimáque habebantur, hodie rebus commutatis, iniquissima, ac perniciosissima existant.

Idem etiam tradit & monet Ioann. Matienz. *in l.5. tit.10. gloss.1. num.2. lib.5. Recop.* ostendens; † non solùm oportere hæc, quæ diximus in Proregibus, ad has prouincias delegendis attendere, verùm & eisdem præcipere, vt aliorum quoque virorum prudentum in ipsis consilium exquirant. Quod & latiùs repetit *in l. M. de moder. Reg. Perù, 2. par. cap.1.* vbi in
8 quæstionem deducit, an † hodie vtilius & conuenientius sit, togatos viros ex Regiis Consiliis electos, quàm Militares, & Titulatos (vt dicunt) Indiarum gubernationi præficere. Et re in vtramque partem disputata, pro rogatis resol-
9 uit, † exempláque aliquorum profert, qui summa cum laude hoc munus feliciter exercuerunt, nimirum Dom. Licent. Muñatones, Vaca de Castro, Gasca de Salazar, Lupus Garcias à Castro: pro quo expendi etiam possunt aliæ rationes, & argumenta, quæ ipse Auctor considerat *in dialog. Relat.3.p.c.7. & 8.* Et Bobad. omninò videndus *in Polit. lib.1. cap.4. & 6. per totum, & cap.9. ex num. & cap.10. num.38. & seqq.* Qui etiam docet *lib. cap.17. num.22.* Episcopos, † & Cardinales Proreges esse posse, & multos recenset, qui hoc munere functi sunt, ita tamen dum per se iustitiam, aut iurisdictionem ordinariam non exerceant, sed aliis Ministris eam generaliter commendent, vt sic effugiamus doctrinam Abbat. qui contrarium docuit, *in cap. sed nec, num.7. & in cap. seq. n.5.* per text. ibi *ne Cler. vel Monac.* Et latè Cenedo. *in collect.61. ad Decret. num.4.*

Secundò infero, eundem ipsum, † quisquis 21
ille fuerit, qui ad tantum munus deligitur, pari
etiam, aut maiori studio curare debere, vt eo
se, quoad fieri possit, dignissimum reddat. Nam
teste D. Chrysost. *homil.15. in Matth. Quantò*
† maior alicui rerum cura committitur, tantò po- 22
tiore studio indiget. Et secundùm D. Ambros. *de*
dign. Sacerd. Magna sublimitas magnam debet
habere cautelam, honor grandis, grandiori debet
solicitudine vallari, cui plus creditur, plus ab
eo exigitur. Quod habetur *in cap.2. 3. q.4.* ei-
que conuenit D. Gregor. *hom.9. in Euang.* Et alia,
quæ tradit Pinel. *in Rubr. C. de rescind. vend. 1.*
par. numer.30. quibus Ego in ipsis Proregum
terminis addo Ciceron. *libr. 1. epist. ad Quint.*
Fratrem, epist.1. quæ tota de eo instruendo
agit, qualiter se in prouincia sibi commissa ha-
bere debeat, & † à Proregibus semper memo- 23
riæ mandanda est, & in ea § 10. sic inquit: *Qua-*
re quoniam in istis vrbibus cum summo imperio,
& potestate versaris, in quibus tuas virtutes
consecratas, & in deorum numerum collocatas
vides: omnibus in rebus, quas statuas, quas
decernes, quas ages, quid tantis hominum opi-
nionibus, tantis de te iudiciis, tantis honoribus de-
beas, cogitabis.

Et in idem tendit Cassiod. *lib.7. epist.39.* vbi
vel † ex Clarissimatus titulo, qui Proregibus 24
tribuitur, concludit, nihil eos non clarum, &
splendidum cogitare debere: *Quando penè totum*
de illo optimum creditur, qui tanti fulgoris super-
latiuo nomine vocitatur: quod etiam, perpendens
titulum, *Excellentiæ*, & *Clarissimatus*, quo
Proreges donantur *in l.1. C. de off. Præf. Prætor.*
Africæ, & in l. præcipit, C. de canon. largition.
tit. lib.10. tradit Platea ibid. *col.3.* inquiens *Præ-*
sidem prouinciæ esse debere virtutum morúm-
que nobilitate splendidum, & iustitiæ obserua-
tione præfulgidum, vt sic se cœlo dignum ex-
hibeat.

Atque huc spectant insignia verba Cicer. in
orat. *pro lege Manil.* † vbi in eiusmodi Guber- 25
natoribus desiderat: *Laborem in negotiis, forti-*
tudinem in periculis, industriam in agendo, ce-
leritatem in conficiendo, consilium in prouiden-
do; innocentiam, temperantiam, facilitatem,
ingenium, & humanitatem. De quibus, & aliis
virtutibus, quibus præditi esse debent, specialem
tractationem omitto, quoniam plenè, & sigilla-
tim de eis agunt omnes Politici, qui de instruendo
& formando bono Principe, aut Gubernatore vel
Magistratu scripserunt, & præcipuè Plato *lib.2.*
de amic. & dial.4. de legib. Cicer. omninò viden-
dus, *d. epist.1. ad Quint. Fratr. per totum*, Sto-
bæus *serm 44.* Fracheta, Ribadeneira, Torres,
Mambrin Rosæus, Fr. Ioan. à Sancta Maria, Mar-
quez, & alij, quos refert Matienz. *in dialog. Re-*
lat.3. par. per tot. Bobad. *in Polit. lib.1. ex cap.3. ad*
10. & lib.2. ex cap.1. ad 14. Martin. Delrius
in Adag. sacris, 2. tom. pag.362. & seqq. Pet.
Fab. *lib.1. semest. cap.19.* nouissimus, & erudi-
tissimus P. Ioann. Ant. Velazquez *in lib. de op-*
timo Principe, & Principis Administro, & no-
minatim de nostris Indiarum Proregibus agens
Torquem. *in Monarch. Indiana lib. 5. pag.677.*

Et elegantissimus P. Ioseph. Acosta *d. lib.3. de procur. Ind. salut. cap.4. pag.291. & seqq.* Vbi
26 † graues & peculiares causas & rationes assignat, cur ij, præ cæteris, continentiores in officio esse debeant, & omnium virtutum satelli-
27 tio vallati, & easdem virtutes in † suis quoque domesticis, & familiaribus summo studio & diligentia curare, tum quia vt Seneca Tragicus inquit in Tlyeste:

Pellucet omne Regiæ vitium domus.

Tum etiam quia à domesticis inchoanda est disciplina, vt pluribus dixi *sup. lib.1. cap.2. num.11.* Et quia iuxta auream sententiam Aurelij Cassiod. *lib.12. epist.1. Per milites suos iudex intelligitur: & sicut discipuli magistri scientiam produnt, sic nos obsequentium mores aperiunt. Præceps non putatur obseruasse moderato; auarus paruisse non aduertitur continenti; stultus prudentibus seruisse non creditur. Periclitamur, fateor, in actionibus vestris, si vos mala intentione tractetis, & quòd nulli accidit vestrum, alienum vitium, nostrum celebratur opprobrium.*

Cui addo non solùm ob hanc opprobrij notam hoc à Proregibus curari debere, ve-
28 rùm † quia & domesticorum facta, imò & dicta omnia ab ipsis præstanda sunt, vt expressis verbis docet Cicer. *d. epist. 1. §. 4.* text. *in Auth. de mandat. Princip. §.1. & 8.* vbi Balduin. *l. si post, C. de assessor.* Aufrer. *ad Capell. Tholos. q.196. numer.3.* Ioann. Andr. Salicet. *discurs. polit. 1. pag.24.* Ponte *de potest. Proreg. tit.2. §.1. numer.10.* Mag. Marq. *in Gubern. Christian. libr.1. capit.12. §.3. pag. 69.* Berart. *d. capit 9. numer.34. & 35.* Riccius *in collect. decis.1816. & 1849.* Et Rouit. *sup. pragm. 1.tit. de synd. Official. num.17. & 55.* quod hîc adnotandum duxi, propterea
29 quòd † plures Proreges agnoui, qui magis ob familiarium culpas, quàm ob proprias periclitati sunt. Et vt optimè inquit D. Prosp. Aquitan. *libr.1. de vita contemplat. capit.20. Superior sanctè viuere debet propter exemplum, certus, quòd ei nihil sua iustitia suffragetur, de cuius manu anima pereuntis exigitur. Et quid ei proderit non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato.*

30 Sed inter reliqua, † auaritiam præcipuè fugere Proreges debent, *Cui* (vt eleganter, eosdem monens, & instruens, inquit Cassiod. *d. libr.12. var. epist.1.*) *cuncta crimina detestabili deuotione famulantur. Quæ dum pectus hominis ingressa fuerit, gregatim quoque malefidas cohortes admittit. Ferri non potest recepta, quia nescit esse solitaria. Agmen habet blandissimum, arma suscipit ex talentis, & per dulcedinem superat, quos amara deceptione captiuat.*

31 Affabiles † quoque, clementes, beneuolos, patientes, & faciles in adeundo, siue audientiis præstandis Prouincialibus, se exhibere oportet, quoniam hoc eos maximè eisdem commendat, vt docet idem Cassiodor. *libr.6. epist. 15.* Et meliùs Cicer. *d. epist.1.* vbi ostendit, hæc præclara magis esse, quàm difficilia, & Plin. Iun. *lib.7. epist.2.* qui se in audientiis præstandis ita gessisse refert, vt quantum quis temporis postularet ad suam causam exponendam, concederet: *Cùm primum* (inquiens) *religioni suæ iudex patientiam debeat, quæ pars magna iustitiæ est*, & tradunt alia lectu digna: Redin. *de maiest. Princip. verb. Benignus, n.7.* Th. Actius *de ludo*, Schacor. *q.7. princip. n 72.* Ioann. Andr. Salicet. *d. discurs.1 pag.100* Bobad. *in polit. lib.3. c.11. & 12. & lib.2. cap.6. n.66. & lib.5. c.1. n. 218.* Marquez *in Gubern. Christian. lib.1. c.38. pag. 381.* vbi docet, qualiter Princeps se in his audientiis habere, & quibus verbis vti debeat, Fr. Ioan. à Sancta Maria *in polit. Christ. c.18. & 19.* Matienz. *in dial. Relat. 3. par. c.37.* Mastril. *de Magistr. lib.3. c. 5. n.40.* Berart. *d. c.9. ex n.16.* Et de nostris Indicis Proregibus nominatim loquens Torquemad. *in Monarch. Ind. lib.5. pag.684.*

Et quantum † eis noceat acerbitas, & iracundia, Cicer. *d. epist.1.* vbi fratrem monet, qualiter se habere debeat ad temperandum hunc naturalem concitati animi affectum. Quod Philosophicè etiam prosequitur Plutarch. & Seneca *in lib. de ira* & Mopernus quidam Poëta in Monostichis Ethicis, sic inquiens:

Qui temerè & præceps rabidas exarsit in iras,
Excedet semper limina iustitiæ.

Rursus † nimiam sui confidentiam, siue præsumptionem, aut animi elationem, quam Græci *Philautiam* vocant, longè à Proregibus, & præsertim Indicis, exulare vellem, hæc enim, vt Alciat. inquit *Emblem.69.*

Pessum plures doctos dátque deditque viros.

Efficitque, † vt vix prouinciam ingressi omnia ferè, immutare, & innouare tentent, quantumuis ab antiquo recepta sint, quod ægrè ferunt Prouinciales, *l.3. §. ingressus, vers. Magni, & l. si in aliquam, D. de off. Procons. cap. quis nescit, 11. dist.* gloss. *in l.1. verb. A nullis, C. de erog. milit. ann. lib.12.* cum aliis, quæ tradit Petr. Greg. *lib.22. de Repub. cap.8. num.8. & lib.10. cap.6. num.17.* Patricius *eod. tract. lib.3. tit.1.* Chassan. *in Catal. glor. mund. par.12. consid.51.* Et plurimi alij, quos refert Callist. Remirez *de lege Reg. Aragon. §.11. n.23. & seqq.* vbi damna ex contrario prouenientia considerat.

Qualia etiam experiri solent † in Proregibus, qui se solos sapere putantes, & arcem tetigisse Mineruæ, facilè discedunt ab stylo, & modo procedendi suorum prædecessorum, vel eorum gesta contemnunt, aut mutant, vel rescindunt, quos meritò hac de causa *Euersores* appellat text. *in cap. si ea 25. q.1.* cuius & aliorum ad hoc conducentium memini *sup. lib.2 cap.27. num.78. & seqq. & cap.30. ex num.99.* Soletque permittere Deus, vt id ipsum in eorum actionibus contingat, vt optimè docet text. *in cap. iustitia 25. q.1.* Roland. *cons.1. vol.2. num.48.* Decian. *resp. 25. ex num.41. ad 48. vol.1.* Dom. Valençuela *cons.98. num.31. & 32.* Mart. Delrius *in Adag. sacris, 2.tom. pag.242.* Quibus † addo notabilem clausulam testamenti Dagoberti Regis Francorum, quam refert Aimoinus *lib.4. de gest. Franc. cap.30.* Et Brisson. *de form. lib.7. pag.772.* vbi sic filiis suis præcepisse narratur: *Deinde reueremini me patrem vestrum, qui rogare malo, cùm possim iubere, vt statuta nostra inconuulsa seruetis, sicuti vestra à successoribus vestris seruari voletis. Profectò scientes, quòd si à nobis sancita contemptui habueritis (quod non arbitror) pari modo & vestra à posteris contemnentur decreta.*

Tantúmque ab hoc vitio elationis, & propriæ confidentiæ abstinere Proreges debent, vt quamuis eis solis commissa sint, quæ ad Regni gubernationem spectant, † adhuc in ipsorum instructionibus

ctionibus caueatur, vt grauia negotia, quæ se obtulerint, necnon etiam officiorum prouisiones, cum Auditoribus conferant, & communicent, licèt illorum consilium sequi præcisè non teneantur, vt habetur in instruct. Proreg. Mexic. ann. 1596. cap.25. & 26. *tom.1. pag.331.* Et Peruani cap.25. *&* 35. *pag.316. &* 324. quod antequàm dispositum fuisset, disponere debere animaduertit Marienz. *in l.5. tit.10. lib.5. Recop. gloss.1.* cuius verba recensui *sup. lib.2. cap.7. numer.50.* Idemque in Regno Neapolitano obseruari refert Ponte *d. tract. de potest. Proreg. tit.12. num.15.* Boër. *de auct. magn. Consil. nu.180.* Et Menoch. *consi.902. num.62.* vbi, quod plus est, decisum reperitur per quandam schedul. 10. Ianuar.1559. & aliam 3. Febr.1593. *Que si el negocio admitiere dilacion, aya de dar cuenta à su Magestad, porque no conuiene conformarse con la mayor parte deuotos, que regularmente debe seguir en los negocios de Estado, Guerra, y Iusticia.* Et tradit talia in simili Bobadill. *libr.2. polit. cap.6. per tot.* Ego, † qui de vtilitate, imò & necessitate consilij plura dixi *tom.1. de Indiarum iure lib. 3. cap.2. ex num.4.* Et eleganter Lamprid. *in vita Alex. Seueri, l. humanum, vers. Scitote, C. de legib.* Gabr. Berart. in nostris terminis, *in specul. Visit. d. cap.9. ex n.12.* Et Petr. Fab. qui plura obseruat, de more consulendi Senatum per Romanos Impp. *lib.1. semestr. cap. fin. pag.196. & seqq.* Quoniam vt egregiè, vt pleráque alia, tradit Cassiod. *lib.8. epist.9. Magna est, infinitáque prudentia, quam nemo sic assequitur, vt eam non necessariè, & per alios quærere videatur. Et Reges hinc meliores æstimantur, si soli omnia non præsumunt.*

Neque dedignari debent Proreges † Auditores Regios, quos apud se habent in prædictis, & aliis consulere; cùm plures aliæ schedulæ iubeant, quòd eos honorificè in omnibus habeant, suo lateri socient, & vt Collegas tractent, ac veluti vocatos in partem solicitudinis sibi commissæ, quatum memini *suprà hoc lib. cap.3. ex n.41.* Et hoc ita fieri, tum conditio, & status eiusmodi Magistratuum expostulet, † qui vel ipse eos in magna dignitate constituit, vt pluribus probat Aldobrandin. *cons.20. num.198.* Belluga *in specul. Princip. rubr.6. num.16.* Tiber. Decian. *resp.66. num.74. vol.3.* Tùm etiam, vt hoc exemplo prouinciales eosdem Ministros similiter honorent, & reuereantur, † quod maximè ad conseruationem, & tranquillitatem Reipub. expedit, vt latè probat Plato *lib.6. de legib.* Arist. 7. *Polit. cap.12.* Alex. *lib.1. Genial. cap.2.* Mauclerus *in Monarch. 3. par. lib.2. cap.4. & 4. par. lib.9. cap.1.* Robert. *rer. iudicat. lib.1. cap.4.* Et Bobad. *in polit. lib.3. cap.2. num.9.* Et adeò commendatur per sched. dat. apud D. Laurent. 5. Septemb. ann.1620. quæ habetur *in summar. lib.4. tit.3. l.67.* vt vel eo in casu, † quo aliquis Auditor reprehendendus veniat, id Prorex, vel Præses secretò facere iubeatur.

Additur his tertia illa ratio, quòd † Auditoribus per Proregem contemptis, vel malè habitis, plures dissensiones, & scandala inter ipsos oriri solent, quæ tandem in Reip. damnum, & Regis offensionem prorumpunt. Ipsisque † Auditoribus occasio præstatur, vt vel à Proregibus deficiant, vel eos minus decenter, & reuerenter suspiciant, illud Domitij oratoris in memoriam, & praxim reuocantes: *Cur ego te habeam vt Principem, cum tu non me habeas vt Senatorem*, De quo meminit D. Hieron. *in epist.2. ad Nepotian.* relatus *in cap. † esto subiectus, 95. dist. l.28. tit. 11. par.3.* vbi Gregor. Lop. *gloss.2.* Rebuff. *in l. latæ culpæ, §. amicos, vers.3. D. de verb. signif.* Neuizan. *in silua nupt. libr.4. num.95. in fin.* Et est simile illud Valer. Max. *lib.6. cap.2. §. de Lucio Crasso*, dum dixit, † *Non es mihi, Philippe, Consul, quia neque ego tibi Senator sum*, Quint. declam. *in milit. Marian. Quid deinde expectas, vt ille te Tribunum putet, cùm tu illum non putes militem.* Idem Quintil. *lib.9. inst. orat. de ornatu, ad fin. & lib 11. cap.1.* Et ante omnes M. Tull. *lib 3. de orat.* qui etiam ad idem alludit Phil. 2. *Non tractabo vt Consulem, nec ille quidem vt Consularem*, cum aliis; quæ latè adducit Tiraq. *in l.13. connub. num.41. & seq.* Et Callist. Remirez *d. tract. de lege Regia, §. 36. num.19.* Quamvis meliùs † dicti Auditores facient, si prudenter, & patienter Protegum iniurias dissimulent, eas ad Regias aures data opportunitate deferre contenti. Quoniam † Magistratibus superioribus, etiam cùm iniustè læserint, vel processerint, resistendum non est, vt, post alios, tradit Borrell. *de Magistr. lib.3. cap. 4.* Et Callist. Remirez *vbi sup. §.31. num.21.* Qui etiam videndus erit *§.10. num.19.* vbi tractat, † qualiter se Proreges in audiendis Senatorum suffragiis habere debeant, & quòd pertinacia impedit recta consilia, de quo etiam dixi aliqua *sup. hoc lib. cap.4. num.90.* Et plura congetit Dom. Valençuela *cons.162. num.65. & seqq.* vbi meritò Proreges notat, qui audire aliud libenter nolunt, quàm quod iam priùs facere decreuerunt, & Bobad. *lib.1. cap.3. num.64. & lib.2. cap.2. ex n. 76. & cap.7. & 8.*

Denique, vt alia omittam, multum in Proregibus excellere debet † zelus, vt iustitia in prouinciis sibi commissis æquabiliter administretur, hæc enim virtutes omnes in se continet, vt Hesiodus dixit, & ad eam consequendam, teste Iustino *lib.1. hist.* Reges præcipuè creati, & constituti videntur; vt præter alios nouissimè obseruat Berartus *in specul. visit. cap.9. ex num.5.* Sed cùm commutatiua per locorum Prætores, & Cancellariarum Auditores exerceatur, vt in præcedentibus capitibus dixi, † in distributiua, quæ priuatiuè ad ipsos Proreges spectat, omnes ingenij sui neruos, omnes curas, & vigilias impendere debent. Et qualiter se habere debeant in commendis Indorum, & beneficiis Ecclesiasticis conferendis, satis admonui *sup. lib.2. cap.1. ex num.50. & cap.7. per totum, & lib.3. cap.19.* In † officiis autem temporalibus distribuendis idem studium, eademque proportio obseruari debet; vt ipsis iniungitur in plurimis schedulis, & præsertim *in cap.20. instruct. Proreg. Peruani tom.1. pag.313.* his verbis: *Lo mismo que os encargo en los dichos repartimientos de Indios, os encargo en lo de la prouision de los oficios, salarios, y aprouechamientos de la tierra, y que tengais mui particular cuenta y cuidado en justificar la distribucion de ellos, prefiriendo en lo vno, y en lo otro à los Descubridores, y sus descendientes, y Pobladores mas benemeritos, que mejor huuieren seruido, de manera que todos tengan satisfacion, y no aya descontento en la tierra.* Etenim vt præclarè inquit P. Ioseph. Acosta *de procur. Ind. salut. lib. 3. c.11. pag.328.* grauiter † sentiunt, & dolent dicti benemeriti, nouos homines, & nihil in Rep. gerentes

gerentes præclari, suo sudore & labore partis officiis, & honoribus perfrui, & teste Torquem. *in Monarc. Indiana lib.5. cap.63. pag.*808. Mexici quædam veluti seditio orta fuit, ob id quòd Dom. Protex Marchio de Montesclaros contrarium fecisset, & ad eam sedandam Regia prouisio edita fuit antiquatum schedularum de naturalibus, & benemeritis præferendis confirmatoria. Quæ quoniam adhuc non obseruaba-
54 tur, † & aliqui Proreges suis domesticis, vel consanguineis, aut etiam Auditorum, plura & meliora officia conferebant, emanauit notabilis altera sched. Matr. 12. Decemb. ann.1619. quæ hoc in tantum prohibuit, & strinxit, vt tales personas omninò incapaces declararet ad talia officia recipienda, nullumque & irritum esse, quasi ex defectu iurisdictionis, quicquid in contrarium fuerit attentatum. Cuius tamen nimius, & generalis rigor posteà temperatus fuit per aliam sched. dat. Matr.19. Martij ann.1524. qua declaratur, eis qui alioqui proprijs, vel parentum meritis digni esse comperti fuerint, diligenti priùs informatione habita, dictam prohibitionem non obstare. Hæc enim merita semper in electione of-
55 ficialium attendi debent, † quæ ex vi iustitiæ distributiuæ idoniores desiderat, vt dixi *sup. lib.2.cap.*7. Et tradit Vlcurrun. *de Regim. mund. q.*1. *princ. num.*17. Lælius Iordan *de Romanæ sed. origin. cap.*2. *num.*3. Ponte *de potest. Proreg. tit.*3. §.5. *n.*6. & 16. Ac propterea Proreges nimis ea considerare, & Reip. optimos Gubernatores præstare deberent, quia vt egregiè scripsit Perpin. *in suis orat.* Communis Prouincialium sermo est,
56 † annum bonum, non tam de magnis fructibus, quàm de iustè gubernantibus æstimandum. Quod sumpsisse videtur ex Boëtio *lib.*1. *de consolat.* Et Cassiodor. *lib.*2. *var. epist.*1. vbi inquiunt hanc fuisse causam cur initio anni Consularibus factis nomen daretur: quasi in reliquis: *Felix à Consule sumat annus auspicium, portámque dierum, tali nomine dicatus annus, tempus introeat; faueátque reliquæ parti fortuna Principis*, vbi ego loco *Principis*, legendum esse *principij* contendo.

Quæ quidem omnia, & alia, quæ breuitatis causa pertermitto, ipsi Proreges discere possunt, tum à se ipsis propter ingenitam nobilitatem, &
57 Regij seruitij obligationem: tum † ab instructionibus, siue mandatis Regiis, quæ sibi traduntur, vbi ad eiusmodi officia delegantur. In quibus, distinctis capitibus, quid facere, quiduè fugere debeant, admonentur, quæ omninò legere, & obseruare debent, quia ab illis salua conscientia recedere nequeunt, vt in simili dixit Imp. Iustin. *Nouell.*17. siue *Auth. de mandat. Prin-*
58 *cip. collat.*3. *in princip.* vbi ostendit, † *A retrò Principibus obseruatum fuisse ad administrationem directis certa pracepia dare, mandata Principum ea vocantes, secundùm quæ oporteret eos gubernare administrationes.* Et idem ostendit *in Nouel.*24. vbi & indicat hæc mandata in sacro laterculo obseruari solita, vt Præsidibus in prouinciam aliquam ituris darentur, cùm ipsius muneris sui codicillis, quò magis haberent certam aliquã iustæ administrationis regulam. Cuius instar, vt
59 refert Balduin. *d. Nouell.*17. fuit olim † Q. Mucius Scæuola ille Iurisperitorum eloquentissimus, & loquentium Iurisperitissimus, qui tanta integritate Asiæ Proconsulatum gessit, vt Senatus deinceps in eam prouinciam iuris Magistratibus, Scæuolam decreto suo proponeret quasi exem-plum, atque formam officij. Quam etia[m] (vt sup. tetigi) optimè Cicero fratri suo præscr[i]psit *d. lib.*1. *epist.*1. *ad Quint.* Frat. Cassiod. *li[b.]* 12. *var. epist.*1.

Et de † hodierno vsu earundem instructi[o]num in nostris Proregibus, illarúmque præci[pua] obseruatione agit Ponte *de potest. Proreg. tit.* *num.*1. & *tit.*7 § 6. *num.*3. Mastrill. *de Magist[r.]* *lib.*5. *cap.*6. *num.* 5 & 35. 91. 146. & 267. R[a]mirez *de lege Regia*, § 11. *num* 6 Ego *sup. d. li[b.]* 2. *cap.*7. *ex num.*19. Et Bobad. de instructioni[bus] Prætorum agens, *lib.*2. *polit. cap* 10 *per totum.* E[t] qualiter debeant soliciti esse † de annona prouin[-]ciæ, aliisque vtilitatibus publicis sigillatim tractan[t] Canonher. *in discurs. polit. sup.* Tacit. *lib.*2. *discur[s.]* 10. *pag.*327. Capacius *de Principe, aduertent.*17[0] Ponte *vbi sup. tit. de abundan. ciuit.* Marian. *d[e]* *Reg. inst. lib.*3. *cap.*9. Cermenat. *de Regn. ad[-]min. cap* 24. Tympius *in specul. bon. Magist[r.]* *sig.*12. Steph. Menoch. *in polit. lib.*3. *cap.*7. Ca[-]mill. Borrell. *de Magistrat. lib.*3. *ex cap.*5. *ad* 33 In memoriam reuocantes, quòd, vt Libanius ai[t] *declam.*29. *Optimi † quique Magistratus arbi[-]trantur, accuratam in paruis diligentiam, maio[-]rum esse conseruationem.* Et minime pati debe[-]re, negotia † ita retardari, vt eorum mole ob[-]ruantur, quia sæpè melius est in aliquo errare, quàm omnia suspendere. Quo etiam alludit elegans illud dictum Cicer. *in orat. pro Balbo pag. mihi* 517. ibi: *Quasi verò non leuius sit, cùm in tanta Rep. verseris, & maximis negotiis præsis, facere aliquid quod scias non licere, an omninò nescire quid liceat.*

Proderitque eisdem Dom. Proregibus multum, si † considerent, prouinciam, quam regendam acceperunt, suam non esse, sed se ipsos potius eiusdem tutelæ, & beneficio mancipatos, vt grauiter de Regibus loquens docuit Seneca *in lib. de clemen. cap.*3. & *de consolat. ad Polyb. cap.*6. Et hunc quem gerunt Magistratum tandem finiendum, ac deponendum esse, vt tangit & ornat noster Pineda *in comment. in Eccles. pag.*965. & *seqq.* Bobad. *in polit. lib.*1. *cap.*5. *num. fin.* vbi refert illud Agathonis: *Quòd hominibus præsidet, quòd secundùm leges præsidet, quòd non semper præsidet.* Eóque attentiùs in omnibus procedere debere, † quò longiùs à Rege absunt, ad quem subditi læsi, vel grauati pro remedio recurrere possint, provt in simili considerauit Cassiod. *lib.*6. *epist.*21. & 22. sic inquiens: *Non enim querelas de Sicilia volumus peruenire, sed laudes: quia grauatur apud nos actio Præsulis, si eam tam longinqui potuerint accusare petitores. Falsus enim dolor esse non creditur, vbi tanti laboris tædia subeuntur. Et ideò maiore cura tractanda sunt, vnde inuidia plus timetur. De proximis vita causarum sustinemus, inde autem vltrò requirimus, vnde ad nos difficilè venire posse sentimus.*

Tertiò, ex magna eorundem Proregum dignitate, & immediata Regiæ personæ repræsentatione, de qua suprà loquuti sumus, descendit, † om- 6
nes cæremonias, & præeminentias ipsis Regibus præstari solitas, eisdem Proregibus exhiberi, & præstari posse, nisi fortè aliquæ nominatim prohibitæ reperiantur: inter quas illa esse solebat, vt in vrbibus prouinciarum sibi commissarum cum magna pompa ac sumptu, & sub vmbella (quod vulgò dicunt, *Debaxo de palio*) vt Legati à latere reciperentur;

reciperentur; de quibus Villadieg. *in tract. de legat. q.6.in princip.* Stafileus *eod. tract. tit. qualis debet esse legatus*, & M. Ant. Cuchus *lib.2. maior. instit. tit.5. num.57.* Quod apertè ex suprà dicta ratione nostris Proregibus permittere videtur sched. quædam dat. Tolet. 2. Iunij ann. 1596. quæ hoc Archiepiscopis prohibens, inquit: *Conuiene que entiendan, que sola la persona de mi Virrei ha de ir debaxo del palio, porque representa la mia, y no Prelado ninguno, ni otra persona de ningun estado, preeminencia, ni calidad.* Et alia Pintiæ 29. Aug. st. 1608. directa ad Proregem Peruanum Dom. Marchi, de Montesclaros, vbi notans excessum cuiusdam Archiepiscopi, qui se sub vmbellâ recipi passus fuit, addit: *Lo qual es contra lo que sobre ello està proueido, y ordenado, y ceremonia que solo se ha de hazer con mi persona Real, y la de los Virreyes que la representan.* Sed hæ schedulæ enuntiatiuè loquuntur, & veluti deferentes consuetudini receptæ de Proregibus sub vmbella recipiendis. Nam hoc nunquam vlla antiqua schedula expressè permisit. Quin potius contrarium rescriptum fuit Peruano Proregi in epist. ann. 1573. cuius caput habetur *1. tom. impress. pag. 261.* Et ita inquit: *En lo que toca à las ceremonias que dezis se vsan con los Gouernadores, de entrar en los pueblos con guion y palio, como dezis. Estas son cosas, insignias, y ceremonias Reales, de que no ha de vsar sino la persona Real, y no Gouernadores, y de los palios y cortinas, aunque sean Virreyes; y assi lo ordenareis de aqui adelante, sin dar lugar à lo contrario*: quæ decisio quia obseruata non fuerat, sed potius in his palliis, & aliis sumptibus pro recipiendis Proregibus, magnæ expensæ, cum graui ciuitatum dispendio, fiebant; edita tandem fuit alia sched. dat. Matr. 28. Decembr. ann. 1619. quæ omninò pallij vsum abrogauit, & simul prohibuit, ne Decuriones vestibus aureis talaribus induerentur, prout anteà sub occasione portandi virgas pallij facere solebant; & vt in † omnibus festiuitatibus, conuiuiis, & hospitiis noui Proregis, vltra duodecim argenteorum ponderum millia, in ciuitate Regum expendi non possent, iuxta taxam anteà præscriptam in alia sched. 2. August. ann. 1614. Hæc enim solemnis receptio non est prohibita, † sed potius in vrbibus, quas prima vice ingrediuntur, permissa & recepta, ad imitationem Proconsulum Romanorum, quibus solebant se tanquam Principi commendare, *l. si in aliquam, D. de off. Procons.* Et eadem forma iurare, vt, post alios, refert Callist. Ramirez *in tract. de lege Regia Arag. § 11. num.3.*

Et pariter obseruatur cum Proregibus alia cæremonia Regia, quatenus statim atque vrbem ingrediuntur, † ad Ecclesiam Matricem, siue Maiorem deferuntur, eisque Capitulares aliquantulum extra Ecclesiæ valuas processionaliter obuiam exeunt, Cruce intra Ecclesiam iuxta easdem valuas relicta, quam ibi Proreges humiliter reuerentur, quæ cæremonia solis Regibus, vel Principibus eorum filiis exhiberi potest, & solet; vt cauet *l.2. tit.1. lib.1. Ordin. quæ est l. 7. tit.1. lib.1. Recop.* Et similiter vbique extra domum etiam in Ecclesia strato erecto (vulgò *Sitial*) vti solent, aureis, vel sericis tapetiis operto, subpedaneisque, ac reclinatoriis puluinaribus ornato. Et in Missæ sacrificio pro eis specialiter preces funduntur, quæ præeminentia Regalis etiam est, vt colligitur *ex cap. 1. Baruch.* Et traditis à Chassan. *in Catal. par. 5. consid. 35.* Diaconusque illis Missale, perlecto Euangelio, defert, atque osculandum porrigit, & similiter turibulum, & pacem. Necnon etiam in præcipuis festiuitatibus argenteas deauratas clauas, quas *Mazas* dicimus, & loricatos clauigeros ante se deferunt, quod etiam solius Principis est, *l.2. tit.1. lib.4. Recop.* Et audientiam præbituri, sub tegmine, hoc est *Dosel*, sedent, & equos, quibus vehendi sint, dorsualibus tegunt, quæ dicimus *Tellizes*, & armatam militiam pedestrium, & in Perù etiam equitum custodiam secum portant, iuxta ea, quæ latiùs dixi *sup. libr.2. cap. fin.* Et vrbem in qua resident egressi, vexillum militare præferunt, tanquam Duces generales, siue Magistri militum, quod appellamus *Guion*. In quo tamen nulla propria insignia pingere, aut intexere debent, sed tantum Regia, vt præcipitur *in cap.47. instructionis Proregis Nouæ Hispaniæ 1. tom. pag.336. & cap.71. Peruani pag.324.* qui honos etiam Regius est, nec aliis Gubernatoribus præter Proreges communicatur, vt *in d. cap. epist. ann. 1573.* cuius memini *sup. num.66.*

Rursus ea quoque præeminentia vtuntur, quòd † in domibus Regiis pro Palatio deputa- 70
tis habitare possint, quod tamen aliis priuatis nullatenus permissum est, l. nulli, C. de offic. Rect. prouinc. Et Excellentiæ titulo appellari communiter solent, quod ortum habet *ex l 1. C. de off. Præfect. Prætor. Africæ*, ibi: *Quam tunc tuam Excellentiam gubernare decernimus.* Eóque etiam post depositam administrationem vti posse, in honorem pristinæ dignitatis, tradit Ramirez *d. §.11. num.8.* Et latè Mastrill. *d. cap.6. num.28.* Quamvis ex nostris Hispaniæ legibus, pragmaticisque sanctionibus, id prohibitum sit, solùmque eis concedatur titulus *de Señoria*, & aliis Indiarum Præsidibus de rigore, *el de merced*, ne Proregibus æquari videantur, vt expressè disponitur in sched. data apud D. Laurent. 19. *Iulij ann. 1589.*

Expediunt † quoque prouisiones in aliquibus 71
casibus Regio nomine, & sigillo, & vt vulgò dicunt, *Por don Felipe*, quod approbat sched. quædam antiqua, licèt prohiberi videatur per aliã 15. *Sept. 1620.* quæ refertur *in d. summar. lib.4. tit.3. l.98.* Et est consonum iis, quæ de Prorege Neapol. tradit Mastrill. *d. lib.5. cap.6. num.241.* Et similiter loquuntur in plurali per verbum *Nos*, quod † Regum proprium esse videtur (licèt iam 72
alij illud temerè vsurpent) & à Constantino Imp. visitari cœpisse opinatur Pancirol. *in thesaur. var. lect. lib.1. cap.2. pag.4.* expendens ad *id l.2. & 4. C. de offic. Rect. prouinc.* Quamvis alij antiquiùs fuisse putent, & in legum prolatione ab Imperatoribus magis frequentatum, eò quòd illas de consilio Patrum Conscriptorum, & non aliter promulgarent, vt obseruat M. Mantua *in Rubr. de const. n.22. ad fin.* Chassan. *in consuet. Burg. in proœm. verb. Feauiz* Et Matth. Cunob. *in tract. de pact. c.24 n.97.* Et denique † euntes & redeuntes multis aliis honoribus, salariis, 73
& subuentionibus, Regaliúmque iurium immunitate, à Regibus nostris donantur, vt tanto muneri commodiùs, & alacrius incumbant, vt patet *ex l.8. ad 15. & l.95. dicti summarij*, & benè prosequitur Mastrill. *dict. cap.6. per totum*, præcipuè *num.225.* vbi, quòd Prorex est immunis

munis à iuribus doanæ pro rebus suis introeundis, vel extrahendis. Quod mihi in memoriam reuocat illud Alex. Seueri Imp. de quo in eius vita refert
74 Lamprid. † quod Pro consulibus in prouinciam euntibus dare solebat argenti pondo vicena, phialas senas, mulos binos, equos binos, vestes forenses binas, domesticas singulas, balneares singulas, aureos centenos, cocos singulos; & si vxores non haberent, singulas concubinas, quòd sine his esse non possent. Redditurì deposita administratione, mulas, mulos, equos, muliones, & cocos, cætera sibi habituri si benè egissent; in quadruplum redditurì si malè, quo in loco illa verba:† *Et si vxores non haberent*, supponunt Proconsules vxores habentes, benè posse eas secum in prouinciam ducere, nimirum quia licèt id olim apud Romanos, multo tempore lege Oppia prohibitum fuerit, posteà tamen permissum fuit per Senatusconsultum Cotta & Messala Consulibus, siue vt alij legunt Cotta Messalino, dummodò scirent, qui ad officia proficiscuntur, quòd si quid vxores eorum deliquerint, ab ipsis ratio & vindicta exigenda est, vt docet Vlpian. *in l. obseruare* 4. §. *proficisci*, *D. de offic. Procons.* Et grauiter Cornel. Tacit. *lib.*3. *&* 4. *annal.* vbi Lipsius *in notis*, *pag. mihi* 83. *&* 105. Dorleans *pag.*375. *& seq.* Cuiac. *lib.*6. *obseru. cap.* 30. Vualther. *lib.*1. Miscell. *cap.*13. Simanc. *de Repub. lib.*8 *cap.*3. Tiber. Decian. *lib.*8. *crim. c.*35. *n.*26. Pet. Pechius *in reg. non debet* 22. *de reg. iur. in* 6. *num.*11. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 11. *num.*61. Et latiùs *lib.*5. *cap.*3. *num.*118. Mag. Marquez *in Gubern. Christ. lib.*1. *cap.*7. Pancirol. *in thesaur. var. lect. pag.*153. Mastrill. *de Magistr. lib.*2. *cap.*4. *num.*35. Nauarrete *in discurs. polit.*29. Card. Baron. 1. *tom. ann.*28. §.3. *ad fin.* vbi notanter tradit, Pilatum fuisse primum, qui ex dicti S. C. permissione, vxorem secum in prouinciam duxit, & nouissimè doctè, vt reliqua, hunc articulum tractans, & quando, & qualiter Magistratus ex delicto vxorum teneantur, D. Ioan. Bapt. de Larrea *discept. Granat.*28. *ex num.*5.

CAPVT X.

De iis, quæ Proreges Indiarum virtute suorum titulorum, & mandatorum, & aliarum Regiarum schedularum facere possunt, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Proreges in casibus non exceptis, idem possunt, quod Rex, qui eos suo loco constituit, & quare?*

2 L. nec quicquam, D. de off. Procons. *& similes, expenduntur, & illustrantur.*

3 *Proregum dignitatem, & omnimodam Regis repræsentationem qualiter exprimat notabilis quædam sched. quæ refertur.*

4 *Proregibus, etiam sua mandata, & instructiones secretas excedentibus, parendum est.*

5 *Proreges habent præsumptionem pro fidelitate, & potestate eorum, quæ Regio nomine faciunt.*

6 *Mandata sua non videntur excedere Proreges, qui eis vicina, aut annexa, vel æquipollentia faciunt.*

7 *Mandato in generali venit id, quod est de consuetudine, siue solitum fieri ab aliis, qui similia mandata habuerunt.*

8 *Proreges possunt facere ea, quæ sui antecessores facere consueuerunt, si rationabilia fuerint.*

9 *Proreges, vt plurimùm, sæpè extendunt suam potestatem, & ideò posteriores semper pleniorem facultatem habere videntur.*

10 *Proregibus omnia permissa videntur, quæ specialiter prohibita non reperiuntur.*

L. fin. tit. 1. par. 2. *ponderatur, & illustratur, ibidem.*

11 *Mandata Proregum, licèt valdè generalia sint, limitari debent in reseruatis Principi, arduis, & insolitis.*

12 *Iurisdictio suprema Principis est incommunicabilis.*

13 *Mandatum generale non comprehendit ea, quæ Princeps specialiter concessurus non esset, etiam adiecta clausula, vt faciat omnia, quæ dominus posset.*

14 *Proregi etiam si speciale mandatum detur ad res graues, & insolitas, non debet eo vti nisi ex graui causa.*

15 *Proregibus Indiarum omnis suarum prouinciarum gubernatio, tutela, & Indorum conuersio commissa est.*

16 *Seditiosos, & scandalosos qualiter Proreges à prouinciis sibi commissis expellere possint, & debeant.*

Messis Principis cunctorum quies, ex Cassiodoro, ibidem.

17 *Proreges qualiter possint conferre commendas Indorum, & an eorum alienationes confirmare, vel ad eas, & alia legitimationes concedere valeant.*

18 *Proreges omnia officia, & beneficia suarum prouinciarum prouident, & præsentant, exceptis reseruatis ad prouisionem Regis.*

19 *Officia quæ, de reseruatis Principi, vbi vacant, possint prouidere Proreges cum medietate salarij.*

20 *Prorex Dom. Marchio de Cañete reprehensus fuit, quòd officia, & beneficia Principi reseruata prouidebat, & creabat.*

21 *Magistratuum superiorum creatio, & prouisio ad Reges tantùm spectat.*

22 *Tabelliones, seu notarij, an, & quando à Proregibus creari possint.*

23 *Officialium electionibus, renuntiationibus, absentiis, & ordinationibus, qualiter Proreges possint interuenire, & licentias, vel assensum præstare.*

24 *Proreges an possint inconsulto Principe gabellas imponere.*

25 *Proreges licèt non debeant se immiscere in causis iustitiæ, debent tamen curare, vt illæ integrè, & diligenter expediantur.*

26 *Proreges in Catalonia, & alibi habent votum in causis iustitiæ ciuilibus, & criminalibus, vbi Senatores in paritate votorum existunt; in Indiis secus, nisi in visitationibus carcerum.*

27 *Indorum in causis qualiter Proreges iustitiam exerceant.*

28 *Proregibus*

28 *Proregibus qualiter competat de Auditorum causis cognoscere, & prouincias, quas regunt, visitare?*

29 *Visitatio prouinciæ per Proreges an expediens sit, & qualiter facienda?*

30 *Rei Dominicæ cura, & administratio qualiter Proregibus competat?*

31 *Proreges nihil possunt donare, diminuere nec remittere de patrimonio, iuribus, vel reditibus Regiis.*

2 *Proreges, an, & qualiter possint disponere de agris desertis, & terris zeruidis, vulgò* Valdios.

3 *Proreges valdè vigilare debent super bona administratione Rei Dominicæ, quia plures eam intercipere curant.*

4 *Proreges debent defendere suas prouincias ab hostibus internis, & externis, & super hoc vigilare.*

5 *Proreges sunt simul Duces, seu Capitanei generales suarum prouinciarum, & quam cognitionem, & iurisdictionem habeant in causis militum, per sched. Regias.*

Magistri militum antiqui iurisdictio quæ fuerit olim, & quæ hodie? & Auctores, qui de ea agunt.

Proregum sententiæ in causis militaribus latæ in prima, & secunda instantia an appellationem admittant?

Proreges tunc melius procedent, cum se magis Regiæ voluntati, & iussionibus accommodauerint.

Proreges non sunt soluti legibus, nec possunt procedere de potestate absoluta, sed regulata iuxta sua mandata, instructiones, & sched. Regias.

Proregibus, quando, & quatenus liceat suspendere executionem nouarum iussionum, & contra eas replicare?

Mandata Principum habent pro se præsumptionem iustitiæ, & eis parere, & obedire in dubio securius est.

Proregi si aliquid faciendum mandetur, sine præfinitione temporis, debet id primo quoquo tempore exequi.

Proreges non possunt ex abrupto procedere, neque secundum propriam conscientiam iudicare.

Pœna si reseruetur arbitrio Regis, Prorex circa eam non poterit arbitrari.

Prorex non potest causas auocare, nec Auditoribus inhibere, vel Audientiæ sententias rescindere.

Prorex an possit remissionem delictorum facere, vel reuisionem in causis criminalibus concedere?

Pœnarum remissio est de Regalibus, & reseruatis Principi.

Prorex an possit Auditores, vt suspectos, remouere, & qualiter se cum illis habere debeat? & in aulis coadunandis.

Proregi etiamsi rescribatur, quod iustitiam facit, non debet inuertere consuetum modum procedendi in eius administratione.

Proreges non debent Auditores multis negotiis, consultationibus, vel occupationibus vexare, & onerare.

Senatui, vel Tribunali cuilibet causæ eum tangentes regulariter relinqui debent.

52 *Coadunationes Ministrorum diuersorum Tribunalium ad negotia expedienda plus damni, quàm vtilitatis afferre solent, & Auctores qui de eis agunt.*

53 *Iudices iniuria afficiuntur, quando de spectantibus ad eorum officium alij consuluntur.*

54 *Appellare an, & ad quem liceat in Indiis à decretis Proregum, vel Præsidum?*

55 *Proreges aliqui nolunt deferre appellationibus, quæ interponuntur à decretis eorum, super Indiis priuatorum vsibus concedendis, vel adimendis, & quare? & quod non benè faciunt.*

56 *Proreges in concedendis Indis ad vsum, vel vtilitatem priuatorum non habent liberum arbitrium.*

57 *Appellationem iustam qui probibent, Maiestatis crimen committunt.*

58 *Appellationi in dubio deferendum est, & quod habet fundamentum in montibus sacris defensionis naturalis.*

59 *Attentatum contra appellationem est magis priuilegiatum, quàm spolium.*

60 *Appellationem etsi deneget iudex à quo, iudex ad quem potest iustitiam facere, & quid in Indiis, vbi à Prorege appellatur?*

61 *Stylum Cancellariæ, & iudiciorum non possunt mutare Proreges, quamuis liberum arbitrium illis concessum sit.*

62 *Prorex non potest cumulare petitorium, & possessorium.*

63 *Proreges vt suspecti recusari possunt.*

64 *Recusationis solùm sunt expertes Pontifex, Imperator, Reges, & alij, qui superiorem non agnoscunt.*

65 *Prorege, vel Præside recusato, an totus Senatus recusatus maneat?*

66 *Proreges an possint excommunicari ab aliis quàm à Romano Pontifice? & num. 68.*

67 *Excommunicari Reges non posse ab alio quàm à Romano Pontifice multi Auctores tradunt, qui referuntur.*

69 *Principi si aliquid conceditur ratione dignitatis, id non extenditur ad eius Vicarium.*

70 *Proreges, an, & quatenus subiaceant iurisdictioni Inquisitorum? remissiuè.*

71 *Proreges possunt syndicari, & visitari, & conueniri pro damnis illatis.*

72 *Proreges non possunt tollere ius quæsitum priuatis, & si id tentent, potest eis resisti.*

73 *Dilationes moratorias possunt Proreges debitoribus concedere ex iustis causis.*

74 *Proregi nunquam in præiudicium tertij potestas dari videtur.*

75 *Prorex non potest concedere licentiam ædificandi in loco publico.*

76 *Ædificandi in solo publico licentiam solus Princeps supremus concedere potest, & qualiter intelligi debeant iura, quæ id Senatui, vel Magistratui concedunt?*

77 *Casus Limæ oblatus, & decisus, refertur super concessione plateæ publicæ à Prorege ad domum faciendam priuato concessa.*

78 *Proreges non possunt concedere licentiam ædificandi nouas Ecclesias, vel Monasteria, etiam in locis priuatis remissiuè.*

79 *Nobilitatis litteras Proreges non possunt concedere.*

80 *Ciuitatis, aut villæ titulum alicui oppido concedere Proreges non possunt, & quare?*

81 *Ætatis venia est de reseruatis Principi, & an eam Proreges concedere possint?*

82 L. denique 3. in princ. D. de minorib. *explicatur.*

HIs breuiter, & ni fallor, vtiliter, de qualitate, & dignitate Proregum præfatis, oportet, vt nunc de eorundem potestate, & iurisdictione tantisper dispiciamus. Nam omnia sigillatim prosequi velle, immensi, & planè superflui laboris esset, cum id ex professo præstiterint Ioan. Franc. à Ponte, & Ioan. Maria Nouar. in peculiaribus, & copiosis tractatibus, quos de hoc argumento scripserunt, Mastrill. *de Magistr. lib.5. cap.6. per* 277. numeros, Gabriel Berartus *in spec. visitationis cap.* 9. & plurimi alij in variis locis, quos *cap. præced. n.* 11. plenè congessi. Quorum concors sententia est,
1 † illa omnia in prouinciis sibi commissis facere, & expedire posse, in casibus non exceptis, quæ posset Princeps, qui eum nominauit, si in ea præsens reperiretur; atque adeo ipsorum iurisdictionem, & potestatem ordinariam potius quam delegatam censeri debere. Quod & requirit ratio, ob quam Proregale munus institutum est, nimirum, vt vassalli in remotis prouinciis constituti, non teneantur Regem longè absentem adire, & perquirere, sed sufficiat, quod eius Vicarium conueniant, & cum eo, & ab eo illa omnia agant, petant, & consequantur, quæ ab ipso Rege expectare, & impetrare possent, etiam vbi speciale mandatum requiritur, vt post Andr. Milanens. & Pontem, docet Capiblancus *in tractat. de Baronib. prag.* 3. *num.* 137. Mastrill. *dict. cap.6. num.59. &* 129. Gambacurta *de immun. Eccles. lib.5. cap.44. num.9.* vnde Vl-
2 pian. † *in l. nec quicquam 9. D. de offic. Proconf.* absolutè, & indefinitè dicere ausus fuit: *Nec quicquam est in prouincia, quod non per ipsos expediatur*; & idem variis exemplis ostendunt I. C. *in l. illicitas, l. de omnibus, l. congruit, cum aliis, D. de off. Præsid. l.1. & 2. D. de off. Præt.* August. *l.* 1. *§. cum vrbem, D. de off. Præf. vrb. l. antep. §. muros, D. de rer. diuis. l. fluminum, in fin. princip. D. de damn. infect. l.* 1. *& seqq. D. & C. de off. eius qui off. alter. ger.* Quibus conueniunt Pontifices *in cap. præcipimus*, 93. *dist. cap. significasti, de elect. cap. tua, de off. ordin. cap.* 3. 2. *quæst.* 3. *cap.* 2. *de off. legat. lib.6. cap. si Abbatem, de elect. eodem lib. & de iure nostro Hispaniæ l. fin. titul.* 1. *l.*22. *titul.9. part.*2. *l.*2. *&* 17. *titul.4. part.*3. optimus text. & magis reconditus in Nouella Iustinian. *sub titul. de iurisd. Præsid. prouinc.*

Et in terminis Proregum Indiarum plurimæ schedulæ, quæ reperiuntur *in* 1. *tomo impres-*
3 *sar. ex pag.* 237. & præsertim illa † dat. apud D. Laurent. 19. *Iunij ann.* 1614. cuius summarium habetur *in noua Recopil. leg. Ind. lib.* 4. *tit.* 3. *l.* 30. & ita concipitur: *Que los Virreyes, como Lugares tenientes del Rei, puedan hazer, y proueer lo que la persona Real, y sean obedecidos, como quien tiene sus vezes, sin replica, ni interpretacion, so las penas que incurren los que no obedecen los mandatos Reales, y las que les fueren impuestas: y lo que ordenaren, y mandaren, el Rei lo tendra por firme y valedero.*

Quod adeò verum est, vt † etiam vbi sua mandata, & instructiones secretas excedunt, illis sicut Regibus parendum sit, licet ipsi peccent, & à principe puniri possint, vt dixi *suprà lib.2. cap.4. num.76. & cap.7. ex n.29.* & de harum instructionum secretarum praxi, & forma obseruationis plenè agens Mastrill. *d. c.6 n.146.* Nimirum † quia pro illis præsumi debet, & quæ faciunt, quasi ab ipso Rege qui eos præposuit, facta censentur *d. l.* 1. *D. de off. Præfect. Præt gloss. in cap. quæ de causa* 2. *quæst.*4. Callist. Remirez, qui alios adducit, *in tract. de lege Regia*, §.11. *num.1. &* 7. & Ego *d. cap.7. num.30. & d. cap.4. ex n.74.* vbi etiam *ex n.59. &* 60. signanter † aduerto, nequaquam tenorem suorum mandatorum excedere videri Proreges, qui in illis contentæ æquipollenter adimplent, vel in melius commutant, aut quæ mandatis vicina sunt, vel connexa, exequuntur, vel quæ alia faciunt, quæ in mandantis fauorem, vel vtilitatem diriguntur. Quod etiam, vltra Auctores ibi relatos, optimè docet *text. gloss. & DD. in l. qui in aliena, §. libertos, D. de negotiis gest. & in cap. cum olim, el* 1. *& cap. præterea, de off. deleg. cap. solet, de sent. excom.* cum aliis traditis à Ias. *in l.* 1. *§. si stipulanti, col.2. D. de verb. obl. Hippol.* de Mastrill. *sing.* 151. Siluan. *cons.* 35. *num.* 48. Castrens. *cons.* 8. *in princip.* Paris. *cons.90. n.37. volum.*1. Eman. Suarez *in thes. recept. sent. litt. M, num.* 24. *& Mart.* Magero *de aduoc. arm. cap.9. n.733. pag.*408.

Idémque erit, si consuetudo talem actum faciendi extet, † quoniam in mandato generali venit id, quod est de consuetudine, & quod in actibus similibus, iis, quæ mandantur, fieri solet, vt signanter docuit Bartol. *in l. fin. in princip. D. quæ in fraud. cred.* & in terminis Proregum, & † quod possint facere ea omnia, quæ fieri consueuerunt per alios Vicarios, Barbos. *in cap. nisi specialis, col.* 31. *de offic. legat. & in cap. cum sit generale, col.2. de foro compet.* Abb. Palac. Rubeus, & alij, quos refert Mastril. *dict. cap.6. n.* 103. Quod tamen Ego intelligendum puto de consuetudine rationabili, & legitimè introducta, & præscripta. Nam † si Proregum facta solum inspicias, vix reperies aliquid, quod ab ipsis tentatum non sit. Et successores non solum obseruant, & conseruant ea, quæ sui antecessores fecerunt, verum & eis semper aliquid superaddunt, ita vt non immeritò dicere possimus, posteriores pleniorem facultatem portare videri.

Et vt ab his vno verbo me expediam, Proreges † virtute suarum commissionum, & mandatorum, ea omnia habere, & posse dicuntur, quæ ipsis specialiter prohibita non reperiantur, vt expresse disponit *l. fin. tit.1. part.2.* & cum communi resoluit Mastrill. *vbi suprà num.*36. eiusdem legis mentionem faciens, cuius verba sic habent: *E estos oficiales deben vsar de aquel poderio que los señores han, que los dexan en sus lugares, fueras ende en aquello que les ellos defendiessen señaladamente.* Circa quod tamen notabis † defensum, siue exceptum ipso iure videri id omne, quod arduum est, vel insolitum, quodque ipsis Principibus in signum supremæ iurisdictionis reseruari solet, siue ius (vt dicunt) superioritatis ipsorum concernit, hoc enim nunquã in mandato iurisdictionis, quantumuis generaliter concessæ venire, aut

aut comprehendi intelligitur, l. formam, C. de offic. Præfect. Prætor. l. 1. D. de offic. eius, l. prohibere, §. planè ſi Præſes, D. quod vi, aut clam, d. l. 2. titul. 1. part. 2. l. 5. titul. 5. part. 1. circa fin. vbi Gregor. Lop. cap. 1. quæ ſint regal. gloſſ. in cap. mandata, vbi Abb. de præſ. idem Abbas in cap. fin. de confirm. vtil. vel inutil. gloſſ. in cap. quod tranſlationem, de offic. legat. Felin. Lucas de Pena, Roman. Caſtrenſ. & plurimi alij, quos refert Gramm. conſil. 83. numer. 4. Capicius deciſ. 130. num. 44. Menchac. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 6. n. 3. Couarr. loquens de conceſſione omnimodæ iuriſdictionis cap. 4. pract. num. 6. Roland. conſ. 78. num. 15. volum. 3. Menoch. lib. 3. præſumpt. 97. num. 28. & 41. Miſyng. conſ. 39. num. 6. & 7. Vulteius de feud. lib. 1. cap. 5. num. 7. in fin. Peregr. de iure Fiſci lib. 1. titul. 2. Vueſemb. conſil. 32. num. 11. & conſ. 45. num. 21. Claperius in tract. de iuriſd. concl. 16. num. 7. Petr. Surdus, omnino videndus, qui in noſtris terminis loquitur, conſil. 210. ex num. 58. lib. 2. & conſ. 5. lib. 1. n. 76. & 77. M. Anton. Natta 640. per tot. & 661. n. 7. volum. 4. qui hinc deducit † ſupremam iuriſdictionem eſſe incommunicabilem. Et tradunt alia nota digna Cancer. lib. 3. variar. reſol. cap. 3. n. 439. Ceuallos de violent. 1. part. in proœm. c. 10. num. 45. Cabed. deciſ 40. num. 8. part. 2. Fuluius Conſtant. in l. vnic. C. pœn. fiſcal. lib. 10. n. 95. Auguſt. Barboſa, qui alios adducit, in l. competit, C. de præſcript. 30. num. 95. Ego ſup. hoc lib. cap. 3. num. 69.

Et in † mandato generali non veniunt, quæ Princeps ſpecialiter conceſſurus non eſſet, cap. in generali, de reg. iur. in 6. l. obligatione generali, D. de pignor. cum traditis à Caſtrenſ. conſ. 335. num. 2. lib. 1. Trentacin. lib. 2. var. reſol. tit. de procur. reſolut. 2. num. 18. D. Ioan. Bapt. de Larrea diſcept. Granat. 19. num. 9. & ſeqq. vbi, quod nec adminiſtratori omnium bonorum inſolita permittuntur, eleganter Aug. Berous quæſtion. fam. 25. num. 4. vbi cum communi reſoluit, quod etiam ſi in mandato adiecta ſit clauſula, per quam dominus conceſſiſſe dicatur procuratori poteſtatem faciendi omnia, quæ ipſe dominus poſſet, adhuc hanc clauſulam non operari ſpeciale mandatum, quoad ea, quæ ſpecialem expreſſionem requirunt, licet in aliis cenſeatur eſſe cum libera: quibus notanter addit Thom. Grammat. dict. conſ. 83. quem refert & ſequitur Auendañ. in diction. verb. Virrey, quod etiam
1 † vbi ſpeciale mandatum Proregibus ad arduas aliquas, & inſolitas cauſas datum reperiatur, ita tamen illud temperare debent, vt non niſi ex graui etiam cauſa ad illius executionem deſcendant.

Ex quibus principiis facilè cognoſcere poſ-
1 ſimus, † noſtros Indiarum Proreges, tam ex his mandatis, & inſtructionibus, quam ex antiqua conſuetudine, ea omnia ordinare, & diſponere poſſe, quæ ad prouinciæ ſibi commiſſæ ſecuritatem, & gubernationem, ac præcipue Indorum conuerſionem, & conſeruationem con-
1 ueniunt. Quo in numero eſt facultas † ſeditioſos, & ſcandaloſos ab eiſdem prouinciis expellendi, quia teſte Caſſiod. lib. 6. epiſt. 23. meſſis Principis præcipua in cunctorum quiete conſiſtit. In quo tamen qualiter ſe habere debeant, maximè ſi Eccleſiaſtici ſint, latè dixi ſup. lib. 3. cap. vlt. per totum.

2 Poſſunt † etiam Indorum Commendas conferre, & ad hoc ſpeciale mandatum illis dari ſolet, eoque vti debent ſub modo & forma, quam tradidi ſup. lib. 2. c. 5. & 7. quamuis non poſſint earundem Commendarum alienationes confirmare, vt dixi eodem lib. c. 14. n. 14. quidquid in feudis contrarium arbitretur Capicius ibidem relatus, & diſputet, poſt alios, Maſtrill. dict. cap. 6. n. 53. nec ſpurios ad eadem feuda, vel ad quæuis alia legitimare, quia hoc eis ſpecialiter prohibitum eſt per ſched. Indiarum, vt etiam dixi dict. lib. 2. c. 17. n. 39. quidquid alibi contrarium obſeruetur, ſi credimus Maſtrill. d. c. 6. n. 51.

Similiter priuatiuè † ad Audientias, & alios 18
quoſlibet Magiſtratus officia, & beneficia ſuæ gubernationis prouident, & præſentant, exceptis his, quæ Rex ſuæ prouiſioni ſpecialiter reſeruauit, de quo etiam quoad officia, & qualiter in eis procedere, & Auditores conſulere debeant, dixi ſuprà hoc lib. cap. prox. n. 37. & n. 52. & ſeqq. & quoad beneficia, lib. 3. c. 3. & 4. & idem in Prorege Neapol. & Siculo tractat Maſtrill. d. cap. 6. n. 104 & ſeqq. & n. 200. & 201. Quinimò, † & in 19
reſeruatis ad prouiſionem Principis, ſi fortè vacare contigerit, ea etiam commendare, ſeu ad interim prouidere ſolent cum medietate ſalarij, vt diſponitur per ſched. 2. April. ann. 1608. & 20. Octob. 1621. & alias quamplures. Quod tamen non practicatur in officiis Auditorum, vel ſimilium, nec in præbendariis Cathedralium, & grauiter † reprehenſus fuit Dom. Prorex D. 20
Andr. Hurtado de Mendoça Marchio de Cañete per ſched. dat. Brux. 15. Martij ann. 1559. quæ habetur 1. tom. pag. 295. quod in his prouiſionibus, etiam interinariis, manum imponebat, & Auditores, Quæſtores criminum, Notarios, Præbendarios, & alios ſimiles officiales creabat, & conſtituebat. Nam † creatio talium 21
Magiſtratuum ſupremorum ad Regem tantum ſpectat, vt copioſè explicat Ponte de poteſt. Proreg. titul. de elect. official. per tot. & Maſtrill. ſuprà num. 190. Qui tamen † creationem Notariorum 22
eis concedit n. 273. quod tamen apud nos denegatur per d. ſched. & aliam nouiorem 22. Nouemb. ann. 1621. niſi in officiis Tabellionatus, quorum venditio ipſis commiſſa eſt.

Et qualiter poſſint † electioni iudicum ordi- 23
nariorum, & aliorum officialium, qui à Capitulis ciuitatum ſingulis annis eliguntur, intereſſe, & eas, aliaſque ordinationes ab eiſdem ciuitatibus factas confirmare, dixi ſuprà hoc lib. 4. cap. 1. num. 6. & ſeqq. & tangit in ſimili Maſtrill. ſuprà num. 43. & 246. vbi num. 256. agit, qualiter poſſint dare licentias ſe abſentandi prædictis officialibus, & num. 259. & ſeqq. qualiter admittere renuntiationem officiorum, & beneficiorum, & num. 252. qualiter & quando prohibere ciuitatibus, ne mittant Legatos ad Regem. Quod etiam apud nos eiſdem permittitur per ſchedul. Matrit. 11. Iunij ann. 1621. & numer. 94. qualiter poſſint † gabellas imponere, 24
de quo etiam agit Berart. dict. cap. 9. num. 23. Gambac. de immun. Eccleſ. lib. 5. cap. 44. numer. 9. Graffis deciſ. aur. part. 1. lib. 2. cap. 125. numer. 14. & Ioann. Malderus 2. 2. tom. 5. cap. 6. de vectigal. & trib. dub. 3. & alij, quos ipſi citant.

In iis quoque, quæ iuſtitiæ adminiſtrationem concernunt, tam in ciuilibus, quam criminalibus, † licèt regulariter ſe immiſcere non 25
debeant, quoniam id præcipuè Audientiis

Indiarum,& Quæstoribus criminum concessum est,vt dixi *sup.cap.*3.4. *&* 5. & in simili aliis relatis tangit Mastrill.*d.c.*6. *n.*38. Vigilare tamen debent tanquam Capita, & Præsides earundem Audientiarum, vt per ipsas integrè, & breuiter iustitia administretur, litesque expediantur, atque adeo in ipsis Tribunalibus sæpè, & in secretiori consessu semper cum eisdem Auditoribus,& Quæstoribus consedere,quia licet suffragium in illis causis non habeant, plurimum tamen eorum interuentio,& auctoritas ad rectam ipsarum determinationem prodesse solet; dummodo libertatem suffragandi non impediant, nec voluntatis suæ, vel vultu, aut nutu signum ostendat. Qua de re dixi etiam aliqua *sup. cap. praced.*& idem iubent plures sched. Regiæ,notatæ *in d. summar. Recop. lib.*4. *tit.*3. quæ hanc curam Proregibus iniungunt, & quod manu propria sententias non criminales firment, atque communiant, licet in eis (vt dixi) votum non habeant, vt disponitur *in cap.* 24. *instruct. Proreg.*1. *tom. pag.* 331. *&* 2. *tom. pag.*7. *&* 93.

26 Quod tamen † Neapoli,Siciliæ, & Cathaloniæ ipsis conceditur, vbi Senatores sunt in paritate votorum,ex traditis per Fontanel. *de pact. nuptial.clauf.*3.*num.*33.*fol.*13. Mastrill. *sup. num.*39. & Berart. qui insignem casum refert Excell. Ducis de Alcala *in d. specul.visitat. cap.*9. *n.*24. *&* 25. Quod tamen in nostris Indiis, solum visitari,& obseruari vidi in visitationibus generalibus carceratorum in feriis Paschalibus, in quibus Dom. Proreges cum Auditoribus semper interuenire solent, & ipsis discordantibus, suffragium emittunt.

27 Fauore † quoque Indorum inspecto, permissum est Proregibus Nouæ Hispaniæ per sched. quandam *dat. Matrit.*9. *April.ann.*1591. quam etiam in Regnis Peruanis primus induxit, & obseruari fecit Dom. Marchio de Montesclaros, vt Proreges de eorum causis, & querelis breuiter,& de plano iustitiam expediant, aliquo ex Auditoribus, vel alio viro litterato in assessorem sibi ad hoc munus adlecto,& eorum sententia primam facit instantiam, quod si ab ea appelletur, ad Regalem Curiam causa remittitur,& ibi altera sententia,siue confirmatoria, siue reuocatoria terminatur. Idemque Indorum fauor efficit, vt in Noua Hispania ipsi soli Proreges contra Correctores procedere, & iudices dare possint, vt disponitur per sched. eiusdem datæ. Informationes autem secreto ab his iudicibus factæ si graue quid, & supplicio dignum habere compertæ sint, ad Regalem Audientiam statim remitti debent, quam penes regulariter decernendorum similium iudicum ius & potestas est, licet electio personæ ipsis Proregibus tanquam Præsidibus reseruetur, vt tetigi suprà *hoc eod.lib.cap.*3.*n.*19.

28 Qui etiam † Proreges cognitionem contra Auditores habent in causis,& casibus,de quibus egi suprà *hoc lib. cap.*4. *ex num.* 70. & præterea prouincias,sibi commissas visitare solent,& possunt, & tunc etiam iustitiam partibus querelantibus, & præsertim Indis administrant,litteratis assessoribus ad hoc secum adductis, *ex l. obseruare, D. de offic. Proconsl.l.*22.*titul.*9.*part.*2. *Authent. de collator.*§ *ad hæc prohibemus*, *l.* 1. *tit.*4. *lib.* 3. *Recop.* Quod tamen Ego, inspectis aliis schedulis, quæ eis prohibent, ne se in negotiis iustitiæ intermisceant, ita limitandum existimarem,vt solum de illis causis cognoscerent, quæ in mora periculum haberent, & breuiter, ac de plano expediri possent,alias autem propriis iudicibus terminandas remitterent. Aliter enim iudiciorum ordo turbabitur, & ipsa visitatio impedietur, † quæ breuem expeditionem requirit, & vt Proreges eam aggredientes sine magno comitatu incedant, & subditis molesti, aut grauosi non sint, vt expressè dicitur in dictis iuribus, & latè de Principibus loquens, & an expediat, vt ipsi personaliter suas prouincias lustrent,& visitent.Marg.Marq.*in Gubern. Christ. lib.*2. *cap.*31.§.5.*pag.*151. Petr.Andr.Canonh. *in Aphorism. polit.*1. *tom. pag.* 275. & Bobad. qui etiam de Correctorum visitationibus loquitur, *lib.*5.*cap.*1.*& lib.*2.*c.*7. *n.*5.

Cura item, † & administratio Rei Dominicæ,ad eosdem Proreges primo loco,præter Regios officiales spectat, & præ omnibus commendatur, tum in suis instructionibus *cap.* 57. tum in sched.dat.Pintiæ 12 *Iulij ann.*1556. & in aliis innumeris. Ita tamen † vt nihil de fisci iuribus Regioue patrimonio, aut reditibus vltra statuta & consueta expendere, vel largiri inconsulto Principe possint,& si quis forte casus occurrerit, qui consultationem non patiatur, generalem consessum Auditorum, & aliorum Ministrorum conuocare debent, iuxta ea, quæ dixi *d.c.*4. *n.*45. Quibus de iure communi consonant,quæ copiosè tradit Palac. *Rub.in repet. Rubr.*§.66.*n.*27.*&* 30.*post gloss.verb. Liberam*, & Innoc. & alios *in cap. grandi*, *de supplend. negl. Prælat.lib.*6. Matienz.*in l.*3.*tit.*3.*gloss.*2.*n.*3. *lib.*5. *Recop.* & disputat Trentacinq. aliquas limitationes adducens,*consf.*71.*n.*16. Mastrill. *d. cap.*6. *n.*131.*&* 151. *& seqq. & n.* 262. vbi, quod nec nundinas concedere possunt,*& n.*40.*&* 189.vbi, quod nec iurisdictionem, nec Regalia. Quod adeo verum est, † vt licet priscis temporibus possent agros seruidos, & pascua pro libito distribuere, *ex sched.*7. *April.*1531. *&* 27. *Octob.* 1535.*&* 29.*April.*1549 *&* 18.*Maij* 1572.postea tamen per aliam nouiorem dat. Pardi 1. Nouemb. ann. 1591. quæ habetur *tom.* 1. *pag.* 65. Eisdem præceptum fuerit,vt hæc omnia vendere curent, ad aliquam Regiarum necessitatum subleuationem. Quod Mexici ad vnguem seruatur,Limæ vero aliquando gratuito dicti agri, & pascua concedi solent,& aliquando cum intrusis, & iniustis possessoribus pro minori pretio,& sine subhastatione ex iustis causis componi.In quibus sane omnibus,& in aliis similibus, quæ dictam administrationem concernunt, † valdè cautos, & vigilantes esse eosdem Dom. Proreges oportet,cum sint plurimi,qui Regium patrimonium, ac fiscalia iura intercipere vbique procurent, vt alias inquit Plin. *in epist.* 29. *ad Trajan.lib.*10. ibi: *Multa enim pecuniæ variis ex causis à priuatis detinentur, præterea quædam minimè legitimè sumptibus erogantur.*

Rursus cum salutem loci tueri, nulli magis conueniat quam domino loci, vt inquit I.C. *in l. nam salutem, D. de off. Præf. vigilum.* Possunt † imo & debent Proreges prouincias sibi commissas, earumque maria, & littora ab hostium, tum externorum,tum internorum & Pyratarum inuasionibus tutari,ac defendere,quod ipsis enixè commendatur in suis instructionibus *c.*55.& de iure communi cauetur *in l.congruit,D.de offic. Præsid.dict.l.*22. *Partit.& l.*1. *tit.*4. *lib.*3. *Recopil.*

Et

...t quo commodius his expeditionibus militaribus intendere possint, † peculiari titulo Ducum, siue Capitaneorum generalium donantur, seorsum à titulo Proregali. Eóque militiæ fauor processit, vt priuatiue ad alios iudices de illis, eorumque causis ciuilibus & criminalibus, ubi actu militant, iidem Proreges tanquam tales Capitanei cognoscere iussi fuerint, tam in prima, quam in secunda instantia, *per sched. Matrit. 12. Maij ann.* 1588. *&* 9. *April.* 1591. & plures alias, quæ reperiuntur *in* 4. *tom. impress. pag.* 24. & plenius per nouiorem, quæ huius cognitionis vltimam formam præscripsit, *dat. Matrit.* 2. *Decemb. ann.* 1608. cuius virtute Proreges, & alij Præsides & Gubernatores militares, quatenus ea vtuntur, subrogati vi-
3 dentur in locum, & iurisdictionem antiqui † Magistri militum, quæ qualis olim fuerit, & qualis hodie sit, & de variis quæstionibus, & competentiis, quæ circa ipsius vsum, & praxim se offerre solent, & an tantum in delictis militaribus, an etiam in omnibus admitti debeat, ad variorum iurium inuicem in hoc pugnantium explicationem, latissimè agunt plures Auctores, quos plena manu congessi *sup. lib.* 2 *cap.* 3. *num.* 8. *&* 9. vbi egi de Lanceariis & Arcabuceriis Peruanis ad Proregis custodiam deputatis. Quibus nunc signanter addo Mastrill. *dict. cap.* 6. *num.* 207. *& seqq.* Et Berart. *in specul. visit. dict. cap.* 9. *ex numer.* 42. Dom. Valençuela *consil.* 160. *num.* 20. *& consil.* 200. *num.* 33. Carasc. *ad leg. Recop. cap.* 9. *ex num.* 15. in ipsis nostris terminis Proregem Siciliæ, Neapolis, Cataloniæ & Perù, loquentes, qui etiam simul sunt Capitanei generales, & latè tractantes, quæ eis virtute huius muneris competant, & quomodo ab ipsis vt talibus Capitaneis appellatio interponatur, & prosequatur, quod valdè notare expediet,
3 quoniam semel & iterum dubitari vidi, an lata secunda sententia per Proregem de sui assessoris consilio, detur locus appellandi ab ea, saltem ad supremum Indiarum Consilium, *en su Iunta de guerra?* Qui articulus necdum plenè resolutus existit, & variè à variis Senatoribus terminantur. Sed, meo iudicio, non rectè, cum in dictis causis recusari possint, ex Carrasc. vbi suprà & appellatio, & recusatio à pari procedit.

Sed planè licet tanta taliaque sint, quæ Proreges, & alij Præsides, qui Prætoriales (vt volant) gubernationes habent, facere possunt,
38 adhuc tamen agnoscere debent, excelso, excelsiorem esse alium, & tunc melius concessa sibi facultate vti, cum eam voluntati, & dispositioni Principis, quem repræsentant, subiiciunt, & cancellos sibi præscriptos non transgrediuntur.
39 Etenim † legibus nullo modo soluti sunt, nec de potestate absoluta, sed iuxta iuris, & mandatorum suorum Generalium, & specialium formam regulata, procedere possunt; vt pluribus ostendit Luc. de Pena *in l. contra publicam, num.* 11. *C. de re milit. lib.* 12. Marchessan. *de commission.* 2. *tom. pag.* 553. *num.* 3. Petr. Gregor. Bobad. Antibol. Mar. Ital. Ponte, Capiblanc. Belluga, Cancer. Cerdan. & alij, quos refert & sequitur Mastrill. *d. cap.* 6. *num.* 37. *& seqq. & num.* 267. & Berart. *d. cap.* 9. *n.* 20. vbi bene aduertunt, hoc ipsum in suis titulis, & in peculiaribus schedulis caueri, quas ibi recensent. Prout & de iure Indiarum passim in mille aliis cautum reperitur. Licet verum sit, † nouas, 40
& extraordinarias iussiones Regis quoad implementum, & executionem suspendere posse, & semel, atque iterum replicare, absque eo, quod vllum inobedientiæ crimen admittant, si ex illis aliquod graue inconueniens, vel nocumentum Reip. oriri posse intellexerint, vel notoriè iniustas, aut prauis, vel falsis relationibus, vel suggestionibus extortas, magis quam impetratas cognouerint, *cap. si quando, de rescript.* Cassiod. *l.* 6. *epist.* 5. ibi: *Nam pro æquitate seruanda, & nobis patimur contradici, cui etiam oportet obediri*, cum aliis, quæ ad hoc idem probandum latè adduxi *sup. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 51. *& seqq.* quibus nunc addo Siluam *nuptial.* 6. *part. quomodo in iudicand. pro comm. opin. ex n.* 49. Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 59. Nauarr. *in cap. inter verba* 11. *q.* 3. *corol.* 53. Alfan. *collect.* 507. Conrad. *in temp. iud. lib.* 1. *c.* 1. *§.* 4. *tit. de præst. Imp. num.* 16. Anguian. *de legib. lib.* 1. *contr.* 5. *à num.* 39. Farin. omnino videndum, *q.* 97. *n.* 44. *& seqq.* Sesse 2. *tom. in epist. ad Regem, n.* 68. *Ponte cons.* 55. *à n.* 16. *lib.* 1. Barth. Philip. *de Cons. discurs.* 7. *fol.* 51. Nauarrete *discurs. polit.* 1. Flamin. Cartar. *de execut. sent. cap. fin. à n.* 35. & idem esse, si cesset ratio rescripti, ex Tiraq. *de cess. causa, verb. Rescript.*

Quibus tamen cessantibus, vel in dubio constitutis, † pro mandatis Principum est præsumen- 41
dum, & eis obedire longè securius, iuxta consilium *gloss. in cap.* quid culpatur, *verb. Iniquitas* 23. *q.* 1. *& c. ad aures, verb. Obedientiam, de temp. ordin. & illud Prouerb. Viri obedientis multiplices victoriæ*, cum aliis, quæ congessi *sup. lib.* 2. *c.* 23. *num.* 78. *& seqq.* & Mart. Delr. *in Adag. sacr.* 2. *tom. adag.* 223. *pag.* 237. & conducit elegans, & & omnino legendum epigramma Hispanum, vulgò *Soneto*, Barth. Leonardi de Argensola inter eius poëmata nuper excusum, *pag.* 484. & doctrina Farin. & aliorum, quos ipse recenset *tom.* 3. *crim. q.* 111. *num.* 435. vbi inquit, † adeo 42
promptos, & vigilantes esse debere in mandatis Principum exequendis, vt etiam si aliquid ipsis iniungatur sine præfinitione temporis, debeant id primo quoquo tempore, & quanto citius potuerint, exequi.

Ex quo principio descendit, quod non † pos- 43
sint, nec debeant Proreges in causis sibi commissis ex abrupto, & non seruato iuris ordine procedere, neque secundum suam conscientiam, & præter causæ merita iudicare, vt obseruant Mastrill. *vbi sup. n.* 78. Menoch. *cons.* 92. *num.* 81. Burgos de Paz *in proœm. leg. Tauri, num.* 262. *& seqq.* & Osasc. *decis.* 79. *à n.* 44. Berart. *n.* 21. Et
† quod pœna reseruata arbitrio Regis, non ex- 44
tendatur ad arbitrium Proregis, quamuis eum repræsentet, vt per Afflict. *ad const. Neapol. tit. de homicid, rubr.* 27. *num.* 74. *fol.* 114. Necnon
etiam † quod non possint, nec debeant causas 45
à iudicibus ordinariis, & multo minus à Regiis Cancellariis auocare, vel eis inhibere, earumvè sententias rescindere, vel irritas facere, cum & hæ legis vicem sortiantur, vt dixi sup. *cap.* 3. *num.* 41. & latè per eundem Mastrill. *d. cap.* 6. *n.* 38. *&* 161.

Qui etiam *num.* 147. *& seqq. & num.* 154. *&* 226. & Berart. *num.* 33. *tractant*, † an possint 46
delictorum remissionem, vel compositionem facere? aut in causis criminalibus remissionem concedere? & idem prosequuntur Scaccia *de iudic.*

*iudic.lib.*1.*pag.*241.Petra *de potest.Princ.c.*21.*n.*21. Quod tamen de iure nostro Indiarum dubitari non potest,quia licet publicas schedulas Proreges secum portare soleant, quæ hanc remissionem delictorum, & pœnarum eis permittunt, per alias tamen secretas, præcipuè illam Dom. Proregi Principi Squillacens. datam 27. *Sept. ann.*1614.*& per caput instruct.c.*13. eisdem præcipitur,vt hoc non nisi raro, & ex magna causa faciant, in hæc verba:*Teniendo entendido que no aueis de perdonar delitos, que no fueren de rebelion, ò depedientes de ellos. Y que de este poder no aueis de vsar sino fuere en casos de guerra, y alteraciones:* quod etiam disponitur per alias schedulas, quas reperies *in dict. summar. lib.* 3. *tit.* 3. *l.* 32. *&* 33. quarum schedularum specificam mentionem faciens,ita hãc quæstionem resoluit Illustriss.elect.Archiep.Mexicanus Dom. D. Felician.à Vega *in cap.*4. §. *de adulter. num.*76. *& seqq. de iudiciis.* Estque valdè consonum dispositionibus iuris communis, quibus docemur,
47 † talem pœnarum remissionem esse de Regalibus,& Principi specialiter reseruatis, *l.relegatorum, in fin. D. de pœn. l.*1. §. *fin.de quæstion.* cum aliis latè traditis à Luca de Pena *in l. contra publicam,C.de re milit.lib.*12. Isernia *in tit. quæ sint Regalia, verb. Argentaria, num.*7. Auendañ. *de exeq. mand.*1. *part.cap.*7. *num.* 7. *vers. Tamen in remittendo*, Octauian. Cacheran. *decis. Pedem.* 101. vbi dicit,quod etiam Vicarius Imperij eam facere nequit, Bossio *in tractat. de remed. ex sola clem. Princip. num.* 46. & idem probat text. apud nos expressus *in l.*1.*&* 2. *tit.*22. *part.*7. *& in l.*15. *tit.*5. *lib.*2. *Recop.* vbi Auditoribus hæc facultas denegatur.

Rursus,licet Mastrill. *vbi supr. n.*188. docere
48 videatur † potestati, & arbitrio Proregum Siciliæ relinqui ex causis sibi benè visis, Senatores, & alios iudices,suspectos declarare,& alios suo loco subrogare; apud nos tamen contrarium obseruatur, quia regulariter solus Princeps remouere potest officiales,quos ipse posuit,& probauit,vt dixi *sup.hoc lib.c.*4.*n.*79. & Prorex Auditorum iurisdictionem in administratione iustitiæ turbare non potest, sed eos vt collegas tractare,& habere,laterique suo sociare,vt etiam dixi *c.*3.*ex n.*41. Adeò vt in quæstionem vocatum sit,an duas ipsorum aulas ad alicuius negotij expeditionem coadunare possit,vt etiam latè disputaui *eod.cap.*3.*ex n.*67. & nouissimè tangit Carrascus *in tract.de casib.Curiæ,n.*181. Et hoc de non turbanda, vel innouanda Auditorum iurisdictione in tantum procedit, vt habeat lo-
49 cum, † quamuis ipsi Proregi fortè rescriptum sit,vt in aliquo negotio iustitiam faciat:nam debet intelligi, vt eam fieri, & administrari curet per Magistratus, quibus commissa fuerit,vt dixi *eodem cap.*3.*num.*43. & vltra Auctores, quos ibi refero, in ipsis nostris terminis, tradit & ornat Mastrill.*d.cap.*6.*num.*87.

Quod semper Proreges summè obseruare de-
50 bebunt,& non † vexare, vel nimis fatigare dictos Auditores, eos multis negotiis, consultationibus, vel occupationibus onerando, quod quàm sit damnosum,elegantissimè, vt solet reliqua,animaduertit Mag.Marq.*in Gubern.Christ. lib.*1. *cap.*20. §. 3. *pag.*121. cui addo notabilem *sched.*17.*Sept* 1616. expresse iubentem, *Que los Virreyes y Presidentes se abstengan de llamar à los Oidores a sus casas à horas desacomodadas, ò indecentes, si la grauedad de los negocios no obligàre à ello.*

Idémque dicendum est † in relinquendis, vel remittendis vnicuique Senatui, vel Tribunali causis, & negotiis, quæ eius propria fuerint, ita vt singuli Ministri suis officiis consueto tempore, & modo fungantur, nec nisi raro, & ex magna causa, aliis, aliorum actionibus misceantur, & priuatis sessionibus, quas *Iuntas* dicunt, negotia,quæ proprios habent iudices, terminentur,hoc † enim sæpè plus damni, quam vtilitatis afferre solere, expressè probat text. in cap. nouit,de his quæ fiunt à Prælat. Lucas de Pena *in l.omnes iudices,C.de Decurion.lib.*10.*post n.*40. *& in l.humilioribus,C.de suscep.& arcar.per text. ibi,*vbi,*Publica auctoritas vacillare dicitur,si Curiales extraordinariis oneribus occupentur,*Palæot. *de sacr.Consist.consult.*1.*part.q.*3.*art.*5. *&* 6. vbi, quod † iniuria iudices afficiuntur, quando de spectantibus ad eorum officium alij consuluntur,Ponte *d. tract.de potest.Proreg. titul.* 12. *n.*4. *&* 7. *& decis.*36. *num.*12. vbi,quod tristitia maxima ex hoc afficiuntur populi, Tribunalia exauctorantur, omniaque tandem confunduntur, & subuertuntur, Mastrill. *de Magistr. d. cap.*6.*num.*161. vbi refert esse de hoc epistolam Regiam ad Dom. Proregem Neapolitanum Comitem Bonauent. directam 20. *Sept. ann.* 1608.& meliùs *lib.*3. *cap.* 4. *num.* 151. *&* 152. vbi ait: *Quod huiusmodi delegationes, & ludibrium Tribunalibus iudicum ordinariorum, & Reip.maximum detrimentum afferre consueuerunt. Eo maximè ob difficultatem in vnione diuersorum Magistratuum, & alia, quæ infinitas reddunt causarum expeditiones.* Plenè & eleganter plures alias rationes adducens P. Fr.Ioan.de Santa-Maria in sua eleganti Politica *Christ.cap.*13.*vers. Escusen los Reyes de todas maneras las juntas que se han introducido para cada negocia, &c.* Bermudez de Peraza *in tractat. de secret. Regis, discurs.*3.*fol.*25. & Barbosa *in lib. de breuedad de despachos,cap.*10. quibus fauent verba & exempla, quæ sumi possunt ex Cornel. Tacit. *lib.* 3. *annal. fol.* 53. *lib.* 4. *fol.* 75. *numer.*18. *& lib.* 6. *fol.*104. *num.*39.

Deinde † licet in aliis Proregibus, vt idem Mastrill.*ait d.cap.* 6. *n.* 97. vbi aliquid pronuntiant,vel prouident,pars, quæ se læsam senserit, non nisi ad Regem appellare possit, *ex l.à Proconsulibus,C.de appell.l.si quis aduersus,& Auth. quæ supplicatio,C.de precib. Imp.offer.l.*4.*titul.*24. *part.* 3. cum aliis traditis à Dom. Valençuela *in monit. contra Venet.* 6. *part. num.*82.*fol.*364. In Indicis tamen,fortè propter longam distantiam viarum, contra obseruatur, & ad Regales Audientias appellare licet, sub modo & forma, quam tradidi *suprà cap.*3.*ex num.* 39.

Et hoc generale esse existimo, exceptis causis,in quibus procedunt tanquam Capitanei generales,siue Magistri militum,de quibus egi *sup. hoc c.n.*36.quamuis aliqui Proreges neruosè defendant, † tales appellationes non esse admittendas à prouisionibus, quas expediunt super Indis alicui dandis, vel auferendis: *Para sus estancias, labranças, ò minerales*, quasi hoc meræ, & puræ gubernationis, siue gratiæ, aut arbitrij sit, & in quo pars nullum ius prætendere possit, neque Regales Audientiæ iurisdictionem exercere: de quo cum Limæ essem ingens fuit controuersia *ann.* 1618. cum Dom. Prorege

Prorege Principe Squillacensi super Indis ablatis cuidam Ludouico Ximenez Gallego. Sed nihilominus contrarium obtinuit, & apertè decidi videtur ex generalitate sched. dictam appellatio- permittentium, de quibus d.c.3.ex.n.39. & præcipuè ex alia nouiori 15. Sept. ann. 1612. quæ in terminis distributionis Indorum loquitur. Qui cùm à Proregibus ex arbitrio, aut gratia, rationis regulis trutinata, distribuendi, vel tollendi sint, non est dubium, quin ab eiusmodi decretis appellari possit, ex traditis à Menoch. de arbitrar. lib.1.q.7. num.7.& q.8. & Matth. de Afflict. qui hinc deducit † Proregem non habere liberum arbitrium, in constit. Neapol. lib. 1. rubr. 27. num. 74. Atque adeò malè faciunt qui in his, aut similibus causis recursum appellationis impediunt, quia eo † ipso Principis reuerentiam, qui contrarium statuit, quique prouocari debet, insuper habere videntur, & in quoddam veluti læsæ Maiestatis crimen incidere, cap.1. in princip. de appell. in 6. cap. sciant 2. q.6. l.1. tit.1. l.14. tit.18. lib.4. Recop. cum plurimis aliis congestis à Luca de Pena in l. vnic. in fin. C. vt nemo suscip. rustic. ad suum patrocin. lib. 11. col. 10. Puteo de syndic. in princip. tit. de excess. Baron. cap. 2. fol. mihi 88. Rebuff. in tract. de euocat. q.6. num. 60. Auiles in cap.1. num. 4. & Bobad. omninò videndo, qui plura hac in parte pro auctoritate Cancellariarum considerat, lib.2. cap.16. num. 81. & num. 107. Vt omittam, † in dubio semper appellationi deferendum esse. Habet enim fundamentum in montibus sacris defensionis, & iuris naturalis, & sic † attentatum contra eam est magis priuilegiatum, quàm spolium, vt per Robert. Lancell. de attent. in præf. 1. par. num. 3. & latissimè in 3. p. cap. 30. à n.6. Et inde benè inquit Auen. vbi suprà num. 5. quòd non sufficit † quòd iudex à quo deneget appellationem, quia nihilominus iudex, ad quem, potest prouidere iustitiam. Quod tamen fallit in dictis Cancellariis Indiarum, quia Prorege perseuerante in non defendendo appellationi, ei stare iubentur, donec Princeps consulatur, vt dixi sup. hoc lib. d.cap.3. n.40. In aliis autem † non possunt, nec debent mutare ius, neque stylum Cancellariæ & iudicij, quamuis eis liberum arbitrium in procedendo concessum sit, vt latè per Barbat. col. 47. lib.1. col. fin. Ias. in Auth. iubemus. C. de iudic. Grammat. cons. 84. n.4. Marsil. sing. 118. Menoch. lib.2. præsumpt. 8. num.16. Matth. de Afflict. ad const. Neapol. lib. 1. rubr. 24. de violent. circa poss. num. 57. & 58. vbi asserit, quòd † Prorex non potest cumulare possessorium, & petitorium, quod etiam sequitur Menoch. de recup. rem. 15. n.369. in fine.

Et quemadmodum patienter ferre debent Proreges ab eis appellari, ita scire ipsos oportet, † quod etiam vt suspecti possunt recusari. Nam contrarium † solùm supremis Principibus indultum est, quorum Maiestas, & auctoritas facit, vt procedant recusatione remota, vt latè per Parisium cons. 31. num.97. & plures alios relatos à Carrasco statim citando, num. 19. & 20. quod non ita in Proregibus militat, vt per text. in l. Senatusconsulto, D. de offic. Præsidis, l. qui iurisdictioni, D. de iurisdict. omn. iud. & alia iura similia consuluit Portius Imolens. loquens de recusatione Proregis Neapol. cons. 91. volum.2. Menoch. cons. 1159. num. 6. volum.12. Mastrill. d. cap.6. num. 182. & latiùs decis. 151. per totam, idem Mastrill. d.lib.6.cap.3.n.20.& lib.3.c.4.n.21. & 22. Mainard. decis. 78. & seqq. Giurba decis. 99. Ramon. cons. 3. per tot. & de nostris Indiarum Proregibus specificè loquens D. Carrasc. ad leg. Recop. c.9. in princip. ex n.5. qui non solùm pro tali recusatione concludunt, verùm & illud in disputationem deducunt, an † Prorege, 65
vel Præside alicuius Cancellariæ, vel Senatus recusato, totùs quoque ipse Senatus, vel Cancellaria recusata maneat, vt latiùs apud eosdem videri potest, quamuis apud nos nusquam hoc praxi receptum sit, nisi fortè aliqui ex Senatoribus ita Præsidi affecti probentur, vt ipsi quoque ex eisdem causis, ac ille, recusari possint, quod rarò contingit.

Quæ omnia nobis aditum præstant, ad decidendam aliam quæstionem, quæ Mexici oblata fuit, & magnis altercationibus ventilata ann. 1625. in Proregnatu Dom. Marchionis de Gelues, nempè an † Proreges excommunicari pos- 66
sint ab Episcopis, vel eorum Vicariis, aut aliis iudicibus Ecclesiasticis. Et quamuis in Regibus, vel Imperatoribus hoc valdè controuerti soleat, † aliis affirmantibus nullo iure communi 67
ab eiusmodi censuris Ecclesiasticis exemptos esse, nisi speciale indultum sedis Apostolicæ ostendant, vt non possint nisi ab ea sola excommunicari, quale Galliæ Reges habere affirmat Carol. Grassal. lib. 2. Regal. Franc. cap. 7. pag. 63. Aliis verò eodem priuilegio Imperatorem, & omnes Reges Christianos iam ex antiqua consuetudine vti dicentibus: quorum opiniones doctè & diligenter, vt reliqua solet, nouissimè concessit Illustriss. Dom. Archiep. Vlyssiponens. D. Roder. Acuña in notis ad cap. Valentinianus, 63. dist. n.3. & 4. pag 553. vbi pro hac vltima citat D. Antonin. Syluest. Enriq. Saa, Graffis, & Vgolinum, cui Ego addo Sairum in thesauro casuum conscientiæ, lib.1. cap. 8. num.7. pag. mihi 35. colum.1. Auilam de censur. 2. par. cap.4 disp. vnic. dub.4. conclus.3. qui hoc certum videri inquit, & Filiuc. 1. tom. quæst. moral. tract.11. & 1. de censur. cap.5. num. 134. vbi ait: *Hinc est, vt ferè Principes omnes ex priuilegio, vel consuetudine non possint censura affici, nisi à Papa.* In Proregibus tamen, † nullum 68
adhuc Auctorem vidi, qui talem immunitatem concedat, nec puto repræsentationem Regiæ personæ, quam habent, sufficere posse ad hanc extensionem faciendam, cùm hoc priuilegium ipsis dumtaxat Regibus specialiter concessum dicatur, l.1. D. de iurisd. omn. iud. & in gratiosis, vel exorbitantibus, etiam vbi maior paritas rationis reddi potest, extensio non admittatur, c. quæ à iure 28. de reg. iur. in 6. vbi Dynus & Pech. Cardin. Tusch. litt. E concl. 589. n.5. & seq. & magis in nostris terminis Philipp. Franc. in cap. non putamus, col. 2. verb. Delegatio tamen, de consuet. lib. 6 quem refert & sequitur Sbrozius de off. Vicarij lib.2.c.24.n.8. vbi docet, † quòd si ali- 69
quid concedatur Principi ratione suæ dignitatis, illud non extenditur ad eius Vicarium. Nec- 70
non etiam ex illis, † quæ de iurisdictione Inquisitorum in Proreges, & alios similes Gubernatores (licèt ab ea Reges exempti sint) dixi sup. lib.3.c.24.ex n.51.

Et quòd etiam † syndicari, & visitari pos- 71
sint de his, quæ durante officio gesserunt, dixi

item suprà hoc *lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 15. in quo syndicatu sæpè accusari, vel conueniri solent pro damnis, quæ priuatis in suis facultatibus vel iu-
72 ribus irrogarunt, quia certum est, quod ius † eis quæsitum tollere non posset, & si intentent, potest eis resisti, vt per Azeued. *in l.* 2. *n.* 26. *tit.* 11.
73 *lib.* 4. *Recop.* Quamuis † dilationes, siue litteras moratorias debitoribus ex iustis causis adinstar Regis, concedere valeant, iuxta ea, quæ tradit Rebuff. 2. *to. ad leg. Gallic. in tract. de litt. dilator. art.* 1. *gloss.* 6. & plures alij, quos refert & sequitur Mastrill. *d. c.* 6. *n.* 243. *& seqq.* & Ioan. Hæuia in Laberynt. *contract. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 22. quia aliàs
74 † Proregi nunquam in præiudicium tertij potestas dari videtur, vt signanter inquit Rebuff. *ad reg. Cancell. de non tollen. iure quæsit. gloss.* 5. *n.* 4. *fol.* 164. quem refert & sequitur Auendañ. *in diction. verb. Virrei.*

Quo exemplo, securè dicere possumus, longè
75 minus † eum concedere posse licentiam ædificandi in publico aliquo ciuitatis loco, vt notanter voluit Lucas de Pena in l. pro ædibus, *C. de diuers. præd. lib.* 11. Camerar. Capicius, Surgent. & alij, quos refert Mastrill. *d. cap.* 6. *n.* 100.
76 addens *num.* seq. rationem, quòd hoc † soli supremo Principi liceat, ex *l.* 2. §. *meritò*, *&* §. *si quis a Principe*, *D. ne quid in loco pub. l. prohibere*, §. *planè*, *D.* quod vi, aut clam, cum latè traditis à Calicio *de iure Fisci, dubit.* 8. *num.* 6. & Ponte *de potest. Proreg. tit. de abund. ciuit.* §. 4. licèt idem Mastrill. *lib.* 5. *c.* 3. *n.* 45. hanc licentiam ædificandi in loco publico Magistratibus in communi concedat *ex l. fluminum, D. de damn. infect. gloss. in dict. l.* 2. §. idem ait, *verb. Concessio*, ibi: *A Principe, vel Senatu*, & traditis à Laudens. *in tract. de Consiliar. q.* 3. Quod tamen Ego interueniente demum Principis consultatione, eiúsque consensu accedente, intelligerem; nam aliàs falsum esset; cùm nullus officialis Regius possit has licentias concedere, *l.* 5. 6. *&* 11. *tit.* 7. *lib.* 7. *Recop.* ibi: *En que no huuiere interuenido licentia nuestra*, vbi Azeued. ad hoc probandum citat Bald. Matth. de Afflict. & alios, & idem docet Matienz. *in l.* 3. *gloss.* 7.
77 *num.* 5. *tit.* 10: *lib.* 5. *Recop.* & ita † Limæ iudicatum vidi post magnas altercationes in ardua causa nobilissim. Equitum D. Franc. de la Cueua, & D. Roder. de Mendoça super validitate, vel nullitate concessionis ædificandi in quadam publica platea, quam Dom. Prorex Marchio de Montesclaros eidem D. Roderico concesserat. Quod in tantum verum est, vt neque ad ædifi-
78 cationem † Ecclesiarum, vel Monasteriorum possint dicta loca concedere, imò neque etiam in priuati solo licentiam eiusmodi nouarum fabricarum impertiri, iuxta ea, quæ abundè tra-
79 ctaui *sup. lib.* 3. *cap.* 23. *ex numer.* 26. Sicuti † neque possunt litteras nobilitatis plebeis concedere, vt disponitur per sched. *an.* 1559. 1. *t. pag.*
80 295. Neque † titulum ciuitatis, aut villæ alicui oppido, vel municipio præstare, vt etiam inquit altera notabilis sched. *dat. Matr.* 28. *Maij an.* 1625. vbi ratio redditur, quòd hæc omnia sunt de reseruatis Principi in signum supremæ Dominationis.

Quæ ratio pariter euincit, vt nec possint mi-
81 noribus † veniam ætatis concedere, cùm hoc etiam sit de reseruatis Principi, *ex l.* 1. *&* 2. *& ibi notatis*, *C. de his qui ven. ætat. l. vnica, C. eod. tit.* in Theodos. & traditis à Decio *cons.* 549. *Afflict. in Rubr.* quæ sint Regal. *n.* 10. Calicio de Fisco, *dub.* 8. *prærog.* 14. Alban. *in notis ad Bart. in l. non ambigitur*, *D. de legibus*, vbi, quod statutum non potest concedere hanc veniam, quia est de reseruatis Principi, Scaccia, qui plures alios adducit, de iudiciis, *lib.* 1. *pag.* 245. Borrell. *de præst. Reg. Cathol. c.* 47. *n.* 35. & Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 172. vbi hinc concludit dominis vassallorum hoc denegari. Et hoc adeò verum est; vt Vlpian. † *in l*, denique 8
3. *D. de minor.* doceat, ipsos etiam Imperatores, rarò minoribus talem veniam extra ordinem indulsisse, & tanquam ambitiosa damnasse decreta Consulum, vel Præsidum, qui eas concedere præsumpserant, hoc est magis de facto, quàm de iure, vt nouissimè obseruat Iacob. Gothofred. *lib. vnico animad. iur. cap.* 4. *pag.* 18. *&* 19. qui eos reprehendit, qui ex illa lege indicari putant, veniam ætatis ad Consules spectasse Qui tamen non vidit Nouell. const. Leonis XXVIII. in fin. quæ eam Magistratibus apertè concedit: quo fortè exemplo omnes Proreges illam absque vlla hæsitatione concedunt, vt de Indicis Ego testari possum, & de Siculis, & Neapolitanis tradit Mastrill. *d. c.* 6. *n.* 269. *& seqq.* vbi inquit, hoc quoque expresse in eorum priuilegiis concedi. Quod sanè oporteret, vt etiam in nostrorum Proregum titulis adderetur, vt cessaret difficultas, quæ in hoc articulo oriri potest, ex suprà relatis. Et hæc quidem de Proregum potestate dixisse, & tetigisse sufficiat, quia mihi scitu digniora, & praxi frequentiora visa sunt, & fortè ab aliis non ita tractata; reliqua ex Auctoribus suprà relatis, vbi opus fuerit, peti poterunt, & ex schedulis, de nostris Proregibus Indiarum agentibus, quæ habentur *in* 1. *tom. impress. ex pag.* 237. & in summario *Recopil. lib.* 4. *tit.* 3. vbi centum & sex leges ad munus Prolegale spectantes, & peculiaria præcepta continentes designatas reperies.

CAPVT XI.

Quando, & quatenus Proreges mandati sibi imperij habenas assumant, & tantæ dignitatis, ac potestatis insignibus, titulis, salariis, & effectibus gaudeant?

SVMMARIVM.

1 *Proregum munus à quo tempore incipiat, & desinat? & n.* 15. *&* 25.
2 L. obseruare, §. post hæc, & l. aliquando, de off. Proconf. *expenditur.*
3 *L. meminisse* 10. *D. de off. Proconf. expenditur, & illustratur, & n.* 18.
4 *Legati Pontificis nominati cum temporis præfinitione potestas, quevsque duret?*
5 *Iurisdictio Episcopi expirat successoris aduentu.*
6 L. si fortè, D. de off. Præsid. *expenditur, & illustratur.*
7 *Ignorans aliquando est melioris conditionis, quàm sciens.*
8 *Ciceronis querela de Apio, ob id quòd in Proconsulatu Ciliciæ perseuerauit postquam*

quam intellexit sibi à Cicerone in eo esse successum.

L.obseruare,§.rectè,D.de offic.Proconſ. *ponderatur, & illustratur.*

o *Successor in officio alterius qualiter debeat, & soleat decessorem de aduentu suo certiorare.*

1 Authent. de administrat. §. illud, verſ. Deponat autem, *perpenditur, & illustratur.*

2 *Successor in officio ex quo die habeat illius vsum, iura, & salaria?*

3 *Officium Proconsulum, Præsidum, Legatorum, & Proregum expirare per solum aduentum successoris ad prouinciam, tenent plures Auctores, qui referuntur.*

4 *Officiali, non ostensis litteris officij, non solet credi, & quando id fallat?*

6 *Præfectus Augustalis in Ægypto residebat, & cur sic appellaretur? & quòd Proconsulibus, & Præsidibus comparatur.*

7 L. vnic.D.de off.Præf.Aug. *ponderatur, & illustratur.*

9 *Officialis quilibet etiam si ad tempus limitatum electus sit, elapso termino, officium & salarium continuat, vsque ad actualem possessionem successoris, & n.*38.

o *Iurisdictio non confertur, neque aufertur ex solo titulo, antequàm nouus officialis virtute eius præsentetur, & recipiatur.*

1 *Iuramentum de officio benè gerendo debet quis subire, antequàm ad illius vsum recipiatur.*

2 *Legati à latere ex magis vera, & communi opinione non debent recipi ante præsentationem tituli suæ legationis.*

3 Cap.nobilissimus,97.dist.cap.lectis,63.dist. *& alia iura similia, ponderantur, & illustrantur.*

L.1. C. de mandat.Princip.*ponderatur, & illustratur, ibidem.*

4 *Proreges, & alij Magistratus non ostendunt, neque præsentant titulos suos in ingressa prouinciæ, sed in eius capite, seu Metropoli, vbi recipiendi sunt.*

5 *Proreges non posse vti iurisdictione, & potestate sui muneris quovsque iurent, & solemniter recipiantur, plures Auctores expresſè tenent, qui referuntur.*

6 *Decessor non potest officio cedere successori antequàm is solemniter receptus sit, & culpatur vrbanitas eorum, qui contrarium faciunt.*

7 *Iuris publici quæ sunt, priuatorum placitis, vel vrbanitate mutari non possunt.*

8 *Officium publicum nemo potest deponere, nisi in manibus eius, à quo accepit.*

9 *Prorex qui successorem de proximo sperat, quæ possit ex vrbanitate ei reseruare?*

o *Proregem successorem cum decessore concurrere, semper, vbi fieri poterit, excusari debet, & quare?*

1 *Prorex decedens qualiter instructum relinquere teneatur successorem, per sched. Regias. quæ referuntur.*

32 *Prorex Peruanus per mare iter facere iubetur ex portu Pamensi ad Limanum, & quare?*

33 L.obseruare,§.ingressum,D.de off.Proconſ. *ponderatur.*

34 *Prorex ex sola electione acquirit dignitatem officij, & illam conseruat, etiam si ante adeptam possessionem moriatur Rex, qui eum elegit, & quare?*

35 *Regia dignitas nunquam moritur.*

36 *Proregis officium per quod tempus durare soleat, & schedulæ de hoc agentes.*

37 *Proregnium Peruanum & Mexicanum, per quot leucas extendatur?*

38 *Officium quando expiret per lapsum temporis, pro quo fuit concessum?*

39 *Principis dissimulatio in non mittendo successorem officialis, ad certum tempus designati, pro prorogatione habetur.*

40 *Officia grauia facilè mutanda non sunt, sed potiùs continuari, & prorogari in benemeritis debent, & quare?*

41 *Magistratuum crebræ mutationis damna, & edictum Tiberij Imper. ea ostendens.*

42 *Proregem bonum nunquam mutandum, sed retinendum in officio, & præmiis ornandum, sentit Matienzus, & quare?*

43 *Calumniæ, & sinistræ relationes contra bonos Proreges scriptæ, respui debent.*

44 *Antonius Pius qualiter se haberet in conseruandis, & honorandis bonis Præsidibus?*

45 *Dom.D. Franc. à Toleto in Proregnatu Peruano conseruatus fuit per* 14. annos, *& eius facta, & laudes.*

46 *Officiales electi à Prorege, an, & quando durent, ipsius Proregis officio finito?*

47 *Proreges, & alij officiales quæ faciunt in fine officij, præsumptionem habent contra se, & quare?*

48 *Proreges morientes, vel absentes, an possint alios suo loco sufficere, vel quis ipsorum vices suppleat? remissiuè.*

HIs ita de Proregum munere, dignitate, & potestate non ineptè (vt arbitror) prælibatis, nunc illam quæstionem peculiari hoc capite tractandam suscipio, † à quo tempore, & per quod tempus hac dignitate sibi mandata, eiúsque potestate, iurisdictione, & effectibus vti possint, & soleant? Quoniam hoc cum sæpè, tum præcipuè Limæ dubitatum vidi in aduentu Excellent. Proregis Dom. Principis Squillacensis, & variis opinionum inuolucris obscuratum, quæ non paruam in Republica inquietudinem generarunt. 1

In primis námque omnia, simul atque prouinciam ingressi sunt, agere, & exercere posse, & eo ipso decessoris officium finiri, apertè probare videtur † Vlpian. *in l. obseru.*4.§. *post hac, D. de off. Proconſ.* vbi loquens de Proconsule (quem *suprà cap.* 9. Proregi similem esse ostendimus) inquit, tunc demum posse Proconsulem legato suo iurisdictionem mandare, cùm prouinciam ingressus fuerit; nam cùm anteà eidem non competat, absurdum esset, alij eam mandare, quam non habet. Vnde sequitur, eo ipso, quòd in prouinciam venerit, imperium, & iurisdictionem nancisci. Quinimò & Papin.notat in l. aliquando, statim seq. aliquando, etsi nondum in prouinciam peruenerit, iurisdictionem exercere, & 2

& mandare posse; veluti si necessariam moram in itinere patiatur, & expediat legatum in prouinciam maturissimè commeare, quem casum singularem esse, meritò aduertit Cuiac. *lib. 1. q. Pap. col 6.* vtpotè contra vulgarem illam regulam, qua docemur, neminem plus iuris in alium transferre posse, quàm ipse habet, sed hanc, inquit, distinctionem inflectit vtilitas, & quodammodò in prouinciam peruenisse fingitur, qui necessariam moram patitur in itinere.

Secundò, pro eadem sententia perpenditur
3 text. † *in l. meminisse 10. D. eod. tit.* vbi idem Vlpian. scribit & veluti ratione vtilitatis, & æquitatis suadente concedit, posse antiquum Proconsulem, vsque in successoris aduentum, ius dicere, & reliqua agere, vt sit aliquis, per quem negotia sua prouinciales expediant. Ex quo deduci videtur, eo ipso quòd nouus Proconsul prouinciam ingrediatur, alterius officium, & potestatem omninò finiri, sic enim illa verba: *In aduentum*, omnes tam Antiqui, quàm Neoterici DD. accipiunt, & explicuisse videtur Iustin. Imp. *in l. vnic. §. administrationem, C. vt omnes iudic.* ibi: *Administrationem autem deponere non volumus decessorem, antequàm successor ad prouinciæ fines peruenerit.* Et quod magis est, sunt etiam, qui existiment, id quod Vlpian. antiquo Proconsuli tribuit, vt ante successoris aduentum ius dicere, & omnia agere possit, in illis tantùm procedere, quæ ad iurisdictionem ordinariam spectant, vt hæc ex ratione ibi expressa administrare, & gerere possit: quoad alios autem effectus non admittatur, si qui sunt, qui ei specialiter concedantur; nam eis vti non poterit, statim atque sibi datum fuisse successorem agnouerit, etiam si ille adhuc non sit ingressus prouinciam, vt tradit Bald. *in d. l. meminisse, num. 1.*
4 Exemplum proponens † in Legato Pontificis, nominato cum temporis præfinitione, qui habet potestatem conferendi beneficia, & sequitur Additio ad Guid. Papæ *in decis. 501.* Auiles *in cap. 5. Prætor. verb. Suspendidos, num. 10. vers. Quod etiam fallit*, Barbos. *in l. diuortio, D. solut. matr. 2. par. n. 51. in fine*, & Rebuff. *in d. l. meminisse, n. 2.* Et alij eundem text. restringunt solùm ad omninò præcisa, & necessaria, vt constat ex ipsius ratione, & obseruat Feder. de Senis *q. 16. n. 5.* Vbi inde infert, † iurisdictionem Episcopi expirare successoris aduentu: quod & sequitur Bald. *in l. Officium, §. fin. num. 2. D. de offic. Cons.* & Surd. *cons. 57. à n. 10.* & plures alij, quos refert Dom. Valenç. *cons. 190. n. 24. fol. 582.*

Tertiò, in fauorem eiusdem sententiæ allega-
6 ri potest Celsi responsum † *in l. si fortè 17. D. de offic. Præsid.* vbi inquit, quòd si fortè Præses prouinciæ manumiserit, vel tutorem dederit, priùs quàm cognouerit successorem aduenisse, hæc rata censeri debent. Et licèt hæc lex apponat exempla iurisdictionis voluntariæ, idem tamen in contentiosa etiam admittendum est, vt ibidem obseruat Eguin. Baro *arg. l. illud, D. ad leg. Aquil.* Vnde colligitur, quòd semota iustæ ignorantiæ causa, nihil post successoris aduentum vtiliter gereret. Quod de aduentu in prouinciam necessariò accipiendum est, alioqui nullo modo ignorantiam antiquus ille Magistratus prætexere posset, si iam successor ad locum, in quo ipse adsidebat, peruenisset. Ipso igitur aduentu in prouinciam eius iurisdictio reuera expirauit; sed propter ignorantiam, & vtilitat
prouincialium, ea, quæ postmodum egit, b
gnè obseruantur, & vt ibi *gloss. & DD.* adu
tunt, † melioris conditionis ignorans, qu
sciens esse videtur, provt in simili contigit
specie, *l. Barbarius, D. de off. Præt. l. Tribunus, i*
cta gloss. 1. D. de milit. test. cap. 2. de off. deleg. c
cùm ita, de rest. spol. & ad explicationem &
lustrationem *d. l. si fortè*, tradunt Bald. *in l.*
num. 21. C. de furt. Imola *in Clem. 1. num. 7.*
renuntiat. Roman. sing. 57. & 566. Ias. *in l m*
re, num. 80. D. de iurisd. omn. iud. Bart *in*
Barbarius, *num 18.* Felin. *in cap. cæterum, n.*
de rescript. Decius *consil. 296. num. 5. &*
cap. si duobus, n. 12. de appell. Couarr. *in pr*
c. 9. n. 7. Greg. Lop. *in l. 21. tit. 4. par. 3. glo*
post medium, & Barbos. *in d. l. diuortio, n. 46. in f*
Et optimè, de Legato de latere loquens, q
suam renocationem ignorauit, Villadiego, p
alios, quos refert, *in tract. de Legat. 1. par. quæst.*
num. 4. & 5.

Quartò, eidem sententiæ adstipulantur,
ex ea simul lucem accipiunt, insignia duo C
cer, loca *lib. 3. epist. epistol. 6. & lib. 5. epistol.*
Attic. epistol 17. † vbi de Appio elegánter con
queritur, qui cùm Ciceronem sibi successore
in Ciliciæ Proconsulatu datum accepisset,
iam in prouinciam aduentare videret, profectu
est Tarsum vsque Laodicea, vt sic ignoranti
velum prætendere posset, iuxta dictam *l. si for*
tè, ibique tanquam si nihil cognouisset, foru
agere cœpit, statuere, multa decernere, & iud
care; *Cùm tamen* (vt ipse Cicero inquit) *poss*
iam suspicari, sibi esse successum, & hæc ne ab h
quidem fieri solerent, qui breui tempore sibi suc
cedi putarent; quam eius iniuriam (subdit Cice
ro) *iam non insector, satis enim habeo negotij i*
sanandis vulneribus, quæ sunt imposita prouinci
Vnde arbitror ansam sumpsisse consilium † Vl
pian. *in d. l. obseruare, §. rectè, D. de offic. Pro*
cons. dum ait, rectè, & ex ordine nouum Procon
sulem facturum: *Si edictum decessori suo mise*
rit, significétque, qua die fines sit ingressurus. Ple
rúmque enim incerta hæc, & inopinata, turban
prouinciales, & actus impediunt. De qua † prax
agit etiam *l. 1. §. administrationem*, ibi: *Litteris a*
eum C. vt omnes iudices, text. *in Auth. de ad*
ministrat. ibi: *Mittere ad eum amicabilem epi*
stolam, Iustin. *const. 95.* Puteus *de syndicat. in*
princip. Simancas *de Repub. lib. 8. cap. 2. n. 3. &*
4. Auiles *in cap. 5. Prætor. verb. Suspendidos*
num. 10. & in forma syndicat. *in princip.* & Bobad. de Hispaniæ Prætoribus loquens, *in Polit. lib. 5. c. 1. n. 1.*

Quintò, & vltimò, pro hac parte facit Nouella † Iustiniani Imp. decisio *in Auth. de administratione, §. illud, vers. Deponet autem, collat. 8.* vbi constituit, non solùm per ingressum prouinciæ, nouum administratorem cingulum dignitatis accipere, & antiquum deponere, verùm & ante duos dies, quàm illam ingrediatur, omninò imperium † dimittere, & annonas publicas siue salaria non capere, his omnibus ad successorem translatis. Quod verum esse, licèt litteræ successoris antecessori intimatæ non sint, tradit Calderin. *cons. 4. de off. Vicar.* Felin. *in c. cæterùm, num. 11. de rescript.* Couarr. *d. cap. 9. pract. num. 7. vers. Sufficit tamen*, & esse communem asserit Boër. *decis. 347. num. 15.* Imol. *in Clem. 1. num. 9. ad fin. de renuntiat.* & Barbos.

in

d. l. diuortio, 2. *part. num.* 49. *verf. Vnde vt ista.*

Quam fententiam, licèt non ita fulcitam, & cornatam, † in Proconfulibus, & Præfidibus rouinciarum, communiter tenent omnes ferè D. antiqui *in d. l. meminiffe, & in d. l. fi for-*, *& in l.* 1. *D. offic. Præf. Auguft.* vbi etiam ouiores idem fequuntur, vt conftat ex Cornf. Petr. Velleio, Ant. Vacca, Ant. Fabr. & liis, & ex Duaren. *in paraph. ad tit. de off. Proonf. cap.* 1. *in fine.* Et nominatim, de Proregibus oquens, Ioan. Horof. *in d. l.* 1. dicens, in hoc roconfulibus, & Præfidibus comparari, & ita on effe expectandum ad hoc, vt Prorex Araonum, Barcinonenfis, Valentinus, Neapolianus, & fimiles, imperium deponant, quòd ucceffor eorum Cæfar-auguftam, Valentiam, archinonem, vel Neapolim ingrediatur, fed fufficere, quòd prouinciam attingant. Et in Legais Romanæ fedis, quòd fecundus reuocet priium, poftquàm eft ingreffus prouinciam, & bfque aliqua alia intimatione fui tituli, tradunt lures relati per Andr. Barbac *in d. tract. de Card. Legat. de latere*, *q.* 1. *n.* 4. Gambar. *in eod. tract. lib.* 1. *q.* 2. *n.* 2. *& feqq. & lib.* 9. *n.* 13. Lappus *a leg.* 5. Angel. *conf.* 197. & fequitur tota penè aniqua, & moderna Iurifprudentia, vt ait Barbacia vbi fup. Quia licèt † officiali regulariter ine litteris non credatur, dignitas tamen autoritáfque perfonarum, quæ ad legationis apiem proveliuntur, illarum promotionem nooriam facit, & abfque oftenfione tituli, fidem ex onfuetudine confequitur, *c. nobiliffimus*, 97. *dift. prohibitum*, vbi Bart. & DD. C. *de iure fifci, lib.* 10. Et in ipfis terminis Proregum Peruanoum, & quòd abfque oftenfione tituli, & iuramento gubernationem accipiant, ftatim atque prouinciam ingrediuntur, & expiret iurifdictio deceſſoris, & fint nulla quæcunque gefferit, maximè voluntariam, & non neceffariam iurifdictionem concernentes, nifi à fucceffore approbentur, intrepidè tenet Doct. Carrafc. *ad leg. Recop. c.* 9. *ex n.* 9. *ad* 15. quem vide, & nota, quia fuit Affeffor Dom. Princ. Squillacenf. & ei pro hac opinione confilium præbuit.

Sed licèt hæc ita fe habeant, & pro fuperiori fententia maximopere vrgeant, pro contraria tamen, nempè † quòd nec Legatus de latere, nec is, qui Regis vice Regnum aliquod moderatur, ab eius gubernatione fuperfedere debeat, donec fucceffor ad ciuitatem Regni illius, vel prouinciæ Metropolim, venerit, & folemni modo receptus, litteras, fiue codicillos fuæ dignitatis manifeftauerit, plurimis aliis, nec contemnendis, argumentis certari poteft.

Primò enim videmus, † Præfectum Auguftalem, in Ægypto conftitutum, & ideò fic appellatum, vt ait Strabo *lib.* 17. quia Auguftus primum Ægyptum in prouinciam redegit, & à cæteris prouinciis feparauit, propriámque fibi feruauit, Proconfulibus, atque adeò ipfis Proregibus comparari, vt fup. c. 9. notauimus cum Alciato *lib.* 1. *de Magiftr. Rom.* & aliis. At verò de hoc ita difertè Vlpianus fcribit *lib.* 15 *ad Edictum* † *in l. vnic. de offic. Præf. Auguft. Præfectus Ægypti non priùs deponit præfecturam, & imperium, quòd ad fimilitudinem Proconfulis, lege fub Augufto ei datum eft, quàm Alexandriam ingreffus fit fucceffor eius, licèt in prouinciam venerit; & ita mandatis eius continetur*: per quem text. explicari, quòd de Proconfule, & Præfide dictum eft *in d l.* 4. *& in d. l. meminiffe, de off. Proconf. & in d. l. fi fortè, de offic. Præfid.* tenet gl. Odofr. Fulg. & Eguinarius ibidem, vt fic Proconf. vel Præfes non priùs defignat in prouincia ius reddere, quàm fucceffor fedem ipfam Proconfulatus ingrediatur, licèt iam prouinciam attigerit. Quamuis verum fit, alios ita fentire, vt non per omnia fimilitudo fit inter hunc Præfectum, & Proconfulem; fed in hoc demum, vt in aduentum fucceſſoris vterque ius dicat, & adminiftret prouinciam. Proconful quidem dum in prouinciam venerit fucceffor, Præfectus Auguftalis dum venerit Alexandriam.

Secundò facit, & retorquetur † d. l. meminiffe, quæ pro contraria parte allegatur. Nam 18
quod ibi traditur, vfque ad fucceſſoris aduentum omnia debere Proconfulem agere, non de aduentu in prouinciam, fed in ciuitatem, prouinciæ caput, accipiendum eft; cùm ratio illius text. ea fit, quòd Proconfulatus vnus eft & quòd vtilitas prouinciæ exigat, effe aliquem, per quem negotia prouinciales explicent, quod vtique ad eum, qui in officio eft pertinere videtur,
vt ob prædictam rationem † in illo perduret, 19
& fi tempus fuæ adminiftrationis finitum fit, donec fucceffor actualiter eiufdem officij poffeffionem apprehenderit. Quod in minoribus, & maioribus iudicaturis obtinere, & in praxi feruari, in idque textu illum communiter adduci, tradit Guid. Papæ *q.* 501. *& conf.* 168. & alij relati ab Auiles *in cap. Prætorum, cap.* 5. *verb. Sufpendidos, n.* 6. *& feqq.* Molina *lib.* 1. *de Hifpan. primog. cap.* 25. *num.* 8. Idque adeò verum effe docet Romanus fingul. 395. idem Roman. & alij *in l. diem functo, de offic. affeff.* & latè Auiles *vbi fup. num.* 15. *&* 16. vt pro hoc tempore, quo vltra metas fui officij fedet poteftas, debeat quoque habere falarium: cuius doctrinæ rationem reddens Iacob. Bon-jour *in d. l. meminiffe*: *Non enim* (inquit) *finitum officium putamus, donec fucceffor locum adiuerit, provt & Bart. fenfit in l. legati, D. de offic. Proconf.* & idem docet Matienz. *in l.* 1. *gloff.* 21. *n.* 14. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recop.* & Bobad. *in Polit. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 23. vbi probat, etiam poft lapfum termini durare officium in perfona Correctoris, vfque ad aduentum, & notificationem tituli fucceſſoris, & adducit illud Cicer. ad Atticum: *Non putet nos Senatus, antè oportere decedere; quam nobis fucceffum fit.*

Tertiò, pro eadem fententia facit, quia quantumvis expresſè, & generaliter iura in contrarium allegata loquerentur, & per aduentum fucceſſoris in prouinciam, deceſſoris officium omninò expirare, dicerent, adhuc tamen intelligenda effent, fi fucceffor litteras fuæ prouifionis oftenderit, & illis præfentatis, & infpectis, folito modo, & loco, ad prouinciæ fibi commiffæ
gubernationem receptus fuerit; † nihil námque referiptum prodeffe fine præfentatione, 20
neque eius virtute auferri, vel conferri iurifdictionem, optimè fcripfit Bald. *in l.* 1. *C. vt lite pend. & in l. falfus, n.* 17. *C. de furt.* Hippol. de Marfil. *in l. fi quis, D. de quæftion. num.* 66. Puteus *de fyndic. verb. Officialis, cap.* 4. *num.* 2. *& feqq. & verb. Electio, cap.* 3. & Auiles *vbi fuprà n.* 5. 6. *& feqq.* vbi inquit, hoc in omnibus iudicibus, & adminiftratoribus procedere, & ita in aliis Regnis, & præcipuè in Hifpania feruari, & practicari,

practicari, quòd antequàm successor se præsentet in Concilio ciuitatis, & baculum accipiat, prædecessor iudicat, & negotia expedit, licèt successor sit in ciuitate, de qua praxi testantur etiam Curia Pisana *lib.1.c.13.n.6.* Auendañ *c.19. Prætor. n.18.* Simancas *de Repub. lib. 8. c.2. n.7.* Castillo *de Bobadilla in Polit. lib. 5. cap.1. num. 5.* & Curia Philip. *1. part.§. 3.num. 6.* Quinimò
21 † & iusiurandum de officio rectè gerendo, & administrando, præstare debet, nisi iam illud in manibus prouidentis præstiterit, quod ni fecerit, iurisdictionem exercere nequit, & nulla erunt quæcunque gerere attentauerit, vt disponitur *in l.3. tit.9. lib.3. Recop. l.1. tit.18. lib.5. & l. 8. tit. 2. lib. 7. Recop.* & tradit optimè Bald. *cons. 120. lib.4.* Auend. *in cap.Prætor.2. par.cap. 2.num.1. & 2. & 1. par.cap.19. n.18.* vbi inquit, quòd ante apprehensionem possessionis non habet quis ius quæsitum in officio, Paz. *in praxi 1. tom. 8. part. cap. vnic. num. 1.* & Castillo *vbi suprà num. 9.* Vincent. de Franch. *decis. 393. num. 4.* & plura de huius iuramenti formulis tradens Simancas *vbi sup.lib.7.cap.15.& 16.* Ego *sup. hoc lib. cap.2. num.9.* & ante omnes Angel. *in Auth. vt iudices sine quoq. suffrag. §. iusiurandum, collat.2.* dicens, quod potestas tunc habet iurisdictionem, non cùm ciuitatem ingreditur, sed postquàm iurat, & administratio sibi decernitur, & gloss. *in l. priuatorum, C.de iurisd.* vbi inquit, quòd habet iurisdictionem, licèt non effectum iurisdictionis, & Bart. *in l.ex vno 43. D. de milit. testam.*

Quartò facit, quia ne quis existimet, hæc, quæ proximè diximus, in minoribus iudicibus, & magistratibus procedere; † Legatos autem à
22 latere, & Proreges (de quibus loquimur) propter excellentiam suæ dignitatis, & immediatam Pontificis, vel Regis repræsentationem, à tituli exhibitione, & præsentatione excusari, atque adeò, illa omissa, posse habenas gubernationis suscipere, simulátq; in prouinciarum sibi decretarum fines ingressi fuerint; sciendum est, idem in eis, quod in aliis Magistratibus hac in parte obseruari. Nam licèt diu, & multùm controuersa fuerit illa quæstio, vtrùm Legatis de latere, & aliis Nuntiis Apostolicis de sua legatione, & commissione fides habeatur, quamuis eius litteràs non ostenderint? & affirmatiuam partem tenuerint plures, quos suprà retulimus. Contraria tamen longè verior & communior est, quam latè & optimè defendit Barbacia *d.tract. de Legat.q.1.n.5.* Speculat. *in eod.tit.§. superest*, Boër. *n.28.* Villadiego *q.6.num.15.& seqq.1.par.* Petr. Gambarus *lib.1.in princ. vers. Qualiter Legatus, n.1.& seqq.* & Marc.Anton.Cuchus *lib.2. maior. inst.tit.5.n.50.*

Qui omnes, & plures alij, quos referunt, concorditer tenent, Legatum, quamuis ingressus sit non solùm prouinciam, verùm & ciuitatem, seu locum, qui eiusdem prouinciæ sit caput, non priùs iurisdictione sua vti incipere debere quàm legationis suæ litteras in Curia Præsidis eiusdem prouinciæ manifestauerit, & de mandato sibi munere apud illum codicillos exhibuerit, & publicè intimauerit; nunquam enim Apostolicæ sedis moris fuit, absque signatis
23 apicibus vndecunque legationem suscipere, † *c.nobilissimus 97.dist.c.lectis,63.dist.l. prohibitum, C.de iure fisci,lib.10.* vbi Bart. & DD. idem Bart. & DD. per text. ibi *in Auth. de collat. §. eos, & in l.1.C. de superind.lib.10.* melior text. *in l. 1. C. de mandatis Principum*, vbi Imperator ait, nemini quicquam, nisi quod scriptis probauerit, esse credendum, neque vllius dignitate terreri, siue ille Tribuni, siue Notarij, siue Comitis præferat dignitatem, sed sacras semper, hoc est Imperiales, siue Regales litteras, esse quærendas. Quem textũ, cùm ita generaliter loquatur, Præfectum Prætorio, Præsidem, & Proconsulem, & etiam Cardinales ipsos comprehendere, aduertit Bart. & DD. ibidem. Et in terminis notat Barbacius *vbi sup. n. 7.* qui in fauorem huius opinionis plurima alia iura eleganter expendit, & contrariis argumentis respondet.

Ex quibus planè sequi videtur, † quòd cum neque Legati de latere, neque Proreges, de quibus sermonem instituimus, litteras, vel codicillos suæ dignitatis ostendant, quovsque ad locum perueniunt, in quo solemni & consueto modo recipiendi sunt, non debeant antè, neque possint, prouinciæ onus subire, etiam si illam ingressi fuerint. Maximè cùm praxis, quæ est optima legum interpres, hæc omnia auctoritate sua communiat, à qua facilè recedere non debemus, *l.minimè, l.si de interpretatione, D.de legibus*, cum vulgatis. De qua † nominatim in Proregibus loquentes, & Horoscij contrariam sententiam reprobantes, quam Carrascus malè, adeò securam putat, testantur Capicius *decis.151. n.7.* Vincent. de Franch. *decis 303. num.1.* Ponte *de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. §. 5. num. 21. & seqq.* Mastrill. *de Magistrat. lib.5. cap.6. num. 106. & seqq.* Marius Muta *ad cap. Regni Siciliæ tom.3. cap.8.pag.50. & seqq.* & nouissimè Dom. Valençuela *cons. 190. num.24. & seqq.* & Fontanel. *de pact. nuptial. 1. tom. claus.4. par.1. gloss.10. num.100. fol.153.* vbi allegat Ferrer. *in 3. par. obseruant. cap. 413.* & resoluit, quòd in Cathalonia, antequàm regimini muneris se immisceant noui Locumtenentes generales, iurare tenentur, & audire sententiam excommunicationis, existendo præsentes in eo Principatu, & non posse dici, interim dum hæc facta sint, locum esse prouisum. Et idem expresśiùs, loquens in Prorege Peruano, decidit schedul. an 1555. cuius statim mentionem faciemus, quæ tempus sexennij, quod assignat ad hoc officium, currere iubet: *Desde el dia que llegàre à la ciudad de los Reyes, y tomàre possession del cargo.*

Quæ si vera sunt, iam apparet, non posse decessorem, † antequàm successor possessionem 2
apprehenderit, ei officio cedere, & vt iurisdictione vtatur permittere, quemadmodum nec successor, semel receptus, poterit consentire, vt decessor, dum in prouincia moratur, officium, quo functus erat, exerceat, prout quosdam, dum se nimis vrbanos exhibere volunt, fecisse comperimus, vt præter alios ex *sup.* relatis, apertè docet Bobad. *d.lib.1.c.2.n. 23.* ibi, *De tal manera, que haria mal el Corregidor, si antes que el successor llegasse, dexasse el oficio, y administracion de justicia, y podria ser por ello sindicado*, vt per Amedæum & Auiles, quos ibid. allegat. Hæc 27
enim, quæ † publici iuris sunt, priuatorum placitis commutantur, *l.priuatorum, C.de iurisd.omn. iud.l.neque ex Prætorio, de reg. iur.* Et qui semel 28
† imperium, & potestatem accepit, non potest illud à se, nisi in manibus Principis, abdicare, *l. legatus, D. de off. Proc.* notat Specul. *d. tit. de legat. §.fin. n.6. vers. Quia si iste*, & Cuchus

d. tit.

d. tit. 5. n. 202. licet negare nolim, nec possim,
9 † prudentius, & vrbanius facturum Proregem,
qui successorem iam in prouinciam ingressum
sperat, si solum in negotiis necessariis, & quæ
celerem expeditionem desiderant, iurisdictio-
nem, quam habet, exerceat, prouisiones autem
officiorum, beneficiorum, & Commendarum, &
si quæ sunt alia eiusmodi, quæ dilationem pa-
tiantur, successori reseruet, vt eum sibi gratio-
rem & deuinctiorem habeat. Quod semper ma-
ximè curare oportet, & si fieri potuerit, non so-
0 lum ab officio, verum † & à prouincia discede-
re, antequam in eam successor adueniat, & con-
cursum cum eo vitare, qui ferè semper damno-
sus esse solet, & plures rixas, simultates, & dis-
cordias excitare, vt in Neapolitano, & Perua-
no Regno contigisse multis exemplis compro-
bari posset. Quamuis *caput 72. instruct. Proreg.*
& schedula ann. 1620. ex quibus formantur
l. 26. & 27. in summar. Recop. leg. Ind. lib. 4. tit. 3.
hunc concursum opportunum esse significent,
1 dum iubent: † *Que el Virrey que saliere entre-
gue al que le sucediere los despachos que tuuiere,
y le auise del estado de su execucion, y del en que
dexa las cosas del Reino: y el sucessor le comuni-
que à el las instrucciones que lleua*: quod tamen
etiam per scriptum commodè fieri potest, vt
plures Proreges fecerunt, quorum vtiles & sa-
tis prudentes ad successores animaduersiones
penes me habeo. Et ob has fortè contentiones
vitandas, & expensas populorum, edita fuit
2 schedula Regia, quæ iubet, † vt Prorex Perua-
nus per mare iter faciat, & per alteram nouio-
rem dat. Lermæ 5. Iulij ann. 1608. laudatur Dom.
Marchio de Montesclaros Peruanus Prorex,
quod per mare ex Paitæ portu ad Limam iter
fecerit: *Por escusar à los Indios y Españoles del
embaraço y gasto que en estas ocasiones se suele se-
3 guir.* Quod ortum habet ex text. † *in d. l. obser-
uare, §. ingressum, D. de offic. Procons.* vbi refertur
consuetudo Asiæ, in quam per mare Proconsu-
les applicare iubebantur, & inter vrbes matri-
ces Ephesum primam attingere.

Porrò licet hæc ita se habeant, quoad exer-
4 citium officij, † dignitas tamen, & ius ad illud,
adeo radicatur in nouo electo, post ipsam ele-
ctionem, vt etiam si ante adeptam possessionem
mori contingat Regem, qui eum elegit, adhuc
recipi debeat, absque noua iussione, siue confir-
matione successoris in Regno, vt de facto ha-
buimus Limæ in receptione Dom. Proregis
Marchionis de Guadalcaçar, pro quo allegaui
text, & gloss. *verb. Reputantes, in cap. 2. de offic.
legat. lib. 6.* vbi inquit: *Hoc procedere, quia or-
dinarius, & non delegatus*, text. & ibi Gregor.
Lopez, *verb. Mantenerlo, in l. 2. tit. 16. part. 1.*
Mier. *de maiorat. 4. part. quæst. 10. num. 45. & 6.*
& Pinel. *in Rubr. C. de rescind. 1. part. n. 31.* vbi
refert aliquos, qui contrarium tenuerunt, &
Azeued. per text. ibi *in l. vlt. tit. 1. lib. 2. Recop.*
Bobad. *in Polit. lib. 1. cap. 16. n. 51. & lib. 2. c. 20.
n. 38.* vbi reddit rationem, quod † Regia digni-
tas nunquam moritur, *l. proponebatur, D. de iu-
dic. c. quoniam Abbas*, & ibi DD. *de off. deleg.*
Ang. *in Auth. vt nulli iud. in princ. & §. hoc, c. 2.
de off. legat. lib. 6.* Bald. Alberic. & alij *in l. Iuris-
peritos, D. de excus. tut.* Bart. & Bald. *in l. de pu-
pillo, §. si quis ipsi Prætori, D. de noui oper. nun-
tiat.* Boer. *decis.* 149. *numer.* 11. Aluar. Valasc.
de iure emphyt. q. 34. num. 6. Gama *decis.* 353.
& Cabed. *decis. 20. num. 6. part. 2.* Mastrill. *de Ma-
gistrat. lib. 5 cap. 6. num.* 111.

Receptusque Prorex, † etsi in eius titulo ad 36
beneplacitum Regis officium habere dicatur,
quod perpetuitatem denotare solet, vt dixi *sup.
lib. 2. cap. 2. n.* 53. per sched. tamen dat Bruxel. 10.
Mart. ann. 1555. quæ extat *in 1. tom. impressar.
pag.* 237. & agit de electione Proregis Peruani
Marchionis de Cañete senioris, declaratur, vt
illud beneplacitum per sexennium intelligatur:
*Y que estos seis años corran, y se cuenten desde
el dia que llegare à la ciudad de los Reyes, y to-
mare la possession de los dichos cargos en adelan-
te*: & idem insinuatur in alia nouiori sched. 28.
Martij ann. 1620. directa ad Proreg. Peruanum
Dom. Principem Squillacens. quæ ei licentiam
præbens, vt in Hispaniam repedare posset, ait:
*Pidiendome licentia para que lo pudiessedes hazer
cumplidos los seis años, porque presuponeis fue
vuestra prouision.*

Quamuis nuper ann. 1635. post aliquas se-
rias consultationes Regium decretum expedi-
tum fuerit, vt in titulis, eiusmodi munera ad
triennium concedi dicantur, vt facilior, & iu-
stior remotio esse possit, si in eis Proreges mi-
nus bene se gesserint, cum è contrario si rectè
procedere comperiantur, & id expedire visum
fuerit, facilis sit prorogatio, siue continuatio,
alium successorem eis non dando, neque mit-
tendo, vt modo fieri videmus cum Excell. Pro-
rege Peruano Dom. Comite de Chinchon, qui
per decem, & plures annos illud laudabiliter
exercet. Quo in decreto videtur habitus respe-
ctus ad verba Cassiod. *lib. 7. in form. Præsidatus*
2. vbi postquam dixit, hanc dignitatem ad an-
num tantum concedi solere, & rationes huius
dispositionis expendit, sic subdit: *Sit in vestro
proposito administrationem vnius anni suscipe-
re: nostrum est, merentibus tempus augere, quia
non facile remouere cupimus, quos iustos esse
sentimus.*

Et sane triennij spatium exiguum est ad ex-
pensas, & tædia tot itinerum, & nauigationum
perferenda, & ad cognoscendas, & regendas tot
ac tam latas, vastasque prouincias, † cum Pro- 37
regnium Peruanum per mille, & plures leucas
in longum extendatur, & Mexicanum totidem
in aliquibus partibus dominetur, vt refert Her-
rera *in descript. Indiar. pag.* 46. Nec obstat quod
si in titulis † præfigitur tempus triennij, post 38
illud, officium expirare videtur, ex traditis à
Bald. *in dict. l. meminisse*, Guid. Papa, &
eius Additionat. *decis.* 501. Stephan. Gratianus
discept. 184. *num.* 46. & Bobad. *in Polit. lib. 1.
cap. 2. num.* 23. Nam illud procedit in iudici-
bus delegatis, Proreges autem sunt ordinarij,
vt supra retulimus, & ita etiam lapso consueto
officij tempore, illud vsque ad receptionem
successoris continuare possunt, etiam si pro-
rogatio ipsis missa non fuerit, vt tetigi *suprà
hoc capite numer.* 19. & aperte probant iidem
Auctores nuper citati, & eos referens Fon-
tanella *dict. gloss. 10. num* 99. & vel ipsa † Prin- 39
cipis dissimulatio in non mittendo successo-
re, ex vi dicti decreti, potest habere vim
prorogationis, quæ semper in eiusmodi maio-
ribus muneribus, & officiis amplexanda est,
† quorum grauitas summam experientiam, 40
& maturitatem requirit, quæ si crebro facile-
que mutentur, acquiri non potest, vt alias

obseruat Bodinus *lib.4. Repub. cap.4.* Simancas *lib.8.cap.37.* Petr. Greg. *lib.4.cap.4.* Bobad. plura circa hunc articulum adducens, *in dict. Polit. lib.1.cap.17.per totum*, Melchior. Iun. *in quæst. iurid. polit. quæst.26.* Canonher. *in aphor. polit. pag.251. & 276.* Delr. *in Adag. sacris 2. tom. pag.331. & 386.* vbi inter alia illud Tiberij
41 dictum expendunt, hirudines, † quæ multo sanguine hausto rumpuntur, quiescere; recentium morsus acerrimos esse. Et à Magistratibus prætereа nouis, noua consilia, nouas leges, nouos mores, noua instituta, noua edicta, noua iudicia, nouos ritus, nouas legis actiones, nouam denique rerum omnium faciem ad Rempub. permanare solere. Et in nostris terminis de Prorege Peruano loquens Matienz. *in tractatu manuscript. de moder. Regni Perù, 2. part.cap.1.*
42 vbi addit, † virum huic muneri destinatum, & in eo aptum vtilémque repertum, & expertum, mutari non debere, quin potius multis, ac magnis honoribus affici, & eius relationibus ma-
43 gnam fidem tribui, † & alias, de querelis, vel calumniis contra eum scriptas, respui, vel non lectas lacerari, vt olim Senatus Romanus fecisse legitur in accusationibus contra Quintum Metellum Numidiæ Proconsulem, vt refert Valer. Maxim. *lib.2. tit.de Magistrat. in princip.* & ipse idem Matienz. *in dialog. Relat. 3. part.*
44 *cap.52. num.10.* Et vt prudens factum † in Antonino Pio istud laudatur: quod factus Imperator, nulli eorum, quos Adrianus prouexerat, successorem dedit; eaque constantia fuit, vt septenis, ac nouenis annis in prouinciis bonos Præsides detineret, vt in eius vita refert Iulius
45 Capitolinus. Et † per quatuordecim detentus fuit in Proregnatu Peruano Dom. D. Franc. à Toleto, quod eidem Regno vtilissimum, & gratissimum fuit. Nam plenam eius cognitionem assequi potuit, ipsum fermè totum, quod nullus alius fecit, personaliter lustrando, visitando, ac bonis, & aptis legibus, & ordinationibus instruendo.

Cum autem, vt vidimus, Proregum officium
46 temporale sit, eo finito, † finiri quoque videntur ea alia omnia officia iurisdictionalia, quæ ipsi aliis minoribus officialibus virtute suorum mandatorum concesserint, nisi hi forte à Rege confirmationem impetrauerint, argum. text. *in cap. cum liceat, de præscript. cap. accessoriùm, de regul. iur. in 6.* & eorum, quæ in simili tradit Innoc. *in cap.1. ad fin. de maior. & obedient.* Bald. Afflict. Gam. Ant. Gab. Molina, & alij, quos pro hac opinione citat Cabed. *decis. Lusit. 21. p.2.* vbi in terminis Proregum loquitur, & ita iudicatum fuisse tradit post Capic. *decis.136.* Quod & Ego aliquando à nouis Proregibus factum vidi, qui stare noluerunt prouisionibus factis à suis decessoribus. Sed frequentius, securius, & vrbanius est, vt eas si alia iusta causa non interueniat, per consuetum tempus conseruent, & tueantur, vt modo ab Antonino Pio factum retulimus, & fieri debere latè probat doctiss. Barbos. *in l. quia tale, à n. 76. cum multis seqq. vsque ad fin D. solut. matr.* & Mastril. *de Magistratib. lib.5. cap. 6. n. 195. & seqq.* vbi benè distinguit inter officia ad certum, & limitatum tempus à Prorege concessa, vt hæc pro toto eo tempore conseruari debeant, secus si ad beneplacitum quoniam hæc, finito eius officio, expirabunt, iuxta Capicij & Cabedi sententiam, quæ de his intelligi debet. Sed nihilominus (vt dixi) ab his prouisionibus in fine officij abstinere debent, tum propter hoc periculum rescissionis, & indignationis sui successoris; tum maximè † quia semper est præsumptio contra ea, 47
quæ officiales faciunt in fine officij, quia eo tempore solent esse gratiosi, vt docet Anchar. inter consilia Calderin. *consil. 206. ad med.* Fulgos. *cons.106.n.2.in fin.* quos refert & sequitur Card. Tusch. *verb. Officialis, conclus.103.*

Vtrum autem ipsi Proreges morientes, vel 48
absentiam facientes, possint alios suo loco substituere, & relinquere, quousque de nouo Prorege à Principe prouideatur, inspecto iure communi disputari quidem poterat, ex traditis ab eodem Mastrill. *d.c.6.n.164.& n.176.* sed de iure nostro Indiarum expresse decisum est, vt hoc facere non possit, sed Regales Audientiæ in Proregali munere succedant, & defuncti, vel absentis vices gerant, & suppleant, vt latius dixi *suprà hoc lib. cap.3. ex num.47.*

CAPVT XII.

De Regio ac Supremo Indiarum Consilio, eiusque auctoritate, & iurisdictione, officiorum, legum, atque schedularum Regiarum consultatione, & promulgatione, & an, & qualiter in eo de Secundis Supplicationibus, Tenutis, & Violentiis Ecclesiasticorum iudicum cognoscatur;

SVMMARIVM.

1 *Regum Hispaniæ laus & gloria in Consiliis, & Consiliariis, per quos sua Regna gubernant.*
2 *Consilij, & bonorum Consiliariorum vtilitas, & necessitas, & de eorum qualitatibus, remissiuè.*
3 *Consilij supremi Indiarum creatio, institutio & laudes.*
4 *Gubernatio Indiarum qualiter administraretur ante erectionem Consilij earum.*
5 *Adam Contzen verba referuntur de laudibus, & bonis effectibus Consilij Indiarum.*
6 *Auctor refert tractatum, quem scripsit super præstantia, & præcedentia Consilij Indiarum.*
7 *Senatus Indiarum alia omnia præcedit in magnitudine, latitudine, diuitiis, & aliis prouentibus prouinciarum, quas administrat.*
8 *Consilium Indiarum est veluti pars, siue aula diuisa à supremo Consilio Castellæ, & eius iuribus, honoribus, & præeminentiis gaudere debet.*
9 *Tituli Regum Hispaniæ claudi solent sub inscriptione,* Hispaniarum, & Indiarum Rex, *& quare?*
10 *Consilij Indiarum auctoritas, potestas, & latissima iurisdictio perpenditur, & Auctores, qui de ea agunt.*
11 *Senatus Indiarum Supremus est, in causis sibi reseruatis, relatis ordinationibus, & Auctoribus hoc apertè dicentibus, & alia Tribunalia, & Iudices in eis inhibentibus, & num. seqq.*

12 *Præfectus*

12 *Prefectus Pratorio vrbis Romanæ, de quibus cognosceret, & qualiter ei assimiletur supremus Senatus Indiarum?*
13 *Senatus Indiarum, præ omnibus, de conuersione, & bona tractatione Indorum, & de rebus gubernationem tangentibus curare iubetur.*
14 *Euocatio, & auocatio causarum licèt Principi, & supremis Consiliis permissa sit, rarò tamen, & non nisi ex magna causa hoc facere debent.*
15 *Consiliarij Indiarum in ipsarum descriptione, historiis, & notitiis summa cura instrui debent, & ordinatio ipsius Consilij, quæ id præcipit.*
16 *Reipublicæ qui consulere vult, debet priùs ipsam noscere.*
17 *Consilium bonum dare non potest, qui non intelligit, id, de quo disputatur.*
18 *Imperatores prudentes qualiter semper habere solerent apud se breuiarium, siue laterculum Imperij.*
19 *Consiliarij debent esse Historiæ, Cosmographiæ, Philosophiæ, & aliarum scientiarum periti, ex Pineda, Osorio, & aliis.*
20 *Consiliarij Indiarum cauti esse debent in audiendis, & credendis relationibus, quæ ex illis prouinciis mittuntur.*
21 *Credulitas nimia semper damnatur, & est mater deceptionum.*
22 *Consiliarios Indiarum ex indigenis, vel ibidem versatis, eligi debere, sæpè tractatum est, & quare?*
23 *Senatus Indiarum proponit, & consultat Regi omnes Ministros, & Prælatos, ac Præbendarios, & alios Officiales illarum partium, sublata Camera, quæ olim ad hoc esse solebat in eodem Consilio.*
24 *Consiliarij Indiarum multum satagere debent pro bonis Ministris, & Prælatis Regi proponendis propriis affectibus, & vtilitatibus insuper habitis.*
25 *Vtilitas priuata multum solet officere publicis Consiliis, ex Plin. Sidon. Apollin. & aliis.*
26 *Consultantes indignos quodammodò pro eorum malè gestis tenentur.*
27 *Consiliarij quò plus Princeps de ipsis confidit, eò fideliores esse debent, & qualiter aliqui eum decipiant.*
28 *Diocletianus cur dixerit esse difficillimum benè imperare?*
29 *Imperator bonus, cautus, optimus, qualiter à malis Ministris vendi, seu decipi soleat.*
30 *Ministrorum & Magistratuum aptitudo & merita, non tam ex sanctimonia, quàm ex sufficientia ad munus gerendum æstimari debet.*
31 *Consiliarij quas qualitates in Ministris, quos Regi proponunt, attendere debeant, & an possint eligere dignum, omisso digniori?*
32 *Viri litterati consultandi sunt Principi, quia tenentur eos remunerare.*
33 *Celeritas in approbatione personarum, reprobatur à iure.*
34 *Celeritas, & ira impediunt recta consilia.*
35 *Magistratum ex sola sufficientia æstimandum, & eligendum asserit Plato, cuius verba referuntur.*
36 *Eligentes non saluant conscientiam suam eligendo illum, cuius plenam non habent notitiam.*
37 *Imperitos qui ad publica munera promouent, qualiter, & quibus exemplis reprehendat Persius, cuius carmina referuntur.*
38 *Consiliarij summa puritate, & Christiana libertate in consultationibus Principi faciendis procedere debent.*
39 *Principi non dulciora, sed optima sunt consulenda.*
40 *Consiliarij boni non debent Principem plùs timere quàm Deum, ex Apophtegm. Reg. Alfons. Arag.*
Veritatis causa supplicium pati melius est, quàm pro adulatione beneficium, ibid.
41 *Adulatio in Consiliariis Principum est species proditionis, detractionis, & calumniæ.*
42 *Principum votis resistere est rarum genus confidentiæ.*
43 *Vassallus quilibet qualiter debeat procurare bonum sui Regis, ex lege partitæ.*
44 *Consiliarius debet, quod sentit, dicere, etiam si videat se solum in sua sententia permansurum.*
45 *Præuaricatio est transire dicenda, vel quæ dicuntur neruosè, & efficaciter non effari, ex Plin. Iun.*
46 *Reipublicæ minus damnum affert malus Princeps, quàm mali Consiliarij.*
47 *Consiliarij debent memoriæ figere orationem Quinti Capitolini, quæ refertur, ex Tito Liuio.*
48 *Legum ordinatio supremo Indiarum Consilio commissa est, & qualiter in hoc Consiliarij se habere debeant?*
49 *Leges prouinciis Indiarum in communi aptas promulgare difficillimum est, & quare?*
50 *Leges proprias, & ab aliis diuersas vnaquæque prouincia requirere solet, & an detur lex, quæ possit vniuerso generi humano esse conformis?*
51 *Lunæ fabulam, quæ matri vestem petebat, qualiter applicet Plutarc. & alij ad difficultatem legum ferendarum in prouinciis, quæ quotidie mutantur.*
52 *Leges non proferri pro gubernatione Indiarum, sed satius esse omnia prudentis Gubernatoris arbitrio, & dispositioni relinquere aliqui censent, & quare?*
53 *Rex bonus melior est, quàm bona lex; & Magistratus lex loquens à Cicer. appellatur.*
54 *Leges & rescripta suorum prædecessorum qui Impp. Romani abolere tentauerint, & sibi arbitrium liberum in omnibus reseruare.*
55 *Magistratus legibus vinciendi sunt, & pauca & parua eorum arbitrio relinqui debent.*
56 *Leges sunt oculi Reip. & plura de earum vtilitate, & præcisa necessitate, remissiuè.*
57 *Leges plures, & seueriores in remotis prouinciis constitui debent, & quare?*
58 *Principum iussa in remotis prouinciis euanescunt, ex Contzen, Acosta, & aliis*
59 *Regna longè distantia difficulter bonam gubernationem admittunt.*

60 *Peccatum nullum esse quod ab Imperatoribus emendari non possit, vel vires eorum superet, dixit Nicetas, & an vere?*

61 *Senatus Indiarum semper prouidas aptas, & vtiles leges illis prouinciis dare curauit.*

62 *Prouinciæ Indiarum debent regi legibus Regni Castellæ in casibus speciali lege Indiarum aliter non decisis.*

63 *Regna, & prouinciæ aliis accessoriè vnitæ, & incorporatæ, ipsarum legibus, imo & consultationibus vti debent.*

64 *Ius municipale Indiarum frequentius per Schedulas Regias constitui, & expediri solet, quæ epistolis, vel rescriptis Roman. Impp. comparari possunt.*

65 *Schedulæ Regiæ, & rescripta, & epistolæ Principum, an, & quando ius generale constituant?*

66 *Schedulæ ad vnam Prouinciam, Proregem, vel Præsidem missæ, an, & quando in aliis pro lege recipi, & obseruari debeant?*

67 *Schedulæ directæ ad aliquem Proregem, vel Gubernatorem, etiam sub nomine proprio, ab eius successore in officio impleri possunt, & debent.*

68 *Antecessoris, & successoris persona, eadem in materiis officij, & implementi rescriptorum censetur.*

69 *Legibus nouis in consultandis, & constituendis summa requiritur maturitas, & quod an duraturæ sint, inspiciatur.*

70 *Leges vtiles quantum Reip. prosint? inutiles vel inconsultæ plus damni afferunt, quam homines occidere.*

71 *Leges etsi aliquando mutari, aut reuocari possint, id tamen non nisi raro, & ex vrgentissimis causis fieri debet.*

72 *Variatio in legibus, & in aliis Consiliis, tam in Principibus, quam in Consiliariis, valdè vituperabilis est.*

L. fin. C. de modo mulct. *expenditur, & illustratur, ibid.*

73 *Legum initia semper solent esse difficilia, & vindicta egere, sed postea vsu faciles fiunt.*

74 *Leges sunt similes medicinæ, ex D. Hier.*

75 *Leges nouas edere aliquando expedit, & putare, quod non omnia apud priores meliora, ex Tacito.*

76 *Leges super rebus, & negotiis Ecclesiasticis, qualiter soleant à supremo Consilio Indiarum expediri, & quam vim habeant.*

77 *Princeps sæcularis ad directionem, & meliorem executionem legum Ecclesiasticarum leges edere potest.*

78 *Verba* Ruego, y encargo, *in legibus, vel prouisionibus Principum sæcularium ad Ecclesiasticos directa, quam vim habeant?*

79 *Schedulæ, & iussiones Principum non oportet, vt in sui conclusione contra transgressores verbis insolitis excandescant, & notatur contrarius vsus, qui hodie increbuit.*

80 *Leges antiquæ contentæ erant transgressores earum hac tantum comminatione compescere,* quod secus factum erit, improbè factum erit, *& quare?*

81 *Indignationis Principis pœna quæ sit, & quando incurratur?*

82 *Senatus supremus Indiarum qualiter cognoscat de causis Commendarum Indorum, & de Residentiis, & Visitationibus iudicum? remissiuè.*

83 *Secundæ Supplicationis cognitio pertinet ad supremum Indiarum Senatum, & qualiter in eo practicetur diuersimode à supremo Regni Castellæ.*

84 *Audientiæ Indiarum declarare non possunt, vtrum sit, vel non locus gradui Secundæ Supplicationis, nisi vbi quantitas minor est quam quæ à lege requiritur, & ea interposita, acta originalia remittere debent, & num. 87.*

85 *Audientiis Indiarum remittitur arbitrium grauandi onere fideiussionis partem victricem, vbi à victa Secunda Supplicatio interposita est.*

86 *Superfluis cautionibus quis grauari non debet.*

88 *Secunda Supplicatio in litibus cœptis in Senatu Indiarum, omnino iuxta leges Castellæ, & earum praxim interponenda, & prosequenda est.*

89 *Senatus Indiarum an possit cognoscere de violentiis iudicum Ecclesiasticorum, in causis ad suam iurisdictionem spectantibus, vel in eis supremus Senatus Castellæ adiri debeat?*

90 *Tenutæ iudicium pro maioratibus Indiarum an in Senatu Indiarum agitari, & terminari possit? ad vtramque partem discutitur: & ardui casus referuntur, in quibus hæc quæstio ventilata fuit.*

91 *Leges ordinatoriæ non solent extendi de loco ad locum.*

92 *Sententiis supremi Senatus magna reuerentia debetur.*

93 *Senatui Indiarum absolutè competit nomen Consilij Regij, & per consequens eius effectibus gaudere debet.*

94 *Iurisdictio etiam delegata, & priuilegiata data vni Consilio, competit alteri, quod adinstar istius erigitur.*

95 *Maioratus Indiarum bene admittere videntur iudicium Tenutarium, vbi eorum prætensores in Hispania morantur.*

96 *Possessio ciuilissima, quæ ex l. 45. Tauri ipso iure transfertur in successores maioratuum Hispaniæ, etiam ad maioratus Indiarum extenditur.*

97 *Senatus supremus repræsentat personam Principis, & illius iurisdictionem habet.*

CAtholicorum, Potentissimorúmque Hispaniæ nostræ Regum gloria, & magnitudo cum in multis excellat, tum maximè etiam ab exteris, imo & inuidis nationibus, in eo laudari, & commendari solet, † quod pro singulis Regnis, diuino fauente auxilio, suo Imperio subiectis, lectissimos grauissimorum virorum Senatus, siue Conuentus apud se habent, quorum consilio ea omnia, quæ ipsorum Regnorum statui, tranquillitati, & vtilitati conuenire censentur, prouide, & opportune disponant: & subditos sibi populos in pace & iustitia contineant, vt late & optime tradit, & probat Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cath. cap.* 1

c.66. & de Magist. edict. lib.1. c.8. Pet. Nauarrete *in discurs. polit. c.1.* Ægid. Gonzalez Dauila Regius Chronista, non minus virtute & morum integritate, quàm omnigena eruditione conspicuus, *in Theat. magnit. Matritens. ex pag. 337. ad 519.* vbi omnes Senatus, & eorum institutionem sigillatim recensent, Nicol. Bellus, & Adam Contz. in locis statim citandis, Card. Palæot. qui Philipp. II. multis laudibus effert, *in tract. de sacri Consist. consult. 5. par. q.7. pag. 273. Quòd suam Monarchiam, pro summa Imperij potentia, & Regnorum amplitudine per varias Senatuum classes diuisam habet, vt nihil sit graue; quod non priùs cum selectissimis ordinum viris, pro rerum conditione, communicandum putet;* & Ego, qui pleniùs cæteris, tam de hoc, † quàm de necessitate, & vtilitate Consilij, & qualitatibus bonorum Consiliariorum, plura congessi, *in 1. tom. de Ind. iure lib.3. c.2. ex n.4. cum multis seqq.* quibus nunc addo Pet. Gregor. *lib.24. synt. c.1. & seqq.* Mag. Marq. *in Gubern. Christ. lib.1. c.5. §. 2. pag. 25.* Illustriss. Vlyssip. Acuñam *in notis ad cap. peruenit 1. dist. 84. n.5. pag. 712.* vbi probat, quantum oporteat prudentes consulere, & eorum consiliis obsequij, Canonher. *in aphoris. polit. 1. tom. pag. 270. & 271.* Gasp. Ensl. *in tract. de Consil.* Callist. Remir. *de lege Regia §.10. n.3. & seqq.* Melch. Iun. *in quæst. polit. ex q.7. ad 26.* Laur. Grimald. & nouiss. Ioan. Brant. *in tract. da opt. Senat.* Bobad. *in Polit. lib.2. c.6. per tot. & lib.1. c.17. in fin.* vbi partes & qualitates boni Præsidis exprimit, & Franc. Zipæum in tract. de Magistr. & Adam Contz. omninò legendum, *lib.7. Polit. c.7. cum multis seqq.* præcipuè *c.13.* cui titulum fecit: *Senatum idoneum legendum esse, eiusque leges; itémque de Consiliariis,* Nauarrete *discurs. polit. 1. fol. 25.* vbi refert notabilia verba Regis Alphonsi XI. quibus similia sunt illa Theod. apud Cass. *lib. 2. epist. 6. Deliberationis nostræ consilium virorum prudentum requirit obsequium; vt vtilitatis publicæ ratio sapientum ministerio compleatur.*

Inter cætera autem Consilia, plurimum va- [3] let, & emicat illud, † quod ad meliorem Indiarum Occidentalium gubernationem institutum est à D. Imp. Carol. V. 1. August. ann. 1524. in eius Præsidem electo D. Fr. Garsia de Loaisa Episc. tunc Oxomensi, posteà Cardinali, & Archiepiscopo Hispalensi, & Consiliariis, Mag. Fr. Lud. Vaca Episcopo Canariensi, Doct. Gundisaluo Maldonado, qui posteà fuit Episcopus Ciuitatensis; Doctore Did. Beltrano, Protonotario Petro Martyre de Angleria, Doctore Laurentio Galindez de Caruaial, & Fiscali Licent. Prato. [4] Nam anteà † res earundem Indiarum, tanquam Regno Castellæ accessoriè vnitarum, per Castellanum Senatum, vel aliquos graues viros ex eo selectos, dirigebantur. Quousque tot tantorúmque Regnorum vastitas, & immensa amplitudo, ac negotiorum moles, proprium (vt dixi) Conuentum, siue Consilium extorsit; vt latiùs patere poterit, ex his quæ tradit Ant. de Herrera *in hist. gener. Ind. decad. 1. lib.5. c. vlt. lib.10. c. 16. pag. 344. decad. 3. lib.6. c.14. pag. 261. decad. 4. lib.3. cap.10. pag. 70. & in descriptione,* quam post eiusdem *4. decad.* finem adtexuit *pag. 79.* cum multis seqq. vbi distinctè supremi huius Senatus erectionem, & ordinationem enarrat, & quot in eo vsque ad ipsius tempora Præsides, Senatores, Fiscales, & Secretarij extiterint, quod etiam præstat Ægid. Gundisal. *vbi sup. pag. 477. & seqq.* Gomara *in histor. Ind. 2. par. fol. 82. & 83.* Ant. de Leon *in tract. de confirm. Regiis, fol. 48. & 167.* vbi eiusdem Consilij peculiarem historiam promittit.

Neque latuit † Adamo Contz. *vbi sup. c. 10.* [5] *§.4. & 5. pag. 541.* vbi, postquàm cum Nicol. Bello nostrorum Regum curam in benè disponendis tot Consiliis, & Consiliariis laudauit, ad Consilium Indiarum speciatim sermonem conuertit; eiusque institutionem, & bonos effectus considerans, inquit, mediante tanti Senatus cura, & prouidentia, nunc res omnes adeo vasti ac remoti Imperij optimè constitutas esse. Nam Indorum libertati, & bonæ ac suaui tractationi plenè consultum est, omnium acta erroresque cognoscuntur, & iudicantur, præmioque, vel pœna compensantur, ciues omnes ita in officio continentur, vt cùm in Romano Imp. iam adulto, vix decennium sine pluribus seditionibus, conspirationibus, sociorumque expilationibus effluxerit, in Monarchia tamen Indiarum, tam longè dissita, tam latè fusa, in tanta occasione fœderum cum Barbaris, in tanta peccandi licentia, vix vllæ defectiones, aut tumultus auditi sint; exceptis illis ciuilibus Peruanis bellis, quæ breui Gascæi Licentiati prudentia composita fuerunt; & tandem concludit: *Hoc signum esse optimis legibus, virisque Regnum abundare, & hoc esse firmamentum Regni non modò potentissimi, sed etiam maximè ad Orientem, & Occidentem in diuersa sparsi. Quod omnia Visitatoribus, Scribentibusque ad Regem, & Regia Consilia, ita plena sunt, vt initia machinationum, & iniuriarum facilè opprimi, & auctores cognosci possint.*

Ego quoque † eiusdem Consilij Indiarum in- [6] stitutionem, & excellentias pleniùs cæteris prosequutus sum in tractatu, quem ann. 1629. typis excussi, pro defendenda, & adstruenda eiusdem præcedentia ad Senatum Flandricum, tunc nouiter constitutum, siue (vt eius Consiliarij contendebant) renouatum, aut instauratum: vbi latissimè probo, † tam ex multitudine, quàm [7] ex latitudine, diuitiis, fructibus, prouentibus, & vtilitatibus prouinciarum, quas regit, & administrat, non solùm Flandricum, verùm & alia excellere debere, cum ex his qualitatibus præcedentiæ, & sessionis prærogatiua metiri soleat. Necnon etiam ex eo, † quod sit veluti pars su- [8] premi Senatus Regni Castellæ, licet in aliam aulam ob meliorem, & commodiorem negotiorum expeditionem diuisus, atque ita illius iuribus, & præeminentiis gaudere debeat; arg. *l. Caius 88. §. vlt. ff. de leg. 2. l. inter tutores 37. D. de administ. tut.* ibi: *Nam diuisit tutelæ, quæ non iuris, sed iurisdictionis est, modum administrationi facit;* iunctis aliis, quæ tradit Bald. per text. ibi *in l. si vt proponis, C. quom. & quando iudex.* Grammat. *cons. 66. n.2.* Menoch. *cons. 711. n.54. vol.8.* Vincen. de Franc. *decis. 252. num.7. &* Ego *sup. hoc lib. cap. 3. ex num. 70.*

Quam Indicanæ Monarchiæ excellentiam, & magnitudinem satis insinuat † nostrorum Re- [9] gum inscriptio, qui vbi titulos excelsæ Maiestatis, qua Deo fauente fruuntur, in epitomen reducere volunt, satis habent, si se *Hispaniarum, & Indiarum Reges* appellent, quasi hæc vltima pars, reliquas alias vel æquet, vel superet, vt latè dixi & probaui *1. tom. de Ind. iur. lib.1. cap.... n.62. & seqq.*

Eademque † supremus Senatus earundem [10]

Indiarum gubernationi præpoſitus , ita eminet
& ſplendet,vt vel teſtante Herrera, Ægid.Gon-
çal. Dauila,& aliis ex ſup. relatis , eius iuriſdi-
ctio per 4900.& plures leucas extendatur, om-
nia quæ in terra ac mari geruntur in politicis
& militaribus,in pace,& in bello,in ciuilibus &
criminalibus comprehendens , & omnimodam
ſuperioritatem exercens in Præſidem & Audien-
tiam Regiorum , Officialium iudicum domus,
quam vocant *de la Contratacion de Seuilla*,claſ-
ſium onerariarum, & armatarum, ſiue præſidia-
riarum,quæ inde annis ſingulis ſoluunt,& ſuper
vndecim Audientias,ſiue Cancellarias Regales,
quæ eidem Senatui ſubiacent ; Regique noſtro
Opt.Max.prouidendos conſultet, atque propo-
nat tot Proreges,Præſides,Auditores,Guberna-
tores,Prætores,Correctores, Patronos,ſiue Cō-
mendatarios Indorum,& alios innumeros Offi-
ciales Rei Dominicæ, pacis ac belli, de quibus
ſupra loquuti ſumus. Et in ſpiritualibus vnum
Patriarchatum, ſex Archiepiſcopatus , triginta
duos Epiſcopatus, ducentas Dignitates, tercen-
tum & octoginta Canonicatus,totidemque Por-
tiones , & plurima alia valde pinguia beneficia
quæ ſigillatim recenſere velle, laborioſum eſſet.
Vnde damnandi, aut potius ridendi ſunt illi,
11 qui † hunc Senatum ſupremum eſſe , vel dici
poſſe in dubium vocare auſi ſunt.Cum certum
ſit,& vel ex ipſius ordinationibus euidentiſſimè
patens, in cauſis Indiarum eandem omnino au-
ctoritatem , & poteſtatem habere, quam habet
12 ſupremus Caſtellæ Senatus , eſſeque ſimile †
Præfecto Prætorio Romæ exiſtenti , ad quem
de omnibus prouinciarum Præſidibus, & Pro-
conſulibus appellationes deferebantur, de quo
vltra Scribentes *in l.* 1. *D.de off. Præf.Prat.vrb.*
eleganter agit Cuiac. per text. ibi *in l.quilibet,*
& in l.ne quis 38.*C.de Decur. lib.*10. nouiſſimè,
& eruditiſſimè noſter D.Franc. de Amaya in ſe-
lectiſſimis commentariis , quæ iam ſub prælo
ſubdant,ad tres poſteriores libros *in l. fin. C. de*
Canon. ſacrar.largition. & in ipſis noſtris termi-
nis Conſilij Indiarum loquens Simancas *de Re-*
*pub.lib.*7.*cap.*6. *n.*1.Paz *d.cap.*39. *num.*13.23. *&*
ſeqq. & Villadiego *in Polit.cap.*4.*fol.*77.ibi:*Por*
ſer, como es , ſupremo y Real Conſejo , para to-
dos los nogocios de las Indias , &c. Atque ita in
ordinat. 2. eiuſdem Conſilij ann. 1571. quæ
nunc nuper Regio domini noſtri Philippi I V.
decreto confirmatæ & renouatæ ſunt , ita ca-
uetur *: Porque los del nueſtro Conſejo de las In-*
dias con mas poder,y autoridad nos ſiruan, y ayu-
den à cumplir con la obligacion que tenemos al
bien de tan grandes Reinos y ſeñorios. Et nueſtra
voluntad,y queremos , que el dicho Conſejo tenga
la iuriſdicion ſuprema de todas las nueſtras Indias
Occidentales, deſcubiertas , y por deſcubrir , y de
los negocios que dellas reſultaren , y dependieren :
y para la buena gouernacion de ellas reſultaren , y
adminiſtracion de iuſticia , puedan ordenar , y
hazer con conſulta nueſtra las leyes,pragmaticas,
y ordenanças , y prouiſiones generales , y particu-
lares que por tiempo para el bien de aquellas Re-
publicas conuinieren. Y aſſimiſmo ver,y examinar,
para que Nos las aprobemos , y mandemos guar-
dar,qualeſquier ordenanças, conſtituciones,y otros
eſtatutos , que hizieren los Prelados , Capitulos,
y Cabildos , y Conuentos de las Religiones , y
los nueſtros Virreyes , Audiencias , Concejos , y
otras Comunidades de las Indias. En las qua-
les , como dicho es, y en todos los demas Reinos, y
ſeñorios nueſtros en las coſas , y negocios depen-
dientes de las Indias , el dicho nueſtro Conſejo ſea
obedecido , y acatado , aſſi como lo ſon los otros
nueſtros Conſejos : y que ſus prouiſiones , y man-
damientos ſean en todo , y por todo cumplidos , y
obedecidos en toda parte , y por todas qualeſquier
perſonas à quien fueren dirigidas. & in cap. 24.
earundem Ordinat. iubetur : *Que ningunas iu-*
ſticias donde eſtuuiere el Conſejo de Indias ſe
puedan entremeter à conocer de coſas de ellas.
Quod etiam obſeruari præcipitur per ſched.
ann. 1584. cum ſpeciali inhibitione *de los del*
Conſejo de Caſtilla,y Alcaldes de Corte. Y ſe de-
clara, que no puedan conocer, ni conozcan de ne-
gocios pertenecientes al Conſejo de Indias,por nin-
guna via,inſtancia , ni recurſo , ſino que ſe los re-
mitan ſi ante ellos vinieren. Y los Relatores y Eſ-
criuanos , ſiendo mandados por el dicho Conſejo,
vengan à el à hazer relacion de los negocios que
ante ellos paſſaren. Et idem oſtendunt plures
aliæ eiuſdem Conſilij ordinationes , & ſchedu-
læ, quæ videri poſſunt *in* 1. *tom. impreſſ. pag.*2.
& ſeqq. ex quibus formantur 42. leges *in ſum-*
*mario Recoppil.legum Indic. lib.*2.*tit.*2.quæ om-
nes illius poteſtatem,& auctoritatem oſtendunt,
& cauſas & negotia, quibus intendere,& occu-
pari debeat. Inter quæ † primo loco conſti- 1
tuuntur , quæ ad Indorum conuerſionem , &
bonam tractationem ſpectant , vt patet *ex or-*
*dinat.*8. *&* 9. omnino vidend. Secundo, quæ ad
meliorem gubernationem illarum prouincia-
rum ſpectant , & vt litteras & relationes , quæ
inde mittuntur,ſedulo legant , & reſoluant , &
quo magis his vacare poſſint, minus quam fieri
poſſit litibus inter partes cognoſcendis, & ter-
minandis inuoluantur , eaſque Audientiis &
Cancellariis relinquant, raro ac parcè, illas ad
ſe aduocantes, vel euocantes, vt diſponit ordi-
nat.56. Nam etſi hoc † ſupremis Senatibus 1
concedatur, ſic limitata *reg. l. vbi cœptum de iu-*
dic. non tamen niſi ex magna cauſa id facere
debent,vt latè non ſolum de Senatoribus , ve-
rum & de ſupremis Principibus loquens , pro-
ſequitur, poſt alios antiquiores,quos refert Re-
buff.*in tract.de euocat.cauſar.q.*6.*num.*57. *& q.*7.
*num.*66.Couar.*in pract.cap.*10. Auendañ.*in c.*10.
*Prætor.ex num.*2.Bobad.*in Polit.lib.*2.*cap.*16. *ex*
*num.*100.Pet.Surd.*conſ.*152. *num.*52.Tuſch.*lit.I,*
*concl.*87.Maſtrill.*de Magiſt.lib.*3.*cap.*4.*ex n.*122.
ad 130.Azeued.per text.ibi *in l.*6.*& ſeqq.tit.*14.
*lib.*4.*Recop.* Ant.Fab. omnino videndus , *in ſuo*
*Cod.lib.*3.*tit.*1.*diffin.*1. D.Ioan.del Caſtillo *lib.*3.
*controu.cap.*25.*ex n.*40.Dom.Valençuel. *conſ.*85.
per tot. vol. 1. *& conſ.*171. *ex num.* 12. *volum.*2.
vbi quod iniuria fit iudici , cui aufertur cauſa,
de qua cognoſcere cœpit , imo etſi alij conſu-
luntur de rebus,quæ ad ipſius munus,& curam
ſpectant, vt per Maſtrill.de Magiſtrat. *lib.*5.*c.*7.
*num.*5.*&* 6.
Et in hoc reſpicit , atque ex his primo loco
lucem infero *ordinat.*6. eiuſdem Conſilij , quæ
quoniam Senatores Indiarum in gubernatione
earum magis , quam in litibus occupari debere
agnoſcit, † ſummopere ab his requirit , vt in 15
earundem hiſtoriis coſmographia,deſcriptione,
& nauigatione inſtrui curent , ea reddita ratio-
ne, *Porque ninguna coſa puede ſer entendida , ni*
tratada , cuyo ſugeto no fuere primero ſabido de
las perſonas que de ello huuieren de conocer , y
determinar,

determinar, *&c.* quæ ſumpta videtur ex Cicer.
lib.1.de Rep. † *Ad conſilium de Republica capeſ-
ſendum neceſſarium eſt prius noſſe Rempublicam*,
& ex conſilio Platonis, quem refert Aluarad.
de coniect.ment.defunct.lib.1.cap.1.n.6. dicentis:
*Vnicum † principium debet eſſe his, qui bene con-
ſulere volunt,intelligere quid illud ſit, de quo diſ-
putatur,vel omnino aberrare neceſſe eſt.* Vndè
† prudentes quoſlibet Impp. apud ſe habere
ſolitos fuiſſe breuiarium Imperij,pluribus oſten-
dit Calliſt.Remirez *de lege Regia*, §.7. *num.*36.
& eandem neceſſitatem Hiſtoriæ, Coſmogra-
phiæ, & Philoſophiæ, in eis, † & in Conſilia-
riis, agnoſcit Pineda *de reb. Salom. pag.*133. *&
ſeqq.* Camill.Borrell. *de præſt. Reg. Cathol. c.*66.
num. 11. *&* 14. Cardin. Palæot. *de conſult. ſacri
Conſiſt.in concluſ.oper.*4. *memb.* Buſeus *de ſtatib.
homin.*1. *part.de Conſiliarior.ſtatu, cap.2.v. vir-
tus*, Bobad.*in Polit.lib.1.cap.1.num.*27. Matienz.
*in dialog.Relat.3.part.cap.9. num.*4 *&* 5. & ele-
ganter Oſſorius *lib.7.de Regis inſt.* ſic inquiens:
*In primis neceſſe eſt, vt Regis Conſiliarij ſint ma-
ximo ingenio præditi, bonis artibus inſtructi, longò
rerum vſu periti, & in hiſtoriis diligentiſſimè ver-
ſati, neque præſentia tantum ſagaciter odorantes,
ſed etiam longe in poſterum, quod vtile futurum
Reip. ſit,ſagaciter prænoſcentes,ac coniectura pro-
uidentes.*

Qui tamen Conſiliarij, † præcipuè noſtra-
rum Indiarum, multum cauere debent, ne faci-
les ſint ad credendas delationes, & relationes,
quæ ex iis ſcribuntur,quia ſæpe facile decipien-
tur, vt tetigi *ſup. hoc lib. cap.* 8. *num.*18. iunctis
aliis, † quæ de reprobatione, & damnis nimiæ
credulitatis tradunt DD. poſt text. & gloſſ.
ibi, *verb. Quamuis,in l.1. §.1. D. de eo per quem
fact.erit*, Tiraq.*de pœn.temp. cauſ.*51.*ex num.*26.
& de retract. conuent. §.4. *gloſſ.*6. *num.*7.Eraſm.
in Adag.Nemini fidas, Alciat. *embl.* 16. *& lib.*4.
parerg. cap. 8. Aurpach. *ſingul. allegat. cap.*40.
Silua *nupt. lib.* 4. *num.*55. *cum ſeqq.* Matienz. *in
dialog.Relat.cap.13.num.8.& 9.part.*3. Marquez
*in Gubern.Chriſt.lib.2. cap.6.pag.*24. Farin.*deciſ.*
101. *num.3.& 2.tom.crim.quæſt.*90. *ex num.*101.
Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſput.* 37. Azeued. *in
l.12.titul.23. lib.4. Recop.* 9. & gloſſ. *in l. ſi mea
cauſa,D.commod.* vbi nimiam credulitatem ma-
trem deceptionum appellat. Quamobrem † ſæ-
pè tractatum,& expediens iudicatum eſt, licet
nunquam præciſe deciſum,vt in ſupremo Con-
ſilio Indiarum aliqui Senatores eligi debeant
ex his, qui in illarum prouinciis nati ſint, vel
ſaltem in earum Audientiis commorati, plenam
ipſarum notitiam habere; & vbi opus fuerit,
præſtare cæteris poſſint, prout in ſimili conſu-
luit D.Bernard.ad Eugen.quem & alios ad idem
refert Feder.Fur. *in tract.de Conſil. & Conſiliar.
Princ. cap.* 4. *verſ. El tercero auiſo es*, Barthol.
Philip. *eod.tract. diſcurſ.*6. §.26. Cochier *lib.* 3.
*aphoriſm.polit.cap.*6.Tympius *in ſpecul. Princ.*2.
*part.ſign.*46.*num.*8.

Secundo, ex prædictis infertur, quod cum
† præcipua etiam cura eiuſdem Senatus India-
rum conſiſtere debeat in conſultandis, ac pro-
ponendis Regi noſtro Miniſtris omnis generis
Eccleſiaſticiſque Prælatis,ac Præbendariis,præ-
ſertim poſtquam ad totum ipſum Senatum ta-
les conſultationes redactæ ſunt, quæ antea per
ſolos Conſiliarios Cameræ ad hoc deſignatos
fieri ſolebant,vt notat Ant. de Herrera *d. deſcr.
pag.*92. Meritò in hoc † munere diligenter, vi- 24
gilanter, & fideliter exequendo, omnes ſtudij
ſui, & ſolicitudinis neruos intendere debeant,
publicis potius rebus, quam priuatis conſulen-
tes, vt eiſdem enixe iniungitur per ordinatio-
nem 30. & alias ſequentes eiuſdem Concilij in
nouiter impreſſis.Nam vt rectiſſimè inquit Plin.
Iun.*lib.7.epiſt.*18. † *Oportet priuatis vtilitatibus*, 25
*publicas, mortalibus æternas anteferre, multoque
diligentius muneri ſuo conſulere, quam facultati-
bus.* Priuatæ quippè res teſte Liuio *lib.* 21. ſem-
per offecere, officientque publicis conſiliis, &
vt dicebat Galba apud Tacit. *lib.1.hiſt.Peſſimum
veri affectus venenum ſua cuique vtilitas.* Vnde
(vt alia tradens bene aduertit Annæ. Robert.
*lib.2.rer.iud.cap.11.pag.*167.) iudicibus,qui talia
faciunt, hæc Sidonij Apollin. *lib.* 7. *epiſt.* 9. *ad
ad Græcum*, verba obiici poſſunt: *Parum in com-
mune conſulitis,& cum in conſilio conuenitis: non
tam cura publicis mederi periculis, quàm priuatis
ſtudere fortunis*; & deberet in memoria reuoca-
re, quod † quodammodo eorum facta præſtare 26
tenentur, pro quibus ſuffragium tulerunt, iuxta
illud Cicer. *in orat. pro Murana* ſtatim *in prin-
cip. Quod ſi in iis rebus repetendis, quæ mancipij
ſunt,is periculum iudicij præſtare debet, qui ſe ne-
xu obligauit;profecto etiam rectius in iudicio Con-
ſulis deſignati, is potiſſimum Conſul,qui Conſulem
deſignauit, auctor beneficij Populi Romani, defen-
ſorque periculi eſſe debebit.*

Et † quo plus Princeps de ipſis hac in parte 27
confidit, eo ſanctius, & vigilantius eidem aptos
Miniſtros proponendos eſſe,ne in illis verifice-
tur illud, quod Flauius Vopiſcus in Aurel. his
verbis ſcriptum reliquit: *Diocletianus † Prin-* 28
*ceps tam priuatus dicebat, nihil difficilius eſſe,
quam bene imperare. Colligunt ſe quatuor, vel
quinque, atque vnum conſilium ad decipiendum
Imperatorem capiunt. Dicunt quod probandum
ſit. Imperator,qui domi clauſus eſt,vera non nouit:
cogitur hoc tantum ſcire,quod illi loquuntur. Facit
iudices, quos fieri non oportet, amouet à Repub.
quos debeat retinere. Quid multa? Bonus,† cautus,* 29
optimus venditur Imperator. Apti vero Miniſtri,
non ſolùm ex virtute, aut morum ſanctimonia
æſtimandi ſunt,ſed magis † ex litteris, ſi de lit- 30
terarum miniſterio agatur,vel de prudentia, ex-
perientia,ac cognitione officij, cui deſtinantur,
vnde recte inquit Mariana in notis ad Acta
Apoſtolorum in electione ad Apoſtolatum, ſor-
tem diuinitus Mathiæ obtigiſſe, non Barnabæ,
licet hic *Iuſtus* vocaretur, *quia ad miniſterium
Apoſtolicum exercendum, non iuſtior, ſed aptior
requirebatur*, optimè Maſtrill. *de Magiſtr. lib.*2.
cap.1.num.66.& 67.

Et in hoc tendunt alia plura, quæ de † qua- 31
litatibus proponendorum, & de obligationibus
eorum,qui proponunt,& an,& quando tenean-
tur digniores præferre,vel poſſint eligere dignū
omiſſo digniori, tetigi Ego *ſuprà hoc tomo lib.*2.
*cap.7.num.8.& lib.3. cap.15.num.*66.& tradit in
noſtris terminis de Conſilio Indiarum agens
Fr.Ioan.Zapata Epiſcop.Guatemalenſis *in tract.
de inſtit.diſtribut.2.part.cap.6.per totum*,Fr.Ioan.
Marquez *in Gubern. Chriſt. lib.1. cap.*11. §. 4.
*pag.*128. Maſtrill.latè *d. lib.* 2. *cap.* 1. *per totum*,
P. Ioan. Ant. Velazquez *de opt. Princip. lib.* 4.
*annot.13.pag.*471.Illuſtriſſ.Vlyſſiponenſ. Acuña
*in notis ad c.quia ea,diſt.38.num.1. pag.*195 vbi,
† quod Principi ſunt proponendi, & conſul- 32

tandi viri litterati, quia tenetur eos remunerare,
33 re,& *in summa dist.24. n.1.pag.180.*vbi,† quod celeritas in approbatione personarum est de iure reprobata,inducitque suspicionem fraudis, vt per gloss. *in cap.fin.de elect.lib.6. verb.Celeritas,* Iacobat.*de Concil.lib.7.art.5. num.244.* Redoan.*de alienat.rer.Eccles.quaest.22.num.66.* Neque enim abs re dixit Thucydides apud Plutarc.
34 *in moralib.*† *Duo praecipuè sunt contraria ad benè consulendum & iudicandum, celeritas, & ira.* Et est videndus Bobadilla *lib.1.Polit.cap.3. num.4.*
35 & Plato *lib. 4. de legibus*, ibi: *Non † ideo Magistratus alicui dabimus,quod diues sit,aut huiusmodi quicquam possideat, aut roboris magnitudinem, vel generis claritatem, sed ei, qui positis legibus parebit maximè, & hac re caeteris in ciuitate praestabit.* Quibus consonat text. *in §. fin. Institut.de suspect.tutor.& in cap.bonae,el 2.de postul. Praelat.*
36 vbi Abb. *notab.12.* signanter inquit: *Quod † eligentes non saluant conscientiam suam,eligendo illum, cuius plenam non habent notitiam.* Quod recolit, & aliis ornat Mastril. *d.cap.1. n.68. & seqq.*Mag.Marquez *in Gubernat.Christ. lib.1.c.5. §.2.pag.25.*vbi inquit: *Que el Consejero ha menester mas ciencia, y experiencia, que cuerpo brioso,* & Bobad.*in Polit.lib.1.cap.7.&* 8.vbi tractat, *De la edad, presencia, y aspecto de los Corregidores.* & Ego eis addo Cornel.Gemmam.*de Natu.diuin. Charact.* qui inquit, eos qui imperitis
37 officia Reipub.conferunt,merito à Persio † reprehendi *satyr.5.*dum ait:

Non Praetoris erat stultis dare tenuia rerum
Officia, atque vsum rapidae permittere vitae.
Sambucam citius caloni aptaueris alto.
Diluis Eleborum, certo compescere puncto
Nescius examen,vetat hoc natura medendi.
Nauem si poscat sibi peronatus arator
Luciferi rudis, exclamet Melicerta perisse
Frontem de rebus.

Et non solum in officiis consultandis,verum & in reliquis negotiis, quae ad Principem referuntur (quae certe in hoc Senatu plurima grauissima, & interdum periculi plenissima sunt)
38 † eadem cura,fide,dexteritate,& Christiano ze-
39 lo,ac libertate vti debent,scientes,quod † Principi non dulciora,sed optima sunt consulenda, vt Solon dicebat apud Diogen. Laërtium, & quod vt Plin. inquit *lib.2. epist.9. Licet fides in praesentia, quibus resistit, videatur offendere;deinde illis ipsis suscipitur,laudaturque.* Vnde ille sapiens Rex Alphons.I. Aragonius, vt refert Anton.Panorm.*lib.4. comment.de reb.ab eo gest.* eos Consiliarios clarissimos sibi esse respondit, qui
40 † eum non magis timerent, quam Deum. Nam melius est pro veritate pati supplicium, quam pro adulatione recipere beneficium, *cap. nemo peritorum 81.11.q.3.* Paul.de Castr. per text. ibi *in l.1. vers.Nec eos, C. de statuis & imagin.* vbi
41 notat,† adulationem in Consiliariis Principum esse proditionis speciem. Cuius dictum sequi videtur Nicetas Choniatas *lib. 1. annal. in* Andron.Commen. dum ait, adulatorem pro detractore & calumniatore habendum esse; & pluribus ornat Simanc.*de Repub.lib.3.cap.13.* Gerson.*4 part.de remed.contra adulat. consid.7.* Panuin.*de visit. 2. part. quaest.10. num. 101.* Sebast. Medices, Vannozius, Harnisaeus, & alij, quos refert Dom.Valençuela *cons.99.num.76.& seqq. volum.1. & cons.162. ex num.49.volum.2.* & Ego

tom.1. lib.2. cap.1.in fine. Eòque respiciens Cassiod. *lib.8.var. cap.9.* inquit: *Rarum † confidentiae genus est, interdum resistere contra vota Principis.* Et *in Ecclesiast.cap.4.* dicitur: *Non esse verbum retinendum in tempore salutis, neque abscondendam sapientiam in decore suo.* Et *l. 1. tit.13. part.2.*tractans, qualiter † quilibet vassallus debet procurare bonum sui Regis,inquit: *Porende debe catar mui de lueñe las cosas que son à su honra, y à su guarda, y ser mucho ansioso à llegarlas, y acrecentarlas, y las que fueren à su daño desuiarlas,y tollerlas.* Quod adeo verum est,† vt in hoc insistere debeat, etiam si in sua sententia solus permaneat,vt per Palaeot.*de sacri Consist.consult.3.part.quaest.7.pag.128.*Nam vt inquit Plin.Iun.*lib.1.epist.20. Praeuaricatio † est transire dicenda, praeuaricatio etiam cursim, & breuiter attingere,quae sint inculcanda, & repetenda.* Et vt vno verbo rem claudam, ita se habere Senator debet, vt agnoscat, secundum sententiam Lampridij in Alexand. Seuero: † *Meliorem esse Remp. & prope tutiorem, in qua Princeps malus est, ea, in qua sunt Amici Principis mali. Siquidem vnus malus potest à pluribus corrigi; multi autem mali non possunt ab vno, quamuis bono, vlla ratione superari.* Et memoriae figat † illam elegantem orationem, quam apud Liuium lib.3. habuit Quintus Capitolinus cum Populo Romano effraenem in detrectandis Imperiis licentiam, & audaciam exprobrasset: *His ego gratiora dictu alia esse scio, sed me vera pro gratis loqui,& si meum ingenium non moneret, necessitas cogit. Vellem equidem vobis placere, Quirites. Sed multo malo vos saluos esse, qualicunque erga me animo futuri estis. Natura ita comparatum est, vt qui ad multitudinem sua causa loquitur, gratior eo sit, cuius mens nihil praeter publicum commodum videt. Nisi fortè assentatores publicos, plebicolas istos, &c.*

Tertiò, cum † legum ordinatio, quae ad 4 meliorem Indiarum gubernationem expedire videntur, eidem Senatui commissa sit, vt patet ex ordin. *2. suprà numer.12. relata, & ex 12. & seqq.* in nouiter impressis, in hoc quoque Consiliarij valde attenti, & circumspecti esse debent, ita vt eas tempori, & loco, siue prouinciae, ad quam diriguntur, adaptent. Nam in tanta, ac tam varia clymatum, gentium, regionúmque differentia, & distantia, † omnia omnibus aequè conuenire non 4 possunt, vt ipsae eaedem ordinationes praefantur, & dixi *suprà lib. 1. cap.4. numer. 92. & seqq. & cap. 14. numer. 19.* & plura salubriter hodie statuta, cras forte mutare expediet, vt prudenter aduertit P. Ioseph. Acosta, omnino legendus, *de procur. Ind. salut. lib.3. cap.4. pag. 289.* Bobad. *in Polit. lib. 2. cap. 10. numer. 6. & 33.* Callist. Remirez *de lege Regia, §. 11. numer. 26. & 27.* vbi probat, † leges 5 cuique prouinciae diuersas esse oportere, Andr. Gaill. *lib. 2. obseruat. 10. numer. 5. pag. 275.* vbi ostendit, ex locorum diuersitate, diuersitatem etiam iuris induci, Goldast. *in tractat. de maiorat. Elect. Imp. lib. 3. cap. 1.* vbi bene disputat, an aliqua lex per omnia vniformis in vniuerso genere humano constitui possit, text. optimus vbi DD. *in cap. 1. de constitut. lib. 6.* vbi probatur, lege generali diffiniri non posse, quod in variis, & diuersis prouinciis seruandum sit, eleganter Plutarch. relatus

relatus ab Eduard. Vestono in Theatr. vitæ *ciuil. lib.4.cap.12.*vbi † ex fabula matris Lunæ, quæ filiæ vestem petenti, eam denegauit, ob id quod cum semper in perpetuo motu, siue mutatione versetur, nequaquam percipiebat, quomodo vna tunica tot aduersis & diuersis formis aptari posset. Ad Rempublicam infert, quæ similes mutationes patitur, & concludit: *Ita omnino cum rebus in varias species se se componentibus, quo demum conuersationis certo filo, aut qua facie sit conueniendum, diffiniri, aut statui minimè poterit.*

Vnde non desunt qui existiment, in similibus casibus † satius esse, nullis scriptis legibus vti, sed omnia prudentis Gubernatoris arbitrio committere, qui ex temporum & locorum circumstantiis, quid probandum, & admittendum, quiduè reprobandum, ac prohibendum, deliberet, vt constat ex his, quæ in simili disputant Gregor. de Valencia 2. *tom. disp. 7. quæst. 5. de lege hum. punct.3. col. 793. & 794.* Salas *in eodem tract. de legib. disput.6. sect.2.pag.100.* Mag. Marq. *in Gubern. Christ. lib.1.cap.17.§.2.pag.101. & seqq.* Melch. Iun. *in quæst. politic. quæst. 86.* Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. cap.3.*
5 *num.86.* vbi probat, † quod Rex bonus melior est, quam bona lex. Quo forte respexit Cicer. *lib.3. de legib.* dum dixit Magistratum esse legem loquentem, legem autem mutum Magi-
5 stratum; & † aliqui Romani Imperatores, qui omnes leges & rescripta suorum prædecessorum abolere voluerunt, & ex solo arbitrio suo occurrentium negotiorum dubitationes decidere, vt de Caligula narrat Sueton. in eius vita, *cap.15.* cuius locum emendat, & nescio an recte, Alfons. Carrança *in disp. de partu, cap. 2. §. 1. num. 244. pag. 122.* & de Adriano Zipæus *de Magistrat. lib. 3. cap. 1. num. 5. pag. 163.* & de Macrino Iul. Capitolin. in eius vita, vbi legimus, decreuisse, omnia rescripta veterum Principum tollere, vt iure, non rescriptis ageretur.

Sed hoc tamen nunquam in quibuslibet Magistratibus, quantumuis grauibus, admissum
5 est, nec admitti debet, quia † vt supradicti Auctores aduertunt, & plenius cæteris Simancas *lib.4. de Repub. cap.18. & lib. 9. cap. 7.* Mastrill. de Magistr. *lib. 3. cap. 3. numer. 19. & seqq. & num. 138.* Adam Contzen *lib. 1. polit. cap. 23. n. 3.* Menoch. *de arbitrar. in princip.* Dom. Valençuel. *consil.90.n.21. & seqq. & cons.92. n.29.* Magistratus legibus vinciendi sunt, & non nisi
5 parua ipsorum arbitrio relinquenda. Sunt † enim leges Reipublicæ oculi, per quas rectus, æquus, & non titubans eius status cernitur, confirmatur, & dirigitur, vt inquit Imp. Leo *Nouel. 19.* & teste Aristot. *lib.1. Polit. cap. 12.* præstat eas dominari, quam vnum quempiam ex ciuibus. Qui enim legem imperare iubet, is Deum iubet imperare: qui vero hominem, belluam adiungit. Cui addere licet plura alia, quæ de præcisa legum in Rep. necessitate, tradit elegantissimè Cicer. pro Cluentio, & præter alios, qui de eis peculiares tractatus scripserunt, nouissimè Rithershusius ad Nouellas *ex pag. 120.* Afonleuille in Alphabet. *curiosit. 2. part. fol.105.* Canonher. *in aphorism 1. tom. pag.517.*

5 Quod † præcipue in remotis prouinciis curandum esse, recte monet Contzen *lib.7. Polit. cap.7.§.5.pag.537. in princip.* Exemplum in nostris Indiis adducens, quia in illis Principum † iussa euanescunt, & vt à Patria, ita quoque ab 58
æquitate recedere Præsides, & cæteri Magistratus solent, prout & grauiter tradit Acosta *vbi suprà pag.290.* Eman. Roderic. *in quæstion. regul. tom.2. quæst.99. art.4.* & de suis Indiis Orientalibus loquens Matteius *lib.12. circa fin. pag.303.* quorum verba retuli 1. *tom. lib. 3. cap.5. n.39. & seqq.* Et hanc difficultatem gubernationis † in Regnis longè distantibus præsensit D. Au- 59
gust. *lib.4. de Ciuit. Dei cap.15.* Soto *de instit. & iure lib.4. quæst. 4. artic. 2.* D. Thom. *de regimin. Princip. lib.2. cap. fin.* Sallust. Greg. & alij apud Chassan. *5. part. consid. 37.* Pelagius *de planct. Eccles. art.62. cond.6.* & Dom. Madera de excell. Hisp. *cap.9. fol.61.* Quamuis Nicetas ausus fuerit affirmare: † *Nihil esse, quin ab Imperatoribus* 60
emendari queat, nec vllum peccatum, quod vires eorum superet.

Quapropter † semper in hoc supremo Con- 61
silio curatum est, prouincias sibi commissas, iustis, sanctis, ac prouidis legibus, pragmaticis prouisionibus, epistolis, & instructionibus, rescriptis, ordinationibus, gubernare, provt res, & & vniuscuiusque prouinciæ qualitas, & necessitas postulare visa est, & hoc vltra † alias leges 62
Regni Castellæ, & Legionis, quibus etiam vti debent, in casibus, in quibus peculiaris aliqua Indiarum constitutio eisdem non aduersetur, vt expresse disponitur *in ordin. 14. Cons. Ind.* & in aliis 1. *tom. sched. impress. pag. 5.* Quæ ortum habent, ex vulgari illa Doctorum sententia, quæ docet, † Regna, & prouincias aliis accessoriè 63
vnitas, & incorporatas eisdem ac illas legibus gubernari. De qua latè per Bart. Bald. Castrens. & alios *in l. si conuenerit, la 2. § si nuda, D. de pignorat. act.* cum multis aliis, quos plene congessi *d. 1. tom. lib. 3. cap. 1. num. 47.* quibus nunc addo de nostris Indiis nominatim loquentes, Ioann. Orozcum *in l. 2. D. de legib. num. 7. pag. 138.* Burgos de Paz *in l. 3. Tauri num. 451.* Auendañ. *resp. 40. num. 7.* Ioan. Garcia *de expens. cap. 22. num. 22.* Barbosa *in l. hæres absens, §. proinde, D. de iudic. num. 143.* Tusch. *litt. V. conclus. 230. num. 22. & conclus. 242. num. 12.* Gratian. *discept. forens. cap. 9. num. 17.* Pereira *decis. 2. num. 1.* Sesse *decis. 113. num. 20. part. 2.* Milanens. *decision. 1.* Leon *decis. 2. num. 34. part. 1.* Gizarel. *decis. 43. numer. 23. & 29.* Azeued. *in l. 5. titul. 1. lib. 1. Recop.* Aguire *in Apolog. de Reg. Portugal. num. 55.* eleganter Claperius in centur. Fiscali, causa 1. *quæst. vnica. ex num. 13. ad 20.* Christop. de Paz *d. tract. de tenuta. cap. 39. num. 31.* D. Carrasc. *ad leg. Recop. cap. 1. n. 10.* D. Valenç. *consil. 146. n. 32.* vbi non solum in legibus hoc procedere docet, verum & in consuetudinibus, nam & hæ extenduntur ad loca nouiter parta, vel creata, & accessoriè vnita, *ex l. Seia, §. tyrannæ, D. de fund. instr. l. non tantum, §. libertibus, D. de excus. tut.* cum aliis, quæ ibid. adducit.

Frequentior † autem ordinum quoad In- 64
dias expediendorum modus, ad schedulas Regias redactus est, quas rescriptis, vel epistolis Romanorum Imperatorum comparare possumus, de quibus agitur *in toto titul. C. de diuers. rescript. l. 1. D. de constit. Princ. leg. vnic. C. de mandat. Princip. §* sed quod Principi, *Instit. de iur. natur.* Et non est dubium, quin † ex illis ius constituatur, tam ad 65
casum, quem specialiter decidunt, quam ad alium,

alium, in quo eadem ratio, eædemque circumſtantiæ reperiantur, vt ex eiſdem iuribus conſtat,& benè reſoluit Angel.per *text.ibi in l. item veniunt*, *§.pen.D. de pet. hæred.* Platea in *l.neque, C.de Decurion.lib.*10.*gloſſ.*& DD.*in cap.*1. ne ſede vacante, Lud. Gom. *in reg. Cancel.*2. *in proœm. pag.*13.Ioan.Gutierr.*in l.nemo poteſt,num.*391.*ad fin.D.de leg.*1. *Matth. de Afflict.* omnino videndus, *deciſ.* 128. *num. fin* Ioan. Garcia vbi ſup. Scribentes omnes *de verb.iur.*verb. *Reſcriptum*, & verb. *Epiſtolæ*, Burgos de Paz *in proœm. ad leges Tauri, num.*451.*& ſeq.*Sanchez *de matrim.* 1.*tom.lib.*2.*diſp.*31.*num.*6.Maſcard.*de probat.concl.* 626. & eleganter diſputans Mag. Marq. *in Gubern.Chriſt.lib.*1.*cap.*30.*fol.*186. & Dom. Valenç *conſ.*83.*num.*2. Bobad.*in Polit.lib.*2.*cap.*10. *num.*60.

66 Vtrum autem ſchedulæ, † quæ ad vnam prouinciam diriguntur,in aliis,etiam ſub diuerſis Proregibus,vel Gubernatoribus poſitis, ſeruari debeant,maior dubitatio eſt, inſpectâ præſertim earundem prouinciarum (vt diximus) diuerſitate, & varietate. Sed adhuc praxis recepit, & hoc iure conſtanter & meritò vtimur, quod quemadmodum de perſona ad perſonam in ſimilibus caſibus extenduntur, vt modo probaui, ita & de loco ad locum, vel de prouincia ad prouinciam, ſi earum conſtitutio, & finis, ſeu intentio, ad quam diriguntur, generalis ſit, & æquè in omnibus prouinciis obſeruari, & practicari poſſint. Adeò vt hoc procedat non ſolùm in ſchedulis fauorabilibus,ſed etiam in pœnalibus bonum, & fauorem publicum concernentibus.Et vt non ſit neceſſarium,quòd ad ſingulas prouincias ſeorſum dirigantur (quamuis hoc in eiuſmodi iuſſionibus frequentiſſimè fieri ſolet) neque vt ſint clauſæ, & incorporatæ in aliquo volumine talis iuris municipalis, vt contra Paul. Caſtrenſ. *in d.l.*1. *D. de conſtit. Princip.* & alios,has limitationes facientes, & admittentes, conſtanter docuit gloſſ. *per. text. ibi in l.* 4. *§. Diuus*, ibi: *Quia generalia ſunt reſcripta, D. de ſepul.violat.gloſſ.*verb.*Italiæ, in cap.*1.*de temp. ordin.lib.*6.& ibi Dominic.Bart. *in l.relegatorum,§. interdicere, num.*3.*D. de interd. & relegat.& in l. quemadmodum, C.de agric.& cenſ.lib.*11.*& in l.*2. *§.exercitum, D.de his qui notant. infam.* Bald. *in l.non ſine, num* 5.*C.de bon.* quæ liber. Iaſ.*in l.ciuitas, num.*7.*D.ſi cert.petat, & in l.*1.*num.* 13. *C. de ſacroſanct.Eccleſ. & in d.l.*1.*num.*7. *de conſtit. Princ.*Felin.*in cap.*1.*num.*8.*verb.Epiſtolæ, de probat.* Bart. Socin. *conſil.*44.*col.* 1. *vol.* 1. Paris de Puteo *de ſyndicat. verb. Officialis*, *el* 1. *num.* 14. Parlad.1.*quotid.cap.*10. *num.*5. *& lib.*2.*cap fin.*2. *par.§.*5.*&* 5.*par.§* 10. *num.* 16. vbi adducit bonum exemplum ſumptum *ex l.*41.*tit.*4.*lib.*3. *Recop.*cuius deciſio loquitur, *En el Adelantamiento de Leon*, & adhuc in tota Hiſpania practicatur, Paz *in prax.*4. *par.tom.*1. *cap.*4.*num.*2 Ioan. Gutier & plures alij *ex ſup.n.*62.*relatis*, Burgos de Paz *in proœm leg. Tauri, num.* 453. Azeued. omnino videndus, *in Rubr. tit.* 14. *de los Adelantados. lib.* 2. *Recop.* Ant Corſetus de poteſt. *Regia. quæſt.* 22.*num* 20. *in tom.*16. *tract.fol.*134. *col.*1.

Idemque dicendum in ſchedulis, vel epiſtolis ad aliquem Proregem, Præſidem, vel Gu-
67 bernatorem directis Nam † etſi nominatim cum eo loquuntur, adhuc tamen, niſi aliud exprimant, à quocunque, qui ei in officio ſuccesſerit, impleri & exequi poſſunt, & debant, v[t] expreſſè deciſum eſt per ſched dat. *Matr.* [...] *Decembr. ann.* 1583. quæ habetur 2. *tom. im[*]*preſſ.pag.* .09. & ex iuris communis regulis ſu[...]mitur, quæ docent, vnum ſemper,& idem cen[...]ſeri Tribunal, licèt iudicum perſonæ mutentu[r], *l. proponebatur, de iudic. cap. ſi gratioſè, d[e] reſcript.in* 6.*& reſcripta* † anteceſſoribus data cum ſucceſſoribus eorum etiam loqui vider[i], niſi ſpecialiter alicuius induſtria in aliquo peculiari caſu electa videatur, *cap. quoniam Abba[s] de off.delegat. vbi* DD. *cap. Paſtoralis, §. prætε[rea], de offic. ordin. cap. ſedes* 15. *de reſcript.* vb[i] Abb.Felin.*in Rubr.eod. num.*3. & alij, quos re[*]fert Molina *de iuſt.& iure,tract* 5. *diſp.* 2.*num.*6 Sanch. *de matrim.lib.*8.*diſp.*27. *à num.* 6. Morl[a] *in empor.iur.*1.*par.tit.*2. *quæſt.*21.*n.*6. Couarr. *i[n] cap.quamuis pactum,* 1.*par.§.*5. Menoch. *de arbitr.q.*68 *num.*25.Puteus *deciſ.*487.*lib* 2.& Man[*]doſ.*ad Reg.Cancell.*8.*q.*8. *&* 10. quamuis iam a[d] omnem difficultatem vitandam in omnibu[s] ſchedulis adiici ſoleat clauſula illa: *O la perſona à cuyo cargo fuerem eſſas prouincias.*

Et vel ob hoc, † ſumma, vt dixi, maturitas ſummumque conſilium in his ſchedulis expediendis, ſeu legibus ferendis debet interuenire quia vt rectè conſuluit Tacit. *lib.* 2. *hiſt. Omne[s] qui magnarum rerum conſilia ſuſcipiunt, æſtimar[e] debent, an id quod inchoatur, Reip, vtile, ipſis glorioſum, aut promptum effectu, aut certè non ar[*]duum ſit.* Et quemadmodum † leges vtiles plu[s] Reipublicæ proſunt quàm arma,ſecundùm Valer.Max.*lib.*2.*cap.* 9. *de cenſur.nota,§.*1. ita erroneæ, & inconſultæ plus damni afferunt, quàm homines occidere. vt grauiter inquit, & proba[t] Petr.Greg,*lib.*10.*de Rep. c.* 5. *num.* 18. & plur[a] alia de legum conſultatione, nouiſſimè, & doctiſſimè tradens P. Velazq. *de opt. Princ. lib.* 4 *annot.* 2. *pag.* 417. Neque huic malo obuiam itur ex earum mutatione aut reuocatione. Nam † etſi hoc non ſit vituperandum, vbi id tempus, & neceſſitas publica expoſcit, vt oſtendit cum aliis, Petr.And.Canonn.*in Aphor.polit.*1.*to[m.] pag.* 519.547.676. *&* 702. Ego ſup. *hoc tom. lib.* 2.*c.*30. *ex num.*64.ſemper tamen, quantum fieri poteſt, excuſandũ eſt, propter damna quæ inde ſequuntur, de quibus dixi plura *d.c.*30.*ex n.*99. Et tunc addo, † vel ipſam variationis notam eſſe valdè in Principibus, & in Senatoribus, quorum conſilio eiuſmodi leges fiunt,vituperabilem, vt pluribus probat Ioan. Cochier *in tract.de primar.precib.pag.* 19. Burgos de Paz in *proœm.leg.Taur.num* 283. Calliſt.Remir. *de lege Regia,* §.11.*n.*31.latè & eleganter D.Valenç *d. conſ.*83. *num.*123. nouiſſimus Peror. *in tract. de conſtant. in abdicat. Magiſtr. cap.* 21. *text. opt. in l. fin. C. de mod.* mulctar. ibi: *Aut erubeſcenda variatione iudicij pro arbitrio proprio immutandum eſſe, quod iuſſerint, l. quod iuſſit* 14. *D. de re iud. l. ex libero* 15. *D. de pœn.* Nam † quamuis legum initia ſemper aliquam difficultatem oſtendant, atque adeo & vindicta commendentur, vt ſacræ Scripturæ exemplis doctè probat Mag. Fr. Ant. Perez in Pentatheu. *de fid. act. Apoſt. pag.* 58. poſtea tamen vſu faciles fiunt., & ſunt ſimiles † medicinæ, quæ omnis, vt inquit D. Hier *lib.* 2. *in Hierem.* habet ad tempus amaritudinem, ſed poſtea fructus doloris, ſanitate monſtratur: & teſte Tacit.2. *annal.* † *Omnia, quæ nunc vetuſtiſſima*

ſima creduntur, noua fuere; inueteraſcet hoc quoque, & quod nunc exemplis tuemur, inter exempla erit. Nec omnia apud priores meliora; ſed noſtra quoque ætas multa laudis, & artium imitanda poſteris tradet.

Sed quoniam ſolent ſæpè in eodem Conſilio plures ſchedulæ ad † Eccleſiaſticos dirigi, & ſuper negotiis Eccleſiaſticis expediri, circa eas notare oportebit, leges quidem Principum ſecularium Eccleſiaſticis poſtponendas eſſe, vt piè, & doctè, poſt alios, aduertit Petr. Greg. *lib.3. de Rep.c.7.n.5.* Anguian. *de legib.lib.2.contr.c.14.* Noſtros autem Piiſſimos Reges, ſupremúmque ipſorum Indiarum Senatum, ſe aliquando his negotiis immiſcere, virtute Bullarum Apoſtolicarum, & vniuerſalis Patronatus Eccleſiaſtici, quod in eiſdem Indiis exercet, de quo latè egi *ſup. lib.3. c.2. & 3.* ita tamen, vt nunquam in eiuſmodi materiis aliquid circa ſtatuta iuris Pontificij, & S. Concilij Trident. mutent, aut nouent, ſiue diſponant, ſed potius vt ſubditos ſuos ad meliorem, & ſinceriorem ipſarum Eccleſiaſticarum ſanctionum dirigant, & adſtringant, ipſáſque coadiuuent, & ſuâ auctoritate communiant. Quod † abſque dubio, & ſemoto omni ſcrupulo facere poſſunt, vt tandem agnoſcit Anguian. vbi ſup. Georg. Cabed. omninò videndus, *deciſ. Luſit.87. par.1. pag.95.* & eleganter P. Suar. *de legib.4. c.11.n.11. & in tract. de immunit. Eccleſ. lib.4. c.2. n.10.* Et hoc adeò verum eſt, † vt quamuis in dictis ſchedulis loqui ſoleant, non per verbum *Mandamos*, ſed per verba *Rogamos y encargamos*, adhuc ſub inobedientiæ pœnis impleri ab Eccleſiaſticis debeant, vt, poſt alios, obſeruat Bobad. *d. lib. 2. cap.10.n.60.cap.16.n.90.& cap.18.n.63. & 139.* Nam talia verba, vt ipſe inquit, præceptum inducunt; & Legiſlatori, quod fieri non vult, tantùm prohibuiſſe ſufficit, vt aliàs ait Imp. *in l. non dubium, C. de legib.*

Quod notare etiam oportebit, pro cenſura cuiuſdam praui ſtyli, qui his temporibus in dictis ſchedulis frequentatur, † quatenus Princeps ad ipſarum obſeruationem multis pœnis inſurgit, & multis verbis hortatur, & aliquando indignationem minatur. Nam hoc in ſched. antiquis non ita frequens erat, quæ vbi maximè aliquid ſtringere volebant, ita cauere ſolebant: *De lo hazer aſſi me tendrè de vos por bien ſeruido, y de lo contrario por deſſeruido.* Quod mihi ſufficere videtur, & ad imitationem antiquorum
8 Imperatorum inductum, † qui reſcriptorum ſuorum tranſgreſſionem ſub hac tantùm comminatione prohibebant: *Quod ſecus factum fuerit, improbè factum erit*; vt Liuius teſtatur de lege Valeria loquens, & adiiciens: *Hoc ſatis validum vinculum legis viſum fuiſſe, vt tum pudor hominum erat.* Et recolit Scipio Gent. *in tract. de ſecund. nupt.c.6.pag.34.* ad idem expendens *l. & ſi quis 14. §.* Diuus autem Martius, *D. de relig. & ſumpt. fun.* cui addere licet text. *in princ. Inſt. de fideic. hæred.* ibi: *Sed ſola fide, & pudore eorum, qui rogabantur, continebantur*, iunctis aliis, quæ
8 adducit noſter Ant. Pichard. ibid. *n.2.* † Indignationis autem Principis pœna quæ ſit, & quando incurratur, latè poſt plures alios, quos refert, tradit Farin. omninò videndus, *1.tom. crim.q.19. n.34.* & Menoch. *de arbitr. caſ.320.nu.5. & caſ. 365.n.4.*

Quartò, ob eandem ſuperioritatem, ſiue ſupremam poteſtatem eiuſdem Conſilij, de qua ſuprà loquuti ſumus, ad eum priuatiuè in prima inſtantia remitti iubentur, tam in poſſeſſione,
quàm in proprietate, † cauſæ omnes, quæ Com 82
mendas Indorum concernunt, & mille ducatorum quantitatem in reditibus annuis excedunt, vt latè dixi, & tractaui *ſup. lib.2.c.28 & 29.* ex quibus, quæ ad hunc articulum pertinent, peti poterunt. Et etiam Reſidentiæ, & Viſitationes Gubernatorum, Correctorum, & Auditorum, iuxta ea, quæ habes *ſup. hoc lib.c.8.* Aliæ verò lites, vt etiam dixi *ſup. hoc c.n.14.* Regalibus Cancellariis in Prima & Secunda Inſtantia terminandæ relinquuntur, & ſolùm ad dictum Sena-
tum † per viam Secundæ Supplicationis aditus 83
patet. De qua quidem Secunda Supplicatione in communi, & pluribus quæſtionibus vtilibus, & practicabilibus, quæ ſe ſe circa eam offerre ſolent, in noſtro Promptuario, Deo dante, latiùs agemus, circa *tit.20.lib.4. Recopil.* Nunc verò ad eius praxim in ſupremo Conſilio Indiarum calamum contrahendo, animaduerto, de ea reperiri plures ſchedulas Regias *in 2. tom. impreſſ.pag.49.& ſeqq.* ex quibus, & aliis nouioribus, formantur 13. leges *in ſummar. Recop. leg. Indic. lib. 4. tit. 15.* & iuxta earum deciſionem, & ſignanter obſeruata à Paz, omninò videndo, *in ſua praxi tom.2.7. par. cap. vnico, ex num.51.* Villadiego *in Polit. c.4. nu. 237. fol.77.* & Ioan. Hæuia in Curia Philip. *5. par. § 5. Segunda Suplicacion, ex pag.779. ad 787.* Hæc tantum, quæ ſequuntur, notanda ſe offerunt. Primum quòd in Audientiis Indiarum, interpoſita Secunda Supplicatione, non ſuperſedetur executioni, provt in Hiſpania, quin potius Regales Audientiæ poſſunt ſuas executorias expedire cum fideiuſſione, vel ſine ea, provt ſibi de iure viſum fuerit, per ſchedul.19. *April. ann.* 1583. Secundum, quòd in cauſis poſſeſſoriis nunquam admittitur Secunda Supplicatio; vt diſponit *l. 13. Imp. Carol. V.* inter editas *ann.* 1542. Tertium, quòd vt ſit locus Secundæ Supplicationi in cauſa proprietatis, proprietas decem mille aurea pondera olim tangere, vel excedere debebat, licèt nunc ſufficiant, *Seis mil peſos enſayados de à 450. marauedis cada vno*, quæ efficiunt octo millia ducatorum, vt habetur *in ſched. & ordinat. d. ſummar. l. 1.* Quartum, quòd qui apud Audientias Indiarum Secundam Supplicationem interponit, debet coram Rege ad eam proſequendam comparere, & ſe præſentare intra metam vnius anni à die notificationis ſententiæ; quod tamen poſteà per ſchedul. *dat. Matr. 24. Sept. ann.* 1621. ita temperatum eſt, vt annus hic vtilis ſit, hoc eſt, *Que corra deſde el dia que ſe hiziere à la vela la Flota; ò Armada, que de la tal Prouincia ſaliere para eſtos Reinos*, & pariter, meo iudicio; excuſari debebit ſupplicans, ſi alia iuſta impedimenta probauerit, qualia ſunt ea, quæ in ſimili recenſentur, & admittuntur à Paul. I.C. *in l. qui commeatus 14. D. de re milit.* Quintum, in Supplicationibus Secundis Indiarum, ſupplicans releuatur à pœna, & fideiuſſione mille quingentarum duplarum, vt diſponitur in ſchedul. & ordinat. antiquis, & nouiſſimè per *d. ſchedul. 13. Febr. ann.* 1620. ibi: *Y en quanto à las doblas que pone la ley de Segouia, no ſe haga nouedad en los pleitos de las Indias, ſino que ſe guarde la coſtumbre que haſta aqui ſe ha tenido de no lleuarlas*: ea fortè ratione, vt

facilior

facilior esset hic recursus ad Regiam personam de Audientiis Indiarum. Quod tamen, quia operabatur vt multi Secundam Supplicationem iniustè, & friuolè interponerent, cautum est nuper per schedul. *Matr.* 30. *Mart.ann.*1629. vt pœnam mille ducatorum incurrat, qui in causa, in qua ita supplicauerit, succubuerit, tertia parte Regiæ Cameræ, tertia litiganti, alia tertia iudicibus applicata.

84 Non † tamen permittitur dictis Audientiis directè, neque indirectè declarare, vtrum sit locus Secundæ Supplicationi, vel non, sed quomodocunque pars illam interposuerit, debent processum originalem ad Senatum remittere, eius copia, supplicantis expensis, ibidem retenta, & à partibus citatis ad comparendum in dicto Senatu, vt dispositum fuit per *cap. epist. Matrit.*17. *Ianuar. ann.* 1611. ad Limensem Audientiam scriptæ, quod refert aliam sched. idem iubentem, dat. Ventosillæ 26. *Maij ann.* 1608. & damnat stylum eiusdem Audientiæ, quatenus, vbi sentiebat locum Secundæ Supplicationi non esse, acta originalia dare, vel remittere recusabat, & solum copiam concedebat, citata ad eam deducendam aduersa parte, non autem ad prosecutionem supplicationis. Per quam ta-
85 men epistolam non tenentur † Audientiæ, partem, quæ sententiam obtinuit, fideiussionis onere grauare, siue iustè, siue iniustè Secunda Supplicatio interposita fuerit, hoc enim, vt antea, iudicum arbitrio relinquitur, vt supra dixi per sched. *ann.* 1583. quæ refert idem obseruari in Regalibus Cancellariis Pintiana, & Granatensi, & casus omissus remanet in dispositione iuris communis, *l. si verò*, §. *de viro*, *D. solut. matr. cum*
86 *vulgat.* † Superfluisque cautionibus noua lege expressè eas non requirente, aut iubente, quis grauari non debet, *l. hæc stipulatio* §. *Diuus*, *D. vt legator.* quam bene explicat, & ornat Vincent. de Franch. *decis. Neapol.* 8. *n.* 2. quod notandum censui, quia Limæ acriter super hoc articulo disceptatum fuit in causa D. Marianæ de Vlloa, vxoris D. Ant. Cabrero, cum D. Maria de Sotomayor & Moscoso, super quadam Commenda de los Guambos. Per nouiorem tamen sched. *dat. Matrit.* 7. Iunij *ann.* 1621. permissum vide-
87 tur: † *Que donde claramente constare, que no ai valor para Segunda Suplicacion, no la admitan las Audiencias*, ex qua schedul. designatur *l.* 7. *in d. summar. Recop. leg. Ind. lib.* 4. *tit.* 15. Et quid dicendum sit de Secunda Supplicatione in causis cœptis ante iudicem generalem bonorum defunctorum dixi *sup. hoc lib. cap.* 7. *n.* 14. *& seqq.*

Atque hæc sanè ita procedunt, & practicantur in litibus cœptis in Cancellariis Indiarum, de quibus Secunda Supplicatio interponitur.
88 Cæterum † si cœptæ fuerint in eodem Indiarum Senatu, vt aliquando contingit, tunc quia in suo genere supremum est, & æquale supremo Consilio Castellæ, vt supra probaui, pœna mille quingentarum duplarum etiam contra Fiscum, & reliqua omnia ad vnguem obseruari solent, & debent, quæ leges Regiæ disponunt, & præcipiunt *in d. tit.* 20 *lib.* 4. *Recop.* & ita quotidie practicatur, & expressè ex ratione supremitatis, siue superioritatis dicti Consilij, agnoscunt Suar. de Paz *in d. c. vnic. num.* 58. & Villadiego *d. cap.* 4. *fol.* 77. vers. *Y en las causas graues que se commençaron en el Consejo supremo de las Indias, &c.*

Quintò, ex eadem eiusdem Consilij præstantia, & superioritate, infero, † ad illud, & non ad Regium Senatum Castellæ per viam violentiæ recurrendum esse in omnibus causis, & negotiis res Indicas tangentibus, quæ in Hispania tractari contigerit, in quibus Illustriss. Nuntius Apostolicus, siue alius quilibet iudex Ecclesiasticus, litigantes grauauerit. Nam *in cap.* 4. *ordin. d. Consilij*, & in sched. 14. Iul. ann. 1561. quæ habetur *in* 1. *tom. impress. pag.* 3. apertè cauetur: *Que no puedan ser inhibidos del Consejo Real de las Indias por ningun juez Eclesiastico en los negocios que trataren; y puedan para ello despachar las prouisiones necessarias, y las ordinarias para arçar las fuerças en los pleitos de Indias, de que en estos Reinos se conociere*: quæ schedula posterior fuit cuidam actui *anni* 1555. qui reperitur inter acta Consilij Castellæ, *act.* 18. *fol.* 6. vbi dici videtur: *Que su Magestad à consulta del Dotor Ribera mando, que el Consejo de Indias no se entrometa à conocer de fuerças.* Nam hoc nescio quo prætextu, vel occasione dictum fuerit. Illa vero schedula in contradictorio iudicio obtinuit in causa cuiusdam Licentiati Montani, & per Consilium Cameræ, vt in eius margine dicitur, & magna cum deliberatione edita fuit, & præcisam obseruationem suæ decisionis iniungit: *Al Presidente, y los del nuestro Consejo Real de estos Reinos, y a los Presidentes, y Oidores de las nuestras Audiencias, y Alcaldes de Corte, &c.* Id quod absque dubio esse videtur, cum hic idem recursus in partibus Indiarum concessus sit Regalibus Cancellariis quæ eidem Consilio subordinantur, vt dixi *sup. hoc lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 35. *& seqq.* iunctis pluribus, quæ de vi & potestate argumenti de minori ad maius, & à maioritate rationis congerit Aluar. de Velasco *in axiomat. iur. litt. A. num.* 462. *& seqq.* Sed nihilominus cum eiusmodi casus raro in Hispania contingere soleant, & anno *superiore* 1636. causa verteretur super bonis, & spolio cuiusdam Equitis Hierosolymitani D. Ioan. Guiral, qui virtute cuiusdam fideiussionis, Indiarum Senatui, cuiusdam summæ debitor erat, & Dom. Nuntius Apostolicus in ea se immiscuisset, Senatusque eius Notarium ad faciendam relationem vocari iussisset, tam ipse Notarius, quam Dom. Nuntius hoc, veluti rem nouam, recusarunt, & Regium Castellæ Senatum adeuntes, de nouitate questi sunt, & in illo, & non alibi, relationem faciendam esse, allegarunt, & intentarunt. Quod cum ibidem plausibiliter receptum esset, quasi in hac Curia Regia nullus alius Senatus pro eiusmodi violentiis adiri posset, tandem competentia iurisdictionis formata fuit, & in graui consessu ad tales causas decidendas designato, in fauorem Consilij Indiarum, prout iuris & rationis erat, declaratum. Eius partes strenuè defendente, & prædicta, & alia doctè allegante, Dom. D. Laurentio Ramirez de Prado, ex Equestri Militia Diui Iacobi, eiusdem Senatus dignissimo Consiliario, cuius sæpè in his Commentariis mentionem feci, qui pariter solita dexteritate respondit ad tex. qui in contrarium nimis ponderabatur de *l.* 1. *cap.* 9. *titul.* 2. *lib.* 9. *Recop. Donde se manda, que las fuerças de las causas del Consejo de Hazienda se vean, y determinen en el de Castilla.* Nam id ex eo procedit, quod hæc duo Consilia pro vno, atque eodem censentur,

censentur, vt ex eorundem ordinationibus constat, & ideo electi ad Consilium *de Hazienda, y Contaduria* iurant in supremo Senatu Castellæ, & commixtos Senatores habent, & antea vnus tantum Fiscalis in vtroque Senatu deseruiebat, quæ omnia non ita procedunt in Consilio Indiarum. Et acta dictæ competentiæ reperies in eius ordinationibus nouiter impressis post finem tabulæ.

Sextò, & vltimò, ex eisdem principiis inferri potest decisio ad aliam quæstionem, quam mouet, & disputat Christoph de Paz *d. tract. de tenuta, c.39. per tot.* Videlicet, † an in dicto supremo Consilio Indiarum, iudicium, siue remedium Tenutæ, de quo agit *l.9. & 10. tit.7. lib.5. & l.5. tit.19. lib.4. Recopil.* intentari & terminari possit, pro maioratibus in prouinciis earundem Indiarum institutis, & constitutis, quorum Prætensores in Hispania forte resideant, & sui iuris probationem incontinenti offerant, vt saltem intra tempus quinquaginta, vel octoginta dierum in dictis legibus assignatum. Quæ quæstio primum mota fuit in emergenti causa Ducatus de Veraguas *ann.* 1578. & nunc nuper *ann.* 1635. maiori studio ad incudem reuocata, in alia, super Marchionatu del Valle, inter Excellentiss. Ducem & Ducissam de Terranoua pro vna parte, & Marchionem de Fromista ex alia: & in vtroque casu plures doctissimi, & integerrimi Iudices ex vtroque Consilio Castellæ, & Indiarum assignati fuerunt, & dictum Remedium in dictis Maioratibus, & in dicto Consilio Indiarum locum non habere tandem maiori suffragiorum numero pronuntiarunt, & partes litigantes ordinarij possessorij iure experiri debere declararunt. Moti (vt apparet) ex fundamentis, quæ adducit Paz *d.c.39. ex n.5. ad 22.* quæ omnia in id tendunt, quod dictum remedium extraordinarium sit, & per illas leges dumtaxat Castellæ Senatui concessum, vt ipsarum verba ostendunt, quæ absolutè & geminatè dicunt: *En nuestro Consejo, En el nuestro Consejo*, quod per anthonomasiam, & ex ipsorum Legislatorum intentione pro Castellano accipiendum videtur, provt & DD. de hac materia tractantes communiter intelligunt, præcipuè Molina *lib. 3. de primog. c.13. n.1.* ibi: *In Regio, ac summo Regnorum Castellæ Senatu*: alter Molina *de iustitia & iure, tract.2. disp.637. & 638.* Couarr. *in pract. cap.23. num.8.* & Gutierr. *lib.2. pract. quæst.88.* ibi: *In Regio, ac supremo Castellæ Consilio*; & ibi: *Vt determinatio supremi Consilij, &c.* Necnon eo, quod angustiæ temporis ad quas dictæ leges hoc remedium reducere voluerunt, & rationes quibus nituntur, maioratibus adeo distantibus, & in partibus ita remotis probationem requirentibus, aptari posse non videntur, nec de loco ad locum extendi, † cum ordinatoriæ sint, & non decisoriæ, iuxta communem distinctionem Bart. *in l. cunctos populos. num. 15. & 1. C. de summ. Trinit.* Gregor. Lopez *per text. ibi in l.15. tit.14. part.3.* cum aliis late adductis ab Alderano Mascard. *in tractat. de statut. conclus.7. num.157. & 74.* Palad. *lib.2. quotid. cap. fin. part.1. §.11. num.13.* & Grassis *de effect. clericat. effect. 2. num. 125.*

Sed sine præiudicio rei à tot, ac tantis Patribus iudicatæ, † cui summa semper reuerentia debetur, *l. filius, D. ad leg. Cornel. de fals.* ibi: *Sic inueni Senatum iudicasse*, cum aliis traditis ab Afflict. *decis. 96. num. 11. & decis. 383. num.8.* Menoch. *cons. 501. num.34. lib.6.* Honded. *cons. 61. numer.1. lib. 1.* Peregrin. *consil. 5. num.3. volum.2.* Caualcan. *decis.44. num.1. part.1.* Gama *decis.33. num.2. & decis.228. num.1.* Vincent. de Franc. *decis.81. n.2. part.1.* & Ego latè *in 1. tom. lib.2. c.24. n.67.* Si quis voluerit pro contraria parte certare, decem non inefficacia argumenta reperiet apud eundem Christ. de Paz *d. cap.39. ex num. 23. ad 36.* Quibus licet respondere conetur ex eodem num. vsque ad eiusdem capitis finem. Semper tamen vrget, & vrgebit, Indiarum Consilium esse, & fuisse supremum ab origine suæ erectionis, vt sæpè in hoc capite dixi, & à Consilio Castellæ ob commodiorem causarum expeditionem sed cum eadem tamen potestate, & auctoritate diuisum. Et ita in causis sibi tangentibus Consilij quoque appellatione absque dubio venire; licet dictæ leges de solo Castellano, de quo tunc meminerunt, loquutæ videantur. Nam † cum Indico 93
omnia iura, & effectus Consilij, & quidem supremi competant & conueniant nulla est ratio, cur ab eiusdem nominis comprehensione excludatur, *l.1. §. quod autem, D. de alea lusu*, Surd. *cons.308. num.3. l.4. §. toties, D. de damn. infect.* cum aliis late traditis à Tiraq. *in l. si vnquam, verb. Libertis, num.2.* Honded. *cons.105. n.13. lib.1.* Cephal. *consil. 149. n.14.* & Franc. Beccio *cons.57. n.1.* Et vt daremus, non fuisse à Castellæ Senatu separatum, neque eius partem reputari debere, sufficeret, quod adinstar illius creatum fuerit, & veluti in eius locum subrogatum ad causas sibi commissas, vt † omnis illius iurisdictio, 94
tam ordinaria, quam ratione officij delegata, & etiam priuilegiata concessa esse videretur, vt latè, & doctè docent & probant Abbas *in cap. verum, num.9. de foro competenti*, Felin. *in cap. eam te, num.17. de rescript.* Oldrad. *consil.300. per totum*, Decius *cons. 128. à num. 1.* Barbos. *in l. quia tale, num.1. D. solut. matrim. & in l. si longius, in princip. num.44. D. de iudiciis*, Menoch. *consil. 158.* Suarez *de legibus lib. 8. cap. 15. à num. 1. & num. 9. & seqq.* & Sanchez *de matrim. lib.8. disp.2. n.10.* Maximè cum subiecta materia nullam contineat repugnantiam, nam † li- 95
cet maioratus in Indiis constituti esse dicantur, si tamen qui eorum successionem prætendunt, in Curia Regis existunt, & in ea litigare volunt, & probationes intra tempus tenutis præfixum sufficienter præstare, quid vetat, quominus in proprio suo Consilio audiantur, & hoc tenutæ remedio concesso vassallis Regum Castellæ, & Legionis fruantur? & iure, ac legibus istorum Regnorum iudicentur, quas ad prouincias eis accessoriè vnitas pertinere *sup. cap. præc.* abundè probauimus. Quemadmodum ad easdem, absque vlla hæsitatione, aut declaratione extensa fuit decisio *l. 45. Tauri*, quæ est *l. 8. titul. 7. lib. 5. Recopil.* & de transferenda ipso iure per legis ministerium ciuili possessione in vocatum ad successionem maioratus pertractat, quæ possessio est basis & fundamentum tenutarij iudicij, quod postea ad meliorem Taurinæ legis executionem à D. Imper. Carolo V. *ann.* 1543. introductum fuit, cum iam antea ab *ann.* 1524. Consilium Indiarum creatum fuisset, vt supra retulimus, cuius si tenutariæ leges specificam mentionem non fecerunt, ea forsan de causa fuit,

fuit, quia de maioratibus Indiarum non meminerunt, vtpotè ita distantibus, & rarò contingentibus, vt eorum successores in Curia Regia ad litigandum concurrant, tempore quo vacare contigerit, *l. nam ad ea*, cum vulgatis, *D. de legibus.* Vel quia satis habuerunt Consilij nomen indefinitè exprimere, quod etiam in Consilio Indiarum verificari potest, cum eius ordinationes ita sæpe illud appellent, atque designent: *El dicho nuestro Consejo tenga la iurisdicion suprema de todas las nuestras Indias.* Sub qua concessione, quilibet casus, seu gradus cognitionis, & iurisdictionis quantumcumque magnus, & arduus excogitari possit, comprehenditur, cum per eam Princeps ipsum Senatum sui loco constituere videatur † & ille propriam Principis personam, & iurisdictionem repræsentet, ex traditis à Carol. de Grassal. *lib.* 1. *Regal. Franc. iure* 12. Afflict. *decis.* 120. *num.* 6. Craueta *consil.* 144. *n.* 20. Roland. *consil.* 70. *n.* 17. *lib.* 1. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 5. *c.* 8. *& decis.* 261. *n.* 2. Griuel. *decis.* Dolana 72. *n.* 25. *Ponte de potest. Proreg. tit* 12. *n.* 18. Cabed. *decis.* 212. *n.* 1. & Azeued. *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop. gloss.* 1. *num.* 2.

LIBER QVINTVS.

IN QVO DE REGALIBVS INDIARVM.

CAPVT I.

In quo de Metallis, Salinis, Thesauris, Vectigalibus, Tributis, Pœnis, Commissis, Officiis vænalibus, & aliis iuribus, & reditibus Regiis Indiarum tractatur. Et de Officialibus, & Ministris, eisdem colligendis, administrandis, & calculandis præpositis.

SVMMARIVM.

1 *Spacium laxum res magna desiderat.*
2 *Metallum vnde dicatur, & quid hoc nomen significet, & comprehendat? & Autores qui de metallis scripsere.*
3 *Metalla omnia ex sulphure, & argento viuo procedunt.*
4 *Lapidicinæ regulantur ex natura metallorum.*
5 *Metalla viuere, & animam vegetatiuam habere, vt plantas, aliqui tradunt, qui referuntur.*
6 *Metalli vox comprehendit omnia, quæ sub terra effodiuntur.*
7 *Margaritas metallum esse, & metalli appellatione venire, tradit Alphons. Carrança, qui reprobatur.*
8 *Margaritarum natura, & creatio, remissiuè.*
9 *Margaritæ, & qualibet alia pretiosa, quæ ex mari extrahuntur, sunt de Regalibus.*
Res Fisci est, vbicunque natat ibidem.
10 *Hispania abundat metallis, præcipuè auri & argenti.*
11 *Indiæ Occidentales, & præcipuè regio Peruana, multis, & ditissimis metallis, aurique, & argenti fodinis abundant.*
12 *Reges Hispaniæ, vel ex confessione aliarum nationum, sunt absoluti domini diuitiarum totius orbis, & in eis Romanos excedunt.*
13 *Diuitiæ immensæ quæ ex Indiis Occidentalibus in Hispaniam asportatæ sunt? ex relatione variorum Auctorum, & quæ per incuriam nostram ad extraneos effluxerint?*
14 *Potosiensis Argenti fodina sola quot milliones reddiderit?*
15 *Regum Hispaniæ diuitias inexhaustas appellat Marchatius, & quare?*
16 *Euphormionis, siue Barclaij mendacium conuincitur, dum mendaces esse Hispaniæ diuitias dicere audet.*
17 *Monarchia Hispaniæ quantum incrementum acceperit ex accessione, & diuitiis Indiarum Occidentalium.*
18 *Argenti nomine in Perù, & alibi aurum, & aliæ diuitiæ comprehendi solent.*
19 *Mineræ, & metalla omnia sunt de Regalibus, & non veniunt in generali concessione.*
20 *Metallorum, & thesaurorum inuestigatores sunt vtiles Reip. & fauendi, & quare?*
Metallarij sibi ipsis damnosi, pauperes, & sordidi esse solent, & alios diuites faciunt, ibid.
21 *Metallariis plura priuilegia concessa sunt, & concedi debent.*
22 *Metallorum, & fodinarum inuentores quid fisco præstare debeant de iure Communi, Regio, & Indiarum?*
23 *Mineræ omnes in Indiis ab omnibus quæri, & laborari possunt, quinta parte metallorum Regi præstita, & reseruata, & aliquando decima, vel vicesima, ex priuilegio.*
24 *Indos quintam partem omnium rerum Regi Hispaniæ præstare, quo sensu dixerit Ioan. Metallus.*
25 *Decima Ecclesiastica debetur Regi in Indiis ex metallis, licet eam non exigat.*
26 *Quintum ex metallis Regi absque vlla expensarum deductione præstandum est, & quare?*
27 *Metalla veniunt fructuum appellatione.*

28 Metallorum iura, & vectigalia, quæ apud varias nationes persoluuntur, & qualiter mineræ sub hoc onere primo occupantibus acquirantur? remissiuè.

29 Quintum debetur etiam Regi ex margaritis, smaragdis, & aliis gemmis Indiarum.

30 Mineræ omnes Indiarum priuatis relictæ sunt, excepta argenti viui Huancauelicæ, quæ in Regia Corona incorporata est.

31 Huancaualicensis argento viui fodina quo pacto à Rege metallariis fruenda concedi soleat?

32 Pactum vt metallarij, Regi, & non alij sub iusto pretio metalla, quæ extraxerint, vendere cogantur, validum est.

33 Fiscus in metallis, & salinis habet priuilegium; vt ea pro iusto pretio sibi sumere possit, & cæteris emptoribus præferatur.

34 Salinæ omnes vbique ad Regalia Principum pertinent, & quid in Indiis?

35 Salinæ Peruanæ communes esse iussæ sunt, & quare?

36 Thesauri, & bona vacantia, & pro derelicto in naufragiis, vel alibi habita sunt de Regalibus, & qualiter applicentur de iure communi, Regio, & Indiarum.

37 Thesauri reperti in adoratoriis, vel sepulchris antiquis Indorum, qualiter acquirantur, & diuidantur?

38 Monumentis, & sepulchris vasa aurea, & argentea, vestes, & alia pretiosa inferre Indorum, & aliarum gentium mos fuit, & an id facere peccatum sit, & Auctores qui de hoc agunt.

39 Sepulchra mortuorum etiam infidelium aperire ad quærendos thesauros in eis reconditos an liceat? & Auctores qui de hoc agunt.

40 Sepulchra maiorum suorum aperiri, & excauari Indi dolebant, & quid de thesauris in eis reconditis senserit Episcop. Chiapensis, & Domin. Arumæus, & alij.

41 Huacas, vel sepulchra Indorum aperire, & diuitias ibi reconditas extrahi posse, quibus conditionibus permissum sit, vel permitti possit?

42 L. omnia 5. C. de paganis, l. 3. §. si in locis, D. de iure Fisci, & §. thesauros, Inst. de rer. diuis. ponderantur, & illustrantur.

43 Cassiodori elegans locus expenditur pro licentia quærendi thesauros in monumentis, cessante cadauerum iniuria.

44 Dom. Arumæus notatur, pro graui nota, qua Hispanos inurit ob thesauros, quos quærunt in sepulchris Indorum.

45 Romani plurimos Iudæos euiscerarunt ad quærendum, & extrahendum aurum, quod in visceribus condidisse putarunt.

46 Tributa Regiæ Coronæ incorporata ex Comendis Indorum efficiunt aliud Regale Indiarum.

47 Nouenas duas decimarum partes habent in Indiis nostri Reges, & sched. de eis agentes.

48 Alcauala vectigal quo iure, & qualiter ad Indias extensum sit? & num. seqq.

49 Priuilegium non soluendi vectigal, quod dicimus Alcauala, alicui concessum, an eidem in Indiis seruandum sit?

50 Alcaualæ in Indiis suauiter exigi iussæ sunt, & per ciuitates administrari, & in capita reduci, siue por encabeçamiento.

51 Lucra vera Principis sunt, quæ vassalli læti offerunt, & durationem promittunt, ex Cassiod.

52 Portorium, siue ius delos Almoxarifazgos, est de Regalibus, & quale sit, & qui de illo agant?

53 Almoxarifazgo vox quid significet, & vnde deriuetur?

54 Almojarifazgo de las Indias magnos reditus pendet, & quotidie augetur, & leges, & sched. Regiæ, quæ de eo agunt.

55 Almoxarifazgo vectigal pro tuitione maris, & nauigationum Regi præstatur.

56 Aueriæ, vectigal quid sit, vnde dicatur, & quare institutum? & sched. de eo agentes.

57 Damna quæ merces in nauigatione recipiunt, cur dicta fuerint Auerias?

58 Mercium traiectitiarum valor quomodo æstimandus sit ad solutionem vectigalium de Almoxarifazgo y Auerias?

59 Merces iuxta regestum æstimandæ sunt, & non nisi ex causa ad hoc aperiendæ, euoluendæ, & intrinsecus inspiciendæ, & quare?

60 Mercatura, & negotiatio tam terrestris, quam naualis Reipub. vtilissima est, atque adeo magnis semper fauoribus, & priuilegiis donata, & donanda.

61 Nauigantes non debent vexari, nec nimis affligi à publicanis, dum portus appellunt, ex Cassiod.

62 Publicani, & alij officiales vectigalia maritima, vel terrestria exercentes, & exigentes semper crudeles, & tyranni reputati sunt ex Cicer. D. August. & aliis.

63 Mercatores semper student in fraudandis Regis iuribus, & vectigalibus, & qualiter eis obuiam itum sit? & num. seqq.

64 Merces multæ, arma, & aliæ res pretiosæ exportari prohibentur ratione publicæ vtilitatis. Et de legibus, & schedulis Regiis, quæ de eis agunt.

65 Aurum, & res pretiosæ à barbaris nationibus erui debent, non ad illos exportari, ex Cicer. & aliis.

66 Mercium traiectitiarum professio seu regestum, quare, & qualiter fieri à nauigantibus debeat?

67 Regestum, vulgò Registro, quid significet, & vnde dicatur?

68 Visitatio nauium, & mercium ad effectum exigendi vectigalia Regia, earumque ad hoc sequestratio, qualiter fiat?

69 Aduanæ vbi merces reconduntur, quare institutæ sint, & vnde dicantur;

70 Registri mercium traiectitiarum petendi, & faciendi causa finalis est onerum, & vectigalium solutio.

71 Registri cura, & integritas, & mercium prohibitarum traiectio, quanta cura, & quam seueris pœnis in nauigatione Indiarum statuta fuerit, & quare? & schedulæ de hoc agentes.

72 Commissarum mercium ex capite de contrauando, vel ex aliis causis ius, & quæstus est de Regalibus, & in Indiis valde pingue, & considerabile.

73 Commissorum materiam Auctores qui tractant,

ctant, & plures quæstiones ad eam concernentes, referuntur, remissiuè.
74 Contrauando *vox quid significet, & vnde dicatur? remissiuè.*
75 *Vectigalium defraudatio, & vsurpatio semper magna est, non obstante tot legum, & ministrorum cura, & cautela.*
76 *Cautelæ quo plus, ibi sæpè plus fraudis esse solet.*
77 *Publicani, & officiales Regij sæpè solent fraudibus vectigalium, & mercium commissarum, ob priuatum commodum conniuere.*
78 *Officiales Regij, qui commissas merces, vel vectigalia, iustè Regi debita, non apprehendunt, & exigunt, qualiter peccent, & ad restitutionem teneantur?*
79 *Vectigalia, & alia iura Regia, quando, & qualiter debeantur, & solui debeant in foro conscientiæ à mercatoribus, & nauigantibus etiam non requisitis?*
80 *Pœnas rerum commissarum, vel alias per leges, & ordinationes impositas, iudices ordinarij moderari, aut arbitrari non debent, & quare? & quid in supremo Senatu?*
81 *Fiscus ingentes quæstus facit in Indiis ex vectigalibus, commissis, & confiscationibus.*
82 *Fiscus quasi viscus, quia omnia capit, & ligat ex Poëta Anglo, & alia de nominibus Fisci.*
83 *Confiscationum ius, siue pœnarum, quæ dicuntur de Camera, materia, & qui de ea agunt?*
84 *Pœnæ de Camera quomodo in Indiis administrentur?*
85 *Terrarum, montium, pastuum, & aquarum publicarum distributio, & concessio est de Regalibus, & in his Princeps suam intentionem fundatam habet, & qui de hoc iure agant?*
86 *Agrorum, montium, pascuorum, & aquarum dominium, qualiter in Corona Regia incorporatum sit in prouinciis Indiarum.*
87 *Incæ, siue Ingæ Peruani erant absoluti domini agrorum, & montium, ac pascuorum sui Regni.*
88 *Terræ, montes, pascua, & aquæ Indiarum, qualiter olim distribui solerent, & hodie distribuantur?*
89 *Agros prouinciarum subactarum quomodo Romani olim subhastare, vel assignare solerent?*
90 *Tributum imponere super vineis Peruanis contra prohibitionem plantatis an iustum sit?*
91 *Agrorum Indiarum concessiones gratuitò, siue ambitiosè à Proregibus factæ, irritari possent.*
92 *Agrorum communium possidendorum, vel rumpendorum, & colendorum licentias solus supremus Princeps concedere potest.*
93 *Princeps, vbi sibi visum fuerit, potest cogere priuatos ad exhibendos titulos, & mensuras agrorum, quos possident, & iubere, vt de nouo remetiantur.*
94 *Agrorum, & pascuorum quadragenarij, vel alias antiqui possessores, super illis facile inquietari non debent, & epist. Trajani ad hoc.*
L.vlt C.de fund.patrimon. lib.11. *explicatur, & illustratur, ibidem.*
95 *Possessores antiqui agrorum olim communium eis facilè priuandi non sunt, sed ad compositionem admittendi, & aliis licitatoribus præferendi.*
96 *Conquisitores, & incolæ antiqui Indiarum in earum agris remunerari iussi sunt.*
97 *Agri publici an sub ea conditione laicis priuatis concedi possint, vt in Ecclesiam, vel Ecclesiasticos non alienentur?*
98 *Aquæ communes in Indiis quomodo diuidantur, & quam vtiles sint?*
99 *Officiorum vendibilium quæstus, quantum Fiscum impinguet in prouinciis Indiarum, & num.* 104.
100 *Officia publica creare, vendere, vel aliter de illis disponere est de Regalibus, & qui de hoc agunt.*
101 *Officia quæ vendi soleant, & possint in Hispania, & quæ non? & Auctores, qui de hoc agunt.*
102 *Magistratus omnes in Gallia venduntur, & Auctores, qui hoc tradunt, & reprobant.*
103 *Officia qui emit, necesse est, vt eadem vendat, & de substantia pauperum soluat.*
105 *Officia venalia Indiarum qualiter subhastari, & postea in perpetuum renuntiari permissum fuerit? & schedulæ de hoc agentes, & num.* 107.
106 *Officia vendibilia si non renuntientur, vel minus legitimè renuntientur, ad Regiam Coronam, à qua exierant, reuertuntur.*
108 *Renuntiatio officij vendibilis in Indiis, an, & quando aliter quam per publicum instrumentum fieri, & probari possit?*
109 *Officia Indiarum, an, & quomodo minoribus vendi, vel renuntiari possint? & sched. de hoc agentes.*
110 *Officia, quæ parentes emerunt, non posse ab eisdem in filios, quamuis ætate minores, renuntiari, durum videtur.*
111 *Minores esse capaces officiorum publicorum, & posse illa seruire per substitutum, qui teneant?*
112 *Officia per substitutos seruire, regulariter prohibitum est, & plura damna affert.*
113 *Renuntiationes officiorum, quod minoribus fieri possint, ab indigenis supplicatur, & supremi Senatus deliberationem exposcit.*
114 *Renuntiari an possint officia vendibilia Indiarum in Ecclesias, vel Monasteria?*
115 *Ecclesiæ, & Monasteria vsusfructus, & emphyteusis incapacia esse videntur, & quare?*
116 *Casus de facto pendens super renuntiatione cuiusdam officij facta in fauorem Carmelitarum Discalceatorum, & docta iuris allegatio in hac causa scripta à D. Ioan. Bapt. de Larrea, refertur.*
117 *Officia venalia vbi renuntiantur, qualiter æstimanda sunt, & quando possit Fiscus ea pro tanto retrahere?*
118 *Officium à Fiscali retractum, si pluris postea vendatur, quam postulante parte taxatum fuerat, cuius pretij considera-*

tio

tio habenda sit, ad satisfaciendam parti, quod ad eam pertinet?

119 *Officiales Regij ad curandam exactionem, & administrationem Regiorum redituum, & prouentuum, quando, & qualiter in Indiis instituti fuerint? & quibus Romanorum Magistratibus assimilentur.*

120 *Officialibus Regiis Indiarum diuersis temporibus variæ instructiones, & ordinationes datæ sunt.*

121 *Officiales Regij si suas instructiones ad vnguem seruarent, melius Rei Dominicæ consuleretur.*

122 *Officiales & Thesaurarij Regij semper duri, amari, auari, & superbi reputati sunt.*

123 *Officiales Regij, & alij similes Ministri quod acquirunt, in dubio an ex bonis Regis acquisitum præsumatur?*

124 *Officialium Regiorum materiam qui tractent, remissiuè.*

125 *Officiales Regij tenentur etiam pro nominibus suâ negligentia, aut culpa deterioritatis.*

126 *Officiales Regij qualiter debeant præstare fideiussores, & sint mancommunati, ita vt alij pro aliorum admissis teneantur?*

127 *Officiales Regij debent quolibet anno rationes reddere, & reliqua soluere.*

128 *Officiales Regij qualiter possint conueniri pro reliquis, & an à sententia, quæ dicitur* de Alcance, *sit locus appellationi?*

129 *Primipili qui essent apud Romanos, & an debitum officialium Regiorum possit exigi ab eorum vxoribus tanquam Primipilare?*

130 *Officiales retinentes pecunias publicas, tenentur lege Iulia de residuis.*

131 *Rationalium, siue Calculatorum maiorum officium, & tribunal, quando, quare, & cum qua iurisdictione in Indiis institutum fuerit?*

132 *Tribunal Rationalium, siue Calculatorum maiorum in Indiis parum proficere visum est, & an expediat illud tollere, vel reformare?*

133 *Rex aliorum ministeriis indiget; quia nec vbique esse potest, nec solus omnia potest.*

134 *Deus solus vbique est, & omnia videt; & operatur, ex D. Bonauentura.*

HOc in libro distinctis capitibus de omnibus iuribus, & reditibus agere destinaram, quæ in his Indiarum partibus Fiscum Regium impinguant, variis quæstionibus disputatis, quæ dum in eis Senatorem egi, se se mihi obtulerunt. Verum cum teste Seneca epist. 88. *Laxum † spatium res magna desideret*, & hoc iam huius voluminis moles non patiatur, contentus ero librum in vnum caput contrahere, & periti artificis instar, totum claudere sub exiguo. Quod vt præstem, animaduerto, præcipuum harum prouinciarum quæstum ex metallis deduci, & † Metallum Græcam vocem esse, quæ à verbo μεταλλάειν, id est, *perscrutando*, nomen inuenit, vt tradit Ioan. Funger. in etymol. verb. *Metallum*, Siue ex eo, quod vbicunque vna inuenta vena est, non procul inueniatur & alia, vt existimat Plin. *lib. 3. cap. 6.* & Alciat. *lib. 1. parerg. cap. 39.* cui in vocis etymi ratione, consentit Eustath. 1. Iliad. relatus à Brisson. verb. *Metallum*, vbi alias eiusdem vocis allusiones commemorat. Quibus relictis, illud planè constat; Metalli nomen generaliter sumptum, quamlibet materiam significare, ex terræ visceribus erui solitam, siue auri, siue argenti, argenti viui, æris, ferri, plumbi, stanni, sulphuris, bituminis, calcis, aut etiam lapidum illa sit, & illorum præcipuè, qui carbonis vicem præstare solent, vt constat ex *l. si vsusfructus* 13. *§. inde est, D. de vsufruct. l. 3. §. vltimo, D. de rebus eorum, l. 3. & 6. C. de metall. & metallariis, lib. 11.* Plin. *dict. lib. 33. cap. 5. & 6.* Veter. Glossar. apud Brisson. vbi suprà, Kalino, & aliis Lexicographis; verb. *Metallum*, Bertachin. verb. *Lapidicina*, vers. vltim. vbi an lapidicinæ veniant nomine metallorum; Alciat. Rebuff. Brechæo, Forner. Gœddæo, & aliis *in l. inter publica* 17. *§. 1. D. de verbor. signif.* eodem Alciat. *dict. lib. 1. parer. cap.* 39. Vincent. de Franch. *decision.* 140. *in fine*, Pancirol. *in thesaur. variar. antiq. lib. 3. cap. 31. pag.* 37. & de rebus deperdit. *titul.* 61. vbi late Henric. Salmutius in notis; Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. cap.* 28. Valles de sacra Philosoph. *cap.* 49. *Ballester. in Hierolog. cap.* 13. Posseuin. *in Bibliot. lib. 12. cap.* 65. vbi plurimos Auctores de metallis agentes adducit, Leonic. de var. *hist. lib. 2. cap. 3.* vbi agit de lapidibus carbonariis, & *cap.* 52. vbi de minis generibus, Bisciola *lib. 5. horar. succis. cap. 11. & lib. 16. cap. 3. & 4.* vbi agit de argento viuo, Delrio *lib. 1. disquis.* Magic. *capit. 3. quæstion.* 4. Petrus Fab. *lib. 2. semestr. cap. 5.* Bulleng. *de Imper. Roman. lib. 9. cap.* 22. Georg. Agricola *de re metall. lib. 1. fol.* 5. & per totum, Patre Bernardo Cessio, qui nouissimè integrum tomum de mineralibus edidit, Marin. Mersenio *in quæst. super Genes. quæstion.* 23. per quinque articulos, vbi latè de metallis, & eorum creatione, differentiis, & præcedentia, Thoma Garzono *in empor. vniuers. discurs. 70. pag. 566. & seqq.* Simon Maiolo, omnino legendo, *in dieb. Canicul. 1. tom. colloq.* 19. de metallis, Theatr. vitæ human. *pag.* 3626. & 3707. Iust. Lips. de magnit. Roman. *lib. 2. cap.* 5. Maluenda de Antichr. *lib. 6. cap. 12. cum seqq.* Torreblan. de Magia *lib. 2. cap.* 4. & nouissimè *in tractat. de iure spirit. lib. 11. cap.* 4. Adam Gontzen *lib. 8. politicor.* qui totus est de Regalibus Principum, *cap.* 12. vbi de metallorum & fossilium cura Thom. Bozio *de signif. Eccles. lib. 22. cap.* 6. Baldo de vi turbat. §. *veniamus, numer.* 100. *pag.* 127. vbi, † quod metalla omnia ex eodem 3
fonte, scilicet sulphure, & argento viuo procedunt; quod & tradunt alij ex Auct. sup. relatis, & plenè & distinctè Monardes in dialog. *del hierro*; quem reperies apud eum in hist. plant. Indic. 3. *part. fol.* 160. & nouissimè D. Ioan. Bapt. de Larrea, in Regio, ac supremo Iustitiæ Senatu meritissimo Fisci Patrono, in disput. Granatens. *cap. 44. pag. 573. & seqq.* vbi agit † de lapidicinis, & quod regulentur 4
ex natura metallorum, & Ioann. Barler. Doctore Medico, in nouissimo tract. Aquis Sextiis impress. ann. 1626. qui titulus est: † *An* 5

mineralia in plantarum numero sint reponenda?
vbi metalla viuere, & animam vegetatiuam ha-
bere vt plantas, pluribus exemplis, & philoso-
phicis rationibus affirmat,& tradit idem doce-
re Cardanum *de subtil. lib.* 5. *&* 6. & in insula
Hispaniola in auro ita compertum fuisse, re-
fert Porcachus in insulario *pag.* 168. Petr. Me-
xia *in silua variæ lection.* 5. *part. cap.* 12. Maiol.
d. colloq. 19. *pag.* 426. *& seqq.*

6 Quorum omnium concors sententia † est
metalli vocem omnia comprehendere, quæ sub
terram effodiendo reperiuntur. Idque vltra eos
adeo extendit Alphons. Carrança *in tractat. de*
human. part. designat. cap. 3. *n.*18. *pag.* 205. vt
7 † etiam margaritas, & quaslibet conchas, quæ
in mari creantur,& expiscantur, metallis annu-
meret. Quod tamen vellem,vt hic talis tantús-
que I. C. (nobis nunc cum hæc prælo manda-
mus, non sine graui Reipub. litterariæ iactura,
fatis ereptus) aliqua ratione,vel auctoritate pro-
baret, cum aperte repugnet supra relatis, & iis,
8 quæ † de vnionum, siue margaritarum natu-
ra, & creatione tradit Clem. Alexand. & eius
Comment. Gentian. Heruetus in Pædagog.
cap. 12. Plin. *lib.* 9. *cap.* 35. Pancirol. *in dict.*
thesaur. pag. 212. Simon Maiol. omnino viden-
dus, 1. *tom. colloq.* 18. *pag.* 412. Ego *suprà lib.* 1.
c. 14. *ex n.* 96. & ex nostris Romuleus *in l.* 1. *D.*
de acquir. possess. fol. 69. *&* 100. nisi fortè dicere
9 voluit, † piscationem margaritarum, æquè vt
extractionem metallorum, fisci iuribus cedere,
quod verissimum est, vt infra dicemus,& ad res
quaslibet pretiosas in mari repertas producit
Iuuenal. *satyr.* 4. sic inquiens.

Quicquid conspicuum, pulchrumque est æquore
toto,
Res Fisci est, vbicunque natat, &c.

Porrò, & si aliqua in aliquibus regionibus
10 metalla nascantur, & † Alma Hispania nostra,
multorum,& præcipuè auri,& argenti, feracis-
sima sit,vt pluribus ostendi suprà *hoc tom. lib.* 1.
cap. 13. *num.* 48. *& cap.* 16. *n.* 77. & tradit alia
Pineda *de reb.* Salom. *lib.* 4. *cap.* 14. *&* 15. Puen-
te in Monarch. Hisp. *lib.* 3. *cap.* 6. *pag.* 44. *& seqq.*
Petr. Faber 1. semestr. *pag.* 136. & Georg. Agri-
cola de re metall. *lib.* 1. *pag.* 20. *&* 25. & Na-
11 uarret. *discurs. polit.* 21. Indiarum † tamen Oc-
cidentalium prouinciæ, de quibus agimus, &
præcipuè Peruana, adeo omnibus metallis,
smaragdis, variis gemmarum generibus, & pre-
12 tiosis margaritis abundat, vt † Reges nostros,
vel ipsis exteris confitentibus, omnium veluti
diuitiarum affluentes, imò & absolutos domi-
nos reddant, vt testatur Borrell. *d. tract. de præ-*
stant. Reg. Cathol. *cap.* 45. *& seqq.* Carol. Scri-
ban. *in Polit. Christian. in epistola ad Reg.* Ca-
tol. ibi: *Tu mihi primus, qui mundum vniuersum*
auro densè perpluis, & gemmis. Nam quod illis
propè fatigetur orbis, ab Oriente, & Occidente
tuo est, &c. Simon Maiol. *colloq.* 11. *de fluuiis,*
& colloq. 19. *de metall. pag.* 598. *& seqq.* vbi
enarratis harum Indiarum diuitiis, inquit, se
non dubitare, quod excedant eas, quas Impe-
rium Romanum congessit, in quarum relatione
cum admiratione, vel stupore diffunditur Lip-
sius *de magnit. Rom. lib.* 2. per totum. Et cum
13 Surio refert, † vsque ad annum 1558. asporta-
tos ex illis in Hispaniam esse septem decades
millionum auri,totidemque ex margaritis, gem-
mis, vnionibus, ac reliquis lapidibus, rebusque
pretiosioribus, præter aliam summam, quæ in
eodem Nouo Orbe consumpta est. Quos mil-
liones 1500. facit Ægidius Gonçales Dauila *in*
Hist. magn. Matritens. pag. 472. & meo iudicio
longè plures sunt. Nam vel totidem ad natio-
nes extraneas, per incuriam nostram fluxisse af-
firmat Alphons. Carrança *in tractat. de Ajusta-*
miento de monedas, 3. *part. cap.* 4. Et † ex sola
Protosiensi argenti fodina, *ex ann.* 1545. quo ef-
fodi cœpta fuit, *ad ann.* 1585. centum & vnde-
cim milliones extractos fuisse, memorat P. Io-
seph. Acosta *in histor. Ind. lib.* 4. *cap.* 7. habitâ
computatione ad quintam partem, quæ Regi
soluta est, nam de aliis metallis furtim subtra-
ctis, quæ longè ea, quæ manifestantur, excedunt,
ratio haberi non potest. Et si hæc ad nostra vs-
que tempora ineatur, plus quam 850. milliones
ponderum argenti puri, ac puti, quod vulgo
dicitur, *Ensayado*, excedit, vt colligi poterit, ex
traditis à Maluenda de Antichrist. *lib.* 6. *cap.* 12.
pag. 333. *Theat. vitæ human. pag.* 2079. *&* 3970.
Garcilas. Inca *in hist. Perù,* 2. *part. lib.* 3. *cap.* 2.
& 1. *part. lib.* 1. *cap.* 5. *&* 15. *& lib.* 3. *cap.* 1. D.
Sebast. à Sandoual. meritiss. Panamensi Senato-
re, qui distinctius aliis computationem init, in
sua alleg. 1. pro metallariis Potosiensibus, *fol.* 25.
quod agnouisse videtur Iacob. Marchant. dum
† hac de causa Regum nostrorum diuitias
inexhaustas appellat:

Cuius inexhaustas Dij tueantur opes.

Et satis sufficit † ad conuincendum menda-
cium Euphorm. in Iconib. nation. quem refert
Petr. Andr. Canonher. *in Aphorism. polit. tom.* 1.
pag. 438. qui ausus est dicere, Hispanos, sui æra-
rij famam, opulentiæ Indicæ nomine, & ingen-
tibus præterea verbis, cauta & industria fraude
sustentare. Et poterunt videri alia plura, quæ
Ego † de excellentia, & incremento Hispanæ
Monarchiæ, ob has Indiarum diuitias, & ac-
cessionem plenius cæteris trado 1. *tom. lib.* 1.
cap. 16. per totum, præcipuè *ex num.* 42. *& in*
meo tract. de præcedent. ex num. 40. *&* 45. & si-
gnantur Pat. Ribadeneira de Principe Christ.
lib. 2. *cap.* 11. vbi ita inquit: *Dexando, pues, apar-*
te lo que toca al quinto, y à los otros derechos
que se pagan al Rei en las Indias, y à los gran-
des tesoros que Dios le embia, porque esto no pi-
de otra prouision, sino que las Flotas vayan, y
vengan à sus tiempos, y tan bien armadas, y pro-
ueidas, que sean señoras de la mar, sin que los ene-
migos puedan poner estoruo à su carrera y naue-
gacion, &c. & nouissimè tradens alia Christoph.
Besoldus in tract. de incrementis Imperiorum,
cap. 3. & de præcedentia, & sessionis prærogati-
ua *cap.* 2. *pag.* 363. *& seqq.*

Atque hæc argenti copia in prouinciis Per-
uanis efficit, vt ibidem † etiam aurum, & alia 18
metalla, ac gemmæ, minus considerentur,& sic
vulgo in illis Argenti voce, omnes facultates
appellentur,& dicimus, *Fulano tiene mucha pla-*
ta, &c. quod etiam alibi sæpe fieri solitum,& ar-
gentum pro quacunque pecunia etiam aurea
vsurpari, bene ostendit Pineda *de reb. Salom.*
pag. 322.

Sunt porrò hæc † Metalla, siue Mineræ, tam 19
in his prouinciis, quam alibi, de Regalibus, hoc
est ad ius, patrimonium, & supremam Regis di-
tionem pertinentes, siue illæ in publicis, siue in
priuatis prædiis reperiantur, adeo, vt neque in
concessione fundi, vel territorij, quantumuis
generaliter

generaliter facta, contineantur, nisi specialis earum mentio fiat, de quo latè agunt DD. per text. ibi *in cap.1. quæ sint Regal. & in l.17. §.1. D. de verbor. signif.* Carol. Graffal. *lib.1.* Regal. Franc. *cap. fin. Afflict. decis.* 321. & vltra Auctores supra citatos, multa praxi vtilia notantes, *l. 2. C. de metall. lib. 11.* vbi Sebast. Næuius, *l.5. tit. 15 par. 2. & l. 11. tit. 28. par. 3.* vbi Gregor. Lopez, *l. 2. & 3. tit. 13. lib. 6. Recop.* vbi Azeued. Sixtiuus Regnerus, & Henric. Bocerius in peculiaribus tractatibus, quos de regalibus scripserunt, verb. *Argentariæ*, & verb. *Salinæ*, Peregrin. *de iure Fisci lib. 4. tit. 2.* Menoch. *consil.* 302. *num.* 29. Barbosa in *l. diuortio*, §. *si vir, à num.* 18. *D. solut. matrim.* Gutierr. 4. *tom. pract. quæst.* 36. *à num.* 59. Cabed. *decis. Lusit.* 55. *par.* 2. Caldas. Pereira *de extinct. emphyt. cap. 3. ex num.* 13. Cardin. Tusch. verb. *Mineræ. conclus.* 237. Rebel. *de obligat. iust. pag.* 884. P. Lessius *eodem tract. lib. 2. cap. 5. à num.* 51. Callist. Remirez, qui plures alios adducit, de lege Regia, §. 2. *num.* 29. & 30. latissimè Camill. Borrel. *d. tract. de præst. Reg. Cathol. cap.* 25. & 28. Farin. omninò videndus, 3. *tom. quæst.* 104. *ex n.* 1. & 33. *D. Franc. Alfar. in tract. de offic. Fiscal. gloss.* 20. *à num.* 101. Rosental. de feudis, *cap. 5, concl.* 99. & *seqq.* & nouissimè D. Ioan. del Castillo *controuers. iur. tom. 7. cap.* 41. qui etiam videndus est in 1. *tom. de vsufructu, cap.* 37.

Sed nihilominus, quo sint plures, qui eiusmodi fodinis eorumque metallis quærendis, effodiendis & laborandis occupentur, quod quàm † sit vtile, & necessarium dixi supra hoc *tom. lib. 1. cap. 13. ex num.* 33. & quia re vera hi homines, qui in metallis, & thesauris inuestigandis occupantur, Reipublicæ vtilissimi sunt, cùm tamen ipsi cæteris pauperiores, & sordidiores existant, vt etiam dixi *dict. cap. 13. num.* 57. & benè notat, & prosequitur D. Francisc. Torreblanca *lib. 2. de Magia, cap. 13. ex num.* 45. *ad* 50. & *cap.* 29. *ex num.* 35. *ad* 38. Inter plura alia priuilegia, quæ † metallariis concessa sunt, & concedi debent, de quibus plenè agit Georg. Agric. *dict. tract. de re metall.* Chassan. *in Catalog. glor. mund. par.* 11. *consid.* 38. Tuschus *litt. M. conclus.* 16. & *litt. L conclus.* 458. *Ego sup. dict. lib. 1. cap. 16. ex num.* 10. vbi probo, quod aliquando metalla, & salinæ, ob grauia tributa eis imposita, exaruerunt. Illud iure † Regio Castellæ statutum est, vt sibi tertiam earum partem acquirere possint, duabus aliis Regi seruatis, sub distinctionibus, & innouationibus, de quibus *in l. 3. 4. & 9. dict. tit. 13. lib.* 6. Recop. In nostris tamen Indiis, per nobilem illam schedul. Regum Catholicorum Ferdin. & Elisabeth. dat. Metinæ del Campo 5. *Februar. ann.* 1504. quæ & aliæ eius confirmatoriæ, & declaratoriæ habentur *in 3. volum. impress. pag.* 357. † Fodinæ communes esse declarantur, omnibusque permittitur, vbicunque, & vndecunque metalla quærere, & eruere, quinimo & ad id faciendum per officiales Regios magnis præmiis inuitari iubentur *per sched. dat. Cæsar-August.* 8 *Martij ann.* 1533. & alia, quæ tradit D. Alfar. *d. gloss.* 20. §. 6. *num.* 101. & 104. ita tamen, vt Regi præcisè quintam partem omnium metallorum, quæ extraxerint, præstare teneantur; neque eis aliter vti possint, quàm si Regium signum, siue stigma, illis iniustum fit, per quod de solutione quinti constare possit. Quo iure etiam hodie vtimur, exceptis quibusdam nouis mineralibus, quorum fossoribus permitti solet, vt loco quinti, decimam tantùm, vel vicesimam partem exsoluant. Et ad hoc fortè respicit Ioan. Metell. relatus in Theatr. vitæ human. *lib. 6. vol. 3. pag.* 813. *col.* 2. dum inquit, † apud In- 24
dos omnium rerum, tam animatarum, quàm quæ anima carent, quintam partem Hispaniæ Regi persolui. Cui etiam † debetur alia deci- 25
ma Ecclesiastica eorundem metallorum, ex reseruatione sibi in Ecclesiarum erectionibus facta, vt dixi supra *hoc tom. lib. 3. cap. 22. num.* 10. & *seqq.* licet hanc à metallariis non exigat, solo dicto quinto contentus. Quod ei † absque 26
vlla expensarum deductione præstari solet, & debet, vt disponit *d. sched. ann.* 1504. ibi: *El quinto neto, y sin descuento de costas, puesto en poder del nuestro Tesorero, ò Receptor, &c.* hac forsitan decimarum consideratione habita, c. tua nos, de decim. cap. grauis, de restitut. spoliat. vbi gloss. & DD. Et quod † metalla veniunt 27
fructuum appellatione, ex traditis à Ioan. Garcia de *expens. cap.* 22 *num.* 47. Lasarte *de gabell. cap.* 19. *num.* 59. Barbosa *in d. §. si vir*, Morquech. *de diuis. bonor. lib. 2. cap. 11. num.* 23. & *seqq.* Cabed. *decis.* 81. *num.* 2. *par.* 2. Gilken. qui latè, & optimè agit de expensis metallorum, *in l. certum, C. de rei vind. cap. 5. pag.* 722. & plura alia † congerens de iuribus, & vectigali- 28
bus, quæ in variis prouinciis ex metallis Fisco pendi solebant, & solent, Farin. *dict. quæst.* 104. *num.* 62. & 63. Tusch. *dict. verb. Mineræ, concl.* 237. & *verb. Prauentio*, vbi agit qualiter mineræ sub hoc onere occupantibus acquirantur, Næuius in system. *ad dict. l. 2. C. de metall. lib.* 11. Pancirol. *in dict. thesaur. lib. 3. cap.* 31. *pag.* 214. & *pag.* 327. & 372. Marsil. *singul.* 531. *incip. Vtilitas*, & Menoch. *cons.* 798. *à num.* 16. Et idem quintum † solui iubetur de smaragdis, & margaritis, vul- 29
go *Perlas*, vt patet ex sched. sup. relatis; & de laboriosa earum piscatione dixi aliqua *sup. lib. 1 cap. 14. ex n.* 95.

Et hinc factum est, vt in his prouinciis Indiarum † omnes fodinæ priuatis sub hoc pacto 30
relictæ sint, vt tradit Dom. Alfar. *d. glos.* 20. §. 6. & quæ ad Regem pertinent, iuxta ordinationes Dom. Proregis D. Francisc. à Toleto (de quarum praxi, & diuisione benè agit Anton. de Leon omninò videndus, in *tract. de confirm. Regiis*, 2. *par. cap.* 23. *num.* 31. & seqq.) sub eodem eis vendi soleant, excepta nobili illa, & ditissima argenti viui fodina, quæ dicitur de Huancauelica, de qua latè agit Bisciola *dict. lib.* 16. *hor. success. cap.* 4. & *schedul.* plures, quæ extant *d. 3. tom. pag.* 416. & Ego *sup. lib. 1. cap. 14 ex num.* 44. hæc enim in Regia Corona incorporata est, ita † tamen, 31
vt Rex eam metallariis vtendam, ac fruendam cum distributione Indorum concedat, sub ea lege, vt ipsi metallarij argentum viuum, quod extraxerint, in fine cuiuslibet hebdomadæ officialibus Regiis, & non aliis, sub pretio cum eis conuento, vendere teneantur. Quod pactum † validum esse constat, & de eo in simili tractat 32
l. 1. & ibi gloss. fin. & Ioan. de Platea, & Lucas de Pena, *C. de metallar. D.* Alfar. *dict. gloss.* 20. §. 6. *numer.* 105. Tiraquel. *de vtroque retract. in præfat. numer.* 15. Couarr. optimè *lib. 3. var. cap.* 14. *numer.* 6. vbi † agnoscit hoc esse vnum 33
de fisci priuilegiis, vt generaliter in omnibus metallis pro iusto pretio ea sibi sumere possit, & reliquis aliis emptoribus præferatur,

Aluar. Valascus de iure emphyt. 1. *par. quæst.* 24. *numer.* 3. & latissimè etiam in salinis loquens Barbosa *dict.* §. *si vir*, *numer.* 3. cum seqq.

34 In quibus planè † salinis, earumque reditibus, etiam ius Regale agnoscunt omnes textus, & Auctores supra relati, & vltra eos Gama *decis. Lusit.* 31. Cabed. *decis.* 53. & 81. *num.* 2. *part.* 2. Thob. Monius *consil.* 83. *num.* 10. Tusch. *litt. R. conclus.* 82. *num.* 27. Remirez *dict.* §. 26. *num.* 29, Pancirol. *dict. thes. fol.* 24. 370. & 371. & plura de eis valde notanda congerens, Maiol. *dict.* 1. *tom. pag.* 376. & 409. & *seqq.* Delrius in Adag. sacris, 1. *tom. pag.* 26. vbi de salinis, & sale metallico, & de sale facto ex carbonibus, & plura de sale & salinis Stephan. Gratian. 1. *tom. discept. forens. cap.* 217. & de iure nostro Indiarum extat schedul. dat. Vlyssip. 23. *Februar. ann.* 1582. & aliæ subsequentes *dict.* 3. *tom. pag.* 426. & *seqq.* quæ omnes, earum salinas in Regia Corona incorporari, & sal Regio nomine vendi iubent. Quod ita in Noua-Hispania, & in aliis prouinciis, vbi sal est rarum, & in pretio, obseruatur, & in Peruanis

35 nis etiam obseruari cœpit. Sed † cùm ibi adeò magna sit salis copia, tam marini, quàm fossilis, quod ex montibus eruitur, postea omnibus commune factum est, ita consedente Dom. Prorege March. de Montesclarus, cui iuxta hæc direct. fuit schedul. Regia dat. Matrit. vlt. Decemb. ann. 1609. in qua concluditur: *Que por los inconuenientes que el representò, y por el buen tratamiento de los Indios, y que no sean vexados por este camino, se alce en todo el Perù el estanco de la sal, y se dexe el vso del libremente, cumo antes se solia hazer, hasta que otra cosa se ordene, y manda.*

36 Thesauri † quoque, & bona vacantia, vel de *Mostrenco*, & alia in naufragiis, vel alibi pro derelicto habita, & quorum dominus ignoratur, inter Regalia vbique computari solent, vt communiter tradunt omnes DD, suprà relati, præcipuè Sixtin. 2. *part. cap. vltimo*, Næuius, qui alios refert, *in dict. cap.* 1. quæ sint regal. *à num.* 194. Azeued. in *l.* 1. *num.* 5. & 6. *tit.* 13. *lib.* 6. *Recop. Peregr. de iure fisci lib.* 4. *tit.* 3. Camill. Borrell. *dict. tract. de præstant. cap.* 14. & 27. Remirez *d.* §. 26. *num.* 51. & *seqq.* Farin. *dict. quæst.* 104. *num.* 1. & 33. Menoch. *consil.* 302. Molin. *de iustitia & iure tract.* 2. *disp.* 164. & nouissimè, tradens, quæ bona vacantia dicantur, Bonacina *de contract. & test. disp.* 1. *quæst.* 3. *punct.* 5. *ex numero* 1. Et relictis variis opinionibus de iure communi & Regio super eiusmodi thesaurorum, ac bonorum applicatione, & distributione, de quibus ipsi iidem Auctores, & alij passim pertractant *in* §. *thesauros, Instit. de rerum diuis. & in l.* 1. §. 3. *D. de acquir. possess.* Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 23. Barbosa *in dict. l. diuortio*, §. *si fundum*, & Ioan. Garcia de expens. *cap.* 13. *ex num.* 3. & *cap.* 22. *ex num.* 49. Gutierr. 4. *pract. quæst.* 36. Osuald. ad Donel. *lib.* 4. *cap.* 14. & nouissimè D. Larrea *in discept. Granat.* 44. *pag.* 582. *numer.* 36. De nostro Indiarum iure illud receptum esse videtur, vt vacantia, & *Mostrenca* omnino ad Fiscum pertineant, vt dixi latius *sup. lib.* 3. *cap.* 25. *ex num.* 39. Quæ verò in thesauris

37 reperiuntur, siue † in antiquis adoratoriis, vel sepulchris Indorum, quæ in Regno Peruano *Vilcas*, & *Huacas* vocamus, pro quinta tantùm parte ratione inuentionis ad Fiscum spectent, mox alia quinta pro metallis, quæ conflari debent, exsoluenda, vt concludit Matienz. *in tract. de moder. Reg. Peru*, 1. *par. cap.* 39. & indicant schedulæ, quæ reperiuntur *dict. tom.* 3. *pag.* 306. & *seqq.* & Regiis officialibus iubent: *Que cobren lo que perteneciere à su Magestad de lo que se hallare en estos enterramientos, sepulturas, oques* (fortè voluit dicere Huacas) *il templos de los Indios.*

Solebant † quippè Indi, vt & aliæ plures nationes fecerunt, vasa aurea, & argentea, vestes, & alia pretiosa, imò, & vxores, & famulos secum sepelire, vt tetigi *sup. lib.* 1. *cap.* 24. *num. vltimo*, & refert Herrer. *in hist. gener. Ind. in d. decad.* 1. *pag.* 85. *decad.* 2. *pag.* 85. & 254. *decad.* 4. *pag.* 25. & 170. *Relat. Noui Orbis pag.* 144. *cap.* 13. Torquem. in Monarch. *Ind. lib.* 13. *cap.* 38. & *seqq.* Alan. Coppus *in dialog. pag.* 495. Iulius Labor. *var. lucubrat. tit.* 2. *cap.* 4. Iosephus antiq Iudic. *lib.* 7. *cap.* 16. & *lib.* 13. *c.* 15. & *lib.* 10. *cap.* 7. Pineda in Salom. *pag.* 506. & *seq.* & *pag.* 241. Alexand. *lib.* 3. *Genial. cap.* 2. Spino *in spec. testam. gloss.* 2. *in princip.* Ioan. Garcia de expensis *cap.* 8. *num.* 8. Radulf. Forner. *lib.* 1. *rerum quotid.* Ræuard. *lib.* 1. coniectan. Siluius *ad leg.* 12. Tab. *cap.* 23. & Martin. Delrius in Adag. sacris, 2. *tom. pag.* 561. vbi disputat, an hoc sit peccatum, text. insignis, vbi Cuiac. & alij, in *l. filius familias* togam, *D. de in rem verso*, *l.* 4. §. 5. *D. de religios. l. fin.* § *fin. D. de auro & argent. legat.* & latè Arumæus *lib.* 1. *decis.* Ienens. *decis.* 14. *per totam.* Quas diuitias † inquirere, & ob id mortuorum, etiam infidelium, cadauera turbare, vel exhumare aliqui iniustum, & periculi plenum, ac diuinæ punitioni obnoxium, esse censent, vt colligitur ex *cap. sicut*, de Iudæis, Iulio *Paul. lib.* 1. *sent. tit.* 23. vers. *Piaculum*, Mantua *in glossar. class.* 28. *cap.* 8. *pag.* 460. Menoch. *de arbitr. cas.* 387. Tiber. Decian. *lib.* 6. *crim. cap.* 39. & ex memorandis exemplis Hamilcaris, Belli, Darij, Alexandri, & aliorum tyrannorum lucri causa sepulchra effodientium, de quibus Pineda de reb. Salom. *pag.* 241. *col.* 2. Maiol. *in Capic. tom.* 2. *colloq. pag.* 117. doctiss. Pat. Eusebius Neriemberg. de hist. nat. lib. de mirac. terræ Promissæ, *pag.* 478. *cap.* 68. Pet. Fab. *lib.* 3. *semest. cap.* 19. *pag.* 297. Gasp. Sanch. in Isai. *cap.* 74. *num.* 8. Pat. Nicol. Causinus in Polystor. symbol. pag. vltim. Cassiod. *lib.* 4. *var. epistol.* 12. vbi grauiter quendam Laurentium Presbyterum puniri iubet, ob id, quod fuerit inter hominum cadauera funestas diuitias perscrutatus: concussionemque mortuis intulerit, quem oportebat viuentibus quieta prædicare. Idem Cassiod. *lib.* 6. *epist.* 8. ibi: *Nam etsi cadauera furta non sentiunt, ab omni pietate alienus esse dignoscitur, qui aliquid à mortuis abrogasse monstratur, &c.* Et magis in nostris terminis Ioan. Boterus in relat. vniuers. 4. *par. lib.* 2. *pag.* 35. vbi refert † quantum Indi dolerent, videntes, maiorum suorum sepulchra ob diuitias quærendas excauari, Arumæus vbi sup. *numero* 29. qui hac de causa grauiter aduersus nos inuehit, & diris imprecationibus deuouet, & Episcop. Chiapens. in quadam epist. ad Frat. Dominicanos, vbi hunc articulum disputat, & tandem resoluit, quidquid ibi inuenitur, Indorum sepultorum hæredibus, vel communitatibus applicandum. De quo etiam in simili disputat Sotus

de

de *iust.& iure lib.5.q.3. art.3.vers.Ad secund. argum.*& Sayrus in claui Regia, *2.tom.lib.9.cap.9. num.12.pag.627.*

1 Sed nihilominus, † cessante cadauerum iniuria, & Religionis violatione, Ego non dubito, quin liceat thesauros in talibus locis, lucisve sepultos, quærere, eruere, & Regiis, aliisuè publicis sumptibus applicare, vt apud nos (vt dixi) dispositum est, post magnas sessiones, & consultationes, quæ hanc deliberationem præcesserunt, de quibus nominatim agit Anton. de Herrera *in histor. gener. Ind.decad.5.lib.5.cap.*
2 *8.pag.* 147. Et conducit elegans text. † *in l. omnia 5 C.de pagan.* vbi Impp. Honor, & Theodos. iubent, omnia loca, quæ sacris error veterum deputauit, Rei Dominicæ sociari, vel à Principe in Ecclesias, vel priuatos æterna firmitate distribui posse. Et similiter alij Impp. Gentiles, his thesauris vti, etiam sua superstitione manente, nefas non reputarunt, vt constat ex Diuorum Fratrum constit. quam refert Callistrat. *I.Consult.in l.3.§.si in locis, D. de iure fisci*, vbi inter Fiscum, & inuentorem partiri iubent thesauros in locis religiosis, vel monumentis inuentos. Quos Iustinian. in dict. §. thesauros, quasi diuinitus oblatos, inuentori cedere voluit, & est omnino videndus Cassiod.*d.lib.4.epist.* 34. vbi † licèt antea reprehendisset auaritiam illius presbyteri, qui diuitias ex monumentis furtim, vt apparet, quærebat, ibi tamen concedit eas publica fide extrahere, & compendiis publicis applicare, ita tamen vt manus à cineribus mortuorum abstineant: *Aurum enim* (inquit) *sepulchris iustè detrahitur, vbi dominus non habetur: imò culpa genus est, inutiliter abditis relinquere mortuorum. vnde se vita potest sustentare viuentium. Non est enim cupiditas eripere, quæ nullus se dominus in-*
4 *gemiscat amisisse, &c.* Quem locum † cùm Arumæus viderit, & suis scriptis intexuerit, nescio planè, cur ita acriter aduersus nostros stomachetur, nisi fortè ob insitam exterorum, & maximè hæreticorum, aduersus Hispanos inuidiam: vt omittam alia, quæ de vtilitate, & necessitate extrahendi eiusmodi diuitias ex terræ abditis, & penetralibus, dixi supra *lib. 1. cap.13. ex num.33.* Et ab eodem Arumæo quæ-
4 re desinam: vtrum † hoc facinus, quod deò Hispanis exprobrat, grauius sit illo quod de Romanis, quos ipse tantopere laudat, scribit, post Ioseph. Ægesip. & alios, Petr. Herod. *lib.* o *rerum iudic. tit.7. cap. 11. fol.* 414. inquiens, quòd quia intellexerant quosdam fugitiuo Iudæos aurum deuorasse, idque in visceribus habere, noctu duo millia eorum euiscerarunt, auri inuestigandi causa.

Habent etiam Reges nostri tributa, quæ
45 ex aliquibus Commendis Indorum percipiunt, quas sibi reseruarunt, & Coronæ Regiæ incorporarunt, de quibus nihil habeo, quod nunc addere possim, vltra ea quæ sup.*lib.1.cap.* 8. *&* 19 *& per tot.lib.* 2. de tributis, & Commendis Indorum agens, scripsi. Habent item
47 decimarum Ecclesiasticarum tertias, siue has nouenas partes, sibi tanquam Patronis in erectionibus Ecclesiarum relictas, & assignatas, de quibus egi supra *lib. 3. cap. 4. ex num.* 18. & extant sched *dict lib.3.pag.305. & seqq.* Habent vectigal siue gabellam, quæ in Hispania di-
48 tur *Alcauala*, † & ex omnibus rebus, quæ venduntur, præstari solet. Quod ius ad prouincias Indiarum tanquam accessoriè vnitas Regnis Castellæ, & Legionis absque noua aliqua concessione, vel declaratione transire potuisse, intrepidè affirmat Lesarte *in tractat. de decim. vendit.in præfat.num.* 20. ex iuribus & Auctoribus, de quibus supra cap. proxim. *num.* 8. & Gomez de Leon *alleg.* 31. tractans quæstionem,
an † priuilegium non soluendi hanc gabellam 49
alicui, & eius successoribus concessum, seruandum sit illis in Indiis, vel aliis terris nouiter partis? Sed nihilominus per multos annos in illis exactum non fuit; siue quia ita cum primis Conquisitoribus, & populatoribus earum paciscebatur, vt videre est in pluribus sched. quæ extant *dict.3. tom.pag.* 428. & seqq. Siue quia ita expedire iudicabatur, quo plures homines ad eas incolendas, sub prætextu huius immunitatis, & aliarum, allicerentur. Quousque rebus Indicis iam magis stabilitis, & in Reip. formam redactis, Regiisque necessitatibus propter bellorum sumptus ingrauescentibus, schedulæ generales expeditæ sunt *ann.* 1574. vt hæc gabella in dictis prouinciis institueretur, & exigeretur, sed non integrè, & vsque ad decimam, vt in Hispania, sed duo tantum pro singulis centenariis. Quod statim in Noua Hispania, & ei adiacentibus regionibus obseruari cœpit. In Peruanis tamen, licèt iam ex anno 1568. idem resolutum esset, & Dom. D. Franc. à Toleto, qui ad Proregnatum earum tunc mittebatur, iniunctum, adhuc ex iustis aliquibus causis vsque ad annum 1591. executio suspensa fuit. Quo expedita fuit enixior altera schedula ad Dom. Proregem D. Garciam Hurtado de Mendoça postea Marchionem de Cañete iubens, vt id amplius differri non pateretur, ita tamen vt maxima, qua posset, prudentia, suauitate, & vassallorum satisfactione procederet, simulque ei missa est instructio, siue *Arancel*, de modo & forma in hac exactione seruanda, & de quibus rebus talis gabella soluenda esset, quæ omnia habentur *in d.3. volum.ex pag.* 428. *ad* 445. cuius schedulæ virtute dictus Dom. Prorex hanc gabellam instituit, & licèt in prouincia Quitensi eius occasione aliquæ seditiones moueri cœpissent, statim tamen eiusdem prudentia & dexteritate, misso ad eas generali Petro de Arana, compositæ sunt, vt latè habetur in libro, quem de vita & gestis eiusdem Dom. Marchionis scripsit Doct. Christ. Suarez de Figueroa *lib. 4. pag. 162. & seqq.* Et quo
suauior † esse possit exactio, atque officiales 50
Regij, & alij exactores, prouinciales, eius occasione, non vexent, per alias plures schedulas, non solum permissum, sed curatum est, vt ciuitatum, atque oppidorum capitula hanc administrationem in se susciperent, moderata aliqua quantitate sub titulo conductionis, vel compositionis præstanda, quam per ciuium capita pro modo facultatum, & negotiationum distribuerent, quod vulgo dicimus, *Por cabeçon, ò encabi camiento.* Nimirum quia testante Cassiodor.*lib.11.var.epistol.7. & lib. 4. epist.*38. *Illa † tantum sequenda sunt lucra, quæ potest lætus*
possessor offerre, ne augmento suo tumens summa 58
deficiat, incipiatque magis deesse, quia visa est immaniter accreuisse, iunctis aliis, quæ latius adduxi *d.lib.2.cap.18.n.58.& 70.*

Sed quod in eisdem prouinciis maioris quæstus,

quæstus, ac ponderis circa Regios reditus esse
videtur, illud est, quod ex nobili illo, & apud
omnes nationes recepto Regali colligitur,
52 quod † in portuum, siue littorum vectigali
consistit, & communiter Portorium, siue Por-
tizatio vocari solet, & ratione egressus, & in-
gressus in portubus maris, & transfretationis,
ac nauigationis mercium præstatur. De quo
expresse agitur *in d. cap. 1. quæ sint regal. d.l.in-
ter publica 17. §. 1. D. de verb. signif.* vbi Rebuff.
Alciat. & alij, *l. si cùm Hermes 7. Cod. de locat.
l.vlt. Cod. de Eunuch. l. 5. & 7. Cod. de vectigal.*
cum aliis, quæ vltra Næuium, Sixtin. Bocerium,
& alios sup. *num.* 19. relatos, notat Cuiac. *lib.
6. obseru. cap. 28. & lib. 9. cap.* 24. Lasarte *in d.
præfat. num. 6. &* 16. Parlador. *lib. 1. quotid. cap.
3. num. 9.* Bald. *consil.* 254. per totum, *lib.* 3. Petr.
Greg. *lib. 3. syntagm. cap. 14. num.* 7. Peregr. *d.
lib. 1. de iure Fisc. tit. 1. numer.* 17. Cabed. *de-
cis. Lusit. 46. numero 6. part.* 2. Tusch. *d. litt. R.
conclus. 82. numero* 17. latissimè Camill. Borrel.
d. tract. de præst. Reg. Cathol. *cap.* 9. 10. 11. 18. 19.
20. Bursat. *consil.* 335. & D. Ioan. del Castillo
d. 7. tom. controuers. cap. 41. ex numer. D. Alfar.
d. gloss. 20. §. 1. & 2. Quibus de iure nostro Hispa-
no consonat *text. in l. 5. tit. 7. par. 5. & integri titu-
li 22. 23. & 24. lib.* 9. Recop. vbi hoc ius *Almo-
53 xarifazgo* vocatur, † ex verbo nimirum Arabi-
co *Almoxarife*, quod, vt inquit *l. 25. tit. 9. dict.
part. 2. Tanto quiere dezir como oficial, que ha
de recobrar los derechos dela tierra por el Rei,
que se dan por razon del Portazgo, è del diezmo,
è del censo de tierras*; tracta nimirum deriuatio-
ne à verbo *X refe*, quod videre, seu detegere
significat. Et quia hæc speculatio in portubus
maior erat, ideò frequentius dicta vox pro
exactoribus portoriorum recepta fuit, & Franc.
Lopez Tamarid vertit, *Almoxarife, Cobrador
de la renta de la mar*, vt bene, & solita dili-
gentia vltra Ant. Nebrissens aduertit D. Sebast.
à Couarr. in Thesaur. ling. Castell. eod. verb.
fol. 57.

54 Institutaque † nauigatione ad nostras Indias
Occidentales, tanti hoc vectigal haberi cœpit,
vt fuerit necessarium de eo peculiarem titu-
lum facere *in dict. lib.* 9. Recop. tit. 26. qui
inscribitur, *Del Almoxarifazgo de las Indias,
y condiciones con que se arrienda*, vltra ea, quæ
dixerat l. 3. tit. 22. eodem lib. 9. & plurimas
schedulas, instructiones, atque ordinationes
Regias variis temporibus expedire, tam ad
ipsum vectigal stabiliendum, & quid eius
ratione in portubus Hispaniæ, & Indiarum
solui debeat, designandum: quàm ad pœ-
nas imponendas, fraudesque obuiandas, quæ
in eo committebantur, quarum schedularum
plures congestæ sunt *in dict. 3. volum. pag.* 445.
& sequentibus, illisque inspectis Matienz. in
tractatu manuscript. de moder. Reg. Peru, 2.
part. cap. 11. inquit. *Que en su tiempo se cobraba
de las mercaderias, que se traian à vender à las
Indias quince por ciento, y del vino veinte por
ciento, la mitad pagado en ellas, y la otra mitad
en España.* Quod tamen quotidie augeri vide-
mus, Regiis necessitatibus, & hostium, py-
ratarumque incursibus, ita desiderantibus: &,
55 quod magis est, licèt † hoc vectigal pro tui-
tione maris Regi præstetur, vt dicunt leges,
& schedulæ supra relatæ, & præcipuè quædam
ann. 1566. dict. 3. tom. pag. 448. latè Bobadil-
la in *Politica lib. 5. cap. 4. numero* 2. Gregor.
Lopez *per text. ibi in l. 8. gloss. 2. tit. 20. part.* 2. &
Ioann. Hæuia *in laberinth. naual. cap. 1. numero
15. pag.* 491. Cum tamen id sufficiens visum
non fuerit, introductum † est aliud vectigal, 56
quod dicitur Haberia, cuius nomine à merca-
toribus, & reliquis nauigantibus pro rata
mercium, & aliarum rerum, quæ euehunt,
& reuehunt, extorquetur id omne, quod in
classibus præsidiariis, quæ ad onerarias tutan-
das instruuntur, expensum est. Quod vecti-
gal vocant, *El gasto de la Haberia.* Inde (vt
puto) ducto vocabulo, quòd hoc vectigali me-
diante, nauigantibus suæ facultates, siue
bona conseruantur, quæ linguâ Hispana
Haber, ò *Haberes*, à verbo Latino *Habere*
dicuntur; licet multi sentiant ex tot contri-
butionibus potius diminui, quàm conseruari,
& ita illud verbum ad † damna, quæ merces 57
recipere solent, etiam traduci cœpit. Et de
his *Haberiis*, & forma, quæ seruari debet in
eis distribuendis, & exigendis, extant etiam
insignes schedulæ *ann. 1573. dict. 3. tom. pag.*
174. & sequentibus, & plures aliæ, quæ agunt
de modo, † quo mercium valor, & incremen- 58
tum verificandum, & æstimandum sit, ad
effectum vt cognosci possit; quid quisque por-
torij, & *Haberiæ* nomine soluere debeat, repe-
riuntur eodem *tom. pag. 468. & seqq.* & inter
alia enixè, & geminatè iubent: *Que estas
aualuaciones se hagan por el valor, y precio
mediano, y por los registros, † sin abrir, ni de- 59
sempacar los fardos, sino es en caso, que contra
lo que en ellos se lleua aya denunciacion en for-
ma.* Quod sumptum videtur ex *l. euictiones,
Cod. de cursu pub. lib.* 20. vbi Bart. *l. 8. tit. 7. par.*
5. quam dicit ad hoc notandam Gregor. Lopez
ibidem, verb. *No los escudriñen*, Anton. Cor-
setus in singul. verbo *Gabella, el 2. &* Ioann. de
Hæuia in dict. laberynth. §. *Visitas, numero 20.
pag.* 601. Et nititur † in fauore nauigationis, 60
& negotiationis, quæ semper Reipub. vtilissi-
ma iudicatur, & ad quam homines allici, non
retardari debent, *l. semper, §. negotiatores, D.
de iure immun. l. 2. Cod. de nundinis*, cum aliis,
quæ adduxi 1. *tom. lib. 1. cap. 8. numero 9. &
seqq. & cap. 16. numer.* 31. & tradit Petr. Gre-
gor. *lib. 4. de Repub. cap.* 7. Scaccia *de com-
merc. q. 1. §. 1. à numero* 47. Dom. Valenç. *consil.
52. numero* 86. Pineda *de rebus Salomon. pag.*
242. Hæuia *in laberynt. lib. 1. cap.* 1. Aluar.
Velascus *de priuileg. miserab. personar. 1. par.
q.* 14. Pet. Faber *lib. 1. semest. pag.* 144. vbi de an-
nonam portantibus, 170. vbi de nauiculariis,
& 171. vbi de mercatoribus, Admiratus ad
Tacit. *pag.* 172. & eleganter Cassiod. *lib. 4. epist.*
7. docens, † omnes vexationes, omniaque dis- 61
pendia à nauigantibus dum portus appellunt,
remouenda esse: *Quia crudelitatis genus est,
vltra naufragium velle deseuire, & illos ad dis-
pendia cogere, quibus inopem vitam probantur
immania pericula cessisse*, & iterum melius eodem
lib. epist. 19. *Portus nostros nauis veniens non
pauescat, vt certum nautis possit esse refugium,
si manus non incurrerint exigentium, quos fre-
quenter plus affligunt damna, quàm solent
nudare naufragia.* Nimirum † propter ty- 62
rannidem vexationes, & iniustitias publica-
norum, contra quos inuehit Cicer. *in orat.*
pro Rabirio, & D. Aug. *serm. 50. de temp.*
inquiens:

inquiens : *Publicanorum autem ſtudia & exer-*
citatio , impudentia , ac crudelitatis plena ſunt;
quæſtus nota illiberalis turpis quædam mercatura;
imò rapina lege ſeculari conceſſa , Pat. Puente in
Monarch. Hiſpan. *lib.2.cap.29.pag.* 291. vbi in-
quit, Telonium , ſiue Aduanas publicanorum
portas mortis dici poſſe : *Porque alli perece la*
vida del paſſagero con las moleſtias que recibe,
y el alma del Aduanero con las iniuſticias que
haze.

Sed cùm tot ſint † fraudes, & malitiæ eorun-
dem nauigantium, & negotiantium, ad interci-
pienda , occultanda , & vſurpanda iura Regia,
quæ ex mercibus, aliiſque rebus pretioſis , quæ
ad Indias , & ex Indiis nauigantur , ſolui de-
bent , iuxta ea, quæ modo tradidimus , necnon
etiam in exportandis , & adſportandis multis
64 rebus , † quæ ratione publicæ vtilitatis in pro-
uinciis Indiarum , vendi , haberi , aut in com-
mercium deduci , ſine peculiari Regis licentia
prohibitæ ſunt, qualia ſunt arma , ſerui Æthio-
pes , omne genus ſerici & mercimonij ex Re-
gno Sinarum , aurum & argentum ad Indias,
vel alias prouincias præter Hiſpaniam , & alia
ſimilia , quæ prudenter , & prouidenter ſtatuta
ſunt , ne nobis vtilia & neceſſaria , ad barbaras
& extraneas , aut nobis infeſtas nationes ex-
portentur , contra *conſil. Imp. in l.2.C. de com-*
mer. l.1.& per tot. Cod. quæ res export.l.38.tit.6.
lib. 3. Recop.l.10.tit.18.eod.lib. l. 67. tit.25.lib.5.
l.1. cum 10. ſeqq.tit. 18. lib. 6. Recop. cum aliis,
quæ latè tradunt Auendan. & Auiles *in c.* 51. ſi
Prætor.Ant.Gom.1. *var. cap.* 1. & ſeqq. qui in-
quit , hæc edicta prohibitoria eſſe , Gutierr. 4.
*pract.cap.38.num.*6. qui hinc infert , his legibus
etiam clericos illigari, latiſſimè Bobad. *in Polit.*
lib.4. cap.5. per totum. Ego qui plura congeſſi
ſupra lib. 1. cap. 7. num. 47. & ante omnes Ci-
cer. in oratione pro Flacco , vbi eum ſummè
65 laudat , † quod edicto vetuerit, ne Iudæi ex
omnibus prouinciis P. R. ſubiectis aurum Ie-
roſolymam exportarent, & ita concludit : *Quis*
eſt , iudices , qui hoc non verè laudare poſſit : ex-
portari aurum non oportere, tum ſæpè antea Se-
natus , tum me Conſule , grauiſſimè iudicauit.
Meritò , non obſtante fauore nauigantibus , &
negotiantibus debito , ſummo ſemper ſtudio
66 curatum eſt , vt dictis fraudibus obuiam eatur,
ipſique merces publicè , & bona fide profi-
teantur , quas transfretare volunt , & portum,
ue locum , ad quem eas dirigere intendunt,
67 quod dicimus , *hazer Regiſtro.* Quæ vox † à
e geſta originem trahit , quo vocabulo vete-
res , quicquid in re præſenti verè & realiter
actum erat , ſignificabant , vnde quælibet acta
iudicialia geſta , vel regeſta dici cœperunt , vt
conſtat *ex l. illicitas , §. veritas , D. de officio*
præſidis , Vopiſco in Probo , Prudent. in
Hymno Roman. Cuiac. *lib.*15. obſeruat.*cap.*37.
cum aliis traditis à Petr. Fab. in l. ſi librarius
2. D. de regulis iuris , pagina mihi 379. Et
68 itra † Regeſtum , viſitationes nauium , &
mercium per Publicanos , ſeu Regios Officia-
les faciendæ , & Domus publicæ conſtitutæ
ſunt , in quibus merces exonerentur , & re-
condantur , quouſque dicta vectigalie ſoluan-
69 tur , quæ domus † communiter appellan-
tur *Aduanas* , à verbo Arabico *Diuanum* ; *Que*
ſignifica la caſa donde ſe cogen los derechos , de
donde diximos Diuana , Adiuana , y vltima-
mente Aduana , vt benè obſeruat D. Sebaſt.
Couarr. *in dict. theſaur. ling.* Caſtell. *eodem*
verbo , fol. 16. de quibus omnibus latè agitur
per DD. *in dict. tit.* quæ res *export. & in l.* 1.
& per tot. *D. de publican. & vectigal. & C. de*
vectigal. & commiſſ. Strach. *de mercat. 2. par.*
num. 48. *& ſeqq.* Scacc. de commerc. *quæſt.* 1.
Bobad. *d.cap.*5. Ioan. de Hæuia *in dict. laberint.*
lib. 3.cap. 6. vbi de rebus prohibitis, *cap.* 7. vbi
de Aduana, *cap.* 8. vbi de regeſto. & *cap.*9. vbi
de viſitationibus nauium , & mercium ; Dom.
Valenç.*conſil.*100.*num.*79. vbi probat, † Rege- 70
ſti petendi , & faciendi cauſam finalem , eſſe
dictorum onerum , & vectigalium ſolutionem.
Et in idem tendit obligatio petendi portum , ad
quem cum mercibus diriguntur , quod vulgo
dicimus , *La derecha deſcarga* , quod de iure
communi etiam requirebatur, vt conſtat ex l. 1.
C. de littor. & itin. cuſtod. *lib.* 10. & aliis , quæ
benè congerit Borrell.*d.cap.9.n.*49.

Atque hæc omnia † melius, & cautius, quàm 71
alibi ſtatuta , & ſumma prouidentia diſpoſita
ſunt de noſtro iure Indiarum , per innumeras
ſchedulas & ordinationes antiquas ; & moder-
nas , quarum plures extant in *d. 3. tom. ex pag.*
116. *ad* 254. *& in* 4. *pag.* 14. *&* 33. vbi de pro-
hibitione armorum ; *& ex pag.*202.*ad* 220. vbi
de regeſtis & prohibitionibus aliarum rerum,
& ex eiſdem formantur tituli plures *lib.* 8. *&*
tit.24. & ſequentib. & lib.3 nouæ Recopil. quam
ad eaſdem leges Indicas præparamus, vt ex ea-
rum ſummario iam in lucem edito videre pote-
ris. In quibus omnibus ; cohærenter ad ea,
quæ iure communi diſpoſita ſunt in legibus , &
titulis ſup.relatis , pœna priuationis rerum , &
aliis interdum grauioribus , puniri iubentur hi,
qui vel regeſtum non faciunt , vel prohibitas
merces exportant,aut in caput alienum,ad frau-
dandos ſuos creditores , deſignant , vel por-
tum, quem non debuerunt, appellunt, vel aliud
quicquam faciunt,quod ſciunt,vel ſcire debent,
ſibi eſſe prædictis legibus , & ordinationibus
interdictum : quas pœnas generali nomine ap-
pellamus *de commiſſo*, vel *contrauando.*

Et in his conſiſtit † aliud Regale ſupremis 72
Principibus reſeruatum , & in his noſtris Indiis
valdè pingue,& conſiderabile. Circa quod plu-
rimas , & ſatis practicabiles quæſtiones , quas
in facti contingentia habui , & iudicaui , pro-
ſequi deſtinaueram ; ſed temporis , & volumi-
nis anguſtiis preſſus (vt initio huius capitis
dixi) eas in aliud reſeruo. Interim Lectorem re-
mittere contentus ad ea, quæ † doctè , & plenè 73
de his commiſſis & eorum praxi , aliiſque iuri-
bus , & priuilegiis , quæ Fiſcus habet aduerſus
eos , qui eius iura, & vectigalia defraudant , &
quando hanc pœnam incurrant, & an ad hære-
des tranſeat , quomodo probetur , vel præſcri-
batur , an requiratur actualis , apprehenſio, an
delictum famuli,vel proretæ domino noceat : &
an merces prohibitæ faciant incidere in com-
miſſum non prohibitas ? & quòd in his cauſis
ex abrupto , & de plano procedatur , tradunt,
poſt antiquiores alios, Regner.Sixtin. & Henr.
Bozerius *in tract. de Regalib.* Ioan. Borcholt. *in*
*cap.vnic.de Regal.num.*48. Ægid. Boſſius *in prax.*
tit. de fraud. vectigal. Peregrin. *de iure fiſc. lib.* 6.
tit. 5. per tot. Bobad. *dict. cap.* 5. Hæuia *dict.* 2.
*par. laberint.cap.*10. Roſental. omnino videndus,
de feud. *cap. 5. concluſ.* 36. Grammat. *deciſ.* 15.
Colletus

Collerus de processf. *execut. par.*1. *cap.*3. *numero* 84. Hartman. Hartmani *lib.* 2. *pract.obseruat.tit.* 48.*obseruat.*1. & seqq. Roland. à Valle *consil.*42. *vol.*3. Craueta *consil.* 115. *&* 696. Mascard. *conclus.* 473. *&* 834. Ioann. Gutiurr. *lib.*4.*pract. ex cap.*37. *ad* 46. Camill. Borrell. dict. tract. de præstant. Reg. Cathol. *cap.* 15. *&* 17. Dom. Valenç. *consil.*38. *&* 52. Tiber. Decian. *lib.*5.*crimin.cap.* 10. *num.* 13. Petr. Pechius in reg. vtile per inutile, de regul. iuris in 6. Bertazol. consil. 83. vol. 1. Marius Muta ad const. Panorm. 3. *tom. pag.* 227. *ex num.* 12. Ignat. del Villar in silua responsor. consil. 5. Quintil. declamat. 343. vbi Petr. Herod. in notis, Bursat. *consil.* 331. *numer.* 56. *&* 57. *vol.* 3. Gab. Pereira decis. Lusitan. par. 2. Alexand. Trentacinq. 1. *tom. var. lib.*1. *tit. de iure fisci, resol.* 3. Præ in prax. 5. *par.* 2. *tom. cap.*1. Dom. Alfar. *d. tract. de offic. Fiscal. gloss.*20. *à numer.* 65. Steph. Gratian. *lib.*1. *discept. forens. cap.*178. *&* 179. Collantes in pragm. agric. *lib.*3. *cap.* 14. *ex num.*7. Auendañ. *resp.* 33. Cened. *canon. quæst. q.* 33. *numer.* 28. Menoch. *consil.*79. *à numer.*29. *lib.* 1. *& consil.* 792. *à numero* 9. *lib.* 8. Suar. *consil.*2. *numero* 10. quod *cons. extat ad calcem* Strach. *post tract. de mercat.* Palac. Rub. *in repet. Rub.*§.34.*num.*5 *fol.*18. Ego latissimè alios adducens in tract. de synd. *iud. mort. ex numer.* 98. & nouissimè Florid. Mausonius in peculiari tractatu *de Contrauandis.* Quod verbum
74 † quid significet, & vnde dicatur? & alia singularia de commissis, benè etiam tradit Surdus, omnino videndus; *consil.* 42. *numero* 16. *&* 17. *lib.* 1. Lucarin. academ. obseruat. academ. vlt. *obseru.* 3. Ianus Langlæus lib. 12. semestr. cap. 1. vbi agit de huius criminis præscriptione.

75 Quod sanè † licèt tot legibus, & iudicibus compesci curetur, adhuc tamen nauigantium, negotiantium, & ipsorum nautarum, & Architallassorum dolis, technis, & fraudibus illudi-
76 tur, quia sæpius, † quo plus cautelæ, eo plus fraudis subesse solet, vt alias inquit Flam. de Ambas *cons.*98. *num.*52. relatus à Martin. Mager. *in tract. de aduoc.* armata, *cap.*9. *num.*363. *pag.* 367.
77 Maximè cùm non raro † ipsi publicani, & officiales Regij, aliique Magistratus, qui fisci partes agere deberent, propriis commodis inseruientes, cum priuatis conspirent, putantes se in hoc nullum scelus admittere; cùm tamen cer-
78 tum sit, † non solùm mortaliter peccare, verùm & ad restitutionem omnium rerum, quæ commissi nomine ad fiscum pertinere potuissent, ex aliquorum opinione teneri, & ex magis certa, & communi ad interesse iurium defraudatorum, vt constat ex traditis à Lessio *de iustitia & iure lib.*2. *cap.*13. *à num.*72. *& cap.*31. *à num.* 50. *&* 51.

79 Ad quæ iura & vectigalia, vbi iusta sunt, & iustè exiguntur, † etiam ipsi mercatores in conscientia tenentur, vt reiecta opiniune Ioseph. de Angles, Auendañi in dictionar. verb, *Alcaualas*, & aliorum contra sentientium, docent Siluest. in summ. verb. *Gabella, quæst.*3. *num.* 8. Nauarr. *in Manual. cap* 17, *numero* 200. Otalora *de nobilit.* 1. *par. cap.*5. Menchac. *de success. creat. lib.* 1. § 10. *numero* 648. *&* § 28. *numero* 28. Couarr. *in reg. peccatum*, 2. *par.* § 3. *num, fin. vers. Hinc tertiò,* Medina *de restit. quæst.* 13. Castro de lege *pœnal. lib.* . *cap.*11. Sotus *de iustitia & iure lib.*3. *quæst.*6. *art.* 7. Menoch. *de arbitrar. cas.* 397. Cordub. *quæst.*95. Lasarte *de gabell. quæst.* 18. *numero* 39. Gironda *eodem tract. par.* 12. *ex num.* 6. Bobad. *in Polit. lib.*5. *cap.*4. *numero* 4. & nouissimè Dom. Valenç. *consil.*189. *numero* 61. *vol.* 2. & Illustriss. Vlyssiponens. Acuña in notis ad cap. quæ contra mores, *dist.*8. *numero* 4. *pag.* 52. vbi tractat an transeuntes sine solutione gabellæ possint puniri?

Et ideò † cauti esse debent iudices, qui de his commissis cognoscunt, in non moderandis, seu temperandis pœnis, quæ per leges, & statuta impositæ sunt. Nam etsi id aliquando soleat facere Princeps, & supremus Senatus, & manifestationes rerum non professarum, etiam post lapsum regesti tempus admittere, vt constat ex pluribus schedulis, quæ habentur dict. *vol.*4. *pag.*198. *&* 413. quia pœnæ, iudicibus legitimæ, Senatui sunt arbitrariæ, vt docet & exemplis illustrat Petr. Herod. *lib.*8. *rerum iudic. tit.*1. *cap.* 3. *pag.* 300. iudices tamen inferiores, vbi id faciunt, suspicionem subornationis incurrunt, quia id illis prohibitum est, vt inquit Bobad. *dict. cap.* 5. & de iure nostro Indiarum expressa schedula dat. *Matr.* 22. *Nouembr. ann.* 1621. cum Limanis Auditoribus loquens, & hoc est, quod dixit Symmach. *epist.* 49. *lib.* 1. *Aliam esse conditionem Magistratuum, quorum corruptæ videntur esse sententiæ, si sint legibus mitiores: aliam diuorum Principum potestatem, quos decet acrimoniam seueri iuris inflectere.* Quam etiam inter vtrosque differentiam, non minus benè expressit Themistius *in orat.* 5. *in Senatu* habita pro laudibus Theodos. Imp. cuius Græca verba refert Petr. Fab. *lib.* 3. *semestr. cap.*17. *pag.* 257. & eis conueniunt alia, quæ in simili de Deo agens, scripsit Lactant. *in lib. de ira Dei, cap.* 19. inquiens; *Iudicem peccatis veniam dare non posse, quia voluntati seruit alienæ: Deum autem posse, quia est legis ipse suæ disceptator, & iudex: quam cum poneret, non vtiqu ademisse sibi omnem potestatem, sed habere ignoscendi licentiam.*

Et propter † prædicta vectigalia, & contributiones, ac commissorum iura, & confiscationes, & plures alias vtilitates, & imbursationes, quas fiscus ex subditorum mercimoniis, nauigationibus, & negotiationibus capit, in prouerbium abiit, *Que de tres Flotas es suya la vna*, & merito dicere potuit Modernus Epigrammaterius Anglus Ioan. Ouenus *epigr.*293. *p.* 133. † Fiscum melius appellari posse viscum, cùm opes hominum capiat:

Vt visco capiuntur aues, fiscus quasi viscus.
Dicitur, à fisco sic capiuntur opes.

Quam ob causam eum etiam parum placidum, duræ ceruicis, omnia imbursantem, corpus sine conscientia, & stomacho similem appellauit Bald. omnino videndus, *in tit. de allodiis, numero* 10. *& in l. executorem, col.* 11. *Cod. de exec. rei iudic.* Lucas de Pena *in l. quicunque, col. penult. C. de omni agro deseri. Afflict. in constit. Neapolit. in prælud. quæst.* 15. *numero* 4. *&* 7. vbi eius Addition. Chassan. in *consuetud. Burgund. rubr.* 2. *in principio, col.* 340. Petr. Gregor. *lib.* 3. *syntagmatum cap.* 2. *numer.* 6. *&* 11. *&* 4. *in princip.* & Barbosa *in l.* 1. *solut. matrim.* 7. *part. numero* 7. Quod etiam applicari potest ad alias confiscationes, † quæ fiunt propter alia delicta, quas dicimus, *Pœnas de Camara*, & in eis alterum Principum Regale consistit, vt per Auctores supra relatos, præcipuè

præcipuè Borrell. *dict. tract. de præstant. Reg. Cathol. cap.*15. *&* 17. Sebastian. Guacian. *in integro tract. de confiscat. honor.* Sebast. Næuium *in dict. cap.*1. quæ sint regal. *à numer.*192. Craueta *consil.*128. *num.*4. Viuius *tom.*2. *commun. opinion. lib.*9. *tit.*31. *num.*47. Menoch. *consil.* 302. *num.*29. *vers.*11. Peregrin. *de iure fisci lib.* 5. *tit.*1. *à numer.*4. Molina *de iustitia & iure tom.*4. *tract.*3. *disput.*20. *num.*8. *&* 9. Cabed. *decis. Lusitan.*20. *num.*8. *&* 9. *par.*2. *& decis.*58. vbi, quòd bona indigni dicantur de Regalibus, latissimè Dom. Alfarus *dict. gloss.*20. *ex num.*148. Et Cardin. Tusch. *dict. littera R. conclus.*82. *num.*14. Circa quod tamen † de iure Indiarum
4 nihil peculiare se offert, nisi quòd per antiquas schedulas, & ordinationes hoc genus bonorum per officiales Regios administrari solebat, vt patet *ex* 3. *tom. schedul. impress. pag.*307. quousque vendi cœpit officium Receptorum dictarum pœnarum in singulis Audientiis, per quos administrari, & apud quos deinceps seruari iussæ sunt, vt videbis ex schedulis, quæ nouissimè recopilantur *in dict. summ. lib.*3. *tit.*24. *fol.*117.

Habent quoque Principes alterum Regale
5 consideratione dignissimum, quod consistit † in dominio generali, sibi supremæ potestatis ratione, in omnibus suis Regnis reseruato, circa agros, pascua, montes, & flumina publica, ita vt hæc hac de causa in dubio *de Real engo* dicantur, & censeatur, & in eis tam in iudiciis possessoriis, quàm in petitoriis, intentionem suam fundatam habere videantur, contra quoslibet alios possessores, qui earum legitimos titulos non ostenderint, vt præter iura & Auctores suprà relatos, probat elegans text. *in l.*1. *titul.* 11. *par.*2. Anton. Gabriel, qui plures ex antiquis adducit *libr.*1. *commun. opinion. tit. de præsumpt. præsumpt.*9. *numer.*1. Mascard. *conclus.*217. *ex numer.*1. Auendañ. *de exeq. mandat.* 1. *parte, cap.*1. *num.*7. *&* 8. *cap.*4. *num.*1. *& cap.*12. *numer.*1. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 8. *numer.*37. *vers. Tertia conclusio*, Matienz. *in l.*3. *tit.*10. *libr.*5. *Recop. gloss.*7. *numer.*2. *&* 4. *& in l.*1. *gloss.*21. *numer.*2. Azeued. *in l.*1. *tit.*15. *libr.*4. *Recopil. numer.*57. *&* 58. Ioann. Gutierr. *libr.*4. *pract. capit.*60. Bobadill. *in Politic. lib.*2. *capit.*16. *numer.*52. Peregrin. *de iure fisc. libr.*7. *tit.*3. *numer.*17. Cald. Pereira *de emptione & vendit. capit.*21. *numer.*3. *&* 4. *&* 25. Humad. *in schol.* ad Gregor. Lopez *in l.*5. *tit.*26. *gloss.*6. *num.*4. Belluga *in specul. Princip. rubr.*14. *ex num.*35. Menchac. *de success. creat.* §.3. *num.*4. Sesse *decis.* Aragon. 74. *num.* 1. *cum seqq.* vbi Couar. Palac. Rub. & alios allegat, Mieres de maiorat. in noua impress. vbi plurima congerit 4 *par. q.*23. *n.*175. *cum seqq.* Oterus in tract. de iure pascendi *c.*9. *n.*17. plenè Callist. Remirez, omninò videndus, *dict. tract. de lege Regia*, §. 26. *ex num.*11. *ad* 51. Et Ego, qui alios adduco, 1. *tom. de Indiar. iure lib.*2. *cap.*6. *ex num.*91.

6 Quod ius † in nostris quoque Indiis pariter obseruatur, & exceptis terris agris, pascuis, montibus, & aquis, quæ Rex Indis, vrbibus, oppidis, aut priuatis indulsit, reliqua omnia huius generis, & maximè inculta, aut deserta, vel ceruida in sua Corona manserunt, quemadmo-
7 dum & † olim in absoluto, & despotico dominio Incarum, Peruanorum, & aliorum, qui Indis dominabantur, posita erant, vt refert Pat. Ioseph. Acosta *in histor. Ind. lib.*4. *cap.*15. Et Torquemad. *in Monarch. Indian. lib.*14. *cap.* 7. Et expresè, post plures consultationes, quas refert Anton. de Herrera *in histor. gener. Ind. decad.*1. *lib.*2. *cap.*2. *pag.*84. *& lib.*8. *cap.*9. *pag.* 275. *& decad.*4. *lib.*9. *cap.*14. *pag.*250. decisum reperitur in pluribus schedulis, quæ extant 1. *volum. impress. pag.*61. *& seqq.* Et præsertim in illa famigerata 1. Nouembr. ann. 1591. cuius in terminis meminit Doct. Carrasc. *ad leg. Recopil. cap.*3. §. 2. *numer.*11. *fol.*28. quæ post alia sic habet: *Por auer Yo sucedido eneramente en el señorio que tuuieron en las Indias los señores dellas, es de mi patrimonio, y Corona Real el señorio de los valdios, suelo, è tierra dellas, que no estuuiere concedido por los señores Reyes mis predecessores, &c.*

Et quamvis † initio detectionis Indiarum, 88
cùm terræ, & agri tot vbique essent, & incolæ, ex Hispanis, qui eis donari possent, numero pauci, hoc ius quodammodo neglectum fuerit, & Gubernatoribus, ac Capitulis ciuitatum permissum, vt terras provt vellent, distribuerent, vt patet ex sched. & ordination. 1. *tom. ex pag.* 62. *ad* 70. postmodum tamen per dictas schedulas nouiores ad Regis manum, & dispositionem reductæ sunt, & in publica subhastatione venire iussæ, ipsis etiam Proregibus facultate interdicta, illas alio modo distribuendi, vt tetigi *suprà lib.*4. *capit.*10. *numer.*32. Et latè, & diligenter scribit Anton. de Leon, omninò videndus, *in tract. de confirm. Regiis*, 2. *par. capit.*23. vbi agit de onere petendæ confirmationis terrarum sic venditarum, vel concessarum.

Et † Romani quondam in simili fecisse le- 89
guntur, qui in prouinciis nouiter partis postquàm institutis coloniis, & veteranis sufficientes agros assignauerant, reliqui per Quæstorem venire in publica subhastatione solebant, aut censoriæ locationi subiici, vt stipendium, tributumvè ac annona Pop. Rom. illorum nomine penderetur, qui inde agri vectigales dicebantur, vt constat *ex l. in agris, D. de acquirend. rerum domin.* iuncta *l. item si verberatum*, §. *item si fortè, D. de reiuindic. l. Lucius Titius, D. de euiction. l.*1. *& per tot. D. si ager vectigal.* Siculo, Flacco, *de condition. agror.* Hygeno *lib.*2. *de limit. const. in princip.* Cicer. *lib.*3. *&* 5. *in Verrem, & orat.*3. *in Rullum*, & ex aliis, quæ solita eruditione tradit Petr. Fab. *lib.*2. *semestr. cap.* 4. *pag.*41. *& in seqq.*

Vt sic minus mirandum sit, † quod de tribu- 90
to constituendo super agris Peruanis, in quibus vineæ contra prohibitionem plantatæ sunt, dixi *suprà lib.*1. *cap.*7. *num.*57. Et rigore iuris atten-
to † nullæ, & irritæ declarati possint concessio- 91
nes dictorum agrorum à Dom. Proregibus Peruanis per gratiam, siue ambitiosè factas, nulla subhastatione interueniente, neque cæteris requisitis, quæ dict. schedul. ann. 1591. præscribit, tum *ex regul. l. cùm hi*, §. *si Prætor, D. de transact. l.*1. *C. de præd. Decur.* cum aliis latè adductis à Tiraquel. *de retract. lignag.* § 1. *gloss.*21. *numer.*11. *&* 12. *& de retract. conuent.* §. 4. *gloss.*9. *numer.*31. Cencio *de censib.* 2 *par. capit.*1. *art.*6. *à numer.*12. Et Farin. *in fragment. verb. Lex, num.*203. *& seqq.* Tùm, præcipuè ex eo, quòd in terminis, de his † conces- 92
sionibus, & licentiis rompendi, & laborandi prædictos

prædictos agros, ipsi Regi præcisè reseruandis, sanxit *l.11.tit.7. lib.7. Recop.* circa cuius declarationem ita expressè concludit Azeued. *ibidem n.5.* Bobad. *dict. cap.16.num.153.& lib.3.cap.8.num.82.* Gutierr. *dict. lib.4. pract. cap.60. num.6.* Ceuall. *3.tom. comm. pract. q.749. num.35.& seqq.* Et D. Ioann. del Castillo *de vsufr. cap.54. num.30. in fin.*

Et hinc descendit iustificatio quotidianæ pra-
93 xis, quæ admisit, vt † quoties Regi, vel Proregi, qui eum repræsentat, oportere visum fuerit, possit cogere eiusmodi agrorum possessores, titulos suæ possessionis ostendere, iuxta ea, quæ dixi *suprà lib.2. cap.28. ex num.36.* Et iubere, vt de nouo, & per agrimensores peritos, & timoratos, agri, quos se emisse, aut composuisse dicunt, remetiantur, vt quod præsumptum & vsurpatum repertum fuerit, Fisci iuribus, à quo exierat, applicetur, de quo est elegans, & rotundus text. *in l. omnes, & in l. penult. C. de fund. patrimon. lib.11.* Et Cassiod. *lib.5. variar. epist.24.* vbi inquit, quòd quemadmodum Princeps gaudet in bonis, quæ à subiectis legitimè possidentur, & ea propria sua patrimonia reputat, ita compendia iusta non debet aspernari: *Quia negligentiæ vitium est, præsumptiones* (hoc est vsurpationes) *relinquere, quas iura præcipiunt amputare.*

94 Quamvis vbi iam † quadraginta annorum, vel aliàs multum tempus effluxit, quo in eiusmodi agrorum cultura, & possessione perdurant cum titulo, vel sine titulo, satius censeri soleat, præteritis conniuere, & in futura prospicere, quàm antiquos colonos turbare, & contristare, vt piè, & prudenter constituit Imper. Anastas. *in l. vltim. C. de fund. patrim. lib.11.* in cuius confirmationem Ego expendere soleo elegantem *epistol.112. Trajani ad Plin. lib.10.* quæ sic habet: *Sicut largitiones ex publico fieri mandata prohibent, ita ne multorum securitas subruatur, factas ante aliquantum temporis retractari, atque in irritum vindicari, non oportet. Quidquid ergo ex hac causa actum ante viginti annos erit, omittamus. Non minus enim hominibus cuiusque loci, quàm pecuniæ publicæ consultum volo.* Et in hoc respicere videtur dict.
95 schedul. ann.1591. quæ † non vult veteres possessores spoliari, sed ad compositionem admitti, quasi dicat, cum his mitius, & liberalius agendum, & pro eodem, aut etiam minori pretio, quàm alij dederint, præferendos esse. Et in alia schedul. Matrit. 27. Octobr. ann.1535. *dict. 1.*
96 *tom. pag.65.& 66.* permittitur, vt † antiqui Conquisitores, & alij benemeriti in his agris remunerentur, & inter hos digniores præferantur: *Con que lo que assi se les repartiere no lo puedan vender à Iglesia, ni Monasterio, ni à persona Eclesiastica, sopena que lo ayan perdido, y pierdan, y se pueda repartir à otros.* Quæ quidem schedula hac in parte valdè notabi-
97 lis est, & † an, & quatenus talis conditio, siue grauamen de iure subsistat, dixi *sup. lib.3. cap.21. num.39. & seqq.*

98 De aquarum † autem diuisione, quæ in his prouinciis valdè necessaria est, cùm plures earum irriguæ sint, vt dixi *suprà*, agunt etiam plures sched. *dict.1.tom.pag.61.& seqq.* Et est videndus Cepola de seruitut. tit. de aquæ ductu, & Dom. Valenç. qui plures alios adducit, *cons.20.& cons.7.& cons.100. num.12.& 15.*

Denique, vt alia minutoria omittam, quæ sigillatim velle persequi, longissimum esset, aliud valdè magnum, & pingue Regale in his prouinciis conflatur ex † venditione officiorum, Tabellionatuum, Decurionatuum, fidelium Executorum, Receptorum, Procuratorum, Aquiliferorum, Depositariorum, Monetariorum, & similium, quæ pecuniæ necessitas interdum magis, quàm Reipub. vtilitas adinuenit, de quibus specificam, & omninò videndam mentionem facit Anton. de Leon *dict. tract. de confirm. Regiis, 2. par. cap.* Et Figueroa *in histor. March. Cañetij lib.5. ex pag.196.* Hæc enim † officia creare, & disponere proprium Principis est, *l.1. §. cùm vrbem, D. de offic. Præfect. vrb. Auth. de defens. ciuit. §. nos igitur, collat.3.* cum aliis latè traditis ab Auctoribus *suprà* citatis, & præter eos ab Auiles, & Auendañ. *in cap.1. Prætor. eodem* Auend. *resp.9.* Tello *in l.19. Tauri, ex num.10.* Guillerm. Bened. *in cap. Rainuntius, verb. Duas, num.52.* Capic. *in inuest. feud. §. Magistratuum creatio, fol.128.* Cassan. *in Catalog. glor. mund. par.5, consid.24. cas.15.* Gramm. *decis.46.* Bobad. *in Polit. lib.1. cap.2. num.14.& lib.3. cap.8. num.152.* Menoc. *cons.302. num.29. vers. Decimoquintò,* Cabed. *decis. Lusit.33.& 43. par.2.* Curia Philipp. *1. par. § 2. num.4.* Paz *in prax. annot. vltim. num.13.* Et latè Mastrill. *de Magistrat. lib.1. cap.1. per totum, & lib.4. cap.17. n.13.& 14.* vbi loquitur de Tabellionibus, Casanate *cons.43. num.65.* Cabed. *decis. Lusit.20. & 33. per tot. 2. par.* Et plures alij, quos citat Næuius *in dict. capit.1. quæ sint Regal. num.316.* Rosent. *de feud. dict. cap.5. conclus.15.* D. Ioann. del Castill. *7. tom. controuers. cap.41.* Et nouissimè D. Valenç. *cons.93. num.41.*

Et licèt † nulla omninò officia vendere satius, ac sanctius esset, propter damna, quæ ex contrario sequuntur, & experientia demonstrat, tamen vbique iam recepta est venditio istorum, quæ directè iustitiæ administrationem non concernunt, publicis necessitatibus suadentibus, ex consilio D. Thom. in opuscul. ad Ducis Brabant. & ex aliis, quæ de hoc articulo agentes, & quando talis venditio liceat, vel non tradunt, post alios, Auendañ. Tellus, & alij *vbi suprà,* Petr. Greg. *lib.2. syntagmat. cap.6. num.17. & lib.4. de Repub. cap.5. n.27. & seqq.* Azeued. *in Curia Pisana lib.4. cap.4. per tot. & in l.2.* per textum ibi *tit.13. lib.4. num.60. & in l.4. num.9.& 10. tit.17. lib.9. Recopil.* Humad. P. Lessius *de iustitia & iure pag.405. & seqq.* Lasarte *de gabell. cap.9. num. fin.* Gutierr. *lib.1. pract. quæst.78.* Rebell. *de oblig. iust. pag.679.& seqq.* Vazquez *in opusc. de rest. cap.2. 3. & 4.* Mastrill. *de Magistrat. lib.1. cap.10.* Camill. Borrell. *de Magist. edict. lib.1. cap.9.* Sanchez *lib.2. resol. moral. cap.2. dubit.37.* Bobad. *in Polit. lib.1. cap.14. num.16. cum seqq.& lib.3. cap.8. ex n.285.* Diana, plurimos allegans, *tract.5. resol.108. vers. Potest tamen,* Cabed. *decis. Lusit.24. par.2.* Næuius *in l. æstimationem, D. de muner. & honor.* Craueta *cons.811. num.12.* Menoch. *de arbitrar. cas.488. num.6.* Aluar. Valasc. *decis.72.* Callist. Remirez *de lege Regia, §.15. num.33.* Dom. Alfarus, qui in terminis officiorum vendibilium Indiarum loquitur, *in tract. de offic. Fiscal. gloss.34. §.1. num.17. & seqq.* vbi tractat, an talia officia possint obligari, & nouissimè plura eruditè adducens noster D. Ioan. Bapt. de Larrea

discep.

discep.Granatens.cap.45.num.35.& seqq.pag.593. vbi, quod Decurionum officia vendi Reges Catholici prohibuerunt. Quinimò & † in Gallia omnes Magistratus venduntur, etiam habentes directam iustitiæ administrationem, vt præter alios scribit Euphorm. *in satyr. de Iconib. anim. cap. 3.* vbi de Gallia *pag. mihi* 394. inquiens: *Non ideò Fisci industriam maligna criminatione carpendum esse, qui de eiusmodi candidatorum bonis excrescit. Nam cui non satius videatur, professo pretio, dignitates à Principe molem publicam subeunte proponi, quàm auaris purpuratorum suffragiis in prædam concedere? qui vbi hæc publica licitatio non est, obtrudunt Regibus candidatos, quos sibi munere charissimos fecerint; & quod à domino impetrant, deinde clientibus vendunt, &c.* Quod tamen nullo modo probari potest, vt præclarè ostendit Auctor Gallus, & satis doctus Ioan. Filesac. *in lib. 1. select. cap. Dignitas venalis, pag.* 253. Gasp. Ensl. *in suo nucleo histor. siue de Princip. Consiliar. 2. par. pag.* 28. & 29. vbi inter alia adducit illud Lamprid. *in Seuero: Necesse est, † vt qui emit, vendat: ego non patiar mercatores potestatum, quas si patiar, damnare non possum. Erubesco enim punire illum hominem, qui emit, & vendit:* & ante eos idem dixit Saluianus, & ipse Gallus, *lib. 4. de prouident.* his verbis: *Quid est aliud dignitas sublimium, quàm proscriptio ciuitatum? aut quid aliud quorundam, quos taceo, præfectura, quàm præda. Ad hoc honor à paucis emitur, vt cunctorum vastatione soluatur: sciunt hoc Hispaniæ, quibus solùm nomen relictum est.* Et tradit alia Guid. Pancirol. loquens de quæstu venditionis officiorum, quem aliqui Reges fecerunt, *in thesaur. var. antiq. lib. 3. cap. vlt. pag.* 379. & in nostris terminis † officiorum Indiarum Torquem. in Monarch. *Ind. lib. 5. pag* 800. vbi inquit, quantum Mexici valuerint officia, quæ vendita sunt, & in Perù tempore Proregis March. de Cañete, Figueroa in eius vita *vbi suprà.*

De quibus quidem † agunt plurimæ schedulæ, quæ extant *in 2. tom. impress. ex pag.* 330. & aliæ, quæ recopilantur *in summar. compil. leg. Indicar. lib. 6. tit. 5.* & ex eis breuiter colliges, hæc officia primùm ad vitam vendi solita fuisse, posteà per schedul, ann. 1581. permissum, vt ad alteram renuntiari possent, ita tamen vt ex renuntiatione tertia pars valoris officij fisco præstaretur. Et tandem per vltimam sched ann. 1606. in perpetuum renuntiari permissa sunt, dummodò renuntians viuat per viginti dies post renuntiationem, & intra sexaginta, à tempore mortis computandos, renuntiatarius se ante Gubernatorem cum renuntiatione præsentet, sitque habilis, & sufficiens, soluatque Fisco dimidiam partem valoris officij ex prima renuntiatione, quæ virtute huius indulgentiæ, seu schedulæ facta fuerit, & tertiam ex aliis subsequentibus, & confirmationem talis officij sic venditi, vel renuntiati intra tres annos petere debeant in supremo Indiarum Consilio. Quod posteà per nouiores schedul. ad quatuor, & ad quinque, & ad sex in Philippinis prorogatum est. Et † vbi renuntiatio facta non fuerit, vel minus legitimè facta, officium amittatur, & ad Regiam Coronam, à qua exierat, reuertatur, vt in simili disponitur *in l. 4. tit. 4. lib. 7. Recop.* & in beneficiis tradit Regul. *Cancel.* 18. & 19, & Petr. Greg *lib. 17. syntagm. cap.* 19.

Circa quarum schedularum, † venditionum, 107
& renuntiationum praxim, & formam probandi, & verificandi valorem officiorum, plura quotidie dubia exorta sunt, quæ peculiares alias schedulas, & declarationes extorserunt, de quibus multa satis distinctè congerit Anton. de Leon. *dict. tract. de confirmat. Regiis, 2. par. cap. 3.* cum viginti seqq. qui omnino legendus erit. Quia certè nihil notatu dignum omisit. Et *cap. 8. num. 1. & seqq.* refert sched. ann. 1615. & 1617. quæ ad dubitationes, & fraudes renuntiationum
tollendas, † eas per publicum instrumentum, 108
& non per testes dumtaxat, & verbaliter probari posse iusserunt. Quod Ego Limæ ante promulgationem harum sched. in emergenti causa D. Lud. Roldan de Auila Truxillani Algacelli maioris, neruosè defendi, aliquibus ex Collegis in contrariam sententiam euntibus, & allegaui, quod licet regulare sit, quòd scriptura non requiratur nisi in casibus à iure expressis, ex recepta sententia gloss. *in cap. 1. verb. Inscriptis, de censib. lib. 6.* quam in nostris terminis sequi videtur Camil. Borrell. & alij, quos ipse recenset, de Magist. *lib. 2. cap. 10.* Eiusmodi tamen renuntiationes de expressis esse videntur, ex doctrina Bald. *in l. prohibitum, num. 12. C. de iure fisci, lib. 10.* quam sequitur, & notabilem dicit Ias. *in l. more, num. 53. D. de iurisd. omn. iudic.* & in renuntiationibus beneficiorum, magis communem esse testatur, post Rebuff. & alios, quos refert, Flamin. *de resign. benef. lib. 8. quæst. 2. n. 1. & seqq. & lib. 11. quæst. 11. num. 27.* & in officiis, quæ beneficiis assimilantur, satis de iure nostro exprimunt, si benè ponderentur *l. 4. 5. & 6. tit. 8. lib. 7. Recopil.* Quamuis verum sit, quòd vbi non datur copia Tabellionis, permittendum sit, vt renuntiatio testibus probari possit, vt disponit sched. dat. Matr. 6. April. ann. 1628. & in terminis iuris communis resoluit Mascard. *concl.* 1358 *num.* 19. & 20.

Eodem etiam *capite num. 6. & seqq. & cap. 22. per totum,* tractat idem Auctor de schedul. ann.
1612. 1619. & 1627. quæ † licèt officia minoribus 109
vendi permittant, cum dispensatione ætatis, vel facultate, vt interim dum ad eam peruenerint, per substitutum seruire possint; ita tamen vt pro hac gratia aliquid amplius ab eis vltra pretium officij extorqueatur. Renuntiationes autem nullatenus in minoribus fieri permittunt, cùm non sint habiles, neque sufficientes, quales esse requirunt *l. 2. tit. 4. lib. 7. Recop. in fin.* sched. ann. 1581. & 1606. quæ has renuntiationes introduxerunt, non obstante quòd in Hispania contrarium practicetur, ex pragmat. 13. Iun. ann. 1590. quæ est *l. 42. tit. 20. lib. 2. Recop.* Et hoc factum fuit ad tollendas lites, quæ super hoc quotidie oriebantur, & diuersimodè terminabantur, aliis iudicibus minores admittentibus, aliis verò, non esse capaces eiusmodi renuntiationum, pronuntiantibus, iuxta doctrinam Roder. Suar. *alleg. 12. per totum.* Et certè, nisi ita statutum fuisset, quæstio satis anceps esse
posset. Nam durum † videtur hominibus, qui 110
filios ætate minores relinquunt, facultate priuare, vt in eos officia, quæ iis ipsis parasse præsumuntur, renuntiare non possint, & extraneos quærere teneantur, contra *l. nam etsi parentibus, D. de inoffic. testam. l. isti quidem,* & ibi gloss. *D. de eo quod met. caus. l. cùm ratio, D. de bon. damnat.* & alia, quæ signanter congessi in meo

*tract. de crimin. parricid. lib.2. cap.*10. Et magis in terminis text. *in dict. l.2. tit.4. lib.7. Recop.* Et præterea facit communis Doctorum traditio,
111 qui ſtantibus ſimilibus ſtatutis † minores admittunt, vt in eorum capite officia conſtitui valeant, ita tamen, vt donec ad legitimam ætatem peruenerint, per ſubſtitutum ſeruire poſſint, vt conſtat ex pluribus, quos refert & ſequitur Decius *in cap. poſſeſſionem, notab.6. de probat. & in l. fœminæ, §. item impuberes num.3. de reg. iur.* Greg. Lop. per text. ibi *in l.5. tit.*18. *par.2. gloſſ.*1. Et latè, & eleganter Ioann. Bolognet. *conſ.3. num.30. cum ſeqq.* qui etiam in infante loquitur, & probat minorem non eſſe incapacem officiorum, quoad dignitatem, ſed ſolùm quoad vſum, & exercitium, & quòd poteſt ſeruire per ſubſtitutum.

Sed contrarium, vt dixi, decidit d. ſched. ann.1627. quæ licèt dura eſſe videatur, ita tamen ſcripta eſt, & iuris rationibus non deſtitui-
112 tur, propter † damna, quæ ex ſubſtitutorum ſeruitio ſequuntur, *l.1. tit.19. & 22. lib.2. Recop. l.33. tit.2. l.73. tit.5. eodem lib.* iuncta *l. inter artifices, cum ſimil. de ſolut.* Et pluribus ſchedul. quæ prohibent ſeruire per ſubſtitutum, de quibus 2.*tom. pag.*327. quibus attentiùs conſideratis Ant. de Leon *dict. cap.*22. receſſit ab opinione, quam de minoribus admittendis tenue-
113 rat *d. cap.*8. Et ex *num.*33. Supremo † Indiarum Senatui deliberandum relinquit, an dictam ſched. reuocare expediat, quod Limana etiam vrbs, & aliæ plures expoſtularunt. Eiuſque exemplo, & argumento, pariter prohibendum eſſe videtur,
114 ne † dictæ renuntiationes fiant in Eccleſias, Cœnobia, vel Monaſteria, quia ſimiliter per ſe dicta officia ſeruire non poſſunt. Et præterea, quia neque vacare, aut vitalitia cenſeri, ſi in ipſis Eccleſiis, aut Monaſteriis eiuſmodi officiorum ius
115 radicatum eſſe cenſeatur, † ex *l. an vſusfructus* 56. *D. de vſufr.* iunctis aliis, quæ de Monaſteriis eadem ex cauſa ab emphyteuſi excludendis, notat Oldrad. *conſ.*17. Et plures alij, quos refert Gaſpar Roder. *in tract. de annuis reddit. lib.2. q.22. num.*34. Theſaur. *lib.1. quæſt. forenſ. cap.* 83. *per totum*, Burſat. *conſ.199. num.12. lib.2.* Et Caldas *de renouat. emph. q.19. num.19. &* 21. Qui caſus peculiari nota dignus eſſe videtur, &
116 † nunc de facto pendet in ſupremo Conſilio Indiarum, Fiſci partes agente contra Carmelitanos reformatos, ſiue vt vocant Diſcalceatos, docto & nobili viro D. Ioann. Bapt. de Larrea, Equite D. Iacobi, & ſupremi Senatus Patrono, in Allegatione, quam in eadem cauſa typis excuſit, tum quia, qui Deo militant, & vacant, ſe officiis, & negotiis ſecularibus implicare non debent, vt dixi latè *ſup. lib.4. cap.4. ex num.*44. *& lib.2. c.5. num.15. &* 16. tùm etiam quia ſchedulæ permittunt renuntiationes in perſonas habiles, & ſufficientes, vt patet ex earum ſerie, quales cenſeri ad hæc munia, Eccleſiæ, & Monaſteria non poſſunt, propter profeſſionis impedimentum, & fori priuilegium, vt latiùs idem Auctor proſequitur, & Ego, quem latius ipſe refert, in locis *ſuprà* relatis.

Et ad vitandas fraudes, quæ in ineundo, & probando vero valore officiorum fiebant, edita fuit altera ſched. Matrit. 23. Mart. ann.1622. cuius etiam meminit Ant. de Leon *dict. tract.* 2.
117 *par. cap.12. num.9. &* 10. quæ Fiſcali † permittit, vbi fraudis ſuſpicio fuerit, vel Fiſco expedire cenſuerit, officium Regio nomine pro eadem quantitate retrahere, in qua altera pars æſtimandum, ſiue taxandum eſſe contenderit. Circa quam ſchedulam rurſus dubitari contigit † an 1
officio ita per Fiſcalem retracto, moxque in publica ſubhaſtatione maiori pretio vendito, quàm quo ipſa parte poſtulante taxatum fuerat, pars, quæ ei competit, iuxta pretium ſubhaſtationis, vel taxationis, ſoluenda ſit. Et cùm hæc quæſtio in Audientia Quitenſi, & alibi contra Fiſcum terminata fuiſſet, ſupremus Senatus, me hanc cauſam narrante, & perorante, decreuit, taxationi quoad hoc ſtandum, & quicquid poſteà accreuerit, Fiſco cedere, cuius nomine & periculo noua ſubhaſtatio peragitur, dimiſſa iam parte, & in ea quantitate ſatisfacta, quam Fiſco erogare volebat, *ex l.1. & per totum, D. quod quiſque iuris*, & vt ſimilis dubitatio in poſterum ceſſet, edita fuit peculiaris, & nouiſſima ſchedul. hoc ita expreſsè declarans ann.1637.

Ad has autem tot, ac tantas diuitias, quæ ex Indiis corrigantur, colligendas, adminiſtrandas, & in Hiſpaniam remittendas, vltra Proreges & Gubernatores, quibus hæc cura maximè iniungitur, vt dixi *ſup. lib.4. cap.10 ex nu.*30. Iam
† inde ab initio detectionis ipſarum Indiarum in 1
vrbibus nobilioribus, prouinciarumque capitibus, & vbicunque oportere viſum eſt, propter commerciorum terreſtrium, vel naualium, frequentiam, aut metallorum extractionem, & commodiorem Regiorum iurium, reddituum, vel vectigalium adminiſtrationem, & exactionem, peculiares Miniſtri conſtituti ſunt, qui Officiales Regij dici cœperunt, competenti ſalario, & aliis præterea pluribus priuilegiis & honoribus condecorati, & priuatiua iuriſdictione in prima inſtantia, pro omnibus cauſis, quæ fiſcum Regium, cuius vices, ac voces habent, & præſtant, tangere poſſint. Qui quodammodo videntur ſimiles eſſe antiquis Quæſtoribus prouinciarum, & poſt Cæſaris Procuratoribus, de quibus latè agit Pancirol. *in notitia vtriuſque Imp. 1.par. cap.73. & in Theſaur. var. lect. pag.*277. Hoperus *de vera Iuriſprud. lib.7. tit.26. &* 29. Ego *ſup. lib.4. cap.6. ex num.*2. Aut Exactoribus, Suſceptoribus, Præpoſitis, & Arcariis, ſeu Comitibus rerum priuatarum, quorum miniſterium refertur *in l.1. & per totum, C. de exactoribus, & de ſuſcept. & arcar. lib.*10. niſi quod noſtri, ſimul ea omnia faciunt, & exercent, quæ apud Romanos inter illos diuiſa reperiebantur, iuxta ea, quæ ad expoſitionem dictorum titulorum, & officiorum, notat Alciatus, Pyrrhus Anglebern. Cuiac. & Toletan. ibid. & Briſſon. Kalinus, & alij, qui de verbis iuris ſcripſerunt, in eiſdem verbis, Ioann. Igneus *in l.5. §. non alias, D. ad Syllanian. n.*664. Caſſan. *in Catal.7. par. conſid.*15. Dom. Alfar *de off. Fiſcal. gloſſ.9. n.*24. Et nouiſſimè Iacob. Gutherus *de offic. domus* Auguſt. *pag.*619. *& pag.*694. *& ſeqq.*
Suntque illis, diuerſis temporibus, † diuerſæ 12
inſtructiones, & ordinationes datæ, modum & formam exprimentes, qua ſe in exactione, cuſtodia, diſtributione, adminiſtratione, & remiſſione dictorum Regiorum iurium, & redituum habere debeant, & in libris formandis, calculis ineundis, ſubhaſtationibus Fiſcalium officiorum, aliarúmque ſpecierum faciendis, debitoribus fiſcalibus

fiscalibus excutiendis, reliquisque muniis præstandis, quæ res tanta, & tam grauis postulare videtur: de quibus instructionibus, & ordinationibus, & innumeris schedulis ad ipsarum declarationem, & meliorem vsum, atque executionem expeditis, & de variis quæstionibus, quæ circa eas moueri, & controuerti solent, & possunt, immensi quidem laboris esset, si specialem mentionem facere vellem, cùm hæc integrum tractatum requirant, quem fortè alio tempore dante Deo, in lucem edemus. Interim contentus ero Lectorem remittere *ad tom.3. sched. impress. ex pag.*243. *ad* 349. vbi multa, quæ superiora concernunt, congesta reperiet, & plura alia in Recopilat. quæ ad leges Indicas paratur, & prælum expectat *lib.8. tit.4.5.& seqq.*

1 Quæ omnia † si dicti officiales Regij, vt oportet, implerent, cùm à forma suarum instructionum recedere non debeant, vt benè & latè monet & probat Raudens. *decis. Pisan.4. n.1. 6.7.& 193. par.1.* longè melius Rei Dominicæ consultum esset, sed in tanta regionum distantia, facilè (vt alibi dixi) legum præcepta contemni solent, & campus latè patens ostenditur, vt quicquid eiusmodi, ac aliis Ministris collibeat, licere sibi etiam opinentur. Præsertim cùm hi, de quibus nunc agimus, semper † duri, amari, & elatæ ceruicis esse soleant, & magis de præeminentiis, honorantiis, & sedilibus altis, quàm de suo officio cogitare, vt aduertit Chassan. *de considerat.15.& par.6. consid.19. & ad consuet. Burgund. col.*850. Herrera *in hist. gener. Ind. decad.5. lib.3. c.2. pag.*67. Et nouissimè Dom. Episc. Chilens. D. Fr. Gaspar Villaroël *in lib. Ind. cap.7. vers.6. pag.*240. vbi doctè notat, & probat, à Ministris Regij ærarij, gazarumque præpositis, ferè nunquam integram solutionem esse. Vnde est, † quòd in dubio semper præsumuntur ditati ex bonis Regiis, gloss. *in l. defensionis facultas, C. de iure Fisci, lib.*10. Euerard. *loco* 65. *n.1. in fine*, quod an sit verum, & qualiter practicetur, tractat latissimè Valenç. *vela* Piscator *in d.l. defensionis, ex n.*45 Menoch. *lib.6. præsumpt.25.& 28.& lib.3. præsump.*52. Et Raudens. *cons.5.n.*39.

1 Et vt breuiter † plura velut digito ostendere possim, quæ ad horum officialium munus spectant, vide omninò Bursat. *cons.*425. *per tot. lib.* 3. Et qualiter teneantur, † non solùm pro gestis, & receptis, sed etiam pro nominibus neglectis, quæ ob eorum incuriam, aut moram, deteriora facta sunt, *l. susceptores, C. de suscep. & arcar. lib.*10 cum traditis ab Auiles *in cap.*45. *Præt. verb. Poner, num.*3. Et Bobad. *in Polit. lib.1. c.4. n.*79. quia vt dicebat fœnerator Alphius, bona nomina nonnunquam efficiuntur mala, si nunquam appelles, de quo latè Ioann. Britan. *in comment. ad Apulei. pag. mihi* 418. Et qualiter † debeant fideiussores dare, & licèt distincti sint, omnes tamen insolidum pro aliorum admissis conueniri possint, eleganter Mandell. *cons.*356. *per tot. vol.*2. vbi eius additio alios citat, Raudens. omninò legendus, *d. decis.*4. *per tot.* Et Dom. Valenç. *cons.9. num.13. & seqq.* 12 Et quòd † quolibet anno, & sæpiùs si oportuerit, debeant rationes reddere, quia facta faciliùs hoc modo manifestantur, Petr. Bellin. *de bello, par.7. tit.6. n.*4. Borrell. *de Magist. lib.4. cap.* 13. Gutierr. *de tutel.* 3. *par. cap* 1. Lancel. *de attent. appell. pend. limit.*19. vbi, quòd non valet appellatio à mandato iudicis, quòd quis reddat rationem officij, quod administrauit, & Dom. Valenç. vbi sup. & vltra ordin. suprà relatas, text. elegans *in l. neminem, d. tit. C. de suscep. & arcar. lib.*10. Et † qualiter possint 128
pro reliquis, vbi liquida sunt, executiuè conueniri, & an sententia contra eos tali in casu lata, per appellationem suspendatur, idem Lancellot. vbi suprà Auendañ. *de exeq. mandat. 2. par. cap.* 10. *num.*37. Auiles *in cap.*30. *gloß.*1. latè & optimè Ioan. Gutier. *lib.1. pract. quæst. cap.*37. Et Bobadill. *in Polit. lib.5. cap.4. num.*84. Et
† an fiscus pro exactione talium reliquorum, vulgò *Alcances*, mulieri pro dote præferatur, possitque hoc debitum dici Primipilare, & Officiales Regij Primipilis æquiparari, vide gloss. & DD. *in Rubr. C. de Primipilo lib* 12. Cuiac. *in l.3. & 7. C. de cohortal. eod. lib.* D Alfar. *d. gloss.16. num.*94. Tiraq. ab Alex. *lib.1. cap* 5. Donel. *de pignor. cap. quibus in causis pign. tacit. contr. col. pen. num.*3. Corras. *lib* 5. *Miscell. cap.*4. Iust. Lips. *de militia Rom cap.*8. Claud. Cotereus *de priuil. milit. c.*22. Lauden *de Fisco, q.*214. Capic. *decis.*129. *num.*13. *& seqq.* Greg. Lop. *in l.*25. *tit.*13. *p.5. gloss.*7. Couar. *lib.2. var. cap.16. num.*7. Et plures alij, quos refert Flores de Mena *lib.1. var. q. art.3. num.*17. Amator Roder. *de concurs. credit. 1. par. art.2. num* 7. P. Gabr. Vazq. *in opusc. tit. de pignor. §. 2. num.*62. Et pleniùs cæteris doctiss. Petr. Barbosa *in l.1. D. sol. matrim. par.7. num.*1. cum multis seqq. Pancirol. *in thesaur. var. antiq fol.*187. Et D Valenç. *cons.*145. *num.19. vol.*2. vbi, † 130
quòd officialis, qui retinet pecunias publicas, quas administrat, tenetur lege Iulia de residuis. Et quod hi officiales non possint negotiari, siue vt vulgò dicitur, *Tratar, ni contratar*, Rebuff. *ad leg. Gallic. Rubr. de mercator. gloss.7. pag.*449.

Sed quoniam hæ rationes, iuxta formam in antiquis schedulis præscriptam sufficienter sumi non videbantur, & augmentum Rei Dominicæ in partibus Indiarum maiorem curam desiderabat, post longas consultationes † tandem decretum 131
fuit anno 1608. vt in vrbe Limana, Mexicana, & Sanctæ Fidei de Bogota in Nouo Regno Granatensi, tria Tribunalia erigerentur, in quibus singulis, adinstar *de la Contaduria mayor de Castilla*, de qua *in tit.1. & seqq. lib.9. Recop.* tres Rationales, siue Calculatores essent, qui superiori auctoritate, & priuatiua iurisdictione, his rationibus sumendis, & reliquis exigendis intenderent, & omnia alia diligenter curarent, quæ ad meliorem patrimonij Regij administrationem conuenire censerent. Ad quod primæ & secundæ ordinationes editæ sunt, quas in huius muneris functione seruare deberent, ann.1605. & 1609. quibus attentis, possumus eos non solum Discussoribus similes facere, de quibus agitur *in tit. C. de discussor. lib.*10. Verum & Rationalibus & Procuratoribus Cæsaris, de quibus dixi *sup. lib. 4. c.6. ex n.*2. vel melius Magistris Computorum, de quibus plura satis notanda, & huc applicanda, tradit Rebuff. *ad leg. Gallic. tract. de supplic. num.35. pag.*304. *& tract. de mercat. gloss.6. pag.*449. *& in Rubr. de iurisd.* Magistri Comput. per tot. Nam & de causis Regium patrimonium tagentibus cognoscunt, & iudicant, & sigillo Regio, & quod dicimus, *Por don Felipe*, prouisiones expediunt. Quamvis, vbi negotium ad

ad punctum iuris, & iustitiæ controuersiæ deducitur, tres, vel quatuor ex Auditoribus, quos Prorex nominauerit, sibi associare teneantur, & ad ipsorum Auditorum conclaue, siue *Acuerdo*, ad causam definiendam accedere, in qua ipsi Calculatores, quia litterati non sunt, votum tantùm consultiuum habent, & non decisiuum, vt ex eisdem ordinationibus constat, & latiùs patebit *ex lib.* 8. *tit.* 1. *&* 2. *Recop. leg.* Indicarum, quæ propè diem, vt sæpè dixi, lucem spectat. Quæ tamen omnia, licèt ita cautè & prudenter excogitata, adhuc sufficere visa non sunt ad dictas rationes finiendas, & Rem Dominicam in tuto collocandam, quæ quia multorum manibus geritur, negligentius, & periculosiùs administratur, *l. si plures*, vbi gloss. & DD. *de admin. tut.* Et ideò sæpè actum est de dictis Tribunalibus abolendis, & noua forma in re adeò graui, & vtili constituenda. Sed interim dum hæc detegitur, & disponitur, illa conseruantur, & pluribus officialibus augentur, vt negotiis sibi commissis melius consulere possint; mihíque admodum vtilia, imò & necessaria videntur, dummodò ad ea electi, tales sint, quales tanto muneri conuenit, & præscriptas sibi ordinationes obseruent. Quid enim, vt sæpè dixi, leges sine moribus proficiunt vanæ, aut ius in ciuitate esse, nisi sint per quos iura integrè, & incorruptè reddantur, *l.* 2. §. *post originem, D. de orig. iur.* Et Regi fideliter inseruiant, † qui quoniam 1
per se tot negotiis, tot prouinciis superesse non potest, alienis, & sæpè parum tutis indiget adiutoriis teste enim D. Bonauentura *in pharetra lib.* 1. *cap.* 1. *Solus* † *Deus totus oculus est, totus* 1
manus, totus pes est. Totus oculus est, quia omnia videt; totus est manus, quia omnia operatur: totus pes, quia vbique est. Cui toti, me totum humiliter consecro, & innumeras gratias ex toto animo reddo, quòd me ad finem huius voluminis peruenire permiserit: in quo, si aliquid boni noster labor, & industria attulisse videatur, ipsi, vt par est, acceptum feratur: sin autem aliquid fortè desideretur, id humanæ fragilitati pius Lector attribuat; simul tamen perpendens, fas esse in longo opere aliquando somnum obrepere, & in hoc præsertim, ita nouo, ita raro, ita vario, & quod (præfiscinè dixerim) vix alius aggredi, & ne vix quidem progredi, nedum egredi potuisset. Etenim vt cum Lucretio concludam:

Auia Pieridum peragro loca nullius antè
Trita solo.------

Id est, calceo, vel pede, vt ibidem Lambin. aduertit.



INDEX

INDEX
RERVM, SENTENTIARVM, & materiarum omnium, maximè memorabilium, quæ in hoc secundo Tomo de Gubernatione Indiarum continentur.

Prior numerus paginam: secundus, paginæ marginalem numerum signat.

Arbor.

Caput.

Cathechista.

Clausulæ

Commendatarij

Concilium

Consilium.

Consultans.

Consolidatio.

Constitutio.

Constantinus.

Curſus

xatione

Dominicus.

Domitianus.

Donans.

Ecclesiastico

tempore,

Fama.

Fiat.

Fictus.

Fideiussor.

Fides.

Fidelis.

Filia.

Fructus

Indi,

Iudæos

Iurisdictio.

L.

Labor.

Lenitas.

Leo.

Leonina.

Leuius.

Libellarius.

Libellus.

Liberalitas.

Libertas.

Liber.

Maioratus.

lares

Metallarius.

Obligatus

Prælatus

Præsumptio

Prorogatio.

Protector.

Provincialis.

Provisio.

Relatum.

Relegatio.

Religio.

Rex,

Reges,

Seneca.

Servitus.

Sævitia.

Sfortia.

Signorolus.

Simon.

Sinæ.

Socij.

Societas Iesu.

Socordia.

Sodomia.

Successiones

Titulus.

Vectigal.

Vehicularis.

Vendi.

Venerabilis.

Verbum.

Vtilia,

F I N I S.







